BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
13 H
18

13-29.6.9

111-7.
6. V

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM

D. BARTHOLOMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS, DIVINI ATQVE HVMANI IVRIS INTERPRETIS præſtantiſſimi, Iuriſconſulti celeberrimi,

Libri Tres,

TAM CIVILEM QVAM CRIMINALEM materiam diuerſarum frequentiorumq́ cauſarum continentes,

NOVIS NOVITER ADIECTIS ANNOTAtionibus clariſſimi I.C. Dn. Donati Salutelli nuper ornati,

IAM VERO DILIGENTISSIME A DIVERSIS DOctiſſimiſq́ auctoribus recogniti, characterumq́ varietate diſtinctis allegationibus ad commodiorem legentium vſum ornati,

INDICE inſuperatque SVMMARIIS elaboratiſſimis inſtructi,

OMNIBVS MAGISTRATIBVS, ADVOCATIS, ALIISque in foro verſantibus Iuris Diuini, Canonici & Ciuilis ſtudioſis, ob theoricam ipſam cum praxi coniunctam, admodum neceſſarij, ſatiſq́ vtiles.



Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſt. ſpeciali, ad decennium.

FRANCOFORTI,
Apud Nicolaum Baſſæum, Bibliopolam.
M. D. XCIX.

12 13. H 18

AD VIRVM NOBILISSIMVM, CLARISSIMVM ET CONSVLTISSIMVM, DOMINVM IOANNEM A GLAVBVRG

I. V. DOCTOREM, SENIOREM PATRITIATVS ORDINIS Francofurtenſis ad Mœnum digniſſimum, deque patria meritiſſimum, Mecœnatem perpetua obſeruantia colendum.

IOANNIS DAVIDIS VVVNDERERI ARGENTINENSIS I. V. Doctoris clientis officioſiſſ.

HIRVNDINES domo recipiendas eſſe ſuis negat in ſymbolis Pythagoras: quod ſolæ immunes illæ, nulloq; dato ſymbolo cum hominibus habitant: pullis etiam ſuis excluſis atque educatis beneficii immemores auolāt: more ſcilicet ſuo hoc ſubobſcure indicans nec tecto recipiendos: nec ad intima admittendos ſacra eſſe, qui commodi ſui gratia aliis ad tempus ſeſe accommodant: accepta vero beneficia ſua cito effluere è memoria ſinunt.

Idem clariſſime Domine Doctor dici de me iure poſſet: ſi plurimis maximiſque tuis affectus beneficiis de referenda aut ſaltem habenda agendaque gratia cogitationem nullam ſuſciperem. Itaque quod & ratio ſuadet: & flagitat tempus: & requirit neceſſitas: facio non tam lubenter, quam ſponte.

Eſt vero paſſim pleriſque hominibus hodie innata quaſi conſuetudo: vt fere in morum varietate ij facere ſolent: vbi quicquid alienum, quicquid nouum, quicquid inſolens, quicquid peregrinitatis aliquid habere videtur: id omne cupiunt ſuis etiam repræſentare moribus. Mihi contra vt in Religione orthodoxa fides antiquiſſima: ita etiam multis in rebus vetuſtas magis perplacet.

Quæ me ratio monuit non quidem ad noua, ſed iam dudum diuulgata atq; Celeberrimi Iureconſulti Domini Bartholomæi Cæpollæ Palatini Comitis Equitiſue Aurati, Conſilia ſeu Iuris Reſponſa reuidenda, curandaque, vt denuo in lucem meliori typo ac forma ederentur.

Quæ digna mehercule ſunt hac noua editione: & ita digna, vt merito à quouis homine docto iuriſque perito legantur. Nam nō pauca depræ-

henduntur in iis, quæ nō tam pacis, quam belli tempore ad vſum tranſferri & practicari commode poſſent. Siquidem noſtris rebus, ſi ſancta illa Iuris Reſponſa metiri velimus, nemo erit qui arma abſq; legum temperamento poſſe ſubſiſtere, ibit inficias. Quippe cum ipſorū vſus non ſolum in legibus ex bono & æquo ad ſanam rationem, & rectam ſententiam accommodandis & interpretandis egregie eluceat: ſed ad regna etiam amplianda & imperia ex paritate æquitatis extendenda defendendaque multum conducat.

Quare nō minus vere quam prudenter Alphonſus Rex ille nunquam ſatis laudatus: qui interrogatus à quodam, vtri rei plus ſeſe debere fateretur, libris an armis? Ex libris, inquit, & arma & armorum iura didici: non enim manu ſolum aut corporis virib. res in bello geruntur: ſed opus conſilio eſt: animi magnitudinem vel excitante vel temperāte: opus legibus, opus diſciplina, opus multis rebus aliis, quæ potiſsimum ex bonis hauriuntur authoribus. Hinc præclaros illos duces atque Imperatores Iulium Cæſarem, Traianum, Hadrianum, Carolum Magnum, multoſq; alios non rudes modo & ſine pectore milites: verum etiam doctos legumque peritos extitiſſe accepimus. Hinc videmus in bello potius legibus quam rebus aliis ad conſeruandam diſciplinam militarem opus eſſe: & licet in pace armorum vſus in exequendis ſententiis ac puniendis delictis nonnunquam valeat plurimum, tamen leges Rebuſpublicis magis prodeſſe, quam arma ipſe Eccleſiaſticus affirmat: cum dicat, quod melior ſit ſcientia, quam arma bellica. Inde fit, quod conſiliis deſtituti, nec paci nec bello veniunt recte præponendi: veluti ad quæque tempora inutiles, ciueſque patriæ minus ſalutares.

Non itaque imprudenter Sigiſmundus Imp. fecit: cum quidam interrogaret eum, vt inſigniis eum nobilitatis ornaret, iſtique ordini aſcriberet: reſpondiſſe fertur ſe quidem poſſe plebeiorū numero eximere eum: ſed nobilem facere minime poſſe. Quippe ſenſit ſapientiſſimus princeps eos demum merito cæteris anteferri, qui propter eximias animi dotes omnium in ſe conuerterent oculos: quoſq; ſuſciperent homines non quidem propter diuitias magnas, aut duntaxat natalium ſplendorem, ſed cum primis propter admirationem virtutis atque doctrinæ, quam in illis cernerent. Doctrina ergo ſic inſtructi veri fiunt nobiles, veri patriæ patres atque patritij deſignantur. Qua eximia nobilitate qui ſunt exornati, ii tum demum ipſiſsimam vere libertatem retinent, & propagant dignitatem, & conſeruant prouincias atque imperia. Hæc vera eſt, quæ à tyrannide cruentorum inimicorum noſtrorum nos liberat: à barbarorum immanitate protegit: à Romani pontificis idololatria conſeruat: à peregrinarum nos gentium ſeruitute vindicat, & altiſſimo loco reponit. Hæc eſt

quæ

quæ diſcreta regna fecit, vrbes mœnibus cingi curauit; opprimit rebelles; in officio reges continet, nutrit ſubiectos, & amœna pace nos frui concedit. Hinc pulcherrimus generis ſplendor, hinc maxima virtus, hinc omnis dimanat nobilitas atq; dominatio. Horum fiducia Reges ſceptra gerunt, & Principes dominantur imperiis.

Ex qua re iam manifeſtum eſt: Cur Diui Imp. cæteris nobilib præferre doctos, iiſque omnem dominandi licentiam permittere ſint ſoliti & quamobrem indoctiores ſemper reiecerint, atque ab illis hos ſeiunxerint longiſſime. At quid hæc ad te mi clariſſ. Dom. Doctor? Quid? Si ſane pro tua, qua vales, prudentia conſiderare volueris, facile opinor, intelliges: cur hæc ad te ſcribo: Nimirum vt primo oſtendam, quo ductu quaue authoritate, hoc eſt, quod ſola doctrina Iureconſultus noſter Cæpolla celeberrimus factus, ad tantum honoris faſtigium peruenerit: deinde vt demonſtrem, quod illuſtriſſimi paſſim Principes, generoſi Comites, Ampliſſimæque ciuitates te virum non modo Patritium, ſed & incredibili doctrina clarum ad conſilia ſua hoc tempore neceſſaria neceſſario adhibeant & merito: qui facile exuperas alios ne dum claritate miræ eruditionis: ſed etiam authoritate, grauitate conſilij, conſtantia fidei, multarum magnarumque rerum cognitione atque experientia: cui hoc ſeculo patriæ ſalus iure committenda venit: imo vt paucis multa dicam: cui ſupra commemorata nobilitas & aſcribi & addici veriſsime poteſt. Quandoquidem vt polles ita quoque vis ſerio populi paſsim concordiam Remquepublicam Chriſtianam conſilio, doctrina, prudentia tua vtroque tempore quam feliciſsime cuſtodire, defendere, promouere. Ob quam cauſam ego, hæc celeberrimi Iureconſulti reſponſa in tres tomos ab ipſo olim digeſta: à me hac hyeme recognita, ſpecioſo nomini tuo dicata, quantulumcunque gratitudinis erga te meæ (quem conſiliis parentem & ſummum Doctorum Mecœnatem agnoſco coloque) extare monumentum volui: cuncta in compenſandis præclare meritis tuis fidei meæ articulos & monumenta continens. Ea ergo non dubito quin humanitatis & prudentiæ tuæ condimentis temperata ſerena ſis fronte excepturus. Certo confidens tanto hanc qualemcunque animi mei ſignificationem fore gratiorem: quanto onus illud tibi accidit moleſtius, quod ipſum præclara tua in me promerita quotidie arreſtantur. Vale vir Nobiliſſ. clariſsimeque, patrone obſeruande: & quem aliquantillo tempore amore tuo dignum iudicaſti: eum & adhuc & deinceps, vt ſpero, amare fouere, commendare, promouere perge. Francofurti ad Mœnum 5. Martii, Anno recuperatæ ſalutis 1599.

PETRO FRANCISCO ZINO
VIRO SAPIENTISSIMO, ET CANONICO VERONENSI

IACOBVS RAMPAZETTVS S. P. D.

SI mortali cuipiam debere fas eſt, res diuinas & immortales, Zine religioſiſſime, leges & iura, diuinum inuētum ac munus debent profecto plurimum tibi, qui ea tam eleganter, & eximio, at que inuſitato laudandi genere, ſummis in cœlum, vnde profecta ſunt, laudibus extuliſti. Quamobrem iure nemini mirum videri poteſt, ſi te iuris ac legum ſtudioſi ſuſpiciunt, ac diligunt, & ego qui huiuſce facultatis & ſcientiæ ſum non modo ſtudioſus, ſed etiā M. D. Leonardi à lege iuriſconſ. Clariſſimi, tuique amantiſsimi alumnus, te non ſolum admiror; & ſingulariter amo, verum etiam aſsidue cogito, qua ratione meū erga te amorem non tantum apud eos, qui viuūt, ſed apud poſteros etiam relinquere teſtatum æternumque poſsim. Sub nomine igitur tuo nunc in lucem edo eruditiſsima Reſponſa Bartholomæi Capollæ, viri plane eximij, & Doctoris vbique celeberrimi Conſilia ciuilia tum ob eam cauſam, quam ante commemoraui, quod ego tibi vna cum legibus & legum ſtudioſis me tibi multum debere profiteor, tum quia neceſsitudinis noſtræ, morum ſtudiorumque ſimilitudine iampridem inſtitutæ, ac mutuis inter nos officiis auctæ & ſemper excultæ monumentum aliquod extare cupio. Quanquam munus hoc eo etiam nomine debetur tibi, quod Conſilia hæc vtiliſsima, & à plurimis exoptata, quæ nuſquam à me, qui ea diu quæſiueram, nec pretio, nec precibus poterant reperiri, tu mihi vltro miſiſti, & largitus es. Libenti igitur animo atque hilari vultu accipe, quod eſt quodammodo tuum, quodque & leges, & legum amantes cupiunt, & ego non ſolum cupio, ſed etiam debeo, exiguum quidem munuſculum, ſed ſummi tamen mei erga te amoris pignus; dum maius aliquod amicitiæ noſtræ teſtimonium paro. Venetiis Idib. Mart.

REPER-

REPERTORIVM CONSILIORVM D. BARTOLOMÆI CÆPOLLÆ I. V. D. EXCELLENTISſimi nouiter in lucem editum.

NVm promiſſio matrimonij habeat vim de pręſenti, an vero de futuro tantum. conſ. 1

An ſubarratione annuli matrimonium contrahatur per verba de pręſenti: quandoque matrimonium metu dicatur contractum vel non. conſ. 2

Si matrimonium per verba de præſenti contractũ eſt: num probetur matrimonium legitime cõtractum. conſ. 3

Matrimonium metu contractum quomodo fiat legitimum. conſ. 4

Matrimonium num dicatur legitimum, ſi impedimentum aliquod interuẽtum ſit, propter quod alias non poteſt cum aliqua muliere legitimum contrahi. conſ. 5

Verba iſta, ſum contenta, an inducant matrimonium de præſenti, an de futuro: ac num bibendo firmetur. conſ. 6

Statutum, ſi mulier viro matrimonialiter copulata & dotata deceſſerit in matrimonio ſine filiis aut filiab. communib. vt maritus lucretur medietatem dotis & bonorum paraphernaliũ, nũ nepotes excludantur an præferantur conſ. 7

Donatio inter virum & vxorem facta num valeat. conſi. 8

Notarius rogatus æſtimo addere capitulum num de falso teneatur. conſi. 9

An liceat in contractu emptionis & venditionis decipere & decipi. conſ. 10

Quæſtio num facultas præſentandi competat illi qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris patronatus: & num ita petitorium & q. poſſeſſorium iuris patronatus ſimul poſſit intentari. conſi. 11

Fideiuſſor cui ceſſæ ſunt actiones contra alios fideiuſſores pro rata per creditorem qui confeſſus eſt totum debitum recepiſſe an poſſit agere contra alios confideiuſſores. conſ. 12

Promiſſio ſeu obligatio perſonalis an tranſeat cõtra ſingularem ſucceſſorem. conſ. 13

Num tranſactio facta per mulierem conſtãte matrimonio ſine ſolemnitate ſtatuti valida ſit. conſil. 14

An mulieri ſoluto matrimonio debeatur aliquid vltra ſortem ab hęredib. viri qui fuerunt in mora dotem reſtituendi. conſi. 15

An poſſit appellari a ſententia lata per bonum virum in cauſa reductionis confirmatoria primæ ſententiæ. conſ. 16

Num liceat renunciare hereditati paternæ & maternæ. conſ. 17

Num contractus emptionis aut venditionis vſurarius etiam iuratus ſit reuocandus. conſi. 18

An procedendum ſit prius ſuper captura hominis quam ſuper debito cuius vigore fuerit captus conſil. 19

An clericus in minoribus conſtitutus non beneficiatus poſſit eſſe procurator laici in foro ſeculari. conſ. 20

Clericus in ſacris cõſtitutus aut monachus an poſſit eſſe procurator. con. 21

Vaſallus intrans religionem num feudo priuetur, & cui quæratur ius feudale eo priuato. conſi. 22

Num inſtrumento publico an vero prothocollo notarij potius ſtandum ſit. conſ. 23

Decima an debeat ſolui in loco vbi nati ſunt agni fugientiũ propter bellum an in loco proprio, a quo fugerunt. conſ. 24

An Emphyteuta aut libellarius propter canonem nõ ſolutum à iure ſuo cadat: numque vaſallus feudum non poſſidens, non petendo inueſtituram infra tempus debitum perdat feudum. conſil. 25

Compromiſſum an de iure poſſit fieri in iudicem ordinarium. conſ. 26

Mulier an poſſit ſe vel bona ſua obligare pro viro incarcerato ex cauſa debiti fiſcalis: & num maritus poſſit de dote vxoris patrem alere. conſ. 27

Mulier an poſſit renunciare beneficio Auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian. aut beneficio epiſtolę diui Adriani aut S.C. Velleiani. 28

Arbitrator in prima cauſa an poſſit eſſe iudex in cauſa reductionis dicti arbitramenti. conſil. 29

Arbitri per partes electi an eorum ſententiam mutare poſſint. conſ. 30

Feudum an poſſit alienari cum conſenſu domini in præiudicium poſtea naſcituri ſucceſſoris cõſil. 31

Tutor ſuſpectus an poſſit remoueri, & eius loco alius ordinari, & primi adminiſtratio interdici. conſil. 32

Lis ſeu quæſtio inter coniunctos orta qualiter & per quos ſit agitanda & terminanda. conſ. 33

Statutum de compromiſſis faciẽdis inter coniunctas perſonas prohibens omnem reductionem, appellationem &c. an extendatur ad enormem læſionem. conſ. 34

Vbicunque lex vel ſtatutum exigit ſolemnitatem aliquam adhiberi poſt actum nec aliter annullat actum, ſi ſolemnitas illa omittatur an ipſo iure vitietur actus. conſi. 35

Monaſterium an ſuccedat in feudum, aut in commoditate feudi illius Vaſalli qui in illud monachatur. conſi. 36.

Monachus qui reliquit monaſterium ſuum & poſtea intrauit aliud quæritur num ita trãſire liceat & cui monaſterio acquiratur illud legatum cõſil. 37

Inſtrumentum faciens mẽtionem de alio nũ probet. conſi. 38

Generalis ſocietas an includat iura ſociorum: & an comprehendat ſucceſſiones ſeu donationes futuras. con. 39

Societas quomodo contrahatur cum minore ac fratribus, & an lucrorum communicatione inducatur. con. 40

De connentione ſeu pacto variæ ſocietatis ineundæ, agit.conſ.41
Societas in dubio contracta num præſumatur ſecundum conditionem perſonarum facta conſil.42
Statutum loquens de pręſentatione ex linea agnatorum num intelligatur vltra decimum gradū conſi.43
Ad probationem alicuius actus, quod ſcilicet vere factus ſit an ſufficiat cōfeſſio vniuspartis. cō.44
Ius præſentandi num ex inualida venditione acquiratur. conſ.45
Bona libellaria an poſſint ſine domini conſenſu alienari.conſ.46
Literæ non publicatæ aut non acceptatæ an aliquē dicantur habere vigorem. conſ.47
Statutum loquens, quod bannitus poſſit impune offendi an includat quod poſſit occidi con.48
Aliquis in ſubſtitutione fideicommiſſaria vltimo moriens fratres eorumque liberos & deſcendētes legitimos & naturales ſubſtituit quęritur nū vnius fratris filios includat ſuperſtite adhuc patruo ſuo.conſ.49
Extractus de ventre matris ſectæ qualiter probetur viuus aut mortuus.conſ.50
Epiſcopo vel presbytero mortuo an eius ſucceſſores ſeu hæredes poſſent occupare bona ſua, vel ad quem debeant illius bona ſpectare. con.51.
Inſtitutio facta de Titio & eius filiis an ſit intelligenda pariter, aut ordine ſucceſſiuo.con.52
Teſtamentum an reddatur nullum ex pręteritione alicuius ſucceſſibilis. conſ.53
Teſtator ſubſtituens fratres ſuos in hæreditate an etiam cenſeatur vocare filios eorum conſ. 54
Teſtes reprobatorii an & quādo poſſint etiam publicatis atteſtationibus reprobari con.55
Quatenus ad adminiſtrationem datus tutor, curator, actor, coadiutor, cuſtos, teneantur de male geſtis. conſ.56
Exceptio rei judicatæ an & quando obſtet, vt affines non teneantur ad compromiſſum conſ.57
Caſus ſuper Genealogia ortus, omiſſo quodam cū deſcendentibus.conſ.58
Num iudex debeat condemnare illum, quem nullus accuſat.conſ.59
Auxilium dans vel incitamentum rixæ an dicatur ipſi rixæ adeſſe vel eius particeps: item an ſemper liceat vim vi repellere, numque excedens modum defendēdi debeat puniri de morte vel exceſſu. conſil.60
Caſus ſuper promiſſione quadam legitimandi filiam.con.61
Num appellatione prolis contineantur deſcendentes an collaterales, an vniuerſales.con.62
Iuriſdictionem tantum habēs ſuper parte an poſſit ſuper toto ſententiare con.63
Exceptiones declinatoriæ ante litis conteſtationē poſitæ an impedire debeant litis ingreſſum cōſilio.64
Num quis poſſit conueniri, licet non poſſideat. con.65
Num comes, cui conceſſa eſt poteſtas legitimandi poſſit legitimare inceſtuoſos, & hæc legitimatio valida ſit.conſ.66

F I N I S.

REPER-

REPERTORIVM VERBORVM AC SENTENTIARVM SELECTIORVM IN PRVDENTISSIMA D. BARtholomæi Cæpollæ Reſponſa,

EA QVIDEM DILIGENTIA RECOGNITVM, ATque inſtauratum, vt numerorum ratione fideliſſime ſubducta, atque omni prorſus labe, qua vbique deprauatum deprehendebatur, ſublata, nullibi aut falli, aut decipi poſſis.

A

Ablatiui abſoluti inducunt diſpoſitionem, quando proferūtur ab eo, qui poteſt diſponere circa illud. conſi. 7. num. 5

Actus illicitus qualiter probetur, aut per errorem, aut per dolum factus. conſi. 9. n. 7

Actus agendum non operantur vltra intentionem eorum. conſi. 57. num. 9

Actionem confeſſoriam præcedere debet moleſtia. conſil. 57. num. 13

Actio competens ex ſtatuto dicitur in rem ſcripta, & qualiter intelligatur dari poſſe contra poſſeſſorem conſi. 65 nume. 3

Actor debet ſequi forum rei. conſi. 29. nu. 3

Actus in dubio ſic debet interpretari, vt potius valeat, quam pereat. conſ. 34. nu. 9

Actus ſucceſſiue factus an poſsit dici ſimultaneus. conſil. 30 nume. 7

Accedens in auxilium alicuius delicto poſt ipſum delictum conſummatum, an dicatur delicti particeps. conſil. 60 num 9

Accuſatio de ſuſpecto tutore an per procuratorem poſsit interponi. conſil. 32. nu. 14

Actio eſt ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur. conſi. 13 nu. 5

Actus à lege & homine prohibitus an aliquo caſu fieri poſsit conſi. 66. nu. 28

Actib. in iudicialibus grauatus ad hoc vt reducat ſententiā, non ſufficit quod ſimpliciter cōtradicat, ſed debet appellare. conſi. 29. nu. 15

Accuſatio de auxilio vel fauore alicui in malum præſtito qualiter dicatur ſufficiens con. 60. nu. 10

Ad mixtam probationem an ſufficiant coniectura & præſumptiones. con. 2. num. 5

Ad reſciſsionem contractus idem operatur dolus re ipſa, ſicut dolus ex propoſito con. 17. nu. 6

Ad probationem alicuius actus, quod ſcilicet vere factus ſit an ſufficiat confeſsio vnius partis. con. 44. nu. 2

Ad ſolennitatem teſtamenti quæ requirantur. con. 3. nu. 5

Ædificans in ſolo alieno an faciat, quod ædificatum cedat ſolo. conſi 35. nu. 13

Ædificium ſpreta denunciatione factum, de iure venit demoliendum. con. 46. num 1

Affictales & domeſtici repellendi ſunt à teſtimonio. conſ 3. num. 4

A forma inueſtituræ alicuius iuris non eſt recedēdum. conſ. 24. num. 2

Agēs pro ſuo intereſſe debet prius quam audiatur de intereſſe docere. con. 57. nu 11

Agnatus an poſsit deponere de agnatione con. 44. nu. 4

Agnati non dicūtur niſi vſq; ad decimū gradum cō. 44. n. 8

Agnati ſeu cohærentes quo caſu habeant vnum annum tantum ad præſentandum. con. 43. nu. 6

Alienare bona ſua, & ſe & ſua obligare, paria ſunt. cō. 27. n. 4

Aliquid eſſe contra bonos mores, tripliciter intelligitur. cōſil. 8. num. 8

Alteri per alterum ſtipulari nemo poteſt. con. 61. nu. 15

Amicus eſſe non præſumitur qui enormiter lædit in arbitrando. con. 34. num. 5

Annuli delatio an ſit indicium matrimonij. conſi. 5. nu. 15

Appellatione offenſæ an contineatur grauiſsima & capitalis, aut totalis rei conſumptio. con. 48 nu. 4

Appellatione atrocis iniuriæ an cōtineatur mors. con 48. n. 2

Appellatio an dici poſsit nulla ex eo quod acta & ſententia non ſunt producta. con 35. nume. 4

Appellatione filiorum & filiarum an comprahendātur nepotes. conſi. 7. num. 6

Appellari licet à grauamine maxime in his quæ iudicis arbitrio committuntur. con. 16. nu. 3

Appellatione prolis an contineantur deſcendentes, an collaterales, an tranſuerſales. con. 62. nu. 1

Appellatione liberorum in ſubſtitutione comprehenſa continentur etiam fœminæ ſeu deſcendentes ex fœmina. con. 49. nume. 4

Appellans ſi vult obtinere in aliquo habet hoc deducere, & rem probare. con. 35. nu. 11

Appellatione clericorum an contineantur clerici prima tōſura. con. 20. num. 3

Appellari an poſsit à ſententia lata per bonum virum in cauſa reductionis confirmatoria primæ ſententiæ. & num. ſeq. con. 16. num. 1

Apprehendens poſſeſsionem caſtri vel villæ cenſetur etiam apprehendere quaſi poſſeſsionem iuris patronatus. conſ. 11. nume. 6

Arbitri à ſententia an poſsit appellari, aut reductio fieri. con. 34. nu. 19

Arbitrio in generali non veniunt expreſſe prohibita. con. 34 nnmer. 15

Arbitrio in omni læſio enormis cēſetur excepta atque prohibita con. 34. nu. 2

Arbitralis ſententiæ nullitas diuerſimode conſideratur. con. 30. num 1

Arbitri per partes electi an eorum ſententiam mutare poſſint. con 30. nu. 2

Arbitrator in 1. cauſa an poſsit eſſe iudex in cauſa reductionis dicti arbitramenti con. 29. num. 1

Argumentum a nomine eſt bonum. conſ. 9. nu. 8

Arma deferens præſumitur malū animū habere. con. 2 n. 6

Auth. res quæ. C. com. de leg. quo caſu locum habeat. conſil. 38. num. 14

Auxilium

Auxilium dans vel incitamentum in rixa an dicatur ipſi rixa adeſſe vel particeps eius eſſe. con. 60. nu. 1

B

B Aſtardi non poſſunt in præiudicium legitimorũ & naturalium legitimari. conſil. 66. nu. 19

Baſtardi an poſſint à comite extantibus legitimis nec conſentientibus legitimari. & nu. 23. conſ. 66. nu. 18

Bannitus an poſſit ſeipſum impune offendere. conſ. 48. n. 10

Bona delinquentis dicuntur in fiſcum tranſire, quæ tempore commiſsi criminis apud delinquentem reperta ſunt. con. 58. nu. 5

Bona libellaria an poſſint ſine domini conſenſu alienari con. 46. num. 1

Bona per clericum poſt clericatum acquiſita præſumuntur in dubio acquiſita de bonis eccleſiæ. conſi. 51. nu. 3

Bona fides non patitur quod ini vni debitũ tollatur, & detur alteri. conſi. 34. nu 4

Bona fides non patitur idem bis exigi. con 13. nu. 8

Bonum & æquum dicitur illud quod eſt iuri conforme, & per leges adprobatum con. 29. nu. 9

C

C Ancellatio ſeu ſuperſcriptio an ſemper inſtrumentum habeat vitiare. & nu. 10. con. 63. nu. 3

Cancellatio ſeu ſuperinductio in aliquo inſtrumẽto facta, quo caſu & quando ipſum non vitiet. conſi. 63. num. 11

Cancellationes vel litera adiuncta alicui inſtrumento vel teſtamento reddunt ipſum ſuſpectum. con. 38. nu. 5

Capto iuris ordine non ſeruato, dicitur vis inferri ſpoliatiua propriæ libertatis. con. 19. num. 2

Capit. porrò. extra de loca. de quo & qualiter ſit intelligendum. conſi. 25. nu. 17

Caſus legis nullam continet dubitationem. con. 64. nu. 1

Caſus omiſſus in teſtamẽto aut vltimis voluntatib. an ſemper habeatur pro omiſſo, cum à verbis teſtatoris non ſit recedendum. con. 54. nu 2

Caſus in ſententia omiſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis conſ. 63. nu. 4

Cauſa quando & qualiter dicatur mota. conſi. 32. nu. 8

Cauſa quæcunque ſit non poteſt vnius teſtimonio terminari. con. 61. nu. 9

Cauſa ad fundamentum iuriſdictionis requiſita debet eſſe vera & diſcuſſa, alias iudicium erit ipſo iure nullum cõ. 64. num. 10

Cauſa naturalis potentior eſt accidẽtali, quapropter eſt in dubio præferenda. con. 42. nu 4

Cauſa ſuſpecti tutoris cui debeat committi. con. 32. nu. 18

Certa forma à lege vel ſtatuto ad aliquem actum tradita non obſeruata actus redditur nullus. con. 44. nu. 1

Ceſſante cauſa finali ceſſat effectus. con 39. nu 9

Citatio vel monitio ſemper debet præcedere actum præiudicialem. con. 32. num. 10

Coadiutor vel actor tutori datus quo caſu cenſeatur datus periculo tutoris vel non. con. 65. nu. c

Cohabitatio per longum ſeu longiſsimum tempus an ſit indicium matrimonij. 5. nu. 16

Cohabitatio vnius noctis poſt matrimonium metu contractum an faciat matrimonium legitimum. con. 4. nu 6

Comes cui conceſsum eſt legitimare certum genus ſpuriorum, an poſsit illos qui maiori ſpurietate laborant legitimare conſi. 66. nu. 7

Comitem non poſſe ſine cauſa legitimare debet intelligi de cauſa iuſta & iuridica. conſi. 66 num. 17

Copia ſine ſigno notarij fidem non facit. conſi. 38. num. 1

Copula &, poſita inter duo adiectiua, aut ſubſtantiua reſpectu alterius ſubſtantiui requirit vtriuſque cõcurſum conſi. 57. nu. 3

Copula &, cuius natura ſit. con. 40. nu. 14

Copula natura eſt repetere qualitatem prius appoſitam, & diuidere copulata, & pariter & æqualiter coniungere. con. 52. nu. 2

Confeſsioni coniugum pro matrimonio ſtatur. con. 5. nu. 12

Conſuetudo mala nõ minus quam pernicioſa corruptela vitanda eſt, quamſi cito radicitus euellatur in priuilegiorum ius ab impiis aſſumitur con. 17. nu. 9

Conceſſum cenſetur quicquid non reperitur prohibitum. conſi. 16. nu. 4

Contractus emptionis aut vẽditionis vſurarius etiam iuratus, an & qualiter ſit reuocandus con. 18. nu. 1

Contrahentibus an ſit licitum de iure ciuili ſe decipere con. 10. nu. 4

Contradictio verbalis in iudicio facta probat moleſtationẽ. con. 57. num. 16

Contutor an teneatur reddere rationem ſuo contutori aut adminiſtrationem communicare. con 56. nu. 4

Contutor tenetur de mala adminiſtratione caſu quo non eſt diuiſa adminiſtratio con. 56. nu. 8

Contutores non dicuntur niſi ſint facti vno & eodem tempore con. 56. num. 11

Contumax in reſpondendo poſitionibus habetur pro confeſſo. con. 32. nu. 18

Conuentio ſeu pactum quod ſocietas ſeu fraternitas aliqua ſit indiuiſibilis an ſit valida. conſ. 41. nu. 1

Cui actio datur non debet exceptio denegari. conſi. 25. nu 8

Cuſtos alteri datus & adminiſtrator ſi detrimentum aliquam res patiatur an teneatur ille cui datus eſt cuſtos. con. 56. nu. 6

Clandeſtinum matrimonium dicitur eſſe ſuſpectum, quia qui male agit odit lucem. con 2. nu. 7

Clauſula iſta, ſaluo iure ſuo literis allodialibus inſerta quid operatur. con. 25. nu. 2c

Clauſula ſine dolo & fraude, quid importet conſi. 29. nu. 7

Clericus in minoribus conſtitutus non beneficiatus an poſſit eſſe procurator laici in foro ſeculari. con. 20. nu. c

Clericus cuiuſlibet gradus prohibitus cẽſetur à procuratione litigioſa. con. 20. nu. 2

Clericus in caſu neceſsitatis vel charitatis poteſt eſſe procurator. con. 21. num. 4

Clericus, an in foro eccleſiaſtico poſsit eſſe procurator. con. 21. nu 5

Clericos non poſſe eſſe procuratores, qualiter ſit intelligendum. con. 21. nu. 6

Clericus beneficiatus debet ſeruire eccleſiæ, nõ beneficiatus autem non tenetur de neceſsitate. con. 20. num. 6

Clerici non debent ſe ſecularibus procurationibus immiſcere. con. 20. nu. 4

Creditor differens ſolutionem an cenſeatur confiteri ſibi ſolutum eſſe. con. 12. nu. 5.

Crimẽ alicui impoſitum extinguitur morte quo ad omnem pœnam etiam pecuniariam. con. 59. nu. 4

Crimen læſæ maieſtatis reddit quem inteſtabilem actiue & paſsiue. con. 58. nu. 24

Concluſionem libelli attendi debere qualiter ſit intelligendum conſi. 64. num. 12

Conclu-

Concluſio eſt potiſſima pars libelli. in conſi. 1.incipiente in Chriſti nomine. num.3
Concluſioni libelli ſtandum eſt non narrationi. con.11. n.1
Concluſio colligitur & infertur ex narratio. in con.1.incip. in Chriſti nomine. nu.6
Confeſſio facta per procuratorem per modum voluntariæ iuriſdictionis an præiudicet domino.conſi.2. nu. 28
Confeſſio coniugum contra matrimonium non debet nocere.con.5. num.23
Confeſſioni propriæ an ſemper ſtandum ſit. con.2. nu.15
Confiſcatis filij bonis an veniat legitima filio debita in bonis patris.con.58 nu.31
Confiſcatione bonorum omnium an veniant bona vel iura quærenda.con.58. nu.26
Confeſſio ficta non nocet, vbi excluditur vera, ſecus vbi nõ excluditur.conſi.12. nu.4
Conſanguinei an admittantur ad probandum vitam alicuius.con.50 nu.2
Conſanguinei præſumuntur ſcire facta ſui conſanguinei de iure ſanguinis & naturæ, non autem de factis extrinſecis.con.47. num.5
Compater an repellatur à teſtificando.con.5 nu.11
Compromiſſum an de iure poſſit fieri in iudicem ordinariũ conſi.26. nu.1
Conſuetudo mala non minus, quam perniciosa corruptela vitanda eſt, quæ niſi radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab improbis aſſumitur.con.58. nu.17
Conſtitutum dicitur habere vim traditionis, & per ipſum transfertur poſſeſſio in donatarium.con.8. nu.4
Conſtitutum ſemper capitur ſecundum naturam cõtractus cui apponitur.conſ 8. nu.13
Conſenſus declaratur per verba.con.9. nu.1
Contractu facto cum monaſterio de percipiendo fructus aliculus poſſeſſionis pro mille quouſque vixerit contrahẽs an vita durante poſſint vltra illa mille percipi.conſi.14 num.4
Contractus venditionum pro maiori pretio ad terminum quã pro pecunia an ſint de iure canonico liciti.cõ 10.n.10
Contractus matrimonialis an inuicem bibendo firmetur. con.6. n.2.

D

DEbitum fiſcale dicitur debitum publicum. conſilio 37 num.2
Decimæ an debeat ſolui in loco vbi nati ſunt agni fugiẽt. propter guerram an in loco proprio à quo fugerũt. con. 24. nu.1
Delegatio facta in cauſa ſuſpecti tutoris, an & quando ſit valida, vel non. conſi 38. nu.13
Delegatio ſurreptitia an poſſit eſſe valida.con.64. nu.7
Delictum quod vxor cõmittit in virum, maius eſt illo quod committit filius in patrem.con.48. nu.16
Denominatio filiorum legitimorum an cauſet præſumptionem legitimi thori.conſi.5. nu 18
Deputati ad virgines maritandas an poſſint dare portionẽ intranti religionem.con 36. nu.9
Dictio alicuius denotat quandam ſimilitudinem præcedentium.con.66. num.6
Dictio ſeu, cuius ſit effectus & natura. con.57. nu.4
Dictio niſi, poſita cum oratione negatiua non dicitur negare actum ſed potentiam.in 1.con. num5
Dictio ſeu, disiungit verba, ſenſum autem coniungit.conſi. 64. nu.4
Dictio prout, quid importet.con.28. nu.18
Dictio penitus, quid ſignificet.conſi.66. nu.29
Dictum teſtis dicentis ſe non recordari de tempore, eſt excuſabile.conſ.5. nu.8
Diſpenſatio non poteſt fieri per inferiorem à principe ſine cauſa.cõſ.66. num.14
Diſpoſitio alicuius diſpoſitionis illi conuenire non poteſt cui verba non conueniunt. con. 59. nũ.2
Diuerſa habentes nomina ad diuerſos ſemper habeant effectus.conſi.16. nu.6.
Dolus non eſt in dubio præſumendus, ſed ſemper eſt probandus.con.57. nu.14
Dolum imponens debet probare indiciis perſpicuis.conſi.59 nu.7
Dimittens mulierem male indutam vagari fateri videtur eam non eſſe vxorem.con.5. nu.5
Dolus futurus non poteſt per pactum vel ſtatutum remitti conſi.34.nu.18
Domeſtici qui dicantur.con.9. num.4
Domus dicitur ex tecto & pariete conſtare, & qui poſſidet partem domus, an dicatur totam domum poſſidere. cõſ. 35. num.8
Dominus an liuellario abſente & nemine cõtradicente poſſit ingredi poſſeſſionem. con.25. nu.5
Donatio facta inter virum & vxorem ſimplici promiſſione an iuramento firmetur con.8. nu. 2
Donatio non præſumetur, vbi dari poteſt aliunde coniectura con. 63. num.18
Donatio facta per filium familias etiam fratribus in poteſtate eiuſdem patris exiſtentibus an ſit valida conſil. 58 nume.22
Donatio facta per patrem filiis in poteſtate conſtitutis an valeat.con.58 num. 28
Donatio per patrem facta filio dicitur morte confirmari. con 8. nu.5
Donatio inter virum & vxorem etiam iuramento firmata an ſit valida.con.8. nume.1
Dos à patre profectiu deficiente prole ad Patrem redire debet con.58.nu.21
Doti ſuccedere qui debent, & an dotata debeat dotanti ſuccedere.conſ.58. nu.10
Duobus teſtibus vnum & idem dicentibus, ſi tertius dicat oppoſitum, an dictum duorum lædatur, aut vincetur dicto illius conſi.2 num.18

E

ECcleſiaſtico ſine teſtamento defuncto relictis agnatis & cognatis, illi in bonis patrimonialibus debent eſſe ſucceſſores.con.51. nu.2
Electi per publicam viciniam ad ſumandum vel aptandum aliquid aſtimum, an poſſint mandare notario vt addat aliquod capitulum &c. per quod minuatur pœna debita conſi.9. num.1
Effectu carentia, debẽt & nomine carere. conſi. 30. nu.4
Effectus veræ poſſeſſionis eſt fructus colligere & in vſus proprios conuertere. con.25. nu. 7
Emphiteuta eccleſiæ an & quare poteſt purgare moram, & non emphiteuta priuati conſilij.con.25. nu.18
Emphiteuta cadens à iure ſuo an perdat melioramentũ.cõ. 25.nu.19
Emphiteuta priuati an poſſit donare ſine requiſitione aut conſenſu domini.conſi.8. nu 10
Emphiteuta priuati an triẽnio ceſſãtẽ à ſolutione poſſit morã purgare

purgare. conſil. 25. nu. 15
Emphiteuta an lapſo termino non ſoluens penſionem poterit expelli. con. 25. nu. 4.
Emphiteuta principis an poſsit donare irrequiſito domino con. 8 nu. 11.
Emphiteuticum fundum habens ſterilem, quem cultura ſua fecit meliorem, an poſsit illum ad heredes extraneos transmittere. con. 25. nu. 14
Epiſcopus habens bona patrimonialia & eccleſiaſtica debet de bonis eccleſiaſticis ſepeliri con. 51. nu. 4
Epiſcopus ſi habeat bona patrimonialia debet de illis viuere, bona autem eccleſiaſtica pauperibus erogare. conſi. 51. num. 5.
Epiſcopo vel presbytero mortuo an eius ſucceſſores ſeu heredes poſsint occupare bona ſua vel ad quem debeant illius bona ſpectare con. 51. nu. 1
Error iuris an excuſet aliquo modo con. 9. nu. 5
Error iuris naturalis neminem excuſat à dolo con. 9. nu. 6
Ethimologia filij quæ ſit, & an congruat nepoti. con. 7. n. 12
Exceptiones declinatoriæ ante lit. cont. propoſitæ an impedire debeant litis ingreſſum. con. 64. nu. 2
Exceptiones dilatoriæ quare ſint ante lit. conteſt. apponendæ & probandæ. & nu. 8. con. 64. nu. 4.
Exempla non reſtringunt regulam conſ. 66. nu. 5.
Exiſtens in eadem ſcriptura an poſsit dici prius, vel poſt inſertus, vbi in legendo ſimul completur. con. 30. nu. 8
Expenſæ factæ in re communi præſumuntur factæ ab illis quibus neceſsitas incumbebat con. 35. n. 12
Ex ſeparatis non fit bona illatio. con. 56. nu. 7
Extractus de ventre matris ſecta qualiter probetur viuus, aut mortuus. con. 50. nu 1
Extractus de ventre matris ſecta ſi modicum viuat, an ſit capax ſucceſsionis maternæ. con. 50. nu. 5

F

Factum lege permittente pœnam non meretur. conſi. 44 nu. 5
Factum quanti temporis lapſu dicatur antiquum. conſi. 26 nu. 3
Factum manus legitimum habetur pro non facto conſil. 58 nu. 20
Factis in antiquis, de quib. teſtes haberi non poſſunt an ſufficiat teſtimonium de auditu. con. 38 nu. 10
Factis in antiquis facilius præſumitur pro eo qui poſsidet, quam in factis retentibus conſi. 11. nu. 4. & con. 26. nu. 8
Factum antiquis præſumitur pro ſententia abſque aliorum productione. con. 69. nu. 1
Factis in multum antiquis opinio habetur generalis pro veritate. con. 21. nu. 3
Factum merum in conditionib. eſt inſpiciendū. con. 49. n. 12
Facultas præſentandi an competat illi qui eſt in quaſi poſſeſsione iuris patronatus con. 11. nu. 12
Falſitas in dubio nō eſt præſumenda. con. 38. nu. 13
Falſum non dicitur committi ſine dolo. con. 9. nu. 3
Falſum dicere & veritatem dicere, an & in quo differant conſ. 66. num. 30
Fama ſeu communis reputatio an cauſet præſumptionem matrimonij. con. 4. nu. 17
Fama cum vno teſte de veritate dicitur facere plenam probationem, quando tendunt ad vnum dictum. con. 3. n. 10
Fama dicitur ſemiplenam inducere probationem. & nu 8 con. 8. num. 3
Feudum paternum an poſsit alienari. con. 31. nu. 1
Feudum vaſalli religionem intrantis an reuertatur ad ipſum dominum, vel ad agnatos vaſalli. con. 36. nu. 4.
Feudum an amittatur per ingreſſum religionis. con. 22. n. 7.
Feudum antiquum ſeu paternum quod dicatur, & qualiter probetur con. 31. nu 3
Feudum regulariter non tranſit niſi in deſcendentes vaſalli con. 36. nu. 7.
Feudum paternum non dicitur, niſi ante eos quorum principium connexum eſt in vno ſtipite. con. 31. nu. 5.
Feudum nouum dicitur quod de nouo quæſitum eſt. conſi. 31 nu. 4
Feudū principaliter in fidelitate conſideratur. con 36. n. 10
Feudum illius, qui crimen commiſit læſæ maieſtatis, an veniat confiſcandum. con. 58 nu. 8
Feudum an poſsit alienari cum conſenſu domini in præiudicium poſtea naſciturī ſucceſſoris. con. 31. nu. 1
Feudum qualiter probetur antiquum. con. 31. nu. 2
Fideicommiſſarius cui debet hereditas reſtitui in euentum alicuius conditionis ſi moriatur ante euentum conditionis fideicommiſſum expirat, nec ipſum tranſmittit ad heredes. con. 54. nu. 5
Fideiuſſor cui ceſſæ ſunt actiones contra alios fideiuſſores pro rata per creditorem qui confeſſus eſt totum debitū recepiſſe an poſsit agere contra alios confideiuſſores. con. 12. num. 1
Fideiuſſor delegans debitorem non ſoluiſſe videtur conſil. 12 nu. 3
Fideliter iudicare qualiter intelligatur. con. 29. n. 6
Filius an poſsit patrem patriæ contrauenientem impune occidere. con. 48. num. 7
Filius tenetur patrem alimentare etiam bānitum vel exulem. con. 27. num. 5
Filius an teneatur ſoluere debita patris. conſi. 27. nu. 6
Filius ſoluens debitum patris an præſumatur donare. conſ. 40. nu. 6
Filium inſtituti excludere ſubſtitutum ex tacita mente defuncti qualiter intelligatur. con. 54. nu. 4
Filio aliquid committente propter quod veniant eius bona publicanda an pater teneatur vel poſsit cogi ad ſolutionem legitimæ pro filij condemnatione. conſi 58. nu. 30
Filiorum appellatione an veniant nepotes ex filio præmortuo. con. 7. nu. 2
Filij rebellium quare dicantur inſucceſsibiles. con. 58. nu. 25
Filium vaſalli adeundo hæreditatem cum beneficio inuētarij poſſe retinere feudum liberum qualiter ſit intelligendum. con. 31. nu. 19
Filios non habere, vel habere & non ſuccedere, paria ſunt con. 49. nu. 11
Filij ſpurij qui dicantur. con. 61. nu. 2
Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi. con. 30. n. 1
Fiſcus an & quo caſu habeatur loco liberorum vel heredum & nu. 7. con. 58. nu. 3
Forma mandati aut reſcripti aut libelli in quo pendeat. con. 64. nu. 13
Fratribus poſt mortem patris in communione perſiſtentib. ſi vnus conſumat aliquid ſui in commodum ſocietatis, ſi poſtea veniat diuiſio, an erit reſtituendus. præcipue ſi de eius intentione non conſtet. conſil. 40. nu. 5
Fructus naturales, aut induſtriales qui dicātur. con. 25. n. 9
Fuiſſe, ſed ſublatum penitus eſſe & non eſſe, paria ſunt. con. 30. nu. 6

Generalis

G

GEneralis ſocieta   nprabendat ſucceſſiones ſeu donationes j   n.39. num.6

Generalis confirmatio ſtatutorum nõ extenditur ad iniuſta ſeu iniqua con.34. nu.20

Generalis ſocietas qualiter contrahatur, & quod vna conditione deficiente annulletur.conſ.39. nu.1

Gerens negotia alterius tenetur ad rationem reddendam, & conficere librum rationum. con. 25. num.13

H

HAbens in emphyteuſim fundum ſterilem, quem cultura ſua fecit meliorem, an poſſit illud ad heredes extraneos tranſmittere.conſ.25. nu.14

Heres non dicitur ſuccedere niſi in bonis quæ reperiuntur tempore quo ſuccedit, & quid dicatur hereditas vel ſucceſſio.con.58. nu.28

Hereditas aſcendentis an ad aſcendentem ſuum ſit tranſmiſſibilis con. 50.num.8

Hereditas alicui delata vel ius adeundi hereditatem illi qui poſtea fit rebellis vel bannitus, an veniat in confiſcationem.con.58. nu.27

Hereditas materna non adita an tranſmittatur ad aſcendentes conſ.58 num.12

Hereditas fraterna non adita an tranſmittatur conſil.58 num.14

Habitatio ſeparata derogat ſocietati con.40. num.4

Honeſtas mulieris, ornatus, & comitatus cauſant præſumptionem matrimonij. con.5. num.14

I

IAcere in lecto cum vxore alterius, vel eam adulterare, paria ſunt.conſ.4. num.10

Iudex ordinarius non poteſt cognoſcere de cauſa, cuius iuriſdictio ſpecialiter eſt alteri attributa.conſi.64.num.16

Iudex in cauſa principali non poteſt eſſe iudex in cauſa appellationis.con.29. nu.2

Iudex non debet condemnare illum quẽ nullus accuſat con. 59. num 1

Iudicis intereſt ſcire quanta fides ſit teſtibus interrogatis adhibenda.con.59. nume.6

Iuramentum appellantis quando & qualiter ſit apponendum.con.35 num.3

Iuramentum an propter inſtrumenta de nouo reperta debeat retractari.con.13. nu.10

Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis. conſi.17 nume.4

Iuramentum minoris an ipſum liget.con.18 num.3

Iuramentum & ſententia æquiparantur, immo iuramentum maiorem habet autoritatem quam ſententia. conſ. 63. num.7

Iuramentum quod in alicuius tendit interitum non eſt ſeruandum ſed reuocandum.con.17. num.8

Iuramenti natura eſt ligare iurantem, non ampliare actũ iuratum.con.66. nume. 26

Iuramentum debet habere tres comites, iudicium, veritatem, & iuſtitiam.con.8. nu.6

Iuramentum & ſententia æquiparantur.con.28. nu.3

Iuramentum an poſſit deferri in ſupplementum probationis.con.61.nu.11

Iura non taxata iudicis arbitrio relinquuntur. conſil. 66. num.33

Iuriſdictionem tantum habẽs ſuper parte an poſſit ſuper toto ſententiare.& nu.6.con.63. num.2

Iniuſtitia facta rebelli ex culpa rebellis, vel ex inimicitia habita cum rebelli, etiam iniuſte, non debet alteri nocere, ſed ſibi.con.13.nu.6

Iuſtitia tribuit vnicuique ius ſuum: & quid intelligatur per hæc verba, ius ſuum. conſ.64. nu.14

Iuſtitiæ poſitiuæ ratio non datur, niſi quia ſic placuit.conſi. 15. num.7

Iuſtitia municipalis tolli poteſt, neceſſaria autem & naturalis non.con.34. nu.12.

Ius commune præſumit neminem velle delinquere. conſi.60 num.4

Ius præſentandi non poteſt ex inualida venditione acquiri. con.45. num.2

Ius ſibiipſi dicere propria autoritate nemo poteſt vbi iudicis poteſt haberi copia.con.25 num.1

Ius ſuum nemo præſumitur negligere, maxime vbi fuit vigilans in acquirendo.con.26. nu.7

Iuſſu iudicis vel ſuperioris aliquid faciens circa officium ſuum non videtur dolo malo facere.con.9. num.9

Ignorans an renunciare poſſit iuri quod ſibi ignorat competere.con.17. nu.7

Ignorantia qualibet etiam iuris excuſat à dolo con. 18.nu.5

Ignorantia qualibet etiam iniuſta excuſat à dolo. conſil.10 num.21

Ignorans quid ſignificet nomen agnatus non poteſt deponere de agnatione.con.43. num.4

Inhibitio facta per iudicẽ eccleſiaſticũ, iudici laico nõ afficit præterita præcepta, ſed futura.con.18. nu.2

Illicite captus per familiam dicitur violentiam pati, & ante omnia eſt reſtituendus.con.19. nu.5

Infeudare de nouo illicitum eſt & à iure vetitum: antiquum vero feudum reinfeudare permiſſum. conſil. 31. nume.7

Inferior à principe an poſſit in ſuis reſcriptis apponere clauſulam non obſtan.&c.con.66. nu.16

Inſtrumentum faciens mentionem de alio an probet.conſi. 38. nu.12

Interruptum non dicitur quod ſemper viget.conſi.47.nu.2

Inſtrumentum faciens mentionem de alio non probat niſi illud de quo fit mentio producatur. & num.8. conſil.38 numer.2

Inſtrumentum inueſtitura per hæc verba factum concedo pro annua quantitate non dicitur inſtrumentum feudale ſed potius contractus innominatus. con. 22. nu.3

Inſtitutio facta de Titio & eius filijs an ſit intelligenda pariter aut ordine ſucceſſiuo.con.52. num.1

Interficiens patrem & patriam offendens æque feudo priuandi ſunt. con.58. nume.9

L

LApſus trium annorum an collat petitionem reductionis ad arbitrium boni viri.con.29. nu.14

Legatio facta epiſcopo & capitulo, an intelligenda ſit indiuiſibiliter & diuiſibiliter conſi.52. num.4

Legatum factum filio vel filiæ à patre an ſit ſufficiens cauſa præteritionis teſtamentariæ, vt hoc caſu heredis præteritio non annullet teſtamentum con.53. num.2

Lege permittente factum pœnam non meretur. con.25.n.5

Lege pedes ſuos figente non eſt vltra procedendum con. 25 num.4

Legitimatio quid importet, & cuius ſit natura.cõ.66.n.19

Legitimari petens, fatetur ſe non eſſe legitimũ. con.5.nu.6

Legitimatio non poteſt fieri ſola voluntate, ſed requiritur reſcriptum principis, vel habentis poteſtatem à principe. con. 61. nu. 5
Legitimatio ſpurij patre viuente facta valet, ſed legitimatus non ſuccedit ab inteſtato extantibus legitimis. conſ. 66. nu. 22
Legitimatio facta vitiis legitimati non declaratis aut nulla de aliis filiis facta mētione, an ſit valida con. 66. n. 34
Legitimatio an poſſit in partem fieri, & in parte non. con. 66. num. 24
Legitimatio & diſpenſatio in quo differant con. 61. nu. 18
Legitimatio quæ diſpenſatio dicitur, requirit cauſam iuſtam conſi. 66. nu. 15
Legitimatio in dubio trahitur ad ſuccedendū. con. 61. nu. 16
Legitimari an poſſit quis cum hoc quod non ſuccedat vel aliquo certo modo ſuccedat con. 61. nu. 17
Legis conditor duo debet conſiderare. con. 34. num. 8
Legis dictum habetur pro vero & valido con. 45. nu. 3
Legi prohibitoriæ renunciari non poteſt con. 28. nu. 2
Lex magis diligit filios patroni quam ipſum patronum in bonis liberti con. 49. num. 8
Lex canonica ſupereſt & prævalet legi ciuili in his quæ ſpectant ad deum. con. 8. nu. 9
Læſio qualiter dicatur enormis, aut enormior, aut enormiſſima con. 29. nu. 12
Libellus debet cōtinere tria neceſſaria ſubſtantialia. in con. 1. inci. in Chriſti nomine num. 2
Libellus an in cauſa ciuili ſine concluſione valeat. in con. 1. incip. in Chriſti nomine. num. 4
Libellus etiam inepte formatus an & qualiter poſſit ſaluari in con. 1. incip. in Chriſti nomine nu. 8
Libellus principaliter conſiſtit ex tribus. con. 64. nu. 1
Libello & confeſſioni in eo facta an ſemper ſtandum ſit. con 61. num. 2
Liberorū appellatione an contineantur nepotes. con. 7. n. 10
Liberorum appellatione continentur tam fœminæ quam maſculi. con. 49. nu. 3
Limitata diſpoſitio limitatū producit effectum. con. 47. n. 3
Lis ſeu quæſtio inter cōiunctos orta qualiter & per quos ſit agitanda & terminanda con. 33. num. 2
Litera non publicata aut non acceptata an aliquem dicantur habere vigorem. con. 47. num. 1
Liuellarius an propter canonem non ſolutum cadat à iure ſuo & nu. 10. con 25 nu. 2
Liuellarius vendēs ſine licentia domini debet à ſuo iure cadere & nulla eſt venditio. con. 45. num. 1
Liuellarius culturam deſerēs & rem emphyteuticariam deteriorans de iure debet à iure ſuo cadere. con. 25. n. 11
Liuellarius an teneatur ſoluere fructus tempore guerræ non collectos. con. 25. nu. 20
Locupletari non debet quis cum alterius iniuria vel iactura con. 57. nume. 6
Longinquitas temporis an faciat quod euidenter nullum efficiatur validum. con. 26. nu. 4

M

Mala conſuetudo non minus quam pernicioſa corruptela vitanda eſt: quæ niſi cito radicitus euellatur in priuilegiorum ius ab impiis aſſumitur. con. 17. num. 9
Mandati fines excedens non debet domino præiudicare. cō. 61. nu. 7
Mandatum vel ſyndicatus in dubio non præſumuntur, niſi probentur. con. 26. num. 6
Mandatum an ſola antiquitate & temporis longitudine præſumatur legitimum. cō. 26. nu. 2
Maritus an poſſit de dote vxoris patrem alere. con. 27. nu. 7
Maritus & vxor dicuntur vna caro & vna & eadem perſona. con. 48. num. 9
Mater ſuccedens filio ſuo ex primo matrimonio ſi tranſeat ad ſecunda vota, tenetur illud in quo ſucceſſit reſeruare filiis ſecundi matrimonij. Idem in patre. conſilio 58 numero 19
Matrimonium qualiter probetur meticuloſum conſi. 4. n. 3
Matrimonium de præſenti an ſufficienter probetur per verba aut per deſponſationem & annuli ſubarrationem con. 4 num. 2
Matrimonium qualiter poſſit ſufficienter probari. conſil. 5 num. 1
Matrimonij contractus an poſſit ſufficienter probari per verba prolata de præſenti. con. 3 num. 2
Matrimonium qualiter dicatur ſufficienter eſſe probatum in con. 2. num. 1
Matrimonium meticuloſum an per bibitionem inuicem validetur. con. 4. num. 9
Matrimonium non fit ſolis verbis, ſine conſenſu. con. 3. nu. 1
Matrimonium per metum contractum an ſit validum cō. 4. numer 4
Matrimonio metu contracto ſi ſequatur cohabitatio vnius noctis contrahentium an præſumatur ſubſecuta copula carnalis con. 4 num. 9
Matrimonium meticuloſum validatur per copulam carnalem contrahentium. con. 4 num. 11
Matrimonium debet libere contrahi. conſi. 2. nu. 4
Matrimonium an probetur ſufficienter per inſtrumentum in quo vir & mulier ſe dicunt coniuges. con. quinto numero 20
Matrimonium ſolo conſenſu perficitur & validatur. con. 4 nume. 7
Mendax & falſo impetrans beneficium aut priuilegiū debet carere impetratis. con. 64. num. 5
Mens & voluntas æque poteſt per facta ſicut per verba declarari. con 6. nu. 10
Mercator an poſſit decipi. con. 10. nu. 5
Mercator ſine mendacio & periurio eſſe non poteſt. con. 10. nu. 8
Metus qualiter in aliquo actu ceſſare præſumatur conſil. 4. num. 8
Metus quilibet non ſemper impedit matrimonium. conſi. 2. num 11
Metus probari non poteſt in genere, ſed debet ſpecie probari. con. 2. nu. 10
Miles Chriſti effectus deſinit eſſe miles ſeculi. conſi. 36: nu. 3
Minori vel ſuis facultatibus vel dolo læſo ſuccurrendū eſt conſi. 17. nu. 3
Monachus non poteſt ad aliud monaſterium tranſire ſine licentia ſui ſuperioris. con. 37. nu. 4
Monaſterium an in ſucceſſione feudi habeatur pro filio. cō. 36. nu. 5
Monachus habetur pro mortuo mundo nec poteſt aliquid proprium poſſidere. con. 22. num. 6
Monachus an & quo caſu poſſit eſſe procurator. con. 21. n. 7
Monaſterium haberi loco filij qualiter ſit intelligendum cō. 36. num. 8
Monaſteriū an ſuccedat in feudū aut in commoditatē feudi illius vaſalli qui in illud monachatur. & n. 11. cō. 36. n. 1

Morien-

Moriente vxore in matrimonio relictis marito & nepotibus communibus dos, & bona vxoris pertinere debent ad nepotes. con. 7 nu. 3

Motus ad aliquid faciendum propter aliquam cauſam non poteſt dici in dolo con. 9. nu. 4

Mulier an poſſit ſe vel bona ſua obligare pro viro incarcerato ex cauſa debiti fiſcalis. con. 27. num. 1.

Mulier an poſſit renũciare beneficio auth. ſi qua mulie. C. ad Velleia. aut beneficio epiſtole diui Adriani aut ſenatuſconſul. Velleiani con. 28. nu. 1

Mulieri an conſtante matrimonio & non obſtante forma alicuius ſtatuti poſſit alienare cum ſue conditionis meliboratione. con. 14. num. 2

Mulier poteſt alienare dotem ſuam pro liberatione mariti ſui à carceribus. con. 27. nu. 3

Mulieri an ſoluto matrimonio debeatur aliquid vltra ſortem ab heredibus viri qui fuerunt in mora reſtituendi dotem. con. 15 num. 1

Murus communis an poſſit inuitis ſociis altiari. conſil. 35 num. 9

Murus multum à quodam altiatus illius efficiatur qui altiauit an illius cuius erat fundamentum, an communis con. 35. num. 6

Mutuum contrahenti prohibitum eſt etiam capere vnum pro centenario. con. 10. nu. 18

Mutanda non ſunt quæ longam habent interpretationem con. 34. num. 6

N

NArrandi diuerſitas nocere non dicitur dummodo eadem dicantur in 1. conſi. nu. 12

Nati ex damnato coitu non ſunt liberi nec naturales nominandi, omnique paterno beneficio dicuntur indigni. con. 61. num 3

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam habeat. con. 58. nu. 32

Nemo militans deo implicat ſe negotiis ſecularib. vt poſſit placere ei cui ſe probauit. con. 20. nu. 5

Nomen alicuius an ſit ſufficiens probatio illum eſſe talem qualis nominatur. con. 5. nu. 19

Naſci non viuum, vel naſci viuum & nõ poſſe viuere, æquiparantur. con. 50. num. 6

Nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu tolli poteſt. con 30. num 5

Nullitas arbitralis ſentẽtiæ diuerſimode conſideratur. con. 30. nu. 14

Numerus ſingularis poteſt comprehendere pluralem. con. 52. num. 2

O

OBliuio præſumitur poſt longiſſimum tempus etiam in facto proprio quando tractatur de damno vitando. cõ. 18. num. 4

Obreptio quando iuriſditionem vitiet. con. 64. nu. 9

Offenſa qualiter dicatur. con. 48. nu. 3

Offenſa dicitur omnis actus per quem pœna imponitur. con. 48. num. 5

Opinio generalis in factis antiquis habetur pro veritate con. 38. num. 11

Opponenti negligentiam alicuius incumbit probatio alias ſuccumbit. con. 56. nu. 9.

Ore in duorum vel trium ſtat omne verbum. con. 2. nu. 1

Orationis ambiguæ attendenda eſt mens proferentis. conſil 9. num. 2

Oſculum eſt ſignum pacis & amoris & beneuolentiæ: & conſenſus voluntarij. conſi. 2. nu. 16

P

PActum ſocietatis, quo vnus tantum ſentiat damnũ alius non, dicitur Leoninum, & ideo inualidum con. 39. num. 2

Pactum quod ſocietas duret vſque ad mortem vnius ex ſociis, an ſit validum. conſi. 41. num. 6

Papa aut imperator an poſſint ſine cauſa aut ſimplici voluntate aliquem legitimare aut diſpenſare con 66. n. 11

Parochianus vnius eccleſiæ fugiens ad aliam eccleſiam debet pro decimatiouib. ad primam reuocari. con. 24. nu. 3

Pars petens reductionem an incidat in pœnam compromiſſi. con. 29. nu. 16

Pater alienando feudum nouum an præiudicet filiis aut deſcendentib. con. 31. num. 10

Pater an poſſit propter neceſſitatem famis vendere filium con. 48 nu. 8

Pater an poſſit delinquendo præiudicare filiis in feudo nouo per ipſum acquiſito. con. 31. nu. 12

Pater an poſſit ſtantibus legitimis filiis relinquere bona ſua filio ſpurio vel inceſtuoſo. con. 66. nu. 25

Pater an ſuccedere poſſit filio cum filiis filij vtrunque coniunctis. con. 58. nu. 1c

Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona. con. 57. nu. 8

Patris appellatio non complectitur auum: & ſtatutum loquens de ſucceſſione patris & filiorum non extenditur ad auum vel nepotes. conſi. 7. num. 8

Patre viuente nullum ius dicitur filius in ipſius hæreditate habere. con. 58. num. 4

Patiens mulierem cum alio cõuerſari, inducit præſumptionem quod non ſit eius vxor. con. 5. nu. 4

Pax dicitur à pacto quaſi tranquilla libertas con. 48. nu. 18

Pœna emiſſionis rerum à lege vel ſtatuto indicta, an ſemper tranſeat ad heredes.. con. 59. nu. 3

Pœnam & annullationem actus ſimul concurrere qualiter intelligatur con. 45. nu. 4

Pendente cauſa ſuſpecti tutoris, an ipſo iure ſit ſuſpenſa adminiſtratio. conſi. 32. num. 4

Penſio ſoluta pro feudo non dicitur feudum ſed contractus emphiteuticus, vel innominatus. con. 36. nu. 10

Periurium præſuppouit dolum. con. 18. nu. 4

Porrectione libelli in cauſa ſuſpecti tutoris an intelligatur ipſo iure interdicta adminiſtratio ipſi tutori. con. 32. n 9

Perſone coniunctæ quæ dicantur. con. 21. nu. 3

Perſonæ miſerabiles quæ dicantur. conſi. 21 nu. 2

Perſona in aliquo inſtrumento non expreſſa non poteſt ſubintelligi conſ. 57. num. 2

Perſuadens alicui quod ſe maritet, vult concludere talem non eſſe maritatum vel vxeratum cons 5 nu. 2.

Petitio reductionis arbitramenti ad arbitrium boni viri quadrupliciter conſideratur. con. 29. nu. 4

Petitorium & quaſi poſſeſſorium iuris patronatus an poſſit in eodem libello inten[illegible]ri. con. 11 nu. 4

Petitorio & poſſeſſorio in libello narratis licet in altero tãtum fiat concluſio poteſt tamen ſuper vtroque fieri condemnatio. con. 11. nu. 3

Poſſeſſio patris & filij dicitur promiſcua: & vno poſſidente alter intelligitur poſſidere. con. 57. num. 13

Poſſeſſione ſola acquiritur titulus dominij licet poſſidens nõ ſit dominus.con.11. nu.10
Poteſtas literarum ex eius tenore dependet. con.66. nu.2
Præpoſitio ex, denotat cauſam immediatam con.7. nu.7
Præſentatio dicitur fructus poſſeſſionis iuris patronatus & qui præſentat dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione iuris.conſ. 11. nume.5
Præſentia mentis cum confeſſione partis habetur pro numeratione debiti con.46. nu.7
Præſumptio tollitur per probationem.conſi.2. nu.13
Præſumptio non cadit in certis ſed dubiis.con.26. num.3
Præſumi non debent quæ ſunt facti & in facto conſiſtunt. con.58 num. 15
Præſumptio vna poteſt aliam tollere: quapropter vbi iudex debet ex præſumptionibus arbitrari,debet conſiderare illas quæ præponderant.con.2. nu.12
Princeps concedendo priuilegium legitimandi nulla facta mentione de filiis naturalibus & legitimis an præſumatur intellexiſſe illis exiſtentibus vel illorum iure ſaluo. con.69. num.20
Principis commiſſione generali vel ſimplici nõ venit vt tollatur ius commune. con.34. nu.16
Principis ratio motiua habetur pro cauſa quoad diſpenſationem vel legitimationem con.66. nu.11
Principali deficiente deficit & acceſſorium conſ.37. num.2
Priuilegium filij an tranſeat ad nepotes con.7. nu.12
Priuilegium principis debere latiſſime interpretari qualiter ſit intelligendum.con.66. nu.9
Priuatorum pacto non poteſt dari iuriſdictio. con.63. nu.7
Priuilegium dotis an locum habeat in dote data non confeſſata conſi.12 nu.2
Priuilegium principis latiſſime eſt interpretandum con.66 num.1
Probatio per coniecturas relinquitur arbitrio iudicis. conſil.2. num.9
Probatio promiſſionis matrimonij quot teſtes requirat in con incip.in Chriſti nomine. nu 9
Probatio nil aliud eſt quam iudicem ad fidem & indubiam credulitatem adducere con.3. nu 11
Probare volens conſanguinitatem vel agnationem inter duos in certo gradu neceſſe habet duos teſtes adhibere. conſi.43. nu.3
Prohibitum in aliqua regula cum certa pœna ſi tranſgrederetur an cenſeantur vota generalia regulæ tranſgreſſa con.13. nu.4
Procedendum prius eſt ſuper captura hominis, quam ſuper debito cuius vigore fuit captus.conſi.19. nu.1
Procurator ſimpliciter datus quoad res debet intelligi ſtricte datus quoad perſonas con 56. nu. 11
Prohibitio legis ciuilis an ſit potens ad tollendum vinculum iuramenti quod deo præſtatur.con.8. num.9
Prohibitio alienationis facta filiis non extenditur ad nepotes con.7. num.9
Promiſſio de legitimãdo an habeatur pro legitimatione. conſi.61. num.6
Promiſſio ſeu obligatio perſonalis an tranſeat contra ſingularem ſucceſſorem.con.13. num. 1
Promiſſio matrimonij an habeat vim matrimonij de præſenti an de futuro. in 1.conſi. nu.14
Promiſſio perſonalis perſonarum non debet egredi promittentis.con.13. num.2
Promiſſio matrimonij qualiter dicatur eſſe legitima.in cõſ. incip.in Chriſti nomine. num.1
Publica vox & fama de aliquo facto affirmatiuo inducit præſumptionem ſcientiæ, & è conuerſo in facto negatiuo.conſi.43 num 7
Publica vox & fama qualiter probetur.con. 31. num.8
Pupillus an & quo caſu poſſit adire hæreditatem etiam ſine tutoris autoritate.con.14. nume.8
Purgatio moræ quibus caſibus purgari poſſit. vel non.conſi. 25. num.16
Patre viuente nullum ius dicitur filius in bonis patris habere con.58. num.29

Q

QValitas perſonarum facit iudicium matrimonij.conſi.5 nu. 22
Qualitas præcedens in vna perſona intelligenda eſt repetita in eadem.con.57. num.7
Querela inofficioſi teſtamenti vocatur accuſatio. conſi. 32. num.5
Quittatio generalis non porrigitur ad ſpecies dolo aduerſarij ignoratas. con. 57 num 13
Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.conſil. 63 num.5
Quod fit per pactum fieri poteſt per ſtatutum. con.34. n.17
Quod principi placet legis habet vigorem. con 34. nu.14
Quando vna diſpoſitio fit contemplatione alterius, licet expreſſe verba ad illum non dirigantur,tamen ei competit actio con. 49. nu.13

R

RAtihabitio dicitur ſubſequentium confirmatoria,quia retrotrahitur, nec extenditur niſi ad ea quæ ſunt geſta conſi.6. nu.4
Ratihabitio præſupponit duo extrema.con.6. num.5
Ratihabitio dicitur confirmatio nec extenditur niſi ad id quod eſt confirmatum conſi.6. nume.6
Ratihabitio an in ſententiis procedat. con 30 num. 3
Recte iudicare quid ſit. conſi. 39. num.5
Recipiens inueſtituram feudalem pro ſe & hæredibus ſuis pro quibus hæredibus intelligatur recepiſſe.con.31.nu.12
Reclamatio facta ab arbitrio ad ordinarium dicitur quædam ſpecies appellationis. conſi.16. nu 2
Recedi poteſt a verborum ſignificatione vbi conſtat proferentem aliter ſenſiſſe.con.62. num.6
Reductio coram incompetenti iudice petita habetur pro nulla.conſ.29. nu.17
Reductioni ad arbitrium boni viri an poſſit renunciari. cõ. 34. nu.12
Regula de pactis ſeruandis intelligenda eſt de his quæ non ſunt contra bonos mores con 17. nu.5.
Regula, quod quis non poſſit opponere de iure tertij, ſi tertius nolit, quo caſu procedat.con.44. nu.4
Regula iſta: quicquid accedit ſorti eſt vſura, nõ procedit vbi aliquid petitur vltra ſortem tanquam intereſſe. conſil. 15. nu.6
Regula, non eſt obligatorium contra bonos mores &c. de reg.iu. lib.6.de quibus moribus intelligatur.conſ.8.nu.7
Regula illa, quod ponenti negatiuam ad ſuam intentionem fundandam debet illam probare includit præſumptionem iuris.con.46. nu.4
Reipublicæ intereſt pacem inter coniunctas perſonas conſeruare.conſi.37. num.1

Remiſ-

Remiſſione in generali an excludatur dolus vt non poſſit allegari.conſ.30. nu.5
Renuncians ſocietati doloſe an teneatur poſt talem renunciationem quæſita communicare. conſi.41. nu.4
Renũcians hæreditati paternæ etiam cum iuramento qn & quo caſu poſsit iuramenti abſolutionem petere. conſi.17 nume.2
Renunciare hæreditati paternæ & maternæ an & quando liceat.conſ.17. nu.1
Relatio facta ad aliquid intelligitur facta cum omnib. qualitatibus conſ.6. nu.7
Religio ſecunda ad quam monachus vult tranſire debet eſſe arctior prima.con.37. nu.5
Reſcriptum falſe impetratum valere non debet. conſi. 64. numer.6
Reſoluto iure datoris an ſemper reſoluatur ius acceptatoris. con.47. num.7
Reſponſio ſimplex refertur ad interrogata conſi.6.numer.3
Res an tantum dicatur valere quantum vendi poſsit.conſil.10. num.3
Res vna & eadem non debet diuerſo iure cenſeri. conſil.31. numer.6.
Reſtituens rem penes interdictum ſine licentia iudicis an teneatur ad damnum & intereſſe.con.13. nu.3
Reuocatio præcepti alias facti an ſit actus prohibitiuus confirmatoria vel approbatoria.con.26. nume.9
Rex dicitur iudex generalis in ſuo regno,& poteſt cognoſcere etiam de cauſis in quib. ſunt in ſuo regno ſpeciales iudices deputati.con.64. num.3
Rixa non poteſt vno ſolo interueniente dici. con. 25. num.6
Ruſtico parcendum eſt in damnis euitandis etiam ſi ius ignorauit.con.56. num.10

S

Scienti non e . neceſſaria notificatio con.47. nu.4
Sclauona non præſumitur maritata.con.5. nu.7
Scripturis duab. prolatis.ſ.inſtrumento publico & prothocollo notarij cui potius ſtabitur con.23. nu.1
Scripta exempli cauſa non ſunt reſtringenda conſi.10.nu.10
Semel approbatum amplius reprobari non poteſt. conſil.53 num.7
Semel malus ſemper præſumitur malus in eodẽ genere mali con.37. nu.3
Sententia lata non apud tribunal ferentis, ſed aliunde an poſsit eſſe valida.con.35. num.1
Sententia non poteſt ferri ſine actis & probatione. conſi.35 num.5
Sententia arbitralis an vno arbitratore abſente lata teneat con.30. nu.9
Sententia contra mortuum lata ipſo iure eſt nulla. conſi.9 nume.3
Sententia diffinitiua multipliciter conſideratur. conſil.32 numer.17
Sententia interlocutoria quæ dicantur, & vtrum ab eis liceat appellari.con. 32. nu.2
Sententia arbitralis forma iuris non ſeruata an ſit valida conſ.30. nu.11
Sententia arbitralis multipliciter dicitur nulla conſil. 30. numer.1.
Sententia parte abſente lata quo caſu ſit valida.con.65.n.2
Sententia debet eſſe conformis petitioni. in conſ.1 .incip.in Chriſti nomine. nu.5
Sententia non debet propter inſtrumenta de nouo reperta retractari.con.13. nu.9
Sententiæ in diffinitiua non cenſetur quis conſentire ſi intra decem dies appellet, vel aliter contradicat.conſi.29 num.13
Simplex vel generalis confeſſio principis an contineat ea in quibus ſe ſolet diffi.ilem reddere.conſ.66. num.3
Simpliciter vendens intelligitur vendere iure proprio non libellario vel emphyteutico.con.8. nu.12
Societas an poſsit cum minore contrahi expreſſe vel tacite. conſ.40. nu.1
Societatem diſſolui per renuntiationem qualiter ſit intelligendum, & admittendum.con.41 nu.5
Societas omnium bonorum non præſumitur contracta niſi ſpiritualiter & expreſſe dicatur.con.42. nu.6
Societas an in perpetuum coiri poſsit.conſi 41. nu.2
Societas generalis an comprahendat ſucceſsiones ſeu donationes futuras.con.39. nu.41
Societas generalis qualiter contrahatur,& quod vna conditione deficiente annulletur.con.39. n.40
Societate in generali veniunt omnia communia nihil excludendo con 39. nu.4
Societate in generali an veniant iura ſociorum conſil.39. num. 5
Societas in dubio contracta præſumitur ſecundum conditionem perſonarum facta.con.42. nu.2
Societate inter fratres vt fratres contracta nulla alia ratione expreſſa quæ dicantur bona communicaſſe.con.42 num.5
Societate omnium bonorum contracta an includantur dotes vxorum vel filiarum.con.41. nu.8
Societas an poſsit fieri ſine ſcriptura.con.39. n.8
Societas an ex actibus reciprocis ſocialibus contrahi dicatur & an talis lucrorum communicatione inducatur. con. 40.nu.2
Societas ſeu communio plurium eſt & multipliciter conſideratur.con.39. nu.1
Societas fraterna nulla verborum expreſſione inita, ex actibus eſt determinanda.con.42. nu.1
Societas aliqua quo caſu poſsit ante tempus conuẽtum diſſolui.conſi 41. nu.7
Socius inuito ſotio poteſt in loco communi aliquid facere, dummodo non noceat ſocio con.35. nu.16
Socius an inuito ſocio poſsit à ſocietate diſcedere libere & impune.con.41. nu.3
Socii ſeu auxilium dantes in quacunque offenſione eadem pœna veniunt cum offendentibus puniendi. conſil. 48. numer.19
Solennitates de iure ciuili vel canonico inuentæ in procedẽdo, vel ſententiando per arbitros non ſunt de neceſſitate iuris obſeruandæ.con 30. nu.12
Solennitas extrinſeca non præſumitur niſi ex temporis lõgitudine aliud præſumatur. con. 48. nu.9
Solennitas iuris naturalis in iudicando habetur Matth. 18 cum dicitur in ore duorum vel trium &c. conſil. 61 nu.10
Soluere vſuras pro dilatione temporis ad ſoluendum conceſſa an ſit licitum.con.10. num.6
Spoliatus non ſolum à parte, ſed etiam a iudice ante omnia venit reſtituendus.con.10 num.4
Spoliatus ab aliquo non poteſt conueniri vel executionem pati ad petitionem patientis.conſi.19. nu.6

Spoliato ſtatu propria perſone datur interdictum recuperanda. conſi. 19. nu. 3
Sponſalia proprio dicuntur de futuro quia ſunt futuri matrimonij promiſſio. conſi. 6 nu 8
Sponſalia de futuro an ratione ſolius oſculi tranſeat in matrimonium de praeſenti. an 1. conſi. nu. 16
Statutum, quod ſi mulier alicui viro matrimonialiter copulata & dotata deceſſerit in matrimonio ſine filiis vel filiabus communibus: maritus lucretur medietatē dotis & bonorum paraſrenalium qualiter ſit intelligendum & extendendum. conſi. 7. nu. 1
Statutum non recipit interpretationem extenſiue paſſiuā, aut ad caſum in eo non comprahenſum. conſi. 7. nu. 16
Statutum volens, quod extante filia foemina maritus nihil lucretur, an poſſit intelligi in nepote maſculo ex maſculo decedente. conſi. 7. nu. 15
Statutum dicens accuſatum debere reſpondere non prohibet exceptiones declinatorias iudicij vel fori. cō. 64. n. 15
Statutum loquens quod bannitus poſſit impune offendi an includat quod poſſit occidi. conſi. 48. nu. 1
Statutum an indefinite loquens intelligatur etiam indefinite loqui. conſil. 48. nu. 12
Statutum loquens de attinentibus per lineam agnatorum intelligitur de agnatis vſque ad decimum gradum. conſi. 43. nu. 2
Statutum diſponens, quod ſi dos non reſtituatur vxori viuenti heredes viri teneantur ad ſoluendum decem pro centenario pro intereſſe ſeu alimentis, an ſit validum. conſi. 15. nu. 2
Statutum taxans certam quantitatem vxori praeſtandam ſoluto matrimon. propter dotem non ſolutam loco alimentorum quo caſu procedat, vel non. conſi. 25. nu. 5
Statutum generale tollitur per ſpeciale, quia generi per ſpeciem derogatur, & poſterius derogat priori. conſi. 53. n. 9
Statutum in dubio debet ſic reſtringi vt quantum fieri poteſt minus laedatur ius commune. conſi 34. nu 7
Statutum, quod extantib. maſculis filia foemina non ſuccedat intelligēdū ē de maſculis ſuccedere volētib. cō. 49. n. 9
Statutum de praeſentatione vult quod non fiat praeiudiciū agnātis venditoris, imo ipſis emere volentibus non eſt denegandum. conſil. 65. nu. 1
Statuta non poſſunt facere quod leges circa ea loquentes locum non habeant. conſi. 34. nu. 10
Statutum de compromiſſis faciendis inter coniunctas perſonas prohibēs omnem reductionem appellationem &c. an extendatur ad enormem laeſionem. conſi. 34. nu. 2
Statutum quod minor 20. ann. non poſſit alienare nec cōtrahere ſine conſenſu trium agnatorum nec etiam iurare de obſeruando contractu an ſit validum. conſi. 18. n 6
Statutum loquens de aliqua venditione intelligendum eſt de valida. conſi. 44. nu. 3
Statutum in dubio debet ſecūdum ius commune interpretari. conſil. 34. num. 3
Statuto recipiente interpretationem de qua intelligatur interpretatione. conſi. 34. nu. 11
Statutorum confirmatio generalis non trahitur ad iniuſta, ſeu iniqua. conſi. 34. num. 20
Societate ſtante damnum contingens debere eſſe commune, qualiter ſit intelligendum. conſi. 39. nu. 10
Statuto ſtante, quod bannitus poſſit impune offendi, an poterit offendi ſeu occidi ab vxore vel filio. con 48. nu. 6
Statuto ſtante, quod bannitus poſſit impune offendi, an poſſit frater interficere fratrem. conſi. 48. nu. 14
Societate fratrum ſtante poſt mortem patris ſi frater accipiat, aut diſtribuat dotem vxoris ſuae an ſequente diuiſione debeat ſibi de bonis communibus dos reſici. conſilio 40. nu. 7
Simplicibus an poſſint mixta comprahendi. con. 66. nu. 8
Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur conſi. 7. nu 13
Subſcribens dicitur virtualiter ſcribere, omnia praecedentia. conſi. 30. num. 10
Subſtitutio fideicommiſſaria facta vni ſi deceſſerit ſine liberis expirat ſi moritur cum liberis etiam paruum viuētibus. conſi. 50. nu. 7
Succedere an poſſit quis contra teſtamentum aut vltimam voluntatem. conſi. 61. nu. 2
Succedere non valens aliquo iure vel ſtatuto ſi in teſtamento praeteritur non annullat teſtamentum. con. 53. nu. 3
Supplicatio quid ſit: & in quibus differat à libello. c. 64. n. 11
Superaedificans loco communi an faciat aedificium commune. conſi. 35. nu. 7

T

TAbellioni non creditur niſi de geſtis tempore confectionis ſui inſtrumenti. con. 38. nu. 4
Tabellioni non creditur de facto de quo non fuit rogatus cōſil. 38. nu. 3.
Tacens an ſemper conſentire videatur. conſi. 63. nu. 9
Tactus manuum ſignificat conſenſum voluntarium. conſilio 2. nu. 17
Tenens & alens mulierem extra domum propriam oſtendit nullum inter eos eſſe matrimonium. conſi. 5. nu. 3
Tenens mulierem ad vnam menſam & vnum lectum inducit praeſumptionem matrimonij. conſi. 5. nu. 13
Teſtamentum an reddatur nullum ex praeteritione alicuius ſucceſſibilis. conſi. 53. nu. 1
Teſtamentum factum ab emperio aliis verbis quam iſtis heredem inſtituo an ſit validum. in conſilio primo inci. in Chriſti nomine. nu. 7
Teſtator ſubſtituens fratres ſuos in hereditate an etiā cenſeatur vocare filios eorum. conſi. 54. nu. 6
Teſtator praeſumitur habuiſſe maiorem affectionem ad filias proprias quam ad filias fratris. conſi. 49. nu. 7
Teſtator in dubio videtur ſubſtituere ſecundum ordinatam charitatem, & qualiter intelligatur charitas ordinata. conſil 49. nu. 10
Teſtamentum an defectu ſtatutae ſolennitatis poſſit dici nullum. conſi. 53. nu. 4
Teſtium ſingularitas tripliciter conſideratur. conſ. 3. nu. 4
Teſtator exprimēs ſpecialiter aliquos in ſubſtitutione cum eorum liberis cenſetur de liberis maſculis tantum intellexiſſe. conſi. 49. nu. 10.
Teſtator ſubſtituere cenſetur eos quos in ſubſtitutione comprahendit. conſi. 49. nu. 6
Teſtes contrarij an ſint ad concordiam reducendi. in 1. conſ. nu. 13
Teſtes teſtamentarij debent ſpecialiter nominari nec iſta clauſula & alius in teſtamento appoſita probat. conſilio 53. nu. 6
Teſtes in matrimonio an debeāt eſſe rogati. & n. 7 cō. 4. n. 3
Teſtes ſingulares regulariter non probant. conſi. 3. nu. 5
Teſtes an in cauſa matrimoniali debeant eſſe rogati. con. 4. nu. 4

Teſtibus affirmatiue deponentibus potius creditur etiam paucioribus quam multis negantibus conſi.50. nu.3

Teſtis omni exceptione maior facit ſemiplenam probationem.conſi.3. nu.

Teſtes non debent in cauſa matrimoniali eſſe de neceſſitate rogati.in conſi.1.incipit in Chriſti nomine. nu.10

Teſtibus in fauorem rei deponentibus fauendum eſt potius quam in fauorem actoru. conſi. 60. nu.2

Teſtibus ſingularibus non eſt credendum. con.2. n.19

Teſtis deponens cum clauſula iudicio meo nõ eſt firmus nec probat. conſi.60. nu.3

Teſtes de auditu deponentes: de actu multum antiquo probant.conſi.11. nu.7

Teſtes reprobatorij an & quando reprobari poſſint etiam publicatis atteſtationibus.conſi.55. nu.1

Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur.conſi.2.nu.20

Teſtes in cauſa matrimoniali debent eſſe omni exceptione maiores,& rogati.in conſi.2. nu.2

Teſtes ſingulares non probant. conſ.46. nu.3

Teſtes ſe pro conteſtibus non dantes ſi nominent perſonas excuſatur eorum dictum.conſi.5. nu.9

Teſtes ſingulares vel de auditu aut de auditu auditus non probant.conſi.5. nu.23

Teſtis non recordans de conteſtibus excuſatur.conſi.5.nu.10

Teſtes qualiter dicantur deponere veriſimiliora. conſil. 50. num.4

Teſtibus in aliquo diſcordantibus non eſt fides adhibenda. in conſi.1.inci.in Chriſti nomine. nu.2

Teſtificari de voluntate ſpontanea periculoſum eſt. conſ. 2. num.14

Teſtimonium vnius pro nihilo habetur in quacunque etiam cauſa.conſi.61. nu.8

Teſtimonium de auditu an probet.conſ.31. nu.9

Titulus iuris patronatus acquiritur per fundationem & dotationem eccleſiæ.conſi.11. nu.11

Traditio non extenditur extra tradentis poteſtatem: quia nemo plus iuris transfert in alium quam habeat. conſilio 58. num.1

Tranſactio quantumcunque generalis non trahitur ad doloſe occultata.conſi.57. nu.12

Tranſactio & arbitramentum nõ poſſunt ad incognita referri.conſi.57. nu.10

Tranſactio facta per mulierem conſtante matrimonio ſine ſolennitate ſtatuti an ſit valida.conſ.14. nu.1

Tranſigi ſuper hereditate alicuius non poteſt niſi narratis & cognitis verbis teſtamenti.conſi.38. nu.7

Tutoris remotio an requirat litis cõteſtationem ſuper cauſa ſuſpecti.conſi.32. nu.3

Tutor ſuſpectus an poſſit remoueri& eius loco alius ordinari: & primi adminiſtratio interdici. conſi.32. n.1

Tutor teſtamentarius an accuſatus non ob dolum poſſit ab adminiſtratione ſuſpendi.conſi.32. nu.12

Tutores dati ad adminiſtrationem & ad inſtructionem an æqualiter teneantur de male geſtis. conſi.56. nu.5

Tutoris ſuſpecti cauſa pendente an ipſo iure ſit ſuſpenſa adminiſtratio.conſi. 32. nu.4

Tutoris ſuſpecti in cauſa per porrectionem libelli an intelligatur ipſo iure interdicta adminiſtratio ipſi tutori.con. 32. nu.9

V

Vaſallo religionem intrante cui quæratur ius feudale. conſilio 22. nu.4

Vaſallus non poſſidens feudum an non petendo inueſtituram intra tempus debitum perdat feudum.conſi.25. nu.18

Vaſallus an poſſit dominum bannitum impunè offendere. conſi.48. nu.15

Vaſallus ſi efficiatur clericus vel religionem ingrediatur, perdit feudum, nec ad eccleſiam transfertur. conſil.58. num.6

Vaſallus an & quo caſu teneatur ſeruire per ſubſtitutum. conſil.36. nu.6

Vaſallus religionem intrans ipſo feudo priuatur. conſi.36. num.2

Vaſallus intrans religionem an feudo priuetur. conſil. 22. nu.1

Varietate orta inter inſtrumentũ parti datum & librum notarij cui potius ſtandum erit. conſi 23. nu.2

Venditio cum pœnæ appoſitione an ſit valida. conſilio 46. nu.2

Vendere tempus eſt vſura.conſi.10. nu.10

Venditio valida tria requirit.conſi.10. nu.7

Venditionibus in contractibus an conſiderandum ſit interuſurium medij temporis.conſi.10. nu.2

Vẽditioni rei ſi lex requirat veram numerationem an ſufficere poſſit confeſſio depoſitarij. conſi.46. nu.2

Venditionibus plura ſunt conſideranda, & quæ conſil. 10. nu.14

Vendere plus ad terminũ quam pro pecunia præſenti an ſit peccatum.conſi.10. nu.5

Vendere plus ad terminum quam pro pecunia an ſit de iure diuino prohibitum.conſi.10. nu.20

Vendere merces ad terminum maiori pretio quam pro pecunia præſenti an ſit vſura.& nu.12.conſ.10. nu.9

Vendere volens ſtatim rem ſuam communi pretio ſi propter prorogationem temporis carius vendiderit vſurarius eſt conſi.10. nu.15

Vendicatio dicitur actio realis non perſonalis. conſilio 44. nu. 5

Verba iſta, præſente tali, non intelliguntur de præſentia intellectuali, ſed corporali. conſi.3. nu.8

Verba non ſufficiunt vbi opus eſt facto.conſi.61. nu.4

Verbum maxime, cuius ſit efficacia. conſi.32. nu.7

Verbum poſtulare, quid ſignificet.conſi.32. nu.5

Verbum proles an comprahendat fœminas. conſi. 62. nu.7

Verba ad diminutionem inducta non debent operari augmentum.conſi.58. num.16

Verbera an poſſint dari cum menſura.conſi.60. nu.8

Verbum veriſimile, qualiter ſit in teſtium depoſitionibus intelligendum.conſi.60. nu.4

Verba iſta, cum poteſtate condemnandi, & cum ſint virtutis.conſi.29. nu.10

Verbum conſcientia quid ſignificet, & quot modis poſſit accipi.conſi.29. nu.8

Verba iſta, promitto non accipere alium in maritum niſi te, an habeant vim matrimonij de præſenti, vel de futuro.in conſi.1.poſt nu.14

Verbum maleficium, aut verbum offenſio, an poſſit extẽdi ad mortem.conſi.48. nu.2

Verbum heres in ſingulari numero comprehendit etiam omnes heredes. conſi.52. numero 2

Verba iſta, tutor, curator, actor, adiutor, an ſint ſinonima, & an vnum capiatur pro altero.conſi.56. nu.2

Verba ſtatutorum in dubio debent ſecundum ius commune interpretari. conſi.62. nu.3

Verba ad vnum finem tendentia ſi geminantur plus operã- tur quam ſimpliciter per ſe prolata.conſi. 66. nu.29.
Verba iſta, ego ſum contentus, in vltima voluntate expreſſa, an ſint vel eſſe debeant efficacia.conſi.61. n.12
Verba cuiuſuis ſententiæ ſtricte ſunt intelligenda, & prout ſonant. conſi.57. nu.5
Verbum volo ad alterius interrogationem prolatum quid importet. conſi.61. nu.14
Verbum proles & verbum liberi an & in quibus differant. conſ.62. nu.2.
Verbum propinqui quos comprehendat. conſi.62. nu.5
Verba narratiua inter contrahẽtes prolata an poßint præiudicare conſi.66. nu.82
Verba priuilegij ſeu reſcripti in dubio intelliguntur ſecundum iuris communis intellectum.conſi.66. nu.28
Verba iſta, ſum contenta, an inducant matrimonium de præſenti, an de futuro.conſi.6. nu.1
Verba narratiua an probent aut diſponant.conſi. 66. nu.31
Verba iſta bibamus pro matrimonio, an ſi bibatur, fiat cõtractus matrimonialis.conſi.6. nu.9
Verba iſta ſi mulier deceſſerit in matrimonio ſine filiis vel filiabus communibus &c. quos includat vel excludat. conſi.7. nu.4
Verba narratiua non probant: nec eſt licitum arguere à verbis narrantibus factum ad deciſionem.conſ.38 numero 6
Verbum ſimpliciter prolatum, qualiter ſit in dubio intelligendum.conſi.42. nu.3
Verba iſta, modice & immodice &c. quid importent in materia arbitramenti.& num.13.conſi.29. nu.11
Verba, præſentibus partibus nec contradicentibus, lata dicuntur approbata.conſi.63. nu.8
Verba generalia priuilegij an comprehendant plurimum odioſos.conſi.66. num.4
Verbum ambiguum ſic interpretandum eſt vt minus lædat conſi.7. num.14
Verba notarij intelligenda ſunt ſecundum iuris interpretationem.conſi.49. nu.2
Verbum videtur denotat fictionem.conſi.32. nu.6.
Vim vi repellere an ſemper liceat: & an ſeipſum defendendo aliquem occidens, debeat impunis remanere.conſi.60. num.6.
Voluntas principis præſupponit cauſam: quia ſpeciale eſt principe cauſam præſumi.conſi.66. nu.12.
Voluntas teſtatoris habetur pro lege.conſi.58. nu.2.
Voluntas ex actibus & facto datur intelligi.conſi.40.
Voluntas teſtatoris regit conditiones teſtamenti, & in teſtamento primum locum obtinere debet. conſi. 49.nu.5.
Voluntatis declaratio an inducat promißionem aut obligationem.conſi.61. num.13.
Vbi mens teſtatoris repugnat verbis teſtamẽti ſtandum eſt menti & non verbis. conſi.49. nu.6
Vbi ſolutio ex conuentione defertur non poteſt paciſci de intereſſe interim ſoluendo.conſ.10. num.16.
Vbi lex denuntiationem exigit an ſufficiat ſola ſcientia. conſi.47. nu.6.
Vbi dubitatur de interpretatione alicuius ſtatuti præſumpta ſtatuentis intentio habetur pro expreſſa. conſi. 48. nu.17
Vbi caſus legis habetur nulla poteſt eſſe dubitatio. conſilio 39. num.7.
Vbicunque lex vel ſtatutum exigit ſolennitatem aliquam adhiberi poſt actum nec aliter annullat actum, ſi ſolennitas illa committatur, an ipſo vitietur actus.conſil.35. nu.2.
Vſura an in modico committatur.conſi.10 nu.17.
Vſura qualiter & in quibus committi dicatur. conſilio 15. nu.7.
Vſura eſt quicquid accedit ſorti.conſi.15. nu.3
Vſufructuarius ſi monachatur non finitur vſusfructus.con. 22. nu.4.
Vſusfructus an veniat in confiſcatione rei confiſcandæ.conſil.58. nu.18
Vxor an teneatur alere virum bannitum. conſi. 48. nu.12
Vxor an teneatur ſequi virum bannitum.conſi.48. nu.1.
Vxore moriente in matrimonio relicto marito & nepotibus communibus dos & bona vxoris pertinere debet ad nepotes.conſi.7. nu.8

FINIS.

CONSILIA D. BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ VERONENSIS IVRISCONSVLTI DOCTISSIMI;

AD DIVERSAS MATERIAS, FREQVENTIORESQVE CAVSAS, QVÆ IN FORO VERSANTVR, EO STVDIO concinnata, vt præter propoſitarum quæſtionum deciſionem theoricam etiam cum praxi habeas coniunctam.



CONSILIVM. I.

SVMMARIA.

1 *Promiſſio matrimonij qualiter dicatur eſſe legitima.*
2 *Libellus debet continere tria neceſſaria ſubſtantialia.*
3 *Concluſio eſt potiſſima pars libelli.*
4 *Libellus an in cauſa ciuili ſine concluſione valeat.*
5 *Sententia debet eſſe conformis petitioni.*
6 *Concluſio colligitur & infertur ex narratis.*
7 *Teſtamentum factum ab imperito alijs verbis quàm iſtis, hæredem inſtituo, an ſit validum.*
8 *Libellus etiam inepte formatus, an & qualiter poßit ſaluari.*
9 *Probatio promiſſionis matrimonij quot teſtes requirat.*
10 *Teſtes non debent in cauſa matrimoniali eſſe de neceßitate rogati.*

11 *Teſtibus in aliquo diſcordantibus non eſt fides adhibenda.*
12 *Narrandi diuerſitas notere non dicitur, dummodo eadem dicantur.*
13 *Teſtes contrarij an ſint ad concordiam reducendi.*
14 *Promiſſio matrimonij an habeat vim matrimonij de præſenti, an de futuro.*
Verba iſta, promitto non accipere alium in maritum, niſi te, an habeant vim matrimonij de præſenti, vel de futuro.
15 *Dictio, niſi, poſita cum oratione negatiua, non dicitur negare actum, ſed potentiam.*
16 *Sponſalia de futuro an ratione ſolius oſculi tranſeant in matrimonium de præſenti.*

IN CHRISTI nomine, ac
inuocata Spiritus ſancti gra-
tia. Super cauſa matrimo-
niali, quæ verſa, & de præ-
ſenti vertitur inter Baldum,
filium ſcilicet Florii de Bal-
dis de Gadio actorem ex vna
parte, & Silariam Bonam fi-
liam Ioannis Petri Formaitei conuenti in foro Ec-
cleſiaſtico Paduano ex altera; viſo proceſſu, & viſis
atteſtationibus teſtium in hac cauſa productorum,
& viſis allegationibus, quas ipſæ partes producere
voluerunt coram me Bartholomęo Cępolla de Ve-
rona, I. V. D. cui hæc cauſa commiſſa eſt conſulen-
da de conſenſu confidentium per Reuerendum D.
Epiſcopum Paduanum datorum; & omnibus dili-
genter conſideratis, pro declaratione tria dubia mi-
hi videntur in primis examinanda. Primum eſt ſu-
per proceſſu, an ſcilicet petitio ſit legitimè facta.

Secundum poſito, quod ſic, an promiſſio, quæ
dicitur facta de matrimonio, ſit probata ſufficien-
ter & legitimè.

Tertium poſito, quod ſic, an illa promiſſio ha-
beat vim matrimonii de præſenti, an verò de futu-
ro tantum.

1 † Circa primum dubium videtur, quod illa pe-
titio non fuerit, nec ſit legitime facta; nam aut o-
portet dicere, quod illa petitio ſit ſine concluſione,
aut oportet dicere, quod concluſio fuerit, videlicet
quod examinentur teſtes, vt patet ibi, dum dicit:
Et peto quod vobis placeat examinare, &c. Si dicimus,
quod concluſio fuerit, quod teſtes examinentur,
fruſtra eſſet amplius iudicandum, ex quo teſtes ſunt
examinati, quia ſecutus eſt effectus petitionis; ſi
non dicamus, quod ſit ſine concluſione expreſſa,
videtur dicendum, quod non ſit illa petitio legiti-
2 me facta, † quia libellus in cauſa ciuili, ſicut eſt i-
ſta, requirit regulariter tria ſubſtantialia, ſcilicet fa-
cti narrationem, medium concludendi, & conclu-
ſionem, *vt not. eleganter Bart. in l. ſuperius, ff. de non. ope-*
3 *rum nunt. & not. in §. omnium, Inſtitut. de actio.* † & con-
cluſio eſt potiſſima pars libelli, quæ in primis de-
bet conſiderari, *vt not. Innocent. & Doctor. in cap. ſuper
literis, extra de reſcriptis, & Bald. & Doctor. in l. edita, C.
de edendo*, in tantum quod ſic narratio non eſſet a-
pta, ſed tantum concluſio ſufficeret, vt dictis iuri-
4 bus notatur. † Et quod libellus in cauſa ciuili non
valeat ſine concluſione, tenet expreſſe Bald. *in d. l.
edita, in 19. colum. & in l. vti frui, ff. ſi vſusfruct. pet. & in d.
l. 1. ff. de edendo.* Et eſt ratio, quia libellus ſine conclu-
ſione non eſt petitio, ſed poſitio, *vt not. Bald. in l. 1.
de iuriſdict. omnium iudicum.* & ideo cùm non ſit ali-
qua petitio, ſequitur, quod non poteſt fieri ſenten-
5 tia, *vt in clement. ſæpe, de verborum ſignificat.* † quia
debet eſſe conformis petitioni, *vt ibi, & in cap. licet
Heli. de ſimonia. & l. vt fundus, ff. communi diuid. cum ſi-
milibus.* His tamen non obſtantibus dico, quod di-
cta petitio procedere poteſt, quia licet in ea non
contineatur expreſſa concluſio, tamen tacite com-
prehenditur ex narratis, & ex illis verbis, quæ in fi-
ne ponuntur, dum dicitur: *Non adſtringens ſe ad ali-
quam ſuperfluam probationem, ſed ſolum ad eam, quæ fa-
ciat ad victoriam conſequendam.* Nam ex illis verbis
apparet, quod ex illo libello intendit victoriam
conſequi, quæ victoria debet intelligi ſecundum
narrata. Et ſic, quod matrimonium ſit inter eos
6 contractum, † quia ex narratione colligitur & in-
fertur concluſio, *vt nota. in dicta l. ſuperius, ff. de nou.
oper. nunciat.* Item ad hoc etiam me ſuadet ratio iſta:
nam iſte libellus ſine dubio fuit factus per perſo-
nam minus peritam in perſona dicti Baldi, vt ex eo
7 apparet. † Sicut ergò in teſtamento conficiendo
non omnes ſciunt dicere, hæredem inſtituo, ſed v-
tuntur aliis verbis, quando ſunt imperiti, & valet
teſtamentum, *vt eſt gl. notabilis in l. quoties, 1. C. famil.
erciſc.*

Et ſicut non omnes ſciunt proferre verba apta ad
matrimonium, & tamen valet, *vt notat Specul. in tit.
de ſponſ. in 4. part. §. 1. circa princ. & dicam infra in 3. dubio
8 principali.* † ita eodem modo, quia non omnes
ſciunt expreſſe in libello concludere, maxime im-
periti, dicendum eſt, quod quandocunque poſſit
percipi concluſio, valeat libellus: & maxime iſtud
dicendum eſt in cauſa matrimoniali, in qua ordo
iudiciarius vſquequaq; non ſeruatur, *vt dicit text. in
c. 1. extra vt lite non conteſt. & probatur in clem. diſpendio-
ſam, de iudic.* Item dico fortius, etiamſi iudex neſcit
elicere certam concluſionem ex libello, ſi tamen
libellus in ſe eſt certus, procedit, *vt notat Bald. in l.
Gallus, in §. ſi eum, ff. de liber. & poſthum.* ſed in caſu no-
ſtro libellus eſt certus, quia narrat expreſſe promiſ-
ſionem aſſertam matrimonii; ergò dicendum eſt,
quod procedit.

Item hoc etiam adiuuat, quia procurator dicti
Baldi bis in duabus ſcripturis declarauit libellum
prædictum, exprimendo in ſpecie concluſionem
aptam & conuenientem, quæ declaratio potuit fie-
ri, maxime vbi libellus eſt ambiguus, ſicut hic eſt,
*vt l. ſi quis intentione ambigua, ff. de iudic. & not. in l. inter
ſtipulantem, §. 1. ff. de verb. obligat.*

Et huiuſmodi declaratio poteſt fieri, etiam poſt
litem conteſtat. *vt not. Bald. in l. hæredes palam, §. ſed ſi
notam, & ibi per Doctor. ff. de teſtam.*

Vnde ex his concludo, quod dicta petitio, maxi-
me ſtantibus aliis ſcripturis prædictis, procedit, &
poteſt dici legitime facta.

9 † Circa ſecundum principale dubium, an pro-
miſſio, quæ dicitur eſſe facta de matrimonio, ſit ſuf-
ficienter & legitime probata, & ſine dubio eſt ſuffi-

cienter

cienter probata reſpectu numeri teſtium, quia duo teſtes ſunt Maria Baſſa, & Antonius Gallerius qui deponunt de dicta promiſſione matrimonii, ergo ſufficiunt, *vt l. vbi numerus. ff. de teſtib.* & quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, *vt in cap. licet vniuerſalis. extra de teſtib. & cap. cum eſſes. & c. relatum. de teſta. cum ſimil.*

10 † Item eſt etiam probata legitime, licet non eſſent dicti teſtes rogati, quia in cauſa matrimoniali teſtes non debent eſſe rogati de neceſſitate, *vt e.⁊ gloſſ. ordinaria in cap. citrantes. 30. quæſt. 5. & tenet Anto. de But. & communiter Docto. in cap. ex parte in fine. extra. de ſponſa. & ita aliàs ſæpe conſului.* Sed dubium facit, quod non videatur dicta promiſſio ſufficienter nec legitime probata, nam dicti duo teſtes videntur ad inuicem contrarii in duobus circa locum, nam primo Maria Baſſa dicit, quod dicta promiſſio facta fuit, dum ipſa & dicta Maria Bona reuerterentur verſus domum & obuiauerunt Antonio & Baldo: & Antonius Gallerius dicit quod ipſi Anto. & Bald. exſpectauerunt eas in capite terrarum Bartholomæi Frati. Item ſecundo Maria Baſſa dicit, quod ipſa & Maria Bona obuiauerunt ipſi Antonio & Baldo intra domum Petri Borelli & dicti Baldi, & Anton. Gallerius dicit, quod fuit in via publica in
11 capite terrarum dicti Bartholomæi Frati. † Cum ergo dicti teſtes de loco diſcordare videantur, non videtur quod eis ſit adhibenda fides, ſicut dicit de teſtibus Suſannę. *vt l. teſtium. cum ibi nota. C. de teſti. & cap. cum tu. extra de teſtib. cum ſimil.*

Item ex alio videtur quod non probet ſufficienter, quia probatum eſt, quod Maria Baſſa confeſſa eſt in contrata caſellarum, quæ dicitur eſſe alibi, quæ confeſſio contradicit ſuæ teſtificationi, propter quod non videntur eſſe omni exceptione maiores, & ſic non ſufficere, *vt cap. 1. cum gl. extra de conſang. & affinitate.*

Ego autem teneo, quod imo his non obſtantibus dicti teſtes probent ſufficienter, quia vere non ſunt contrarii.

Nam prima contrarietas allegata non eſt vere contrarietas, quia tam Maria Baſſa quam Antonius Gallerius dicunt, quod obuiauerunt ſe quando dicta Maria Baſſa & Maria Bona reuertebantur domum, vt patet etiam in dicto dicti Anto. Gallerii, ibi dum dicit, *cauſa eundi ad domos earum*, nec etiam in alio contradicunt dum Maria Baſſa dicit, quod fuit intra domum petri Borelli & dicti Baldi, & Antonius Gallerius dicit, quod fuit in via publica in capite terrarum Bartholomæi Frati, veniendo verſus domum Petri Borelli, nam Maria Baſſa non negat, quin hoc fuerit in via publica in capite terrarum Bartholomæi Frati, ſed dicit, quod fuit intra domum Petri Borelli & dicti Baldi, nec hoc negat Antonius Gallerius, imo idem vult, dum dicit, quod fuit veniendo verſus domum Petri Borelli, nam venientes verſus vnum locũ, dicuntur eſſe intra illum locum, & alium ibi propinquum, vt de ſe patet ad
12 ſenſum. † nam nihil nocet narrandi diuerſitas, dummodo eadem dicantur, *vt in cap. nihil extra de verb. ſignif.* imo debent tunc melius probare, quam ſi dicerent idem de verbo ad verbum: quia tunc dicuntur dixiſſe vnum eundem præmeditatum ſermonem, *vt l. 1. in §. fin. ff. de teſtit. & nota. in d. cap. nihil.*

13 † Et ideo credo, quod non ſit diſputandum in hoc, an teſtes contrarii ſint reducendi ad concordiam vt probent, *vt habetur in cap. cum tu. extra de teſti. & in l. 2. §. 1. ff. de publ. ind.* quia hic nulla cadit contrarietas, ſed potius idem dicunt, nec etiam habet diminuere eorum fidem, quia dicitur quod Maria Baſſa eſt confeſſa, quod promiſit Anton. Gallerio in contrata caſellarum, & ſic in alio loco: quia potuit etiam in alio loco promittere, ex quo iſtud promittere eſt actus reiterabilis: nec eſt probatum, quod teſtes loquantur de vno actu indiuiduo, *vt notat Bald. in ſimili in l. 2. qui rem. in antepe. colum. ad fin. ff. de pub. induſt. & Aug. in l. denuntiaſſe. §. quid tum. ff. de adult.* ſecus ſi actus non eſſet reiterabilis, vel teſtes omnes loquerentur de vno actu tantum indiuiduo: quia tunc bene dicerentur contrarii, ex quo vnus & idem actus indiuiduus non poteſt eſſe in duobus locis, *vt nota. in d. l. teſtium. C. de teſtib.* Ex his itaque concludo circa ſecundum, quod ſatis ſufficienter & legitime probata eſt dicta promiſſio de matrimonio.

14 † Circa vltimum principale dubium, an illa promiſſio habeat vim matrimonii de præſenti an de futuro: ponderanda ſunt verba, quæ ſunt iſta in effectu, *promitto non accipere alium in maritum, vel aliam in vxorem niſi te*, & in hoc non inſiſtendo in multis allegationibus, videtur dicendum, quod habeat vim matrimonii de præſenti: quia dictio, niſi, ponit aliquid, *vt notatur in l. ſi eum. §. fina. ff. ſi quis cautio. & in l. actione. Cod. de tranſactioni.* & hoc cum ſequitur negationem, vt in caſu noſtro: & ex eo quod dicit aliam, vult enim dicere quod eam ſemper habebit, *vt refert Spec. quoſdam dicerę in titulo de ſponſal. in 4. parte, Specul. in §. 1. circa principium.*

Item quia quando præcedit tractatus inter eos de matrimonio contrahendo, ſi poſtea dicta verba proferuntur, videlicet, *promitto quod non accipiam alium niſi te & capit.* inducunt matrimonium de præſenti, quia ignorantes forte aptiora verba neſciunt proferre, *vt vult nota. Specul. in d. §. 1. de ſponſal.* pro hoc quod ſupra in primo dubio principali, & hoc de tractatu tenent Gaſpar de Calderinis & dominus Iacobus de Zochis, *in capit. ex parte, in fin. extra de ſponſal.* ſed ita videtur fuiſſe in caſu noſtro: quia tractatus præceſſit: quia dixit vnus, *Volianſi maritar inſieme, &c.* Et maxime hoc videtur procedere, cum prædicti Maria Bona & Baldus ſint ruſtici, vt probatum eſt in proceſſu, qui neſciunt quandoque aptiora verba proferre. Item etiam quia quando ex aliquibus circumſtantiis poteſt comprehendi quod voluerunt contrahere de præſenti, puta à factis quæ poſtea interuenerunt, quia tunc dicta verba important matrimonium de præſenti, vt notant Gaſpar de Calderinis & Dominus Iacobus de Zochis, *in d. capit. ex parte. in fin.* Sed in caſu noſtro ita videtur, quia dicta Maria Bona dedit vnam girlandam ipſi Baldo, &c. Sed in hoc ego teneo contrarium, videlicet quod imo dicta verba non probent, neque inducunt matrimonium de præſenti, ſed tantum de futuro, & hoc probatur tam ex natura

& ſignificatione verborum, quam etiam ex mente præſumpta dictorum Mariæ Bonæ & Galdi, ex natura enim verborum hoc apparet, quia hic nulla ſunt verba conſenſum motuum exprimentia de
15 præſenti. † Nam dictio, niſi, poſita cum oratione negatiua potentiam, non actum negat: vnde ſi promitto non vendere niſi tibi, intelliges quod non poſſim alteri vendere niſi tibi, & ſic dictio niſi, ponit potentiam non, quod negat tibi vendere, ſed cum velim vendere, vendam tibi, *vt dicit Bart. in l. actione. C. de tranſactio. & ibi Doctor. & nota. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.* Sic in caſu noſtro, ſi promitto non accipere alium in coniugem niſi te, intelliges quod ſi volo acipere virum, debeo accipere te, ſed non cogar te accipere, nam poſſibile eſt quod contrahentes hæc verba proferendo nunquam intendant contrahere cum ipſis, vel cum aliquo alio, *vt dicit Spec. in d. tit. de ſponſal. §. 1. circa princ.* & iſtam opinionem, videlicet quod dicta verba, *quod non accipiam alium niſi te*, non inducunt matrimonium de præſenti, ſed tantum de futuro, tenet Gaſpar de Caldetinis & Antonius de Butrio, & Dominus Iacobus de Zochis, *in dicto capitulo ex parte, de ſponſalib.* à quorum opinione non auderem diſcedere in iudicando, *iuxta cap. ne innitaris, cum ibi not. extra de conſtitut. cum ſimil.* Nec huic concluſioni obſtant rationes ſupra in contrarium deductæ: & primo non obſtat dum dicitur, quod dictio, niſi, ponit, quando præcedit oratio negatiua, quia fateor, quod ponit potentiam, ſed non actum, & ſic negat potentiam, & non actum, vt ſupra dixi.

Secundo non non obſtat dum dicitur, quod quandoque ignorantes neſciunt proferre verba aptiora, quia de hoc nihil eſt concluſum, vel nec probatum, ſicut dicimus quod de communi vſu loquendi debet fieri probatio, alias allegatus communis vſus loquendi non præſumitur, cum ſit facti, *l. quæcunq. ff. de publ. vt not. Bart. eleganter in l. ſi quis ſeruum, ad fin. ff. de cond. & dem. & in l. 1. C. de iura. calum.*

Tertio non obſtat quod dicitur de tractatu, quia ille proprie non fuit tractatus, cum illa verba, *ſe vogliamo maritare inſieme*, fuerunt prolata in eodem inſtanti & ſine aliqua cognitione & deliberatione, vnde proprie tractatus dici non poteſt, & probatur, *in l. & ſi amici*, ibi ad tractandum de adulterio, *ff. ff. de adult. & c. cum inter vniuerſas. & c. cum inter canonicos. §. cæterum, & in c. bona memoria Maguntine, in fin. extra de elect. cum ſimil.* & maxime quia dictæ Maria Bona & Maria Baſſa non venerant illuc ad dictos Bald. & Anto. cauſa contrahendi matrimonium, ſed cauſa dandi girlandam, vt patet ex dicto dictæ Mariæ Baſſæ, quæ dicit, quod ipſa Maria dixit, quod venerat, quia volebat dare vnam girlandam dicto Baldo, ergo tractatus de matrimonio dici non poteſt.

Quarto & vltimo etiam non obſtat dum dicitur, quod propter donationem girlandæ præſumitur matrimonium de præſenti, ſic per annuli immiſſionem, nam iſta ſimilitudo non eſt bona, nam Doctores loquuntur de annulo dato poſt dicta verba de matrimonio, quia tunc annulus ſignificat perfectionem matrimonii, *vt 30. quæſt. 5. cap. fœmina, & not. gloſſ. in capit. illud, & ibi per Doctor. extra de præſumptio.* nos non loquimur de girlanda data ante dicta verba prolata. Præterea aliud eſt in girlanda quæ eſt donum, & ſignificat amorem, & non matrimonium, *vt probatur in l. ſi à ſponſo. C. de donatio. ante nuptias*, & aliud in annulo qui ſignificat matrimonium, vt dixi: imo plus etiam ſi oſculum interueniſſet, non propter hæc verba, quæ ſignificant matrimonium de futuro, inducerentur ad ſignificandum matrimonium de præſenti, vt eſt caſus nota-
16 bilis, *in l. ſi à ſponſo. C. de donatio. ante nup.* † & ibi Bald. per illum textum, dixit notabiliter, quod ſponſalia de futuro non tranſeunt in matrimonium de præſenti ratione ſolius oſculi: ſecus ſi copula carnalis ſecuta eſt, *vt in c. ſi quis fidem, de ſponſal. cum ſimil.* Concludo itaq; ex prædictis, quod petitio ſatis legitime facta eſt, & probata eſt ſufficienter & legitime dicta promiſſio, & quod dicta verba, *promitto, quod non accipiam alium in maritum, niſi te*, non inducunt matrimonium de præſenti, ſed tantum de futuro. Chriſti itaque nomine repetito ego ſupraſcriptus Barth. Cępolla de Verona dico & conſulo partes reuerendiſſimi in Chriſto patris & D. D. Iacobi Zeno Epiſcopi Pad. ſiue eius Vicarii vel illius, ad quem de iure iudicare ſpectabit, eſſe in pronuntiando & ſententiando, & quod ita pronuntiet & ſententiet, matrimoniū fuiſſe & eſſe contractum per verba de futuro inter prædictum Bald. filium, ſcil. Florii de Galdis de Gadio & dictam Mariam Bonam, filiam Io. Pet. Formai, & nō per verba de præſenti, neq; ſignificatiua de præſenti, & à cæteris petitis per ipſum Bald. ſiue & per alium vel alios eius nomine abſoluat dictam Mariā Bonam, maxime rationib. & cauſis ſupraſcriptis & aliis quamplurimis animū meum ad id mouentibus, quas breuitatis cauſa omittere volui. Et quia vtraq; pars eſt victrix & victa, conſulo etiam partes eiuſdem iudicis ad quem iudicare ſpectabit, eſſe in abſoluendo, & ſic quod ipſe abſoluat ambas partes ab expenſis. *per not. per Bald. & Doctor. in auth. generaliter. C. de Epiſc. & cleric.*

CONSIL. II.

SVMMARIA.

1 *Matrimoniū qualiter dicatur ſufficienter eſſe probatum. In ore duorum vel trium ſtat omne verbum.*

2 *Teſtes in cauſa matrimoniali debent eſſe omni exceptione maiores, & rogati.*

3 *Fama dicitur ſemiplenam inducere probationē, & nu. 8.*

4 *Matrimonium debet libere contrahi.*

5 *Ad metus probationem an ſufficiant coniecturæ & præſumptiones.*

6 *Arma deferens præſumitur malum animum habere.*

7 *Clandeſtinum matrimonium dicitur eſſe ſuſpectum, quia qui male agit odit lucem.*

9 *Probatio per coniecturas relinquitur arbitrio iudicis.*

10 *Metus probari non poteſt in genere, ſed debet ſpecies probari.*

11 *Metus quilibet non ſemper impedit matrimonium.*

12 *Præſumptio vna poteſt aliam tollere, quapropter vbi iudex debet ex præſumptionibus arbitrari, debet conſiderare illas, quæ præponderant.*

13 *Præſumptio tollitur per probationem.*

14 *Teſtificari de voluntate ſpontanea, periculoſum eſt.*

15 *Confeſſioni propria an ſemper ſtandum ſit.*

Oſculum eſt ſignum *pacis, & amoris, & beneuolentia,* & conſenſus *voluntarÿ.*
Tactus manuum *ſignificat conſenſum voluntarium.*
Duobus teſtibus *vnum & idem dicentibus, ſi tertius di*cat oppoſitum, *an dictum duorum lædatur aut vitie*tur dicto illius.
Teſtibus ſingul*aribus non eſt credendum.*
Teſtes omni exceptione *maiores, qui dicantur.*
Confeſſio facta *per procuratorem per modum volunta*riæ iuriſdictionis, *an præiudicet domino.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Io cauſa matrimoniali verteote inter Dn. Vrſinam, filiam Ser Gaſparis Baſſi, agentem ex vna; & egregium virum Aluiſium de Sonzino, conuentum ex altera parte; duo tantum dubia veniunt diſcutienda, ex quibus veritas huius apparebit. Primum eſt, an ſit probatum ſufficienter & legitime, quod dictus Aluiſius contraxit matrimonium per verba de præſenti cum annuli ſubarrhatione cum dicta D. Vrſina.

Secundum poſito, quod ſic, an ſit ex parte Aluiſii probatum ſufficienter, quod metus interuenit, qui caderet in conſtantem virum, & ſic, qood illud matrimonium non fuit libere, ſed meticuloſe contractum.

1 † Circa primom dobium non eſt multum inſiſtendum, quia ſatis ſufficienter, imo ſufficientiſſime probatum eſt, matrimonium inter eos fuiſſe contractum; nam tres teſtes fuerunt præſentes, videlicet Nicolaus q. Franciſci de Padua, Ser Ioannes Tubicia, & magiſter Iacobus Marangonus, qui omnes deponunt, quod Aluiſius contraxit matrimonium per verba de præſenti cum dicta Dn. Vrſina, & eam cum annulo deſponſauit, quibus teſtibus fides eſt adhibenda, & ſufficienter probant, quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, *vt in cap. licet vniuerſis, extra de teſtib. & in c. cum eſſet, & in cap. relatum, extra de teſtam. & l. vbi numerus, ff. de teſtib.*

2 † Item quia ſunt omni exceptione maiores, ſicut requiruntur in cauſa matrimoniali, *iuxta text. & gloſſ. notabilem in cap. 1. extra de conſang. & affinit.* vt patet in eorum reſponſionibus ſuper generalibus.

Item etiam fuerunt rogati, vt patet in eorum atteſtationibus, quæ rogatio in cauſa matrimoniali requiritur, ſed *gloſſ. 3. quæſt. 9. teſtes, §. de his, in gloſſ. maxima*, quæ incipit, audierunt, & Specul. *in tit. de teſte, §. 1. in penult. colum. verſ. item quod non fuit rogatus.* Sed tamen in hoc communis opinio eſt in contrarium, videlicet quod in cauſa matrimoniali teſtes non requiruntur rogati; & de hoc eſt gloſſ. ordinaria, qoæ communiter tenetur, *30. quæſt. 5. c. noſtrates, & eam tenet D. Ant. de But. in c. ex parte, extra de ſponſ.* & maxime hoc eſt verum ſine dobio, quod teſtes fuerunt vocati ad hoc, ſicut fuerunt prædicti, vt ipſi atteſtantur.

3 † Item, adiuoat dictam probationem publica vox & fama, quæ eſt in ciuitate Paduæ, vt probatum eſt per vtramq; partem, qoæ fama etiam inducit aliquam probationem, *vt l. 3. §. eiuſdem quoq; princeps, ff. de teſtib. & habetur in l. admonendi, de iureiur. & gloſ. & Doctor. in c. 1. extra de appellat. cum simil.*

Item hoc etiam coofirmat proteſtando, qnam facit dictus Aloiſius, qua dicit, quod dictum matrimooium non fecit libere, ſed meticuloſe; nam priuatio præſupponit habitum, *l. manumiſſiones, ff. de inſtit. & iur. & l. decem, ff. de verbor. obligat. cum ſimilibus.* vnde componit, ſe priuatum libera voluotate fuiſſe in dicto matrimonio; ergò præſupponit matrimonium interueniſſe, non ergò eſt aliquod dubiū, quod ſi dictum matrimonium non interueoiſſet, non feciſſet dictam proteſtationem, ſed quia celebratum fuit, dicta proteſtatio facta eſt, *iuxta c. inſuper, extra qui matrim. accuſ. poſſ.* Et iſtud profecto non habet dubitationem, nec etiam D. aduocatus Aluiſii io hoc contradicit, vode ex his breuiter concludo, quod probatum eſt ſufficienter & legitime Aluiſium dictum contraxiſſe matrimonium per verba de præſenti cum dicta D. Vrſina, & eam cum annulo ſubarrhaſſe.

4 † Circa ſecundum dubium, an ex parte dicti Aluiſii ſit probatum ſufficienter, quod dictum matrimooium non contraxit libere, ſicut matrimonium contrahi debet, *vt in c. cum locum, extra de ſponſal.* ſed per metum, qui caderet in cooſtantem virum. Et dicunt domini Aduocati ipſius Aluiſii, quod ſic, ad quod probaodum adducunt vnam re-

5 gulam, quæ eſt, † quod ad probandū metum ſufficiunt coniecturæ & præſuppoſitiones, *vt not. Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de nou. oper. nunt.* nec eſt mirandum, quia etiam aliis cauſis ſufficit probatio per coniecturas, *vt in c. forus, §. cauſa, extra de verb. ſignif. & not. gl. in c. pen. extra de cleric. peregrin.* ſed contra dictum matrimonium adſuot inſertæ coniecturæ & præſuppoſitiones, quod fuit meticuloſum; ergo non valuit, *vt in c. cum locum, de ſponſal. & in c. veniens, 11. & in cap. conſultationi, & in c. requiſiuit, eod. tit. cum ſimilibus.*

Prima coniectura ſeu præſuppoſitio dicitur eſſe, quia tractatus interuenit de faciendo ipſum Aluiſium deſponſare per vim dictam D. Vrſinam, & dicunt quod ipſa D. Vrſina hæc confeſſa eſt in reſpondendo poſitionib. Aluiſii, vnde ex iſto tractatu præcedenti de metu inferendo præſumuntur in actu ſequenti metum interueniſſe, & pro hoc allegant, *quod not. Bald. in l. mulierem. ante fin. C. ſi quis alteri vel ſibi.*

Secunda coniectura eſt, quia ipſe Aluiſius fuit deprehenſus in facinore, ex quo veriſimiliter potuit timere ne pater D. Vrſinæ eum interficeret, & iſte reputatur eſſe iuſtus timor, & allegat text. *in l. nec timoris. §. proinde. ff. quod metus cauſa.* & in hoc faciunt magnum fundamentum.

Tertia coniectura, quia tempore matrimonii dicti pater D. Vrſinæ, D. Petrus Baſſus cuſtodiebant oſtium cameræ, ne ipſe Aluiſius poſſet aufugere, & quia etiam oſtium domus fuit clauſum, ex qua cuſtodia & clauſura oſtii præſumitur metus fuiſſe, cum ipſe Aluiſius non fuerit in libertate ſua recedendi ſeu fugiendi, *vt l. ſuccurritur, cum l. ſeq. ff. ex quibus cauſis maiores.*

Quarta coniectura, quia clamor ſeu timor verborum fuit auditus tunc in dicta domo, in qua dictum matrimooium fuit contractum, & qood Aluiſius dicebat, *che volevi che faccia*, vt deponit Fran-

ciſcus de Ferraria, nam ex illo elamore & verbis prædicti Aluiſii videtur induci magna præſumptio, quod metus interuenit, facit quod uot. *in l.ſi quis ex argentariu.§.fin.ff.de edendo.*

Quinta coniectura eſt, quia Dominus Petrus Baſſus, qui ibi aderat, habebat vnum enſem, vt diece-re videtur Franciſcus de Ferraria, qui dicit, quod quãdo Aluiſius venit ad dictam domum vidit duos homines, inter quos erat vnus ſcholaris qui habebat cappam in dorſo & vnum enſem ad latus, prout ipſe teſtis ſentit, dum dictus ſcholaris tranſeundo prope murum tetigiſſet cum dicto enſe dictũ murum, vnde propter illam armorum delationẽ præſumitur metus fuiſſe in dicto Aluiſio, *vt l. metum la 2. §. 1. quod metus cauſa*, & maxime eſt ratio quia in ipſo Dom. Petro præſumebatur eſſe malus animus,
6 † quia qui portat arma præſumitur habere malum animum, *vt eſt glo. notabilis in cap. mercator. in verſicul. non vt quem, in titulo de pace tenenda in vſibus feudorum.*

Sexta coniectura, quia vt dicit idem Franciſcus de Ferraria teſtis, dictus Aluiſius quando receſſit de dicta domo, in qua matrimonium fuit contractum, habebat faciem pallidam, & erat ſmarritus, prout ipſe teſtis dicit ſe vidiſſe, & idem dicit Magiſter Iacobus, quo Aluiſius erat albus & ſmarritus, quando deſponſauit dictam D. Vrſinam, ex quo apparet quod non faciebat libenter illud matrimonium: quia illa ſigna ſcilicet quod eſſet albus in facie & ſmarritus, ſunt ſigna timentis, vt de ſe patet.

7 † Septima coniectura, quod clam dictum matrimonium factum fuit: vnde contra ipſum præſumendum eſt, *vt in toto titulo extra de clandeſtin. deſpon.* quia qui male agit, odit lucem, *vt in c. conſuluit, extra de officio delega.*

Octaua coniectura eſt, quia eſt probatum per duos ſcholares de confeſſione dicti D. Petri qui dicit, quod metus fuit illatus dicto Aluiſio in dicto contractu matrimonii, quæ confeſſio debet nocere d. Vrſinæ, quia fuit dictus D. Petrus eius procurator, *vt not. in l. vnica, C. de confeſſis, & in l. certum, §. ſed an ipſos, ff. eod. tit.*

Nona coniectura eſt, quia dicitur, quod non ſunt eiuſdem conditionis, videlicet, quia ipſe Aluiſius eſt melioris conditionis, vt volunt deponere multi teſtes, *facit quod nota. in cap. tua nos, extra de ſponſalibus, & in cap. ſuper eo, extra de teſtib.* quia propter diſparitatem non præſumitur conſenſus, *vt ibi notatur.*

Decima & vltima præſumptio eſt fama, quia dicunt, quod eſt publica vox & fama in ciuitate Paduæ, quod dictum matrimonium fuit meticuloſe
8 contractum, † quæ fama facit ſemiplenam probationem, *vt habetur in l. 2. §. eiuſdem quoque principis. de teſtib. & per glo. & Doct. in c. 1. extra, de appel. cum ſim.* imo plus etiam in his quæ aliter probari non poſſunt ſtatur aliquando ſoli dicto partis, *vt notat ſingulariter Ioan. And. ſecundum Hoſt. in c. ſignificaſti 2. in gloſſ. argumentum quod extra de homicidio*, & ex iſtis decem coniecturis ſeu præſumptionibus dicunt, quod ſatis videtur eſſe probatus metus, ex quo per coniecturas probari poteſt, vt dixi maxime cũ dictæ coniecturæ legitimę ſint, vt ſupra deductum eſt. Sed his non obſtantibus contrarium eſſe definit verius, ad
9 quod probandum præmitto aliqua. † Et primo, quod licet metus probari poſſit per indicia & coniecturas & præſumptiones, *vt habetur in l. interpoſitas, C. de tranſact.* tamen hoc relinquitur arbitrio iudicis ad coniecturandum ex circumſtantiis, ſi eſt probatus metus, vel non, *vt eſt gl. notabilis, & ibi hoc not. Bal. & Doctor. in d. l. interpoſitas, & not. gl. in c. cum dilectus, in ver. metum mortis, extra quod metus cauſa.*

10 † Secundo præmitto, quod non ſufficit probare metum in genere, ſed debet ſpecies probari & qualitas metus ſcilic. quod imminebat ex eo ſalutis periculum vel corporis cruciatus, *vt eſt text. & ibi hoc ſingulariter not. Bal. in d. l. interpoſitas, C. de tranſact.*

11 † Tertio præmitto, quod non omnis metus impedit matrimonium, ſed debet eſſe talis qui caderet in conſtantem virum, *vt eſt text. in cap. veniens, 2. in fin. & in cap. conſultationi. in fin. extra de ſponſalibus, & ibi quinto not. gloſſ. & probatur in l. metum la 1. ff. quod metus cauſa.*

12 † Quarto præmitto, quod vbi iudex habet arbitrari ex præſumptionibus & coniecturis tunc debet conſiderare præſumptiones hincinde, & iudicare ſecundum illas quæ præponderant: quia regulariter vna præſumptio tollit aliam, *l. non ſolum, §. de vno, ff. de ritu nupt. & l. diuus. ff. de in integr. reſt. & c. literas extra de præſumptio. cum ſim.* Et hoc etiam procedit vbi agitur de vi vel metu, quia per præſumptiones contrarias poteſt probari quod quis ſponte vel volens & non inuitus fecerit, *vt not. Anto. de Butr. in c. ſuper hoc in pen. col. & ibi per Doct. extra de renun.* His præmiſſis dico, quod pro parte dicti Aluiſii non eſt probatus metus aliquis in ſpecie, quia licet deducat in capitulis ſuis, quod pater D. Vrſinæ, & D. Petrus habebant enſes longos, & ſibi minati ſunt de ipſum occidendo ſi non deſponſaret ipſam D. Vrſinam, tamen iſtud nõ eſt probatum aliquo modo, imo eſt probatum contrarium pro parte D. Vrſinæ, videlicet quo tempore fuit contractum matrimonium nullus habebat arma, vt dicunt prædicti tres teſtes, qui initio interfuerunt. Item nec etiam antequam fieret matrimonium non habebant arma, vt deponit Margareta filia Ioannis examinata ad inſtantiam dicti Aluiſii, quæ dicit ꝙ dicti ſcilicet pater d. Vrſinæ & Dominus Petrus non habebant arma, quando ingreſſi ſunt domum, nec etiam quando dictus Dominus Petrus ingreſſus fuit cameram, in qua fuit contractum matrimonium, vt dicit dicta Margareta, vnde ex hoc ſolo debuit Aluiſius ſuccumbere, ex quo non probatum fuit metum in ſpecie deductum, & eſt probatum contrarium, imo dico fortius quod nec etiam probatus eſt aliquis alius metus in ſpecie, vel in genere qui caderet in conſtantem virum, ſic probari debebat vt dixi, nam per aliquem teſtem non eſt hoc probatum, quia nullus de hoc teſtificatus eſt. Et licet adductæ ſint aliquæ coniecturæ ſeu præſumptiones, quod metus interuenit, ex quibus tolluntur penitus omnes coniecturæ ſupra dictæ pro parte dicti Aluiſii deductæ. Et prima coniectura ſeu præſumptio eſt,

quia

quia tres teſtes, qui deponunt de matrimonio, dicunt, quod tempore matrimonii contracti nullus habebat arma nec enſes, & certe ſi habuiſſent enſes euaginatos & longos, ſicut dicit Franc. de Ferraria, eos vidiſſet cum eſſet de die, nec minæ aliquæ interuenerunt.

Item nec etiam ante dictum matrimoniũ quando in domum ingreſſi ſunt, vt dicit Margareta teſtis dicti Aluiſii, ſi ergo non habebant arma, non præſumitur metus illatus, *vt l. metum. 2. §. 1. ff. quod metus cauſa.* Et præſertim cum nullæ minæ interuenerunt, vt dixi, imo apparet de contrario, videlicet quod dictus Dominus Petrus vſus eſt bonis verbis, quia quando ingreſſus eſt cameram in qua erat dictus Aluiſius & dicta Vrſina eam ſalutauit dicendo, *Dio te ſalua coſina*, per quam ſalutationem non præſumitur malus animus, *vt eſt gloſſ. notabilis 63. diſtin. cap. cum Adrianus, & probatur. 24. quæſt. 1. cap. omnis, & per Bald. in l. filio quem pater, ff. de liberis & poſthumis.* Si enim fuiſſet iratus, non ſalutaſſet eam. Item etiam verba quæ protulit verſus Aluiſium non fuerunt minatoria, quia dixit, *che fatu qui Aluiſe*, & maxime hoc apparet, cum ipſa Margareta ſit examinata ſuper nouo capitulo Aluiſii, in quo dicit quod Dominus Petrus Baſſus intrauit cameram cum vna candela in manibus cum vultu irato & turbato comminando contra Aluiſium. Nam cum ipſa deponat ſolum verba prædicta ſalutationis, *che fatu qui Aluiſe*, videtur in cæteris negare capitulum, *per capitulum nonne, extra de præſumptionibus, & l. maritus, Cod. de procuratoribus cum ſimilibus.*

Secunda præſumptio, quæ poteſt dici vera probatio, eſt, nam duo teſtes examinati videlicet Nicolaus quondam Franciſci, & Ser Ioannes Tubicia dicunt quod dictus Aluiſius fecit dictam deſponſationem libenter, ſi ergo habemus duos teſtes hoc affirmantes, nõne res eſt clara nedum per præſumptiones, ſed etiam per veras probationes? certe, ſic quia vt dicit Ant. de Butr. *in c. ſuper hoc extra de renunt.*
13 † præſumptio ſuccumbit probationi, & ibi ſubdit ſingulariter, quod ſi teſtes interrogati, an ſponte renuntiauit, ſi reſpondeant, quod ſic, probant, quia licet ſit præſumptio contraria, tamen præſumptio tollitur per probationem, & creditur teſtem habuiſſe talem cauſam, ex qua quod aſſerit ſciuerit, ex quo aliter nón interrogatur, & maxime in caſu noſtro hoc procedit, quando teſtes mouentur ad hoc dicendum, quia ibi non erant arma, nec vis illata & quia ipſe Aluiſius dixit, quod hoc faciebat libenter, vt dicam in ſequenti præſumptione, & quia oſculatus fuit tũc ipſam d. Vrſinam, vt dicam in quarta preſumptione, nec huic concluſioni obſtat quod dicit Innoc. *in d. cap. ſuper hoc, extra de renun.* vbi dicit
14 † quod periculoſum eſt admittere teſtes ad probandum voluntatem ſpontaneam, quando probatur non ſpotananea, quia poſſent eſſe plures teſtes qui viderunt ipſum aliquem actum feciſſe puta renuntiaſſe, & non viderunt metum inferri, & pauciores qui viderunt metum inferri, *vt l. 1. quod metus cauſa*, & ponit exemplum Boacinus in ſcholari qui in ſtudio renuntiauit beneficio propter metum, qui ſuis infertur in patria quem teſtes tempore renuntiationis percipere non potuerunt. Et pro hoc dicit Abb. antiquus, & D. Ant. de Bu. determinatam quæſtionem facti: Puella quædam dum ierit ad Eccleſiam fuit rapta, & in domum incluſa, demum rapiens vocatus teſtibus eam deſponſauit, ea reſtituta libertati vult dicere quod non conſenſit, quia rapta, non admittuntur illi ad probandum quod conſenſit, allegando forte quod riſit, & ſimilia, quia non per hoc concluditur neceſſario ipſam conſenſiſſe, cum hoc dependeat à mentis arcano. Nam huic reſpondetur ſecundum quod dicit D. Anton. de Butr. *in d. cap. ſuper hoc*, quod prædicta procedunt & temperat ipſemet Innoc. ibi, vt non admittatur quis ad probandum ſpontaneam voluntatem, niſi allegentur aliquæ circumſtantiæ ex quibus iuuetur probatio ſua, quo caſu admitteretur ſi aliqua circumſtantia allegaretur ex qua probatio veriſimilis cõcluderetur, quia tunc præferretur probatio ſpontaneæ ſeu voluntariæ intentionis, ſed ita eſt in caſu noſtro quod ex parte dictæ D. Vrſinæ probatæ ſunt multæ coniecturæ vt ſtatim oſtendam, ergo dictæ probationi ſtandum eſt, quæ facta eſt de dicta voluntate libera, ſcilicet quod Aluiſius libenti animo ſecerit, & maxime quia non poteſt dici quod metus interuenerit, quin teſtes illum intellexiſſent, licet ſit de mentis arcano, & eſt ratio in caſu noſtro, quia Aluiſius allegat cauſam metus ſcilicet quia dicti pater D. Vrſinæ & d. Petrus habebant enſes longos nudos & minati ſunt Aluiſio, & illam cauſam reſtringit ad illud tantum tempus quo fuit in domo ſua die deſponſationis, ſed per totum illud tempus teſtes fuerunt primo ante deſponſationem quando fuit ingreſſus domum ipſe Aluiſius, Margareta deponit, quod nullus habebat arma, vt dixi.

Item alij tres deponunt, quod etiam tempore contracti matrimonii nullus habebat arma, ergo per hoc apparet contrarium eſſe eius quod dicit Aluiſius in ſuis capitulis & ſcripturis. Et ſic non eſt dubium, quod dicta probatio voluntatis non coacta valet.

Tertia præſumptio eſt vrgentiſſima, & poteſt dici vera probatio, nam ipſe Aluiſius tempore quo fecit dictam deſponſationem, ſponte confeſſus fuit quod faciebat libenter dictam deſponſationem, dicendo ad hoc vt credatis quod ego facio hoc libenter, ego volo ipſam oſculari, vt deponunt prædicti tres teſtes, † cui confeſſioni propriæ ſtandum eſt, *vt l. C. de confeſſis, & cap. fin. extra eodem titulo de confeſſis, & pro hoc allego gloſſam notabilem 27. diſtin. cap. quod interrogaſti. in gloſſ. magna*, & maxime quia annectit rationem, quia facit hoc libenter, quia dixit quod erat obligatus hoc facere, & quod hoc iam diu deſiderauerat, vnde iſtud ſolũ confundit omnia quæ allegantur pro parte altera. Nec credendum eſt ſibi, ſi dicat quod illa verba nõ dixit cauſa matrimonii contrahendi, *vt not. gloſſ. in d. c. quod interrogaſti.* maxime ſtantibus etiam aliis præſumptionibus pro ipſa D. Vrſina. 15

Quarta præſumptio eſt quod dictus Aluiſius dixit, quod volebat dictam D. Vrſinam oſculari in ſi-

gnum, quod faciebat libenter, & ita eam oſculatus eſt. Nam ex illo oſculo apparet, quod non ſtat vi vel metu, ſed volens & libenter & cum amore,
16 † quia oſculum eſt ſignum pacis & amoris & beneuolentiæ, *vt l. 1. C. de domeſt. & protecto. lib. 12.* & ibi Andreas de Barulo, qui dicit, illum text. eſſe notandum pro conſuetudine mulierum, quia vna aliam oſculatur, cum ſe ſalutant; & addo quod ita etiam obſeruant fratres & ſcholares. Facit ad hoc etiam text. *in l. ſi à ſponſo, & quod ibi notatur per Doctor. C. de donat. ante nupt.* ac etiam, quia oſculum ſignificat conſenſum voluntarium, *vt eſt caſus in c. dilecto, & ibi gl. & Doct. extra de præbend. & in c. cum olim, el primo, extra de priuil.* Et iſta ſine dubio eſt vrgentiſſima & violenta præſumptio.

17 † Quinta præſumptio eſt, quia dictus Aluiſius tetigit manum omnibus præſentibus poſt dictam deſponſationem, prout fieri ſolet in nuptiis, qui tactus manuum ſignificat amorem & conſenſum voluntarium, vt eſt caſus *in l. prima, vt ibi not. ff. de pactis.*

Sexta præſumptio eſt, quia rogauit teſtes, vt tenerent hanc rem ſecretam vſque ad aliquot dies; nam ſi inuitus feciſſet, profecto illud non rogaſſet, imo voluiſſet, quod hoc omnes ſciuiſſent, ſed eos rogauit, quia volebat, ſi poterat interim curare, quod pater & frater ſuus eſſet de hoc contentus, vt dicam in ptima vel nona præſumptione.

Septima præſumptio eſt, quia non erat territus neque expanefactus, vt dicunt duo teſtes, ſcilicet Nicolaus Franciſci, & Ser Ioannes Tubicia, qui dicunt, quod erat bono animo non territus, licet magiſter Iacobus Marangonus dicat, quod erat albus, & videbatur territus, quia illis duobus magis eſt credendum, quàm vni, *vt notatur in c. in noſtra, extra*
18 *de teſtib.* † Nam quando duo teſtes dicunt vnum, & vnus dicit contrarium, dictum vnius non lædit dictum duorum, *vt notat Cyn. in l. in bonæ fidei, in vltima quæſt. C. de rebus credit. & vt notat etiam Bartol. in l. admonendi, in 13. colum. ff. de iureiurando, & in l. 1. ante finem princip. ff. de ventre inſpiciendo, & Dominus Antonius de Butr. in cap. cum dilecti, in 5. colum. extra de electione.*

Octaua præſumptio eſt, quia non receſſit cum potuit cum teſtibus; nam dicit Ioannes Tubicia teſtis, quod facta deſponſatione receſſerunt ipſe & alii teſtes relicto Aluiſio in dicta camera cum dicta domina Vrſina, & idem in effectu dicit Dominus Nicolaus Franciſci, qui dicit, quod ipſe teſtis & magiſter Iacobus Marangonus inde receſſerunt de dicta domo ibidem relictis cæteris, & ſic intelligit etiam de Aluiſio, qui comprehenditur ſub nomine cæterorum, vt ibi patet, cum ergò facta deſponſatione non receſſerit Aluiſius cum dictis teſtibus, ſicut poterat, quia tunc ceſſabat omnis cauſa timoris, ex quo eam deſponſauerat, *vt not. Bartol. in l. 2. C. quod metus cauſa,* ſequitur quod propter hoc videtur conſenſiſſe, *vt probatur in cap. ad id, extra de ſponſal. & in cap. inſuper, extra qui matrim. accuſa. poſſunt, & in quæſtione prima conſtat, vnde gloſſ. dicit in dicto cap. ad id.* Effuge cùm poteris, ne conſenſiſſe videaris, *& gloſſ. 1. not. in dicto cap. conſtat,* dicit, quod ſi in continenti fugit, cum poteſt ille, qui eſt coactus, vi vel metu matrimonium contrahere; matrimonium non valet, aliàs ſecus, quia per conſequentia declarantur præcedentia, *vt l. ſi ſeruus plurium, ff. de legat. 1. cum ſimilib.* Nec obſtat quod dicitur, quod die ſequenti fecit proteſtationem in ſcriptis, *iuxta cap. inſuper, extra qui matrimonium accuſar. poſſ.* per quam videtur, quod non conſenſerit, quia dico, quod illa proteſtatio ſibi non prodeſt, ex quo non receſſit, quando potuit, imo ſtetit poſt cum dicta domina Vrſina; vt dicunt teſtes, per dicta iura. Item illa proteſtatio fuit facta potius ad inſtigationem patris & fratris dicti Aluiſii, quam de voluntate ipſius Aluiſii, quia ipſe Aluiſius hoc confeſſus fuit. Et hoc teſtificatur dominus Nicolaus Murianus, qui dicit, ſe hoc audiuiſſe à quampluribus, videlicet quod ipſe Aluiſius recuſat accipere dictam dominam Vrſinam ad inſtantiam patris & fratris, & quod hoc eſt notorium, & idem teſtificatus eſt Bertramus de Bergamo, & idem etiam teſtificatus eſt dominus Antonius de Bergamo.

Nona præſumptio colligitur ex verbis, quæ ſtatim dixi, quia dictus Aluiſius acciperet dictam dominam Vrſinam, & non recuſaret eam, niſi eſſet pater & frater, qui contradicerent, & ſic recuſat ad eorum inſtantiam: ſi ita eſt, cui dubium, quod ex iſta ſua confeſſione, facta poſt deſponſationem tempore, quo fuit in libertate ſua, declaratur animus præcedens, quod fecit ſponte, certe non eſt dubitandum, *vt tenet gloſſ. notabilis, 1. quæſtio. 1. conſtat. in gloſſ.*

Decima præſumptio eſt, quia ipſe Aluiſius confeſſus eſt, quod ſibi dominę Vrſinæ promiſerat eam accipere in vxorem, & eam deſponſare; & hoc deponunt multi teſtes, videlicet dominus Angelus de Aſtigiano, Dn. Maria Clanda, & egregius artium ſcholaris Dn. magiſter Philippus, & Dn. Bartholomæus de Bergamo, qui etiam plus dicit, quod audiuit dici, quod Aluiſius dictam dominam Vrſinam tenebat & reputabat ipſam pro vxore ſua ante deſponſationem.

Item hoc confeſſus fuit Aluiſius die, qua deſponſauit eam ante ipſam deſponſationem, nam interrogatus à domino Petro Baſſo, *che fatu Aluiſo*, ipſe Aluiſius reſpondit, *ſon qui da mia moiere*, vt dicit domina Margareta, quæ confeſſio inducit, præſumptionem ita eſſe, *vt 32. quæſt. 3. cap. dicat aliquis, & l. fin. ff. de probat. & c. illud, & ibi hoc not. gloſſ. & Doctor. extra de præſumpt.*

Vndecima præſumptio eſt, quia Aluiſius longo tempore ipſam dominam Vrſinam adamauit, vt ipſe confeſſus eſt in reſponſione ad primam poſitionem dominę Vrſinæ, & teſtes hoc etiam deponunt. Item, quia eſt ſecuta copula carnalis inter eos, vt dicunt multi teſtes. Item, quia etiam eam impręgnauit. Item quia dixit tempore deſponſationis, quod ſi fuiſſet præmonitus, portaſſet annulos de domo ſua cauſa deſponſandi, quæ omnia ſunt ſigna voluntarii conſenſus in deſponſatione, vt de ſe patet cuilibet recte intuenti.

Duodecima & vltima præſumptio eſt, quia dictus Aluiſius voluit ſubornare teſtes dominæ Vrſinæ,

ſinæ, ſcilicet prædictum dominum Angelum, nam promiſit ſibi dare decem ducatos & vnum equum, vt recederet de ciuitate Paduæ per aliquot dies, ne ipſe examinaretur. Et ſic voluit ſubtrahere probationes dominæ Vrſinæ, vt dicit ipſe dn. Angelus examinatus, & dom. Antonius de Bergamo. Ex qua ſubornatione ſeu voluntate volendi ſubtrahere probationes aduerſarin, eſt præſumptio, quod foueat cauſam iniuſtam & etiam ſi foueret cauſam iuſtam deberet ſuccumbere, *vt l. ſatis aperte, & ibi hoc not. Angelus & Doctor. C. de falſis*, ſunt etiam aliæ plures præſumptiones, quas breuitatis cauſa omitto. Ex iſtis itaque duodecim præſnmptionibus conſtat ſatis euidenter, quod dictum matrimonium contraxerit Aluiſius cum dicta domina Vrſina libenter & volens, non vi nec metu aliquo deductus. Et licet deductæ ſunt aliæ præſumptiones in contrarium per dominos aduocatos Aluiſii, tamen prædictæ 12. ſunt plures, meliores, & vrgentiores quam illæ quæ ſunt Aluiſii: ergo ſtandum eſt præſumptionibus dominæ Vrſinæ tanquàm validioribus, quia tollunt alias in contrarium, *vt dicta l. non ſolum. §. de vno. ff. de ritu nup. & c. gratias. extra de præſumptionibus, cum ſimilibus.*

Item quia aliquæ de dictis duodecim præſumptionibus ſunt potius veræ probationes, vt ſupra dixi.

Item quia præſumptiones adductæ pro dicto Aluiſio non ſunt veræ in facto, nec in iure, vt ſtatim oſtendam.

Nam prima præſumptio de tractatu, non eſt vera in facto, quia non eſt verum, quod fuit tractatum, nec datus ordo de inferendo metum Aluiſio ſi nollet ipſam dominam Vrſinam deſponſare; ſed ſolum quod vocaret ipſum vt veniret ad ipſam deſponſandam. Et ideo multum ad propoſitum illa coniectura, ex quo vt dixi non fuerit tractatus inferendi vim vel metum.

Secunda etiam coniectura nnn eſt vera, nec in facto, nec in iure, nam dicitur quod fuit deprehenſus in facinore. Nam hoc non eſt verum, quia non fuit repertus aliquid turpiter facere cum dicta domina Vrſina, ſed ſolum cum ea loqui. Et ideo non eſt veriſimile quod mortem timuerit. Et ſic non obſtat, *l. nec timore. §. proinde. ff. quod metus cauſa*, præterea poſito, quod fuiſſet repertus in facinore aliquo, dico quod propter hoc nnn timuit, vt apparet ex omnibus præſumptionibus deductis pro parte dominæ Vrſinæ. Ex quibus euidenter apparet, quod voluntarie, & non metu fecit. Item quia metus deductus eſt ex delatione armorum, quæ delatio probata nnn eſt, imo eſt probatum, vt ſupra dixi, contrarium.

Tertia etiam coniectura multum releuat, dum dicitur quod pater dictæ dominæ Vrſinæ & dominus Petrus Baſſus cuſtodiebant oſtium, nam hoc non eſt probatum, imo eſt probatum contrarium videlicet quod oſtium cameræ erat apertum, & potuiſſet recedere ſi voluiſſet, maxime quando teſtes ibi erant præſentes, vnde hæc coniectura non poteſt habere locum.

Quarta præſumptio, videlicet quod clauſus fuerit aditus, & quod Aluiſius dixit, *che volevi che faccia*, nnn eſt vera, nec probatur per dictum Franciſcum de Ferraria, quia ille ſolus hoc deponit, & ſic eſt ſingularis, ergo ſibi nnn eſt credendum, quantæcunque eſſet auctoritatis, *vt l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & cap. cum à nobis eodem titulo*, nam teſtibus ſingularibus nnn eſt credendum, *vt in capit. cum dilecti. extra de electionibus, cum ſimilibus.* Item, nnn eſt omni exceptione maior, quia poteſt etiam opponi quod fuit ter condemnatus in arengo pro maleficio.

20 † Nam illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus nulla exceptio poteſt opponi, *vt eſt gloſſ. notabilis in capit. 1. extra de conſangui. & affini. & eſt alia ſimilis Inſtitut. de inutili ſtipulatione. in §. item verborum, in verbo idoneos.* Ergo ſibi fides non eſt adhibenda, *vt eſt text. cum gloſſ. nota. in dicto capit. 1. extra de conſang. & affini. & eſt text. in capit. inſuper, extra qui matrimon. accuſa.* Et maxime quia eſt probatum contrarium per dominam Margaretam productam pro parte dicti Aluiſii, vnde ex his apparet, quod dictus Franciſcus de Ferraria nullam fidem facit, & ex his ſequitur quod non obſtat, quia eſt ſexta præſumptio ſeu coniectura quæ fundatur ſuper dicto tantum dicti Franciſci de Ferraria & maxime cum dicit quod vnus ſcholaris habebat enſem vt ſenſit in muro, quia dicit quod non agnouit eum, ergo potuit eſſe alius ſcholaris, cum quo loquebatur dominus Petrus Baſſus, vt dicit domina Margareta. Item quia domina Margareta, quæ aperuit ſibi oſtium, dicit quod dominus Petrus nnn habebat arma.

Septima etiam coniectura nnn eſt vera, quia illud matrimonium ſic factum clandeſtinum ſeu in tenebris, quia erat circa horam tertiam, vt dicunt teſtes, nam quando ſol eſt ſuper terrã, ceſſant tenebræ, & dies eſt, *vt probatur in l. Titius & Lucius, ibi albeſcente cœlo. ff. de lib. & poſthumis.*

Octaua coniectura etiam non obſtat, quia non eſt verum. Et dato quod eſſet vera, non præiudicat,

21 † quia confeſſio facta per procuratorem per modum voluntariæ iuriſdictionis, ſicut dicitur fuiſſe confeſſio Domini Petri Baſſi, non præiudicat domino, *vt notat. Cyn. in l. vnica C. de confeſſis. & Bart. & Doct. in l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de confeſſis.*

Nona etiam præſumptio nihil ad reſponſum, videlicet quod ipſe Aluiſius ſit melioris conditionis, quia ex quo conſtat de voluntate ſua iſta conditio nnn attenditur, *vt not. gloſſ. 27. diſt. c. quod interrogaſti. in gloſſ. magna in fine.*

Nec etiam decima & vltima coniectura aliquid operatur, dum dicitur quod eſt fama in ciuitate Paduæ, quod Aluiſius fecit hoc per metum, quia dico quod iſta fama nihil probat pluribus de cauſis.

Primo, quia fama contraria probata eſt, quæ derogat huic, maxime cum noſtra ſit poſterior, *vt notat Bartol. l. ſecunda, in fine. C. ſi ſeruus vel priua. liber. libro decimo. & Bald. in cap. primo. §. hoc autem notandum, in titulo qui feudum dare poſſunt.*

Secundo, quia fama, quod per metum ſic factum matrimonium nnn potuit procedere niſi à parte dicti Aluiſii, quia à teſtibus qui interfuerunt non potuit procedere, ex quo deponunt contrarium à parte dominæ Vrſinæ, non quia hoc non eſt veriſimile.

riſimile. Et ideo cum dicta fama præſumatur proceſſiſſe ab altera parte, non probat, *iuxta notata in l. de minore. §. & plurimum, de quæſtionibus. & in l. ea quidem. C. de accuſa.*

Tertio ad hoc vt teſtes probent famam, debent deponere quod fama fuerit ante litem inceptam ſecundum Bald. *in additionibus Specu. in titulo de ſponſa. Et allegat Abbatem in capit. ſuper eo, extra de eo qui cognouit conſ. vx. ſuæ.* Quod fama fuerit ante litem inceptam, facit ad hoc quod notat Lanfranc. *de Oriano in repetitione. cap. quoniam contra de probat. quam habes in eod. libro albo a charta. 190. verbo attendite*, tamen vnum quod eſt notatu dignum, *& vide text. & Doct. in capit. licet ex quadam. extra de teſtib. & ibi Bald. & dominus Abb.* Ex his itaque omnibus concludo, quod non eſt probatus metus imo probatum eſt pro parte dominæ Vrſinæ libera voluntas ipſius Aluiſii. Et ideo officium domini Epiſcopi, vel ius dicentis eſt in pronuntiando in fauorem dictæ dominæ Vrſinæ, videlicet matrimonium vere & libere & ſine metu fuiſſe contractum. Et ipſum Aluiſium cogi ad præſtandum obſequia maritalia ipſi dominæ Vrſinæ, & maxime cum iſta pars ſit pro matrimonio, pro quo dubio iudicandum eſt, *cap. fin. extra de re iudic. cum ſimilibus.* Et ita ſentio ego Bartholomæus Cæpolla de Verona, V.I.D. 1463. die. 18. Maii, ex Vincentia.

CONSIL. III.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium non fit ſolis verbis ſine conſenſu.*
Conſenſus declaratur per verba.
2 *Matrimonii contractus an poſſit ſufficienter probari per verba prolata de præſenti.*
3 *Teſtes in matrimonio an debent eſſe rogati, nu. 7.*
4 *Domeſtici qui dicantur.*
Aſſiſtales & domeſtici repellendi ſunt à teſtimonio.
5 *Teſtes ſingulares regulariter non probant.*
6 *Teſtis omni exceptione maior facit ſemiplenam probationem.*
8 *Verba iſta, præſente tali, non intelliguntur de præſentia intellectuali ſed corporali.*
9 *Teſtium ſingularitas tripliciter conſideratur.*
10 *Fama cum vno teſte de veritate, dicitur facere plenam probationem quando tendunt ad vnum actum.*
11 *Probatio nil aliud eſt, quam iudicem ad fidem & indubiam credulitatem adducere.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Super cauſa matrimoniali, quæ agitur inter Pelegrinum filium Domini Bartholomæi de Nouantula agentem, & dominam Magdalenam quondam Petri Buſſati conuentam coram reuerendiſſimo Domino Gorono Maria Eſtenſi, digniſſimo protonotario, duplex quæſtio principalis oriri poteſt.

Prima eſt circa proceſſum, videlicet ſi libellus dicti Pelegrini eſt bene conceptus, & formatus necne.

Secunda eſt circa merita, ſi ipſe Pelegrinus probauit ſufficienter, ſe matrimonium per verba de præſenti contraxiſſe cum dicta domina Magdale-
1 na. † Circa primam quæſtionem videtur prima facie dicendum, quod dictus Pelegrinus non bene formauerit libellum, quia ſolum dicit, quod matrimonium fuit contractum per verba de præſenti; quod non videtur ſufficere, quia ſola verba non faciunt matrimonium, ſed conſenſus, *vt l. nuptias. ff. de reg. iuris.* Sed certe contrarium eſt verius, quoniam illa verba, *per verba de præſenti*, debent exponi, id eſt, per conſenſum, qui per dicta verba declaratur, *argumento gloſſ. 1. notabilis in l. recuſari. ff. de acquirenda hæreditate*, quæ exponit illum text. dum dicit, quod recuſari poteſt hæreditas verbis tamen, & gloſſ. ſubaudit ſolis verbis, cum quis præſumatur habere talem voluntatem qualem verba declarant, *vt l. Labeo. §. idem in bo. ff. de ſup. legata. & ita tenet Iacobus de Aret. quem ſequitur Alber. de Roſa. & Rayne. de Forliuio in dicta l. recuſari*, qui dicunt, quod ille text. cum gloſſ. facit ad excuſationem libelli, qui ſæpe formatur ſic, *Proponit talis, quod contraxit matrimonium cum tali per verba de præſenti*, oppo. quod talis libellus eſt male conceptus, quia matrimonium contrahitur conſenſu, non per verba tantum, *vt dicta l. nuptias*, ſed defenſari poteſt, vt exponatur per verba de præſenti, id eſt, per conſenſum qui per talia verba declaratur, *pro hoc facit gloſſ. in l. quidam in ſuo, in verbo poteſt. ff. de condit. inſtitutio.* quæ dicit, quod talis præſumitur animus cuius verba gerit per illum text. cum aliis iuribus ibi allegatis. Et pro hoc eſt optimus text. *in l. non figura. ff. de actione & obligatione.* Et iſtud ego ſequor tanquam de iure veriſſimum, maxime in caſu noſtro, cum in ſuo libello prædicto dixerit Pelegrinus matrimonium legitimum contractum eſſe per verba de præſenti. Et ſic cum dixit legitimum, intelligitur interueniente conſenſu mutuo, quia alias non diceretur legitimum, *vt d. l. nuptias. ff. de regulis iuris cum ſimilibus.*

2 † Circa ſecundam quæſtionem, quæ concernit merita cauſæ, videlicet ſi Pelegrinus probauit ſufficienter ſe legitimum matrimonium per verba de præſenti contraxiſſe cum dicta domina Magdalena, & videtur dicendũ, quod non ſufficienter probauit, quod ſic probari videtur, nam tria ſunt fundamenta, ex quibus videtur velle probare ipſe Pelegrinus quę non videntur eſſe ſufficientia. Primum eſt teſtificatio Ioan. Chryſoſtomi, quia licet clare & aperte deponat de dicto matrimonio contracto per verba de præſenti, & quod ipſe fuit præſens dicto contractui, vidit & audiuit dictos Pelegrinum & dominam Magdalenam dictum matrimonium per verba de præſenti contrahere, tamen non videtur probare aliquo modo etiam ſemiplene quatuor rationibus.

3 † Prima eſt, in matrimonio videtur quod teſtes debent eſſe rogati, *vt notat gloſſ. in quæſt. 9. teſtes in §. de his in gloſſ. magna, quæ incipit, audiuerunt, quæ allegat 30. quæſtione. 5. cap. noſtrates. Et idem notat Specula. in titulo de teſte. § primo. in penult. colum. verſiculo, item quod non fuit rogatus*, ſed dictus Ioannes Chryſoſtomus non fuit rogatus, quod appareat, ergo præſumitur quod iſta eſt ſolemnitas extrinſeca, *vt l. quandoque. ff. de publicia. Et ita notant Cynus & Doctores in l.*

hæc conſultiſſima, C. de teſtam. & Bald. & Doctor. in l. ſciendum, ff. de verb. obligat.

4 † Secunda ratio eſt, quod dictus Ioannes Chryſoſtomus eſt affictualis ipſius Pelegrini, vt ipſe teſtis dicit, interrogatus ſuper generalibus. Et ſic eſt domeſticus ipſius Pelegrini, cuius eſt affictualis, *vt l. præſenti, §. ſane ſi ſeruus, C. de his qui ad Eccleſiam confug. & not. gloſſ. Inſtitut. de teſtam. §. ſed ſi filius, quæ dicit per dictum §. ſane*, quod coloni & ſimiles ſunt domeſtici, *& idem not. in cap. in literis, extra de teſtib.* ſed domeſtici repelluntur à teſtimonio, *vt l. etiam, C. de teſtib. & d. §. ſed ſi filius*, ergò & affictuales vel coloni debent repelli.

Tertia ratio eſt, quia dictus Ioannes Chryſoſtomus dat pro teſtibus D. Angelam amitam D. Magdalenæ, & Iacobum eius conſanguineum, qui examinati, aliter dicunt, nec deponunt, ſicut dicit ipſe Ioannes Chryſoſtomus. Ergò videtur, quod illi duo teſtes derogent illi ſoli Ioanni Chryſoſtomo, *per not. per Cyn. in l. in bonæ fidei, in vlt. quæſt. C. de reb. credit. & iureiur. & per Bart. & Doct. in l. admonendi, ff. de iureiur.* nec poteſt opponi, quod dicti Angela & Iacobus ſint conſanguinei dominæ Magdalenæ, ex quo ipſe Pelegrinus eos produxit, *l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus.*

Quarta ratio eſt, quia dictus Ioannes Chryſoſtomus antequam deponeret, confeſſus fuit Greſelono & Ioanni Bono de villa Giota, quod dicta domina Magdalena non conſenſit in matrimonio dicto Pelegrino; ergò ſi ipſe Ioannes Chryſoſtomus poſtea deponit contrarium, non videtur, quod ſit ei credendum, *per not. per Bart. in l. eos, in fin. ff. de falſis.* Ex quibus quatuor rationibus videtur, quod nullo modo probet dictus Ioannes Chryſoſtomus, ex quo non eſt omni exceptione maior, *per text. in capit. licet ex quadam, extra de teſtib. & per cap. 1. extra de conſanguin. & affinit. & per not. per Bald. in cap. 1. §. ſacramentum, in tit. de conſuetudine recti feudi.* Nam ille dicitur omni exceptione maior, cui nihil poteſt opponi, *vt eſt gloſſ. notab. in dicto cap. 1. in verbo maiores, & Inſtit. de inutilibus ſtipul. §. item verborum,* ſed D. Ioanni Chryſoſtomo poſſunt illa quatuor opponi; ergò ei non videtur credendum, cùm non ſit omni exceptione maior.

5 † Secundum fundamentum eſt pro parte dicti Pelegrini, quia octo teſtes deponunt, quod dicta domina Magdalena fuit confeſſa, ſe contraxiſſe matrimonium per verba de præſenti cum dicto Pelegrino, quæ confeſſio non videtur ſufficienter probata, quia omnes illi teſtes fuerunt ſingulares, qui regulariter non probant, *vt in cap. cum dilecti, extra de elect. & in cap. bonæ memoriæ Maguntinæ, eodem tit. & capit. licet cauſam, extra de probatio. cum ſimilibus.* & maximè, quia illa confeſſio, etiamſi eſſet probata per duos teſtes, non faceret plenam probationem, ex quo eſt facta parte abſente, *l. certum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſis, & habetur in l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat. & in c. ſi cautio, extra de fide inſtru.* Et ideo multo minus debet probare, ſi nullus teſtis *per c. fin. cum ibi not. extra de ſucceſſ. ab inteſtato.*

Tertium fundamentum eſt fama, quę etiam non videtur ſufficere *per c. illud, cum ibi notat. extra de præſumptio. & per nota. in cap. veniens, el primo, de teſtibus, & in cap. qualiter & quando, 2. in verbo fama, de accuſatio. & in l. 3. §. eiuſdem quoque principis, ff. de teſtib. & in l. admonendi, ff. de iureiurando, cum ſimilibus.* Sed his non obſtantibus teneo, quod contrarium ſit verius, videlicet quod ſit ſufficienter probatum matrimonium fuiſſe contractum per verba de præſenti inter dictum Pelegrinum & dominam Magdalenam, quod ſic probatur ſequendo ordinem fundamentorum, *de quibus ſupra.* Nam primò hoc probatur ex atteſtatione Domini Ioannis Chryſoſtomi, qui de directo deponit de veritate dicti matrimonii contracti per verba de præſenti, quia dicit ſe fuiſſe præſentem, & vidiſſe & audiuiſſe dictum matrimo-
6 nium contrahi, † qui teſtis cùm ſit omni exceptione maior, vt ſtatim oſtendam, ſequitur quod facit probationem ſemiplenam, *vt probatur in cap. ex inſinuatione, extra de procurator.* Et probatur ratione, quia ſi duo faciunt plenam probationem, *vt l. vbi numerus, ff. de teſtib. & in cap. cum eſſes, & cap. relatum, extra de teſtam. cum ſimilibus.* ergo vnus facit ſemiplenam, *vt not. gloſſ. Bart. & Doctor. in l. admonendi, ff. de iureiurando.* & propterea vbi eſt probatum per vnum teſtem, regulariter poteſt deferri ſacramentum in ſupplementum probationis, *vt habetur in d. l. admonendi, & in l. in bonæ fidei, C. eod. & in cap. fin. extra de iureiurando.* Quod autem ſit omni exceptione maior probatur, quia nihil ei iuridicè poteſt opponi ſecundum quod apparet in reſponſione facta ſuper generalibus, *vt notatur per gloſſ. in dicto c. 1. de conſang. & affinit. & in §. item verborum, Inſtit. de inutilibus ſtipul.* Nec obſtant illæ quatuor rationes ſupra allegatæ in
7 contrarium. † Et primò non obſtat ratio illa, dum dicitur, quod in matrimonio teſtes debent eſſe togati, quia iſtud non eſt verum de iure, quoniam in cauſa matrimoniali teſtes non requiruntur togati, *vt eſt gloſſ. ordin. quæ communiter tenetur, 30. quæſt. 5. narratis,* & eam tenet Dominus Antonius de Butrio, *in cap. ex parte, extra de ſponſal.* maximè in caſu noſtro probatur, ex quo fuit vocatus ad hoc, *per not. in l. hæredes palàm, §. in teſtamento, ff. de teſtament.* Nec obſtat ſecunda ratio, dum dicitur, quod dictus teſtis eſt affictualis ipſius Pelegrini, quia dico, quod propter hoc non repellitur à teſtificando, quoniam non reperitur hoc iure cautum, imo reperitur contrarium, videlicet quod teſtes familiares & domeſtici repelluntur, quando ſunt tales domeſtici, quibus poteſt imperari ratione dominicæ vel paternæ poteſtatis. Et ita intelligitur *l. præſenti, §. ſanè, C. de his qui ad Eccleſias confugiunt.* aliàs non, *vt notat gloſſ. in cap. in literis, extra de teſtibus, & gloſſ. 14. quæſt. 2. cap. 1. & final. & gloſſ. in quæſtio. 5. in ſumma. facit quod notat Angel. in l. quoniam, C. de teſtibus.* Et quod in caſu matrimoniali pro ipſo matrimonio admittuntur etiam teſtes domeſtici, etiam coniuncti, probatur *in c. videtur, extra qui matrimonium accuſar. poſſ. & in cap. ſuper eod. 2. extra de teſtib. & not. gloſſ. 14. quæſt. 2. cap. 1.* Et præſertim cùm non ſit magna diſparitas inter ipſum Pelegrinum & dominam Magdalenam, *vt notatur per gloſſ. & Doctor. in d. cap. ſuper eod.* Nec etiam obſtat tertia ratio, dum dicitur, quod teſtis prædictus dat duos alios conteſtes, videlicet dominam Angelam,

& De-

& Dominum Iacobum eius conſanguineum, qui diſcordant, quoniam Domina Angela non contradicit, licet dicat, quod non intellexerit, quid dixerint, quia diſtabat aliquantulum ab eis. Ponit enim audiuiſſe, & tamen ipſa fuit præſens, & ipſe Ioannes Chryſoſtomus audiuit prædicta per notata *per Bart. in l.1.§.1.ff.de auctorit. tuto. & hoc idem Bald. in l.teſtium. in 4.colum.verſ.modò hic inſurgit dubium, C.de teſtib.* qui dicit, quod quando duo teſtes deponunt, & vnus dicit, alium fuiſſe præſentem, & in veritate fuit præſens in loco. Sed dicit, quod non intellexit, non
8 per hoc probatur dictum alterius, † quia illa verba, *præſente tali*, intelliguntur de præſentia corporali, non mentali, vel intellectuali; quia bene potuit eſſe præſens, & non intelligere, *argu.gl.in d.l.teſtium, & per notata per Bart. in d.l.1.§.1.ff.de auctor. tuto.* Item licet dictus Iacobus dicat, quod matrimonium non fuit contractum in dicto loco, videlicet in Zardino, de quo deponit Ioannes Chryſoſtomus, tamen ex literis ipſius Iacobi ſcriptis dicto Pelegrino poſt dictum matrimonium contractum apparet contrarium.

Item apparet contrarium per multos alios teſtes, qui deponunt de confeſſione dictæ dominæ Magdalenæ, quod de fama viciniæ, qui confirmant & adiuuant dictum Ioan. Chryſoſtomi, *vt probatur in l.ſi quis ex argentarijs, §.2.ff.de edend. & ibi not. & facit quod notat. per Doctor. in l.admonendi, ff. de iureiurando.* & etiam reprobatur per duos teſtes, quibus narrauit, dictum matrimonium fuiſſe contractum, videlicet per Albertum de Venetiis, & Franciſcum de Padua, qui coniunctis dictis literis Iacobi, & depoſitione dicti Ioannis Chryſoſtomi in contrarium, & aliis, de quibus infra probatur, quod ille Iacobus non depoſuit in iudicio veritatem, & licet videatur eſſe approbata perſona dicti Iacobi per Pelegrinum, ex quo per eum productus eſt, *vt l.ſi quis teſtibus, C. de teſtib.* tamen eius dictum reprobari poteſt, *vt ibi dicitur & not.* Nec etiam obſtat quarta & vltima ratio, dum dicitur; quod dictum ipſius Ioannis Chryſoſtomi non probat, quoniam per duos teſtes dominæ Magdalenę, videlicet Ioannem Bonum, & Briſelinum, eſt probatum, quod ipſe Ioannes Chryſoſtomus, antequam deponeret dictum ſuum contrarium, eis dixerat, quia ad hoc reſpondetur duobus modis: Primo, quod illi duo teſtes reprobatorii nihil probant, quia ſunt ſingulares reſpectu loci & temporis, vt in eorum atteſtationibus apparet, *per c. cum dilecti, extra de elect. & c. licet cauſam, extra de probat. cum ſimil.*

Secundo, etiamſi eſſent conteſtes, & omni exceptione maiores, tamen per hoc non reprobatur dictum dicti Ioannis Chyſoſtomi, licet prius eis dixiſſet contrarium eius, quod ipſe poſtea teſtificatus eſt, quia ſi teſtis dicit vnum extra iudicium, & aliud in iudicio, eius iuramento ſtatur ſecundo dicto cum iuramento, nec vitiatur propter contrariũ ſuum dictum prius extra iudicium ſine iuramento, *vt probatur in c.1. §.1.* ibi, ſe non interfuiſſe, *in tit. quid ſit inueſtitura, in vſib.feud. & ibi hoc not. & tenet Bald. reprobando Bart. in eo, quod ipſe dixit in l.eos, §.fin. ff.de falſ. & idem tenet ipſe Bald. in l.nullum, circa princ. C.de teſtib.* qui dicit; quod ſi teſtis dicit vnum extra iudicium, aliud coram iudice, Bartol. dicit, eum puniri, *l. eos, de falſis,* ſed gloſſ. ord. dicit, quod illud, quod depoſuit, in iudicio valet, quicquid extra iudicium dixerit, quia illud non habet vim teſtificationis, *vt notat Bernardus gloſſ. in capit. cum cauſam, de teſtib.* quod Bald. dicit eſſe verius, & idem tenet Salicet. *in l.ſi quis decurio, C. de falſis.* Et idem tenent Canoniſtæ, *in dicto cap. cum cauſam, & in cap. cum in tua, extra de teſtib.* Et ex his omnibus concluditur, quod non obſtantibus dictis oppoſitionibus factis contra dictum Ioannem Chryſoſtomum teſtem Pelegrini ipſe eſt omni exceptione maior, & probatur ſemiplene dictum matrimonium fuiſſe contractum.

Secundo principaliter hoc etiam probatur ex confeſſione ipſius dominæ Magdalenæ, quæ confeſſa fuit præciſe, quomodo dictum matrimonium contraxit, & concordat de loco tempore & teſtibus præſentibus cum dicto dicti Ioannis Chryſoſtomi, & dicta confeſſio fuit facta per ipſam octo vicibus, ſicuti octo teſtibus de per ſe confeſſa eſt, qui hoc examinati deponunt, videlicet Troylus, Olincaus, Francus, Paulus filius Ioannis Chryſoſtomi, Lucia Craſſa, Bartholomæus Niger, Eliſabeth filia quon-
9 dam Nicolai, & domina Iacoba. † Et licet iſti teſtes videantur eſſe ſingulares, tamen probant, quoniam triplex eſt teſtium ſingularitas, vna abſtractiua, vel obſtantiua, vel obſecutiua, puta quando teſtes deponunt de vno actu indiuiduo vel non reiterato, & vnus dicit, quod ſub pomo, alius dicit, quod fuit ſub pinu, ſicut dixerunt teſtes contra Suſannam, *vt habetur per gloſſ. in l.teſtium, C.de teſtib.* Et iſta ſingularitas poteſt accidere in omnibus prædicamentis ſubſtantiæ, de quibus habetur plene per Bald. *in l.de quibus, ff.de legib.* & in iſta ſingularitate teſtes nihil probant, quia iſta ſingularitas infringit teſtimonium, ex quo non conferunt in vnum rei finem, *vt notat Bald. in rubric. de controverſ. inueſtit. circa princ. in vſib.feud.* Et hoc procedit, etiamſi eſſent nulli, quia vnus alteri contradicit, & ibi ad inuicem contradicunt, & nullam fidem faciunt, *per l. vbi repugnantia, ff.de reg. iuris, & per l.1. cum ibi not. C.de furt. & in c.ſolicitudinem, in fin. extra de teſtib. & iſto modo intelligo, Bald. in l.iureiurando, C.de teſtib.* qui dicit, quod ita probant mille teſtes ſingulares, ſicut vnus, & plus dico, quod cum plures eſſent, tantò minus eis crederetur, quia maior eſſet contradictio. Et iſta eſt proprie ſingularitas, quia ſingularitas proprie dicitur reſpectu ſui, & non reſpectu actuum, *vt notat Bald. in l.1.C.de teſtam. & idem ipſe notat in l. 2. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas,* qui dixit, quod ſingularitas teſtium attenditur penes effectum rei, non penes modum ſciendi, *vt l.cum reis, C.de pœnis.* & de iſta ſingularitate intelliguntur omnia iura, quæ dicunt, quod teſtes ſingulares non probant, & de iſta non loquuntur.

Secunda eſt ſingularitas teſtium ſubalterna, quia vno genere vniuerſali comprehenditur. Exemplũ, ſi volo probare iuriſdictionem, & ſic hoc genus, & vnus deponit, quod Poteſtas condemnauit vnum ad mortem, alius dicit, quod vidit Poteſtatem illum bannire alium. Vel volo probare poſſeſſionem,

vnus

vnus deponit de vno actu poſſeſſionis, alius de alio. Vel volo probare, quod habeo ius decimandi, & ſum in quaſi poſſeſſione. Et vnus deponit, quod vidit me percipere fabas, alius frumentum, & ſic de ſimilibus. Et iſta ſingularitas etiam probat regulariter, *vt habetur per gloſſ. & Doctor. in quaſt. 8. c. nihilominus, & Speculat. in tit. de teſte, §. iam de interrogatorys, verſic. item ſi de tempore, & per Innocent. & Doctor. in cap. qualiter, 2. & in cap. cum oporteat, extra de accuſat. & per Angelum in l. teſtium, in fin. C. de teſtib. & in ſua diſputatione, quæ incipit: Aſtenſis miles.* & de iſta ſecunda ſiogularitate etiam ooo loquimur in caſu noſtro, quia oon agitur de probaodo aliquid vniuerſale, ſed ſolum vnum in ſpecie ſcilicet matrimonium fuiſſe contractum. Eſt & tertia ſingularitas, quæ appellatur adminiculatiua, puta, quia vnus teſtis adminiculatur alteri. Exemplum, vnus teſtis deponit de veritate rei, alter de confeſſione, alter de fama; nam iſti tres videntur eſſe ſingulares in dicto, quia deponunt de dioerſis actibus, & etiam de diuerſo tempore, tamen quia non diſcordant in vnom rei fioem, ſed veniunt ad eundem finem per diuerſa media, ſeu per diuerſas coniecturas, ſibi ad inuicem patrocinantes, dicitur adminiculatiua, quia vnus admioiculatur alteri. Et iſta ſiogularitas non eſt à iure reprobara, quia non contradicit ſibi ad inuicem, ſicut facit abſtractiua ſeu obſtantiua. *vt not. Bald. in rubrica de controuerſ. inueſtitura.* Et de iſta loquitur in caſu noſtro, quia vous teſtis deponit de veritate matrimonii. Alii octo teſtes deponunt de confeſſione dictæ dominæ Magdalenæ, quæ confeſſa eſt dictum matrimooium coorraxiſſe præſentibus illis, & in loco illo, prout deponit dictus teſtis de veritate, & ſic omnes iſti teſtes tendunt ad vnum rei finem, ſcilicet ad probandum dictum matrimonium fuiſſe contractum. Et ideo dicendum eſt, quod fidem faciunt. Sed dubiom eſt, qualem fidem faciant, an plenam, an ſemiplenam, vel minus quàm ſemipleoam. Et videtur quod non faciant plenam, neque ſemiplenam, qoia illa confeſſio fuit facta parte abſente, quæ non probator, etiamſi eſſent probata per duos conteſtes, niſi ſemiplene, *vt habetur in l. certum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſis, & not. Bart. in l. admonendi, in 7. colum. in fin. ff. de iureiurando, & in cap. ſi cautio, extra de fide inſtrum. & per gloſſ. & Doctor. in l. cum de indebito, in fin. ff. de probatio.* & ideo ſi quælibet confeſſio, quæ dicitur facta, eſt probata, niſi per vnom teſtem; ergo probatur minus, quàm ſemiplene, *per notata in dictis iuribus*, imo dico plus, quod etiamſi vnus teſtis deponeret de veritate rei, & duo de confeſſione, non probarent plene, *vt videtur eſſe caſus in cap. fin. extra de ſucceſſ. ab inteſtat.* Sed certe dicendum eſt, qood illi octo teſtes, licet ſint ſingulares in dicto, tamen ex quo tendunt ad vnum rei finem, ſcilicet ad probandum dictum matrimonium contractum, adminiculatur alteri teſti, qui deponit de veritate, & in tantum adminiculatur, quod poteſt fieri ſenteotia pro matrimonio, *argum. dicti cap. fin. cum ibi notat. de ſucceſſio. ab inteſtat.* Et maxime cum illa confeſſio dicatur eſſe facta octo vicibus, & ſic facta de eadem re, & eodem modo, *argu. not. per Bart. l. cum ſimus, in fin. C. de agnat. & cenſit. lib.* 11. Nam negari noo poteſt, qood quilibet dictorum teſtium probat ſemiplene confeſſionem, de qua deponit, *per cap. ex inſinuatione, extra de procurat.* Et iſtæ omnes ſimul iunctæ, licet de ſe non probant ſufficienter, tamen coniunctæ cum dicto alterius teſtis de veritate & cum fama, de qua dicetur infra, ſine dubio ita adminiculatur, quod poteſt pro matrimonio ferri ſententia, *per dictum cap. final. & per notat. per Bald. in dicta rubrica de controuerſ. inueſtit. & in authent. rogati, C. de teſtibus, & per nota. per gloſſ. & Doctor. in l. 2. §. 1. ff. de excuſationib. tuto. & per ea quæ dicam ante finem.* Et propterea dicitur, quod iudex noo ad vnam ſpeciem probationis cognitionem alligare debet, ſed ex omnibus æſtimare ex ſeotentia animi ſui, qoid credat, *vt l. 3. §. einſdem quoq. principis, ff. de teſtib. & c. in præſentia, de renuntiat. & c. cauſam, de re iudicata.*

Tertio principaliter hoe etiam probatur ex fama, quæ per multos teſtes probata eſt, quæ fama ſolùm faceret ſemiplenam probationem, & coniuncta cum ſolo dicto Ioannis Chryſoſtomi, qui deponit de veritate, probat plenè, *vt eſt gloſſ. ordinaria in cap. 1. in verbo, fama, extra de appellat.* quæ dicit, quod fama coniuncta cum voo teſte aut aliis legitimis argumentis probat plene & ſufficienter, *per cap. licet cauſam, de probatio. & cap. illud, de præſumptio. & probatur in l. 3. §. einſdem quoq. principis, ff de teſtib. & ibi hoc not. & tenet gloſſ. & habetur per Bartol. & Doctor. in l. admonendi, ff. de iureiurando, & in l. de minore, §. & plurium, ff. de conſtitutionibus, & per Salicetum in l. ea quidem, C. de accuſat. & per eundem Salicet. in l. 1. C. qui*
10 *numero tute.* qui dicit. † quod communis opinio eſt, quod fama cum vno teſte de veritate faciat plenam probationem, & hoc, quando tendunt ad vnum actum, ſicut hic, quia tendunt ad probandom voum matrimonium, & quod in matrimooio hoc maxime procedit, videlicet quod fama plurimum poſſit & coadiuuet probationem, eſt caſus *in dicto cap. illud, extra de præſumptionibus.* Et ideò, cum ſit coniuncta cum vno teſte de veritate, probat ſufficienter, & eò magis, quod ſunt alii octo teſtes de confeſſione, *vt ſupra dixi.*

Quarto & vltimo vltra prædicta adſunt aliæ plures præſumptiones & coniecturæ, videlicet literæ dicti Iacobi Draperii, & Ioannis Chryſoſtomi ſcriptæ de dicto matrimonio ipſi Pelegrino.

Item, quia dictus Iacobus iratus fuit cum dicto Pelegrino, qui erat in domo dictæ domioæ Magdalenæ, ne manifeſtaretur dictum matrimonium, vt dicit Gaſpar, q. Cochim, & domina Angela amita dicti Iacobi. Item, quia ipſe conuerſabatur, & dictus Pelegrinus in domo dictæ dominæ Magdalenæ. Item, quia miſit ſibi aliqua bona, vt aliqoi teſtes dicunt, quæ omnia ſunt coniecturæ, quod matrimonium fuerit contractum, *per c. illud. cum ibi notat. extra de præſumpt.* Vnde ex prædictis conclodi tur, quod cùm vnus teſtis ſcilicet Ioannes Chryſoſtomus depoſuerit de veritate, & alii octo teſtes de confeſſiooe mulieris, & plures de fama, & dictæ coniecturæ ſine dubio dicendum eſt, quod eſt probatum ſufficienter, dictum matrimoniũ fuiſſe coortractum, præſertim cùm quæ non proſint ſingula,

multa iuuant, *vt habetur per text. gloſſ. & Doctor. in l. inſtrumenta. C. de probatio. & in dicta l. tertia. §. eiuſdem quoque principii. ff. de teſtib.* vbi hæc probantur, ex quo tendunt ad vnum rei finem, vt dixi, & probatur, *in l. qui ſententiam. C. de pœnis*, ibi, in vnum conſpirantes, concordanteſque rei finem, &c. Et licet prædictis teſtibus poſſet opponi vel circa perſonam, vel circa ſingularitatem, tamen quia ſunt plures & plures, & ad idem tendunt eorum dicta probandum, quod deficit in fide ſupplet numetus, *vt probatur. in dicta. l. 3. §. eiuſdem quoque principii. in verſiculo numerus. & ibi gloſſ.* quæ dicit, quod licet teſtes non ſint multum boni, tamen quod deficit in fide ſupplet numerus, *quam gloſſ. tenet ibi Ray.* qui dicit, quod plures teſtes inhabiles plenam faciunt probationem per illam gloſſ. notabilem, quam dicit ſe etiam ita practicaſſe, & idem dicit Salicet. *in l. ea quidem. in vlt. charta. in princip. C. de accuſa.* vbi dicit, quod quando teſtes non ſunt remoti ab omni exceptione, quia aliqua contra eos ſuſpicio eſt eorum numero & multitudine attenta, quæ ſuſpicionem illam elidit, probatio non terrahitur, ſed ſecundum illam iudicatur, & idem de eorum dignitate & auctoritate, vt ſi duo teſtes plenè probaſſent, ſed de eorum fide non minueretur, puta quia eſſent conſanguinei, vel coniuncti, iſto caſu non minueretur fides propter eorum auctoritatem & dignitatem, & propterea dixit Dominus Paul. de Caſtro, *in l. admonendi. ff. de*
11 *iureiurando.* † quod probatio nihil aliud eſt, quam iudicem ad fidem & indubiam credulitatem adducere, *vt l. quinquaginta. in fin. ff. de probationibus*, & ſubdit ſingularitet, quia iſtud eſt vtile ſcire. Nam licet teſtes ſint ſingulares, ſi tamen ſunt ita notabiles, quod iudicem ad indubitatam fidem inducant, non debet curare iudex de illa ſingularitate, licet quidam proterui credant contrarium, & propterea cum ſit probatum, vt dixi, matrimonium per vnum teſtem de veritate, per octo de confeſſione mulieris, per plures de fama, & de aliis indiciis & coniecturis ſeu præſumptionibus, & iudex non debeat motum animi ſui applicare ad vnam ſpeciem probationis tantum, ſed debeat cauſa ſimul coniuncta conſiderare & numerum teſtium, & rei qualitatem, ſine dubio iudicabit in hac cauſa pro matrimonio, *per l. 3. §. eiuſdem quoque principii. ff. de teſtib.* & per ea quæ ſupra deducta ſunt & allegata.

CONSIL. IIII.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium de præſenti an ſufficienter probetur per verba, aut per deſponſationem & annuli ſubarrhationem.*

In ore duorum vel trium ſtat omne verbum.

Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur.

2 *Teſtes an in cauſa matrimoniali debeant eſſe rogati.*

3 *Matrimonium qualiter probetur meticuloſum.*

Metus in conſtantem virum cadens excuſat.

4 *Matrimonium per metum contractum, an ſit validum.*

Iuramentum non conualidat matrimonium metu contractum.

5 *Matrimonium meticuloſum an per bibitionem inuicem validetur.*

Bibere pro matrimonio, ſeu nomine matrimonii, an & quando matrimonium inducat.

6 *Cohabitatio vnius noctis poſt matrimonium metu contractum an faciat matrimonium legitimum.*

Cohabitatio non inducit matrimonium verum, nec præſumptum.

Metus an per cohabitationem cenſeatur purgatus.

7 *Matrimonium ſolo conſenſu perficitur, & validatur.*

Mulier detenta & carnaliter cognita, an cenſeatur conſenſiſſe.

8 *Metus qualiter in aliquo actu ceſſare præſumatur.*

Permanens in aliquo loco cum fugere poßit, non poteſt dici detentus.

Cohabitatio voluntaria facit præſumi matrimonium.

9 *Matrimonio metu contracto, ſi ſequatur cohabitatio vnius noctis contrahentium, an præſumatur ſubſecuta copula carnalis.*

Copula præſumitur per cohabitationem voluntariam viri & mulieris in lecto.

10 *Iacere in lecto cum vxore alterius, vel eam adulterare, paria ſunt.*

Amor mutuus cum cohabitatione voluntaria in lecto facit vt copula præſumatur ſubſequuta.

11 *Matrimonium meticuloſum validatur per copulam carnalem contrahentium.*

12 *Copula carnalis conſummat matrimonium qualitercunque contractum, nec poſt illam prodeſt reclamatio.*

13 *Copula ſemel tantum peracta facit matrimonium præſumi.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia ſuper cauſa matrimoniali vertente inter Dominam Benedictam filiam quondam magiſtri Demeyrii pictoris ſiue & ſapientem iuris peritum D. Matthæum Farniam eius procuratorem ex vna, & magiſtrum Iacobum Bidellum ſiue chartularium de Penſauro ex altera, viſis primo quadam proteſtatione ſeu declaratione facta per ipſum magiſtrum Iacobum, & reſponſione dicti Dom. Matthæi procuratoris nomine dictæ D. Benedictæ, & viſa petitione deinde facta & producta per dictum Dominum Matthæum dicto nomine, in qua in effectu petit pronuntiari dictum magiſtrum Iacobum eſſe legitimum maritum ipſius Dominæ Benedictæ, &c. Et reſponſione ſuperinde facta per dictum Magiſtrum Iacobum, & viſa litis conteſtatione, & viſis capitulis productis, & dictis & atteſtationibus teſtium productorum in cauſa, & viſo toto proceſſu, & auditis & viſis ſæpius & ſæpe iuribus & allegationibus partium, quæ & quas ipſæ partes dicere producere & allegare voluerunt, & omnibus diligenter & mature conſideratis, tria principaliter mihi videntur eſſe examinanda, ex quibus apparere poterit veritas ipſius cauſæ.

Prima eſt, an ſit legitime & ſufficienter probatum mattimonium fuiſſe contractum inter dictam Dominam Benedictam & ipſum Magiſtrum Iacobum.

Secun-

Secundum poſit o qood ſic, an ſit probatum quod illud matrimonium fuerit meticuloſum, id eſt, per metum contractum qui caderet in conſtantem virum.

Tertium poſit o qood ſic, an ex eo qood dicitur qood magiſter Iacobus poſt dictum matrimonium contractum in continenti cohabitauit in lecto cum dicta dom. Benedicta per totam vnam noctem videatur tranſire in conſenſum, ita quod dici debeat verum & legitimum matrimonium.

1 † Circa primom teneo, qood ſatis & ſufficienter ſit probatum matrimonium fuiſſe contractum inter eos per verba de præſenti, & per deſponſationem factam, & per annuli ſubarrhationem. Nam primo iſtud eſt probatum per dom. Antoniam viduam quondam dicti Berton. & olim vxorem magiſtri Antonii Fillarolli, quæ aperte dicit, quod fuit inter eos contractum matrimonium per verba de præſenti. Et quod dictus magiſter Iacobus ſubarrhauit ipſam D. Benedictam in continenti cum vno annulo, & iurauit eam bene tractare, & poſtea ſimul biberunt, idem etiam dicit in effectu Ioannes Magrius cerdo.

Item, idem dicit D. Antonia Veronenſis vidua quondam Ser Ioannis & olim vxor Ioanni, nam idem deponit à deſponſatione & iuramento licet dicat, quod non bene intellexerit verba, quia non bene perpendit propter quandam poellam plorantem, ſatis eſt tamen, qood viderit deſponſationem fieri, & verba audierit, & iſti tres teſtes ſufficerent, cum ſint tres, quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, *vt in cap. cum eſſes. & cap. relatum. extra de teſtamen. & c. licet vniuerſis. extra de teſtib. & l. vbi numerus. ff. de teſtib.* & maxime cum ſint omoi exceptione maiores, *iuxta nota. in cap. 1. extra de conſang. & affin.* nec dictarum mulierum fidei derogatur ex eo quia dixerint, quod vellent Dominã Benedictam vincere, quaſi videantur ei eſſe nimium fauentes, *iuxta c. accedens. in l. 2. extra de lite non conteſt. & c. cauſ. 2. de iudicys*, quia Do. Antonia vxor quondam magiſtri Antonii Fillarolli dicit, quod vellet quod ipſa Dn. Benedicta vinceret, Ex quo eam magiſter Iacobus vituperauit ſi ius permitteret, vnde referendo ſe ad ius, non dicitur nimium faueos. Item quia Dn. Antonia Veronenſis dicit, qood placeret ſibi ſi ipſe faceret Dominæ Benedictæ honorem, ex quo traxit eam ad verecundiam, vnde cauſa quare hoc vellet, noo eſt reſpectu fauoris, ſed reſpectu verecundiæ illatæ, vt dicunt. Præterea qood placeat ei qood ſibi faciat honorem, non eſt quod velit magis vnum quam aliom vincere, vnde ex his non poteſt dici quod non ſint omni exceptione maiores. Sed vltra dictos tres teſtes adſunt & duo alii qui idem depoount & confirmant aperte, videlicet Ioann. Vngarus, & magiſter Marinos marzarius de Montona, qoi licet non ſint omui exceptione maiores, tum quia Marious eſt cognatus, vt ipſe dicit Dn. Benedictæ, tum etiam quia dedit ordinem vt dictum matrimonium fieret eo modo, quo factum fuit, & quia dictus Ioannes Vngarus habebat vnam ſpatham nudam in manibus, vt ipſe deponit. Tamen eo ipſi examinati faciunt etiam præſumptionem & coadiouant dictam probatiooem, *per notat. per Bart. in l. maritus. ff. de quaeſt. & pro hoc quod notat. gloſſ. in in l. 3. § s. de teſtib.* adeſt etiam Bartholomæus cognomento Scarſus examinatus ad inſtantiam dicti magiſtri Iacobi qui deponit etam de dicta deſponſatione, nec aliquis dictorum teſtium Do. Benedictæ eſt ſufficienter reprobatus, nec in dictis, nec in perſonis, vt apparet ex proceſſu, eſt etiam proteſtatio magiſtri Iacobi, quæ hoc coadiouat, dum proteſtatur, quod ſi apparet quod deſponſaſſet dictam Dominam Benedictam, hoc fecit timore ductus, &c. Vnde ex his omoibus concludo circa primum dobium qood ſufficienter probatum eſt matrimonium contractum per verba de præſenti. Sed hic poſſet dubitari an iſta probatio fuerit & ſit legiti-
2 ma, & videtur ꝙ non, quia † in cauſa matrimoniali videtur quod teſtes debeant eſſe rogati, *vt eſt gloſſ. notabilis in quaeſt. 9. teſtes in § debes. allegat 30. quaeſt. 5. cap. noſtrates. & ita not. tenet Specu. in titulo de teſte, § 1. verſi. item quod non fuit rogatus, ibi tertius in matrimonio.* Sed contrariom tenet *gloſſ. 2. in dicto capit. noſtrates*, & iſtam partem tenet Alanus ex quo ius hoc non exprimit io matrimonio, *4. quaeſt. 3. ad fidem. & in l. ad fidem. ff. de teſtibus*, & hanc etiam opin. tenet Anton. de But. *in c. ex parte. extra de ſponſa.* & eam ſequitur D. Iacobus de Zochis ibi, qui dicit quod iſta eſt communis opin. quando ſcilic. teſtes fuerunt ad hoc vocari, & iſtud ego ſeqoor, ſed in caſu noſtro dicti teſtes fuerunt ad hoc vocati, vt patet ex proceſſu, ergo eorum atteſtatio ſufficit.

3 † Circa ſecundum, an ſit probatum iſtud matrimonium fuiſſe meticuloſum, id eſt, per metum cootractum qui caderet in cooſtantem virum & in hoc breuiter credo quod ſic, nam per teſtes probatum eſt qoaliter ipſe Ioannes Vngarus habebat enſem nudum in manibus, & protulit certa verba comminatoria contra ipſum magiſtrum Iacobum, & ſimiliter dictus Marinus habebat vnum enſem quem poſtea depoſoit, vt dicit Bartholomæus cognomento Scarſus ex quo metus ſatis probatur qui caderer in conſtantem virum, & ita puto iudicem arbitrari debere, *per text. cum gloſſ. in c. conſultationi. de ſponſ. coniuncta gl. notabili in l. interpoſitas. in verbo cru-*
4 *ciatus. C. de tranſact. cum ibi nota. cum ſimilibus.* † Et ex hoc videretur eſſe concludendum, quod dictum tale matrimonium tanquam meticuloſum non valuerit, vt ad hoc videtur eſſe text. ad literam, *in cap. venient. 2. & in d. cap. conſultationi. extra de ſponſa. & in capit. cum locum. eod. titu. cum ſimilibus.* Nec iuramentum quod interuenit ex parte magiſtri Iacobi habet conualidare matrimonium per metum contractum, ita quod cum effectu ſaltem oppoſita exceptione metus ſicut fuit in caſu noſtro, *vt in c. ſigni. extra de eo qui duxit in matrim.* quam polluit per adulterium, & no. *in c. Abb. extra quod metus cauſa, & in d. c. ve-*
5 *niens. & c. cum locum. & c. tua. extra de ſponſ.* † Nec illud bibere, quod fecerunt, conualidat matrimonium prædictum meticuloſum, ex quo eodem inſtanti factum, *vt l. 2. cum ibi no. C. quod metus cauſa*, imo ſecundum Gaſp. de Calder. etiam vbi metus nõ interueniſſet illud bibere pro matrimonio, noo inducit matrimonium, vbi non eſt, *vt no. in c. ex parte maximo*

per dominum Iacobum de Zochis in fine, extra de ſponſal. & ita etiam alias conſului in ciuitate mea Veronæ per multas rationes.

Circa tertium, an ex eo quod dicitur, quod magiſter Ia. poſt dictum matrimonium contractũ meticuloſum cohabitauit in lecto cum dicta domina Benedicta per totam illam noctem, qua deſponſauit eam, videatur conſenſiſſe, ita quod matrimonium ſit verum & legitimum, & pro declaratione huius dubii tres articuli ſunt examinandi. Primus eſt, an ſola cohabitatio ſecuta inter eos qui matrimonium per metum contraxerunt, inducat matrimonium legitimum. Secundus, an per dictam cohabitationem præſumatur ſubſequuta copula carnalis inter eos.

Tertius, ſi præſumitur ſubſequuta copula, an ex
6 hoc matrimonium inducatur. † In primo dubitationis articulo videtur primo dicendum quod non in caſu noſtro, quia ad hoc vt cohabitatio inducat matrimonium præſumptum poſt matrimonium contractum per metum, requiretur vnum, ſcilicet quod metus purgetur, nam ſi idem metus ineſſet in cohabitatione, qui fuit in deſponſatione, ſine dubio cohabitatio non induceret matrimonium præſumptum, neque verum, *vt probatur in c. inſuper, extra qui matrimonium accuſ. poſſ. & in c. de illis. 2. extra de deſponſa. impube. & in l. 2. & ibi nota. C. quod metus cauſa. & per Doctor. in cap. ad id, extra de ſponſal.* quia ſi metus in deſponſatione, quæ eſt plus, vitiat, eodem modo & multo magis eſt dicendum in cohabitatione ſequenti, per dicta iura: ſed quando cohabitatio ſequuta eſt in continenti poſt metum illatum, ſicut fuit in caſu noſtro, non videtur metus purgari, *vt dicta l. 2. cum ibi nota. C. quod metus cauſa & nota. per Doctor. in d. capit. ad id,* & maxime hoc videtur eſſe verum, quia poſt dictam deſponſationem & cohabitationem die ſeq. dictus magiſter Iacobus reclamauit & proteſtatus fuit, quod illud quod fecit, per metum fecit, *iuxta doctrinam text. in capit. inſuper, qui matrim. accuſ. poſ.* quæ reclamatio videtur ſufficere ante copulam, ſed non poſt, *vt not. gloſſ. 2. in cap. conſultationi, extra de ſponſa.* Præterea, quod indiſtincte videtur ſola cohabitatio ſequẽs matrimonium per metum contractum, non inducat matrimonium præſumptum, niſi etiam ſequatur copula carnalis, *per c. veniens. 2. extra de ſponſa. & in c. conſultationi. eo. tit. per dictum c. inſuper, qui matrimonium accuſ. poſ. & per c. ſignificauit extra de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adult.* & quod ſola cohabitatio non ſufficiat, niſi ſequatur copula, idem Innoc. *in cap. ad id, extra de ſponſa. allegat not. in cap. atteſtationes, extra de ſponſa. in rubr.* Sed contrariam opin. ſcilicet quod ſola cohabitatio ſufficiat ſine copula, tenet gloſſ. fin. expreſſe, *in cap. de illis. 2. extra de deſponſa. impuberum,* quæ loquitur alternatiue, videlicet quod ſufficit copula carnalis ſubſequuta, vel cohabitatio, quia tunc violentia tranſit in conſenſum, allegat dictum, *capit. ad id, & capit. inſinuante, extra qui cleri. vel vo.* Vnde cum loquatur alternatiue, alterum ſufficit ſcilicet ſola cohabitatio, *vt in capit. inter cætera, extra de reſcriptis. cum ſimilibus. & hanc opinion. gloſſæ ſequitur Hoſtien. in dicto capitulo ad id, de ſponſal. Et idem ſequitur Cardinalis in dicto cap. ad id,* qui ſimpliciter concludit, quod ex ſola cohabitatione præſumitur conſenſiſſe præſumptione iuris & de iure per nota. *in l. 2. C. quod me-*
7 *tus cauſa, & in cap. ſuper hoc, extra de renuntia.* † Et pro iſta opinione facit, quia in matrimonio ſufficit conſenſus ſine ſolemnitate, *vt habetur in c. tua. extra de ſponſal.*

Item pro hoc videtur eſſe textus, *in dicto cap. ad id,* ibi cohabitans, vbi Papa ſe fundat in ſola cohabitatione, & non in copula, item pro hoc verſus ille, Effuge cum poteris, ne conſenſiſſe puteris, alias videris, *vt nota. gloſſ. in dicto cap. ad id.* Adde etiam, quod ſi mulier fuiſſet cognita inuita & detenta, non videtur conſenſiſſe, *notat Dominus Abbas in cap. lator, in 2. colum. extra de re iudicata.* Ego autem in hoc articulo puto eſſe ſic dicendum pro veritate, quod dicta ſola cohabitatio in lecto per totam illam noctem, ſi fuiſſet meticuloſa inſtante eodem metu, non ſufficeret, *per l. 2. cum ibi notat. C. quod metus cauſa, & not. per dominum Antonium de Butrio, & Doctor. in dicto cap. ad id, de ſponſalibus.* Sed ſi fuiſſet voluntaria, & non meticuloſa, ſufficeret etiam ſine copula ſubſecuta, & induceret matrimonium præſumptum, quia purgat vitium metus, *vt nota. dominus Antonius de Butrio, in dicto capit. ad id, extra de ſponſalibus.* Et iſtud tenent communiter Doctores ibi, & legiſtæ, *in l. 2. C. quod metus cauſa,* in caſu autem noſtro teneo quod fuerit cohabitatio voluntaria, & non meticuloſa, & ſic quod ſufficit ad inducendum matrimonium præſumptum, etiam ſine copula ſubſequuta, quod ſic probatur: nam metus quod fuit illatus dicto Magiſtro Iacobo, fuit ad hoc vt deſponſaret ipſam dominam Benedictam, vt patet ex dictis teſtium, & ex eius reclamatione ſeu proteſtatione: cum primum ergo eam deſponſauit, ceſſauit metus, quia ceſſauit cauſa finalis ipſius illationis metus, quæ erat deſponſatio, *vt in capitulo cum ceſſante, de appellationibus, & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. cum ſimilibus.* Et hoc tenet notabiliter Barto. *in l. 2. C. quod metus cauſa,* vbi tenet, quo omnes Doctores tenent hoc, quod ſi ceſſante metu fit aliquid, non
8 præſumitur per metum fieri. † Et dicitur ceſſare metus, ſi cauſa, ex qua metus inferebatur, non ſubſiſtit: ſecus ſi ſubſit cauſa metus, quia non dicitur metus ceſſare, ſed vt dixi in caſu noſtro metus ceſſabat ſecuta deſponſatione, propter quam metus fuit illatus, nec erat amplius timendum, ex quo inferentes metum non quærebant aliud niſi quod intraret, & quod deſponſaret dictam Domniam Benedictam, ſicut fecit. Et ideo cum non appareat quod ingreſſus fuerit lectum per metum ſibi in hoc illatum per aliquem, dicendum eſt, quod præſumatur voluntarie ingreſſus fuiſſe, & maxime cum ipſe non receſſerit tunc, vel verbo aut facto oſtenderit ſe velle recedere, quod facere debebat, ſi volebat quod non videretur conſenſiſſe, *vt habetur per text. cum gloſſ. in verbo non potuit, & in cap. inſuper, extra qui ma. accuſ. poſ.*

Item quia ſtetit per totam illam noctem, vt dicunt teſtes, & plus, quia ſtetit vſque ad diem ſequentem de mane circa ſecundam horam diei, vt dicit vnus teſtis ſcilicet domina Anton. vxor quondam

dam Anto. Fillarolſi, vnde cum non effugerit prius, vel receſſerit, cum veriſimiliter hoc facere potuerit, non apparente alio metu ſtante in contrarium illa cohabitatio præſumitur voluntaria, non meticuloſa, iuxta illud: Effuge cum poteris, ne conſenſiſſe poteris, *vt notat gloſſ. in dicto capit. ad id. de ſponſa.* Et ita etiam tenet dominus Antonius de Butrio, *in dicto capit. ad id,* vbi dicit, quod ſi habuit opportunitatem fugiendi, vel recedendi, inducitur matrimonium, ſuadet hoc etiam amor quem gerebat magiſter Iacobus erga ipſam Dominam Benedictam, & cohabitatio inter eos ſimul habita per annum & vltra, vt apparet ex proceſſu, vnde ex iſtis maxime, aliis quæ ex proceſſu apparere poſſunt, teneo quod dicta cohabitatio præſumatur voluntaria, & non meticuloſa, & ideo ſola ſufficiat ad inducendum matrimonium præſumptum, & metum purgandum. Et ita puto eſſe arbitrandum arbitrio iudicantis, maxime *per notat. per dominum Antonium de Butr. & Doctores in d. capitulo ad id. extra de ſponſalibus.*

9 † In ſecundo articulo, an per dictam cohabitationem præſumatur ſubſequuta copula carnalis inter eos, & videtur quod non, præcedente dicto metu, *per notata in l. 2. C. quod metus cauſa,* ego autem dico contrarium in caſu noſtro, nam cum illa cohabitatio in lecto non fuerit meticuloſa vel violenta, ſed voluntaria, vt dixi in præcedenti articulo, ſequitur quod præſumitur copula ſubſequuta, *vt probatur in cap. in literis. & ibi notat. extra de præſumpt. & habetur per gloſſ. in cap. ſi quis acceperit. 31. quæſt. 1. vbi gloſſ.* ponit verſic. A iuuene cupido credatur reddita virgo? Pro hoc etiam facit, quod notat gloſſ. *in l.*
10 *Gaii Seii. ff. de fideicommiſſ. liber.* quæ vult, † quod paria ſunt iacere in lecto cum vxore, vel eam adulterare, *vt notat Bald. in capitulo 1. in 3. colum. in titulo quibus modis feud. amit. & quod nota. gloſſ. in l. feriem. C. de his quibus vt indignis. coniuncta l. fideicommiſſum. Cod. de fideicommiſſis,* & maxime cum ante metum illatum eam non cognouerit, quia vt apparet ex dictis teſtium, quam primum ingreſſi ſunt lectum, ſuperuenerunt Ioannes Vngarus & magiſter Antonius & alii teſtes, & ſequuta eſt deſponſatio in continenti, & amor etiam qui erat mutuus inter eos, vt ipſe magiſter Iacobus confitetur in ſua reclamatione, cum dicta cohabitatione inducit præſumptionem, quod copula fuerit ſubſequuta, iuxta illud: A iuuene cupido, &c. *vt habetur per gloſſ. in d. capitulo ſi quis acceperit. 31. quæſt. 1. cum ſimil. ſupra allegatis.*

11 † In tertio articulo non eſt aliqua dubitatio, & pendet ex prædictis, nam ſi ex dicta cohabitatione præſumitur ſequuta copula carnalis inter eos poſt dictam deſponſationem etiam meticuloſam, ſicut teneo in præcedenti articulo, non eſt dubium quod inducit matrimonium præſumptum iuris & de iure, & purgat metum, quia videtur conſenſiſſe, ita quod poſtea reclamans in contrarium non debet audiri, *vt eſt text. ad literam cum gloſſ. 2. in terminis in capitulo conſultationi. extra de ſponſa. & probatur in capitulo inſuper qui matrimonium accuſ. poſſ. & in capitulo. veniens. 2. de ſponſal. & in capit. ſignificauit. extra de eo qui duxit in matrim. & nota. per gloſſ. Innoc. & Doct. in capit. ad id, extra de ſponſa.* Et ſufficit, etiam quod ſemel tantum copula fuerit ſubſequuta, *vt eſt etiam in dicto capit. inſuper,* & tale matrimonium valet ex nouo conſenſu de præſenti, prout ex nunc tempore dictæ cohabitationis, licet non vt ex tunc tempore deſponſationis meticuloſæ, quæ fuit nulla, *iuxta not. in cap. cum locum. de ſponſalibus.*

Chriſti itaque nomine repetito dico & conſulo partes domini vicarii vel iudicis competentis in hac cauſa eſſe, vt pronuntiet, ſententiet, & declaret, fuiſſe, & eſſe matrimonium legitime contractum inter dictos magiſtrum Iacobum & Dominam Benedictam, & eos eſſe legitimos iugales, & dictum magiſtrum Iacobum teneri & obligatum eſſe ad ſuſcipiendum, & quod ſuſcipiat ipſam Dominam Benedictam pro legitima eius vxore. Et quod eidem præſtare debeat obſequia & ſeruitia maritalia, prout pro parte ipſius Dn. Benedictæ petitum eſt, maxime rationibus & cauſis antedictis, & aliis animum meum mouentibus, quas breuitatis cauſa omiſſas facio, ſaluo ſemper meliori iudicio cuiuſlibet alterius melius ſentientis, *iuxta l. Claudius in fi. ff. qui potio. in pig. habeantur.*

Item dico & conſulo partes eiuſdem iudicis eſſe, vt abſoluat partes ab expenſis propter iuſtam cauſam litigandi per iura vulgaria. Et, vt ſupra ſcriptum eſt, conſulo ego Bartholomæus Cæpolla, Vtriuſq; Iuris Doctor.

CONSIL. V.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium qualiter poſſit ſufficienter probari.*
2 *Perſuadens alicui, quod ſe mariter, vult concludere talem non eſſe maritatum vel vxoratum.*
3 *Tenens & alens mulierem extra domum propriam, oſtendit nullum inter eos eſſe matrimonium.*
4 *Patiens mulierem cum alio conuerſari, inducit præſumptionem quod non ſit eius vxor.*
5 *Dimittens mulierem male indutam vagari, fateri videtur eam non eſſe vxorem.*
6 *Legitimari petens, fatetur ſe non eſſe legitimum.*
7 *Sclauona non præſumitur maritata.*
8 *Dictum teſtis dicentis ſe non recordari de tempore, eſt excuſabile.*
9 *Teſtes ſe pro conteſtibus non dantes, ſi nominent perſonas, excuſatur eorum dictum.*
10 *Teſtis non recordans de conteſtibus excuſatur.*
11 *Compater an repellatur à teſtificando.*
12 *Confeſſioni coniugum pro matrimonio ſtatur.*
13 *Tenens mulierem ad vnam menſam, & vnum lectum, inducit præſumptionem matrimonii.*
14 *Honeſtus mulieris ornatus, & comitatus cauſantur præſumptionem matrimonii.*
15 *Annuli delatio, an ſit indicium matrimonii.*
16 *Cohabitatio per longum ſeu longiſſimum tempus, an ſit indicium matrimonii.*
17 *Fama ſeu communis reputatio an cauſetur præſumptionem matrimonii.*
18 *Denominatio filiorũ legitimorum an cauſetur præſumptionem legitimi thori.*

19 *Nomen alicuim an ſit ſufficiens probatio, illum eſſe talem, qualis nominatur.*
20 *Matrimoninm an probetur ſufficienter per inſtrumentum, in quo vir & mulier ſe dicunt coniuges.*
21 *Confeſsio coniugum contra matrimonium non debet nocere.*
22 *Qualitas perſonarum facit indicium matrimonii.*
23 *Teſtes ſingulares vel de auditu, aut de auditu auditus, non probant.*

IN CHRISTI nomine Amen. In quæſtione vertente inter Ser Nicolaum de Angelo Venetum qnondam ſer Ioannis & dominæ Elenæ olim ſororis quondam domini Bonifacii de Quadraginta ſuo proprio nomine & pro ſuo patriculari intereſſe & tanquam procuratorem dominæ Elenæ vxoris ſancti Nicolai de Terzago, &, dominæ Dariæ relictæ quondam Ser Marci de Terzago ſororum & olim filiarum qnondam Ser Danielis de Quadraginta olim fratris dicti domini Bonifacii, & Petrum & Rolandum fratres ſe gerentes pro filiis dicti domini Bonifacii ex altera, agitata coram Reuerendiſſimo in Chriſto patre domino Matthæo Contareno Patriarcha Veneto digniſſimo, & delegata per eũdem dominum Patriarcham vobis venerabili domino Bartholomæo Parutæ Abbati ſancti Gregorii de Venetiis, & mihi Bartholomæo Cæpollę de Verona Iuris vtriuſque Doctori commiſſa per vos dominum legatum conſulenda, vidi in primis proceſſum inter partes agitatum per reuerentiã veſtram ad me ſub ſigillo tranſmiſſum, & petitionem etiam, deinde ſub literis veſtris ad me miſſam. Et omnibus ac ſæpe & ſæpius diligentiſſime viſis & examinatis, habitaqne matura pro viribus deliberatione pro declaratione præſentis conſultationis duo dnbia mihi principaliter examinanda eſſe videntur, ex quorum deciſione claté conſtare poterit, quod ſit officium veſtrum in iudicando in cauſa præſenti inter prædictas partes. Primum eſt, an ſit probatam matrimonium fuiſſe contractum iam multis annis inter dominnm Bonifacium de Quadraginta & dominam Magdalenam matrem dictorum Petri & Rolandi.

Secundnm, an ſit probatum fuiſſe aliquod impedimentum, præſertim ordinis clericalis in perſona dicti domini Bonifacii, propter qnod ipſe non potuerit cum aliqua muliere legitimum contrahere matrimonium.

1 † Circa primum videtnr dicendum quod non ſit probatum ſufficienter fuiſſe matrimonium contractnm inter ipſum dominum Bonifacinm & ipſam dominã Magdalenam, imo videtur per teſtes agentium eſſe probatum contrarium. Nam pro parte agentium ſunt examinati teſtes qui deponunt de publica voce, & fama, videlicet quod inter dictos dominum Bonifacium & dominam Magdalenam non erat legitimum matrimonium, & qnod dictus Petrus & Rolandus filii dictorum domini Bonifacii & dominæ Magdalenæ non erant nec ſunt filii legitimi & naturales, ſed ſpurii, quæ quidem probare videtur ad impediendum matrimoninm *per d. cap. cum in tua. extra de ſponſa. & per cap. ſuper eod. cum ibi notat. per gloſſam & Doctores extra de conſan. §. & affin. cum ſimilib.*

2 † Secundo quia aliqui teſtes deponunt, quod audiuerunt à domino Bonifacio, aliqui à domina Magdalena, aliqui ab aliis, quod ipſe dominus Bonifacins confortabat ipſam dominam Magdalenam ſeu ei perſuadebat quod deberet ſe maritare, & quod volebat eam maritare, qnæ verba concludunt quod non erat vxor ſua, quia ſi fuiſſet vxor ſua non potuiſſet habere alium virum, *vt in capit. gaudemus. §. quia non. extra de diuortiis. & l. eum qui duas. C. de adulter. facit etiam cap. debitum. extra de bigamis.* & qnod domina Magdalena dicebat & confitebatur, qnod dictus Petrus & Rolandus filii ſui ex dicto domino Bonifacio erant ſpurii, vnde cum videatur eſſe probata fama, & confeſſio ipſorum aſſertorum coniugalium, quod non ſunt coniuges, dicendum videtur, qnod vt probatum ſufficienter matrimonium inter eos non intereſſe, *per ea quæ notat gloſſ. in cap. ſuper eod. extra de eo qui cognouit conſang.* quæ dicit quod fama & confeſſio coniugum contra matrimonium ſimul probant.

3 † Tertio, quod hoc conclndere videntur duo teſtes examinati pro parte agentium, ſcilicet dominus magiſter Amichius, & Guilibertus textor pannorum, qui dicunt in eorum atteſtationibus, quod dominus Bonifacius retinebat dictam dominam Magdalenam extra domum, dando ſibi certam prouiſionem annnatim pro victu. Nam iſta habitatio ſeorſum facta præſumptionem inducit, quod inter eos non fnerit matrimonium. *argument. capit. illud.* ibi (qnod vir ipſam in lecto & in menſa ſicut vxorem tenuerit) à contrario ſenſu, *extra de præſumptionibus. & ibi hoc notant Hoſtien. & Dominus Anton. de Butrio. & Doctor.* qui dicunt quod quando aliquis tenet mulierem in loco ab eo ſeparato, & ad eam declinat, præſumitur ſtuprum, & non matrimonium.

4 † Quarto pro hoc etiam adduci poteſt alia præſumptio. Nam probatum eſſe videtur per aliquos teſtes, & maxime per magiſtrum Ioannem textorem pannorum, & per magiſtrum Guilibertum textorem pannorum, quod viuente dicto Domino Bonifacio dicta Domina Magdalena ſtabat ad poſtam vnius Petri Teutonici, quod paſſus veriſimiliter non fuiſſet ipſe dominus Bonifacius, ſi fuiſſet eius vxor, vt de ſe patet.

5 † Quinto hoc etiam videtur probari alia ratione, quæ videtur eſſe mnlmm vrgens. Nam per Ser Raynerium de Bartholis notarium teſtificatum eſt, quod vidit dictam Dominam Magdalenam octo vel decem annis ante mortem dicti Bonifacii ire hinc inde per mercata male indutam, multo peius in ordine ac ſi eſſet vna Sclaua, per quod videtur etiam probari, quod omnino non tenuit eam tanquam vxorem, ſed tanquam concubinam, vel famulam. *Et ita tenet Hoſt. & Ant. de Butrio in cap. illud. extra de præſumptionibus*, qui dicunt qnod ſi aliquis tenet vnam mulierem vel ancillam cum veſtibus vilibus, & eam mittit ad aquam, tunc non præſumitur matrimonium, ſed ſtuprũ *per illum tex. cum ibi not.* Ad

ſper. Ad idem etiam dicit idem teſtis Raynerius, videlicet quod audiuit dici, quod dominus Bonifacius tenuit eam pro concubina, & non pro vxore, & dicit hoc apparere per dicta ſigna exteriora, quia non tractabat eam pro vxore mittendo ipſam male indotam, & male in ordine hinc inde, vt dixi.

6 † Sextò hoc etiam videtur probari per eundem Raynerium, qui dicit quod vna die Venetiis, dum eſſet in camera Imperatoris in domo Marchionis Ferrariæ, & ibi eſſet dominus Iacobus Maurotonus vna cum dicto Petro audiuit dictum dominum Iacobum dicentem cancellario Imperatoris (*hauete hauuto licentia de far queſto giouane Conte Palatino, è de legitimarlo*) Qui reſpondit (*madeſi, ſo voi me dati li danari, &c.*) Per quæ verba videtur quod dictus Petrus confeſſus fuerit ſe non eſſe legitimum & naturalem, quia petens ſe legitimari, videtur fateri ſe non eſſe legitimum & naturalem, quia priuatio præſupponit habitum. *l. 10. ff. de verbor. obligat. & l. manumiſſiones. ff. de iuſtitia & iure cum ſimilibus.*

7 † Septimò hoc etiam videtur probari ex qualitate perſonæ, quia dicta domina Magdalena erat vna Sclauona, vt dicit Raynerius prædictos, & Franciſcus Bonus notarius, & dominus Bonifacius de Quadraginta non erat ſuæ conditionis, ſed melioris, vt notiſſimum eſt.

Item contrarium videtur, quod imo ſit probatum ſufficienter qood matrimonium contractum fuerit iam pluribus annis inter dictum dominum Bonifacium de Quadraginta & dictam dominam Magdalenam, & quod hoc probatur per dominam Margaretam de Venetiis filiam quondam Ser Marci Raphaelis, quæ teſtificando dicit, quod fuit præſens, poſſunt eſſe anni 27. vel 28. Et vidit & audiuit quod fuit contractum in effectu matrimonium per verba de præſenti inter dictum dominum Bonifacium & dominam Magdalenam, & quod ipſe dominus Bonifacius deſponſauit ipſam dominam Magdalenam cum vna vera aorea cum groſſis. Item hoc probatur per dominam Stannam relictã quondam Matthæi, quæ dicit quod videre ſuũ ſunt anni vltra 30. quod ipſa teſtis erat vicina d. domini Bonifacii, & vocata fuit per dictum dominum Bonifacium ad domum eius. Et vidit quod dictus dominus Bonifacius in quadã vera aurea deſponſauit dictam dominam Magdalenam, & quod interuenerunt verba quæ in nuptiis interuenire ſolent. Et iſti duo teſtes deponunt de directo de præſentia, viſu, & auditu.

Item hoc etiam eſt probatum per aliam dominam Mariam vxorem Thomaſii Benedicti quæ dicit, quod fuit vocata ab vna Sclaua dicti domini Bonifacii, & dominæ Magdalenæ vt veniret ad domum ſuam. Et ſic iuit illuc, & reperit quandam dominam Franchinam & Ser Petrum eius maritum, & Stannam ſororem ipſius teſtis, & quaſdam alias perſonas, & in præſentia prædictorum fuit dictum, qualiter ipſe dominus Bonifacius deſponſauerat dictam dominam Magdalenam, vnde ipſa teſtis in ſignum congratulationis nuptialis tetigit manum domino Bonifacio, & etiam ipſi dominæ Magdalenæ, & in tactu manus ipſius domini Bonifacii ipſe habuit dicere teſti: *Commatre, ho pur contentato voſtra commatre, ho fatto quello che ha voluto.* Et ſtantibus illis ibidem fuit facta collatio, & pulchræ feſtiuitates. Et idem de collatione & feſto dicit dicta domina Stanna, & dicta domina Margareta etiam idem dicit de feſto facto. Et prædicti teſtes in dictis ſuis ſunt concordes, videlicet in deſponſatione, & in verbis ſponſaliorum in effectu, & in collatione, & in feſto facto, & ſunt etiam concordes de loco, ſcilicet in domo Bonifacii in contrata Sancti Moſis, & domina Maria dat pro teſte dominam Stannam de die, quia dicit domina Margareta quod fuit die Dominico. Et domina Stanna dicit quod fuit quodam die feſto, nec iſti teſtes poſſunt dici diſcordes in tempore, videlicet in annis, quia domina Margareta dicit quod poſſunt eſſe anni 27. vel 28. quod præmiſſa fuerunt, & domina Stanna dicit, quod ſunt videri ſuum anni vltra triginta, quia domina Stanna dicit, quod ſunt videre ſuum, & ſic non affirmat præciſe de tempore, non negat quod poſſint eſſe pauciores anni, nec etiam domina Margareta affirmat præciſe de 27. vel 28. annis, ſed dicit qood poſſunt eſſe 27. vel 28. anni, nec negat quod poſſunt eſſe plures: alia vero videlicet Maria dicit, quod præciſe non recordatur de tempore propter antiquitatem temporis, vnde iſti teſtes recte inſpiciendo non diſcordant in tempore, & ſic poſſunt dici concordes. *iuxta notat. in capit. in noſtra. extra de teſti. & 4. quæſt. 3. C. ſi teſtes, & in capit. cum tu. eodem titulo de teſtibus, & in l. ob carmen. §. fin. ff. eodem titulo.* Et poteſt adduci ratio, quia hoc tempus non eſt de ſubſtantia actus, vel probationis, & eſt tempus non ſolum longum, ſed etiam vltra. Et ideo ſi teſtes non ita præciſe concordent de tempore, non debent dici diſcordes. Et pro hoc allegato quod notat. Innocent. & Doctores *in capitulo qualiter & quando. 2. extra de accuſat.* vbi

8 † quod ſi teſtes dicunt ſe non recordari de tempore, quod excuſabile eſt dictum eorum, *& hoc notat Bald. in l. presbyteri. in ſecunda colum. C. de epiſcop. & cler.* Nam teſtes magis tenentur de loco & perſona, quam de tempore, quia melius memoriæ reſidet, & tempus facile ex memoria excidit, *7. quæſt. 2. cap. fin. & notat. Innocen. in dicto capit. qualiter & quando. & Speculat. in titulo de teſte. §.*

9 *iam de interrogatoriis verſicul. item de tempore.* † Nec etiam prædictis contradicit, quia ex quo quilibet nominat perſonas & plures alios, ſub illis poſſunt

10 comprehendi dicti teſtes. † Nec eſt mirandum, quod non recordetur de conteſtibus, ex quo lapſi ſunt 27. anni & vltra, & ſic tempus longum, quia memoria hominum in his eſt labilis, *vt patet per prædicta, & per hoc l. peregre. in principio, cum ibi notat. ff. de*

11 *acquirenda poſſeſſione.* † Nec etiam ex eo, quod dicat teſtis ſe eſſe commatrem vel compatrem, repellitur propter hoc à teſtificando, quia regulariter quilibet teſtificari poteſt, niſi reperiatur prohibitus, ergo, &c. Vnde ex his concluditur, quod per prædictos tres teſtes, videlicet duos de præſentia viſu & auditu, qui deponunt de matrimonio

contracto per verba de præſenti, & per deſponſationem annuli, & tertium de audito de congratulatiooe, & collatióne & feſto, probatom eſt ſufficienter matrimonium de præſenti fuiſſe contractum inter dictam dominam Magdalenam, & dominum Bonifacium de Quadraginta, *vt habetur in capit. per tuas. extra qui filij ſint legitimi, & in capit. ſi inter virum. extra de ſponſalibus. & in cap. fin. per text. gloſſ. & Doct. extra de ſponſa. in ſexto. cum ſimil.*

Secundo hoc etiam principaliter probari videtur ex confeſſiooe dictorum domini Bonifacii, & dominæ Magdalenæ, & aliorum de domo ſua, nam dicit domina Elena vxot Antonii, quod audiuit pluries in domo ipſius domini Bonifacii, & ab ipſa domina Magdalena, qualiter ipſa fuit deſponſata in contrata Sancti Moſis, in præſentia plurium perſonarum, & eodem modo dicit ſotot Magdalena Baduaria, quod ipſa teſtis audiuit pluries dicere à dicto domino Bonifacio ſe deſponſaſſe dictam dominam Magdalenam pro eius vxore in domo ſua, quæ erat in contrata Sancti Moſis, & quod hoc eriam ipſa teſtis audiuit ab ore eiuſdem Thomaſii, eodem etiam modo dicit domiua Margareta relicta qoondam Nicolai ſe audiuiſſe ſæpe & ſæpius à domino Bonifacio, & domina Magdalena iugalibus, quod ipſe dominus Bonifacius deſpooſauerat eam, & eodem modo etiam deponit domina Catharina diceus ſe audiuiſſe ſæpius à domina Maria ſorore dicti domini Bónifacii, quod ipſe deſponſauerat dictam dominam Magdalenam, quæ quidem confeſſioues de deſponſatione facta per dictos iogales etiam confirmant probatiouem factam de dicta deſpooſatione per tres
12 primos dictos, de quibus ſupra. † Nam confeſſioni coniogum pro matrimonio ſtatur, *vt habebat in cap. ſuper eo, per gloſſ. & Doctor. extra de eo qui cogno. conſangui. vxor. & in cap. per tuas. & in cap. tranſmiſſa. extra qui filii ſint legit. cum ſimil.*

13 † Tertio hoc etiam probatur per alios teſtes plures, videlicet per dominam Margaretam de Venetiis, dominam Margaretam relictam quondam Nicolai, dominam Mariam, pet Set Thomaſium qoondam Benedicti, & per dominam Stannam, & per dominam Catharinam vxorem Ser Marci Roſſi, qui omnes dicunt, quod dictus dominos Bonifacius tenuit & tentauit ipſam dominam Magdalenam pro ſua vxore tenendo ipſam ad vnam menſam, & in eodem lecto. Ex quo videtur concludendum pro matrimonio, & hoc, *per text. in cap. illud.* vbi (vir ipſam in lecto & in menſa ſicut vxorem tenuerit) *extra de præſump. & ibi per Doct. omnes.*

14 † Quarto hoc probatur etiam ex alio, quod matrimonium fuerit inter eos, & non concubinatus, quia ipſa domina Magdalena licet eſſet Sclauona, & non conditionis ipſius domini Bonifacii, tamen ibat bene induta ſeo veſtita hooorificè, & habebat veſtem motelli cum variis, & portabat annolos & balaſſos, & ibat valde bene aſſociata, vt dixit domina Margareta de Venetiis, & domina Margareta relicta qoondam Nicolai, & domina Elena vxot Antonii, & domina Maria vxor Thomaſii, & ſoror Magdalena Baduaria & Ser Thomaſius quondam Benedicti, & domina Stanna, & domina Catharina vxor Ser Marci Roſſi, ac etiam dicta domina Magdalena leuauit & portaoit mantum qui non conuenit concobinis, ſed perſonis honorabilibus, vt dicit domina Margareta de Veneriis, & domina Margareta relicta qoondam Nicolai & domina Elena vxot Antonii, qui habitus hooorabilis ſignificat, qood dominus Bonifacius tenebat & reputabat eam pro ſua vxore, & non pro concubina, *vt notat. per Hoſtienſum & Dominum Anton. de Butrio & Doctores in capitulo illud, extra de præſumptionibus.*

Item, ad idem hoc etiam probatur pet ante dictos teſtes, quod dicta domina Magdalena habebat Sclauas ſub ſe, & erat domina & madonna domus ipſius domini Bonifacii, vt dicit Ser Thomaſius quondam Ser Benedicti, & domina Maria relicta Martini, & domina Maria, & domina Stanna, & domina Margareta relicta Nicolai, quæ dicit, quod audiuit multoties quod dominos Bonifacius dicebat dictæ eius vxori (va oli tu veſtire tue la dona de caſa laſſe far li fatti a le Schiaue.) Ex quibus concluditur, qood præſumendum eſt pro matrimonio potius quam concubinatu.

Item, ad idem adducitur, qood dicit ſotor Magdalena Baduaria, quæ deponit, quod dicta domina Magdalena erat eleemoſynaria, & faciebat multam eleëmoſynam monaſterio de Burbiaco, *facit ad hoc quod not. Bart. in l. 1. in fin. ff. rerum amota.*

15 † Quinto hoc prabatur etiam ex delatione annulorum, nam probatum eſt per multos teſtes, quaſi omnes antedictos, quod dicta domina Magdalena deferebat annulos, & pulcros balaſſios, & ſimiles. Et idem dicit presbyter Iacobus & domina Catharina vxor Ser Marci, quæ dicit plus, quod vidit dictum dominum Bonifacium ponere annulum in digito dictæ dominæ Magdalenæ, & aptare ipſam & eam præparare, & quod ipſe dominus Bonifacius emit vnam veram dictæ dominæ Magdalenæ, & ipſemet experimentabatur dictam veram in digito ipſius dominæ Magdalenæ ſi bene ſtabat, ex qua delatione & impoſitiooe annulorum probari poteſt eſſe matrimonium, *vt habetur per textum, gloſſam & Doctores in capit. illud, extra de præſumptio. & habetur per gloſſam & Doctores in capitulo 1. extra de re iudicata. & in cap. fi. extra de deſponſatio. impuberum.*

16 † Sexto adeſt etiam alia præſumptio, quod ipſa domina Magdalena ſimul habitauit non modo longo tempore, ſed quaſi longiſſimo per multos annos, vt apparet ex dictis teſtium. Ex qua cohabitatione looga etiam præſumi debet pro matrimonio, maxime ſtantibus aliis, de qoibus hic dicitur, & pro hoc *dictum cap. illud. in prin. extra de præſumptio. cum ibi not. & pro hoc allego quod not. dominus Antonim de Butrio. in capitulo lator. ante finem. extra qui filii ſint legitimi*, vbi dicit, qood ſi duo habueruot ſe pro coniugibus, filius releuatur ab onere probandi, maxime mortuis parentibus, qoi ſe tractauerunt. Et ſi ſacerdos vel teſtes ſunt mortui vel contractus ſit antiquus, vt eſt in caſo noſtro, obiiciens illegitimationem non debet audiri, vel ſi auditur habet

neceſſe

neceſſe probare, ficut quando conſtat matrimonium fuiſſe contractum in facie Eccleſiæ.

17 † Septimo probatur etiam quod præſumendum ſit pro matrimonio propter famam, quia quaſi omnes teſtes examinati pro parte filiorum ipſius domini Bonifacii dicunt, quod dictus dominus Bonifacius & domina Magdalena reputati ſunt ab omnibus pro iugalibus. Et quod dicti filii ſui tenti & reputati ſunt pro filiis legitimis & naturalibus, quæ fama & reputatio communis multum operatur pro præſumptione matrimonii, *vt probatur in dicto capitulo illud, & ibi nota. extra de præſumptionibus, & notat. in cap. ſuper eo, extra de eo qui cognouit conſanguin. vxoris ſuæ.*

18 † Octauo hoc etiam probatur, nam dictus dominus Bonifacius vocauit & nominauit dictos ſuos filios pro filiis ſuis legitimis & naturalibus, & dictam dominam Magdalenam pro eis vxore legitima, vt apparet in eius teſtamento. Ex quo præſumitur pro matrimonio, & quod filii ſui ſint legitimi & naturales, *vt eſt caſus cum gl. in verbo appellauit, & ibi notatur in cap. per tuas, extra qui filii ſint legitimi.* Et eodem modo ipſa domina Magdalena vocauit ſe ſemper vxorem domini Bonifacii, vt apparet in quatuor inſtrumentis in iudicio productis, & probatum eſt etiam per multos teſtes examinatos pro parte dictorum filiorum, qui deponunt quod dictus dominus Bonifacius dixit etiam in in ſacramentis ſuo proprio ore, quod ipſa domina Magdalena erat vxor ſua, & dicti filii erant filii ſui legitimi & naturales, quæ quidem nominatio inducit etiam præſumptionem pro dicto matrimonio, & quod dicti filii ſui ſint legitimi & naturales, *probatur in dicto cap. per tuas, & ibi nota. per gloſſ. & Doctor. in capit. tranſmiſſa, eodem titulo. & in capit. ſuper eo, extra de eo qui cogno. conſang. vxor ſua. & in d. capit. illud extra de præſumptio. cum ſimilibus.* Et pro hoc optime facit quod dixit notabiliter Innoc. *in cap. ex parte, de reſtit. ſpolia.* vbi dicit notabiliter, quod licet non ſufficiat, quod maritus nominet ſponſam, tamen ſufficit ad hoc quod filii eſſent legitimi, *argumento, tranſmiſſa, & cap. per tuas extra qui filii ſint legitimi.*

19 † Nono ad hoc etiam facit, quod domina Maria ſoror dicti domini Bonifacii vocat in eius teſtamento dictam dominam Magdalenam eius cognatam, ſunt etiam circa hoc producta multa inſtrumenta, in quibus nominantur dicti filii pro filiis legitimis & naturalibus dictorum domin. Bonifacii & dictæ Magdalenæ per prædicta, extat etiam ſcriptura extimi in qua deſcribitur perſona dicti domini Bonifacii & d. Magdalenæ eius vxoris & filiorum ſuorum, per quam fit etiam aliqua probatio, *iuxta no. in l. cenſus & monumenta. ff. de probatio. cum ſimilibus.* Extat vlterius etiam inſtrumentum, in quo actor videtur confiteri dictos fratres eſſe hæredes dicti domini Bonifacii & ſuorum parentum, & per conſequens ipſos eſſe legitimos & naturales, vnde contra eius confeſſionem maxime ſtantibus ſtatutis non debet audiri. *per l. generaliter, cum ibi nota. C. de non nu. pec.* Ex quibus apparet, quod inſurgit magna præſumptio pro matrimonio.

20 † Decimo & vltimo adduco etiam ad hoc inſtrumentum ſolemne confectum per manum notarii de anno 1456. in quo dicti dominus Bonifacius & domina Magdalena dicunt & nominant ſe eſſe iugales legitimos & quod matrimonium inter eos fuit contractum & manifeſtando publice coram notario iudice & teſtibus iurauerunt fuiſſe & eſſe inter eos legitimum matrimonium per verba de præſenti, &c. prout plenius conſtat publico inſtrumento ſuperinde confecto. Ex qua confeſſione & iuramento probari videtur matrimonium, & filios eſſe legitimos & naturales, *vt probatur in cap. per tuas, extra qui filii ſint legitimi, & ibi nota. & habetur in capit. tranſmiſſa, eodem tit. & probatur in cap. illud, extra de præſumptio.* ibi oſtendit publicum inſtrumentum, in quo ſeſe coniuges nominant, & ibi notatur per gl. & Doctor. Et ex iſtis puto eſſe clariſſime concludendum, quod ſatis ſit ſufficienter, imo ſufficientiſſime probatum dictam dominam Magdalenam fuiſſe legitimam vxorem dicti domini Bonifacii, & dictos eius filios fuiſſe & eſſe legitimos & naturales. Non obſtantibus his, quæ in contrarium deducta ſunt pro altera parte, nam non obſtat quod dictum eſt ſupra, quod teſtes aliqui deponant pro altera parte, videlicet quod publica vox & fama eſt & fuit, quod dicti filii ſint ſpurii: quia probata eſt fama contraria per alios teſtes, qui dicunt veriſimiliora. Ex quo probatum eſt de matrimonio contracto per verba de præſenti, & de aliis de quibus ſupra, vnde potius eis credendum eſt, *per cap. licet cauſam. §. ex præmiſſis, extra de probatio. & cap. præterea in fine, extra de teſtib. & per l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtib. & notatur in capit. in noſtra, extra de teſtib.* Et licet per aliquos teſtes dicatur, quod dominus Bonifacius perſuadebat ipſi dominæ Magdalenæ, quod deberet capere maritum, tamen poſito quod illud dixiſſet, nihilominus hoc non debet nec poteſt nocere matrimo-
21 nio iam contracto, vt probatum eſt, † quia confeſſio coniugum contra matrimonium non nocet, *vt habetur in cap. ſuper eo, extra de eo qui cogno. conſangui. vxor ſuæ. & in cap. tranſmiſſa, & in cap. per tuas. extra qui filii ſint legiti. & in l. final. ff. de probatio. & not. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* Nec obſtat quod per alios teſtes dicitur, quod dictus dominus Bonifacius tenebat ipſam dominam Magdalenam extra domum, & dabat ſibi prouiſionem: quia licet ſtetiſſet aliquo tempore, & pro reliquo tempore & maiori cum marito, non eſſet curandum, & maxime cum voluiſſet pro illo tempore ſtare extra domum ex aliqua iuſta cauſa, & maxime cum dicat dom. Margareta relicta quondam Nicolai quod recordatur, quod dictus dominus Bonifacius voluit pro maiori gubernatione eius ſororis ſuæ quæ erat in decrepita ætate, quod eius vxor domina Magdalena ſtaret cum illa, & ſic dabat ſibi vxori prouiſionem ſexdecim ducatorum, vt dicebat, vnde ex hoc apparet quod illud ſtare extra domum & dicta prouiſio non concludit contra matrimonium. Nec etiam obſtat illud, quod dicitur, quod dicta domina Magdalena ſtabat ad poſtam vnius Petri Teutonici: quia non conſtat manifeſte quod hoc ſit verum & factum de conſenſu ipſius domini Bonifacii. Nec eſt veriſimile, quod ſtetiſſet eius conſenſu,

ex quo

BIBL... VITTORIO ...

ex quo tenebat & tractabat eam pro vxore, vt probatum eſt, & patet per prædicta, minus etiam nocet id quod depoſuit Raynerius de Bartholis, videlicet quod ante mortem dicti Domini Bonifacij vidit dictam Dumin. Magdalenam ire per merchata male in ordine & male indutam, ac ſi eſſet vna Sclaua: quia ille eſt vnicus tantum teſtis & ſic ſingularis, cui non eſt credendum, *vt l. iureiurando, C. de teſtibus, & c. licet vniuerſis, & c. cum à nobis. extra eodem titulo.*

Item quia non eſt omni exceptione maior, quia dicit, quod eſt ad pœnam cum dicto Petro, quia quotidie Petrus iniuriabatur ſibi, vt de ſe patet.

Item quia eſt probatum contrarium per plures teſtes, & digniores, vt dixi ſupra in quarto articulo pro iſta parte vltima de directo: vnde cum illi ſint plures digniores, & meliores, eis magis eſt credendum, *vt nota. in capit. in noſtra extra de teſtib. & in l. ob carmen, §. final. de teſtibus cum ſimilibus*, nullo etiam modo obſtat, quod dicitur per eundem Raynerium, quod Dominus Iacobus Mauriceno dixerit cancellario Imperatoris, ſi habuerat licentiam faciendi comitem Palatinum & legitimum dictum Petrum: quia vt dixi, eſt vnicus & ſingularis, & non omni exceptione maior, nec etiam præſumitur quod dicat verum, cum ipſe Dominus Iacobus Mauriceno examinatus dicat ſe de hoc non recordari. Præterea etiam ſi Petrus de hoc dixiſſet ad tullendam omnem dubitationem propter hoc quin fuiſſet verum matrimonium inter patrem & matrem ſuam, & ipſum eſſe filium legitimum & naturalem, vt ſupra probatum eſt: quia abundans cautela non nocet, *l. teſtam. C. de teſta.*

22 † Vltimo etiam qualitas perſonæ ipſius D. Magdalenæ, quæ dicitur fuiſſe Sclauona, nõ habet impedire quin fuerit vxor legitima ipſius D. Bonifacij, ex quo probatum eſt de matrimonio, & de voluntate eorum oſtenſum eſt ſupra, quia in incertis non certis locus eſt coniecturæ, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. oblig. & l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. cum ſimilib.*

Circa ſecundum dubium principale, an ſit probatum fuiſſe aliquod impedimentum præſertim ordinis clericalis in perſona dicti D. Bonifacij propter quod ipſe non potuerit cum aliqua muliere legitimum contrahere matrimonium. Et ſuper hoc ſex teſtes fuerunt examinati.

Primus eſt magiſter Ioannes Texorius, qui dicit quod audiuit à Domina Magdalena, quæ dicebat, *Io non ho marito, miſſer Bonifacio non è mio marito, nec poteſt eſſe, quia ipſe eſt canonicus in ſacris, & non poteſt habere vxorem.*

Secundus teſtis eſt magiſter Michinus, qui dicit, quod audiuit à pluribus, perſonis quod D. Bonifacius erat canonicus in ſacris, ſed aliter neſcit, quomodo, & qualiter.

Tertius eſt Gulibertus textor pannorum, qui dicit, quod audiuit dici, quod Dominus Bonifacius erat canonicus.

Quartus eſt Dominus presbyter Daniel Plebanus Sancti Euſtachil, qui interrogatus ſi Do. Bonifacius erat in ſacris conſtitutus, dixit neſcire, niſi à tempore motæ litis citra de auditu.

Quintus ſcilicet Zacharias de Auguſto Draperius, qui dicit quod mater ipſius ſibi dixit, quod D. Bonifacius ſibi matri dixerat non poterat nubere, nec capere vxorem, nec apparet iſte teſtis aliquid de ſacris, & verum dicebat quod non poterat capere vxorem, qui habebat in vxorem dictam D. Magdalenam, vt ſupra probatum eſt.

Sextus & vltimus teſtis eſt Reuerendiſſimus pater Dominus Franciſc. Grito Archiepiſcopus Corphienſis, qui examinatus dixit, quod ſi Dominus Bonifacius erat in ſacris, vel nun, neſcit, ſed bene vidit eum deferre tonſuram, & quod audiuit ab ipſo, quod ipſe ſcilicet Bonifacius erat clericus, ſed
23 non poſſet affirmare an eſſet in ſacris, vel non. † Et iſti omnes ſex teſtes ſi eorum dicta conſiderentur non probant ipſum Dominum Bonifacium fuiſſe in ſacris: quia prædicti omnes teſtes ſunt ſingulares, & deponunt de auditu, vel de auditu auditus, nec reddunt cauſam ſufficientem dictorum, ergo non probant, *iuxta nota. in l. teſtium, C. de teſtibus, & in cap. licet cauſam, extra de probationibus cum ſimilibus.* imo poteſt dici quod ſit probatum contrarium, ex quo probatum eſt, quod eſt publica vox & fama, quod dicti Dominus Bonifacius & Domina Magdalena erant iugales, & quod filij ſui ſunt legitimi & naturales, quod non eſſet ſi fuiſſet in ſacris, vnde in hoc non inſiſto, quia non video habere aliquam dubitationem. Ex prædictis omnibus conſulendo concludo, probatum eſſe legitime & ſufficienter matrimonium fuiſſe legitimum inter ipſum Dominum Bonifacium & Dominam Magdalenam, & dictos Petrum & Rolandum filios dictorum iugalium fuiſſe & eſſe legitimos & naturales non obſtantibus his quæ pro parte altera deducta & probata ſunt, & per cõſequens officium eſſe veſtri reuerendi patris & Domini Petri Parutæ de Venetiis Abbatis ſancti Virgirii digniſſimi, cui præſens cauſa delegata eſt, vt reuerentia veſtra pronuntiet ſententiet & declaret petita per Nicolaum Angelũ ſuo proprio nomine & tanquam procuratorem Dominæ Elenæ & Dominæ Dariæ fieri non debere, & ipſos fratres abſoluere à petitis in dicto libello, & quod pronuntiet, ſententiet, & declaret legitimum matrimonium fuiſſe inter prædictos d. Bonifacium & d. Magdalenam, & dictos fratres & alios ex ſuis parentibus ortos fuiſſe & eſſe legitimos & naturales dicti D. Bonifacii & dictæ D. Magdalenæ, & bene fuiſſe nuncupatam vxorem dicti Dn. Bonifacii, & omnia inſtrumenta cauſata & facta ſuper matrimonio prædicto eſſe authentica, firma, & valida, pluribus rationibus & cauſis & maxime ſupra ſcriptis.

Item quia dictus libellus actorũ eſt formatus etiam contra dominos procuratores die vltima Martii tanquam commiſſarius d. D. Bonifacii, & nõ apparet in proceſſu, ꝙ ipſi in iudicio cõparuerint, nec fuerint contumaces, nec poteſt fieri quantum ad ipſos ſententia diffinitiua condemnationis vel abſolutionis, & quoniã examinati ſunt aliqui teſtes deponunt in fauorem agentiũ ſaltem de publica voce & fama,

& fama, dico & conſulo quod officium eiuſdem D. iudicis delegati eſt abſoluere dictos agentes ab expenſis, quia videntur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, *vt habetur in l. qui ſolidum, §. etiam, ff. de lega. 2. & in l. properandum, §. ſin autem, C. de iudiciis, & in c. finem litibus extra de dolo & contum. cum ſimilib.* Et ita dico & conſulo: vt ſupra ego Bartholomæus Cæpolla vtriuſq; Iuris Doctor ſaluo meliori iudicio, &c.

CONSIL VI.

SVMMARIA.

1 *Verba iſta, ſum contenta, an inducant matrimonium de præſenti, an de futuro.*

2 *Contractus matrimonialis, an inuicem bibendo firmetur.*

3 *Reſponſio ſimplex refertur ad interrogata.*

4 *Ratihabitio dicitur ſubſequẽtium confirmatoria, quia retrotrahitur: nec extenditur niſi ad ea quæ ſunt geſta & facta.*

5 *Ratihabitio præſupponit duo extrema.*

6 *Ratihabitio dicitur confirmatio, nec extenditur niſi ad id quod eſt confirmatum.*

7 *Relatio facta ad aliquid, intelligitur facta cum omnibus qualitatibus.*

8 *Sponſalia proprie dicuntur de futuro, quia ſunt futuri matrimonij promiſſio.*

9 *Verba iſta, bibamus pro matrimonio, an ſi bibatur, fiat contractus matrimonialis.*

10 *Mens & voluntas æque poteſt per facta, ſicut per verba, declarari.*

CASVS talis eſt: Quidam ſacerdos exiſtens ante altare Eccleſiæ ſuæ rogatu partium infra ſcriptarum dixit hæc verba in facie populi, videlicet fratres chariſſimi vos eſtis in hoc ſacro loco cõuocati, vt ſciatis qualiter tractatum fuit his diebus elapſis, & tandem concluſum fuit vnum maritagium inter Sempronium & eius attinentes & amicos ex vna parte, & Titium ex altera quia dictus Sempronius promittit dicto Titio dare ſibi in vxorem Mariam eius ſororem, & dictus Titius promittit accipere eam, eſt ne ſic? Qui ambo reſponrunt, Domine ita, qui ſacerdos tunc dixit tangatis vobis manum, & ſic tetigerunt, quibus ſic peractis dicti Sempronius & Titius cum magna populi multitudine iuerunt ad domum dicti Sempronij, & præſentibus quamplutibus perſonis, dictus Titius habens vnum cyathũ vini in manibus dixit Dominæ Mariæ, es contenta de eo quod fecerunt pater vel frater tuus, & tui attinentes, & amici tui? quæ reſpondit ſic. Et his dictis dictus Titius porrexit dictæ Dominæ Mariæ dictum cyathum vini, quæ accepit & bibit modicum, & poſtea porrexit illud dicto Titio qui etiam bibit. Per quatuor menſes continuos poſt prædicta, dictus Titius conuerſatus fuit pluries in domo Dominæ Mariæ, ſed tamen nunquam cognouit eam carnaliter vt iurauit.

Quæritur an inter eos ſit matrimonium de præſenti, an de futuro?

1 IN CHRISTI nomine amen. † Circa caſum prædictum ſic mihi, vt ſupra formatum, videtur prima facie dicendum, quod matrimonium fuerit de præſenti, & nõ de futuro, quia dicta Maria ratificauit ſimpliciter id quod fecerant frater & attinentes ſui, quæ ratificatio cum fuerit per verba præſentis, quia dixit, ſum contenta, videtur quod matrimonium dici debeat de præſenti, & non de futuro, *arg. c. ſi inter virum, in prin. extra de ſponſalibus.*

2 † Secundo, quia dicti Titius & Maria tunc biberunt in eodem cyatho. Nam per talem actum bibendi videtur eſſe matrimonium contractum & firmatum de præſenti ſicut alij contractus, quandocunque bibendo firmantur, *vt dicit gl. notabilis Inſtit. de verb. oblig. in prin. in verbo firmum, ibi in Lombardia vero bibunt.*

Tertio, quia dictus Titius conuerſatus eſt cum dicta Maria poſt dictum conſenſum pluries, qui conſenſus ex facto, ſcilicet conuerſatione indutus videtur includere conſenſum de præſenti, & non de futuro, *vt probari videtur in c. ad id quod de ſponſalibus, &c.* Sed his non obſtantibus contrarium eſt verius, ſcilicet quod imo ſit tantummodo matrimonium de futuro, ſiue potius ſponſalia de futuro, & ad hoc probandum præmitto, quod illa ſponſalia quæ contraxerunt frater & attinentes dictæ Mariæ fuerunt de futuro, & non de præſenti, *vt probatur in c. de illis, & in dicto cap. ſi inter virum verſicul. virum ſi inter eos, de ſponſalib. facit c. iuranis extra de probatio. & quod notat plene d. Ant. de But. & Doct. in c. ex parte extra de ſponſal.* hoc ſic præmiſſo dico quod reſponſio facta per dictam Mariam ipſi Titio, cum fuerit ſimplex, videtur facta ſecundum interrogationem præcedentem, *vt eſt text. Inſtit. de inutilibus ſtipul. §. præterea, in fin. & in l. ſi defenſor, §. 1. & ibi gloſſ. ff. de interrogat. actio. & probatur in l. Titia, §. idem reſpondit, ff. de verb. oblig. & not. Bart. in l. furioſo circa fin. ff. de re iud.* vbi
3 dicit, † quod ſimplex reſponſio refertur ad interrogata, ſed interrogata fuit, ſi erat contenta de eo quod fecerant frater & attinentes ſui, quod erant ſcilicet ſponſalia de futuro, *vt dixi*: ergo de ſpõſalibus de futuro tantum videtur reſpondiſſe.

4 † Secundo hoc probatur ſic: ratihabitio retrotrahitur & confirmat ea quæ ab initio ſubſequuta ſunt, *vt eſt text. in l. final. Cod. ad Macedonia.* ſed ea quæ fecerunt ab initio ſubſequuta, erant ſponſalia de futuro, *vt dixi*: ergo illa videtur tantum ratificaſſe, & non illa quæ ſunt de præſenti.

Tertio hoc etiam probatur: ratihabitio non extenditur niſi ad id quod eſt vel geſtum nomine ratificantis, & non ad aliud, *per l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego, ff. de neg. geſt. & c. ratum de reg. iur. lib. 9. cum ſim.* ſed ſponſalia de præſenti non fuerunt contracta per dictum fratrem & attinentes ipſius Mariæ, ergo ad ea ratihabitio trahi non poteſt.

Quarto ad idem, ratihabitio non trahitur ad id
5 quod nullo modo fuit, vt patet ad ſenſum. † Nam ratihabitio præſupponit duo extrema, ſcilicet id quod ratificatur, & ipſam ratificationem, ſed ſponſalia de præſenti in caſu noſtro non interuenerunt, ergo

ergò id, quod nullo modo fuit, nou videtur ratificatum, nec ratificari potuiſſet illud extremú, quod deficit, ſeu non eſt.

6 † Quintò hoc etiam probatur, ratihabitio eſt quædam confirmatio, vt de ſe patet, ſed confirmatio non exteuditur, niſi ad id, quod eſt confirmatum, *vt habetur iu toto tit. extra de confirmat. vtili vel inutili, & per Doctor. in l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* ſed illud, quod eſt confirmatum, eſt de futuro, & non de præſenti; ergò, &c.

7 † Sexto hoc probatur ſic; nam regula eſt, quod quando fit vna relatio ad aliquid, refertur ad illud cum omnibus ſuis qualitatibus, *vt l. à filio, §. teſtator, ff. de alim. & cibar. leg.* & intelligitur de qualitatibus tàm circa locum & tempus, quàm circa modum & alia ſimilia, *vt ibi ſecundum Bart. qui notabiliter dicit in l. ſanctio legum, in 5. colum. in princ. ff. de pœnis.* ſed qualitas eius, ad quod fuit facta relatio de tempore & modo futuro, vt dictum eſt; ergò etiam ipſa relatio intelligitur de illo tempore & modo futuro.

Septimo & vltimo, de hoc videtur *text. in cap. 1. §. porro, verſic. & eſt idem, de deſponſat. impub. lib. 6.* qui ita debet intelligi, ſcilicet vt ſi ſponſalia, quæ ibi fuerunt de futuro, intelligantur ratificata, tanquam de futuro, ſi fuerunt de præſenti, quod ſint ratificata de præſenti per prædictos, licet proprie loquendo, ibi non poſſit intelligi, quod loquatur de ſponſali-

8 bus de pręſenti, ſed ſolum de futuro, † quia ſponſalia ſunt proprie de futuro, &c. quia ſunt futurarum nuptiarum, ſeu futuri matrimonii promiſſio, *vt 30. quæſt. 5. cap. noſtrates, & l. 1. ff. de ſponſal. cum ſimilib. & notatur per Doctor. in rubrica, extra de ſponſal.* Nec prædictis obſtat, quod dixi ſupra, quod verba ratificationis ſunt de præſenti, quia dixit Maria, ego ſum contenta, quia illa verba intelliguntur ſecundum id, ad quod fit relatio, & ſic ſecundum verba de futuro, ad quæ fit relatio, vt probatur in rationibus præallegatis, & ad quod ſecundo loco dictum eſt de actu bibendi, poteſt eodem modo reſponderi, ſcilicet quod non declaret, niſi ſponſalia de futuro, de quibus erat tractatum inter dictum Titium, & fratrem Mariæ, & eius attinentes, *& hoc videtur tenere D. Gaſpar. de Calderinis in cap. ex parte, extra de ſponſal. quem ſequitur ibi D. Iacobus de Zocbis, circa fin.*

9 vbi dicunt, † quod ſi contractis ſponſalibus dicant, bibamus pro matrimonio, & bibatur, quod propter hoc non contrahitur matrimonium, quia hæc verba, bibamus pro matrimonio, & hoc factū bibendi, venit ad declarationem ad præcedentia ſponſalia, & eodem modo dicta conuerſatio, quæ eſt facti & declaratoria voluntatis & conſenſus, *vt habetur iu cap. tua, extra de deſponſat. impub.* non debet operari pluſquam fuerit ipſa voluntas declarata ex-

10 preſſe per verba, † quia nihil intereſt, an quis declaret mentem ſuam per verba, vel per facta, *vt dicit gloſſ. in dicto cap. tua. & habetur in cap. 1. de deſponſat. impub. lib. 6. in verbo vel facto. facit l. de quibus, ff. de legib. & l. quid ſi tamen, §. ei qui, ff. de adil. edict. & de hoc etiam tex. coniuncta gloſſ. in verſic. tanquam virum, in cap. 1. extra de interdicto matrimonio, & per hoc eſt text. cum gloſſ. notabili in l. mulierem, ff. de ritu nupt.* quæ gloſſ. dicit, quod licet vir iuerit ad domum ſponſæ, propter hoc non concluditur, quod ſponſa ſit facta vxor. Ex prædictis itaque concluditur, quod matrimonium non fuit nec eſt iuter dictum Titium & Mariam; ſed ſolummodo ſunt ſponſalia de futuro. Et ita, vt ſupra dictum eſt, dico & conſulo ego Bartholomæus Cæpolla, &c.

CONSIL VII.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod ſi mulier alicui viro matrimonialiter copulata & dotata deceſſerit in matrimonio ſine filijs vel filiabus communibus, maritus lucretur medietatem dotis & bonorum paraphernalium, qualiter ſit intelligendum & extendendum.*

2 *Filiorum appellatione an veniant nepotes ex filio præmortuo.*

3 *Moriente vxore in matrimonio, relictis marito & nepotibus communibus, dos & bona vxoris pertinere debent ad nepotes.*

4 *Verba iſta, ſi mulier deceſſerit in matrimonio ſine filijs vel filiabus communibus, &c. quos includat, vel excludat.*

5 *Ablatiui abſoluti inducunt diſpoſitionem, quando proferuntur ab eo, qui poteſt diſponere circa illud.*

6 *Appellatione filiorum & filiarum an comprehendantur nepotes.*

7 *Præpoſitio, ex, denotat cauſam immediatam.*

Nomine filii an includatur nepos.

8 *Patris appellatio non complectitur auum, & ſtatutum loquens de ſucceſſione patris & filiorum, non extenditur ad auum vel nepotes.*

9 *Prohibitio alienationis, facta filijs, non extenditur ad nepotes.*

10 *Liberorum appellatione an contineantur nepotes.*

11 *Etymologia filij quæ ſit, & an congruat nepoti.*

12 *Priuilegium filij an tranſeat ad nepotes.*

13 *Subrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

14 *Verbum ambiguum ſic interpretandum eſt, vt minus lædat in commune.*

15 *Statutum volens, quod extante filia fœmina maritus nihil lucretur, an poſſit intelligi in nepote maſculo ex maſculo deſcendente.*

16 *Statutum non recipit interpretationem extenſiue paſſiuam, aut ad caſum in eo non comprehenſum.*

IN CHRISTI nomine, amen. Punctus queſtionis ad me tranſmiſſus talis eſt,

1 † ſtatuto cauetur, quod ſi qua mulier alicui viro matrimonialiter copulata & dotata deceſſerit in matrimonio ſine filiis vel filiabus communibus, quod tunc & eo caſu maritus lucretur medietatem dotis & bonorum paraphernalium, & quod hoc ſtatutum vendicet ſibi locum in præſentibus & futuris. Et idem intelligatur etiam in vxore habente amplum patrimoniū, quando nubit, dato quod ipſum patrimonium non fuerit expreſſe in dotem traditum, quod ſimiliter lucrari debeat maritus medietatem dicti patrimonii, quod habuit vel habet ipſa mulier tempore, quo nubit, cum hoc tamen

men

men onere quod ipſe maritus teneatur facere expenſas funeris dictæ eius vxoris, ſecundum eius cōſuetudinem, contingit ſtante dicto ſtatuto, quod quædam mulier deceſſit in matrimonio relicto poſt ſe vno nepote, ex quo de filio communi præmortuo, & cum de hæreditate eius mulieris mortuæ diſputetur, maritus allegat ſe lucratum eſſe medietatem illius hæreditatis ſuæ vxoris, cum deceſſerit ſine filiis. Et pro parte mariti allegatur, quod illud ſtatutum loquitur, quando mulier decedit ſine filiis, & quod hæc mulier ita deceſſit, ergo &c. Et non obſtat quod ex filio communi præmortuo adſint nepotes, quia cum ſtatutum ſit ſtricti iuris, & loquitur de filiis tantum, non debet porrigi ad nepotes, attento etiam quod tale ſtatutum ſit in fauorem maritorum, ergo &c. Pro parte vero nepotum reſpondetur, quod licet ſtatutum loquatur ſolum de filiis, tamen in hoc caſu comprehendi debent nepotes ex filio, ad hoc ne maritus lucretur illam dimidiam, ſed debet ſeruari hæreditas matris integra nepotibus, quia intentio ſtatuentium fuit, quod lucretur maritus ex caſu quo ex deſcendentibus communibus nullus extaret: ſed nepotes ſunt deſcendentes, ergo &c. Nec eſt veriſimile quod voluiſſent priuare nepotes hæreditate materna pro dando eam marito, cum etiam allegetur hanc hæreditatem vxoris fuiſſe non datam tempore matrimonii, ſed poſtea acquiſitam ex ſucceſſione, &c.

Item allegatur, ipſam hæreditatem acquiſitam fuiſſe per vxorem ante conditum tale ſtatutum.

Item allegatur aliqua de dictis bonis mulieris exiſtere extra iuriſdictionem in loco, vbi non eſt tale ſtatutum. Ex prædictis quæritur de quatuor principalibus, & primo, an maritus lucretur dimidiam dictorum bonorum vxoris, ex eo quod non extant filii vel filiæ communes, ſed nepotes tantum ex filio. Secundo poſito, quod ſic, an lucretur medietatem bonorum acquiſitorum poſt contractum matrimonium. Tertio an lucretur medietatem bonorum acquiſitorum per mulierem ante prædictum ſtatutum conditum. Quarto an etiam lucretur dimidiam bonorum, quæ ſunt extra territorium in loco vbi non viget tale ſtatutum. Aſſumo primum dubium, videlicet maritus lucretur dimidiam bonorum vxoris, ex eo quod non extant filii vel filiæ communes, ſed nepotes tantum ex filio præmortuo, & quia in hoc dubio pendet principale fundamentum huius caſus, ideo plenius ipſum examinabo, maxime cum ſit caſus pulcher, quotidianus, & difficilis, *argumento l. legati, in principio, ibi* 2 *quotidiana enim ſunt. ff. de libe. legat. cum ſimilibus.* † Et pro intelligentia præmitto, quod hæc dubitatio in effectu ſtat in hoc, an appellatione filiorum veniant nepotes ex filio præmortuo in caſu huius ſtatuti.

Secundo præmitto, quod tale ſtatutum eſt con- 3 tra ius commune, † quia de iure communi moriente vxore in matrimonio, relictis marito & nepotibus communibus, dos & bona vxoris pertinent ad nepotes, *iuxta not. per gl. & Doct. in l. dos à patre. C. ſolut. matri. cum ſimil.*

Tertio præmitto, quod hoc ſtatutum eſt introductum in fauorem mariti principaliter propter onera matrimonii, *vt l. pro oneribus. cum ibi not. C. de iure do.* ac etiam propter onus funeris iniunctum marito, *vt dicitur in ſtatuto prædicto in fin.*

Quarto præmitto, licet prædictum ſtatutum ſit introductum in fauorem mariti, tamen prædiligit filios & filias ipſo marito, quia vult quod extantibus filiis vel filiabus communibus, quod maritus 4 nihil lucretur, & quod filii vel filiæ ſuccedāt, † quia iſta verba, ſi mulier deceſſerit in matrimonio ſine filiis vel filiabus communibus, &c. non ſolum habent virtutem incluſiuam mariti, & excluſiuam aliorum agnatorum, ſed etiam habent virtutem incluſiuam filiorum vel filiarum, &c. Et eo caſu excluſiuam mariti, videlicet vt ipſi filii vel filiæ in to- 5 tum ſuccedant matri, excluſo marito. † Nam ablatiui abſoluti videlicet ſine filiis inducunt diſpoſitionem, quando proferuntur ab eo qui poteſt diſponere circa illud, *vt l. fideicommiſſa. §. cum eſſet, ff. de legatis tertio. & l. in rationem. §. tametſi. ff. ad l. Fal.* Præterea quando vna diſpoſitio fit contemplatione alicuius, licet verba expreſſe ad illum non dirigantur, tamen ei etiam competit, *argumento l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg. 1. & l. fideicommiſſa. § interdum. de leg. 3.* vnde cum hæc diſpoſitio ſit facta fauore mariti, & in primis præponantur filii ipſius etiam filiis ſuo caſu competit actio.

Præterea quando aliquis remouetur, à lucro eius contemplatione remouetur, vt apparet in tutore qui priuatur legato ſi non gerit tutelam, *l. ſi poſt legatum. §. amittere. ff. de his qui. vt indig. l. pen. C. de leg. & l. cum emancipati. ff. de collat. bonorum. ita nota. dicit Bart. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertull. & idem notatur in dicto §. ſi duo emancipati. & in dicta l. ſeruo legato §. ſi teſtator. ff. de leg. 1. & Bald. in l. maximum vitium. poſt principium. C. de liberis præterit. & idem not. in ſimili Bald. in l. peto, in princip. de legat. 2. & in l. filiofamilias. ff. de edendo, &c.*

6 † His ſic præmiſſis quæro an appellatione filiorum & filiarum comprehendantur nepotes ex filio hoc caſu, quia vt dixi in hoc ſtat deciſio huius dubii. Et primo videtur, quod non, *per tex. expreſſum Inſtitu. qui dari tuto. poſſunt. d. §. fin. & in l. quod ſi nepotes. ff. de teſta. tuto.* vbi lex faciendo mentionem de filio in datione tutoris non extenditur ad nepotem. *Ad idem videtur text. expreſſim in l. ſed milites. §. 1. hoc autem de filiis. ff. de excuſat. tuto. & ibi hoc videtur tenere gloſſ.*

Item hoc videtur probari *in l. Gallus. §. inſtituens, & per totam illam l. ff. de lib. & poſthum.* vbi inſtitutio facta de filio non extenditur ad nepotes, nam ſi aliter diceremus, ibi Scæuola male reprehēderet Gallum, quod non eſt dicendum.

Item pro hoc tex. *in l. iuſta interpretatione. ff. de verb. ſignif.* vbi dicit expreſſe, quod appellatione filii nepos continetur ex interpretatione quaſi dicat, non ex ſignificatione propria & ſtricte ſumpto vocabulo, quæ ſignificatio attenditur in ſtatutis. *l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. cum ſimil.*

Item quia aliud nomen habet filius, & aliud ne-

Pos, ſicut habent, ergo debent eſſe diuerſa & diuerſos effectus producere, *l. ſi idem. C. de codicil.*

Item probatur, quia limitata diſpoſitio limitatum producit effectum, *l. in agris. ff. de acquirendo rerum dom. cum ſim.* ſed ſtatutum loquitur limitate ſoluendo de filius, ergo debet reſtringi ad filios, non autem extendi ad nepotes.

Item probatur ſecundum Bald. *in l. maximum vitium*, ſic cui non competit diffinitio nec diffinitum, ſed diffinitio filii hæc eſt, filius eſt generatio prima, nam filius dicitur qui ex viro & vxore naſcitur, *vt l.*
7 *filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* † Sed dictio ex, cauſam immediatam denotat, ergo nepos proprie filius non eſt, nec ei competit diffinitio filii, quia non naſcitur ex vxore, ſed ex nuru.

Item hoc probatur nam ſecundum Boetium diffinitio eſſentiam, deſcriptio intelligentiam rei claudit, ſed aliter deſcribitur filius, aliter deſcribitur nepos, ergo per vnum non includitur alter, *vt not. Bal. in d. l. maximum vitium.*

Item quod appellatione filii non comprehendatur nepos, patet ex nomine, ex genere, ex patria, ex perſona, & ex ſequentibus, ex nomine patet, quia quando differunt in nomine appellatiuo, non ſunt idem, *ff. de legatis 1. l. ſi quis in fundi vocabulo. facit l. ſi idem. C. de codic. vt ſupra dixi.* Ex genere patet, quia prima generatio eſt filius, ſecunda generatio eſt nepos, *vt in authent. de non alie. §. emphyteuſin.* Ex patria patet, quia ſi nepos in alia patria naſcitur, per ſe originem ſortitur, *vt ff. ad municip. l. aſſumptio.* Ex perſona patet, quia perſona propria eſt anima, quæ eſt formalis pars hominis, nam alia eſt anima patris, alia filii, & hoc natura manifeſtum eſt. Ex ſequentibus etiam patent omnia prædicta, nam ingratitudo patris, non eſt ingratitudo filii, *vt ff. de iure patronat. l. diui fratres. & l. de ſenato l. emancipatum. §. fin.* & priuatio filii non eſt priuatio nepotis, *l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquirenda hæredit. & iſtum diſcurſum facit Baldus in dicta l. maximum vitium, Cod. de liberis præteritis.*

Item quod appellatione filii in ſtatuto non comprehendatur nepos, probatur ſic, verba ſtatuti debent intelligi vere & proprie, *l. 3. §. hac verba. ff. de neg. geſt. & l. 1. §. his qui nauem. ff. de exercito. & l. conſtitutionibus. ff. ad municipium, & nota. in l. quicquid aſtringenda. ff. de verbor. obligat. cum ſimilibus.* Sed proprie & vere loquendo nepos non dicitur filius, *vt l. iuſta interpretatione. ff. de verb. ſignific. &c.*

Item quia vbi fieret dura ſeparatio appellatione filii continetur nepos, *vt l. liberorum, verſiculo ſed Papinianus. ff. de verborum ſignificat. & l. vxorem. §. concubina. ff. de legat. 3. & l. poſſeſſionum. C. communia vtriuſque iud.* ſed vbi non continetur dura ſeparatio, non continentur nepotes, *vt dicta l. liberorum verſ. toties,* ſed hic non fieret dura ſeparatio, ergo, &c.

8 † Item hoc probatur, nam patris appellatio non complectitur auum, *ff. de ritu nupt. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de gradibus, l. Iuriſconſultus, §. tranſeamus, & ff. de adulte. l. ſic eueniet, & ibi Alber. de Roſat.* & ſi ſtatuto cauetur, quod furem in domo patris vel filii poſſit occidere, non poterit occidere inuentum in domo aui vel nepotis, & ſic ſtatutum loquens de ſucceſſione patris vel filiorum non extenderet ad auum vel nepotes, cum ſit caſus omiſſus, *vt l. ſicut dotem in princip. ff. ſol. matrimon. & l. ſi vero. §. de viro. eod. titu.* & maxime quando ſtatutum eſt contra ius commune vt eſt in caſu noſtro.

Item pro hoc, quia non eſt abſurdum imo iuri conſonum, quod filii primi gradus plus obtineant quam ſecundi gradus, *vt ff. de hæredib. inſtit. & l. ſed & ſi in conditione. §. nepotes. & C. ad Trebellian. l. iubemus. & de legi. hæredi. l. lex 12. tabu. §. fin. & l. meminimus. §. cum autem, & auth. ceſſante.*

9 † Item, ad idem, quia prohibitio alienationis facta filiis, non extenditur ad nepotes, *vt in authent. de reſtitut. fideicom. §. nos vero. colla. 9.*

Item quia ſtatutum hoc videtur eſſe fauorabile in fauorem mariti, vt ſupra dixi, in ſecundo euidentiali: ergo non debet extendi in eius damnum, *vt comprehenditur, l. quod fauore. C. de legibus, cum ſimilibus,* maxime in caſu prædicti ſtatuti, quod ſtricte in dubio eſt intelligendum, *vt ſupra dixi.*

10 † In contrarium videtur, quod appellatione filii comprehendatur nepos in ſtatuto primo, *per text. in l. filij appellatione. ff. de verbo. ſignif.* vbi dicitur, quod appellatione filii omnes liberi intelliguntur, ſed appellatione liberorum continentur nepotes, *vt l. liberorum. ff. de verbor. ſignific. & dicta l. quod ſui nepotes. ff. de teſtament. tu. & Inſtitut. qui. da. tu. poſſ. §. fin.* ergo, &c.

Item hoc probatur ſic, nam iuſta interpretatione filiorum continentur nepotes, *vt l. iuſta. ff. de verb. ſignif.* & exponitur iuſta interpretatione, id eſt, iuſta conſideratione.

11 † Item hoc probatur ex etymologia vocabuli, etymologia enim filii congruit nepoti, quia filius dicitur à philia, quod eſt amor: ſed ita eſt amor in nepote, ſicut in filio, imò maior, *vt l. liberorum. ff. de verbor. ſignific.* vnde cum illud quod fit per etymologiam vocabuli, ſit proprium ſignificatum, *l. tugurii, & l. Alphenus. ff. de verbor. ſignific.* & non ſit recedendum à proprio ſignificato, ſequitur quod nepos includitur appellatione filii.

Item hoc probatur ſic, nam totũ ſignificare proprie quamlibet ſuam partem, ſed nepos eſt pars filii, *vt ff. locato, l. ſed addes, §. ſi quis mulierem,* ergo, &c.

Item quia nomen filii aliquando profertur reſpectu gradus, & tunc non continetur nepos, *vt l. iubemus. C. ad Trebellian. cum ſimilibus,* & ita loquitur vnum argumentum ſupra pro alia parte formatum. Aliquando profertur reſpectu affectionis determinatæ, & idem, *vt l. Gallus. §. inſtituens. ff. de liberis & poſthum. vt ſupra dixi in vno alio argumento primæ partis.* Aliquando profertur reſpectu naturæ, & tunc continetur nepos, *vt l. intellectum. ff. de capit. dimi.* ſed in dubio verbum filii videtur proferri reſpectu naturæ, *vt l. fin. C. de his qui veniam ætatem impetrauerunt, cum ibi notat.* & ita capitur hic, quia diſpoſitio legalis regulatur ſecundum rationem, non ſecundum affectum animi, *argumento Cod. familiæ herciſcundæ. l. fin.*

Item

12 † Item hoc etiam probatur alia ratione, quia priuilegium filii tranſit ad nepotem, *vt C. de quæſtio. l.duo Marco.* cum nepos ſuccedat in locum patris ſui, *vt l.1.C.de liberis.*

Item probatur *in l.1.ff.ad Macedo.* quod ſi filiusfa. accepit peconiam mutuo, quod ei ſubuenitur per Senatuſconſultum Macedonianum, poſtea quærit Iuriſconſultus, quid in nepote, & interpretatur, quod Senatuſconſultom ſenſerit de nepote appellatione filii, *vt l. filium habes. ff.ad Macedo.*

Item dicitur in lege, quod tutor non poteſt pupillam, vel ſibi, vel filio nuptui collocare per Senatoſcooſultum, & Gaius Iuriſconſultus, *in l. ſenatus, ff. de ritu nuptiar.* dicit, quod etiam nepos ſignificatur.

Item quia lex dicit, quod ſi mater non petierit tutorem filio ſuo infra annum, priuatur hæreditate ſua, *vt l.2.ff.ad Tertul.* & quærit Iuriſconſultus quid in nepote, & dicit idem, *in d.l.2.§.ſi mater verſi.filii. ad Tertull.*

Item probatur ſic, voluntas teſtatoris eſt lex, *vt in Authentica de nup. verſiculo diſponet.* ſed lege cauetur, quod ſi teſtator legat ancillam cum filiis, quod etiam nepotes intelliguntur, *vt l.vxorem.§.concubina.ff. de legatis tertio*, ergo, &c.

Item hoc probatur, vbi eſt eadem ratio, ibi debet [illegible] emius, *vt l à titio.ff.de verbor.oblig. & l. illud.ff. ad l. Aquil.cum ſimil.* ſed eadem eſt ratio in nepote, quæ eſt in filio, *vt probatur in l.liberorum. ad fin. ff. de verbor.ſign.* maxime cum ratio ſtatuti ſit attcodenda. *l.1.C.quæ ſit longa conſuetudo.* & hanc partem tenuit in ſimili q. Iaco. de Har. diſputando, & diſputatio incipit, cum ſecundum conſuetudinem ciuitatis Ferrariæ, &c. *vt refert Albe.de Roſ.in 2.par.ſtatutorum,q. 113.& idem tenuit Iac.But.vt refert Bald.in d.l.maximum vitium.C.de liberis præteritis.*

Item hoc probatur optima ratione, nam quando verbum filii profertur à lege, & nihil diſponit ſpecialiter de eo, ſi appellatio filii ponitur in diſpoſitione conditionaliter vel caſualiter ſicut hic, quia dicitur ſine filiis, quæ verba abblatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem. *l.à teſtatore. ff. de condi. & demon.* tunc ſi illa conditio reſpicit principaliter fauorem filii, vt puta ſi diceret, quod ſi mater tutorem filiis non petierit, &c. certe porrigitur hoc ad nepotes, *vt l.2.§.ſi mater.verſic.filius.ff. ad Tertul. vt not. Bart.in l.liberorum.ff.de verb.ſign.* ita eſt in caſu noſtro, quia appellatio filii ponitur conditionaliter, & reſpicit principaliter fauorem filii, *vt dixi ſupra, in princip. quarto euidentiali*, ergo nepotes comprehenduntur.

Item probatur, quia nepos filio ſublato de medio locum filii incipit tenere, *Inſtit. de exhæredatione liberorum. §. poſthumorum. & de hæreditat. quæ ab inteſtat.deferuntur.§.cum filiu.* ſed ſi filius præſertur marito in ſui filii beneficium, ergo & etiam nepos loco eius ſuccedens, *vt ſupra dixi.*

13 † Item facit ad hoc quod dicitur, ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, *vt l.1. §. hac actio.ff.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſ.fuer. & l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau.* ſicuti enim nepos ſuccedit in locum patris ſui, & incipit tenere ex perſona patris primum gradum, licet in veritate ſit in ſecundo, eadem ratione aſſumit priuilegium patris ſui, licet ex perſona ſua non competat.

14 † Item hoc ſic probatur, qootics aliquod verbum eſt ambiguum, ſemper debet capi illa interpretatio, per quam minus lædatur ius commune, *vt notat gloſſa in l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberan.& notat gloſſ.in cap.de hæreditatibus quæ ab inteſtato deſen. in princip. col. 9. & notatur in l. ſi ſerui veſtri. C.de noxali.* ſed in hoc caſu intelligimus, quod appellatione filiorum comprehendantur nepotes, minus læditur ius commune, quia ſecundum ius commune maritus nihil lucrabitur, *vt dixi ſupra in princip.in ſecundo euidentiali.* Ergo iſte intellectus debet attendi, quia ſecundum alium intellectum, quod nepos non contineatur, magis læderetur ius commune ſi maritus lucraretur extante nepote, *vt dixi in tertio euidentiali.*

15 † Item probatur, quod ſi ſtatutum vult, quod etiam extante filia fœmina maritus nihil lucretur. Ergo debet intelligi in nepote maſculo ex maſculo deſcendente, quia non debet eſſe deterioris conditionis nepos ex filio maſculo, quam ſit filia fœmina, imo debet eſſe melioris, quia per eum conſeruatur ius agnationis, & non per filiam, *vt l. 1. in fin.ff.de ven. inſpi. & not. per Cyn. & Doct.in l. 1. C. ad l. Iul. d. adulter. & per Doctor. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. & in d. l. liberorum. ff. de verbo. ſign.* ergo, &c.

Item quod iſta verba, *ſi deceſſerit ſine filiis*, intelligantur eſſe de nepotibus, tenent Doctor. *in l. prima. C. de condi. inſer.* & maxime Dn. Paul. de Caſtr. ibi, qui dicit plus, quod per iſta verba, *ſi deceſſerit ſine filiis maſculis*, veniunt etiam nepotes maſculi ex filia fœmina, niſi natura contractus aliter ſuadeat, puta, quia ſit contractus feudalis vel emphyteuticus, in quo fœmina non ſuccederet de natura ipſius contractus, quia tunc nepos maſculus ex filia oon veniret appellatione filiotum maſculorum. Et ita intelligitur quod dicit Specul. *in titu. de locato. §. nunc aliqua, verſicul. 146.* Et iſtam opinionem in ſimili tenet Bartol. *in dicta l.liberorum. & Bald. in d. l. maximum vitium.* Et eam ego & teneo tanquam veriorem de iure, & tanquam communem. Et ex prædictis poteſt comprehendi, quod non obſtant e., quæ ſupra ſunt deducta pro parte negatiua. Et in ſpecie reſpondendo dico, quod non obſtat *l. quod ſi nepotes, cum ſimilib.ſupra allegatis, ff. de teſtam.tut.* quia licet diſpoſitio ibi contineat prouiſionem filiorum & nepotum, & ſic ſit fauor ex parte filii: tamen quia tutori dato eſt onus, *vt l. tria onera. ff. de excuſat. tutor. cum ſimilibus*, non veniunt nepotes, & maxime, quia licet tutor nepotibus non intelligatur eſſe datus eſt, eis modicum præiudicium, quando ſupereſt prouiſio legis & iudicis dantis tutorem legitimum vel datiuum. Et hoc forte voluit dicere gloſ. *in l. iuſta. ff. de verborum ſignificationibus*, quæ dicit ſpeciale eſt in datione tutoris, ſed Bartol. *in dicta l. liberorum. ff. de verborum ſignificationibus, in principio 3. columna*, ſed in caſu noſtro appellatione filii continetur nepos, tamen non eſt aliquod præiudicium marito, qui de iure com-

muni nihil debet habere, *vt dixi ſupra in tertio euidentiali.* Et ſi non continetur nepos, eſſet maximum præiudicium nepotis, quia excluderetur à ſucceſſione pro dimidia contra ius commune. Nec obſtant, *l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liber. & poſthu. quis ille, §. & tota illa l. Gallus.* loquitur quando quis inſtituit filium certum & nominatum, quo caſu ad alium non porrigitur ſine dubio, *vt not. in l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tute. ſecundum Bartol. in dicto §. inſtituens. & in dict. l. liberorum, ff. de verborum ſignification. in tertia colum.* ſed ſtatutum noſtrum loquitur ſimpliciter de filiis quo caſu prouiſio facta de filiis extenditur ad nepotes, & hoc probatur, *in l. Lucius, §. fin ff. de hered. Inſtitu.* vbi teſtator inſtituit fratrem ſi deceſſerit ſine filiis, & tertio facit volens filiis fratris prouidere, & conſtat quod ibi appellatione filiorum continentur omnes liberi & ſic nepotes, vt ibi patet. vnde videtur ibi eſſe caſus huius quæſtionis nec obſtat, *l. iuſta interpretatione. ff. de verborum ſignification.* quia facit quod dum exponitur l. iuſta conſideratione, vt ſupra dixi ſecundum Bald. vel eam intelligendo de ipſa interpretatione vera, reſpondetur quod etiam ſtatutum recipit interpretationem extenſiuam, vbi eſt eadem ratio, vel maior, vt infra dicam; ergo, &c. Nec obſtat quod aliud ſit nomen filii, aliud nepotis, & quod ſtatutum loquitur limitate de filio: quia reſpondetur quod illud procederet niſi fieri poſſet interpretatio extenſiua, ſicut hic poteſt fieri, vt infra dicam, ergo. non enim eſt prohibita à ſtatuto extenſio ipſius ſtatuti, vt de ſe patet; ergo, &c. nec etiam obſtat quod dixi, quod non competit diffinitio filii ipſi nepoti, &c. quia ſatis eſt quod competat etymologia vocabuli, & verus ſenſus ſecundum naturam, *vt ſupra dixi.* Item licet non competat diffinitio, tamen ex quo nepos intrat locum patris, & ſic in eius locum ſubrogatur, debet ſapere eius naturam, *vt ſupra dixi.* Nec obſtat quod appellatione filii non continetur nepos ex nomine, ex genere, ex patria, ex perſona, & ex ſequentibus, *vt ſupra dixi ſecundum Bald.* quia reſpondetur quod hæc argumentatio non eſt à ſufficienti partium enumeratione, quia continetur ex alio capite ſcilicet. quia eſt eadem ratio, quia ſubrogatur nepos in locum filii, vt dixi; ergo, &c. Nec obſtat quod verba ſtatuti debent intelligi vere & proprie, item nec debet extendi, &c. quia ſtatutum non incipit interpretationem extenſi-
16 uam, † nam reſpondetur, quod ſtatutum non extenditur ad caſum in eo non comprehenſum. Et ideo ex virtute ſtatuti nepos non comprehenditur ex perſona filii, ſed ſtatutum non recipit interpretationem extenſiuam paſſiue, quia ius commune ſe extendit ad illud, *vt lege prima, §. primo, ff. de municip. & honor. & ibi ponitur per Bartol. & per eundem in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad legem Falcidiam,* vnde lex extenditur & extendere poteſt ſtatutum vt nepotem faciat aſſumere perſonam vel priuilegium conceſſum filio, vt patet per rationes ſupra pro parte affirmatiua deductas, & hanc rationem conſiderauit Bartol. *in dicta l. liberorum, in 7. colum. ff. de verborum ſignificationibus,* & per hoc ceſſant multa argumenta ſupra in contrarium allegata. Nec obſtat quod filii primi gradus plus contineant, quam ſecundi gradus, *vt lege in lemus, C. ad Trebell. cum ſimilibus,* quia ibi lex ſpecialiter ſe reſtringit ad filios primi gradus; ergo, &c. Nec obſtat, quod hoc ſtatutum ſit introductum in fauorem mariti, ergo in eius damnum non debet fieri extenſio: quia reſpondetur, quod iſta extenſio non eſt in damnum mariti, licet ſuſtinuerit onera matrimonii, quia de iure communi nihil habet, *vt dixi ſupra in ſecundo euidentiali:* imo talis extenſio facit eum non capere lucrum, non autem damnum ſentire, & non eſt par eademque ratio. lucrum non capere, & damnum ſentire, *in l. fin. ad fin. Cod. de codicillis.* Nec obſtat ſi dicatur, imo fit ad damnum mariti, ex quo tenetur ad funeralia vxoris contra ius commune, *vt l. Neratius, cum legibus ſequentibus, ff. de religioſis & ſumptibus funerum,* quia reſpondetur, quod ſi non ſuccedet, vel non admittetur ad lucrum aliquod, non tenebitur ad illas expenſas funeris, nec ex forma ſtatuti, quia illud onus apponitur ſub conditione ſi lucrabitur, &c. Nec de iure communi, *vt probatur in dicta l. Neratius maxime, in §. ſi maritus, cum legibus ſequentibus;* ergo, &c. Vnde ex prædictis concluditur, quod in caſu prædicti ſtatuti verba, ſi ſine filiis vel filiabus, comprehendunt nepotes, vel ad nepotes extenduntur. Et per conſequens ſequitur deciſio primi dubii, de quo ſupra videlicet quod maritus non lucratur dimidiam dictorum bonorum vxoris, ex eo quod extant nepotes ex filio maſculo præmortuo. Ex iſtis etiam ſequitur, quod fruſtra eſt amplius quærere de aliis ſcriptis tribus dubiis, quia per prædictam concluſionem ceſſant.

Et ita vt ſupra dictum eſt dico & conſulo iuris eſſe ego Bartholomæus Cæpolla de Verona Iuris vtr. Doctor, &c.

CONSIL. VIII.

SVMMARIA.

1 *Donatio inter virum & vxorem etiam iuramento firmata, an ſit valida.*

2 *Donatio facta inter virum & vxorem ſimplici promiſſione an iuramento firmetur.*

3 *Donatio per patrem facta filio, dicitur morte confirmari.*

4 *Conſtitutum dicitur habere vim traditionis, & per ipſum transfertur poſſeſſio in donatarium.*

5 *Iuramentum contra bonos mores præſtitum non eſt obligatorium.*

6 *Iuramentum debet habere tres comites.*

7 *Regula, Non eſt obligatorium contra bonos mores, &c. de regul. iuris libr. 6. de quibus moribus intelligatur.*

8 *Aliquid eſſe contra bonos mores, tripliciter intelligitur.*

9 *Lex canonica ſupereſt & præualet legi ciuili in his quæ ſpectant ad Deum.*

Prohibitio l. ciuilis an ſit potens ad tollendum vinculum iuramenti quod Deo præſtatur.

10 *Emphyteuta priuati an poſſit donare ſine requiſitione, aut conſenſu domini.*

11 Emphy-

11 *Emphyteuta principis an poſsit donare irrequiſito domino.*
12 *Simpliciter vendens, intelligitur vendere iure proprio, non libellario vel emphyteutico.*
13 *Conſtitutum ſemper capitur ſecundum naturam contractus, cui apponitur.*

IN CHRISTI nomine, amen, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Caſus ſuper quo conſilium quæritur, eſt huiuſmodi: Dn. Nicolaus Leonus de Venetiis habitator Rodigii titulo & nomine donationis dedit & tradidit, & donauit nobili & egregiæ dominæ Agneſinæ vxori ſuæ præſenti, ſtipulanti, acceptanti, & recipienti pro ſe & ſuis hæredibus, vnam domum ſitam in terra Rodigii, item vnam domum muratam & cupatam planam cum curta & viridario extra portam ſancti Bartholomæi, item & ſingulas beſtias bouinas, caualinas, & pecudinas, quas ab ipſo domino Nicolao donatore tenet in ſocidam Stephanus de villa duas, & Bartholomæus de villa duas, & Peregrinus Sancti. Item omnia ac ſingula ac quæcunque nomina debitorum ſibi domino Nicolao donatori quacunque ratione dare debentium, hoc pacto inter partes prædictas appoſito & ſolemni ſtipulatione vallato, videlicet quod dictus dominus Nicolaus donator habeat & habere debeat toto tempore eius vitæ omnem intratam, & omnem vtilitatem & fructum percipiendum & percipiendam ex dictis domibus, bonis mobilibus, maſſaritiis, ſupellectilibus, beſtiis, & nominibus debitorum, vt ſupra donatis. Et poſuit dictus dominus Nicolaus dictam dominam Agneſinam in locum ſuum, ipſamque procuratricem in rem ſuam conſtituit, &c. dans & conferens dictus dominus Nicolaus dictæ dominæ Agneſinæ præſenti & ſtipulanti licentiam plenam & liberam ac omnimodam poteſtatem ſua auctoritate propria exigendi dicta nomina debitorum, & intrandi, & apprehendendi tenutam & corporalem poſſeſſionem dictarum domorum, bonorum mobilium, maſſaritiarum, ſupellectiliũ, & beſtiarum donatarum vt ſupra: conſtituens ſe dictus dominus Nicolaus donator pro dicta domina Agneſina dictas domos bona mobilia, maſſaritias, ſupellectilia, beſtias, & nomina debitorum, vt ſupra donatas, & donata, &c. in forma communi. Et ad maiorem firmitatem omnium prædictorum dictus dominus Nicolaus donator ſponte manibus ſcripturis tactis iurauit ad ſancta Dei Euãgelia prædicta omnia & ſingula vera fuiſſe & eſſe, & ea rata & firma perpetuo habere, tenere, attendere, & obſeruare, ac adimplere, & in aliquo non contrafacere vel venire modo aliquo, ratione, vel cauſa. Et prædictam donationem fecit coram ſpectabili & eximio legum Doctore Dn. Gaſpar. de Nologno ciue Regino vicecomite terræ Rodigii, qui pro tribunali ſedens ſuam, & pro qua communis Rodigii fungitur, auctoritatem interpoſuit & decretum, de quibus omnibus extat publicum inſtrumentum ſcriptum de anno 1462. die 6. menſis Maii, & ſubſcriptum manu vicecomitis: deinde dicta domina Agneſina de eodem anno 1462. die 19. menſis Maii intrauit tenutam & poſſeſſionem dictæ domus, poſitæ in contrata portæ ſancti Bartholomæi. & die ſequenti Ioannes Azeta procurator & procuratorio nomine dictæ dominæ Agneſinæ intrauit tenutam & poſſeſſionem alterius domus poſitæ in contrata portæ ſancti Bartholomæi, de quibus tenutis apparent publica inſtrumenta. Poſtea mortuo dicto domino Nicolao cum teſtamento, in quo reliquit Federicum vnicum filium ſuum hæredem vniuerſalem. Orta eſt dubitatio, ſi dicta donatio valuit vel ne. Et maxime quia dicta domus poſita in Rodigio dicitur eſſe libellaria cameræ Illuſtriſſimi Principis Dn. Borſii, Ducis Mutinæ, & Regii Marchionis Aſten. Et ideo ſupplicatum fuit primo illuſtriſſimo principi pro parte dictæ dominæ Agneſinæ vxoris nunc in ſecundo matrimonio magnifici equitis Dn. Marciteni patritii Veneti, quod cum obiiciatur per dictum Federicum dictæ do. Agneſinæ filium, quod dicta donatio ſiue poſſeſſio in ea transferri non potuit ſine requiſitione & conſenſu dicti Dn. Principis, cuius eſt proprietas, & reſponſum ſit pro parte dictæ dominæ Agneſinæ, quod nihil ad ipſum Federicum, & vt dubium ipſum de medio tollatur, quod præfatus princeps dignetur pro omni iure ſuo approbare & validare dictum contractum, & omnia in eo inſtrumento donationis contenta, ius, ſupplicatio ſignata eſt, in hæc verba: Illuſtriſſimus noſter Dux committit cõſilio ſiue ſecreto, vt communicata re cum conſilio iuſtitiæ & auditis partibus pluſquam ſummarie referant dominationi ſuæ, an fieri poſſe videatur quod petitur cum iuſtitia & honeſtate, ac etiam ſine iuſta querimonia partis. Nunc quæritur quid iuris?

Pro declaratione præſentis quæſtionis duo in primis ſunt examinanda.

Primum eſt, an dicta donatio facta per dictum dominum Nicolaum valuerit in præiudicium dicti Federici filii ſui non obſtante quod facta fuerit vxori ſuæ.

Secundum, an dicta donatio valuerit, & de iure fieri potuerit, non interueniente requiſitione aut conſenſu Illuſtriſſimi Ducis Mutinæ domini proprietatis.

1 † Circa primum videtur dicendum, quod dicta donatio non valuerit, quia regulariter donatio facta inter virum & vxorem eſt prohibita, ne mutuo amore ſe ſpolient, *vt l. prima. ff. de donat. inter virum & vxorem.* & ne matrimonia venalia efficiantur, & concordia pretio conciliari videatur, *vt l. ſecunda, & tertia. in principio, eodem titulo. & in capit. donatio, extra de donationibus, inter virum & vxorem, cum ſimilibus.*

Nec videtur, quod dicta donatio iuramento firmata fuerit, nec propter iuramentum obliget ad eius obſeruantiam: quia non eſt obligatorium contra bonos mores, præſertim iuramentum. *vt in cap. non eſt obligatorium. de regulis iuris, libro ſexto. Et hoc videtur Cyn. in l. prima. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Ioannes Andre. in addition. Speculat. in titulo de dote poſt diuort. recepta. & Bartol. in l. ſi quis pro eo, in*

principio, ff. de fideiuſſ. & in l. cum quis decedens, §. vna, ff. de legatis tertio. Et Ang. in l. ſi quis pro eo, qui aſſignat rationem, videlicet quod lex reſiſtit potentiæ donandi, vt dirigat verba prohibitoria in perſonam coniugum, *vt dicta l. 1. ff. de dona. inter virum & vxorem.* Ideo ipſi donantes videntur peccare oon obediendo legi, *vt in capitulo. in libro regum. extra de maio. & obedientia.* vbi dicitur, qui oon obedit principi, morte moriatur.

Et propterea cũ in ipſa proteſtatione iuramenti peccetur, non firmatur talis diſpoſitio iuramento ſecundum eum. *Et idem tenet Bald. in l. ſi quis inquilinus, §. finali, ff. de legatis primo. Et idem videtur tenere in l. prima in ſexta columna. in fin. in verſicul. item facit ad aliud, C. de inoffic. donatio. Et idem tenet Bartol. in l. prima, ff. de donatio. inter virum & vxorem,* qui dixit per illam legem, qnod ideo donatio inter virum & vxorem non valet, quia inuitaretur ad delinquendum. Et ita reperio per Dominum Franciſcum de Albergotis cõſulnim in quodam ſuo conſilio, quod incipit Martinus, & per quoſdam nonnullos alios Doctores. Sed his non obſtantibus contrarium eſt de iure verius, videlicet qood dicta donatio valuerit etiam ſine iuramento. Nam licet regulariter donatio inter virum & vxorem oon valeat per rationes de quibus ſupra, tamen ſi donatio non fuit reuocata tacite vel expreſſe per mortem donantis ſuperſtite donatario, dooatio confirmatur, *vt eſt textus in l. cum hic ſtatus, §. primo. ff. de donatio. inter virum & vxorem, & l. prima & tertia, & l. ſi maritus, Cod. eodem titulo.* Et eſt caſus in terminis, *in dicto capit. donatio. extra de donat. inter virum & vxorem.*

Idem tamen intelligo, quando interuenerit traditio vel aliquid quod habeatur loco traditionis, vt eſt caſos, *in l. Papinian. ff. de donatio. inter virum, &*
2 *vxorem,* vbi dicitur, † quod donatio quæ fuit inter virum & vxorem ſimplici promiſſione non firmatur iuramento. Sed ſi ioteruenia traditio vel aliquid loco traditionis, *ſic per nota. in l. quod de ſuo. Cod. de dote caut. non numera. Idem tenet Bald. in capitulo primo, §. final. in fine. de fendo dato inuicem legis commiſſoria. Et ita tenet Cyn. in dict. l. 1. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. 1. in fin. Cod. de donatio. ante nupt. & in l. 2. princip. Cod. de inoffic. donatio. & in l. 2. C. de dote caut. non nume. & Bartol. & Doctor. in l. continuus, §. fin. ff. de verborum obligationibus. Et Angel. in authen. de immenſis donatio. in ſecunda column. collatio. ſeptima. Et dominus Paul. de Caſtr. in conſilio ſuo 106. vbi hoc eleganter*
3 *declarat & intellectum de l. Papinian.* † Et ita tenent communiter Doctor. ſic etiam dicimus de donatione facta per patrem filio quæ morte confirmatur, ita demum ſi interuenit traditio, *vt l. ſecunda, C. ſi quis alter. vel ſi. Et notat Cynus & Bald. in l. ſecunda circa princip. Cod. de inoffic. donatio. & Angel. in dicta authentica de immenſis donationibus.* Sed in caſu noſtro interuenit traditio, quia dicta Domina Agneſina accepit tenutam & corporalem poſſeſſionem dictarum domorum de voluntate dicti Domini Nicolai donatoris, vt ſupra in facti narratione dicitur, & dictus Dominos Nicolaus mortous eſt non reuocata dicta donatione, & ſuperſtite dicta Domina Agneſina donataria, ergo dicendum eſt dictam donationem per mortem dicti Domini Nicolai confirmatam fuiſſe. Prætetea interueuit etiam aliud in dicta donatione quod habet vim traditionis & poſſeſſionis translatæ, videlicet conſtitutum, quia dictus Dominus Nicolaus conſtituit ſe tenere & poſſidere dicta bona donata nomine dictæ
4 Domioæ Agneſinæ donatariæ, † quod conſtitutum habet vim traditionis, & per ipſum transfertur poſſeſſio in donatariom, *vt l. quod meo in princip. & ibi per Doctores, ff. de acquirenda poſſeſſione. Et per Dominum Antonium de Butr. & Canoniſtas in capitulo cum veniſſet, extra de reſtitut. ſpoliat. Et per eundem Dominum Antonium in capitulo ſecundo extra de conſuetud. & [illegible] net Cyn. in l. ſecunda, Cod. de dote cau. non nume. [illegible] tol. in dicta l. Papinian. & [illegible] in dicta l. ſecunda, Cod. inoffic. do[illegible]io. Et [illegible]ngel. in au[illegible]hentica de immenſis donation[illegible] in ſecunda colu[illegible]a. Et ita tenent communiter Doctores.* Et ideo concludo, quod dicta donatio valet, quia fuit morte dicti Domini Nicolai donantis confirmata, etiam oullo iuramento interueniente. Sed plus dico, quod dicta donatio etiam ſi de iure communi non valuiſſet, puta quia non eſſet ſecuta mors donantis, vel traditio non interueniſſet, quod nihilominus dictus Federicus filius dicti Domini Nicolai oon poſſet contrauenire dictæ dooationi propter iuramentum interpoſitum in dicta donatione, quod iuramentum habet obligare donantem, ex quo poteſt ſeruari ſine interitu & diſpendio ſalutis æternæ, *vt in capit. cum contingat. & capit. ſi vero, extra de iureiurando, cum ſimilibus.* Nec in præſentiarum expedit tractare, an iuramentum confirmet tractatum inualidum, an vero ſolum obliget iurantem ad obſeruandum, *vt habetur per Bartol. & Doctor. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & per Anton. de Butr. & Canon. in dicto capitulo cum contingat,* quia rei firmet cootractum ſiue obliget iurantem ad obſeruantiam iuramenti, ſatis erit in caſu noſtro, quod dictus Federicus filius & hæres dicti Domini Nicolai donatoris non poterit contrauenire, ſicut noo poſſet ipſe Dominus Nicolaus, quoniam licet iuramentum non tranſeat ad hæredes qoantum ad inducendum pœnam periurii, *vt habetur in capitulo, veritatis extra de iureiurando.* tamen tranſit ad hæredem quantum ad hoc vt teoeatur ad eius obſeruantiam, oec poſſit contraoenire, ſicut non poterat defunctus, *vt habetur in dicto capitulo, veritatis & nota. Angel. in authentica de iureiurand. à mod. praſtit. in principio. columna quinta.* Et ideo dico, quod dictus Fabritius ſaltem videtur teneti ad obſeruantiam dictæ donationis propter dictom iuramentum, quod eam conualidat, vel ſaltem obligat ad obſeruantiam per prædicta. Et iſtam opinionem, quod donatio inter virum & vxorem debeat obſeruari propter iuramentum in ea interuenieos, *tenuit Federic. de Senis in conſilio ſuo. 136. & Gulielm. de Caſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. item ſi iurauero, ff. de iureiurando, & idem tenet Bartol. in l. ſi quis pro eo, in fin. in principio, ff. de fideiuſſo. Et Dominus Antonius de Butr. in dicto capitulo. cum contingat.* Et ibi etiam tenet hoc Dominus meus Dominus Antonius de Roſellis in repetitione ſua. Et

ego

ego ſequor iſtam partem tanquam veriorem. Nec
obſtanr argumenta ſupra in contrarium dedocta. Et
5 primo dum dicitur, † quod donatio inter virum
& vxorem prohibita, quia eſt contra bonos mores,
ergo non videtur eſſe iuramentum obligatorium,
*per c. non eſt obligatorium, de regulis iuris lib. 6. quia illud
c.* & illa regula intelligitur in his qoæ ſunt prohibi-
ta propter ſui turpitudinem, & perpetuam habent
prohibitionis cauſam, *vt nota. Doctor. in dicto capitu-
lo, cum contingat.* ſed donario inter virum & vxorem
non eſt huiuſmodi, quia non habet perpetuam cau-
ſam prohibitionis, qoia morte confirmatur, *vt ſu-
pra dictum eſt.* Et iſtam reſponſionem tradidit Fede-
ric. de Senis in dicto conſilio 135. item dicta regu-
la, *cap. non eſt obligatorium*, intelligitur quando iu-
ramentum eſt contra bonos mores naturales, pu-
ta ſi quis promitteret cum ioramento non alere fi-
lium vel parere Deo, patriæ, vel parenti, *vt l. ſi quis
à liberis, ff. de liberis agno. & l. veluti, de iuſtitia & iure,*
item intelligitur, quando eſſet contra bonos mo-
res iuramentum, quia eius obſeruãtia nutriret pec-
catum, quia tunc noo eſt obligatorium, *vt in dicto
capitulo, cum contingat, & capitulo, ſi vero, extra de iu-
reiurand.* non autem intelligitur quando eſt contra
bonos mores ciuiles. Vnde ex cõiecturalegis, vel e-
ius artificio, vel cenſura, ſicut eſt pactum de ſucce-
dendo, vel ſimile: quia tunc tale iuramentum va-
leret. Nec habet locum dictom capitulum, non
6 eſt obligatorium. † Nec obſtat ſi dicatur iura-
mentum debet habere tres comites, ſcilicet veri-
tatem, iudicium, & ioſtitiam, *vt 22. queſtio. quarta,
capit. Innocens, §. illicitum, & nota. gloſſ. in authen. quod
eis, Cod. de nupt.* ſed tale iuramentum in caſu noſtro
non videtur habere iuſtitiam comitem, quia ius
prohibet donationem inter virum & vxorem, vt
ſupra dictum eſt: quia reſpondetur, quod illud
quod dicitur quod iuramentum debet habere co-
mitem iuſtitiam, intelligitur de iuſtitia naturali, vel
diuina, & non de proueniente à ſola lege poſitiua.
Alias ſi diceremus contrarium, ſequeretur quod
in pignoribus non valeret iuramentum ſuper pa-
cto legis commiſſoriæ interpoſitum, quod eſt *con-
tra c. ſignificante, extra de pig.*

Item debet eſſe iuſtitia reſpectu iurantis, & ita
ſufficit, licet ſit iniuſtitia reſpectu illius qoi recipit
iuramentum, *vt in c. debitores de iureiur.* Et ideo ſola
reprobatio iure ciuili non facit dici contractum
iniuſtum, ita qood non teneat iotamentum, *vt pro-
batur in dict. c. quamuis, de pactis libr. 6.* Sed ſolum de-
bet videri, ſi eſt iniuſtum quantum ad recipieotem
qoo ad Deum, pota ſi in obſeruantia eius peccatum
mortale nutriretur: qoia tunc non valeret, quia di-
ceretur eſſe contra bonos mores naturales, vel di-
uioos.

Item etiam, ſi iuramentum in eius obſeruantia
nutriret etiam peccatum veniale, *vt probatur in di-
cto capitulo cum contingat, in fin. in verbo diſpendium ſa-
lutis æterna, vt nota. Abbas Sicu. in capitulo ſi vero, eodem*
7 *titulo.* † Et de iſtis moribus intelligitur, *dictum ca-
pitul. non eſt obligatorium.* Non autem intelligitur,
quando iuramentum eſt contra bonos mores ci-
uiles, quia ſi iuramentum non eſt iniuſtum quan-
tum ad ipſum iuramentum, licet ſit iniuſtum ſe-
cundum ius ciuile & quantum ad ipſum recipien-
tem, tamen iuramentum ligat, & eſt obſeruan-
dum, *vt probatur 22. quæſtio. 4. cap. innocens, §. illicitum,*
& quod *dict. capitul. non eſt obligatorium*, intelligatur
quando iuramentum eſt contra booos mores na-
turales vel diuinos, tenuit Dominus Antonius de
Roſellis, *in dicto capitul. cum contingat, & fuit origina-
liter opinio. Bald. in l. pactum quod dotali. in decimanona
quæſtione, Cod. de collat.* licet ipſum oon allegat, vbi
eleganter dicit, quod aliquid eſſe contra bonos
8 mores, intelligitur tripliciter. † Voo modo na-
tura, alio qoaſi, tertio modo cenſura: natura, vel
quaſi, intelligitur, quando eſt quid contra ius na-
turale, vel quaſi, vt ſi pater iuret noo alere filium,
vel oon obedire Deo, vel Romanæ Eccleſiæ in ſpi-
ritualibus, *vt l. veluti, ff. de iuſtitia & iure. in l. venia, C. de
in ius vocando.*

Item quando eſt turpe factũ, *vt l. iurigentium, §.
qualiter, ff. de pact.* Et iſtis duobus caſibus loquitur *c.
non eſt obligatorium.*

Item dicitur tertio contra bonos mores cenſu-
ra, id eſt, iuris artificio, & tunc de iure ciuili oon
valet iuramentum, ne ratione iuramenti iuris ci-
uilis auctoritas diſrumpatur, *vt in l. non dubium, C. de
legibus.* Sed de iure canonico valet propter reli-
gionis vinculom, quod eſt de iure diuino. Et li-
cet ius ciuile dicat, quod eſt contra booos mores,
quia deducit ad inconueniens aliquid, tamen ma-
ius eſſet inconueniens ſpernere iuramentum quod
ipſi Deo eſt præſtitum. Et ideo in caſu noſtro licet
lex ciuilis reprobet donationẽ inter virum & vxo-
rem propter inconueniẽtias quę poſſent ſequi, ſci-
licet ne motuo amore ſe ſpolient, & ne matrimo-
nia efficiantur venalia, *vt l. prima & ſecunda ff. de do-
nation. inter virum & vxorem*, tamen ius canoni-
cum vult quod ſeruetur religio iuramenti non
conſideratis iſtis incoouenientiis quæ poſſent e-
uenire, *vt probatur in ſimili in capitulo. quamuis de pactis
lib. 6.*

Præterea poteſt alias & tertio modo reſponderi,
ad dictũ c. non eſt obligatorium, per interemptionem,
videlicet quod donatio ioter virum & vxorem non
ſit contra bonos mores, nec naturales, nec ciuiles:
quia hoc non reperitur iure cautum, *iuxta l. tertiam,
§. final.* ibi quia in lege aliqua de hac re cautum eſt,
ff. de præuaricat. neque obſt. l. 1. in princ. dum dicit, mo-
ribus eſt apud nos receptum, *ff. de donatio. inter vi-
rum & vxorem*, quia ille textus non intelligitur,
quod ſi fiat donatio inter virum & vxorem. ſit con-
tra bonos mores: ſed vult dicere, quod eſt rece-
ptum apud nos moribus, ne donationes valeant in-
ter virum & vxorem, id eſt, iure ciuile, quod mo-
ribus receptum eſt, *vt Inſtit. de iure naturali gentium
& ciuili, §. & non ineleganter, & ita exponit ibi gloſſ.*
& bene ſicut habemus in ſimili de ſubſtitutione pu-
pillari quæ moribus, id eſt, de iure ciuili introdu-
cta eſt, *vt eſt caſus in l. ſecunda in principio, ff. de vul-
gar. & pupillar.* Nec obſtat al[...]atio ſupra ſecun-
dum Angel. in contrariom allegata, videlicet
qood ex quo lex eſt prohibitoria in perſonam con-
iugum, non poſſunt per iuramentum venire contra

 legem,

9 legem, quià reſpondetur, † quod lex canonica & diuina eſt ſuperior lege ciuili in his, quę ſpectant ad Deum, *vt habetur in cap. nouit. de iudicin. & in capitulo primo. de nouis operu nuntia. cum ſimilibus.* Et ideo prohibitio legis ciuilis non eſt potens ad tollendum vincolum iuramenti quod Deo præſtatur. Et quod hoc ſit verum, patet in pacto facto per filiam patri, vt dote contenta ad bona paterna regreſſum non habeat, quod pactum improbat lex ciuilis, *vt l. pactum quod dotali. C. de collat.* Et tamen ſi interuenit iuramentum, ius canonicum vult quod valeat, *vt in cap. quamuis. de pactis. libro ſexto.*

Item lex ciuilis prohibet alienationem fundi dotalis, *vt l. prima. & per totum titulum. ff. de funde detali. & l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxoriæ actio. cum ſimilibus.* Et tamen ſi interuenit iuramentum, valet alienatio, vel ſaltem iuramentum debet obſeruari, *vt in cap. cum contingit. de iureiuran.*

Item pactum legis commiſſoriæ, eſt improbatum à iure ciuili in pignoribus, *vt in toto titulo C. de pact. pignorum. & l. commiſſoria.* & tamen ſi interuenit iuramentum, debet obſeruari, *vt in cap. ſignificante. extra de pignor.* Et idem reperitur in multis aliis caſibus, quos breuitatis cauſa non refero. Et propterea ex prædictis coocludo, qood dicta donatio valuit & valet. Et dictus Federicus filius & hæres donatoris non poteſt contrauenire, tum quia morte fuit confirmata, tum etiam propter iuramentum in ea præſtitum. Nec poteſt opponi, quod dicta donatio non valeat, ex quo dicitur excedere ſummam quingentorum aureorum: quia licet excederet, tamen valeret ex quo fuit inſinuata coram iudice, qui interpoſuit auctoritatem ſuam, *vt l. ſancimus, & l. ſi quis argentum. C. de dona. & per nota. per Bartol. & Doctores in l. Modeſtinus. de ſolutio. Nec poteſt etiam dici, quod ſit inofficioſa, iuxta. l. primam & ſecundam, cum ibi notatis. C. de inoffic. donationibus.* quia vt mihi aſſeritur in facto, dictus dominus Nicolaus donator vltra dicta bona donata habebat in bonis & patrimonio deducto ære alieno facultates pro ſumma maiori & valore, quam ſint dicta bona donata, *per nota. in dicta l. prima, ſecunda. & l. ſi totas. C. de inoffic. donationibus & in authent. vnde ſi parens. & in corpore vnde ſumitur, C. de inoffic. teſtam.*

Concludo itaque ex prædictis omnibus, quod dicta donatio valuit, nec Federicus prædictus poteſt ei contrauenire.

10 † Circa ſecundum dubium, an dicta donatio valuerit non interueniente requiſitiooe illuſtriſſimi Ducis Mutinæ domini proprietarii, eſt conſiderandum, quod dictus dominus proprietarius non eſt priuata perſona, ſed princeps, & Dux Illuſtriſſimus, vt omnibus notum eſt. Et ideo non oportet aggredi illud dubium, an emphyteuta priuati poſſit donare domino iure quæſito, de qno ſunt multæ opiniones & variæ *per Doctores in l. fin. C. de iure emphyteutic. & in capitulo potuit. extra de locato.* & communis opinio eſt, quod poſſit, *vt tenet gloſſ. in dicta l. fin. & gloſſ. in dicto capit. potuit. & idem tenuit Odofre. & Cyn. in dicta l. fin. & Azo in ſumma, eodem titulo. §. & idem. Et Specu. in titulo de locat. §. nunc aliqua. verſicul. 107. & verſicul. 112. & Andreas de Barulo. in l. 1. C. de fundis patrimon. libro vndecimo. Et idem tenet Innoc. Vincentius Hoſti. Philipp. & Canon. communiter in dicto capit. potuit. & Hoſti. in ſumma eodem titulo. §. final. Et idem tenet Baldus & Imol. in l. ſi domus, §. final. ff. de legatis primo, & Bald. in authentica quas actiones. de ſacroſanct. Eccleſia, & Cardin. in dicto capit. potuit.* qui dicit, quod iſta eſt communis opinio, & idem dicit dominus Paul. de Caſtr. hanc eſſe communem opinionem *in dicta l. ſi domus. §. fina. licet Bart. ibi & in l. in conuentionalibus. ff. de verbor. ſignificat. & in l. final. C. de iure emphyteutic.* tenuerit eontrarium, quod nunc ooo examino, quia oon proprie eſt caſus noſter.

11 † Solom ergo eſt videndom an emphyteuta principis poſſit donare ſioe coolenſo principis domini, & videtur quod non. *per l. fina. quæ indiſtincte loquitur. C. de iure emphyteutic.* ſed cootrarium eſt verius, *vt probatur in l. prima. C. de fundis patrimon. libro 11. vbi eſt caſus de hoc, & ibi hoc tenet gloſſ. & Bart. & idem probatur in capitulo ſi domus. §. fin. ff. de legatis primo. Et ibi hoc etiam tenet Bart. & Doctores & probatur etiam in l. in conuentionalibus. Et ibi hoc etiam firmat Bart. ff. de verborum ſignificat. Et idem not. Bart. & Doctores in l. fin. C. de iure emphyteutic. Ex maxime Alber. de Roſa.* qui dicit, quod emphyteuta principis poteſt donare dominu irrequiſito, *per dictam l. primam.* Et hoc tenent omnes Doctores tam legiſtæ quam canooiſtæ publici ratione principali, quia ſi emphyteuta priuati poteſt donare ius ſunm domioo irrequiſito. *l. fin. Cod. de iure emphyteutic.* quæ vult, quod emphyteuta vendens debeat requirere dominum, ſi vult emere, alias alteri vendetur, non poteſt habere locom, quando emphyteuta vult donare alteri, quoniam donatio fit propter affectionem quam habet donans donatario. *l. nec adiecit. ff. pro ſocio.* quæ affectio non cadit in perſonam domini. Eadem ratione idem eſt dicendum in emphyteota fiſci, vel principis. Alia ratio eſt maior in emphyteuta principis, vel fiſci, quia princeps poteſt agere contra donatarium poſſeſſorem, *vt l. fin. Cod. ſine cenſu vel reliq.* quia nun poteſt facere dominus proprietarius, ex quo actio perſonalis, quam habet contra libellarium, noo ſequitur fundum, oec ipſum donatarium niſi ſe obligauerit, *vt l. 1. §. ſi heres. ff. ad Trebellian. vt voluit Bartol. in dicta l. final. Cod. de iure emphyteutic. & in dicto l. ſi domus. §. final. de legatis primo. & in dicta l. in conuentionalibus. de verb. ſignifi.* Sed duo ſunt, quæ me faciunt dubitare.

Primum eſt, quia dictus dominus Nicolaus non donauit ius ſuum ſeu melioramenta, nec dixit, ſaluo iure principis, ſed donauit ſimpliciter dictam domum. Et ſic videtur quod in dubio donauerit tanquam rem propriam, *vt l. ab vno. Cod. de nupt. & l. in familia. C. fam. erciſcund. & nota. per Bartol. & Doctores in l. mater. Cod. de rei vendicat. & ibi Bald. in fin.*
12 *hoc not.* dicens, † quod omois qui ſimpliciter vendit, intelligitur veodere iure proprio non iure libellario, vel emphyteutico, nec tanquam rem alterius facit, *l. ſi quis domum. §. pen. ff. locat. & idem notat. Bald. in Rubr. C. de contract. emphyt. in 6. quæſt. & in l. ſi in teſtamento. C. ad l. Falc. & Cardin. Zab. in capit. quæ in*

ecclesia-

Eccleſiarum, in 12. quaſt. extra de conſtit. Et idem tenet *Bald. in authen. quas actiones, in ſexta columna, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* qui dicit, quod hoc caſu donatio non eſt licita, *vt l. Pomponius, quibus modis vſufruct. amitt. & hoc modo intellexit l. vniuerſas, Cod. ne rei dominium,* vel templorum, & hoc videtur ſequi Dominus Paulus de Caſtro *in dicta l. ſi domus, §. fin. de legat. primo.* Et pro hoc videtur eſſe caſus, *in dicta l. prima. Cod. de fundis patrimonialibus, libr. 11. ibi dum dicit ſalua lege fiſci.*

Secundum eſt, quia dictus Dominus Nicolaus transtulit poſſeſſionem dictæ domus donatæ in dictam Dominam Agneſinam donatariam per conſtitutum, & dedit ſibi auctoritatem intrandi in poſſeſſionem. Et ita ingreſſa eſt ſine requiſitione, aut conſenſu principis proprietarii. Et ſic videtur interuertiſſe, aut interuertere voluiſſe poſſeſſionem Domini, quod ſibi non videtur fuiſſe licitum, *vt not. Io. de Imol. in d. l. ſi domus. §. fin.*

Puto tamen, quod in caſu noſtro dicta donatio valuerit, nec ſit illicita per iura ſuperius allegata. Nec obſtat quod in dubio videatur res alienata iure proprio & non libellario, quia iſtud non eſt verum in præiudicium Domini, & in contractu lucratiuo, ſicut eſt legatum, ſeu donatio præſumitur in dubio eſſe tranſlatum ius quod habebat teſtator ſeu donans, vt eſt caſus quem ita intelligo, *in dicta l. ſi domus, §. finali. ff. de legatis. 1.* Nec obſtat, *dicta l. prima, C. de fundis patrimonial.* ibi, ſalua lege fiſci, quia intelligo illum text. vel quod iſta verba in donatione exprimantur, vel quod non exprimatur contrarium: ita quod illa verba, ſalua lege fiſci, poſſunt etiam eſſe verba legis, & non donatoris facit quod habetur, *vt l. vnica, Cod. quando non petentur partes.* Et moueor ad hoc dicendum propter *dicta l. ſi domus, §. fin. de legatis primo*, vbi non excipitur ius fiſci, & tamen legatum valet. Nec obſtat ſecundum, quia licet Dominus Nicolaus donator conſtitueret ſe tenere, & poſſidere nomine dictæ Agneſinæ donatariæ, non tamen propter hoc intelligitur interuertiſſe, vel interuertere voluiſſe poſſeſſionem Domini proprietarii, quia cenſetur conſtituiſſe reſpectu ſui iuris emphyteutici tantum,
3 † quia conſtitutum intelligitur ſecundum naturam contractus, cui adiicitur, *l. ſi ſtipulatus, in princip. ff. de vſuris, & l. ſi vno. in princip. ff. locat. cum ibi not. cum ſimilibus.* Et ideo ex his concludo, quod dicta donatio valuit, licet fuerit facta non requiſito Domino. Sed poſito quod dicta donatio non valuiſſet, an Federicus prædictus filius dicti donatoris poſſit opponere contra dictam donatariam, quod illa donatio non valuerit ſine requiſitione & conſenſu Domini. Et an dictus Dominus ad ſupplicationem dictæ Dominæ Agneſinæ poſſit dictum contractum donationis approbare cum iuſtitia, & honeſtate, ac etiam ſine iuſta querimonia partis. Et breuiter concludo quod ſic, quia ſi dicta donatio non valuit demum Domino contradicente, & non fuit nulla ipſo iure, tertius hoc opponens non debet audiri, *vt l. ſecunda, ff. ſi ager vectig. vel emphyteut. penult. cum gloſſ. & per not. per Bartol. in l. 2. ff. de exceptio. rei iudic. & per Bald. in authen. qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Doctor. in l. ſeruum quiſpiam, C. de ſeruis fugiti. & per nota. per gloſſ. & Doctor. in l. indebiti, §. ſed ſi nummi, ff. de condictio. indebit.* Et ſic dictus Federicus non poteſt contrauenire. Sed ſi non valuit à principio ipſo iure, quod eſt verius, quando alienatio eſſet prohibita, *vt eſt caſus cum gloſſ. in l. final. in verbo cadat. Cod. de iure emphyteut. & ibi per Doctor.* Eodem modo dicendum eſt, quod dictus Federicus non poteſt contrauenire, ſed ipſa Domina Agneſina, quæ eſt in poſſeſſione dictæ domus, poteſt opponere ſibi de iure tertii, ſcilicet fiſci quod eſt excluſiuum ipſo iure iuris ipſius Federici agentis, *per l. fin. Cod. rei vendicatio. & per dicta l. ſeruum quiſpiam, cum ibi nota. per gloſſ. & Doctor. Cod. de ſeruis fugit. & per nota. per Bartol. in l. ſecunda, ff. de exceptio. rei iudicat. & in l. loci corpus, §. competit. & ibi per Florian. ff. ſi ſerui. vendi. cum ſimilibus.* Et ideo cum dicta donatio valuerit ipſo iure, vt ſupra dictum eſt, vel etiam ſi non valuit, & deuoluta fuit dicta domus ad principem, nullum ius habet, nec habere poteſt in ea dictus Federicus, nec dictæ donationi contradicere poteſt, quia eſt neceſſe fateri, quod dicta domus eſt dictæ Dominæ Agneſinæ, ſi donatio valuit, vel principis, ſi donatio non valuit. Et ſic Federicus nullum in ea domo ius habet nec aliquod intereſſe. Et propterea Illuſtriſſimus Dux & princeps Dominus Borſius tanquam Dominus proprietarius dictæ, domus poteſt, ſi vult cum iuſtitia & honeſtate & ſine iuſta querimonia dicti Federici confirmare dictam donationem, & omnia in ea contenta prout ſupplicatum eſt, & per dictum Illuſtriſſimum Ducem reſponſum.

Et ita dico, & conſulo vt ſupra ego Barthol. Cæp. de Verona, &c.

CONSIL IX.

SVMMARIA.

1. *Electi per publicam viciniam ad ſummandum vel aptandum aliquod aſſiimũ, an poſſint mandare notario, vt addat aliquod capitulum, &c. per quod minuatur pœna debita.*
2. *Oratione ambigua exiſtente attendenda eſt mens proferentis.*
3. *Falſum non dicitur committi ſine dolo.*
4. *Motus ad aliquid faciendum propter aliquam cauſam non poteſt dici in dolo.*
5. *Error iuris an excuſet aliquo modo.*
6. *Error iuris naturalis neminem excuſat à dolo.*
7. *Actus illicitus qualiter probetur aut per errorem aut per dolum factus.*
8. *Argumentum à nomine eſt bonum.*
9. *Iuſſu iudicis vel ſuperioris aliquid faciens circa officium ſuum non videtur dolo malo facere.*

IN CHRISTI nomine amen, ac inuocata Spiritus ſancti gratia: Viſa accuſatione producta contra dictos Dominicum & Chriſtophorum electos, & contra Cominum notarium, & viſis eorum defenſionibus, & viſa commiſſione data dictis duobus electis, & declaratione

tione facta in publica vicinia, Pro deciſione præſentis conſultationis duo ſunt examinanda, ex quibus apparebit deciſio trium dubiorum ſuper quibus conſilium quæritur.

Primum an dicti Chriſtophorus & Dominicus electi ad ſummandum & aptandum æſtimum potuerint de iure mandare notario ſuo vt adderet vnum capitulum æſtimo magiſtri Franciſci phyſici, ita vt per hoc non poſſit nec debeat de falſo puniri.

Secundum an dictus notarius de falſo teneatur.

1 † Circa primum dicendum eſt breuiter, quod dicti electi potuerint mandare notario, vt adderet dictum capitulum æſtimo magiſtri Franciſci quod probatur.

Primo ex verbis commiſſionis eis datæ per publicam viciniam, nam ordinatum fuit per dictam viciniam, quod per prædictos electos fieri debeant ſummarii & aptari in omnibus prout eſt neceſſarium. Et ſic eſt eis data poteſtas aptandi rationes æſtimi, prout eſt neceſſarium, quod verbum, aptari, ſiue aptandi, ſignificat quod poſſit etiam fieri additio vbi aliquid deficit, & etiam correctio, maxime quia dicit, in omnibus prout eſt neceſſarium, *vt probatur in l. non ſolum. §. qui primipilum.* ibi, quam recte adaptans. *ff. de excuſat. tut. & in l. item veniunt. §. aptanda. ff. de petitione hereditatis.* Et ideo cum in caſu noſtro fuerit neceſſarium addere illud capitulum, tum quia apparet de errore per policias ſiue quinternos æſtimatorum, in quibus æſtimatus erat dictus magiſter Franciſcus in ducentas libras, quibus in dubio videtur eſſe ſtandum tanquam protocollo, quia quando protocollum ſiue imbreuiatura diſcrepat ab inſtrumento inde releuato, ſtandum eſt protocollo ſiue imbreuaturæ, *vt eſt gloſ. notabilis in Auth. de tabe. §. illud. in verbo, protocollum. & not. Barto. in l. Sempronius. ff. de legatis ſecundo*, tamen etiam quia dicta apotheca dicti magiſtri Franciſci cum rebus in ea exiſtentibus, vt in facto proponitur, erat valoris mille ducatorum. Sequitur quod dicti electi habuerunt poteſtatem addendi illud capitulum. quia erat conueniens & neceſſarium ita aptare æſtimum d. Franciſci rationibus prædictis.

Secundo hoc etiam probatur, quia dum eſſet propoſitum in vicinia, quod dicti duo electi fecerant addere dictum capitulum per notarium ſuum, æſtimum dicti magiſtri Franciſci fuit obtentum & declaratum ab omnibus vno tantum excepto, quod dicta electio dictorum duorum ſe extendit ad hoc, vt potuerint addere dictum capitulum, & ſic quod ipſi habuerint libertatem vigore ſuæ commiſſionis addendi dictum capitulum, & quod bene fecerant, & quod illa additio de illo capitulo per dictos duos electos facta æſtimo dicti magiſtri Franciſci fuerit bene facta, & valeat, & teneat, imo etiam deliberauerunt dicti de vicinia ſuſcipere in ſe dictum iudicium expenſis ſuis pro dictis accuſis, ne homines ſui de bono opere dilapidentur. Ex quibus apparet manifeſte quod dicti Chriſtophorus & Dominicus potuerunt addere vel addi facere dictum capitulum vigore ſuæ commiſſionis,
2 † quando interpretatio & declaratio dictæ commiſſionis per viciniam factæ ſpectat ad ipſam viciniam, *vt in l. ambiguu. la 2. ff. de regul. iuris*, vbi ſic dicitur, in ambiguis orationibus maxime eius ſententia exſpectanda eſt, qui eas protulit, *pro hoc l. Neratius, eodem titul. & l. final. C. de legib. & cap. cum veniſſet, extra de iudicijs, & l. ab executore, in princip. & quod ibi notatur per gloſſ. & Doctor. ff. de appellationibus, cum ſimilibus.*

Tertio hoc probatur alia ratione, etiam ſi verum eſſet, quod in dicta commiſſione facta dictis duobus electis non contineretur quod potuiſſent addere dictum capitulum, tamen de falſo non tene-
3 rentur, † quia ad hoc vt quis de falſo teneatur, requiritur dolus, *vt eſt tex. in l. nec exemplum. C. de falſis. & ibi hoc not. gloſſ.* quæ dicit, quod falſum ſine dolo non committitur, *& ibi Doctores.* Sed in caſu noſtro dicti duo electi non fuerunt in dolo, vt ſtatim oſtendam, ergo de falſo non tenentur. Quod au-
4 tem in dolo non fuerint, probatur ſic, † quoties quis mouetur ad aliquid faciendum propter aliquam cauſam ſiue iuſtam, ſiue etiam iniuſtam, non dicitur eſſe in dolo, *vt eſt text. notabilis in l. igitur. §. 1. ibi, & generaliter dicendum eſt, &c. ff. de liberali cauſa. & nota. gloſſ. in l. plagij. 2. in verbo, inſta. in principio, C. ad l. Falc. de plagia. & gloſſ. fin. in principio, in l. 1. in fin. ff. de abigeis.* Sed dicti duo electi moti ſunt ad credendum quod habuerint poteſtatem addendi vel addere faciendi dictum capitulum, & ſic corrigendi dictum æſtimum magiſtri Franciſci propter illud verbum, aptari, poſitum in ſua commiſſione. Et ex eo, quia interuenerunt in policiis, ſiue quinternis æſtimatorum, quod dictus magiſter Franciſcus erat æſtimatus in ducentis libris, & quod conueniebat, poſtea cum æſtimo facto de ſexaginta libris maxime attenta apotheca magiſtri Franciſci cum rebus in ea exiſtentibus, quæ cauſæ fuerunt iuſtæ, & etiam quando fuiſſent iniuſtæ, tamen quia moti ſunt, propter illas cauſas, vt dicunt in defenſionibus ſuis, non dicentur eſſe propter hoc in aliquo dolo, *vt dicta l. igitur. ff. de liberali cauſa.* Et propterea non tenentur de falſo, *vt dicta l. nec exemplum, Cod. de falſis.* nec poteſt eis imputari quod ipſi errauerint in iure, ſi de iure ex dicta commiſſione libertatem addendi non habe-
5 bant † quia licet regulariter iuris error non excuſet, *vt l. ſecunda. & l. error. & l. regula. in princip. ff. de iur. & facti ignor. & l. ſecunda, C. eodem titu. cum ſimilibus.* Tamen vbi de dolo agitur, quælibet ignorantia etiam iuris excuſat, *vt d. l. igitur. §. primo, de liberali cauſa. & nota. gloſſ. in dicta l. plagij. la 2. & gloſſ. final. in d. l. 1. in fin. ff. de abigeis. & in gloſſ. in c. fin. per illum text. in titu. de l. Corradi, in vſib. feud.* Et ſi dicatur, ergo in omni maleficio, in quo requiritur dolus, nunquam aliquis punietur, quia ſemper quis ſe excuſabit, dicendo, quod hoc fecit errando in iure, quod videtur eſſe abſurdum.

Ad hoc reſpondetur ſecundum Angelum *in d. l. plagij.* quod aliquando quis facit illicitum & prohibitum iure naturæ, puta furatur, occidit infert iniuriam, vel ſimilia facit, & tunc iuris ignorantia non excuſat etiam propter militiam, ruſticitatem,
6 vel ſexum, *vt l. venia. & ibi gl. C. de in ius vocand.* † quia

dicitur

dicitur error iuris naturalis, vel quaſi oaturalis, in quo nemo excuſatur, *vt vult ibi gloſſ. & nota. etiam gloſſ. in l. fin. §. licet, ff. de publicanis, & gloſſ. fin. in l. error, & l. regula. in princip. in gloſſ. magna, & in gloſſ. in ver. quibuſdam, ad finem, ff. de iur. & facti ignor. & gloſſ. magna in l. ſi quis in tantam, in ſecunda quaſtio. Cod. vnde vi. & gloſſ. in cap. 1. & cap. cum illorum, ad finem, in verſic. imperitiam, de ſententia excommunicationis*, & iſte non eſt caſus noſter, quia hic non tenetur de errore in iure naturali; vel quaſi; Aliquando quis facit actum illicitum ſolum de iure communi, & tunc aut eſt certum quod errauerit, id eſt, per errorem illud illicitum commiſerit, & tunc excuſatur propter illam talem ignorantiam & erroré, quia licet ignorantia iuris ſit lata culpa, *vt l. late, ff. de verbor. ſignification.* tamen lata culpa non æquiparatur dolo, ex quo dolus requiritur, *vt l. ſi quis id quod, §. dolo, ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. Cornel. ff. ad leg. Corneliam de ſicar.* Et probatur per gloſſ. ordin. *in l. ſi quis in tantam, in octaua quaſtio. prima partis, Cod. vnde vi. Et hoc tenet Angel. in dict. l. plagij, & Bartol. in l. plagij, ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſ. fuer. Et hoc probatur in dicta l. igitur, ff. de libera. cauſa. cum aliis iuribus ſupra ad hoc allegatis.* Aut eſt certum quod non errauit, ſed fuit in dolo, & iſte caſus non haber dubium: aut dubitatur an errauerit, vel non, & tunc in dubio præſumitur fuiſſe in dolo, niſi probet contrarium, videlicet quod ipſe errauerit ſecundum Angelum, *in dicta l. plagij*, qui dicit quod hoc fuit de mente Ia-
7 bi Butr. *per l. 1. C. de ſicariis.* † Sed qualiter probari poterit iſte error, & ſic quod fecerit actum illicitum potius per errorem quam per dolum, cum conſcientia hominis ſoli Deo ſit nota, *vt Inſtit. de action. §. alia, in gloſſ. dicit Angel. in dicta l. plagij.* quod hoc conſtare poterit per ſuum iuramentum purgationis, *vt l. Marcellus, ff. rerum amotarum, & l. præſenti, Cod. de his qui ad Eccleſiam confu. & cap. primo de iur. calumn. coniunctis aliquibus veriſimilibus coniecturis.* Et ideo dico in caſu noſtro, etiam ſi de iure non fuiſſet licitum dictis duobus electis addere, vel addi facere illud capitulum æſtimo magiſtri Franciſci, quod eſt falſum, vt patet ex prædictis: tamen ex quo non conſtat de dolo expreſſo, nec de errore expreſſo, ſed ſumus in dubio, dicendum eſt quod in hoc ſit ſtandum iuramento eorum purgationis, ex quo concurrunt veriſimiles coniecturæ quod potius errauerint, quam in dolo fuerint.

Prima coniectura eſt, quia verba comiſſionis ſuæ non ſunt clara in hoc quod non poſſint addere æſtimis, imo potius ſonant in contrarium, ibi dum dicitur. Et fieri debeant ſummarii & aptari in omnibus, prout eſt neceſſarium, item quia mihi aſſeritur in facti narratione præcedenti, quod huiuſmodi officiales ſolent appellari correctores &
8 ſummarii. † Et ſic ex eo quod appellantur correctores, præſumptio eſt quod habeant poteſtatem corrigendi, quia bonum argumentum eſt à nomine, *vt l. à nullo, & ibi gloſſa & Doctores, Cod. de ſeruis.*

Item quia in policiis & quinternis æſtimatorum erat æſtimatus magiſter Franciſcus in eodem libro & in libro æſtimi ſolum 60. Et ſic veriſimiliter propter iſtam varietatem potuerunt addere, & error interuenerit, per ea quæ dicta ſunt ſupra circa principium, quem errorem voluerunt corrigere.

Item hoc maxime verum videtur quod dicta Apotheca cum rebus in ea exiſtentibus in vnum debebat æſtimari, videlicet in centum quinquaginta libr. & in plus prout in facti narratione affirmatur.

Item quia magiſter Franciſcus recuſauit iurare tempore æſtimi facti propter quod eſt magis contra eum præſumptio, *arg. in l. manifeſte. cum ibi not. ff. de iureiurando.*

Item quia dicti duo electi accuſati non negauerunt ſe feciſſe addere dictum capitulum, imo confeſſi ſunt. Et propterea quod ita confeſſi ſunt, videtur quod in dubio pro eis in meliorem partem ſit interpretandum, quia minus agitur cum ſponte confeſſo, *vt nota gloſſ. 5. quæſtio. 1. in ſumma. & gloſſ. 2. quæſtio. 1. in primis & gloſſ. in cap. de hoc. extra de ſimonia.* Ex quibus omnibus coniecturis præſumi debet in dubio in caſu quo vere non habuiſſent dicti duo electi libertatem addendi, quod illam additionem fecerint potius per errorem, credentes ſe hoc poſſe facere, quam per dolum. Et propterea de falſo, in quo dolus requiritur, vt dixi, nullo modo teneretur.

Ex his itaque omnibus concluditur circa primum dubium, quod dicti duo electi potuerunt mandare notario ſuo quod adderet vnum capitulum æſtimo magiſtri Franciſci, & etiam ſi de iure, hoc non potuiſſent, de falſo non tenentur, ipſis iurantibus, quod doloſe hoc addere non fecerunt, ſed quia credebant ſe hoc poſſe facere vigore ſuæ commiſſionis.

9 † Circa ſecundum, an dictus notarius de falſo teneatur & puniri poſſit. Et circa iſtud non expedit inſiſtere, quia eius deciſio patet ex his quæ dixi in præcedenti dubio.

Nam ſi dicti duo electi, qui mandauerunt dicto notario ſuo, vt adderet dictum capitulum æſtimo magiſtri Franciſci, habuerunt iſtam poteſtatem & libertatem, vt dixi ſupra, non eſt dubium quod etiam ipſe notarius potuerit addere illud capitulum vigore dicti mandati. Et iſtud non habet dubitationem: ſed ſi duo electi non habuiſſent dictam poteſtatem mandandi vigore ſuæ commiſſionis, & crediſſent habere hanc poteſtatem, adhuc notarius non teneretur, quia illæ rationes, quæ induxerunt illos duos electos ad credendum quod poſſent mandare) vt adderet vnum capitulum, potuerunt etiam notarium inducere, quia eſt eadem ratio in vtroque.

Et ita ſicut ipſi duo electi non tenerentur, vt ſupra dixi, ita nec notarius. Sed dico plus etiamſi dicti duo electi non habuiſſent poteſtatem mandandi, nec etiam aliquam iuſtam cauſam, ita quod fuiſſent in culpa, vel in dolo in mandando notario ſuo facere addi illud capitulum, tamen adhuc ipſe notarius ſuus qui addidit illud capitulum, de falſo non teneretur, & quod fecit de mandato illorum duorum electorum, quorum erat notarius

quia

quia qui iuſſu iudicis vel ſuperioris aliquid facit circa officium ſuum, noo videtur dolo malo facere, quia nunc habet parere, *vt eſt caſus in l. non videtur. §. qui iuſſu, & ibi gloſſ. ff. de regulis iuris, in ſexto, cum ſimil.* Niſi probaretur quod io dolo fuerit, quod in dubio non præſumitur, *vt l. quoties. §. qui dolo. ff. de probationibus.* Ad eum enim notarium non ſpectabat intelligere, ſi ea quę mandabantur per dictos electos ſuos ſuperiores circa officium eorum, ſcilicet æſtimi mandari poterant, quia in dubio eis obedire tenebatur vt dictis iuribus. Et propterea in dubio in dolo aliquo non præſumitur, & de falſo non tenetur, nec condemnari poteſt, imo ipſe & prædicti duo electi abſolui debent à prædictis coodemnationibus de falſo.

Et ita dico & conſulo, vt ſupra, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona I.V.D. legens Paduæ ordinariam deſero iuris ciuilis, &c.

CONSIL. X.

SVMMARIA.

1 *Vendere plus ad terminum, quam pro pecunia præſentia, an ſit peccatum.*
2 *In venditionibus an ſit conſiderandum interuſurium medij temporis.*
3 *Res an tantum dicatur valere, quantum vendi poſſit.*
4 *Contrahentibus an ſit licitum de iure ciuili, ſe decipere.*
5 *Mercator an poſſit decipi.*
6 *Soluere vſuras pro dilatione temporis ad ſoluendum conceſſa, an ſit licitum.*
7 *Venditio valida tria requirit.*
8 *Mercator ſine mendacio & periurio eſſe non poteſt.*
9 *Vendere merces ad terminum maiori pretio, quam pro pecunia præſenti, an ſit vſura. & nu. 12*
10 *Contractus venditionum pro maiori pretio ad terminum, quam pro pecunia, an ſint de iure canonico liciti.*
11 *Vendere tempus eſt vſura.*
13 *Vſura qualiter, & in quibus committi dicatur.*
14 *In venditionibus plura ſunt conſideranda.*
15 *Vendere volens ſtatim rem ſuam communi pretio, ſi propter prorogationem temporis carius vendiderit, vſurarius eſt.*
16 *Vbi ſolutio ex conuentione differtur non poteſt paciſci de intereſſe interim ſoluendo.*
17 *Vſura an in modico committatur.*
18 *In mutuo prohibitum eſt etiam capere vnum pro centenario.*
19 *Scripta exempli cauſa non ſunt reſtringenda.*
20 *Vendere plus ad terminum, quam pro pecunia, an ſit de iure diuino prohibitum.*
21 *Ignorantia qualibet etiam iniuſta excuſat à dolo.*

IN CHRISTI nomine, Ac ſanctæ & iodiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, glorioſæq; Virginis Mariæ, ac beatorum Proſdocimi & Inſtituti patronorum noſtrorum, ac totius curiæ cœleſtis.

Factum, ſuper quo conſilium petitur, à ſacro vtriuſque Iur. Doctorum collegio Paduæ eſt huiuſmodi: Quidam teſtator dominus Stephanus de Binexia nobilis ciuis Raguſeus volens deonerare cõſcientiam ſuam in certis contractibus, quos ipſe Stephanus mercator celebrauit, in teſtamento ſuo ita voluit & diſpoſuit, vt per noſtrum collegium decidatur, ao tales contractus facti per eum fuerint liciti, vel noo, qui quidem in bis verbis teſtatoris formaliter de teſtamento ſumptis in bac forma præciſe habent. *Et perche molti anni in vita mia ho fatto merchantia, è nouamente per tutta Schiauonia, & per Boſſina & per molte parti per ſtranij, è diuerſi tempi, è parecchij panni ho venduto in credenza a termine de vno anno, & à termine de meſi 10. & à termine de meſi 8. & à termine de meſi 6. & de meſi 4. quantità de eſſi panni a ducati 18. è parte di eſſi à ducati 17. è parte di eſſi à ducati 16. è mezo in ducati 16. lo panno, ma voluendo tardare vn bon pezo de tempo vendeua ſchanezando li panni à dinari contati per ducati 18. la peza, in ducati 17. è mezo, el mancho ducati 17. Per la qual coſa io non ſon certo ne chiaro ſe me è licito coſi fatto traffigo, pero voglio, è ordino che li miei epitropi mandano al collegio de Padua, che habbi a ſchiarire queſti coſi fatti traffigi ſel determina che è licito coſi fatto traffigo, ſia bene, in caſo che non determina che ſia licito, voglio è ordino che ſi dia alli merchadanti, con li quali ho traffegato li detti panni in credenza à ducati 1. ouero ducato mezo per panno è queſto ſe dia dare in tutto ducati 400. d'oro &c.*

Nos itaque doctores V.I. ſacri collegii Puduani viſa dicta facti narraoone, ſuper qua noſtrum conſilium petitur ea diligenter inſpecta & examinata omnibusque mature coosideratis, quæ ad prædictę conſultationis deciſionem conferre videbantur, quia teſtator quærit declarari, an dicti cootractus ſint liciti. Pro veritatis inueſtigaoone atque declaratione tria dubia principalia prius examinanda eſſe putauimus.

Primum, an dicti contractus venditionum ſint liciti de iure ciuili.

Secundum, an ſint licio de iure canonico, ita quod in foro Eccleſiaſtico contenooſo poſſent buiuſmodi veoditores cogi ad reſtitutionem illius pluris.

Tertium eſt, ſi de iure diuino in foro conſcientiæ ſiue animæ ſint liciti, &c.

1 † In primo dubitationis articulo, an ſcilicet dicti contractus de iure ciuili ſint liciti.

Et primo videtur quod ſic. Nam ille qui tardius ſoluit, minus ſoluit, *vt Inſti. de actioni. §. plus. verſi. tempore & l. ſi cui. §. minus. ff. de verb. ſign. & in c. vnico. extra de plus pe. & l. ſi prætor in diem. §. fin. in fin. ff. de in diem adiectio. per quem text. dixit Bartol. in l. à diuo Pio. §. ſed & ſi emptor. ff. de re iudic.* quod vendere rem non præſeno pecunia, ſed ſoluendo ad tempus, eſt rem vendere minori pretio. Et ſic videtur, quod licet plus vendat, ad terminum, tamen propter terminum non reputatur plus habita ratione quod minus dicitur veodere reſpectu pretii conſtituti.

2 † Secundo, quia in venditionibus habetur ratio intereſſe, propter ioteruſurium medii temporis, *vt l. curabit. C. de actio. emptio. & in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol. mat. & in l. ſocium qui in eo, in princip. ff. pro ſocio.*

ſocio. & in dictis iur. not. & not. per gloſſ. 14. q. 4. c. quoniam multi & per gl. in l. cunctos populos in ver. Apoſtolica, in fin. C. de ſum. Trin. & fide Catholica. Nam poſſibile & veriſimile videtur, quod ſi iſte mercator quando vendidit pannos ad terminum, ſi habuiſſet in continenti pecuniam, de ea emiſſet interim alios pannos, & de eis lucratus fuiſſet, quod in dubio præſumitur, *vt probatur in l. actionum genera. ibi, quoties quis lucri cauſa cum aliquo contrahit veluti emendo vendendo, ff. de act. & oblig. & in l. copiæ, ff. pro ſocio, & c. p. ſtoralis, extra de decimis.*

3 † Tertio, quia res tantum valet, quantum vendi poteſt communiter, *vt l. ſi ſeruus furtiuus, in princ. ff. de condict. furti. & l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Treb. & not. gloſſ. in terminis noſtræ quæſtionis. in c. in ciuitate in verbo non valeret extra de vſuris.*

4 † Quarto qui naturaliter conceſſum eſt, quod pluris eſt minoris vendere, & quod minoris eſt pluris vendere. Et ſic licitum eſt contrahentibus de iure ciuili ſe decipere in pretio, *l. & cauſa, §. pen. ff. de minorib. & l. item ſi in pretio. §. quemadmodum, ff. loca.* dummodo non contingit dimidiam iuſti pretii, *l. 2. C. de reſcind. vend.* Sed in caſu noſtro, ſi eſt deceptio iſta in pretio, quæ non eſt dimidia iſti pretii, ergo videtur quod iſti contractus ſint liciti de iure ciuili.

5 Quinto, † quia dici poteſt quod nulla poſſit eſſe deceptio etiam in pretio, ſi emptores ſciebant verum valorem pannorum, quod in dubio præſumitur, ſi empti ſunt à mercatoribus pannorum; quoniam credendum eſt, quod exercétes mercantiam, ſeu aliquam artem, illam intelligant, *arg. l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. & l. 1. in prin. ff. de ven. inſpi. cum ſim.* Volenti enim & ſcienti non fit deceptio, neque iniuria, *l. cum donationis, C. de tranſact. & l. 1. in fin. ff. de actio. empt. & l. 1. §. ſi intelligatur, & l. quæritur, §. fin. ff. de ædil. edict. cum ſim.*.

6 Sexto † & vltimo de hoc videtur eſſe caſus ſecundum primum intellectum, *gl. in l. fraudem, §. in fiſcalibus, ff. de iure fiſci.* vbi dicitur quod eſt licitum ſoluere vſuras pro dilatione temporis ad ſoluendum conceſſa. Sed in contrarium videtur, quod imo etiam de iure ciuili non ſint liciti huiuſmodi contra-
7 ctus, † nam ad hoc vt valeat venditio, requiritur quod ſaltem iſta tria interueniant, res, pretium, & conſenſus, *vt l. nec emptio. & l. in vendit. ff. de contrahen. empt. coniuncto §. pretium, Inſtit. eod. tit.* Et vbi deficit vnum de iſtis, puta res, non valet venditio, *vt d. l. nec emptio.* Sed in iſtis venditionibus pannorũ quatenus plus venditur reſpectu termini, ibi non eſt res, ſed tempus quo venditur, ergo videtur quod venditio non valeat.

8 Secundo † hoc probari poteſt ita, mercatores communiter quando vendunt merces ſuas, vtuntur mendaciis & periurio, vt inducant homines ad emendum pro pretio maiori, *vt probatur in c. eiiciens, circa prin. 88. diſt.* vbi dicit beatus Chryſo. ſuper Matthæum, quod mercator ſine mendacio & periurio eſſe non poteſt, & probatur *in c. ſeq. & ſeq.* vbi dicit Caſſiodorus, quod mercatores per immoderatum pecuniæ ambitum polluũtur, merces ſuas periuriis onerando magis, quam pretiis; ſi ſic eſt, ergo ſi dictus teſtator mercator vendidit plus ad terminum, quam feciſſet præſenti pecunia: Eſt præſumptio quod ementes mendaciis induxerit ad emendum pro illo pluri, puta dicendo, quod erant illius veri pretii, quo caſu dolus dicetur ineſſe. Et per conſequens etiam de iure ciuili purgari deberet, *vt l. Iul. §. ſi venditor. & §. per contrarium, & §. idem Iul. ff. de actio. emptio. & not. gloſſ. notabilis in d. l. item ſi in pretio, §. quemadmodum, in gloſſ. fin. ante fin. ff. loca. & idem not. gl. in l. in cauſa, §. pen. in ver. licere, in fin. ff. de minor. & in l. in contractibus, C. ex quibus cau. maior. & in c. cum dilecti in glo. fin. in verſ. deceptione, extra de vend. & empt.* Et hoc procedit, etiam ſi emptor eſſet ſciens, *vt eſt glo. valde notabilis in d. l. item ſi in pretio, §. fin. in gloſſ. fin. in fin. ff. locat.*

9 Tertio hoc videtur probari alia ratione. † Nam vendere merces ad terminum maiori pretio, quam pro pecunia præſenti eſt vſura, *vt habetur in c. in ciuitate, & in c. conſuluit. & ibi gloſſ. in verbo male agere, extra de vſur.* & plenius dicetur in duobus proximis dubiis. Sed hodie etiam de iure ciuili vſuræ ſunt prohibitæ, *vt nota. in l. cunctos populos. C. de ſumma. Trinit. & fide Catholica, & in authen. ad hæc. C. de vſur.* ergo etiam de iure ciuili tales contractus videntur eſſe illiciti.

Pro veritate autem huius dubii ſic breuiter eſt diſtinguendum. Aut deceptio in pretio eſt in dimidia iuſti pretii, & tunc contractus iſti eſſent illiciti de iure ciuili, *vt l. 2. C. de reſcinden. vedit.* Sed iſte non eſt caſus noſter quia fuit ſolum deceptio circa octauam partem pretii. Aut non eſt in dimidia deceptio in pretio, & tunc aut venditor induxit emptores ad emendum pro illo pluri mendaciis, vel periuriis, vel aliter doloſè, & tunc ſunt etiam illiciti, vt dictum eſt in ſecundo argument. ſecundæ partis, aut non induxit aliquo dolo emptores ad emendum pluri, & tunc de iure ciuili eſſent contractus liciti. *per d. l. in cauſa, §. pen. & per d. l. item ſi in pretio, §. quemadmodum*, niſi in quantum eſſet vſura, quia tunc etiam dicerentur illiciti de iure ciuili per prædicta, an autem ſit vſura, & quando, dicetur in ſequenti dubio.

10 In ſecundo † dubitationis articulo an dicti contractus venditionum ſint illiciti de iure canonico, ita vt in foro contentioſo Eccleſiaſtico huiuſmodi venditores cogi poſſint ad reſtitutionem illius pluris. Et videtur dicendum quod ſic per text. *in c. in ciuitate, & in cap. conſuluit, extra de vſuris*, vbi videbitur eſſe caſus in terminis quæſtionis noſtræ. Nam dicitur, *in d. c. in ciuit.* quod qui comparant merces, quæ non valent vltra quinque libras, & vendunt ſex libris ſtatuto termino ſolutionis, peccatum incurrunt, niſi dubium ſit merces illas pluris ſolutionis tempore valituras.

Item probatur, *in c. fin. §. fin. eod. tit. & in d. c. conſuluit.* dicitur, quod negotiator quia merces ſuas longe maiori pretio diſtrahit ſi ad ſolutionem faciendam prolixi temporis dilatio prorogetur, quam ſi ei in cõtinenti pretium perſoluatur, iudicandus eſt male agere. Vnde cum hæ deciſiones ſint de iure canonico, ergo videtur quod per ius canonicum iſti contractus ſint prohibiti, & ſic illiciti.

Secundo hoc videtur probari, *14. quæſt. 4. c. ſi quis oblitus*, ibi, aliqua incrementa ſuſceperit, *& not. gl. ea, quæſt. c. quoniam multi.*

11 Tertio † hoc probatur ratione ſic, vbicunque venditur tempus, ibi eſt vſura, quia recipitur ſuperabundantia rei quæ venditur, *vt probatur in d. cap. conſuluit extra de vſuris.* Sed dictus teſtator vendidit plus ad terminum quam vendidiſſet pecunia præſenti, vt in facti narratione præſupponitur; ergo videtur vendidiſſe tempus, & ſic ſuperabundantiam habuiſſe, & ſic per conſequens vſuram commiſiſſe.

12 † Quarto hoc tenuit expreſſe, *gloſſ. Io. Teutonici. 14. quæſt. 4. in cap. quinque*, quæ dicit, quod ſi quis vendit merces ad terminum longe cariori foro quam non valeant, tunc eſt vſura, & allegat, *dictum cap. conſuluit. Et idem tenet ibi Innocen. in fin.* qui videtur velle, quod etiam in foro contentioſo de iure canonico dicti contractus poſſint dici illiciti, quia dicit, quod ſi poſſet agi condictione ex illo canone, tales vendentes poſſent cogi in foro Eccleſiaſtico contentioſo illud plus reſtituere. Non tamen decidit expreſſe, ſi poteſt agi ex illo canone. Sed in contrarium, quod tales contractus non ſint illiciti de iure canonico, ita vt in foro Eccleſiaſtico poſſint huiuſmodi venditiones cogi ad reſtituendum illud plus quo merces venduntur ad terminum, probatur ſic. Nam licet iſti venditores ad terminum pro pluri quam pro pecunia præſenti dicuntur male agere in foro animæ. Tamen ex forma contractus non poteſt dici vſura, *vt eſt text. in d. cap. in ciuitate, extra de vſuris*, vbi videtur eſſe deciſio huius quæſtionis.

Secundò probatur *per gloſſ. fin. in d. c. conſuluit*, quæ hoc tenet expreſſe dicens, quod in iudicio animæ quo ad Deum iſti male agere iudicandi ſunt, ſed non ſunt compellendi vt recepta reſtituatur. Nec tanquam vſurarii puniendi.

Tertio hoc probatur ratione. Nam vſura dicitur, vbi amplius requiritur quam quod datur, vt determinatum fuit in concilio Agathenſi, *& habetur, 14. quæſt. 3. capit. vſura.* Sed mercator noſter non requiſiuit amplius quam dederit. Sed tantum ſoluendo. Nam pannos ſuos æſtimauit. 18. ducatis pro peria, & pro tanto vendidit, vnde non terminum ſeu tempus, ſed pannos pro eo pretio vendidiſſe dicitur, & ſic recipiendo pretium octodecim ducatorum pro petita non videtur pluſquam dederit exegiſſe.

Quarto hoc videtur probari, *per tex. notabilem. 88. diſtin. in capit. quoniam non cognoui*, vbi dicitur, quod mercator vendens poteſt dicere empturi, *tanto emi, ſed tanto vendam, ſi placet eme.* Et ſunt vrba beati Auguſtini, per quæ patet, quod ſi mercator non dicit mendacia, ſed veritatem pro quando emerit, poteſt pluris vendere, nec tenetur ad reſtitutionem pluris emptori. Et ideo ſi mercator noſter dixiſſet emptoribus vendendo ſine mendacio, *Ego emi pro tanto, ſi vultis emere ad terminum volo vendere pro tanto*, quod eſſet licitum, & non vſura.

Quiuto hoc etiam probari poteſt ſic, quando dubitatur ſi tempore ſolutionis fiendæ panni vendiri ſunt futuri maioris pretii, poteſt quis ei vendere ad terminum longiori pretio, quam pro pecunia præſenti, quando non eſſet tunc venditurus, *vt in c. nauiganti, §. final. extra de vſuris, & ibi per omnes Doctores. & nota. gloſſ. 14. quæſt. 4. cap. quicunque*, ſed poſſibile erat, quod tunc non fuiſſet venditurus pro minori pretio, & quod pretia variarentur pro tempore. Et maxime, cum iſte mercator de quo agitur, venderet iſtos pannos in diuerſis & variis locis, *vt l. ideo. ff. de eo quod certo loco, coniuncta l. pretia rerum. & quod ibi nota. ff. ad l. Falc.* ergo ratione huius dubii videtur quod iſti contractus ſint liciti.

Sexto alia ratione videtur, quod non ſint illiciti contractus nec vſura. Nam vt dicit teſtator in ſuo teſtamento, ſi voluiſſet per bonum ſpatium temporis differre & vendere pannos ad minutum, eos ſcauezando ſeu reſcindendo vendidiſſet ad denarios contatos petiam panni pro octodecim ducatis, aut ſeptendecim cum dimidio, aut ſaltem ſeptendecim ducatis: ergo ſi illo modo vendere voluiſſet, vendidiſſet cum pecunia præſenti, quæ vendidit ad terminum, *argum. eorum quæ ponuntur per Doctores de pannis male grauatis, in capitulo finali, extra de vſuris.*

Septimo quia dilatio temporis videtur facere, quo maior quantitas cenſeatur minor, *vt in capit. vnico, extra de plus petitio, vt dictum eſt in præcedenti dubio, in princip.* Vnde multi vellent potius hodie habere centum, quam vſque ad annum centum & decem, maxime mercatores, qui non tenent pecuniam otioſam, *facit l. cum hi, in princip. & quod ibi not. ff. de tranſaction.* Et pro hoc ad idem facit quod nota. Cardin. Zab. *in clem. prima, in §. ſanè, in 8. quæſtio, de vſuris*, vbi dicit ſecundum Laudemium quod cauſa damni poteſt aliquid vltra ſortem recipi, vt ſi tenearis in paſcha ſoluere centum cum quibus volebam ire ad nundinas empturus merces, ſi diſtuliſti ſoluere, & ex hoc ſum damnificatus, potero petere quod vltra ſortem reſtituas damnum, maxime in contractibus bonæ fidei, quia non petitur tanquam vſura, ſed tanquam intereſſe non iure actionis, ſed officio iudicis vt reddatur indemnis, *per l. ſocium qui in eo, ff. pro ſocio, & capitulo peruenit, de fideiuſſor. & per notata, 12. quæſt. 2. capit. ſi quis de clericis, & ita ſunt verba gloſſa, licet Archi. eam non alleget, decimaquarta, quæſt. 4. capit. quoniam multi.* Et hoc dicit, quando erat mercator qui cum pecuniis conſueuit negotiari, ſicut erat teſtator noſter, alias ſecus per notata per Cynum *in authentica ad hoc, in tertia quæſtione, C. de vſuris.*

13 Octauo † & vltimo pro hac parte facit, *quod notat. Bald. in Rubric. C. de vſuris, in verſ. ſecundo quæritur*, vbi in hac quæſtione noſtra diſtinguit, aut res quæ venditur, conſiſtit in pondere, numero, vel menſura, & tunc contractus eſt vſurarius, quia in his proprie committitur vſura, & ita procedit textus, *in d. capit. in ciuitate*, qui in his terminis proprie loquitur: Aut venditur domus, vel fundus, & tunc ſecus, præſertim cum emptor interim percipiat vtilitatem, *vt l. curabit, C. de action. empt. facit quod not. Bar. in l. Iul. §. idem Papi. ff. de act. emp.* Sed prædicti panni non conſiſtũt in pondere, numero, vel menſura,

cum

eum non ſint venditi ad minotum eum menſura. vt ſupra dicitur, ergo, &c.

14 † Pro deciſione autem huius ſecundi dobii, quia vnica concluſione decidi non poteſt, nec abſolute reſponderi, ſicut alibi dicit Scæuola *in l. Mania. §. 1. ff. de an. legat.* Et pro concordia prædictorum ſic dicimus eſſe diſtinguendum per tres caſus principales. Aut enim conſtat, quod venditor pannorum ad terminum oon erat venditurus niſi tempore termini. Aut conſtat quod erat venditurus in continenti, vel quandocunqtte poſſet: aor ſumus in dubio. Primo caſu principali, quando conſtat quod venditor nolebat vendere pannos tunc, ſed volebat ſeruare & vendere tempore termini ſolutionis faciendæ. Et tunc licitum eſt vendere pro pluti ad terminum quam venderetur pecunia præſenti iſtis concurrentibus, ſcilicet qood ſit dubium an tempore termini & ſolutionis faciendæ ſit eius pretii, quo venditur, *vt in cap. nauiganti. §. fin. extra de vſuris, & notat. gloſſ. 14. quæſtione 4. capit. quicunque.*

Item quod non vendatur multo maiori pretio, *vt not. gloſſ. 14. quæſt. 4. cap. quicunque.*

Item quod in hoc couſiderentur periculum, labores, expenſæ quæ poſſent interim occurrere in dictis mercibus ſi retinerentur ad vendendum vſque ad dictum terminum, *vt not. Innocen. & Doctores in dicto cap. nauiganti.* alias iſtis non concurrentibus eſſet vſura, *vt ibi notatur.* Et iſte non eſt caſus noſter, quia non conſtat, quod dictus mercator quando vendebat pannos ad terminum, quod tunc voluerit eos vendere, ſed reſeruare ad tempus termini ſolutionis faciendæ. Nec ex teſtameuto mercatoris ipſius hoc eoostat.

Secundo caſu principali, quando conſtat quod erat venditurus in continenti, vel poſtea quandocunqoe poſſet, & tunc ſubdiſtinguendum eſt: Aut volebat vendere. Et ita vendebat pro eodem pretio pro pecunia præſenti, ſicut ad terminum, licet vltra precium commone, & tunc dicendum eſt quod iſti contractus non ſint vſurarii, & eſt ratio, qoia tunc tempus vendere non intendit, ſed rem quam pro tanto æſtimat ita pecunia præſenti, ſicut ad terminum, licet plus inſto pretio æſtimet, & ſic ſe ipſa decipiat emptorem. Et hoc ſentit Innocen *in capit. in ciuitate. in gloſſ. ſecunda, verſi. nl. promittunt.* dum ibi ſubaudit non decepti, alias enim dicit ipſe, ſi decepti eſſent, cum liceat contrahentibus ſe inuicem decipere, non eſſet peccatum, *per l. ſi volnntate. C. de reſcindenda venditione.* Non tangendo tamen dimidiam ioſti pretii, *vt l. ſecunda, eodem titul.* Aut venditor faciebat differentiam inter venditionem factam pecunia præſenti, & venditionem factam ad terminum, quia pluris vendere volebat ad terminum quam pro pecunia præſenti. Et tunc aut ad terminum eſt iuſtum pretium, quia tantum venditori conſtitit, & pecunia præſens eſt iniuſtum pretium, quia viliori pretio venditur, vel penuria pecuniæ, vel quia emptores ſic inter ſe conuenerunt non emere pecunia præſenti niſi pro pretio viliori. Ex iſto caſu ex parte venditoris oullum eſſet peccatum neque vſura, licet plus vendat ad terminum quam pro pecunia præſenti, quia ſatis eſt quando vendit ad terminum, quod vendit pro iuſto pretio. Et ſi vult ad denarios contatos vendere viliori pretio quam ſit iuſtum pretium, iſtud ſibi habet imputare. Nec obſtat ſi dicatur, imo verum pretium & iuſtum eſt illud, quod haberi poteſt, quia res tantum valet quantum vendi poteſt, *vt l. prima. §. ſi hæres. ff. ad Trebellianum cum ſimilibus.* quia reſpondetur, quod illa regula procedit ſi pro tanto vendi permittatur quantum in veritate valet. Et ita determinat dominus Laurentius de Rodulphis *in ſuo tractatu de vſuris, in tertia parte. in ſecunda quæſtione.* Aut pretium præſentis pecuniæ eſt iuſtum & commune. Sed pretiom ad terminum eſt vltra commune pretium, & iſte eſt caſus noſter, *vt patet ex ſuprascripta narratione facti.* Et hoc caſo ſecundum omnes eſt contractus illicitus, vt eſt caſus qui ita debet intelligi *in dicto capit. in ciuitate. & in capit. conſuluit, extra de vſuris. & in capit. nauiganti, §. fina. à contrario ſenſu. Et ita tenent ibi gloſſ. & Doctores, & idem tenet gloſſ. 14. quæſtione 4. capit. quicunque. Et ideo dicit Innocen. in dicto capit. in ciuitate. in gloſſ. in*

15 *verbo. ex forma. tertia* † quod ſi quis volebat ſtatim vendere communi pretio, & propter prorogationem temporis vendidit carius, intentione vſurarius eſt *per dictum capit. in ciuitate. & per capitulum conſuluit. & capit. final. eodem titulo.* Et ita eſt veritas: Nec eſt diſtinguendum, an ſint res quæ conſiſtant in pondere, numero, vel menſura. Aut non, ſicut dixit *Bald. in Rubrica. C. de vſuris.* quia iſtud qood ſit vſura, cauſatur, quia tempus videtur vendi, vt ſupra dictum eſt, quæ ratio militat in omnibus rebus.

Item quia poſſet eſſe, quod non eſſet intereſſe fructuum iu re immobili, puta ſi fuiſſet vendita poſt recollectionem fructuum.

Item quia etiam *dicto capit. in ciuitate. & capit. conſuluit.* non patiootur iſtam diſtinctionem, quia loquuntur de mercibus & in genere, & de negotiatore, &c. Et illam diſtinctionem Bald. improbat Salic. *in authentica ad hæc. Cod. de vſuris. & Dominus Laurentius de Rodulphis in ſuo tractatu de vſuris, in ſecunda parte. in quarta oppoſitione, & bene.* Nec obſtat qood dictum eſt in præcedenti dubio, quod debet haberi conſideratio interuſurii medii temporis, & lucri ceſſantis, & damni propter dilationem factam, maxime inter mercatores, *per l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol. matr. & l. curabit. C. de act. emp. cum ſimilibus.* Nec illud quod dicit Card. Zab. ſecuodom Laud. *in clemen 1. §. ſane. de vſuris.* qoia illud procedit, quando debitor fuiſſet in mora, in qoo caſu loquitur Cardin. qui loquitur de illo qui promiſit ſoluere in paſcha, & diſtulit ſoluere, & ſic fuit in mora. *Et ita vult gloſſ. cuius verba refert Card. 14. quæſtio. 4 cap. quoniam multi.* Sed hic emptores ad terminum non ſunt io mora, ex quo habent terminum de voluntate venditoris, *iuxta notat. in l. lecta. ff. ſi certum petatur, & l. ſi pupillus, ff. de verborum obligationibus. Et pro hoc adducitur, quod ſcribit Antonius de Butrio in cap.*

16 *ſalubriter, extra de vſuris.* † vbi dicit, quod quando ex conueotione differtur ſolutio, nō poteſt paciſci de intereſſe interim ſoluendo, quia eſſet vſura, etiam

vbi eſſet dos genero promiſſa ad certum tempus, quia eſſet pretium dilatatum non intereſſe, ex quo nulla mora eſt.

Tertio caſu principali, quando ſumus in dubio, ſi venditor qui vendidit ad terminum, volebat vendere tunc in continenti, ſiue poſtea quandocunque eſſet. An vero non erat venditurus niſi tempore termini ſolutionis faciendæ. Et in dubio eſt præſumendum quod velit illud quod facit, ſcilicet vendere, non autem exſpectare aliud tempus ad vendendum, *argumento l. ſed Iul. §. ſed ſi ab initio, ff. ad Macedo. coniuncta l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. legat.* & maxime in caſu noſtro, ex quo teſtator in teſtamento ſuo non aperit, quod fuiſſet venditurus in continenti, vnde non eſt præſumendum quod aliter voluerit quam ipſe fecerit per prædicta. Et ideo in hoc tertio caſu dicendum eſt, *vt in proximo caſu præcedenti.* Sed hic inſurgunt duæ dubitationes circa prædicta.

Prima eſt, *an dictum capit. in ciuitate, & capit. conſuluit*, quæ dicunt venditorem, qui carius vendit ad terminum quam pecunia præſenti, male agere, & peccatum incurrere, habent locum quocunque pretio & paruo pluri vendatur, an vero requiratur quod longe maiori pretio, etiam videtur quod non ſufficiat modicum pretium plus per textum *in dicto capit. conſuluit*, ibi, *longe maiori pretio diſtrahit.* Et hoc videtur tenere Dominus Laurentius de Rodulphis, *in ſuo tractatu de vſuris, in ſecunda parte, in quarta oppoſitione, in fine*, vbi dicit, quando venditur fundus ad terminum, & quantitas, quam quis petit ratione dilationis, poſſet eſſe tanta & in tantum excedens fructus, quod de facili fraudulenta videretur venditio, media ergo via ſecundum eum eligenda eſt, *facit ad hoc Inſtitut. quibus ex cauſis manu non licet, § fin. & quod not. gloſſ. in cap. 1. in verſ. ſupra modum in fin. extra de offic. cuſto.*

Item hoc etiam videtur tenere Salicetus, *in l. ea pactione. C. de vſuris*, vbi format quæſtionem: An ſit licitum in foro conſcientiæ emere fructus vel reditus alicuius prædii ad vitam, & dicit quod ſi conſideratis fructibus in æſtate plus eſſet in fructibus, conſideranda eſt illa quantitas, quia de modico pluri non eſt curandum, quia tunc valeret. Et propterea Bald. forte hoc ſentiens in Rubric. C. *de vſuris, verſic. 2. pone*, poſuit exemplum, quando quis vendidit rem valentem decem pro 15. ſoluendis vſque ad annum.

In contrarium: videtur, quod ſufficit etiam ſi illud plus non ſit multo plus, *vt probatur in dicto capit. in ciuitate, in princip.* vbi loquitur, quando quis vendidit merces pro ſex libris, quæ non valebant vltra quinque libras, & habet locum textus, vbi dicitur hoc eſſe peccatum. Et tamen vbi eſt plus niſi pro ſexta parte. Et *tamen eſt gloſſ. 14. quæſt. 4. cap. quicunque.* Et licet poſſit ad illum textum reſponderi quod ſexta pars dicitur non modica pars, *per l. vnde ſi, verſic.* ne ſecundum verum intellectum eſſet pro ſocio: tamen iſta pars eſt vera, ſcilicet quod non requiratur quod ſit multo plus, quod ſic probatur, ratio, quare eſt prohibitum vendere rem maiori pretio ad terminum quam pro pecunia præſenti, eſt, quia videtur vendi tempus pro pluri, & non res. Sed iſta ratio ita habet locum in modico pluri, ſicut in multo pluri, ergo.

Item hoc etiam probatur ſic, iſti contractus reputantur vſurarii, ſaltem quo ad Deum, *vt nota. gloſſ. in cap. conſuluit, extra de vſuris, & infra dicetur*, ergo
17 ſunt prohibiti etiam pro modico pluri: † quia vſura etiam in modico committitur, ſicut ſi darentur etiam poma vltra ſortem, *vt eſt text. notabilis cum gloſſ. 14. quæſt. 4. c. plerique.*

Item probatur alia ratione, quando pretium eſt taxatum à lege, illud eſt verum & iuſtum pretium, nec licet vltra aliquid accipere, etiam modicum, quia lex etſi dura ſit, ſeruanda eſt, *l. proſpexit, ff. qui & a quibus*, Et eſt ratio rationis, quia vbi lex figit pedes ſuos, non licet vltra tranſgredi, *vt nota. gloſſ. pen. in l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio, facit capit. defleat, extra de reg. iuris.*

Item pro hoc, qui ad hoc vt competat beneficium, *l. 2. C. de reſcind. vend.* ſufficit quod læſio ſit vltra dimidiam iuſti pretii, etiam in vno nummo tantum, quia illa, *l. 2. ſic figit pedes ſuos, per gloſſ. in dicta l. 2. in 12. colum. & gloſſ. in cap. cum cauſa, de empt. & vend. Et Petrus de Anch. in reper. in cap. canonum ſtatuta, in 2. colum. in fin. extra de conſtit.* Sic in propoſito eſt à lege limitatum pretium reſpectu rei venditæ, videlicet vt non vendatur reſpectu habito ad ipſius ſed ad valorem rei, vnde cum vult vendere & pretium ſtatuere pro dilatione temporis, facit contra limitationem legis, & in quantumcunque modica quantitate excedet, eſt prohibitum, ſicut de vſura retuli.

18 † Ita eſt prohibitum pro mutuo capere vnum pro centenario, ſicut decem hoc dicimus reſpectu prohibitionis, quia ita eſt prohibitum in vno caſu, ſicut in alio, licet eſt minus in vno quam in alio. Eadem ratione dicendum eſt de iſto contractu, qui dicitur vſura ſaltem mentalis, inſpecto foro animæ, vt dictum eſt. Nec obſtat huic deciſioni, *d. cap. conſuluit*, vbi dicit longe maiori pretio, quia iſte tex. intelligitur quando eſt dubium de valore rei tempore termini dilatæ ſolutionis, quo caſu licet ſic aliquantulum longioris pretii non noceret, *vt d. cap. in ciuitate, & capit. fina. §. fina.* ſecus ſi tunc eſſet longe maioris pretii: quia illa dubietas æſtimationis futuræ non releuaret. Et ita intellexit illum textum *gloſſ. 14. quæſt. 4. capit. quicunque*, & iſto modo debet intelligi quod ſcribit Laur. de Rodulphis & Sal.

Item, *ad cap. conſuluit*, dum dicit, longe maiori pretio, poteſt aliter reſponderi, quia ibi illa verba ponuntur in narratione facti, & ſic non probant, quia à verbis narrantibus factum non eſt licitum arguere, *vt nota. Ioan. Andr. in cap. dilecto, extra de præbendis, & gloſſ. notabilis in l. vnica, C. quando non peten. partes*, ſed deciſio eſt attendenda. Et ideo cum Papa in deciſione *dicti capit. conſuluit*, dicat, quod ille negotiator male agit: quia ſuperabundantia prohibetur in lege, apparet quod intelligitur etiam de modico pluri: quia illud dicitur ſuperabundantia, ex quo plus facit, *ad hoc capit. 1. 2. & 3. 14. quæſtione 3.* Nec obſtat etiam quod dixit Baldus, *in Rubrica. C. de vſuris*, de illo qui vendit rem valentem decem pro

quinde-

quindecim ad terminum: quia ponit exemplificando, exempla enim non reſtringunt regulam. † Et ſic 19
ea quæ exempli cauſa ſcripta ſunt, non debent reſtringi, *vt l. damni infecti ſtipulatio. §. pertinet. in fin. ff. de dam. infect. & l. 1. §. quod vulgo ff. de vi & vi ar. & per not. per Cyn. in l. 1. in 2. quæſtio. C. vti poſſidetis.* Et ideo cum in caſu noſtro vendiderit teſtator plus ad terminum circa octauam partem, quam feciſſet pro pecunia præſenti, dicimus quod male egit, *vt dicto cap. conſuluit. & ca. in ciuitate. quæ habent locum in quæſt. noſtra.*

Secunda dubitatio etiam oritur in hoc ſecundo dubio principali tenendo ſicut concluſum eſt ſupra, videlicet quod ſimus in caſu *cap. in ciuitate. & ca. conſuluit.* an dictus venditor ad terminum poſſit in foro Eccleſiaſtico, & contentioſo cogi ad reſtitutionem illius pluris quo vendidit reſpectu dilationis datæ ad ſoluendum. Et breuiter ſuper hoc ſic eſt dicendum, ſed Hoſt. & Docto. *in d. cap. conſuluit.* aut ille vendens confitetur ſe habuiſſe primam intentionem, aut non. Primo caſu, aut agitur tanquam contra verum vſurarium, & non poteſt condemnari: quia non eſt proptie vera vſura, *vt d. cap. in ciuitate.* Aut contra quaſi vſurarium, & tunc debet condemnari etiam in foro Eccleſiaſtico, *per d. cap. conſuluit. & cap. in ciuitate.*

Secundo caſu, quando non confitetur, non poteſt cogi in iudicio Eccleſiaſtico ad reſtitutionem illius pluris per dicta iura. Et ita etiam videtur velle *gloſſ. fin. in d. cap. conſuluit.* Et ita tenent communiter Doct. Canoniſtæ. Et ideo cum in caſu noſtro teſtator non dicat neque confiteatur ſe habuiſſe nullam intentionem: imo dicat ſe dubitare. videtur quod in foro Eccleſiaſtico ipſe nec hæredes ſui cogi poſſint ad reſtitutionem illius pluris quo vendidit propter terminum.

20 † In tertio dubitationis articulo, an dicti contractus de iure diuino, & ſic in foro animæ & conſcientiæ ſint illiciti iudicandi. Et licet iſte articulus concernat ius diuinum, & videatur ſpectare Theologis magis quam Canoniſtis, tamen quia eſt materia vſurarum, magis debet ſpectare Canoniſtis, quam Theologis, *vt not. Pet. de Anch. in diſputatione ſua quæ incipit, antiquis & modernis temporibus.* Vnde merito ad eius deciſionem accedere poſſumus. Et poſt videtur quod non ſint contractus illiciti. Nam contractus iudicantur liciti, vel illiciti, aut reſpectu formæ, aut reſpectu intentionis, reſpectu etiam formæ non ſunt iudicandi contractus vſurarii, *vt eſt caſus in d. ca. in ciuitate.* reſpectu etiam intentionis non videtur quod ſint vſurarii: quia intentio dicti mercatoris non fuit mala, ex quo noluit committere vſuram: quod patet, quia dubitabat ſi contractus
21 ſunt illiciti, ergo ſi dubitabat videtur neſcire. † Et regula eſt, quod ignorantia quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo. *l. igitur. §. 1. ff. de liber. cauſa & nota. gloſſ. in l. plagij. C. ad l. Fal. de plagia. & in l. 1. in fin. ff. de abigeis.* Et ideo dicitur, quod intentio contrahentium eſt conſideranda. *argumento d. capit. conſuluit. & pro hoc notat Salic. in authen. ad hæc. C. de vſuris.* vbi dicit quod in his intentio contrahentium eſt multum attendenda, & vult *gloſſ. fin. in fin. in d. capit. conſuluit.* Sed contrarium eſt verius, ſcilicet quod imo iſti contractus ſunt iudicandi illiciti, & tanquam vſurarii de iure diuino in foro conſcientiæ: quia negari non poteſt, quod vendere rem maiori pretio ad terminum quam pro pecunia præſenti in caſu quo fuiſſet tunc omnino venditurus, ſicut præſupponitur in caſu noſtro, vt dictum eſt in præcedenti dubio, eſt peccatum, & male agit venditor: quia venditur tempus & ſuperabundantia recipitur, *vt eſt text. in d. c. in ciuitate. & c. conſuluit. & ibi in c. conſuluit,* fundat ſe Papa Vrba. III. in auctoritate legis diuinę & concludit, quod taliter accepta ſunt reſtituenda in animarum iudicio efficaciter inducendi, & ſic ibi eſt caſus ad literam de iſta quæſtione. *Et ita etiam tenet ibi gloſſ. fina. & Doctores ſequuntur.* Vnde iſtud eſt ſine dubio tenendum, videlicet quod in foro conſcientiæ & animæ iſti contractus ſunt iudicandi illiciti & huiuſmodi venditores in foro animæ & conſcientiæ tenentur ad reſtitutionem illius pluris quo plus vendiderunt pannos vel merces ad terminum quam pro pecunia præſenti. Et maxime cum iſta pars ſit tutior & in fauorem animæ, *vt nota. gloſſ. in dicto capit. in ciuitate. & in capitulo nauiganti. §. fin. de vſuris.* Nec obſtat quod reſpectu contractus vel intentionis iſti contractus non dicantur proprie vſurarii, vt ſupra dictum eſt: quia licet non poſſint dici vſurarii proprie: tamen negari non poteſt quin ſint illiciti, & quaſi vſurarii. ex quo ſuperabundantia recipitur per prædicta, nec ignorantia vel dubitatio venditoris excuſat ab illicito quando de iure prohibitum eſt, *vt habetur per gloſſ. 38. diſt. in ſumma.* Concludimus itaque ex prædictis, quod dicti contractus venditionum celebrati per dictum dominum Stephanum de Boneſſa de Raguſio ſunt illiciti, & peccatum continent tam de iure canonico quam diuino in foro conſcientiæ, & per conſequens etiam de iure ciuili: quia in materia peccati ſtandum eſt iuri canonico vel diuino, *vt habetur in capit. innotuit. extra de iudicus. & in capit. poſſeſſor mala fide. eom. de reg. iur. libro 6. & in capit. ſi duobus. extra de appell. & in cap. fin. de præſcriptio. cum ſimilibus.* Et ideo cum dictus dominus Stephanus in teſtamento mandauit dictum plus reſtitui debere vſque ad ſummam 400. ducatorum, ſi contractus ſunt illiciti, dicimus & conſulimus eius hæredes & commiſſarios teneri ad reſtitutionem, prout teſtator mandauit. Ex quo omni iure in effectu dicti contractus ſunt illiciti, licet in modo exigendi, ſit differentia inter ius canonicum & diuinum ſeu forum conſcientiæ, vt patet ex his quæ dicta ſunt in præcedenti dubio.

CONSIL. XI.

SVMMARIA.

1 *Concluſioni libelli ſtandum eſt, non narrationi.*
2 *Facultas præſentandi an competat illi qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris patronatus.*
3 *Petitorio & poſſeſſorio in libello narratis, licet in altero tantum fiat concluſio, poteſt tamen ſuper vtroque fieri condemnatio.*

4 *Petitorium & quaſi poſſeſſorium iuris patronatus an poßit in eodem libello intentari.*

5 *Præſentatio dicitur fructus poſſeßionis iuris patronatus: & qui præſentat dicitur eſſe in quaſi poſſeßione iuris.*

9 *Apprehendens poſſeßionem caſtri vel villæ cenſetur etiam apprehendere quaſi poſſeßionem iuris patronatus.*

7 *Teſtes de auditu deponentes de actu multum antiquo probant.*

8 *In factis antiquis facilius præſumitur pro eo qui poſſedit, quam in factis recentibus.*

9 *In factis multum antiquis opinio generalis habetur pro veritate.*

10 *Poſſeßione ſola acquiritur titulus dominij, licet poßidens non ſit dominus.*

11 *Titulus iuris patronatus acquiritur per fundationem, & dotationem Eccleſiæ.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Viſa petitione facta pro parte magnificæ Dominæ Mariæ de Cararia, & reſponſione facta per Dominum Ioan. de Caſtelnouo ciuem Vicentinum, & viſis dictis atteſtationibus teſtium cum toto proceſſu, & viſis etiam conſiliis elegantiſſimis tam Pauli de Palagolis quam Domini Antonii de Roſellis mihi videtur pro declaratione quinque dubia eſſe examinanda.

Primum eſt, an pro parte Dominæ Mariæ ſit intentatum petitorium & poſſeſſorium, an vero petitorium tantum.

Secundum. ſi vtrumq; eſt intentatum, an de iure intentari potuerit.

Tertiom, poſito quod ſic, an ſit probatum ſufficienter tam in petitorio quam in poſſeſſorio.

Quartum, poſito quod fuiſſet intentatum ſolum petitoriom, an ſit probatum ſufficienter, quod ius patronatus ſpectet, & pertineat ipſi Dominæ Mariæ.

Quintum & vltimũ poſito quod ſic, an ipſa Domina Maria ſit capax huius iuris patronatus.

Circa primum videtur dicendum, quod ſolum petitorium iuris patronatus ſit intentatum pro parte magnificæ dictæ Dominæ Mariæ, quoniam licet ex narratis in libello videatur etiam eſſe deductum poſſeſſorium: tamen in concluſione videtur deduci petitorium, dum dicitur, *idcirco petit declarari ius patronatus dicta Eccleſia ſpectaſſe & pertinuiſſe ſuis progenitoribus & conſequenter ipſi Domina Maria*, hæc enim verba ſine dubio petitorium & non poſſeſ-
1 ſorium concernunt. † Et ideo cum ſtandom ſit concluſioni libelli & non narrationi, *vt not. Innocen. in cap. ſuper literis extra de reſcriptis & in cap. examinata. extra de iudiciis. & Bald. & Doctor. in l. edita. Cod. de edendo.* videtur quod ſolom petitorium ſit deductum. In contrarium tamen poteſt dici, quod etiam poſſeſſorium ſit deductum in dicto libello. Nam in dicta concluſione etiam petitur declarari ipſam Dominam Mariam habere facultatem præſentandi dum dicitur in eo, cum facultate præſentandi, quæ verba ita concernunt quaſi poſſeſſio-
2 nem, ſicut petitorium. † Nam facultas præſentandi ita eſt reſpectu quaſi poſſeſſionis iuris præſentandi, ſicut reſpectu ipſius proprietatis: quia facultas præſentandi competit etiam ei qui eſt in quaſi poſſeſſione illius iuris, *vt in cap. conſultationibus, extra de iure patronatus, & ibi nota. & notatur in cap. ex literis eodem titul.* Et patet etiam hoc ex aliis verbis dictæ concluſioois libelli, dum dicitur, & per inueſtituram per quinque petias factam de præſenti presbytero, nollum præiudicium generari iuri ſuo patronatus & iuri præſentandi. Nam dum dicitur *iuri ſuo patronatus*, concluditur in petitorio: ſed dum dicitur, *& iuri præſentandi*, concluditur in poſſeſſorio. Item hoc patet ex aliis verbis dum dicitur, *& conſequenter inueſtituram prædicti presbyteri abſque præſentatione dicta Domina Maria de eo tanquam non debita facta non tenere.* Iſta enim verba poſſunt intelligi dupliciter.

Primo, qoia ipſa Domina Maria eſt in quaſi poſſeſſione iuris patronatus prupter quam dicta præſentatio, *vt habetur in d. c. conſultationib. & in c. ex literis, extra de iure patronatus.*

Secundo poſſunt etiam intelligi: quia ipſi Dominæ Mariæ competit ius patronatus in dicta Eccleſia, & tam reſpectu proprietatis, quam poſſeſſionis. Et eodem modo etiam poſſunt intelligi alia verba libelli, in quibus dicitur, & ipſam Dominam Mariam poſſe ipſum presbyterum vel alium idoneum. v. p. præſentare. Item quod ſit deductum etiam poſſeſſorium, ſeo quaſi, probatur etiam: quia in narratione libelli eſt deductum qualiter ipſa Domina Maria eſt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi. Et ideo concluſio libelli debet intelligi in dubio ſecundum narrata. *vt not. Barto. in l. ſi prius, ff de nou. ope. nunt. & not. Doctor. in l. edita. C. de edendo, & propterea dixit Bald. in l. vinum, pen. col. in verſ. & ſcias quod libellus, ff ſi cert. petat.* quod libellus quo ad narrationem debet plenarie continere, & narrare factum. Sed quo ad concluſionem debet continere id quod ſequitur ex illis narratis.

Item hoc etiam probatur ex illa clauſula, quæ eſt circa finem libelli, dum dicitur, petens prædicta omnia & ſingula omni meliori modo & forma, quibus melius de iure fieri poteſt, quæ clauſula refertur ad totum libellum, dum dicitur, *prædicta & ſingula*, quia qui omne dicit, nihil excludit, *l. à procuratore, Cod. mandati. & 19. diſtin. capit. ſi Romanorum.* Ergo refertur tam ad poſſeſſorium, quam ad petitorium, ex quo de vtroque ſupra narratum fuit.

Item probatur hoc ex illa clauſula, *omni meliori modo*, &c. per quam non videtur libellans ſe aſtrinxiſſe ad certum, *vt not. Bald. in d. l. vinum, in antepen. col. & habetur per Ioan. de Imo. in l. ſi cum nulla, ff. de re iud.* vbi ponit de virtute dictæ clauſulæ, & ſic per dictam clauſulam non videtur ſe aſtrinxiſſe ad petitorium.

Item hoc etiam clare probatur ex alia clauſula, quæ in fine libelli poſita. dum dicitur, *petens in præmiſſis vel circa præmiſſa ius & iuſtitiam miniſtrari debere.* Sed præmiſſa ſunt tam in petitorio quam in poſſeſſorio, vel quaſi: ergo vtrunque videtur deduxiſſe & petiiſſe. Et hoc tenet in terminis Calder. & Ant. de Butr.

de But.& Card.Zab. & Doct. *in c.cum dilectus, extra de* 3 *ord.cogn.* qui dicunt per illum tex. † quod ſi in libello narratur petitorium, & poſſeſſorium, licet in altero tantum fiat concluſio libelli, tamen ſuper vtroque poteſt fieri coodemnatio virtute dictæ clauſulæ. *Et dicit Ioan. Calderi. ſe ita obtinuiſſe.* Et eſt ratio, quia hæc clauſula concernit omnia narrata, etiam non ſpęcifice concluſa: vt ſit alicuius effectus, alias videretur bis idem repeti, quod non eſt dicendom. Et hanc opinio. tenet etiam Dominus meus Dominus Angelus de Aret. *Inſtitut. de actionibus*, §. *omnium*, quod dicit eſſe valde ſingulare in practica. Vnde ex prædictis concludo, quod in dicto libello magnificæ Dominæ Mariæ videtur eiſe deductum & concluſum tam poſſeſſorium, vel quaſi, quam petitorium, & maxime ipſa Domina Maria ſeo eius procuratore declarante ita libellum ſuum, *per l. ſi quis intentione ambigua. cum ibi nota. ff. de iudicus.*

4 Circa † ſecundum an in eodem libello potuerit intentari petitorium, & quaſi poſſeſſorium retinendi. Et dico breuiter quod ſic, quia in corporalibus ſicut eſt ius patronatus admittitur libellus ſuper vtroque, *vt in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſerui. vend. Et not. in l. 1. poſt princ. ff. vti poßidetis, & notat Bartol. in l. naturaliter, §. nil commune, in prima combinatione, & verſic. 3. videamus, ff. de acquiren. poſſeſſ. & Flor. in l. ſi domus, in fin. ff. de ſeru. vrb. prædi.* & eſt ratio ſecundum Bartolum quod regula contrarietatis non impeditur. Nam proponendo inter dictum videtur dixiſſe ſe eſſe in quaſi poſſeſſione iuris patronatus. Sed ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione alicuius iuris, competit etiam actio confeſſoria, *vt l. & ſi forte, §. ſciendum, ff. ſi ſer. ven. & l. vti frui. §. fin. eod. tit.* vnde non eſt ſibi contrarius. Et eſt aduertendum quod ſi ipſa Domina Maria quæ deduxit probationes ſuper quolibet iudicio vult onus probationis in vtroque ſubire. Certum eſt quod dicta iudicia procederent, cum nulla regula ſit impedimento: ſed ſi ipſa propter poſſeſſionem, quam habere ſe aſſerit, vellet ab onere probandi ſe releuare ſecundum ea, *quæ not. in l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſerui. vend.* tunc neceſſario debet prius iudicium agitari ſuper poſſeſſorio ratione ordinis, vt ex hoc appareat quis debeat onus probandi ſubire, *vt l. 1. §. hoc anno, ff. vti poßi. vt ſingulariter notat Bartol. in dict. l. naturaliter, §. nil commune, in 3. combinatione. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Et ideo ſi Domina Maria intendit probaſſe ſuper vtroq;, & vult ſe aſtringere ad vtrumque ſuper vtroque poteſt iudicari. Sed ſi diceret propter clauſulam ſui libelli, *non aſtringens ſe approbatum*, nolle ſe aſtringere niſi ad vnum vel ad illud quod ſibi melius proſit, *iuxta not. in l. diuus, ff. de re indic. ata* tunc non poſſit iudicari & ſententiati niſi ſuper poſſeſſorio ratione ordois: Et in hoc eſt diligenter pro iudicare debeute conſiderandum.

Circa tertium dobium an ſit probatum ſufficienter tam in poſſeſſorio quam in petitorio de poſſeſſorio nullũ eſt dubiũ: quia per plures teſtes probatũ eſt. ꝙ per ipſam D. Mariã præſentandi ſunt ſacerdotes, & nulli alii recepti ſunt niſi illi qui per ipſam Dominam Mariam vel alium eius nomine præſentati ſunt, per quam præſentationem fuit & eſt in qoaſi poſſeſſione dicti iuris præſentandi, *vt probatur in c. cum Bertoldus, §. fin. ibi fuerit ſufficienter probatum, quod præfatus*, A. in poſſeſſione ioris patronatus extiterat, cum eundem ad prædictam Eccleſiam præſentauerat, *extra de re ind. & probatur in c. conſultation. & in c. ex literis. & ibi not. extra de iure patron. & in c. que-* 5 *relam, & ibi not. extra de elect.* & eſt ratio: † quia præſentare eſt fructus poſſeſſionis, *vt not. in d. c. conſultationib. & in c. in literis. extra de reſtit. ſpol. & per D. Ant. de Butr. in c. fin. extra de conceſſ. præb.* Et ideo ſicut per recollectionem fructuum quis conſtituitur in poſſeſſione feudi, *vt not. in l. 3. C. finium reg. & habetur in l. Titia, ff. de ſolut.* Ita & per præſentationem iuris patrotus. Item reſpectu petitorii etiam ſatis videtur eſſe probatũ. Nam licet ſit difficile probare dominium ſeu proprietatem principaliter, *vt habetur in l. cum res, C. de probationibus*, maxime in rebus antiquis, *vt habetur in l. ſi arbiter. ff. de probatio.* Tamen ſufficit probatio per teſtes & argumenta, *vt not. Bald. in l. cum ſuper veris, Cod. de rei vendi.* Sed in caſu noſtro multa ſunt probata quæ ſimul iuncta probant ſufficienter dictam Dominam Mariam habere ius patronatus.

Primum eſt, quia eſt probatum ipſam Dominam Mariam eſſe Domioam villæ Placiolæ, & eſſe etiam in poſſeſſione, in qua eſt Eccleſia, de cuius patronatu agitur, & ſimili patrem ſuum fuiſſe Dominum & in poſſeſſione, ergo & in dubio præſumitur quod ad ipſum ſpectet ius patronatus qui tranſit cum vniuerſitate villæ, *vt in c. ex literis, & ibi plene not. extra de iure patronatus, & in c. cum Bertoldus, extra de re indic. & notatur in l. cum quadam, ff. de edendo. & in l. modicis, ff. de contrahenda emptio.* Et hoc tenent Domini de Rota concluſione, 137. vbi tenent, 6 † quod ex eo quod quis apprehendat poſſeſſionem caſtri vel villæ cenſetur apprehendiſſe quaſi poſſeſſionem iuris patronatus, licet aliter non præſentauerit. Et ita ſequitur Dominus Antonius de Butr. *in dict. cap. ex literis, in fin.* per hanc rationem eſt dicendum quod vbi aliquis probet ſe Dominum caſtri vel villæ cenſetur probaſſe ius præſentandi ſibi competere: quia ſicut poſſeſſionem caſtri vel villæ, ſequitur quaſi poſſeſſio iuris præſentandi: ita dominium caſtri vel villæ ſequitur proprietas ſeu ius patronatus quæ tranſit cum vniuerſitate caſtri vel villæ per prædicta. Et licet teſtes non dicant de omnibus poſſeſſionibus, iſtud eſt, qnia doo ciues, vt mihi dicitur, habenr aliquas poſſeſſiones. Tamen vniuerſalirer villa illis exceptis eſt Dominæ Mariæ, & per hoc non tollitur quin ſit ipſa Domina.

Secundo eſt probatum per preſbyterum Baptiſtam de Aquila, teſtem omni exceptione maiorem, qui dicit quod audioit dici à quodam Carduio antiquiſſimo dictæ villæ, qui erat annorum nonaginta, quod progenitores dictæ Dominæ Mariæ fecerant fundari & fabricari dictam Eccleſiã quę fundatio & fabricatio Eccleſiæ probant ius patronatus competere, *vt in c. quoniam, extra de iure patronatus, & not. in c. nobis eod. tit. & per gl. ordinariam, 16. quæſt. 7. c. piæ mentis.*

Item eſt etiam alius teſtis omni exceptione ma-
ior, videlicet ſpectabilis miles comes & Doctor
Dominus Franciſcus de Porcellinis, qui dicit qnod
audiuit dici, quod progenitores dictæ dominæ Ma-
riæ fundauerunt Eccleſiam dictæ villæ. Et ſic iſti
duo teſtes videntur probare fundationem. Et ſic
ius patronatus dictæ dominæ Mariæ & progenito-
7 rum ſuorum, prout in libello deductum eſt. † Et
licet iſti teſtes dicant de auditu, tamen probant ex
quo teſtificantur de facto multum antiquo, *vt nota.
in l. ſi arbiter. ff. de probat. & per gloſſ. & Doctor. in capit.
cum vobis, extra de præſcript. & per Innoc. in cap. quod per
nouale. & in cap. veniens, extra de verb. ſign.* Et maxime
cum ſit probata poſſeſſio, vel quaſi iuris patronatus
per ipſam dominam Mariam. † Nam in factis an-
8 tiquis facilius præſumitur pro eo qui poſſedit pro-
pter difficultatem probationis quam in factis re-
centibus, *vt not. Innoc. in d. cap. veniens. quem ſequitur
Bald. in l. non ignor. C. de fruct. & lit. expenſ. in 5. col. verſ. in
factis tamen multum antiquis. Et pro hoc glo. in l. at qui na-
tura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt.*

9 Item † pro hoc allego quod notabiliter dixit
Bald. *in l. conuenticulam, in 8. col. C. de Epiſc. & cleric.* Vbi
dixit quod in factis multum antiquis opinio mul-
tum generalis habetur pro veritate. Et ideo dicebat
ſecundum eum dominus Fabritius Cardin. quod
licet Eccleſia non habeat inſtrumenta de ciuitati-
bus ſuis, ſi tamen habet generalem opinionem ſuf-
ficit Eccleſiæ pro plena probatione.

10 Tertio † probata eſt poſſeſſio, ſeu quaſi iuris
patronatus, per plures actus præſentandi, per quam
ſolam poſſeſſiooem acquiritur titulus, etiam ſi ille
non ſit dominus qui præſentat, *vt dicit gloſſ. valde no-
tabilis in capit. conſultationem, in gloſſ. 1. in fin. extra de
iure patronatus.* Et præſertim in caſu noſtro, hoc ve-
rum eſt, qnia probatum eſt quod dicta domina
Maria ſtetit in quaſi poſſeſſione dicti iuris præſen-
tandi, & ſic patronatus per decem, viginti, triginta,
& quadraginta annos, & vltra, pro hoc allego do-
ctrinam ſingularem Bart. quam ponit, *in l. Celſus. in
2. colum. ff. de vſucap.* vbi dicit quod ſi volo probare
me habere dominium in vno fundo, licet non ha-
beam titulum. Tamen poſſum probare ſic, videli-
cet quod pater meus poſſedit dictum fundum 10.
annis, & poſtea deceſſit, & poſtea ego poſſedi aliis
10. annis. Nam licet non poſſim inuenire inſtru-
mentum, vel teſtes, per quos probetur titulus &
poſſeſſio 10. annorum, quæ non ſufficiat ſine titulo,
& titulum pro hærede non poſſim allegare qnia ſu-
us hæres ſum, *in l. nihil, C. pro herede.* Tamen dicit Bar.
quod conſuluit, quod allegetur titulus, & probetur
iuſtus error, & ſequuta poſſeſſione 10. annorum
ſufficit. Et idem etiam tenet Bald. *in l. iudicia, in verſic.
quarto quomodo, C. de rei vendi.* imo plus dico, quod in
iuribus incorporalibus ſicut eſt in ſeruitute & in
iure patronatus, ſufficit allegare titulum, & proba-
re quaſi poſſeſſionem, per decem, annos inter præ-
ſentes, & 20. inter abſentes, *vt eſt gloſſ. multum notabi-
lis in l. ſeruitutes, la grande, ff. de ſeruitu. titulo generali. Et
ibi per omnes Doctor.* ſed in caſu noſtro fuit allegatus
titulus in libello duplex, ſcilicet fundationis, & do-
tationis Eccleſiæ.

11 Nam † per fundationem, & dotationem Ec-
cleſiæ acquiritur titulus iuris patronatus, *vt notatur
per gloſſ. 16. quæſt. 7. capit. pia mentis, & habetur in capit.
quoniam, & in cap. nobis, extra de iure patronatus,* & pro-
bata eſt poſſeſſio de 10. & 20. annis, & vltra, vt dixi:
ergo dicendum eſt quod eſt probata proprietas di-
cti iuris patronatus, & maxime cum omnia prædi-
cta ſint ſimul iuncta: quia & quæ non proſunt ſin-
gula, multa iuuant, *vt l. inſtrumenta, & ibi gloſſ. C. de
probationibus,* & præſertim in caſu noſtro, in quo et-
iam per argumenta ſufficeret probatio. Ex quo et-
iam ſumus in facto antiquo, *vt notat Bald. in l. num ſu-
per verius, C. de rei vend. vt dixi ſupra:* Vnde ex prædi-
ctis concludo, quod pro parte dictæ dominæ Ma-
riæ eſt ſufficienter probatum tam in proprietate,
quam in poſſeſſione, vel quaſi, iuris præſentandi.

Circa quartum, poſito quod fuiſſet intentatum
ſolum petitorium, & ſit probatum ſufficienter
quod ius patronatus ſpectet & pertineat ipſi domi-
næ Mariæ de iure, & dico breuiter quod ſic, vt pa-
tet ex his quæ dicta ſunt in præcedenti dubio. Vnde
non repeto.

Circa quintum & vltimum dubium, an ipſa do-
mina Maria ſit capax huius iuris patronatus, & vi-
detur quod non, niſi ſit in dignitate, *vt in capit. fin. de
conceſ. prebend.* ſicut non poteſt eſſe arbiter niſi ſit in
dignitate, *vt in capit. dilectis, extra de arbitris.* Sed con-
trarium eſt verius: quia vſus admittit contrarium,
*vt ſentiunt do. de Rota concluſione 19. Et ita tenet do. Anto.
de Butrio, in capit. fin. extra de conceſ. prab. & hoc videtur
probari in capit. ex literis, extra de iure patronatus, & 16.
quæſt. 7. in capit. quoniam inueſtitura, & ibi hoc tenet gloſſ.
per illum text. & per d. cap. ex literis.*

*Idem etiam probatur in cle. plures, in verb. heredes. ff. de
verb. ſigni. Et cum eo etiam tranſit Card. Zab. in d. cle. plures
in 6. quæſt.* Et ita communiter tenetur. Et hoc anno
etiam coſului in ciuitate Forliuienſi.

Et ita dico & conſulo, vt ſupra concluſum eſt,
ego Bartholomæus Cæpolla de Verona, Iuris Vtri-
uſque Doct. &c.

CONSIL. XII.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor, cui ceſſæ ſunt actiones contra alios fideiuſſo-
res pro rata per creditorem, qui confeſſus eſt totū de-
bitum recepiſſe, an poſſit agere contra alios confide-
iuſſores.*

2 *Priuilegium dotis an locum habeat in dote data non
confeſſata.*

3 *Fideiuſſor delegans debitorem non ſoluiſſe videtur.*

4 *Confeſſio ficta non nocet, vbi excluditur vera, ſecus vbi
excluditur.*

5 *Creditor differens ſolutionem an cenſeatur confiteri ſibi
ſolutum eſſe.*

IN CHRISTI nomine, amen. Du-
1 bitatur: † Quidam fideiuſſores ex-
titerunt pro vno, creditor confitetur
in inſtrumento ſe habuiſſe & rece-
piſſe ab vno fideiuſſore totum debi-
tum, & renuntiauit exceptioni non numeratæ pe-
cuniæ,

ouniæ, &c. Et ceſſit actiones ſuas dicto fideiuſſori contra alios confideiuſſores pro rata, *iuxta nota per Bart. in l. Modeſtinus, ff. de ſolutio.* an dicta ceſſio valeat, ita quod ille fideiuſſor poſſit agere cum effectu cōtra alios ſuos confideiuſſores vigore actionum ſibi per creditorem, vt ſupra, ceſſarum. Et videtur quod non, quia non ſufficit fideiuſſori habere inſtrumentum in quo creditor eſt confeſſus ſe recepiſſe, ſed oportet quod doceat ſe vere ſoluiſſe, ad hoc vt habeat actionem mandati, *argumento gloſſ. in l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de iureiurando. Et ibi hoc tenet Bart.* ſub dubio, tameo forte.

Item pro hoc, quod nota. Bart. *in l. per diuerſos. C. mandati.*

Item pro hoc, *gloſſ. in verb. data in l. fin. C. qui pot.*
2 *in pigno. hab.* qua dicit † quod priuilegium dotis habet locum in dote data non confeſſata. Sed contrarium eſt, videlicet quod imo ſufficiat dicta confeſſio cum dicta renuntiatione. Nam qoando creditor confitetur ſe debitum recepiſſe, & renuntiat exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel eſt tranſactum tempus intra quod poſſit opponi illa confeſſio, oon eſt ficta ſolutio, ſed vera probata per confeſſionem creditoris, qui noo minus probet quam teſtes, vel inſtrumenta, *vt l. publici. in fin. ff. depoſi.* Præterea iſta confeſſio prodeſt reo conuento à creditore ſecundum omnes. ergo eodem modo debet ſibi nocere, & ſic ipſi confideiuſſori ne remaneant in lucro: quia debitor non ſolueret creditori, nec fideiuſſori, Et eodem modo alius confideiuſſor, quod eſſe non debet, *facit ad hoc, capit. 2. extra de fideiuſ. & quod nota. in l. deſiderium, C. de fideiuſ.* Nam & pactum fideiuſſoris prodeſt reo, quando fideiuſſoris intereſt, *vt l. fideiuſſoru. ff. de pactu*, ergo confeſſio facta fideiuſſori debet prodeſſe reo contra creditorem. Et ſi prodeſt, ergo oocet contra fideiuſſorem. Et iſtam partem contra Bart. tenuit Franciſcus Tigrini, qui fuit ſolemnis Doctor tempore Bart. cui Bart. habebat magnam reuerentiam, vt refert Dominus Paulus de Caſtro, *in dicta l. duobus. §. à fideiuſſore, & ibi hoc idem tenet contra Bartol. Et idem contra Bartol. tenet idem Dominus Paulus de Caſtro in l. qui debitorem, ff. de fideiuſſ.* qui dicit ſe ita conſuluiſſe in ciuitate Vincentiæ per multas rationes. Et pro iſta opinione eſt textus, *in l. inter cauſas. §. abeſſe. ff. man-*
3 *dati*, vbi dicitur, † quod pecunia dicitur abeſſe fideiuſſori, etiamſi debitor ab eo delegatus ſit, licet is ſoluendo non fuerit, quia bonum non facit creditor, qui admittit debitorem delegatum.

Item pro hoc eſt gloſſ. quæ hoc vult in terminis, *in dicta l. inter cauſas. §. præterea, in gloſſ. 1. §. ff. mandati.* Nam ibi dicitur in text. non plus debere fideiuſſorem conſequi mandati iudicio, quam ipſe ſoluerit, & gloſſ. 1. dicit ſuper verbo ſolueret vere vel interpretatiue, ſcilicet vel propter ſolutionem veræ numerationis, vel per confeſſionem creditoris cum renuntiatione vel elapſo tempore ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, *iuxta l. in contractibus. C. de non numerata pecunia. Et in l. ſi ex cautione, C. de non numerata pecunia.* Nec obſtat gloſſ. *in dicta l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de fideiuſſ.* quæ vult, quod iuramentum debitoris non ſufficit, quia iuramentum non eſt ſolutio, licet habeat contra differentem vim ſolutionis. Nec eſt probatio ſolutionis, quia beoe poteſt iurare, & tamen non ſoluerit, nec altera pars confitetur ſolutionem. Sed confeſſio de recepto, bene eſt probatio, ſicut eſt in
4 caſu noſtro. † Nam tuoe ficta confeſſio non nocet quando excludit veram, ſecus ſi includit. Et ideo dicendum eſt, *quod gloſſ. in d. §. à fideiuſſore*, debet intelligi quando fideiuſſor iurauit ſe non fideiuſſiſſe vel non promiſiſſe, quo caſu iuramentum non ha-
5 bet vim veræ ſolutionis. † Nec creditor differens videtur confiteri ſibi ſolutum eſſe. Et per conſequens noo eſt mirum, ſi non habet fideiuſſor actionem mandati contra debitorem principalem, vel confideiuſſores, ex quo nihil ſoluit. Sed ſi fideiuſſor ad delationem creditoris iuraſſet ſe ſoluiſſe, poſſet repetere: quia creditor tunc deferendo iuramentum, videtur confeſſus quicquid iuratum fuerit, *vt l. qui iuraſſe. §. fin. ff. de iureiurando.* Et ita tenuit contra Bart. egregius Doctor & optimus practicus Dominus Ioannes de Miliis *in l. iurauimus, §. pen. de fideiuſſ.* & qui dicit, quod ita conſuluit & idem Dominus Onophrius de Peruſio damnando opinio. Barto. ita conſuluit. Et iſtam opinio. tenuit etiam in effectu Bartol. in quodam ſuo conſilio qood incipit: Titius. Et idem tenet Bald. *in l. Deo nobis, in 2. colum. C. de Epiſcop. & cleric. Et idem videtur tenere Bart. in ſimili in l. aſſiduis. C. qui pot. in pigno. hab.* vbi vult, quod mulier habeat priuilegium dotis non ſolum quando eſt facta vera numeratio. Sed etiam quando eſt facta confeſſio & renuntiatio non numeratæ pecuniæ, &c. Vel eſt elapſum tempus, quia tunc habet vim ſolutionis, & ibi hoc etiam notatus per Doctor.

Idem etiam videtur velle Bart. *in l. ſi ita ſtipulatio, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig. Et facit quod idem Bart. not. in l. reos. ff. de duobus reis, & Bald. in l. fin. C. de fruct. & litis expen.*

Item iſtam opinio. concordando Bart. teouit Io. de Imol. *in l. iurauimus. ff. de fideiuſſ.* quem ſequitur Dominus Benedictus de Barziis, *in dicto §. à fideiuſſore*, quando aut non eſt renuntiatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel tranſactum tempus, & tunc procedit opinio Bart. *l. in dicta, §. à fideiuſſore*, aut eſt renuntiatum, ſicut fuit in caſu noſtro, vel tempus tranſactum, & tunc procedit illa opinio. Et iſta eſt ipſa veritas, *vt patet per prædicta.*

Vltimo iſtam opinio tenet Spec. *in terminis in titulo de ceſſione actionu. §. fin. cum ſequentibus*, vbi ponendo formas ceſſionum, & maxime quando fit contra fideiuſſorem ponit qualiter creditor fuit confeſſus ſe recepiſſe pecuniam à fideiuſſore, & ſic præſupponit quod ſufficiat confeſſio alias forma per ipſum tradita non valeret. Vnde ex iſtis cum habeamus text. gloſſ. rationes de quibus ſupra & auctoritatem tantorum virorum, ſcilicet conſilium Domini Franciſci Tigrini, conſilium Domini Pauli de Caſtro qui etiam hoc firmat idem vbique vt ſupra allegaui. Et conſilium D. Onophrii de Peruſio, & Dn. Ioannis de Miliis, & conſilium etiam ipſiuſmet Bart. & auctoritatem Bald. & Spec. qui maxime aucto-

auctoritatis eſt præſertim in practica, & auctoritatem domini Ioam. de Imol. & domini Benedicti de Barziis concordantes opiniones prædictas, quæ concordia eſt in fauorem partis noſtræ, cui dubitandum eſt quod huic ſententiæ ſtandum eſt in iudicando, licet Bart. dixit contrarium ſub dubio forte, *in d.l. duobus. §. ſi à fideiuſſore. ff. de iureiurando.* Nam communi opi. ſtandum eſt in iudicando, *vt habetur in l. fin. C. de pœna iud. qui male iudic. & per canoni. in cap. 1. & c. ne innitaris. extra de conſti.* Et ideo cum iſta ſit opinio communis contra Bartol. ſecundum illam eſt iudicandum ſine dubio. Sed vltra prædicta, vt ceſſet omnis dubitatio, dico quod iſta vera ſolutio probata eſt per bulletas camerariorum ſancti Marci. Et licet dicant, quod ſolutio ſit facta pro Baptiſta, tamen illud non nocet ex quo conſtat de errore expreſſo, cum res aliter ſe habeat, *vt l. de ætate. §. qui iuſſo. & ibi gloſſ. ff. de inter. actio.* Et perinde eſt, ac ſi ſoluiſſet pro domina Catharina, caſus eſt ad literam, *in l. quinta, quæ incipit, idem cum putauit. ff. de negot. geſtor.* Cui non poteſt reſponderi vt dixi in aliis allegationibus meis plenius. Nec eſt bona reſponſio quam dedit dominus aduocatus partis aduerſæ, ſcilicet quod ibi loquitur quando geritur negotium alterius ipſo geſtu, puta reficiendo domum alicuius, ſecus ſi re ipſa: quia iſta differentia non probatur ibi, imo ibi loquor indiſtincte. Nec etiam probatur ratione: quia ratio illius textus eſt, quia negotium illius eſt geſtum vtiliter, de quo non credebat, ita eſt præciſe in caſu noſtro: vnde ſiue re ipſa, ſiue ipſo geſtu, verum eſt dicere quod negotium Dominæ Catharinæ eſt geſtum vtiliter, quia liberata eſt. Ergo perinde eſt, ac ſi pro ipſa eſſet facta ſolutio. Et iſta eſt veritas, ſicut Deus eſt Deus. Et hæc ſententia fundatur nedum in ratione, ſed etiam in æquitate, vt de ſe patet. Cætera ſuppleat, &c.

Et ita ſentio, vt ſupra concluſum eſt, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona, &c.

CONSIL. XIII.

SVMMARIA.

1 *Promiſſio ſeu obligatio perſonalis an tranſeat contra ſingularem ſucceſſorem.*

2 *Promiſſio perſonalis perſonam non debet egredi promittentis.*

3 *Reſtituens rem pœna interdicti ſine licentia iudicis, an teneatur ad damnum & intereſſe.*

4 *Prohibitum in aliqua regula cum certa pœna, ſi tranſgrediatur an cenſeantur vota generalia regula tranſgreſſa.*

5 *Actio eſt ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur.*

6 *Iniuſtitia facta rebelli ex culpa rebellis, vel ex inimicitia habita cum rebelli etiam iniuſte, non debet alteri nocere, ſed ſibi.*

7 *Iuramentum & ſententia æquiparantur, imo iuramentum maiorem habet auctoritatem quam ſententia.*

8 *Bona fides non patitur idem bis exigi.*

9 *Sententia non debet propter inſtrumenta de nouo reperta retractari.*

10 *Iuramentum an propter inſtrumenta de nouo reperta debeat retractari.*

IN CHRISTI nomine, amen, Dominæ eiuſque matris virginis Mariæ glorioſæ, ac Apoſtolorum Petri & Pauli, in cauſa quæ vertitur inter dominam Antoniam vxorem quondam Corradi Veneſii agentem, & Paynum de Bienzono & hæredes quondam Iacobi Botiſellę de Lardario reus coram magnifi. ac generoſo viro domino Antonio Mæuio honorabili prouiſori terræ Ripæ pro Illuſtriſſimo Duce Dominorum Venetorum, viſo prius diligenter proceſſu agitato inter partes prædictas, & viſis omnibus inſtrumentis & iuribus per eas productis, ac viſo etiam proceſſu agitato inter ipſam dominam Antoniam & hæredes dicti Iacobi Botiſellæ de Lardario de anno. 1437. & viſo etiam quodam inſtrumento permutationis factæ inter Ioannem quondam Iacobi de Bienzono, & dictum Paynum facto de anno 1442. de menſe Decembri, per quam permutationem ſucceſſit Paynus ipſe in locum dicti Iacobi de Bienzono. Et conſiderato, quod per ipſum dominum prouiſorem hæc cauſa eſt mihi Bartholomæo Cæpollæ iuriſconſulto commiſſa conſulenda, cum hoc quod non attendatur forma proceſſus, ſed ſolum veritas facit inſpiciatur. Pro pleniori & clariori intelligentia huius cauſæ eam reduco ad infra ſcripta dubia per quorum deciſionem clare intelligetur veritas & iuſtitia.

Primum eſt, ſi dictus Paynus tenetur ad exburſandum 26. ducatos dictæ dominæ Antoniæ vigore promiſſionis quam fecit Iacobus de Bienzono ipſi dominæ Antoniæ, in cuius Iacobi locum Paynus dicitur ſucceſſiſſe.

Secundum ſi Paynus tenetur reſtituere ſaltem ex eo quod dictos 26. ducatos ſequeſtratos vel melius interdictos apud ſe ad inſtantiam ipſius dominæ Antoniæ reſtituit iam decem annis hæreditatem quondam Iacobi de Lardario, ſine licentia iudicis, nec facta aliqua reuocatione ipſius interdicti.

Tertium, poſito quod ſic an ex eo, quod lata fuit ſententia de anno 1437. contra eum de dictis 26. ducatis ad inſtantiam hæredum dicti Iacobi Botiſellæ de Lardario poſſint ſe Paynus & hæredes dicti Iacobi tueri propter exceptionem rei iudicatæ quæ oppoſita eſt.

1 Ad † primum breuiter reſpondetur, quod Paynus non tenetur ad dictos 26. ducatos, licet ſucceſſerit in locum ipſius Iacobi de Bienzono, qui promiſit eos dictæ dominæ Anton. ſub conditione in inſtrumento contenta: quia ipſe Paynus non eſt ſucceſſor vniuerſalis ipſius Iacobi, ſed ſingularis in rem, id eſt, in domo vendita per ipſum Corradum maritum olim ipſius dominæ Antoniæ, ad hoc, *l. fluminum. §. dicitur. ff. de damno infecto, cum ſimil.* Nam promiſſio & obligatio, quam facit Iacobus de Bienzono ipſi dominæ Antoniæ de dictis 26. ducatis,

2 fuit perſonalis, non realis † Ergo perſonam ſuam promittentis non debet egredi, *vt l. quia tale beneficium,*

ſolut. matr. Nam pactum factum cum vna perſona, perſonale eſt, nec pertinet ad aliam, nec alteri nocet, *l. idem in duobus*, §. 1. *& l. ſi vnus.* §. *ante omnia, ff. de pactis, & facit l. ſi tibi.* 10. §. *pactum conuentum* §. *ſequenti, cum ibi notatis eod. titul.* vnde licet Paynus ſucceſſerit in domo propter quam Iacobus fecit promiſſionem de illis 26. ducatis ſub conditione, vt in inſtrumento promiſſionis apparet: tamen non ſucceſſit in dicta obligatione viginti ſex ducatorum quæ fuit perſonalis vt dixi, imo ex inſtrumento permutationis factæ per Paynum cum Iacobo de Bienzono apparet contrarium, videlicet quia promittit ſoluere quinquaginta duos ducatoa hæredibus Iacobi Botiſellæ de Lardario, quorũ medietas ſunt illi 26. ducati promiſſi. Si enim voluiſſet Iacobus de Bienzono quod Paynus ſucceſſiſſet in locum ſui reſpectu dictæ obligationis de viginti ſex ducatis, voluiſſet, ꝙ Paynus ſolueret quinquaginta duos hæredibus Iacobi Botiſellæ. Sed dixiſſet, quod in caſu quo appareret ſolutionem dictorum 52. ducatorum factam fuiſſe dictis hæredibus, quod ipſe Paynus tunc deberet ſoluere ſolum viginti ſex ipſi dominæ Antoniæ, prout ipſe promiſerat: apparet ergo manifeſte qood Paynus non ſucceſſit ipſi Iacobo de Bienzono quantum ad illam obligationem de viginti ſex ducatis factam ipſi dominæ Antoniæ, imo apparet contrarium, quia vt dixi actum fuit in inſtrumento permutationis, quod Payous ſoluerit omnes videlicet 52. docatos dictis hæredibus, & in conſequentiam quod ipſe nihil ſoluerit ipſi dominæ Aotoniæ. Et ſic ex his coucludo Paynum non teneri vigore dictæ promiſſionis ad dandum dictos 26. ducatos ipſi domino Antonio iuxta formam petitionis ſuæ.

3 Ad † ſecundum principale dubium, videlicet an Paynus teneatur ad dandum viginti ſex ducatos dominæ Antoniæ ex eo ſaltem quod ipſos interdictos apud ſe reſtituit hæredibus Iacobi Botiſellæ ſine licentia & nulla facta reuocatione ipſius. Et videtur prima facie quod ſic, quia vt ipſe Paynus confitetur dictum interdictum ſoluendo telaxauit ſine licentia. Ergo videtur quod debeat condemnari intereſſe partis: qoia vbi factum vel non factum promittitur venit intereſſe ſi conficiat, *vt l. ſi ita quis ſtipulatur, ff. de euictionib. & l. in ſtipulatione, ff. rem ratam haberi, & in l. final. & ibi hoc notant gloſſ. & Doctor. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, & notant Doctores in l. ſtipulationes non diuiduntur,* §. *Celſus, ff. de verb. oblig.*

In contrarium videtur quod non teneatur niſi ad pœnam decem librarum, quia interdictum fuit factum ſub dicta pœna. Et ſic pet appoſitionem pœnæ videtur eſſe receſſum ab intereſſe quod de iure communi peti poſſet, *per notat. per Barto. & Doctores in l. ſi ita ſtipulatus, la grande. ff. de verb. oblig. & in l. prædia. ff. de actio. emptio. & per gloſſ. & Doctor. in d. l. fin. ff. ſi quis in ius voca. non ierit.*

Pro quo facit quod ſingulariter dicit Dominus Matthæus de Matheſilanis de Bononia in ſuo 78. notabili quod incipit: Nota mirabile, qui dicit
4 † quod quotieſcunque in aliqua regula continetur aliqoid faciendum à religioſis, & apponitur certa pœna puta ieiunium duorum dierum vel ſimilia, ſi religioſi contra faciunt licet vouerint generaliter ſeruare regulam, non tamen incurrunt tranſgreſſionem voti: quia intentio conditoris regulæ videtur limitaſſe ſecundum præceptum, vel prohibitionem quo ad illam pœnam tantum, *vt tenet Ioannes Andr. in capit. relatum, extra ne cler. vel mo.* Et ita dicit tenere etiam Thomam de Aquino quod dicit Dominus Matthæus eſſe notandum propter Doctor. & ſcholares qui iurant ſeruare ſtatuta quæ dicunt aliquid fieri, vel non fieri, ſub certa pœna. Sic in propoſito licet regulariter ille apud quem eſt factum interdictum de aliqua re, ſi illam reſtituit vel tradidit ſioe licentia, tenetur ad intereſſe ſaltem vſque ad valorem rei interdictæ. Tamen ſi eſt appoſita pœna videtur hoc caſu eſſe receſſum ab eo quo tenentur de iure communi, & quod tantummodo in pœnam appoſitam inciderit. Vnde videtur quod contra dictum Payoum debebat procedi ad dictam pœnam 16. librarum non autem ad ipſos 26. ducatos. In hoc tamen paſſu teneo primam partem pro vera, ſci. quod Paynus teneatur ex eo quod ſoluit 52. ducatos apud ſe interdictos ſine licentia iudicis & non reuocato interdicto vnde tenetur ipſe D. Antoniæ ad dandum 26. ducatos petitos pee eam, ſi aliud non obſtaret qood in dicto interdicto fuerit appoſita pœna: quia quandocunque apponitur pœua loco contemptus per iudicem, tunc per adiectionem pœnæ non videtur eſſe receſſum ab alia obligatione vel intereſſe, *vt probatur in l. ſi quis rem in text. & gloſſ. de arbitr. & per gloſſ. in auth. de iud.* §. *& quia cognouimus, in verſic. mulctam ibi.* Sed loco inobedientiæ factæ arbiter, &c. *colum. 6. & ita tenent Cyn. & Doctores in l. cum proponas, C. de tranſaction. & Doctor. in l. qui fidem, ff. eod. & in l. reſcriptum,* §. *ſi pacto. ff. de pact. maxime ibi per Bald. in fin. & per Bartol. in l. ſi ita ſtipulatus, in 21. oppoſit. ff. de verborum obligationibus.* Verum tamen eſt, quod in hoc caſu poſſit agi ad dictos 26. ducatos & ad pœnam: quia cum hæc petitio ad vtrunque procedat ex eadem cauſa ſcilicet inobedientiæ, oec oriantur diuerſæ actiones ex cauſa diuerſa, vtrumque non poſſet peti, vt dixit Petrus de Bella pertica notabiliter, *in l. qui Romæ.* §. *duo fratres, ff. de verbor. obligationib. & Cyn. Bald. & Paul. de Caſtr. in dicta l. cum proponas, & Bart. in dicta l. ſi ita ſtipulatus, in 11. oppoſitione.* Sed agens deberet eligere & vno eſſe contentus, *vt l. Celſus. ff. de arbitr. vt dicit Bart. in dicta 11. oppoſ.* Cæterum quia ipſe Paynus non eſt debitoe ipſius Dominæ Antoniæ in aliquo vigore promiſſionis quam fecit Iacobus de Bienzono ipſi Dominæ Antoniæ vt dixi, ſupra in primo dubio principali, nec etiam hæredes Iacobi Botiſellæ de Lardario ſunt debitores in aliquo ipſius Dominæ Antoniæ in dictis quinquaginta duobus ducatis: quia obſtat exceptio rei iudicatæ, vt ioſra dicam in vltimo dubio ergo non potuit nec poteſt ipſa Domina Antonia agere contra dictum Paynum pro dictis viginti ſex docatis: quia ſua non intereſt, licet Paynus non bene fecerit ſoluere ſine licentia iudi-
5 cis, † quia eſt actio ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, *vt Inſtitutione de actionib.* §. 1. *Sed ibi nihil debetur, vt dixi*, ergo, &c. Nec videtur in propoſito conueniens eſſe allegare in fauorem Payni inſtantiam

tiam

tiam interdicti fuiſſe peremptam triennio, cum
iam ſint 10. anni, quod factum fuerit, fuit enim fa-
ctum de anno 1441. de menſe Decembri: quia in-
ſtantia in hoc caſu dici non poteſt cum tempore fa-
cti interdicti, & poſt vſque ad principium præſen-
tis litis nullum iudicium agitatum fuit neque actus
contradictorius interuenit, *iuxta not. per Bart. in l. li-
tibus, C. de ag. & cenſib. libro 11. & per Doctor. in l. prope-
randum, in principio. C. de iudicis. & per Bald. in l. 1. §. an-
te fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & in l. tale pactum, §.
qui prouocauit, C. de pactis. in repetitione ſua.* Si enim a-
gitatum fuiſſet iudicium vel aliqua contradictio,
cum litis conteſtatio interueniſſet, in caſu, vbi lex
non conteſtatur, tunc bene triennio periret, vel
tanto tempore quanto duraret cauſa, *vt eſt text. &
ibi omnes Doctor. in l. ſi oleum, in principio. ff. de dolo. facit
quod not. Bartol. in l. litibus. ad fin. C. de agri. & cenſib. &
Bald. in l. 1. ad fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & quod
not. in l. properandum. in principio, C. de iudicis.* Præter-
ea ex alio capite fruſtra allegatur peremptio inſtan-
tiæ: quia dictum interdictum fuit factum vt dixi
de anno 1441. de menſe Decembri. Et ipſe Pay-
nus confitetur ſe dediſſe dictos 52. ducatos interdi-
ctos hæredibus dicti Iacobi Botiſellæ iam decem
annis. Et ſic quaſi eo anno quo factum fuit inter-
dictum, cum ſint decem anni quod eſt factum, er-
go ſi Paynus in primo vel ſecundo anno ſoluit ipſos
52. ducatos interdictos, & ſic per ſolutionem ex-
pirauerit ipſum interdictum ex c⁻pa ipſius Pay-
ni infra annum, ergo non eſt tractandum de per-
emptione inſtantiæ, quæ durare deberet ſi inſtan-
tia eſſet triennii: ſed non erat vt dixi, ex quo cau-
ſa iudicum cum litis conteſtatione vel aliqua alia
contradictio per illud triennium non fuit conce-
pta. Vnde hæc allegatio peremptionis inſtantiæ
non videtur facere ad propoſitum, neque conclu-
dere.

Ad tertium principale dubium, videlicet poſi-
to quod Paynus teneretur ad exburſandũ dictos 26.
ducatos ipſi Dominæ Antoniæ ex eo quod ſoluit
id quod erat apud ſe interdictum ſine licentia iudi-
cis quod lata fuerit ſententia de anno 1437. contra
ipſam Dominam Antoniam de dictis 26. ducatis
ad inſtantiam hæredum dicti Iacobi Botiſellæ poſ-
ſint Paynus ad hæredes Iacobi Botiſellæ de Larda-
rio ſe tueri. Et videtur prima facie quod non: quia
conſtat & probatum eſt per inſtrumenta authen-
tica dictum Coradum ſoluiſſe dictos 52. ducatos. Er-
go videtur quod ipſa mulier conſequi poſſit 26. du-
catos vigore conuentionis factæ cum Iacobo de
Bienzono. Nam illa ſolutio facta Epiſcopo Tri-
dentino ſiue eius locum tenenti valuit & tenuit:
quia ille Iacobus Botiſella erat factus rebellis, &
ſic bona ſua fuerunt confiſcata quod fieri potuit, *vt
in toto titulo ad l. Iul. Maieſtat. ff. & C. & maxime in l.
quiſquis Cod. eod.* Etiam ſi iniuſte fuiſſet rebellatus:
6 † quia iniuſtitia facti ipſi rebelli ex culpa rebellis
vel ex inimicitia habita cum rebelli etiam iniuſte
non debet alteri nocere, ſed ſibi iuxta notata per
Bald. & Doctor. *in l. 2. C. quod metus cauſa.* Et per hoc
eſt bonus text. *in l. his in principio, quæ eſt l. penul. cum
ibi nota. ff. ſoluto matrimonio*, tum etiam, quia fuit ne-
ceſſarium ſuperiori obedire per ea quæ not. *in d. l. 2.
C. quod metus cauſa.* Et hoc videtur verum, etiam ſi
prius fuiſſet lata ſententia propter inſtrumentum
ſolutionis de nouo repertum, *vt l. admonendi, cum ibi
not. ff. de iureiurando*, ergo idem debet eſſe in ſenten-
7 tia, † maxime cum ſententia & iuramentum æ-
quiparentur, imo maiorem habeat autoritatem iu-
ramentum quam ſententia, *vt l. 2. ff. de iureiurando.*
ergo ſi remittitur illud quod eſt maius, ergo & il-
lud quod minus, *l. quanto magis, ff. de iureiurando, &
authen. multo magis, C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* Præter-
8 ea pro hoc facit æquitas & ratio naturalis: † quia
bona fides non patitur vt bis idem exigatur, *l. bona
fides, ff. de regulis iuris*, & quia iſtud eſſet locupletari
cum iactura alterius, *contra l. nam natura, ff. de condi-
ctio. indebiti.* His tamen non obſtantibus contra-
rium eſſet verius, quia licet probatum fuerit legi-
time dictam ſolutionem fuiſſe factam. Tamen hæc
probatio non releuat, quia ante probationem fue-
rat lata ſententia contra mulierem de anno 1437.
quæ tranſiuit in rem iudicatam, non obſtantibus
his quæ in hoc in contrarium adducta ſunt, ergo
non debet amplius audiri per viam ordinariam
quam intentauit, *vt l. poſt rem, ff. de re iudic. cum ſimili-
9 bus.* † quia etiam per inſtrumenta de nouo reper-
ta non debet retractari ſententia, & quia de hoc eſt
caſus legis, nõ eſt dubitandum, *l. mille. C. de ſent. & ca-
ſus l. eſt in l. ſub ſpecie, C. de iud.* qui ita dicit ad literam,
ſub ſpecie nouorum inſtrumentorum poſtea re-
pertorum res iudicatas reſtaurari exẽplo graue eſt.
& eſt tex. in l. Imperatores. ff. de re iudi. Nec obſtat quod
10 dixi, de *l. admonendi.* † quod iuramentum retra-
ctatur per inſtrumenta de nouo reperta. *Et ita tenet
gloſſ. Bartol. & communiter Doctor. in dict. l. admonendi,*
hic vero loquimur quando ſola ſententia fuit data
nec ineſt odium alicuius periurii. Nec obſtat quod
bona fides non patitur vt bis idem exigatur, & quod
non debeat quis locupletari cum iactura alterius:
quia iſtud toleratur propter auctoritatem rei iudi-
catæ, & ne lites ſint immortales, & ne ſopitæ ite-
rum ſuſcitentur, ad hoc vt ſit litium finis, *vt notatur
in dictis iuribus.* Et ſic ex prædictis omnibus conclu-
do & conſulo de iure partes Magnifici Domini
prouiſoris terræ Ripæ eſſe in ſententiando & ter-
minando petita per dictam Dominam Antoniam
ſiue per eius procuratorem tam contra dictum
Paynum, quam etiam contra hæredes Iacobi Boti-
ſellæ de Lardariis ſiue & eorum procuratores fieri
non debere. Et ipſos Paynum & hæredes dicti Iaco-
bi ſiue & eorum procuratores abſoluendos eſſe &
abſolui debere. Et quod ita abſoluat ab omnibus
petitis per dictam Dominam Antoniam ſiue & e-
ius procuratorem. Et quia Domina Antonia ſiue
eius procurator habuerunt iuſtam cauſam litigandi
quod abſoluendi ſunt ab expenſis & quod ita eos
abſoluat.

Et ita vt ſupra ſcriptum eſt dico & conſulo iuris
eſſe ego Barth. Cæpol. de Verona Iuris vtriuſq; Do-
ctor, & ad fidem præmiſſorum me ſub-
ſcripſi, & conſueto ſigillo
meo ſigillaui.

CONSIL. XIIII.

SVMMARIA.

1 *Tranſactio facta per mulierem conſtante matrimonio ſine ſolemnitate ſtatuti an ſit valida.*

2 *Mulier an conſtante matrimonio & non obſtante forma alicuius ſtatuti poſſit alienare cum ſua conditionis melioratione.*

3 *Pupillus an & quo caſu poſſit adire hareditatem etiam ſine tutoris auctoritate.*

4 *Contractu facto cum monaſterio de percipiendo fructu alicuius poſſeſſionis pro mille quouſque vixerit contrahens an vita durante poſſint vltra illa mille percipi.*

IN CHRISTI nomine amen. Caſus talis eſt. Quædam Domina Magdalena de anno 1444. de mẽſe Ianuario donauit omnia bona ſua mobilia & immobilia iura & actiones, &c. Iacobo & Margaretæ iugalibus donatione inter viuos retento in ſe vſufructu cum his pactis, videlicet quod dicti Iacobus & Margareta teneantur alimentare dictam Dominam Magdalenam toto tempore eius vitæ. Et inſuper teneantur dare indomẽta & calceamenta, & ſic in effectu victum & veſtitum condecentem.

Item quod dicti iugales facerent ipſam ſepeliri & exequias quando moreretur. Et quod poſt mortem dictæ Dominæ Magdalenæ teneatur facere celebrati vnum anniuerſariũ ſemper & in perpetuum quolibet anno vt appareat in inſtrumento donationis, deinde de eodem milleſimo ſcilicet de anno 1444. de menſe Iunio, dum eſſet orta lis & quæſtio inter dictam Dominam Magdalenam ex vna parte, & Dominam Margaretam & Iacobum ex altera, etiam vigore cuiuſdam aſſertæ promiſſionis dictarũ docẽtarum librarum, quas dicta Domina Magdalena dicebatur promiſiſſe dictæ Margaretæ pro ſuo ſeruitio deuenerunt ad iſtam tranſactionem, videlicet quod dicti Iacobus & Margareta iugales renontiauerunt dictæ donationi factæ à dicta Domina Magdalena, & dicta Domina Magdalena promiſit ſoluere centum & 22. libras pro reſto dicti debiti ducentarum librarum denario-
1 rum Veronenſium. † Modo vertitur in dubium, vtrum dicta renontiatio donationis facta per dictam Dominam Margaretam conſtante matrimonio valuerit. Et allegatur quod non vigore ſtatuti Veronenſis, quod ſic dicit ad literam, inſuper quod nulla mulier poſſit nec debeat durãte matrimonio facere donationem alicui perſonæ ſine præſentia trium agnatorum vel cognatorum. Et ſi fecerit, ipſo iure non valeat donatio, nec teneat, nec præiudicet alicui ſuccedenti dictæ mulieri. Et quod dicta donatio taliter facta ſit caſſa & irrita & nullius valoris.

Item intelligitur in venditione & quacunq; alia alienatione niſi ex legitima cauſa. Et in quocunque prædictorum caſuum videlicet venditionis ſi dicti attinentes recuſauerint velle intereſſe dictæ venditioni quod tunc D. Poteſtas teneatur & debeat mittere tres homines ciues Veronenſes, ſcilicet qui ſupereſſe debeant ad videndum & examinandum vtrum venditio ſeu donatio fiat metu nec ne, vel venditio fiat ex neceſſitate.

Vnde dicitur ex parte dictorum iugalium quod non fuit ſeruata ſolẽnitas dicti ſtatuti, quia in dicta refutatione actionis quæ ſapit alienationem, *l. fin. C. de reb. alie. non alie.* non interuenerunt attinentes ſeu alii tres ciues Veronæ electi per D. Poteſtatem Veronæ. Sed ſolum tres homines de Leoiacho electi per d. tunc Vicarium Leuiachi. Ergo cum non fuerit ſeruata forma dicti ſtatuti, debet dici quod illa renuntiatio donationis non valuerit, & ſit ipſo iure nulla propter verba dicti ſtatuti, *& per l. cum hi, §. ſi pretor. ff. de tranſact. cum ſim.*

Tamen hoc non conſtante credo contrarium eſſe verius, & ſic idem teneo quod excellentiſſimus decretorũ Doctor Dominus Andreas de Bartholomæo de Sicilia conſuluit, in quantum conſuluit quod etiam ſine præiudicio veritatis ſi non fuiſſet ſeruata dicta ſolemnitas ſtatuti. Nihilominus dicta refutatio donationis valuit & vltra deducta per ipſum in dicto ſuo conſilio elegantiſſime & copioſe & non repetendo hac potiſſima ratione moueor. Nam illud ſtatutum eſt introductum in fauorem mulierum ne metu mariti vel dolo vxor cogatur ad vendendum vel donandum, & ſic decipiatur, *vt probat tex. & ibi hoc not. Bart. & Doct. in l. tranſa. C. de tranſactio. Et probatur etiam in fine dicti ſtatuti.* Sed quando mulier facit meliorem conditionem ſuam alienando vt fecit dicta Margareta in caſu noſtro, vt infra dicetur, non eſt opus ſolemnitate dicti ſtatuti: quia ceſſat ratio finalis ipſius vt ſtatim oſtendam. Ergo ſequeretur quod dicta renuntiatio facta etiam ſine
2 ſolemnitate dicti ſtatuti valuit. Quod † autem mulier etiam conſtante matrimonio poſſit alienare non obſtante forma alicuius ſtatuti, quando mulier facit meliorem conditionem ſuam, probatur primo per tex. *in l. cum hi, § eam tranſactionem, ff. de tranſactio.* Nam licet dicatur quod ille cui alimenta ſunt relicta, non poſſit tranſigere cum hærede ſine prætore & ſine cauſæ cognitione, & ſi aliter fiat non valeat, *vt d. l. cum hi. §. ſi prætor. de tranſact.* Tamen ſi alimentatius tranſigendo facit meliorem conditionem ſuam poteſt tranſigere etiam ſine prætore & ſine ſolemnitate, *vt notatur in l. cum hi. §. eam tranſactionem, eod. tit. de tranſactionib.* ergo idem dicendum in caſu noſtro.

Secundo etiam probatur ſic. Nam Eccleſiam licet regulariter non poſſit alienare ſine certis ſolemnitatibus, *de quib. habetur in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccle. & 12. quæſt. c. 2. ſine exceptione, & c. alienationis cum ſimil.* Tamen quando alienando facit meliorem conditionem, non eſt opus aliqua ſolemnitate, & maxime decreto. *Et ita tenet gl. in terminis in d. l. cum hi, § eam tranſactionem, & ibi Ang. & licet gl. in l. ſi fundus ſterilis. ff. de rebus eorum, dicat contrarium: tamen Dyn. & refert Bald. in d. l. ſi fundus ſterilis, tenet gloſſ. in d. §. eam tranſactionem*, ergo & nos eam tenere debemus: quia ſecundum ſtatutum Veronæ ſi gloſſæ ſunt cõtrariæ, ſtatuatur opinioni illius gloſſæ quam approbat Dynus. *Et idem tenet Bald. in l. ita conſtante,*

ff. de iure dotium. & in l. quacunque in princip. 2. colum. C. de bo. quæ liber. Et in l. contra iuramen. in princip. ff. de pactis. Et idem tenet Alberi. de Roſa. in authent. hoc ius porrectum, in vltima col. in princip. C. de ſacroſanct. Eccleſ. facit ad hoc gloſſ. notat. in l. 2. ff. de accepti. & quam notat in l. non eo minus. C. de procuratorib. Et quod nota. Cyn. in l. quod fauore. C. de legibus, & per Dyn. in capit. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. & per Bart. in l. obligari, in princ. ff. de auctoritate tuto.

Tertio hoc idem probatur, *per l. ſi quis mihi bona, §. ſi ſeruum. ff. de acquir. hæredi. coniuncta l. 1. in fin. cum l. ſequent. ff. de officio procu. Caſa.* Nam licet procurator Cæſaris non poſſit adire hæreditatem pro Cæſare nec iubere ſeruum Cæſaris quod adeat, *vt dicta. l. 2. de officio procuratoris Cæſaris.* Tamen ſi facit meliorem conditionem Cæſaris: quia hæreditas eſt opulenta ſine vexatione, tunc bene poteſt ſeruus fiſci iuſſu procuratoris Cæſaris adire, *& ita vult gloſſ. ſingularis in terminis, vt dicta l. ſi quis bona. §. ſi ſeruus, per quam gloſſ. dicit ibi Angelus & Dominus meus Paulus*
5 *de Caſtro.* † quod licet pupillus non poſſit adire hereditatem etiam lucroſam: quia poſſet habere vexationes creditorum & legatariorum, *vt l. obligari, §. pupillus. ff. de auto. tuto. & Inſtitut. eod. titu. §. ſed neque cum ſimilibus.* Tamen opulentam hæreditatem, quæ eſt ſine vexatione, bene poteſt adire etiam ſine tutoris auctoritate, & ſic ſine ſolemnitate iuris. *Et idem tenet idem Dominus Paulus in l. nutum. ff. de acquir. hæred.* vbi dicit, qnod licet ex forma legis vel ſtatuti pupillus non poſſit adire hereditatem ſine tutoris auctoritate vel alia ſolemnitate, qnod hoc non obſtante poterit adire hæreditatem opulentam quæ ſit ſine vexatione: id eſt vbi non extent aliqui creditores vel legatarii: quia tunc ceſſat prohibitio legis vel ſtatuti, & non tractatur niſi de acquiſitione in qua non requiritur vllorum auctoritas, ne qood in fauorem introductum eſt in eius odium & damnum reuertatur, *l. quod fauore. C. de legibus. Et dicit ibi Dominus Paulus*, quod iſtum caſum ſemel habuit Florentiæ. Et ita conſuluit. Vnde ex prædictis ego concludo maxime per proxime iam dicta, quod licet dicta Margareta noo potuerit aliquam alienationem facere ſine ſolemnitate dicti ſtatuti regulariter, tamẽ ex quo in caſu noſtro fecit meliorem conditionem ſuam, vt ſtatim oſtendam, non fuit neceſſe obſeruare formam dicti ſtatuti. Poſito etiam quod illa relaxatio donationis fuerit alienatio ſine præiudicio veritatis. Quod autem dicta Margareta fecerit meliorem conditionem ſuam relaxando dictam donatiooem probatur ſic euidenter. Nam dicta domina Margareta & Iacobus eius maritus, quibus erat facta dicta donatio tenebantur præſtare victum & veſtitum dictæ dn. Magdalenæ donatrici condecentem toto tempore vitæ ſuæ retinente tamen dn. Magdalena apud ſe vſumfructum toto tempore vitæ ſuæ.

Item, poſt mortem dictæ dominæ Magdalenæ tenebatur ſuis expenſis facere exequias, & ipſam ſepeliri.

Item, teoebantur qnolibet anno poſt mortem ſuam celebrari facere ſemper & in perpetuum vnum anniuerſarium ſecundum poſſibilitatem & voluntatem eorum pro anima ipſius dominæ Magdalenæ & ſuorum defunctorum. Quæ omnia profecto ſunt magnæ expenſæ, & magnum onus, attenta conditione perſonarum & ipſius donationis. Et eſt conſiderandum quantum poterant & debent iudicari & valere dicta alimenta victus & veſtitus dictæ dominæ Magdalenæ toto tempore vitæ ſuæ. Et dico, ex quo erat maior ſexagenaria cuiuſcunq; ætatis maioris eſſet quo ad alimenta ſibi præſtanda, ius præſumit & iudicat quod poſſit viuere ſaltem quinque annos, *vt eſt caſus, & ibi Doctores in l. hæreditatum. ff. ad l. Falcidiam.* Et licet illa lex videatur loqui qno ad æſtimandam Falcidiam ipſorũ legatorum, tamen habet locum etiam quantum ad æſtimationem & taxationem legatorum & contractum alimentorum tantum, *vt notant Doctores in l. ſi pater pu-*
4 *ella. C. de inofficio teſtamen.* † qui dicunt, pone quod aliqua mulier emit à quodam monaſterio, vel ab alia perſona fructus alicuius poſſeſſionis pro mille quouſque vixerit, & ipſa poſtea tantum ſuperuixit qnod ipſa percepit duo vel tria millia de dictis fructibus, an ſit licitus iſte contractus ex parte mulieris ementis, videtur quod non, qnia habuit duo vel tria millia pro mille, *Doctores dicunt contrarium in dicta l. ſi pater puella. & in capit. in ciuitate, & in capit. conſuluit, extra de vſuris*, quia potuit etiam mori primo anno. Et idem enim eſt dicendum ſi moritur primo anno, an contractus ſit illicitus ex parte vendentis, qui forte habet mille pro viginti. Et certe non, quia potuiſſet viuere multo plus, vnde ratione dubii euentus iudicatur contractus licitus, *per d. l. ſi pater puella, dicunt tamen Doctor. in dicta l. ſi pater puella*, quod prædicta ſunt vera ſi tempore celebrati contractus veriſimiliter dicta mulier non tantum, vel non ita modicum credebatur viuere, *ſecundum dictam l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. Et ſic volunt ibi Doct. quod dicta l. hæreditatem*, habeat locum etiam quo ad æſtimanda legata, vel contractus alimentorum. Sed vt dixi in caſu noſtro debemus æſtimare, quod dicta domina Magdalena ex quo erat maior ſexaginta annis cuiuſcunque ætatis eſſet, quod potuerit ſuperuiuere quinque annos. Vnde debet æſtimari quantum potuiſſet expendi in victu & veſtitu ſuo pro quinque annis ſecundum cooditionem perſonæ ſuæ. Et illud iudicabitur onus pro dimidia dictæ Margaretæ. Et fortaſſis meo iudicio ſaltem quolibet anno potuiſſent expendi quindecim ducati, vnde pro quinque annis taxando pro quolibet anno quindecim ducatos, aſcenderet onus ad ſummam in totum ſeptuaginta quinque ducatorum. Hoc tamen ſcilicet quantum poſſet expendi quolibet anno relinquendum eſt arbitrio iudicis qui habeat conſiderare conditionem perſonarum & temporis occurrentiam, *l. 1. ff. de iure delib. cum ſimil.* Et hæc intelligo vera in caſu noſtro ſine dnbio quando dicta d. Magdalena eſſet adhuc viua, & non conſtaret manifeſte quantum poſſet adhuc viuere, & quantum deberet illnd onus eam alimentandi durare. Sed cum dicta Domina ſit mortua, vt mihi dicitur in facto, & ſic non ſumus in caſu dubio, ſed certo, dico quod forte ſolummodo illud tempus, quo ſuperuixit poſt dictam renuntiationem donatio-

nis,

nis, debet couſiderari eo modo quo ſopra. *Et ad hoc moneor per gloſſ. ordi. in d. l. hereditatum. in verſicul. computetur. quam tenet etiam ibi Bart.* quinimo dico plus, dato quod illa glo. non eſſet vera, tamen in caſu noſtro hoc videtur poſſe dici ſub dubio tamen forte. Nam ad hoc vt ſolemnitas prædicti ſtatuti non ſit neceſſaria in alienatione, quæ fit conſtante matrimonio per mulierem, eſt opus quod conſtet & ſit certum ea certitudine quę poteſt haberi, quod mulier alienando faciat meliorem conditionem ſuam, vnde ſi adhuc viueret domina Magdalena poſſet dici quod eſſet certum quantum poſſet viuere reſpectu alimentorum. Et quo ad hoc an Margareta fecerit meliorem conditionem ſuam *ſecundum d. l. hereditatum.* Sed cum ſit mortua, & ſic conſtet quantum vixit, non eſt procedendum ad coniecturas ſeu præſumptiones. *d. l. hereditatum. ff. ad l. Falci.* quia in incertis non certis locus eſt coniecturæ. *l. continuum. §. cum ita. ff. de verbor. obligat.* Et ſic videtur quod illud tantom tempus debuit conſiderari, quia ex dobio euentu declarato per mortem dominæ Magdalenę appatere poteſt, an dicta Margareta fecerit meliorem conditionem ſuam. Et iſtud credo æquius & tutius attenta fragilitate mulierum & forma dicti ſtaturi. Tamen de rigore iuris poſſet dici, quod non attendebatur tempus mortis, ſed ſolum tempus dictæ refutationis donationis, & ſic quod debuit fieri computatio *ſecundum dictam l. hereditatum dictam. per dicl. l. ſi pater puella. C. de inoffic. teſtamen. cum ibi nota. per Cyn. & Doctores.* Et quia initium contractus eſt ſpectandum *per notata. in l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio.*

Vnde concludendo dico, quod ex quo dicta mulier poſt dictam relaxationem donationis ſuperuixit quatuor annis & vltra, quod illa compotatio debet fieri ad minus pro quatuor annis, vt eo modo quo ſupra, & ſic quod dicta Margareta & eius maritus donatarii expoſuiſſent & expendiſſent in victu & amictu dictæ mulieris pro tempore quatuor annorum & vltra quo ſuperuixit.

Item debet conſiderari quantum potuiſſet expendi in exequiis dictæ dominæ Magdalenæ.

Item quantum potuiſſet expendi pro anniocerſario faciendo ſemper & in perpetuum quolibet anno.

Item debet conſiderari etiam quod erat lex & controuerſia cum dicta domina Magdalena de dote dictæ d. Margaretæ & propter iſtam relaxationem factam per dictam Margaretam & maritum ſuum dicta domina Magdalena conſtituit ſe debitricem in centum duabus & 20. libris denariorum Veronenſium, & in hoc fuit vtilitas etiam dictæ Margaretæ. Et ex omnibus iſtis diligenter videndum eſt, quantum erat iſtud onus donatariorum ipſis annexum in dicta donatione. Et è conuerſo quantum valent bona quæ fuerunt donata dictis iugalibus deducto vſu fructu toto tempore vitæ dictæ dom. Magdalenæ in dictis bonis donatis & deductis debitis ipſius dominæ Magdalenæ donatricis. Et quia prædictum onus annexum prædictis donatariis eſt maius quam ipſa donatio omnibus prædictis deductis vt mihi dicitur in facto tunc ſine dubio ex quo tempore dictæ relaxationis, quo tempore maior & longior fiebat computatio vitæ dictæ dominæ Magdalenæ & tempore mortis ipſius apparuit, & apparet dictam Margaretam feciſſe meliorem conditionem ſuam in dicta relaxatione. Et dicendum, quod dicta relaxatio valuit & tenet abſque ſolemnitate dicti ſtatuti per prædicta. Et vlterius dico quod iſta fuit intentio ſtatuti quod hoc vult expreſſe ibi dum dicit niſi ex legitima cauſa. Nam iſta cauſa legitima, quando facit meliorem conditionem ſuam, vt in iuribus ſupra allegatis, ergo.

Et ita vt ſupra ſcriptum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Bart. Cæpolla de Verona I. V. D. & ad fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, & ſigillo meo conſueto ſigillaui.

CONSIL. XV.

SVMMARIA.

1 *Mulieri an ſoluto matrimonio debeatur aliquid vltra ſortem ab heredibus viri qui fuerunt in mora reſtituendi dotem.*

2 *Statutum diſponens quod ſi dos non reſtituatur vxori viuenti, heredes viri teneantur ad ſoluendum decem pro centenario pro intereſſe ſeu alimentis, an ſit validum.*

3 *Vſura eſt quicquid accedit ſorti*

4 *Lege pedes ſuos figente, non eſt vltra procedendum.*

5 *Statutum taxans certam quantitatem vxori præſtandam ſoluto matrimonio propter dotem non ſolutam loco alimentorum quo caſu procedat, vel non.*

6 *Regula iſta: Quicquid accedit ſorti eſt vſura, non procedit, vbi aliquid petitur vltra ſortem tanquam intereſſe.*

7 *Iuſtitia poſitiua ratio non datur, niſi quia ſic placuit.*

1 IN CHRISTI nomine, amen. † Circa caſum, in quo excellentiſſimi domini conſuluerunt, videtur mihi ita eſſe dicendum, videlicet quod licet ſit maxima dubitatio, an mulieri ſoluto matrimonio debeatur aliquid vltra ſortem ab hæredibus viri qui fuerunt in mora dotem reſtituendi, *de quo per Innocen. & Ioan. Andre. & Doctor. in c. ſalubriter. extra de vſuris. & per Bart. & Doctor. in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matri. & per eundem Bart. in l. atqui natura. §. non tantum. ff. de nego. geſt. & in conſil. ſuo. 184. quod incipit, Franciſcus habuit vxorem, & per Ang. in l. Titia. ff. de ſol. & per Bald. in auth. ei qui. C. de bon. autor. iudi. poſſi. per Paul. de Caſt. in l. diuortio. ff. ſolut. matrim. & pleniſſime per dominum meum Dn. Angelum de Aretio Inſtit. de actio. in §. fuerat. & per fratrem Ioann. de Capi-*
2 *ſtrano in ſuo tractatu de vſuris.* † Tamen alia dubitatio eſt & diuerſa, an valeat ſtatutum quod diſponit, quod ſi dos non reſtituatur vxori viuenti, hæredes viri teneantur ad ſoluendum 10. pro centenario pro intereſſe ſiue alimentis, ſicut videtur diſponere prædictum ſtatutum Paduæ. Et prima facie videtur dicendum quod non, & qood tale ſtatutum ſapiat vſurariam prauitatem, quando dos eſt in pe-

in pecunia numerata, ſicut dicitur eſſe in caſu no-
3 ſtro. † Nam regula eſt, quicquid accedit ſorti, vſura eſt, *vt 14. q. 3. c. plerique. & c. vſura. & eſt tex. cum gl. in ver. non poſſit, in fin. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. & probatur in l. ſi tibi 10. millia. in prin. ff. de pact. cum ſim.* Et hęc regula procedit non ſolum in mutuo, ſed etiam in alio contractu vbi aliquid excogitatur in fraudem vſurarum, *vt eſt gl. notabilis in c. conqueſtus. in gl. magna, ibi,* & quod dicitur quicquid accedit ſorti, *extra de vſuris.* Sed ſi aliquid poſſet exigi à muliere ab hæredibus vltra ſortem, illud ſorti accederet, ergo videtur eſſe vſura.

Secundo videtur eſſe interdictum hoc ſpecialiter, vt poſſit petere ab vxore vel ſocio, an quid vltra ſortem, *vt eſt caſus in dict. cap. ſalubriter. extra de vſuris,* quia ſuſtinet onera matrimonii, quæ ratio ceſſat in muliere ſoluto matrimonio per mortem viri, ergo. Et iſtam opin. quod tale ſtatutum non valeat, *tenet Ioan. de Ligna. qui ſatis diſputat iſtam quaeſt. in cle. prima, & cle. ex grandi. de vſuris. Et idem tenet ibi Ioan. de Imol. & Raymundus in ſua ſumma. Et idem ſolemnis Doctor Dominus Matthæſilanus de Matthæſilanis in dict. clement. ex grandi.* qui dicit, quod taliter ſtatuentes incidunt in pœnam illius clementinæ. Sed certè his non obſtantibus credo, quod in caſu prædicti ſtatuti Paduani ſtante caſu præmiſſo illud ſtatutum de iure valeat, & quod mulier poſſit petere 10. pro centenario, ſic enim intelligo ſtatutum dum loquitur de decem libris pro centenario, id eſt, pro centum libris, & ſic decem pro centenario, vt dixi. Et in primis declaro quomodo debeat prædictum ſtatutum in principio ſumi quod videtur prima facie obſcurū. Nam dicit, ſtatuimus quod ſoluto matrimonio, ſi dos reſtituenda ſit vxori viuenti, vel aliter alimenta ſint vxori præſtanda etiam durante matrimonio, quod intereſſe ſiue alimenta dictæ mulieris ſint & eſſe intelligantur libræ decem pro centenario, ad rationem centenarii pro anno & in ratione anni, &c. iſtud ſtatutum habet in hoc duas partes. Prima eſt, quando dos debetur vxori viuenti. Alia, quando alimenta ſunt præſtanda vxori etiam durante matrimonio. Et ſecunda, eſt ibi, vel aliter alimenta. Et verbum quod eſt infra, *quod intereſſe*, infertur ad primam partem ſtatuti, quando ſcilicet dos debetur vxori viuenti, & verba quæ ſequuntur, ibi, *ſiue alimenta*, referantur ad ſecundam partem ſtatuti quæ eſt ibi, vel aliter alimenta. Et eſt ſenſus meo iudicio, quod ſi mulieri viuenti dos eſt reſtituenda, eo caſu quo ſibi alimenta non debentur, quod eſt poſt annum à morte viri, *vt in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio.* quod tunc ſuum intereſſe ſcilicet mulieris ſint & eſſe intelligantur decem libræ pro centenario. Sed ſi mulieri alimenta ſunt præſtanda etiam durante matrimonio, quod eſt etiam durante matrimonio, quod habetur, *in l. ſicut. ff. de ope. liber. & l. pro oneribus. C. de iure do.* & poſt ſolutum matrimonium infra annum, *vt habetur in d. §. exactio.* tunc vult ſtatutum, quod dicta alimenta ſint & eſſe intelligantur decem pro centenario. Et intelligo in iſtis duobus caſibus, quod dicta taxatio de decem pro centenario ſit fictio ſtatutaria, ſiue quædam præſumptio iuris & de iure, contra quam non debet admitti probatio in contrarium, ex quo ſtatutum dicit, *ſint & eſſe intelligantur*, & ſic figit pedes, *argumento gloſſ. notabilis. 50. diſtin. cap. ferrum. & per id quod notatur in cap. is qui fidem, extra de ſponſalib. & in l. non eſt veriſimile, ff. quod met. cauſa. & per gl. not. in l. ſi non fuerint, in principio, ff. pro ſocio. in gloſſ. penult.*
4 quæ dicit, † quod vbi lex figit pedes ſuos, vltra non eſt procedendum. *Et ita notat Bald. in capit. 1. in fin. 1. colum. in titul. ſi de inueſtitu. inter Dominum & vaſallum, lis oriatur. in vſibus feudorum.* Ac etiam hoc conſtat per dictum verbum, *intelligatur*, quod de ſui natura importat fictionem, *vt eſt gloſſ. notabilis in l. qui a ſeruo, ff. de action. & obligation. in gloſſ. in verſic. intelligi debet. & notat etiam Bald. in l. quoniam, ff. de his qui not. infamia*, & quod per verbum, *intelligatur*, indicatur fictio, contra quam non admittitur probatio in contrarium, *probatur in l. vnica, §. 1. ibi, ſi enim & ſtipulationes ineſſe dotibus intelligantur.* Et ibi, *ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam, Cod. de rei vxoria actione.* Nec poteſt iudex in hoc caſu aliter taxare dictum intereſſe: quia vbi lex intereſſe taxat, non taxatur ab homine, *vt notat Bald. in l. prima, C. de ſeruo communi manu.* Sicut enim quando pretium eſt taxatum & conuentum, illud debet attendi, nec vltra quicquam peti poteſt, *vt dicit notabiliter Bald. per gloſſ. ibi, ſi inter virum, in fin. Cod. de iure dotium.* Et ſecundum iuſtum intellectum, qui verus eſt, quicquid dicant alii caſus quæſtionis noſtræ de qua conſilium quæritur, eſt in prima parte ſtatuti videlicet quia mulieri viuēti debebatur & debetur dos, & non alimenta: quia ſolum hæredes mariti dicuntur fuiſſe in mora reſtituendi dotem poſt annum à morte viri, vt in caſu præſupponitur. Et ſine dubio ſtante dicto ſtatuto valido dictæ mulieri debentur decem pro centenario dotis ſuæ ſibi non reſtitutæ pro ſuo intereſſe ſic per ipſum ſtatutum limitato. Et certe in hoc caſu, de quo quæritur, dicendum eſt, quod prædictum ſtatutum valet, & tenet de iure, & ſecundum ipſum eſt iudicandum. De cæteris autem partibus ſtatuti, ſi valet, in eis nunc non decido: quia non ſumus in terminis dicti ſtatuti. Quod autem valeat de iure prædictum ſtatutum, probatur ſic, nam non eſt dubium, quod ſi dicta mulier propter moram hæredum in non reſtituendo ſibi dotem poſt annum à morte viri, eſt paſſa intereſſe damni emergentis vel lucri ceſſantis, vt in themate præſupponitur, illud intereſſe poteſt peti de iure, *vt l. ſocium qui in eo, in princip. ff. pro ſocio. & notatur in l. vnica. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* *Et ita tenet Angel. de Peruſio in l. vnica, §. cum autem, Cod. de rei vxoria actione.* vbi dicit, quod ratione moræ debet mulieri cui dos non eſt reſtituta poſt annum, ſolui tantum, quantum intereſſet ſua dotem ſibi ſolutam non eſſe. Sed quantum ſit iſtud, quia difficilis eſt probatio, *vt notatur in dicta l. vnica*, ſtatutum potuit determinare, & limitare certam quantitatem. Et iſta determinatio & limitatio certæ quantitatis non ſapit vſurariam prauitatem. Et pro hoc allego in terminis id quod eleganter diſtinguendo concluſit Dominus Abbas Siculus Panorm. *in c. ſalubriter. extra de vſuris.* dum Senis legeret,
5 vbi dixit, † quod ſi ſtatutum taxat vel limitat certam quan-

tam quantitatem præſtandam vxori ſoluto matrimonio propter dotem non ſolutam loco alimentorum, quod aut ſumus in caſu, quo alimenta debentur, & tunc ſtatutum valet: aut ſumus in caſu in quo alimenta non debentur, & tunc ſtatutum non valeret, & hanc ſententiam ſequutus eſt etiam vir ſummæ religionis ordinis fratrum minorum d. frater Io. de Capiſtrano *in ſuo tractatu de vſuris in tertio caſu de dote in 7. quæſtione in fin.* Sic etiam eſt dicendum in caſu noſtro, quod in terminis noſtræ quæſtionis debeatur de iure vxori ſoluto matrimonio intereſſe, vt dixi, & etiam vt mihi in facto aſſeritur & in themate præſupponitur, probatum eſt in proceſſu quod dicta mulier eſt paſſa intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis, quod ſtatutum potuit limitare & determinare quantitatem ipſius intereſſe, & iſtam opin. in terminis dicti ſtatuti Paduani tenet Card. Franciſcus Zab. *in cle. 1. in 6. quæſtione de vſuris.* vbi dicit quod tale ſtatutum poteſt tolerari: quia non poteſt dici formalis vſura, ex quo pactum de pluri dando non interuenit. Et dicit, quod ita conſuluit. Et ego vidi ita ſæpius iudicari in ciuitate mea Veronæ, vbi eſt ſimile ſtatutum, & ita etiam obſeruatur in ciuitate Bononiæ vbi viget etiam ſtatutum ſimile. Vnde minime mutanda ſunt quæ longam interpretationem habuerunt, *vt l. minime. & l. ſi de interpretatione. ff. de legibus, & cap. cum dilectus.*
6 *extra de conſuetudine.* † Nec regula: Quicquid accedit ſorti eſt vſura, prædictæ ſententiæ contradicit: quia illa regula non procedit, quando petitur aliquid vltra ſortem tanquam intereſſe, vt dixi. Eodem modo non obſtat *cap. ſalubriter. cum ibi notat. extra de vſur. & quod notant Doctores in cle. ex grandi. cod. titul. de vſuris.* quia non loquuntur quando petitur aliquid vltra ſortem tanquam intereſſe a ſtatuto limitatum & determinatum, ſicut in caſu noſtro eſt petendum. Nec etiam poteſt dici, quod dicta taxatio ſeu limitatio 10. pro centenario videretur eſſe minus exceſſiua, cum quinque vel ſex pro centenario viderentur ſufficere. Et ita in quibuſdam locis eſt ſtatutum, vel conſuetudo, ſicut eſt Veronæ, vbi ſtatutum in hoc caſu, taxat ſolum ſex pro centenario, & ſic videretur in eo quod plus eſt communi pretio ſapere vſurariam prauitatem: quia iſtud non conſideratur. Et pro hoc allego text. cum gloſſ. notabili *in l. creditor. §. ſi inter virum. ff. mandati.* & facit ratio: quia in his quæ ſe habent in plus, vel minus, ſicut eſt intereſſe, & ſimilia, non eſt dare rationem quæ de neceſſitate limitet ſemper verum & certum pretium. Et ideo ſtandum eſt arbitrio & determinationi ſuperioris, & ſic legis municipalis, & pro hoc allego gloſſ. *in l. 1. §. pueritiam in verbo, ratus. ff. de*
7 *poſtulan.* quæ gloſſ. dicit. † quod in his quæ ſunt de poſitiua iuſtitia, non poteſt reddi ratio, niſi quod ita placuit legis conditori, ſicut ibi, & ſic non poteſt reddi ratio præciſa & determinata, quare præſcriptiones tanto tempore & non maiori, vel minori ſunt inductæ. *facit quod not. Io. An. in cap. ſi quæritur. extra de reſcriptis. in nouella. & per hoc etiam gloſſ. in cle. 2. volentes, in ver. quadrageſima. de hæreticis. & gloſſ. in cap. 1. in verſic. poſſideat. In titulo. ſi de inueſti. inter dom. & vaſ. lis oriatur. in vſibus feud.*

Item pro hoc quod not. Bald. in concluſionibus feudorum ad finem, vbi dixit notabiliter, quod de taxationibus temporum nulla ratio reddi poteſt, niſi quod ita placuit legiſlatori. Et ad hoc etiam facit optime quod not. gloſſ. Ioan. And. *in c. cum multis. in verb. quatuor. de reſcriptis. in 3. notat.* vbi quæritur, quæ eſt ratio quod ibi clauſula, & quidam alii, ſit reſtricta ad quatuor. Et reſpondet, quod ratio eſt arbitraria: quia æque reſtringi potuit ad plus & minus, & ſic ex illa gloſſ. notari poteſt, quod vbi ratio deciſionis poteſt reſtringi ad plus & minus, eſt arbitraria: ſed ita eſt in propoſito noſtro, quod illa taxatio intereſſe poſſet eſſe aliquando ad minus, aliquando ad plus. Et ideo fuit, & eſt arbitraria. Et propterea potuit ſtatutum arbitrari, & limitari, & determinari, vſque ad ſummam de 10. pro centenario. Et hoc tenet Bald. *in l. fin. § præterea. in 3. col. in princip. C. de iure. dom.* vbi in terminis noſtræ quæſtionis decidit, quod debemus recurrere ad moderatam conſuetudinem regionis, & dicit quod in aliquo loco ſunt ſtatuta quæ deliberant decem pro centenario quod ſatis dixi eſſe probabile: quia etiam ſecundum vſum bonæ mercantiæ lucrum affertur, *vt not. extra de donat. inter vir. & vxor. cap. per veſtras.*

Item quod iſtud intereſſe ſit conueniens 10. pro centenario, tenet Bart. *in l. in lege Falcidia, ff. ad l. Falc.* vbi dicit, quod interuſurium medii temporis eſt decem pro centenario pro omni anno, Et idem vult Paulus de Liazariis *in cap. ſalubriter. extra de vſuris.* vbi dicit, quod gener poteſt recipere 10. pro centenario, vel octo, ſecundum conſuetudinem regionis. Et idem tenet venerabilis frater Io. de Capiſtrano *in ſuo tractatu de vſuris in 4. char. in verſic. ſecunda quæſtio circa decem.* Et licet iſta duo loquantur in genero, idem eſt etiam in vxore, eo caſu quo vxori debetur intereſſe, *vt dixi.* Vnde reſpectu taxationis in effectu vbi intereſſe debetur, volunt præfati Doctores quod ſtatutum poſſit taxare decem, vel octo pro centenario, & bene. Ex prædictis itaque omnibus concluditur, quod prædictum ſtatutum in quantum limitat, vel taxat 10. pro centenario vxori, cui non eſt reſtituta dos poſt annum à morte viri pro ſuo intereſſe, valet de iure. Et ſic dicta mulier, de qua in themate, poteſt illud petere, & officium iudicis eſt in hoc ita pronuntiare, & præſertim cum ita etiam communiter obſeruetur Paduæ & Veronæ & Bononiæ & etiam alibi vt vidi & intellexi.

Et ita vt ſupra ſcriptum eſt dico & conſulo ego Bartholomæus Cæpolla de Verona I.V.D. &c.

CONSIL. XVI.

SVMMARIA.

1 *Appellari an poſſit à ſententia lata per bonum virum in cauſa reductionis confirmatoria primæ ſententiæ. & nu. 5*

2 *Reclamatio facta ab arbitro ad ordinarium dicitur quædam ſpecies appellationis.*

3 *Appellari licet à grauamine, maxime in his quæ iudicis arbitrio committuntur.*

4 *Conceſſum cenſetur quicquid non reperitur prohibitum.*

6 *Diuerſa habentes nomina an diuerſos ſemper habeant effectus.*

1 IN CHRISTI nomine amen. † Lata ſententia per arbitratores electos à perſonis non coniunctis in contrariũ fuit petita reductio ad arbitrium boni viri, qui bonus vir confirmauit dictum arbitramentum, quæritur ounquid ab iſta ſententia lata ſecundo per bonum virum confirmatoria poſſit appellari? Et videtur quod ſic, quia hæc eſt ſententia iudicis ordinarii, poteſt ergo appellari, *vt in l. & in maio. & in l. & in multis, C. de appel. maxime cum ſecundo liceat appellare, C. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare.*

Secundo, quia eſt bonus vir cognouit ex alio quã arbitratore. Nam arbitrator cognoſcit vigore compromiſſi, ſed bonus vir cognoſcit ratione iudicis ordinarii.

Tertio, quia quando arbitri loco iudicis cognoſcunt, ab eorum ſententiis appellatur, *C. de iudiciis, l. apertiſſimi, & l. cum ſpecialis, & de officio delega. c. ab arbitris. lib. 6.*

Ita eodem modo quando iudex loco arbitratoris debet poſſe appellare, vt contrariorum ſit eadem diſciplina, *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris, & Inſtit. eod. tit. in prin.*

2 Quarto, † quia reclamatio facta ad ordinarium, eſt quædam ſpecies appellandi, *vt l. non diſtinguemus, §. cum quidem. ff. de arbit.* ergo debet poſſe appellari ſaltem bis per dictum titulum, *C. ne li. in vna eademq; cauſa tertio prouoc.*

Quinto, ne detur materia iniquæ ſententiæ ferendæ, *l. 1. ff. de appell.*

3 Sexto, † quia in his quę committuntur arbitrio iudicis, ſi pars grauatur, poteſt appellari, vt eſt in mulcta, *vt eſt tex. cum gl. notabili, & ibi Bartol. in l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign. & not. gl. in c. ſuper his in verbo, arbitrium. extra de accuſ.*

4 Septimo. † quicquid non reperitur eſſe prohibitum, videtur eſſe conceſſum, *l. nec non. §. ſed quod eis ff. ex quibus. cau. maior.* ſed non reperitur hoc eſſe expreſſe prohibitum, ergo intelligitur permiſſum, *per d. l. & in maioribus, & l. & in multis, C. de appell. cum ſim. Et iſtam opin. tenet Pet. de Anch. in ſua quæſt. ſeu diſputatione qua incipit, cum C. laicus, & Anton. de Butr. in c. Quintauallis, extra de iureiur. & ibi idem Ioan. de Imol. in 4. colum. cum ſequent. Et idem tenet Bald. in cap. fin. in verb. quo tempore miles inueſtitu. pet. debet. & in cap. præſentata. extra de teſt. & in l. prima. in 2. colum. Cod. de his qua pœn. not. & in l. vnica, Cod. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare.* Et ita alias conſuluit apud ciuitatem Luchanam dictus Ioannes de Imol. vt ipſe dicit, *in dict. capitul. Quintauallis. in 41. colum. de iureiurando.* Sed in contrarium, quo nullo modo poſſit appellari, oſtendam tribus modis principaliter.

Primo de iure communi.

Secundo ex forma ſtatutorum communis Veronenſis.

Tertio licet poſſit appellari, quod appellatio non fuit legitime interpoſita, & ſic non admittenda.

5 Circa † primum, quod de iure communi non poſſit appellari, probatur primo ſic, quando itur ad aliquem tanquam bonum virum, & ille iudicat ab eius ſententia non poteſt appellari, *tex. eſt cum gl. ſingulari in l. 3. §. 1. tametſi, in ver. bonum, ff. de arbit.* Sed iudex reductionis eſt bonus vir, *vt l. ſi ſocietatem. §. arbitr. ff. pro ſocio.* ergo ab eius ſententia non poteſt appellari. Et hoc eſt tenẽdum maxime in ciuitate Veronę, vbi ſtatutum primum ſecundi libri vult quod ſtetur opinioni gl. Accurſii, igitur, &c.

Secundo hoc ſic probatur, quando aliquid committitur arbitrio iudicis ſi ipſe iudicat, & etiam partem grauat, non poteſt appellari, *vt eſt gloſſ. notabilis Inſtit. de actio. §. præterea quaſdam. in gloſſ. fin.* quæ incipit: Sed nonne hoc quę vult quod in his quę committuntur arbitrio iudicis iudex debet habere quaſi liberum arbitrium, & ſic intelligitur quod appellari non poſſit. Sed cauſa reductionis commiſſa fuit, & committitur arbitrio iudicis reducentis, ergo ab eius arbitrio appellari non poteſt. Et quod quando committitur arbitrio iudicis, quod non poſſit ab eius ſententia appellari, *eſt gloſſ. in ver. aſtringendus, in c. ſuper his extra de accuſat. & tenet Innoc. in c. præſenti. extra de reſcriptis, & in c. fin. conqueſtus. extra de ſeruis.*

Tertio hoc probatur, ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi cum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio. & in c. Eccleſia, & l. 1. & ibi gloſſ. 2. allegat concordantes extra vt lite pen.* Sed iudex reductionis ſubrogatur loco arbitratoris, ergo eius naturam debet ſapere: ſed à ſententia arbitratoris non poteſt appellari, *l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio.* ergo nec à ſententia iudicis reductionis quæ in eius locum ſubrogatur.

Quarto probatur ſic, ſicut operatur propoſitum in propoſito, ſic oppoſitum in oppoſito, *vt l. hoc genus, ff. de condition. & demonſtr. l. fin. C de ſentent. paſſ.* Sed in propoſito arbiter loco iudicis aſſumptus ſi tulit ſententiam poteſt appellari, *vt l. apertiſſimi, & l. cum ſpecialis, C. de iudiciis, & c. ab arbitris, de officio delega. libr. 6.* ſic in oppoſito ſi iudex aſſumitur in locum arbitratoris, ſicut à ſententia arbitratoris, non poteſt appellari, ita nec à ſententia lata per iudicem qui eſt aſſumptus in locum arbitratoris eadem ratione.

6 Quinto, † quia ſi diuerſa nomina habent nomina iudicis, & boni viri, ergo debent eſſe diuerſi effectus, *l. ſi idem, C. de codicillis, cum ſim.*

Sexto, quia nõ reperitur iure cautum quod ſententia iudicis reducentis poſſit appellari, ergo non poteſt. Nam bonum eſt argumentum dicere non reperitur iure cautum, *vt l. præuaricationes, §. fin. ff. de præuaricationibus cum ſim.*

Septimo, nam lege ſcriptum eſt, quod ſententia arbitratoris poſſit reduci vel confirmari per iudicem reductionis, ergo à ſententia huiuſmodi non poteſt appellari, nec contra ipſam venire, quia nemo poteſt contra legem ſuperioris venire, *c. innotuit extra de elect. facit l. nam & magiſtratus, ff. de arbi. & l. ſi is à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Treb.*

Octauo, quia ſi aliter decremus, ſequeretur quod non haberet locum ratio, quia itur ad arbitratores.

Nam

Nam itur ad eos, vt ceſſet ſtrepitus iudiciorum. Sed ſi poſſet appellari à ſententia iudicis reductionis, non ceſſaret illa ratio, imo eſt contrarium quod eſſe non debet, *l. 2. ad fin. C. de iura. calum.*

Nono de hoc videtur eſſe caſus, & ibi Bar. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obl.* vbi poteſt peti pœna appoſita in compromiſſo, quando ſententia arbitratoris eſt confirmata. *Et idem tenet Bartol. in l. Iul. verum debitorem, ff. de condit. indeb.* ergo non poteſt amplius appellari: quia ſi poſſet appellari, non poſſet peti pœna, ſicut non poteſt pendente reductione, quia eſt eadem ratio, &c.

Decimo & vltimo hoc tenuit Iac. But. *in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio. & Alber. de Roſat. ibi, idem Bartol. in l. 1. in fin. ff. de legat. 2. Et idem tenet ibi Bald. & Bald. in l. fin. in 10. quæſt. C. de contrahen. empt. & Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. & Bart. & Salic. in l. & in maiorib. C. de appellationibus, & l. cum antea. in penult. colum. ad fin. in verſic. quæro an a ſententia iudicis lata, C. de arbitris, & in dict. §. arbitrorum.* Et ita diſputando, & poſtea conſulendo tenuit, idem tenet practicus Ioan. Petru. de Papia in libello quo agitur ad pœnam compromiſſi in gloſſ. in verbo, nec reductio peti ad arbitrium boni viri, *in vlt. quæſt. 1. & Gul. de Colalto in d. §. arbitrorum. in 15. charta. Et idem tenet Innoc. in c. præſenti. de reſcriptis. & in c. fin. extra de foris, & Franc. Zab. in c. expoſita. in 14. q. extra de arbitris. Et Ruſticanus diſputando ita tenuit, vt refert Io. And. in additio. Spec. in tit. de appellationib. §. in quibus verſic. quid ſi conuenit.*

Et ita ſentio, vt ſupra dictum eſt, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona.

CONSIL. XVII.

SVMMARIA.

1 *Renuntiare hæreditati paternæ & maternæ an, & quando liceat.*

2 *Renuntians hæreditati paternæ etiam cum iuramento an, & quo caſu poſſit iuramenti abſolutionem petere.*

3 *Minori, vel ſui facilitate, vel dolo læſo ſuccurrendum eſt.*

4 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*

5 *Regula de pactis ſeruandis intelligenda eſt de his quæ non ſunt contra bonos mores.*

6 *Ad reſciſsionem contractus idem operatur dolus re ipſa ſicut dolus ex propoſito.*

7 *Ignorans an renuntiare poſſit iuri quod ſibi ignorat competere.*

8 *Iuramentum quod in alicuius tendit interitum non eſt ſeruandum, ſed reuocandum.*

9 *Mala conſuetudo non minus quam pernicioſa corruptela vitanda eſt, quæ niſi cito radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab improbis aſſumitur.*

1 IN CHRISTI nomine amen. † Honeſta d. Iacoba ſponſa quæ habuit in dotem, & nomine dotis à Zacharia de Nichesola curatore fratrum ſuorum, 270. ducatos, renuntiauit & finem, remiſſionem, & liberationem fecit dicto curatori de omnibus bonis paternis, & maternis, in quibus iam ſucceſſerat, & eorum hæreditates adiuerat, & in dicta renuntiatione, & liberatione hæc verba inter cætera continentur, *cum ipſa Domina Iacoba aſſerat ſe habuiſſe in dote prædictam integram ſuam portionem ſibi ſpectantem in bonis dictorum ſuorum parentum, &c.* Et iurauit non contrauenire, & in fine dicitur, *quod prædicta omnia & ſingula fecit prædicta Domina Iacoba cum præſentia dicti Zachariæ curatoris, & aliorum duorum proximorum agnatorum, qui attinentes viderunt, examinauerunt, & cognouerunt eandem Dominam Iacobam feciſſe, & facere prædicta omnia & ſingula non vi, nec metu, dolo, fraude, coertione, nec deceptam fuiſſe re ipſa, ſed bona, vtili, legitima, & neceſſaria cauſa de ipſa, & ipſi aſſeruerunt ibidem, & retulerunt mihi notario.* Item deinde compertum eſt, quod attento patrimonio, tam paterno, quam materno, quod eſt quinque millium ducatorum vel circa, vt probatur per inuentarium factum per quondam matrem ipſius Dominæ Iacobæ, & poſt mortem mariti ſui patris ipſius Dominæ Iacobæ, quod in dubio fidem facit, *iuxta l. fin. cum ibi nota. Cod. de arbitriu. tuto. & in l. fin. §. licentia, Cod. de iure delibera.* Et attentis portionibus quæ debentur ipſi Dominæ Iacobæ ex forma iuris communis, ſine & ſtatutorum communis Veronæ propter additiones hæreditatum prædictarum factas per ipſam Dominam Iacobam, quod partes quæ ſibi competebant de dictis hæreditatibus, ſunt quingentorum ducatorum & vltra, ex quo apparet, quod in dicta dote & renuntiatione & liberatione fuit ipſa Domina Iacoba non ſolum enormiter, ſed etiam enormiſſime læſa, quia eſt læſa in dimidia & vltra. Item apparet ex hoc, quod ipſa fuit decepta non ſolum re ipſa, ſed etiam dolo, quia fuit ſibi dictum affirmatum quod in dicta dote habebat partem ſuam de dictis hæredibus. Et etiam, iudex, qui interuenit, fuit circumuentus propter relationem ſibi factam per attinentes, qui dixerunt & retulerunt iudici, quod ipſa Domina Iacoba non erat decepta etiam re ipſa, ſed quod illud faciebat ex bona & vtili cauſa, &c.
2 † Vnde Domina Iacoba & Regus de Oſano eius maritus videntes ipſam Dominam Iacobam fuiſſe circumuentam non ſolum re ipſa, ſed etiam ex propoſito, petierunt in curia Epiſcopali Veronæ abſolutionem à dicto iuramento, ad hoc vt poſſit petere id quod vere ſibi debetur ex dictis hæreditatibus non obſtante dicto iuramento. Oppoſitum & exceptum eſt ex parte curatoris mediante litis conteſtatione, quod non debet abſolui in communi forma, quæritur quid iuris. Et prima facie videtur quod non debet abſolui à iuramento.

Primo per regulam, ait prætor pacta ſeruabo, *l. iuriſgentium, §. prætor ait, ff. de pact. cum ſim.*

Secundo, quia quilibet poteſt regulariter renuntiare iuri ſuo, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & C. de Epiſc. & cle. cum ſimil.*

Tertio de hoc videtur hodie caſus, *in capitulo quamuis, de pactis libro ſexto, & videtur probari per gloſſ. ſecundum opin. Pla. in l. pactum quod dotali. Cod. de collatio.*

Quarto videtur eſſe tex. de hoc, *in l. 1. & in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend.*

Vltimo allegatur communis conſuetudo mulie-
3 rum renuntiantium quando dotantur. † Tamen contrarium eſt de iure verius. Nam minor vbicunque eſt læſus vel ſui facilitate, vel dolo aduerſarii, reſtituendus & ſibi ſuccurrendum eſt, *vt l. prima, & per totum titulum. ff. de minoribus.* Et iuramentum ſuper hoc appoſitum cenſetur eſſe contra bonos mores, ergo non valet, *arg. cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. lib. 6.*

Secundo hoc probatur, nam quando interuenit dolus ex propoſito, vel re ipſa in contractu, vel liberatione iuramentum ibi oppoſitum non tenet, caſus eſt, *in dicta cap. quamuis, & in d. authent. ſacramenta puberum*, ſed vbi eſt enormis vel enormiſſima læſio, ibi eſt dolus præſumptus ſeu re ipſa, *vt l. omnis. §. Lucius. ff. de his qui in frau. credi. & nota. in l. qui teſtamentum de probatio. & nota. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.* Ergo & per iſtam rationem hoc determinat Dominus Antonius de Butrio, *in capit. cum contingat, in quo paſſu principali, extra de iureiurando*, vbi tamen dicit, quod cautius eſt, quod petatur abſolutio à iuramento, & idem tenet Petr. de Anch. in quodam ſuo conſilio quod incipit: Statuto ciuitatis cauetur quod iuramentum præſtitum in contractu, &c. qui dicit ſe ita etiam alias conſuluiſſe, ſecus in quadam puella, quæ opulentiſſimæ hæreditati paternæ iam delatæ, renuntiauit cum iuramento propter dotem quingentorum florenorum.

4 Vnde † cum iuramentum non debeat eſſe vinculum iniquitatis, *cap. ſi vero, de iureiur.* poteſt peti ſecundum eum relaxatio iuramenti, *vt notat. Ioann. Andr. poſt Vincent. & Doct. in cap. cum contingat, extra de iureiur.* Et ita etiam vidi conſultum per plures Doct. Nec obſtant rationes ſupra in contrarium deductę.
5 † Et primo non obſtat dum dicitur, ait prætor, pacta ſeruabo, quia intelligitur de pactis quę non ſunt contra bonos mores, *vt in cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. lib. 6.*

Item intelligitur de pactis quæ ſine dolo vel præſumpto inita ſunt, *vt dicit text. in d. l. iuris gentium. §. prætor ait, ff. de pactis*, dicitur enim ibi, prætor ait pacta conuenta quæ non dolo malo, &c.

Et idem dicitur, *in §. ſequenti dolo malo, & §. ſed ſi fraudandi, eadem lege.* Eodem modo ad ſecundum reſpondetur dum dicitur, quis poteſt renuntiare iuri & fauori ſuo. Nam intelligitur niſi dolus vel error interueniat per pacta conuenta, *l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. om. iud. cum ſimilib.*

Nec obſtat eadem ratio, *c. quamuis, de pactis, lib. 6.* quia ponderandus eſt text. ibi, dum dicit, nec vi, nec dolo præſtitum. Nam cum dicta Domina Iacoba eſſet pubes & minor 25. annis, cuius ætatis eſt infirmum & fragile conſilium, & multorum inſidiis & captionibus expoſitum. Vnde æquitas ſuadet talibus ſubueniri, *vt dicit text. in l. 1. ff. de minoribus.* Pro hoc autem quod dicit text. *in d. capit. quamuis*, nec dolo intelligendum eſt ſimpliciter prout iacet, ſci-
6 licet de dolo ex propoſito, & dolo re ipſa. † Nam ad reſciſſionem contractus idem operatur dolus re ipſa, quod dolus ex propoſito, *l. 2. ff. de doli excep. & ff. de verbor. oblig. l. ſi quis cum aliter*, ſed pro vna dote ducentorum & ſeptuaginta ducatorum renuntiare hæreditati paternæ & maternæ quæ eſt quingentorum vel circa ducatorum pro portionibus ſibi ſpectantibus, vt ſupra, præſupponitur, ſatis impium & iniquum videtur, & ineſſe videtur dolus re ipſa, *vt ſupra dixi*, imo poteſt dici, quod interuenit dolus ex propoſito, quo circumuenta ſit ipſa Domina Iacoba, & dominus iudex qui interpoſuit ſuam authoritatem illi renuntiationi. Nam per curatorem & ſuos attinentes qui dictam dominam Iacobam examinauerunt, & qui ſciebant, vel ſcire præſumuntur vires dictorum patrimoniorum, relatum fuit iudici præſente Domina Iacoba, quod non erat decepta etiam re ipſa, & quod illam renuntiationem faciebat ex bona & vtili cauſa, quæ relatio continet in ſe dolum & circumuentionē ipſius Dominæ Iacobæ & ipſius iudicis auctoritatis, vt de ſe patet, ergo. Prætetea ipſa Domina Iacoba erat inſcia de viribus hæreditatis tam paternæ quam maternæ, vt apparet ex dicta relatione ſuorum attinentium, & per aſſertionem quam facit in d. cta renuntiatione: dicit enim ipſa, quod ideo facit dictam renuntiationem, quia ipſa Domina Iacoba aſſerit ſe habuiſſe in dote prædicta integram portionem ſibi ſpectantem in bonis dictorum ſuorum parentum, quod minime verum eſt, vt dictum ſupra eſt, ergo renuntiatio di-
7 cta facta ab inſcia & ignorante non valet, † quia ignorans renuntiare non videtur iuri quod ignorat ſibi competere, *vt eſt caſus in l. mater. ff. de inoffic. teſtamentis*, ibi, nec ea quæ ex teſtamento adiit, quod putat valere, repudiare legitimam hæreditatem videtur quam quidem neſcit ſibi deferri, *cum concordantiis quæ ibi allegantur in gloſ. vnde d. cap. quamuis, de pactis, lib. 6.* debet intelligi, quando renuntiatio non fuit dolo facta, intelligendo de dolo ex propoſito vel re ipſa, ſicut intellexit Anton. de Butr. *in d. cap. cum contingat, in quarto articulo principali, & Dominus Petr. de Anch. in d. conſ.* Sed in caſu noſtro interuenit dolus ex propoſito, vel ſaltem re ipſa, vt ſupra probatum eſt, ergo. Item illud, *c. quamuis*, debet intelligi quando renuntiatio facta fuit a ſciente & non ab ignorante vires patrimonii, & ſic quod ſuum eſt, vel quod ſibi debetur, quia ignorans renuntiaſſe non videtur, vt dixi. Et ſimiliter reſpondetur ad *l. 1. & auth. ſacramenta, puberum, C. ſi aduer. vend. & ad. cap. 1. §. idem ſacramenta, in tit. de pace iura. fir. in vſib. feud.*

Secundo modo poteſt reſponderi, *ad d. cap. quamuis, de pact. lib. 6.* quia text. ibi innuit, quod non præſumitur pater induxiſſe filiam vi, metu, vel dolo, niſi appareat: quia ibi non ſic enormiter filia læderetur à patre, ſicut in caſu noſtro. Nam ibi pater dotabat filiam de ſuo, & voluit quod dote contenta non haberet amplius ad bona ſua regreſſum. Certe pater poterat illi auferre cætera bona per teſtamentum, ſi dos ſufficiebat ad legitimam, vel ſi non ſufficiebat parum reſtabat, non mirum ſuper contractum poterit auferre, non enim auferebat filiæ id quod erat ipſius filiæ: ſed id quod futurum erat, ſi non abſtuliſſet quod facilius fieri poteſt. *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alienis iuris, cum ibi not.* potiſſime cum per alium modicum poſſet auferri, vt dixi.

Et ſic nullam iniuriam faciebat filiæ quæ nullum ius formale habet in bonis patris eo viuente, *vt l.1. §. ſed an impuberi, ff. de collat. bonorum, & l. fin. ff. de libe. agno. & quod nota. in authen. ſi qua mulier, in fin. per gloſſ. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Vnde dicere pater poterit, meum non tuum tibi denego auxilium, *vt nota. in l. aſſiduis, C. qui pot. in pignor. habean.* Sed in caſu noſtro non eſt ſic, quia curator fratrum Dominæ Iacobæ ſiue ipſi fratres nihil dabant de ſuo Dominæ Iacobæ, ſed partem paruam de eo quod erat ipſius Dominæ Iacobę & viſus fuit curator auferre reſiduum in duplo prius & id ad quod dandum ſibi tenebatur de iure naturæ, vnde non poteſt videri cum qua conſcientia hoc fecerit. Et ſine dubio in foro conſcientię deberet agere pœnitentiam de tam callido commento, & tanto aſperiorem, quanto erga chariorem. Nec poteſt in tali foro abſolutionem impetrare niſi reſtituto ablato vel retento, *vt in c. peccatum,*
8 *de reg. iur. lib. 6.* † Merito ergo dictum iuramentum venit relaxandum, quod ipſius obſeruantia ſine dubio tendit in peccatum & interitum animæ ipſius curatoris, & fratrum ipſius Dominæ Iacobæ licet non ipſius ſororis, *vt patet ex not. per Bartol. in l. ſi quis pro eo. in princip. verſic. quarto prohibetur contractus, ff. de fideiuſſ.* Et iſtum intellectum ſiue reſponſionem, *ad d. c. quamuis de pactis libr. 6.* quod loquitur in filia renuntiante patri nõ in ſorore renuntiante fratribus vel aliis, ponit famoſus Doctor meus Dominus Paul. de Caſtr. in conſilio ſuo. 175. & eſt veriſſimum. Et ideo non ſine miniſterio dixit ibi text. quamuis pactum patri factum à filia, quod eſt bene notandum, quia eſt pulcher, & notabilis, & verus intellectus. Ad illud quod dicitur, quod de conſuetudine & communi obſeruantia ciuitatis Veronæ eſt, quod mulieres, quando dotantur, renuntiant bonis & hæreditatibus tam paternis quam maternis. Similiter reſpondetur per prædicta. Nam illa conſuetudo eſt in filia quę dotatur à patre, *iuxta dict. cap. quamuis*, non in ſorore quæ dotatur à fratribus poſt mortem parentum, quia communiter ipſæ non renuntiant niſi detur in dotem patris ſua ſibi debita vel circa.

Item de conſuetudine non ſeruatur, quod ignorans renuntiet, ſicut renuntiauit dicta Domina Iacoba.

Item nec de conſuetudine ſeruatur, quod ſorores, quando maritantur, decipiantur à fratribus vel aliis dolo perueniente ex propoſito vel re ipſa, ſicut fuit decepta dicta Domina Iacoba: vnde etiam ſi allegaretur talis conſuetudo potius dicenda eſſet corruptela quæ minime ſequenda eſt, vnde per Nicolaum pontificem ſcribitur ignaro Remenſi Archiepiſcopo, mala conſuetudo non minus quam pernicioſa corruptela vitanda eſt, quæ niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impiis aſſumitur, & incipiunt præuaricationes & variæ præſumptiones celeberrimæ non expreſſæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari, & hæc habentur, *8. diſt. c. mala conſuetudo.*

CONSIL. XVIII.

SVMMARIA.

1 *Contractus emptionis aut venditionis vſurarim etiam iuratus an, & qualiter ſit reuocandus.*
2 *Inhibitio facta per iudicem Eccleſiaſticum iudici laico non afficit præterita præcepta, ſed futura.*
3 *Iuramentum minoris an ipſum liget.*
4 *Obliuio præſumitur poſt longiſſimum tempus etiam in facto proprio, quando tractatur de damno vitando.*
Periurium præſupponit dolum.
5 *Ignorantia qualibet etiam iuris excuſat à dolo.*
6 *Statutum quod minor. 20. ann. non poſſit alienare nec contrahere ſine conſenſu trium agnatorum nec etiam iurare de obſeruando contractu an ſit validum.*

1 CASVS talis eſt. † Quidam fratres maiores 14. ann. prout inſtrumento venditionis aſſeruerunt, vere tamen minores prout probatum eſt in proceſſu vendiderunt quandam ſuam poſſeſſionem quæ erat valoris 30. vel 40. ducatorum pro pretio 12. ducatorum. Et in inſtrumento venditionis iurauerunt obſeruare dictum contractum, & non contrauenire in communi forma. Et eadem die & hora dicti fratres venditores conduxerunt dictam poſſeſſionem à dicto emptore pro ficto medii plauſtri vuarum de dicta poſſeſſione, prout in vno alio inſtrumento conductionis ſeu locationis continetur, qui fratres conductores ſoluerunt dictum fictum per 36. annos, vel circa. Et de anno 1440. cum iam eſſent in reſiduo de tribus annis vnus de dictis fratribus conuentus eſt à fiſco dicti locatoris in palatio. Vnde dictus conductor videns ſupraſcriptum contractum fuiſſe vſurarium, & eſſe, declinauit forum, & petiit ſe remitti ad curiam Epiſcopalem, & prius facto depoſito de dicto ficto remiſſus fuit ad dictam curiam, & ibi inchoatus fuit proceſſus ſuper cauſa vſuraria. & petitum fuit dictum contractum emptionis, & venditionis, & locationis, & conductionis pronuntiari fore & eſſe vſurarium. Et pendente dicto proceſſu fuit oppoſitum de ann. 1441. de iuramento, ad quod fuit replicatum, quod d. iuramentum non ligabat, &c. Poſtea de anno 1442. fuit petita abſolutio à dicto iuramento ad cautelam, ſi & in quantum opus eſſet, & durante proceſſu abſolutionis & vſuræ vſque ad præſentem annum 1448. illa depoſita fuerunt data in ſolutum dicto locatori, ac etiam ipſi fuit ſatisfactum per totum 1443. Et de reſiduo vſque ad præſentem annum ſunt facta alia depoſita, rebus ſic ſtantibus occurrerunt dubia iſta, videlicet an vos Dominæ vicariæ poſſitis & debeatis dictum conductorem plus abſoluere à dicto ſuo iuramento, & poſtea publicare proceſſum, & deinde determinare an ille contractus fuerit vſurarius, &c. An vero hoc facere non poſſitis, ſed ſolum debeatis partes remittere ad palatium. Et quia intendo tenere primam partem pro vero, ego incipiam arguere à ſecunda parte quam falſam credo. Et videtur dicendum prima facie, quod partes debeant

remitti

remitti ad palatium communis ex hoc capite, &
2 hac ratione, † quia inhibitio facta per iudicem Ec-
cleſiaſticum iudici laico non afficit præterita præ-
cepta, ſed futura, *vt de appel. cap. non ſolum. 2. reſponſo.*
lib. 6. & de nou. op. nunt. cap. 1. circa princ. vnde ſi ante in-
hibitionem debitor erat pigneratus vel captus, per
talem inhibitionem non reuocatur captura, ſed
tunc demum reuocatur, cum per ſententiam fuerit
pronuntiatum instrumentum fore vſurarium, ita
dicit Feder. de Senis conſil. 29. in ordine meo quod
incipit: Factum propono, &c. Sed in caſu in noſtro
tempore inhibitionis erant facta depoſita trium
annorum vſque ad annos 1440. ergo inhibitio ſu-
perueniens non potuit ea impedire, &c.

Secundo principaliter, quod illa inhibitio non
valuerit, probatur ex alio capite & alia ratione. Nã
pendente cauſa abſolutionis à iuramento non de-
bet fieri inhibitio iudici ſeculari ne procedat in 1
cauſa mota coram eo. Nam iuramentum debet
ſeruare, donec debitor fuerit abſolutus, vt dicit Fe-
deric. de Senis in dicto conſilio. 29. verſic. item di-
co quod pendente quæſtione, &c. In caſu autem
noſtro ita eſt, quod dicta inhibitio facta fuit ante
abſolutionem à iuramento, ergo videtur quod non
valuerit.

Tertio principaliter ex alio capite videtur etiam
quod abſolutio à iuramento fieri non debeat. Nam
abſolutio peti debet ante terminum ſolutionis fa-
ciendæ, & ita intelligitur *cap. debitores, extra de iure-*
iurando. Si enim eſt lapſus terminus ſolutionis fa-
ciendæ incidit debitor in periurium. Vnde poſtea
non debet audiri, quia fruſtra legis auxilium, &c. vt
dicit Fed. de Senis in dicto conſilio ſuo, in fine, iſta
ſunt quæ allegata ſunt per partem aduerſam & quæ
allegari potuerunt. Tamen his non obſtantib. cre-
do contrarium, videlicet quod dictus conductor i-
demque venditor ſit abſolutus à iuramento, vel
ſaltem ad cautelam debeat abſolui. Et quod illa in-
hibitio valuerit, ita quod non poſſit reuocari, & ſic
per conſequens quod proceſſus poſtea debeat pu-
blicari, &c. Et quod ſit abſolutus à iuramento, &
ſic quod eum non ligauerit, probatur. Nam licet
aſſeruerit conductor & venditor, quod fuerit ma-
ior 14. annis. Tamen probatum contrarium eſt in
proceſſu, cui probationi potius ſtandum eſt, *vt eſt*
3 *caſus coniuncta gloſſ. in verſi. ſcriptus. in prin. ibi.* † Sed hic
ſpeciale, &c. *in l. generaliter. C. de non numera. pecun.* ſi
ſic eſt quod probatum eſt, ipſum venditorem tem-
pore venditionis & iuramenti fuiſſe minorem 14.
annis, ergo dictum iuramentum ipſum pupillum
non ligauit, nec ligare potuit, *vt vult gloſſ. in auth. ſa-*
cramenta puberum. C. ſi aduer. ve. Et hoc probatur ibi
in text. in verbo, puberum à contrario ſenſu, idem
tenet ibi Odofre. & Albe. de Roſa. & Ang. & Raph.
Fulg. qui dicunt, quod hæc eſt communis opinio, i-
dem etiam tenet Bal. ibi, *& in cap. 1. §. item ſacramen-*
ta. in titulo de probi. feu. alie. per Fed. in vſibus feudorum. &
ibi etiam Iaco. de Alua. qui dicit, quod iſta eſt commu-
nis opinio Doctorum, ergo, &c.

Item poſito quod fuiſſet maior. 14. annis, & ſic
iuramentum ipſum ligauerit, tamen dico quod ve-
nit abſoluendus, nam clarum eſt quod dictus con-
tractus vẽditionis & locationis factus eodem tem-
pore cum enormiſſima læſione à vendendo, & e-
normi impenſione fuit contractus vſurarius. Et li-
cet inſtrumentum cantauerit de venditione, tamen
fuit vere pignus, cum probatum ſit quod poſſeſſio
valebat 30. vel 40. & fuit vendita pro duodecim du-
catis, & ſoluit in anno medium plauſtrum vuarum,
quod valet octo libras. Item probatum fuit dictum
locatorem fuiſſe vſurarium, ergo *vt not. omnes Docto.*
in cap. ad noſtram. de emp. & vend. & in cap. illo vos. de pi-
gno. ſi contractus fuit & eſt vſurarius, ergo ſequitur
quod abſolutio à iuramento debet fieri, *vt eſt caſus*
in capit. 2. & in capit. debitores. extra de iureiurando. &
ibi eſt gloſſ. magna in fin. Nec obſtat tertia ratio, quam
ſupra in contrarium allegaui, videlicet quod abſo-
lutio à iuramento debuit peti ante terminum ſolu-
tionis faciendæ, poſt autem non poteſt, quia eſt
periurus, &c. quia ad hoc reſpondeo multis mo-
dis.

Primo dico, quod tempore quo incipit ſcire iu-
raſſe, ad cautelam petiit abſolutionem à iuramen-
to, ante non, quia neſciebat ſe iuraſſe, cum inſtru-
mentum in quo iuratum eſt, ſemper fuerit apud i-
pſum emptorem, & iam erant lapſi 36. anni, vel cir-
4 ca. † vnde propter dictum longiſſimum tempus
bene præſumitur obliuio etiam in facto proprio.
quando tractatur de damno euitando, *vt eſt text. &*
ibi hoc notat. Bart. ſingulariter in l. qui fundum. §. ſeruum
meum. ff. de vſuca. pro empt. ſi ergo neſciebat, ergo non
poteſt dici quod fuerit periurus, cum periurium
præſupponat dolum, vt de ſe patet.

Secundo poſito quod ſciuerit ſe iuraſſe & non
ſoluerit, tamen dico adhuc quod non poteſt dici
quod fuerit periurus. Nam periurium præſuppo-
nit in ſe dolum, vt ſtatim dixi: ſed in caſu noſtro non
potuit eſſe in dolo dictus conductor, ergo non in-
cidit in periurium. Et quod non fuerit in dolo, pa-
ret, quia procuratores ſui & aduocati ſibi conſule-
bant, & dicebant quod iuramentum non ligabat
eum, vt ex eorum ſcripturis & allegationibus. Et
licet dicti procuratores & aduocati errarent etiam
in iure, & ſic etiam ipſe conductor, tamẽ dico quod
5 propter hoc non fuit nec eſt in dolo. † Nam iſta
eſt communis regula, quod quęlibet ignorantia et-
iam iuris excuſat quem à dolo, *vt eſt caſus notabilis in*
l. ſi videtur, in §. 1. ff. de libe. cauſa. & in l. ſi plagij, C. ad leg.
Flauiam. de plagi. & in l. 1. in fin. ff. de abigeis.

Tertio etiam poſito ſine præiudicio veritatis,
quod ſciuiſſet ſe eſſe obligatum dicto iuramento,
dico etiam quod venit abſoluendus. Nam licet fue-
rat periurus in non ſoluendo vſq; ad annum 1442.
quo tempore fuit incepta petitio abſolutionis, &
ſic non mereatur beneficium abſolutionis pro illo
tempore: tamen pro futuro debet mereri, cum ipſe
ſoluerit pro toto illo tempore quo venit contra, vt
infra ſtatim dicam in quinto motiuo ad finem, pro
tempore vero ſequuto poſt petitiones abſolutio-
nis non poteſt dici periurus, cum petitio præceſſe-
rit, & maxime cum de dicto tempore ſequuto fue-
rint facta depoſita, ex quibus apparet quod non re-
cuſauit ſoluere.

Quarto ad dictum prædictum Fed. *in d. conſ. 29. in*
fin. po-

ſu.poteſt etiam reſponderi ſic, quod dominus Ant. de Butr. qui maioris eſt auctoritatis tenet contrarium *in cap. debitores. extra de iureiur.*

Quinto reſponderi poteſt ſecundum diſtinctionem Domini Proſdocimi ibi, qui concordat opiniones Federic. & Domini Ant. dicens, aut conſtat iudici de iniquitate contractus, & tunc procedat opinio domini Anton. videlicet quod ſit abſoluendus debitor à iuramento, licet petierit abſolutionem poſt tempus ſoluendi, aut non conſtat, & tunc in dubio non debet abſoluere niſi prius ſoluat, & ita loquitur opinio Feder. in dicto ſuo conſilio modo in caſu noſtro conſtat vobis domino Iudici, vt iudici, tam ex inſtrumento venditionis & inſtrumento locationis quam etiam ex proceſſu, ergo venit abſoluendus, quamuis etiam nihil ſoluiſſet pro tempore præterito ante petitionem abſolutionis. præterea vult dominus Proſdocimus, quod etiam vbi non conſtaret iudici de iniquitate contractus, & fuerit periurus debitor in non ſoluendo, ſi poſtea ſoluit, poteſt petere ſe abſolui, pro quo facit *c. debitores. extra de iureiur.* Sed in caſu noſtro iſte ſoluit pro tempore præterito, *vt ſupra. dixi in 3. motiuo*, ergo venit abſoluendus à iuramento ſecundũ omnes, & iſta ratio eſt euidens & clara, & ſola ſufficeret.

Sexto ego etiam reſpondeo aliter. † Nam in noſtra ciuitate ſtat ſtatutum quod fuit allegatum pro iuribus noſtris, quod vult, quod minor 20. annis non poſſit alienare ſine præſentia & conſenſu trium agnatorum, &c. aliter autem, etiam ſi minor iuraſſet obſeruare dictum contractum vel diſtractum, dictus contractus, vel diſtractus non valeret nec teneret. Sed præſumitur doloſe, & in fraudem, & per metum celebratus, & iuramentum præſumitur vitioſe extortum, & ſic non ligat, vt vult ſtatutum, quod velle poteſt. Nam licet ſtatutum quod diceret, quod minorum contractus non valeat, etiam ſi fuerit iuratus niſi interuenerit cõſenſus duorum conſanguineorum, non valeat ſtatutum tale: tamen bene valeret ſtatutum ſi diceret, quod ſi cõtractus aliter factus fuerit, præſumantur minores doloſe inducti. Nam in contractu ſi dolus ineſt, non valet. Sed quia præſumitur dolus per ſtatutum, poteſt iuramentum ſine pœna contemni. *ita dicit Bartol. in l. omnes populi. in tertia quæſtione principali, verſicul. item ſi ſtatutum diceret. ff. de iuſtitia & iure. allegat notata in cap. cum contingat. de iureiur. & in cap. licet mulieres. eod. tit. lib. 6. Et dicit Bart. quod ita iam vidit iudicari. Et ita videtur ſentire Iaco. de Bel. in quadam ſua diſputatione. & ita notat etiam Bald. in l. nec patronis. C. de ope. lib.*

Septimo & vltimo inconuincibiliter non conſtat dictum Fed. in d. conſ. in fin. dum vult, quod abſolutio debet peti ante terminum ſolutionis faciẽdæ, &c. Nam ipſe loquitur de illo, qui iurat ſoluere ad certum terminum, vt patet in principio d. conſilii in caſu, quia tunc ſecundum eum non debet permittere labi tempus ne incidat in periurium. Nos autem ſumus in alio caſu, nam conductor non iurauit ſe ſoluturũ, prout in inſtrumẽto locationis continetur, ſicut fuit in caſu Federici: ſed ſolum iurauit in inſtrumento venditionis, vnde licet non ſoluerit tempore debito ſecundum inſtrumentum locationis, non tamen per hoc eſt periurus: quia non venit contra iuramentum in hoc. Et ideo ceſſat ratio Fed. & dictum ſuum, vnde ſi bene conſideretur illud dictum Fed. non meruit allegari in hoc propoſito, & in hoc aduertat bene dominus Iudex, quia iſta ratio inter cæteras optime concludit. Nec etiam obſtat prima ratio ſupra in contrarium allegata in princ. dum vult quod inhibitio non afficit præterita, ſed futura: quia ego reſpondeo quod tempore inhibitionis factæ de anno 1440. erant facta depoſita de fictu præterito, & illa depoſita ſunt ſoluta dicto creditori, & etiam fictus temporis futuri vſque ad annum 1443. incluſiue, vnde illa ratio non obſtat. Præterea dico quod poſito quod non fuiſſet facta ſolutio, tamen dico quod non obſtat. Nam non dicit Fede. quod pignus iam factum debeat dari in ſolutum creditori, ſed quod debet ſtare in pendenti; quod patet dum dicit, quod pignus tunc demum reuocatur, cum pronuntiatum fuerit inſtrumentum eſſe vſurarium, ſed debet tunc reuocari, ergo patet quod non fuit aſſignatum creditori, ſed ſolum remanſit in pendenti, & ſic nec fuit reſtitutus debitori, nec creditori. Et ſic illud quod eſt factum, non reuocatur, ſcilicet ipſum pignus vel depoſitũ, ſed futurum, id eſt, ipſa ſolutio impeditur: ſed ita eſt in caſu noſtro, quod factum eſt depoſitum de tempore poſt petitam abſolutionem, ergo illud debet ſtare in pendenti donec pronuntiatur an contractus fuerit vſurarius, nec debet dari locatori, nec conductori, & iſtud eſt clariſſimum ſicut Deus eſt Deus. Nec etiam obſtat ſecunda ratio quam ſupra allegaui in contrarium, videlicet quod præcedente cauſa abſolutionis non poteſt fieri inhibitio iudici ſeculari, &c. vt voluit Fed. de Senis in dicto conſilio 1. quia reſpondeo quod cum hoc fecerit iudex veſter prædeceſſor, non poteſtis ipſam reuocare, cum fuerit ſententia interlocutoria, quæ in hoc habuit executionem, per ea quæ not. *in capit. cum ceſſante. de appel. & in l. quod iuſſit. ff. de re iudi.* Præterea cum de hoc eſſet quæſtio maxime coram iudice laico, videlicet vicario Domini Poteſtatis, auditis partibus & earum allegationibus pronuntiauit & declarauit, dictam inhibitionem valuiſſe & tenuiſſe: ergo amplius de hoc diſputari non poteſt cum iam ſit deciſum bis. Præterea cum aduerſa pars fuerit paſſa inchoare proceſſum ſuper vna, videtur illi ordini procedendi renuntiaſſe, *argumento capituli 1. cum ibi notat. extra de reſtitut. ſpolia.* Præterea pro hoc faciunt omnes rationes quas allegaui in probando, quod dictum iuramentum non ligauerit dictum conductorem, præterea dictum Federic. poſſet habere locum quando iuramentum eſſet interpoſitum ſuper ſolutione facienda, quo caſu non debet impediri ſolutio, ex quo conſtat de iuramento niſi aliud appareat, ſed in caſu noſtro non eſt ſic. Non enim iurauit ſoluere, licet iurauerit in venditione, vnde cum per iuramentum non conſtet de ſolutione fienda pro fictu, merito inhibitio potuit fieri in continenti etiam antequam conſtet de contractu vſurario. Et ex prædictis patet ſufficienter reſponſum omnibus rationibus in contrarium allega-

allegatis, & ſic etiam patet quod dictum iuramentum non ligauit nec ligat dictum conductorem, & ſi ligat, debet abſolui tanquam à iuramento præſtito ſuper re illicita, & ſuper contractu fœnoratitio. Et deinde eſt publicandus proceſſus, & poſtea pronuntiandum ſuper contractu, an ſit vſuratius, necne.

Et ita ſentio ego Bartholomæus Cæpolla de Verona I.V.D.&c.

CONSIL. XIX.

SVMMARIA.

1 *Procedendum prius eſt ſuper captura hominis quam ſuper debito, cuius vigore fuit captus.*

2 *Captus ſi quis ſit iuris ordine non ſeruato dicitur ſibi vis inferri ſpoliatiua propriæ libertatis.*

3 *Spoliato ſtatu propriæ perſonæ datur interdictum recuperandæ.*

4 *Spoliatus non ſolum à parte, ſed etiam à iudice ante omnia venit reſtituendus.*

5 *Illicite captus per familiam dicitur violentiam pati, & ante omnia eſt reſtituendus.*

6 *Spoliatus ab aliquo non poteſt conueniri vel executionem pati ad petitionem patientis.*

ETsi non dubitem, excellentiſſime ac integerrime Domine Vicarie, vos optime intelligere † ſuper captura
1 facta de Andrea de Nazariis prius
procedendum eſſe quam ſuper petitiooe inſtituta contra eundem per Ioan. de Sciopis occaſione vnius aſſerti debiti ducentorum ducatorum [illegible]opter dictam capturam proceſſit: tamen vt offi[illegible] meo & voluntati clientis mei ſatisfaciam, no[illegible]ulla ſummatim pro veritate præſentis dubitat[illegible]nis in bis ſcriptis ad vos mittere inſtitui, in quibus plane oſtendetur prius ſuper dicta captura procedendum eſſe, ac etiam omnia fundamenta & omnes reſponſiones clariſſimi aduocati partis aduerſæ faciliime tollentur. Et articulus quæſtionis noſtræ eſt, an ſtante quadam captura facta de mandato magnifici Domini Poteſtatis Veronæ in perſona dicti Aodreæ ad inſtantiam Ioan. de Sciopis vigore vnius aſſerti debiti ducentorum ducatorum, & præſtita fideiuſſione per ipſum Andream de ipſo præſentando, vel ſoluendo cum proteſtatione quod non conſentit dictæ capturæ, imo ſemper dicit eam fuiſſe & eſſe nullam, debeat prius procedi ſuper captura quam ſuper quadam petitione poſtea facta per dictum Ioannem Sciopum de dictis ducentis ducatis. Io quo articulo in primo præmittitur vnum quod non modo io facto, ſed etiam in iure notiſſimum eſt, videlicet quod dicta captura fuit conceſſa & facta non ſeruato iuris ordine: quia prius non conſtitit prætori eam concedenti de aliquo debito nec de aliqua ſuſpicione fugæ. Nec quod Andreas non poſſideret immobilia, ſicut conſtare debebat, iuxta notat. *in l. ſi creditores. ff. de priuileg. creditorum. & in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraudem creditorum. & in l. nemo carcerem. Cod. de exacto. tribut. libro 10. & Inſtitut. de actio. §. 1. &* ibi per Dominum meum Dominum Ang. de Aretio, imo nulla de prædictis penitus eſt facta probatio etiam ſummaria, quia in actis nihil de prædictis apparet, vt de ſe patet. Ad hoc iura ſunt vulgaria.

2 Hoc † præmiſſo arguitur ſic, quando quis eſt captus non ſeruato iuris ordine, dicitur ſibi vis inferri, *vt eſt text. in l. plerique. in fine.* ibi *vim inferre videri, ff. de in ius voc. & ibi hoc notat Bald. & Doctores* & talis uis dicitur ſpoliatiua, quia ſpoliat ipſum propria libertate vt ibi, & probatur aperte *in l. 1. in fin. cum l. ſequen. ff. de libero hom. exhib. & nota. Bartol. in ſua diſputatione:* quæ incipit: Lapus fuit captus, in princip. in
3 primo arg. † & quod ſpoliatus ſtatu propriæ perſonæ habeat interdictum recuperandæ, eſt gloſſ. ordinaria, & ibi Doctores *in cap. cum inter. in gloſſ. 1. ad fin. extra de except. & ibi per Doctores & eſt text. in cap. ſolicitudinem poſt princ.* ibi, & petens ſe ad eum ſtatum. *extra de appell.* & ibi Dominus Proſdocimus & ibi dixi: ſed ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, & cauſa ſpoliationis eſt prius tractanda & terminanda, *vt l. ſi quis à ſe fundum. C. ad l. iul. de vi. & ibi per Doctores. & l. meminerint. C. vnde vi. & nota. per Dyn. in cap. qui ad agendum. de reg. iur. lib. 6. cum ſimilibus.* ergo cum dictus Andreas fuerit ſpoliatus, prius & ante omoia eſt reſtituendus, & ſic eius cauſa debet prius audiri & terminari.

4 † Secundo ad idem hoc probatur ſic, ſpoliatus non ſolum à parte, ſed etiam à iudice ante omnia eſt reſtituendus, *vt eſt gloſſ. ordi. 3. quæſt. 1. in ſumma, circa principium. & probatur in cap. conquerente. extra de reſtit. ſpoliato. Et eſt caſus in l. meminerint. C. vnde vi. & ibi hoc notat. Angel. in princip. & not. Bart. in dicta ſua diſputatione, in antepen. column. & Bartol. in l. ſequitur. §. ſi fundum. ff. de vſucapi. & nota. Ang. in l. ſi quis emptionis titulo, in fin. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum,* ſed iſte Andreas fuit ſpoliatus à iudice, quia fecit eum capere non ſeruato iuris ordine, *vt dixi, & not. Doctores in d. cap. conquerente.* ergo & qnod quis poſſit dici ſpoliatus etiam à iudice, *eſt text. cum gloſſ. in cap. cum cauſa. in verb. ſpoliatum. extra de officio deleg.*

Tertio hoc determinat & decidit Bald. *in d. l. plerique. ff. de in ius voc.* vbi dicit per illum textum quod illicite captus eſt ante omnino reſtituendus. *allegat etiam l. quis neque. ff. de verb. ſign.*

5 † Quarto hoc etiam decidit in terminis noſtræ quæſtionis Dominus Paulus de Caſt. *in d. l. plerique.* vbi dicit per illum text. quod ille qui eſt captus illicite per familiam, dicitur violcotiam pati. Et ideo cum ſit ſpoliatus propria libertate, debet ante omnia de facto relaxari, ſicut de facto captus fuit non diſcuſſo de iure partis, *iuxta notat. in l. minor in principio. ff. de euict.* Ita eſt dicendum in caſu noſtro.

Quinto hoc etiam vult Bart. in dicta ſua eleganti diſputatione, quæ incipit: Lapus fuit captus in pluribus locis ſi bene conſideretur, & primo in princip. illius quæſt. hoc dicit aperte.

Idem & latius decidendo vult. *in 7. col. in princip. in verſic. 2. caſu*, qnando ex perſona iudicis, vbi eleganter dicit, quod quando fit iniuſtitia capto ex perſona iudicis, puta quia eſt extractus de domo vel de Ec-

de Eccleſia, vel fuit captus in caſu quo capi non poterat, tunc cum non fuit dolus proprius, ſed fuit violentia vt expreſſe dicit text. *in d. l. plerique. in fin. ff. de in ius voc.* Poteſt dici quod talis carceratus per vim ſua libertate priuatus eſt, *vt ff. de liber. ho. exhiben. l. 1. & 2.* Et iſto caſu ſi talis violentia cadat in vim ſpoliatiuam, ſicut eſt in caſu noſtro, vt ſupra dixi, maxime in primo argumento. Tunc ad petitionem eius qui fecit eum capi, non poteſt procedi contra eum, quia ſpoliatus ſua libertate ante omnia eſt teſtituendus, nec aliqua exceptio poteſt obſtare antequam reſtituatur, *vt l. ſi quis à ſe ſ nudum. C. ad l. Iul. de vi. & l. 1. in fin. C. ſi per vim vel alio modo. & d. l. meminerint. C. vnde vi. cum ſimil.*

Præterea idem Bar. & Clarius decidendo in dictá ſua diſputatione determinat quæſtionem noſtram in antepen. col. vbi dicit quod ſpnliatus etiam ſpoliatione iudicis eſt ante omnia reſtituendus, & allegat caſum ad hoc *in d. l. meminerint, eam inducendo. C. vnde vi. vt dixi ſupra.* & hoc dicit procedere in ſpoliatu per capturam multo magis. Nam dicit ipſe quod de iure communi ſpoliatus omnibus bonis vel maiori parte ab vno non poteſt conueniri nec executionem pari ad petitioné ſpoliantis, vel alterius, niſi prius reſtituatur, *vt in capit. fina. de quo ſupra de reſtitutio. ſpoliat. lib. 6.* hoc multo magis eſt in eo qui ſpoliatus eſt libertate quæ eſt inæſtimabilis, *vt l. procurator ad exhibendum. §. fin. ff. rem ratam haber. & l. libertas. & l. infinita eſt æſtimatio. ff. de regul. iur. cum ſimilibus.* vnde hæc ſpoliatio eſt grauior quam ſpoliatiu bonorum, *vt l. in ſeruorum. in fin. ff. de pœnu.* Ex quibus concluditur manifeſte, quod prius eſt reſtituendus ad ſuam libertatem ipſe Andreas ſpoliatus per ante dictam capturam, & ſic ſuper iudicio capturæ prius eſt decidendum, quia non poteſt prius conueniri niſi ſit reſtitutus, vt dicit Bart. ſecundum ea quæ ſupra, ſtatim dixi ibi, nec poteſt conueniri. Et iſta eſt veritas ſicut Deus eſt Deus, quicqnid dixerit Dominus aduocatus partis aduerſæ, qui licet ſubtiliter mouere videatur, tamen veritatem non attingit. Nam dum dicit quód regula eſt, quod reus conuẽtus tenetur litem conteſtari *per l. ſecundam. & auth. offeratur. C. de litis conteſtat.* & poteſt cogi captis pignoribus, *vt voluit gloſſ. Bartol. & Doctores in authent. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex.* hoc potuit & & debuit à viro doctiſſimo omitti, quia illa regula non procedit quandó quis eſt ſpoliatus, qui eſt ante omnia reſtituendus, vt patet per prædicta. Eodem modo debuit omitti alia regula quæ eſt, quod vbi prima cauſa non eſt præiudicialis ſecundæ, quod debet & poteſt ſuper ſecunda procedi ſimul, nec vnum iudicium impedit aliud, *vt notat Angel. in l. fundum Titianum. ff. de except. rei indic.* quia in caſu noſtro primum iudicium debet præcedere iure ſecundum Imolam, ſecundum debet penitus ſilere ante expeditionem primi ſecundum ea quæ ſupra dixi. Vnde in hac cauſa, vbi quis eſt ſpoliatus, non quæritur an aliud iudicium pariat ſibi præiudicium, vel non, ſed ſolum quæritur, quod ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, vnde non debuit allegari dicta regula. nec id quod ſcribitur per Bartol. *in l. fundum Titianum. ff. de except. rei iudicata.*

Item dum dicitur per dominum aduocatum partis aduerſæ, quod in caſu noſtro non fuit intentatum poſſeſſoriũ recuperandæ, & petitorium, quia nec apparet quod pars noſtra tentauerit aliquod poſſeſſorium, vt ex narratione libelli noſtri colligitur iuxta notat. *in l. prima. ff. de edendo.* Nam in eo non dicitur, quod ipſe Andreas ſit ſpoliatus nec petit ſe reſtitui, ſed ſimpliciter petit capturam declarari nullam, &c. Reſpondetur, quod primo dicitur eſſe intentatum poſſeſſorium recuperandæ. Nam in dicta petitione noſtra petitur officio iudicis reuocari dictam capturam tanquam indebite, & non ſeruato iuris ordine commiſſam, & factám, quod iudicis officium potuit intentari, *vt notat. Bartol. in dicta ſua diſputatione. in penult. column. in principio.* Et dicendo capturam eſſe commiſſam non ſeruato iuris ordine, & petendó ab ipſo iudice ipſam reuocare eius officium implorãdo, nihil aliud eſt, quam petere ſe reſtitui libertati ſuæ. Et hoc vult in effectu libellus ſi recte inſpiciatur, nihil enim obſtat narrandi diuerſitas vbi eadem in effectu dicuntur, *vt eſt text. in capitulo nihil, extra de verbor. ſignific.* Præterea non obſtat quod dicitur, quod illa regula, quę eſt quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, procedit quando poſſeſſorium & petitorium verſantur circa eandem rem. Sed hic verſatur circa diuerſa: quia poſſeſſorium noſtrum verſatur circa capturam, petitorium ſuum circa debitum ducentorum ducatorum: quia reſpondetur, quod imo verſantur circa idem, quia illa captura fuit facta vigore dicti debiti aſſerti, & ab alio debito dependet, vnde propter hoc cenſetur circa eandem rem, facit ad hoc quod notat Bart. *in dicta ſua diſputatione, in 5. column. in fin. in verſic. primo caſu.* aut ius ſecundæ recommendationis fundatur ex vi primæ.

Item & de connexis idem eſt iudicium, *l. cum actum. ff. de neg. geſt. in princ.* ibi, ſi quid connexum fuerit, & *l. tutorem qui tutelam*, ibi, *qua connexam rationem, ff. de admi. tute.* Item hoc etiam vult Bald. & dictus Dominus Paul. de Caſtr. *in d. l. plerique. ff. de in ius vocand.* vbi voluit, quod ſi quis eſt captus indebite ante omnia eſt reſtituendus, nec poteſt aliquid ab eo peti, niſi prius reſtituatur priſtinæ libertati.
6 † Et idem vult Bart. in terminis in dicta ſua diſputatione, *in antepen. col. ad fin.* dum dicit, ibi, ꝙ ſpoliatus ab vno non poteſt conueniri vel executionem pari ad petitionem ſpoliantis vel alterius, & dixi etiam ſupra. Et ſicut ibi ſpoliatio verſatur circa perſonam, & petitio circa debitum, ita in caſu noſtro eſt. Et tamen dicitur ibi quod ſpoliatus eſt reſtituendus antequam conueniatur. Vnde non conuenit facere fundamentum in hoc, quod hoc poſſeſſorium ſit ſuper vna re, & petitorium ſuper alia, licet Dominus aduocatus partis aduerſæ in hoc plurimum laborauerit. Nec obſtat reſponſio quæ datur ad dictum Bald. *in d. l. plerique.* dum dicitur quod ibi conſtabat quod captura erat indebite commiſſa, quia etiam ita conſtat hic, *vt dixi ſupra in principio.*

Item, dum dicitur quod etiam dictum Baldi procedit quando durabat captura, & captus petebat ſe reſtitui. Sed in caſu noſtro iſte Andreas fuit re-

laxatus, & ſic reſtitui non poteſt. Reſpondetur, quod licet ſit relaxatus de manibus familiæ Domini Poteſtatis, tamen non eſt reſtitutus ſuæ priſtinæ libertati, quia fuit relaxatus ſub fideiuſſione de eo præſentando vel ſoluendo; ergo, &c. Nec etiam obſtat doctrina Bart. *in dicta ſua diſputatione, in 7. colum. in princ. in verſ. ſecundo caſu, quando ex perſona iudicis*, ibi, & illo caſu eſt aduertendum, ſi quidem iſta violentia, vbi videtur velle, quod vbi quis eſt captus & carceratus indebite, & talis violentia cadat in vim compulſiuam, vt quia cauet Camerarienſi, quod non recedet vt habilius, poſſit ſtare in carceribus, quod tunc non poteſt peti ſe reſtitui per iura ibi allegata, ſed dicitur, quod ſic fuit in caſu noſtro, ergo. Nam huic doctrinæ reſpondetur, quod facit pro Andrea, & ſic pro nobis, & non contra, ſi bene conſiderentur verba Bart. dicit enim Bartolus in hæc verba, ſi quidem iſta violentia cadit in vim compulſiuam, quia talis captus & carceratus huic carcerationi conſenſit, quod apparet multoties, quia dat cautionem Camerarienſi, de non fugiendo, vel ſtet habilius in carceribus, vel alio modo de conſenſu carcerati apparet, licet per violentiam tunc poteſt ad petitionem alterius recommendari, &c. Vnde vult ibi Bartolus, quod quando quis conſentit carcerationi, poteſt dici vis compulſiua, & poteſt fieri recommendatio, &c. Sed ſi non conſenſit carcerationi, tunc ſecus: quia talis violentia dicitur expulſiua, & ſic ſpoliatus tunc ante omnia eſt reſtituendus. Sed in caſu noſtro Andreas captus, nunquam conſenſit capturæ, imo ſemper contradixit, vt apparet ex actis. Et etiam conſtat vobis Domine Vicarie: per fideiuſſionem enim præſtitam non dicitur conſenſiſſe carcerationi, ſicut eſt in caſu Bart. quando ſtetit in carceribus, imo contradixit ante & poſt dictam fideiuſſionem præſtitam. Et ſic etiam tolletur id, quod dicitur, quod noſtra proteſtatio fuit facta ex interuallo, quia imo diſſenſus ſemper interuenit.

Plus dico, quod etiamſi non apparet alius diſſenſus vel conſenſus, quod per dictam fideiuſſionem non dicitur conſenſiſſe carcerationi vel capturæ, quia ad hoc non tendit illa fideiuſſio, ſed in caſu Bart. bene illa fideiuſſio inducit conſenſum, quia remanſit in carceribus.

Vltimo non obſtat quod dicitur, quod Bart. in dicta ſua diſputatione, quæ incipit: Lapus præſupponitur, quod vbi dubitatur de carceratione, poteſt recommendari, ſicut fuit & contingit in dicta diſputatione, quia reſpondetur, quod ibi ita de facto fuit recommendatus, & poſtea ibi diſputatur, ſi illa recommendatio valuit. Sed vbi non eſt proceſſum ad vlteriora, tunc procedunt prædicta, ſcilicet quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, & aliud iudicium petitorium ſilere debet, donec fiat reſtitutio. Vnde ex prædictis concluditur, quod officium veſtrum eſt excellentiſſime Domine Vicarie in pronuntiando & declarando, prius procedendum & terminandum eſſe ſuper iudicio capturæ, quàm ſuper iudicio petitorio de dictis ducentis ducatis, quia iſta eſt ipſa veritas, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium per Dominum Aduocatum partis aduerſæ deductis, quæ per prædicta penitus ſunt ſublata.

In cæteris ſuppleat excellentia veſtra, quæ in iure noſtro ditiſſima eſt. Bartholomæi Cæpollæ Iuris vtriuſq; Doctoris, & Aduocati conſiſtorialis.

CONSIL XX.

SVMMARIA.

1 *Clericus in minoribus conſtitutus non beneficiatus, an poſſit eſſe procurator laici in foro ſeculari.*

2 *Clerici cuiuslibet gradus prohibiti cenſentur à procuratione litigioſa.*

3 *Appellatione clericorum an contineantur clerici primæ tonſuræ.*

4 *Clerici non debent ſe ſecularibus procurationibus immiſcere.*

5 *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, vt poſſet placere ei, cui ſe probauit.*

6 *Clericus beneficiatus debet ſeruire Eccleſiæ, non beneficiatus autem non tenetur de neceſſitate.*

EST in quæſtione, & dubium vertitur,
1 † an Iacobus Notis de Farſugolis clericus primæ tonſuræ non beneficiatus poſſit eſſe procurator tàm in foro ciuili, quàm canonico, etiam pro laico, & dicitur per nonnullos, quod non. Et pro hac ſententia poteſt adduci primo text. de iure ciuili, *in l. placet, C. de Epiſc. & cler.* vbi dicitur, quod clericis nihil debet eſſe cum publicis actionibus, nec permittitur habenti ad iudicium accedendi, niſi ob proprias neceſſitates, vel ſui corporis ſeu collegij, & ſic ibi videtur probari, quod clericus non poſſit ſtare in iudicio ad litigandum, tanquam procurator alterius, Antonius de Butr. *in c. 1. extra ne clerici vel monachi*, ſic loquit, an omnibus clericis hæc prohibeantur quidem per verbum, miniſtris, dicunt, hæc eſſe prohibita ſolum conſtitutis in ſacris, *de conſecrat. diſtinct. 2. cap. 3. & in cap. ſeq. Hoſtienſ.* dicit, hóc prohiberi omnibus beneficiatis, de quo *de poſtulat. cap. 1. & de clerico vena. cap. 1.* idem puto in non beneficiatis, ſed volunt gaudere beneficio Eccleſiaſtico, quia à talibus abſtinere debent, quæ non decent propoſitum clericale, *de vita & honeſtate clericorum, cap. fin.*

2 Secundò † poteſt adduci text. *in auth. de ſanct. Epiſc. in §. Deo amabiles, & in §. alium, col. 7.* vbi dicitur, quod Epiſcopi, monachi, diaconi, & ſubdiaconi, œconomi, & clerici cuiuslibet gradus non poſſunt eſſe procuratores litis, & not. text. ibi, aut clericum cuiuslibet gradus; ergò & clerici primæ tonſuræ prohiberi videntur, quia clerici primæ tonſuræ dicuntur habere ordinem, *vt in c. cum contingat, extra*
3 *de ætate & qualitate*, † & appellatione clericorum continentur etiam clerici primæ tonſuræ, *vt not. Anton. de Butr. in c. 2. in princ. de for. compet. & in c. cum non ab homine, in 3. col. in fin. extra de iudic.*

Tertiò hoc videtur probari, *in l. conſulta diualia, C. de teſtament.* vbi dicit, quod clericis opprobrium eſt, ſi periti ſe velint diſceptatione eſſe forenſium.

Quare

Quarto hoc videtur probari, *in l. militem. C. de procurat. & in l. filiusfamil. §. veterum, & §. milites. ff. de procurator.* in quibus dicitur, quod milites armatæ militiæ non poſſunt eſſe procuratores, arguendo de milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, quæ argumenta procedunt, *vt notat. gloſſ. in dicta l. militem, & in d. §. militem, & gloſſ. 2. in l. milites, in princ. ff. de re ind. cum ſimilibus.*

Quinto pro hoc adduci poteſt auctoritas Accurſii gloſſatoris qui indiſtincte tenuit, quod clerici non poſſunt eſſe procuratores in cauſis, vt ipſe dicit, *in dicta l. militem, C. de procurator. & in dicta l. filiusfamil. §. milites, ff. de procurat. & gloſſ. in auth. de ſanct. Epiſc. § alium, colum. 9. & gloſſ. in l. 1. §. ſextum. ff. de poſtul.* quæ dicit, quod clerici in ſuo poſſunt eſſe aduocati, & non alibi, *per d. l. placet*, cum ſit eadem ratio in aduocato, quæ eſt in procuratore.

Sexto pro hoc adduci poteſt text. de iure canonico, 15. *quæſt. 3. capit. placuit, & capit. Ciprianus*, in quibus dicitur, quod Epiſcopi, presbyteri, diaconi, vel quicunque clerici non ſint procuratores, nec ſecularium negotiatorum procurationes ſuſcipiant.

4 Septimo † ad idem eſt text. 86. *dicto c. peruenit*, vbi dicitur quod clerici non debent ſe immiſcere ſecularibus procurationibus, ad idem Rubrica, *extra ne clerici vel monachi ſe immiſceant ſecularibus negotiis.*

Octauo de hoc videtur eſſe text. *in capit. 1. & 2. eo. titul.* vbi dicitur, quod clerici non debent in placitis ſecularibus diſputare nec in rebus laicorum procuratores exiſtere.

5 Nono † pro hoc adducitur auctoritas Beati Pauli Apoſtoli, qui dicit, nemo militans Deo implicet ſe ſecularibus negotiis, vt poſſit placere ei cui ſe probauit, *vt eſt text. 20. quæſt. 1. cap. 1. in fin. & cap. 2. & c. Ciprianus, & eſt text. in capit. 1. in fin. extra ne clerici vel monachi.*

Decimo & vltimo adducitur ſtatutum, *l. 9. primi libri communis Veronæ*, in quo dicitur, quod aliquis clericus ſeu perſona Eccleſiaſtica non poſſit eſſe procurator nec aliquo modo alterius nomine eſſe in cauſa coram Dn. Poteſtate Veronæ, iudicibus communis Veronæ ſeu conſulibus, vel aliquibus aliis officiis ſeu officialibus communis Veronæ, quod ſtatutum videtur intelligi de quocunque clerico etiam primæ tonſuræ, ex quo indiſtincte loquitur, *argumento l. de pretio. ff. de publica. cum ſimilibus*, maxime attento ſtatuto penultimo quinti libri. in quo dicitur quod ſtatuta intelligantur prout iacent nec recipiant aliquem extrinſecum intellectum: ſed in contrarium eſt veritas, videlicet quod clericus primæ tonſuræ qui eſt in minoribus conſtitutus non beneficiatus, poteſt eſſe procurator clerici & laici, etiam in foro ſeculari, in cauſis ſaltem ciuilibus.

Et hoc probatur primo, *in capitulo primo, extra de poſtu.* vbi dicitur, quod conſtituti, qui ſtipendiis ſubleuantur Eccleſiaſticis, id eſt, qui ſunt beneficiati, coram ſeculari iudice aduocati in negotiis ſecularibus fieri non præſumant, ergo à contrario ſenſu, ſi non ſunt beneficiati, poſſunt eſſe aduocati, quod argumentum à contrario ſenſu validum eſt in iure, *vt l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius cui man. eſt iuriſdict. cum ſimilibus.* Et licet ibi loquatur in aduocato, tamen idem iuris eſt in procuratore, quia eſt eadem ratio, *l. illud, in fin. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obligat.* Et quod ſit idem iuris in hoc in procuratore, quod eſt in aduocato, probatur *in cap. fin. §. 1. ibi aduocatus vel procurator, eod. tit. de poſtula.*

Secundo hoc probatur per gloſſ. Bernardi, *in d. cap. 1. in princip.* quæ dicit à contrario ſenſu illius capituli quod clerici in minoribus ordinibus beneficiati poſſunt eſſe aduocati coram iudice ſeculari pro laicis.

Tertio hoc idem tenet Innoc. *in d. cap. in princ.* vbi dicit, quod ſi clerici non ſunt beneficiati & inferioribus ordinibus conſtituti, poſſunt coram iudice ſeculari litigare, *per illum text. & ibi hoc ſequitur Card. Flor. Zaba. in 3. quæſt.*

Quarto hoc in terminis tenet gloſſ. Ioan. Teutonicus, *15. quæſt. 2. in ſumma, vbi eſt gl. ord. de hoc.*

Quinto hoc tenet Gofredus in ſua ſumma in titulo ne clerici vel monachi, *in capitulo 1. §. interdicuntur.*

Sexto hoc idem vult Specul. *in titulo de procurator. §. 1. verſ.* item quod eſt Epiſcopus, ibi vel in minoribus, & eſt beneficiatus.

Septimo, hanc partem tenet Cynus, *in l. militem, C. de procurato.* quam etiam ſequitur ibi Raph. Fulgo.

Octauo iſta pars ratione comprobatur ſic. Nam ratio, quare clericus non poteſt eſſe procurator laici, eſt, quia ipſe debet ſeruire Eccleſię, ex quo eſt beneficiatus, ſed vbi non eſt beneficiatus, non tenetur de neceſſitate ſeruire Eccleſiæ, quia ceſſante cauſa ceſſare debet effectus, *l. adigere. §. quamuis, ff. de iur. patronat. l. cum clericn. C. de Epiſc. & cleric. & c. cum ceſſante, extra de appellat. cum ſimilib. Et hanc rationem ponit Cyn. in dicta l. militem, C. de procurator.* quæ ratio optima eſt. Quod autem conſtituti in minoribus non beneficiati non teneantur deſeruire Eccleſiæ vult Cardin. Flor. Zabar. *in d. capit. 1. in 8. quæſt. extra de poſtul.* vbi dicit, quod iſti non ſunt delegati Eccleſiæ, & poſſunt nauigare & vxores ducere, *vt de cleric. coniu. capit. 1. & cap. cum ex eod. de electio. libr. 6.* Et ſi diceretur nonne per hanc rationem idem dici deberet in aliis clericis in ſacris & in maioribus conſtitutis non beneficiatis, quod tamen non eſt, *vt probatur in d. capit. 1. extra de poſtula.* Nam iſti tales prohibentur poſtulare coram iudice laico, etiam ſi non ſint beneficiati, *vt ibi dicitur in gloſſ.* Ad hoc eſt dicendum, quod non eſt eadem ratio in iſtis quæ eſt in minoribus ordinibus conſtitutis: quia iſti qui ſunt in ſacris, licet ſint ſine titulo, & ſic non beneficiati: tamen Epiſcopus tenetur eis prouidere, *ſecundum gl. 1. in dicto cap. 1. de poſtula. Et ita etiam not. ibi Card. Flor. Zabar. in 5. quæſt.* Et hæc vltima pars, cum ſit text. & gloſſ. plurimorum iuris ciuilis & pontificii Doctorum auctoritate, ac deniq; ratione ſuffulta, eam in iudicando amplecti & ſequi non immerito quilibet prætor & iudex tenetur, *per cap. ne innit. prudentia tua. cum ibi not. extra de conſti. & per not. per Bart. & Doctor. in l. fi. C. de pœn. iudicis qui male iud.* Nec huic ſententiæ obſtant text. & iura, de quibus dictum eſt ſu-

pra, in princip. pro parte negatiua, quia illa iura loquuntur & intelliguntur de clericis in ſacris conſtitutis, vel in minoribus beneficiatis tamen, *vt probatur in c. 1. extra de poſtul.* Et quod dicta iura ita intelligantur ſentit Specul. *in titul. de procuratore, §. 1. verſic. item quod eſt Epiſcopus*, vbi allegat prædicta iura, & ita ea intelligit & limitat. Eodem modo non obſtat auctoritas beati Pauli, qui dicit, nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus, qui intelligitur de militante beneficiato vel cui debet prouideri de beneficio, vt proxime dixi in fine primæ partis negatiuæ.

Item eodem modo reſpondetur ad ſtatutum, 59. primi libri, quia illud ſtatutum intelligitur de clerico in ſacris vel in minoribus conſtituto & beneficiato. Nam illud ſtatutum debet intelligi & interpretari ſecundum ius commune, *vt l. ſi ſeruus noſtri, C. de noxali. & habetur per gloſſ. in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliberan. & plene per Bart. in 6. q. principali, in fin. & ibi per Doct. in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure. & habetur in c. cum dilectus extra de conſue. & ibi per Doctores*, & licet ſtatutum penult. quinti libri prohibeat interpretationem fieri in dictis ſtatutis, tamen illa prohibitio loquitur de interpretatione extrinſeca non intrinſeca, ſicut eſt iſta, vt patet ex verbis d. ſtatuti, imo plus dico, quod etiam ſi ſtatutum remoueret omnem interpretationem, intelligeretur de extrinſeca quæ poteſt circumſcribi, nõ de intrinſeca, ſine qua non poteſt cœna duci, *vt ff. de condit. & demon. l. in hn, ſecundum Bald. qui ita not. in l. 3. ad fin. C. de lib. prate.*

Et ita ſentio ego Bartholomæus Cæpolla I. V. D. ſaluo iudicio, &c.

CONSIL. XXI.

SVMMARIA.

1 *Clericus in ſacris conſtitutus an poſſit eſſe procurator.*

2 *Perſonæ miſerabiles quæ dicantur.*

3 *Perſonæ coniunctæ quæ dicantur.*

4 *An quis procurator cauſa neceſſitatis vel charitatis eſſe poſſit.*

5 *Clericus in caſu neceſſitatis vel charitatis poteſt eſſe procurator.*

6 *Clericos non poſſe eſſe procuratores, qualiter intelligendum.*

7 *Monachus an & quo caſu poſſit eſſe procurator.*

1 AN clericus in ſacris cõſtitutus † poſſit eſſe procurator dicant loqueris in cauſa criminali, & non poteſt regulariter, *vt dicit Franciſcus Zabar. in c. 1. in 3. q. extra de poſtulat. & vide in Specul. de aduocato. §. 1. verſ. in cauſa autem criminali*, aut loqueris in cauſa ciuili, & dic quod regulariter non poteſt, *vt l. plurimum, C. de epiſc. & cler. & in auth. de Sanct. epiſc. §. Deo amabiles, & §. alium collat. 9. & in c. 1. & 2. & c. Cyprianus cum ſimilib.* Fallit iſta regula in multis caſibus, primo in propria cauſa. Secundo in cauſa Eccleſiæ ſuæ. Tertio pro miſerabilibus perſonis, *vt eſt caſus*
2 *in c. 1. & c. fin. extra de poſtulat.* † Et miſerabiles perſonæ ſunt illæ, quæ cauſas proprias adminiſtrare non poſſunt, ſubaudi quo ad ſumptus, *vt eſt text. in d. cap. 1. extra de poſtulat. Sed Zabar. ibi in 6. notabili qui ſubdit*, quod dicuntur etiam alio modo perſonæ miſerabiles, *vt nota. Innoc. in capit. ſignificantibus extra de officio delegati. & ibi per eundem Franciſc. Zab. in 5. q.*

Item quantum ad materiam noſtram, qui dicuntur miſerabiles, dicit Franc. Zab. *in d. c. 1. in 4. notabili.* exemplifica in viduis, pupillis, orphanis, & ſimilibus impotentibus, *vt ſequitur 88. diſt. c. 1. & per totum, de quo per eundem in d. c. ſignificantib.*

3 Quarto † fallit in perſonis coniunctis, *vt probatur in c. fin. in princip. extra de poſtulat.* vbi perſonæ coniunctæ æquiparantur miſerabilibus. *Et ita tenet ibi Innoc. Hoſt. Pet. & Alber. Et etiam hoc tenet Franc. Zab. in d. cap. 1. in 16. & 17. quæſt.* Et nunquid clericus eiuſdem Eccleſiæ dicatur coniunctus. Hoſtien. quod ſic, argumẽto de officio delegati, *c. cum R. cum dic contra*: quia hic intelligitur de coniunctione ſanguinis. *ita dicit Franc. Zabar. in d. c. fin. in prin. in 5. q. extra de poſtul.* Et per hoc concluditur, quod non eſt idem in amico: quia hic intelligitur de coniunctione ſanguinis, de quo dic, *vt per eundem in d. c. fin. in princ. in 4. quæſt.*

Circa hoc tamen de amico vide infra in nona fallentia, vbi hoc limitatur.

Quinto fallit in omnibus illis perſonis quæ enumerantur, *in l. 1 §. vltim. cum quinque legibus ſequen. ff. de poſtul. ſecundum Inn. in d. c. 1. in fin. extra de poſtula. Et ibi hoc etiam tenet Franc. Zab. in 16. q. & in c. fin. in prin. in 5. q. eod. tit.*

4 Sexto † fallit, quando vellet eſſe procurator cauſa neceſſitatis vel charitatis. Nam prædicta regula procedit quando vult eſſe procurator pro pecunia & cauſa auaritiæ, adde tamen, quod licet non cauſa auaritiæ hoc faciat, tamen non debet præſumi quod faciat cauſa neceſſitatis vel charitatis, niſi in caſibus ſupradictis. *Et ita eſt mens Hoſtienſ. ſecundum Franciſc. Zabar. in d. capit. 1. quæſt. 15. ff. de poſtulan.*

5 Septimo † fallit in foro Eccleſiaſtico, in quo poteſt clericus eſſe procurator, *vt videtur probari in d. c. 1. de hoc tamen dic plene per Franc. Zab. in c. fin. in princ. in 2. quæſt. extra de poſtul.*

Octauo fallit ſingulariter, quia in vna cauſa tantum poteſt eſſe procurator, ſecus ſi generaliter, & ita intelliguntur iura ſupra in princ. pro regula allegata, ita ſingulariter dicit Innoc. *in c. fin. in fin. extra de oblig. ad patro.* vbi ſic dicit ad literam, vbicunque in-
6 uenitur † quod clerici non poſſunt eſſe procuratores, intelligendum eſt generaliter. Nam vnum negotium clericorum vel laicorum, vel procurare, vel adminiſtrare non prohibentur. Et hoc ſequitur Ludo. de Roma. in 277. ſingulari, quod incipit, vos qui conferebatis mecum, & ibi pro hoc dicto Inn. dicit eſſe caſum, *in c. venerabilem extra qui filij ſint legitim.*

7 Nono † fallit pro amico ſui monaſterii etiam laico: quia tunc etiam monachus poteſt eſſe procurator ſecundum Inno. ſingulariter, *in cap. cum l. I. & A. extra de re iudic. vt refert, & ſequitur Lud. de Roma. in 278. ſingulari*, quod incipit: Monachus non poteſt eſſe procurator, quo caſu requiritur conſenſus Abbatis ſecundum eum, *allegat. 16. quæſt. 2. capit. monachi. & in cle. religioſus, de procurator.* circa quod

adde quod dixi ſupra, in 4. fallentia, in fin. adde tamen prædictæ regulæ, imo videtur quod in cauſis ciuilibus clerici indiſtinctè poſſunt eſſe procuratores laicorum ſecundum Archi. *notabiliter. 20. quaeſt. 3. cap. Cyprianus, & 86. di. in cap. peruenit.* Et ita dicit Curiam Romanam ſeruare, & ita fuiſſe pronuntiatum per Dominum Ruminenſem, & idem etiam referunt & ſequuntur, *Alber. de Roſat. Raph. Fulg. in d. l. placet. C. de Epiſc. & cler. quod eſt ſingulariter not.*

Bartholomæus Cæpolla.

Remiſſiones an clericus poſſit eſſe procurator, *vide gloſſ. in l. filiumfamil. §. milites, & ibi Bart. & Doctor. ff. de procurato. & vide omnino gloſſ. 15. quaeſt. 2. in ſumma, & vide omnino Symmiſtas in tit. ne clerici vel monachi, §. interdicuntur. & vide text. & Doctor. in l. placet. C. de Epiſ. & cleric. & vide omnino text. & ibi Archi. 20. quaeſt. 3. in capit. Cyprianus, & 23. quaeſt. 5. capit. hi & vide Cyn. & Doctor. in l. militem, C. de procurato. & vide in Spec. de procurato. §. 1. verſic. Item quod eſt monachus, & Innoc. in cap. cum I. & A. extra de re iud. & vide Fed. de Senis conſ. 263.*

Bartholomæus Cæpolla.

CONSIL. XXII.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus intrans religionem an feudo priuetur.*
2 *Vaſallo religionem intrante, cui quaratur ius feudale,*
3 *Inſtrumentum inueſtituræ per hæc verba factum Concedo pro annua quantitate non dicitur inſtrumentum feudale, ſed potius contractus innominatus.*
4 *Vſufructuarius ſi monachatur, non finitur vſusfructus.*
5 *Feudum an amittatur per ingreſſum religionis.*
6 *Monachus habetur pro mortuo mundo, nec poteſt aliquid proprium poſſidere.*

IN CHRISTI nomine, amen. ac in-
1 uocata Spiritus ſancti gratia † conſultus pridie ſuper feudis cuiuſdam Eccleſiæ & cameræ Veronæ de quibus dominus Balthaſar de Fontanellis erat inueſtitus ſimul cum quodam filio ſuo, an per ingreſſum religionis, quem fecerunt in monaſterio ſanctorum Nazaru & Celſi de Verona ordinis S. Benedicti ſint dictis feudis priuati, & cui acquirantur. Reſpondi, quod ſi tenor inueſtituræ eſt in communi forma, ipſi ſunt priuati, & feudum ſi eſt antiquum ſeu paternum defertur ad agnatos, *per c. 1. de milite vaſallo qui ar. belli depoſ. & per capit. qui clericus in titulo ſcilicet de feud. ſine controuerſ. & per capit. 1. in fin. in titulo an mutus vel aliter imperfectus.* Sed ſi debetur annua penſio, vel aliud quod bene poſſit per monaſterium præſtari, viuente dicto Domino Balthaſare monaſterium habebit, & percipiet commoditatem dictorum feudorum. Nunc vero, quia mihi exhibita ſunt inſtrumenta dictarum inueſtiturarum, & requiſitus iterum, vt quid iuris ſit, reſpondeam, dico quod conſideranda ſunt verba dictarum inueſtiturarum, *iuxta capit. 1. in fin. in titulo de duobus fratrib. à capit. inueſti. & cap. porro, de priuileg. cum ſimilib.* Et primo conſidero verba primæ inueſtituræ factæ ab Eccleſia, quæ dicunt, quod dominus protonotarius inueſtiuit dominum Zampetrum de Caſtello nomine dicti Domini Balthaſaris & filij ſui de quibuſdam petiis terrarum feudalibus titulo & nomine feudi honorifici recti legalis & antiqui, & iurauit dictis nominibus fidelitatem veram & perpetuam contra omnes homines de mundo ſaluo honore imperialis Maieſtatis & anteriorum dominorum, & in omnibus, & per omnia, prout ex forma iuramenti debitæ fidelitatis vaſallorum continetur, *iuxta cap. 1. de noua forma fidelitatis & 22. quaeſt. 5. de forma, & c. 1. §. fin. in tit. hic finitur lex, incipiunt conſ. reg. in vſib. feudorum*, ex quibus verbis videtur, quod cum iſtud proprie feudum ſecundum propriam naturam feudorum quod indiſtincte iſto feudo ſint priuati dicti domini Balthaſar & filius ſuus, & immediate tranſeat ad agnatus, ex quo eſt paternum, *per iura ſuperius allegata.* Et ita teneo de iure verum eſſe, niſi ex conſuetudine tenerentur huiuſmodi vaſalli ad aliquod ſeruitium perſonale, puta ad ſeruitium atmotum, vt dicam in ſequentibus fundamentis.

Secundo principaliter conſidero tenorem aliarum trium inueſtiturarum, quia licet ſint ſimiles procedendi quantum ad iuramentum tamen ſunt diſſimiles quo ad alia, quoniam pro dictis tribus vltimis feudis pro recognitione aliquid ſoluitur ſingulis annis, videlicet pro primo vnum par granatorum, de camutia. Pro ſecundo quatuordecim vnciæ boni & pulchri piperus. Pro tertio vna libra piperis, &c. Propter quam recognitionem eſſe videndum, ſi aliter ſit iudicandum, quam in dicto feudo primo, & prima facie videtur dicendum
2 quod non. † Nam cum iuramentum interuenerit in omnibus ſimiliter ſecundum formam iuris videtur quod ex quo vaſalli ſunt effecti monachi, quod ſint priuati ipſo iure incontinenti feudu. Et illud ſit acquiſitum agnatis per iura ſuperius allegata, ſed eis non obſtantibus credo quod contrarium ſit de iure verius, videlicet quod in vita dictorum vaſallorum vel alterius dicta feuda non deuoluantur ad agnatos. Sed monaſterium percipiat eorum commoditatem ſoluendo dictum cenſum primo Domino protonotario, ſiue eius Eccleſiæ, Et fundamentum ſtat in hoc, quia ex quo dicti vaſalli vltra iuramentum tenentur ad præſtandum omni anno cenſum, videlicet vnum par granatutum quatuordecim vncias & vnam libram piperis, & iſte cenſus ita poteſt præſtari per monaſterium cuius religionem profeſſi ſunt, ſicut poterat per ipſos vaſallos. ſequitur quod monaſterium poteſt retinere commoditatem dictorum feudorum. *per l. quiſquis, & per l. ad ſimilitudinem, cum ibi notat. Cod. de Epiſcop. & cleric. & per capit. 1. §. firmiter, in titulo de prohibit. feud. alien. per Federic. Et ita tenet Innocent. & Ioannes Andr. Anton. de Butrio & Abb. Sicul. & Doct. in c. in præſentia, extra de probat. & Bald. & d. Iacobus de Alua. in capit. primo de milite vaſal. qui ar. belli. depoſuit, & in capit. qui clericus in lib. ſi de feudo fuerit controuerſ. vt dixi, in alio conſ. meo, idem tenet Ioannes Anton. in addi. Spe. in tit. de ſtatu monach. allegans dominum ſuum in legibus & Oldradum ſecum eſſe concordes. Idem Ioan. Cald. in conſiliis ſuis ſuper Rubrica de feudis conſilio. 2. Et idem tenet Cyn. ſecundum Marc. Sillimani in auth. ingreſſi, in antepenult. quaeſt. C. de ſacroſ. Eccl.* qui dixit, quod ſi feudatarius in-

greditur monaſterium, & habet feudum ex quo
debetur reale ſeruitium, & tunc poteſt in Eccleſi-
am tranſire, vt Inſtitu. de acquir. per arrogatio. & l. Are-
tuſa. ff. de ſtatu homin. Et idem tenet Dominus Iacobus de
Alua. in cap. 1. in princ. in vlt. colum. in tit. quid ſit inueſti-
3 tura, vbi dicit, † quod ſi inſtrumentum inueſtitu-
ræ dicat, concedo pro annua quantitate, quod non cen-
ſebitur proprie feudum, ſed magis contractus in-
nominatus, per l. naturalis. §. at cum do. ff. de præſcript.
verbis, & allegat hoc tenentem in l. liberti. C. de operis liber-
torum, & Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de vend. & empt.
§. 1. verſ. nunc formam.

Item pro hoc allego dictam authenticam ingreſſi. C. de
ſacroſanctis Eccleſ. quæ dicit, quod ſi ingrediens mo-
naſterium habet precariam, vel libellum, aut em-
phyteuſin, durabit in vita ingredientis, argumento
l. peto. §. 1. ff. de l. 2. & l. ſed & ſi mori. 2. reſponſo. ff. de dona.
inter virum & vxorem.

Idem adduco pro hoc gloſſ. in authent. idem eſt et-
4 iam. C. de bo. quæ libe. quæ dicit, † quod ſi vſufructu-
arius monachatur, licet habeatur pro mortuo, vt
l. Deo nobis. §. 1. C. de Epiſcop. & cleric. tamen non fini-
tur vſusfructus, quia non eſt mortuus quo ad co-
medendum. Et idem notat. gloſſ. in l. ſi ex duobus. ff. de aſ-
ſignan. liberis. Et idem videtur velle gloſſ. decimanona. queſt.
tertia. capit. ſi qua mulier, & Specu. in titulo de ſtatu mo.
verſicul. 47. Nec obſtant iura ſupra in contrarium
allegata, videlicet, capit. qui clericus, ſi de feudo fuerit
controuerſ. & capit. primum, de milit. vaſal. qui ar. belli
depon. & capitulum primum, an mutus vel aliter imperfe-
ctus, quia illa iura loquuntur & intelligi debent de
feudo, pro quo nullus cenſus ſoluitur, nec aliquod
ſeruitium reale. Sed vbi debetur ſeruitium reale vel
aliquis cenſus, qui poſſet ita bene præſtari per mo-
naſterium, ſicuti per vaſallum, ſicut eſt in caſu no-
ſtro, tunc ſecus eſſet, per l. quiſquis, & l. ad ſimilitudi-
nem, cum ibi not. C. de Epiſc. & cleric. & per capit. primum,
§. firmiter. in tit. de prohibit. feud. alien. per Federic. & per
ea quæ dicta ſunt ſupra pro parte monaſterii, & iſto modo
limitantur dicta iura, & ita etiam dicit Abb. Sicul. in capit.
in præſentia, in penultima charta. in fin. extra de probatio.
quod hoc modo debet limitari, & maxime dictum,
capit. qui clericus, quod dicit, quod ſi feudatarius ef-
ficitur clericus vel monachus, amittit feudum, quia
limitatur & reſtringitur niſi feudum habeat anne-
xum ſeruitium reale, ſicut eſt in caſu noſtro, & di-
cit, quod miratur quod Doctores de illo textu nul-
lam fecerunt mentionem. Et ita etiam tenet Ioannes
de Fantucius & Archi. decimanona diſtinct. quæſt. 3. capit.
ſi qua mulier, & Doctores in dicto capit, qui clericus. Nec
obſtat ſi dicatur licet præſtetur dictus cenſus, ta-
men in dictis feudis interuenit iuramentum vaſal-
lorum, iuxta cap. primum de not. for. fide. propter quod
iuramentum videtur quod vaſallus ſit obligatus ad
ſeruitium perſonale, quod non videtur poſſe ita
bene præſtari per monaſterium puta de adiuuan-
do Dominum in bello, vt in dicto capitulo primo. §. fir-
miter, & capitulo primo, in titulo hic finitur lex. & in ca-
pitulo primo in titulo de vaſallo milite qui ar. bel. depoſ.
Additio enim cenſus non videtur tollere illam ob-
ligationem perſonalem, quæ oritur ex iuramento,
ſed potius addere obligationem obligationi: ſed
ſolum perſonale, quod in iuramento continetur,
amitteretur feudum per ingreſſum religionis, nec
quicquam acquireret Eccleſiæ ſeu monaſterio in
quo vaſallus eſſet, vt dixi ſupra de primo feudo. Ita co-
dem modo videtur eſſe dicendum quando vltra iu-
ramentum debetur cenſus vel ſeruitium reale, quia
licet reſpectu cenſus vel ſeruitii realis non debeat
amitti per ſupradicta, tamen propter iuramentum,
in quo continetur, vt dictum eſt, obligatio perſo-
nalis, videtur quod nullum ius poſſit in monaſte-
rium tranſire, quia vtile per inutile in ſeparabilibus
non vitiatur, l. ſi ſponſus. §. primo. ff. de dona. inter virum
& vxorem, & notat. in capitulo vtile per inutile, de regu-
lis iuris, libro ſexto. & per Bartol. in l. prima. §. penultimo.
ff. de verborum obligationibus, & in l. qui iure. §. illud. ff.
de fideiuſſ. & per canonem in capitulo, cum ſupra, extra
5 de officio deleg. † Quia reſpondetur ad iſtud quod
multum me fecit dubitare, quod imo quando de-
betur cenſus vel aliquid reale, ſicut in caſu noſtro,
non amittitur feudum per ingreſſum religionis
vaſalli, quia hoc caſu non tenetur vaſallus ad ali-
quod ſeruitium perſonale, quod non poſſet ita be-
ne præſtari per Abbatem vel monaſterium, ſicut
per vaſallum, iuxta capitulum de nota. for. fidel. Et eſt
ratio, quia quando debetur cenſus vel aliquod ſer-
uitium reale, non tenetur vaſallus adiuuare Domi-
num in prælio, & maxime in Italia, in qua pro hu-
iuſmodi feudis non præſtantur talia ſeruitia per-
ſonalia. Pro hoc capitulo 1. §. primo, in titulo hic fini-
tur lex incipit conſuetud. regni. & præſertim quando
Eccleſia eſt Domina feudi ſicut in caſu noſtro, quia
Eccleſiæ hodie Lombardiæ magis curant de iſtis
cenſibus burſalibus, quam de expeditione armo-
rum, vt dicit Baldus in titulo de pace conſtant. in §. libel-
larie, & ſic apud vaſallum monachum remanebit
ius feudi & apud monaſterium commoditas, argu-
mento l. ſi poſtulauerit. §. iubet. verſicul. in quo tamen. ff.
de adulteris, & ita oportet intelligere propter ratio-
nes & auctoritates ſupra deductas. Et propterea
forte poſſet dici, quod in Lombardia & in aliis lo-
cis, in quibus Dominus feudi non conſueuit exi-
gere à vaſallis adiutorium in bello nec aliquod ſer-
uitium perſonale, ſed ſolum iuramentum fideli-
tatis ſimpliciter, quod tunc eadem ratione etiam
ſi vaſallus eſſet inueſtitus de feudo ſimpliciter cum
iuramento vaſallorum communi ſine aliquo cenſu
vel ſeruitio reali, & ingrederetur religionem, non
amitteret feudum, ſicut non amitteret quando de-
6 beretur cenſus, vel aliquod ſeruitium reale. † Nec
obſtat ſi dicatur, quod videtur impoſſibile quod
iſtud feudum non amittitur per vaſallum qui in-
greditur religionem & efficitur monachus, quia
quamprimum eſt monachus, habetur pro mor-
tuo mundo, & nihil proprium poteſt habere, vt in
authentica ingreſſi. C. de ſacroſanctis Eccleſiis, & in capi-
tulo ſecundo, & in capitulo cum ad monaſterium, extra
de ſtatu monachorum, & decimaſexta, quæſtione prima,
capitulo placuit, cum ſimilibus. Quia reſpondetur,
quod eſt verum, quod monachus non poteſt ha-
bere aliquid proprium quantum ad ſuum commo-
dum, ſed quantum ad commodum monaſterii ſic,
ſicut dicitur de filiofamilias, qui olim de iure Dige-
ſtorum

ſtorum nil poterat habere, qnia quicquid acquirebat, acquirebat patri, nec ſtabat momento penes eum, *l. placet. ff. de acquirenda. hæredit. & l. 1. ff. ſi qun à paren. fuerit manu. & Inſtitut. per quas perſonas nobn acquiritur, in principio*, & tamen remanebat penes eum ius adeundæ hæreditatis ad commodum patrįs, *vt l. cum filio. ff. de leg. primo.* Idem ergo à ſimili in quæſtione nuſtra dicendum eſt, & tenet Cynus ſecundum Vltramontanos, *in authentica ingreſſi, in tertia quæſtione. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* Et idem etiam dicit Dominus Ioannes Andreas, Antonius de Butrio & Doctores, *in capit. iu præſentia, extra de probat.* vnde ex prædictis concludo, quod per ingreſſum monaſterii dicti Domini Balthaſaris & eius filii dicta feuda non amittunt. Sed ius feudi remanet apud eos, non ad commodum ſnum, ſed ad commoditatem dicti monaſterii. Et ſic monaſtérium donec viuent dicti vaſalli facti monachi vel alter ipſorum, ex quo ambo fuerunt inneſtiti, Eccleſia percipiet commoditatem dictorum feudorum, *per l. peto. §. primo. ff. de l. ſecundo, & per l. Statius Florus. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. & per l. ſed ſi mors, ſecundo reſponſo. ff. de donatio. inter virum & vxorem, & per l. finalem, C. de vſufruct. & per l. ſi poſtulauerit. §. iubet. verſicu. in quo tamen. ff. de adulter. cum ſimilibus.* Et mortuis dictis duobus vaſallis dicta feuda, reuertentur ad agnatos ſi extabunt, alias ad Dominum feudi, *per capitulum primum de milite vaſallo qui ar. belli. depoſ. & per ea quæ dixi in alio meo conſil.* Et ea quæ dicta ſunt de dictis feudis Eccleſiæ dicenda ſunt & concludenda etiam in feudo quod dicti vaſalli recognuſcebant & recognoſcent à camera Veronæ, quia pro illo feudo ſoluuntur duæ vnciæ ſafrani, & ideo teneo per ſupradicta, quod per ingreſſum monaſterii vaſalli prędicti non perdunt dictum feudum donec viuunt. Sed retinent ad vtilitatem & commodum monaſterii.

Et ita, vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Bartholomæus Cæpolla, vtriuſque Iuris Doctor ſaluo iudicio cuiuslibet melius ſentientis.

CONSIL. XXIIII.

SVMMARIA.

1. *Scripturis duabus prolatis, ſcilicet inſtrumento publico & protocollo notarii, cuius protocollo potius ſtabitur.*
2. *Varietate orta inter inſtrumentum parti datum, & librum notarii, cui potius ſtandum erit.*

Viſo compromiſſo in nos facto, & viſa antedicta petitione & reſponſione, & viſo diligenter & examinato protocollo & inſtrumento releuato de quibus ſupra, & viſis dictis & atteſtationibus & allegationibus, quæ & quas ipſæ partes dicere producere & allegare voluerunt, & admonitis per nos dictis partibus ad audiendum iſta hora hanc noſtram ſententiam, ſiue & arbitrium.

Chriſti nomine inuocato. Nos Bartholomæus Cæpolla de Verona, Iuris Vtriuſque Doctor arbiter iure tantum electus per & inter antedictas partes dicimus, declaramus, ſententiamus, ſiue & arbitramur dictum Nicolaum de Bienzono teneri & obligatum eſſe ad faciendum dictam venditionem de dictis petiis terræ dicto Antonio quondam Pariſii de Caprino pro pretio antedicto ſecundum formam & tenorem ſubſcriptæ promiſſionis de vendendo, & hoc pluribus rationibus & cauſis, & maximè quia probatum eſt per protocollum dicti notarii, cui eſt ſtandum, quod dictum inſtrumentum fuit ſtipulatum & publicatum die Veneris decimo menſis Nouembris 1452. Nam ita reperitur ſcriptum in inſtrumento deſcripto in dicto protocollo, quod fuit dicta, die Veneris decimo Nouembris cui protocollo in dubio eſt ſtandum, vt dixi licet inſtrumentum releuatum aliter dicat, ſcilicet quod fuerit die Martis decimo menſis Octobris, quia in dubio vbi eſt dubitatio de inſtrumento releuato recurritur ad imbreuiaturam, quæ protocollum dicitur, *vt eſt gloſſ. notabilis in authentica de tabell. in §. illud quoque, in verbo protocollum, colum. 5. & ita tenet Bart. in l. Sempronius Italus. ff. de leg. ſecundo*, vbi
1 dicit, † quod ſi proferuntur duæ ſcripturæ, ſcilicet inſtrumentum publicum & protocollum notarii, ſtandum eſt potius protocollo, quia iſte eſt originalis ſcriptura, *vt probatur in dicta authentica de tabel. & in l. ſi quis ex argentariis. §. pen. ff. de edendo. Et idem tenet Bald. in l. noſtram, circa medium. C. de teſtamen. & idem tenet ipſe Bart. in dicto §. pen. qui incip. prætor in*
2 *ſecundo notabili de edendo*, vbi vult, † quod ſi eſt varietas inter inſtrumentum datum parti, & librum notarii, potius eſt credendum libro. Et idem tenet etiam Bart. *in l. ſi librarius, in vltima colum. ff. de regu. iur.* vbi dicitur, quod ſi notarius propria in ſcripturam tranſcripſiſſet, & habet protocollum, probatio fit per protocollum, *vt in dicta authentica de tabel. §. pen.* Nam ex illo verificatur inſtrumentum extenſum, & ſic videtur erraſſe in tranſcribendo.

Item, quia eſt probatum per tres teſtes deſcriptos in dicto inſtrumento protocolli, & in inſtrumento releuato productis pro parte dicti Antonii, quod dictum inſtrumentum fuit ſtipulatum die Veneris decimo Nouembris in vigilia Sancti Martini. 1452. quibus teſtibus fides eſt adhibenda, ex quo deſcripti ſunt in dicto inſtrumento, *vt probatur in auth. de fide inſtrumen. §. ſi in inſtrumenta, colum. 2. & habetur in l. 1. in fin. ff. quemad. teſta. aper. & not. & tenet Bart. in dicta l. ſi librarius. ff. de reg. iur.* vbi dicit, quod quando inſtrumentum releuatum diſcordat à protocollo, poteſt probari per teſtes deſcriptos in inſtrumento, qui ad hoc apponuntur, *per d. §. ſed ſi inſtrumenta.*

Item, quia hoc eſt etiam probatum per depoſitionem & atteſtationem Ioannis quondam Orii notarii de Caprino qui ſcripſit dictum inſtrumentum in protocollo & ipſum ſtipulatus eſt & publicauit, & qui etiam releuauit dictum inſtrumentum productum per dictum Nicolaum, depoſuit enim cum iuramento, quod dictum inſtrumentum fuit per ipſum ſtipulatum & publicatum die Veneris 10. Nouemb. 1452. Et ſic quod inſtrumentum

dicti, ſui protocolli continet veritatem, cui reſti à notario togato eſt credendum, maxime ex quo alia prædicta concurrunt, *vt probatur in Anth. de fide inſtr. §. ſi vero moriantur. verſ. in his verò quæ conficiuntur, col. 6. Nam dicit Bart. in d. ſi librarius. circa finem*, quod ſufficit dictum vnius teſtis cum notario, quia remanent duo, *vt probatur in dicto verſ. in his.* verum quia dictus Nicolaus habuit iuſtam cauſam litigandi propter dictum inſtrumentum reuelatum, & ſibi per notarium traditum, in quo continetur error in dicto die & menſe, quia in eo dicitur in die Martis decimo Octobris 1451. Et quia illud inſtrumentum non fuit ſtipulatum & publicatum de proximo. Sed iã ſunt tres anni elapſi, & ſic faciliter poteſt eadem ignorantia ſiue error maxime in dicto tempore, quia ſatis excuſabile eſt, ſi quis de certo tempore non recordatur. *Facit ad hoc quod not. Inno. & Ant. de Butr. in cap. qualiter & quando. col. 2. extra de accu. & quod notat. idem Dominus Ant. in cap. cum Ioan. Eremita. in 2. colum. de fide inſtru. & Bald. in l. presbyteri. in 2. col. C. de Epiſc. & cler.* Ideo ipſum Nicolaum abſoluimus ab expenſis huius litis excepto vno ducato auri, in quo ipſum condemnamus ad dandum & ſoluendum dicto Ant. quia ipſe Anton. ſoluit ipſum pro dimidia ſalarii noſtri, quod ſolui debebat nobis per ipſum Nicolaum.

CONSIL. XXIIII.

SVMMARIA.

1 *Decima an debeat ſolui in loco vbi nati ſunt agni fugientium propter guerram, an in loco proprio a quo fugerunt.*

2 *A forma inueſtituræ alicuius iuris non eſt recedendum.*

3 *Parochianus vnius Eccleſiæ fugiens ad aliam Eccleſiam debet pro decimationibus ad primam reuocari.*

IN CHRISTI nomine, amen. Propter guerram, quæ erat inter Illuſtriſſ. noſtros D. Veronenſ. &c. & Illuſt. Ducem Mediolani in territorio Veronenſi de 1453. aufugerunt omnes ruſtici de villa & pertinentiis ſuis qui habebant pecudes & ſe contulerunt cum ſuis pecudibus aliqui ad vallem Pollicellam aliqui ad ciuitatem Veronæ, & aliqui ad alia loca territorii Veronæ. Et dum ſtarent in dictis locis, contingit quod eorum pecudes pepererunt, id eſt, fœtus fecerunt, deinde facta pace die nono menſis April. 1454. omnes prædicti cum ſuis pecudibus ad domum ſuam vide-
1 licet ad villam ſuam redierunt. † Modo dubitatur nunquid illi de Sacromoſio, qui ſunt inueſtiti de decima dictæ villæ & pertinentiarum ſuarum, & ſic omnium agnorum ibi naſcentium, debeant habere decimam de illis agnis qui nati ſunt in dictis locis & villa Sonæ. Et videtur prima facie dicendum, quod non, quia verum eſt dicere, quod agni non ſunt nati in villa & pertinentia Sonæ, ſed alibi, ergo attenta forma inueſtituræ quæ dicit de agnis naſcentibus in villa & pertinentia Sonæ, videtur quod decima ipſorum agnorum non debeatur illis de Sacromoſio, ſed illi qui habent decimam in lo-
2 cis vbi nati ſunt dicti agni, † quia à forma inueſtituræ non eſt recedendum, *vt in capit. 1. in fin. de duobus fratribus à capit. inueſtitis. & in capit. porro. extra de priui. & per text. cum gloſſ. fin. in cap. & Apoſtolica. in fin. de priuil. lib. 6.* Tamen contrarium eſt verius de iure quod ſic probatur multis modis.

Primo, quia licet dicti agni nati fuerint extra villam & pertinentiam Sonę, tamen perinde habetur, ac ſi fuiſſent nati in dicta villa & pertinentia Sonæ, ex quo illi de Sona erant in fuga, id eſt, aufugerunt de dicta villa & pertinentia propter guerram, & pro hoc *l. 1. C. de naufra. lib. 11.* vbi habetur, quod ſi nauis naufragio expulſa fuerit ad littus vel ad terram, licet nil ſoluerit, vel nõn denuntiauerit, vel tempore prohibito venerit, nihilominus aliquod damnum pati non debet, quia neceſſitas eam ita conduxit. Ad idem eſt caſus *in l. Cæſar. ff. de publi. Et ideo dixit Bart. in d. l. 1.* quod ſi propter concurſum hoſtium qui erant in territorio Veronæ vicino fugerunt in territorium noſtrum, quod res ſuas poteſt reportare non ſoluta gabella.

3 Secundo † pro hoc eſt tex. *cum gloſſ. in l. omnes profugi in fin. C. de agrico. & cenſi. lib. 11.* vbi gloſſ. dicit per illum text. quod ſi parochianus vnius Eccleſiæ fugit ad aliam Eccleſiam ſeu parochiam, quod debet reuocari ad primam Eccleſiam ſuam cum decimationibus. *allegat etiam l. 1. Cod. de colo. illiric. & in Authen. de man. princip. §. ſed etiam col. 3. & l. cum ſatis. §. fin. eod. lib. 11. & l. cum fundus. §. ſeruus. ff. ſi certum pet. Et idem ad literam notat Bartol. in d. l. omnes profugi. in fine.*

Tertio ſi aliter diceremus, ſequeretur vel ſequi poſſet inconueniens & daretur occaſio delinquendi. Nam ſi inſpiceretur locus vbi naſcuntur agni quantum ad ſolutionem decimæ, quis duceret pecudes tempore partus extra locum in quo ſoluitur decima, & poſt partum rediret, quod non eſt concedendum ſecundum gloſſ. quæ ita dicit *in d. l. nam ſatis. in §. 1. in verbo*, in ſobole eorum, quæ eſt gloſſ. magna circa fin. quę dicit, quod daretur occaſio colono tempore pariendi, vt faceret alibi ire vxorem, vt dominum fraudaret, & via debet tolli maleficiis, *vt C. de lat. lib. tol. §. ſimiliqne modo, alias in §. ille autem. ibi. Sed ne fraudis occaſio, & Bart. in d. l. cum ſatis. in fin. dicit per illam gloſſ.* quod ſi ſtatuta dicunt, quod pro quolibet animali naſcente in territorio Peruſino Dominus debebat ſoluere vnum ſolidum, quod ſi habens animalia prægnantia ducat ea vt pariant extra territorium, non propterea euitet ſolutionem, quoniam fraudem facit legi.

Quarto de hoc videtur eſſe caſus, vbi optime probatur *in l. Titius. ff. de ſeruis exportandis.* Ibi, nec qui in fuga eſt, ibi moratur, ad idem text. *in l. ex facto, la grande, in principio, coniuncto §. rerum autem Italicarum, vſque ad finem, ff. de hæredibus inſtituendis. & l. 1. §. per ſeruum qui in fuga, ff. de acquir. poſſeſſio.*

Quinto eſt caſus ad literam, *in l. huiuſmodi, § legatum, ff. de legat. 1.* vbi dicitur, quod ſi lego fundum Cornelianum & mancipia, quæ in eo fundo erunt cum moriar, & contingat, quod ancilla, quæ conſueuerat eſſe in eo fundo tempore mortis, aufugit, &

git. & enixa ſit, quod ipſa ancilla & partus veniunt in legato: quia quamuis ancilla eſſet in fuga, & ſic extra fundum tempore mortis teſtatoris, tamen dicitur ibi, quod perinde eſt, ac ſi in eo fundo fuiſſent eo tempore mortis, ita in propoſito licet illi de Sona & pertinentia eſſent in fuga propter guerram, & pecudes ſuæ enixæ ſint extra villam & pertinentiam Sonæ, tamẽ perinde eſt, ac ſi eſſent in dicta villa & pertinentia Sonæ, vnde aufugerunt.

Sexto hoc videtur tenere Hoſti. *in ſumma de decimis, in 2. colum.* ibi alii diſtinguunt, vbi dicit, quod ſi quis paſcit animalia ſua non tanquam incola, ſed tanquam aduena & extraneus, quod teneretur ſoluere decimam ſuæ propriæ parochiæ, non autem in parochia aliena, vel animalia depaſta ſunt. Cum ergo dicti homines de Sona duxerint pecudes ſuas ad paſculandum & ad inuernandum ad vallem Podicellam & ad alia loca Veronen. diſtrictus propter guerram, & ſic non tanquam incolæ dictorum locorum ſed tanquam aduenæ & extranei, ſequitur quod debent ſoluere decimas de agnis etiam natis in dictis locis propriæ plebi de Sona: & ſic etiam illi de Sacromoſio, qui habent reliquum decimæ in dicta plebe de Sona.

Vltimo quid egemus teſtibus, hæc quæſtio deciſa eſt per Doctores, *in dicta l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de legatis.* vbi Cyn. primus originaliter dixit per illum textum quod ſi presbyter vel aliquis alius debet habere decimam vel gabellam animalium naſcentium in aliqua villa, & propter guerram animalia inde fugerunt ad aliam villam, & ibi enixa ſunt, quod debet inſpici villa vnde fugerunt, non ad aliam villam ad quam fugerunt. *Idem tenet Bald. & Dominus Paulus de Caſtro ad literam ſequendo Cyn. in d. l. huiuſmodi. l. legatum. Et ibi etiam tenet ibi Alber. de Roſ.* qui dicit, quod ille text. facit argumentum pro plebibus quæ debebant habere decimas animalium ibi naſcentium, quod ſi beſtiæ aliquo caſu in aliam plebem ſunt translatæ forte propter guerram, vt ibi ſint ad tempus, & ibi partus ediderunt, quod nihilominus illa plebs, in qua eſſe debebant, debet habere decimam, ac ſi ibi natæ eſſent per illum text. allegat etiam *d. l. Titius, de ſer. export.* Nam res quæ eſt extracta vt reponatur, dicitur eſſe eadem, *vt ff. de verbor. obligat. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & ff. de actio. empt. l. fundi. §. fin. & l. ſequenti. & ff. de cap. & poſtli. re. l. nihil. ff. de fund. inſtruct. l. quæſitum. §. idem quæſitum, alias idem quæſitum, & ff. idem reſpondit domo pes fideicom.*

Bartholomæus Cæpolla.

CONSIL. XXV.

SVMMARIA.

1 *Ius ſibiipſi dicere propria auctoritate nemo poteſt, vbi iudicis poteſt haberi copia.*
2 *Libellarius an propter canonem non ſolutum cadat à iure ſuo. & numer. 10.*
3 *Dominus an libellario abſente & nemine contradicente poſſit ingredi poſſeſſionem.*
4 *Emphyteuta an lapſo termino non ſoluens penſionem poterit expelli.*
5 *Lege permittente factum pœnam non meretur.*
6 *Rixa non poteſt vno ſolo interueniente dici.*
7 *Effectus veræ poſſeſſionis eſt fructus colligere, & in vſus proprios conuertere.*
8 *Cui actio datur, non debet exceptio denegari.*
9 *Fructus naturales, aut induſtriales, qui dicantur.*
11 *Libellarius culturam deferens, & rem emphyteuticariam deteriorans, de iure debet à iure ſuo cadere.*
12 *Vaſallus non poſſidens feudum an non petendo inueſtituram infra tempus debitum perdat feudum.*
13 *Gerens negotia alterius tenetur ad rationem reddendam, & conficere librum rationum.*
14 *Habens in emphyteuſin fundum ſterilem, quem cultura ſua fecit meliorem, an poſſit illud ad hæredes extraneos tranſmittere.*
15 *Emphyteuta priuati an triennio ceſſans à ſolutione poſſit moram purgare.*
16 *Purgatio moræ quibus caſibus admittatur, vel non admittatur.*
17 *Cap. potuit, extra de loc. de quo & qualiter ſit intelligendum.*
18 *Emphyteuta Eccleſiæ an & quare poteſt purgare moram, & non emphyteuta priuati.*
19 *Emphyteuta cadens a iure ſuo an perdat melioramenta.*
20 *Libellarius an teneatur ſoluere fructus tempore guerræ non collectos.*
21 *Clauſula iſta, ſaluo iure ſuo, literis allodialibus inſerta, quid operetur.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Ex quæſtione prædicta infra ſcripta ſex dubia oriri poſſunt.

Primum eſt, ſi dictus Iacobus Bonadomanus dominus proprietarius potuerit de iure ingredi propria auctoritate poſſeſſionem dictarum petiarum terræ & ipſas laborari facere, ſicut fecit, quod non dicatur indebite moleſtaſſe nec turbaſſe dictos fratres, nec dictam dominam Luciam earum hæredem in ſua poſſeſſione, nec contra ius locationis.

Secundum, ſi dictus Iacobus proprietarius facto ingreſſu prædicto potuerit fructus dictarum petiarum terræ colligere, & in proprios vſus conuertere, & eos lucrari, ita vt non teneatur de eis aliquid reſtituere dictæ dominæ Luciæ.

Tertium, ſi dicti libellarii ceciderunt à iure ſuo ex eo quod non ſoluerunt penſionem per terminum & vltra, & quia dimiſerunt dictas petias terrarum incultas, & paſſi ſunt dictum proprietarium per 18. annos poſſidere.

Quartum, ſi nunc pronuntiari poteſt dictos libellarios cecidiſſe à iure ſuo, elapſo dicto triennio, ita quod non poſſint purgare moram.

Quintum, ſi dicti libellarii de iure perdunt melioramenta ſua ſi quæ ſunt.

Sextum & vltimum, ſi dicti libellarii tenentur ſoluere reſidua, etiam pro tempore guerræ cum intereſſe quanti plurimi.

Circa primum videtur dicendum, quod dictus Iacobus non potuerit intrare propria auctoritate

tate dictas petias terrarum, ex eo quod vltra Dominium erat libellariotum, *vt habetur in l. ſi vt certo. §. ſi*
1 *duobus vehiculum ff.commo.* † quoniam nemo poteſt regulariter ius ſibi dicere propria auctoritate, ſi iudicis copiam habere poteſt, *vt in toto titulo. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat.*

Item quia Dominus colonos non poteſt expellere etiam finita locatione. Sed debet cum auctoritate iudicis recuperare, *vt l. conductores. C. loca. & l. non ab re. C. vnde vi.*

Item quia licet libellarii non ſoluerint, vel incultas poſſeſſiones dimiſerint, tamen poſſibile eſt, quod ipſi ſe defendere poſſint aliqua ratione, quæ defenſio ſibi tolli non poteſt, etiam ſi ipſo iure dicerentur priuati *per text. in cap. licet. de praben. lib. 6.*

Item, quia ſi Dominus poſſit expellere libellarium de poſſeſſione propria auctoritate, poſſet exinde rixa oriri, quod non eſt permittendum, *per l. non eſt ſingulis. ff. de reg iur. facit l. æquiſſimum. cum ibi not. ff. de vſufruct. Et hoc videtur tenere gloſſ. in l. 2. in verſic. repellere. in princip. C. de iure emphyt. Et gloſſ. in cap. potuit. in verſ. expelli. in princ. extra de locato.* Et iſtud etiam vi-
2 dentur tenere Docto. † qui communiter concludunt, quod propter canonem non ſolutum ipſo iure libellarius non cadit à iure ſuo, *vt notat. in l. 2. C. de iure emphyt. & in dicto cap. potuit, & Specu. in titulo de locat. §. nunc aliqua. verſic. 47. &c.*

Sed his non obſtantibus contrarium eſt verius. Nam licet ſit dubium, an Dominus poſſit emphyteutam reſiſtentem repellere; *vt nota. in iurib. præallegatis:* tamen non eſt dubium, quod ſi libellarius non eſt præſens, nec contradicit ipſe, vel alius eius nomine, quod Dominus poteſt licite ingredi propria auctoritate, *vt notat. Bart. in l. 2. C. de iure emphyteutic.*
3 † Et ideo, ex quo tempore dicti ingreſſus dicti libellarii erant abſentes, & dictæ petiæ terræ remanſerunt incultę, & nemo eas tunc poſſidebat nec detinebat, & dictus Iacobus proprietarius ingreſſus fuit nemine contradicente, non eſt dubium quod ille ingreſſus non fuit vitioſus, & probatur *in l. inuaſor. in fin. C. vnde vi. & eſt caſus in d. l. 2. C. de iure emphyt.* ibi, *volenti ei licere cum prædiis emphyteuticariis repellere,* & eſt caſus *in d. capit. potuit. & hoc tenet Bart. in d. l. 2. C. de iure emphy.* qui dicit, quod Dominus, ſi vult repellere emphyteutam de poſſeſſione ſua ipſo contradicente & exire nolente, non poteſt, *vt d. l. non eſt ſingulis. de reg. iur.* Sed ſi non vult expellere emphyteutam ſed ingredi poſſeſſionem & turbare emphyteutam in ſua poſſeſſione, poteſt ex eo quia emphyteuta dicitur ab eo poſſidere vitioſe, ex quo non ſoluit canonem, vel etiam ex eo quia dimiſit incultas petias terrarum, *vt in authent. qui rem. C. de ſacroſanct. Eccl.* Et maxime hoc verum eſt, poſtquam dictus Iacobus proprietarius declarauit, quod non intendebat dictos libellarios eſſe amplius libellarios ſuos, vt dicitur infra in tertio & quarto dubio, quoniam per talem declarationem apparet, quod libellarii priuati ſunt omni ſuo iure, *vt probatur in d. l. 2. C. de iure emphyteut. Pe. & idem not. Bart. in auth. qui rem. circa fin. princip. C. de ſacroſan. Eccleſ.* & iſta eſt communis opinio Doctorum, quod ſi emphyteuta priuati non ſoluit per triennium penſionem, & Dominus noluerit ipſum habere amplius pro emphyteuta, ipſo iure cadit à ſuo iure. *Et ita tenet dom. Anton. de*
4 *Butr. in capit. potuit. extra de loca.* qui dicit † quod licet nullibi text. declarent, an emphyteuta ſit priuatus lapſo biennio, aut triennio, quando non ſoluit penſionem, licet dicatur quod poſſit expelli, tamen dicit quod communiter tenetur, quod ipſo iure ſit priuatus, quod intelligo Domino volente, *vt dixi, & ita tenet ibi Io. de Imo.* Et idem ſi emphyteuta rem acceptam in emphyteuſin deteriorem fecerit ipſam incultam dimittendo, *vt d. authen. qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi æquiparantur iſti duo caſus, non ſoluere canonem infra tempus debitum, vel rem emphyteuticam deteriorem facere, vel incultam relinquere. Et ita communiter vidi & feci obſeruari & practicari tam in ciuitate Veronæ, vt facta declaratione Dominum vel expreſſe vel tacite qui nolit emphyteutam habere pro libellario ſuo, extunc intelligatur cecidiſſe à iure ſuo. Nec obſtant in contrarium deducta. Et primo dum dicitur, quod nemo debet ſibi ius dicere propria auctoritate: quia reſpondetur, quod hoc eſt verum, niſi lex hoc per-
5 mutat, † quia quod fit lege permittente, pœnam non meretur, *l. Grachus. C. de adulter.* Sed lex permittit iſto caſu Domino ingredi poſſeſſionem libellariam, *vt probatur in d. l. 2. & in d. cap. potuit. & eſt caſus ad literam in auth. de alien. & emphy. §. ſi vero quis. ibi damus licentiam, & ibi eiici de emphyteuſi, ſiue locatione. collat. 9.* Nec obſtat quod dixi, Dominum non poſſe ingredi propria auctoritate, quia libellarius poſſet habere aliquam iuſtam cauſam propter quam ſe tueri poſſet, vt non dicatur cecidiſſe à iure ſuo, quia reſpondetur quod propter hoc non tollitur, quin Dominus poſſit ingredi fundum ſuum propria auctoritate in caſu, de quo ſupra, quia per hoc non aufertur defenſio libellario quin poſſit agere contra proprietarium, ſicut de præſenti agit dicta Domina Lucia, & oſtendere ſi poteſt cauſam, quare non potuerit dictus Dominus ingredi, puta quia negat ſe libellarium, vel dicit ſe ſoluiſſe, vel poſſeſſionem incultam non reliquiſſe: ſed ſi non poteſt prædicta probare, vel aliam iuſtam cauſam, quare non ceciderit à iure ſuo, ſicut dicta Domina Lucia, non allegauit, nec probauit in caſu noſtro, tunc dicendum eſt dictum Iacobum proprietarium ingredi potuiſſe licite dictas petias terrarum, nec turbaſſe indebite dictam Dominam Luciam in ſua poſſeſſione, quia lege hoc permittente factum eſt, vt ſupra dixi. Nec obſtat, quod dictum eſt, quod Dominus non poſſit expellere libellarium, ne exinde rixa vel ſcandalum oriatur, *per l. non eſt ſingulis. de regul. iur. cum ſimilib.* quia illud procederet, quando emphyteuta fuiſſet præſens & contradixiſſet, vel alius pro eo: quia tunc bene ſcandalum vel rixa oriri potuiſſet. Sed ſecus eſt, quando poſſeſſio fuiſſet vacans, & tempore ingreſſus nullus contra-
6 dixiſſet, ſicut fuit in caſu noſtro. † Nam rixa vno tantum interueniente dici non poteſt. *argu. l. ſeruus non in omnibus.* ibi, *ſcilicet, ſi aliqua rixa ex litibus & contentione nata eſſet. ff. de actio. & obliga. & l. ſi ex plagis. in §. tabernarius. ff. ad l. Aqui.* & pro hoc verſus Iuuenalis, dum dicit, Si.

Nec ob-

Nec obſtat etiam quod vltimo dixi Doćto. communiter concludere, quod propter canonem non ſolutum libellarius non cadit à iure ſuo: quia iſtud eſt verum Domino volente, quoniam iſtud eſt introductum in beneficium Domini: ſed eo volente, ſic, *vt eſt caſus in d.l.2.C.de iure emphyt.* ibi, *volenti eſſe, & ibi hoc not. Bart. & in auth. qui rem. C. de ſacroſ. Eccle. & idem nota. Angel. in authen. de non alienan. §. ſi vero, colum. 2.* Et iſtud communiter tenetur & obſeruatur.

Circa ſecundum, ſi dictus Iacobus proprietarius facto ingreſſu prædicto potuerit fructus dictarum petiarum terræ colligere, & in proprios vſus conuertere, & eos lucrari, ita vt non teneatur de eis aliquid reſtituere dictæ Dominæ Luciæ, videtur breuiter eſſe dicendum, 7 † quod dictus Iacobus potuerit de iure fructus dictarum petiarum terræ colligere, & in proprios vſus conuertere, quia ſi potuit ingredi poſſeſſionem dictarum petiarum terræ tanquam ad ſe ſpectantium, vt in præcedenti dubio concluſum eſt, ſequitur quod etiam fructus colligere potuit, & in vſus ſuos conuertere, quia iſte eſt effectus veræ poſſeſſionis, *vt nota. per gloſſ. & Doctor. in l.3. §. ex contrario, ff. de acquiren. poſſeſſ. & probatur in l. Titia, ff. de ſolut. & habetur in l. 3. Cod. fini. regun.*

Ita etiam concludendum eſt quod dictus Iacobus lucratus fuerit dictos fructus. Nam quia dicti libellarii ceciderant à iure ſuo, vt dixi in præcedenti dubio, & dicetur etiam in ſequenti.

Nam quoties libellarius eſt priuatus iure ſuo propter canonem non ſolutum. Etiam ſi fructus ipſos recepiſſet rei emphyteuticæ teneretur illos fructus Domino reſtituere, quia ab eo tempore citra diceretur malæ fidei poſſeſſor, *vt not. Angel. in terminis in authen. de alien. & emphyt. §. ſi vero quis.* Ergo multo magis ſi Dominus dictos fructus recepit vel percepit, eos emphyteutæ reſtituere non tenetur. Sed emphyteutam exceptione repellere poterit, 8 † quia cui damus actionem, multo magis & exceptionem, *l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur.* Tum etiam, quia dictus Iacobus proprietarius poſſedit dictas petias terrarum, *prout dixi præcedenti dubio.* Sed etiam ſi in iure errasset credens hoc ſibi licere, quia quantum ad fructus vt eos lucretur, ſufficit bona fides, *vt l. ſed ſi lege. §. ſcire, ff. de petit. hæred. & not. gloſſ. in l. ſi fur. §. 1. ff. de vſucap. & tenet Bartol. in d. §. ſcire, & pro hoc facit quod not. Bartol. in l. Celſus. in 5. colum. verſic. ſed qualiter, ff. de vſucap. & in l. 1. §. hoc interdicto, verſicul. ſed quomodo probatur, ff. de itine. actuque priuat.* & iſtud procedit, quod poſſeſſor bonæ fidei lucretur fructus non ſolum ſi habuit titulum, *vt l. ſi fundum, Cod. de rei vendic.* ſed etiam ſi non habuit titulum, *argument. l. 4. §. ſed ante iudicium. ff. fini. regun. Et hoc tenet gloſſ. notabilis in l. ſi quis emptionis titulo in verbo tenuerit, C. de præſcript. triginta annorum. & gloſſ. Inſtit. de rerum diuiſione, §. ſi quis à non Domino. in verſic. iuſta cauſa. & gloſſ. Inſtit. de officio iudicis, §. 1. in gloſſ. magna. circa medium, ibi, ſiue habeat titulum, ſiue non. Et idem tenet expreſſe gl. in l. ex diuerſo. in gl. magna circa medium. ff. de rei vend.* quæ dicit, quod fructus induſtriales quilibet bonæ fidei poſſeſſor, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo, facit ſuos ſecundum omnes. *Et ita tenet etiam ibi Bar. & idem Cyn. in l. certum. in 3. q. C. de rei vendic. & Spec. in verſ. de fructib. & inter. §. 1. verſ. 1. & hoc tenet Flor. in d. l. 4. §. 1. in fin. ff. finit. reg. & Ant. de Butr. in cap. grauis extra de reſtitutio. ſpoliat. & ita tenent communiter Doctores.*

9 Sed dubium † poſſet fieri, nunquid iſte Iacobus proprietarius, qui lucratus eſt propter propter bonam fidem ſuam, teneatur eos reſtituere dictæ D. Luciæ, inquantum eſſet libellaria, quæ tamen non eſt, vt ſupra dixi, & apparebit etiam ex infra dicendis. Et in hoc eſt diſtinguendum. Aut ſunt fructus naturales, vt poma, ceraſia, & ſimilia, & de iſtis non loquuntur, quia in dictis petiis terrarum non reperiuntur, & de eis dicendum eſt, *vt habetur in l. fructus, ff. de vſur.* Aut ſunt fructus induſtriales qui ex cultura & cura acquiruntur, ſicut dicuntur fuiſſe in caſu noſtro, qui ſunt vinum, & frumentum, *vt nota. Cyn. in l. certum. in prima colum. C. de rei vendic. & Bald. in l. ancilla in 4. colum. verſic. & ſic ſcias, C. de furt. & Bald. in l. 1. in vltim. colum. Cod. de vſuris & fruct. legat.* qui dicit dando regulam, quod quicquid ſeminatur, eſt fructus induſtrialis, quia niſi præparetur ab homine non naſcitur, *vt Inſtitut. de rerum diuiſione, §. ſi quis à non Domino, & idem not. Bald. in l. 2. in antepenultim. col. Cod. de ſeruitut. & aqua.* qui dicit quod omne quod ſeminatur, dicitur fructus induſtrialis, non autem naturalis. Nam homo, non natura, dat ſibi eſſe & formam, & idem de vino, quod ſit fructus induſtrialis, *tenet Angel. in l. ſi apes, §. 1. ff. de fructib.* qui dicit quod vuæ & oliuæ licet ſine facto noſtro naſcantur, tamen induſtriales ſunt, *vt l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi oliuam, ff. ad l. Aquil. coniuncta l. fructus, ff. de vſuris*, & ratio poteſt eſſe, quia requiritur etiam cultura in vitibus vt de ſe patet, & de vitibus eſt text. *in l. ſi eius, ff. de rei vendic.* Item quod eſt etiam fœnum, quod colligitur ex dictis petiis terrarum, quod dicitur eſſe fructus induſtrialis, *vt probatur in l. ſi vſusfructuarius meſſem, ibi fœno ſciſſo. ff. de vſufructu.* quia ibi computatur inter induſtriales etiam, quia ſi eſſet naturalis, non requireretur quod ſi eſſet cæſus & perceptus, *vt vult ille text.* Sed efficeretur in continenti vſusfructus, *vt dicta l. fructus*, in iſtis ergo fructibus induſtrialibus eſt dicendum, aut extant, & tunc bonæ fidei poſſeſſor eos reſtituere tenetur, *vt l. certum. ſecunda reſpond. Cod. de rei vendicat.* Aut non extant, & tunc aut ſunt conſumpti, nec poſſeſſor bonæ fidei eſt effectus locupletior, & ſine dubio non tenetur eos reſtituere nec eorum æſtimationem, *vt eſt text. in l. ſed ſi lege, §. adeo, ff. de petitio. hæredita.* Et eſt ratio, quia eius lucrum facit pro cultura & cura, *vt l. 3. §. poſt litem, ff. finium regun. & Inſtit. de rerum diuiſio. §. ſi quis à non Domino, & hoc tenet gloſſ. in l. ex diuerſo. & ibi omnes Doctor. eam ſequuntur. idem tenet gloſſ. in c. grauis. de reſt. ſpol. & gloſſ. 12. q. 2. c. non liceat.* Aut bonæ fidei poſſeſſor ex fructib. per eum perceptis & conſumptis eſt effectus locupletior, & in hoc eſt maior dubitatio, *quoniam gl. Inſt. de offic. iudicis. §. 1.* videtur velle quod teneatur ad id in quo eſt factus locupletior. *Et idem tenet gl. in l. ſed ſi lege, §. ſcire. in verſ. & non puto. ff. de pet. hæred. Et per hoc videtur text. in d. l. ſed ſi leg. §. conſuluit.* Contrarium tamen videtur

tenere

tenere gloſſ. *in §. ſi quis à non domino Inſtitut. de rer. diu. Et iſtam partem tenet Petr. vt refert Cyn. in l. certum. C. de rei vend.* qui dicit quod poſſeſſor conuentus rei vendicatione non tenetur propter fructus induſtriales quos conſumpſit etiam in id in quo eſt effectus locupletior, quia non deſiſtit dolo poſſidere: ergo officio iudicis non tenetur, *vt d. §. ſi quis à domino. & d. l. 4. §. poſt litem. ff. finium reg.* Nec obſtat, *dictus. §. conſuluit*, ſecundum eum, quia ibi loquitur in petitione hæreditatis, & ſic in iudicio vniuerſali in quo comprehenduntur tam fructus quam æſtimatio eorum ſi conſumpti ſunt in quantum poſſeſſor eſt effectus locupletior, quia ibi ſuccedit pretium æſtimationis loco rei, *vt l. ſi rem & pretium. ff. de petitione hæreditatis.* Sed rei vendicatio eſt ſingulare iudicium, nec competit niſi ad rem aliquam deſtinata eſt. Et ideo nullum remedium contra bonæ fidei poſſeſſorem, qui fructus tales conſumpſit, competit, cum hic non ſuccedat pretium loco rei, pro qua detur rei vendicatio, *vt habetur per Cynum & Doctores in l. mater tua, C. de rei vendit. & in dicta l. ſi rem & pretium. Et ita intelligitur gloſſ. in dicta l. ſed ſi lege. §. ſcire*, quia loquitur de petitione hæreditatis, & iſtam opinionem, quod bonæ fidei poſſeſſor non teneatur reſtituere fructus perceptos & conſumptos, etiam id in quo ſit effectus locupletior, puto eſſe veriorem, quam tenet expreſſe gloſſ. magna, *in l. ex diuerſo*, poſt medium, ibi, *de conſumptis autem nullo modo tenetur, vt Inſtitut. de officio iudicis. §. ſi bona fidei*, forte nec ad pretium, quia lucri facit, &c. Item, tenet in terminis Spec. *in titu. de fructibus & intereſſe. §. 1. verſicul. 1. Et idem tenet Bartol. in dicta l. ſed ſi lege. §. ſcire*, & tenent Doctores communiter, quia ſequuntur gloſſ. *in dicta l. ex diuerſo*, ſecundum quod refert ibi Bart. licet collationis cauſa dicat ſe ibi tenere contrarium per aliquas rationes, de quibus ibi per eum. Et iſtam opinionem communem videtur ſequi etiam Flor. *in d. l. 4. §. 1. in fin. ff. finium reg. & Antonius de Butrio*, qui dicit eam eſſe communem, *in capit. grauis, extra de reſtit. ſpolia.* reprobando opinio. Bartol. quia ſi alia opinio eſſet vera ſecundum Bartol. non eſſet effectualis differentia niſi in diuerſitate actionis inter fructus naturales, & induſtriales, quod non eſt dicendum. Et ideo dicta opinio eſt tenenda in iudicando, quia eſt communis, *vt dixit Bart. & Antonius de Butrio per not. in l. fina. C. de pœ. iud. qui male iudi. & in capit. ne innitaris prudentia tuæ, de conſtitut.*

10 Circa † tertium dubium ſi dicti libellarii ceciderunt à iure ſuo, ex eo quod non ſoluerunt penſionem per triennium & vltra, & quia dimiſerunt dictas petias terrarum incultas, & paſſi ſunt dictum proprietarium per octodecim annos poſſidere, & breuiter dicendum eſt quod ſic, quia licet propter canonem non ſolutum emphyteuta non cadat à iure ſuo ipſo iure, *vt notat in l. 2. C. de iure emphiteut.* Tamen ſi Dominus declarauit voluntatem ſuam, videlicet quod non intendit habere ipſos pro libellariis, tunc bene verum eſt, quod cadit ipſo iure, *vt eſt caſus in l. ſecunda. ibi volenti ei licere. C. de iur. emphyteut. & ibi hoc nota. Bartol. & Bartolus idem tenet in authentica qui rem, C. de ſacroſanctis Eccleſ. & Angelus in authentica de non alienande. §. ſi vero, columna ſecunda, & Antonius de Butrio & Doctores in cap. potuit, extra de locato.* Et dixi ſupra circa primum dubium, & pro iſta opinio. optime facit quod dicitur in ſimili de compenſatione quæ fit ipſo iure, ſi tamen voluerit, *vt habetur in l. ſi conſtat. C. de compenſationibus, & Inſtitutionib. de actioni. §. in bonæ fidei*, imo plus dico, quod libellarius cadit à iure ſuo non ſoluendo canonem tempore debito ipſo iure, ſi Dominus vult, etiam ad beneficium tertii hoc opponentis, *vt eſt text. cum gloſſ. in l. ſecunda. ff. ſi ager vectigal. & hoc tenet Bartolus in l. ſecunda. ff. de exceptio. rei iudica. & notat in l. cum ſeruus quiſpiam. C. de ſeruis fugitiuis, & in l. indebiti. §. ſed ſi nummi. ff. de conditio. indebi.* Ergo multo magis eſt dicendum quod ad beneficia ipſius Domini hoc volentis emphyteuta debet eſſe priuatus ipſo iure, ſi non ſoluit canonem debito tempore. Et licet per libellarios poſſit peti declarari ipſos non cecidiſſe à iure ſuo, *per nota. per gloſſ. in capitulo commiſſa, de elect. libr. 6.* Tamen propter hoc non tollitur quin ipſo iure ceciderint à iure ſuo. Et ideo cum dicta Domina Lucia petierit pronuntiari in hoc iudicio ipſam non cecidiſſe à iure ſuo, & non probauerit aliquam iuſtam cauſam propter quam excuſetur, ex eo quod non ſoluit per triennium & vltra, merito remanet ipſo iure priuata, & ita declarari debet in iſto iudicio; *vt dicam in ſequenti dubio.*

Item ex alio capite eſt etiam priuata dicta Domina Lucia iure ſuo, quia fratres ſui & ipſa dimiſerant incultas dictas petias terrarum per plures annos, tam contra formam iuris, *vt in authentica qui rem, in C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & quam contra formam inſtrumenti emphyteutici, in quo dicitur ad melio-
11 randum & non peiorandum. † Et ideo ſicut non ſoluendo Domino volente libellarius cadit à iure ſuo, *vt dixi*, ita etiam libellario culturam deſerente, & ſic rem emphyteuticam deteriorem faciente, *vt probatur in dicta authentica qui rem*, vbi iſti duo caſus æquiparantur quantum ad effectum vt libellarius cadat à iure ſuo, ſcilicet non ſoluere penſionem tempore debito, vel fundum deteriorem facere. Item pro hoc videtur eſſe textus notabil. *in l. qui agros. C. de omni agro deſerto, libro vndecimo*, quæ dicit, quod ſi quis agrum tributarium dereliquerit per biennium, & alius occupauerit, talis occupans non poteſt conueniri ex conſtitutione, *l. fin. C. vnde vi*, nec etiam deſerens poteſt recuperare fundum ſuum, *vt ibi hoc nota. Bartol.* qui ſingulariter dicit per illam legem, quod vbicunque fundus tributarius incultus deſeritur, & ab alio occupatur per biennium, occupans tutus erit etiam non allegando nec probando aliquem titulum, & etiam ſi non fecerit citari illos quorum intereſt. Nam ita videtur eſſe dicendum in caſu noſtro. Et multo magis, videlicet quando fundus eſt emphiteuticarius, & ſic tributarius Domino, quia ſi deſeratur incultus per emphyteutam, ſi Dominus ingreditur ipſum, & tenet per biennium libellario non contradicente, etiam ſi non habet alium titulum emphyteuta, audiri non debet. Nam ſi iſtud eſt in extraneo qui nullum ius habet in re & occupat fundum tributarium deſertum & incultum, vt acquirat ius, in illo fundo, multo magis idem dicendum eſt in domino,

mino qui habet ius in re, & ſic directum dominium
in rebus emphyteuticis & eius intereſt, ne incultæ
remaneant, *arg. auth. multo magis, C. de ſacroſanct. Eccle. & l. quanto magis. ff. de iureiur. cum ſimilib.*

Item etiam ex alio capite, quia dicti libellarii paſſi ſunt dictum Iacobum proprietarium poſſidere
dictas petias terrarum per octodecim annos, per
quam patientiam maxime coniuncto quod non
ſoluerant debitum canonem, & dictas petias terræ
incultas dimiſerant, quia ex eo quod tacuerunt libellarii per decem annos, & Dominus ſtetit pro dicto tempore in poſſeſſione, licet non habuerit alium titulum, tamen poſtea libellarii non audientur, *arg. gloſſ. in l. 1. C. de ſeruis fugi. Et ita tenet Bart. in d. l. qui agros, & per hoc facit l. quibus diebus, in princip. & quod ibi nota. Barto. ff. de condition. & demonſtration.* vbi
habetur, quod ille qui allegat ſe impeditum, poteſt
opponere ſi contra impedimentum potuit reclamare & non fecit, *facit etiam ad hoc l. 3. §. quid ergo. ff. de contrario indic. tu. & l. Ruffinus Lucius, circa medium, & in fine. ff. quib. ad liber pro cla. non licet, & gloſſ. in l. cum notiſſimi, in §. ſed cum illud in ver. opponere. C. de præſcriptionib. 30. anno, & gloſſ. in l. ſed ſi per prætorem. §. hac clauſula, in verbo permittere. ff. quibus ex cauſis maior.*
12 per quæ iura dixerunt quidam, † quod licet vaſallus quando non poſſidet feudum, non cadat ab
illo propter non petitam inueſtituram intra tempus debitum, *vt notat. Gnliel. de Cuneo, & Baldus & Doctores in l. ſolemnibus, C. de rei vendic. per textum in l. forma. §. ſi cum ego. ff. de cenſibus.* Si tamen fuit negligens in recuperando poſſeſſionem, cum poſſet, priuatur feudo, ac ſi ipſum poſſediſſet, facit quod not. *in capitulo primo. de election. libro. 6. quod nota. Cynus in l. quæ, in vltima quæſtione. Cod. de tempor. in integrum reſtitut. petenda*, ita etiam videtur dicendum in caſu
noſtro, licet à 1444. citra poſſederit Dominus proprietarius dictas petias terrarum libellarias vſque
in præſentem diem, & non ipſe libellarius. Et ſic
videatur quod pro dicto tempore non poſſit libellario opponi, quod ceciderit à iure ſuo, quia non
ſoluit vel eas deſeruit, *per dictum §. ſi cum ego*, tamen,
quia fuit negligens in recuperando per octodecim
annos vltra octo vel nouem annos præcedentes,
quibus etiam dereliquerant dictas petias terrarum,
concludendum eſt quod ceciderunt à iure ſuo per
prædicta. Et iſtud etiam ſuadet æquitas. Nam ſi
dictus proprietarius vellet nunc cogere dictam dominam Luciam vt eſſet libellaria, profecto ipſa ſe
defenderet, quod non teneretur, ex quo ipſe Iacobus proprietarius tenuit & laborari fecit dictas
petias terrarum tanquam ſuas pleno iure, ex quo
non apparet, quod teſtatus fuerit quod intrauerit
volens remanere ius libellarii ſaluum in ipſis petiis
terrarum & in redditibus per eum perceptis, quod
certe feciſſet ſi habuiſſet animum retinendi ius libellarii, *argument. gloſſ. in l. idem Labeo. § 1. in verbo pure*,
quæ dicit, quia non dixit ſaluo iure quod infra dicam, *ff. familia herciſcund. & argument. textus & gloſſ. in l. ſi debitor. §. 1. ff. quibus modis pignor. vel hypotheca ſol. & gloſſ. notabilis in l. ſed & ſi quid. in §. fin. verbo imponere*, in fine ibi, *niſi dicas ſaluo iure ſuo, ff. de vſufructu. & 19. quæſtione 3. capitulo ſaluo, cum notat. in dictis iuribus.* Et
ex eo etiam, quod non tenuit aliquem computum
rationum de expenſis factis per eum in dictis petiis
terrarum, & de redditibus per eũ perceptis, quem
computum feciſſet ſi intendiſſet colligere nomi-
13 ne libellarii, † quia quilibet qui geſſit negotia
alterius, tenetur rationem reddere de geſtis per eum, *vt eſt textus in l. ſecunda, ff. de negotiis geſtis. & in l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Trebellianum & in capitulo qualiter & quando, el ſecundo*, ibi, *redde rationem villicationis, extra de accuſation.* Et ille qui tenetur redde rationem, tenetur conficere librum rationum, vt not.
Dominus Nicolaus de Neapoli, *in l. 1. §. officio, de tutelis & rationibus diſtrahen.* & tenetur reddere rationem in ſcriptis, quid & qualiter, & quantum ſit
exactum, vt nota. Bartol. *in l. apparitores. Cod. de exactorib. tributorum, libro 10.* cum ergo dictus Iacobus
proprietarius non fecerit proteſtationem de qua
ſupra, nec librum rationis ſcripſerit, & per conſequens non poſſet cogere dictam Dominam Luciam tanquam libellariam, eadem ratione & æquitate dicendum eſt, quod ſimiliter dicta domina Lucia non debet poſſe cogere dictum Dominum Iacobum proprietarium vt ſit eius libellaria eo inuito, ſuadet hoc etiam alia ſumma æquitas. Nam ex
quo dicti libellarii dimiſerunt dictas petias terrarum incultas per plures annos, & Dominus eas ad
culturam reduxerit, & multa melioramenta fecerit: quæ æquitas vult quod, poſtquam ſunt melioratæ, ipſa Domina Lucia, quæ ſtetit per viginti ſeptem annos vel circa, quibus ipſa & fratres dereliquerunt dictas petias terrarum contra formam iuris & inſtrumenti ſui, nunc vellet eas à Domino
vendicare, certe nulla ratio dictat, imo valde eſſet
iniquum. Et pro hoc allego quod *nota. Canoniſta in capitulo finali, extra de peculio cleric.* qui dicunt per illum textum, quod ſi prælatus habens adminiſtrationem rerum Eccleſiæ, vel rector hoſpitalis habens adminiſtrationem rei hoſpitalis fundum eius
Eccleſiæ, ſeu hoſpitalis ſterilem fecerit ſua cultura
& induſtria illum fundum meliorem, adeo vt Eccleſia, quæ forte pauper erat, ex illo fundo commode poſſet viuere ſi priuatur prælatura ex aliquo
delicto Dominio ſeu adminiſtratione Eccleſiæ vel
hoſpitalis, vel ei renuntiauerit, non debet perdere
fundum ſterilem per ipſum factum, imo donec viuit poterit ipſum retinere per illud capitulum finale, vbi eſt caſus ſingularis, & hoc ſequitur etiam Ludouicus Romanus in quodam ſuo ſingulari quod
incipit: Habet prælatus adminiſtrationem. Si ergo
iſtud lex permittit non Domino propter culturam
factam in fundo ſterili ſine culpa alicuius Domini,
vel Eccleſiæ, quæ non fuit in aliqua culpa, quanto
magis eſt permittendum in caſu noſtro ſi fundus
erat factus incultus propter culpam libellarii, & eſt
effectus fertilis propter curam & induſtriam & expenſam domini? certe ſuadet æquitas quod dictus
dominus nõ teneatur admittere amplius libellariũ.

Item pro hoc allego textum, *in l. quicunque, ibi perpetuo. C. de omni agro deſerto. libr. 11.* & quod ſingulariter ibi notat Bartolus qui dicit per illum textum,
14 † quod habens in emphyteuſin fundum ſterilem, vel deſertum, ſi ipſum cultura ſui fecit me-

 liorem,

liorem, poteſt tranſmittere ad hæredes extraneos, nec finitur emphyteuſis tertia generatione, licet in inſtrumento hoc dictum ſit, & idem tenet Ludouitus Romanus, *in l.1. in 6. col. ff. de arbi.*

Ex quibus concluditur, quod illa melioratio facta per proprietarium de fundo deſerto per libellarium, facit quod ille libellarius ſit priuatus iure ſuo, maxime cum ipſe non ſoluerit penſionem per triennium & vltra. Ac etiam quia neglexerit recuperare dictas petias terrarum libellarias per 27. annos vel circa per ea quæ dicta ſunt ſupra.

Circa quartum. Si nunc pronuntiari poteſt dictos libellarios cecidiſſe à iure ſuo elapſo triennio & vltra, intra quod non eſt ſoluta aliqua penſio, adeo quod non poſſit moram purgare, & non eſt aliquod dubium, quod ſi libellarius priuati ſtetit per triennium, vel libellarius Eccleſiæ per biennium, quod non ſoluit debitum canonem Domino, poteſt pronuntiari per ſententiam ipſum cecidiſſe à iure ſuo Domino volente, *vt eſt text. ſecundum omnes Doctores in l. 2. C. de iure emphytent. & in capit. potuit, extra de loc. & in authentica qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in authent. cap. de alien. & emphy. §. ſi vero quis, coll. 9.* Et hoc procedit, ſi libellarius non doceat ſe non cecidiſſe à iure ſuo ex aliqua iuſta cauſa, vel niſi neget ſe libellarium & probet. Sed in caſu noſtro probatum eſt in proceſſu, quod d. dn. Lucia ſiue fratres ſui erant libellarii, & ipſa fatetur in ſua petitione.

Item probatum eſt, quod non ſoluerunt à 1455. citra, & ſic per tres annos cum dimidio vel circa ante tempus guerræ & poſt ipſam guerram ante ingreſſum dicti Iacobi per duos annos vel circa, & ſic deducto tempore guerræ ſtetit per quinque annos & vltra quibus non ſoluit penſionem, quod tempus ſufficit ad hoc vt poſſit declarari ipſum cecidiſſe à iure ſuo, nec mora purgari poteſt nunc, cum ſint elapſi à dicto tempore 23. ſiue viginti quatuor anni, nec etiam ante poſt dictum quinquennium,
15 † poſito quod emphyteuta priuati poſſet purgare moram poſt triennium, ſicut emphyteuta Eccleſiæ poſt biennium, *iuxta cap. potuit, extra de loc.* Tamen hoc caſu non poſſet dici ipſum celeri ſatisfactione ſoluiſſe, ex quo poſt biennium ſunt elapſi duo anni & vltra, antequam proprietarius ingrederetur illas petias terrarum, & poſt vſque in præſentem diem ſunt elapſi 24. anni, poſt quod tempus ſcilicet 24. annorum, vel etiam duorum cum dimidio poſt curſum trium primorum annorum non poſſet mora purgari, quia nõ eſſet celeris ſatisfactio, *vt not. omnes Doctor. in d. cap. potuit, extra de loca.* imo plus dico, quod etiam ſi eſſent tranſacti ſolummodo tres anni in quibus ceſſaſſet libellarius in ſolutione debiti canonis, non poſſet dicta domina Lucia aliquo modo purgare moram etiam in continenti, quod ſic probatur. Nam text. *in l. 2.* vult ſimpliciter, quod elapſo triennio Dominus volens poſſit expellere emphyteutam, & ſic in effectu quod emphyteuta ſit priuatus ipſo iure, vt dixi in primo & tertio dubio. Nec aliquid dicit de purgatione moræ, ergo nec nos dicere debemus, *argum. l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæreds. & l. 1. §. ſin autem ad deficientis, ibi, Si enim contrarium volebat, C. de cad. tollen. & cap. inter corporalia, de tranſlat. præla. cum ſimilib.* Et proba-
16 tur etiam ratione. † Nam vbi eſt dies & pœna, non admittitur purgatio moræ, *vt l. traiectitia. §. de illo, ff. de action. & obligat. & not. Bart. & Doctor. in l. ſi inſulam. ff. de verbor. obligat. & habetur in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio.* ſed in caſu noſtro eſt dies appoſita in inſtrumento & pœna ſcilicet legalis, vt cadat à iure ſuo, ergo non admittitur purgatio moræ.

Secundo probatur ſic, vbi executio eſt facta à lege non poteſt mora purgari, *vt l. ſi is cui. & ibi not. ff. de leg. & not. per Dyn. in l. ſi ſeruum. §. ſeq. ff. de verbor. obligat. & Bart. hoc tenet in dicta l. ſi inſulam, in 4. quæſt.* qui dicit hoc eſſe tenendum multum notandum, quoniam ſæpe occurrit in teſtamentis, & in aliis diſpoſitionibus, quod poſt mortem fuit executio ipſo iure, & ſic non eſt locus purgationis ſiue executio ſit facta ab homine ſiue à lege, ſed per lapſum triennii quando nõ eſt facta ſolutio penſionis ab emphyteuta, & ſic poſt moram ſuam fit executio à lege, quia ipſo iure cadit à iure ſuo vt dixi in primo & tertio dubio, ergo non poteſt mora purgari.

Tertio hoc probatur alia ratione quoties per moram inducitur reſolutio contractus, ibi non eſt tractandum de purgatione moræ niſi pars altera conſtituat, *vt C. de pactis inter empto. & vendi. l. commiſſoriæ, & ibi not. Bald. in capit. 1. in 1. colum. in tit. quo tempore miles inueſti. petere debet, in vſibus feud.* Sed in caſu noſtro propter ceſſationes canonis per triennium fit reſolutio contractus, quia emphyteuta cadit à iure ſuo domino volente, *vt ſupra dixi*, ergo non admittitur purgatio moræ niſi dominus velit.

Quarto probatur etiam idem per aliam rationem, quia quando contractus habet in ſe quandam temporalitatem, videlicet quouſque vaſallus vel emphyteuta obtemperat ſtatutis ſeu conuentionibus, tunc non poteſt purgare moram, *argum. l. epiſtolam. §. fin. de pact. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & ita tenet Bald. in dicto capit. 1. in 1. colum.* Sed dictus contractus libellarius, de quo quæritur, habet in ſe quandam temporalitatem, videlicet vt duret quouſque ſoluatur penſio, *vt l. 2. C. de iure emphyteut. cum ſimilib.* Vel quouſque non deterioretur, *vt in auth. qui rem, C. de ſacroſanct. Eccleſiis.* Et in corpore vnde ſumitur,
17 ergo non poteſt admitti purgatio. † Nec obſtat *capit. potuit, extra de loc.* vbi dicit, quod celeri ſatisfactione poteſt emphyteuta moram purgare, quia iſtud *capit.* loquitur in emphyteuta Eccleſiæ, *vt patet ex eo text. in princip.* dum dicit Eccleſia primitus requiſita, & ideo illud c. debet obſeruare emphyteuta Eccleſiæ, non autem emphyteuta priuati in terris imperii, ſicut eſt ciuitas Veronæ. *Et ita tenet Ang. in l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig.* Nec obſt. ſi dicatur, ſi iſtud eſt in emphyteuta Eccleſiæ quæ eſt in multis priuilegiata, vt contra eam admittatur purgatio moræ, *vt d. c. potuit*, multo fortius videtur dicendum ꝙ contra priuatum laicum poſſit emphyteuta morã purgare, quia reſpondetur ꝙ ratio differentiæ eſt, quia emphyteutæ priuati datur maius tempus anteꝗ̃ cadat à iure ſuo, quia datur triennium, *vt l. 2. C. de iure emphy.* & emphyteutæ Eccleſiæ biennium, *vt dicto capit. potuit*, vnde qui in vno grauatur, in alio debet releuari, & econtra, *vt l. eum qui, in prin. de iureiur.* Et ideo

ſatis

ſatis videtur emphiteutæ priuati ſuccurri, ex quo habet triennium antequam cadat à iure ſuo. Et per iſtam rationem dicit Ioannes de Imola *in.d.capit.potuit.* quod iſta pars videtur ſibi de iure verior, licet non reperiat iſtam quæſtionem tactam per Docto. Sed vt dixi, imo tangitur per Angel. *in dicta l. ſi inſulam. de verborum obligat.* qui etiam tenet iſtam partem.

18 † Item, eſt alia ratio, quare emphyteuta Eccleſiæ poteſt purgare moram, & non emphyteuta priuati, quia mitius agitur cum Eccleſia quæ ſolet abhorrere pœnas, *iuxta notat. in cap. ſuam. extra de pœnit. & 12. quæſt. 2. cap. fraternitatis.* & ideo cum iura non diſponant circa purgationem moræ in emphyteuta priuati, & non ſit eadem ratio quæ eſt in emphyteuta Eccleſiæ, & iura loquentia de purgatione moræ nō patiuntur vt poſſit in caſu noſtro mora purgari, vt ſupra probaui, ſequitur quod dicendum eſt quod emphyteuta priuati non poſſit moram purgare. Ex quo concludo quod *cap. potuit.* habet locum in emphyteuta Eccleſiæ tam in terris Eccleſiæ quam in terris imperii. Sed in emphyteuta priuati non habet locum in terris imperii per prædicta, ſed bene haberet locum in terris Eccleſiæ in quibus ſeruatur ius canonicum *iuxta not. in cap. 2. extra de arbit. & in cap. ſi duobus. extra de appel. & in cap. 2. de regul. iuris, libro. 6. & habetur per gloſſ. ord. 11. quæſt. 1. in ſumma. & in cap. primo. de nou. operis nuntiatio. & ita tenet Angel. in dicta l. ſi inſulam. de verborum obligatio. quem ſequitur Ioannes de Ana. in dict. cap. potuit.* Sed ex iſtis concluditur, quod cum in iſto iudicio de quo de præſenti agitur, petitum ſit pro parte dicti Iacobi proprietarii pronuntiari & declarari ipſum potuiſſe laborare dictas petias terrarum; & eas vt dominus ipſarum retinere tãquam ad ipſum deuolutas quod nunc pronũtiari poteſt & debet vt ſupra petitum eſt, nec mora poſſit purgari per ea quæ dicta ſunt. Et talis ſententia habet effectum non ex nunc, ſed vt ex tunc, id eſt à tempore quo fuit ceſſatum per triennium, & vltra vſque ad tempus quo dictus Iacobus ingreſſus fuit dictas poſſeſſiones, quod fuit de 1444. per quē ingreſſum cum cultura vnde ſequuta appareret quod iſta fuit intentio quod volebat libellarios cecidiſſe à iure ſuo, ex quo non fecit aliquam proteſtationem, nec tenuit aliquem computum de expenſis per eum factis in laborando, nec de fructibus per eum præſcriptis, vt ſupra dixi in tertio dubio. Et iſtam ſuam intentionem etiam declarauit per ſuum ſacramentum in hoc iudicio cui eſt ſtandum in his, quæ conſiſtunt in voluntate alicuius, *vt notat gloſſ. in l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de negotiis geſtis. & in l. ſecunda. §. 2. ff. de itiner. actuque priua. & gloſſ. in l. ſecunda, Cod. de ſeruitutibus. & habetur per gloſſ. & Doctores. Inſtit. de actionib. in §. ſed iſta.* & iſta declaratio voluntatis trahitur ad prædictum tempus quod dictus Iacobus ingreſſus eſt poſſeſſionem dictarum petiarum terræ vt patet ex dicta declaratione ſua cum iuramento & per dictum ingreſſum, vt ſupra dixi, quando facto voluntas datur intelligi, *l. reprehendenda, C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus ſub conditione factis, & l. de quibus, ff. de legibus, cum ſimilib.*

Vnde ex iſtis concludo circa quartum dubium quod iudex in hac cauſa iudicaturus eſt, poteſt & debet pronuntiare dictum Dominum Iacobum potuiſſe ingredi dictas petias terrarum de 1444. tãquam ad ipſum tunc deuolutas.

19 † Circa quintum dubium, ſi dicti libellarii perinde melioramenta ſua, ſi quæ ſunt, & ex prædictis breuiter concludendum eſt, quod ſic, quia ceciderunt à iure ſuo, *vt l. 2. C. de iure emphyteu. & in auth. qui rem. C. de ſacroſanctis Eccleſiis, & in corpore vnde ſumitur.*

20 Circa † ſextum & vltimum ſi dicti libellarii tenentur ſoluere reſidua etiam pro tempore guerrarum cum intereſſe quanti plurimi. Et licet de iure communi ſint multæ opiniones, de quibus habetur per Cyn. & Doct. *in l. 1. C. de iure emphyteut. & per Bart. & Doct. interdum. §. 1. ff. de acquiren. poſſ.* & in multis aliis locis quæ breuitatis cauſa omitto. Tamen ſemper fui in iſta ſententia concordando iſtas opiniones, quod aut eſt verus libellarius puta quando non ſoluit penſionem habito reſpectu ad collectionem fructuum, quod eſt quando ſoluit tantum in 20. annis, quod æquiualet valori fundi, id eſt, quinque pro centenario, *vt eſt caſus in authen. perpetua. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in auth. de non alienan. in §. quia vero leonis. Et ibi gloſſ. in verſic. computari. colum. 2.* & tunc procedet illa opinio, quod teneatur ſoluere etiam pro tempore guerræ, licet pro illo fructus recipere non potuerit. Aut non eſt verus libellarius quod eſt quando ſoluit tantum fictum, quantum ſolueret vnus colonus, videlicet habito reſpectu ad valorem fructuum, & tunc procedat alia opinio, videlicet quod non teneatur ſoluere pro tempore guerræ ſi fructus recolligere non potuit, ſicut non teneretur ſimplex colonus qui non potuiſſet fructus colligere, *vt habetur in l. ex conducto. in princip. & §. 1. & 2. ff. locat. & in l. nunc quæritur. §. exercitia. eodem titul. & in cap. propter ſterilitatem. extra de loca. cum ſimi.* Et eſt ratio differentiæ, quia quando libellarius ſoluit penſionem, videlicet quinque pro centenario, aut minus, & ſic non habito reſpectu ad perceptionem fructuum, veriſimiliter lucrari poteſt omni anno. Et ideo ſi contingat, quod aliquando non poſſit percipere fructus propter guerram, vel ex alio euentu, debet compenſare cum eo quod aliis annis lucrari potuit, facit quod not. *in l. ſi vno. in princip. ff. locat. & in d. capit. propter ſterilitatem. & facit l. eum qui. in princip. ff. de iureiurand.* Et ideo emphyteuſis conceditur ad meliorandum, &c. & onus manutenendi rem emphyteuticam ſpectat ad libellarium, ſed quando ſoluit penſionem tanquam colonus, tunc quia ſoluit penſionem habito reſpectu ad collectionem fructuum, & ſic non multum veriſimiliter lucrari conſueuit, merito ſi tempore guerræ fructus percipere non poteſt, non debet teneri ad penſionem. Et ideo cum in caſu noſtro dictus libellarius teneretur & obligatus eſſet ad penſionem non habito reſpectu ad fructus, quia non tenebatur etiam inuenire quinque pro centenario reſpectu valoris petiarum terræ libellatarum. Sequitur, quod ipſe tractauit de iure ſoluere etiam pro tempore guerræ, licet nullos fructus percepiſſet,

piſſet, & iſtam ſententiam puto eſſe æquiſſimam, & in iudicando obſeruandam. Eſt tamen aduertendum, quod non ſufficit allegare & probare guerram fuiſſe, ad hoc vt libellarius excuſetur à ſolutione fictus, quia ſola guerra non liberat libellarium, ſed requiritur quod probetur quod propter guerram libellarius non potuit fundos emphyteuticos colere vel fructus colligere. Vnde ſi in caſu noſtro non eſſet probatum quod dicti libellarii non potuiſſent dictos fundos colere vel fructus percipere, nullo modo excuſarentur per notat. *in d. l. 1. C. de iure emphyt. & in d. l. interdum. §. 1. de acquir. poſſeſſ.* imo plus dico, etiam ſi exercitus fuiſſet in loco, & veriſimiliter potuiſſet libellarius accedere ad laborandum poſſeſſiones emphyteuticas, vel potuiſſet exercitui reſiſtere, & non reſtitiſſet, teneretur ad penſionem, etiam ſi eſſent coloni, vt eſt caſus notabilis, & ibi hoc notat. Bald. *in l. item quia. §. exercitui. ff. loc.* & hæc
21 procedunt de iure communi. † Sed vlterius oritur dubitatio, nunquid propter literas Domini, in quibus dicitur, ſaluo iure ſuo proprietariis in aſſecutione ſuorum fictuum & reſiduorum pro dicto tempore guerræ, teneantur libellarii indiſtincte ſoluere fictum pro tempore guerræ. Et videtur quod non, quia dicendo ſaluo iure, &c. non videtur attribui aliquod ius petendi niſi ſecundum quod de iure poterat. Sicut dicimus de clauſula libelli ſaluo iure addendi, &c. *vt not. in l. edita. C. de eden. & in cap. inter dilectos. extra de fid. inſtru. pro hoc facit text. in l. ſcripturas. C. qui pot. in pignor. habeant. & in l. omnes. C. de praſcript. 30. annorum. & in l. fin. C. de temp. appel.* & quod in dictis iuribus notat Angel. qui dicit, quod iſta verba, *in ſuo robore, vel in ſua firmitate pertineat*, intelliguntur, ſi robur vel firmitas ſubeſt, per illa enim verba non datur nouum priuilegium, vbi dicit, quod ſi Papa eximit tale monaſterium cum talibus Eccleſiis ſuis, intelligendum eſt ſi ſuæ ſunt, quia per hæc verba non intelligitur dare, item pro hoc quod notat ad idem Anton. de Butr. *in c. inter dilectos. in 3. col. ibi, item dicit extra de fide inſtrument.* Tamen his non obſtandum teneo quod per dictas literas ducales ſit intelligendum, quod omnes libellarii teneantur ſoluere fictum pro tempore guerræ, quoniam dictæ literæ continent duas partes, videlicet vnam in fauorem libellariorum, videlicet vt non poſſint pronuntiari cecidiſſe à iure ſuo propter canonem non ſolutum tempore guerræ.

Altera pars eſt, quod ſit ſaluum ius proprietariis in aſſecutione affictuum pro dicto tempore guerræ. Nam ſi Dominus voluiſſet, quod non tenerentur ſoluere fictum, ita feciſſet prouiſionem ſicut fecerunt ſuper eo quod non caderent à iure ſuo, imo voluit ſuper executionem fictuum prouidere dominis proprietariis, quæ prouiſio vt aliquid operetur *iuxta l. ſi quando. de leg. 1.* debet intelligi, quod Dominus valuerit quod dicto tempore fictus debeantur. Et licet dicta verba, *ſaluo iure*, habeant in ſe aliquam dubitationem per ea quæ dicta ſunt: tamen ex qua ita communiter interpretatæ ſunt, & ita communiter iudicatum & obſeruatum ſit, vt etiam ſtatim oſtendam, huic interpretationi & ſententiæ ſtandum eſt, *vt l. ſi de interpretatione. cum l. ſequent. ff. de legibus.* Nam optima eſt legum interpres conſuetudo, *vt ibi, & in cap. dilectus. extra de conſuetu.* Vnde ex his concludo, quod vigore dictarum literarum ducalium ſic communiter interpretatarum emphyteutæ tenentur ſoluere fictum etiam pro tempore guerræ.

Præterea ſubeſt alia ratio euidens, per quam ſine dubio libellarii tenentur ſoluere pro tempore guerræ quoniam hoc eſt ſtatutum & deciſum in ſtatutis communis Veronæ in conſuetudinibus in eis ſcriptis in quibus dicitur quod conſuetudo eſt quod libellarii teneantur ſoluere canonem etiam pro tempore guerræ: etiam ſi ſuis poſſeſſionibus non potuiſſent in aliqua ſui parte gaudere, quæ cõſuetudo ſic ſcripta habet vim ſtatuti, *vt habetur in §. ex non ſcripto. Inſtit. de natura. gent. & ciuili.* Et ſic ligat omnes Veronenſes & ſubditos ſuos. *l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure, & l. cunctos populos. C. de ſumma Trinita. & fide cathol.* Nec obſtat ſi dicatur, quod illa conſuetudo tanquam ſtatutum non ligat niſi à 1060. citra, quo tempore ſtatuta communis Veronæ fuerunt reformata & publicata, quia reſpondetur, quod licet reſpectu dictæ conſuetudinis ſcriptæ non liget tanquam ſtatutum. Tamen negari non poteſt quod ciuitas in dicta conſuetudine ſcripta fatetur dictam cõſuetudinem fuiſſe & eſſe de. 1450. Et ſic ita fuiſſe obſeruatum & practicatum ad minus per x. annos ante, qui communiter requiruntur ad inducendum conſuetudinem in ſimilibus & fuiſſe ita practicatum non ſolum bis, ſed pluries, quia extraiudicialib. ſicut eſt in caſu noſtro, nõ ſufficiunt duo actus, ſed plures requiruntur, *vt nota. per Bart. & Doct. in l. de quib. ff. de leg. & in l. 1. C. quæ ſit long. conſue. & in c. fin. extra de conſue.* Et ſi fuiſſet bis iudicatum ſecundum hanc conſuetudinem, adhuc minor eſſet dubitatio, *vt in dictis iurib. habetur.* Et ſic ex iſtis apparet, quod dictæ literæ ducales, quæ dicunt ſaluo iure &c. quę emanarunt de 1441. fuerunt per Veronenſes, ita interpretatæ & obſeruatæ, & propterea de 1450. quo dicta ſtatuta fuerunt reformata de dicta conſuetudine obſeruata vt tollerentur dubitationes Doctorum, & illæ quæ poſſent fieri circa interpretationem dictatum literarum ducalium, fuit dicta conſuetudo in ſcriptis redacta, & in corpore ſtaturorum inſerta ad oſtendendum quod fuerit per tempora præterita obſeruatum. Nam ſi voluiſſent ſtatuentes ſuper hoc ius nouum condere, hoc ſtatuiſſent per viam ſtatuti, ſicut in aliis fecerunt. Sed quia noluerunt aliquid in hoc de nouo condere, ſed ſolum oſtendere conſuetudinem hactenus obſeruatam, poſuerunt eam inter alias conſuetudines in ſtatutis deſcriptas. Ex iſtis itaque concludo, quod tam de iure communi, quam etiam ex forma literarum ducalium, & ex conſuetudine in ſcriptis redacta, & in ſtatutis Veronæ inſerta, dicti libellarii tenentur ſoluere fictus pro tempore guerræ. Et circa hoc eſt etiam aduertendum, quod dicti libellarii ex quo fuerunt in mora ſoluendi dictum fictum, in quantum tenentur ſoluere frumentum & ſiliginem, tenentur ſoluere quanti plurimi valuit à tempore mortis, *vt*

not. in

not.in l.vinnm,ff.ſi certum petat. & in l.in hac, ff. de triticaria.

Et ita dico & conſulo, vt ſupra concluſum eſt, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona Iuris V. Doctor, &c.

CONSIL. XXVI.

SVMMARIA.

1 *Compromiſſum an de iure poſſit fieri in iudicem ordinarium.*
2 *Mandatum an ſola antiquitate & temporis longitudine præſumatur legitimum.*
3 *Præſumptio non cadit in certis, ſed dubiis.*
4 *Notorium dicitur quod ex actis conſtat.*
Longinquitas temporis an faciat quod euidenter nullum efficiatur validum.
5 *Factum quanti temporis lapſu dicatur antiquum.*
6 *Mandatum vel Syndicatus in dubio non præſumuntur niſi probentur.*
7 *Ius ſuum nemo præſumitur negligere, maxime vbi ſuit vigilans in acquirendo.*
8 *In factis antiquis facilius præſumitur pro eo qui poſſidet quam in factis recentibus.*
9 *Reuocatio præcepti alias facti an ſit actus prohibiti confirmatoria vel approbatoria.*
10 *Dictio prout, quid importet.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Orta fuit lis alias controuerſia inter commune & homines de Piſognis parte vna, & commune & homines de Plano parte altera, occaſione territorii & confinium ipſarum communitatum, quia illi de Piſognis dicebant confinia eſſe, videlicet primo vallis vna quæ dicitur vallis de Compieno, ſeu de muruculo, iacens inter ipſa territoria ſupra montes & deſcenſiue verſus planitiem dictæ vallis ſicut tendit dicta vallis vſque in vallem quæ dicitur vallis nigra, & deſcenſiue per ipſam vallem verſus planitiem prædictam, prout tendit dicta vallis vſque ad pontem de Calubio & deſcenſiue ab ipſo ponte vſque ad alium pontem de Gratacaſolo exiſtentem in planitie quæ eſt inter terrã de Plano & terram de Piſognis quæ loca prædicti de Piſognis dicebant eſſe confinia diuidentia territoria dictarum communitatum. E contra vero dicebant prædicti de Plano dicta confinia eſſe inter dicta communia, prout in ſententia arbitri Domini Cazaguerræ olim Poteſtatis vallis canonicæ & in quadam alia ſententia arbitrorum Domini Iacobini de Iſodo & collegarum ſuorum laudatum fuit, & tandem vertente differentia coram Magnifico Domino Petro Cuppo prouiſore dictæ vallis dum præceptum fuiſſet obtentum per prædictos de Piſognis, quod confinia ponuntur, & declarentur eo modo quo dictum eſt ſupra per illos de Piſognis. Et parte aduerſa contradicente declararatum fuit dictum præceptum emanatum ad inſtantiam prædictorum de Piſognis reuocari & annullari debere de conſilio ſpectabilis Domini Nicolai de Petrochio conſultoris tunc electi inter ipſas partes, & hæc fuerunt de anno 1437. Succeſſiue de anno 1447. Orta fuit eadem differentia inter dicta communia coram Domino Andrea de Capriolo tunc Capitaneo dictæ vallis, qui declarauit ipſos de Piſognis fuiſſe & eſſe in poſſeſſione dictorum confinium ſuperius nominatorum per dictos de Piſognis reſeruato iure in petitorio prædictis de Plano. Nunc vero de anno preſenti 1463. agitatus eſt proceſſus in petitorio per Syndicos de Plano & tandem condemnati ſunt prædicti de Piſognis ad dimittendum & relaxandum prædictum montem prædictis de Plano, prout in ſententiis prædictorum Dominorum Cazaguerræ & Iacobini de Iſodo continetur, à qua ſententia extitit appellatum pro parte dictorum de Piſognis. Ex prædictis de pluribus dubitari contingit. Primo an compromiſſum de iure tantum fieri potuerit in dictam Cazaguerram, cum eſſet iudex ordinarius inter dictas partes, videlicet Poteſtas vallis canonicæ, & per conſequens an eius laudum valuerit.

Secundo, an ſententia domini Iacobini de Iſodo & collegarum ſuorum, quæ fuit facta de 1422. vel circa, valeat, vel non, ſi non conſtat de compromiſſo facto in cauſa, quod dicitur nullatenus reperiri. Et dato quod reperiretur, dicitur quod compromiſſum in eos factum non valuit, quia non conſtat Antonium de Somicho aſſertum Syndicum de Piſognis habuiſſe mandatum ad compromittendum.

Tertio, an ſit neceſſe quod conſtet de Syndicatu legitimo ad faciendum dictum compromiſſum non obſtante longo curſu temporis.

Quarto & vltimo an reuocatio præcepti alias facti per præfatum Dominum Petrum Cuppum habeat decidere cauſam, ita quod videatur confirmaſſe dictas ſententias arbitrales.

1 Circa † primum dubium, quod eſt, an compromiſſum de iure tantum poſſit fieri in iudicem ordinarium partium. Et in hoc ſunt tres opiniones.

Vna eſt, quod non poſſit fieri compromiſſum de iure tantum in iudicem ordinarium partium, *per textum in l. ſed & ſi in ſeruum, §. ſi iudex. ff. de arbitris & ibi eſt gloſſa. ordinaria quæ hoc tenet, & idem not. gloſſ. in l. 1. ff. de iudic. & gloſſ. in auth. vt differentes iudices.*

Alia eſt opinio, quod de iure ciuili non poſſit fieri compromiſſum, ſed de iure canonico ſic, *per capit. cum tempore extra de arbitr. & per cap. cauſam quæ. extra de elect. & cap. literas, extra de probationibus cum ſimilibus. Et iſtam opinionem tenet gloſſ. in dicto §. ſi iudex, & gloſſ. ſecunda quæſtio. 6. §. quod à Barbaris per dicta iura.* & iſtam opinionem videtur tenere Specul. *in in titul. de arbitro §. ſecundo. verſic. ſed nunquid in ordinarium.*

Tertia eſt opinio, quod & de iure ciuili & de iure canonico poſſit in iudicem ordinarium compromitti de iure tantum, *per text. in d. c. cum tempore, & d. c. cauſam quæ. & per d. l. ſed & ſi in ſeruum, §. ſi iudex,* quæ ſolum prohibet ordinarium compellere partes, vt in ſe compromittant, *vt ibi & l. pretor. ff de tuto. & cura. da. ab his.* Et iſtam opinionem tenet gloſ. *in d. c. cum tempore. & glo. 1. in c. literas. in princ. extra de præſumpt. &*

gloſſ.

gloſſ. 1o.an. 3. quæſt. 7. capit. infamis. §. tria. verſ. ſi quis vero index. Sed quicquid ſit de iure canonico, ego teneo quod de iure ciuili prima opinio eſt vera, & communiter per Doctor. tenetur, videlicet quod non poſſunt partes compromittere de iure tantum in iudicem ordinarium ipſarum partium, & hoc per text. *in dicto §. ſi iudex.* vbi eſt caſus de iſta quæſtione, & eſt ſimilis *text. vbi ille §. eſt canonizatus, in 3. quæſt. 7. capit. infamis. §. Tria. verſ. ſi quis vero iudex.* Nec eſt verum, quod ibi ſolum prohibeatur iudicem ordinarium compellere partes in ſe compromittere. Sed etiam ibi prohibet ſimpliciter in eum fieri compromiſſum, *vt vult gloſſ. magna in princip. & in tex. patet in princ.* ibi, ſi quis iudex ſit arbitrium recipere eius rei de qua iudex eſt. Nam in hoc principio loquitur quando nulla coactio interuenit. Sed in verbis ſequentibus bene loquitur, quando iudex iubet in ſe compromitti, vt patet ibi in ſe, ne compromitti iubere prohibeatur. Et ſic loquitur in vtroq; caſu ſiue ſponte ſiue iudice iubente fiat in eum compromiſſum. Et iſtam opinionem tenet Cyn. & Pet. *in l. ſi qui ex conſenſu in princ. C. de Epiſc. aud.* qui dicunt etiam plus, videlic. quod in iudicem ordinarium non poteſt fieri compromiſſum, etiam tanquam in arbitratorem & amicabilem compoſitorem. Sed in hoc Doctor. communiter tenent contrarium, vt dicit Dominus Anto. de Butr. *in d. c. cum tempore, extra de arb. quia eſt text. in auth. vt diff. iudi. §. ſi vero, & ibi hoc no. gl. & in auth ſi vero, C. de iud. & in d. §. ſed ſi iudex.* Item iſtam opin. quod non poteſt fieri compromiſſum in ordinarium partium tanquam in arbitrum, & ſic de iure tantum, tenet Iac. de Belui. *in d. §. ſi vero,* qui reprobat dictam opin. dicens quod hæc prima ſibi plus placet. Item tenet etiam Bart. *in d. §. ſi iudex,* qui dicit quod hæc opinio quæ ponitur in glo. ibi communiter approbatur. Et idem ipſe tenet *in l. 1. in prin. ff. de iudi. idem tenet Bald. in d. l. ſi qui ex conſenſu. & communiter Doct. legiſtæ. Idem tenet Hoſti. in ſumma de arbitr. §. 2. verſ. 3. Idem tenet Dominus Anton. de But. in d. c. cum tempore, extra de arbit. qui dicit, quod iſta eſt communis opinio.* Et rationes huius plures aſſignantur.

Prima ratio eſt, quia ſi ordinarius poſſet eſſe arbiter ſemper procuraret vt eligeretur in arbitrum ne ab ipſo iure poſſit appellari, *iuxta l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr.*

Secunda ratio eſt, quia ordinarius debet cogere arbitrum vt procedat, & debet ſuam ſententiam mandare executioni, *vt extra de foro compet. cap. ſi quis contra.* Sed hoc non poſſet, cum idem ordinarius eſſet & arbiter.

Tertia ratio eſt, quia arbitria fiunt ad ſimilitudinem ordinariæ iuriſdictionis. Et ſic ſequitur, quod aliquod eſſet ſimile ſibi ipſi, quod nō eſt dicendum, ſicut non poſſunt concurrere iura naturalia & iura adoptionis, *vt inſtitut. de adoptionibus. §. 1. Iſtæ tres rationes aſſignantur per glo. ordi. in quæſt. 7. §. ſi quis vero index, alias eſt verſ. ſub. §. tria.*

Quarta ratio eſt, quia arbiter debet pronuntiare ſecundum iura, *de conſtit. capit. 1. & in auth. vt iniur. quod præſtatur ab his. §. 1. col. 2. quod repugnat arbit. vt l. diem proferre, §. ſtari. ff. de arbit.*

Quinta ratio eſt, quia noluit ius, quod de iure ordinario haberetur recurſus ad extraordinarium, *l. in cauſa, ſecunda. ff. de minoribus.*

Sexta ratio eſt, quia hoc eſſet retrogedi, 9 o. di. *capit. legimus, & extra de tranſlat. præla. cap. 1. iſtæ vltimæ tres rationes ponuntur per Hoſtien. in ſumma in tit. de arb. §. ſi quis poſſit verſ. ſed nunquid index. Et iſtæ ſex rationes ponuntur etiam per Dn. Anton. de Butr. in d. cap. cum tempore, extra de arbit.*

Septima ratio ponitur per Gul. de Cun. *in l. ſi qui ex conſenſu. C. de Epiſ. aud.* videlicet ne partibus terrorem inducant, vt compromittant. Et hanc rationem ponit etiam d. Ant. de But. *in d. c. cum tempore.*

Octaua ratio, quam ponit Bald. *in d. l. ſi qui ex conſenſu,* quia cum iudex arbiter efficiatur, cognoſcet de iure, & ſeruat ſolemnitatis iuris ſicut ſi procederet tanquam iudex. Vnde ſi omiſſa via iudicis procederet tanquam arbiter, videretur contemnere iuriſdictionem ſuam, & ſua iuriſdictione ordinaria abuti, quod lex non vult permittere.

Vnde ex iſtis rationibus à iuribus & auctoritatibus prædictis concludo:

Quod de iure ciuili non poteſt fieri compromiſſum de iure, & ſic tanquam in arbitrum in iudicem ordinarium per partes, quæ ſunt ſub iuriſdictione ſua ordinaria. Et etiam quando reus tantum eſſet ſub iuriſdictione ſua ordinaria, quia forum ex parte rei metimur, *l. iuris ordinem. C. de iuriſdictio. omnium iudic. Et hoc vult gloſſ. in authentica vt differen. iudic. §. ſi vero contigerit, in gloſſ. magna, in fin. column. 1.* Et ideo cum compromiſſum, de quo ſupra, factum fuit in dictum Dominum Cazaguerram de iure tantum in pronunciando, quia in eo dicitur, quod in ſententiando non poſſit nec valeat præcipere, pronuntiare, nec arbitrari inter ipſas partes, niſi per ius & rationem tantum, licet habuerit poteſtatem procedendi de iure & de facto tantum, fuit arbiter, & non arbitrator. *vt not. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum in 2. colum. in fin. ff. pro ſocio,* & ſic in eum fuerit factum compromiſſum tanquā in arbitrum, qui de iure tantum debet iudicare, *vt not. gl. in d. l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi iudex ff. de arbitris.*

Sequitur quod dictum compromiſſum, & etiam ſententia per eum lata non valuit, *vt eſt caſus in dicto §. ſi iudex:* & hoc maxime cum ſumus in terris imperii, & apud iudicem laicum, *per notata in capit. 1. extra de nou. ope. nunt. & in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cum ſimilib.* Nec obſtat ſi dicatur, quod non eſt verum, quod fuerit factum compromiſſum in dictum Dominum Cazaguerram tanquam in arbitrium iuris, ſed fuit factum tanquam in arbitrum & arbitratorem & amicabilem compoſitorem, vt in compromiſſo dicitur, ergo videtur quod potuerit fieri compromiſſum ſaltem tanquam in arbitratorem, *per nota. per gloſſ. in d. §. ſi iudex. & in in d. §. ſi vero contingit, vt ſupra dixi,* quia in dubio videtur dicendum, quod pronuntiauerit vt arbitrator. Nam in ſua ſententia dicit, eligenſque viam boni arbitri & arbitratoris. Et ſi intelligeretur elegiſſe viam arbitri non valeret: ſed ſi intelligeretur elegiſſe viam arbitratoris, videretur valere per prædicta. Ergo debemus in dubio intelligere q elegerit viam quæ valeat, & non quæ impugnet iudicium ſuum, *l. 3. C. de te*

de teſtament. milit. Et maxime hoc videtur probari, quia dixit in ſententia volens parcere laboribus & expenſis partium, per quæ videtur potius eligere viam arbitratoris, quia per illam magis parcitur laboribus & expenſis, quam per viam iuris, *iuxta nota. in l. ſi ſocietatem. §. arbitratorum. ff. pro ſocio, facit quod notat Barto. in l. prima. ff. de iudiciis.* Nam ad hoc reſpondetur, quod dictum compromiſſum reſpectu procedendi intelligitur eſſe factum non tanquam in arbitrum, ſed in arbitratorem, quia dicit in compromiſſo (*quod poſſit procedere diebus feriatis & non feriatis ordine iuris ſeruato & non ſeruato*). quæ verba non conueniunt arbitrio iuris, *vt l. prima. ff. de arbitris.* Sed reſpectu ſententiæ dicitur eſſe arbiter iuris tantum, & non arbitrator, quia dictum eſt in compromiſſo, *quod non poſſit ſententiare niſi de iure tantum*, & in hac parte appellatur in compromiſſo arbiter tantum, vt patet ibi dum dicit, præcepta & pronuntiata quæ ferri contingeret per ſecundum arbitrum, &c. Et ſic cum ſit arbiter iuris tantum in pronuntiando, licet ſit arbitrator in procedendo, dicendum eſt quod dictum compromiſſum non valuit per rationes, de quibus ſupra, quæ militant & locum habent etiam in illo qui eligitur arbiter iuris in ſententiando, licet ſit arbitrator in procedendo. Et licet Dominus Cazaguerra dixerit in ſententia ſua, *eligens viam bonam arbitri & arbitratoris*, non propter hoc videtur elegiſſe viam arbitratoris in iudicando, quia cum ſit factum compromiſſum in eum vt teneretur iudicare de iure tantum, vt etiam ipſe dicit in ſua ſententia, Non debemus dicere quod voluerit aliam viam eligere, quam ſibi commiſſam, *argumento, l. diligenter, in principio, ff. mandati, & capit. ex parte decani, extra de reſcript. cum ſimilibus.* Et maxime, quia eligendo dictam viam, eligeret viam quæ redderet ſententiam nullam, quia eſſet contra formam compromiſſam, *vt l. non diſtinguemus. §. de officio. & §. fin. ff. de arbitris, vt eſt caſus in capit. cum dilectus, extra de arbitris, & in capitulo examinata, extra de confirmatio. vtili vel inutili, quod eſt contra l. 3. ff. de teſtament. milit.* ſupra in contrarium allegatam, vnde aut Dominus Cazaguerra habuit animum procedendi vt arbitrator, quod in dubio non præſumitur, vt dixi, & ſententia eſſet nulla non ſeruata forma compromiſſi, *vt dicto §. de officio. facit quod not. Bart. in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitris.* aut elegit viam arbitri iuris in pronuntiando & ſententiando ſicut tenebatur vigore compromiſſi & ſententia eſt ipſo iure nulla, quia tale compromiſſum & ſententia non valuit, vt eſt caſus, *in dicta l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi iudex. ff. de arbitris.* Nec obſtat quod in compromiſſo dicitur quod faciunt in perſonam dicti Domini Cazaguerræ non tanquam officialis, ſed tanquam ſingularis perſona, & communis amicus, &c. quia per iſta verba non fit, quod dictum compromiſſum valeat per rationes ſuperius allegatas, quæ etiam habent locum quando eſt factum
2 compromiſſum ſub dictis verbis. † Nec obſtat ſi dicatur, quod ad præſumendum mandatum legitimum habuiſſe, ſufficit antiquitas & longitudo temporis per not. per Inno. *in cap. cum in iure peritus, extra de officio delega. & per Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in nouella in capit. in præſentia, de renunciatione*, vbi dicunt quod ex antiquitate temporis præſumantur omnia eſſe ſolemniter acta. Et dicit ibi Hoſtienſ. quod antiquitas iudicatur ex biennio, & ponit Bald. *in cap. 1. §. fin. ante fin. in tit. quo tempore miles inueſti. pet. debeat*, cum in caſu noſtro ſunt pluſquam quadraginta anni, quod eſt lata dicta ſententia, ergo debet præſumi bene lata. Quia ad hoc reſpondetur, quod illud
3 procedit in caſu dubio, † quia præſumptio cadit ſuper incerto & dubio, vt eſt gloſſella notabilis, *in l. vnica. §. accedat in verbo præſumatur. C. de rei vxor. actio.* Non autem in caſu certo & claro, quia in incertis non certis locus eſt coniecturæ, *l. continuum. §. cum ita. ff. de verbor. oblig. & l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de l. 3. cum ſimilibus.* Sed in caſu noſtro non eſt dubium, neque incertum, quia cum hoc conſtet ex compromiſſo, & etiam ex ſententia, non poteſt dici quod ſumus in caſu dubio, ſed certo, videlicet, quod neque compromiſſum, neq; ſententia valuit per nota. per Inno. & Doct. *in c. ex inſinuatione, in fin. extra de ap-*
4 *pellat.* vbi dicunt † quod illud quod conſtat ex actis, dicitur eſſe notorium, ergo longinquitas temporis non facit, quod illud quod eſt euidenter nullum, efficiatur validum, *per l. quod ab initio. ff. de regul. iur. & c. non firmatur, eod. tit. lib. 6.* Et propterea contra huiuſmodi præſumptionem admittitur probatio in contrarium, *vt not. gl. in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. & in l. ſiue poſſidetis. C. de probat.* cum non ſit niſi præſumptio iuris, non autem iuris, & de iure, iuxta not. *in d. l. non eſt veriſimile, in c. is qui fidem, extra de ſpon. & not. Dn. Anton. de Butr. & Doct. in cap. quoniam contra, extra de præſumpt. alias probationibus.* Concludo itaque ex prædictis ad primum dubium, quod dictum compromiſſum factum in Dominum Cazaguerram non valuit, & ſententia ſua inde ſequuta ſimiliter non valuit, *vt dicta l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi iudex. ff. de arbitris, & per ea quæ dicta ſunt ſupra.*

Circa ſecundum dubium an ſententia Domini Iacobini de Iſedo & collegarum ſuorum valuit vel non. Et primo videtur dicendum quod non duabus rationibus.

Prima eſt, quia non conſtat vt dicitur de compromiſſo facto per aliquem Syndicum communis de Piſognis in dictos Dominum Iacobinum & collegas, ergo tanquam arbitri, vel arbitratores pronuntiare non potuerunt, *per l. non diſtinguemus, ff. de officio in fin. ff. de arb. & per cap. cum in iure peritus, extra de offic. deleg.* Et ideo niſi appareat de compromiſſo, & ſic de commiſſione ſibi data non ſtatur eius ſententiæ, *vt not. Innoc. in dicto capit. cum in iure, circa medium*, qui dicit, quod quidam conſulunt propter hoc vt iudices delegati cuſtodiant ita literas commiſſionis, ſicut ipſam ſententiam. Nec creditur arbitris, ſi dicunt in ſententia ſe eſſe arbitros vel arbitratores, & per partes in eos fuiſſe factum compromiſſum, *per l. ne in arbitris, verſ. ſecundum autem in ſcriptura. C. de arbit. & ar. gl. l. vnica. C. de man. princ. & not. gl. in d. cap. cum in iure peritus.*

Secunda ratio eſt, quia etiam ſi conſtaret de compromiſſo facto per aliquos tanquã Syndicos communis de Piſognis dicitur, quod illi non fuerunt vnquam Syndici, nec vnquã habuerunt à communi de

ni de Piſognis mandatum ad compromittendum. Ergo ſi compromiſſum per eos ſactum eſt, non valuit in præiudicium communis, quia ad compromittendum requiritur ſpeciale mandatum, *vt in cap. per tuas, extra de arbitris & nota. gloſſ. in capit. qui ad agendum, de procurator. in ſexto.* Et propterea dicit Innocent. *in dicto capit. cum in iure. in fin. de officio delegat.* per inſtrumentum originale procurationis debet in iudicio produci, alias non creditur quod fuerit procurator. In contrarium videtur, quod imo illa ſententia arbitralis valuerit non obſtante quod non conſtet de compromiſſo neque de Syndicatu ſiue procuratorio dictorum compromittentium, quia quando ſententia lata eſt, & lapſum eſt biennium, & ſic decurſa ſunt fatalia, præſumitur quod ſententia etiam ſine productione actorum vt ſingulariter nota. Hoſtienſ. *in cap. præſentia, extra de renuntiation.* quod Bald. putat eſſe verum in factis multum antiquis, *in cap. primo, §. fin. in titulo quo tempore miles inueſtitur. pet. debet. in vſibus feudorum, & hoc etiam nota. Canoniſta in cap. quoniam, extra de probationibus, & Anton. de Butr. in cap. ea noſcitur, de his quæ fiunt à prælatis ſine conſen. cap.* vbi tenet, quod in factis antiquis præſumitur ſolemnitas interueniſſe, pro hoc etiam quod nota. per Cyn. Bald. & Doctor. *in l. emancipatione. Cod. de fide inſtrumentorum*, ſed in caſu noſtro nedum poſt ſententiam eſt lapſum biēnium, ſed etiam ſunt elapſi. 40. anni. Et ſic eſt de
5 ſacto multum antiquo, † quia factum antiquum dicitur eſſe decem vel viginti annorum, quia tale tempus dicitur longum, *in titulo, Cod. de præſcript. longi temporu 10. vel 20. annor. & hoc not. Ardui. in capit. 2. in princip. de ſepulturis. libro 6.* Et maxime hoc videtur verum de compromiſſo, quia de eo fit mentio in principio ſententiæ. Et quod fuit viſum & lectum per arbitros. Nam dicta verborum enuntiatio in ſententia probatur, quando factum eſt antiquum, quia verbis enuntiatiuis tunc datur fides, ſicut famæ, vt nutar gloſſ. *in cap. cum olim. de cenſibus, & in capit. ſi Papa. de priuilegiis libro ſexto, & hoc tenet in terminis Dominus Antonius de Butrio, in capitulo quoniam contra. de probationibus.* Et iſtud ego credu eſſe verum reſpectu compromiſſi, videlicet quod in dubio eſt præſumendum quod factum fuerit, ex quo fit de eo mentio in ſententia. Et dicitur, quod fuit viſum per arbitros, & eſt factum antiquum per prædicta. Sed reſpectu Syndicatus & mandati ad compromittendum puto primam partem eſſe veriorem, videlicet quod licet præſumatur fuiſſe factum cōpromiſſum in dictos arbitros pro parte communis de Piſognis. Tamen ex quo non conſtat, quod illi, qui dicuntur feciſſe compromiſſum, fuerint Syndici dicti communis de Piſognis, & quod habuerint mandatum ad compromittendum, non eſt præſumendum quod fuerint Syndici, & quod ha-
6 buerint mandatum ad compromittendum. † Et primo moueor per not. per Innocen. & Doctor. *in c. cum in iure peritus extra de officio delegat.* vbi volunt, quod in dubio mandatum vel Syndicatus non præſumitur, niſi probetur, *vt ſupra dixi.* Et pro hoc facit ratio, quia iſta ſunt facti, videlicet quod aliqui fuerint Syndici conſtituti, & quod habuerint mandatum ad compromittendum: ergo non præſumentur, niſi probentur, *argum. l. quæcunque, ff. de publi. & not. in ſciendum, ff. de verbor. obligat. & in l. 1. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſca. libr. 10. & habetur per D. Anton. de Butr. & Doctor. in c. quoniam contra. extra de prob. & in c. ea naſcitur, extra de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capituli.*

Secundo moueor, quia in dicta ſententia arbitrali in fine fit mentio, quod fuit lata præſente Bertono Syndico dicti communis de Piſognis, & præſentibus quibuſdam aliis hominibus de Piſognis, facientibus pro ſeſe & dicto communi & hominibus de Piſognis, pro quibus de rato promiſerunt, &c. & præſentibus Ioannino Arincontrino Syndico & Syndicario nomine communis & hominum de Plano, prout conſtat inſtrumento Syndicatus rogato & ſcripto per Romelerium de Axardis de Herbano notarium die & anno in eo contentis. Per quæ verba apparet, quod dicti arbitri & arbitratores non viderunt Syndicatum dicti Bertoni pro communi de Piſognis, quia ſicut fecerūt mentionem de inſtrumento Sydicatus communis & hominum de Plano, ita feciſſent etiam mentionem de inſtrumento Syndicatus communis & hominum de Piſognis, *arg. c. inter corporalia, poſt medium ibi.* Vnde ſi circa translationem idem fieri voluiſſet quod de ceſſione dixerat, & de translatione pariter expreſſiſſet extra de translatione prælat. *& l. 1. §. fin. autem deficientu*, ibi, ſi enim contrarium volebat, &c. C. *de cad. tol. cum ſim.* Et ideo cum dictus Bertonus non docuerit de Syndicatu apud dictos arbitros, ſed Syndicus de Plano de ſuo Syndicatu docuerit, vt in dicta ſententia arbitrali dicitur, ergo eſt præſumendum quod in veritate non erat Syndicus: quia ſi fuiſſet, veriſimiliter ſuum Syndicatū oſtendiſſet, & de eo fuiſſet habita mentio in ſententia, ad hoc vt fidem aliquam faceret, iuxta not. *in d. c. quoniam contra de probat. In auth. ſi quis in aliquo documento, C. de eden. cum ſim.*

Tertio, quia ſi in veritate dictus Bertonus fuiſſet Syndicus communis & hominum de Piſognis, & habuiſſet ſpeciale mandatum ad compromittendum in dictos arbitros, ſicut dicitur fuiſſe, non erat opus quod alii homines de dicto communi de Piſognis ſe obligarent, & promitterent pro communi, & quod commune & homines de Piſognis haberent firmum & ratum ſub obligatione ſuorum bonorum, *per l. 1. cum ibi not. C. de procura. & in c. 1. extra de procur.* Et ideo cum ad illa alii ſe obligauerint præſumendum eſt quod ille Bertonus nō erat Syndicus, vel de Syndicatu dubitabatur, *vt habetur in dictis iuribus.* Nec obſtat ſi dicatur, ſimiliter ſe obligarunt quidam alii homines de Plano pro dicto communi & hominibus, non obſtante quod dictus Ioanninus oſtenderit Syndicatum, quia illud factum fuit, vt ſeruaretur æqualitas inter eos, *l. fin. C. de fruct. & litu expenſis.* Et maxime, quia non fuit ei graue hoc facere, ex quo ſententia erat lata in eorum fauorem, &c.

Quarto moueor principaliter, quod dicta ſententia arbitrali lata de 1422. & iam ſunt 40. anni ſuper dictis, commune & homines de Piſognis ſteterunt

runt

tunt in poſſeſſione dicti territorii & confinium. Et ita alias ſuper poſſeſſorio de 1447. fuit iudicatum per D. Andream de Capnolo in fauorem dictorum communis & hominum de Piſognis, quod non eſt præſumendum dictum commune & homines de Plano tam longiſſimo tempore paſſos fuiſſe ſententiam illam arbitralẽ & etiam aliam præcedẽtem de iure valuiſſe, ſi enim dict. Bertonus fuiſſet verus Syndicus communis & hominũ de Piſognis, & habuiſſet ſpeciale mandatum ad compromittendum in dictos arbitros & arbitratores, ſententia illa tribuiſſet ius dictis communi & hominibus de Plano, ex quo non apparet petitam fuiſſe reductionem ad arbitriũ boni viri, iuxta not. *in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio. & in c. Quintaualle, extra de iureiur.* Et veriſimiliter fuiſſet illa ſententia executa infra tan-
7 tum tempus, † quia nemo præſumitur ius ſuum adeptum tanto tempore negligere, maxime vbi primo fuerit vigilans in acquirendo, *l. cum de indebito. in princ. ff. de probat.* Et ideo cum ſteterit per tot annos, & ſemper fuerũt illi de Piſognis in poſſeſſione præſumendum eſt, quod illa ſentẽtia arbitralis fuit nulla ex defectu Syndicatus & mandati ſpecialis ad compromittendum ex parte dici communis hominum de Piſognis.

8 Quinto † ad cõfirmationem prædictorum optimè facit, quia in factis antiquis facilius præſumitur pro eo qui poſſidet, quam in factis recentibus propter difficultatem probationis, vt not. Innocen. *in c. veniens. de verbor. ſignificat. ſecundum Bald. qui ita notat in l. non ignorat. in 5. colum. verſic. in factis tamen multum antiquis, C. de fruct. & litu expenſis.* Sed dictum commune & homines de Piſognis ſteterunt, vt dixi, in poſſeſſione à tempore dictæ ſententiæ circa, & ita fuit iudicatum in poſſeſſorio pro ipſis de 1447. & vſque in præſentem diem fuerunt & ſunt in poſſeſſione, ergo in dubio propter difficultatem probationum eſt potius præſumendum pro eis, quam pro communi & hominibus de Plano, pro quibus dicitur fuiſſe per dictos arbitratores pronuntiatum, maxime ex quo non apparet de Syndicatu, nec de mandato ſpeciali ad compromittendum de dictis confinibus. Nec obſtat, quod ſupradictum eſt in contrarium, videlicet quod in factis multum antiquis præſumatur pro ſententia etiam ſine productione actorum, vt notat. Hoſtien. *in c. in præſentia. de renunt. Anton. de Butr. & Doctor. in c. quoniam contra. de probatio. & Bald. in cap. 1. §. fin. in tit. quo tempore miles inueſtit. pe. debet.* quia illud procedit in actis, quæ dicuntur fuiſſe facta coram iudice, vel arbitro, aut arbitratore, ſed nos loquimur de Syndicatu, & mandato ad compromittendum, de quibus in ſententia non fit mentio, nec dicitur quod producta fuerint coram arbitris & arbitratoribus, ſic non fuerunt de actis, *vt habetur in dicto cap. quoniam contra. & in l. acta. ff. de re indic. & in l. 2. C. de edendo.* Præterea etiam ſi illa regula vniuerſalis etiam quo ad Syndicatus & mandata ſpecialia, eſſet vera, tamen in caſu noſtro non procederet, quia illa præſumptio naſcitur ex ſola temporis antiquitate, cui in dubio eſſet ſtandum, niſi eſſent aliæ præſumptiones in contrarium, ſed in caſu noſtro plures ſunt præſumptiones in contrarium, videlicet quod dictus Bertonus nõ fuerit Syndicus dicti communis & hominum de Piſognis, & quod ab eis non habuerit mandatum ſpeciale ad compromittendum in dicta cauſa vt ſupra declaraui, ergo dictæ præſumptiones, quæ ſunt plures, debent tollere dictam vnicam præſumptionem pro ſententia, quia ſi vna præſumptio tollit aliam, *l. non ſolum, §. de vno, ff. de ritu nup. & diuus. ff. de in integ. reſtitut. & c. literas, extra de præſumpt. cum ſimilibus*, ergo multo magis plures debent tollere vnam, & maxime cum illæ plures ſint vrgentiores, ſicut eſt in caſu noſtro, vt patet ex prædictis. Et pro hoc allego *l. quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta. & quod ibi not. Ang.* qui dicit per illum tex. quod vbicunque multæ præſumptiones concurrunt, & hinc inde contrariæ & oppoſitæ ſunt, ſtatur illi quæ eſt potentior. Et ideo ita vt ex prædictis concludo.

Circa ſecundum dubium, quod ſententia dicti Domini Iacobini de Iſedo & collegarum ſuorum non valet, ex quo non conſtat de Syndicatu communis & hominum de Piſognis. Et ex iſtis etiam ſequitur deciſio ad tertium dubium, quod fuit, an ſit neceſſe quod conſtet de Syndicatu ad faciendum dictum compromiſſum non obſtante longo curſu temporis: quia dico, quod ſtantibus prædictis eſt neceſſe vt de Syndicatu ſine mandato ad compromittendum probetur, alias ſententia arbitralis eſt nulla, vt patet ex prædictis.

9 † Circa quartum vltimum dubium, an reuocatio præcepti alias facti per præfatum Dom. Petrum Cuppũ habeat decidere cauſam, ita quod videatur confirmaſſe dictas ſententias arbitrales, & difficultas huius dubii ſtare videtur in hoc, an ſcilicet d. præceptum fuerit reuocatum vigore exceptionum communis, & hominum de Plano, & ſic tacite videantur dictę ſententiæ arbitramentales confirmatæ, an vero videatur reuocatum ex eo ſolummodo, quia illud præceptum fuerit de facto emanatum, quia inchoandum erat à petitione non à præcepto, ſeu ab executione, *iuxta l. primam, cum ibi notat. C. de executione rei iud.* Et videtur dicendum quod dictum præceptum fuerit reuocatum vigore omnium exceptionum dictorum communis & hominum de Plano, quia in ſententia dicitur, quod pronuntiatur dictum præceptum reuocandum eſſe, & reuocari debere, prout in comparitione ſeu oppoſitione facta dictum & petitum fuit per Syndicum communis & hominum de Plano, quæ verba ſententiæ cum ſint ſimplicia & referant ſe ad oppoſitionẽ & petitionem dicti Syndici de Plano, ſimpliciter & generaliter debent intelligi, *vt l. 1. §. generaliter, ff. de lega. præſtan. & 19. diſt. c. ſi Romanorum*, ſed in dicta oppoſitione & petitione facta per Syndicum illorum Plano fit mentio de dictis duabus ſententiis arbitralibus, & de eis oppoſuit, ergo ſententia reuocans dictum præceptum, prout oppoſitum & petitum fuit per illos de Plano, videtur reuocare etiam ex eo quia alias fuerunt latæ dictæ duæ ſententiæ arbitramentales in fauorem communis & hominum, & ſic tacite illas ſententias confirmaſſe. Item hoc etiam videtur probari, quia in dubio iudex videtur

detur iudicaſſe ſecundum quod coram eo proceſſum eſt, *argum.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de leg.1.& argumento gloſſ.in l.1.ff.de iud.* quæ dicit, quod ſi dubitatur an partes elegerunt vnum vel in arbitrum, vel in iudicem, perpendi poterit ex his quæ præceſſerunt inter eos, *per d.§.fin. & per l.heredes palam. §.ſed ſi notam.ff.de teſtam.& pro hoc quod not.Bart.in l.ſi ſocietatem.§.arbitror.ff. pro ſocio. & Canoniſta in capi. Quintauallu.de iureiur.* qui dicunt, quod quando eſt factum compromiſſum in arbitrum & arbitratorem, & dubitatur quam viam elegerit, quod ex proceſſu ſuo hoc poterit conſtare, quia ſi proceſſit tanquam arbitrator, præſumitur elegiſſe viam arbitramenti, alias præſumetur elegiſſe viam arbitri *per d.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.* & ibi hoc etiam notant Docto. ſed his non obſtantib. dico contrarium eſſe de iure verius, videlicet quod imo dictus D. Petrus Cuppus videtur reuocaſſe dictum præceptum, ex eo quod emanauit ſine cauſæ cognitione, quia ab executione non erat inchoandum, *iuxta l.1. C.de execut.rei iudi.* Et quod hoc ſit verum, apparet ex dicta ſententia Do. Petri Cuppi, nam ipſe pronuntiauit & declarauit in ea præceptum emanatum ad inſtantiam Syndici communis & hominum de Piſognis reuocandum eſſe & reuocari debere, prout in comparitione & oppoſitione facta dictum fuit, & petitum per Syndicum de Plano, quæ ſentētia nō extenditur niſi ad reuocationem præcepti, ex eo quia de facto factum fuit, quod ſic probatur, nam dicta comparitione & oppoſitione facta per Syncidum de Plano coram dicto Domino Petro Cuppo, tria principaliter tantum concluduntur, & petuntur per illos de Plano.

Primum quod dictum præceptum, prout de facto factum eſt, de facto reuocetur contrarium imperio.

Secundum quod in caſu quo expediat communi & hominibus de Plano petunt pronuntiari & declarari confinia dictorum confinium fore & eſſe, prout petitum per illos de Plano.

Tertium quod in caſu quo dicti de Piſognis aliquid petere velint, ipſis de Plano offerant qualem qualem petitionem in ſcriptis, &c. Sed verba ſententiæ prædictæ Domi. Petri Cuppi non poſſunt referri niſi ad primum petitum per dictos de Plano, videlicet quod ſicut dictum præceptum de facto proceſſit, ita de facto reuocetur, ergo ad illud ſolum debet referri, *l.ſi idem cum eodem.§.fin.ff.de iuriſ. omn.iud.* ergo debet referri ad illud capitulum, & non ad alia. quod autem non poſſit niſi ad primum capitulum referri, patet, quia in ſententia dicitur illud præceptum reuocandum eſſe & reuocari debere, ſed in duobus aliis capitulis non petitur aliquid reuocari, ſed alia, ergo ad illa duo non poteſt referri, & licet dicatur in ſententia, *prout in comparitione & oppoſitione fuit petitum per illos de Plano*, quæ verba videntur eſſe generalia ad omnia petita & oppoſita per illos de Plano. Tamen dico, quod illa verba, *prout in comparitione petitum fuit*, ponuntur limitatiue prout in comparitione petitum eſt, ſcilicet re-
10 uocari præceptum. †. Nam dictio, *prout*, quando id quod ponit, non eſt diuerſum ab eo quod primo ponitur, & refertur ad præteritum ponitur limitatiue & reſtringitur ad illud quod præcedit, *vt notat Bar.in authen.ad reprimendum.in verbo prout, & in l.edita.& ibi per Doctores.C.de edendo.* Sed dicta dictio, *prout*, in caſu noſtro nihil ponit diuerſum à præcedenti, & refert ſe ad præcedentia, hoc eſt, ad reuocationem petitam per comparitionem factam per illos de Plano: ergo illud verbum, *prout*, reſtringitur ſolummodo ad petitionem factam ſuper reuocatione, & nō ſuper aliis, quia ſi ſuper aliis voluiſſet pronuntiare, ſine dubio aliter pronuntiaſſet, ad hoc vt ſententia eſſet conformis libello. *l. vt fundus. ff. communi diui.& l.final. C. de fideicom. liber. & capit.licet Heli, extra de Simonia.* Et ideo illa verba, *prout petitum eſt, &c.* non ſunt generalia, ſed reſtrictiua, quia reſtringuntur ad reuocationem tantum petitam. Et ſic ex proceſſu & petitione apparet, quod Dominus Petrus iudex nihil voluit ſuper confinibus pronuntiare, ſed tantum ſuper reuocatione præcepti, quod de facto & ſine cauſæ cognitione proceſſit, vt apparet ex proceſſu.

Et ex iſtis apparet, quod non obſtant allegata ſupra in contrarium. Vndę ex iſtis concludo, quod Dominus Petrus Cuppus per dictam ſententiam ſuam non videtur dictas ſententias arbitrales aliquo modo confirmaſſe expreſſe vel tacite.

Et ita, vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo ego Bartholomæus Cæpolla I.V.D. & aduocatus conſiſtorialis, &c. Saluo iure, &c.

CONSIL. XXVII.

SVMMARIA.

1 *Mulier an poßit ſe vel bona ſua obligare pro viro incarcerato ex cauſa debiti fiſcalis.*

2 *Debitum fiſcale dicitur debitum publicum.*

3 *Mulier poteſt alienare dotem ſuam pro liberatione mariti ſui à carceribus.*

4 *Alienare bona ſua, & ſe & ſua obligare, paria ſunt.*

5 *Filius tenetur patrem alimentare etiam bannitum vel exulem.*

6 *Filius an teneatur ſoluere debita patris.*

7 *Maritus an poßit de dote vxoris patrem alere.*

IN CHRISTI nomine, amen. Super cauſa lite & quæſtione, quę verſa eſt & vertitur inter egregium & prudentem virum dominum Aleardum quondam Domini Iuani ex vna parte, & Dominam Agnetem vxorem Petri Anton. de ſancto Martino Bonalbergo ex altera, in & de eo quod dum dictus Petrus Ant. maritus dictæ dominæ Agnetis eſſet debitor in certa quantitate ipſius Aleardi pro quodam datio vuius colonelli, quod datium conduxerat ipſe Aleardus à ſuprema dominatione Venetorum ſiue à magnificis Dominis rectoribus Veronæ. Et dictus Aleardus incarcerari feciſſet dictum Petrum Anto. & ipſum haberet in carceribus Veronæ, dicta Domina Agnes volens & intendens liberare dictum eius maritum à carceribus, promiſit dicto Aleardo per inſtrumentum ſo-

tum ſolemue & cum præſentia trium virorum electorum per d. Poteſtatem loco trium proximorum attinentium iuxta formam ſtatuti commuois Veronæ, de mulieribus quæ ſe obligant conſtante matrimonio, date & ſoluere & cum effectu numerare omne id in quo dictus eius maritus tenetur & debitor eſt ipſius Aleardi ex d. cauſa datii, renuntians, &c. Et quia in executione dictę promiſſionis & obligationis dictus Aleardus pignorari fecit dictam Dominam Agnetem, opponitur per dictam dominam Agnetem ſiue per eius procuratorem, quod dicta pignoratio fieri non debuit, eo quia obligatio prædicta ſeu promiſſio ſua non valuit neque tenuit de iure, quia molier non poteſt ſe pro viro obligare *per authen. ſi qua mulier. C. ad Velle.* replicatur per dictum Aleardum, quod imo dicta obligatio valuit & tenuit, quia hæc eſt cauſa fiſcalis. Nam datiarii ſiue publicani contra ſuos debitores ex cauſa datii habent illud ius & priuilegium, quod ipſa camera vel fiſcus habet contra ipſos datiarios, prout in ſuis conuentionibus factis cum camera vel cum magnificis rectoribus continetur. Vnde dicit, qood ſicut talis exceptio non admitteretur per magnificos rectores contra cameram Veronenſ. ita nec debet admitti contra Aleardum, quia in boc habet idem ius ſiue priuilegium quod ipſa camera habet. Item quia dicta mulier ſe obligauit cauſa liberandi maritum ſuum à carceribus, quod facere potuit licet alias non potuiſſet, &c.

Viſis & auditis ſæpe & ſæpius iuribus & allegationibus, quæ & quas ipſæ partes dicere producere & allegare voluerunt coram nobis Bartholomæo Cæpolla & Bernardo Bienzono Iuris vtriuſque doctoribus, qoibus hæc præſens cauſa ſiue lis & quæſtio commiſſa eſt decidenda habito inter nos pluries colloquio, & diſputatione, ac etiam matura deliberatione ſuper præmiſſis.

1 Chriſti nomine repetito. † Nos præfati Bartholomæus Cæpolla & Bernardus Bienzonus Iuris vtriuſque Doctores dicimus, ſententiamus, pronũtiamus, & declaramus dictam promiſſionem factam per dictam Domin. Agnetem pro ſuo marito non valuiſſe nec tenuiſſe, & non valere nec tenere, & ipſam Dom. Agnetem nullo modo fuiſſe & eſſe obligatam vigore dictæ promiſſionis factæ etiam cum præſentia dictorum trium virorum, & per cõſequens dictam pignorationem non valuiſſe nec tenuiſſe, & hoc pluribus rationib. & cauſis, & maxime *per text. dicta authen. ſi qua mulier. C. ad Velle.* qui dicit, quod nullatenus poſſit molier ſe vel bona ſua obligare pro debito viri ſui, etiam ſi eſſet debitum publicum, vt dicit ibi text. ibi, ſiue priuatum ſiue publicum ſit debitum, & idem dicit text. in corpore vnde ſumitur *dicta auth. videlicet in Auth. vt nulli iudi. §. illud. collat. 8.* qui text. plane & aperte decidunt iſtam quæſtionem. Vnde non obſtat quod allegatur per Aleardum, quod illud ſit debitum fiſcale: quia reſpondetur, quod etiam pro eo de iure obligari non poteſt, vt dixi, dum dicit publicum, nam vectigalia dicuntur publica, ex quibus fiſcus vectigal capit, *vt l. inter publica. §. 1. ff. de verbor. ſign.* vnde tale debitum poteſt dici, & eſt publicum, ergo. Et pro hoc eſt, *gloſſ. in rubrica. Cod. de iure fiſc. in principio lib. 10.*

a † quæ probat, quod debitum fiſci dicitur debitum publicum. *facit l. 1. §. publicum. ff. de iuſti. de iure. facit text. iuncta gloſſ. item veniunt. §. aptanda igitur ſunt verba ff. de pœn. habetur in verb. in cauſa publica.* Præterea etiam dato quod eſſemus in dubio, videlicet vtrum illud verbum, publicum, intelligatur de debito fiſcali, vel non, tamen in dubio debemus iudicare contra fiſcum, *vt eſt text. notabilis in l. non puto ff. de iure fiſc. iuncta gloſſ. qua vult.* quod Doctor dubius de intellectu alicuius legis poteſt etiam pro priuato cõtra fiſcum interpretari, & illum text. allegat pro ſingulari ad hoc propoſitum ſolemnis Doctor Dominus Matthæus de Mattheſilanis de Bononia in ſuo tractatu de opinionibus doctorum eligendis. Nec etiam obſtat, quod dicitur, quod dicta promiſſio ſiue obligatio facta ſit per mulierem cauſa liberandi maritum ſuum è carceribus, ergo valuit, *argumento, l. quamuis. cum l. ſeq. qua incipit, ſed ideo. ff. ſolut. matrim. iuncta l. maritus alias mutu. §. manente. ff. de iure domi.*

3 † in quibus videtur probari, quod mulier poteſt expendere ſiue ſoluere de dote ſua pro liberando maritum ſuum à carceribus maxime *in dicta l. licet eodem in principio* ibi, *vel vt mulier ex vinculis vindicet &c.* quia reſpondetur quod aliud eſt ſoluere, & aliud promittere, vel ſe obligare. Nam licet mulier prohibeatur regulariter pro alio ſe obligando intercedere, *vt in toto titu. ff. & C. ad Velle.* tamen ſi pro alio vult liberaliter ſoluere, poteſt, *vt eſt caſus in l. ſi pro aliquo. §. 1. ff. ad Velle.* Et ratio huius differentiæ poteſt eſſe, quia facilius mulier induceretur ad ſe obligandum, quam ad ſoluendum, maxime cum molierum ſit genus auariſſimum, *vt l. ſi ſtipulata. §. primo. ff. de donat. inter virum & vxor.* quia promptiores ſunt homines ad promittendum, quam ad ſoluendum, vt de ſe patet, & de hoc eſt caſus apertus *in l. ſi ego. §. finali. ff. ad Vellean.* vbi dicit text. quod ſi mulier ſoluit alteri pro altero ceſſat Senatuſconſul. Velleianum. Senatus enim obligatæ mulieri ſuccurrere voluit, non donanti, hoc ideo quia facilius mulier ſe obligat quam alicui donet, ita dicit ibi text. nec huic obſtat *authen. ſiue à*

4 *me. Cod. ad Velleian.* † vbi videtur probari, quod paria ſunt, alienare, vel ſe obligare: quia non ſunt omnino paria, *vt ibi notat Cynus in 2. oppo.* vel dici poteſt, quod ibi lex expreſſe parificauit illa duo, ſed vbi ſumus in caſu, vbi non apparent iſta duo parificata à lege, tunc non eſt bonum argumentum de vno ad aliud, vt docet text. *in d. l. ſi ego. in fine. ff. ad Velle.* Et ſic non obſtat etiam *lex fin. C. ad l. Falc.* vbi probatur, quod paria ſunt, promittere, & ſoluere: quia intelligitur quando eſt eadem ratio, vt ibi, ſed hic ſubeſt alia ratio in ſe obligando & in promittendo, quam ſit in alienando & ſoluendo, vt ſtatim dixi, ergo vel forte poteſt dici quod *dicta l. ſed ideo.* ibi. *ex vinculis*, loquitur ſolum, quando redimitur aliquis ex vinculis de neceſſariis ſiue coniunctis vxoris, quo caſu poteſt ſolui de dote, vt ex vinculis vendicetur aliquis coniunctus vxoris, non autem loquitur quando ſoluitur pro marito redimendo. Et ratio differentiæ

rentiæ poteſt eſſe, quia non reperitur prohibitum
quod mulier poſſit liberaliter ſoluere pro viro, i-
mo reperitur permiſſum, *vt dicta l. ſi pro aliquo. § pri-
mo. ff. ad Velle.* & multo magis pro ſuis neceſſariis et-
iam res dotalis ſolui poteſt, *vt dicta l. ſed ideo. ff. ſoluto
matrimon.* ſed pro marito hoc regulariter non con-
ceditur, quia eſſet donatio inter vir. & vxorem, quæ
regulariter eſt prohibita, *vt l. 1. & per totum. ff. de do-
nat. inter virum & vxorem. cum ſimilibus.* ne mutuo a-
more ſe ſpolient, *vt dicit tex. in l. 2.* quę ratio ſeu præ-
ſumptio ceſſat in donando aliis quam marito, vt in
dictis iuribus habetur. Nec obſtare videtur *d. l. mu-
tus, §. manente. ff. de iure dom.* quæ videtur loqui in hoc
caſu, ſcilicet de marito incarcerato, ſed in aliis, vt ibi
patet, facit ad hoc gloſſ. *in l. ſi pro rata. §. maritus. ff. de
relig. & ſump. funerum*, vel poteſt dici & recte, quod
§. manente, loquitur in alimentis præſtandis mari-
to, nos vero loquimur in debito mariti ſoluendo,
5 quæ ſunt diuerſa, quod patet. † Nam videmus,
quod filius tenetur patrem alimentare, *vt l. ſi quis à
liberis. §. ſi vel parens. ff. de libe. agno. cum ſimi.* etiam ſi pa-
ter ſit in exilium poſitus, vel bannitus, *vt eſt tex. in d.
§. manente. & gloſſ. in Auth. de inceſtu nupt. §. ſi vero conti-
gerit. in verbo neceſſaria. collat. 3. & not. Bart. in d. l. ſi quis à
liberis. §. ſed viſum. & pro hoc gloſſ. fin. in verbo tantum,
6 86. diſt. cap. non ſatis. in fine.* † quę dicit, quod etiam ſi
pater ſit impius, eſt alendus, & tamen non tenetur
debita patris ſoluere, *vt l. 1. & 2. C. ne filius pro patre.*
hoc etiam probatur per doctrinam Iacobi de No.
quam etiam ſequitur Doctor noſter Dominus An-
7 gelus de Aretio *in d. l. quamuis.* vbi volunt, † quod
maritus non poteſt de dote ſoluere debitum patris,
dato quod poſſet ex dote patrem egenum alimen-
tare. Et pro hoc quod cauſa redimendi maritum à
carceribus, non ſit iuſta cauſa obligandi vxorem,
pro eo videtur etiam probari per id quod habetur
in Authen. res quæ. C. comm. de leg. Nam licet ibi velit
text. quod res ſubiecta reſtitutioni, poſſit alienari
cauſa redimendi aliquem de carceribus qui ibi ſit
ex ſua culpa propter delictum, vel etiam propter
debita, vt dicit Dominus Paulus de Caſtr. *in dicta au-
then. res quæ. in fin. faciunt notat. in l. ſi cum dotem. §. 1. ff.
ſoluto matrimonio.* Præterea pro hoc facit, quia ſi mu-
lier poſſet ſe obligare pro viro incarcerato pro de-
bito, faciliter poſſet fieri fraus legi, videlicet *dicta
authentica ſi qua mulier. C. ad Velleian.* quia quando
mulier vellet ſe obligare pro marito, poſſet fieri,
quod maritus incarceraretur pro aliquo aſſcripto
debito, quod non eſt concedendum, *iuxta l. contra
legem, & l. fraus. ff. de legib. cum ibi notat. facit capit. fina.
cum ibi notat. de regul. iuris, libro ſexto*, quia malitiis ho-
minum indulgendum non eſt, *vt l. in fundo. ff. de rei
vendicat.* Nam ſi aliter diceremus, faciliter poſſet
dici, quod lex eſſet impoſita verbis, & non rebus,
contra l. ſecundam. in fine. C. commu. de legat. Nec ob-
ſtat renuntiatio facta per dictam mulierem, quia
quando mulier ſe obligat vel promittit pro viro,
non poteſt renuntiare, *dicta authentica ſi qua mulier.
C. ad Velle. vt tenet expreſſe ibi gloſſ. & communiter Docto-
res, & bene.* verum quia dictus Aleardus iuſtam ha-
buit cauſam litigandi, quia articulus huius quæſtio-
nis eſt ſatis dubius, vt patere poteſt per prædicta, &
multa alia, quæ hinc inde potuiſſent adduci, ſed
breuitatis cauſa omiſſa ſunt, ideo ipſum ab ex-
penſis abſoluimus excepta dimidia pro parte ſa-
larii noſtri nobis dati per ipſam Dominam Agne-
tam, in qua ipſum Aleardum condemnamus, le-
cta, publicata, & ſententiata fuit dicta ſententia
die' Iouis 22. Martii. 1452. ſub lodia Magiſtro-
rum rectorum Veronæ coram multis præſentibus,
&c.

CONSIL. XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Mulier an poſſit renuntiare beneficio authent. ſi qua mulier.
C. ad Velleia. aut beneficio epiſtolæ diui Adriani aut Se-
natuſconſulti Velleiani.*

2 *Legi prohibitoriæ renuntiari non poteſt.*

3 *Iuramentum & ſententia æquiparantur.*

CASVS talis eſt: Quidam erat debi-
tor vnius in ſeptem ducatis, & vxor
debitoris acceptat ſententiam vo-
luntariam de ſoluendo, quia iudex
condemnauit eam volentem & ac-
ceptantem vſque ad certum terminum. Et dicta v-
xor eodem tempore & in eadem ſententia promi-
ſit ſe ſoluturam infra dictum terminum, & princi-
paliter & in ſolidum ſe ad hoc obligauit, & renun-
tiauit beneficio nouarum conſtitutionum, &c. &
epiſtolæ diui Adriani, & beneficio Senatuſconſulti
Velleiani, & authenticæ incipiētibus ſi qua mulier,
&c. & ſiue à me, & titulo, ne vxor pro marito. Pe-
titur executio dictæ ſententiæ, ſed opponitur quod
illa mulier non potuit ſe obligare, & quod illa ſen-
tentia non valet neque tenet, replicatur quod imo
tenet & valet, & dato quod non valeret, debuit ap-
pellari infra 10. dies, vel dici nulla, *vt in authentica ho-
1 die. C. de appella.* † Quæritur quid iuris. Et breuiter
dico quod nec illa obligatio vxoris nec illa ſenten-
tia voluntaria valuit ipſi marito, quia mulier non
poteſt ſe nec bona ſua obligare pro marito, niſi ma-
nifeſte probetur quod pecunia data marito à cre-
ditore ſit verſa in vtilitatem mulieris, *vt eſt caſus in
auth. ſi qua mulier. C. ad Velleia.* & in corpore vnde ſu-
mitur *in auth. vt nulli iudi. §. & illud.* ſiue fuit de hoc
priuatum inſtrumentum ſiue publicum, vt ibi, &
ex quocunque contractu fuerit obligatus maritus,
vt dicit gloſſ. in dicto §. & illud in verbo crediti. Nec ob-
ſtat quod renuntiauerit, *dicta authent. ſi qua mulier,*
quia talis renuntiatio non valet, quia hoc eſt ius
prohibitorium. *pro hoc gloſſ. ſingularis in l. prima, in
gloſſa magna, in verbo, item an poteſt renuntiare. C. ne fi-
2 deiuſſ. do. dentur.* quæ vult ſingulariter, † quod quan-
do lex eſt prohibitoria, illi non poteſt renuntiari, à
qua gloſſa non poteſt recedi ſecundum formam
ſtatuti Veronæ, imo plus dicta promiſſio & renun-
tiatio mulieris non valeret ipſo iure, etiam ſi iuraſ-
ſet, *vt dicit gloſſa in dicta authent. ſi qua mulier. per l. non
dubium. C. de legit.* à qua non poteſt recedi per di-
ctum ſtatutum. Et idem tenet Cy. Alberi. de Roſa.
& Bal. & communiter Docto. *in d. auth. ſi qua mulier.*

ſicut

ſicut non poteſt renuntiari legi, prohibenti donationem inter virum & vxorem, vt dicit etiam gloſſ. *in dict. auth. ſi qua mulier.* Nam eadem ratio eſt in donatione alias renuntiatione, quæ eſt in ipſo contractu ſeu obligatione, ſcilicet facilitas mulieris. Nec obſtat ſi dicatur, dicta authent. loquitur quando mulier ſe obligauit in aliquo inſtrumento, ſed caſus noſter loquitur in ſententia, quia videtur habere maiorem firmitatem quam ſola obligatio cum rennnriationibus, quia videtur qnod imo nec per ſententiam voluntariam dicta mulier potuit obli-
3 gari † quia iuramentum & ſententia æquiparantur, imo iuramentum dicitur habere maiorem auctoritatem quam ſententia, *vt l. qui iuraſſe, §. fin. al. ff. de iureiurand. & eſt caſus in l. ſecunda, eodem tit.* ſed per iuramentum mulier non poteſt obligari vt dixi, ergo nec per ſententiam poterit, maxime cum ſit voluntaria, & ratio eſt in promptu, quia eadem facilitate, qua mulier induceretur ad ſe obligandum pro marito, induceretur etiam ad ſuſcipiendum ſententiam voluntariam, & ſic lex fruſtra eſſet facta, & ſic eſſet impoſita verbis & non rebus, *contra l. 2. in fin. C. comm. de leg. & contra c. commiſſa. §. porro. de elect. libro 6.* & pro hoc optime facit ratio, quam ponunt Doctor. *in d. auth. ſi qua mulier. in l. fin. C. ad Velle.* dum dicunt, quod obligatio mulieris facta etiam bis, non valet, quia eadem facilitate qua induceretur ſemel ſe ad obligandum pro marito, induceretur etiam bis, & propter hoc non obſtat quod dicitur, quod ſaltem dicta mulier debuit appellare à dicta ſententia vel eam dicere nullam intra decem dies ſecundum formam ſtatuti Veronæ, quia illud poſſet habere locum quando ſententia eſt lata contra non volentem & inuitum, quia iudicium fertur in inuitum, *l. inter ſtipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig.* ſecus quando ſententia eſſet voluntaria, vt fuit in caſu noſtro, quia tunc etiam ſi non appelletur, vel ſententia non dicatur nulla, nihilominus ipſo iure mulier non eſt obligata per prædicta, & ratio mentalis huius eſt, quia lapſus decendii inducit tacitum conſenſum & approbationem ſententiæ ſi non fuit appellatum, nec ſententia fuit dicta nulla, *vt dicta auth. hodie. C. de appell.* ſed ſi dicta mulier non appellauit, nec dixit ſententiam nullam intra decem dies, nihil aliud eſt dicere, niſi quod tacite conſenſit dictæ ſententiæ, & ſic dictæ obligationi, & ſic videtur bis conſenſiſſe.

Primo expreſſe tempore latæ ſententiæ quando acceptauit eam.

Secundo tacite per lapſum decendii, vnde cum non poſſit ſe obligare expreſſe, ſe obligando ſemel, & etiam multoties, *vt dicit text. in dicta authen. ſi qua mulier.* ibi, ſiue ſemel, ſiue multoties, *in authent. vt nulli iudic. collat. 8.* ergo multo minus potuit ſe obligare cum effectu promittendo ſolum bis, videlicet primo expreſſe, & ſecundo tacite, quia etiamſi millies ſe obligaret expreſſe, & diuerſis temporibus, non valeret dicta obligatio; ergo, &c. Et ſic concludo ex prædictis, quod dicta mulier non fuit, nec eſt obligata ipſo iure vigore dictæ promiſſionis vel obligationis, cum renuntiationibus ſupradictis, nec vigore dictæ ſententiæ, & ſic non fuit neceſſe eam dicere nullam, vel ab ea appellare.

Bartholomæus Cæpolla.

CONSIL. XXIX.

SVMMARIA.

1 *Arbitrator in prima cauſa an poſſit eſſe iudex in cauſa reductionis dicti arbitramenti.*
2 *Iudex in cauſa principali, non poteſt eſſe iudex in cauſa appellationis.*
3 *Actor debet ſequi forum rei.*
4 *Petitio reductionis arbitramenti ad arbitrium boni viri quadrupliciter conſideratur.*
5 *Recte iudicare, quid ſit.*
6 *Fideliter iudicare, qualiter intelligatur.*
7 *Clauſula, ſine dolo & fraude, quid importet.*
8 *Verbum conſcientia, quid ſignificet, & quot modis poſſit accipi.*
9 *Bonum & æquum dicitur illud quod eſt iuri conforme, & per ll. approbatum.*
10 *Verba iſta, cum poteſtate condemnandi, & cuius ſint virtutis.*
11 *Verba iſta, modicè & immodice, &c. quid importent in materia arbitramenti, & nu. 13.*
12 *Læſio qualiter dicatur enormis, aut enormior, aut enormiſſima.*
13 *In ſententiis diffinitiuis an cenſeatur quis conſentire, ſi intra decem dies appellet, vel alias contradicat.*
14 *Lapſus trium annorum an tollat petitionem reductionis ad arbitrium boni viri.*
15 *In actibus iudicialibus grauatus ad hoc vt reducat ſententiam, non ſufficit, ſi ſimpliciter contradicat, ſed debet appellare.*
16 *Pars petens reductionem, an incidat in pœnam compromiſſi.*
17 *Reductio coram incompetenti iudice petita habetur pro nulla.*

IN valle Lendei caſus talis eſt de anno 1447. & de menſe Iunio dum eſſet quæſtio inter commune de Molina & de Legoſcio ex vna, & commune de Præualis Lendei ex alia de regulis & paſcuis montis Cadrioni Syndici prædictarum communitatum venerunt ad compromiſſum in decem arbitratores pro qualibet parte, quibus delatum fuit iuramentum pronuntiandi recte & fideliter ſine dolo, & fraude ad ſuam bonam conſcientiam, dantes & concedentes dictæ partes dictis arbitris, & arbitratoribus plenam, liberam licentiam, poteſtatem, auctoritatem, & bailiam audiendi, videndi, cognoſcendi, ſententiandi, & terminos figendi, &c. nec non liberandi, abſoluendi, ac ſilentium imponendi inter ipſas partes, alte & baſſe, modice & immodice, &c. Et tollendi de iure vnius & dandi alteri pro ſuo ſacramento, & conſcientia, vt ſupra in parua, & magna quantitate, prout videbitur ſibi pro bono ſtatu pacis, & concordiæ partium prædictarum, de iure, & de facto, & de iure tantum, & de facto tantum, &c. prout plenius continetur in iſtis promiſſionibus. Et promiſerunt dictæ partes ſtare, & parere dicto arbitramento, & ei non

conuenire, nec petete reduci ad atbitrium boni viri, ſub pœna in compromiſſo contenta, & iurauerunt partes omnia prædicta attendere & obſeruare, &c. vt latius in dicto compromiſſo continetur, lata fuit ſententia arbitramentalis per dictos atbitratotes, poſtquam ſenrentiam per aliquos dies vicarius Lendei eum dictis arbitraroribus pro conſummatiooe laudi iuit ſimul ad figendum terminos finium in locis differentiæ iuxta laudum, & ſic res ſtetit tacita vſque nunc, de auno vero præſeuti 1450. dum pet ſaltuarios de Molina eſſeut manifeſtati aliqui de Pre teperti iu regulis ſuis prædictis paſcuare, commune de Pre ſuſcepit litem coram vicario Lendei. Et pendente hac lite coram vicario Lendei, & facto proceſſu vſque ad productionem teſtium & inſtrumentorum, videns Syndicus de Pre productam dictam ſententiam arbitramentalem petiit coram ipſo Domino Prouiſore Ripæ ipſam reduci ad atbitrium boni viri, & produxit libellum teductionis coram ipſo Domino Prouiſore tanquam aſſerto bono viro, Syndicus de Molina declinauit iudicium ſuum allegans eum eſſe debete bonum virum, qui eſt iudex loci in qoo eſt verſa quæſtio ex dicto comptomiſſo, & ſic iudicem de Lendeu ſeu vicarium qui nunc eſt, eſſe debere bonum vitum, poſito quod teductio poſſit peti, ſed tamen dicit reductionem peri non poſſe coutra prædictum laudum quod iam tranſiuit iu tem iudicatam propter curſum quaſi trium anoorum proptet iutameutum dictorum Syndicorum, & Dominus Ptouiſor pronuntiauit ſe iudicem, cui pronuntiationi non fuit conſenſum, poſtea recuſante reo reſpondere petitioni, ipſe pronuntiauit litem pto conteſtata, & ſtatuit terminum reo recuſante reſpondere, ipſe iudex pronuntiauit poſitiones pro confeſſatis, reus in ſcriptis appellauit ad Dominos auditores & ad alium quemlibet iudicem competentem. Ex his de quinque principalitet dubitari contingit. Ex primo vtrum Dominus Prouiſor bene pronuntiauit ſe iudicem competentem ex eo, quod de iure iudex eſſe poſſit in dicta reductiune, an vero eſſe debeat iudex vicarius de Lendeo.

Secundo, nunquid poſſit peti reductio ad arbitrium booi viri à dicto laudo ex officio ſuo itueudo ad figeodos terminos partibus ſcientibus & uon coutradicentibus. Et non obſtante patieotia partis quæ aſſerit ſe læſam ex dicto laudo cum tranſcurſu trium annorum & non obſtante iutamento prædicto, an vero petitio reductionis ſit deſerta.

Tertio, nunquid procedat appellatio interpoſita per dictum Syndicum de Molina à pronuntiatione Domini Prouiſoris in eo quod pronuntiauit ſe iudicem competeutem, & ab omni grauamine inde ſequuto.

Quarto, nunqoid pars peteutis redoctionem inciderit in pœnam compromiſſi, ita quod peti poſſit.

Quinto, nunquid iodex de Lendeo ſuus vicarius poſſit ptocedere in proceſſu coram eo pendente prædictis manifeſtis, non obſtante peritione reductionis facta coram prædicto Domino Prouiſore.

1 Capio † primum dubium, & videtur prima facie dicendum, qood uullo modo poſſit eſſe iodex vicarius Lendei, quia fuit vuus de dictis arbitratoribus qui tulerunt dictum arbitramentum, vt opponitur per Syndicum de Pre coram Domino Prouiſore Ripæ. Si ergo eſt ita quod fuerit arbitrator in prima cauſa, non videtur, quod poſſit eſſe iudex in cauſa reductionis dicti arbitramenti, qoia atbitramentum dicitut quædam appellatio, *vt l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitris.*

2 Sed † in cauſa appellationis ille qui fuit iudex in cauſa principali, non poreſt eſſe iudex iu dicta cauſa appellationis, vt eſt caſus ad literam, *in l. eos in princip. & ibi not. C. de app.* ergo pro hoc videtur etiam eſſe text. *in l. prætor. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. iudicium ſoluitur, & iu l. Iulianus ait. ff. de iudicus facit quod not. Specul. in tit. de delegato. §. ſupereſt videre. verſicu. item ſi prius,* vbi dicit, quod ſi prius fuerit ab eo appellatum, qui tunc erat Epiſcopus, & nunc eſt factus Archiepiſcopus loco eius, ad quem appellatũ fuerat, noo poteſt cognoſcere, ad idem quod ipſe Specul. oot. *in titulo de appella. in tertia particula reſpectu partis per Specul. in §. nunc tractemus, circa finem. verſicul.* quid ſi appellatum ſit à ſententia, & quod etiam dicit *in dicto titulo de delegato. §. item ſi fuerit aduocatus,* & verſiculo, item ſi ab eo, cum ergo dictus vicarius Lendei non poſſit eſſe iudex ex cauſa prædicta, videtur quod Dominus Prouiſor Ripæ ſit & eſſe debeat iudex ordinarius in hac reductione, cum ſit ſuperior dicti vicarii, ergo. Et ex iſtis videtur prima facie dicendum, quod dictus Dominus Prouiſor Ripæ bene pronuntiauerit ſe iudicem competentem in dicta cauſa reductionis, tamen his non obſtantibus contrarium eſt verius, & pro deciſione huius dubii conſidero, quod Doct. communiter in hac materia dicunt, quod ille debet eſſe & eſt iudex ordinarius in cauſa reductionis, qui eſt iodex principalis cauſæ ſi petatur reductio per modum actionis, ſcilicet per officium iudicis, & regulariter debet eſſe iudex ordinarius ipſius rei per regu-
3 lam generalem, † quod actor ſequitur forum rei, *vt l. 2. C. de iuriſdict. omn. iudic. & in cap. ſi clericus laicum, & in cap. cum ſit generale, cum ſimil. extra de foro compet.* Nam arbitramentum eſt quędam tranſactio, neque oritur actio ex arbitramento, ſed oritur ex compromiſſo facto & completo ex relatione arbitratoris, *vt in auth. vt diffe. iud. §. ſi non contigerit, & ibi gl. coll. 9. & not. in l. ſi qui ex conſenſu. & in l. Epiſ. C. de Epiſ. audi. etiam in l. 1. ff. de tranſa. & in l. fin. C. de contrahen. empt. & in §. arbitrorum,* vnde ſi peto reduci ad arbitrium boni viri, conqueror de contractu, ideo debeo ſequi forum rei, *vt probatur in l. ſecunda quoniam, C. vbi & apud quos, & ibi hoc nocab. dicit Bart. quem ſequitur Bald. Rapha. & communiter Doctor.* & idem in effectu quod iudex ordinarius rei ſit iudex ordinarius in cauſa reductionis, tenet Bartol. *in §. arbitrorum in l. ſi ſocietatem, ff. pro ſocio, in 4. col. verſ. quomodo quis erit iudex, & idem tenet in l. cum hi. §. tranſactionem. ff. de tranſact. Et idem Salic. in tit. cum antea, in ſecunda quæſtione, verſic. quomodo & cuius iudicis officium. C. de arbitris idem tenet Federi. de Senis conſilio 273.* quod incipit: Petrus rector Eccleſiæ, vbi plene diſputat, & tandem idem effectu.

effectu vt ſupra concludit, idem tenet Antonius de Butrio, *in capitulo fin. licet ratione, & 11. colum. circa prin. verſicu.* ex hoc decidit quid de laude, *extra de foro compet. & in capitulo Quintaualln, & in 47. colum verſic. circa queritur coram quo, &c.* Et *idem tenet Card. Flor. Dominus Franciſcus Zabar. in capit. expoſita, in 8. queſtio. extra de arbitrin*, & iſta eſt communis opinio Docto. in locis præallegatis, & maxime in dicta §. arbitrorum, modo in propoſito dicta communitas videlicet de Molina & de Legoſcio & de Pre, & ſic videtur quod tam actor quam reus ſunt de iuriſdictione Lendei. Et iudex ordinarius dictarum communitatum eſt vicarius Lendei, vt mihi videtur in facto, ergo ille vicarius Lendei fuit vnus ex arbitratoribus, ergo *per dictam l. eos. in princ. C. de appell. cum ſimil.* ſupra allegatis, quia reſpondetur quod primo propter hoc non debet eſſe iudex in hac reductione Dominus prouiſor Ripæ, imo ſecundum vnam opinionem gloſſ. quæ eſt *in l. filius, in fine. ff. de inoſſicioſ. teſtament.* poteſt ipſe eſſe iudex quam tamen gloſſ. non teneo, ſed dico quod gloſſ. *in dicta l. eos in princip.* in verbo prouocatum, dicit quod licet ille, qui fuit iudex in cauſa principali, non poſſit eſſe iudex in cauſa appellationis propter ſuſpicionem, vt concludunt omnia argumenta ſupra pro prima parte allegata, tamen poteſt & debet illam cauſam alii delegare, ſicut delegat ille qui ante fuerat aduocatus, cuius cauſæ effectus eſt iudex, *vt d. l. prætor. ff. de iuriſdict. omnium iudicum, & dicta l. fi. C. de acceſſorib. cum ſimilibus & illam gloſſ. tenet ibi Cyn. & Bart. & communiter Doctor. & not. in d. l. prætor, & idem tenet gloſſ. in cap. querelam, in princ. extra de electio. quam gloſſ. ſequitur Goffred. & Phi. & Anton. de But. ibi in 4. col. verſ. examinemus iſtas partes. Et idem tenet ibi Card. Flor. in 1. quæſt. qui dicit, quod omnes dicunt idem quod gloſſ. ibi, & idem tenet Spec. in tit. de appella. §. nunc tractemus, ad finem verſicu. quod ſi appellatum ſit à ſententia, idem tenet gloſſ. Bart. Brix. in quæſt. 7. §. tertia, verſ. alias. §. idem ſi contra patrem, in verbo, tuto, in fin. dicunt tamen Doctor. prædicti, maxime Antonius de Butrio & Card.* quod ſi dictus iudex nollet dictam cauſam delegare, quod tunc poſſet vt ſuſpectus recuſari. Et ſi fortaſſis dictus vicarius requiſitus fuiſſet communitate de Pre, vt deberet cauſam delegare, & illud non feciſſet, non propter hoc iuriſdictio tranſiret ad Dominum prouiſorem Ripæ, ſed fuiſſet & eſſet opus eligere arbitros qui eſſent iudices in hac cauſa reductionis de iure ciuili, vt probatur, *in l. apertiſſimi: & in l. ſi cum ſpecialis & ibi Doctor. C. de iudi.* quia de iure canonico aliud eſſet ſeruandum, *vt not. in capit. ſecundo requiris, & in capit. cum ſpeciali, extra de appellat. & in capit. ſuſpicionis, extra de offic. dele. cum ſimilib.* vnde ex prædictis concludo, quod dictus Dominus prouiſor non bene pronunciauerit ſe iudicem competentem in dicta cauſa reductionis, & per conſequens, quod dictus vicarius teneatur dictam cauſam reductionis alteri delegare, credo tamen quod vigore ſacramentorum præſtitorum per dictos Syndicos vtriuſq; partis poſſent Syndici cōmunitatis de Pre, adire iudicem Eccleſiaſticum, *vt probatur in c. fi. c. cum, C. Laicus, de foro compet. lib. 6. & ita tenet ibi Io. de Imol in in repet. c. Quintaual. in 47. col. in fi. verſ. circa 5. coram quo, extra de iureiur.*

4 Capio † ſecundum dubium vniuerſale, videlicet nunquid in caſu prædicto poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri conſideratis omnibus ſupradictis in dicto ſecundo dubio vide circa hoc quod plene ſcripſit in allegationibus ſuis, quas fecit pro Belino de Belinis contra Nicolaum de Belinis non omittas, & ſunt infra, & incipiunt: Eſt reipublicæ, &c. conſilio 33. Et pro deciſione clariori huius dubii vulgatiſſimi & dubitatiſſimi præmitto quod quatuor ſunt principaliter conſideranda: primum pactum Syndicorum dictarum communitatum cum iuramento de parendo arbitramento, & deinde cōtraueniendo & etiam de petendo reductionem ad arbitrium boni viri, &c.

Secundum ipſe actus ſententiandi cum præſentia dictorum Syndicorum de Pre qui fuerunt præſentes & non contradixerunt, vt apparet in inſtrumento ſententiæ ſeu arbitramento in fi.

Tertium lapſus trium annorum vel circa poſt dictum arbitramentum latum, infra quem nulla nunquam fuit petita reductio neque contradictum vel reclamatum per dictos Syndicos de Pre.

Quartum quod vicarius olim Lendei prædeceſſor pręſentis vicarii in aſſecutione dicti arbitramenti præſentibus partibus videlicet Syndicis prędictarum cōmunitatum & nō contradicentibus. Quantum ad primum conſidero, quod prædictum pactū fuit ſub iſtis verbis; Dummodo arbitri pronuntient recte fideliter ſine dolo & fraude ad ſuam bonam conſcientiam, cum poteſtate condemnandi alte & baſſe, modice & immodice, & in parua & magna
5 quantitate, † pondero omnia iſta verba primo dum dicit, recte, intelligitur, id eſt, iuſte, & ex cauſa iuſta, *vt not. gloſſ. in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. heredi. & in l. 2. ff. de inoffic. teſtam. & in l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. non putauit. §. non quauis. ff. de contra tab. & in d. locis not. per Doct.* & ſecundum illud verbum non potuerunt dicti arbitratores niſi iuſte pronuntiare ſicut poſſet vnus ſimplex arbitrator ſecundum *l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum, & in l. vnde ſi Nerua. ff. pro ſocio.*

6 Secundo † dicit, *fideliter*, id eſt, bona fide, quæ bona fides non importat niſi ius & iuſtitiam, quæ vel quod requiritur in contractibus bonæ fidei, & etiam ſtricti iuris, *vt probatur in l. bona fides, in princip. ff. depoſiti. & in l. bonam fidem. C. de action. & obligat. in l. bona fides. ff. de regu. iur. & in l. 1. ibi alienam fidem ſecuti. ff. ſi certum petat. cum ſimilibus. Et probatur in toto titulo fidelitatu, & in titulo de noua for. fide. & in titul. quid præced. de inueſti. an fidelitas, in vſib. feudorum*, & in effectu hoc verbum fideliter ſapit idem quod recte.

7 Tertio † dicitur, *ſine dolo & fraude*, quæ verba quid important, ponit *text. in l. iuris gentium §. dolo malo. & §. ſi fraudandi. ff. de pactis.* Nam dolus dicitur, quando quis malitioſe & cum fallacia circumſcribendi alterius cauſa aliquid agit, & aliquid ſimular, *vt dicto §. dolo*, & fraus ineſt dolo, quia dolus eſt nomen generis, fraus eſt nomen ſpeciei, vnde propter hoc fraus continetur ſub dolo, *vt dicto §. ſed ſi fraudandi*, & propter iſta verba important dolum verum, vt patet ex prædictis, & prædicta tria verba important quod dicti arbitratores ſenten-

tient iuſte & ſine dolo malo. Et ſic hucuſque non videtur data aliqua poteſtas arbitratoribus inique & iniuſte arbitramentandi.

8 Quarto † dicit, ad ſuam bonam conſcientiam, & hoc verbum conſcientia & quando committitur ſub conſcientia alicuius videtur, quod eius determinationi ſtare debeat, vt eſt gloſſ. notabilis in cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. libr. 6. ſed mihi contrarium videtur gloſſ. in cle. 1. vnicramus. de iure patro. quæ videtur velle quod poſſit recurri ad ſuperiores, & ibi dicit Dominus Cardin. Flor. in principio in 16. quæſt. qui dicit, quod iſto caſu niſi appellatio ſeu reductio ſit friuola debet admitti per ſuperiorem, & idem tenet Bald. in l. nulli. in fin. 3. colum. ver. ex prædictis ſequitur determinatio. C. de Epiſc. & cler. facit quod not. gl. & Doct. in l. ab executore. in principio. ff. de appellatio. Et iſtud teneo pro vero, & maxime in caſu noſtro, quia additur hoc verbum bonam, quia dicitur ad ſuam bonam conſcientiam, vnde conſcientia non diceretur eſſe bona ſi eſſet contra iuſtitiam & enormiſſime læderet vel cum dolo & fraude. Vnde iſta verba in effectu idem important quod præcedentia.

9 † Item quia bonum & æquum dicitur illud quod eſt iuri conforme, & quod lex reputat bonum & æquum, argument. l. prima. §. pueritiam. ff. de poſtulat & l. fideicommiſſa. §. quamquam. ff. de leg. 3. ita dicit in princip. vlt. col. ff. de procurat. card. virtus enim iſtorum verborum eſt, quod poſſit etiam enormiter lędere alium, dummodo dolus malus abſit, vt dicit Ioan. And. in cap. humilis, extra de maio. & obedi. & in cap. Quintanallis. in 9. quæſt. extra de iureiurando. Bald. in l. qui procuratorem. in principio. vlt. columna. ff. de procurat. item pro hoc quod notat. Bartol. in authen. ad reprimendum. in verbo videbatur. ante fin. verſic. Et per hoc apparet ſolutio quæſtio. vbi dicit quod quantumcunque detur liberum arbitrium, non poteſt per hoc parti facere iniuſtitiam, quia hoc eſt contra naturalem ęquitatem, ſed poteſt omitti ſolemnitas iuris ciuilis, de hoc per gl. in cle. ſæpe. in verbo, defenſiones. & verb. ſignificat. facit quod not. in l. filiuſfam. in principio. ff. de donat. quia tunc facit quod ſibi videtur in ſua mente, ideo non tenetur pars ſtare, vt l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & ita etiam tenet Card. Flor. in dicto cap. humilis. in 6. oppoſitione, in fin. & in cap. card.

10 Quinto † dicitur, cum poteſtate condemnandi alto & baſſe, virtus enim iſtorum verborum eſt, quod poſſit etiam enormiter lædere alium, dummodo dolus malus abſit, vt dicit Ioan. And. in cap. humilis. extra de maio. & obe. vel niſi donec immodice ex certa ſcientia, quia tunc facit quod ſibi videtur in ſua mente, ideo non tenetur pars ſtare, vt l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Et ita etiam tenet Cardin. Flor. in dicto capit. humilis. in ſexta oppoſit. in fin. & in capit. expoſita in 12. quæſtione ad finem. extra de arbitr. & in capitulo. Quintanallis. in 9. quæſt. extra de iureiurando. Et idem notat Bald. in capit. primo. §. ſi inter partes. in ſecunda columna. ad fin. verſicul. ſed hic quomodo ſi eſt data, &c. in titulo de lege Coradi. in vſibus feudorum. Et idem tenet Lud. de Rom. in repetitione rubrica de arbit. in 5. col. in prin. verſ. ſed pone vndecimo.

11 Sexto † dicitur, modice & immodice & in parua & magna quantitate, quæ verba important idem, vt de ſe patet. Et iſta verba important, quod poſſit lædere in aliquo vltra ius commune, duntamen non enormiter, vt dicit Cardin. Flor. in dicto capitulo. expoſi-
12 tam. in 12. quæſt. de arbit. † Ego autem intelligo enormiter, id eſt, ſecundum l. vnde ſi Nerua. ff. pro ſocio. ſcilicet in ſexta ſecundum Bartol. in §. arbitrorum. vel in tertia ſecundum Ioan. de Im. in repetitio. cap. Quintanallis. in 49. in 5. quæſt. principali. & iſtud videtur mihi verius de iure, quod ſit tertia, tamen communis opin. eſt quod ſit ſexta, vt d. l. vnde ſi Nerua, enormior autem læſio poteſt iudicari, quando eſt vltra vel citra dimidiam iuſti pretii, argument. l. 2. C. de reſcin. vendi. enormiſſima, quando eſt de toto, vel quaſi, arg. l. omnes. §. Lucius, ff. de his quæ in fraud. credi. & quia non poteſt eſſe maior quam in toto, ideo tunc in ſuperlatiuo dicitur enormiſſima, ita dicit not. Dom. Ioan. de Imo. in dicto cap. Quintanallis, in 68. colum. verſ. quæ autem dicatur modica, Bald. not. in l. penult. C. de re. credi. & iureiurando. dicit quod in hoc eſt ſtandum arbitrio iudicis inſpecta qualitate perſonarum & quantitate rei petitæ per id quod notat. in auth. quod locum. C. de collat. & iſtud teneo coniuncta opin. de qua ſupra, videlicet quod regulariter, enormis læſio dicatur de ſexta, vel tertia totius, enormis de dimidia, enormiſſima de toto, vel quaſi, & plus & minus arbitrio iudicis conſiderata qualitate perſonarum & cauſæ & quantitate rei petitæ, & ſic dictæ opiniones concordentur.

Sexto circa verba prædicta eſt iuramentum dictorum arbitrorum, quod iuramentum non intelligitur niſi ſecundum ſubiectam materiam & ſecundum poteſtatem datam arbitratoribus, per ea quæ not. in l. ſi ſtipulatus. in princip. ff. de vſucap. & in l. ſi vno. in princ. ff. locati. & in l. ſi libertus iurauerit. ff. de ope. liberto. & in capitulo Quintanallis, & in capitulo veniens. extra de iureiurando. & in l. arbitrorum, cum ſimil.

13 † Ex prędictis ergo concludo, quod cum dicti arbitratores debuerunt pronuntiare recte & fideliter ſine dolo & fraude ad bonam conſcientiam alte & baſſe modice & immodice & in parua & magna quantitate intelliguntur, dummodo dolus & fraus abſit tam de iure communi vt ſupra dixi, dico ergo quod ſi apparet vel apparere poteſt de dolo vel fraude arbitratorum, ſine dubio poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, & reformari & reſcindi ipſorum arbitramentum: ſi vero dolus vel fraus non reperitur, ſed reperitur læſio de toto vel quaſi vel maiori parte idem per dictam l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credit. cum ſimilibus. alias autem ſecus. Sed in hoc eſt bene aduertendum, quia eſt dubium in hoc an debeat admitti libellus reductionis, an vero debeat reſcindi vel reformari arbitramentum: quia quo ad libellum debet inſpici an allegetur enormiſſima, vel enormior læſio, vel dolus, vel parua læſio, quia ſi allegatur dolus vel enormiſſima læſio, debet admitti libellus niſi appareret quod calumnioſe hoc fieret, quia tunc iudex reductionis tamen poſſet ipſum reiicere, argumento, capitu. cum appellationibus friuolis. cum ibi notat. extra de appella. libro 6. cum ſimil. ſed quo ad effectum reſcindendi vel reformandi dictum arbitramentum non inſpicitur allegatio doli, vel enormiſſimæ

læſio-

læſionis,ſed ipſius probatio. *l. illicitas. §. veritas. cum*
ibi notatis.ff.de offi.præſi.cum ſimilibus. Et hoc quantum
ad iuramentum & pactum Syndicorum vtriuſque
partis, & taciturnitatẽ ipſorum, quia ipſi non con-
tradixerunt, dico bene quod propter dictam præ-
ſentiam Syndicorum cum taciturnitate ſine cõtra-
dictione non videtur propter hoc approbatum di-
14 ctum arbitramentum. † Nam in ſententiis diffi-
nitiuis & interlocutoriis,vbi appellationi locus eſt,
quis non videtur conſentire,niſi per 10.dies taceat,
vel per alium actum exprimat, *vt l. ab eo. C.quomodo*
& quando iudex. coniuncta l. ad ſolutionem. C.de re iudic.
& auth.hodie. C.de appe. ita dixit not.Bart.in l.1.C.de re-
latio. & idem eſt, vbi poſſet eſſe locus reductioni ad
arbitrium boni viri,quia tunc quis non videtur cõ-
ſentire niſi elapſum fuerit tantum tempus quod
conceditur ad petendam reductionem ad arbitriũ
boni viri,quod tempus quantum ſit,infra ſtatim di-
cam,vel per alium actum conſenſerit per prædicta,
ſed in caſu noſtro apparet de aliquo actu conſenſus
dictorum Syndicorũ de Pre, ergo ex hoc capite nõ
videtur ſublata poteſtas reductionis ad arbitrium
15 boni viri. Et hoc quo ad ſecundum ſufficiat. † Sed
tertio eſt conſiderandum,an lapſus trium annorũ,
vel circa, tollat petitionem reductionis ad arbi-
trium boni viri,& quia iſta eſt vulgatiſſima & in ea
copioſiſſime ſcribitur per Doctores ne ſim longior
dicam concluſiue, dico ergo breuiter,licet Spec.di-
cat *in.tit. de arbitris. §. ſequitur,* verſic. ſed intra quod
tẽpus, dicat quod infra decem dies debeat peti re-
ductio, ſicut in appellatione, quia arbitramentum
eſt quædam tranſactio.*l. non diſtinguemus. §. cum qui-*
dam.ff. de arbitris. tamen reiectis omnibus articulis
dico,quod communis opinio eſt intra 30. annos,&
ita cõſuluit quidam ſolemnis Doctor de Lamber-
tis in quodam ſuo eleganti conſilio, quod incipit,
ſtatuto ciuitatis Vicentiæ canetur, & ita tenet Ang.
in quodam ſuo conſilio,quod incipit,in Dei nomi-
ne amẽ. Statuto canetur,quod laudum poſſit,& ita
videtur etiam tenere Ioan. de Imo. ſecundum Do.
Franc. de Aretio *in dicto c. Quintauallis. in 45. columm.*
in 3. quæſtione principali. in principio. & maxime prædi-
cta ſunt vera, quando imploratur officium iudicis
quod ſuccedit loco exceptionis,ſicut eſt in caſu no-
ſtro, quia tunc ſicut exceptio durat perpetuo, *vt l.*
pure.in fin.ff.de annali except. ita poterit peti iſta redu-
ctio perpetuo, *vt notat. Bartol. in dicto §. arbitrorum.*
in verſicul. quæro infra quantum tempus,& Anto-
nius de Buttrio & Io.de Imo.*in dicto cap. Quintauallis.*
& Bald.in l.fin.C.de contrahend.empt.& Card. Flo.in di-
cto capitulo expoſita.extra de arbit.in 11.quæſtione & Flo-
rian. in dicto §. arbitrorum. in 14. col. & dictus Dom. Lud.
in dicto ſuo conſilio. & licet Bartol. in dicto §. arbitrorum.
& Dom.Bartol. de Salic.in l.cum antea. C.de arbitr. verſi.
quæro intra quantum tempus dicant, quod tamen
intra 10. dies pars, quæ vult petere deductionem,
debeant contradicere, alias non audiatur: tamen
hæc in conſulendo affirmare non audeo:quia com-
munis opinio videtur mihi eſſe pro nunc in con-
trarium. Ex his ergo concludo quo ad iſtud con-
trarium, quod ex lapſu dicti triennii, vel circa, non
intelligatur ſublata poteſtas petendi reductionem

dictis Syndicis de Pre. Sed quarto principaliter &
vltimo eſt conſiderandum, quod vicarius Lendei
affigit terminos iuxta formam arbitramenti & in e-
ius executione præſentibus Syndicis & multis ho-
minibus dictæ communitatis de Pre, & non con-
tradicentibus, an per hoc videatur approbatum di-
ctum arbitramentum, ita quod amplius non poſ-
ſit peti reductio, & credo quod ex iſta præſentia
cum taciturnitate videtur approbatum dictum ar-
bitramentum, quia iſta eſt regula, quod quando
iudex aliquid facit parte præſente, cui diſplicet,de-
bet contradicere. Et ideo debet apparere in actis
parte pręſente & contradicente,aliter videtur con-
ſentire, *vt probatur in l.2.C.de relatio. Et ibi hac notat.*
dicit Bartol.imo dicit plus Innocent. in capitu. quo ad con-
ſultationem.extra de re indic.& Ioann.de Imol.ſequitur in
l.ille à quo.§.fina. de teſtamento. in fin. ff. ad Trebellian.
16 † quod quando in actibus iudicialibus quis gene-
ratur non ſufficit ſimpliciter contradicere, niſi et-
iam appellet *per d. cap. quo ad conſultationem.* hoc ta-
men non firmo quantum ad appellationem pro-
pter ea quæ notant.*per Bald.& Doctor.in verbo.contra-*
dicat in authen.ſi quis litigantium.in principio.C. de Epiſc.
audi. ſed bene firmiter teneo, quod ex quo dictus
Vicarius Lendei affigit terminos in executione di-
cti arbitramenti, & partes non contradixerunt,
quod per hoc ſit ſublata poteſtas petendi reductio-
nem ad arbitrium boni viri *per d. l. ab eo. C. quomodo*
& quando indic. & quia illud quod ſemel approbaui
non poſſum amplius reprobare, *vt in regula, quod ſe-*
mel placuit. de regulis iur.libro.6.eſt caſus & ibi notat.in l.
Pompon. ſcribit ſi negotium. ff. de negot.geſt.& notat. in l.
diſpenſatorem. ff. de ſolut. cum ſimilibus. Concludo er-
go ex omnibus prædictis, quod vbi allegatur dolus
& enormiſſima læſio, ſatis allegatur in reductione,
& poteſt peti reductio, & debet libellus reductio-
nis admitti, niſi apparet quod calumnioſe hoc pe-
tatur non obſtantibus pactis, renuntiationibus, &
iuramentis in dicto compromiſſo contentis, &
non obſtante quod tempore arbitramenti lati par-
tes fuerint præſentes & non contradixerint, & non
obſtante quod ſint lapſi tres anni vel circa, ſed ex
alio tempore, videlicet quia fuerunt præſentes
Syndici, & quidam de partibus, quando fuerunt
affixi termini per Vicarium Lendei in executione
dicti arbitramenti, & nullus contradixerit, credo
quod propter hoc ſolum non debeat admitti peti-
tio reductionis ad arbitrium boni viri, vt patet ex
prædictis, & hæc ſufficiunt quod ad ſecundum
principale dubium. Capio nunc tertium dubium
principale, videlicet an procedat appellatio inter-
poſita per dictum Syndicum de Molina à pronun-
tiatione d. prouiſoris Ripæ in eo, quod pronun-
tiauit ſe iudicem competentem & ab omni gra-
uamine inde ſecuto,dico breuiter quod ſic, & al-
lego gloſſ. ordinariam *in auth. habita.in gloſſ.fin.C.ne*
filius pro patre.quam gloſſ. communiter Doctor. tenent,&
maxime Cy.& Bar.in l. ex quacunque in 5.colum. verſicu-
lo iuxta hoc quæro de alio.ff.ſi quis in ius vo.non ie.& Bart.
ibi allegat rationem, quia iſtud grauamen non po-
teſt reparari per appellationem à diffinitiua, ergo
poteſt appellari, *vt l. arbitrio. ff. qui ſatiſdar. cogan. &*

in l.ſecunda.ff.de appellat. reci. & notat.in l. intra vtile.ff. de minor. ergo. Et ratio huius, quare iſtud grauamen cum in iure conſiſtat, non reparetur per appellationem, eſt, quia non contingit negotium principale, *vt cap.fina.de appellat.libro ſexto.ita dicit Bart. & bene in dicta l.ex quacunque.ſupra allegata.* vnde iſte caſus non habet dubitationem, maxime cum vt dixi in hoc caſu non deberet admitti petitionem, reductionis, & ipſe Dominus prouiſor Ripæ ipſam admiſerit, & ad vlteriora proceſſerit, & hęc ſufficiant quo ad tertium dubium principale.

17 † Capio quartum dubium principale, videlicet nunquid pars petens reductionem inciderit in pœnam compromiſſi, ita quod peti poſſit, & dico ſine diſputatione quod non de pręſenti, ſed debet expectari quod pronuntietur per Vicarium Lendei, ſeu eius delegatum, an ille libellus reductionis ſit admittendus, & ſi pronuntiauerit quod non, & illa pronuntiatio tranſierit in rem iudicatam, tunc pœna poterit peti, quę erit contra factum arbitramento: ſed ſi pronuntiauerit quod debeat admitti libellus reductionis, tunc debet expectari finis ſententiæ, & tunc ſi pronuntiabitur bene fuiſſe petitam reductionem & arbitramentum fuit reformatum, & tunc non incidet in pœnã, quia quod fit lege permittente, pœnam non meretur. *l. Gracchus.cum ſimil. C.de adul.* ſed ſi confirmabitur primum arbitramentum, tunc tenet Bart. *in l.qui Roma. §. duo fratres.* ſecundum ſecundam lectu. gloſſ. ſic ibi dicat, quod ibi eſt caſus, quod ſi quidam promiſit arbitrium nõ petere reduci ad arbitrium boni viri ſub certa pœna, & ſuccubuit ſiue iuſte ſiue iniuſte ſuccubuerit, in pœnam incidit, & per illam ſententiam fuit declaratũ ipſum debite petiſſe, & dicit quod ita Dyn. conſuluit, tamen dico, quod illud dictum Bart. & Dyn. debet intelligi & limitari ſecundum quod intelligit & limitat ipſe Bartol. *in l. inter verum debitorem.in 5.columna.verſicul.& prædicta ſunt valde vtilia ad quæſtionem, ff. de condit. inde.* per illum textum cum gloſſ. videlicet aut quando ille qui petiit reductionem, ſuccubuit, fuit pronuntiatum illud laudum eſſe æquum, & tunc procedit dicta determinatio *per d. l. duo fratres.* quod probatur ibi, dum dicit, quaſi de hoc, aut ſuccubuit & reus fuit ſimpliciter abſolutus, vel expreſſa cauſa, quia non fuit laudum probatum iniquum, & tunc in quæſtione pœnæ poterit de iniquitate probari, hoc eſt, licet illa abſolutoria faciat ius in via agendi, vt ammodo non poſſit agendo amplius facere iniquum, non tamen facit ius in via in excipiendo, ſi agat ad pœnam, quo minus poſſit dici & probari de iniquitate, ne condemnetur ad pœnam, & dicit Bartol. quod cum hæc quæſtio fuiſſet de facto, ita iudicauit, idem tenet Bartol. *in l.ex diuerſi.§. 1. ff. de rei vendic. Et idem tenet Dom. meus Florian. in §. arbitrorum. in penultima col. in principio. verſiculo, quæro pone quod pars.* & ita etiam dum legerem publice Paduæ conſului in cauſa clariſſimi Doctoris Domini Iacobi à Stagnatis, & hæc ſufficiant quo ad quartum dubium principale.

18 † Capio nunc quintum & vltimum dubium, nunquid iudex de Lendeo ſeu eius Vicarius poſſit procedere in proceſſu coram eo pendente pro dictis manifeſtis non obſtante petitione dictæ reductionis, & dico breuiter quod cum reductio non fuerit petita coram iudice competenti, ſcilicet coram Vicario Lendei ſeu ius delegato, ſed coram alio, ſcilicet coram Dom. prouiſore Ripæ incompetenti iudice quo ad hoc, vt plene dixi ſupra in primo principali dubio, dico quod perinde eſt, ac ſi nulla reductio fuiſſet interpoſita *per l.quoties, cum ſimil.ff.qui ſatiſdar.coga.& in tit.C.ſi à non compe. iud.* ergo, &c.

Secundo hoc probatur, quia etiam ſi dicta reductio fuiſſet interpoſita coram iudice Lendei tantum non impediretur dictus proceſſus, quia illa reductio non debet admitti, vt dixi ſupra in ſecundo principali dubio, ergo.

Tertio licet poſſet peti reductio, & fuiſſet petita coram iudice Lendei, tamen dico quod hoc non obſtante poteſt procedere dictus Vicarius Lendei, quia executio dicti arbitramenti non debet retardari, neq; impediri per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, maxime cum hoc iudicium requirat altiorem indaginem, vt paret, quia poſitiones & alia fuerint deducta in dicta reductione, & maxime quia proceditur per viam actionis, quibus caſibus non impeditur reductio & executio eius vt ſtatuto cauetur, quod lauda non debeant retardari, vbi hoc concludit per rationes quas breuitatis cauſa omitto, multa hic poſſem deducere, ſed iſta eſt veritas, & ita ſæpe obtinui hic Veronæ de facto, vnde propter hoc non inſiſto, ſed concludo quod per dictam petitionem reductionis non poſſit impediri dictus proceſſus dicti Vicarii Lendei ſine dubio per prædicta.

Et ita, vt ſupra ſcriptum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Bartholomæus Cæpolla de Verona iuris vtriuſque Doctor, & ad fidem præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo conſueto ſigillaui.

CONSIL. XXX.

SVMMARIA.

1 *Sententia arbitralis multipliciter dicitur nulla.*
Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi.
2 *Arbitri per partes electi an eorum ſententiam mutare poſſint.*
3 *Ratihabitio an in ſententiis procedat.*
4 *Effectu carentia, debent & nomine carere.*
5 *Nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu tolli poteſt.*
6 *Fuiſſe ſed ſublatum penitus eſſe & non eſſe, paria ſunt.*
7 *Actus ſucceſſiue factus an poſſit dici ſimultaneus.*
8 *Exiſtens in eadem ſcriptura an poſſit dici prius, vel poſt inſertus, vbi in legendo ſimul completur.*
9 *Sententia arbitralis an vno arbitratore abſente lata teneat.*
10 *Subſcribens dicitur virtualiter ſcribere omnia præcedentia.*
11 *Sententia arbitralis, forma iuris non ſeruata, an ſit valida.*

12 Sole-

12 Solemnitates de iure ciuili vel canonico inuenta in procedendo, vel ſententiam do per arbitros, non ſunt de neceſsitate iuris naturalis obſeruandæ.

13 In compromiſſo omnia procedere debent ſecundum conuentionem litigantium.

14 Nullitas arbitralis ſententiæ diuerſimode conſideratur.

15 In generali remiſsione aut renuntiatione an excludatur dolus vt non poſsit allegari.

IN Christi nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Orta de finibus controuerſia inter Manubienſes Sereniſſimi principis Dn. Sigiſmundi dncis Auſtriæ & Anxitranos Illuſtriſſimæ Ducalis Dominationis Venenatum ſubditos, ſecutisque inter eaſdem communitates g[illegible]uiſſimis inimicitiis, periculis, damnis, & expenſis, volentes, vt vicinos decet, amicabiliter viuere, fecerunt compromiſſum in quinque tanquam in arbitros & arbitratores & amicabiles compoſitores de iure & de facto, de iure tantum, & de facto tantum, cum præſentia & conſenſu duorum delegatorum Sigiſmundi principis, & Dominii Venetiarum, quibus arbitris & arbitratoribus poteſtatem dederunt audiendi partes, & iura & allegationes earum iuris ſolemnitate ſeruata, vel non, hac adiecta conditione, ſi partes amicabiliter componere non poruerunt, eis deferatur per præfatos dominos delegatos iuramentum de ſententiando id quod fuerit iuſtum & eorum conſcientiis conueniens, & qnicquid per dictos arbitros vel arbitratores vel maiorem partem ipſorum ſententiarum, arbitratum, mandatum, ordinatum, laudatum, & affixum fuerit, perpetuum ſortiatur robur, omnibus exceptionibus cauillationibus, legibus, tam canonicis quam ciuilibus, ſtatutis, priuilegiis, & gratiis non obſtantibus, quibus expreſſe renuntiauerunt, promittentesque inuicem dictæ partes per ſolemnem ſtipulationem ſe perpetuo habere, tenere, & obſeruare firmum, & ratum, & non contra facere, dicere, ſiue opponere, aliqua ratione, vel cauſa, de iure, vel de facto, nec ab ipſo arbitramento, laudo, ſententia, ſine termini affixione ſe appellare, nec appellationem tentare, nec ad arbitrium boni viri reduci petere, nec de nullitate opponere, ſiue allegare, licet altera partium eſſet læſa etiam in maxima quantitate, ſed id quod ſententiatum & laudatum fuerit, illico approbare cum pœna & obligatione bonorum & clauſulis conſuetis & opportunis, ſicut de prædictis omnibus latius conſtat publico inſtrumento ſuperinde confecto. Deinde præfati omnes arbitri fuerunt ſuper loco differentiarum, & ibi partes ſæpius audiuerunt, & iura ſua viderunt. Et inter ſe colloquium de hac lite habuerunt, & tandem infra tempus compromiſſi iuxta eorum conuentionem ſe contulerunt ad domum Domini Chriſtophori de Arnoldis de Dublato quinti arbitri pro eorũ ſententia proferenda, vbique præſentibus partibus & antedictis Dominis delegatis & expreſſe conſentientibus quod dictis arbitris & arbitratoribus non deferretur iuramentum duo ex dictis arbitratoribus per Manubienſes electis ſuam in ſcriptis ſententiam & arbitrium protulerunt, qua probata vnus eorum diſceſſit, alii duo per Anxitranos electi immediate ſuam voluntatem declarauerunt diuerſum ab aliis dicentes, quod ſi aliter viſum fuerit conſcientiæ quinti arbitri & arbitratoris augendo vel minuendo, volunt ſtare eius determinationi pro bono pacis & concordiæ, qua declaratione facta in continenti eodem contextu quintus arbiter & arbitrator tulit in ſcriptis ſuum arbitrium & arbitramentum diuerſum ab aliis adiudicando Manubienſibus illud, quod adiudicauerant electi per Anxitranos, & amplius cui ſententiæ quinti conuenerunt continuo ab Anxitranis electi dicentes quod concurrebant in eandem ſententiam, & eam approbauerunt, eidem etiam ſe ſubſcribendo & ſigilla ſua pendentia ponendo. Quam quidem ſententiam ſiue arbitramentum Anxitrani laudauerunt, Manubienſes vero & delegatus Sigiſmundi ducis Auſtriæ præſentes non contradixerunt, poſtea Anxitrani in continenti pro executione ſententiæ teſtituerunt certa animalia per eos capta ipſis Manubienſibus, ſicut terminatum fuerat per dictos arbitratores, videlicet quintum, & alios duos qui Manubienſes ea acceptauerunt ſimpliciter, & ſine vlla proteſtatione, nec apparet quod ipſi dictæ ſententiæ contradixerunt intra menſem & vltra, nunc vero Manubienſes volunt dicere ſententiam illam & arbitramentum nullam & nullum, & petere reductionem ad arbitrium boni viri. Et quæritur nunquid de iure poſſint: In qua quidem conſultatione duo in primis ſunt diſcutienda.

Primum, an dicta ſententia lata per quintum & alios duos per Anxitranos electos de iure valeat, an vero ſit nulla, & poſſit nulla dici per Manubienſes.

Secundum eſt, ſi valet dicta ſententia, an ſaltem
1 per Manubienſes † poſſit dici iniqua, & peti eam reduci ad arbitrium boni viri. Super primo dubio videtur prima facie dicendum eſſe, quod ſententia illa ſit nulla tribus potiſſime rationibus, prima eſt, quia non videtur eſſe ſeruata forma compromiſſi, nam quando arbiter non ſeruat formam compromiſſi, eius ſententia eſt nulla, *vt eſt text. in l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbitris & ibi per gloſſ. & Doctores* & eſt ratio, quia fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi, nec eos licet excedere, vt ibi, *& l. diligenter, in principio. ff. mandati, & cap. cui de non ſacerdotali. de prebend. libro ſexto, & probatur in capit. cum dilecta, extra de reſcriptis, & ibi notatur*, quod autem non fuerit ſeruata forma compromiſſi, videtur probari, quod in compromiſſo fuit dictum, quod ſi dicti arbitratores non poſſint partes concordare, debent eis per delegatum vel alterum eorum deferre iuramentum de iudicando ſecundum eorum conſcientias, *iuxta capit. Quintauallis, extra de iureiuran. & l. ſi libertus. ff. de lib. ope. & not. in auth. determinus. C. de arbitris*, ſed dicti arbitri non iurauerunt, nec etiam electi per Manubienſes, vt mihi affirmatum eſt, licet ipſi aliter dixerint, ergo non eſt ſeruata forma compromiſſi.

Item, qnia in comptomiſſo data eſt poteſtas iudicandi & arbitrandi ſecundum eotum conſcientias, *iuxta c.cum aterni, §.ſi quis autem. de re iudicata.libr. 6.& c.ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcriptis eod.libro*, & arbitratotes electi pet Anxitranos ſuam declarationem ſubmiſerunt determinarioni quinti arbitratoris, quod eſt contra poteſtatem ſibi datam in compromiſſo, quia conſcientia eſt cognitio ſui ipſius cotdis, *ſecundum Archid.in d. c.ſtatutum.§. aſſeſſorem, in ver.conſcientia.de reſcriptis, in 6.& per eundem 28. quaſt.1. c.omnes.in §.ex his.vbi plenius ac etiam hoc videtur eſſe forma iuris, vt l.qualem, in prin.ff.de arbitris, & l.item ſi vnm §.item Pompon.eod. tit. & in dictis iuribus notatur per Doctores.*

Item quia in compromiſſo fuit dictum, quod quicquid per dictos arbitros & arbitratoresvel maiorem partem eorum ſententiatum fuerit valeat & teneat, & ſic partes voluerunt, qnod arbitri omnes eſſent concotdes, vel ſaltem maiot pars: ſed in caſu noſtro non fuerunt omnes concordes, neque maiot pars, quia duo ſententiauerunt vno modo, alii duo alio, qnintus eriam alio diuerſo ab illis quatuor: ergo ſententia videtur non valete, tam ex forma comptomiſſi, quam etiam de iute communi, *per l.diem proferre, §. ſi plures, ff.de arbi. & ibi de hoc plene not.ſi nr, & in c.1.de arbi.in 6.*

Secunda ratio principalis eſt, quia dicta ſententia etiamſi fuiſſet ſeruata forma comptomiſſi, videtut eſſe lata non ſeruato iuris ordine, imo contra ſeu citra ſolitum otdinem iuditiorum, & per conſequens nulla, *per textum in l.prolatam, C. de ſenten.& interlocut.omnium iudicum, qua eſt canonizata 2. quaſt.6.cap.ei qui §.diffinitiua.verſic.item ſententia citra.* Nam dicti arbitri & arbitratores ſeparatim & non ſimul iudicaſſe videntut, vt apparet ex dicta ſententia, quod eſt *contra l.non diſtinguemus, in §. cum in plures, & l.parui.eodem titul.& not.gloſſ.in l.ſicuti, eodem ti-*
1 *tulo.* † Item quia duo arbitri electi pet Anxitranos tulerunt ſententiam ſuam, quam poſtea mutare non potuiſſe dicuntur, etiam in continenti, *per text. in l. qualem, alias incipit dicere, §. final. ibi mox venit. ff. de arbitr.* quia poſtquam tulerant ſuam ſententiam, functi fuerant officio ſuo, *l.iudex poſtquam, ff.de re iudic. & ibi not. & in cap. in literis, extra de offic. delegat.* nec illa additio facta poſt ptobarionem eorum ſententiæ, dum dicunt quod volunt ſtari conſcientiæ & terminationi quinti, aliquid valere videtur: tum quia erant iam functi officio ſuo, *vt dixi, & not. Bartol. in dicta l. iudex poſtquam, & in l. moris, §.iſte fere, ff. de pœnis, & in l.prima, ff. ad Turpill.* etiam ſi ſententia eſſet nulla, *vt l. quia arbiter, & ibi hoc not.Bald. ff. de arbitris*, cum quia id quod erat commiſſum conſcientiæ eorum, alii committere non poterant, vt quia arbiter non debet committere motum animi ſui alteri, *vt l. parui. in fine. ff. de arbit. & not.gloſſ.in l.ſicuti, eodem titulo. & not. Bartol.in l.duo ex tribus, in fin. ff. de re iudic. & habetur in cap.fin. extra de offic. delega. cum ibi not.* Item quia illa ſententia fuit lata vno arbitro abſente, vt in numeratione facti dicitur, ergo videtur quod ſententia non valeat, quia omnes debebant eſſe præſentes, *vt l.ſi in tres, & ibi Bartol. hoc tenet & in l.duo ex tribus, ff. de re iudic.* etiamſi prius fuiſſent in diſputationibus, ratio, quia omnes iudicare iuſſi ſunt, *vt l. per eum, ff. de arbitris. Et propter dicta not. Bald.in dicta l.ſi in tres, quod per illam l.* fuit inuenta talis cauilliatio Bononiæ, quia tempote quo Poteſtas debebat Syndicari, eligebantur quinque Syndici, & quatuot volebant ipſum abſoluete, quintus volebat eum condemnare. Nam ad hoc vt abſolutio non valetet, fuit eonſultum vt ille quintus non ptonuntiaret, ſed tacetet, & eadem eſt cautela, ſi quis vult quod non teneat condemnatio ſecundum Franciſcum Aecurſium. Item quia dicitur, quod ſi illa declaratio duorum arbitrorum, qui per Anxitranos electi ſunt, non fuit ſententia diffinitiua, ſed quædam eorum opinio, tunc eorum ſententia ſequens non valeat, quia non debebant prius declarare motum animi ſui, *vt l.vbi, C.de falſis ibi, nec vlla interlocutione diiudicet*, & pet illum textum dicit ibi Salicetus quod iudex non debet ante diffinitiuam ſententiam declarare quid ſenriat in cauſa, & hoc nedum in criminali vt ibi, ſed nec etiam in ciuili, *vt l. obſeruandum, ff. de offic. praſid.* quod bene ſeruant iudices Bononienſes veluti recti & conſtanres, vt voluit ibi Accurſius, & propter hanc cauſam poſſet iudex vt ſuſpectus recuſari vt notat Innoc.*in c.irrefragabili, verſic. ſed quid dices, extra de offic. ordin.* facit quod notat. Antonius de Butrio, *in cap.cauſam, ad finem. extra de re iudic.*

Item, quia etiam dicitur ex alio capite nulla, etiam ſi potuiſſent illi duo arbitri poſt ſuam opinionem declaratam pronuntiare. Nam non videtur quod amplius pronuntiauerint ſeu ſentẽtiauerint, ſed ratificauerint ſententiam quinti, quæ ratificatio
3 in ſententia arbitri non valet, † quia in ſententiis nõ procedit ratihabitio, *vt 9.q.2.c.1.& ibi not.& no. Io. Andr.in c.cum ab vno.de re iud.lib.6.* & maxime, quia dicitur quod dicti duo arbitri noluerunt conſentire illi ſentẽtiæ quinti, niſi primo interrogauerint Anxitranos, & eorum conſenſum habuerint, & pet hoc non videntut iudicaſſe ſecundum eorum conſcientias, prout tenebantut ex forma compromiſſi, & de iute, *vt in auth. ſed hodie, & in corpore vnde ſumitur, C.de iudiciis.*

Tertia ratio principalis eſt, quia dicunt Mannbienſes, quod dicta ſenrentia nunquam fuerat exequuta, ſicut poterat exequi per arbitros ex forma comptomiſſi, dum vult quod poſſint affigi termini.

Ideo cum non ſit facta executio, videtur quod
4 nullius debeat eſſe momenti. † quia ea quæ carent effectu, debent carere nomine: ſicut èc contra ea quę carent nomine, debent carere effectu, *vt l.à nullo. & ibi not. Cod.de feriis*, hæc ſunt, quæ breuiter per Mannbienſes adduci poſſe videntur contra Anxitranos.

Sed eis non obſtan. teneo contrarium eſſe de iure verius, & ſi quiſpiam doctus ad cuncta, quæ ad hanc cauſam faciunt, reſpicere voluerit, hoc facile etiam dixerit. Et pro eius declaratione principaliter examinandum eſt, ſi dicta ſentenria dictorum arbitrorum ſimul lata valuerit, & an pet Mannbienſes poſſit dici nulla? circa quod non eſt nec ſit dubium.

dubium, quod dicti quinque arbitri non fuerint e-
lecti iuridice, & tulerint ſuam ſententiam ſiue arbi-
tramentum intra tempus compromiſſi, ſolumque
in dubium vertitur ſi ſeruauerint formam iuris &
compromiſſi in procedendo & pronuntiando. Et
dico quod ſic, adeo quod eorum ſententia valuit
nec eſt nulla, & pro huius declaratione tria ſunt vi-
denda.

Primum eſt an dicti arbitri ſeruauerint formam
compromiſſi & iuris communis.

Secundum, poſito quod non ſeruaſſent formam
iuris, an illa ſententia ſit nulla.

Tertium, an poſſit per Manubienſes dici nulla,
de primo dico breuiter, quod ſeruauerunt formam
compromiſſi. Nam licet arbitri & arbitratores non
iurauerunt, prout dicitur in compromiſſo, tamen
propter hoc nõ dicuntur non obſeruaſſe compro-
miſſum, quoniam partes remiſerunt tempore fe-
rendæ ſententiæ eis dictum iuramentum, vt mihi
affirmatur in facto, eius enim eſt tollere, cuius eſt
concedere, vt eius eſt nolle, qui poteſt velle, *vt in l.e-
ius eſt nolle, ff. de reg. iur.* Et nihil tam naturale eſt quam
eo vinculo vnumquodq; diſſolui, quo ligatum eſt.
5 † Et ideo nudi conſenſus obligatio contrario con-
ſenſu tollitur, *vt l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur.* ſed
dicta obligatio de iuramento proceſſit in conſenſu
partium, ergo ex contrario eorum conſenſu potuit
diſſolui. Nec poteſt dici, obligatio de iuramento
fuit contracta in ſcriptis, ergo in ſcriptis debebat
tolli, *per d.l. nihil tam naturale, & per l. generaliter, C. de
non nu. pecun.* quia dico quod licet de compromiſſo
& iuramento præſtando arbitris fuerit facta ſcri-
ptura, tamen propter hoc non dicitur eſſe in ſcri-
ptis, ex quo non eſt de enumeratis in gl. *in c. 1. de cenſi.
lib. 6.* & ideo reputatur actus ſine ſcriptis, vt not. *in l.
contractus, C. de fide inſtrument.* & per conſequens tol-
li potuit ſolo conſenſu contrario, cum ergo illa
iuramenti obligatio fuerit ſublata ex dicto com-
6 promiſſo, perinde eſt ac ſi nõ fuiſſet appoſita, † quia
paria ſunt non eſſe vel ſublatum penitus fuiſſe, *vt l.
qui res, §. aream, ff. de ſolutio.* Ex quo concluditur, quod
propter omiſſionem iuramenti non dicitur omiſ-
ſa, vel non ſeruata forma compromiſſi, nec etiam
poteſt allegari quod non fuerit obſeruata forma
compromiſſi, ex eo quod dicitur dictos duos arbi-
tros electos per Anxitranos non iudicaſſe ſecun-
dum eorum conſcientias, ſicut volebat compro-
miſſum, ſed ſecundum conſcientiam quinti: quia
dico quod primi dixerunt opinionem eorum poſt-
ea intelligentes pronuntiationem ſententiæ factæ
per quintum conuenerunt in illam ſententiam pro
eorum conſcientiis pro bono pacis & concordiæ,
vt in d. ſententia dicitur. Nam propter bonum pacis &
concordiæ quandoq; licitum eſt à iure recedere, *vt
eſt tex. in c. hu qua, in fin. & ibi not. D. Ant. de But. extra de
ma. & obe. facit l. æquiſſimum, cum ibi not. ff. de vſufr.* & di-
cunt iudicaſſe potius cum tertio, & cum eo conue-
niſſe, vt dicitur in eadem ſententia quinti, ſubſcri-
pta eti[illegible] per eos, per quam ſubſcriptionem videa-
tur in ea ſententia conuenire, *vt l. ſi fideiuſſor. §. pater. ff.
de pig.* & propter appoſitionem ſuorum ſigillorum
pendentium, *vt l. 2. & ibi Bart. & Doctor. C. de re. alien.
non alien. & not. Bart. in l. qua dotis. in vlt. q. ff. ſol. matr.* ac
etiam quia id expreſſe dicunt in ſuis ſubſcriptioni-
bus & fuit etiam ſeruatum in alio, dum dicitur in
compromiſſo, quod maior pars debeat conueni-
re, quia ex dicta ſententia apparet manifeſte, quod
illi tres conuenerunt in eandem ſententiam, & ſic
ceſſat iſta diſpoſitio, *dict. l. diem proferre, § ſi plures, ff. de
arbit. & cap. 1. eodem titul. in 6.* & licet dicatur, quod
mutare illi non potuerunt ſententiam ſuam, ta-
men dico quod illa non fuit mutatio ſententiæ, vt
infra proxime dicam. Item fuit etiam ſeruata for-
ma iuris communis in pronuntiando, nec dicun-
tur iudicaſſe ſeparatim, ſed ſimul, quia vt mihi aſ-
ſeritur in facto, omnes quinque ſucceſſiue iudica-
uerunt eodem contextu antequam peruenirent ad
aliquem alium actum extraneum, *vt l. 1. §. 1. ff. de ver-
7 bor. obligat. & l. continuus, in princip. eodem titul.* † ſic-
ut dicimus teſtes ſimul vidiſſe aliquem, quando ſuc-
ceſſiue vnus poſt alium viderunt per vnum fora-
men, *vt eſt gloſſ. notabilis. 3. quæſt. 9. in c. nihilominus, in
verbo ſimul.* nec reperio de iure prohibitum, quod
ſi ſunt plures arbitri, non poſſint ſimul omnes, vi-
delicet quilibet eorum de per ſe iudicare. Item, eſt
etiam ſeruata forma iuris in alio, quia non dicun-
tur illi duo arbitri electi per Anxitranos mutaſſe
ſententiam ſuam, quia prima fuit declaratio ſua-
rum opinionum non animo litem diffiniendi, vt
in ea dicitur, quod etiam patet, quia dixerunt in eo-
dem contextu verborum & ſcripturæ, quod remit-
tebant hoc conſcientiæ quinti, ſi in plus vel mi-
nus iudicaret pro bono pacis & concordiæ, nec fa-
cio differentiam an illa verba ſint appoſita poſt ver-
bum declaramus, an autem volumus ſicut voluit
8 Barto. *in l. iudex poſtquam, ff. de re iudic.* † quia ex quo
eſt in eadem ſcriptura non eſſe penes vel poſt ex
quo ſimul completur in legendo, *vt not. Bartol. in l.
quidam conſulebant, eodem titul. ex Ioan. de Imol. in dicta
l. iudex poſtquam, & habetur in l. contractus, C. de fide in-
ſtrumen.* ad hoc dico quod mutare potuiſſent, quia
ſi illa ſententia non valuit tanquam ipſo iure nul-
la, dico quod iterum potuerunt arbitrari, vt ſingu-
lariter videtur velle Innocent. *in cap. in literis, extra
de officio delega. quem ſequitur Bald. in l. fin. in 4. quæſt. C.
de contrahen. empt.* & per hoc vidi de facto conſul-
tum per quendam non paruæ auctoritatis iuriſcon-
ſultum, quod cum eſſet compromiſſum in vnum
ex fratribus prædicatoribus de arbitrãdo pro quan-
to pretio certa petia terræ deberet vendi, & ipſe
arbitratus fuerit ſine conſenſu ſui ſuperioris, lau-
dum fuerit nullum, conſuluit quod iterum poſſet
arbitrari cum conſenſu ſui ſuperioris, ſed ſi dicta
ſententia valuit, adhuc dico idem quod potuerunt
iterum arbitrari per iſtam rationem. Nam ſi eſſet
expreſſe dictum in compromiſſo, quod poſſent cor-
rigere, haberent poteſtatem corrigendi & mutan-
di, *vt l. non diſtinguemus, §. de officio, ff. de arbitris,* quia
ſicut de iure communi poteſt iudicibus concedi,
*vt l. prima, Cod. de ſentent. præfect. prætorij. & in l. ab exe-
cutore, ff. de appell.* ita poteſt etiam concedi arbitro,
& arbitratori, *vt not. dicit Barto. in l. quid tamen in prin-
cip. ff. de arbitr.* & dicit quod ita conſuluit, *in ciuitate
Spoleti. & ita tenet etiam Ioan. Andr. in addit. Specul. in
titul.*

tita. de arbitro. §. fina. in vlt. col. in principio in additione qua incipit Guliel. in l. qualem. & ideo cum partes in
compromiſſo dederunt poteſtatem procedendi
& iudicandi de facto tantum, nulla iuris ſolemnita-
te ſeruata, & non obſtantibus legibus ciuilibus &
canonicis, quibus expreſſe renunciauerunt, quod
apparet quod voluerunt etiam renuntiare legi di-
centi, quod nõ poſſit arbiter ſuam ſententiam mu-
tare, per ea quæ dicam infra, in ſecundo caſu prin-
cipali. Item, non poteſt dici quod non ſit ſeruata
forma iuris ex eo, quod tempore latæ ſententiæ per
illos tres vnus arbiter de quinque receſſerat, nec
fuit præſens, quod videtur requiri *per l. ſi in tres. ff. de*
9 *arbitr. vt ſupra dixi pro alia parte* † quia dico quod il-
la regula, quæ eſt, quod omnes arbitri debent eſſe
præſentes & ſi feratur ſententia vno abſente non
valet, non habet locum de iure canonico, *vt in capit.
fin. de arbitris. in 6.* nec etiam de iure ciuili, quando
actum eſt quod ſtetur maiori parti, *vt not. Bald. in d.
l. ſicuti in fin. ff. de arbit. & in l. non diſtinguimus. §. cum in
plures. ff. eod. titul.* vbi dicit, quod ſi ex forma pacti eſt,
quod ſtetur dicto maioris partis, tunc non eſt ne-
ceſſe quod minor pars citetur, vel ſit præſens, ſecus
ſi hoc ſit ex forma iuris, non ex forma pacti, & ita
loquitur *dicta l. ſicuti.* ratio differentiæ eſt ſecundum
Bald. *in dicto §. cum in plures.* quia pactum debet ali-
quid operari. *l. ſi quando. de lega. 1. cum ſimilibus.* & ra-
tio eſt, quam cum in caſu noſtro ſit per pactum cõ-
uentum in compromiſſo, quod ſtetur dicto maio-
ris partis arbitrorum, licet vnus noluerit eſſe præ-
ſens ſententiæ aliorum trium qui tamen ipſe etiam
pronuntiauerat, nihilominus ſententia per hoc
non poteſt dici nulla, quia illa cautela, vt vnus ar-
biter ſit abſens, non valet quando maior pars eſt
præſens & ſententiat, & in compromiſſo eſt actum
quod ſtetur maiori parti, dixi. Item valuit etiam &
valet dicta ſententia, licet duo ex dictis arbitris mo-
tum animi ſui prius dixerint. Nam quamuis con-
ſtantis animi iudicis ſit non detegi animum ſuum,
vt dicitur in l. obſeruandum. ff. de offic. quæſit. tamen
non per hoc reperitur quod ſententia ſit nulla, li-
cet poſſet allegari pro ſuſpecto, *vt dixi ſupra.* Item
illa non procederet in arbitratoribus, ſicut erant
illi duo qui poſſunt detegere motum animi cauſa
componendi & concordandi, ſicut ipſi facere ſe
dicebant, non enim reperitur lex prohibens hoc
in arbitratoribus, imo vidi ſæpiſſime arbitratores
detegere animum ſuum, vnde minime mutanda
ſunt quæ longam interpretationem habuerunt,
vt l. minime. ff. de legibus. Præterea etiam ſi eſſet pro-
hibitum, dico quod ipſi non detexerunt finalem
animum ſuum, vt patet ex ſententia, & per hoc
ceſſat iſta dubitatio. Item nec poteſt impugnari di-
cta ſententia ex eo quod dicitur quod alii duo non
iudicauerunt cum quinto, ſed tantum ratificaue-
runt quod non poſſunt per notat. *in capit. cum ab v-
no. de re iudic. libro ſexto.* quia dico quod imo iudica-
uerunt ſimul ante, & poſt, ante apparet per eo-
rum proteſtationem in declaratione ſuæ opinionis
factam ſimul & pariter, quia quintus dicit quod a-
lii duo in eius opinione proueniunt: poſt, quia ſe
ſubſcripſerunt dicentes, quod conueniunt in illa
ſententia & conſentiunt. *facit ad hoc l. prima. §. cum
adiicit.* ibi, *niſi ſtipulari, ff. de verbor. obligat.* & pro hoc
allego quod ſimpliciter dixit Angel. *in l. ſi ita ſtipu-
latus. §. Chryſogonus. eodem. titulo*, vbi dicit notanter,
10 † quod ſubſcribens, virtualiter ſcribit omnia præ-
cedentia, quorum habuit notitiam. Vnde ſi ſta-
tutum dicit, quod ſcriptura facta manu propria
debitoris executioni mandatur ad voluntatem cre-
ditoris, ſi ſcripta eſt manu tertii & ſubſcripta ma-
nu debitoris aſſerentis omnia ſubſcripta confirma-
re, ſatis eſt, quoniam virtualiter ſcribit qui ſcribit
per zyphetas conſuetas. Item & apponendo ſigilla,
per quæ omnia apparet, quod ante & poſt fuerunt
in illa ſententia concordes, & dederunt licentiam
pronuntiandi quinto pro ipſis, vt apparet in decla-
ratione ſuæ opinionis. Et ideo valet ſententia lata
etiam per quintum ſolum, *vt notat. gloſſ. in l. ſicuti. ff.
de arbitr. & eſt caſus in capit. cum ab vno. de re iudicat. li-
bro ſexto.* Et licet quintus loquatur in ſingulari nu-
mero *contra d. c. cum ab vno.* tamen credo quod va-
leat, maxime in foro ciuili, & etiam canonico in ca-
ſu noſtro ex quo alii ſe ſubſcripſerũt in eodem mo-
mento, quæ ſubſcriptio eſt loco ſententiæ per præ-
dicta ita puto limitandum *d. c.*

Vltimo etiam eſt dicendum, quod dicta ſenten-
tia non poteſt dici nulla, licet non ſit executa, quia
poterit exequi iuxta notat. *in l. à diuo Pio. in principio.
& §. primo. ff. de re iud.* neque conqueri poſſunt Ma-
nubienſes, ſi illi duo arbitri interrogarunt Anxitra-
nos ſi volebant conſentire ſententiæ quinti, quia ei
adhærerent, cum ex hoc non patiantur damnum, i-
mo lucrum, ex quo illi duo arbitri volebant adiudi-
care plus quam fecerit ille quintus, vt apparet ex
declaratione eorum opinionis. Et ex his conclu-
do ad primum, videlicet quod in dicta ſentẽtia fuit
ſeruata forma compromiſſi & iuris communis, &
11 conſequens fuit valida. † De ſecundo autem, vi-
delicet poſito quod non fuiſſet ſeruata forma iuris
communis, an illa ſententia ſit nulla, an vero poſſit
dici quod adhuc valeat, & videtur quod non valeat
ipſo iure, per ea quæ dixi ſupra pro alia parte, ta-
men contrarium eſt verius, videlicet quod ſenten-
tia valet, & tenet, nec eſt ipſo iure nulla. Et pro
12 huius declaratione ſciendum eſt, † quod omnes
ſolemnitates quæ ſunt inuentę de iure ciuili vel ca-
nonico in procedendo & ſententiando per arbi-
tros vel arbitratores, puta quod debeant omnes &
ſimul iudicare, nec prius ſuam opinionem detege-
re, & quod non poſſint mutare vel corrigere ſen-
tentiam ſuam, etiam durante tempore compro-
miſſi, & ſimilia non ſunt de iure naturali, nec de
neceſſitate obſeruanda per eos qui procederent &
ſententiarẽt inſpecto tamen iure naturali ſeu gen-
tium, quo iure iſtæ ſolẽnitates non erant adhuc in-
uentæ, *vt l. prouinciarum præſides. C. de feriis. & notat
Bart. in l. 1. ff. de teſtam. milit. & in l. filius famil. ff. de
donatio.* hoc præmiſſo nunc euidenter oſtenditur,
quod dicti arbitri & arbitratores non teneban-
tur cognoſcere nec pronuntiare ſecundum iura ci-
uilia vel canonica, & eius ſolemnitates obſeruare,
ſed ſolum ſecundum ius naturale, & ſic ſi non ob-
ſeruauerunt formam iuris ciuilis vel canonici, pro-

pter

pter hoc ſententia non poteſt dici quod ſit nulla, quod ſic probatur. Et primo, nam compromiſſum fuit factum in illos quinque arbitros tanquam in arbitros & arbitratores & amicabiles compoſitores de iure & de facto, & de iure tantum, & de facto tantum, quæ verba maxime de facto tantum, important quod manu regia procedatur, & cognoſcatur non ſeruata aliqua iuris ciuilis vel canonici ſolemnitate, *vt l. 2. §. ex actu deinde regibus, ff. de orig. iur.* Item important, quod poſſit procedi ſine cauſæ cognitione & ſententiæ prolatione, *argument. gloſſ. not. in l. ictus fuſtium. in gl. magna, in principio*, ibi, *ſine cauſa cognitione & ſententia prolatione, ff. de his qui not. infa.* & verbum, de facto, ſignificat hoc etiam, vt non attendatur rigor iuris etiam ſi repugnet. *vt l. verum, ff. ex facto*, & ibi eſt gloſſ. notabilis in verbo reducere, *in principio. ff. de mino.* Ex quo ſequitur, quod licet in ſententia non fuerit ſeruatus ordo iuris, tamen valer de facto, quia de facto proceſſit, & procedere potuit, *vt notat eleganter Bart. in quodam ſuo conſ. 173.* quod incip. Punctus quæſtionis vertentis inter Agnetẽ, &c. ex altera, &c. ergo per hoc apparet, quod dicti arbitri non tenebantur ſententiare ſecundum formam & ſolemnitatem iuris ciuilis vel canonici, ſed tantum naturalis.

Secundo hoc etiam probatur, quia partes in eodem compromiſſo dederunt poteſtatem prædictis arbitris & arbitratoribus procedendi ſeruata iuris ſolemnitate, vel non ſeruata, prout melius & conuenientius ipſis arbitris videbitur, & ſic dederunt poteſtatem non ſeruandi ſolemnitatem iuris, ſi eis videbatur. Et ſic videtur eſſe data poteſtas procedendi inſpecto ſolum iure naturali, non ciuili, *vt not. Barto. in l. 1. ff. de teſtament. militũ, & in l. filiusfa. ff. de donat. vt ſupra dixi.* Et ſic dederunt poteſtatem non ſeruandi ſolemnitatem iuris, ſi eis videbitur, ſed ſolum iuris naturalis, ſed eis viſum eſt conuenientius pro bono pacis & concordiæ iudicare, ſicut iudicauerunt non ſequendo apicem iuris ciuilis, ſed iuris naturalis, quod non repugnat quod de illo iure naturali illæ ſolemnitates non erant introductæ, vt dixi, ergo eorum ſententia valuit.

Tertio hoc probatur apertius, nam dictæ partes etiam in dicto compromiſſo expreſſe renuntiauerunt omnibus exceptionibus, legibus tam canonicis, quam ciuilibus, & ſtatutis, & priuilegiis, & contrariis, cum clauſula non obſtante, per quæ verba videtur eſſe renunciatum omnibus ſolemnitatibus iuris ciuilis & canonici, quæ poſſint opponi eorum ſententiæ & eam impedire, & renuntiatio valet maxime, cum tractetur de remittenda ſolemnitate iuris, & de præiudicio tantum renuntiarum per cle. ſæpe, cum ibi not. de verborum ſignificationibus, & iuxta nota. *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtili. public. & per Barto. in extra, ad reprimendum, in verbo non obſtante, & in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. & plene per Ioannem Andream, in capitulo primo, de exceſ. præla. in 6. in nouella & per Antoninum de Butrio, & Doctores in capitulo primo extra de reſcriptis.*

13 *Et, ideo dicit Arch. in capitulo cum ab vno, in principio de re iudic. libr. 6.* † quod omnia in compromiſſo procedunt ſecundum conuentionem litigatorum, *vt l. non diſtinguemus, §. de officio. ff. de arbitris, facit l. 1. §. vnde quæritur. ff. de noui operis nuntiatione.*

De tertio dubio, an dicta ſententia poſſit per Manubienſes, dici nulla, & videtur quod ſic: quia ſiue ſententia ſit aliqua, ſiue nulla, regulariter poteſt dici nulla, iuxta not. *in l. ſi expreſſum. ff. de appellat.* & in proceſſu cauſæ examinabitur ſi eſt nulla, *vt ibi not.* ſed contrarium teneo & moueor, quia in compromiſſo partes promiſerunt non opponere de nullitate ſententiæ, nec allegare quæ renuntiatio tenet, *vt probatur in text. coniuncta gloſſ. notabili in cle.*

14 *prima, in fine. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct.* vbi vult, † quod quando renuntiatur nullitati, intelligitur excluſa omnis nullitas excepta illa nullitate per quam negatur iuriſdictio competere, dummodo ſit ſeruata forma compromiſſi, ſicut eſt in caſu noſtro, quia ſi non eſſet ſeruata, tenerem quod iſta nullitas etiam poſſet opponi non obſtante illa renuntiatione, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur quod compromiſſum contineret in ſe repugnantiam contra, *l. vbi repugnantia, ff. de regulis iuris*, & partes videntur velle ſe corrigere primo dando formam compromiſſo, poſtea dicendo quod illa non deberet obſeruari, & pro hoc allego quod not. Bart. *in l. prima, §. ſecunde. ff. quod vi aut clam.* Et ideo cum in caſu noſtro non poſſet allegari defectus iuriſdictionis in iudicibus, hoc eſt in dictis tribus arbitratoribus, nec defectus omiſſionis formæ compromiſſi, vt patet ex prædictis, ſequitur quod de nullitate agi non poteſt ſtante dicta renuntiatione nullitatis, ac etiam quia dictæ partes promiſerunt contradicere vel venire de iure vel de facto, & ſic etiam ſi de iure poſſent contrauenire, non poſſent ſtante etiam dicta alia promiſſione ſuper ſecundo dubio principali an dicta ſententia poſſit ſaltem per Manubienſes dici iniqua & peti eam reduci ad arbitrium boni viri, & in iſto puncto multa ſcripta reperiuntur per Doctores, *in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio, & in l. cum antea. C. de arbitris, & in cap. Quintauallis, extra de iureiuran.* & in aliis locis ego breuiter tangam veritatem, aut allegatur dolus expreſſus arbitrorum, & tunc ex iſto capite poteſt peti reduction,

15 ratio † quia in generali remiſſione & renuntiatione non videtur excludi dolus, quin poſſit allegari, alias arbitri inuitarentur ad delinquendum, quod non eſt dicendum, *vt l. ſi vnus. § illud. ff. de pactis, & l. conuenire. ff. de pactis dota. cum ſimilib.* aut allegatur dolus præſumptus, qui præſumitur & maxima læſione, *vt l. omnes. §. Lucius, ff. de his qui in fraud. credit.* & idem, quia etiam talis dolus remitti non poteſt eadem ratione, ne quis inuitetur ad delinquendum *vt not. Bart. in dicto §. arbitrorum, & in l. fina. ad fin. ff. de præto. ſtipu. & Bal. in cap. 1. §. item ſacramenta, in 3. colum. in fin. de pace iura. firman. & Anton. de Butrio in cap. cum contingat. in 6. col. de iureiur. & in cap. veniens, in fin. eodem titulo.* aut allegatur læſio non in maxima quantitate, & eſt compromiſſum vt partes non poſſint petere reductionem ad arbitrium boni viri, etiam ſi eſſet læſio in maxima quantitate, vt fuit in caſu noſtro ad hoc vt illa verba aliquid operentur, intelligo vt non ſufficiat læſio in ſexta, aut in tertia parte,

6

Parte, *iuxta l. vnde ſi Nerua, ff. pro ſocio.* & iſto caſu non poſſet peti reductio ad arbitrium boni viri, quia in executione ſententiæ illi de Anxitro in continenti reſtituerunt certa animalia illis de Manubio, qui vt mihi in facto aſſeritur, acceptauerunt ea ſimpliciter nulla facta proteſtatione de iure petendi reductionem ad arbitrium boni viri. Et ex hoc dico, quod ipſi videntur tacite approbaſſe ſententiam, *argumento l. ad ſolutionem, C. de re iudic.* Et intelligo illam legem, ſiue fuerit appellatum, vel petita reductio, ſiue non, *vt notat ibi gloſſ. licet Innocent.* intellexerit, quando appellatum eſſet, aliàs ſecus, *in cap. quod ad conſultationem, extra de re iudic.* ſed opinio gl. verior eſt, quod non eſt dare bonam rationem differentiæ, *vt dicit etiam Dominus Paulus de Caſtr. in dicta l. ad ſolutionem.* Et ideo licet dicti Manubienſes non reclamaſſent, nec petiiſſent reductionem ad arbitrium boni viri, tamen receptando illa animalia pro executione ſententiæ data ſine proteſtatione iuris ſui, videntur tacite eam laudaſſe; debebant enim proteſtari de iure, ſi ſaluum eſſe volebant, ſicut docet gloſſ. *in l. ſi debitor, §. primo, ff. quibus modis vel pign. vel hypot. ſoluitur, & in l. ſed & ſi quid, §. fin. ff. de vſufruct. & in l. idem Labeo, §. primo, ff. famil. erciſc. & alia gloſſ. ſimilis in l. in hac, ff. de triticaria, & in dictis iuribus not. per Doctor.* & ſic videntur approbaſſe tacite dictam ſententiam arbitralem, ſi erat & eſt valida, ſicut eſt, prout ſupra concluſum eſt. Sed ſi eſſet inualida, videtur eſſe approbata in vim taciti pacti, *vt l. 2. C. communia vtriuſque iudicij, & notatur in l. ſi diuerſa, C. de tranſact.*

Et ita, vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo ego Bartholomæus Cæpolla de Verona.

CONSIL. XXXI.

SVMMARIA.

1 *Feudum an poſſit alienari cum conſenſu domini in præiudicium, poſtea naſcituri ſucceſſoris.*
2 *Feudum qualiter probetur antiquum.*
3 *Feudum antiquum ſeu paternum quod dicatur, & qualiter probetur.*
4 *Feudum nouum dicitur, quod de nouo quæſitum eſt.*
5 *Feudum paternum non dicitur, niſi ante eos, quorum principium connexum eſt in vno ſtipite.*
6 *Res vna & eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*
7 *Infeudare de nouo illicitum eſt, & à iure vetitum, antiquum vero feudum reinfeudare permiſſum.*
8 *Publica vox & fama qualiter probetur.*
9 *Teſtimonium de auditu an probet.*
10 *Pater alienando feudum nouum an præiudicet filijs aut deſcendentibus.*
11 *Feudum paternum an poſſit alienari.*
Pater an poſſit delinquendo præiudicare filijs in feudo nouo per ipſum acquiſito.
12 *Recipiens inueſtituram feudalem pro ſe & hæredibus ſuis, pro quibus hæredibus intelligatur recepiſſe.*
13 *Filium vaſalli adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarij poſſe retinere feudum liberum, qualiter ſit intelligendum.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Super cauſa & lite agitata inter Franciſcũ, quondam Franciſci quondam Benedicti de Impetro agentem, & petentem decimam ſeu fundum decimale de Impetro & de Oltris, & Chriſtophorum & Bartholomæum, & fratres contra Set Nicolaum de Ianis de Trimetro
1 conuentos. † Viſo proceſſu & atteſtationibus teſtium, quia principalis dubitatio oritur, videlicet, ſi prædictus Benedictus potuit alienare dictum feudum decimale conſentiente Domino feudi in præiudicium dicti Set Franciſci nepotis ſui, qui poſt alienationem natus & conceptus fuit, pro cuius dubitationis declaratione examinanda eſt alia quæ-
2 ſtio, † an ſcilicet dictum feudum fuerit nouum in perſona dicti Benedicti, an vero antiquum, & quod fuerit antiquum, videtur hoc probari primo per inſtrumentum inueſtituræ factum in perſonam Nicolai patrui dicti Benedicti de anno 1337. in qua dicitur, *quod inueſtiuit dictus Nicolaus de dicta decima eo iure quo Delauantius pater ſuus, & progenitores ſui antiquitus habuerunt, & tenuerunt ab Eccleſia Aquileienſi*, per quæ verba apparet quod auus dicti Benedicti, & patruus ſuus, & ſui progenitores fuerunt de dicto feudo inueſtiti, ergo videtur quod ſit an-
3 tiquum, † quia feudum antiquum paternum dicitur illud quod fuit eius parentis qui fuit genitor illius agnationis communis, *vt eſt textus melior de iure in cap. 1. in titu. de gradi. ſucceſſ. in feud. & ibi hoc not. Iacobus de Bel. & Bald. & Doctores, & eſt text. cum gloſſ. in verbo paternum. in cap. 1. in titulo. de natura ſucceſſ. feudi. & not. Bald. in capit. 1. §. hoc quoque. in titulo de ſucceſſ. feud. & notat Bald. in præludiis feudorum in tertia diuiſione feudorum. in principio.* illa enim verba inueſtituræ videntur hoc probare, licet ſint enunciatiua, ex quo videntur eſſe prolata principaliter propter ſe, & inter contrahentes, *per legem optimam. cum ibi not. C. de contrahen. & commit. ſtipu. & per nota. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. & in l. ex his verbis. C. de teſtamen. militu. cum ſimilibus.* & in caſu quo non probarent dictum feudum fuiſſe antiquum, & in veritate eſſet nouum in perſona dicti Benedicti, tamen videtur quod propter dicta verba aſſumat qualitatem feudi paterni, *argument. l. quicunque defectum. C. de omni agro deſerto. libro 12. vt not. eleganter Bald. in capitu. primo. in titulo de alienat. feud. paterni.* vbi dicit, quod ſi rex concedit mihi caſtrum nomine & iure antiqui feudi poſſidenti, licet ſit feudum nouum, tamen aſſumit qualitatem feudi paterni, *per dictam leg. quicunque. facit pro hoc optime cap. primum ad finem.* ibi, *propter tenorem inueſtituræ, in titulo de duobus fratrib. à capit. inueſtit.*

Secundo, quod ſit feudum antiquum, videtur probari per aliam inueſtituram factam in perſonam dicti Benedicti per Vicarium Reuerendiſſimi Domini Antonij Patriarchæ, in qua dicitur, quod pater ſuus ipſius Benedicti & patruus non fuerunt inueſtiti ab alio Patriarcha, quia non petierunt inueſtituram & excuſauerunt ſe quod fuerunt in infirmitate grauati, propter quod non potuerunt petere inueſtituram, & fidem fecerunt de dicta proteſtatione

ſtatione facta de anno 1383. ſicut in eodem inueſtituræ inſtrumento dicitur, *iuxta not. in auth. ſi quis in aliquo documento*, quæ poteſtatio declarat quod erat feudum antiquum, *per c. primum in tit. quo tempore miles inueſtituram petere debeat.* Item in eodem inſtrumento inueſtituræ dicitur, quod inueſtiuit dictus Dominus Vicarius præfatum Benedictum de feudis eorum antiquis infraſcriptis, & infra nominatur dictum feudum decimæ: & ſic videtur illod inſtrumentum aperto ore dicere, quod iſtud feudum ſit antiquum.

Tertio videtur probari per illud inſtrumentum inueſtituræ factæ in perſona eiuſdem Benedicti per dictum Reuerendiſſimum Dominom Antonium Patriarcham de 1402. Nos attendentes promptam fidelitatem qooniam dictus Benedictus & progenitores ſui præceſſoribus noſtris & Eccleſiæ noſtræ Aquileienſi haboerunt, eundem Benedictum inueſtiuimus, &c.

Quarto per aliud inſtrumẽtum inueſtituræ confectum de 1413. in qoo apparet quod Lodouicus Dux & Patriarcha inueſtiuit dictum Benedictum de dicto feudo, eo iure quo ipſe Benedictus & progenitores & illi de domo ſua ab Eccleſia Aquileienſi tenuerunt & poſſederunt.

Quinto etiam extar aliud inſtrumentum inueſtituræ confectum de 1421. per Dominum Robertum locum Maurocenum tenentem Patriæ Foriiulii in perſooam dicti Benedicti, & ſecundum tenorem aliarum inoeſtiturarum, quæ omnia inſtrumenta videntur probare, quod ſit feudum antiquom, vel in caſu quo eſſet vere nouum habet naturam antiqui per ea quæ dicta ſunt ſupra.

Sexto & vltimo extant duo teſtes examinati pro parte dicti Franciſci, videlicet Daniel Rotarius de Succeleno, & Valentinus filius quondam Ioannis Iacometi de Linucis, qui deponont qood audiuerunt dici, quod nobiles de Monta & de Feltrono iam fuerunt conſortes & antiquitus poſſederunt ſimul plura feuda ab Eccleſia Aqoileienſi, & maxime dictam decimam de Impetro, qui teſtes videntur probare, licet de auditu deponant, ex qoo deponunt de facto antiquo, *per l. ſi arbiter, cum gl. ff. de probatio. & not. Archid. 22. quæſt. 5. cap. hoc videtur.* Sed in contrarium puto eſſe veritatem, videlicet quod imo dictum feudum fuit nouom, & non antiquum in perſooa dicti Benedicti aui paterni dicti Franci-
4 ſci, quod ſic probatur. † Nouum feudum dicitur, quod de nooo quæritur, *vt eſt text. in cap. 1. & ibi Bald. & Doctor. in tit.* quod teſtes ſint neceſſarii ad probandum oouam inueſtituram, ſed dictus Benedictus quando fuit inueſtitus primo de dicta decima, tunc de nouo incepit acquirere dictum feodum, ergo eſt feudum nouum, non antiquum: quia non apparet quod pater ſuus vel ſui progenitores nunquam fueriot inueſtiti, & per conſequens non ſit facti, non præſumitur, niſi factum probetur, *vt l. quæcunque, ff. de public.*

Secundo hoc probatur per inoeſtituram factam de 1337. productam per dictum Franciſcum, in qua quidem inueſtitura facta de dicta decima fuit ſolus inueſtitus dictus Nicolaus pro ſe & hæredibus ſuis, quæ verba io materia feudali intelliguntur, id eſt, filiis maſculis, *vt eſt text. in cap. ſi inter duos, §. fin. in tit. de lege. Corad. & in cap. 1. §. & ſi clientulus, in titul. de alienan. feud. & not. per gloſſ. & Doctor. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebellian.* & ideo cum dictus Nicolaus fuerit inueſtitus de dicta decima pro ſe & filiis ſuis maſculis & mortuus ſit ſine deſcẽdentibus illa inueſtitura finita, & feudum non rediit ad fratrem vaſalli, *vt in cap. 1. §. cum vero Coradus.* verſicul. ſi autem vnus ex fratribus, *in tit. de his qui feudum date poſſunt*, ſed rediit ad Dominum propter generationem finitam, *argum. cap. primi in tit. de duob. frat. à cap. inueſtit.* à contrario ſenſu, quia limitata diſpoſitiu limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. do. cum ſim.* dicendum eſt, quod poſtea quando Patriarcha inueſtit Benedictum de dicto feudo, dicitur inoeſtire de feudo nouo, quia nouiter acquirit, & quia noo habet per viam ſucceſſionis, & inueſtituræ factæ progenitoribus, ſed propter nouam inueſtituram factam per Patriarcham, qui ſi non inueſtiuiſſet dictum Benedictum, non fuiſſet admiſſus de iure ad dictum feudum decimale, ex quo erat deuolutum ad ſedem Patriarchalem propter defectum liberorum ipſius Nicolai prius inueſtiri, vt dictum eſt, & prædicta procedunt, ſcilicet quod ſit feudum nouum in perſona Benedicti, licet fuiſſet antiquum reſpectu Nicolai, quia ſecundum Bald. *in cap. 1. §. hac quoque verſ. & not. pro intellectu vocabuli, in fin. de ſucceſſ. feud.* poteſt dici aliquod feudum eſſe paternum vel antiquum quo ad aliquos, & nouum qno ad alios: verbi gratia, fuerunt olim in rerum natura duo fratres Marcus & Anton. qoi Ant. acquiſiuit feudum à quo Antonio profluxeruot multæ generatiooes, certũ eſt qoo ad eos feudum paternom, & ad generationes Marci eſt nooum, quia Marcus nunquam
5 fuit vaſallus, † vnde feudum paternum nunquam dicitur niſi ante eos quorum principium connexum eſt in vno ſtipite, & ideo cum non ſit probatum, quod dictus Nicolaus fuerit filius Delauantii aſſerti aui paterni Benedicti, poteſt eſſe quod quo ad ipſum fuerit feudum antiquum, quia ſui progenitores fuerunt inueſtiti, & quo ad Beoedictom ſit nouom per ſupradicta.

Tertio hoc etiam probatur, poſito quod dictus Nicolaus fuiſſet filius dicti Delauantii, quia non eſt probatum quod dictus Delauantius fuerit auus paternos dicti Beoedicti, *iuxta not. in l. filium, ff. de his qui ſui vel alie. iur.* Et ideo potoit eſſe feudum antiquum reſpectu Nicolai, & nooum reſpectu Benedicti, qui non proceſſit à dicto Delauantio, quod conſtat, *per dictum c. 1. de gradi. ſucceſſ. in feudum.*

Quarto, poſito etiam quod eſſet prolatum quod Nicolaus fuiſſet filius Delauantii, & Delauantius fuiſſet auus paternus dicti Benedicti, tamen dico quod dicta inueſtitura facta in perſona Nicolai nõ probat, quod dictum feudum fuerit antiquum, ſed potius illa verba inueſtituræ ibi dum dicitur, *eo iure quo prædictus Delauantius pater ſuus & ſui progenitores habuerunt ab Eccleſia Aquileienſi*, fuerunt prolata per errorem, quando ſi vere fuiſſet pater Delauantius patruus ſuus, & auus dicti Benedicti, nõ debuiſſet Patriarcha tunc inueſtire ſolom dictum Nico-

laum pro ſe & ſuis hæredibus ſed debuiſſet inueſtire Nicolaum pro ſe & dicto fratre ſuo ad quem fratrem debebatur ita feudum paternum ſicut ipſi Nicolao, *vt in cap.1.§.quia vidimus. in fin.* ibi, *vt ad omnes æqualiter perueniat, in titu. de his qui feud. da. poſſ. & capit. 1. in princip. in titu. de ſucceſ. feud. & in cap. 1. de eo qui ſibi & hære. ſuis. cum ſimil.* Cum ergo inueſtiuerit Patriarcha ſolum Nicolaum, oportet dicere, vel quod ipſe non erat frater patris dicti Benedicti, vel quod non fuerit feudum paternum, quia vt dixi ipſe ſolus fuit inueſtitutus, & ſic ſi fuit filius Delauancii aui paterni dicti Benedicti, oportet dicere quod non ſit verũ quod fuerit feudum paternum alias præſumeretur quod Patriarcha & Nicolaus deliquiſſent non faciendo inueſtituram in perſonam fratris ſui, quod in dubio non eſt præſumendum. *l. merito. ff. pro ſocio.* ſed potius eſt error *per notata in l. de ætate. §. fin. ff. de interrogatoriis actio. & in l. error, Cod. de iuris, & facti ignoran.*

Quinto, quod dictum feudum fuerit nouum in perſona dicti Benedicti, probatur alia ratione, quia in perſona dicti Nicolai, qui fuit prius inueſtitus, inueſtitura dicit pro ſe & hæredibus ſuis, in aliis veru quatuor inueſtituris factis in perſonam dicti Benedicti dicitur pro ſe & dictis de domo ſua, ipſorumque hæredibus, quæ formæ inueſtiendi ſunt diuiſæ, ſi enim vnum & idem feudum antiquum
6 ſcilicet fuiſſet, non fuiſſet mutata forma, † quia vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. *l. cum qui ædes. ff. de vſucap. & 12. quæſt. 2. capit. cognouimus. in fin. de decimis. capit. cum in tua. & de priuileg. capit. quia circa. in fin. facit pro hoc quod not. in auth. qui rem. ad fin. C. de ſacroſanctis Eccleſ.* vbi habetur, quod forma inueſtituræ non eſt alteranda, cum ergo ſit alterata & diuerſo modo facta in perſona Benedicti, debemus dicere quod non ſit idem feudum antiquum, ſed aliud feudum nouum, per prædicta, & per hoc patet quod inſtrumentum inueſtituræ factæ in perſona Nicolai non facit pro Franciſco, ſed potius contra eum, nec etiam obſtant alia inſtrumenta inueſtiturarum factarum in perſona Benedicti, quę videntur velle, quod progenitores dicti Benedicti fuerant alias inueſtiti de dicto feudo decimali, & ipſum tenuerunt & poſſederunt, vel quaſi, quia illa verba enuntiatiua non probãt, quod ſui progenitores fuerint inueſtiti, *vt ſingulariter not. Bald. in præludiis feudorum, in tertia diuiſione feudorum,* vbi dicit quaſi in terminis quæſtionis noſtræ, quod ſi Epiſcopus inueſtit aliquem in hunc modum: *Inueſtimus te tanquam de feudo veteri & antiquo ipſum feudum innouando, cognoſcens quod dictum feudum habuiſti & poſſediſti dicto iure feudi ab antiquo,* quod per hæc verba vel ſimilia non dicitur nec præſumitur eſſe feudum antiquũ, quod
7 ſic probat, † nam hoc communiter videtur teneri quod infeudare de nouo, illicitum eſt, & à iure prohibitum, ſed antiquum feudum reinfeudare, videtur conceſſum, *vt extra de feudis. cap. 2.* ſed hoc videtur regulare, & nunquam fallere, quia vbi ſubſiſtẽtia certa ſeu exiſtentia facit negotium licitum, qua deficiente negotium eſt illicitum, vel à iure improbatũ eſt, vel iuribus deficitur ibi verborum cautiones ſeu enuntiationes in inſtrumẽtis vel teſtamentis habitæ ſubſiſtentiam non docent, ſed magis ex talibus verbis circumuentio iuris præſumitur, niſi ſic eſſet, vt pronuntiatum eſt & probationes legitimas docentur, *vt ff. de probatio. l. qui teſtamentum, & ff. de leg. 3. l. cum quis, §. Titia, & de caſtren. pecul. l. ſi forte. C. de ſacr. ſan. Eccle. auth. hoc ius porrectum. Et idem in terminis tenuit Oldra. in dicta l. qui* teſtamentum, à quo puto Bald. verba prædicta ſcripſiſſe, licet de eo non *faciat mentionem. Nam dicit Oldr. in dicta l. qui teſtamentum. allegatur hæc l.* quodque per certos terminos iuris formam accipiunt per euentum ſuorum terminorum non commemoratiuis enũtiationibus ſubſtantiam capiunt, ex quo dicit quod terminata fuit quæſtio talis: Epiſcopus infeudauit dicendo, Inueſtio te de tali feudo antiquo, certe niſi hoc ꝓbetur quod ſit antiquum, non valebit inueſtitura, quia illa verba, quod ſit antiquum, videntur in fraudem iuris adiecta, quia niſi eſſet antiquum, Epiſcopus non poſſet de nouo infeudare, *vt extra de feudis, cap. ſecundo. Et idem ſequitur & tenet Alberi. de Roſa. in dicta l. qui teſtamentum. in fin. ff. de probatio. Et idem etiam tenet Iacobus de Aluar. ſequendo Baldum in l. prima. circa finem. in titulo de vaſallo decrep. ætat. Et ita tenent Doctores communiter.* Et ratio eſt in promptu, quia ſi aliter diceremus, ſcilicet quod illa verba probarent eſſe feudum antiquum, ſequeretur quod ſemper eſſet aperta via Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis faciendi ſeuda, dicendo quod inueſtiuerunt tanquam de feudo antiquo, & ſic iura quæ prohibent prælato infeudare de nouo, de quibus habetur *in capit. ſecundo. extra de feud. & in capit. cum apoſtolica. extra de his quæ fiunt à prælat.* eſſent fruſtratoria, & facile deludi poſſent, quod non eſt dicendum, *argument. eorum quæ habentur in capit. quamquam. in fin. extra de vſuris libro, 6. & capit. ſi ciuitas. de ſent. excom. eo. libro.* quia vt dixi fingi poſſet ſemper, quod feudum fuiſſet antiquum *contra l. cum hi. §. ſed cum hi. ibi, fingi, & c. ff. de tranſact.* & ſic illa iura, quæ prohibent feudum fieri de nouo, maxime de decima, eſſent impoſita verbis & non rebus, *contra l. 2. in fine. C. communia leg. & c. commiſſa. de electio, lib. 6.* Et ſi dicatur, quare ergo ſæpiſſime conſueuerunt illa verba apponi in inueſtituris feudorum, ſi inueſtiuit tanquam de ſeudo veteri vel antiquo vel iure recti legalis & antiqui feudi. Reſpondeo quod tribus de cauſis poſſunt illa verba apponi in inueſtituris, prima eſt, quando in veritate eſſet feudum antiquum, & hoc conſtaret per inueſtituras antiquas præcedentes, & tunc illa verba ponuntur vt denotetur quod nõ vult prælatus inueſtiens quod ſit feudum nouum, ſed antiquum, ſicut eſt in veritate, & ſic ſunt verba veritatis expreſſiua, & dubitationis tollendæ cauſa prolata. *vt l. quæ dubitationis cauſa, de regu. iuris, ff. Alia cauſa poteſt eſſe,* quod illa verba videtur appoſita per inueſtientem, vt appareat quod illud quod dabatur in feudum, conſuetum erat in feudum dari, & ſic erat tale quod in feudum per prælatum concedi poterat, *ſecundum not. in cap. 2. extra de feud.* Et hoc, quando vt dixi in veritate erat feudum antiquum, alias ſi eſſet feudũ nouum per prædicta. Tertia cauſa poteſt eſſe, quare illa verba in inueſtituris ponuntur, ſcil. ad finem vt feudũ extendatur &

vltra

vltra quartum gradum, per id quod nota. *per Bald. in*
cap. primo. §. hoc quoque. in titulo. de ſucceſ. feud. Iſtæ ſunt
tres rationes, quare dicta verba ſolent in inneſtitu-
ris feudorum apponi, non autem ad finem vt feu-
dum debeat cenſeri antiquum, ex quo reuera erat
nouum & nouiter per dictum Benedictum requi-
ſitum. Nec etiam obſtat illa aſſerta proteſtatio, quã
dicitur feciſſe Franciſcus pater dicti Benedicti ſiue
Nicolaus eius filius. quia illa proteſtatio nõ probat
quod ipſi fuerint inueſtiti de dicto feudo, quia ex
quo ille actus inueſtituræ dependet, nedum ab a-
nimo ſuo, ſed ex facto ſuo & alieno, quod non præ-
ſumitur niſi probetur, *l. quæcunque. ff. de publica. cum ſi-*
milibus. Nec iuuat conſenſus tunc Vicarii patriar-
chæ, quando eſt actus qui poteſt eſſe à iure prohibi-
tus, *vt l. qui teſtamentum. ff. de probatio. vt ſupra dixi.*
Nec ob. vltimo loco atteſtatis prædictorum duo-
rum teſtium, qui deponunt quod audiuerunt dici
quod nobiles de Monta & de Feltrono fuerunt cõ-
ſortes & antiquitus poſſederunt dictam decimam,
quia illi teſtes ſunt ſingulares, ergo non probant.
cap. cum dilecti. extra de elect. cap. bonæ memoriæ Magun-
tinæ. eodem tit. & c. licet cauſam. de probatio. & per Bald.
8 *in l. prima. C. de teſtam.* † & quamuis Daniel Rota-
rius vnus de dictis teſtibus depoſuerit, quod de hoc
eſt publica vox & fama, tamen non probat, tum
quia eſt ſingularis vt dixi, tum etiam, quia interro-
gatus, quid eſt publica vox & fama, reſpondit quod
neſcit aliter dicere, niſi quando in aliquo loco pu-
blice dicitur de aliqua re, nam per hoc non reddit
bonam rationem quod ſit publica vox & fama, de-
bebat enim dicere, ſe audiuiſſe à maiori parte popu-
li vel habitantium in loco, *vt notat. Bartol. in l. de mi-*
nore. §. plurimum. ff. de quæſtion. Et idem notat Bald. in
conſilio ſuo 91. quod incipit: In cauſa Domini Vicen-
tini, & idem tenet etiam Bald. *in additio. Specu. in tit.*
9 *de ſent. in vltima columna.* † præterea teſtimonium
de auditu non probat, niſi teſtificetur quod audi-
uerunt ante litem motam. *vt in capit. licet ex quadam.*
& ibi notant Doctor. extra de teſtib. Cum ergo dicti te-
ſtes deponant ſimpliciter audiuiſſe, & non dicant
ante litem motam, nihil probant: quia non conclu-
dunt, quoniam potuiſſent audire poſt litem mo-
tam, & iſta fama & auditus potuiſſet habere origi-
nem à dicto Franciſco, & ſic nihil probaret *per di-*
ctum cap. licet cauſam. vnde non probat hoc eſſe quod
ab hoc contingit abeſſe, *l. non hoc. C. vnde cognat. & l.*
neque natales. C. de probat. cum ſimil. Ex prædictis ita-
que concluditur, quod dictum feudum decimale in
perſonam dicti Benedicti aui paterni Franciſci ſe-
cundi agentis fuit nouum, & non antiquum, &c.
qua concluſione ſequitur, quod dictus Benedictus
potuit alienare dictum feudum Domino conſen-
tiente in præiudicium filiorum ſuorum, & dicti
Franciſci nepotis ſui. Ex quo per ipſum primo fuit
de nouo acquiſitum, & hoc tenet gloſſa ordinaria
in cap. primo. §. hoc quoque. in verbo filiam. quæ incipit,
10 quod ergo erit *in titulo. de ſucceſſio. feudorum.* † quæ
vult, quod quando feudum eſt nouum, pater alie-
nando præiudicat filiis & deſcendẽtibus ſuis, quam
gloſſam ibi ſequuntur Doctor. & maxime Iaco. de
Bel. Bald. & Dn. Iacob. de Aluar. *facit capit. ſi vaſal-*
lus culpam. in titu. ſi de feudo fue. controuerſ. Et idem tenet
Nico. de Matha. in l. prima. C. de reuoca. donat. Et idem te-
nent And. de Iſer. in capit. 1. de alien. feud. paterni. Bald. in l.
qui ſe patru. C. vnde liberi. in verſicu. item quæritur ſi
vaſallus, quando pater renuntiat feudo vel ipſum
vendit & promittit de non contraueniendo per ſe
vel hæredes ſuos, ſicut fecit in caſu dictus Benedi-
ctus quando vendidit dictum feudum, quia ſe obli-
gauit de non contraueniendo per ſe & ſuos hære-
des, vt in inſtrumento dicitur, & per hoc ſit verum
quod pater vaſallus poſſit alienare feudum in præ-
iudicium filiorum & deſcendentium & videtur et-
iam probari *in cap primo in titu. de alienat. feud. paterni*
11 à contrario ſenſu. † Nam ibi prohibetur aliena-
tio, etiam ſi fiat de conſenſu Domini, quando eſt
paternum, ergo à contrario ſenſu, ſecus eſt, quando
feudum eſt nouum, *per l. cum prætor in princip. ff. de iu-*
diciis. & per l. maritus. C. de procurat. & cap. nonne. de præ-
ſumpt. cum ſimilibus. Item hoc probatur arguendo
de contractibus ad debita. *l. omnem. ff. de iudiciis.* ſed
pater delinquendo poteſt præiudicare filiis in feu-
do nouo per ipſum acquiſito, *vt notatur per Bartol. in*
l. 3. ff. de interdict. & releg. & habetur in l. emancipatum. ff.
de ſenato. 2. in l. ad optimum. in fin. ff. de in ius voc. ergo
eo modo poteſt præiudicare contrahendo, & ſic a-
lienando Domini conſentiunt. Item pro hoc facit
quod notat. Bald. *in authen. ſi quas ruinas. C. de ſacro-*
ſanctis Eccleſ. verſic. iuxta hoc quæro, vbi dicit, quod
ſi pater recipit emphyteuſin pro ſe & filiis ſuis,
tunc filii capiunt tanquam ex donatione paterna,
quamuis pater quo ad filios in poteſtate poteſt re-
uocare, & illam vni ex filiis aſſignare, & ab alio re-
uocare, *per not. in l. 2. C. de reuocan. donatio.*

Item pro hoc adduxi ſimile de iure patro. quod
debetur filiis & hæredibus paternis, *vt notat. per gloſſ.*
fin. 16. quæſtione. 1. conſtituum. & not. per Inno. in rubrica
extra de iure patron. & tamen patronus de voluntate
epiſcopi alienando cum vniuerſitate quo caſu po-
teſt, *vt not. in c. ex literis, eodem titulo, & in l. immodicis,*
ff. de contrahen. emp. & tunc præiudicat filiis & hære-
dibus *vt nota. Archi. & Doctor. in cap. vnico. de iure patro.*
lib. 6.

12 Item pro hoc adducitur ratio optima. † Nam
cum dictus Benedictus recepit inueſtituram pro ſe
& hæredibus ſuis intelligitur de filiis maſculis, *vt in*
capit. ſi inter pares. §. final. in tit. de lege Corra. & in ca-
pitu. 1. §. & ſi clientulus. de alienat. feud. & notat. gloſſ.
in l. ex facto. §. final. ff. ad Trebellian. quo caſu filii non
poſſunt venire niſi ſint hæredes patris, *vt notat. in di-*
cto §. fin. & eſt text. in capit. primo. an agna. vel filii. Et i-
deo in eo quod ipſe Franciſcus agens habuit ab ipſo
Benedicto auo ſuo defuncto, tamen poteſt venire
contra factum defuncti, *per notat. in l. ex qua perſona.*
ff. de reg. iur. & pro hoc eſt gloſſ. notabilis, quæ non eſt ali-
bi, ſecundum Dynum in l. quæſitum. §. fin. ff. de precario.
quam gloſſ. ſequitur Bald. in capit. 1. §. hoc quoque. in 3. co-
lumna. verſic. conſueuit quæri. in titul. de ſucceſ. feud. pro
qua gloſſ. ego allego text. in l. ſi hominem. §. datur. ff. depo-
ſiti. vbi dicit, quod quando ex contractu defuncti
aliquid deſcendit, tunc hæres eius tenetur in ſoli-
dum. Et ſubeſt alia ratio, quia cum non poſſit ve-
nire dictus Franciſcus ad dictum feudum, niſi ſit

hæres aui, ſequitur quod non poteſt contra factum venire dictus Franciſcus ad dictum feudum niſi ſit hæres aui, ſequitur quod non poteſt contra factum venire, quia quem de euictione tenet actio, eũdem agentem repellit exceptio. *lege. vendicantem, ff. de euictio.* & ex his apparet, quod non prodeſt dicto Franciſco, ſi dicit ſe Benedicti aui ſui qui alienauit dictum feudum eſſe hæredem cum beneficio inuentarii, tunc prodeſſet, quando eſſet tale ius ad quod ipſe aſpirare poteſt tanquam nepos, etiam ſi non eſſet hæres, vt quando vellet vendicare rem propriam à patre venditam, *vt l. cum à matre. Cod. de*
13 *rei vendic.* † Et ideo illud quod dicitur, quod ſi filius vaſalli adit hæreditatem cum beneficio inuentarii, poteſt tunc retinere feudum liberum, dato quod nihil de hæreditate ſit, *per l. fin. C. de iure deliber.* quia tunc ſatisfaciat regula, *cap. 1. an agnatus vel filius,* quæ vult quod filius debeat acceptare vtrunque ſcilicet hæreditatem & feudum, *vt not. Andreas de Iſernia & Dominus Iacobus de Aluarot. in dicto capitul primo,* intelligitur quando feudum non fuit per patrem alienatum, vel quando fuit alienatum, intelligitur de feudo antiquo, ſecus autem de nouo, quia confectio inuentarii nihil prodeſt, per ea quæ ſupradicta ſunt, & ita etiam ſenſit Bald. *in l. qui ſe patris, C. vnde liberi. in verſic.* item, quæritur ſi vaſallus indiſtincte in feudo nouo ſecundum Nicolaum de Matha, vt ſcilicet alienatum per patrem, à filio non poſſit reuocari, & quando legitur de feudo paterno, tunc bene concludit quod ſi facit inuentarium poteſt recuperare feudum paternum ſeu antiquum alienatum per patrem, & hanc ſententiam, ſcilicet quod filius vel nepos hæres cum beneficio inuentarii patris vel aui nõ poſſit reuocare alienationem factam per patrem vel auum de feudo nouo, tenuerunt conſulendo ſummi legum atque canonum interpretes Dominus Florian. de Sancto Petro de Bononia, & Dominus Ioannes de Imola & Dominus Nicolaus, Sanctus de Bononia in cauſa cuiuſdam feudi decimalis Eccleſiæ Veronenſis, quæ ſententia veriſſima eſt, vt patet ex prædictis. Et ideo ex prædictis omnibus concludo, quod dictum feudum decimale fuit feudum nouum in perſonam dicti Benedicti aui paterni dicti Franciſci ſed agentis, & per dictum beneficium potuit alienari in præiudicium filiorum & nepotis prædicti, neque dictus Franciſcus nepos licet eſſet hæres cum beneficio inuentarii poſſit reuocare dictam alienationem feudi, ſed vltra prædicta videtur quod etiam ſi ſit feudum antiquum vel paternum, quod dictus Franciſcus non poſſit reuocare dictam alienationem feudi alienati per dictum auum ſuum arguendo à ſufficienti partium enumeratione, aut enim ipſe Franciſcus nepos non eſt hæres dicti Benedicti aui ſui, & non poteſt in feudo ſuccedere, *vt eſt caſus in capitul. primo. an agna. vel fil.* & per conſequens non poteſt alienationem de dicto feudo, in quo nullum ius habet, reuocare: aut ipſe Franciſcus adiuit hæreditatem dicti aui ſui, & tunc adiuit ſimpliciter ſine beneficio inuentarii, & non poteſt contrauenire facto eius, cuius eſt hæres ſimpliciter, *vt final. Cod. de iure deliberan. & not. in dicto capitul. primo, an agna. vel fil.* & iſta duo non habent dubitationem. Et ideo cum in caſu noſtro dictus Franciſcus adiuerat hæreditatem ſimpliciter, & non cum beneficio inuentarii, quia illud non fecit ipſemet fatetur reſpondendo interrogationibus partis aduerſæ, ſequitur quod non debet gaudere beneficio inuentarii, quod non fecit, *vt dicta l. final. C. de iure deliber.* & per conſequens non poteſt venire contra factum aui ſui defuncti. Nec obſtat ſi dicatur iſte Franciſcus eſt minor, & petiit reſtitutionem in integrum aduerſus illam non confectionem inuentarii, quia dico quod antequam concedatur, non potuit agere quod non habuerit legitimam perſonam in iudicio comparendi. Et propterea eſt dicendum, quod aut non reſtituetur in integrum aduerſus non confectionem inuentarii, & res erit clara quod conuenti debent abſolui diffinitiue à petitione dicti Franciſci, & ſi feudum eſſet antiquum, *per dictum capitul. an agna. vel fil. coniuncta l. finali. cum ibi notat. C. de iure deliber.* aut reſtituetur, & tunc iſta reſtitutio fiet ante latam ſententiam, in hac tamen principali dictæ ſententiæ principalis aut poſt ſententiam latam in cauſa principali ſi reſtituetur poſt ſententiam latam in cauſa principali, & tunc ſine dubio non impedietur ſententia abſolutoria in cauſa principali per prædicta, & quia ius ſuperueniens poſt latam ſententiam non validat ius actoris, *l. non poteſt videri, ff. de iudic.* Sed ſi reſtitueretur ante diffinitiuam vel tempore diffinitiuæ, & tunc dico quod rei conuenti deberent abſolui ſaltem ab obſeruatione iudicii, ex quo apparet quod ipſe Franciſcus actor ante confectionem inuentarii, & ante reſtitutionem aduerſus non confectionem non habuerit legitimam perſonam, & per notat. *in l. properandum, in principio, ff. de iudic. & in l. admonendi. per modernos, ff. de iureiurand. & in l. Iulia, §. verum debitorem, ff. de conditio. indebit.* aut iſte Franciſcus minor adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii ante petitionem, & iſto caſu non oportet quærere quid iuris, ex quo conſtet ex proceſſu & ex ſua confeſſione qui nondum confecit inuentarium, præterea alia ratione videtur quod non potuerit dictus Franciſcus à ſuis petere dictum feudum, quia eſt hæres patris ſui qui conſenſit dictæ alienationi feudi, & promiſit per ſe & hæredes ſuos non contrauenire, vt patet per inſtrumentum conſenſus, *per dicta l. fin. C. de iure deliber. & per not. per Bart. in l. vt iuſiurandi, §. ſi liberi. ff. de oper. liber.* Nec obſtat quod petierit reſtitutionem in integrum aduerſus non confectionem inuentarii, quia reſpondendum eſt, vt ſtatim ſupra dixi, poſtremo alia ratione videtur quod nullo modo dictus Franciſcus potuerit petere dictum feudum nec reuocationem dictæ alienationis feudi, etiam ſi eſſet antiquum & eſſet hæres aui, & confeciſſet ante petitionem inuentarium legitimæ: quia probatum eſt per teſtes & per plura inſtrumenta, quod in patria Forliuii eſt conſuetum & practicatum, quod vaſalli Eccleſiæ Aquileienſis poſſint vendere feuda ſua Domino conſentiente etiam in præiudicium filiorum & agnatorum, ergo ſtante iſta conſuetudine dicendum eſt q in caſu noſtro ſimili potuit alienari dictũ feudum decimale per no. *in l. de quib. ff. de leg. & per l.*

per l. 1. & 2. cum ibi not. per Cyn. & Doctor. C. quæ ſit long. conſuet. Et pro hoc allego duas gloſſas ootabiles; vna eſt in rubrica, C. quæ ſit long. conſuet. quæ dicit in fine ſui, quod conſuetudo inducitur etiam, quando perpetuo eſt obtentum ſine contradictione, vt clerici vendant ſine decreto Epiſcopi vel Eccleſiæ: alia gloſſa ſimilis eſt in l. diuturna. ff. de legib. quæ gloſſa allegatur, quæ conſuetudo poteſt induci etiam in rebus Eccleſiæ alienandis in præiodicium eorum, ad quos ſpectant.

Et ita dico & conſulo ego Bartholomæus Cępolpolla, vt ſupra dictum & concluſum eſt.

CONSIL. XXXII.

SVMMARIA.

1 *Tutor ſuſpectus an poſſit remoueri, & eius loco alius ordinari, & primi adminiſtratio interdici.*

2 *Sententia interlocutoria quæ dicantur, & vtrum ab eis liceat appellare.*

3 *Tutoris remotio an requirat litis conteſtationem ſuper cauſa ſuſpecti.*

4 *Pendente cauſa ſuſpecti tutoris an ipſo iure ſit ſuſpenſa adminiſtratio.*

5 *Verbum, poſtulare, quid ſignificet.*
Querela inofficioſi teſtamenti vocatur accuſatio.

6 *Verbum, videtur, denotat fictionem.*

7 *Verbum, maxime, cuius ſit efficacia.*

8 *Cauſa quando & qualiter dicatur mota.*

9 *Per porrectionem libelli in cauſa ſuſpecti tutoris an intelligatur ipſo iure interdicta adminiſtratio ipſi tutori.*

10 *Citatio vel monitio ſemper debet præcedere actum præiudicialem.*

11 *Contumax in reſpondendo poſitionibus habetur pro confeſſo.*

12 *Tutor teſtamentarius an accuſatus non ob dolum, poſſit ab adminiſtratione ſuſpendi.*

13 *Delegatio facta in cauſa ſuſpecti tutoris, an & quando ſit valida, vel non.*

14 *Accuſatio de ſuſpecto tutore an per procuratorem poſſit interponi.*

15 *A ſententia diffinitiua quo caſu poſſit appellari.*

16 *Iura loquentia de ſententia diffinitiua an locum habeant in ſententia interlocutoria.*

17 *Sententia diffinitiua multipliciter conſideratur.*

18 *Cauſa ſuſpecti tutoris cui debeat committi.*

IN CHRISTI nomine, amen. Caſus talis eſt, quidam Toreſanus de Alcenago de Verona in ſuo vltimo teſtamento reliquit quendam Bapiſtam auunculum ſuum tutorem ſuorum filiorum, &c. Qui tutor fecit iouentarium iam duobus annis & tutelam dictorum pupillorum
1 geſſit & gubernauit, & de præſenti gerit, † contingit, quod quidam procurator nomine matris & auiæ maternæ dictorum pupillorum accuſauit, id eſt, produxit quendam libellum de ſuſpecto contra dictum Baptiſtam tutorem, & dictum libellũ produxit coram Domino Poteſtate Veronæ, abſente dicto totore & non citato, & etiam ignorante, in quo libello multa & multa dicuntur contra dictum tutorem. Et finaliter petitur, quod pronuntietur & declaretur, dictum tutorem fuiſſe & eſſe ſuſpectum, & quod ipſe tanquam ſuſpectus remoueri debeat ab ipſa tutela & ab adminiſtratione, & quod eo remoto alius tutor idoneus conſtituatur, & ordinetur loco dicti Baptiſtæ, vel qood aliter prouideatur ipſis popillis, prout prætori videbitur, & quod pendente huiuſmodi ſuſpecti tutoris cauſa cognitionis, & donec ipſa caoſa termioetur, quod adminiſtratio ab ipſo Baptiſta celeriter auferatur, & qnod interim prouideatur & ordinetur per iudicem alius tutor in adminiſtratione ipſius tutelæ loco ipſius Baptiſtæ, ſi & prout de iure fuerit faciendum. Sed ſi dictus Baptiſta non veniret remouendus, & ſaltem ex eo, quia eſt egenus & paoper, qood iniungi debeat curator, &c. prout plenius conſtat in dicto libello. Quo libello porrecto, vt ſupra, D. Poteſtas prædictus delegauit dictam cauſam vni, qui delegatus ad ioſtantiam dicti procuratoris dictarum differentiarum decreuit curatorem dictorum pupillorum & bonorum ſuorum vſquequò dicta cauſa ſuſpecti pendeat, qua finita finitum ſit dictum corationis officiom, vt 10 dicta curaria plenius coorinetur, quæ quidem curaria ſiue directio dicti curatoris facta fuit per dictum iudicem, non citato ad hoc, nec admonito dicto Bapöſta tutore, imo penitus ignorante; deinde alia die dictus delegatus ad inſtantiam dicti procuratotis declarando & iubendo ipſum Baptiſtam debere ſe abſtinere ab adminiſtratiooe rerum pupillorum ipſorum, & ipſius tutelæ pendente cauſa cognitionis, & donec ipſa finiatur, commiſit quod dictus Baptiſta deberet ſe abſtinere à dicta adminiſtratione tutelæ, & conſignare bona dictorum pupillorum, dicto curatori dato. Et hanc declarationem & iuriſdictionem bonorum cum dicto præcepto conſignationis fecit dictus Dominus Delegatus, oon citato prius, nec admonito dicto Baptiſta tutore, imo etiam ignorante, poſtea cùm prædicta perueniſſent ad aures dicti Baptiſtæ tutoris, dixit omnia dicta acta & nulla, &c. & in qnaotum eſſent aliqua, appellauit ab omnibus & ſingulis actis, videlicet à dicta curaria, & à dicta commiſſione interdicti adminiſtrationis totelæ, & à dicta declaratione, in qua declarauit dictum Baptiſtam debere ſe abſtinere ab adminiſtratione dictæ tutelæ, & à dicto præcepto conſignationis booorum, quam appellationem præfatus iodex dixit, quod non admittebat eam, niſi oſtenſum fuerit de iore, qood eam deberet admittere; deinde dictus Baptiſta tutor ſiue eius procurator prodnxit libellum ſuum appellatioorũ coram præfato Dn. Poteſtate, qui dixit, quod oon admittebat eum, niſi ſi & in quantũ de iure teneretur, comparuit pars aduerſa, videlicet procurator dictarum dominarum, & dixit, dictam appellationem
2 non valere vigore ſtatuti, quod vult, † quod à ſententiis interlocutoriis non poſſit appellari, & quod tales ſententiæ latæ ante litem conteſtatam, & ante diffinitiuam ſententiam ſint & eſſe intelligantur interlocutoriæ. Item dicimr, quod dictus iudex proceſſit, & omnia acta prædicta facit ſecundũ for-

mam iuris, bene dicitur quod dictus libellus appellatorius non eſt admittendus, pro parte vero quod caſus dicti Baptiſtæ tutoris dicitur, quod imo dictus Dominus iudex proceſſit præter & contra formam iuris. Et omnia prædicta acta fuiſſe & eſſe nulla pluribus rationibus & cauſis, & maxime quia dictus dominus iudex non debebat remouere dictum Baptiſtam tutorem nec declarare ipſum eſſe remouendum, & per conſequens nec curatorem conſtituere nec præceptum conſignationis bonorum prædictum ſibi facere, quia non erat lis conteſtata in cauſa ſuſpecti tutoris. Item poſito quod non requireretur litis cōteſtatio, quia dictus Baptiſta tutor non fuerat admonitus, nec citatus ad ſuſcipiendum dictum libellum in cauſa ſuſpecti porrectum. Item quia non fuit citatus nec admonitus tempore quo ſuit decretus dictus curator, nec tempore quo fuit declaratum ipſum debere ſe abſtinere ab adminiſtratione tutelæ. Nec tempore quo fuit ſibi factum præceptum vt conſignaret bona dicto curatori.

Item quia dicitur, quod poſito quod iſta non obſtarent, quæ tamen obſtant in veritate & de iure, quod ex alio capite nullo modo potuit remoueri; ex eo quod dictus Baptiſta tutor eſt coniunctus dictis pupillis, quia eſt auunculus, & quia eſt teſtamentarius, attento quod procurator dictarum dominarum poſt porrectionem dicti libelli declarando dictum ſuum dixit, quod non intendebat velle procedere contra dictum tutorem de ſuſpecto propter dolum vel fraudem, quam declarationem procurator dicti tutoris acceptauit. Item quia dicta delegatio facta per Dominum Poteſtatem non valuit nec tenuit ipſo iure. Item quia dicta cauſa ſuſpecti tutoris potuit intentari per procuratorem ex parte accuſantium. Item quod dicitur, non habet obſtare dictum ſtatutum, quia intelligitur de mera interlocutoria, non autem de interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ. Nec intelligitur de præceptis executiuis vnde ex iſtis concluditur pro parte dicti tutoris, quod dictus libellus debet admitti. Et ſic quod cauſa hæc eſt appellabilis, & in quantum dubitaretur per Dn. Poteſtatem, petitum eſt per dictum tutorem quod Dominus Poteſtas debeat cōmittere hoc dubium conſilio ſapientis vigore ſtatuti Veronenſis & literarum Ducalium, ad quod dicitur pro parte dictarum dominarum quod nullo modo debet committi hoc dubium, imo eſt clarum quod dicta cauſa non eſt appellabilis, & ſic quod dictus libellus non debet admitti, item quia dicunt quod vigore vnius ſtatuti cauſæ, in quibus ſunt ferendæ ſententiæ interlocutoriæ, non debent committi conſilio ſapientis, ad ꝙ dicitur per dictum tutorem ꝙ dictum ſtatutum loquitur de mera interlocutoria non autem de illa quæ habet vim diffinitiuæ, vt patet in d. ſtatuto & in ſtatuto præcedenti.

2 Ex iſtis de pluribus dubitari contingit. † Et primo ad hoc vt tutor poſſit ad tempus remoueri requiratur litis conteſt. ſuper cauſa ſuſpecti.

Secundo, poſito quod non, an ſaltem requiratur quod tutor fuerit citatus ad ſuſcipiendum libellum in cauſa ſuſpecti tutoris porrectum.

Tertio an requiratur quod fuit citatus vel admonitus tempore, quo declaratū fuit ipſum tutorē debere abſtinere ab adminiſtratione tutelæ, & tempore præcepti ſibi facti vt conſignaret bona curatori. Et ſic etiam tempore quo fuit decretum dictum curatorium.

Quarto, an dictus tutor, ex quo teſtamentarius, potuerit remoueri, attento quod accuſatus non eſt propter dolum vel fraudem ſuam.

Quinto, an dicta delegatio facta valuerit, nec ne.

Sexto, an dicta accuſatio potuerit interponi per procuratorem, ſicut interpoſita eſt.

Septimo, nunquid dicta acta & ſententia poſſint dici nulla, & ab eis appellari ſtantibus prædictis ſtatutis.

Octauo, nunquid dubitatio de prædictis debeat committi conſilio ſapientis, ſtante ſtatuto quod omnes cauſæ debeant committi conſilio ſapientis, &c. Et ſtante alio ſtatuto quod omnes interlocutoriæ, quæ fierent tam ante litis conteſt. quam poſt, dirimi debeant abſq; conſilio ſapientis.

3 Circa primum dubium, an requiratur litis conteſt. in cauſa ſuſpecti tutoris, ad hoc vt poſſit ipſe tutor ad tempus remoueri. Et primo videtur dicendum quod non, *per textum in l. quod ſi forte. §. ſunt quidam*, verſicul. item dico, ibi, *ſuſpectus poſtulatus*. Nam his interim videtur interdicta adminiſtratio, &c. *ff. de ſolutio*. qui text. videtur dicere quod poſtquam tutor eſt poſtulatus ſuſpectus, id eſt, accuſatus. Nam poſt, idem eſt quod accuſare, *vt eſt text. cum gloſſa in verb. poſtulati, in l. capitu. ff. de fideiuſſo*. eſt ibi interdicta adminiſtratio, & verbum poſtulatis, verificatur etiam ante litis cōteſtat. *vt ſentit Angelus in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. verſic. ibi reus poſtulatus. ff. de adulter*. ad idem videtur text. *in l. cum quem, C. de ſuſpect. tuto*. qui videtur velle quod poſtquam tutor eſt accuſatus de ſuſpecto, debeat remoueri. Tertio de hoc videtur eſſe caſus, *in l. qui ſtatus*, ibi, *maxime lite ordinata, ff. de re militar. & hoc videtur gloſſ. in l. decreto. in princip*. ibi, *quia ab eo tempore quo capit cauſa ſuſpecti moueri, ff. de ſuſpect. tuto*. & ibi Bartol. qui dicit nota. iſtam gloſſ. diligenter quæ innuit talem iuriſdictionem fieri ab initio motæ litis non exſpecta-
4 ta conteſtatione ſuper cauſa ſuſpecti tutoris. † Et hanc opinionem videntur tenuiſſe aliqui Doctores, qui dicunt quod pendente cauſa ſuſpecti tutoris ipſo iure videtur interdicta adminiſtratio, vt tenet Rayn. *in dicta l. quod ſi forte. §. ſunt quidam. ff. de ſolutio. & Spec. in titu. de tutore. §. fin. verſic. ſi autem per præmiſſa. Et idem videtur tenere Bald. & Salic. in dicta l. cum quem. C. de ſuſpect. tut*. Sed his non obſtantibus contrarium credo quod ſit verius, & primo probatur,
5 *per dictum §. ſunt quidam*, ibi, *ſuſpectis poſtulatis*, † Nam poſtulare idem eſt quod petere, præſertim in cauſa vbi agitur ciuiliter videlicet ſolum ad remotionem tutoris, quo caſu non eſt propria accuſatio, ſicut querela inofficioſi teſtamenti vocatur accuſatio, & tamen cauſa ciuilis eſt, *in l. poſthumus. §. 1. ff. de inofficioſis teſtamentis*. Et ſic impropriè accuſatio eſt, ita nota. Bart. *in l. 1. §. ſciendum, in 1. quaſt. ff. de ſuſpect. tut*. ſed petere quis nō dicitur niſi lite conteſt.

vt l.

vt l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. ergo, &c. Secundo hoc probat text. in dicta l. eum quem. C. de ſuſpect. tut. ibi pendente cauſa cognitionis, &c. Nam cauſa non dicitur pendere niſi lite conteſtata, vt eſt gloſſ. Accurſii in l. cauſas vel lites. C. de tranſactio. à qua gl. Accurſii non poteſt recedi ſecundum formam ſtatuti Veronenſis, &c.

Item hoc probatur ratione per argumentum ab abſurdo, quod eſt optimum argumentum in iure, vt l. nam abſurdum. ff. de bon. libe. Et notatur in l. diuortio. in fine ff. ſoluto matrimonio. Nam ſi aliter diceremus, videlicet quod ipſo iure intelligeretur interdicta adminiſtratio per ſolam porrectionem accuſationis, ſequeretur hoc abſurdum & inconueniens, quod eſſet ſublata omnis Poteſtas tutori opponendi exceptiones, quæ ſibi à iure competunt, vnde exceptio libelli inepti & exceptio perſonæ non legitimæ accuſantis, & exceptio calumnioſæ accuſationis, & ſimiles, quod eſt contra omnia iura, & maxime, contra l. qui de libertate, ibi. qui non per calumniam petitur, &c. ff. de lib. cauſa. qui text. aperte probat ſi recte inſpiciatur, maxime, iuncta l. qui ſtatus. ff. de re milit. quod ipſo iure per ſolam accuſationem tutor non intelligitur eſſe remotus à tutela. Et pro hoc eſt gloſſ. notabilis, quæ hoc apertiſſime decidit in quæſtione 2. in capitulo quia ea, in gloſſ. magna, ibi, nec ad accuſationem talium iudex ſtatim remouebit accuſatum, &c. quæ gloſſ. notabilis eſt ad hoc valde, licet communiter non allegetur ad hoc ex qua die vt infra dicam in ſequenti dubio.

Item, quod ipſo iure non intelligatur interdicta adminiſtratio, probatur, per textũ in dicta l. eum quem, ibi, præſes prouincia iubebit, C. de ſuſpect. tuto. nota. quia dicit, iubebit, & ideo non ipſo iure, nec obſtat textus, in dicta l. quod ſi forte. §. ſunt quidam, ibi, ſuſpectus poſtulatũ. ff. de ſolutio. quia probat potius pro, quam contra, vt etiam ſupra dixi. Nam ille textus licet dicat inutilem, videtur interdicta adminiſtra-
6 tio, non tamen ſequitur quod ipſo iure, † quia verbum videtur, notat fictionem, l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arm. & notat Bart. in l. prima, in princip. in 2. col. in fine. ff. de noui operis nuntiatio. & Bald. in l. quando, in ſexto notabili. ff. de his qui notan. infam. & notat. in l. hæres quandoque. ff. de acquirenda hæreditate, ergo ſententia declaratoria per ea quæ habentur per Bartol. in l. qui delatorem. ff. de iur. fiſci. facit ad hoc optime, capit. cum ſecundum, de hæred. lib. 6. facit quod nota. per gloſſ. & Doctor. in capit. ſecundo, in verbo pro confeſſo. de confeſſis, libr. 6. & quod notat Bart. in l. ſecunda. §. quod ſi actor. in fine. C. de iura. calumnia. & hanc opinionem, quod non ipſo iure intelligatur tutor eſſe remotus, ſed quod requiratur litis conteſtat. tenet expreſſe Azo in ſumma, in titulo. C. de ſuſpect. tuto. verſic. eſt autem effectus, & Angel. in dicto §. ſunt quidam, ibi text. ibi, ſuſpectũ poſtulatũ, qui dicit quod ita de facto iudicari fecit Peruſii. Et idem tenet ipſe Angelus, in l. quæ omnia. circa principali. ff. de procurato. Et idem tenet Ioann. de Platea Inſtitut. quibus modis tute. fini. in vlt. colum. & Inſtitut. de ſuſpect. tut. in §. ſi quis autem, qui ponit opiniones, & cum iſta tranſit, & idem expreſſe tenet Ioan. de Platea, Inſtit. quibus modis tut. fin. in vlt. colum. circa princip. & hanc ſententiam tenet Dominus meus Ioannes de Prato in l. mutari. in penultima colum. ff. de procuratoribus, & iſta eſt veritas, nec obſtat dicta l. quod ſi forte. §. ſunt quidam. ff. de ſolutio. & dicta l. eum quem. C. de ſuſpect. tutor. vt patet ex præmiſſis. Item obſtat dicta l. qui ſtatus. ff. de re milita. quæ prima facie videtur multum obſtare, ibi dum dicit, maxime lite ordinata, &c. quia ibi verbum maxime, abundat ratione contrarietatis euitandæ, vt notat. gloſſ. in l. final. in verbo
7 maxime. C. de teſtamentaria manumiſſ. † Nam quandocunque ſenſus implicitus per dictionem maxime reſultat iuri contrarius, tunc illa dictio maxime, abundat, vt notat Cynus, in l. prima in ſecunda oppoſitione. Cod. de reſcind. vendit. & Bartol. in extrauag. ad reprimendum, in verbo maxime. & Floria. in l. illud. in fine princip. ff. ad leg. Aquil. facit quod notat. Spec. in titulo de diſputa. & allegat. §. poſt hæc, in quarta colum. verſic. vel ibi ſupplendum eſt maxime. Præterea, dicta l. qui ſtatim, habet locum, quando non inchoauit exercere adminiſtrationem, ſecus ſi inchoaſſet, quia tunc non poſſet remoueri pendente accuſatione, ita not. Spec. in tit. de cenſib. §. 2. nunc dicendum. verſicu. pone T. fuit electus. vbi omnino vide. Nec obſtat gloſſ. in dicta l. decreto. ff. de ſuſpect. tuto. quia illa hoc aperte non dicit, imo potius ſentit contrarium, dum dicit, cœ-
8 pit cauſa remoueri. † Cauſa dicitur moueri lite conteſtata ſecundum opinionem gloſſ. Accurſii, in l. cauſas vel lites. Cod. de tranſact. vt dixi, quæ opinio Accurſii tenenda eſt ſecundum formam ſtatuti Veronenſis, & ſic non obſtat quod notat Barto. in dicta l. decreto. quia intellexit dictam gloſſ. habendo reſpectum, quod cauſa dicatur etiam ante litis conteſtat. quæ opinio non fuit Accurſii, & ideo non eſt tenenda in ciuitate Veronæ, attenta dicta forma ſtatuti, quod vult, quod iudices communis Veronæ debeant iudicare primo ſecundum ſtatuta Veronæ, & eis deficientibus ſecundum iura Romana, & eis deficientibus ſecundum gloſſas Accurſii approbatas per Accurſium. Nec obſtat ſi dicatur, ſi iudex debet iudicare ſecundum opinionem Accurſii gloſſ. debet iudicare ſecundum gloſſ. in d. l. decreto, quæ vt dixi ſecundum Bart. videtur innuere, quod non requiratur litis conteſta. in cauſa ſuſpecti tutoris, quia reſpondetur, quod imo gloſſ. ſentit contrarium, ex quo tenuit quod cauſa dicatur niſi lite conteſtata, vt ſupra dixi. Præterea dictum ſtatutum non vendicat ſibi locum in dicta gloſſ. quia ſtatutum loquitur de glo. Accurſii ordinaria & approbata per ipſum Accurſium: ſed dicta gl. in l. decreto, non eſt ordinaria, nec videtur eſſe approbata per Accurſium ex quo expreſſe hoc non dicit, quia nullam facit mentionem de litis conteſtatione, ſed vt ita dixerim perfunctorie loquitur, nam Bart. alibi dicit notabiliter, quod dicta & opiniones gloſſatorum debeant reputari & teneri, quando examinando aliquod dubium in eo opinionem ſuam firmant, non autem vbi perſtrinctorie ſuper aliquo dubio loquuntur, facit quod ipſe notat, in l. Aurelius. §. ſi liberationis. ff. de liber. lega. & ita ſuper hoc in terminis de dicto ſtatuto Veronenſi de opinione gloſſæ conſuluerunt alias inſtrumenta ſolemnes Doctores Dominus Ziliolus de Cremona de cautelis, Dn. Barthol. de Saliceto,

D. Florianus de S. Petro, D. Petrus de Ancharano, D. Antonius de Butrio, omoes de Bononia, D. Benedictus de Plumb. de Piſis, Dn. Franciſcus de Zabar. Cardinalis Florent. de Padua', Dn. Franciſcus Dandulus de Venetis, nuoc ciuitatis Paduæ antiſtes diguiſſimus, quorum conſilia vidi & habeo.

9 † Et ex iſtis concluditur, quod per ſolam porrectionem libelli io cauſa ſuſpecti tutoris non intelligitur ipſo iure interdicta adminiſtratio ipſi tutori, ſed requiritur, quod talis conteſtetur ſuper cauſa ſuſpecti, & quod poſtea declaretur per ſententiam ipſum tutorem debere abſtinere.

Circa ſecundum dubium principale, videlicet poſito, quod non requiratur litis conteſtatio in cauſa ſuſpecti tutoris, an requiratur ſaltem, quod tutor prius fuerit citatus vel admonitus ad ſuſcipiendum libellum in cauſa ſuſpecti tutoris porrectū. Et dicendum eſt breuiter & clare, quod ſic, pri-
10 mò per regulam generalem. † Nam vbicunque quis poteſt lædi ex aliquo actu, ſemper prius eſt citandus, *vt l.nam ita diuus, ff. de adopt. & in l.de vnoquoque, ff. de re iudic.* Item hoc probatur in terminis & expreſſe *& in d. l. eum quem, C. de ſuſpect. tut.* ibi pendente cauſa cognitionis, qui text. vult, quod non ſolum procedet accuſatio ad hoc, vt poſſit tutor etiam ad tempus remoueri, ſed etiam quod cauſa cognitioois, niſi parte præſeote vel citata, *vt eſt text. in l. cauſa, §. cauſa cognita*, ibi, præſentibus aduerſariis, vel ſi per contumaciam definit, &c. *ff. de minor. & notat. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, per gloſſ. & Doctor. ff. de offic. proconſul. & legat. & notatur per gl. & Doctor. in l. 3. § ſi cauſa cognita, ff. de bonor. poſſeſſ. & notat Bart. in l. prolatam, & penult. & vlt. quaeſt. C. de ſent. & interlocut. omnium iudicum, cum ſimilib. & in terminis noſtris in l. impuberibus, §. fin. ff. de ſuſpect. tut.*

Item probatur *in dicta l. quod ſi forte, §. ſunt quidem, ibi ſuſpectus poſtulatis, &c. ff. de ſolut.* Nam verbum poſtulare non verificatur, niſi demum ſaltem parte citata ſecundum Bald. *in l. fin. §. illud, in princ. C. de temp. appellat.* vbi expreſſe hoc dicit.

Item probatur hoc ratione euidentiſſima. Nam non eſt dubium, quod licet ipſo iure per ſolam porrectionem libelli accuſatorū de ſuſpecto interdicta ſit adminiſtratio tutori, quod tameo eſt falſum, vt dixi in præcedenti dubio, nihilominus intelligeretur, dummodo illa accuſatio ſiue libellus accuſationis eſſet porrectus per perſonam legitimam, & tempore legitimo, & ex cauſa legitima. Pone enim quod accuſator eſſet infamis, qui nunc poſſet excuſare, vel excommunicatus, vel ex alio capite in iudicio comparere noo poſſit, vel etiam quia cauſa non poſſet ventilari per procuratorem, vt dicam infra in ſexto dubio, vel quia iudex non eſſet competens, puta, quia eſſet delegatus, vt dicam infra in quinto dubio, vel pone, quod accuſatio eſſet calumnioſa, vel aliqua alia exceptio ſimilis poſſet opponi, oonne iſtis caſibus eſt dicendum, quod per dictam accuſationem non intelligitur, tutor eſſe remotus. Certe ſic facit ad hoc, quod eſt in præcedenti dubio, ad hoc facit etiam *l. non putauit, §. non quanis, cum ibi not. per Bart. & Doctor. ff. de contra tab. & pro hoc allego gl. ordin. qua hoc expreſſe decidit in 3. quaeſt. 2. c. quia ea, in gloſſ. magna*, ibi, dum dicit, *item nec ad accuſationem talium iudex ſtatim remouebit accuſatum ab adminiſtratione, ſed ſummatim cognoſcet, an calumnioſe accuſatur, vel non, argum. ff. de prætor. ſtipul. l. 1. §. vlt.* Et licet illa gloſſ. relata ad text. videatur loqui de prælato, tamen habet etiam locum in tutore, quia fundat ſe per leges, quæ loquuntur in tutore, & maxime, quia allegat *d. l. eum quem, cum ſimilib. C. de ſuſpect. tut.* Nam gloſſ. debet intelligi ſecundum eum text. quem allegat Ioannes Andreas *in c. cum tu, extra de teſtib. & not. Bart. in l. non ſolum, §. ſi liberationis, verſic. poſt medium, ff. de liber. leg.* & quod loquatur in tutore, probatur, quia ibi loquitur de remotione, ſed prælatus regulariter oon remouetur, ſed ibi curator adiungitur, *vt plene habetur in cap. venerabili, extra de offic. delegat. in cap. licet Heli, extra de ſimo.* & ſic poſito, quod loqueretur in prælato, idem eſſet dicendum in tutore, quod in prælato, & multo magis, quia ſi debet adhiberi aliqua cauſæ cognitio in prælato, qui non debet remoueri, ſed ſolum ſibi curator adiungi, idem & multo magis, vbi tractatur de remotione tutoris, quia vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum, *vt in cap. vbi periculum, de electu, in 6. Et caſus eſt in l. ad fin. ff. ad carbonem, cum ſimilibm.*

Præterea de hoc videtur eſſe caſus, *in dicta l. qui de libertate*, ibi, *qui vero per calumniam petitus in ſeruitutem eſt, in militia retinebitur, ff. de lib. cauſa, coniuncta l. qui ſtatus, ff. de remilit.* cui iudicio meo non poſſet reſpooderi; nam ſi aliter diceremus, videlicet quod non requireretur citatio partis, ſequeretur, quod omnes prædictæ exceptiooes ſibi competentes de iure, nihil ſibi prodeſſent, vt dixi etiam in præcedenti dubio. Ex quo eas allegare non poſſet interdictiooem ſibi factam, & maxime illa, quando accuſatio eſt calumnioſa, facit ad hoc gloſſ. notabilis *in l. qui habebat, in gloſſ. fin.* ibi, *& tamen nemo poteſt allegare hoc, vt ff. de manumiſſ. teſtam.* Et ſic leges, quæ concordant dictas exceptiones tutori, ſeruirent ſibi de vento. Et ſic eſſeot impoſitæ potius verbis, quàm rebus, *contra l. 2. in fin. C. commun. de leg. & hoc tenet expreſſe Bart. vt dixi in l. impuberibus, §. fin. ff. de ſuſpect. tut.* Vnde ex prædictis concludo, quod requiritur citatio omnino ad ſuſcipiendum libellum accuſatorium, antequam interdicatur tutori adminiſtratio.

11 † Circa tertium, an requiratur, quod dictus tutor ſaltem citatus vel admonitus fuerit tempore, quo declaratum fuit ipſum tutorem debere abſtinere ab adminiſtratione tutelæ, & tempore dicti præcepti ſibi facti, vt conſignet bona curatori & tempore, quo fuit decretus dictus curator. Et dicendum eſt breuiter, quod ſic, per omnia iura & argum. quæ adduxi ſupra in præcedenti dubio, & pro hoc facit text. quia contumax in reſpondendo poſitionibus habeatur pro coofeſſo, tamen antequam declaretur illum haberi pro confeſſo, debet citari, *vt not. Ioan. And. in cap. 2. de confeſ. lib. 6. in nouella. Et hoc tenet Ludouic. de Roma in 24. ſingulari in eo*, quod incipit: An contra contumacem in reſpoodendo poſitionibus per duas alias rationes, quas breuitatis cauſa omitto.

Item

Item ad hoc eſt optimus text. *in cap. licet Epiſcopus, de praben. libr. 6. & quod ibi not. gloſſ. in verbo vocato, & eſt gloſſ. notabilis qua hoc probat in ratione ſui, in cap. commiſſa. in verbo iuſto impedimento, de elect. eodem libro ſexto.* Et hoc maxime eſt verum, & ſine dubio tenendum quod non ipſo iure intelligatur interdicta adminiſtratio, ſed quod imo requiratur litis conteſtat. ſicut plene dixi ſupra in primo dubio principali per notat. per Doctores, *in capitul. reprehenſibilis, extra de appel.*

12 † Circa quartum, an dictus tutor ex eo quod eſt teſtamentarius, potuerit remoueri ad tempus, attento quod accuſatus non eſt propter dolum vel fraudem ſuam. Et dicendum eſt breuiter quod non, *vt eſt caſus Inſtitut. de procurator. §. item ſi teſtamenta*, ibi, nec tamen negotia fraudulenter adminiſtrat, ſolet enim curator adiungi quaſi dicat non autem remoueri niſi fuerit in fraude vel dolo, ad hoc optime facit, *l. etiam teſtamento, Cod. de ſuſpecto. tuto. ibi ſi fraudem tutoris arguens*, argum. à contrario ſenſu intelligendo tex. ibi, *ſuſpectum poſtulare poteſt quantum ad effectum remouendi eum.* Vnde cum dictus Baptiſta tutor accuſatus fuerit non de dolo nec de fraude, vt ſupra dixi, maxime in poſitione caſus, & ſicut tutor teſtamentarius ſequitur quod non potuerit remoueri. Et ſi dicatur, illa iura loquuntur de remotione, dictus autem tutor fuit remotus ad tempus, videlicet donec finiatur cauſa ſuſpecti. Nam reſpondetur, quod ſi non poſſet remoueri vbi probata negligentia vel culpa tutoris vbi non agitur de dolo nec de fraude, multo minus debet ad tempus remoueri antequam conſtet ipſum tutorem fuiſſe in negligentia, id eſt, culpa ſecundum doctrinam Bartol. veram. *in dicta l. quod ſi forte. §. ſunt quidem, in fin. ff. de ſolut.* Vnde cũ dictus tutor non poterit nec poſſit remoueri, ſequitur quod male fuit iudicatum & proceſſum per dictum Dominum iudicem in declarando ipſum debere abſtinere ab adminiſtratione in decernendo curatorem loco tutoris remoti, & in præcipiendo ſibi quod debeat conſignare bona pupillorum dicto curatori. Et ſic per conſequens tanquam indebite grauatus potuit appellare & dicere omnia prædicta acta nulla, *vt dicam infra in 7. dubio principali.*

13 † Circa quintum principale dubium, an dicta delegatio facta in cauſa ſuſpecti tutoris valuerit, vel ne, licet ſit dubium inter Doctores & multi tenent quod ſic quantum ad remouendum tutorem ad tempus, vt not. Bartol. & Doctor. *in l. prima, §. ſuſpecti, ff. ad Turpil. & Cyn. in l. fin. in vltima quaſtione. Cod. de ſuſpect. tutori. & per Doctor. in dictis iuribus & per Bartol. & Doctor. in l. 1. §. damus, ff. de ſuſpect. tuto.* Tamen opinio Accurſii ſemper ſinit, quod nullo caſu valeret delegatio: vt atteſtatur Franciſcus filius Domini Accurſii, qui fuit Doctor ſolemnis, & ſequutus eſt ſemper opin. gloſſatoris Accurſii patris ſui contra opin. Dyni, vt refert Cyn. *in dicta l. final. in vltima quaſtione, Cod. ſuſpect. tuto. & Bartol. in dicta l. 1. ff. ad Turpil.* ergo illa opinio Accurſii ſeruanda eſt in ciuitate Veronæ ſecundum formam prædicti ſtatuti ſæpius allegati, attento maxime quia non reperitur text. iuris ciuilis Romanorum qui aperte dicat contrarium: ergo ex hoc capite apparet quod dictus Baptiſta tutor fuit indebite grauatus per dictum Dominum iudicem delegatum, & ſic merito potuit dicere omnia acta nulla, & ab eis appellari.

14 Circa ſextum † dubium principale, videlicet an dicta accuſatio de ſuſpect. tutore per procuratorem potuerit interponi. Et licet circa hoc multa poſſent adduci, tamen concluſio videtur eſſe iſta, quod aut procurator interuenit ex parte rei, & tunc poteſt: aut ex parte actoris, tunc ſecus, etiam ſi agatur ciuiliter, *vt not. Bartol. in l. decreto. ff. de ſuſpect. tuto. & Bald. & Nicol. de Neapol. in l. plane. ff. de excuſat. tuto. & per text. gloſſ. & Doctor. in l. non ſolum. §. fin. ff. de procurat.*

15 † Circa ſeptimum dubium principale, nunquid dicta acta & ſententia potuerunt dici nulla, & ab eis appellari, maxime ſtantibus dictis ſtatutis. Et videtur dicendum prima facie quod non, quia ſtatutum vult quod poſſit de nullitate dici, & appellari à ſententiis diffinitiuis, non autem à ſententiis interlocutoriis: & prædictum ſtatutum vult quod omnes ſententiæ latę ante litem conteſt. & ante diffinitiuam ſententiam ſint & eſſe intelligantur interlocutoriæ. Vnde dicta ſententia declaratoria iudicis, in qua declarauit dictum tutorem abſtinere debere, &c. fuit ante litem conteſtatam, ergo præterea etiam de iure communi cum iſta ſit pœna legis, quia ipſe non priuatur, *vt l. eum quem, C. de ſuſpect. tuto.* & ibi not. quia de pœna legis non poteſt appellari, *vt l. ſi qua pœna, ff. de verbor. ſignificat. & c. quia nos. extra de appel. & ibi gloſſ. Ioan. Andr. in c. ad noſtram eod. titul. & gloſſ. in cap. ſuper his in verbo arbitrorum, de accuſat.* Sed hoc non obſtante contrarium credo verius, quia prædictum ſtatutum loquens quod à ſententia diffinitiua poſſit appellari intelligitur etiam de ſententia interlocutoria quæ habet vim diffinitiuæ, quia magis ſapit de eo effectu, quam interlocuto-
16 rię. † Nam omnia iura loquentia de ſententia diffinitiua, habent locum etiam de ſententia interlocutoria quæ habet vim diffinitiuæ, *vt not. gl. valde notabilis, in cap. fin. in verbo inanes. de elect. lib. 6.* Et not. *Ioan. Andr. in cap. peruenit. el ſecundo, extra de appellat. in nouel.* Et not. *Bald. in l. minorib. circa medium, C. de his qui. vt indi. & in l. iuſiurandum & ad pecunias, §. fin. ff. de iureiurand.* Vnde ſicut per ſtatutum prædictum poteſt appellari à ſententia diffinitiua: ita poterit appellari etiam ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, niſi ſtatutum loqueretur de mera diffinitiua, quia tunc non comprehenderetur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, *vt ſingulariter not. Angel. & Doct. moderni in l. 5. in prin. ff. de verbor. obligat. & per Angel. in l. imperium, ff. de iuriſdictio. omn. iudic.* ſed prædicta acta & ſententia habent vim diffinitiuæ, & maxime dictum præceptum executiuum, *vt probatur per text. coniuncta gloſſ. in l. inter vtile. in prima gloſſ. magna, in final.* ibi vel duæ, ita intelligitur interlocutoria, &c. *& ibi not. per Doctor. & eſt tex. & ibi per Bartol. & Doctor. in l. ait prætor. §. permittitur, ff. de minori.* & maxime cum talis ſententia non poſſit reparari per appellationem à diffinitiua, *iuxta not. in l. 2. ff. appellat. recip. & in l. 2. Cod. de Epiſcop. audien. & maxime per Baldum in 2.*
17 *quaſtio. vbi loquitur de carceratis.* † Nec obſtat prædictum

dictum ſtatutum dum dicit, quod omnes ſententiæ latæ ante litem conteſtat. & ante ſententiam diffinitiuam ſint interlocutoriæ: quia loquitur de ſententiis quæ ſunt meræ interlocutoriæ, non autem de his interlocutoriis quæ habent vim diffinitiuarum, quia illæ non comprehenduntur appellatione ſententiarum interlocutoriarum, *vt not. in prædictis iuribus.* Nec etiam obſtat, ſi dicatur quod ſtatutum loquitur ſimpliciter & generaliter, dum dicit, *omnes ſententiæ.* Nam qui omne dicit nihil excludit, *l. à procuratore, C. mandati, cum ſimilibus.* Quia reſpondetur quod ſtatutum loquens generaliter recipit reſtrictionem de habilitate, *l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mun. & hon. & not. per Bart. & Doct. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunt. & in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. cum ſim. facit quod not. Bart. in l. 1. §. lex Falcid. ff. ad legem Falcid.* Nec etiam obſtat ſi dicatur, quod ſecundum hoc ſtatutum nihil operabitur, *contra l. ſi quando, ff. de legat. 1. cum ſimil.* quia reſpondetur, quod imo operatur, quia declarat quæ ſententiæ intelliguntur interlocutoriæ reſpectu temporis, dum dicit omnes ſententiæ latæ ante litem conteſtatam, & ante diffinitiuam ſententiam, licet non operetur reſpectu cauſæ, imo plus non eſſet inconueniens quod ſtatutum etiam diſponeret illud idem quod ius commune, & eſſet hoc vtile & poſſet operari ſecundum quod not Bar. *in l. 1. in prin. in verſ. quæro ſi ſtatutum diſponit id quod prius erat. ff. ad leg. Falcid. & ibi per Doct. & not. Ang. & D. Paul. de Caſtr. in l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit, ſi culpa tua. in ſecunda charta. ff. de verb. oblig. cum ſim.* Sed plus dico, quod imo ſecundum formam dicti ſtatuti dicta ſententia poteſt dici quod non ſit interlocutoria, quia debebat fieri niſi poſt litem cõteſtatam, vt plene dixi ſupra in primo dubio, ergo ab ea poteſt & poterit appellare etiam vigore dicti ſtatuti, dato quod fuerit lata ante litem conteſtatam, & in hoc eſt bene conſiderandum.

Præterea quando iudex pronuntiat declarando aliquem incidiſſe vel incidere in pœnam legis, poteſt appellari, *vt eſt gl. notabilis in verbo priuatos, in c. cupientes, §. quod ſi per 20. in fin. de elect. lib. 6. & not. Lud. Roma. in 216. ſingulari.* & ſic non obſt. quod dictum eſt ſupra in prin. huius dubii, quod à pœna legis non poteſt appellari.

Præterea iſta non eſt pœna legis, quia non eſt verum quod ipſo iure priuatus ſit, & dixi ſupra in primo dubio; ergo, &c. Et ex iſtis apparet manifeſte quod dicta nullitas & appellatio potuit interponi in caſu noſtro tam de iure communi, quam ex forma dicti ſtatuti quod allegatur in contrarium.

18 † Circa octauum & vltimum dubium principale, videlicet nunquid dubitatio prædicta poſſit & debeat committi conſilio ſapientis, ſi pro parte dicti tutoris petatur? & breuiter dicendum eſt quod ſic videlicet quod committi debet iſtud dubium, videlicet an hæc cauſa appellationis debeat committi. Nam ex forma literarum ducalium, & ex forma ſtatuti. 982. lib. ſtatutorum Veronen. habetur, cauſas & quæſtiones, in quibus ſit ferenda diffinitiua ſententia vel vim diffinitiuæ habens; debere committi cõſilio ſapientis, &c. ſed in hoc caſu veniet ferenda ſententia habens vim diffinitiuæ, vt dixi in præcedenti dubio, debet committi conſilio ſapientis vigore dictarum literarum ducalium, & dicti ſtatuti: ſi ſic eſt, ergo eodem modo debet cõmitti hoc dubium, videlicet ſi iſta cauſa eſt committenda, & hoc per gl. ſingularem, *in l. ſi quis in conſcribendo, in fin. in verbo ſuam, ibi vel dic quod de hoc ipſo fuit compromiſſum, C. de pact.* per quam gl. dicit ibi Bart. ſingulariter quod ſi ſtatutum dicit, quod de omnibus quæſtionibus, quæ ſunt inter conſanguineos, debet fieri compromiſſum quod debebit etiam cõmitti quæſtio emergens, exemplum dat ipſe. Eſt quæſtio, an cauſa principalis ſit compromittenda, & determinant quod ille articulus eſt etiam promittendus vigore dicti ſtatuti per dictum text. cum d. gl. quod etiam valde notandum. Nec obſtat ſtatutum. 99. & liber Veronæ dicit, quod omnes interlocutoriæ quæſtiones, quæ fuerint tam ante litis conteſtationem quam poſt, decidi debeant abſque ſapientis conſilio ſine expenſis partium intra triduum, &c. quia illud ſtatutum debet intelligi de quęſtionibus, in quibus ſit ferenda mera ſententia interlocutoria, non autem quando veniet ferenda ſententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, ne contrarietur ſtatuto præcedenti. 98. quod diſponit contrarium, vt ſupra dixi. Nam iura ſunt iuribus, & ſtatuta ſtatutis concordanda. *vt l. vnica, C. de inoffic. doti. & in cap. cum expediat. de elect. lib. 6. cum ſim.* Et hoc ne inducatur legum correctio, quæ eſt euitanda, *l. præcipimus, in fin. C. de appel. & l. ſancimus, C. de teſta.* & eo maxime cum dicta duo ſtatuta ſint eodem volumine iuxta not. per Cy. & Doct. *in l. 2. C. de teſta. & per Bart. in l. omnes popul. in 3. q. prin. in fin. verſ. circa quartum, ff. de iuſti. & iure.* & maxime cum vnum ſtatutum ſequitur immediate poſt aliud, & recte poſſint ambo ſaluari, *per l. nam ad ea. cum ibi not. ff. de cond. & demonſt.*

CONSIL. XXXIII.

SVMMARIA.

1 *Reipublica intereſt pacem inter coniunctas perſonas conſeruare.*

2 *Lis ſeu quæſtio inter coniunctos orta qualiter & per quos ſit agitanda & terminanda.*

INTEREST Reipublicæ de charitate & pace inter coniunctas perſonas
1 conſeruanda. † propterea ſtatuimus quod ſi qua quæſtio lis vel controuerſia orta fuerit ac de cætero oriri contigerit, intelligendo quæſtionem ſeu controuerſiam ortam per ſolam citationem factam inter aliquas de iſtis coniunctis perſonis legitimis & naturalibus tantum ſiue maioribus 25. annis, ſiue etiam pupillis, videlicet inter aſcendentes & deſcendentes vt puta patrem & filium, auum & nepotem, & ſic de cæteris aſcendentibus & deſcendentibus, vel inter collaterales ex linea paterna vel materna coniunctos vſque ad ſextum gradum incluſiue, intelligendo gradum ſecundum iura ciuilia, vel inter maritum & vxorem, vel inter affines tam qui eſſent quam qui fuiſſent, videlicet in ſocerum ſeu ſocrum, & generum ſeu nurum, vel inter leuiros &

ſeu

leuitas ſeu inter habentes aut qui habuiſſent duas ſorores in vxores, intelligendum ſemper maſculinnm genus comprehendere fœmininnm.

Teneantur & debeant ipſæ partes omnes ad cõ- a promiſſum vt infra, † teneaturq; & debeat Dominus Poteſtas eiusque Vicarius, & quilibet alius iudex & iudi. conſult. Communis Veronæ, coram quo dicta quæſtiu ſic orta fuerit, compellere perſonas litigantes ſeu litigare volentes realiter & perſonaliter ac captis pignoribus, & mulcta indicta omnino facere compromiſſum, & eligere conuiualem aliquem vel conuiuales aliquos dnos vel tres vel plures, qui tres, videlicet ſingulum pro quaque parte ſi litigantes eſſent plures quam duo, ita quod inter eos ſeruetur æqualitas, dummodo ipſi conuiuales amici eligendi ſint ciues Veronæ vel diſtrictuales ciuitatis Veronæ, ſi dicti litigantes eſſent ciues vel diſtrictuales ad confidentes quidem partium producendos, hoc modo videlicet, quod per quamlibet partem dent viginti quinque confidentes ſui ex quibus de concurrentibus fiat electio prędicta. Et ſi plures concurrerent quam neceſſe foret, tunc in arbitrio partium ſit eligere quem ex ipſis voluerunt à ſe productis per electionem duorum, pro electione vero tertii dicti plures concurrentes ponantur ad ſortem, & ipſius tertii fiat electio. Si autem nulli vel tot non concurrerent, dentur ſequenti aliæ ſimiles nudæ viginti quinque confidentinm pro quaque parte, ex quibus ſimiliter de concurrentibus fiat electio prædicta vel eius aut eorum qui reſtarent eligendi. Et ſic nec adhuc reperiretur concurrentia aliqua vel ſufficiens; tunc eodem die Dominus Poteſtas, eiusque Vicarius, & quilibet alius iudex, coram quo dicta quæſtio ſic orta fuerit, datis ſibi in ſecretum per partes omnibus ſuſpectis ſuis ſuo bono arbitrio & bona conſcientia ſua nominet & eligat non de ſuſpectis, & hoc niſi in eligendo partes ipſæ aliter eſſent concordes, quo caſu intelligatur dictum compromiſſum legitime eſſe factum iuxta furmam præſentis ſtatuti. Qui quidem arbitri & arbitratores & amicabiles compoſitores iurare in primis debeant bona fide ſine fraude omni affectione & paſſione remota pro eorum bona conſcientia procedere cognoſcere & terminare, poſſintque ac debeant ſummarie & de plano abſque ſtrepitu & figura iudicii quolibet loco & tempore feriato & non feriato placitis locatis & non locatis, præſentibus partibus & abſentibus, citatis & non citatis, ſtando & ſedendo, & omni iuris ſolemnitate omiſſa tam de facto, quam de iure cognoſcere & diffinire de quæſtione & controuerſia prædictis, pœnam apponentibus in diffinitione ſua, ſi & prout ſibi melius videbitur conſiderata conditione perſonarum & cauſæ, in qnam partes non attendentes id quod diffinitũ fuerit per dictos electos vel maiorem eorum partem vel aliter non obedientes eis vel ſuæ diffinitioni & ordinationi toties incidant, quoties contra fecerint, & nihilominus diffinitio ipſa in ſui firmitate perduret: quam quidem diffinitionem dicti electi feciſſe teneantur infra tres menſes à die facti compromiſſi, aliter autem incidant in pœnam libr. 25. dena. pro quaque eorum, & plus arbitrio Domini Poteſtatis ſiue iudicis, coram quo dicta electio facta fuerit, niſi hoc iuſto remanſerit impedimento approbando per D. Poteſtatem. Si vero diffinierint & terminauerint, ſalarium habeat quilibet eorum, ſicut habent ſapientes de collegio Aduocatorum quibus cauſę committuntur ex forma ſtatuti de ſalario iudicum conſiliariorum. Et ita Dominus Poteſtas vel eius Vicarius & quilibet alius iudex requiſitus compellat realiter & perſonaliter dictos electos ad cognoſcendum & diffiniendnm & ſine debito terminandum inter partes infra dictos tres menſes, nec non ſacramenti vinculo teneantur & debeant quicquid dicti electi vel eorum maior pars in dicta ſua diffinitione diffiniendo dixerunt aut ſtatuerunt, totum illud omnibus iuris remediis executioni mandare, & cogere partes adimplere, & perpetuo obſeruare nulla appellatione ſeu alia contradictione obſtante, ita quod à dicta diffinitione non poſſit appellari, vel de nullitate dici, nec peti ad arbitrium boni viri reduci, nec in integrum reſtitui, nec ſupplicari, nec aliter contrariari, etiam per viam exceptionis, vel compenſationis, retentionis ad officium iudicis loquendo, nec aliquo alio modo qui poſſit excogitari. Sed Dominus Poteſtas & eius Vicarius, & quilibet iudex præfati Domini Poteſtatis vel Communis Veronæ teneantur, & debeant dictam diffinitionem ſiue ſententiam arbitralem omnino exequi remota prorſus omni exceptione, qnantumcunque allegaretur eſſe legitima, etiam ſi dolus expreſſus verus vel præſumptus propter enormem læſionem allegaret ipſorum arbitrorum, qui talis dolus verus vel præſumptus vigore præſentis ſtatuti nullo modo præſumatur, ſed talis petitio reductionis ad arbitrinm boni viri, & nullitatis interpoſitio, & appellatio, & in integrum reſtitutionis petitio, & officii iudicis imploratio, & quælibet alia contradictio intelligantur & præſumantur vigore præſentis ſtatuti per calumniam dolum & fraudem eſſe factam, & ſit præſumptio iuris & de iure, contra quam probatio in contrarium non admittatur.

Et ipſe Dn. Poteſtas, eiusque Vicarius & iudices prædicti nullam habeant iuriſdictionem nec iuriſdictionis exercitium contra dictam diffinitionem ſiue ſententiam, neque in cognoſcendo, neque in diffiniendo, nec vllo modo poſſint audientiam præbere alicui contrauenire volenti, ſiue per viam nullitatis, appellationis, reductionis ad arbitrium boni viri, reſtitutionis in integrum, officium iudicis implorationis, ſupplicationis, ſiue alio quocunque modo qui excogitari poſſit, & ſit proceſſum, & contrafacientes incidant in pœnam periurii, & nullius ſit valoris, quicquid in contrarium fuerit attentatum. Et hoc ſtatutum intelligi debet, prout iacet ad literam, nec poſſit vllo modo gloſſari, nec interpretari, nec alium quemuis ſenſum vel intellectum recipere, quam ſenſum vel conſtructionem grammaticalem, vt intellectus ipſius in aliud non diſtorqueatur, quam ipſa litera ſonat.

CON-

CONSIL. XXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum de compromiſſis faciendis inter coniunctas perſonas, prohibens omnem reductionemq́, appellationem, &c. an extendatur ad enormem læſionem.*

2 *In omni arbitrio læſio enormis cenſetur excepta & prohibita.*

3 *Statutum in dubio debet ſecundum ius commune interpretari.*

4 *Bona fides non patitur, quod ius vni debitum tollatur, & detur alteri.*

5 *Amicus eſſe non præſumitur, qui enormiter lædit in arbitrando.*

6 *Mutanda non ſunt, quæ longam habent interpretationem.*

7 *Statutum in dubio debet ſic reſtringi, vt quantum fieri poteſt, minus lædatur ius commune.*

8 *Legis conditor duo debet conſiderare.*

9 *Actus in dubio ſic debet interpretari, vt potius valeat, quàm pereat.*

10 *Statuta non poſſunt facere, quod leges circa ea loquentes locum non habeant.*

11 *Statuta remouente interpretatione, de qua intelligatur interpretatione.*

12 *Iuſtitia municipalis tolli poteſt, neceſſaria autem & naturalis non.*

13 *Reductioni ad arbitrium boni viri an poſſit renuntiari.*

14 *Quod principi placet, legis habet vigorem.*

15 *In generali arbitrio non veniunt expreſſe prohibita.*

16 *Principis commiſſione generali vel ſimplici non venit, vt tollatur ius commune.*

17 *Quod fit per pactum, fieri poteſt per ſtatutum.*

18 *Dolus futurus non poteſt per pactum vel ſtatutum remitti.*

19 *A ſententia arbitri an poſſit appellari, aut reductio fieri.*

20 *Generalis confirmatio ſtatutorum non extenditur ad iniuſta ſeu iniqua.*

CASVS, facto promiſſo ſecundum formam ſubſcripti ſtatuti Veronenſ. inter Gaſparem, & Nicolaum, & Belinum de Belinis pronuntiatum eſt laudum ſiue arbitramentum per arbitros & arbitratores electos inter dictas partes ſecundum formam dicti ſtatuti, in quo in effectu huiuſmodi læſio continetur, quia cum dicti de Belinis haberent quandam ſocietatem Garzariæ, & in ea eſſent debitores communes vſq; ad ſummam quinque millium & centum librarum denariorum Veronenſ. vel circa, deductis prius omnibus debitis dictæ hypothecæ, de quibus quilibet ipſorum de Belinis habebat & habere debebat tertiam partem, adiudicauerunt dicti arbitri & arbitratores dicto Nicolao in totum quatuor millia librarum in effectu, & reliquam dicto Gaſpari & Belino, & condemnauerunt dictum Belinum & Gaſparem ad faciendum bonos debitores dicto Nicolao vſque ad ſententiam trium millium centum & quinquaginta octo librarum. Et tamen dictus Gaſpar fuit ſemper magiſter & gubernator dictæ Garzariæ, & ſic ipſe debuiſſet condemnari, & non ipſe Belinus, in quantum debuiſſet eſſe in aliquo condemnandus, & ſic Belinus in hoc fuit læſus in toto, & non in parte, à qua quidem ſententia ſiue arbitramento dictus Belinus petiit reductionem ad arbitrium boni viri, offerens ſe in continenti probaturum de læſione, &c.

Opponitur per dictum Nicolaum, quod non debeat audiri, quod nullo modo potuit nec poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri propter aliquam læſionem & enormiſſimam, nec propter aliquem dolum expreſſum verum vel præſumptum vigore ante dicti ſtatuti Veronenſ. ad quod replicat, quod dictum ſtatutum Veronenſ. non videtur in dubio velle tollere reductionem, quando dolus expreſſus & verus, vel præſumptus arbitrorum interuenerit, nec quando læſio eſſet in maxima quantitate. Et quod plus eſt, ſi ſtatuentes hoc voluiſſent, ſcilicet in omnem caſum tollere reductionem, non potuiſſent de iure, vnde ex prædictis duobus principaliter dubitari contingit.

Primò, an prædictum ſtatutum Veronæ de compromiſſis faciendis inter coniunctas perſonas & affines, quod prohibet interponi appellationẽ, nullitatem, reductionem, in integrum reſtitutionem, ſupplicationem, exceptionem, & officii iudicis interpellationem, & quamcunque aliam controuerſionem, quæ dici & excogitari poſſit, &c. intelligatur etiam in caſu, in quo ſententia arbitrorum contineret enormiſſimam læſionem, ſicut fuit in caſu noſtro præcedenti.

Secundò poſito, quod ſit, an ſtatuentes potuerunt illud ſtatutum facere.

1 Super † primo dubio videtur prima facie ſine dubio, quod dictum ſtatutum videatur velle tollere omnem reductionem ad arbitrium boni viri etiamſi ſit læſio enormiſſima, & ſit in maxima quantitate, quia ſtatutum generaliter tollit reductionem; ergo generaliter eſt intelligendum, *l.1.§.generaliter, ff. de legat. præſt. & eſt text. in c. quoniam nemmem, & ibi gloſſ. extra de coniug. leproſor.* & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, de public. cum ſimilib.* Sed ſtatutum loquitur generaliter, nec diſtinguit, an læſio ſit enormis, vel enormiſſima, vel nulla; ergo generaliter de omni reductione videtur eſſe intelligendum. Hoc etiam probare videtur ex verbis dicti ſtatuti, dum dicit, quod etiamſi allegaretur exceptio, non debeatur quis audiri. Vnde licet reductio ex cauſa enormiſſimæ læſionis eſſet, & ſit exceptio & cauſa legitima, tamen ſtatutum vult, quod non poſſit allegari, imò plus vult dictum ſtatutum, quod cum ſit dolus expreſſus verus vel præſumptus arbitratorum, propter læſionem allegetur, quod hoc non præſumatur, & quod omnium reductio ſeu nullitatis interpoſitio præſumatur vigore dicti ſtatuti per calumniam & dolum & fraudem facta. Et quod præſumptio talis ſit iuris & de iure, contra quam probatio in contrarium non admittatur, *pro hoc auth. ſed iam neceſſe, cum ibi notat. C. de donat. ante nupt.* & in corpore vnde ſumitur.

Præterea dicitur in fine dicti ſtatuti, quod illud ſtatu-

ſtatutum debeat intelligi, prout iacet, & quod non poſſit nullo modo gloſſari vel interpretari, &c. ergo dicta interpretatio, quod non intelligatur quãdo eſt enormiſſima læſio, non videtur admittenda, ad hoc optime facit quod notat. Bal. *in authen. ſi qua mulier. in fin. C. de ſacroſanctis Eccleſ. & quod notat. per*
2 *Doctores in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.* † Sed his non obſtant contrarium eſt verius. Et primo præmitto, quod in dubio de iure communi videtur poteſtas eſſe data arbitratori, vt non enormiter lædat. Et ſi enormiter lædit, poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, *vt l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & ibi hoc habetur per Doctor. legiſtas, & in l. cum antea. C. de arbit. & per canoniſtas in capit. Quintanallus. extra de iureiurando.* & ſi ſic dictum quod poſſit auferri de iure vnius, & dare alteri, ſecundum gloſſ. *in l. de meo. §. recepiſſe. ff. de arbi. & l. iurauerit. ibi, vel immodice. ff. de oper. lib. & notat Bald. in l. cum filius partem cum filia. ff. de legatis ſecundo.* & enormis læſio dicitur vltra ſextam partem, vt eſt caſus *in dicta l. ſi ſocietatem. in princip. & in l. ſi Nerua. cum l. ſequenti. ff. pro ſocio. ſecundum Bartol. & Doctores. in d. §. arbitrorum.* licet ſit vltrã tertiam partem ſecundum Ioan. de Imo. in repetitio. *d. cap. Quintanallus. in 49. col.* quæ forte de iure verior eſt ſecundum opinio. Bartol. eſt communis, & quod intelligatur de modica læſione, eſt verum etiamſi iuramentum partium de parendo arbitratoribus interueniſſet: quia illud iuramentum intelligitur eſſe factum ſub ſpe, quod ipſi recte arbitrentur, non autem vt immodice lædant, vt eſt caſus *in d. l. ſi libertus* ita iurauerit. † hoc ſi præmiſſo arguitur ſic in dubio ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune, vt habetur per gloſſ. & Doctores *in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. & in l. ſecunda. ſi ſerui vend. C. de noxalibus. & in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.* ſi ſic eſt, ergo ſequitur quod ſtatutum prædictum, dum tollit reductionem ad arbitrium boni viri, intelligitur & debet intelligi, quando modice lædunt arbitratores, non autem quando immodice, ſed in caſu noſtro non ſolum modice vſque ad ſextam partem ſed etiam immodice ſecundum opinion. Bartol & communiter Doctores vel vſque ad tertiam ſecundum Ioan. de Imo. ſed etiam vltra dimidiam, imo quaſi in totũ, quia dum arbitratores adiudicarunt dicto Beluio tertiam partem de 5000. libris, & ſic, 17[illegible]. adiudicauerunt niſi quingentas: & quia condemnauerunt dictum Beluium cum dicto Gaſpare ad faciendum bonos debitores dictæ ſocietatis dicto Nicolao vſque ſummam. 3118. librarum, cum ipſe Beluius in hoc non debuiſſet in aliquo condemnari, ex quo ipſe non fuit gubernator nec magiſter pro illo tempore dictæ ſocietatis Garzariæ, ſed ipſe Gaſpar tantum, ergo & iſta fuit intẽtio ſtatuti ſiue ſtatuentium, probatur ex proœmio dicti ſtatuti, quæ probatio legitima eſt, *vt eſt caſus in l. fin. ff. de hæred. inſtit.* & ibi Bald. in principio, qui dicit, quod præfationes & proœmia probant cauſam finalem, & quod illa lex finalis quotidie allegatur per Doctores, quod ex præfationibus ſtatuti probatur ratio & mens ſtatuti, & idem dicit ipſe Bald. *in l. cum hi, circa princ. ff. de tranſactio.* vbi dicit *per illam l. fin.* quod proœmium eſt cauſa finalis ipſius legis, & intelligitur per totam legem repetita, vt idem dicit ipſe Bal. *in l. 1. in prin. ff. de orig. iur. & in proœm. feudorum in 3. col.* nam mens & intentio ſtatuti ſiue ſtatuentium fuit conſeruare charitatem & pacem inter coniunctas perſonas conſeruãdam, ſed iſta charitas & pax non conſeruantur, quoniam quod eſt vnius perſonæ coniunctæ, datur alteri, præſertim in maxima quantitate, imo tunc oritur altercationis occaſio, *vt eſt caſus in l. cum oportet. §. 1. ibi, & filij non lugebunt, & in §. ſin autem res.* ibi, quatenus non omni parte pace & intereſſe ſucceſſio cuius permaneat nec altercationis cuiuſdam, & maxime inter fratres oriatur occaſio. *C. de bonis quæ lib. & not. gloſſ. in l. cum pater. §. euictis. ff. de legat. 2. Et probatur in Auth. quib. modis natur. efficiuntur ſui. §. penult. colu. 7. facit ad hoc quod notat Dominus Paul. de Caſtr. in l. parent. C. de inoff. teſta.* ergo ſequitur, quod mens ſtatuentium fuit, quod arbitratores non poſſint immoderate lædere vnam partem, ne propter illam læſionem oriatur diſcordia & altercatio inter coniunctos. Sed quod debeãt æque arbitrari, & hoc etiam probatur manifeſte ex aliis verbis dicti ſtatuti, dum vult quod dicti arbitri & arbitratores iurare in primis debeant bona fide ſine fraude omni affectione & paſſione remota pro eorum bona conſcientia, &c. Per hæc enim verba euidenter apparet, quod dictis arbitris & arbitratoribus non videatur data poteſtas enormiſſi-
4 me lædendi vnam partem. † Nam bona fides & bona conſcientia non poteſt pati, quod tollatur ius vnius, & detur alteri, præſertim in maxima quantitate ſine iuſta cauſa, *vt probatur in l. bona fides. quæ eſt in penulti. charta. ff. de regulis iuris. & optime probatur in l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio.* Et ibi bona fides requiritur, vbi æquitas deſideratur, *vt eſt caſus in l. bona fides. in principio. ff. depoſiti, & probatur in l. bonam fidem. C. de arc. rober.* cum ergo ſtatutum requirat bonam fidem arbitrorum, ergo æquitatis: ſi æquitatem, ergo non videtur quod poſſint immodice lædere, quia iſtud non eſt æquum, *vt eſt caſus in dicta l. ſi libertus ita iurauerit. ff. de operis liber.* ibi, quam ſi æquum arbitratus ſit, & ibi notat. quia vel immodice, &c. imo eſſet iniquum, *vt probatur in l. vnde ſi Neruæ.* ibi ita primum vt manifeſte eius iniquitas appareat. *ff. pro ſoc. & in d. l. ſi non fuerit. eodem titulo.* ergo idem dicitur in dicto ſtatuto, vt dixi pro eorum bona conſcientia, per quod verbum conſcientia, & quando committitur ſub conſcientia alicuius, videtur quod eius determinationi ſtari debeat, *vt eſt gloſſ. notat. in cap. ſtatutu. §. aſſeſſorem. de reſcriptis. libro ſexto.* Sed in contrarium videtur gloſſ. *in clementina prima in verbo onerarius. de iure patro.* quæ videtur velle, quod poſſit recurri ad ſuperiorem, & ibi Dominus Card. Flor. Franciſc. Zabar. *in 16. quæſtione.* qui dicit quod iſto caſu niſi Bald. *in l. nulli. in fin. 3. colum. verſic. ex prædictis ſequitur determinatio. C. de Epiſc. & cle. facit quod notat. gloſſ. & Doct. in l. ab executore in princ. ff. de appellat.* & iſtud teneo pro vero & maxime in caſu noſtro, quia additur hoc verbum bona, quia dicitur eorum bona conſcientia, vnde conſcientia non diceretur eſſe bona, ſi eſſet contra iuſtitiam & enormiſſime læderet, & ita etiam alias conſului in valle Lendei, vbi eſt ſimile ſtatutum

in hoc, præterea ex eodem ſtatuto apparet eadem
mens ſtatuennum, nam vult idem ſtatutum quod
dictæ perſonæ coniunctæ litigare volentes tene-
antur facere compromiſſum, & eligere conuiua-
lem amicum vel conuiuales amicos. Er ſic vult
quod arbitrator ſiue arbitratores ſit conuiualis a-
micus vel conuiuales amici. Si ſic eſt, ergo vide-
tur quod tales debeanr arbitrari vt amici commu-
nes. Sed nemo ſanæ mentis dixerit, quod arbitra-
tores fuerint tanquam conuiuales amici, ſi vnam
partem immoderate vel enormiſſime læſerũt, quod
5 hoc non eſt officium amici communis, † non e-
nim ergo eſt amicus noſter, qui noſtra bona tollit,
*vt probatur in capit. idem cum quis, & ibi hoc not. Bald. in
fin. primæ columnæ, extra de reſtitut. ſpol. & ibi etiam hoc
not. Dominus Antonius de Butrio, in princip. 2. col. Et idem
not. ipſe Dn. Anton. in capit. accedens, in princip 2. colum.
vt lite non conteſtata.* Et ibi hoc probatur in textu, er-
go. Præterea hoc ſic probatur ſi ſtatuentes fuiſſent
interrogati ſi intendebanr quod proprer hoc ſta-
tutum poſſenr arbitratores lædere vnam partem
immodice, & eſt in maxima quantitate ſine cauſa
certe dixiſſenr quod non, cum hoc non ſit æquum,
ſed iniquum, vt dixi, ergo idem nos dicere debemus
arg gl. not. in l. tale pactum. §. ſin. ff. de pactis.

Præterea, ſtatutum antiquum, quod etiam pro-
hibebat reductionem, reſtitutionem, & ſupplica-
tionem à ſententia lata per arbitratores ſemper fu-
it intellectum & interpretatum, quod poſſet peti
reductio ad arbitrium boni viri, quando eſſet enor-
miſſima læſio, quod ſatis notorium eſt, & probari
etiam poteſt, ſi iudex interrogaret tabelliones, cum
ita de conſuetudine ſeruatum ſit, *vt nota. Bartol. in
l. lege Iulia. in fine, ff. de legib. & Bald. in l. prima. in fin. C.
vt quæ deſunt aduo.* partium iudex ſupplcat, & ita et-
iam intellexerunt & interpretati ſunt excellentiſ-
ſimi legum Doctores patres & Dominus Raphael
Raymundus de Cumis, qui ita conſuluit ſuper dicto
ſtatuto Veronen. & Dominus Rapha. Fulg. & Dn.
Proſdocimus de comitibus qui ſe ſubſcripſerunt di-
cto conſilio, vnde ab iſto intellectu & interpreta-
6 tione conſuetis non eſt recedendum, † quia mi-
nime mutanda ſunt quæ interpretationem longam
habnerunt, *ff. de legibus*, ergo eodem modo idem ſta-
tutum eſt intelligendum & interpretandum, &
licet reliquæ clauſulæ ſint adiectæ tunc ſtatuto in
nona compilatione, tamen dictæ clauſulæ referun-
tur ſolum ad prædicta ſcilicet quando non eſſet im-
moderata læſio vel enormiſſima, vt patet per præ-
dicta, & parebit etiam ex his quæ ſtatim dicam, &
maxime hoc probatur ex verbis dicti ſtatuti, dum
dicit remota prorſus omni exceptione quantum-
cunque allegaretur legitima, etiam ſi dolus expreſ-
ſus, verus, vel præſumptus propter enormem læſio-
nem, quia illud ſtatutum propter illud verbum ex-
cludere vel repellere volentem venire contra arbi-
tramentum, niſi quando allegaretur enormis læſio;
non autem quando allegaretur immoderata vel e-
normiſſima, quia de illa ſtatutum nihil dicit, & in
hoc bene conſideret excellentia domini iudicis,
quia per hoc tolluntur omnia argumenta Domini
Aduocati partis aduerſæ. Nam qui vnum dicit,

alium excluſiſſe videtur, *l. cum prætor, ff. de iud. adde, l.
maritus. C. de procurat. & capitulo nonno, extra de præ-
ſumpt.*

Item, caſus omiſſus habetur pro omiſſo & rema-
net in diſpoſitione iuris communis, *l. ſi cum dotem,
in princip. ff. ſolut. matrimon. & in l. commodiſſime. & ibi
per Doctores. ff. de liber. & poſthum.* ſed caſus, quando
eſt immoderata vel enormiſſima læſio, eſt omiſſus,
ergo, &c.

7 † Item, ſtatutum in dubio debet intelligi & re-
ſtringi, quantum fieri poteſt, vt minus lædat ius
commune quam poteſt, maxime ne quis damnum
indebite patiatur, *vt l. 2. & l. ſi ſeruus mei, C. de noxal.
& ibi per Doctores & per gloſſ. & Doctores in l. finali, §.
in computatione, Cod. de iure deliberan. cum ſimilibus*, er-
go nec eſt dicendum, quod dicti ſtatuentes volue-
rint in aliquo corrigere ſtatutum antiquum, vel ei
derogare, ſed ſolum confirmare in eo caſu quo lo-
quebatur ipſum fortificando cum inſertis clauſu-
8 lis, quod patet, † quia in lege condenda duo
principaliter debet attendere legem vel ſtatutum
condens.

Primo, euidentem vtilitatem.

Secundo, euidentem neceſſitatem: abſque iſtis
enim vel altero eorum non debet lex variari, enim
nouitas ſit ſemper in periculo, vt dicit Antonius
de Butrio, *in capit. non debet, in princip. extra de conſang.
& affini.* ſed in caſu noſtro non apparet nec appare-
re poteſt aliqua euidens vtilitas vel neceſſitas cor-
rigendi dictum primum ſtatutum aliter quam fue-
rit intellectum vel interpretatum primo per ma-
iores noſtros, ergo nec obſtant dictæ clauſulæ de-
poſitæ in dicto ſtatuto, quia vt dixi intelliguntur
quando eſſet ſolum enormis læſio, & non quan-
do eſſet enormiſſima, & hoc maxime verum eſt,
quia ſi interpretaremur quod voluiſſent per dictas
clauſulas tollere reductionem quando eſſet enor-
miſſima læſio non potuiſſet, vt dicetur in ſequen-
ti dubio principali, ergo ſequitur quod talis intel-
lectus, quod noluerint id quod non potuerunt, non
9 eſt præſumendus, † quia actus debet intelligi eo
caſu vt potius valeat quam pereat, *vt l. quoties. ff. de
reb. dub. & l. quoties. ff. de verbor. oblig. cum ſimilibus.* Nec
obſtat vltima clauſula dicti ſtatuti, dum dicit quod
non poſſit gloſſari, &c. quia illa clauſula intelligi-
tur de gloſſatione ſeu interpretatione extranea ſeu
friuola, illa enim bene videtur eſſe remota, ſed in-
terpretatio iuſta bene poteſt fieri, *vt habetur in l. 1.
C. de legib.* imo ſi per ſtatutum tolleretur expreſſe in-
10 terpretatio iuſta & legitima, non valeret, † quia ſta-
tuta nõ poſſunt facere, quod leges circa ea loquen-
tes locum nõ habeant, *l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. cum ſim.*

Præterea, ſi ex iſta generali vel ſpeciali prohibi-
tione gloſſationis tolleretur indiſtincte omnis in-
terpretatio legis, ſequerentur multæ & infinitæ
abſurditates, ergo, *vt l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi
quis mut. contra l. diuortio. in princip. & quod ibi not. ff.
ſolut. matrimo. & in l. nam abſurdum. ff. de bo. libr. cum ſi-
milibus, & ita tenet & not. Bart. in l. omnes populi, in an-
tepenult. colum. in fin. verſ. vltimo quæro. ff. de iuſt. & iure,
& ibi etiam Bald. hoc tenet in effectu. & ita not. etiam Dn.
Bart. de Sali. in l. quamuis adult. in 9. & vlt. no. C. de adult.*

& idem

& idem tenet Bald. in l. ſi quis filium, C. de lib. præt. vbi di-
11 cit, † quod ſi ſtatutum remouet omnem interpre-
tationem, intelligitur de intrinſeca quæ poteſt cir-
cumſcribi, non de intrinſeca ſine qua non poteſt
eceoa duci, *vt l. in hu, ff. de conditio. & demonſtrat. & ita*
etiam tenet Dominus Petrus de Anch. in repet. cap. canonum
ſtatuta. in 204. col. cum duabus ſeq. de conſtit. Et ad prædicta
optime facit quod not. Bal. in l. vnica. in 3. col. in prin. verſic.
item ſtatutum non poteſt, C. de his qui pœnæ nomine, vbi
dicit nota. quod ſtatutum non poteſt claudere os,
quiſquis loqui poſſit de facto, & de iure quod iu-
ſtum eſt de iuſtitia quæ continet neceſſitatem, non
12 dico de iuſtitia poſitiua vel municipali, † quia iu-
ſtitia municipalis poteſt tolli, ſed neceſſaria & na-
turalis non, quia iuſtitia eſt conſtans & perpetua, *vt*
l. iuſtitia, ff. de iuſt. & iure, ex prædictis ſequitur con-
cluſio ad primum dubium, quod prædictum ſtatu-
tum non intelligitur remouere reductionem ad ar-
bitrium boni viri quando eſſet immoderata vel e-
normiſſima læſio. Nec etiam obſtat quod dicitur
quod ſtatutum loquitur generaliter, vel diſtinguit
an ſit enormis vel enormiſſima læſio, &c. ergo quia
reſpõdetur quod ſtatutum bene patitur reſtrictio-
nem & limitationem de habilitate, *vt l. vt gradatim,*
§. ſed ſi lege, ff. de muner. & hon. cum ſimilib. & not. Bart. &
omnes Docto. & l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure cum ſi-
milibus.

Præterea ipſum ſtatutum non loquitur genera-
liter imo ſpecialiter ſolum quando eſt enormis læ-
ſio, vt patet ibi, dum dicit propter enormem læſio-
nem, &c. vt ſupra dixi, ergo. Nec etiam obſtant a-
liæ clauſulæ ſtatuti, dum vult quod non poſſit alle-
gari aliqua exceptio, & quod talis exceptio præſu-
matur per calumniam & fraudem fieri, & quod ſit
præſumptio iuris & de iure, & quod non admitta-
tur probatio in contrarium. Et quod iudex non ha-
beat iuriſdictionem, &c. quia vt dixi loquitur quan-
do quis vellet allegare enormem læſionem, ſed vbi
vellet allegare magis enormem, vel immoderatam,
vel enormiſſimam, hoc non prohibet, & iſte eſt ca-
ſus omiſſus, qui remanet in diſpoſitione iuris com-
munis, vt dixi, ergo. Vnde ex prædictis, ſequitur ve-
ra iuſta & ſancta concluſio ad primum dubiũ, quod
prędictum ſtatutum non intelligitur remouere re-
ductionem ad arbitrium boni viri quando eſſet im-
moderata, vel enormiſſima læſio.

Super ſecundo dubio, poſito quod ſtatuentes
voluiſſent intelligere dictum ſtatutum vt etiam in-
telligantur concludere reductionem quæ eſſet im-
moderata vel enormiſſima læſio, an ſtatuentes po-
tuerint illud ſtatutum facere? & videtur dicendum
quod ſic, ſicut poteſt renuntiari, *vt l. 1. §. primo, ff. à*
quibus appellar. non lic. & l. fin. C. de temp. appellat. ita po-
terit renuntiari huic reductioni, & ratio eſt, quia ra-
tio quare poteſt renuntiare oppoſitioni, eſt, quia
iudices iurabunt, *vt in auth. iuſiurandum quod præſta-*
tur ab his colum. ſecunda. ſed iſti arbitratores hodie iu-
13 rant per ſtatutum. † ergo in hoc æquiparabuntur
iudicibus, vt ſicut appellationi poteſt renuntiari,
ita & reductioni. Item quia ex quo habuerunt po-
teſtatem ſtatuta reformandi, & componendi à con-
ſilio maiori Veronen. videtur quod quicquid fa-
ctum eſt per hoc valeat, proinde ac ſi per ipſum cõ-
ſilium maius factum fuerit, *argumento l. item eorum,*
§. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, & præ-
ſertim cum Illuſtriſſ. Ducal. Domin. dicta ſtatuta
confirmauerit per ſuum conſilium Rogatorum.
14 † nam quod principi placuit, legis habet vigorem,
vt Inſtit. de iure natu. gentium & ciuili. §. ſed quod principi
& l. 1. in prin. ff. de conſtit. prin. cum ſimil. Sed certe con-
trarium eſt verius.

Primo hoc probatur ſic ex generali licentia ſta-
tuendi, ſiue faciendi ſtatuta, non videtur dari pote-
ſtas ſtatuendi leges iniquas, *vt dicit Baldus in l. vni-*
ca, C. de monop. & pro hac l. ſi procurator. & quod ibi ha-
betur, ff. de conditio. indebit. vbi dicitur, quod in gene-
rali mandato non conuenit vt delinquat, & habe-
tur, *in l. creditor, §. 1. ff. mandat. quod not. Bartol. in l. ſi*
quis ſub conditione, in fin. ff. de conditio. inſtit. Sed ſi in-
telligeretur, quod eſſet data poteſtas per dictum
conſilium maius Veronæ dictis reformatoribus,
quod poſſent ſtatuere quod à ſententia arbitrorum
non poſſet peti reductio, quando continet immo-
dicam vel enormiſſimam læſionem, videretur eſſe
data poteſtas condendi legem iniquam, & ſic delin-
quendi, & quia iſtud eſſet iniquum, *vt probatur in d.*
l. ſi libertus ita iurauerit. ibi æquum, &c. *ff. de oper. libert.*
& in l. vnde ſi Nerua, ff. de pro ſocio. & dixi in præceden-
ti dubio, ergo iſta talis poteſtas in dubio non vide-
tur eſſe data à conſilio maiori reformatoribus con-
dendi tale ſtatutum. Si ergo diceremus quod vo-
luiſſent tale ſtatutum iniquum condere, feciſſent
contra formam mandati, ergo non valeret, *per l. dili-*
genter ſunt inſpiciendi, vt eſt text. in cap. cum de non ſacer-
dotali, in fin. de præben. libr. 6. & habetur in c. dilecta extra
de reſcrip.

15 † Secũdo probatur ad idem, nam in generali ar-
bitrio non veniunt expreſſe prohibita, *vt eſt caſus in*
l. ex teſtamento militis & not. Bald. in l. ſimiles, in fin. ff. de
iniuſto rupt. & irri. teſta.

Sed iſtud eſt expreſſe prohibitum quod non poſ-
ſit peti reductio ad arbitrium boni viri, quia imo
poteſt vt dixi ſaltem ratione enormiſſimæ læſionis,
ergo nõ videtur in dicto generali arbitrio vel com-
miſſione condendi ſtatuta conceſſum, quod poſ-
ſint ſtatuentes tollere dictam reductionem.

16 † Tertio ad idem probatur ſic, in mandato &
commiſſione generali vel ſimplici etiam à principe
proueniente, non venit, vt tollatur ius alterius, *vt eſt*
caſus in l. 2. §. ſi quis à principe. & ibi gloſſ. 1. in prin. ibi ſci-
licet generali commiſſione vel ſimplici, *& in §. me-*
rito, ff. de neg. geſt. & l. in loco publi. & in l. non eſt anus, C.
de emancipatio. liber. & in cap. quamuis, in fin. de reſcri-
ptis, libr. 6. cum ſimilibus, ergo ſequitur quod in dicta
generali vel ſimplici conceſſione facta per conſi-
lium maius dictis reformatoribus non venit quod
poſſint tollere reductionem quando eſſet enormiſ-
ſima læſio, quia tunc videtur mandatum eſſe con-
ceſſum, quod poſſent tollere iura alterius, quod
non eſt dicendum.

17 † Quarto probatur, regula eſt: Quod poteſt fie-
ri per pactum, poteſt fieri per ſtatutum, *vt not. gloſſ.*
in Rubr. C. de decr. decurio. libr. 10. & eſt gloſſ. in l. Domini
prædiorum, quæ incipit ſupple. vel conuentio, C. de agri. &

conſi. lib. 11. & not. in l. non impoſſibile, ff. de pactis, & not. Bald. in l. omnes populi, in 3. quæſt. principali, verſ. tertio iuxta prædicta quæris, ff. de iuſtit. iur. ſed per pactum non poteſt tolli talis reductio, quando arbitramentum continet enormiſſimam læſionem, quia ſi valeret, inuitaret arbitratores ad delinquendum, *contra l. conuenire, ff. de pact. dota. & l. ſi vnum, §. illud, ff. de pactis, & l. iuriſgentium, §. & generaliter, eodem tit.* eſſet etiam contra bonos mores; ergo non eſſet obligatorium, *cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. lib. 6.* ergo non poterit fieri per ſtatutum. Et pro hoc optime facit quod not. Hoſtienſ. *in ſumma de conſuetudine, §. qualiter, verſic. quid de conſuetudine ſtatuti, &c.* vbi dicit, quod ſi de conſuetudine vel ſtatut aliquorum locorum, vbi mutatum eſt in pecuniam, quantum ſoluat delinquens, ſi homicidium vel aliud delictum commiſerit, quod non valet, quia per talia ſtatuta inducuntur homines ad homicidia, & ad alia crimina committenda, ad hoc optime facit *Inſtit. vi bon. rapt. §. ſed ne alia.*

18 † Quintò probatur, ſicut dolus futurus expreſſus & verus non poteſt per pactum vel per ſtatutum remitti, *vt eſt caſus in dicta l. ſi natura, §. illud, ff. de pact.* iſta nec tacitus vel præſumptus; cùm ſit eadem ratio, quantum ad deceptum & læſum. Et ita tenet intimus Dominus meus Petrus de Anchar. *in repetit. c. canonum ſtatuta, de conſtit. lib. 6. & in 155. colum. verſic. diſputauit ſimilem quæſtionem*, qui dicit, quod tenuit diſputando, quod indiſtinctè ratione enormiſſimæ læſionis poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, cum inter dolum re ipſa, & ex propoſito non ſit facienda differentia, *vel. ſi quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. & l. 2. ff. de doli except.* Sed eſt læſio enormiſſima vel immodica eſt tacitus vel præſumptus dolus, *& not. Bart. in dicta l. ſi ſocietatis, §. arbitrorum, ff. pro ſocio, per l. omnes, §. Lucius, ff. de his quæ in fraudem credit. & l. ſi teſtamentum, cum ibi not. ff. de procur. cum ſimilib.* ergo talis dolus non poteſt nec potuit tolli per ſtatutum.

19 Sextò † hoc probatur: Nam licet à ſententia arbitri non poſſit appellari, neque peti reductio ad arbitrium boni viri, *l. diem proferre, §. ſtari, ff. de arbit.* vbi dicitur, *ſtari autem debet ſententiæ arbitri, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit*, tamen ſi fuerit iniqua, euidenter poterit dicta ſententia officio iudicis reduci ad arbitrium boni viri, etiam de iure ciuili ſecundum Hoſtienſ. *in cap. 2. de arbitris, & idem tenet Archid. 2. quæſt. 6. cap. à iudicibus, pro quo facit cap. ex parte. & cap. expoſita, de arbitris, hoc etiam tenet Vincent. in dicto cap. expoſita*, dicens, quod ita ſeruatur in curia, & Specul. *in tit. de arbitris, §. 1. verſic. eſt etiam differentia*, ſicut etiam eſt dubium in valle arbitrorum, quia licet non poſſit peti reductio vigore ſtatuti, tamen ſi eſt euidenter iniquum, poterit peti per prædicta, quia ſtatutum hoc non excludit, & ſi excluderet non valeret, per ea quæ dicta ſunt ſupra.

Septimo & vltimo hoc probatur authoritate. Nam Bald. *in l. cum antea, in principio tertia columna. C. de arbitris*, dicit quod communiter obſeruatur quod non obſtante quacunque cautela verborum ſemper poteſt propter enormem læſionem peti reductio ad arbitrium boni viri. Et idem vult ipſe Baldus, *in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis*, vbi dicit inter alia, quod aduocati ciuitatis Peruſii ita practicant, quod per nullam formam poſſit impediri petitio reductionis, & conſuetudo ſpernit iſtas cauillationes, ne detur materia delinquendi, & idem tenet Hoſtien. *in capitulo Quintauallis, extra de iureiuran.* qui dicit quod quantumcunque verba ſint late concepta, videlicet vt poſſit auferre vni & dare alteri in modica & in magna quantitate, quod nihilominus ſi eſt exceſſus in magna quantitate poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, vt ita refert & tenet Dominus Antonius de Butrio, *in capitulo Quintauallis, extra de iureiurand. & ibi Ioannes de Imola in repetitione in trigeſima ſeptima columna.* qui dicit ſecundum Hoſtienſem ibi, quod de mente vtriuſque eſt, quod per nullum pactum vel per legem vel per ſtatutum vel per conſuetudinem vel per priuilegium priuari poteſt, vt non poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, quando eſſet ſententia euidenter iniqua.

Ex prædictis itaque apparet, quod non obſtant ea quæ dicta ſunt ſupra pro alia parte tamen in ſpecie ad ea reſpondetur. Et primo dum dicitur, quod ſicut poteſt renuntiari appellationi, quia iudex iurat, ita etiam reductioni, quia hodie noſtri arbitratores iurant. Nam iſta non fuit ſola ratio, quare poteſt renuntiare appellationi, ſcilicet quia iudices iurant, ſed ſunt aliæ rationes, ſcilicet, quia iudex præſumitur magis peritus quam arbitrator, & ideo plus pro eo præſumitur, præſumitur enim regulariter pro iudice, *vt eſt caſus in l. ſecunda, ibi, quod non arbitramur. Cod. de officiis ciuilis iudi. vt probatur in capitulo bonæ memoriæ Maguntin. extra de electio.* Et eſt alia ratio, quia iudex datur à ſuperiore & arbitrator à partibus. Vnde eſt maior auctoritas quando eligitur iudex à ſuperiore, quam quando eligitur à partibus arbitrator. Et has rationes ponit Ioannes de Imola ſecundum Doctores, *in dicto capit. Quintanallis, in ſeptima & vltima parte principali, circa principium.* Ex quibus apparet quod non eſt bona æquiparatio de renuntiatione, quæ fit appellationi, & de illa quæ fit reductioni. Item non obſtat id quod dictum eſt ſupra, quod dicti ſtatuentes habuerint commiſſionem ſiue mandatum dicta ſtatuta condendi, quia, vt dixi, non videntur ad hoc habuiſſe mandatum, vt ſi habuiſſent non valeret. Item licet totum volumen ſtatutorum Communis Veronæ ſit confirmatum per Illuſtriſſimum conſilium Rogatorum Venetiis, non tamen ſequitur quod per hoc dictum ſtatutum iniquum voluerit
20 confirmare, † quia generalis confirmatio ſtatutorum, ſiue priuilegiorum, non extenditur niſi ad ea quæ ſunt iuſta, non autem ad iniuſta & iniqua, ſecúdum Cyn quirano. *in l. tamen oportet. in prima oppoſitione. C. de bonis quæ liberis, & eſt caſus in l. gratioſe, in fin. de reſcript.*

Item tenet Bartol. & Doctores, *in l. qui priuilegia. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Baldus in concluſionibus feudorum in tit. per quos fiat inueſtitu. & idem tenet Bald. & dominus Iacob. de Alua. in cap. primo, in princip. in titulo per quos fiat inueſtit. & Bald. in l. 1. in princ. C. de monopol.* ergo cum dictũ ſtatutum ſi intelligeretur quod vellet

tollere

tollere læſionem, quando eſſet immodica vel enormiſſima læſio, eſſet iniquum & iniuſtum, vt ſupra dixi; ergo illud non videtur Illuſtriſſimum D. Dn. Venetiarum per Illuſtriſſimum conſilium Rogatorum confirmaſſe, & iſtud eſt indubitabile apud legiſtas & canoniſtas. Vnde ex iſtis concluditur, quod ſi ſtatuentes voluiſſent illud ſtatutum condere, quod tolleret omnem reductionem, etiam vbi eſſet enormiſſima læſio, non potuiſſent hoc facere, quia non habuerunt hoc in mandatis, vel in commiſſione à conſilio maiori ciuitatis. Et etiamſi habuiſſent, conſilium maius non potuiſſet hoc ſibi committere. Et quod confirmatio ſtatutorum per Illuſtriſſimum Duc. Dn. Venetiarum non potuit extendi, nec extenderetur ad dictum ſtatutum iniquum.

Et ita dico & conſulo ego Bartholomæus Cæpulla, &c.

CONSIL. XXXV.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata non apud tribunal ferentis, ſed aliunde, an poſſit eſſe valida.*

2 *Vbicunque lex vel ſtatutum exigit ſolemnitatem aliquam adhiberi poſt actum, nec aliter annullat actum, ſi ſolemnitas illa omittatur, an ipſo iure vitietur actus.*

3 *Iuramentum appellantis quando & qualiter ſit opponendum.*

4 *Appellatio an dici poſſit nulla ex eo, quod acta & ſententia non ſunt producta.*

5 *Sententia non poteſt ferri ſine actis & probatione.*

6 *Murus multum a quodam altiatus, an illius efficiatur, qui altiauit, an illius, cuius erat fundamentum, an communis.*

7 *Superadificans in loco communi, an faciat ædificium commune.*

8 *Domus dicitur ex tecto & pariete conſtare, & qui poſſidet partem domus, an dicatur totam domum poſſidere.*

9 *Murus communis an poſſit inuitis ſocijs altiari.*

10 *In loco communi ſocius poteſt inuito ſocio aliquid facere, dummodo non noceat ſocio.*

11 *Appellans ſi vult obtinere in aliquo, habet hoc deducere, & rem probare.*

12 *Expenſa facta in re communi, præſumuntur facta ab illis, quibus neceſſitas incumbebat.*

13 *Aedificans in ſolo alieno an faciat, quod ædificium cedat ſolo.*

CELEBERRIME ac præclariſſime Doctor, quamuis excellentia & ſapientia veſtra plane intellexerit, tum ex aſpectu & demonſtratione vobis facta ſuper loco differentiarum, tum etiam ex allegationibus noſtris in voce factis, partem meam ſummam iuſtitiam fouere, & partem aduerſam indebite & iniuſte, ac etiam, *ſi dicere licet*, calumnioſe litigare, tamen vt morem vobis geram, & voluntati clientuli mei ſatisfaciam, in ſcriptis reſpondebo quibuſdam allegationibus Domini Aduocati partis aduerſæ in ſcriptis productis, quæ profecto, ſi recte conſiderentur, & ea, quæ per me in voce allegata ſunt, euacuata reperientur, ac nullum mererentur reſponſum.

1 † Circa primum dubium, quod eſt, an ſententia lata in fauorem noſtrum per Dominum Vicarium D. Poteſtatis valeat & teneat? dicitur quod non, & quod imo eſt nulla propter quoddam ſtatutum, quo cauetur, &c. & non dicitur plus in allegationibus alterius partis; ſed credo, quod velit dicere, quod dicta ſententia ſit nulla ex eo, quod ſit lata in platea dominationis, ſiue in cancellaria, & ſic non in loco maiorum iuridico, quia debebat apud tribunal ſuum proferri, *facit l. fin. ff. de inſtit. & iur.* Ad hoc faciliter reſpondetur duobus modis; vno modo, quia in hoc per partes videtur eſſe renuntiatum, maxime cum ad petitionem partis diuerſæ fuit pars mea citata, & ambæ partes comparuerint, & admonitæ etiam per iudicem fuerint in dicto loco ad audiendam ſententiam, & partes non contradixerint, vnde tacite conſenſiſſe videntur, vt ibi ſententia poſſit ferri per ea, quæ habentur *in l. 1. in princip. & in §. 1. ff. de fer.* Alio modo reſpondetur, quia dicta cauſa eſt ſummaria, tum ex natura ipſius, tum ex paruitate cauſæ, quia eſt modica ſumma, ſiue de modico, imo nullo præiudicio; ergo iuxta not. *in l. à procedente, C. de dilat. & in l. voluit, §. primo, ff. de interrogat. act.* Adducitur etiam ad hoc communis practica, & ſtylus huius ciuitatis Veronæ, quæ in ſimilibus idem obſeruat, & optime nouit ſapientia veſtra, & in hac ciuitate omnibus etiam notiſſimum eſt. Vnde circa iſtud dubium non erat à viro doctiſſimo inſiſtendum, nec aliquod fundamentum faciendum.

Circa ſecundum dubium, quod an appellatio interpoſita per partem aduerſam valeat, nec ne.

Primò, cum iuramentum non fuerit delatum ſecundum formam ſtatuti.

Secundò, quod acta non fuerunt producta coram iudice appellationis. Et allegatur primò pro Dn. Aduocato partis aduerſæ reſpectu iuramenti e-
2 miſſi, quod non, † quia vbicunque lex vel ſtatutum exigit ſolemnitatem aliquam adhiberi poſt actum factum, nec aliter annullat actum, ſi ſolemnitas illa omittatur, non vitiat actum ipſo iure, imo valet. Sed verum eſt, quod excluditur, ſi opponatur per doctrinam traditam per Bart. Raph. & Doctor. *in l. vniuerſa, C. de prec. imp. offer. & per Bart. in l. ſi ita quis, §. eadem lege, ff. de verb. obligat. & per Bald. in l. hi qui ad ciuilia, C. de appell.* ſed ſtatutum, quod exigit iuramentum in cauſa appellationis, illud exigitur poſt appellationem interpoſitam, & ſic poſt actum appellationis. Nam ſtatutum ſic, ergo ſequitur, quod tale iuramentum tanquam ſolemnitas omiſſa non vitiat actum, imo valet actus, ſed debuit elidi per exceptionem, quæ nuſquam apparet, fuiſſe appoſita, aliàs valet iudicium, *argum. notatorum per gl. Bart. & Doct. in l. ſi vnus, §. pactum, in verbo, in opponendo, ff. de pactis.* Cum ergo non appareat ex proceſſu oppoſitam exceptionem ſequitur, quod actus valet, ad hoc clare patere poteſt reſponſio. Et primò, dum allegat doctrinam Bartoli & Doctorum, *in l. vni-*

uerſa. C. de precib. impera. offe. Reſpondetur quod illa doctrina eſt vera, ſed ſtatutum non requirit iuramentum poſt appellationem, ſed in ipſa appellatione, dum dicit, quod quilibet appellans iurare debeat, &c. no. dum dicit appellans, quod eſt participium præſentis temporis, & exponit, id eſt, quilibet qui appellat, non autem dicit quilibet qui appellauerit. Vnde cum ſint verba præſentis temporis, ſequitur quod illa ſolemnitas iudicandi requiritur in ipſo actu appellationis. Nec obſtat ſi dicatur, dicitur in eodem ſtatuto quod debeat iurare quod non appellauerit fruſtratorie, &c. & ſic eſt no. quod dicit appellauerit, & ſic per verba præſentis temporis, quia reſpondetur quod illa ſunt verba ſtatuti quæ loquuntur in tertia perſona non iuran-
3 tis, † quia iuramentum appellantis debet eſſe in prima perſona, videlicet iuro quod non appello, vel appellaui, ſubaudit ſcilicet in ſcriptura appellationis præcedenti, quia communiter dictum iuramentum apponitur in fine ſcripturæ appellationis interpoſitæ, ſicut dicitur in ſimili, quod contractus poteſt fieri per verba præteriti temporis, & trahunt ad tempus celebrati contractus, vt eſt caſus vnicus, *in capit. quod autem, in fin. ibi, dedi vel conceſſi, extra de iure patron. ſed Dom. Franc. Zabar. in cap. examinata. de iudiciis, de quo etiam per Dom. Iacob. de Aluarot. qui ita tenet in capit. primo. in princ. in tertia colum. de noua for. fide.* præterea quod hoc ſit verum, probatur ratione, nam ſtatutum prædictum debet intelligi vt aliquid operetur, *l. ſi quando, ff. de lega. primo.* Sed de iure communi in cauſa appellationis quia tenetur iurare de calumnia, ſcilicet quod niſi iuratum ſit quod appellatio ſit nulla, tenet, alias de iure communi poſſet iuramentum calumniæ omitti, & eſt caſus, *in cap. primo. de iura. calum. & not. per Doctor. in l. 2. §. ſed quia veremur. in ver. remitti. C. de iura. calum.* imo plus tenet ibi gloſſ. ſecundum opin. Azo. quæ eſt vltima in gl. in d. verbo remitti, quod omiſſio talis iuramenti etiam tacita habet vitiare proceſſum quam opinio. gloſſ. tenere debemus quia vltima, *argumento gloſſ. in l. qui filium, §. Saluius. ff. ad Trebellian.* ſecundum formam primi ſtatuti ſecundi libr. Veronen. Præterea poſito ſine præiudicio veritatis, quod dicta doctrina Barto. & Doctor. *in dicta l. vniuerſa. C. de precib. impera. offe.* eſſet veriſſima, & quod in caſu noſtro requireretur ſolemnitas iuramenti de calumnia poſt appellationem interpoſitam, & ſic appellatio valeret, tamen negari non poteſt, quod requiritur in proceſſu, licet ergo appellatio interpoſita valuit, tamen proceſſus qui poſtea ſequitur, non debet valere per eandem regulam & doctrinam Bart. & in hoc bene conſiderat ſapientia veſtra Dominus conſultor, & eſt ratio, nam cauſa dicti iuramenti fuit etiam finalis vt timore iuramenti pars appellans non proſequeretur appellationem calumnioſe & fruſtratorie, vnde vult quod iuret in effectu antequam procedatur in cauſa appellationis. Si enim poſſet appellans proſequi appellationem & quod in fine poſſet iurare, vel ſi nõ iuraret vnquam, quod proceſſus valeret, fruſtra fuiſſet facta illa promiſſio ſtatuti, *contra l. 3. in §. 1. ibi nec fruſtra admittur, ff. de iureiur. cum ſim.* ergo præterea quod hoc ſit verum probatur, nam quandocunque exceptio ineſt tempore alicuius actus, ſicut eſt in pactis in continenti in contractibus appoſitis, & tunc nõ eſt neceſſe opponere exceptionẽ, ſed ſufficit ipſam allegare poſt publicatum proceſſum, ita dicit ſingulariter Bart. *in l. eum qui ita, §. qui ita. in pen. q. ff. de verbor. obliga.* qui ad hoc ſemper allegatur, ſed dictum iuramẽtum ineſſe debebat vel tempore appellationis interpoſitæ, vel ſaltem in ipſo proceſſu, cum igitur non interuenerit in aliquo ex prædictis, ſequitur quod ſufficit allegare hanc exceptionem neceſſario, licet in proceſſu non fuerit appoſita, ſaltem quantum ad annullandum proceſſum, imo plus iſta exceptio fuit expreſſe oppoſita coram iudice appellationis, ſcilicet D. Poteſtatis ſed pars aduerſa volebat iurare poſt publicationem factam de proceſſu, ſed oppoſuimus quod non debeant admitti ad iurandum, & ita Domin. Poteſtas noluit quod ipſa iuraret, & ſic noluit admittere ſuum iuramentum, vt excellentiæ veſtræ notum eſt, quia eratis præſens ibi actui, vnde ex prædictis apparet, quod non obſtat illud quod dicitur, quod illud iuramentum debet præſtari, ſi hoc aperte exigatur, *vt l. de pupillo, §. qui opus, ff. de noui. oper. nuntiat. & per nota. gloſſ. in dicta l. vniuerſa. Cod. de precib. imperat. offer. & per Paul. de Caſtr. in l. peto. §. à fratre, de l. 2. & l. 1. §. fin. cum l. fin. ff. quorum leg.* quia reſpondetur in ſpecie, quod illud procederet niſi eſſet ſolemnitas ſubſtantialis quæ requiratur in ipſo actu, vt etiam pars aduerſa confitetur. Item niſi exceptio eſſet appoſita, vel alterata, ſcilicet in caſu noſtro, ſolemnitas iuramenti requirebatur in ipſo actu, ſaltem proceſſus & exceptio prædicta eſt oppoſita ſeu allegata, quod ſufficit vt dixi, ergo. Item non obſtat quod dicitur, quod ſtatutum debet recipere interpretationem à iure communi, *ſecundum notat. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure cum ſimilibus.* Sed de iure communi omiſſio iuramenti de calumnia non vitiat, *vt l. 2. §. ſed quia veremur, Cod. de iur. calum.* ergo quia reſponſio patet ex prædictis, nam etiam de iure ciuili ſecundum opin. Accurſii, *in d. §. ſed quia veremur,* in verbo remitti iuramentum calumniæ non poteſt tacite nec expreſſe omitti, præterea poſito, quod contraria opin. eſſet verior, tamen ad hoc vt ſtatutum aliquid operetur, debet intelligi in hoc caſu quod non poſſit omitti vt ſupra dixi.

4 † Secundo principaliter allegatur per Dominum Aduocatum diuerſæ partis, quod appellatio non poſſet dici nulla ex eo quod acta & ſententia non fuerint producta pro appellante in cauſa appellationis, vt dicitur notari, *in l. ſi qui ad ciuilia, C. de appel.* quia licet dicatur, *in d. l. ſi qui.* quod appellans teneatur producere dicta acta & ſententiam, non tamen ibi dicitur quod propter hoc appellatio ſit nulla, vnde ex hoc ſequitur quod vbi iudex poteſt ſcire, puta quia ex petitione appellãtis & ex reſponſione appellati poteſt cõprehendi quid habeat iudicare, ſatis eſt argumenta eorum quæ habentur, *in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. & in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cer. quant.* præterea illud intelligitur vbi acta facta ſunt, *argum. l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. &c.* Sed in tantum modo non ſunt facta aliqua acta præter ſententiam,

dam, ergo & ſententia ſatis dicitur producta in ap-
pellatione & ex reſponſione partis aduerſæ, vnde ex
illis ſatis iodex eſt certus, vnde amplius non debet
certiorari, *argum. l. certum, ff. ſi certum petat. & in l.
1. de dot. praleg.* nam his reſpondetur, & primo quod
ex quo iura volunt, quod appellans debeat produ-
cere omnia acta & ſententiam coram iudice appel-
lationis non potuit ſententiare, non dico quod ap-
5 pellatio ſit nulla, † nam ſine actis non poteſt fie-
ri ſententia, quia iudex debet iudicare ſecundum a-
ctitata & probata, *vt ibi in dicta l. hi qui ad ciuilia. C. de
appellatio.* & *in l. prima, C. vt hi qua de ſunt aduo. parti.
cum ſimilibus*, nec eſt verum qood iudex appellatio-
nis poſſit eſſe certus, nec comprebendere qualiter
ſit ..renda ſententia, quia iudex non debet eiſe cer-
tus ex libello vel reſponſione, ſed ex actis, & ſen-
tentia lata vt ibi, cum ergo ſententia non ſit pro-
dncta vobis Domino Conſultori, & ſic ſequitur
quod non poteſtis iudicare ſuper dicta ſententia,
*argumento not. in l. prima, Cod. de relatio. & in l. prima §.
primo, ff. de appella. cum ſimilibus.* Sed debetis iudicare
fruſtratorie fuiſſe appellatum, & licet acta non de-
beant eſſe facta, tameo non negatur quod ſententia
noo ſit facta, & quod non eſt producta, ergo. Ex his
bene eſt cōſiderandum, qui meram veritatem con-
tinent.

6 Circa † tertium dublum principale, quod eſt,
valeat, vel non valeat dicta appellatio, an murus to-
tus, de quo eſt quæſtio, ſit communis Bartholomæi
de Zacharis, & illorum de Pauonibus, an vero ſit
in totum proprius illorum de Pauonibus. Et dico
breuiter quod eſt communis prædictorum, quod
probatur ſic euidentiſſime. Nam ille murus eſt fa-
ctus diuerſis temporibus ſaltē duobus. Nam prima
pars muri quæ eſt inferius, eſt antiquiſſima, fuit in
totum auctorum dicti Bartholomæi vel ſaltē com-
monis, vt patet ex ſignis, quæ ſunt in dicto muro,
& viſa per excellentiam veſtram, nam ibi apparet
quod fuit & eſt vnum oſtium per ꝙ iri poterat à par-
te dicti Bartholomæi verſus domum illorum de
Pauonibus. Item ſunt multæ feneſtræ de præſen-
ti. Item ſunt multa foramina in muro ex parte Bar-
tholomæi de Zachariis. Item ſunt etiam foramina
aperta in quibus ſolebant eſſe cymbala lapidea, & in
eis erat appenſa vna vitis ſioe vinea in domo dicti
Bartholomæi, & etiam de præſenti ſuot infixa in di-
cto muro à parte dicti Bartholomæi nonoulla alia
cymbala lapidea. Item eſt vnum foramen in dicto
muro, per quod diſcurrebat vnum neceſſarium à
parte dicti Bartholomæi. Item eſt vnum ſiclauom
à parte dicti Bartholomæi quod non vſitatur. Item
à parte anteriori domus verſus viam publicam vſ-
que ad ſummum eſt murus Bartholomæi prædicti
qui ſe extendit vſque ad domum illorum de Pauo-
nibus, & comprehendit totum caput muri, de quo
eſt quæſtiò: quod non faceret, niſi murus prædi-
ctus eſſet communis, quæ omnia ſunt ſigna euiden-
tiſſima, quod dictus murus antiquus erat & eſt i-
pſius Bartholomæi, vel ſaltem communis, vt de ſe
patet, & ita petiti in arte ita iudicarent, ſed hoc et-
iam l. probatur, nam niſi ille murus fuiſſet ſaltem
communis, nō potuiſſent prædicta fieri per dictum
Bartholomæum & eius autores, per ea quæ haben-
tur, *in l. quidam Iberus, ff. de ſerui. vrba. prad. & in l. fiſtu-
lam, §. fi. & in l. parietem, eod. tit. & in l. Sabinus. & in l. ſi
haredes, ff. communi diuid. cum ſim.* Et fatetur etiam D.
Aduocatus partis aduerſæ in ſequenti dubio, vt in
eo videbimus, ergo: cum itaque dictus murus anti-
quus ſiue eius pars muri antiqua inferior fuerit, &
ſit in totum dicti Bartholomæi de Zachariis, vel ſal-
tem communis.

Sequitur modo alia doctrina, quod ſi eſt poſtea
ſuperædificatum, ille murus ſuperædificatus debet
cenſeri eiuſdem naturæ, ſicut eſt primus murus an-
tiquus, non autem fuit ſuperædificatum per auto-
ritates dicti Bartholomæi, & non eſt dubium, aut
per auctores illorum de Pauonibus. Et tunc idem,
quia ſocius in murum communem non poteſt al-
tiare, niſi cum hoc quod murus ſuperaltiatus ſit
communis, *vt dicit Bartol. & Angel. notabiliter in dicta
l. quidam Iberus, ff. de ſeruit. vrban. pradio.* Et ratio eſt in
promptu. Nam ſicut ædificans in ſolo alieno in to-
tum ædificium cedit ſulo illius in totum, *vt eſt te-
xtus Inſtitut. de rerum diuiſ. in §. ex diuerſo, & in l. adeo,
7 §. ex diuerſo. ff. de acquirenda. hareditate.* † ita eo-
dem modo ſuperædificans in loco communi fa-
cit ſuperædificatum eſſe commune, quia cedat ſo-
lo communi: quia idem iuris eſt de toro quo ad to-
tum, ſicut de parte quo ad partem, *l. qua de tota. ff.
de rei vendic. cum ſimilibus.* Nec quantum ad hoc vt
ædificatum cedat ſolo, eſt differentia, ſiue ædifi-
cans ſciuerit ſe ædificare in loco alieno vel com-
muni, ſiue ignorauerit, *vt habetur in dicto §. ex diuer-
ſo. per text. gloſſ. & Doctor.* Vnde ex his concluditur
manifeſte, quod toms dictus murus eſt communis,
& hoc etiam negari oon poteſt alia ratione. Nam
à parte anteriori domus dicti Bartholomæi & il-
lorum de Pauonibus verſus viam publicam eſt a-
lius murus Bartholomæi prædicti, qui ſe extendat
vſque ad domum dictorum de Pauonibus, & com-
prebendit totum caput dicti muri, de quo eſt quæ-
ſtio vſque ad ſummam, & vltra quod factum non
fuiſſet niſi prædictus murus fuiſſet, & eſſet in totum
commonis vſque ad ſummitatem eius, & hoc vnde
conſiderat ſapientia veſtra. Nec obſtant ea quæ al-
legantur per Dominum Aduocatum partis aduer-
ſæ. Et primo dum dicuntur, quod illi de Pauoni-
bus ſunt in poſſeſſione illius muri, & illum poſſi-
dent: quia ille murus eſt pars domus, in qua habi-
tant illi de Pauonibus. & quam tenent & poſſident,
8 *l. eum qui ades, ff. de vſucap.* † Nam vt dicitur ibi quod
domus conſiſtit ex tecto & pariete, vnde cum poſ-
ſideant domum, ſequitur qood eius poſſident pa-
rietem, qui eſt pars domus, *vt arguit gloſſ. in dicta l.
eum qui ades, ff. de vſucap.* Nam ad hoc reſpoodetur,
quod non eſt verum quod illi de Pauonibus poſſi-
deant dictum totum murum, vt patet per ſigna &
argumenta & rationes & auctoritates de quibus ſu-
pra, nec etiam obſtat gloſſ. *in dict. l. eum qui ades*, quæ
dicit arguendo quod ſi quis domum poſſideat, er-
go quamlibet eius partem, quia illa gloſſ. debet in-
telligi & intelligitur niſi reperiatur etiam alius poſ-
ſidere, ſed in caſu noſtro alius etiā poſſidet murum
ſcilicet Bartholomæus prædictus, & clare ſupra de-

mooſtraui, ergo. Et ſi aliter dicetemus, ſequeretur quod ſemper mutus, qui eſſet inter domum vnam, & curiam alterius, qnod ille murus eſſet in totum illius, qui habet cum murum coniunctum cum domo ſua, qood non eſt dicendum, quia ſæpiſſime, imo communiter eſt communis, vt ſupra probaui, *& not. in d.l. quidam Iberus, ff. de ſeruit. vrb. præd. & in iuribus preallegatis.*

Ex his etiam ſequitur, quod non obſtat ſecunda ratio adducta, dum dicitur, quod tectum illotum de Pauonibus eſt ſuper illo muro, quia pet hoc non ſequitot; ergo ille murus eſt in totum illotum de Pauonibus, vt patet ex prædictis.

Item ex prædictis ſequitur, qood non obſtat doctrina Bart. *in l. inter quos, ff. de damno infecto*, allegat in contrarium, vbi Bart. vult, quod ſi duo vicini habent tigna impoſita in pariete, ſi illa tigna penetrant, probant illum murum eſſe commnnem pro indiuiſo; ergo eodem atticulo, vbi alter vicinus ſolus habet tigna in pariete poſita, & penetratent, probatetur pet illa tigna, quod tectum & paries eſſet eius, qui ſolus habeat tigna impoſita, quia idem iuris eſt de toto, quò ad totum, ſicut de parte, quò ad pattem, *argum. dicta l. qua de tota, ff. de rei vendicat.* ergo ſequitur, qood murus præſumitut illotum de Pauonibus, *argu. l. Titia, ff. de ſolut.* & pet ea, qoæ habentut pet glo. Bart. *in l. quidam in ſuo, ff. de cond. inſtit.* Quia ad hoc reſpondetur, quod illa regula ſeu doctrina procederet arguendo de parte ad partem, qoando etiam vicinus noo haberet aliqua ſigna in muto, ptoptet quæ poſſet iudicari, quod ipſe haberet ius in dicto muro, ſed hic ſunt multa ſigna à latete dicti Bartholomæi, proptet quæ iudicari deber totus dictus murus communis, vt ſupra dixi. Nam ſola immiſſio tignorum non eſt illa, qoæ faciat iodicare murum eſſe ptoprium vel communem, ſed ſunt multa alia, de quibus ſupra dixi; ergo. Vnde ſequitut, qood dictus Bartholomæus potuit ædificare in dicto muto, tanquam communi, nec poteſt prohiberi, tanquam ædificet in muto vicini, *argum. l. quemadmodum, §. 1. ff. ad leg. Aquil. & l. qui vitem, §. qui ad ianuam, ff. quod vi aut clam*, quia vt ſæpe dixi, ædificauit in muro communi.

Circa quæſitum poſito, quod dictus murus ſit communis, an dictus Bartholomæus de Zachariis potuerit affigere capot laſtæ ſuæ in dicto muro communi, & etiam altiare dictum mutum communem. Et breuiter dicendum eſt, quod ſic: Primò, quantum ad hoc, an potuerit altiare, non eſt
9 dubitandom, † qoia ex quo ptæſupponimus murum eſſe communem, poteſt ſocius inuito ſocio ipſum altiare, dunmodo altians murum velit, quod murus per ipſum altiatus ſit communis, *vt not. expreſſo Bart. & Angel. in d.l. quidam Iberus, ff. de ſeruit. vrb. præd.* Et eſt ratio in promptu, maxime io caſu ooſtro, quia nullom damnum fit vicino, id eſt, illis de Pauonibus, imo fit eis vtilitas, qoia propter hoc tollitur facultas Bartholomæo de Zachariis poſſendi aſceodere dictam domum illotum de Pauonibus, & econtta. Cùm ergo nullum damnũ eis fiat, imo potius vtilitas, ſequitur quod ſine dubio dictus murus poteſt & potuit altiari, *per l. Sabinus, ff. com. diuid. cum ſimil.* & in hoc non eſt dubitandom, qoare illis de Pauonibus conquiteretut, ſed cum ſit ſua vtilitas, & contradicunt, appatet, qood hæc faciun potius ptoptet deſpectum & iniuriam, quàm ob aliam & honeſtam vel iuſtam cauſam; ergo audiendi non ſunt, *iuxta ea quæ habentur in l. altius, C. de ſeruit. per Doctor.*

10 † Secundò, quantum ad laſtam, quod potuerunt affigi, & quod ibi debeat remanere, probatur, nam in re ſioe muto commoni ſocius poteſt inuito ſocio aliquid facere, dummodo non noeeat ſocio vitio, vt eſt caſus eum gloſſ. *in d.l. Sabinus, ff. comm. diuid. & in d.l. quidam Iberus, in §. fin. ff. de ſeruit. vrb. præd. & in l. fiſtulam, §. eodem tit. cum ſimilib.* Et hoc etiam fatetur Domious Aduocatus illotum de Pauonibus, ſed in caſu noſtto per affixionem dictæ laſtæ nullum fit illis de Pauonibus præiodicium; ergo qood oullum damnum fiat, primò apparet ex inſpectione oculorum, vt viſum eſt. Secundò ptobatur, quod dicta laſta non ſuſtineret in totum, imo nec in aliqua eius parte à dicto muto commoni, licet ſit in eo affixa, quia dicta laſta eſt affixa per ſui longitudinem in totum in alio muro dicti Bartholomæi, & ſuſtinetut dicta laſta pro cymbalis lapideis, qoę ſunt ſub dicta laſta affixa in alio muto dicti Bartholomæi; vnde ptopter hoc non poteſt dici, quod propter pondus poteſt grauari dictus murus communis. Nam ſi incidetetur dicta laſta à capite, & ſic non eſſet affixa in dicto muto communi, nihilominus de pet ſe ſtaret, quod de ſe patet. Et pro hoc eſt caſus *in dicta l. fiſtulam, §. final. ff. de ſeruit. vrbanorum prædiorum*, vbi dicitur, quod in muro communi poteſt laſta affigi, quæ de per ſe temanere poſſet, etiamſi non eſſet affixa & coniuncta muto communi, *vt ibi notant Bartolus & Doctores*, ergo. Prætetea illa laſta fuit appoſita iam pluribus menſibus illis de Pauooibus ſcientibus & patientibus; ergo, etiamſi eis in aliquo nocerer, licet vero non oocear, oon debet euelli, vt eſt caſus *in dicta l. Sabinus, ff. communi diuidundo*, vnde ex prædictis oon obſtant ea, quæ dicuntur per aduerſam, dum dicitur, quod proptet pondus illius laſtæ poſſet damnom inferri illis de Pauonibus. Item oon obſtaot argumenta, dum dicitur, picturam poſſe fieri in moro communi, *vt l. quidam Iberus, §. final. ff. de ſeruit. vrbanorum prædiorum*, ergo alia fieri oun poſſunt, quia hæc conſeqoentia non valer, imo omoia alia, quæ non ooceant, fieri poſſunt; nam poſſet fieri tuba camini, per quam ſolus fumus aſcenderet ſecuodom Baldum, Angel. & Flor. *in dicta l. quidam Iberus, ff. de ſeruitut. vrbanorum prædiorum*, imo dicit ibi plus Dominus Paulus de Caſtro, quod poteſt ſocius in muro communi facete ignem, ſi murus eſt ita groſſus, quod non poſſit fieti dettimentum vicino.

Si ergo poteſt fieri caminus cum tuba, proptet quem frangitur murus, & etiam ignis poteſt apponi, quis dobitare debet, qood dicta laſta potuit affigi in dicto muro à capite tantum, cum nullum damoum noo ſolum inferri poteſt, imo nec excogitari, & ſic non obſtat etiam, quod allegat Flor. *in l. parietem, ff. de ſeruitutib. vrbanorum prædiorum*, qui vult, quod

quod vicinus nõ poteſt apponere aliquod pondus in muro communi propter modum conſuetum, quia videretur quod hic nullum eſt pondus, & ſi aliquod eſt, nullum damnum dat, intelligitur ergo id quod dicat Florian. de pondere dante damnum vicino, vt patet per prædicta.

Item, non obſtat, dum dicitur quod imo præiudicatur illis de Pauonibus propter affectionem dictæ laſtæ, quia facilius poterit iri ſuper tecto illorum de Pauonibus.

Ad hoc reſpondetur, quia propter hoc Bartholomæus vult dictum murum altiare.

Et ſi dicatur, dat damnum in hoc, reſpondetur quod affixio laſtæ in muro communi non eſt illa quæ hoc faciat, quia etiamſi dicta laſta non eſſet affixa in dicto muro communi imo etiamſi eſſet remota per pedem vnum vel duos poſſet eodem modo aſcendi ad tectum illorum de Pauonibus.

Vnde ſi bene conſideretur illa affixio dictæ laſtæ non eſt illa quæ cauſatur vel cauſari poſſit aliquod damnum illis de Pauonibus.

Concluditur ergo per prædicta, & per rationes Domini Aduocati partis aduerſæ, quod dictus murus altiari poteſt & potuit, & ſic etiam dicta laſta affigi potuit à capite in dicto muro communi, & in hoc eſt dubitandum.

Circa quintum dubium, poſito quod dictus Bartholomæus potuerit ædificare & laſtam affigere in dicto muro communi, an ipſe teneatur reficere expenſas quantum eſt pro dimidia muri noui qui dicitur eſſe factus expenſis illorum de Pauonibus vel auctorum ſuorum. Et pro declaratione huius dubii quatuor ſunt examinanda.

Primum, an illi de Pauonibus debeant ſuper hoc audiri in cauſa appellationis, cum non appareat quod hoc fuerit petitum in cauſa principali.

Secundum, poſito quod ſic, an illi de Pauonibus vel ſui auctores ſoli fecerint dictum murum nouum ſuis expenſis.

Tertium, quod fecerint ſuis expenſis, an Bartholomæus prædictus teneatur ſibi refundere eas.

Quartum, poſito quod ſic, pro quanta parte teneantur eis refundere, de quo non eſt dubitandum per ea quæ habentur *in l. per banc. C. de tempor. appellat.* nec obſtat quod dicitur per partem aduerſam, quod nobis incumbat onus probandi, *per l. ei qui dicit. ff. de probationibus.* quia de hoc eſt iurandum quod
11 ita dixerit. † Nam in cauſa appellationis ſi appellans vult obtinere in aliquo, oportet quod ipſe hoc deducat. *l. 1. C. de appellatio.* Vnde ei incumbit onus probandi *per dict. l. ei qui dicit.* Præterea iſta eſt negatiua ex parte Bartholomæi, ergo ei onus probandi non incumbit, *vt notat. in l. actor. C. de probatio.* & in quantum ſibi incumberet onus probandi, ſatis probat, ex quo dicit quod per inſpectionem ſcripturarum non appareret de iſta petitione. Pro hoc allego quod notat. & Bartol. & Doctores *in l. fin. C. de re. cre. & iureiurand.* vbi dicunt, quod ſi volo probare quod ſcholaris non eſt in matricula, probatur per inſpectionem matriculæ.

Item, ſi volo probare quod aliquis non ſoluerit collectam probatur per inſpectionem libri in quo deſcripti ſunt ſoluentes collectas, & idem de æſtimo, & decima, & ſimilibus dicitur, vt ibi habetur, & multa iura ad hoc adducere poſſent: ſed iſta ſufficiunt, quia hæc res eſt clara, nec indiget allegatione, ergo, &c.

De ſecundo, an illi de Pauonibus fecerint dictum murum ſuis expenſis, dic breuiter quod non, nam hoc non eſt probatum imo nec deductum per eos, ergo ſuper hoc non debet audiri, *vt d. l. ei qui. ff. de probatio. & l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimilibus.* Nec obſtat quod dicitur in dubio hoc præſumitur, ex quo nullus poteſt iudicare quod alius fecerit quam illi de Pauonibus vel actores ſui qui volentes extollere tectum eis fuit neceſſe extollere murum ſuper quo tectum iacet. Nam ad hoc reſpondetur, quod non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe, *vt l. non hoc. C. vnde cognat. & l. neque natales. C. de probat. cum ſimilibus.* ergo, &c. potuiſſet enim eſſe quod de communi concordia fuiſſet factus: ergo. Præterea illa ratio ſi eſſet vera, concluderetur ſolummodo quantum durat dictum tectum, & non vltra, maxime cum à parte inferiori dicti tecti extat alius murus dicti Bartholomæi contiguus ſiue propinquus qui eſt altus vſque ad illud tectum: ergo. Nec etiam obſtat doctrina Bartol. *in l. cum ſeruus. de verb. oblig. quam ſequitur Bald. in l. 1. in fin. C. de*
12 *fruct. & litis expenſa.* vbi volunt † quod vbi aliquæ expenſæ factæ ſunt, præſumuntur factæ ab illis quibus neceſſitas incumbebat faciendi, & à poſſeſſoribus: ſed illi de Pauonibus poſſident dictum murum, & aſſeritur per eos, & ipſi vel eorum auctoribus neceſſitas incumbebat fabricare dictum murum ſuper quo volebant ponere tectum: ergo, &c. Nam ad hoc reſpondetur, quod non eſt verum, quod illi de Pauonibus tantum ſint in poſſeſſione dicti muri, imo eſt etiam dictus Bartholomæus de Zacharia vt ſupra probaui in tertio dubio principali: ergo imo etiam ſi fuiſſet in poſſeſſione, non propterea præſumitur, *vt notat. Angelus in l. in reſtituendo. Cod. de petitione hæreditatis.* Nec eſt verum, quod illis de Pauonibus fuiſſet neceſſitas eleuandi dictum murum, imo fuit voluntas, & quia potuiſſent fabricare domum ſuam ſiue illam altiare iuxta dictum tectum, & poſito quod hæc ratio concluderet ſolummodo pro ea parte quæ eſt à toto ſupra, & non infra, ergo.

De tertio, poſito, quod eſſet probatum per illos de Pauonibus per probationes iuris vel facti quod fecerint dictum murum nouum ſuis expenſis, adhuc dico quod tamen Bartholomæus non tenetur eas in aliqua parte eis refundere: quia hoc non reperitur iure cautũ, imo ſecundũ doctrinam Bartoli, Baldi, Angeli, & aliorũ dicitur ſimpliciter, quod ſocius non poteſt altiare murum communem, niſi cum hoc vt murus altiatus ſit communis. Nunc dicunt quod alter ſocius teneatur ſibi aliquid ſoluere, bene enim hoc ſciuiſſent dicere ſi voluiſſent, *arg. l. 1. §. ſin autem à deficiente. ibi, nam niſi contra videbat. C. de cadu. tollen. & in capit. inter corporalia. ante fin. extra de tranſlatione prælat. & l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. cum ſimil.* imo de iure

apparet

13 apparet contra. † Nam ſicut ædificans in ſolo alieno facit quod ædificium cedat ſolo, *vt dicta l. adeo, §. ex diuerſo. ff. de acquirend. re. do. & Inſtitut. de re. diui. §. ex diuerſo*, non recuperat expenſas quando ædificauit ſcienter, vt ibi, ita eodem modo illi de Pauonibus ſi ædificauerunt ſuper muro communi, murus ſuperædificatus effectus eſt communis, nec poſſunt repetere expenſas, ex quo ſcienter ædificauerunt ſuper muro communi, vt euidenter apparet: quia in hoc non potuit cadere ignorantia, per ea quæ dixi ſupra in tertio dubio principali, ergo arguendo de toto ad partem, *vt dicta l. quæ de tota. ff. de rei vend. cum ſimilib.* ergo nec mihi ne[illegible] rit quod ſi illi de Pauonibus voluerunt eleuare [illegible] mū ſuam, & eleuarunt quod tunc temporis non co[illegible]ebatur Bartholomæus nec auctor ſuus aliquid ſoluere per prędicta, & hoc etiam apparet, quia non conſtat quod nunquam aliquid fuerit petitum. Si ergo tunc potuit aliquid peti de expenſis prædictis, ergo nec nunc. Nec obſtat ſi dicatur, Bartholomæus nunc vult eo vti affigendo dictam laſtam & ipſam altiando, ergo nunc debet ſoluere: quia reſpondetur quod propter hoc non debet poſſe cogi, ſi enim lex dat ſibi facultatem poſſendi eo muro communi vti, non debemus dicere quod propter hoc debeat in expenſis aliquibus grauari: quia hoc non reperitur iure cautum, imo contrarium reperitur, & eſt verius vt dixi. Nec obſtat quod dicitur per D. aduocatum partis aduerſæ, quod imo reperitur iure cautum, *per legem. cum duobus. §. idem reſpondit ſi ſocius ceſſauit. ff. pro ſocio*, quia reſpondit, & idem reſpondeo quod ille §. loquitur in reficiente neceſſariò, & non altiante: & ratio eſt in promptu, quia vbi eſt refectio neceſſaria, potuiſſet alter ſocius cogi ad reficiendum: ſi ergo voluiſſet reficere, & alter ſocius reficit, non eſt dubium, ſi poteſt cogi ad refundendum expenſas pro parte ſua, imo dico plus quod ille §. non haberet locum, nec habet locum in reficiente vtiliter tantum, maxime ſocio inuito, *vt not. ibi Doct. & in d. l. Sabinus. ff. communi diuidundo.*

Item, ſi ille §. habet locum & in altiante, ſequeretur, quod quam primum ſocius altiaſſet murum communem, poſſet alter ſocius cogi ad refundendum expenſas pro parte ſua, quod eſt falſum, vt dixi ergo, & ſic apparet quod non eſt eadem ratio in ſocio reficiente neceſſario, & in altiante murum voluntarie. Vnde non obſtat, *l. ſcire leges. ff. de leg. cum ſimilibus.* Et ex hoc etiam apparet quod non obſtat, *l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. cum ſimil.*

Item, non obſtat quod allegatur, quod expenſæ non perduntur, ſi ædificatur in ſolo vel communi: quia ſecundum dn. aduocatum partis aduerſæ ſi fecit, eas perdere debet, vt dixi, ergo.

Item, non obſtat quod dicitur, quod illa verba, quod ædificans in ſolo alieno perdit expenſas, eſt propter delictum ſuum: ſed in caſu noſtro non deliquerunt illi de Pauonibus altiando murum, ex quo lex eis permittit. Vnde quod fit lege permittente, pœnam non meretur, *l. Gracchus. C. de adulte. cum ſimilib.* quia reſpondetur, quod lex permittit altiare murum communem, tamen hoc quod murus altiatus non ſit communis, & ſic ſine expenſa; ergo vt ſupra probaui. Vnde ex his clare concluditur, quod dictus Bartholomæus non tenetur in aliquo refundere expenſas illis de Pauonibus pro expenſis factis pro altiando dictum murum, qui tamen re vera per ipſos nec eorum expenſis fuit altiatus, ergo, &c.

De quarto poſito ſine præiudicio veritatis quod eſſet probatum quod dicti de Pauonibus altiaſſent dictum murum ſuis expenſis, & quod Bartholomæus, ex quo ſuperædificauit etiam ipſum altiando ab vna parte verſus viam communis, teneretur ſibi pro parte expenſas refundere illis de Pauonibus, quod tamen minime verum eſt, vt dixi ſupra. Tamen dico quod hoc caſu non teneretur ſibi ſoluere, niſi pro dimidia & pro ea parte, quæ eſt à tecto domus eorum de Pauonibus per ea, quæ dixi ſupra in ſecunda & tertia parte huius dubii principalis, & teneretur etiam niſi pro illa rata muri, quæ eſt verſus longitudinem dicti muri quæ eſt circa tres vel quatuor pedes, non autem pro alia parte dicti muri ſuper qua Bartholomæus nihil ædificauit, *arg. text. Inſtitutio. de re. diuiſi. in §. inſula.* ibi pro modo latitudinis cuiuſque fundi, *& ibi gloſſ. & per textum in l. inſulam, in principio. ff. de acquirend. rerum dominio*, quæ optime probant in ratione ſui. Vnde ſi deberent ſibi refundere, non eſſent duo ſolidi, ſed debemus conſiderare ſolum expenſam quæ eſt facta in altiando dictum murum, quatenus durat tectum illorum de Pauonibus ſupra, & pro rata longitudinis dicti muri nouiter altiati per dictum Bartholomæum. Vnde propter hoc non eſſet curandum: quia de minimis non curat prætor, *l. ſcio. ff. de in integr. reſtitut. & nota. in l. ſi proprietarius. ff. de damn. infecto.* Et quia hæc conſideratio conſiſtit in facto, deſignabo hæc à latere per figuram per ea, quæ habentur *Inſtitutio. de gradibus. §. hactenus. Et per ea quæ habentur per Bartolum in ſuo tractatu Tiberiadis ſiue de fluminibus.* Concluditur, quod officium veſtrum eſt d. conſultor conſulere male appellatum, vel fruſtatorie fuiſſe appellatum pro parte illorum de Pauonibus, & fuiſſe & eſſe bene iudicatum in fauorem dicti Bartholomæi de Zachariis & illis de Pauonibus in expenſis condemnare debere.

CONSIL. XXXVI.

SVMMARIA.

1 *Monaſterium an ſuccedat in feudum, aut in commoditatem feudi illius vaſalli, qui in illud monachatur, & num. 11.*

2 *Vaſallus religionem intrans ipſo feudo priuatur.*

3 *Miles Chriſti effectus definit eſſe miles ſeculi.*

4 *Feudum vaſalli religionem intrantis an reuertatur ad ipſum dominum, vel ad agnatos vaſalli.*

5 *Monaſterium an in ſucceſſione feudi habeatur pro filio.*

6 *Vaſallus an & quo caſu teneatur ſeruire per ſubſtitutum.*

7 *Feudum regulariter non tranſit, niſi in deſcendentes vaſalli.*

8 *Monaſterium haberi loco filij, qualiter ſit intelligendum.*

9 Depu-

1 *Depoſitati ad virgines maritandas an poſſint dare portionem intranti religionem.*

2 *Penſio ſoluta pro feudo non dicitur feudum, ſed contractus emphyteuticus, vel innominatus.*

Feudum principaliter in fidelitate conſideratur.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Quidam habens feudum acquiſitũ à camera Veronæ, & inueſtitus etiam ab vna Eccleſia de alio feudo paterno pro quibuſdam poſſeſſionibus pro certa annua penſione eidem Eccleſiæ perſoluenda intrauit cum filio ſuo in religionem Sancti Benedicti in qua effecti ſunt monachi.

1 Quæritur † ſi dictus feudis priuatus eſt, & an reuertantur ad Dominum, vel ad agnatos vaſalli, an vero tranſeant in monaſterium Sancti Benedicti, vel ſaltem commoditas dictorum feudorum remaneat penes monaſterium donec vixerit dictus vaſallus.

Circa feudum Eccleſiæ videtur primo principaliter dicendum, quod ipſe vaſallus ſit priuatus dicto feudo per text. *in cap. qui clericus, in titulo ſi de feudo fuer. controuerſ.* qui dicit qui clericus efficiatur vel habitum religionis aſſumit hoc ipſum feudum amittit.

Secondo, *per ſ.1. in tit. de benefic. fem.* vbi dicitur qui habitum religionis aſſumit vt conuerſi non ſuccedunt, & ſi quid habent perdunt.

Tertio, *per c. in fin. in tit. an mutus vel aliter imperfect.* in quo habetur quod clericus non poteſt feudum retinere, quia ſeruire non valet.

Quarto, *per c. in tit. de mili. vaſal. qui arma belli. depoſ.* 2 quod vult vt vaſallus † qui intrauit aliquã religionem & ſeculo renuntiauit perdit feudum & ſubditur ibi ratio: † quia qui factus eſt miles Chriſti, de- 3 ſinit eſſe miles ſeculi, nec ad eum debet pertinere beneficium qui non debet gerere officium, *& not. gl. in d. c. qui clericus.*

Quinto hoc ooo etiam videtur probari ratione. Nam monachus non poteſt per ſe aliquid acquirere vel retinere: quia habetur pro mortuo mundo, *vt in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccl.* ergo videtur quod non poſſit eſſe capax canonicus regularis, *vt eſt gloſſ. not. in l. de quib. ff. de legib.*

Secundo † principaliter videtur dicendum, ſi 4 dicto feudo priuatus eſt quod feudum reuerti debeat ad dominum feudi, vel ad agnatos dicti vaſalli, *vt eſt caſus in c. 1. de milite vaſallo qui ar. bel. depoſu. ibi, ſed iudicatum eſt dominum vel agnatum potiorem eſſe,* qui text. alternatiue loquens debet intelligi ſecundum Dominum Iacobum de Aluar. & Doct. ibi & ſecundum Bald. *in di. L. cap. qui clericus, in princ.* quod ad dominum debet reuerti, quando feudum eſt nouum in quo agnati non ſuccedunt, *vt in cap. 1. de nat. ſuc. feud.* & ad agnatos vaſalli debet tranſire quando feudum eſt antiquum vel paternum: quia in eo agnatus excludit dominum, *vt in c. 1. §. hn not. in tit. de grad. ſuc. in feud. & d. c. 1. de nat. ſuc. feud.* Nec poteſt dici, quod dictum feudum deueniat in filium dicti vaſalli, cum ipſe ſimiliter ingreſſus fuerit eandem religionem. Nam ſi pater ſuus perdit feudum quod habet per ingreſſum religionis, multo minus filius ipſum non acquirit ingrediendo religionem: quia facilius impeditur acquirendum, quam acquiſitum. *l. patre furioſo. cum ibi notatis, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.*

Tertio principaliter videtur quod dictum feudum indiſtincte reuerti debeat ad dominum ſi voluerit per text. *in auth. de aliena. & emphyteut. §. 1. col. 9.* vbi habetur, quod ſi emphyteuta Eccleſiæ ingreditur monaſterium aliquod, quod Eccleſia domina poteſt in ſe feudum emphyteuticum retinere, vel relinquitur monaſterio, & ab eo penſionem ſolitam recipere, & ita tenet Bald. *in auth. niſi rogati, C. ad Trebel.* Ita videtur dicendum eadem ratione in feudo ab Eccleſia conceſſo, vt ſit in poteſtate Eccleſię, à qua feudum recognoſcitur, vel feudum pro ſe retinere, vel monaſterio, in quod ingreſſus eſt vaſallus, relinquere.

5 † Quarto principaliter videtur dicendum, quod in modictuoi feudum deueniat ad monaſterium in quo dictus vaſallus & eius filius ingreſſi ſunt: quia monaſterium habetur loco filii, *vt in auth. niſi rogati, C. de Trebellian. & c. in præſentia. extra de prob.* & ideo ſicut filius ſuccedit in feudo, *vt in cap. 1. §. 1. in titul. de his qui feud. dar. poſſ. & dict. cap. 1. de grad. ſuc. feud. cum ſim.* Ita videtur quod monaſterium vel Eccleſia ſuccedere poſſit loco dicti vaſalli, & maxime hoc videtur eſſe verum, cum dictum feudum ſit tale ex quo debetur penſio, quæ ita poteſt præſtari per monaſterium, ſicut per vaſallum: quia vt inquit Innoc. *in c. in præſentia extra de proba.* feuda tranſeunt in monaſterium ſi vaſallus ingrediens monaſterium debet talia ſeruitia quæ monaſterium poſſit honeſte exhibere per ſe vel per alium, *arg. C. de Epiſc. & cler. l. quiſquis & l. ad ſimilitudinem, & idem tenet ibi Io. And. & D. Ant. de Butr. & Cyn. in auth. ſi qua mulier., C. de ſacroſan. Eccleſ.* qui dicunt, aut ſeruitium eſt reale, & tranſit in monaſterium vel Eccleſiam, *per d. l. quiſquis & l. ad ſimilitudinem*, aut eſt perſonale, *vt L. 1. §. ne autem, C. de cadu. tollen. & l. inter artifices. ff. de ſolutioni. cum ſimil. Et idem tenet Bald. in dict. l. quiſquis. in princip.* qui dicit, quod ſi vaſallus tenet fundum in feudum, & poſtea monachatur vel clericatur, ſi debet eius nomine annuam penſionem ſeu præſtationem ſicut eſt in caſu noſtro, non amittit feudum ſeu præſtationem, ſicut eſt in caſu noſtro, cum illud annuum in quocunque & quantumcunque ſtatu motato præſtari poſſit, *argu. inſtit. de acquiſitione per arrogationem.* Et idem etiam in effectu videtur innuere ipſe Bald. *in tit. de pace conſtantia, in §. libellaria.* vbi notabiliter dicit, quod reperiuntur quædam feuda quarundam Eccleſiarum Lombardiæ, pro quibus non pręſtatur ſeruitium, ſed cenſus pecuniarius ad inſtar ficti puta certa quantitas pecuniæ, vel frumenti, vel aliud ſimile, vt vna ſpala porci, vel vnum par caponum quolibet anno: quia Eccleſiæ Lombardiæ non curant de ſeruitiis armorum, ſed de redditibus burſalibus, & ideo talibus feudis ſuccedit mutus vel ſurdus etiam à natura, & quilibet hæres, *vt l. viam veritatis, Cod. locati, hoc etiam Bald. videtur velle in l. liberti, libertaque, in vltima columna. Cod. de oper. liber.* vbi

dixit

dixit eleganter, quod ſi inſtrumentum dicit conceſſam rem in feudum pro annua quantitate frumenti, quod iſtud non eſt proprie feudum, ſed magis emphyteuſis ſeu contractus innominatus. *ff. de præſcrip. verbis. l. naturalis. §. attendo, & not. in authen. ingreſſi. per Cyn. in pe. quaſt. C. de ſanct. Eccleſ.* Et ideo non cenſetur iure feudatarii. *Et idem facit quod notat. Bald. in præludi. feudorum in 9. col. & in l. ſi quam. C. de oper. lib. Et in his caſibus videtur quod ſit intelligenda gloſſ. in l. quiſ-*
6 *quis. C. de Epiſc. & cler.* † quæ dicit quod vaſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ſcilicet quando non debetur ſeruitium perſonale, ſed tantum reale pota aliqua penſio, ſicut eſt in caſu noſtro. Et eodem modo intelligenda eſt gloſſ. *in cap. qui clericus. in titu. ſi de feud. fuer. contro.* quæ dicit quod clericus poteſt in feudo ſoccedere vel feudum non amittit ſi velit per ſubſtitutum ſeruire, quando ſcilicet debetur ſolum aliqnod ſeruitium reale puta annua penſio. Et hoc modo videntur limitari debere omnia iura ſupra in princip. allegata, quæ dicunt quod ſi vaſallus efficitur clericus, vel votum religionis aſſumit, perdit feudum, quia intelligitur quando debetur aliquod ſeruitium perſonale, vel etiam reale, quod notat. ita præſtare poſſet per clericum vel monaſterium ſicut potuiſſet per ipſum vaſallum ante clericatum vel monacharum.

Quinto principaliter videtur dicendum, quod dictus vaſallus per ingreſſum religionis priuetur feudo: quia monachus non eſt capax feudi, nec poteſt habere bona: quia habetur pro mortuo, *vt dicta authen. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Et iſtud teneo pro veriſſimo per iura ſupra primo loco allegata, quæ hoc volunt manifeſte, nec eis poteſt iuridice reſponderi, maxime in monacho qui in particulari non poſſunt habere aliquid proprii, & habetur *in d. authen. ingreſſi. & in capit. 2. & in cap. cum ad monaſterium. extra de ſtatu mona.* nec filius dicti vaſalli poteſt in dicto feudo ſuccedere, ex quo ipſe ſcilicet ingreſſus eſt religionem eandem, *vt probatur in cap. 1. §. fin. in titulo de beneſi. fami.* vbi dicitur quod clericus nullo modo in beneficium. i. feodum paternum debet ſuccedere. Nec teneo quod monaſterium
7 ſuccedat in dicto feudo: † quia feuda regulariter tranſeunt ſolummodo ad deſcendentes vaſalli, *vt in cap. 1. & 2. in titu. de his qui feud. dar. pot. & in capit. 1. de gradi. ſucceſ. in feud. & in cap. 1. de natura ſucceſ. feud. cum ſimilibus.* Et ideo non tranſeunt in Eccleſiam vel monaſterium, quia non ſunt de deſcendentibus vaſalli, vt de ſe patet. Et ideo non poteſt dici quod habeatur hoc caſu loco hæredis, id eſt, filii, & ita tenet
8 Bald. *in authen. niſi rogati. C. ad Trebellia.* † Nec obſtat *cap. in præſentia. extra de probat.* quia ibi non dicitur quod monaſteriom habebatur loco filii, ſed loco hæredis tantum, *vt notat. Bartol. in d. authen. niſi rogati. & text. in corpore vnde ſumitur videlicet in Auth. de ſanct. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti col. 9.* vbi probari videtur, qood monaſterium, in quod aliquis ingreditur, habetur loco filii: quia illa iura non dicunt proprie quod habentur loco filii niſi quantum ad officium, *vt voluit ibi Barto. & bene.* Item poſito quod ibi diceretur in ſpecie, quod habentur loco filii, tamen non procederet in caſu noſtro, quia illud quod monaſterium habetur loco filii, procedit ſolom in caſibus qui ponuntur *in d. authen. niſi rogati. vt vult ibi gloſſ. quam ſequitur Bald. per quam gloſſ. dixi i-*
9 *bi Bald. notat.* † quod executores deputati ad virgines maritandas non poſſunt dare quantitatem virgini intranti monaſterium: quia non habent hoc in mandatis, & quia maritare pauperes virgines eſt pia cauſa quæ non poteſt excludi per alium pium vſum, *vt in clement. quia contingit. de religioſ. dom. Et idem vult. Bald. in l. 1. in fin. C. de his qua pœna notat.* ſed caſus noſter non comprehenditur *in d. authen. niſi rogati.* ergo monaſterium non poteſt dici quod habeatur loco filii quantum ad hoc, vt ſuccedat in feudum qood erat vaſalli qui ingreſſus eſt ipſum monaſterium, non obſtant ea, quæ quarto loco principali deducta ſunt, videlicet quod ex qno pro iſto feudo debetur ſeruitium reale puta penſio quæ poteſt ita præſtari per monaſterium, ſicut per vaſallum, debet monaſterium ſuccedere: quia iſtud non credo verum, *vt notat. Innocen. in capit. præſentia. extra de probat.* quia iſtud non credo verum, quia de natura feudi, vt dixi, eſt quod tranſeat ſolum ad deſcendentes & agnatos, ſi eſt antiquum vel paternum: ſed monaſterium non eſt huiuſmodi, vt ſupra dixi, ergo in feudo nollo modo ſuccedere poteſt. Quod autem dixit Bald. *in l. quiſquis. C. de Epiſcop. & cleric.* quod ſi vaſallus efficitur monachus vel clericus, non amittit feudum, ſi pro eod. debet aliquam penſionem, *argumento Inſtit. de acquiſit. per arrog.* quia iſtud eſt contra iura ſupra primo loco allegata, & maxime contra *cap. qui clericus. in titu. ſi de feud. fue. controuerſ.* qui dicit quod hoc ipſo qnod efficitur vaſallus clericus, feudum amittit, & ſic ipſo iure, *& in d. capit. 1. §. fin. in titul. de benefic. fami.* qui dicit qood nullo modo clericus ſuccedere debet in feodo ipſum retinere, & ſic ponitur ibi vniuerſalis negatiua verbo debet, quæ videtur tollere omnem potentiam, *per notat. per gloſſ. in capit. 1. de regul. iur. lib. 6. & in l. 1. ff. de iniuſto rupt. & irrit. teſtam.*

Item qood dixit Bald. *in titul. de pace conſtantia. in §. libellaria,* poſito quod conſeqnens verum non concludit ad caſum noſtrum, quia loquitur de muto & ſurdo, qui ſunt de deſcendentibus vel agnatis vaſalli quod non contingit in monaſterio.

Item quod dixit idem Bald. *in l. liberti libertaque.*
10 *C. de oper. liber.* † quod ſi pro feodo ſoluitur aliqua penſio, non eſt proprie feudum, ſed contractus emphyteuticus, vel innominatus, non credo eſſe verum ſi pro dicto feudo vaſallus iurauit fidelitatem, *iuxta cap. 1. de noua forma fidelitatis. & 22. quaſt. 5. cap. de forma.* quia feudum principaliter conſideratur in fidelitate quæ eſt iuramentum, feudum enim à fidelitate dicitur, *vt cap. ſi nulla. in titu. per quos fin. inueſtit. & in cap. 1. in titu. quod præcede. inueſtit. an ſi-deli.* Et ideo non credo, qood propter penſionem, quæ ſoluitur pro feodo, tranſeat in alium contractum, & perdat in totum naturam feudi, *arg. l. quæritur hermaphroditus. ff. de ſtat. ho. & per ea qua not. Bald. in præludiis feudorum, in 7. col.* Nec obſtant gloſſ. quæ videntur velle, qood poſſit vaſallus per ſubſtitutum ſeruire, *vt not. gloſſ. in l. quiſquis, C. de Epiſc. & cler. & gloſſ.*

& gloſſ. in c. qui clericus, *in tit. ſi de feud. fuer. controue.* quæ loquitur de clerico, quia licet illæ gloſſ. eſſent veræ in ſe, quod nunc non firmo, quia dubitabile eſt ſatis, tamen non faciunt ad propoſitum, nec pro vaſallo, quia ipſe non eſt capax feudi, ex quo nihil poteſt habere proprii, nec pro monaſterio, quia non eſt ex deſcendentibus vel agnatis vaſalli, vt ſupra dictum eſt; procederent ergo ſi verum dicerent in clerico, qui poſſet habere proprium, vt in Epiſcopo vaſallo, prout aliàs vidi conſultum per multos Doctores Papienſes & Bononienſes in cauſa Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Parmenſis filii, quondam Magnifici Angeli de la Pergula, contra quem tamen fuit conſilium Illuſtriſſimi quondam Principis Ducis Mediolani iudicatum. Vnde ex his ego concludo, quod per dictum ingreſſum religionis dictus vaſallus priuatus eſt feudo prædicto, nec filiò ſuo, qui ſimiliter profeſſus eſt, fuit acquiſitum dictum feudum, nec etiam præfato monaſterio, in quo ingreſſi ſunt. Sed dubium ſupereſt, ad quem debeat deuolui dictum feudum, ex quo non deuoluitur filio, neque monaſterio. Et videtur, quod deuoluatur ad agnatos dicti vaſalli, ex quo dictũ feudum eſt antiquum vel paternum, *per text. in cap. 1. de milit. vaſall. qui arm. bell. depoſ.* ibi vel agnatum potiorem eſſe, vt ſupra dixi.

Secundo loco principali in contrarium videtur, quod imo deuoluatur ad dominum, videlicet ad Eccleſiam, cuius eſt proprietas dicti feudi, ſi voluerit, *per text. in auth. de alien. & emphyt. §. 1. collat. 9.* Et per ea, quæ dixi ſupra in tertio loco principali, ego teneo, quod deuolui debeat ad agnatos, & non ad dominum, *per d. c. 1. de milite vaſallo qui arm. bell. depoſ.* Supereſt etiam aliud dubium vltimum, an viuente dicto vaſallo tranſeat dictum feudum in agnatos ſuos pleno iure, an vero monaſterium interim, dum viuit vaſallus, debeat habere commoditatem dicti feudi, & Bald. *in d. auth. niſi rogati, C. ad Trebell.* dicit, quod interim, donec viuit vaſallus, etiam habebit cómmoditatem dicti feudi, ſi ſeruitium iuxta conditionem feudi non minus decentem præſtare poſſit Eccleſia, quàm vaſallus, *per cap. in præſentia, extra de probat.* ſed ſi ſeruitium ſit tale, quod non poſſit adaptari Eccleſiæ, reuertitur ad dominum, *per dict. c. 1. de eo qui arm. bell. depoſ.* & ſubdit, quod fuit quæſtiò de facto, ſed in caſu noſtro poteſt Eccleſia ſeu monaſterium iuxta conditionem feudi ita præſtare ſeruitium condecens, videlicet penſionem annuam, ſicut poterat vaſallus; ergo poterit commoditatem feudi percipere. Et pro iſta concluſione, quam teneo pro vera, adduco text. in ſimili, *in l. Statius Florus, §. Cornelio, ff. de iure fiſci, & in l. peto, §. 1. ff. de legat. 2. & iſtam opinionem tenet Bald. in d. l. 1. ff. de leg. 2. & iſtam opinionem tenet Bald. in d. c. 1. de eo qui arm. bell. depoſ.* qui dixit, quod ſi feudum datur ad tale ſeruitium, quod poſſit præſtari per monaſterium, cum in vita naturali monachi monaſterium habebit feudum, ſicut dicimus in emphyteuſi, *in authent. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. & per Innoc. in c. in præſentia, extra de probat.* Neć obſtat *d. cap. 1.* quia ſecundum Bald. ibi loquitur in beneficio, quod datur obtentu militiæ ſecularis; deſinit enim eſſe militiæ ſeculi, quia factus eſt miles Dei, & non debet habere beneficium, qui non gerit officium, vt ibi. Et idem in terminis tenet D. Iacobus de Aluar. *in d. l. 1. qui ad hoc etiam allegat c. 1. §. firmatum, in tit. de probib. feud. alien. per Feder.* Vnde ex his concludo, quod pro tempore, quo viuit naturaliter dictus vaſallus in monaſterio, monaſterium debet habere ius retinendi dictum feudum, & percipere commóditatem & fructus eius, ſoluendo penſionem Eccleſiæ debitam.

Circa feudum cameræ dico idem in omnibus, quod de alio feudo dictum eſt. Et prædicta intelligo, niſi eſſet ſpecialis forma inueſtiturarum vltra ius commune, quas non vidi, quia tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudum, *vt in cap. 1. in fin. de duob. fratrib. à capit. inueſtit. & ibi Bald. & per cap. porro, de priuileg. cum ſimil.*

Er ita dico & conſulo, vt ſupra dixi, ego Bartholomæus Cæpolla.

CONSIL. XXXVII.

ARGVMENTVM.

Sententia lata in ſcriptis per me Bartholomæum Cæpollam cum Domino Bartholomæo de Cartularis, & Dn. Thomæo de Turchis 1448. de monacho, qui reliquit monaſterio ſuo, & poſtea dicitur, quod intrauit aliud monaſterium, cui monaſterio acquiratur illud legatum.

SVMMARIA.

1 *Principali deficiente deficit & acceſſorium.*

2 *Semel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.*

3 *Monachus non poteſt ad aliud monaſterium tranſire ſine licentia ſui ſuperioris.*

4 *Religio ſecunda, ad quam monachus vult tranſire, debet eſſe arctior prima.*

IN CHRISTI nomine, ac eius matris virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Viſa diligenter ſupraſcripta donatione facta per Petrum adultum, filium quondam Iacobi, quondam Dn. Franciſci de Lombardis, nobili & prudenti viro Bernhardo de Lombardis nomine, quo ſupra cum hac conditione & & pacto, quód teneatur dare, ſoluere, & numerare ducatos ducentos auri ad terminum quatuor annorum proxime futurorum in cauſis, quas voluit venerabilis Dominus Prior & tutor monaſterii prædicti S. Zenonis in monte de Verona, ordinis S. Hieronymi; & viſa commiſſione in nos facta, & viſis ſæpius & auditis iuribus & allegationibus partium, quæ & quas, & quales, & quantas ipſæ partes dicere & allegare ac producere voluerint, & habito & communicato inter nos ſæpe & ſæpius conſilio. Et allegatis & adductis inter nos ſæpe & ſæpius iuribus, quæ pro vtraque parte de iure allegari per nos potuerunt, vt res ipſa, veritas, & iuſtitia intelligi poſſet, & effectum clarius nobis eluceſceret, & ipſa veritas & iuſtitia intelligi poſſit, & effectum haberet. Nos venerabilis decretorum dictus Do-

minus Bartholomæus de Cartulariis reuerendiſſimi in Chriſto patris & Domini Domini Cardinalis & Epiſcopi Veronen. in ſpiritualibus nunc vicarius generalis, & Dominus Thomęus de Turchis legum Doctor, & Dominus Bartholomæus Cæpolla Iuris Vtriuſque Doctor, quibus ſupradicta cauſa de iure commiſſa eſt conſulenda, omnes vnanimiter concorditer & nemine noſtrum diſcrepante, dicimus, conſulimus, & declaramus iuris eſſe, dictos ducentos ducatos ſpectarę & pertinere dicto monaſterio ſancti Zenonis in monte de Verona, & non ſecundo monaſterio. Et hoc pluribus iuribus, rationibus, & cauſis, & maxime iſtis.

Et primo, quia regula eſt, quod quando vir antequam ingrediatur religionem donat vel legat illi Eccleſiæ vel monaſterio, in qua vel in quo vult facere profeſſionem, ſi poſt profeſſionem factam tranſeat ad aliud monaſterium, donatio vel legatum remanet de iure primo monaſterio in quo profeſſionem fecit. §. *ſi monachus reliquerit. de ſanctiſſ. Epiſcopis. col. 9.* vbi eſt caſus de iſta quæſtione & ita tenet gloſſ. magna ad fin. ibi, vel verius *in cap. quod à te. extra de cleri. coniug.*

Secundo hoc probatur ſic, nam dicitur quod aut donans donat expreſſe tempore ingreſſus monaſterii, in quod vult ingredi, & poſtea ingreditur, & tūc nunquam res donatæ poſtea reſtituuntur, imo remanent dicto primo monaſterio. Si vero tacite, tunc ſequuntur perſonam, *Ita notat. gloſſ. in d. capitulo. quod à te. in fin.* Sed in caſu noſtro donatio fuit facta expreſſa, ergo debet remanere priori monaſterio.

Tertio etiam probatur ſic. Nam quicquid acquirit monachus vagabundus, etiam poſtquam exiuit, & in quo iam profeſſus acquirit monaſterio, *vt tenet Spec. in titu. de ſtatu mona. ver. 23. quare quid ſi monachus.* Sed in caſu noſtro iſte potius, qui exiuit primum monaſterium, fuit & eſt vagabundus, vt infra dicam ſtatim in ſequenti ratione, ergo ſequitur à maiori, quod multo magis etiam illud quod eſt per ipſum donatum dicto monaſterio antequam faceret profeſſionem, debet illo primo monaſterio remanere *arg. l. quanto magis. ff. de iureiurando. & authen. multo magis. C. de ſacroſanctis Eccleſ.* Nec obſtat prædictis *d. §. ſi monachus reliquerit. 2. & in Authen. de ſan. Epiſcop. collat. 9. & gloſſ. in §. ſi vero relinquens. verbo ſtatuatur. in fine in Authen. de monachis. collat.* 1. vbi dicitur, quod acquiſita poſt exitum, acquiruntur ſecundo monaſterio, quia loquuntur in illo qui non fecit profeſſionem in primo monaſterio, *vt probatur in d. §. ſi vero relinquens.* ibi, *ad ſecularem vitam migrauit, &c.* Nos vero loquimur in illo qui fecit profeſſionem in primo monaſterio, ſicut fecit noſter Petrus.

Quarto hoc etiam probatur euidentiſſime, nam dicitur quod dictus Petrus tranſiuit ad aliud ſecundum monaſterium, ſed ad illud tranſire non potuit, vt ſtatim probabo, ergo ſequitur quod debet ipſe Petrus redire priori monaſterio ſancti Zenonis in monte de Verona. Et ſic per conſequens & neceſſario donatio per ipſum dicto primo monaſterio facta ibi firma remanere debet, & ſic non debet
tranſire ad aliud monaſterium, ad quod tranſire nō
potuit, quia ſi non valuit ipſum principale, ſcilicet
ingreſſus ſecundi monaſterii, ergo nec donatio po-
1 teſt ipſum ſequi, † quia vbi principale deficit, de-
ficit etiam acceſſorium, *vt l. cum principalis. ff. de regu-*
lis iuris, & l. in principali. ff. de vulg. & pupill. cum simili-
bus. Modo quod dictus ſecundus ingreſſus non va-
luerit, probatur ſic. Nā vbi aliquis monachus pro-
feſſus vult exire de ſuo monaſterio & ad aliud tranſ-
ire, debet hoc facere non ex temeritate vel leuitate
in iacturam vel iniuriam ſui ordinis, ſed ſub præte-
xtu maioris religionis ſicut frequenter à multis cō-
ſtat eſſe præſumptum, ne forte Angelus Satanæ in
lucis Angelum ſe transformet. *ita dicit pulcher & no-*
tabilis text. in capit. licet quibuſdam, extra de regula. &
tranſeunt ad religionem, & ibi Doctores. Sed dictus
Petrus ingreſſus primum monaſterium, ingredi
voluit dictum ſecundum monaſterium ex leuitate
& temeritate potius quam ex charitate vel laudabi-
li propoſito, vt nobis conſtat, & ſtatim dicam, er-
go: & quod fecerit & tranſire voluerit, vel tranſiue-
rit ex temeritate & leuitate, pro batur ſic. Nam no-
bis conſtitit quod dictus Petrus ſemel & primo re-
ceſſit cum vno alio monacho ſeu nouitio ex Vene-
tiis ſine licentia, & iuerunt Malamonachum. Item,
etiam nobis conſtitit quod dictus Petrus iterum &
ſecundo iam duobus annis elapſis receſſit in Tuſcia
de monaſterio, & iuit vagabundus per annum vel
circa tanquam vagabundus, & in habitu ſeculari. Et
hoc nobis conſtitit per teſtes idoneos & religioſos,
quam etiam per literas dicti Petri quas ſcripſit ad
priorem tunc dicti monaſterii ſancti Zenonis, in
quibus ſcribit in effectu quomodo receſſit indebi-
te, & iniuſte, & quod meretur magnam pœnam &
punitionem, & quod vult redire & ſubire quamcū-
que pœnitentiam quę ſibi per dictum priorem fue-
rit iniuncta, & multa alia ſimilia ſcribit quæ ex leui-
tate & temeritate ſine cauſa tunc eum receſſiſſe o-
ſtendunt. Cum ergo tunc ita fecerit, ergo & nunc
in dubio ita præſumitur feciſſe, maxime cum ipſe
poſtremo & tertio clam receſſit, vt ſtatim dicam,
2 † quia qui ſemel malus ſemper præſumitur malus
in eodem genere mali. *c. ſemel malus de regulis iuris, in*
6. & in l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſa. cum ſimi.

Quinto ad idem quod non valuerit ille ſecun-
dus ingreſſus ſi factus fuerit, & per conſequens do-
3 natio debet tamen ſequi, probatur ſic. † Nam quā-
do monachus vult tranſire ad aliud monaſterium,
debet licentiam à ſuo prælato ſeu priore cum hu-
militate & puritate licentiam tranſeundi poſtula-
te, ne bonum obedientiæ videatur contemnere, *vt*
dicit text. in d. l. licet quibuſdam. ver. quo circa veniunt. ex-
tra de regul. Sed iſte Petrus hæc non fecit, imo clam
de monaſterio ſancti Zenonis in monte receſſit,
nulla habita licentia à priore, vel ab alio, & ſic furti-
ue, licet poſtea per vnam diem habito conſilio ve-
nerit cum pluribus & tabellione ad petendam di-
ctam licentiam, quam prior ſibi dare noluit, vt hæc
omnia probata ſunt per bonos & religioſos viros,
ergo.

4 † Sexto hoc etiam probatur, ad hoc vt mona-
chus

dus Poſſit tranſire ad alind monaſterium, requiritur etiam, quod ſecundum monaſterium ſit ordinis ac regulæ arctioris, *vt dicit text. in dicto cap. licet quid, de regula.* ſed ſecundum monaſterium, in quo dicitur, Petrum ingreſſum fuiſſe, non eſt regulæ arctioris, imo latioris; ergo ſecundus ingreſſus non valuit.

Septimò & vltimo, quod dicta donatio debet remanere apud monaſterium S. Zenonis in monte, probatur ſic, poſito quod dicta vera non eſſent, quę tamen de iure vera ſunt. Nam nobis non conſtitit, neque conſtat, neque probatum fuit, quod ipſe fuerit ingreſſus aliquod aliud ſecundum monaſterium cauſa ibi profitendi & ſtandi, imo de auditu nobis probatum eſt, quod fuit viſus, poſtquam exiuit vltimò primum monaſterium in habitu ſeculari; ergo manifeſte apparet, quod fruſtra ſit diſputatio, an requiratur primo vel ſecundo monaſterio, cum de ſecundo monaſterio nil ſit probatum; ergo primum monaſterium S. Zenonis in monte debet habere dictos ducentos ducatos, & non ſecundum, quod non eſt, nec probatum, nec fuit articulatum, *l. qui accuſare, C. de edend. cum ſimil.* Et ita, vt ſupra ſcriptum eſt, dicimus & conſulimus iuris eſſe nos prædicti Dominus Bartholomęus de Cartulariis decretorum Doctor, & Dominus Thomæus Turchus legum Doctor, & Dominus Bartholomæus Cæpolla I. V. D. ſalua ſemper meliori deliberatione, *argu. l. Claudius, in fin. ff. qui pot. in pign. hab.* Et ſaluo iure inſtantiæ peremptæ, & ad fidem præmiſſorum nos propria manu ſubſcripſimus, vt not. de menſe ſeptimo, 1442. Ego Bartholomæus de Cartulariis Archipresbyter Veronenſ. in ſpiritualibus Vicarius generalis, & decretorum Doctor dico & conſulo, iuris eſſe, vt ſupra ſaluo ſemper meliori iudicio, in cuius rei fidem me propria manu ſubſcripſi. Et ita, vt ſupra ſcriptum eſt, dico & conſulo iuris eſſe, ego præfatus Thomæus Turchus legum Doctor, ſaluo iure inſtantiæ peremptæ, & ſaluo ſaniori iudicio, cui ſemper defero, in cuius rei fidem me propria manu ſubſcripſi.

CONSIL. XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Copia ſine ſigno notarij fidem non facit.*
2 *Inſtrumentum faciens mentionem, de alio non probat, niſi illud, de quo ſit mentio, producatur, & nu. 8.*
3 *Tabellioni non creditur de facto, de quo non fuit rogatus.*
4 *Tabellioni non creditur, niſi de geſtis tempore confectionis ſui inſtrumenti.*
5 *Cancellationes vel litera adiuncta alicui inſtrumento vel teſtamento reddunt ipſum ſuſpectum.*
6 *Verba narratiua non probant, nec eſt licitum arguere à verbis narrantibus factum ad deciſionem.*
7 *Tranſigi ſuper hereditate alicuius non poteſt, niſi narratis & cognitis verbis teſtamenti.*
9 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur, niſi ex temporis longitudine aliud præſumitur.*
10 *In factis antiquis, de quibus teſtes haberi non poſſunt, an ſufficiat teſtimonium de auditu.*
11 *Opinio generalis in factis antiquis habetur pro veritate.*
12 *Inſtrumentum faciens mentionem de alio an probet.*
13 *Falſitas in dubio non eſt præſumenda.*
14 *Auth. res quæ, C. commu. de legat. quo caſu locum habeat.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Omiſſa facti narratione, quæ ex infra dicendis apparebit viſo proceſſu, tam in cauſa principali, & viſa ſententia lata inter Donatum & Donatam eius ſororem de Teruiſio, duo dubia eſſe in primis examinanda videntur, ex quibus veritas præſentis conſultationis intelligi poterit. Primum eſt, ſi probatum eſt ſufficienter bona, quæ Donatus quondam Domini ad ſtridas poſuit ſubiacere fideicommiſſo vigore teſtamenti Dominæ Catharinæ, cognomento Romeriæ, proauiæ ſuæ paternæ. Secundum, poſito quod ſic, an dictus Donatus potuerit aſſignare dicta bona vxori ſuæ, pro aſſerta ratione cuiuſdam aſſertæ dotis ipſius Claræ in præiudicium Dominæ Donatæ eius ſororis, & Ioannis Belauſer filii dictæ Dominæ Donatæ ſubſtitutorum in dicto teſtamento Dominæ Catharinæ.

1 Circa † primum dubium videtur dicendum, quod non ſit probatum ſufficienter de dicto fideicommiſſo, neq; de teſtamento dictæ Dominæ Catharinæ, quoniam non eſt productum, neque probatum inſtrumentum teſtamenti originale ipſius Dominæ Catharinæ, ſed ſolum quædam copia ſine ſigno notarii, quæ non facit fidem, *vt l. 2. cum ibi notatis, ff. de fide inſtrum. & l. procurator, C. de edend. & cap. primo, extra de fide inſtrument. cum ſimilibus.* Nec fidem facere videntur inſtrumenta inuentarii & diuiſionis & tranſactionis, in quibus ſit mentio de dicto teſtamento & ſubſtitutione: † quia inſtru-
2 mentum faciens mentionem de alio, non probat, niſi illud, de quo ſit mentio, producatur, *vt auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edend.* & in corpore vnde ſumitur *in authent. vt deſponſa. largitas, §. & hoc inſuper, collatione 9.* & huius ratio poteſt eſſe multiplex.

3 Prima eſt, † quia non creditur tabellioni de facto, de quo non fuit rogatus, *vt in authent. de tabell. §. non autem, in verbo iniungatur. & ibi gloſſ. col. 4.* Sed notarii, qui in dictis inſtrumentis inuentarii, diuiſionis, & tranſactionis fecerunt mentionem de teſtamento D. Catharinæ, non fuerunt rogati de ipſo originali teſtamento D. Catharinæ, ſed ſolum de ipſa relatione; ergo non videatur probare teſtamentum originale.

4 Secunda † ratio eſt, quia non creditur tabellioni, niſi de geſtis tempore confecti ſui inſtrumenti, *vt not. Innoc. in c. quoniam contra, de probat. in cap. cum in iure peritus, de offic. delegat.* ſed tempore dictorum inſtrumentorum non fuit confectum inſtrumentum originale teſtamenti; ergo.

Tertia ratio eſt, quia quando vnum inſtrumentum habet relationem ad aliud, oportet quod conſtet de termino, ad quem ſit relatio, & ideo cum

non conſtet de exemplari ſeu originali teſtamenti ad quod referuntur inſtrumenta, in quibus de eo fit mentio, ſequitur quod deficit ipſa relatio, *argum. eorum quæ habentur in l. in teſtamento. 1. ff. de condit. & demonſtr.*

Quarta ratio eſt, quia poſſet fraus & deceptio interuenire, nam poſſet eſſe quod originale teſtamẽtum, ad quod fit relatio, eſſet falſum, & ſic crederetur dictis aliis inſtrumentis facientib. mentionem de dicto inſtrumento, non poſſet ex aperitione literarum, vel ex ſigno notarii videri de falſitate, & daretur materia falſum fabricandi ſecundum Iaco. But. & Bald. *in d. auth. ſi quis in aliquo documento in prin.* & hanc rationem ponit Inn. *in c. Alber. de teſtib. & in c. Abbat. de verb. ſign.*

5 Quinta † ratio eſt, quia in inſtrumento alias in teſtamento originali poterant eſſe aliæ literæ vel cancellationes quæ redderent teſtamentum ſuſpectum, de quibus nõ poteſt apparere per inſtrumenta in quib. fit mentio de dicto teſtamento, & hęc ratio ponitur per gloſſ. *in dict. auth. ſi quis in aliquo documento. & in corpore vnde ſumitur, & in l. 2. ff. de fide inſtrum.*

6 Sexta † ratio videtur poſſe aſſignari in caſu noſtro: quia verba narratiua inſtrumenti, ſicut fuerunt illa de quibus in dictis inſtrumentis fit mentio, non inducunt diſpoſitionem nec probant, *arg. l. ſi donatio. C. de donat. facit c. ſi Papa. cum ibi not. de priuileg. lib. 6.* Et propterea dicitur quod à verbis narrantibus factum non eſt licitum arguere ad deciſionem, *vt not. Ioan. Andr. in c. debito. de prab. & d. D. de Sancto Gemin. in c. eum qui. de dolo & contu. in 6. per gl. ibi in verbo non teneas, & allegat etiam ad hoc aliam glo. in c. 1. de re. permut. eod. tit. in verbo collationem & ego allego aliam gloſſ. in c. ſi Papa. in glo. 2. de priuil. libr. 6. & gl. ſingularem de iure ciuili in l. vnica. C. quando non petentium partes facit quod not. Bar. in l. ſi deluſorio. in prin. ff. de app.* Sed his non obſtantibus puto quod contrariũ ſit verius, videlicet quod per dicta inſtrumenta & maxime tranſactionis ſit ſufficienter probatum de dicto teſtamento Dominæ Catharinæ, & de dicto fideicommiſſo, quod ſic probatur.

Primo, quando aliquod inſtrumentum continet aliqua verba etiam narratiua, probant inter eas perſonas, inter quas confectum eſt, ſi fuerant præſentes tempore quo confectum eſt inſtrumentum, *vt probatur l. optimam, Cod. de contrahen. & commit. ſtip. & ita tenet Bart. & Bald. in d. auth. ſi quis in aliquo documento.* ſed dicta verba teſtamenti fuerunt prolata partibus præſentibus, ergo & hoc videtur tenere *Spec. in tit. de procur. §. ratione quoque conſtituentis verſ. illud quoque not.*

Secundo hoc etiam ad idem probatur ſic, quando verba enuntiatiua in his quæ ſunt neceſſaria ad actus ſubſtantiam inter contrahentes probant, & eis ſtandum eſt, *vt d. l. optimam, & ibi hoc not. Angel. & in authent. ſi quis in aliquo documento. in tertia colum. circa principium,* ſed dicta verba teſtamenti poſita in dicto inſtrumento tranſactionis erant neceſſaria ad
7 ſubſtantiam tranſactionis: † quia ſuper hæreditate alicuius tranſigi non poteſt niſi narratis & cognitis verbis teſtamenti, *vt l. de his, & ibi notat. ff. de tranſactio.* ergo verba narratiua probant, & eis ſtandum eſt.

Tertio hoc probatur quando partes cõſentiunt quod verba narratiua alterius inſtrumenti ponantur in inſtrumento inter ipſas partes confecto ſiue non contradicunt quando apponuntur illa verba narratiua, probant abſque eo quod produceret dictum inſtrumentum ad quod fit relatio, *arg. l. fin. ff. quando appell. ſit quæ eſt canonizata. 2. q. 6. c. anteriorum, §. fin. & not. Innoc. in c. cum in iure peritus, extra de officio deleg. & Angel. in auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edend.* & propterea dixit ibi Angel. quod ſi tertius ſcribit quod Titius promiſit me conſeruaturum indemnem pro quodam inſtrumento promiſſionis factæ pro me ſibi de mille, & peto poſtea in iudicio vt me conſeruet indemnem, licet ipſe neget obligationem meam apud Titium factam, nõ erit mihi neceſſe oſtendere inſtrumentum pincipalis promiſſionis, ſed ſufficit quod ego oſtendam inſtrumentum conſeruationis in quo de mea promiſſione fit mentio, quia ſtatur illis verbis enuntiatiuis inter partes ſuper eo, ſed ita in caſu noſtro quod dicta verba teſtamenti fuerunt poſita in inſtrumento tranſactionis de voluntate partium, ergo probant.

Quarto hoc probatur, verba inter eaſdem perſonas probant etiam ea quæ non potuerunt interuenire tempore contractus, *vt l. optimam præallegatæ:* quia talia verba ſunt enuntiatiua ſolemnitatis cui partes potuerunt renuntiare, *vt not. Bart. & Doct. in l. ſciendum, ff. de verb. obli.* ſed in toto inſtrumento tranſactionis fuerunt prolata inter eaſdem perſonas verba enuntiatiua ſolemnitatis cui partes potuerũt renuntiare, vt not. Bart. & Doct. ſcilicet teſtamenti & ſubſtitutionis, quia ex quo faciunt mentionem de teſtamento, intelliguntur de valido & ſolemni, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. & l. non putauit, §. non quicquam, ff. de contra tab.* cui ſolemnitati partes potuerunt renuntiare, quia partes potuerunt tacere extra contractum quod dicta omnia bona Dominæ Catharinæ ſubiacerent inſtitutioni fideicommiſſariæ, *vt not. Doct. in auth. res quæ, C. communi. delegat.* ergo illa verba probant dictam ſubſtitutionem fideicommiſſariam.

8 Quinto † ad idem hoc etiam probatur, nam quando in vno inſtrumento fit mentio de alio, non eſt neceſſe de primo conſtare, quando ſecundum poteſt de ſe principaliter ſubſiſtere, *vt lege. ſi donatio. & ibi hoc notat. Bald. Cod. de donatio. & auth. ſi quis in aliquo documento. in ſecunda columna, ad fin. Cod. de edend.* ſed dictum ſecundum inſtrumentum tranſactionis, in quo fit mentio de bonis ſubiacentibus fideicommiſſo, poteſt de ſe ſubſiſtere, quia potuerunt partes dicta bona ſubiicere grauamini reſtitutionis, vt dixi, ergo probat grauamen fideicommiſſi per not. per Bartol. & Doctor. *in dicta l. ſciendum & in l. ſi forte, ff. de Caſtren. pecul. & in l. prima, C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſc. lib. 10.* Nec obſtat quod in dicto inſtrumento tranſactionis ſit data poteſtas alienandi, &c. & illa poteſtas intelligitur de aliis bonis præterquam de bonis dictę Dominæ Catharinæ, quod patet, quia ibi dum dicitur, ſaluis iuribus, conditionibus,

nibus, grauaminibus dictæ Dominæ Catharinæ Romeriæ.

Sexto hoc etiam probatur ex verbis dictæ tranſactionis, ibi dum dicit, *viſis, cognitis, lectis, & intellectis verbis ſupraſcriptorum teſtamentorum, &c.* quæ verba referuntur ad partes tranſigentes, vt patet ibi ex verbis præcedentibus, per quæ verba apparet quod dictæ partes viderunt, legerunt & intellexerunt prædicta verba teſtamenti Dominæ Catharinæ, de quo ſupra facta erat mentio in princ. tranſactionis, & ſuper eo tranſigendo videtur confiteri & approbare dictum teſtamentum fuiſſe factum & legitime *per d. l. de his cum ibi not. per Bart. & Doct. ff. de tranſactio. & l. non eſt ferendus. in princ. eod. Tit. & per l. 1. §. 2. & ibi Ang. ff. quemad. teſt. aperian.* quia illa faciunt verba tranſigentium relata per notarium, *vt notat. in l. ſtipulandum. ff. de verbor. oblìgat. & notat. Bald. in rubrica de contrahen. emptio. in 19. quæſt. Et hanc opi. tenet Specul. in titulo de inſtru. edi. §. & ſtat verſic. pen.* vbi dicit, quod in inſtrumento continetur quod A. promiſit ſoluere. 10. B. quæ ſibi debeat ex cauſa venditionis cuiuſdam equi, prout continetur in inſtrumento manu talis notarii, viſo, & lecto à me notario, concludit ſecundum Vbertum de Bobio tale inſtrumentum facere ius inter partes, & non eſſe neceſſe de primo conſtare.

Septimo hoc etiam probatur ex iuramento præſtito per dictas partes tranſigentes. Nam in dicto inſtrumento tranſactionis in fin. dicitur, quod dictæ partes iurauerunt ad ſancta Dei Euangelia corporaliter manu tactis ſcripturis in perpetuum, dictam reſtitutionem, & omnia & ſingula in eo contenta habere firma & grata & rata, & non contrafacere vel venire ex quo iuramento ſolemnitas etiam extrinſeca præſumitur, *vt not. Archi. in cap. quamuis. in 6. & not. Dominum Anton. de Butr. in cap. ſi diligenti. in 9. col. verſicul. in quantum dixi renuntiationem extra de foro compet.*

Item quia tale iuramentum habet vim clauſulæ, *ſi non valet quod ago vt ago, valeat vt valere poteſt, vt l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2.* & ſic valet ad excludendam quamcunque exceptionem etiam in genere agitatam, *vt not. Cyn. in l. 2. C. de reſcind. vendit. & Io. And. de empt. & vend. capit. fin. ita dicit notabiliter Ant. de Butr. in d. cap. ſi diligenti. in verſic. præ allegato.* Et ideo eſt dicendum, quod vigore dicti iuramenti ſolenitas extrinſeca præſumitur & excluditur omnis exceptio etiam in genere cogitata, & per conſequens non poteſt nunc opponi quod dicta verba tranſactionis non probent teſtamentum & ſubſtitutionem factam per dictam Dominam Catharinam. Et licet iuramentum dicatur eſſe perſonale, *vt in cap. veritatis, extra de iureiuran.* & ibi non tamen hoc eſt verum quoad periurium quia iuramentum afficit ſolam animam iurantis: ſed iuramẽtum producit aliud vinculum quo aſtringitur iurans ad non veniendum contra, & iſtud vinculum contractum in perſona iurantis tranſit in hæredem, ſicut reliquę obligationes perſonales. & pro hoc videtur caſus *in auth. de iureiuran. à moriente præſtito. in prin.* vnde licet hæres nõ poſſit repelli ex hoc capite, quia periurus, poteſt tamen repelli ex hoc capite, quia obligatus eſt ad non veniendum contra iuramentum defuncti cui ſucceſſit, *vt notat. Ang. in l. qui ſuperſtitu. in fin. ff. de acquir. hæred. & in d. authen. de iureiuran. à moriente præſtito. in princ. & habetur in d. cap. veritatis. extra de iureiuran.*

Octauo probatur alia ratione, nam quando actus eſt geſtus à perito puta à iudice vel notario & parte præſente ſolemnitas actus nuntiatiui præſumitur etiam quando ſolemnitas eſt extrinſeca, vt ſingulariter notat. Ioan. An. *in capit. fraternitatis. extra de teſti.* & ibi hoc etiam tenet Dominus Proſdocimus *in 4. columna. in princip. verſic. quid ergo ſi prælatus.* Sed in caſu noſtro verba dicti teſtamenti & ſubſtitutionis Dominæ Catharinæ ſcripta in dicto inſtrumento tranſactionis fuerunt prolata à perſona perita notario, vt patet ex dicta tranſactione, & fuerunt prolata præſentibus partibus, ergo probant & ſolemnitas teſtamenti etiam extrinſeca præſumitur.

Nono ad idem hoc probatur quando verba proferuntur à perſona perita præſumuntur eſſe prolata ſecundum iuris ordinem, *vt notat. Bar. in l. ſi quis filiabus. ff. de teſt. tu. & not. in l. 1. C. de vſur. & in l. ſtipulandum. ff. de verb. obligat.* & ideo cum in dicta tranſactione dicatur viſis & lectis & intellectis verbis prædictorum teſtamentorum, & ſic prædicta verba ſint prolata per notarium in perſonis partium quæ vt mihi in facto aſſeritur erant perſonæ peritę, quia notarii, ſequitur quod eſt præſumendum quod ipſe & notarius qui ſcripſit inſtrumentum tranſactionis, intellexerunt dictum teſtamentum Dominæ Catharinę habere ſuas debitas ſolennitates neque eſſe abolitum nec in aliqua ſui parte vitiatum, *iuxta l. ſi. C. de edi. diuit Adri. tollen.* & pro iſta præſumptione eſt iudicandum per prædicta.

6 Decimo hoc etiam probatur alia ratione. † Nam licet diceret, quod ſolemnitas extrinſeca non præſumatur, *vt l. quacunque. ff. de publi. cum ſimil.* tamen hoc fallit quando ex temporis longitudine aliud præſumitur, *vt l. ſilium. C. de peti. hæredi. Et iſta hoc notat. Ange.* Et ideo cum dictum inſtrumentum tranſactionis ſit confectum de anno. 1406. & ſic iam longiſſimo tempore, dico quod propter illud longiſſimum tempus ſolemnitas extrinſeca teſtamenti allegata in dicto inſtrumento tranſactionis præſumitur, cum etiam dictum inſtrumentum & dictum teſtamentum factum fuerit per longiſſimum tempus ante dictam tranſactionem, videlicet de anno 1362.

Vndecimo hoc probatur alia ratione, etiam ſi dictum inſtrumentum tranſactionis non plene probaret, quoniam quando eſt aliquod inſtrumentum quod non plene probat, ſi ſunt alia adminicula & coniecturæ, probant. *l. ſi quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de eden. coniuncta l. inſtrumenta. cum ibi notat. C. de probat. & ita notat Lapus in allegatione. 82.* Sed in caſu noſtro adſunt multa alia adminicula. Primum eſt quia reperitur copia dicti teſtamenti, quæ licet non probet, tamen facit aliqualem præſumptionem præſertim ſtantibus aliis in ſcriptis, facit quod habetur *in l. procurator. C. de edend. & in l. 2. ff. de fide inſtrum. & in cap. 1. extra eod. tit.*

Secundum eſt inſtrumentum inuentarli publicum confectum de anno 1363. in quo fit mentio de dicto inſtrumento Dominæ Catharinæ & eius vigore fuit dictum inuentarium confectum quod inſtrumentum publicum facit ſemiplenam probationem quantum ad hoc vt dicatur Domina Catharina teſtamentum feciſſe, vt habetur *in l. admonendi, ff. de iureiur.*

Tertium eſt inſtrumentum diuiſionis bonorum dictæ Dominæ Catharinæ, factæ per eius filios de anno 1365. in quo fit mentio de dicto teſtamento & eius ſubſtitutionibus in eis contentis in genere: quod etiam probat teſtamentū eſſe confectum cum ſubſtitutionibus, licet non probat formam ſubſtitutionum per ea quæ dicta ſunt ſupra.

Quartum eſt, quod vnus teſtis videlicet Ser Petrus Volognanus notarius, qui alias fuit procurator in iſta cauſa dicti Donati, deponit quod dum ipſe teſtis perſuaderet ipſi Donato, quod vellet ſibi dicere veritatem, ſi aliquid ſciebat de teſtamento Dominæ Catharinæ Romeriæ, & ſi alias verum erat quod ipſum feciſſet, & quod ipſe Donatus ipſum habuiſſet in publicam formam, tunc dictus Donatus ſibi dixit verum eſt quod habebam ipſum in publicam formam, ſed dum ſemel ipſum oſtendiſſet Claræ vxori meæ ipſa illud incidit & proiecit in ignem, per quam teſtificationem inducitur magna præſumptio quod dictum teſtamentum factum fuerit, & quod verba narratiua dicti teſtamenti & ſubſtitutionis facta tam in inuentario quam in diuiſione & tranſactione ſunt vera: & licet ſit vnicus teſtis, cui de iure non eſſet credendum ſine aliis adminiculis, *vt l. iuriſiuran. C. de teſtib. & c. cum ſim.* Tamen ex quo habet ſecum plures præſumptiones, de quibus ſupra quæ tendunt ad eundem finem, ſatis probare dicitur, *per c. cum dilectus, cum ibi not. extra de ſucc. ab inte. & per ea quæ not. eleganter Bald. in rubr. de contro. inueſt. in vſib. feud.*

Quintum adminiculum eſt, quia ſunt quatuor teſtes qui depoſuerunt quod audiuerint dicere quod dictum fuerit quod bona immobilia dicti Donati vendi nō potuerunt, quia ſubiacebant fideicommiſſo, imo nobilis vir Vldericus de Mutonibus, qui dicit quod iam octo annnis elapſis audiuit ſæpe dici à dicto Donato, quod bona ſua ſubiacebant fideicommiſſo. Item Ser Petrus de Stetga notarius, qui dicit quod audiuit dici iam 20. annis elapſis à Ser Nicolao de Bombecharus, quod omnia bona dicti Donati ſubiacebant fideicommiſſo, vigore cuiuſdam teſtamenti quod ipſe legat, quod etiam ſatis adiuuat prædictam probationem, dicit etiam dicti Donati & à Bouinſegua eius nepote, & à dicto Ser Nicolao, & ab his quampluribus de Vingazudo, quod omnia bona dicti Donati ſubiacebant fideicommiſſo, cuius vigore deuenire debebant in matrem Ioannis Belauſer ſororem dicti Donati & in eius deſcendētes. Item, Bouinſegna etiam deponit quod iam 36. annis audiuit dici quod certæ poſſeſſiones dicti Donati ſubiacebant fideicommiſſo. Et licet dicti quatuor teſtes non deponant de teſtamento Du. Catharinæ, tamen ex quo non apparent alia teſtamenta ex quibus bona Donati ſubiaceant fideicommiſſo, dicendum eſt quod intelligitur de inſtrumento dictæ D. Catharinæ, de quo fit mentio in dictis inſtrumētis inuentarii, diuiſionis, & tranſactionis, & maxime cum pluralitas inſtrumentorum non præſumatur niſi probetur, *in l. fin. C. de bon. poſ. ſecundum tab.* Eſt etiam alius quintus teſtis ſcilicet notabilis vir Ser Antonius Bombecharius, qui dicit quod audiuit dici à quodam quod bona dicti Donati ſubiacebant fideicom. ex teſtamento cuiuſdam D. Catharinę Romerię, ex quibus omnibus ſimul iunctis ſatis & pluſquam ſatis videtur eſſe probatū ſufficiēter quod dicta bona Donati quę fuerant quondam Dominę Catharinæ Romeriæ ſubiacent fideicommiſſo.

10 † Duodecimo & vltimo prædicta concluſio probatur ſic in omnibus factis antiquis, de quibus teſtes haberi non poſſunt, ſufficit teſtimonium de auditu tā famæ & adminiculis & not. Io. And. *in c. licet ex quadam circa princ. in verbo per breuem de teſtibus in nouella.*

Item, factis antiquis ſula fama ſufficit, *vt not. per gl. & Doct. in l. propriet. C. de proba. & Ang. & Doct. in l. antiquum, §. cum me abſente. ff. de neg. geſt.*

11 Item, † in factis antiquis opinio multum generalis habetur pro veritate & not. Bald. *in l. conuenticulam, in 8. col. C. de Epiſco. & cler. & per Bald. in l. iudicia, C. de rei vend.* ſed in caſu noſtro agitur de facto multum antiquo probando videlicet de teſtamēto Dominæ Catharinæ, quod dicitur conditum de anno 1362. & ſic iam centum annis elapſis, ergo prædicti quinque teſtes, qui deponunt de auditu & de fama & de opinione generali, probant, & maxime ſtantibus aliis adminiculis quæ cauſantur ex dictis inſtrumentis inuentarii diuiſionis & tranſactionis. Nec primæ d. concluſ. obſtant allegata ſupra in contrarium deducta, & primo non obſtat dū dicitur, quod copiæ dicti teſtamenti non eſt adhibenda fides, *per l. 2. ff. de fin. inſtr. & per c. 1. extra eo. cum ſim.* quia reſpondetur quod hoc eſt verū, ſi eſſet ſola, ſed in caſu noſtro ſunt plures aliæ probationes præſumptiones, & adminicula, quæ omnia ſimul iuncta probant, vt patet ex prædictis.

12 Secundo † non obſt. dum dicitur, quod inſtrumentum vnum faciens mentionem de alio non probet, *per auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edend.* & in corpore vnde ſumitur, *& d. c. 1. de fide inſtr.* quia dico quod illa iura debeant limitari vt nō probent contra extraneos qui nō fuerunt pręſentes: ſed contra perſonas contrahentes in eodem inſtrumento & pręſentes & conſentientes, vel non contradicentes bene probant, ſi illud inſtrumentum, ad quod fit relatio, tractat de his quæ ſunt neceſſaria ad ſubſtantiam actus, vt probatur, *in l. optimam, C. de contrahen. & commit. ſtip. & in l. 1. eod. tit.* vt dictum eſt ſupra in tribus primis articulis pro hac parte deductis, & reperio quod ſolemnis Doctor D. Frāciſcus de Capitib. legiſta ita limitabat, *d. auth. ſi quis in aliquo documento*, videlicet & tunc non datur fides inſtrumento facienti mentionem alterius inſtrumenti, quando illud originale de quo fit mentio non erat neceſſarium antecedens ad valorem inſtrumenti de quo agitur, verbi gratia ſi in inſtrumento mutui

narretur

narretur contractus depoſiti qui dicatur alio inſtrumento contineri, nam de tali contractu loquitur dicta auth. quia non creditur huic inſtrumento facienti mentionem alterius inſtrumenti niſi producatur originale, vel probetur per teſtes de veritate depoſiti: ſed quando inſtrumentum, quod narratur, eſt neceſſarium antecedens ad inſtrumẽtum quod geritur. vt ſit validum & validus contractus qui agitur inter partes, tunc non procedit d. auth. quia probat d. inſtrumentum faciens mentionem de alio, & hoc caſu dicit eſſe æquiſſimam ſententiã Specul. quam in *ſpec. de inſtru. edi. §. nunc reſtat. verſic. pen.* & ſubdit Doctor Franciſ. rationem, quia creditur tunc notarius fuiſſe rogatus de inſpectione illius inſtrumenti quod erat neceſſarium antecedens ad valorem contractus de quo ipſe fuerat ſpecialiter rogatus, & hæc ſuo tempore colligit ex his quæ notat. Ang. in *l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtip. & in d. auth. ſi quis in aliquo documento.* quam etiam ego putoveram vt dixi ſupra, in ſecundo articulo pro hac parte deducto, intelligendo tamen quando inſtrumentum faciens mentionem de alio continet expreſſe & ſpecifice id quod in alio inſtrumento continebatur, alias non probaret, *arg. l. 3. C. de fal. cauſa adiect. leg. & inſtr. legato. §. ſed ſi vxori. & l. Aurelius. §. fin. ff. de lib. legat. & hoc fuit de mente Aug. in auth. vt ſponſa. largi. § hoc in ſuper. in 2. col.* vbi dicit, quod ſi virtus ſecundi inſtrumentũ vel eius intellectus dependet à primo, non probat primum inſtrumentum, niſi producatur vt in Abbate S. Syluani *extra de verb. ſig. & ita loquitur. d. auth. ſi quis in aliquo docu.* ſed ſi virtus, vel intellectus ſecundi inſtrumenti non dependet à primo, ſecus, & ponit exemplum fideiuſſor habet inſtrumentum conſeruationis producti coram iudice, & petit ſe obligari & conſeruari dicit conuentus, oſtende quod tu ſis pro me in aliquo obligatus: quia tu non es fideiuſſor. Nam dicit Ang. quod ſi in inſtrumento conſeruationis eſt facta mentio certæ quantitatis, & ſic intellectus iſtius conſeruationis non dependet à primo inſtrumento, & non eſt neceſſe quod oſtendatur, quia probatur vtrunque per hanc conſeruationem quæ eſt agitata inter partes *per l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipul.* ſecundum ſi non eſt expreſſa certa quantitas, ita quod ius inſtrumenti ſecundi dependet ab inſtrumẽto principaliter, & oportet inſtrumentum principale produci, & dicit quod ita intelligit, quod notat. gloſſ. & Dy. *in l. ſciendum. ff. de verb. obli. & quod not. in l. Memo. §. prima. de leg. 2. Et idem in effectu vult Bal. in d. auth. ſi quis in alio documento. in 2. colum. ad fin. verſic. Sed iuxta hoc quæro per l. ſi diuortio ff. de verb. obl. & l. triticum. eod. titu.* Et ideo in propoſito quæſtionis noſtræ cum verba narratiua teſtamenti & ſubſtitutionis Dominæ Catharinæ Romeriæ poſita in dicto inſtrumẽto tranſactionis eſſet neceſſarium antecedens ad valorem dictæ tranſactionis: quia ſuper teſtamento inſtrumenti tranſactum eſt *per l. de his. & l. non eſt ferendus. in principio. ff. de tranſact. & l. 1. §. ratio. ff. quemadmo. teſta. aperi.* & dicta verba continent expreſſe & ſpecifice id quod in teſtamento originali continebatur quantum ad ſubſtitutionem, ita quod inſtrumentum tranſactionis eſt de ſe certum, nec eius intellectus dependet à teſtamento originali, ſequitur quod probatur abſque eo quod producatur originale, maxime cum dicetur fuiſſe perditum, & probatum hoc per vnum talem & ſupra dictum eſt & præſertim ſtantibus aliis probationibus & adminiculis de quibus ſupra propter quæ profecto nulla debet de hoc dubitatio ſubſiſtere. Et ex his apparet quod non obſtat ratio prima, quamuis ſupra dixi in principio quare non creditur inſtrumento facienti mentionem de alio, quod de alio inſtrumento non fuerit rogatus. Nam licet non fuerit rogatus de teſtamento Dominæ. Catharinæ, tamen negari non poteſt quod fuit rogatus de inſpectione dicti teſtamenti, & de confeſſione partium: quia aſſerebant dictum teſtamentum ita dicere, vt apparet ex verbis dictæ tranſactionis. Et ex his etiam ſimiliter ceſſat ſecunda ratio, dum dicebatur, quod non creditur notario niſi de geſtis tempore ſui inſtrumenti, quia fateor quod tempore ſui inſtrumenti dictum inſtrumentum viſum eſt & lectum per dictas partes, & eaſdem tacite approbatum, quia ſuper eo tranſegerunt, & eius vigore tradita ſunt bona Domino, & rogatus eſt notarius de iſta viſione & tacita approbatione quod ſufficit vt patet per prædicta.

Nec etiam obſtat tertia ratio dom dixi, quod vbi vnum inſtrumentum habet relationem ad aliud, oportet quod conſtet de termino ad quem fit relatio; quia illud procedatur quando relatio eſſet incerta, ſed in caſu noſtro dicto quod ſatis dicitur conſtare, ex quo in inſtrumento actionis fit mentio expreſſa & certa de dicto fideicommiſſo partibus præſentibus & tacite conſentientibus approbantibus per ea quæ dixi ſtatim ſupra *ſecundum Angel. & per l. ſi non deſignat. C. de falſ. cauſa adiect. leg. cum ſimilibus. ſupra allegatis.* Nec obſtat quarta ratio dum dicit quod fraus & deceptio poſſet interuenire: quia poſſet eſſe quod originale, ad quod fit
13 relatio, eſſet falſum: † quia reſpondetur, quod falſitas non præſumitur in dubio. *l. cum precibus. C. de probationib. Et in capit. in præſentia. de renuntiatione cum ſimilibus.* & maxime in caſu noſtro cum fuerit confectum dictum inſtrumentum tranſactionis inter partes *per l. optimam. C. de contrahenda & commit. ſtip. & iurantes per l. cum pater. §. filius matrem. de leg. 2.* & præſertim cum fuerit dictum teſtamentum viſum & lectum tam per partes, quam per notarium, qui omnes erant notarii periti, vt ſupra dixi in nono articulo.

Præterea licet dictum inſtrumentum tranſactionis probet dictum teſtamentum, tamen per hoc non tollitur quin poſſit probari contrarium, vt notabiliter dixit Angel. *in l. 1. § ratio. ff. quemadmo. teſta. aperi.* qui dicit quod ſemel, & occurrit de facto quod ſoror tranſegit cum fratre, & adiecta fuerunt illa verba, quam tranſactionem dicta ſoror fecit ſciens ex dicto teſtamento & dicta hæreditate paterna ſe plus conſequi non poſſe nec debere, & teſtamentum dicebat oppoſitum propter quod tempore conſuluit tranſactionem nullius eſſe momenti, quod non erat verum quod illa ſoror habuit notitiam teſtamenti, cum non intelle-

xerit illud. *l. ſcire leges. ff. de legibus, facit ad hoc optime l. fin. C. de rebus credit. a iureiurando.* Nec obſtat quinta ratio: quia in originali potuiſſent eſſe cancellationes propter quas teſtamentum redderetur ſuſpectum: quia hoc non præſumitur, ex quo fuit viſum lectum per notarium & per perſonas, quæ etiam erant notarii, vt ſupra dixi. Nec etiam obſtat ſexta & vltima ratio, dum dixi quod illa ſunt verba narratiua, quæ non probant: quia dico quod imo probant, ex quo ſunt neceſſarii ad actum, & probata inter partes præſentes tacite ea approbantes *per l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipulat. coniuncta l. fin. ff. quando appel. ſit. cum ſim. ſupra. ad hac allegatis.* Ex iſtis omnibus concludo circa primum dictum, quod ſatis ſufficienter probatum ſit de teſtamento Dominæ Catharinæ Romeriæ de dicto fideicommiſſo in eo redacto.

Circa ſecūdum dubium principale, poſito quod ſit probatum dictam ſubſtitutionem factam eſſe, an dictus Donatus potuerit aſſignare dicta bona ſubiacenti reſtitutioni vxori ſuæ pro aſſecuratione dotis.

Circa quod non examino, an ille actus fieri poſſit ſtante matrimonio: quia non vidi illum actum, ſed me remitto ad nota. per Bartol. *in l. ſi conſtante. in princ. in 4. quaſt. vlt. par. princ. ff. ſol. matri.* Sed examinare conſtitui, an poſſit vigore *auth. res qua. C. communia de leg.* & fuit iudicatum quod ſic. Ego autem puto, quod contrarium ſit verius, primo, quia ad hoc vt habeat locum *d. auth. res qua*, eſt neceſſarium quod de dote conſtet, vt patet ibi cum nulla fraus aut læſio interueniat. *vt eſt text. in Authen. de reſtit. & ea qua parit in 11. in §. hac contra omnia. col. 4. & notat. gloſſ. in §. 1. eod. tit. in gloſſ. qua incipit*: Sed nonne ibi, & hoc niſi in fraudem: ſed in caſu noſtro nulla dos eſt, & fraus & læſio interuenit, probatur ſic. Nam licet inſtrumentum contineat confeſſionem dotis de 400. ducatis, & in dubio pro inſtrumento præſumatur. *l. cum precibus C. de probat. & in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſta fiſcal. lib. 10. & c. in præſentia. de renuntiatione.* tamen poteſt probari contra, videlicet quod ſit ſimulatum vel fictitium, vel in fraudem factum, etiam per coniecturas, *vt eſt caſus in cap. fina. de renunntiatione. lib. 6. & l. ſed ſi maritus, in fin. ff. qui & à quib. & habetur in authentica ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt.* ſed in caſu noſtro ſunt probatæ plures coniecturæ quod dictus Donatus illa 400. in dote à dicta Clara vxore ſua: quia eſt probatum per plures teſtes qualiter dicta Clara fuerat concubina Domini Antonii de Roſellis, & deinde concubina Gulielmi Gregorii, & poſtremo concubina dicti Donati, quæ veriſimiliter non ſtetiſſet pro concubina, cum ſucceſſiue habuiſſet 400. ducatos in bonis, & ita deponit quædam Domina Magdalena.

Item eſt probatum per Gulielmum, quod quando ipſa Clara venit in domum ſuam pro concubina, nullas habet pecunias neque bona mobilia quæ excederent ſummam decem ducatorum cum omnibus indumentis ſuis.

Item etiam per Dominam Magdalenam prædictam depoſitum eſt, quod tunc temporis, quando venit ad ſtandum cum dicto Gulielmo dicta Clara, erat veſtita vno pignolato albo, & non habebat aliquid in bonis, & videbatur ſibi pauperrima, & idem deponit Gre. Iacobizata.

Item eſt dictum, & eſt atteſtatio nobilis viri G. Vilegii de Mutonibus, qui dicit quod poſt ſtipulationem dicti inſtrumenti dotis per aliquot dies ipſe teſtibus pluribus vicibus à dicto Donato audiuit, & ſemel in domo dicti Donati præſente dicta Clara & aliis vicibus in platea & alibi, quod ipſa dotauerat dictam Claram de quadringentis ducatis de propriis bonis ipſius Donati, ad hoc ne Ioannes Belaulet eius, nepos & mater ipſius Ioannis poſt mortem ipſius Donati expellerent dictam Claram, per quos teſtes ſimul iunctos apparet quod ſatis per coniecturas conſtat, quod dictum inſtrumentum confeſſionis fuit ſimulatum & factum in fraudem & læſionem dicti fideicommiſſi, & ſic non valet. Præterea mihi non conſtat quando fuit factum dictum inſtrumentum confeſſionis dotis, ſi enim fuiſſet factum conſtante matrimonio non valeret in præiudicium creditorum & dicti fideicommiſſi, niſi probaretur de vera numeratione dotis *per authen. neceſſe. & de hoc notat. gloſſ. & Doctores C. de donatio. ante nupt. & notat. Bartol. in l. ſi conſtante, in 4. quaſtione vltima partis principalis. ff. ſoluto matrimonio.* & iſtud non habeter dubitationem, imo plus dico, quod etiam ſi dictum inſtrumentum dotis fuiſſet confectum ante contractum matrimonii, vel tempore matrimonii, adhuc dico quod dictus Donatus non potuiſſet obligare dicta bona ſubiacentia reſtitutioni pro dicta dote confeſſata, Et hoc tenet Angel. in terminis *in auth. de reſtitu. & ea qua parit. cum ſe in principio.* vt dicit per glo. ibi quæ incipit: Sed nonne, ibi, dotem iam accepit, & ibi, donationem iam accepit, quod dicta auth. non habet locum in dote confeſſata, & ideo ſi maritus fuit confeſſus ſe habuiſſe dotem, pro ipſa dote confeſſata, res quæ ſubiacent reſtitutioni, non potuerunt alienari: & è contra ſi mulier fuit confeſſa habuiſſe donationem propter nuptias & eueniat caſus reſtituendæ donationis propter nuptias, non potuerunt res mulieris ſubiacētes reſtitutioni alienari pro illa donatione confeſſata reſtituenda: quia eſt omiſſum, quod ipſa mulier donationem recepit *per illam gloſſ. facit ad hoc quod notat. per gloſſ. & Doctor. in l. aſſiduis. C. qui po. in pign. hab.* Et poteſt eſſe ratio: quia tunc ceſſat æquitas dictæ auth. res quæ. Et text. in corpore vnde ſumitur: quia non conuenit quod pro dote confeſſata, quæ poteſt non eſſe vera, ſicut in caſu noſtro, bona ſubiacentia reſtitutioni alienentur in præiudicium eorum quibus debent reſtitui: quia non eſſet hæc publica vtilitas, ſicut requirit text. *in d. auth. res qua. in fin.* Nec obſtat quod fuerit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, vel ſit tranſactum tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis: quia licet Bar. *in d. l. fin.* teneat quod dos confeſſata ſit priuilegiata: tamen iſtud debet intelligi, quando ille, qui concurrit cum muliere vel viro, non probat numerationem, ſecus ſi probat numerationem: quia tunc indiſtincte procedunt dictæ gloſſ. ſecundum Angel.

Raph.

Raph. & Imol. in l. 1. ff. ſo. ma. & Bal. in l. fin. C. qui po. in pig. ha. & Ang. de Aret. Inſtit. de act. in §. fuerat, ſed in caſu noſtro domina Donata, quæ vult impedire obligationem, probat de vera numeratione per instrumentum tranſactionis, ergo poteſt prohibere obligationem dictorum bonorum pro dote tantum cõfeſſata. Ex prædictis concluditur, quod dictus Donatus non potuit, nec poteſt exigere dotem confeſſatam Claræ vxoris ſuæ ſuper bonis quæ fuerunt dictæ Catharinæ Romeriæ ſubiacentibus reſtitutioni.

Et ita dico & conſulo ego Barthol. Cæpolla.

CONSIL. XXXIX.

SVMMARIA.

1 *Generalis ſocietas qualiter contrahatur, & quod vna conditione deficiente annulletur.*

2 *Pactum ſocietatis, quod vnus tantum ſentiat damnum, alius non, dicitur leoninum, & ideo inualidum.*

3 *Societas ſeu communio plurium eſt, & multipliciter conſideratur.*

4 *In generali ſocietate veniunt omnia communia nihil excludendo.*

5 *In generali communione & ſocietate an includantur iura ſociorum.*

6 *Generalis ſocietas an comprehendat ſucceſsiones ſeu donationes futuras.*

7 *Vbi caſus legis habetur, nulla poteſt eſſe dubitatio.*

8 *Societas an poſſit fieri ſine ſcriptura.*

9 *Ceſſante cauſa finali ceſſat effectus.*

10 *Stante ſocietate, damnum vni contingens debere eſſe commune, qualiter ſit intelligendum.*

CASVS TALIS EST.

ANNO à natiuitate eiuſdem Domini 1434. Indictione 12. die 28. menſis Decembris, hora parum poſt veſperas, in ciuitate Papiæ, videlicet in domo ſpectabilis & egregii legum Doctoris Domini Ioannis de ſancto Nazario de la Ripa, portæ palatii, parochiæ ſancti Zenonis, in præſentia mei, notarii, & teſtium infra ſcriptorum Dominus Iacobus de Vincouincato de Crema filius quondam D. Luchini ex vna parte, & D. Ioan. de Benzonibus de Crema filius quondam D. Gratioli ex altera parte, cupientes & intendentes ipſorum antiquam amicitiam & affinitatem inter eos vigentem diutius conſeruare & augere, ſponte, & ex certa ſcientia, ac deliberate omni iure, modo via, cauſa, & forma, qoibus melius & efficacius potuerunt & poſſunt, fecerunt & contraxerunt inuicem, & faciunt & contrahunt ſocietatem & fraternitatem generalem perpetuo & cunctis temporibus duraturam de omnibus eorum bonis, iuribus, & rebus tam mobilibus quam immobilibus, hoc modo & taliter vt infra videl. quod vterq; ipſorum ſociorum infra ſex menſes proxime, venturos debeat propalare ſpecifice, & in ſcriptis dare per inſtrumentum publicum ex inde rogandum alteri ſocio. & econtra, omnia eius bona mobilia, & immobilia, ac iura & nomina debitorum, quę habet, & ad ipſum quomodolibet pertinent, & de præſenti, & quod huiuſmodi talia bona & iura ſint capitalia & in capitali vtriuſque ipſorum ſociorum, videlicet illius cuius de præſenti ſunt ipſa bona & iura.

Et qood deinceps omnes & ſinguli fructus & redditus & prouentus omnium ſubſcriptorum bonorum tam mobilium quam immobilium vtriuſque prædictorum, & totum quicquid percipi, & haberi poterit obuenire & ſuperlucrari ex induſtria & exercitio perſonali vtriuſque ipſorum ſociorum, ſint communes & communia ipſorum, cedantque & cedere debeant ad vtilitatem & commoditatem communem ipſorum ſociorum & familiarum ſuarum, ipſiſque talibos fructibus redditibus & prouentibus ac lucris & obuentionibus vtantur & fruantur & vti & frui poſſint communiter ipſi ambo ſocii tam de rebus ſuis propriis, & tam pro vſu alimentis commoditatibus & neceſſitatibus ipſorum ſociorum & vtriuſque ipſorum, quam etiam familiarum ſuarum, & quod de huiuſmodi fructibus, redditibus, prouentibus, obuentionibus, & lucris omnibus poſſit ipſe Dominus Ioannes & ſibi liceat maritare, & tradere nuptui, eius filias & nepotes, videlicet filias Stephani fratris prædicti Domini Ioannis, & dotes ſibi conſtituere abſque eo quod ab hoc aliquo futuro tempore teneatur dicto domino Iacobo nec eius hæredibus ad aliquam reſtitutionem ſiue expenſationem proinde fiendam, nec etiam illo tempore aliquid poſſit computari in capitali D. Ioan. neque aliqualiter compenſari.

Item, quod vterque dictorum ſociorum ſubiaceat & ſubiacere debeat communiter quibuſcunque ſucceſſibus & euentibus tam proſperis quam aduerſis, & tam diuinis quam humanis, quæ quomodolibet contingere & accidere poſſent ipſis ſociis & vterque ipſorum etiam propter futuras hæreditates, ſucceſſiones, & donationes, ita & taliter quod huiuſmodi ſucceſſus & euentus tam proſperi quam aduerſi ac donationes & hæreditates ſint & eſſe debeant communes, & communiter inter eos diuidantur, & eis vti poſſunt vt ſupra.

Et ex cauſa & merito præſentis ſocietatis & prædictorum omnium ſubſcripti Dn. Iacobus & Ioannes conſtituerunt & faciunt ſe inuicem vnus alterum, & è conuerſo, procuratores & dominos in rem ſuam, ponentes ſeſe vnum in locum, ius, & ſtatum alterius, & è conuerſo.

Quam quidem ſocietatem & fraternitatem, & quæ omnia & ſingula in præſenti inſtrumento contenta ſupraſcripti ſocii contrahentes promiſerunt & promittunt ſibi viciſſim perpetuo cunctiſque temporibus, ſub damnorum & intereſſe & expenſarum litis & extra reſtitutionis pœna, & ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum tam præſentium quam futurorum vtriusque ipſorum habere & tenere ratam & firmam, ac rata grata & firma ac attendere & obſeruare, & in aliquo non contra facere, nec venire, nec aliquid doli vel fraudis in præſenti ſocietate cõmittere, quinimo quod ipſi & vterque ipſorum diligenter iuſte legaliter & bona fide ſe gerent & habebunt, quodq; more bo-

norum

norum ſociorum lucra redditus fructus prouentus commoditates & obuentiones quaſlibet vtriuſque ipſorum ſibi inuicem propalabunt ac manifeſtabunt, quodque ipſi ambo ſocii, & vterque ipſorum ſibi inuicem vnus alteri, & è conuerſo, quandocunque vnus ab altero fuerit requiſitus, debitam rationem reddent de quibuſcunque ad eos peruentis, quandocunque obuentis, vt ſupra.

Hoc ſpecialiter acto inter & per ipſos ſocios per pactum ſolemne ſtipulatione vallatum, videlicet quoties & quandocunque contingat prædictum Dominum Iacobum & Dominum Ioannem ad diuiſionem huius ſocietatis & communionis peruenire, quod tamen Deus auertat, quod vterque ipſorum habeat & habere debeat primò & ante partem capitale ſuum prædictum propalandum, vt ſupra infra dictos ſex menſes, videlicet vterque ſuum capitale, quantumcunque ſit, & tunc forte reperiatur, & quod illud, quod tunc compertum fuit ſupereſſe & ſuperlucratum & auctum fuiſſe & creuiſſe ex ſupraſcriptis fructibus redditibus prouentibus lucris & obuentionibus, quibuſcunque & quomodolibet prouenientibus, communiter diuidatur, & diuidi debeat inter ipſos fratres.

Renuntiantes exceptioni prędictorum omnium non ita geſtorum exceptioni doli, condictioni ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa, omnique alii iuri exceptioni, defenſioni, legum auxilio, & teſtium probationibus contra prædicta, de quibus hanc chartam mihi fieri rogauerunt, præſentibus ſupraſcripto Domino Ioanne de ſancto Nazario, Dominico de ſancto Nazario, filiis quondam Domini Facini, & Thomaſio de Beneuenutis de Crema filio quondam Domini Ioanneti, inde teſtibus rogatis & vocatis.

In liberatione facta inter antedictos ſocios, inter alia continetur, prout infra.

Item, quod ipſi contrahentes teneantur, & debeant ſeſe viciſſim liberare, & integraliter abſoluere, & ex nunc titulo tranſactionis & compoſitionis intelligantur, & ſint liberati & abſoluti, & ſeſe ad cautelam liberauerunt & abſoluerunt, videlicet vnus alterum, & alter alterum, & ab omnibus & ſingulis fructibus & rebus & intratis habitis & perceptis per eos, vel ad cuiuſuis eorum manus peruentis tempore dictæ ſocietatis ſeu fraternitatis, de quá ſupra fit mentio, durante & vſque in diem præſentem: & ita & taliter, quod generalis abſolutio & finis & quietatio intelligatur, & ſit facta inter ipſos ſibi viciſſim de & ſuper omnibus & ſingulis ſubſcriptis habitis ſeu receptis, aut adminiſtratis quouis modo dicto tempore, ſaluis tamen & firmis manentibus omnibus ſupraſcriptis. Promittentes inſuper & ſolemniter promiſerunt ſibi viciſſim dicti contrahentes ſtipulatione ſolemni & mutua interuentione præſentem tranſactionem, & omnia & ſingula & ſubſcripta, & in hoc inſtrumento contenta, perpetuo firmam ratam & gratam, ac firma rata & grata habere, & tenere, attendere, & obſeruare, &c.

1 IN CHRISTI nomine, amen. † Super ſocietate & fraternitate generali contracta de anno Domini 1434. 28. Decemb. inter ſpectabiles viros Dominum Iacobum de Vincouincato, & Dominum Ioannem de Benzonibus de Crema, de omnibus eorum mobilibus & immobilibus bonis, iuribus, & nominibus debitorum, quæ poſtea diſtracta eſt, diu oritur dubitatio, quia dicit Dominus Iacobus de Vincouincato, quod in dicta ſocietate generali contulit & habuit vnum nomen debitoris Sigiſmundi Imperatoris de quatuor millibus ducatis, quod quidem nomen debitoris eſt deperditū, ſiue inane factum & extinctum per mortem dicti Imperatoris, & quod damnū dicti nominis debitoris inanis effecti ſiue extincti debet eſſe commune ipſorum vigore inſtrumenti ſocietatis in tertia parte ibi: *Item quod vterq; dictorum ſociorum ſubiaceat & ſubiacere debeat*, vbi dicitur, quod vterq; dictorum ſociorum ſubiacere debeat communiter, quibuſcunque ſucceſſibus & euentibus, tàm proſperis quàm aduerſis, iàm diuinis quàm humanis, quæ quomodolibet contingere & accidere poſſent ipſis ſociis & vtriq; ipſorum, &c.

Item, quod dictum damnum contingens in capitali vnius ſocii vel ſociorum, debet illud eſſe commune inter ipſos, vt eſt caſus *in l. id quod quiſq., ff. pro*
2 *ſoc.* † imo plus non videtur, quod valeret pactum, quod vnus tantum ſentiret damnū, alter non, quia hæc ſocietas leonina appellatur, *vt eſt text. in l. ſi non fuerit, verſ. Ariſto refert, ff. pro ſoc. cum ſimil.*

Ex aduerſo dicitur, quod dictus D. Ioan. de Benzonibus, quod de illo damno illius nominis nihil ſentire debet vigore dicti inſtrumenti ſocietatis, quia in illo inſtrumēto in prima parte dicitur, quod vterque dictorum ſociorum infra ſex menſes proxime futuros debeat propalare ſpecifice, & in ſcriptis dare per inſtrumentum publicum extinde rogandum alteri, & è contra omnia eius bona mobilia & immobilia, ac iura & nomina debitorum, quę habet, & ad ipſum quomodolibet pertinent de pręſenti, & quod huiuſmodi talia bona & iura ſint capitalia, & in capitali vtriuſq; ipſorum ſociorum, videlicet illius, cuius de præſenti ſunt ipſa bona & iura, quod debeat fieri iſta propalatio in dictis ſex menſibus, vt dicitur in eodem inſtrumento in ſexta parte circa medium, ſed D. Iacobus non propalauit ſpecifice, nec in ſcriptis dedit bona ſua, & maxime dictum nomen debitoris infra dictos ſex menſes, imo nec vnquam; ergo. &c.

Item poſito, quod dictus D. Iacobus propalaſſet infra dictos ſex menſes, & in ſcriptis dediſſet ſuum nomen debitoris, tamen propter hoc damnum dicti nominis non videtur commune, ſed ipſius tantum Dn. Iacobi, qui non fuit vnquam collatum in ſocietate, ex quo nunquam fuit exactum, *argu. l. ſi id quod quiſq., in princ. & in fin. primi, ff. pro ſoc.*

Item licet eſſet, vel diceretur, dictum nomen eſſe collatum in ſocietate prædicta, tamen adhuc videtur, quod damnum eius non debeat eſſe commune, quia illud quod dicitur, quod damnum contingens ſociis, regulariter debet eſſe commune, *vt d. l. ſi non*

... *fuerit. ff. pro ſoc. cum ſimil.* videbitur eſſe intelligendum, quando damnum eſt datum in re communi ſociorum, & non in re propria vnius ſocii, *vt ibi*: ſed dictum nomen debitoris erat de capitali ipſius Domini Iaco. vt dicitur in prima parte dicti inſtrumenti in fin. quod non videtur eſſe communicatum quantum ad proprietatem ſeu dominium, ſed ſolum quo ad fructus redditus & prouentus, ergo damnum contingens in proprietate ſeu dominio illius nominis, in quo non erat ſocietas neq; commmunio, ſed erat ſolius Domini Iacobi, videtur quod eſſe debeat ipſius Dn. Iaco. tantum, & ita videtur eſſe intelligendum inſtrumentum ſocietatis io tertia ſui parte, dum dicit, quod vterque ſociorum debeat ſubiacere quibuſcunque ſucceſſibus & euentibus tam proſperis quam aduerſis, tam diuinis quam humanis, quæ quomodolibet contiogere poſſent ipſis ſociis, & vtrique ipſorum hoc eſt ſociis, id eſt, in rebus in quibus habent ſocietatem, & in eis in quibus eſt ſocietas, & non in aliis.

Item, dato qood dictum nomen debitoris fuiſſet communicatum cum dicto Domino Ioanne etiam quo ad proprietatem, adhuc etiam videtur dicendum, quod damnum prædictum in eo contingens non debeat eſſe commune, ſed ipſius tantum dicti Iacobi propter vnum pactum appoſitum in dicto inſtrumento in dicta ſui parte, ibi hoc ſpecialiter acto, &c. Vbi dicitur, quod quando continget perueniri ad diuiſionem dictę ſocietatis & communioois, quod vterque ipſorum habeat & habere debeat primo & tantum partē capitalem, cum dictum ſit, videlicet vterque ſuum capitale quantumcunque ſit & fore reperiatur. Nam ex illis verbis, *quantumcunque ſit & fore reperiatur*, videtur quod dicti ſocii noluerint quod vterque babeat capitale ſuum tempore diuiſionis quantumcunque ſit, id eſt, ſiue tunc reperiatur magnum, ſiue paruum: ſi magnum, ſit eius vtilitas, cuius eſt ipſum capitale: ſi paruum, etiam ſit ipſius cuius eſt capitale, & nomen alterius: qnia damnum & vtilitas vniuſcuiuſque debet eſſe alterius tantum, & non vtriuſque: ergo, &c. Vnde ego Bartholomæus Cæpolla Veronenſis V. I. D. à præfato Domino Iacobo fui rogatus vt quid indicto caſu iuris eſſe ſentiam, in ſcriptis ederem, viſo prius & diligenter examinato dicto inſtrumento ſocietatis & fraternitatis generalis, & habita ſuper eo matura deliberatione primam partem pro Domino Iac. tueri ac defenſari poſſe ioſtiſſime conſulendo exiſtimaui.

4 † Pro cuius dubii intelligenria & declararione prius eſt præmittendum, quod dictum inſtrumentum ſocietatis & frateroitatis diuiditur ſeu diuidi poteſt in ſeptem partes principales.

In prima enim parte ponitur qualiter dicti Dn. Iacobus & Ioannes contrahunt ſocietatem & fraternitatem generalem de omnibus ſuis bonis mobilibus & immobilibus, & iuribus, hoc modo, videlicet qond vterque teneatur propalare ſpecifice, & in ſcriptis dare omnia bona mobilia, & immobilia, iura, & nomina debitorum, qnæ ſint & eſſe debeant capitale vtriuſque, videlicet illius cuius de præſenti tunc erant.

In ſecuoda parte ponitur in effectu, quod omoes & ſinguli fructus & prouenrus omnium ſupraſcriptorum bonorum, & omue lucrum ex induſtria & exercitio perſonali proueniens ſiot commuues & commune ipſorum ſociorum, &c.

In tertia parte ponitur, quod vterque dictorum ſociorum ſubiaceat & ſubiacere debeat communiter quibuſcuoq; ſucceſſibus & euentibus tam proſperis quam aduerſis, & tam diuinis quam humanis, quæ quomodolibet contingere & accidere poſſent ipſis ſociis, & vterqoe ipſorum etiam propter futuras hæreditates, ſucceſſiones, & donationes, ita & taliter quod huiuſmodi ſucceſſus & euentus tam proſperi quam aduerſi, ac douationes, & hæreditates ſint & eſſe debeant cōmuues, & communiter inter eos diuidantur, & eis vti poſſiut, vt ſupra.

In quarta parte ponitur, qualiter dicti Dn. Iacob. & Ioan. conſtituuut & faciunt ſe iouicem vnus alterum & è cōuerſo procuratores & Dominos in rem ſuam, ponentes ſeſe vnum in locum ius & ſtatum alterius, & è conuerſo.

In quinta parte promittunt dicti ſocii prædicta omnia & ſingula attendere & obſeruare, & non contrauenire, ſed diligenter iuſte & legaliter & bona fide ſe gerere, &c.

In ſexta parte apponitur pactum ſub bis verbis, Hoc ſpecialiter acto inter & ipſos ſocios per pactum ſolemni ſtipulatione vallatum, videlicet quoties & quandocunque couringat prædictos Dominum Iacobum & Ioannem ad diuiſionem huius ſocietatis & communionis peruenire, quod vterque ipſorum babeat & habere debeat primo & ante partem capitale ſuum propalandum vt ſupra infra dictos ſex menſes, videlicet vterque ſuum capitale quantumcunque ſit & eſſe reperiatur, & quod illud quod tunc compertum fuerit ſupereſſe & ſuperlucratum & auctum fuiſſe, & creuiſſe ex fructibus, redditibus, & prouennibus, lucris quomodolibet prouenientibus, vt ſupra, communiter diuidantur, & diuidi debeant inter ipſos fratres.

In ſeptima & vltima parte pooitur renuntiatio exceptiouis prædictorum noo ita geſtorum, & aliarum exceptionum, &c. Et rogatis notariis, &c.

Secundo principaliter eſt præmittendum, quod dicti ſocii contuleruot & habuerunt in dicta ſocietate & fraternitate generali omnia ſua nomina debitorum ſuorum, quod probatur primo per verbum generale, ſocietatem: quod eſt appoſitum in dicto inſtrumento ſocietatis, ex quibus verbis ap-
5 paret quod illa ſocietas fuit generalis. † Nam in generali ſocietate veniunt omnes res, *vt l. 1. §. 1. cum l. 2. & l. 3. §. 1. ff. pro ſocio.* & etiam veniunt nomina debitorum ſi fuerint ceſſæ vel præſtitæ adinuicem actioues, vt eſt caſus, *in dicta l. & ibi gloſſ. & Doctor. ff. pro ſocio.* vnde dicti ſocii fecerunt ſe ad inuicem procuratores & Dominos in rem ſuam ponentes ſeſe vnum in locum, ius, & ſtatum alterius, & è conuerſo vt dicitur in quarta parte dicti inſtrumeuti, & ſic per dicta verba ceſſerint ſibi actiones ad inuicem, ſequitur quod omnia oomina ſuorum debitorum

rum cenſentur eſſe & ſunt collata vere in dicta ſocietate etiam ſolummodo per tenorem dicti inſtrumenti, hoc etiam comprobatur ex prima parte dicti inſtrumenti in qua dicitur, quod contrahunt ſocietatem & fraternitatem de omnibus eorum bonis, iuribus, & rebus, &c. nam dum dicit iuribus, comprehenduntur nomina debitorum, quæ ſunt iura, vt de ſe patet, & probatur clarius in eadem parte ibi, & not. debitorum.

5 † Tertio principaliter præmitto, quod in dicta ſocietate & communione generali omnia bona & iura ipſorum ſociorum intelliguntur eſſe & ſunt communicata etiam quo ad proprietatem vt manifeſte comprehenditur in prima parte dicti inſtrumenti, in qua in effectu communicantur, nam bona & iura ipſorum ſociorum & propalanda in ſex menſes & quæ debeant eſſe capitalia vniuſcuiuſque ipſorum, &c.

In ſecunda vero parte ponitur, qualiter volunt quod fructus & redditus & prouentus ſint communes, & licet dicti ſocii velint, quod vterque ipſorum debeat propalare, & in ſcriptis dare omnia ſua bona, & iura, & quod illa ſint capitale vtriuſque, id eſt, illius cuius erant tempore propalationis, vt dicitur in dicta prima parte. Et quod dicta capitalia tempore diuiſionis debeant habere dicti ſocii, videlicet vterque eorum ſuum capitale & omnem partem, propter hoc non deſinit quod dicta capitalia ſint communicata & effecta communia in totum pro tempore quo durabit ſocietas, & ita concordo primam partem in princip. & ſextam, videlicet quod prima pars inſtrumenti in princip. velit quod ipſi communicauerunt omnia eorum bona & iura, & ſic etiam nomina debitorum in ſocietate propalanda vt ſupra, quæ propalata ſunt capitalia vniuſcuiuſque, & ſic pro tempore quo durabit, omnia ſint communia. Nam ſi aliter diceremus ſibi adinuicem contradicerent, quomodo etiam diceretur omnia bona communicare, ſi remanerent propria ſua vtriuſque de per ſe. Sed quod tempore diuiſionis non fiat diuiſio æqualis, ſi tunc eſſent communicata, ſcilicet, quod quilibet eorum ante partem habere deberet capitale ſuum. Et ita intelligo quartam partem dicti inſtrumenti & etiam primam partem fin. His ſic præmiſſis non ſic probatur quod damnum dicti nominis deperditi iure extincto debeat eſſe commune.

Primo per verba dicti inſtrumenti in tertia parte vbi expreſſe dicitur, quod vterq; dictorum ſociorũ ſubiacere debeat communiter quibuſcunq; ſucceſſibus euẽtibus tam proſperis quam aduerſis, & tam diuinis quam humanis, qui quomodolibet contingere poſſent ipſis ſociis, & vterque ipſorum. Nam certum eſt, quod dictum damnum contingit dictis ſociis ſiue vni eorum, ergo, &c.

Secundo ad idem probatur: quia dicti ſocii non ſolum erant ſocii quo ad fructus & redditus & prouentus, ſed etiam quo ad nomina debitorum, vt ſtatim dixi in dictis duobus vltimis euidentialibus, ergo ſicut damnum contingens in fructibus debet eſſe commune, ita etiam debet eſſe ſi contingant damnum in nominibus debitorum quæ ſunt communicata, quia eſt par eademque ratio, ergo, ***vt l. illud. in fine. ff. ad leg. Aquil. & l. à Titio. ff. de verbor. oblig. cum ſimilibus.***

6 † Tertio hoc etiam probatur ex eadem parte tertia, in qua dicitur quod hæreditas ſucceſſionis & donationis futuræ ſint & eſſe debeant communes, ſi ſic eſt, ergo, eadem ratione ſi damnum contingat in capitali, & ſic in illo nomine debitoris, debet eſſe commune: quia qui ſentit commodum in ſocietate, debet ſentire incommodum, ***vt l. ſin. ergo in ſin. ff. pro ſociet. & l. niſi non fuerit. in fin. eod. titu. & l. ſecundum naturam. ff. de regu. iur. & capit. qui ſentit onus. de regu. iur. lib. 6.***

Quarto hoc probatur etiam ex dicta tertia parte. Nam ex quo vult quod in lucro proueniente ex hæreditatibus & donationibus & ſucceſſionibus ſit æqualitas, ſcilicet quod lucrum ſit commune, licet nihil diceretur de damno intelligeret quod eodem modo damnum ſit & eſſe debeat commune ***vt eſt caſus Inſtit. pro ſoc. in §. illud expeditum eſt.***

Quinto hoc idem probatur etiam ſi dicta tertia pars inſtrumenti non eſſet: quia de iure communi, vbi nihil eſt actum de damno vel lucro, æqualiter damnum & lucrum eſt diuidendum, ***vt eſt text. apertus Inſtitut. pro ſociet. in princ. in 2. reſponſ. & in l. ſi non fuerit. in princ. ff. pro ſoc. facit l. quoties. §. hæredes. ff. de hæred. inſtit. ergo.***

Sexto hoc probatur, ***in l. ſed id quod quiſque. ff. pro ſocio***, vbi eſt caſus huius quæſtionis expreſſus ſi recte crederetur, ***in verſic. cæterum. cum verb. ſequent. idem Celſus. vſque ad finem l.*** Nam ibi dicitur, quod cum tu tres equos haberes, & ego vnum, ſocietatem coimus, & actum eſt vt quadriga fieret eaque communis eſſet, tuque in ea tres partes haberes, ego quartam, ſi meus equus periret, damnum debet eſſe commune, quia erat effectus communis, vt etiam dicitur ibi in gloſ. in verbo ſocietatem, quæ omnino circa hoc eſt videnda, ſecus ſi periiſſet antequam eſſet factus communis, ***vt dicitur in princip. dicta l.*** idem ſi contuliſſemus pecuniam ad mercem emendam, & mea tantum periiſſet. Nam ibi in verbo, item Celſus, diſtinguitur, ſi poſt collationem euenit vt pecunia mea periret, vtrique periret, etiam actualiter non ſit poſita in ſocietate, vt puta ſi pecuniam cum peregre portaretur ad mercem emendam, periit: ſi autem ante collationem, poſtquam eam deſtinaſſes, tunc perierit, nihil eo nomine cõſequeris, quia non ſocietati perit. Sic etiam eſt dicendum in caſu noſtro, cum dictum nomen debitoris ſit collatum in ſocietate, vt apparet manifeſte ex prima parte inſtrumenti, & etiam ex quarta parte vbi ſit ceſſio mutua inter dictos ſocios, vt dixi ſupra in dictis vltimis duobus euidentialibus, licet illud nomen nunquam fuerit exactum, tamen ex quo fuit collatum, ſequitur quod damnum in eo nomine contingit: quia deperit vel extinctum eſt, quod debet eſſe commune vtriuſq; ſocii, ſecus ſi nõ fuiſſet facta collatio, ſed facta deſtinatio tantum, vt dixi, ergo ibi videtur expreſſa deciſio huius quæſtionis. Et iſta eſt veritas, vnde non eſt amplius du-
7 bitandum. † quia vbi eſt caſus legis, ibi nulla dubitatio, ***l. ancilla. C. de furt.*** & quia in incertis non certis

locus

locus eſt coniecturæ *l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. & l. ille aut ille. §. in verbis. ff. de leg. 3. cum ſimili.* Nec huic ſententiæ repugnant rationes ſupra pro D. Io. de Benzonibus adductæ. Nam dum in primis dicitur, quod dicti ſocii tenebantur ſpecifice propalare & in ſcriptis edere omnia bona & iura ſua intra ſex menſes, vt dicitur in prima parte inſtrumenti, & etiam in ſexta, & ſic cum hoc factum non fuerit, videtur quod non fuerint dicta bona & iura communicata, & ſic nec dictum nomen debitoris fuit communicatum, nec debet Dn. Iaco. aliquid teſtitui vel refundi tanquam pars capitalis ſiue ex quo non fuit propalatum neque in ſcriptis editum, reſponſio clara poteſt accommodari, quia licet in dicto inſtrumento ſocietatis hoc actum fuerit, tamē poſtea per contrarium & communem conſenſum ſociorum eſt receſſum ab illa contentione probationis reductionis in ſcriptis: quia fecerunt ſocietatem & omnia contulerunt abſque propalatione & ſcriptura aliqua, quod facere quidem potuerunt: quia eius eſt nolle qui poteſt velle, vt in regula iuris, quæ habetur *in l. 3. ff. de regul. iur.* maxime cum poſſit dici, quod fecerunt hoc cum cauſa: quia intereſt Reipublicæ, & maxime alicuius ne pompa rei familiaris detegatur. *l. 2. §. quod enim, C. quando & qui. quarta pars deb. lib. 10.* & etiam propter onera & factiones, nec repugnat vt dixi, quod propalatio neque ſcriptura ſit inde confecta: 8 † quia etiam ſocietas poteſt fieri ſine ſcriptura in ſpecificatione rerum, ſcilicet rebus & verbis, *vt eſt tex. in l. 4. § ſocietatem. ff. pro ſoc.* cum ſolo conſenſu poſſit fieri, *vt l. qui admittitur. ff. pro ſoc. & l. conſenſu. ff. de act. & oblig. Inſtit. §. obligat. quæ ex conſen. in princip.* & maxime cum iſta ſocietas fuerit omnium bonorum & iurium in qua veniunt & includuntur omnia, & ſic quælibet ſpecies etiamſi non ſpecificetur, *vt l. 1. §. 1. cum l. ſeq. & l. 3. §. 1. & l. cum duobus. §. ſi ſocium qui vniuerſa. ff. pro ſoc. cum ſimil.* Nec de hoc poteſt conqueri Dn. Io. quod iſtud nomen debitoris fuerit tacitum recolitum: quia imo fuit ſibi propalatum & notificatum ſæpenumero per d. Dn. Iac. imo Dn. Iac. durante ſocietate de ſcientia & voluntate & conſenſu D. Ioan. fecit aliquas expenſas cauſa exigendi debitum. Prætérea illud pactum propalationis & editionis in ſcriptis dictorum bonorum & iurium fuit appoſitum, vt ſciretur quantum quiſque capitale haberet in dicta ſocietate, ad hoc vt quiſque poſſet finita ſocietate ſuum capitale extrahere ſiue partem, vt dicitur in ſexta parte d. inſtrumenti, ne aliquis ipſorum poſſet decipi, & ſic ne vnus poſſet propter incertitudinem alium decipere in ſuo capitali: ſed in caſu noſtro ceſſat iſta ſuſpicio: quia non opponitur per Dn. Ioānem, quod dictum nomen debitoris non fuerit ipſius Dn. Ioannis, & quod ſibi non manifeſtauerit, licet ſine ſcriptura. Cum ergo fuerit & ſit certus Dn. Ioannes de dicto nomine quod fuit ipſius Dn. Iac. & quod in hoc non eſt deceptus, ergo conqueri 9 non poteſt: † quia ceſſante cauſa finali, ceſſat eius effectus, *vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. & l. cum clericis. C. de Epiſcop. & cler. & c. cum ceſſante. extra de appel. cum ſimilibus.* ergo. Prætetea ad idem dicitur, quod dictum pactum videtur & in veritate fuit appoſitum potius in fauorem illius qui habebat maius capitale, quam alterius qui habebat minus, ex quo voluerunt illi ſocii qui diſtracta ſocietate vterque eorum ante partem detraheret capitale ſuum, ſi ſic eſt, ergo cum Dn. Iac. habuerit maius capitale, ergo potius fauore ſui videtur appoſitum, ne ipſe remaneret deceptus in deductione ſui capitalis diſtracta ſocietate, non debemus ergo retorquere in eius odium vel damnum. *l. quod fauore, cum ibi not. C. de legibus.* maxime apparet quod dixi quod in hoc non lęditur Dominus Ioannes in aliquo, nec remanet deceptus propter dictam propalationem in ſcriptis non factam. Nec etiam obſt. quod ſecundo loco adductum fuit per Dn. Ioannem ſcilicet quod damnum dicti nominis non debeat eſſe commune, ex quo dicitur quod non fuit collatum in dicta ſocietate, neque exactum: quia reſpondetur quod imo fuit collatum vt apparet ex prima & quarta parte dicti inſtrumenti ſocietatis, & dixi ſupra in duobus vltimis euidentialibus. Nec eſt opus quod fuerit exactum, dummodo ſit collatum, *vt eſt caſus in d. l. ſi id quod quiſque. in verb. item Celſus tractat. ff. pro ſoc.* Nec ob. etiam quod tertio loco dictum fuit pro 10 Dn. Ioanne, ſcilicet quod illud quod dicitur † quod damnum contingens vni ſocio debet eſſe commune, intelligitur quando damnum eſt datum in re communi ſeu ſocietatis, quod dicitur non fuiſſe in caſu: quia hoc minime verum eſt. Nam vt dixi ſupra in euidentialibus omnia nomina debitorum nunquam exacta fuerunt communicata etiam in ſocietate collata, ergo hoc fundamentum ceſſat. Nec obſtat id quod quinto & vltimo loco adductū eſt pro Domino Iacobo, videlicet quod etiam ſi dictum nomen debitoris eſſet propalatum, & in ſcriptis editum & in ſocietate collatum, tamen damnū in eo contingens non debet eſſe commune propter capitulum ſiue pactum quod eſt appoſitum in ſexta parte inſtrumenti ſocietatis, vbi dicitur, quod tempore finitæ ſocietatis vterque ipſorum debeat habere primo & ante partem capitale ſuum prædictum, videlicet vterque ſuum quantumcunque ſit, & fore reperiatur. Nam dicta verba, *quantumcunque ſit & fore tunc reperiatur*, non important diminutionem, videlicet quod ſi diminuantur, quod damnum ſit illius cuius erat capitale: quia hoc eſſet non ſolum contra ius commune, vt ſupra dixi in princi. ſed etiam eſſet contra illud capitulum quod eſt in tertia parte, quod vult quod omne damnum contingens ipſis ſociis ſit commune. Non eſt ergo dicendum, quod per illud dictum quod eſt in ſexta parte inſtrumenti, voluerint corrigere capitulum tertiæ partis, nec ab eo diſcedere, *per l. nam ad ea. cum ibi notat. ff. de condi. & dem.* vbi dicitur, in dubio quis non videtur velle ſe corrigere, maxime in eadem ſcriptura. Et ſicut iura iuribus ſunt concordanda ne contradicere videantur *vt l. vnica. C. de inoff. dotib. & c. cum expediat. de elect. in 6.* ita etiam capitula vnius inſtrumenti & multo magis ſunt concordanda, ne ſibi adinuicem contradicant, vt ibi notat. & quod illa verba, *quantumcunque ſit capitale & fore reperiatur*, non tendant ad diminutionem capitalis, ſed ad augmentum, probatur per verba quæ ibi ſequun-

tur, *& quod illud tunc compertum fuerit ſupereſſe & ſuperlucratum & auctum fuiſſe & creuiſſe, &c.* ergo. Præterea poſito, quod in illa ſexta parte diceretue expreſſe, & ſi capitalia fuerint diminuta, vterque eorum extrahat ante partem illud ſuum capitale ſolum quod reperitur diminutum, tamen illud deberet intelligi quod plus non poſſit contrahere tanquam capitale vti bi, ſed bene poſſet ille qui perdidiſſet partem capitalis ſui dicere alteri ſocio, nolo quod tu ſentias partem tuam, id eſt, per dimidium damni quod mihi contingit in capitulo meo vigore capituli appoſiti in tertia parte dicti inſtrumenti ne adinuicem illa capitula contrariari videantur, ſed potius ſaluentur & concordentur, vt dixi: ergo. Ex prædictis itaque concluditur quod damnum, quod contingit in capitali dicti D. Iac. in nomine dicti debitoris Imperatoris Sigiſmundi debet eſſe commune inter ipſum & Ioannem pro dimidia, vt eſt caſus, vt dixi recte inſpiciendo, *in dicta l. ſi id quod quiſque in princip. in ver. cæterum, & in ver. Item Celſus, ff. pro ſocio. & ibi etiam vult Bartol.* & etiam eſt caſus in dicto inſtrumento in terna parte ſui non obſtantibus his, quæ dicta ſunt per me in fauorem Domini Ioannis.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Barthol. Capolla Veroneuſis. I. V. D. & ad fidem præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi & ſigillo meo conſueto ſigillaui.

CONSIL XL.

SVMMARIA.

1 *Societas an poſſit cum minore contrahi expreſſe, vel tacite.*

2 *Voluntas ex actibus & facto datur intelligi.*

3 *Societas an ex actibus reciprocis ſocialibus contrahi dicatur, & an talis lucrorum communicatione inducatur.*

4 *Habitatio ſeparata derogat ſocietati.*

5 *Fratribus poſt mortem patris in communione perſiſtentibus, ſi vnus conſumat aliquid ſui in commodum ſocietatis, ſi poſtea veniat diuiſio, an erit reſtituendus præcipue, ſi de eius intentione non conſtet.*

6 *Filius ſoluens debitum patris an præſumatur donare.*

7 *Stante fratrum ſocietate poſt mortem patris, ſi frater accipiat aut diſtribuat dotem vxoris ſuæ, an ſequente diuiſione debeat ſibi de bonis communibus dos refici.*

QVIDAM A. de anno 1429. deceſſit ab inteſtato relictis poſt ſe & viuentibus tribus filiis eius maſculis legitimis & naturalibus, videlicet B. C. D. quorum B. primus tempore mortis dicti A. eius patris erat anno. 35. C. vero ſecundus filius erat annorum 12. D. autem tertius filius & vltimus erat annor. decem, qui A. pater ſupraſcriptorum habebat in bonis tempore eius mortis ducatorum duo millia. B. primus filius de anno 1432. accepit in vxorem quandam viduam quæ antequam contraxiſſet matrimonium cum dicto B. ſucceſſerat patri & matri ſuæ in tot poſſeſſionibus valentibus ducatos 200. Et poſtmodum contraxit matrimonium cum dicta vidua, & dictus B. exegit dotes ipſius mulieris ab hæredibus primi mariti, nec apparet aliquod inſtrumentum dotale inter dictum B. & dictam eius vxorem. Et ſic dictus B. vſque in præſentem diem detinuit & percepit fructus dictarum poſſeſſionum valoris 200. ducatorum, quæ peruenerant dictæ ſuæ vxori ante contractum matrimonium & dictam exactionem dotis, nec vnquam ex dicta eius vxore habuit filios, tamen fecit alimenta victus in domo communionis duabus neptibus dictæ eius vxori per annos 5. ac etiam continue tenendo pediſſequam ſeruitricem ſibi & vxori ſuæ præſtando alimenta victus & veſtitus, ac etiam faciendo cum famulis & bobus ſumptibus communionis laborare poſſeſſiones ſupraſcriptas valẽtes ducatos 200. quæ peruenerant dictæ viduæ ante contractum matrimonium vt ſupra. Secundus filius à tempore mortis dicti A. eius patris ſtetit extra domum per annos 12. ſine expenſa aliqua dictæ communionis cauſa addiſcendi artem & de anno 1442. reuerſus eſt domum exercendo artem ſuam in communione, & de anno 1448. accepit vxorem, ex qua habet filium nunc annorum duorum D. autem tertius filius ſupraſcripti A. per annos 20. ſtetit extra domum cum parua expenſa totius communionis cauſa ſtudii addiſcendi nec vnquam habuit vxorem, volentes nunc dicti B. C. D. fratres diuidere bona paterna quæ erant tempore mortis dicti A. eorum patris valoris ducatorum duorum millium, & acquiſita à dicto tempore mortis dicti A. de communione vſque in præſentem diem quæ etiam dicta bona paterna & bona acquiſita in præſentem diem tota in ſimul ſunt quaſi eiuſdem valoris, & ſi plus, parum plus, ſe compromiſerunt amicabiliter, in arbitros ſecundum formam ſtatuti diſponentis de compromiſſis neceſſariis fiendis inter coniunctas perſonas quæ habebant cognoſcere amicabiliter & terminare de iure & de facto, de iure tantum, & de facto tantum, &c. Nunc B. filius & frater vxoratus, vt 2. petit ſibi dari per alios fratres fructus prouẽtos ex dictis poſſeſſionibus dictæ ſuæ vxoris valentibus ducatos 200. quas poſſeſſiones dicta eius vxor habebat ante contractum matrimonium cum dicto eius marito, quos fructus ipſe B. percepit ſtans in communione dicta eius vxore viuente tacente & conſentiente, & non contradicente, quæ nunc & ſemper tacuit conſenſit & non contradixit, ſtantibus prædictis pro veritate certa de caſu inſtrumẽti dubitatur & quęritur, ſi bi fructus debeant dari ſeu reſtitui per alios fratres ipſi B. petenti, vel non.

Circa prædictum dubium tria ibi ſunt examinanda, primum an in fructibus perceptis per dictum B. ex poſſeſſionibus vxoris ſuæ videatur fuiſſe contracta quædam tacita ſocietas cum fructibus & redditibus aliorum bonorum dictorum fratrum inter eos.

Secundum, poſito quod non, an ſaltem dictus B. videatur tacite donaſſe dictis fratribus, ſcilicet C. & D. dictos fructus conſumptos in vtilitate communi ipſorum fratrum.

Tertium

Tertium, poſitu qnod non, an dictus B. poſſit
repetere dictos fructus ſiue valorem eorum, & vſ-
que ad quam quanritatem.

1 Ad † primum præſuppoſito quod fructus bo-
norum vxoris percepti & conſumpti per marimm,
non ſunt vxori reſtitnendi, ſed eos maritus lncra-
tur, *per not. per Bart. & Doctor. in l. fin. ff. ad l. Falcid.* re-
ſpondetur quod pro tempore quo dictus C. & D.
erant pupilli, non videtur fuiſſe contracta aliqua
ſocietas, quia cum minore non poſſet contrahere
ſocietarem expreſſe; maxime ſine tutore, ita nec
tacite, *l. qui ad certum. ff. loc. cum ſimilibus.* Sed pro eo
tempore, quo fuerunt dicti C. & D. maiores, 14.
ann. videtur quod ſit tacite contracta ſocietas inter
dictos fratres in dictis fructibus, ex qno dictus B.
ſtabat in tota domo communi & percipiebat ſolus
omnes fructus & redditus pronenientes ex omni-
bus bonis paternis dictorum frattum, & attento
etiam quod aliquando dicti. C. & B. ponebant in
communi id quod lucrabantur tam ex quadam by-
2 potheca, quam ex induſtria procntæ. † Nam ex
iſtis actibus colligi poteſt, quod mens & voluntas
dictorum frattum fuerit velle communicare ſal-
tem fructus omnium bonorum ad eos ſpectantes:
quia ex actibus & facto voluntas datur intelligi, *vt
l. reprehend. & ibi gloſſ. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub
cond. fact. & probatur in l. duo fratres. ff. de acquiren. hered.
Et ideo Bald. in additio. ad tractat. Bart. de duobus fratri-
bus in 5. colum. ad fin.* dixit notanter quod ſi ſunt duo
fratres, licer vnus negocietur, & alter non, tamen
ſi ille qui non negotiatur, omnia quæ ſibi obueni-
unt, puta ex redditibus prębendę vel ex donatione,
3 ponit in communi, & ſic faciunt hincinde, † quod
tunc præſumitur ſocietas ex actibus reciprocis ſo-
cialibus, idem dicit ipſe Bald. ibi, quod ſi vnus ne-
gotiatur in vna mercantia, & alius in alia, vt aduo-
catorum vel tabellionum vel procuratorum, talis
communicatio lucrorum inducit ſocietatem: quia
ordinatur ad ipſam. Et idem tenet ipſe Bald. *in l. præ-
tor. §. 1. ſed & filius. ff. de eden. & not. Doctor. in l. ſi patruus.
C. communi vtriuſque iud. & idem tenet Bartol. expreſ-
ſe in fructibus in l. 1. §. ſi ex hoc interdicto. in fin. ff. de itin.
actuque pri.* vbi, dicitur, quod ſi fratres communi-
cant fructus ſuos, quod in illis videtur eſſe facta
communio. Et pro prædictis videtur caſus, *in capit.
ſi duo fratres. in communi caſu*, ibi, *Fructus tamen erit
communis, in tit. de duob. fratrib. de nouo beneficio inueſtit:*
Nec obſtant prædictis, quod aliquo tempore dicti
C. & D. aliquando fuerint abſentes, nec ſteterint in
4 ſimul: † quia habitatio ſeorſum facta derogat ſo-
cietati, *vt not. in l. 1. in princip. ff. quod cuiuſque vniuer.
nomine.* & ita tenet Bald. *in dictis addit. de duob. fratr. in
penult. col. ante fin ver.* ſed an fratres qui habitant ſeor-
ſim & ſimul negotiantur, nec etiam obſtat quod
dictus B. plus contulerit de fructibus, quam C. & D.
quia in generali ſocietate hoc non attenditur: ſed
omnia ſunt æqualiter diuidenda, *vt l. ſi ſocius pro filia.
ff. pro ſocietat. & ita tenet Bald. in præallegato loco in ante-
penult. col.* ibi item in prædictis non conſidero an v-
nus plus lucretur, &c. Et pro hoc facit optime qnod
not. Dn. Paul. de Caſtro. *in l. fin. C. de collat.* Et hoc ma-
xime verum & æquum eſt, cum dicti C. & D. ſtete-
rint ſeorſum aliqnando à dicto B. & vixerint quaſi
in totum ex ſua induſtria & non ex fructibus & red-
ditibus ex rebus communibus, & dictus B. continue
ſteterit in domo cum vxore & pediſſequa, & per 5.
annos cum duabus neptibus vxoris ſuæ expenſis
bonorum dictorum fratrum, non enim æquum eſ-
ſet, quod dictus B. voluerit & velit vixiſſe cum ſua
familia de bonis communibus, & poſtea velit de-
ducere fructus bonorum vxoris conſumptos in do-
mo communi, & maxime cũ dici poſſit, qnod quaſi
ſint conſumpti potius per ſe & familiam ſuam, quã,
conuerſi in vtilitatem dictorum C. & D. Vnde ex
iſtis concluditur, qnod in dictis fructibus videtur
fuiſſe inducta quædam tacita ſocietas inter dictos
fratres, ita qnod dictus B. non poteſt deducere di-
ctos fructus ſiue eorum æſtimationem, cum fuerint
effecti communes.

Ad ſecundum, an ſaltem dictus B. videatur tacite
donaſſe ſuis fratribus. C. & D. dictos fructus con-
ſumptos in vtilitatem communem dictorum fra-
trum, poſito quod in eis non videatur contracta ſo-
cietas, & hanc quæſtionem videntur decidere in
terminis Bald. & Ang. & Paulus de Caſtro. *in d. l. fin.
C. de collat.* dicit enim ibi dictus Dn. Panl. referendo
5 Bald. & Ang. pone † quod erant duo fratres mi-
nor & maior, qui remanſerũt in communione poſt
mortem patris, & frater maior habebat proprium
patrimonium, puta bona materna, & omnes reddi-
tus cõſumpſit in communibus expenſis. Nec appa-
ret qua intentione fecerit; veniunt poſtea ad diui-
ſionem, & petit ille frater maior partẽ illorum fru-
ctuum conſumptorum in communes vſus, alius
frater negat ſe illi teneri, dicens quod cenſetur no-
luiſſe eos communicare tanone fraternitatis, & do-
nare, & dicit quod Bal. tenet iſtam partem, & alle-
gat, *c. 2. de duob. fra. de nouo benefi. inu. & licet illud c. videa-
tur parum facere ſecundum Ang. in d. l. fin.* Tamen bene
facit ſecundum Dñ. Paul. de Caſt. *l. ex duobus. §. fin. ff.
de ne. ge.* quod Ang. ibi intelligit eſſe verum, quando
eſſent pauci fructus, quia tunc præſumeretur dona-
tio, ſecus ſi ſint magni, & frater non eſſet diues per
ea quæ habentur per gloſſ. & Doct. *in l. ſi filij tui. C.
de don. inter vi. & vxo.* quod ſeqnitur Dn. Paulus de
Caſt. qui dicit qnod iſta limitatio Ang. ſatis ſibi pla-
cet, & allegat etiam ad hoc quod no. Bal. *in l. paterno.
C. de ne. ge.* Et ad hoc etiam adducitur, *l. ſi ſeruus com-
munis, & quod ibi not. ff. de dona. inter vi. & vxo. & quod
not. Bald. in l. ſi filius pro patre. ff. de neg. geſt.* vbi dicit,
6 † quod ſi filius ſoluit debitum patris, & dubitatur
nunquid præſumatur donaſſe, perpendendum eſt
hoc ex quantitate expenſæ patrimonij vtriuſque
per nota. *in l. 1. & l. alimenta. eod. tit.* Et pro hoc etiam
quod not. idem Bald. *in d. l. ſi paterno. eod. tit.* vbi dicit
quod quantitas impenſæ eſt conſideranda, quia fa-
cilius præſumitur donatio in modicis quam in ma-
gnis per iura prædicta, vnde in propoſito cum di-
ctus frater B. maior habuit proprium patrimonium
ſi fructus dictorũ bonorum vxoris paraphernalium
vt dixi ſupra in præcedenti dubio in princip. & con-
ſumpſerit eos vt ipſe aſſerit in communes vſus di-
ctorum fratrum & ipſe B. attenta conditione ſua &
conditione terræ Ripæ poſſit dici, quod potius ſit

dines quam pauper, *arg. eorum quæ not. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. & ibi gloſſ. in verbo modicas. ff. de indic. & quod not. Bart. in l. 1. C. de Alexan. primatib. lib. 11.* dum dicit, quod melius eſt eſſe mediocrem ciuem vnius notabilis ciuitatis & honorabilis, quam eſſe maiorem vnius modicæ ciuitatis. Et etiam attento quod nunquam habuit nec habet nec habere veriſimiliter ſperat filios, & habebat ſatis amplam dotẽ, & ſemper vixerit de dictis bonis communibus & fructibus cum maiori expenſa, quam fecerunt alii fratres ſui, & ſit ditior aliis fratribus ſuis, maxime propter dotem & bona vxoris ſuæ, per ea quæ dixi ſecundum Bald. *in d. l. ſi filium pro patre. ff. de neg. ge.* Vnde ex iſtis bonis iudex ſatis colligere poteſt animum dicti B quod communicando illos fructus eos videatur voluiſſe donare, & maxime cum dictus B. ſemper dilexit, vt dicitur dictos C. & D. fratres ſuos tãquam fratres & filios, *vt optime probatur in l. donationes in concubinam. in princip. ff. de donat.* ibi, *an autem maritalis honor atque affectio idem præceſſerit perſonis comparatis vitaque coniunctione conſiderata perpendendum eſſe*, & *in l. Procula. cum ibi not. ff. de probat. & d. l. ſeruus communis. ff. de donat. inter vi. & vxo.* Concluditur itaque ex prædictis, quod dictus B. cenſetur donaſſe dictos fructus conſumptos in communes vſus, & ita quilibet bonus & æquus iudex ſiue arbiter & arbitrator inter dictos fratres deberet pronuntiare & terminare, &c.

Ad tertium & vltimum dubium, an dictus B. poſito, quod non cenſeatur communicaſſe nec donaſſe dictos fructus dictis fratribus ſuis C. & D. cuius tamen contrarium eſt de iure verius, vt dixi in præcedentibus dubiis vſque ad quam quantitatem poſſet repetere à dictis ſuis fratribus. Et veritas eſt, quod pro ea parte ſeu quantitate, pro qua eſt verſum in vtilitatem ipſorum fratrum, & non vltra, quod quantum ſit, probare teneretur ipſe B. ſicut
7 dicitur in ſim. quando † quæritur ſi vnus ex fratribus ſuis accepit dotem vxoris ſuæ, & poſtea deuenit ad diuiſionem, an debeat refici ſibi dos de bonis communibus & communiter tenetur quod non, niſi quatenus probetur per dictum fratrem qui accepit dotem, verſam in rebus communibus, *& not. & tenet Specu. in titu. de iud. in 4. parte Speculi in § ſequitur videre. ver. quid ſi communione manente. Et idem tenet Bald. in dicto tracta. de duo. fra. in 4. collat. verſi. Item quod ad hoc. ff. fam. erc. & idem tenet Bald. in l. ſi patruus in 4. col. in fin. ver. item dicit, quod ſi vnus, C. commun. vtriuſq. iu.* & iſta eſt communis opinio, & ita alias conſului, ex quibus ſequitur concluſio ad aliud dubium, de quo quæritur videlicet, quod dictus B. ſi vult deducere de dote 191. ducatorum debet probare cõuertiſſe illos ducatos in vtilitatem communem dictorum fratrum, & pro ea parte ſeu quantitate quam probauerit conuertiſſe in vtilitatem communem poterit reducere & non vltra, quæ probatio non erat ſufficiens per ſolum iuramentum dicti B. niſi alia indicia interueniant quæ mouere poſſint & debeant animum iudicantis, & ita credendum, *arg. l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſtam. coniuncta l. 3. in principio. & §. eiuſdem quoque principis. ff. de teſti.* & ſolum iuramentum ſine dubio non ſufficeret, vt dixi: quia iuramentum non defertur alicui in ſupplementum probationis, etiam in cauſa ciuili, niſi ſit probatum ſaltem ſemiplene, & cauſa non ſit magna attenta conditione iurare volentis per ea quæ habentur plene *in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. bonæ fidei. Cod. eodem titulo. cum ſimilibus.*

Et ita dico & conſulo ego Bartholomæus Cæpolla V. I. D.

CONSIL. XLI.

SVMMARIA.

1 *Conuentio ſeu pactum quod ſocietas ſeu fraternitas aliqua ſit indiuiſibilis, an ſit valida.*

2 *Societas an in perpetuum coiri poſſit.*

3 *Socius an inuito ſocio poſſit à ſocietate diſcedere libero & impune.*

4 *Renuntians ſocietati doloſe an teneatur poſt talem renuntiationem quæſita communicare.*

5 *Societatem diſſolui per renuntiationem qualiter ſit intelligendum & admittendum.*

6 *Pactum, quod ſocietas duret vſque ad mortem vnius ex ſociis, an ſit validum.*

7 *Societas aliqua quo caſu poſſit ante tempus conuentum diſſolui.*

8 *Societate omnium bonorum contracta an includantur dotes vxorum vel filiarum.*

CHriſti, eiuſque matris virginis Mariæ ac Beati Zenonis confeſſoris protectoris noſtri nominibus inuocatis ſuper cauſa quæ inter Iaco. Goncllam de Venetiis & Marcum de Braico in ciuitate Catarii verſa eſt coram non nullis arbitris & arbitratoribus, à quorum ſententia per ipſum Marcum ad collegium noſtrum Veronæ extitit appellatum, ſcripturæ proceſſus cum ſententia arbitrali per nuntium ſub triplici ſancti Marci ſigillo delatæ ſunt. Ex quibus facti quæſtionem ita eſſe colligimus. Iacobus Gonclla & Marcus de Braico ſupra nominati contraxerunt ſocietatem, fraternitatem & vnionem de omnibus bonis ſuis generis cuiuſque, quæ tunc in mundo habebant de anno 1446. cum hoc quod ipſa ſocietas & fraternitas & vnio ſit indiuiſibilis & inſeparabilis vſque ad mortem primi eorum morientis, & quod ipſi poſſint de cumulo dictorum bonorum maritare filias ſuas tam natas quam naſcituras, & tam legitimas quam naturales, deinde de anno præſenti 1457. de menſe Martio, dum quæſtio inter eos verteretur de dicta ſocietate maxime diuidenda & de bonis in ea collatis, factum fuit per eos compromiſſum in quinque ciues Catarii tanquam in arbitros & arbitratores ad audiendum & ſententiandum de iure tantum & non de facto vllo noſtro. Qui arbitri & arbitratores auditis iuribus & allegationibus partium in primis, id eſt, pronuntiauerunt & terminauerunt quoddam concordium vt dicitur factum inter dictas partes per quendam fratrem Marianum non eſſe valoris ipſum caſſando & annullando.

Item,

Item, quod chirographum ſactum per ambas partes, ſcilicet vnam alteri & alteram alteri in princip. ſuæ ſocietatis & vnionis authenticatum per Ser Ioannem de Liſia cancellarium communis ſit firmum & validum, & in omnibus ſuis partibus obtineat firmitatem, excepto quod in eo continenis, quod ipſæ partes non poſſint vna ab altera diuidi, quoniam pronuntiauerũt & terminauerunt quod dictæ partes vna ab altera poſſit diuidi.

Item, quod de monte dictæ ſocietatis & fraternitatis eorum maritentur filiæ ſuæ ita legitimæ, ſicut naturales, prout iacet & continetur in dicto chirographo.

Item, quod liceat ambabus partibus de dicto monte ſocietatis habere victum & veſtitum, prout ambæ partes fuerunt contentæ.

Item, quod vbi prædictus Iac. Gonella petebat ſalariũ ſuum extrahi debere de hac ſocietate, quod ſalarium habet ab Illuſtriſſimo Duce Dn. Venetiarum pro eo quod eſt rationariȩ cameræ Catarii terminauerunt & ſententiauerunt quod dictum ſalarium ſuum nullo modo extrahatur de dicta ſocietate & vnione, ſed ſit in dicta ſocietate & fraternitate & vnione.

Item, quod dotes vxorum ſuarum legitime de cumulo dictæ ſocietatis extrahantur, eo quia dotes mulierum non ſunt ſuppoſitæ partis dictarum partium iurantibus ambabus partibus ſe poſuiſſe dotes ſuarum mulierum in communi ſocietate. Item quod hyperpera quadringenta, quæ idem Ser Marcus dicit debere dare pro male ablatis, quod dicta quadringenta de cumulo ſocietatis extrahantur. Item, quod dictus Ser Marcus poſſit de dicta vnione & cumulo ſocietatis ſuæ extrahere hyperpera quadringenta quinquaginta, quæ dare debet pro reſto & completa ſolutione dotium filiarum ſuarum oſtendendo iuridice Ser Iacobo quod integre non ſatisfecerit dictis dotibus iuxta eorum pactum & chirographum. Item quod omnia ſua debita ſoluantur de cumulo ſocietatis ſuæ & ſimiliter credita exigantur per eos æquali portione, & inter eos æqualiter diuidantur. Item quod omnia bonã mobilia & ſtabilia ita in ciuitate Catarii quam alibi quȩ nominatim non fuerunt in hoc proceſſu & cauſa quomodocũque & qualitercunque ſi inuenta fuerint æqualiter inter eos diuidantur. Item, quod & reſtum omnium & ſingulorum bonorum dictȩ ſocietatis vnionis & fraternitatis vltra prædictas res innominatas diuidantur inter ipſum Ser Iac. & Ser Marcum æquali portione per medietatem vltimo condemnarunt ambas partes in expenſis illius cauſæ ſoluendis per medietatem inter eos contrahendis de cumulo ſocietatis vnionis & fraternitatis prædictæ, à qua quidem ſententia per dictum Marcum appellatum eſt ad collegium noſtrum Veronenſe. Et vt nobis per nuntium ſcripturarum aſſeritur in facto & etiam atteſtatur Iacobus Gonella in literis ad nos tranſmiſſis per eundem Iacobum extitit etiam appellatum à dicta ſentẽtia ad ſacrum collegium Paduanum, & petitum eſt cum maxima inſtantia per prȩfatum nuntium vt conſulere & definire velimus ſuper appellatione per noſtrũ Marcum ad nos interpoſita. Nos vero intelligẽtes quod in huiuſmodi cauſis extra ciuitatem cõmiſſis ſolent commiſſionis literæ ad conſulentes vel appellarionis iudices mitti plures, interpellari fecimus ipſum nuntium vt nobis commiſſionis literas prȩſentaret & intelligere poſſemus, quod & quale ſit noſtrum cognitionis officium qui eas ſe non habere affir- a
mauit, Et poſtquam ex literis vel magnifici Domini rectoris Catarii, vel ipſorum arbitrorum minime ad nos tranſmiſſis noſtram commiſſionem intelligere non potuimus ex proceſſu & ſententia atque appellatione ipſius Marci ad collegium noſtrum Veronæ interpoſita, cognouimus officium noſtrũ eſſe conſulendo & definiendo ſuper his in quibus ipſe Marcus ſe per dictam ſententiam grauatum exiſtimat, ſuper aliis vero in quibus Iaco. Gonella tantum & non Marcus ſe grauatum prætendit, collegium Paduanum, ad quod ipſe Iac. appellauit, diffinire oportere. Et propterea omiſſis à quibus ipſe Iac. ſe ad collegium Paduanum appellauit. Et præſertim primo capitulo ſententiȩ, an ſcilicet concordia vt dicitur Dn. fratris Mariani de Senis valuerit. Nos collegium iuris vtriuſque Doctorum Veronæ viſis prius dictis ſcripturis nobis ſub ſigillo ſancti Marci præſentatis, commiſſis nonnullis doctoribus eiuſdem collegii noſtri, vt eas omnes viderent, & diligenter examinarent, qui poſtea nobis ſententiam ſuam iuribus & rationibus plurimis comprobatam retulerunt ac deinde nos omnes hac de cauſa ſpecialiter in vnum collegialiter congregati de ipſorum ſententia & opinione ſæpe ac ſæpius diſputauimus. Et tandem habita diligenti & matura deliberatione vnanimiter & concorditer & nemine noſtrum diſcrepante.

Chriſti nomine repetito dicimus conſulimus & diffinimus in hunc modum. Et primo ſuper ſecundo capitulo dictæ ſententiæ videlicet an dicta ſocietas ſeu fraternitas diuidi poſſit de prȩſenti ſuperſtitibus dicto Iacobo Gonella & Marco de Braico non conſentiente. Et in hoc duo ſunt examinanda. Primum an dicta conuentio quod dicta fraternitas & conſocietas ſit indiuiſibilis & inſeparabilis vſque ad mortem primi eorum de iure valuerit.

Secundum poſito quod ſic, an dictus Iacobus Gonella poſſit diſcedere impune & libere a dicta ſocietate, ſuperſtite dicto Marco de Braico non conſentiente.

1 Circa † primum videtur dicendum quod dicta conuentio non valuerit: quia vt dicit Iuriſconſultus Paul. *in l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. communi diui.* ibi, *ſi conueniat ne omnino fiat diuiſio, huiuſmodi pactum nullas vires habere manifeſtum eſt, & in l. nulla pro ſoc.* dicit, *nulla ſocietatis in æternum coitio eſt*, & ratio poteſt eſſe vt euitetur infinitas *vt not. gloſſ. magna in fin. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis.*

Item, quia iſta conuentio eſt iuri contraria. Nam ſi valeret, inuitus detineretur in communione *contra l. fin. C. communi diui*. Et ideo non valet tale pactum, *vt l. pacta quæ contra, ſecundum Flo. in d. §. ſi conueniat. in princip.*

Item, pro hoc adduci poteſt alia ratio, quia communio-

monionis materia ſolet excitare diſcordias, *vt l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. facit text. cum gloſſ. in capit. ex tenore. in fin. extra de ſentent. excommun.* Sed certe contrarium eſt verius, videlicet quod dicta conuentio quod ſocietas ſit indiuiſibilis vſque ad mortem vnius eorum valeat. Nam de hoc eſt caſus, *in l. 1. ff.*
2 *pro ſoc.* vbi dicitur, † quod ſocietas coiri poteſt vel in perpetuum, id eſt, dum viuunt, vel ad tempus, & probatur, *in d. l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat, in ſecundo reſpon. ff. commun. diui.* vbi dicit quod ſi conueniat ne diuiſio intra certum tempus fiat, valet: ſed iſta conuentio eſt huiuſmodi, ergo. *Et idem tenet gloſſ. in d. l. nulla. ff. pro ſoc. & text. in d. §. ſi conueniat. in princip.* intelligitur quando eſt contrauentum ne omnino fiat diuiſio, ſcilicet etiam poſt mortem ſociorum & ſic nullo tempore liceret diuidere, & ita etiam intelligitur, *dicta l. nulla. ff. pro ſocio.* dum dicit, In æternum, & gloſſ. exponit ibi, id eſt, ſine fine, ſecus ſi in perpetuum, id eſt, dum viuit, *vt l. 1. eod. tit.* & ita etiam intelligit Flo. & hoc caſu quando vſq; ad mortem eſt coita ſocietas, ceſſat infinitas, & ſic ceſſat ratio infinitatis quam ſupra diximus. Nec iſta conuentio videtur eſſe iuri contraria, quod diſponit quod nemo cogatur inuitus ſtare in communione, *vt l. fin. C. commu. diui.* quia illud procedit, niſi aliter eſſet conuentum. Et ita limitat illam l. fin. glo. ibi & Doct. & licet communio ſoleat excitare diſcordias, tamen propter hoc non tollitur quin pactum factum de non diuidendo vſq; ad mortem vnius ſocii, non valeat, vt probatur *in d. l. 1. ff. pro ſoc. cum aliis ſupra alleg.* Et iſta eſt veritas, &c.

3 Circa † ſecundum dubium, poſito quod illa conuentio valuerit, an dictus Iacobus Gonella poſſit diſcedere impune & libere à dicta ſocietate ſuperſtite dicto Marco de Braico eius ſocio non conſentiente, & videtur prima facie quod poſſit diſcedere à ſocietate ante tempus, ſed teneatur actione pro ſocio ad intereſſe, vt videtur probari, *in l. ſed conuenerit. ff. pro ſocio.* vbi dicitur ſi intempeſtiue renuntietur ſocietati, eſſe pro ſocio actionem, idem videtur probari, *in l. ſi ſocius. §. fin. ff. pro ſocio,* vbi dicitur, quod ſi intempeſtiua renuntiatio venit in æſtimationem, idem etiam videtur probari, *in l. actione. §. diximus. & §. Labeo, & in §. item qui ſocietatem. eod. titu. & Inſtitut. pro ſocio. §. manet autem.* Si enim lex dicat, quod renuntians intempeſtiue ſocietati tenetur actione pro ſocio, ergo præſupponit quod ſocietas ſit diuiſa, quia regulariter non intentetur actio pro ſocio, *§. fin. niſi finita ſocietate, l. tam diu. C. pro ſocio. & ibi gloſſ. & not. gloſſ. Inſtitut. pro ſocio. §. fin. & not. gloſſ. in l. actione. in princip. in verbo ſtipulatione. ff. eod.* ſicut in actione tutelæ dicitur, quod non intentatur niſi finita tutela, *vt l. ſi tutor. §. fin. cum l. ſeq. ff. de tut. & ra. diſtra. & in l. niſi finita. eod. titu. cum ſimilibus & no. gloſſ. in d. l. tam diu.* idem videtur probari & clarius,
4 *in l. actione. §. diximus. in fin. ff. pro ſocio.* vbi † quod ille qui renuntiauit ſocietati doloſe, licet teneatur cõmunicare illud lucrum quod ſibi obuenit ante renuntiationem, tamen ſi quid poſt renuntiationem acquiſierit, illud non tenetur communicare, quia in eo dolus non fuit commiſſus: ſi ergo non tenetur communicare illud quod acquiſiuit poſt renuntiationem, præſupponit quod finita ſit ſocietas; quia ſi non eſſet finita illud communicare, ſicut tenetur communicare illud quod acquiſiuit ante renuntiationem in contrarium videtur quod imo dictus Iacobus Gonella non potuerit nec poſſit renuntiare ſocietati ante tempus conuentum non conſentiente Marco ex quo fuit ſocietas contracta ad tempus. Nam quando eſt conuentum quod ſocietas duret vſque ad certum tempus, ſi ante illud tempus intempeſtiue renuntiaret ſocietati, per hoc non ſoluitur ſocietas reſpectu renuntiantis, quia in eius præiudicium, & in vtilitatem alterius durat: ſed quo ad ſui damnum, & vtilitatem alterius, vnde habet pro ſoluta, *vt probatur in l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio,* ibi, *qui renuntiauerit ſocietati à ſe quidem liberare ſocios ſuos, ſe autem ab illis non liberari, & in §. item qui ſocietatem, in eadem l.* vbi ſic dicitur, *qui ſocietatem in tempus coiit, eam ante tempus renuntiando ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat, item pro hoc eſt text. in dicta l. idemque erit, in verſicu. quid ergo. ff. pro ſocio,* vbi dicitur, qui paciſcitur ne diuidat niſi aliqua iuſta cauſa intercedat aliqua ratione non efficiet vt diuidatur. Ecce ergo ibi text. qui vult aperte, quod ſi eſt conuentum, quod non diuidatur, ſcilicet ad certum tempus nulla ratione effici poteſt vt diuidatur, niſi iuſta cauſa interuenerit, *iuxta l. ſi conuenerit. §. fin. cum l. ſequendi. ff. pro ſocio* quæ iuſta cauſa nobis non conſtat quod interuenerit. *Item hoc probatur aperte in dicta l. idemque. §. fin. & in l. in hoc iudicio. §. ſi inter ſocios. ff. commun. diui.* vbi dicitur, quod ſi ſocius petit ante tempus diuiſionem fieri, vel ille qui ab eo emit, poteſt alter ſocius eum repellere per exceptionem ne diuidant, ita videtur dicendum in caſu noſtro, quod Marcus de Braico qui prouocat ad diuiſionem Iacobum Gonellam, antequam fiat diuiſio, poſſit repellere exceptione ipſum Iacobum, ne diuiſio fiat, vt ibi. *Item hoc probatur Inſtitut. pro ſocio. §. manet. tene menti. verſicu. ſed plane, qui ibi ſequitur.* Nam dicitur ibi in principio quod ſoluitur ſocietas, ſi aliquid renontiauerit ſocietati, & poſtea in verſiculo ſed plane, dicitur quod ſi poſt renuntiatam ſocietatem intempeſtiue aliquod lucrum obueniat renuntianti cogitur illud communicare alteri ſocio, quod intelligitur durante ſocietate, *vt probatur ex dicto verſiculo ſed plane ſi quis.* Nam ibi ponitur dictio ſed ſi: quæ de ſui natura diuerſificat a præcedentibus in facto, & in iure, vt ſtatim probabitur. Vnde cum in principio §. manet, dicatur quod ſi quis renuntiat ſocietati, ſocietas diſſoluitur, & in verſiculo ſequenti ſed plane ſi quis, vbi dicitur quod ſi intempeſtiue renuntietur, debet renuntians communicare lucrum ſibi obueniens intelligi debet quod durat ſocietas, alias illa dictio; *ſed ſi*, non diuerſificaret à præcedenti in facto & in iure, ſed in facto tantum. Cum ergo diuerſificet in facto & iure, debemus intelligere, quod principium illius §. manet, intelligitur quando renuntiauit vnus ſocius non intempeſtiue, & quod per illam renontiationem diſſoluitur ſocietas, verſicul. ſed plane ſi quis, intelligitur quod ſi renontiauit intempeſtiue, propter hoc non ſoluitur ſocietas, & hoc modo intelligendo, & recte dictio, ſed ſi, ibi

poſita,

poſita, denotat diuerſitatem, & in facto, & in iute,
in facto, quia in principio renuntiauit vnus ſocius
non ante tempus nec doloſe, & in verſiculo ſed
plane ſi quis renuntiauit intempeſtiue in iure et-
5 iam defert † quia in principio vult Imperator,
quod diſſoluatur ſocietas per renuntiationem in
verſiculo ſed plane ſi quis vult, quod non diſſolua-
tur, ſed remanet, & quod lucrum obueniens re-
nuntianti debeat alteri ſocio communicari, & ita
intelligi debet ille *§. manet. Inſtitut. pro ſocio. & l. actio-
ne. §. Labeo. & §. item qui ſocietatem. ff. pro ſocio. & licet il-
le, §. manet. in verſicul. ſed plane.* loquatur in illo qui
callide renuntiauit, & ſic doloſe, *vt loquitur etiam
l. actione. §. diximus.* tamen idem eſt, quando ſine
dolo, & intereſt alterius ſocii, *vt probatur in dict. l.
actione. §. Labeo. vbi hæc notat gloſſ. 1. & ibi hoc enim te-
net Cynus & quod dictio*, ſed ſi, denotat diuerſita-
tem in facto, & in iure à præcedentibus *probatur
per gloſſ. in l. in actionibus. §. plane. ff. de in lit. iur. &
gloſſ. in l. qui vſumfructum. in verbo, ſed qui actum. ff. de
verborum obligationib. & gloſſ. in l. 1. in verbo ſuam. ff.
de Tritic. & ita notat. Bartol. & Doctores. in l. 2. in ver-
ſiculo ſed & fortius. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exi-
mat. & per Bartol. & Doctores in l. patris & filij. ff. de
vulgari & pupilla. in l. hoc amplius de his. ff. de dam. in-
fect. Et idem notat. Dominic. de ſancto Geminia. in capi-
tulo concertationi. in fin. 3. columna. libro ſexto. & per
Canoniſtas in capitulo at ſi clerici. in principio extra de iu-
dic. cum ſimilibus.* Et hanc partem, quod Iacobus
non potuerit nec poſſit diſſoluere ſocietatem ante
mortem ſuam, vel Marci eius ſocii non conſentien-
tis tenet in effectu Raphael. *in l. conuenerit in fin. ff. pro
ſocio.*

6 Quartam † partem probamus ratione. Si e-
nim illud pactum valet, quod ſocietas duret vſque
ad mortem vnius ex ſociis, *vt l. prima. ff. pro ſocio.* &
& non ſit contra legem, vt diximus ſupra, in pri-
mo dobio, quare non debemus dicere, quod de-
beat obſeruari, ait enim prætor pacta conuenta,
quæ nec dolo malo, nec aduerſos leges facta erunt.
ſeruabo, *vt l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. de pact. & l.
penultima. Cod. pro ſocio.* maxime cum nihil tam con-
gruom ſit fidei humanæ, quam ea quæ placuerunt
inter eos ſeruare, *vt dicit Vlpia. in l. prima in principio.
ff. de pactis.* & hoc ſuadet etiam honeſtas, quia ſi a-
liter diceremus, daretur materia quod ſocius qui
minus poſuiſſet de bonis, & rebus ſuis in ſocietate,
quæ eſſet duratura aliquo tempore in continenti
renuntiaret ſocietati, ad hoc vt conſequi poſſit di-
midiam bonorum ſocietatis, & ſic de parte ſocii;
quia ſi diuiſio fieri poſſet deberet diuidi pro dimi-
dia, *vt habetur per gloſſ. & Doctores in l. prima. C. pro
ſocio.* quod minime eſt dicendum ne detur materia
aliquem decipiendi, *vt l. iuris gentium. §. ſi paciſcar.
& §. & generaliter. & in l. ſi vnus. §. illud. & §. & in
ſumma. ff. de pact. tum ſimilibus.* Et hæc vltima pars
nobis videtur de iure per prædicta. Nec huic ſen-
tentiæ refragantur iura ſuperius allegata, quæ di-
cunt, qood ſi renuntiatur intempeſtiue ſocieta-
ti, datur pro ſocio actio, quæ actio pro ſocio non
competit regulariter niſi finita ſocietate, *vt l. tam
diu. Cod. pro ſocio, cum ſimil. ſupra allegat.* quia illud ve-
rum regulariter, ſed fallit vltra ſocietatem vecti-
galium & in ſocietate priuata ſi expediat ab ea non
recedi, vt & opus ſit agi, vt in tali caſu, & naſca-
tur & intenretur etiam ſocietate durante ſecun-
dum gloſſ. qoæ ibi non dicit *in d. l. tam diu. C. pro ſo-
cio. & idem in effectu vult gloſſ. in l. actione. §. nonnun-
quam. ff. pro ſocio in gloſſ. in verbo peruenerit in fin.* Sed
certum eſt, quod expedit Marco de Braico, quod
non diſcedarut à ſocietate, maxime diuidendo bo-
na æqualiter, ex qoo Iacobus minus contulit de
bonis ſuis, ergo imo plus dicit Cynus & Angelus,
in dicta l. tamdiu. quod licet durante ſocietate ani-
mo poſſit agi iudicio generali pro ſocio pro tota
ſocietate, tamen indiſtincte poteſt agi actione pro
ſocio pro ſingulari articulo. Vnde licet dicatur in
iuribus præallegatis, quod ſi renuntiatur ſocietati
intempeſtine, detur actio pro ſocio, non propterea
conſequitur quod inrelligitur eſſe ſocietas ſoluta
quantum ad damnum ipſius qui non renuntiauit.
ſed quantum ad renuntiantem poteſt dici finita.
Nec etiam huic ſententiæ contradicit *d. l. actione. §.
diximus. in fin. vt ibi in fin.* Secus ſi fuiſſet contracta ſo-
cietas ad tempus: quia ſi ante illud tempus fuiſſet fa-
cta renuntiatio non ſolum deberet communicari
lucrum quod obuenit renuntianti ante renuntia-
tionem, ſed etiam poſt, quia vtroque tempore in-
telligitur durare ſocietas in præiudicium renun-
tiantis, *ſed non in d. §. diximus.* durat vſque ad renun-
tiationem, ex quo ad certum tempus non fuit con-
tracta, quod patet, quia ibi Iuriſconſultus in princ.
dum vult, quod communicetur lucrum obueniens
ante renuntiationem, fundat ſe non in eo quod re-
nuntiauerit ante tempus conuentum, ſed quia fuit
doloſe nec communicaret lucrum, ergo. Vnde ex
prædictis poteſt ſic diſtinguendo concludi, ſi quæ-
ritur an ſoluatur ſocietas, ſi vnus ex ſociis ei renun-
tiat vel diuiſionem petiit, aut illa ſocietas fuit con-
tracta ſimpliciter ſine aliqua temporis præſcriptio-
ne, & tunc aut ille qui renuntiat ſocietati, renuntiat
doloſe, ne lucrum ſibi oboeniens communicetur,
& tunc ſocietas diſſolnitur per renuntiationem,
ſed locrum obueniens ante renuntiationem com-
municare, lucrum vero quod ei obuenit pòſt com-
municare non tenetur.

7 † Iſte eſt proprie caſus recte Intelligendo *in d. §.
diximus.* aut renuntiat ſine dolo, & tunc aut inter-
eſt ſocietatis & ſocietas diſſoluatur ſecũdum quod
dicit *gloſſ. in d. l. actione. §. labeo. in ver. eo tempore. & tunc
idem quod dictum eſt ſupra, quia ille §. Labeo. in ver. eo tem-
pore. & tunc idem quod dictum eſt ſupra, quia ille §. dixi-
mus.* habet etiam locum in renuntiante ſine dolo
quando intereſt ſocii & ſocietatis ne fiat diuiſio *ſe-
cundum glo. 1. in d. §. Labeo. & ibi hoc etiam tenet Cyn.* aut
non intereſt ſocii, & tunc indiſtincte poteſt renun-
tiare, nec tenetur aliquid de prædictis communi-
care, *vt probatur in d. §. diximus. & in d. §. Labeo.* qui ita
dicit, quod aut ſocietas fuit contracta tantum ſim-
pliciter ad tempus, vel cum hoc quod intra illud
tempus non poſſit fieri diuiſio, quia hi doo caſus
non differunt in effectu, *vt probatur in l. ſi conuenerit.
in principio ff. pro ſocio.* & tunc aut ſubeſt aliqua iuſta
cauſa diuiſionis faciendæ, puta, quia alter ſocius

eſt ita rixoſus vel damnoſus, vt non expediat eum pati, & tunc poteſt impune ante tempus peti & fieri diuiſio, *vt probatur in dicta l. ſi conuenerit, in fin. cum duabus legibus ſequent.* Aut non ſubeſt aliqua iuſta cauſa petendæ diuiſionis, & tunc ſiue renuntiet doloſe, ſiue non, durat indiſtincte ſocietas, etiam poſt renuntiationem per vnum factam vſque ad tempus conuentum in præiudicium renuntiantis, vt probatur in iuribus prææallegatis: ſed ſi fuit in dolo, non, vel ſi intereſſit alterius. Ex quibus omnibus concluditur, quod cum dictus Iacobus Gonella nõ habeat aliquam inſtrumenti cauſam, quæ nobis conſtet petendi diuiſionem & diſſoluendi ſocietatem ante tempus conuentum non conſentiente dicto Marco de Braico eius ſocio, & arbitri & arbitratores in 2. capite ſuæ ſententiæ pronuntiauerunt & terminauerunt, quod dictæ partes vna ab altera poſſint diuidi, & in 10. capite pronuntiauerunt & diffinierunt, quod omnia bona mobilia & ſtabilia tam in ciuitate Catarii, quam alibi, quæ nominatim non fuerunt comprehenſa in ſuo proceſſu, æqualiter diuidi debeant, & in 11. & pen. capite eiuſdem ſententiæ terminauerunt, quod reſtum omnium & ſingulorum bonorum dictæ ſocietatis & vnionis diuidi debeat inter ipſum Ser Iacobum & Ser Marcum æquali portione per medietatem male fuit & eſt iudicatum per ipſos arbitros & arbitratores, & fuit & eſt appellatum ad noſtrum collegium Veronæ per ipſum Ser Marcum, maxime quia nec ſolum ſocietas nec diuiſio fieri debet nec poteſt ante tempus conuentum inter eos inuito & non conſentiente Dn. Ser Marco quantum eſt in præiudicium ipſius Marci non conſentientis, & licet arbitri & arbitratores dicant in ſuis ſententiis alias ſua ſententia, quod prædictæ partes ſeſe compromiſerunt in nobis occaſione prædicta, dicimus arbitramur & ſententiamus quod dictæ partes vna & ab altera poſſint diuidi, tamen iſta non fuit bona ratio, quia licet fuerit factum in ipſis compromiſſum, tamen fuit factum quod pronuntiarent de iure tantum, vt in compromiſſo dicitur, & idem cum ius velit quod diuiſio non poſſit fieri ſuperſtitibus dictis Iacobo & Marco ſociis vno eorum non conſentiente niſi ſubſit aliqua iuſta cauſa à iure approbata, quæ nobis non conſtat ex proceſſu vt dictum eſt, ſupra ſequitur quod dicti arbitri, ex eo quod ſic in ipſis factum compromiſſum non potuerunt ſententiare quod diuiſio deberet fieri inuito, & non conſentiente Ser Marco. Concluditur etiam ex prædictis quod ſuper 5. capite ſententiæ dum dicitur, quod de monte dictæ ſocietatis & fraternitatis eorum maritentur filiæ ſuæ, ita legitimæ, ſicut naturales, prout iacet & continetur in dicto chirographo, fuiſſe & eſſe bene iudicatum ex quo ſocietas vt diximus durare debet inter eos. Sed ſi à ſocietate diſcederet Iacobus Gonella, tunc filia vel filiæ ſuæ cum deberent de cumulo dictæ ſocietatis maritari, ex quo quantum ad eum tranſirent diſſolutæ ſocietates, ſed filiæ Marci bene debent de cumulo maritari: quia quo ad eum non eſſet ſocietas diuiſa per prædicta, & hoc caſu non fuiſſet bene iudicatum per prædictos arbitros.

Item, quod ſuper quarto capitulo eiuſdem ſententiæ dum dicitur quod liceat ambabus partibus de dicto monte ſocietatis habere victum & veſtitum, prout ambæ partes fuerunt contentæ, ſicut bene iudicatum: quia vt diximus durare debet ſocietas. Si autem Iacobus Gonella à ſocietate diſcederet, tunc, quia quantum ad ipſum diceretur ſoluta ſocietas, & non quantum ad Iacobum, vt dictum eſt ſupra, eſſet male iudicatum: quia nam tunc ipſe Marcus cum ſua familia deberet habere victũ & veſtitum de cumulo ſocietatis, & non ipſe Iacob. Gonella nec eius familia per prædicta.

8 Item, † quod ſuper nono capitulo dum dicitur, quod omnia ſua debita ſoluantur de cumulo ſocietatis ſuæ, & ſimiliter credita exigantur per eos æquali portione & inter eos æqualiter diuiduntur fuit bene iudicatum ſiue ſocietas durare debeat, ſiue etiam diuideretur, *vt eſt text. in l. omne æs alienum, cum l. ſe. ff. pro ſocio.* vt hic optime probat ſuper ſexto vero capitulo, dum in ſententia arbitrali dicitur quod dotes vxorum ſuarum legitime de cumulo dictæ ſocietatis extrahantur, eo quia dotes mulierum non ſunt ſuppoſitæ pactis dictarum partium iurantibus ambabus partibus ſe poſuiſſe dotes ſuarum mulierum in communi ſocietate, aliter non, quia nobis non conſtat in facto, dicimus eſſe diſtinguendum, aut non eſt diſſolutum matrimonium, & tunc quia dos dicitur remanere penes maritum pro oneribus matrimonii, *vt l. pro oneribus. Cod. de iure dotium, & l. ſi filia. §. hoc amplius. ff. famil. herciſcund. & l. ſi u. in fin. princip. ff. de iure dotium. & l. actione. §. final. ff. pro ſocio.* & hoc caſu dos debet remanere in communione, & ſocietate: quia de illa communione, & ſocietate debet ali, & nutriri ipſe Marcus & Iacobus cum familiis ſuis ſi ipſe Iacobus vult ſtare in ſocietate, vt patet ex chirographo ſocietatis ſcripto inter eos, aut matrimonium eſſe diſſolutum, & tunc ſubdiſtinguendum eſt, aut illa dos eſt reſtituenda vel filiis vel alteri perſonæ, ita quod nihil lucratur maritus, & tunc debet deduci de cumulo ſocietatis vel fraternitatis, ſi in ea poſita eſt: quia talis dos debet deduci tanquam æs alienum, *vt probatur in dicta l. omne æs alienum, & in dicta l. actione. §. fin. ff. pro ſocio.* aut illa dos debet remanere penes maritum in totum, vel in partem, vel quia lucratur ex pacto, vel ex forma ſtatuti, vel quia ſuccedit vxori, *ſecundum l. 1. vel authentica. præterea. Cod. vnde vir & vxor*, & tunc pro ea parte quæ efficitur mariti, illam non poteſt deducere Iacobus qui vellet à ſocietate diſcedere; imò debet remanere in ſocietate ex quo ſocietas fuerit expreſſe generalis omnium bonorum, *vt probatur in l. 3. §. 1. ff. pro ſocio. & l. ſi ſocietatem vniuerſarum. in princip. & §. 1. eod. tit.* Nec obſtat quod in chirographo dicatur per Iacobum Gonellam, quod ipſe ponit in ſocietate omnia bona quæ ipſe habet in hoc mundo vſque in diem præſentem: quia per hoc nõ excluditur quod non teneatur ea quæ ipſe poſtea acquiret ex quo eſt ſocietas generalis expreſſe omnium bonorum, & ex quo etiam Marcus dicit in eodem chirographo, quod in dicta ſocietate indiſtincte opponit omnia ſua bona, nec dicit quæ habet vſ-

bet vſque in præſentem diem, vt ergo ſeruetur æqualitas inter eos, quam in dubio præſumere debemus, quod noluerunt ſeruare, *vt l. ſi non fuerit cum ibi not. ff. pro ſoc.* dicamus quod hinc inde eſt ſocietas generalis omnium bonorum in qua debet communicari omne legatum & omne lucrum obueniens alteri ſocio, *vt probatur in dicta l. 3. §. 1. & d. l. ſi ſocietatem vniuerſarum. ff. pro ſoc.* & prædicta loquuntur quãdo ſocietas durare debeat, ſicut ſupra concluſum eſt. eadem tamen diſtinctio facienda eſſet ſi diſſolui deberet ſocietas, vel ſi eſſet iam diſſoluta, *vt probatur aperte in dicta l. actione. §. fin. cum l. ſeq. ff. pro ſoc. vbi eſt caſus ad literam de hac quæſtione. Et idem not. Azo in ſumma, C. pro ſoc. in §. idem veniunt in actione quadam percipienda.* Et ex his concludi poteſt, ſi eſt bene iudicatum ſuper dicto ſexto capite, quia ſi non ſolutum matrimonium & durare debet ſocietas & vnio non eſt bene iudicatum: quia dotes debent remanere in communione ex qua ſuſtineri debent onera matrimonii ſi deberet diuidi ſocietas, tunc eſſet bene iudicatum: quia ex quo diſſoluta ſocietate maritus quilibet tenetur ſuſtinere onera matrimonii ſui, vt diximus, ſequitur quod debet etiam habere dotem. Sed ſi diſſolutum eſt matrimonium & dos, non acquiritur marito, ſed alteri, & tunc ſiue duret ſocietas & fraternitas, ſiue diuidatur, debent dotes de cumulo ſocietatis deduci tanquam æs alienum, *per dictam l. omne æs. ff. pro ſoc. & dicit l. actione. §. fin. in fin. ff. eod. titu.* Et pro hoc caſu eſſet bene iudicatum niſi in caſu quo aliis puta filiis mariti deberet dos reſtitui, & patri acquireretur vſusfructus: quia quantum ad illum vſumfructum non eſſet bene iudicatum, ex quo ille vſusfructus mariti ſocii deberet in communione remanere, vt ſtatim dicetur quando maritus lucratur dotem, & in hoc caſu eſſet male iudicatum. Sed & ſi dos debet remanere penes maritum, quia eam lucratur vel in totum vel in partem ſiue ſocietas duret ſiue diſſolui deberet, ex quo fuit ſocietas expreſſe omnium bonorum, hoc caſu eſſet male iudicatum: quia indiſtincte non poſſet deduci, quia eſſet acquiſita & communicata ſocietati & fraternitati, & ſic non deberet deduci, ſed remanere in communione vel diuidi pro medietate ſi iuridice fieret diuiſio, *ſuper vltimo capite ſententiæ*, dum arbitri condemnauerunt ambas partes in expenſis illius cauſæ ſoluendæ per medietatem inter eos extrahendis de cumulo ſocietatis & fraternitatis prædictæ, dicimus & conſulimus & diffinimus fuiſſe & eſſe bene iudicatum, quia vterque fuit victor & victrix, & hac eadem ratione dicimus & terminamus & diffinimus, quod expenſæ, quæ legitime factæ ſunt in hac cauſa appellationis, ſolui debeant æqualiter per dictas partes quæ extrahi debeant de cumulo ſocietatis & fraternitatis & vnionis, *iuxta nota. in l. properandum. §. ſin autem. C. de iudic. & in auth. generaliter. C. de Epiſc. & cle. cum ſimilib.*

Et ita vt ſupraſcriptum eſt dicimus conſulimus & diffinimus nos collegium Iuris vtriuſque Doctorum Veronenſe, & ad fidem præmiſſorum ego Antonius Banda legum Doctor, & prior dicti collegii me propria manu pro dicto collegio ſubſcripſi. Et ſigillo noſtri collegii Veronenſis conſueto ſigillaui ad laudem omnipotentis Dei & Virginis Mariæ ac beati Zenonis confeſſoris protectoris noſtri.

Et ita, vt ſupra conſultum & diffinitum eſt, conſuluerunt & diffinierunt ac conſulunt & diffiniunt eximii ac clariſſimi Iuris vtriuſque Doctores ſacri collegii Veronæ, in quorum fidem mandauerunt prædicta ſcribi ac ſigillo dicti collegii communiri, & ego Clemens de Cuchalmago de Verõna ciuis publicus imperiali auctoritate notarius & iudex ordinarius, & ad præſens notarius dicti collegii de mandato dictorum Dominorum dicti collegii hic me ſubſcripſi & ſignum meum conſuetum appoſui Anno natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. 1457.

CONSIL. XLII.

SVMMARIA.

1 *Societas fraterna nulla verborum expreſſione inita ex actibus eſt determinanda.*

2 *Societas in dubio contracta præſumitur ſecundum conditionem perſonarum facta.*

3 *Verbum ſimpliciter prolatum qualiter ſit in dubio intelligendum.*

4 *Cauſa naturalis potentior eſt accidentali quapropter eſt in dubio præferenda.*

5 *Societate inter fratres vt fratres contracta nulla alia ratione expreſſa, qua dicantur bona communicaſſe.*

6 *Societas omnium bonorum non præſumitur nec cenſetur contracta, niſi ſpecialiter & expreſſe dicatur.*

IN CHRISTI nomine amen. Caſus, ſuper quo conſilium petitur, ad me tranſmiſſus per prudentem virum Dominum Bartholomæum de Polentis, eſt in terminis, qui ſequitur: Titius & Sempronius artem exercentes militarem & fratres vtrinque coniuncti, quorum alter antequam conuenirent in vnum, quia prius erant diuiſi, adeptus eſt quandam poſſeſſionem ex propriis denariis ſuis, conuenerunt in vnum nulla mentione inter eos habita, quid communicare vellent, vtrum arma & equos ſolum, an vero omnia mobilia & immobilia, in eaque communione ſteterunt pluribus annis, fructuſque ex dicta poſſeſſione adepta dicamus per Sempronium, ſemper in communem vſum & vtilitatem conuertendo, ipſamque poſſeſſionem communiter & communibus expenſis colendo & laborando, in ipſaq; communiter habitando, & libellum dictæ poſſeſſionis communiter ſoluendo libellaria, demum ambobus placuit bona ſua & communionem diuidere, interque eos plura dubia oriuntur Sempronio dicente dictam poſſeſſionem per eam adeptam debite fore ſibi præcipuam, cum intelligantur eſſe coniuncti vt armigeri, non autem vt fratres, in qua conuentione non intelliguntur communicata immobilia, antequam vnirentur communicata, Titio vero contradicente dictam poſſeſſionem rectam immobilia per eos adepta in d. communione veniſſe, cum intelligantur eſſe vt fratres vniti, non autem vt ar-

vt armigeri, & caſu quo dictus Sempronius velit dictam poſſeſſionem præcipuam, quod vult & intendit ipſe Titius petere melioramenta per ipſum, quantum eſt pro parte ſua in dicta poſſeſſione facta.

Item inteudit habere præcipuum omne argentum quod habet ipſe Titius antequam communicarentur arma. Ex quibus de quibuſdam dubitari contingit, & primo vtrum dicti Tirius & Sempronius armigeri & fratres intelligãtur vniti & fratres, quæque boua ſimiliter intelligantur communicaſſe.

Tertio, ſi vt amigeri intelliguntur vniti, quæ bona ſimiliter intelligantur communicaſſe.

Quarto, vtrum Titius poſſit melioramenta facta in dicta poſſeſſione Sempronii petere, non obſtante quod dicta fuerit poſſeſſione gauiſus, vna cum fratre & an Sempronius poſſit petere fictum dictæ poſſeſſionis à Titio, eo caſu quo melioramenta poſſint peri per Titium.

1 Circa † primum dubium, vtrum dicti Titius & Sempronius armgeri & fratres intelligantur vniti & fratres, an vero vt armigeri, videtur primo dicendum, quod vt armigeri intelligantur fuiſſe vniti, & pro intelligentia præmitto, quod ex quo voluntas dictorum fratrum armigerorum non conſtat expreſſe per verba eorum, quia quantum ad hoc non apparent aliqua certa verba interueniſſe, vt in caſu præſupponitur, opus eſt recurrere ad qualitatem actuum, & ex ipſis diiudicare quid ſenſerit, quia voluntas facto datur intelligi, *l. reprebend. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condit. fact. & in §. ſeruos. Inſtit. de rerum diuiſ.* & talis mens eſſe præſumatur qualis ex actibus intelligi poteſt, *vt l. duo fratres, ff. de acquirend. hered. & l. 1. §. Iul. ff. de itin. actuque priuat.* hoc præmiſſo ſic agitur, ſicuti ex verbis voluntas datur intelligi, ita ex facto, *vt l. de quibus, ff. de legibus, & l. ſi tamen, §. ei qui. ff. de ædil. edict.* facit ad hoc, quod ego ibi ſcripſi, & quod ad præſumendam voluntatem contrahentium ita cognoſcitur voluntas per actum facti, ſicut per actum verborum, vt in dictis iuribus. Sed ego habeo, quod verba ſimpliciter prolata, in dubio intelliguntur ſecundum qualitatem & conditionem perſonæ, *vt l. plenum, §. equitij, ff. de vſu & hab. & l. ſed & ſi quid, §. mancipiorum & quod*
2 *ibi not. Florian. ff. de vſufruct. cum ſimilibus.* † ergo eodem modo facta in dubio intelliguntur eſſe facta ſecundum conditionem perſonarum, ſcilicet militarium in caſu noſtro, ergo pro hoc videtur caſus quaſi in terminis, *in l. ex militari. in princ. ff. de teſtam. milit. & in l. ſi quis filio exhæredato, §. irritum, ff. de iniuſt. & irrito teſtam.* in quibus dicitur, quod ſi militi damnato conceditur vt ſupra bonis Caſtrenſibus poſſit teſtari, nec dicitur an iure communi, & ſic tanquam Tirio, an militari & ſic tanquam militi, & in dubio intelligitur iure militari, & ſic tanquam militi propter conditionem perſonæ ſuæ, quæ in hoc attenditur. *Et ideo dixit Bald. & Angel. in dicta l. ex militari. in princ.* quod ſi Papa concedit Epiſcopo vt celebrare poſſit miſſam tempore interdicto, intelligitur permiſſum vt celebret vt Epiſcopus, & in pontificalibus conſtitutis, & pro his facit, *quod not. Dyn. in cap. ea quæ à iure communi. de regul. iur. libr. 6. & quod not. Bart. in l. Lucius in 3. colum. verſic. quomodo pone quod teſtator habebat ibi, ſtud idem tenet Rayn. ff. de vulgar. & pup. & quod not. Bart. in l. 1. in pen. q. C. de leg. & in l. 1. verſ. ſed pone quod teſtator, C. de verb. ſign.* In contrarium vi-
3 detur; quod vt fratres intelligantur vniti, † quia verbum ſimpliciter prolatum, in dubio intelligitur ſecundum ſuam naturam non ſecundum caſum accidentalem, vt ſtatim probabo, ergo. Nam quod filii & fratres ſint vniti vt fratres, eſt ſecundum ſuam naturam, ergo hoc præſumendum: ſed ſi intelligerentur vniti, vt armigeri, eſſent ſecundum caſum accidentalem, de quo in dubio non intelligitur. Et pro hoc facit quod cõſuluit Dominus Ioannes Calderi. qui dixit quod legitimatus non facit euaneſcere ſubſtitutionem factam ſi deceſſerit ſine filiis legitimis: quia intelligitur de filiis legitimis ſcilicet naturaliter, & non accidentaliter ſcilicet per legitimationem, *de quo habetur per Ant. de Butr. Zab. & Iac. de Zochis, & Doctor. in c. per venerabilem, §. 1. extra qui filij ſint legi. & per gl. & Doct. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus eſt. ff. ad Treb.*

Item, ſi ſtipulatio fit in cauſa mortis, de naturali intelligitur, nõ de ciuili & ſic accidentali, *l. ex ea parte, §. inſulam, ff. de verb. oblig. & quod not in c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6.*

Item, pro hoc facit, quia verba abſolute prolata, intelliguntur de eo quod eſt ſimpliciter tale, non autem de eo quod eſt ſecundum quid, *vt probatur in l. ſi ſpadonem, §. qui accepit. & ibi hoc not. Bal. de excuſ. tut.* Vnde intelligendo quod ſint vniti vt fratres, intelliguntur vniti ſimpliciter. Nam ſi intelligerentur vniti vt armigeri, intelligerentur vniti ſecundum quid, quod in dubio non præſumitur.

Item, pro hoc facit: quia cum de legitima ætate mentio fit, de naturali intelligendum eſt, non de ea quæ beneficio imperiali ſuppletur, *vt l. fin. C. de his qui ve. æta. impe.*

Item, quia naturalis cauſa attendenda eſt, non accidentalis, *vt dixi ſupra in princ. pro hac parte vt eſt caſus in l. qui habebat. ff. de tut. qui hoc optime probat, & ibi not. facit & l. verum, §. fin. ff. de mina. & quod not. Bald. in l. ſi*
4 *infanti. in 5. col. ad fin. C. de iure delib.* † vbi dicit, quod cauſa naturalis eſt potentior accidentali, ergo illa eſt præferenda in dubio, *l. quære hermaphroditus, ff. de ſtat. hom. cum ſim.*

Item, pro hac parte videtur text. decidere hanc quæſt. *in l. tutor petitus. §. qui tutoribus, ff. de execut. tut.* qui vult, quod ſi pater relinquit filium ſuum tutorem aliorum filiorum ſuorum, & dicto filio aliquid leget, videatur legaſſe filio vt filio, non autem filio vt tutori: quia videtur promeruiſſe vt filius, non vt tutor, licet ſecus ſit in extraneo tutore, *vt ibi, & per illum text. dixit Bald. in authen. ſimiliter, Cod. ad l. Falcid.* quod ſi pater donat filio monacho, hic concurrunt duo, vnum quia eſt monachus, ergo pauper, cum nihil habeat proprium, & monaſterium habetur loco pauperum. Et alius, qui eſt de ſanguine. Vnde videtur potius relictum contemplatione ſanguinis, *vt in dicto §. qui tutoribus, vt eſt text. in cap. requiſiſti, §. ſi vero relinquatur, extra de teſtam.* quia in dubio videtur relictum naturali cauſa inſpecta, *vt d. l.*

qui

qui habet. ff. de tut. præterea quod intelligantur vniti tanquam fratres, non tanquam armigeri, probatur: quia primo fuerant vniti tanquam fratres, & poſtea ſeparati. Vnde ſi iterum vniantur, videntur vniti vt primo: quia res facilius reuertitur ad ſuam naturam, qoam ad aliam, *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſic. quod in ſpecie. ff. de pactis & probatur 35. dicto capit. ab exordio* Nam actus faciliter reuertitur ad habitum, *ſecundum no. in cap. nouit, extra de iudiciis, & in c. paſtoralis, extra de reſcri. cum ſimil.*

Præterea hoc probatur expreſſe. Nam in incertis non certis locus eſt coniecturæ, *l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig. & l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de l. 3. cum ſimilib.*

Sed in caſu noſtro non ſumos in incerto, ſed certo, qood patet, quia præmittitur in caſu prædicto mihi tranſmiſſo, quod dicti fratres multa bona communicauerunt, videlicet quod fructus dictæ puſſeſſiouis per Semptonium acquiſitæ fuerunt communicati, ac etiam ipſam poſſeſſionem communibus expenſis coluerunt & laborauerunt, & libellum dictę poſſeſſionis communiter ſoluerunt: quia eſt libellaria, eamque poſſeſſionem habitauerunt.

Vnde cum prædicta non ſint ſtipendia neqoe res militares, ſed ſint bona paganica & non caſtrenſia, quæ tamen reſpectu vſus & fructuum fuerunt communicata, appatet manifeſte quod ſteterint vniti non tanquam milites: quia illa poſſeſſio non fuiſſet reſpectu habitationis & vſus communicata, ſicut fuit: ſed tanquam fratres, vt prius erant, cenſentur fuiſſe vniti. Et iſta pars videtur mihi verior.

Vnde non obſtat quod dixi ſupra in contrarium: quia verba in dubio intelliguntur ſecundum conditionem perſonæ: quia illud procedit quando ſumus in caſu dubio: ſed hic ſumus in caſu certo quia etiam voluerunt commonicata etiam bona non caſtrenſia vt dixi, ergo ſeqoitur quod non poteſt ſolom intelligi ſecundum ſuam militatem per prædicta, *nec etiam obſtat d. l. ex militari, cum ſimil.* quia etiam ibi erat in caſu dubio, quia permiſſum erat militi vt poſſet teſtati de boois caſtrenſibus quæ ſolum militibus coouenìunt, ergo, poſſet etiam aliter reſpouderi vt colligitur ex argumentis ſupra deductis qnod breuitatis cauſa omitto: quia etiam de ſe ſatis patet manifeſte.

5 Circa † ſecundom, poſito quod vt fratres intelligantur vniti, vt dixi, quæ bona intelligantur inter ipſos communicaſſe, & ad hoc breuiter reſpondetur, quod omnia bona videntur communicaſſe quibus dicti fratres communiter vſi ſunt, ſiue ſint bona militaria, ſiue paganica, id eſt, non militaria: quia in [illegible]s omnibus, quibus dicti fratres communiter vixerunt & vſi ſunt, videntur eſſe facta vnio ſiue ſocietas, *iuxta ea quæ habentur per Barto. in l. Titium aut Mæuium. §. altero. ff. de admi. tu. & in l. ſi patruus, C. communia vtri. iudic. & per Bartol. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de iti. actuque priua. & per Bald. & Barth. in ſuo tractat. de duob. fratrib.* vnde ſi eſſent aliqua bona dictorum fratrum vel alicuius eorum, quibus non eſſent communiter vſi, diceretur eſſe facta ſine contractu ſocietatis in illis reſpectu proprietatis, nec etiam reſpectu fructuum, quod enim ex actibus pendet, ex actibus limitatur, & talis mens præſumitur, eſſe qualis ex actibus intelligi poteſt, *vt l. de quibus. ff. de legibus & dicta l. 1. §. Iul. ff. de iti. actu-*
6 *quo priuat. & not. in locis præal.* maxime † qoia ſocietas omnium bonorum non videtur eſſe contracta niſi ſpecialiter & expreſſe dictum ſit, *& eſt text. cum gloſſ. in l. 4. §. 1. pro ſocio.* Sed dubium eſt, poſito quod omnia bona, quibus vſi ſunt communiter, videantur communicata, in quo videantur communicata, an reſpectu proprietatis, an vero reſpectu fructuum, lucri, & qoæſtus, & certe videtur qood reſpectu fructuum, lucri, & quæſtus tantum videatur eſſe contracta ſocietas, non autem reſpectu proprietatis, *vt eſt text. in l. coire ſocietatem, cum ſex legibus ſeq. ff. pro ſoc. & hoc videtur tenere Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de iti. actuq. priu. & in l. Titium & Mæuium. §. alteri. ff. de admi. tu. & in l. ſi patruus, & ibi per Docto. C. commu. vtriuſque iud.* maxime cum non conſtent mihi ex narratione caſus, quod voluerint omnia communicare, & præſertim illam poſſeſſionem quo ad proprietatem, ſed ſolum quo ad vſum, & quo ad fructus, lucra, & quæſtus, *vt dixi.* Et ex iſtis ſequitur quod proprietas dictæ poſſeſſionis acquiſitæ per Sempronium non videtur communicata, ſed remanet propria ipſius Semprooii.

Item, ex iſtis ſequitur, quod argentum, quod habebat ipſe Titius antequam vnirentur, eſt ipſius Titii.

Item, ex iſtis etiam ſequitur, quod non eſt neceſſaria deciſio ſupraſcripta Titii dobii principalis.

Circa vltimum videtur, quod Titius poſſit petere melioramenta facta in dicta poſſeſſione de fructibus, redditibus, lucro, vel quæſtu vtriuſqoe partis, pro dimidia tamen, *vt not. Bart. in l. Titium aut Mæuium. §. altero. in fin. ff. de admi. tuto. per l. ſi non fuerit. in princip. ff. pro ſocio.* Nec etiam poſſet Sempronius à dicto Titio petere fictum dictæ poſſeſſionis pro tempore quo ſtetit & habitauit in ea dictus Titios: quia hæc omnia videntur eſſe communicata, *vt probatur in capit. ſi duo fratres in eodem caſu in verſic. fructus tamen, de duob. fratrib. de nouo benefic. inueſtitur. in vſibus feudo.* vbi dicitur eſſe caſus de hoc, & quod none reſtare de dictis ſtuctibus redditibus locro & quæſtu ipſorum fratrum reperitur, debet inter eos æqualiter diuidi, *per dictam l. ſi non fuerit, in princip. ff. pro ſocio. & ſ. dixi,* quia de his omnibus tantom videtur eſſe contracta ſocietas, per ea quæ dixi ſupra in ſecundo dubio principali, neque io hoc neque in præmiſſis conſiderandum eſt quod vnus dictorum fratrum plus expenderit, vel plus lucratus fuerit, quia in tali generali ſocietate hoc non attenditur, ſed omnia ſunt æqualiter diuidenda, *vt dicit Bal. nota. in tractatu de duobus fratribus. in princ. 6. colum. ſine verſic. quod autem dicit Bart. quod ſocietas, &c.*

Et ita, vt ſupra ſcriptum eſt, dico & conſolo iuris eſſe ego Bartholomæus Cæpolla de Verona Iuris vtriuſque Doctor, &c.

CON-

CONSIL. XLIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum in dubio debet interpretari ſecundum ius commune.*

2 *Agnati dicuntur de iure ciuili vſque ad decimum gradum, de iure canonico ad quintum.*

3 *Ad cõſanguinitatem vel agnationem inter duos in certo gradu probandam, requiruntur ad quemlibet gradum probandum duo teſtes.*

4 *In dubio quis agnatus ſit, non poteſt deponi.*

5 *Vendicatio actio eſt realis, non perſonalis.*

6 *In duobus caſibus agnati vel cohærentes habent terminum vnius anni tantum ad præſentandum.*

7 *Publica vox & fama de aliquo facto affirmatiuo, in dubio non facit ignorantiam: ſicut contra de facto negatiuo ignorantiam gignit.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Clariſſime & Excellentiſſime Domine Vicarie dubia noſtra, quæ faciunt contra ſpectabilem equitem: Dn. Ioannem de Orſato Iuniorem, ſunt huiuſmodi Dn. Andreas de Bonromæis intenta condictione ex lege municipali Paduæ de præſentatione loquentis tanquam perſona coniuncta volendo vendicari poſſeſſionem emptam per d.D. Ioannem facto prius depoſito. Et dico quod duo neceſſaria habet facere: Primũ quod realiter ipſe D. Andreas deponat pretium, & iſtud fecit, vt conſtat de venditione & pretio depoſito in actis notarii cauſæ.

Secundum, quod probet ſe eſſe in gradu coniunctionis ſeu agnationis ſecũdum dictam legem municipalem, & dicit quod hoc probatum eſt, *per text. iuxta not. in l. filium, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.*

Ex quibus concluditur quod videtur eſſe probata intentio ipſius Domini Andreæ. Ego autem his dubiis noſtris ſapientiſſime formatis non obſtantibus, teneo quod nullo modo dictus Dominus Andreas probauerit ea quæ ſunt neceſſaria in hoc iudicio tam ex perſona ipſius agentis, quam ex perſona Dom. Ioannis conuenti, imo plus dico, quod Dominus Ioannes probauit ius præſentandi non competere dicto D. Andreæ, etiam ſi eſſet verus agnatus ſecundum formam ſtatuti. Et primo principaliter non probauit D. Andreas legitimationem perſonæ ſuæ neq; etiam capitulauit, ergo debet ſuccumbere. *l. qua ætate. ff. de teſtib. & l. non ignorat. C. qui accuſare non poſſunt cum ſimilibus*, quod autem non probauerit, ſed quod ipſe non capitulauit neque probauit in quo gradu ſit agnatus dicti Philippi & Caroli de Bonromæis, ſed ſolum capitulauit & probauit ſe eſſe agnatum & de familia ipſorum de Bonromæis.

1 † Sed ſtatutum quod loquitur de attinentibus per lineam agnatorum vt poſſit præſentare, intelligitur de agnatis vſque ad decimum gradum, tantum de iure ciuili, & non vltra, nam illud ſtatutum in dubio debet interpretari ſecundum ius commune, *l. ſi ſerui. C. de noxal. Et not. gloſſ. & Doctor. in l. final. §. in computatione, C. de iure deliber. & per Bartol. & Doctor. in l. 1. §. lex Falcid. ff. ad legem Falcidiam, & in l. 1. ff. de mune. & honor. & per Canoniſtas in c. cum dilectus, extra de conſuet. & de iure ciuili, vt eſt textus Inſtitut. de ſucceſſ. agna. §. final. & not. Inſtitut. de gradibus, in §. qui incipit propter duas rationes, & not. gloſſ. in l. Iuriſconſultus, §. parenti. in gloſſ. magna, in fin. ff. de gradibus & ibi hoc not. etiam Alberic. de Roſato, & not. gloſſ. in auth. de hæred. quæ ab inteſta. defer. §. ſi vero neque fratres, in gloſſ. quæ incipit: Sed vſque ad quem gradum, & eſt gloſſ. in authen. in ſucceſſione, C. de ſuis & legit. & not. gloſſ. in l. certum, C. vnde legi. & ibi Doctor. hoc tenent, & per Hoſt. in ſumma de conſangui. & affin. §. vſque ad quem gradum, verſic. vlt.* ergo ſequitur, quod dictum ſtatutũ de præſentatione agnatorum cum intelligatur ſecundum commune, debet intelligi de agnatis vſq; ad decimum gradum tantum de iure ciuili.

Iſtud etiam probatur ratione. Nam ſtatutum illud in præſentando minus diligit attinentes venditoris, quam ius commune, quia ius commune ab inteſtato vocat ad ſuccedendum ita agnatos ſicut cognatos, *vt in auth. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. nullam, & auth. poſt fratres, C. de legit. hæred. cum ſim.* & vocatur pariter cum agnatis hodie vſque ad decimum gradum, *vt not. gl. in d. l. certum, C. vnde cogna. & auth. in ſucceſſ. C. de ſuis & legit. & auth. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. ſi vero neq; fratres.*

Sed dictum ſtatutum vocat ſolum ad ius præſentandi attinentes venditoris ex linea agnatorum, vt dixi: ergo ſi ſtatutum minus diligit attinentes venditoris in præſentando, quam ius commune in ſuccedendo, & in aliis, & ius commune ſolum vocat agnatos & agnatos vſque ad decimum gradum, dicendum eſt quod ſtatutum illud in caſu quo loquitur, non debet extendi iuxta ius commune, & ſic vltra decimum gradum, *arg. Publius, & Mauius. §. 1. & ibi vt amplius ad ſubſtitutos, & ibi ſed non eſt veriſimile vt maturius, ff. de condit. & demonſt. arg. l. 1. cum ibi not. C. de impub. & aliis ſubſtitut.* quia ſi aliter diceremus, ſequeretur quod ſtatutũ diligeret plus illos qui proceſſerint ex linea agnatorum vltra ad decimum gradum, quam qui vere ſunt attinentes, & iure ciuili vocantur, quod non eſt dicendum, quia eſſent tunc melioris conditionis illi, qui non vocantur agnati vel cognati, quam illi qui vere eſſent cognati, quod eſt, *contra text. in §. fin. Inſtitut. de ſucceſſ. cogna.* Nec obſtat ſi dicatur iſtud eſt factum fauore cognatorum, vt familiæ agnatorum melius conſeruentur & amplificentur, *argum. l. 1. in fin. ff. de vend. inſpic.* Et propter illud ſtatutum dicitur eſſe fauore publicæ vtilitatis, *argum. l. 2. §. ab eo. Et ibi hoc not. Bartol. C. de debito. ciuita. libr. 11.* Et ideo videtur quod debent late interpretari & intelligi de quocunque agnato etiam vltra decimum gradum de iure ciuili, *per nota.*
2 *in l. maximum vitium, C. de lib. præteriti.* † Quia reſpondetur, quod agnati non dicuntur niſi vſque ad decimum gradum de iure ciuili, *vt ſupra dixi*, vel de iure canonico vſque ad quintum, *vt habetur in c. non debet, extra de conſanguini. & affin.* vnde cum vltra decimum gradum non ſint agnati, merito ſtatutum loquens de agnatis, non intelligitur de illis qui ſunt vltra decimum gradum, ex quo vere non ſunt agnati, vbi enim non conueniunt verba ſtatuti, ibi nec conuenit ſtatuti diſpoſitio, *l. hos accuſare, §. omnibus, ff.*

de accu-

de accuſat.& l.3.§.toties.& ibi Bartol.ff.de dam.infe. cum
ſimilibus. Et ideo cum ſtatutum loquatur de agna-
tis, vt vltra decimum gradum non ſint agnati, con-
cludendnm eſt, quod ſtatutum intelligitur de illis
qui ſunt vltra decimum gradum. Nec obſtat quod
illnd ſtatutum loquitur ſimpliciter de agnatis, ergo
debet [illegible] ſimpliciter & indiſtincte de omni-
bus agnatis in infinitum, *argum.l.1. §.generaliter. ff. de*
legat.præſtan. & 19. diſt. capit. ſi Romanorum. cum ſimili-
bus. quia patet reſponſio per prædicta, & maxime
cum tale ſtatutum ſit contrà ius commune.*l.dudum.*
C.de contrahen. empt.coniuncta l.nec omni. C. de iure deli-
be. ergo in dubio non debet interpretari, vt exten-
datur vltra ius commune *per notat. per gloſſ. in d.l. fin.*
§. in computatione. C. de iure deliber. & in l. ſi ſerui noſtri,
C.de noxal.& notat.in l.ſciendum. ff. qui ſatiſdar. cogant.
& eſt optima gloſſ.de hoc in Authen.de hered. quæ ab inte-
ſtat. defer. in princ. in gl. 2. quæ incipit, ſcilicet quæ contra
hanc legem. vnde ex iſtis concluditur [illegible] cum hoc
ſtatutum, qnod loquitur de agnatis, intelligatur de
illis qui ſunt vſque ad decimum gradum de iure ci-
uili, & non de illis qui ſunt vltra decimum gradum,
ſequitur, cum Dn. Andreas non probauit ſe eſſe a-
gnatum intra decimum gradum quod debet ſuc-
cumbere, ex quo iſta qualitas agnationis eſt funda-
mentum ſuæ intentionis, *per notat. per Bartol. in l. in*
illa ſtipulatione ſi Kalendis. ff. de verb. obligat. Nec ob-
ſtat ſi dicatur, imo eſt probatum per duos teſtes, vi-
delicet per Ser Ludouicum olim Ser Franciſci de S.
Miniato, & per Ser Chriſtophorum, Ser Pauli de S.
Miniato, qui videtur deponere, quod ipſe Dn. An-
dreas & D.Anton. de Bonromæis fuerunt filii duo-
rum fratrum patruelinm, & ſic eſt in ſeptimo gradn
agnationis connentus cum dictis Philippo, & Ca-
rolo de Bonromæis, quia dico quod imo hoc non
3 eſt probatum. † Nam ad hoc vt probetur conſan-
guinitas vel agnatio inter duos in certo gradu, eſt
neceſſarium qnod quilibet gradus probetur per
duos teſtes, *vt notat. Innoc. in cap. ſeries. extra de teſti.*
& Bald. in l.1. C. de teſtam. ſed iſtos gradus non pro-
bauit Dn. Andreas, quia Ser Ludouicus dicit ſo-
lummodo, quod Dominus Antonius de Bonro-
mæis fuit natus ex Dn. Bonromæo, & Dn. Andreas
ex Ser Bonromæo Iacobi, nam per hoc non ſequi-
tur, ergo fuerunt filii duorum fratrum patruelium,
debebat enim teſtis ille deponere, quod pater Dn.
Antonii, & pater Dn. Andreæ fuiſſent filii duorum
fratrum, cum ergo hoc non dixerit non probat per
prædicta. Præterea nnn probat ex alio capite, quia
interrogatus ſi intelligit quid ſit agnatus, reſpõdit,
quia ſic dicitur, quia naſcitur ex linea fœminina,
quod eſt falſum, *vt Inſtit. de legit. agnato. ſucceſſio. Et In-*
4 *ſtit. de legit. agnato. tutel. in principio.* † Et ideo cum
neſciat quis ſit agnatus, non poteſt deponere, quod
ipſe Andreas ſit agnatus dictorum Philippi, & Ia-
cobi: maxime cum nõ deponat tale factum, ex quo
de neceſſitate reſultet, qnod ſint agnati *per notat. per*
Bartol.& Doctores. in l.1. ff. ſi cert. peta. item Ser Chri-
ſtophorus etiam non probat, quia ſimpliciter dicit,
qnod Dn. Anto de Bonromæis, & Dn. Andreas te-
nentur & reputantur in terra ſancti Miniati, quod
ſint nati ex duobus fratribus conſobrinis, nec de-
clarat gradus, id eſt, eorum parentes & ciues, ſicut
requiritur, *vt dixi ſecundum Innoc. in d. cap. ſeries. extra*
de teſti.& Bald. in l.1. C. de teſta. Et ex prædictis omni-
bus concluditur reſponſio ad vnum dubium ve-
ſtrum, dum dicitis, quod ſufficienter videtur eſſe
approbata agnatio Dn. Andreæ. Nam ex prædictis
apparet, quod licet ſit probatum, qnod ſit coniun-
ctus ex linea agnatorum circa decimum gradum,
ſicut ſtatutum requirit, vt ſupra probatum eſt, ergo
debet ſuccumbere, ex quo iſtud erat fundamẽtum
ſuæ intentionis, *vt eleganter not. Bart. in l. in illa ſtipu-*
latione ſi Kalen. ff. de verb. oblig. & ſupra dixi Et præſer-
tim hoc verum eſt, cum prædictum ſtatutum non
fuit confirmatum ſimpliciter per Illuſt. Duc. D. Ve-
netiarum ſed ſub hac forma videlicet. Reſponde-
mus quod de ſtatuto de præſentatione propinquo-
rum, & cohærentium ſeruetur conſuetudo ſolita,
& ideo eum conſuetudo ſit facti. *l. de quibus. ff. de legi.* 2
& poſſit eſſe quod conſuetudo ſolita fuerit & in-
telligatur de agnatis vſque ad decimum gradum
tantum, & non vltra &c. in dubio eſt præſumen-
dum, per prædicta ſequitur quod ex quo pro parte
Dn. Andreæ non eſt probatum quod conſuetudo
ſolita fuerit ante confirmationem, vt illi qui ex a-
gnatorum familia deſcendunt etiam vltra decimũ
gradum fuerint admiſſi ex conſuetudine ad præ-
ſentandum, vel quod ipſe Dominus Andreas ſit a-
gnatus intra decimum gradum debet ſuccumbere
per prædicta, imo plus alias ego conſului propter
dictam confirmationem, quod non ſufficeret e-
tiam probare ſe eſſe agnatum intra decimũ gradum
& probare venditionem & deponere pretium ve-
rum dictæ venditionis, quia Illuſtriſſimum Domi-
nium Duc. Venetiarum noluit, vt dixi, ſimpliciter
dictum ſtatutum confirmare, ſed ſecundum con-
ſuetudinem ſolitam, & ideo volentibus præſent[illegible]re
in caſu dicti ſtatuti eſſet opus, quod capitularent &
probarent quod ante dictam confirmationem erat
conſuetudo ſolita quod agnati vſque ad talem gra-
dum poſſent præſentare facta fide de depoſito &
venditione, prout in ſtatuto cõtinetur, maxime per
rationem præcedentem.

Secundo principaliter dictus Dn. Andreas non
probauit ea quæ ſibi incumbebant ex parte con-
uenti ſcilicet ipſius Dn. Ioannis. Nam ipſe Dn. An-
dreas, ex quo agitur contra D. Ioannem de Orſatis
tenebatur probare, quod ipſe Dn. Ioannes teneret
& poſſideret dictas petias terræ petitas, quia actio
quæ competit ex dicto ſtatuto agnati venditoris
non eſt actio perſonalis proprie, ex quo nullus con-
tractus vel quaſi interuenit inter ipſum Dn. Ioan-
nem, & Dn. Andream, *vt Inſtit. de actio. §.1 & ibi not.*
& patet etiam ex ſtatuto. circa principium ibi dum dicit,
poſſit dato eodem pretio vendicare talem renun-
tiationem, &c. & patet etiam ex libello D. Andreæ
ibi, dum dicit, quod vult & intendit dictas poſſeſ-
ſiones vendicare, &c. Item, ex dubiis noſtris in prin-
cipio dum dicitis in principio quod Dn. Andreas
intentat condictionem ex lege municipali volendo
5 vendicare. † nam vendicatio non eſt actio perſo-
nalis, ſed realis, *vt probatur in rub. & in toto tit. ff. & C.*
de rei vend. & in l. vend. ff. de euict. cum ſimil. Et ideo eum

non poſſit agnatus vendicare, debuit agere contra poſſidentem vel detinentem, & non contra alium *l. officium. ff. de rei vendicat. & l. 1. Cod. de alien. indic. mun. cauſa facta.* Et propterea cum ipſe non probauerit quod Dominus Ioannes Orſatus poſſideat vel detineat, debet abſolui per dicta iura, vere tamen dicendum eſt, quod dicta actio, quæ competeret agnato vel vicino vigore dicti ſtatuti, non eſt proprie perſonalis tantum, vel realis tantum; ſed eſt in rem ſcripta, id eſt, perſonalis ſcripta in rem. Nam quod ſit perſonalis, patet, quia ex ſtatuto oritur condictio ex ſtatuto, *vt l. prima cum ibi notatis. ff. de condict. ex lege.* Et omnis condictio eſt actus perſonalis, *vt Inſtitution. de action. §. ſic itaque & nota. gloſſ. in l. ceſſat. ff. de action. & obligat.* Item hoc etiam probatur in dicto ſtatuto, ibi dum dicit, *& teneatur quilibet de cætero emat, vel in ſolutum modo aliquo accipiat, vendere, dare, & tradere cuicunque ex agnatis venditoris, &c.* per quæ verba inducitur obligatio perſonalis ex ſtatuto, *vt habetur Inſtitution. de action. §. omnium.* Item dicta actio eſt etiam realis, & ſequitur poſſeſſorem, quia dicitur in eodem ſtatuto quod agnatus poſſit vendicare à quocunque emptore. Ergo eſt in rem ſcripta, *vt probatur in l. 3. §. 1. cum gloſſ. ff. de exhibend.* cum ergo iſta actio ſit in rem ſcripta, ſequitur quod non poteſt intentari niſi contra poſſidentem, *vt not. in dicta l. 3. §. 1. ad exhibend. Et notat Barto. in l. ſi tertius. §. ſi prius. ff. de aqua pluuia arcen. & not. in l. fin. Cod. vbi in rem actio.* Et ideo cum Dominus Andreas non probauerit Dominum Orſatum poſſidere, debet Dominus Ioannes abſolui, *per dict. l. officium. ff. de rei vend. & per l. 1. C. de alie. indi. mu. cauſa facta. & in l. 3. §. fin. ff. ad exhib. & per not. per gloſſ. in d. l. §. 1. & per Bart. in d. §. ſi prius.*

Tertio principaliter poſito quod Dominus Andreas probaſſet agnationem & conſuetudinem ſolitam, & Dominum Ioannem poſſidere, tamen adhuc dico ex parte Domini Ioannis Orſati probata ſunt duo ex quibus indiſtincte debet abſolui à petitione dicti Domini Ioannis alias Andreæ. Nam actio ſeu ius petendi proueniens ex dicto ſtatuto regulariter durat triginta annos, *per l. 2. C. de conſtitut. pecu. cum ſimilibus.* Tamen in duobus caſibus durat tantum annũ. Nam Illuſtriſſimũ Dominium Duc. Venetiarum quãdo confirmauit dictum ſtatutum, addidit hæc verba. *Cum hoc quod abſentes à diſtrictu Paduæ, & hi, quibus per ignorantiam non fuiſſet factum cognitum vnius anni, habeant terminum ad præſentandum,* quæ verba ſtatuti ſecundum verum intellectum & clarum, prout alias plenius conſului, vo-
6 lunt, † quod in duobus caſibus agnati vel cohærentes habeant terminum vnius anni tantum ad præſentandum.

Primus eſt quando agnatus vel cohærens tempore cognitionis fuiſſet abſens à ciuitate & diſtrictu Paduæ, ita quod ei commode potuiſſet per emptorem ſibi denuntiari.

Secundus caſus eſt, quando emptor ignorauit agnatos vel cohærentes venditoris & propter talem ignorantiam nõ potuiſſet eis denuntiare. Nam his duobus caſibus vult Illuſtriſſ. Dom. Ducale Venetia. in dicta confirmatione ſtatuti, *quod vel cohærentes habeant terminum anni tantum ad præſentandum.* Sed in caſu noſtro non conſtat quod tempore venditionis factæ Domino Ioan. Orſato Dominus Andreas eſſet in ciuitate vel in diſtrictu Paduæ, ergo ſi intendit velle habere ius præſentandi poſt annum debuit probare ſe fuiſſe præſentem, videlicet in ciuitate, vel in diſtrictu Paduæ tempore venditionis, ita quod ei potuiſſet commode nuntiari. Et ideo cum hoc ſit fundamentum ſuæ intentionis, videlicet quod poſſit præſentare etiam poſt annum, ſequitur quod ipſe tenebatur probare ſe fuiſſe tunc præſentem, & ſic cum hoc non probauerit, debet ſuccumbere, *per not. per Bart. in ſæpe allegata l. in illa ſtipulatione ſi Calend. ff. de verbor. obligat.* Item eſt probatum, quod tempore dictæ venditionis per plures annos Dominus Ioannes Orſatus ignorauit dictum Dominum Andream fuiſſe & eſſe verum agnatum dictorum Domini Philippi, & Caroli de Bonromæis. Primo præſumptione iuris, *vt l. verius. ff. de probation. & non plene per Bald. in conſtitut. de iure protomiſeos in gl. ſua in verbo ignorantia.*

Item probatur, quod erant publica vox & fama quod non eſſet de vera agnatione, ergo præſumi-
7 tur ignorantia. † quia ſicut quando eſt publica vox & fama de aliquo facto affirmatiuo, quis in dubio non præſumitur ignorare, *vt eſt gloſſ. notabilis in l. ſi inter. C. de peri. tut.* Ita quando eſt publica vox & fama in loco de aliquo facto negatiuo, puta quod aliquis non ſit agnatus, in dubio quis præſumitur ignorare ipſum eſſe agnatum, licet in veritate agnatus ſit, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, *l. 1. §. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & Inſtitut. eodem tit. §. 1. cum ſimilib.*

Præterea, quod veriſimiliter ignorauerit hoc Dominus Ioannes, apparet, quia Dominus Andreas non potuit per teſtes probare in iſta ciuitate Paduæ, quod non eſſet verus agnatus dicto. de Bonromæis, imo vt dixi, eſt probatum per teſtes examinatos Paduæ contrarium, ergo. Præterea ad tollendum omnem dubitationem Dominus Ioannes obtulit ſe iuraturum, quod tempore dictæ emptionis ignorabat quod dictus Dominus Andreas eſſet verus agnatus dictorum de Bonromæis, cui iuramento ſtandum eſt, *vt not. in capit. innotuit. in verbo ignorantia. in fin. extra de electi. per capitulum præſentium, de teſtib. & per capit. paſtoralis. de exceptio. & per capit. vnicum. de ſcrutinio. & ita etiam tenet Bald. in dicta conſtitutione de iure protomiſeos, in gloſſ. in verbo ignorantia.* Et ita alias ego conſului, & maxime in caſu noſtro ſtandum eſſet iuramento ſuo, ex quo non erat certum de agnatione in ciuitate Paduæ, *vt dixi.* Et ex quo etiam fuit notum omnibus aliis agnatis venditorum qui reputabantur agnati. Nam ſatis eſt veriſimile, quod ſicut denuntiauit aliis agnatis, ita etiam denuntiaſſet dicto Dn. Andreæ ſi ſciuiſſet vel credidiſſet ipſum eſſe verum agnatum.

Vnde ex his omnibus concludo, quod licet Dn. Andreas probauerit de venditione & de depoſito per ipſum facto, & ſe eſſe agnatum intra decimum gradum, nec probauit quod Dn. Ioannes Orſatus poſſideat vel detineat illas poſſeſſiones, quod ipſe Dn. Andreas erat præſens tempore dictæ venditionis,

nis, videlicet in Padua vel eius diſtrictu, & D. Ioannes probauit quod tempore dictæ venditionis ignorat dictum D. Andream fuiſſe agnatum, debet abſolui à petitione dicti D. Andreæ non obſtantib. dubiis, de quibus ſupra.

Et ita dico & conſulo ego Bartho. Cæpolla, vt ſupra concluſum eſt.

CONSIL. XLIIII.

SVMMARIA.

1 *Certa forma à lege vel ſtatuto ad aliquem actum tradita non obſeruata, actus redditur nullus.*

2 *Ad probationem alicuius actus, quod ſcilicet vere factus ſit, an ſufficiat confeſſio vnius partis.*

3 *Statutum loquens de aliqua venditione intelligendum eſt de valida.*

4 *Regula, quod quis non poſſit opponere de iure tertij ſi tertius nolit, quo caſu procedat.*

5 *Factum lege permittente pœnam non meretur.*

IN quæſtione de præſentatione vicinorũ. An ſcil. D. Leonellus de Leone potuerit præſentare & iuridice præſentauerit, ita quod poſſit iuxta ſtatutum Paduæ vendicare ſeu auocare domum emptam per dictum D. Bartholomæum à D. Pecino, & quia Dn. Leonellus eſt actor, duo ſunt in proximis examinanda.

Primum, an ille Dom. Leonellus ſeruauerit formam ſtatuti Paduæ de præſentando.

Secundum, poſito quod ſic, quod tamen minime verum eſt, an ſibi petierit ius præſentandi necne.

1 † Circa primum breuiter dicendum eſt, quod ipſe D. Leonellus non ſeruauit formam ſtatuti Paduæ in præſentando, id eſt, in faciendo depoſitum, ergo debet ſuccũbere, quia quoties tradita eſt certa forma à lege, vel ſtatuto, illa non obſeruata actus eſt nullus, *l. cum hi, §. ſi prætor. ff. de tranſact. cum ſimil.* & hoc etiam ſtatutum hoc vult. Quod autem nõ fuerint ſeruata verba ſtatuti forma, probatur ſic apertiſſime, nam ſtatutum requirit quod volens præſtare debeat re vera deponere pretium integre & ſine aliqua exceptione. Et poſtea ſubdit, quod ſi vicinus vel cõſanguineus in dicto termino ſtatuti nõ comparuerit ſeu pretium re vera non depoſuerit, vt ſupra dictum eſt, pro excluſo & nolẽte emere habeatur & beneficio huius ſtatuti non gaudeat vllo modo. Sed dictus D. non depoſuit re vera pretium integre & ſine aliqua exceptione, ergo tam de iure communi, quam ex forma ſtatuti habetur perinde, ac ſi non depoſuiſſet & beneficio ſtatuti gaudere non debet. Et quod non depoſuerit vere pretium integre & ſine aliqua exceptione probatur ſic. Nam ipſi D. Leonello agenti vigore dicti depoſiti aſſerti incumbit onus probandi quod vere & integre depoſuerit & ſine aliqua exceptione, *vt l. ei qui. ff. de probat. & l. actor quod aſſeuerat, C. de prob. cum ſim.* & maxime cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, *vt nota. Bart. in l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. obl.* imò plus dico, ſi quod etiam D. Bartholomæus eſſet actor & opponeret exceptionem Dn. Leonello, quod ipſe non fuit re vera depoſitum, ex quo enim ad vtilitatem ipſius Domini Bartholomæi opponitur, cui deberetur depoſitum ſi legitime factum eſſet, ſufficit ſola negatio, quod legitime non depoſuerit, niſi per Dominum Leonellum probetur legitime depoſitum eſſe, *vt ſingulariter not. Bart. in d. l. in illa ſtipulatione, ff. de verb. oblig.* ſed Dominus Leonellus hoc non probauit, quod patet, quia ſtatutum requirit depoſitum factum re vera & integre & ſine aliqua exceptione, & iſtud non apparet probatum, ergo nec inſtrumentum depoſiti hoc probat, quia in inſtrumento non dicitur quod fuerit facta numeratio in præſentia notarii & teſtiũ, ſed dicit tanta fuit quantitas, prout dixi dominus depoſitarius. Confeſſio etenim depoſitarii non eſt illa, quæ probet verum

2 depoſitum integre factum eſſe, † quia vbi ad aliquem actum requiritur quod probetur quod vere factus ſit, ſicut requirit ſtatutum prædictum, non ſufficit confeſſio vnius partis, *vt eſt gl. ordi. & ibi Bart. & Doct. in l. ex cautione, C. de non nu. pecu. Et text. cum gl. notab. in verbo ſcriptum. & ibi per Doct. in l. ſi ex prædio. C. ſi cert. pet.* quæ vult quod vere non dicitur fieri quando ſolum tantum confeſſio interuenit, & ſi diceretur quod notarius dicit in inſtrumento quod re vera depoſitauit, &c. ergo videtur quod inſtrumentum probet, *vt not. in dictis iuribus*, nam reſpondetur quod illud inſtrumẽtum declaratur, videlicet quod reſpectu depoſiti in genere fere atteſtatur eſſe factũ, quia ibi interuenit pecunia, ſed reſpectu quantitatis nõ eſt vere depoſitum probatum, ex quo pecunia non fuit numerata, ſed ſolum confeſſio interuenit. Et ideo cum ſtatutum, quod depoſitum fiat re vera integre & per confeſſionem appoſitam in inſtrumento, non ſic probatur quod vere integre ſit factũ, ergo Dominus Leonellus debet ſuccumbere. Præterea eſt etiam ſi non eſſet in ſtatuto verbum, ſed ſolum diceret, ſicut dicit quod tenetur deponere integre, de hoc ſibi incumbit onus probandi, tenebatur probare depoſitum naturale, ſcilicet numerationem integram, non autem ſufficit probare depoſitum ciuile ſcilicet confeſſionem depoſiti integre facti, *vt not. eleganter Bart. in l. 2. §. traditum ff. ſi certum petat. & ibi per Doctor. & pro hoc etiam quod not gloſſ. & Bartol. & Doctor. in d. l. ſi ex cautione, C. de non num. pecun. & quod not. gl. & Doct. in d. l. ſi ex pretio. C. cer. petat. & Anton. de Butr. in c. ſi cautio. extra de fide inſtrument.*

Vnde ex his concluditur, quod cum D. Leonellus non probauerit depoſitum naturale integre, ſed tantum ciuile, & ſtatutum requirit quod probetur naturale depoſitum integre, & quod etiam vere probetur & ſibi incumbebat onus probandi, vt ſupra probaui quod ipſe debet ſuccumbere, & Dominus Bartholomæus abſolui, & hoc fundamentum ſolum meo iudicio ſine dubio ſufficeret. Sed vt rei clarior luce meridiana fiat, adducitur pro Domino Bartholomæo aliud fundamentum inconuincibile, nam ex inſtrumento de nouo producto apparet quod dictum depoſitum non fuit vere factum, prout requirit ſtatutum, quia ex illo inſtrumento dicitur, & actum inter eos de reſtituendo,

vt not. ſingulariter Bart. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. & de iſto credo quod dubitabit excellentia Dn. Conſultoris, ita quod res ſine dubio, quod Dn. Leonellus non fecit depoſitum, prout requirit forma ſtatuti, ergo debet ſuccumbere, & hoc quantum ad primum.

Circa ſecundum, poſito etiam ſine præiudicio veritatis, quod depoſitum fuiſſet factum legitime, quod minime verum eſt. Eſt videndum an ipſe Dominus Leonellus poterit præſentare, & in hoc duæ quæſtiones ſunt.

Prima, an potuerit præſentare vigore vnius aſſertæ emptionis factæ, vt dicitur conſtare per quoddam chirographum.

Secunda, poſito quod non, an potuit præſentare vigore alterius emptionis factæ de dicta domo per Dn. Bartholomæum, de qua venditione apparet inſtrumentum publicum ſuperinde confectum.

De prima quæſtione breuiter concluditur, quod nullo modo potuit Dn. Leonellus de iure præſentare. Nam ad hoc vt quis poſſit præſentare vigore ſtatuti Paduæ requiritur quod ſit facta venditio, vel in ſolutum datio, vt dicit ſtatutum, & requiritur
3 quod ſit valida. † Nam ſtatutum loquens de venditione, intelligitur de valida, & non de illa quæ eſt nulla, *vt l. 3. §. condemnatum. ff. de re. iudica. l. non putauit. §. non quauis. ff. de contra tabu. & l. §. 2. ff. quod vt aut clam. & ibi Bartol.* Idem intelligitur de illa quæ de iure fieri poteſt, quia in dubio illud dicitur fieri, quod de iure procedere poteſt, *vt l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & poſthu. & ibi hoc not. Bald.* qui dicit hoc eſſe notabile ſecundum Cyn. & multos.

Item, illud ſtatutum intelligitur de venditione & datione in ſolutum, per quam transfertur dominium, quod patet, quia dicit quod emptor, vel in ſolutum acquiſitor teneatur vendere, dare, & tradere, & ſic dum dicit dare, intelligitur dominium transferre, *vt Inſti. de act. §. ſic itaq. & in l. vbi autem non apparet. §. fina. ff. de verborum obligat.* ſed tenetur venditor dare, ergo præſupponit ſtatutum quod in emptorem ſit translatum dominium, quia alias dare non poſſit, quia nemo dat quod non habet, *vt l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure.* Sed dicta venditio aſſerta, fuit & eſt ipſo iure nulla pro parte quæ eſt in medio, quia illa pars vt probatum eſt erat & eſt reſpectu iuris, directi Domini cuiuſdam Frataleæ, & fuit alienata ſine conſenſu Domini, *vt eſt text. qui non poteſt cauillari, in l. fin. circa principio ibi minime licere. & in fin. in verbo cadat. & ibi gloſſ. quæ dicit ipſo iure & c. C. de iure emphyt.* nam ibi manifeſte probatur quod ſi emphyteuta vendit ius ſuum Domino irrequiſito non valet alienatio ipſo iure, quia dicit minime licere & cadat à iure ſuo ipſo iure, *& ibi in fine dicitur cum gloſſ.* ergo.

Nec obſtat dum dicitur, quod minime valet venditio, quia quis non poteſt vendere rem alienam. *l. rem alienam. ff. de contrahen. empt.* Et tenetur venditor emptori, vt ibi, quia licet venditor teneatur emptori, tamen intelligitur, ſcilicet actione perſonali ex empto ad intereſſe, non autem ad rem, quia in re nullum ius conſtituitur, etiam vt dixi ipſo iure non valet venditio. Et ſtatutum requirit quod valeat venditio, ita quod ius ſit acquiſitum emptori, & quod emptor poſſit vendere vicino & ſibi dare quod in caſu noſtro minime fieri poteſt, ergo non ſumus in caſu ſtatuti. Et iſtud profecto apud doctos non debet habere dubitationem. Nec etiam obſtat quod dicitur, quod iſta exceptio, quod quis védidit ſine domini voluntate, non poteſt per D. Bartholomæum opponi, ex quo eſt de iure tertii. *l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer. & l. cum ſeruum quiſpiam cum materia. C. de ſer. fugi. Et quod not. Bartol. & Doctores in*
4 *l. indebiti. §. ſi minime. ff. de condi. inde.* † quod illa regula, quod quis non poſſit opponere de iure tertii, ſi tertius nulit, vel nihil dicit, procedit quando ius tertii non elidit ipſo iure intentionem agentis, ſed vbi elidit ipſo iure ſicut in caſu noſtro, *vt dixi*, & tunc tendit, vt proſit aliis, & tunc poteſt opponi, *vt not. Bar. in l. ſecunda. ff. de except. rei iudic. allegat l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de contra tab.*

Item illa regula procedit ſi opponens ius tertii habeat cauſam à proprietario, *vt notat. Bald. in authent. qui rem. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* ſed Dominus Bartholomæus habet cauſam à proprietario, quia ipſe conduxit iure libelli iſtum fundum, ergo, &c.

Item illa regula procedit, quando Dominus non contradiceret, ſecus ſi contradiceret, *vt notant Doct. in iuribus præallegatis*: ſed in caſu noſtro Fratalea proprietaria expreſſe contradixit, ex quo inueſtiuit D. Bartholom. tanquam vere ſibi donata à libellario: quia ſi habuiſſet ratam venditionem, inueſtiuiſſet eum tanquam de empta, non tanquam de re donata. Poſtea nec obſt. dum dicitur, quod non eſt probatum quod dicta venditio ſit facta ſine conſenſu Domini: quia licet iſta ſit negatiua, tamen domino Bartholomæo incumbebat onus probandi, *per not. per Bartol. in l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. obligat.* quia dico, quod illa doctrina probat contrarium. Nam vult ibi Bart. ſingulariter quod ſi oppono aliquam exceptionem negatiuam ad mei commodum, & vt mihi debeatur, eo ipſo quod nego incumbit aduerſario onus probandi, & non negandi, ſed Dn. Bartholo. opponit exceptionem, quod venditio non fuit facta per D. Anton. Perinum cum licentia proprietarii ad vtilitatem ipſius Dn. Bartholo. quod res vendita ſibi debetur, imo ſua eſt, quod plus eſt, ergo ſufficit ſola negatio, & Dn. Leonello incumbit onus probandi quod fuerit facta venditio cum autoritate & conſenſu Fratalææ & per dictam Doctrinam Bart. Præterea dico, quia ex parte dicti Bartholomæi eſt probatum de iſta negatiua, quia ex quo Fratalea inueſtiuit Dn. Bartholomæum tanquam de re ſibi donata, & non vendita. Nec quod dicitur, imo eſt probatum contrarium, ſcil. quod cum licentia ſit facta venditio, nam hoc non eſt probatum per teſtes legitimos, ſed per dictum Anton. Perinum venditorem & eius filium, qui ſunt in facto & commodo proprio, ergo eis non eſt credendum, *vt l. etiam. C. de teſtibus. cum ſimilibus.* ſed poſito quod illi duo teſtes dicerent verum, hoc non ſufficit, quia dicunt quod ipſe venditor habuit licentiam à priori Fratalææ, ſed hoc non ſufficit,

quia

quia ſolus prior non poteſt hanc licentiam dare, ſed requirebatur conſenſus Frataleæ, vel maioris partis, *vt probatur in d.tit.extra de his quæ fin. à præla. ſine conſenſu cap. & maxime in c. nouit. & in c. quanto.* ergo dicta illorum teſtium nihil concludunt, ſed vt tollatur omnis dubitatio dico quod ſi Fratalea proprietaria noluit quod venditio eſſet facta ſe… ndum omnes, venditio eſt ipſo iure nulla, *vt nota. in d.l.fin. C. de iure emphyt. & in auth. qui rem. C. de ſa. ro. an. Eccleſ. & Bart. in l. 2. ff. de exce. rei iudic.* &… noſtrum non habet locum, ſed dicta Fr… declarauit inueſtiendo, vt dixi Dominum Bartholomæum tanquam de re ſibi poſt venditionem donata, ergo in hoc ceſſant omnes dubitationes. & hoc quantum ad primam venditionem aſſertam, de qua dicitur conſtare per chirographum. De ſecunda quæſtio. an D. Leonellus potuerit præſentare vigore ſecundę emptionis. Et breuiter dicendum eſt, quod non, quia eſt cohærens Dn. Leonellus, & ſic ſumus extra caſum ſtatuti. Sed in hoc duo ſunt examinanda. Primum ſi illa venditio fuit ſimulata. Secundum ſi propter illam ſimulationem ſit acquiſitum ius Domin. Leonello. De primo dicitur, quod fuit ſimulata, quia interuenit venditio & donatio hic in diuerſis inſtrumentis & inter diuerſas perſonas. Item dicitur, quod hoc non eſt veriſimile quod Perinus donaſſet dictam partem domus niſi emiſſet pro eodem pretio reſiduum. Vnde ex hoc præſumitur fraus, *vt not. in d. l. per diuerſas*, ſed ad hoc reſpondetur, † quod illud quod fit lege permittente pœnam non … etur, *l. Grachus. C. de adult.* ſed permittitur à ſtatuto donatio, ergo. Et poteſt præſumi, quod donatio nō ſit ficta ſed vera. ex quo illud quod donatur eſt ſolum vtile dominium quod habetur in ſolo, & in reſiduum valet illud pretium, vt de ſe patet, alia allegantur, de quibus non curo, quia videntur impertinentia etiam dictum *Bart. in l. his. §. ſed his, ff. de tranſact.* quia non loquitur de caſu noſtro, ſed quando lis fingitur, qui eſt caſus penitus diuerſus à noſtro.

De ſecundo, an per hanc aſſertam fraudem ſit acquiſitum ius D. Leonello quod non, quia fraus non eſt, ceſſat hoc dubium. Et cætera ſuppleat excellentia Domini conſultoris, &c.

CONSIL. XLV.

SVMMARIA.

1 *Libellarius vendens ſine licentia domini debet à ſuo iure cadere, & nulla eſt venditio.*

2 *Ius præſentandi non poteſt ex inualida venditione acquiri.*

3 *Legis dictum habetur pro vero & valido.*

4 *Pœnam & annullationem actus ſimul concurrere qualiter intelligatur.*

IN CHRISTI nomine amen. Et ſi in aliis meis allegationibus plene ac ſufficienter deduxerim, quod Dominus Leonellus non poſſit præſentare tantum, vt plenius ſatisfiat allegationib. pro parte diuerſa productis in ſpecie. Primo enim dicitur, quod non eſt verum. quod venditio facta, vt dicitur ex quodam chirographo conſtare, non ſit facta ſine licentia domini, quia imo per tres teſtes dicitur eſſe probatum de licentia. Ad hoc reſpondetur tribus modis.

Primo quod illi teſtes non concordant de tempore, & ſic pro hoc ſunt ſingulares, ergo non probant, *iuxta not. in l. teſtium, C. de teſt. & per Bald. in l. 1. C. de teſtà.*

Secundo illi teſtes ſunt ſuſpecti, quia tractant ſe exonerando, *contra l. etiam. C. de teſti. cum ſim.*

Tertio quia licet eſſet probata licētia data à priore, hoc non ſufficit, ſed requiritur quod ſit data à Fratalea ſine maiori parte eius, vt in primis allegationibus meis, & iſtud eſt veriſſimum. Secundo dicit, quod etiam ſi nihil eſſet probatum pro parte Domini Leonelli, tamen ex quo iſta eſt negatiua, incumbit onus probandi, *vt not. Bartol. in l. in illa ſtipulatione, & in l. hoc iure, ff. de verbor. obligat.* ad hoc reſpondeo quod minime aliàs omnino Leonello actori incumbit onus probandi, & in quantum nobis incumberet, probatum eſt per inueſtituram factam in perſona Dn. Barthol. per ipſam Frataleam, *vt plene dixi in aliis meis allegationibus, ad quas me refero.* Quarto dicitur, quod licet nihil eſſet probatum ex parte Domini Leonelli & eſſet probatum pro parte Domin. Bartholom. tamen Dominus Bartholomæus non poteſt opponere de iure tertii, quia licet libellarius vendendo cadat ipſo facto à iure ſuo, tamē intelligitur ſi dominus voluerit, *vt habetur in l. fi. C. de iure emphyt. & in ſimili in l. & eleganter. in princ. ff. de dolo. & alleg. Anton. de Butr. hoc tenentem in quodam ſuo conſilio 27.* & alia ſimilia, & in caſu noſtro nihil apparet de voluntate domini, & ſic Fratalea, ergo.
1 Ad hoc reſpondetur, † ꝙ quando libellarius vendit ſine licentia domini, duo effectus oriuntur, vnus quod venditio non valet, & eſt nulla ipſo iure, *vt probatur in l. fin. C. de iure emphyt. & hoc not. expreſſe D. Anton. de Butr. in quodam ſuo conſilio 27.* Secundus effectus eſt, quod cadat ipſo iure à ſuo iure, & hoc ſiue intelligatur ſi dominus voluerit ſiue non, tamen veritas eſt quod in dubio non apparente de voluntate domini, cadat ipſo iure, & lis priuat eum, *vt eſt text. cum gl. quæ communiter approbatur, in l. fin. in verbo cadat.*
2 *C. de iure emphyt.* † Et ideo cum primus effectus ſit verus, indiſtincte ſequitur quod ius præſentandi nō acquiritur Dom. Leonello nec alicui alteri ex dicta venditione nulla per iura allegata in meis allegationibus primis, nec eſt verum, dum dicitur quod non reperitur iure cautum quod ſi libellarius vendit irrequiſito domino, quod venditio eſt ipſo iure nulla quia imo eſt caſus, *in d.l. fi. C. de iure emphyt. ibi minime licere. Et hoc tenet expreſſe gloſſ. ibi in verbo cadat.* dum dicit quod quomodocunque fiat contra dictam legem, ſi poterit dominus rem vendicare, & intelligo rem reſpectu dominii vtilis non directi, quia illa l. fin. loquitur quando loquitur dominium vtile & vult quod non præiudicet domino, quin poſſit rem vendicare, ſcilicet reſpectu etiam vtilis dominii, quia de directo non eſt dubium etiam ſi non fuiſſet facta alienatio. Et iſtud eſt veriſſimum, quicquid dicat D. Aduocatus partis aduerſæ, nec proce-

dit argumentum, quod licet annullet ipſam venditionem prohibendo vendere, tamẽ quando imponit pœnam vltra procedendo actus factus cõtra legem prohibentem nõ annullatur, & allego id quod habetur, *in l. non dubium*, *C. de legibus*, *& in l. prætor ait ff. de not. oper. nunt.* quia iſta doctrina non eſt vera & contrarium ad literam, *not. Bart. & Doctor. in d. l. prætor. §. 1. ff. de nou. oper. nunt.* quia imo Bart. dicit, † quod
5 quando lex dicit, quod actus nõ valeat, ſtandum eſt ei, licet lex imponat pœnam, *vt l. iubemus*, *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* imo plus quando eſt dubium, tunc ſi lex reſpicit annullationem ipſius actus pœna imponitur & actus annullatur. Sed ita eſt in caſu noſtro, quia lex eſt illa, quæ reſpicit annullationem actus, eſt ipſa pœnæ, ergo per ipſum talem appoſitionem
4 pœnæ actus remanet, † & maxime cum pœna annullatio actus poteſt ſimul concurrere, *vt notat ibi Bartol. quæ doctrina Bartol.* ibi ſi bene conſideretur in omnibus contradixit, *argumento de. poteſt vendi.* quia verum eſt in præiudicium vendentis, vt teneatur actione perſonali, *vt not. in rem alienam. ff. de contrahen. empt.* ſed non quantum ad hoc vt quærat ius tertio, & pro hoc allego deciſionem in terminis quam ponit Guil. de Cu. & Alber. de Roſat. *in l. ex facto. in prin. ff. de peculio.* vbi dicunt quod ſi emphyteuta vendit rem ſine licentia domini, aperitur via domino, *vt dict. l. fin. C. de iure emphyt.* modo ſi eſt conſuetudo in ciuitate quod proximior agnatus præferatur ad reuocandum in annum quod dominus præferatur ipſi agnato, quod dicta conſuetudo in præiudicium domini non debet extendi. Et ita eſt dicendum in caſu noſtro, & maxime quia dominus noluit præferri ex quo inueſtiuit D. Bartholomæum tanquam de re ſibi donata. Ex his apparet manifeſte, quod vigore primæ venditionis D. Leonellus nullo modo poteſt præſentare, & meo iudicio hoc eſt clariſſimum. Sed vlterius, quod non potuerit nec poſſit præſentare tam vigore primæ venditionis aſſertæ, quam ſecundæ, probatur etiam per ea quæ dixi in primis allegationibus, & maxime quia non apparet de vero depoſito, ſicut ſtatutum requirit, quia eſt depoſitum confeſſatum de quantitate, vt ex inſtrumento apparet ſed ſtatutum requirit dictum depoſitum factum vere & integre, ſed iſtud non eſt probatum, ſed ſolum confeſſionatum, *vt per not. in l. ſi ex cautione, C. de non num. pecu.* Item quia eſt confectum poſtea inſtrumentum inter depoſitarium & vxorem Domini Leonelli, in quo ipſi confitentur depoſitum non fuiſſe vere factum, ergo, *iuxta not. per Bart. in l. ſingularia, ff. ſi certum petatur.* Et licet dicatur, quod illud inſtrumẽtum ſit celebratum inter alios, ergo res inter alios acta, &c. Tamen dico quod in caſu noſtro ſatis efficiunt, quia illa regula res inter alios acta, procedit quãtum ad hoc vt faciat plenam fidẽ, ſed quantum ad hoc vt faciat ſemiplenam probationem, *vt ſingulariter no. Bar. in l. ſi quis libertatem, in fin. 2. col. ff. de pet. hæred. per gl. ibi.* Vnde cum in caſu noſtro ſumus rei, non actores, vt patet ex libello partis aduerſæ, & habemus per inſtrumentum depoſiti confeſſionatum, & non verum, & non poſtea confeſſionem depoſitarii vxoris deponentis, ſequitur quod quo ad confeſſionem & abſolutionem obtinendam ſufficienter probatum, quia per hoc conſtat quod non eſt ſufficienter probatum pro altera parte, ergo debet ſuccumbere, *l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimil.*

Et ex iſtis apparet, quod ſuper reliquis non eſt facienda aliqua diſputatio, quia iſta tollunt in effectu omnia argumenta Domini Aduocati partis aduerſæ, in cæteris ſuppleat excellentia Domini Conſultoris.

CONSIL. XLVI.

SVMMARIA.

1 *Ædificium ſpreta denuntiatione factum de iure venit demoliendum.*
Bona libellaria an poſſint ſine domini conſenſu alienari.
2 *Venditio cum pœna appoſitione an ſit valida.*
3 *Teſtes ſingulares non probant.*
4 *Regula illa, quod ponens negatiuam ad ſuam intentionem fundandam, debet illam probare, includit præſumptionem iuris.*
5 *Iniuriam nemini facit qui ſuo iure vtitur.*
6 *In venditione rei, ſi lex requirat veram numerationem an ſufficeret poſſit confeſſio depoſitarij.*
7 *Præſentia ementis cum confeſſione partis habetur pro numeratione debiti.*

IN CHRISTI nomine amen. Circa dubia noſtra clariſſime Domine cõſultor alias Iureconſulte procedam ſecundum ordinem veſtrum, & non dubito D. Bartholomæum Cermiſonem iuſtiſſimam cauſam agere vt ex his quæ ſtatim dicam apparere poterit, & primo dum dicitis, quod venditio facta de domo ſeu terreno abſque licentia domini ſcilicet Frataleæ non fuit ipſo iure nulla per Doct. Bartol. *in l. ait prætor. ff. de nou. oper. nuntia.*
1 vbi vult, † quod ſi eſt appoſita pœna extrinſeca, vt eſt hic amiſſio tunc ſi annullatio actus tendit ad præiudicium tertii, ſicut hic actus non eſt nullus ipſo iure. Ego dico quod imo doctrina Bar. vult contrarium, nam dicit, ibi Bar. quod ſi pœna quæ apponitur reſpicit annullationẽ ipſius actus, tunc annullatur actus, *vt probatur in d. l. ait prætor. §. 1. vbi habetur*, quod ſi quis ædificat ſpreta denuntiationẽ, quia hæc lex prohibet, debet ædificatum demoliri, nam ibi pœna demolitionis & annullatio. ſcil. ædificati, & ideo licet ibi apponatur pœna tamẽ actus eſt nullus, ita eſt de decreto in caſu noſtro, nam *l. fin. Cod. de iure emphyt.* prohibet alienari rem libellariam ſine conſenſu domini, & imponit pœnam ſi contra fiat ſcil. quod vẽditor cadat à iure ſuo ipſe iure, *vt eſt tex. cum gl. in verbo cadat, in d. l. fin.* quæ pœna reſpicit annullationem actus, quia ſi eodẽ modo quo alienat venditor libellarius cadat à iure ſuo ipſo iure, & ius ſuum libellarium redit ad dominũ, ergo vult quod venditio non valeat, quia duo non poſſunt eſſe domini in ſolidum eiuſdem rei, *vt habetur in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum, ff. mandati.* ergo l. fin. vult
2 † quod venditio non valeat apponendo pœnam, quia hoc etiam faciunt, *not. in l. dubium, C. de legibus*,

cum

rum ſim. Et iſtud apud me non habet magnam dubitationem.

Secundo diciris, qnod imo eſt facta vẽditio cum conſenſu domini, qula hoe probatum per duos teſtes, nec videntur de tempore diſcedere, qoia Gregorius de nullo tempore dicit, nec iſti teſtes deponunt ad commodum ſuum, quia Fratalea boc non poſſet allegare, poſtquam accepranit ipſum Bartholomæum in libellarium ex donatione ſibi facta per Domin. Anton. Pecinum, & noluir, vt hac via quod res fuerit deuoluta, ad hæc reſpondent quod imo dicti teſtes non probant, non dieo ꝙ ſint contrarii ſed ſingulares, ex quo enim deponunt de vno actu, loco, & tempore, ſed vnus de certo loco &
3 tempore, alius non: non concordant, † & ſic vt ſingulares non probant, *vt in c. cum dilecti extra de elect. & habetur per Bald. in l. 1. C. de teſta. & in l. teſtium, C. de teſti.* Item etiam non probant, quia tractant de modo proprio, *vt dixi in aliis allegationibus*. Nec obſt. dum dicitis, quod imo hoc non nocet, ex quo Fratalea hoc non poſſet allegare, quia dico quod imo Fratalea hoc non poſſet allegare, nam Fratalea hoc nunquam ſciuit de dicta alienatione venditionis factæ ſine licentia ſua, quiã non eſt probatum de eius ſcientia, & in dubio ignorantia præſumitur, *l. verus ff. de probat.* vnde cum ignorauit venditionem, licet inueſtiuit Dom. Bartholomeom de re donata ignoranter propter hoc non tollitur quin poſſet petere, quod res ceciderit in cõmiſſum & auferre domum D. Bartholomæo & D. Anto. Fecino propter ignorantiam, *vt not. Bald. & genitor veſter in c. 1. § porro, in fi. qua fue. pr. cauſa amit. beneſ. pro hoc quod not. Bar. in l. poſt legatum, in prin. ff. de his qui. vt indi. & iſtud eſt clarum in iure.*

Tertio diciris, quod prior Frataleæ ſolus potuit dare licentiam vendendi, quia ſolus ſine licentia capituli recipiendo penſionem poſt biennium poteſt præiudicare prælato, *vt not. Spec. in tit. de locato, §. nunc vero aliqua. verſ. 26.* multo fortius prior ſolus poterit dare licentiam vendendi, quæ licentia non eſt tantum præiudicialis. Ad hoc ego reſpondeo, quod iſta æquiparatio non eſt bona, vt ex ſeparatis non fit bona illatio, *l. Papin. exuli. ff. de mino. cum ſim.* Præterea etiamſi eſſet bona facit pro Domino Bartholomæo, quod non eſt verum quod ſolus prælatus, vbi Eccleſia eſt collegiata, ſicut eſt in caſu noſtro, poſſit præiudicare Eccleſiæ recipiendo penſionem poſt biennium, *vt eſt gloſſ. ordin. quam ſequitur ibi Ioan. And. & communiter Doctor. in cap. potuit extra de locato. nam dicit ibi Ioan. de Imol. in 27. & 28. col. quod licet Spec. contradixerit in d. verſ. 26. tamen communis opinio eſt, quod poſſit: à qua opinione gloſſ. & communi non eſt recedendum iuxta not. in l. fin. C. de pœna iud. qui male iud. in c. ne innitaris, extra de conſtitutio. cum ſim. Et hoc bene conſideret D. conſultor.*

Quarto dicitis, quod non eſt probatum quod D. Ant. Pecinus vendiderit ſine licentia domini, quia Dn. Bartholomæus, qni ſe fundat in hac negatiua, reſpiciet ius tertii, & debebat illã deducere & probare, *vt not. Bart. in l. in illa ſtipulatione, ff. de verbor. oblig. & Bald. in l. in contractibus. §. illo, C. de non nu. pec.* Ego vltra ea quæ dixi plene in ſecunda mea allegatione dico, quod D. Bartholomæus fecit illud quod
4 ſibi incumbebat, † nam illa ſecunda, quæ dicit, quod ponens nagatiuam ad ſuam intẽtionem fundandam debet illam probare, ẽis procedit niſi allegans negatiuam habeat præſumptionem iuris per ſe, *vt dicit Bar. in l. in illa ſtipulat. ante fin.* ſed pro D. Bartholomæo eſt præſumptio pro negatiua per eum allegata.

Primo, quod Fratalea neſciuerit de dicta venditione eſt probanda quod non, quia ignorantia in dubio præſumitur, *l. verius, ff. de probatio. cum ſimilibus.*

Secundo, quia dederit ſibi licentiam, hoc eſt facti, & facta in dubio non pręſumuntur niſi probentur, *l. quacunq. ff. de publ.* ergo, &c. præterea dic, quod eſt probatum ſecundum ea quæ habuerunt licentiam à priore, ergo non à Fratalea, *c. nonne, extra de præſum. & l. maritus, C. de procur.*

Quinto dum allegabam Alb. de Roſ. *in l. ex facto. ff. de pecun. acti.* quod probat contrarium, quia ibi vult quod ſi libellarius vendit, ſi dominus vult habere, quaſi incidit in commiſſum, ergo ſecundum, vel ſi dominus non vult vti illo iure agnatus vel vicious poterit offerre, dico quod illa illatio procederet, quando dominus expreſſe nollet vti illo iure, quia poſſet renuntiare ſi vellet, ſed ignorat, vult ibi Alb. quod res incidit in commiſſionem, cum nõ videatur renuntiare iuri quod ignorat, *l. mater, ff. de inoffic. teſta.* & ſic remanet quod venditio eſt nulla, & res incidit in commiſſum ipſo iure, niſi dominus aliter voluntatem ſuam declarat per ea quæ dixi ſupra in primo & quarto dubio noſtro.

Sexto dicitis, quod licet non apparet quod Fratalea noluerit rẽ incidiſſe in commiſſum, & ſic non habent ratam illam venditionem, ſtat concluſio quod ipſa venditio facta ſine licentia domini tenet ipſo iure propter appoſitionem pœnæ, & ſic haberet locum ſtatutum de pręſentatione, iſtud dubium ceſſat per ea quæ dixi ſupra circa primum dubium, & circa 4. & 5.

Septimo diciris, quod non eſt probatum, quod terminum de quo ſoluitur libellus Frataleæ ſit medium inter domum Domini Leonelli & domum de qua eſt quæſtio, ad hoc dic, ſi inſpiciantur inſtrumenta, hĩc ſatis apparet, & maxime conſtat per inſtrumenta ſecundæ venditionis, quæ non cadit vſque ad domum Domini Leonelli, & iſtud non eſt dubium.

Octauo dicitis, quod per meas allegationes non eſt reſponſum allegationibus partis aduerſæ, quia non poſſit fieri præſentatio ſuper ſecunda emptione poſtquam per teſtes conſtat quod dicta venditio fuit facta ad excludendum Dominũ Leonellum. Ego puto in effectu eſſe reſponſum, nam ſi iſta domus eſt diuerſorum iurium & dominorum, quid prohibet quod non poſſunt fieri diuerſi contractus, licita eſt enim donatio in vna re, & venditio
5 in alia, vt de ſe patet. † Vnde nemini iniuriam facit qui ſuo iure vtitur, vt in regula. Nec in hoc etiam eſt multũ inſiſtendum, nec facienda vis, ex quo Dom. Leonellus & eius hæredes ſunt excluſi à beneficio ſtatuti de præſentando, ex quo depoſitum

non fuit factum legitime intra tempus ſtatuti, vt plene dixi in aliis allegationibus ſcilicet circa hæc dicitis, quod imo depuſitum eſt factum legitime, quia licet non conſtet de integra poſitione totius pretii, tamen ex quo D. Leonellus ſubintrat locum Dn. Bartholomæi non tenebatur plus deponere, quam illud, quod erat exburſatum tempore depoſiti, ſed illo tempore non erant exburſati niſi quadringenti ducati, ergo ex hoc capite non vitiatur depoſitum, ad hoc clare reſpondetur. Primo quod non eſt probatum, qnod vere & integre ſit depoſitum factum etiam de quadringentis ducatis, quia de quantitate non apparet niſi per confeſſionem quæ non ſufficit, vt etiam ſtatim dicam. Prçterea etiam ſi apparet vere & manifeſte, quod fuiſſent depoſitati quadringenti ducati hoc non ſufficerêt, quia ſtatutum requirit quod pretium rei venditæ integre deponatur, ergo ſi deficeret vnus nummus ſufficeret, *vt not. dicit Bald. in capit. conquerente. extra de reſt. ſpol.* Nec ſtatutum diſtinguit, aut emptor ſoluit totum vel partem, ergo nec nos diſtinguere debemus. *l. de pretio. ff. de publica.* Et ſuadet ratio, ne emptor patiatur duplex damnum, vnum quod auocetur ſibi res *contra l. dudum. C. de contrahen. empt.* & quod non ſit ſecurus de pretio. Credo tamen quod depoſitarius non teneatur exburſare niſi ſecundum pactum factum emptori.

6 † Dicitis etiam, quod circa hoc, quod vbi lex requirit veram numerationem, ſufficit confeſſio *per text. cum gloſſ. in verbo dato in l. fin. C. qui pot. in pign. hab.* item quod depoſitarius omnino tenetur, ac ſi vere fuiſſet ſibi numerata pecunia, *vt l. in contractibus. C. de non nume. pecu.* & vultis quod hoc ſufficiat Dn. Bartholomęo habere depoſitarium obligatum. Ad hoc reſpondetur, quod vbi ſtatutum requirit veram numerationem non ſufficit confeſſio *per not. in l. ſi ex cautione. C. de non nume. pecun.* & dixi plenius in aliis allegatis, maxime cum ſtatutum ſit ſtricti iuris, *l. quicquid aſtringenda. ff. de verborum obligatio.* & ſic contra ius commune, *vt l. dudum. C. de contrahen. empt.* Et det iſtam formam depoſiti, qua non ſeruata depoſitum eſt nullum ipſo iure, ergo non ſine miniſterio, *l. ſi quando, de legatis 1.* Et ſubditur poſtea, *& ſi depoſitum non fuerit vere & integre ſupra factum, pro excluſo haberetur*, Vnde ſi ſtatutum diligenter legatur, manifeſte vult tollere quod non ſufficit confeſſio depoſitarii. *nec obſt. gloſſ. in d. l. aſſiduis. in verbo data. C. qui pot. in pign. hab. quia illa gloſſ. reprobat per aliquos, vt ibi habetur in auth. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nupt. & in l. ſi quis per banc. C. de bon. poſſeſ.*

Præterea etiamſi eſſet vera illa gloſſ. text. *in l. aſſiduis. in verbo data.* non dicit, quod requiratur vera numeratio, ſed narrando dicit quod dos data habet priuilegium, & gloſſ. ſupplet idem in confeſſata. Nec aliquis doctorum hoc dicit.

Præterea gloſſ. ibi dicit, quod idem videtur in confeſſata, & ſic per viam fictionis, *l. 1. §. deieciſſe, cum gloſſ. ff. de vi & vi. arm.* quæ fictio non habet locum in ſtatutis. *l. 3. §. hec verba. ff. de neg. geſt.*

Poſtremo poſſet etiam dici, quod hoc ſit ſpeciale fauore dotis, quæ multa ſunt ſpecialia, *vt l. 1. & ibi not. ff. ſolut. mat.* nec eſt verum, quod ſufficiat Domino Bartholomæo habere depoſitum obligatum per confeſſionem, quia facilius poſſet conſequi pretium à depoſitario ſi pecunia vere fuit depoſita, quam ſi non fuiſſet depoſita & fuiſſet ſolum confeſſus, vt de ſe patet, & iſtud apud me nullam habet dubitationem. Vlterius dicitis, quod eo ipſe quod pecunia eſt pręſens, videlicet in ſacculo, videtur fu-
7 iſſe numerata. † quia præſentia pecuniæ cum confeſſione partis habetur pro numeratione, *ſecundum Bald. in l. ſi ex pretio. C. ſi certum pet. in rubr. C. de fid. inſtrum. per notat. in l. ſingularia. ff. ſi cer. peta. & per gloſſ. in auth. vt exactio inſtantia dotis. §. 1. vbi ſufficit deponere in ſacculo ſicut fuit factum in caſu noſtro.*

Sed ad hoc clara eſt reſponſio, quia pędicta poſſunt procedere ſimpliciter, vbi lex vel ſtatutum nõ requirit veram numerationem, ſed numerationem tantum. Nam duo requirit ſtatutum vnum, numerationem ſeu diſpoſitionem ſcilicet, & huic poſſet ſatis fieri per pecuniam præſentem, vel cum confeſſione: ſed dum requirit ſecundum, quod vere deponatur, pro iſto non poteſt confeſſio ſufficere, quia vere non diceretur facta numeratio vel depoſitum, & præciſe, vt dixi ſupra, ſtatutum proprie voluit tollere quod confeſſio non ſufficiat, dum ſemper dixit vere, & iſtud eſt verum, ſicut Deus, quicquid dicat in hoc Dn. aduocatus partis aduerſę, item illa doctrina Bald. poſſet procedere in præiudicium deponentis & depoſitarii, ſed non in præiudicium tertii ſicut eſt in caſu noſtro, quando requiritur vera numeratio. Allegatur præterea, quod omnia inſtrumenta confecta ſuper depoſitione vigore ſtatuti amittunt eodem modo, quæ conſuetudo habet validiorem ipſum actum *ſecundum Bald. in Rubr. de fide inſtru.* quia minime mutandi ſunt, &c. *l. minime. ff. de legibus.* huic allegationi reſponſum eſt in aliis allegationibus meis. Et iſta conſuetudo non fuit probata nec poteſt amplius probari, ex quo in iudicio non fuit allegata. *l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni, ff. de adult.* Præterea iſta non eſt conſuetudo, ſi inſtrumenta ita ſolent fieri, ex quo eſt contra formam ſtatuti de directo *iuxta not. in l. de quibus. ff. de legibus.*

Vltimo dicitis, quod inſtrumentum productum non probat nec poteſt alteri præiudicare, *per l. Seia mancipia. in principio. ff. ad Velleian.* Sed ibi loquitur, quando confeſſio eſt facta in fraudem, hic non in fraudem, quod apparet, nec appareret, quæ enim fraus poteſt eſſe, quod mulier, quæ eſt auariſſimum genus hominum, *l. ſi ſtipulatur, ff. de donat. inter virum & vxorem.* voluerit exonerare depoſitarium & ſe obligaret in mille & ſexcentis ducatis? certe nulla. Item dicitis, quod poſito quod valeret talis confeſſio, adhuc non nocet, quia non dicit depoſitarius, quod ante depoſitum fuerit actum de reſtituendo, nam imo ſatis dicit text. dicit, quod in veritate non habuit, nec apparet quod poſt depoſitum reſtitueret ex noua liberalitate, ergo præſumitur actum ante, *iuxta not. per Bartol. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet.* Et licet depoſitarius dicat hoc ad ſui exonerationem, iſtud ſibi non prodeſſe, quantum ad Dominum Bartholomæum, & ideo non dicitur

tracta-

tractare de commodo proprio, nec aliquid facit præſentia vxoris D. Leonelli, quia ipſa non eſt tutrix, nec aliquid commune cum filiis, ergo non nocet filiis, & ſic non procedit quod dicit Bartol. *in l. ſi quis libertatem, ff. de peti. hered.* quia dicit, quod negari non poteſt quod facit vehementem præſumptionem, quia iudex debet iudicare non ſolum ex teſtibus & inſtrumentis: ſed etiam ex argumẽtis & præſumptionibus, *vt l. 3. § eiuſdemq́; princeps, ff. de teſt. cum ſimilibus.*

Vnde ex his non dubito, quod ſatis clarè conſtet excellentiæ noſtræ, quod iuſtitia eſt pro D. Bartholomæo, cætera ſuppleat excellentia noſtra.

CONSIL. XLVII.

SVMMARIA.

1 *Litera publicata, aut non acceptata, an aliquem dicantur habere vigorem.*
2 *Interruptum non dicitur quod ſemper viget.*
3 *Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum.*
4 *Scienti non eſt neceſſaria notificatio.*
5 *Conſanguinei præſumuntur ſcire facta ſui conſanguinei iure ſanguinis & natura, non autem de factu extrinſecis.*
6 *Vbi lex denuntiationem exigit, an ſufficiat ſola ſcientia.*
7 *Reſoluto iure datoris an ſemper reſoluatur ius acceptatoris.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In cauſa vertente inter Domin. Iaco. de Artuſinis & Benedictum de Bonanucis de Rauenna ſuper præſentatione facta per dictum Dominum Iacob. ſuper quibuſdam rebus immobilibus vigore literarum Ducalium ſuperinde emanatarum, quæ per magnificum & Generoſum virum Dominum Poteſtatem & Capitaneum Rauennæ commiſſa eſt conſulenda mihi Bartholomæo Cæpollæ de Verona, I. V. Doctori viſo prius proceſſu ad me ſub ſigillo tranſmiſſo, & viſis allegationibus in ſcriptis vtriuſque partis & omnibus diligenter conſideratis pro veritatis declaratione in primis tria principaliter ſunt examinanda.

Primum eſt, an literę Ducales datæ vlt. Feb. 1457. quæ diſponunt, vt ſtatutum Rauennæ loquens de præſentatione fienda de bonis immobilibus exiſtentibus in ciuitate Rauennæ habent locum etiam in mobilibus exiſtentibus in ciuitate & diſtrictu Rauennæ locum habebant in caſu noſtro, maxime cum dicatur, quod nunquam fuerint Rauennæ publicatæ.

Secundum, poſito quod ſic, an dicta D. Iacoba ſit excluſa à beneficio præſentandi per lapſum menſis, & etiam ſeptem annorum à die venditionis factæ.

Tertium, poſito quod regulariter poſſet dicta Domina Iacoba præſentare an ſaltem ex eo quod dictus Benedictus fuit inueſtitus tanquam de re deuoluta à monaſterio Sancti Petri in Vinculis, dicta Domina Catharina ſit excluſa beneficio præſentandi.

1 Circa † primum videtur dicendum, quod dictæ literæ Ducales non habeant locum ex eo, quia dicitur quod nunquam fuerunt publicatę: imo non ligatæ, videtur etiam poſt publicationem niſi poſt duos menſes, *vt in auth. vt facta noua conſtitutiones circa prin. col. 5. & not. gl. in c. cognoſcentes. extra de conſtit.* & in ſalutatione decretalium in ver. commorantibus, *& per Doct. & in l. leges & conſtitut. C. de legi. cum ſim. & per not. per Bart. in l. omnes populi. in 2. q. princ. ff. de inſtit. & iur.*

Præterea dicitur, quod dictæ literę Ducales nunquam fuerũt acceptatæ per populum Rauennæ, ergo videtur quod obſeruari non debent, *pro hoc allego, quod not. Bald. in auth. omnes peregrini, C. communia de ſucceſſ.* quæ dicit, quod ſi eſt facta reformatio quædam contraria ſtatuto, tamen ſtatutum ante & poſt practicatum, cum non fieret more vtentium ante approbata, ſtandum eſt ſtatuto non reformatio-
2 ni, † quia non dicitur interruptum quod ſemper viguit, *item pro hoc gloſſ. notabilis 15. quæſt. vltim. cap. cum multa, in verbo connubia, in fin.* quæ dicit, quod cum Eccleſia non ſit vſa illo iure, perditur illud ius. *item pro hoc quod not. Archid. 4. diſt. c. in iſtis, & quod not. Cardinal. Zabarell. in proœmio clementinarum in verbo vniuerſitati.* Sed contra teneo quod ſit verius, videlicet quod dictæ literæ ducales locum habeant & vigorem habuerint etiam ante earum publicationem in ciuitate Rauẽnę à tempore quo datæ ſunt in Duc. palatio, quod fuit die vlt. Febr. 1457. ſecundum morem Illuſtriſſ. Duc. datæ ab incarnatione, ſed ſecundum morem communem à natiuitate fuit 1458. quoniam in dictis literis mandatur obſeruari partem captam circa prædicta, ita vt de cætero à die prædictæ cõfirmationis habeat executionem, nam quando lex dicit, quod debeat obſeruari certa die ab illa die ſumit vigorem, etiam ſi non ſint elapſi duo menſes à die publicationis, imo etiam ſi non ſit publicata, *vt eſt gloſſ. ordinaria in data ſexti libri in verbo anno. 4. verſi.* fateor enim quæ dicit, quod quando in conſtitutione principis adiicitur tempus quo debeat valere, illud eſt obſeruandum. *Et idem tenet Anton. de Butr. & Doctor. in cap. cognoſcentes, extra de conſtitut. & Bald. in l. leges & conſtitutiones, in tertia colum. Cod. de legib. & pro hoc quod nota. in capit. cum infirmitas, extra de pœniten. & remiſſ. & quod notat gloſſ. notabilis in clemene. 2. in verſic. nuntia. de hæreticis:* præterea lex quæ eſt facta in fauorem alicuius in continenti producit effectum ſuum, quia acquiritur ius ex ea etiam ignorantia: *argumento l. penultim. & ibi Bartol. Cod. de decur. libro primo. & in l. cum pater, §. ſurdo. de legat. 2. & hoc not. Bartol. in l. omnes populi in 5. quæſt. principali, ff. de iuſtit. & iure & Ant. de Butr. & Canoniſta in cap. 2. extra de conſtit.* Sed dicta lex contenta in dictis literis Ducalibus eſt introducta principaliter in fauorem conſanguineorum affinium & collateralium, ergo in continenti poſtquam facta fuit, incepit habere vigorem, nec requirebatur publicatio maxime cum in ea exprimatur, quod à dicta die, vigorem habeat, *nec obſtat. text. in authent. vt facta noua conſtit. & glo. in d. c. cognoſcentes,* quia intelliguntur niſi

certum

certum tempus in lege, ſi appoſitum. quo debeat incipere habere vigorem, ſicut eſt in caſu noſtro, *vt not. gloſſ. in dicta data ſexti libri, & non in locis prædllegatis.* Nec obſtat quod dicitur, quod nunquam dictæ literæ fuerunt acceptatæ à Palatio ciuitatis Rauennæ, quia cum iſtud ſit fundamentum exceptionis Benedicti prædicti, nec fuerit in iudicio deductum, nec probatum ſibi non poteſt prodeſſe, vbi etiam de iure talis exceptio ſufficeret, *per nota. per Bart. & Doct. in l. cum quis ita. §. quis ita, & in l. in illa ſtipulatione ſi Calend. & l. hoc iure. ff. de verb. oblig.*

3 Circa † ſecundum, an dicta Iacoba ſit excluſa à beneficio præſentandi vigore literarum ducalium per lapſum menſis, & etiam ſeptem annorum à die venditionis prædictæ. Et videtur dicendum quod ſic, quia ſtatutum quod per literas Ducales eſt extenſiuum etiam ad bona exiſtentia in comitatu & diſtrictu Rauennæ, vult quod conſanguinei vel affines poſſint præſentare intra menſem à die publicationis contractus inter præſentes, & intra duos menſes inter abſentes. Ergo poſt menſem vel duos non poſſunt, *l. Imperatores. ff. de poſtulatis & l. cum prætor. in princip. ff. de iudi.* quoniam limitata diſpoſitio limitatum producit effectum, *l. in agris. ff. de acquirend. rerum dom. cum ſimilibus.* Et licet ſtatutum requirat publicationem poſt quatuor dies confectionis venditionis per publicum præconem, tamen videtur quod ſufficit dictam Dominum Iacobam ſciuiſſe etiam ſine publicatione, quia illa publicatio requiritur ad hunc finem, vt ſcire poſſit volens præſentare, vt dicitur in fine ſtatuti, ibi, *vt vnuſquiſque notitiam habere poſſit, &c.* Si ergo Domina Iacoba fuit ſciens vt dicitur, videtur quod ſit excluſa elapſo
4 menſe à die ſcientiæ, † quia ſcienti non eſt neceſſaria notificatio, *capit. cum qui certus, de regu. iur. in 6. & l. 1. in fin. ff. de actio. empt. per Barto. in l. 2. §. voluntate, ff. ſoluto. matrimo. & in l. denunciaſſe. §. 1. ff. de adult. & in l. emptor. Cod. de euict. & in l. qui abſentem. ff. de procur. cum ſimilib. Et ita videtur tenere Paul. de Caſtro in l. 1. ff. de tributis,* qui dicit quod ſolemnis notificatio non requiritur, ſed ſufficit quod vicinus vel agnatus ſciat, & patiatur, ad hoc vt ius efficiendi & reuocandi perdant, quomodo autem Domina Iacoba fue-
5 rit ſciens, videtur probari, † quia conſanguinei præſumuntur ſcire facta ſui conſanguinei, *l. 8. in fin. ff. vnde cognati. & l. de tutela. C. de in integr. reſti.*

Sed his non obſtantibus dico verius eſſe, nam ſtatutum requirit certam formam, videlicet quod venditio publicetur per præconem publice ſuper platea intra quatuor dies poſt confectionem venditionis, & tunc terminus præſentationis ſcilicet vnius menſis incipere intelligatur, ſed non conſtat quod iſta publicatio non fuerit facta, ergo terminus menſis vſque ad diem præſentationis non incepit currere: quia forma ſtatuti non fuit ſeruata, *l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio.* & maxime hoc patet propter dictam dictionem tunc, quæ ſignificat extremitatem emptionis, *l. 4. ff. de condit. & demonſt. cum ibi nota.* Et ideo dum dicit ſtatutum poſſint proximiores à die publicationis cõtractus rei comparere & intra menſem debet intelligi de publicatione quæ fit publice per præconem, vt in fine eiuſdem ſtatuti declaratur, *per l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1.* Nec obſtat dum dicitur, quod dicta Domina Iacoba præſumitur ſciuiſſe venditionem fuiſſe factam, quia eſt conſanguinea, quia illud quod dicitur, conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei, intelligitur de iure ſanguinis & naturæ, quia illud ſcire præſumitur conſanguineus, ſed ea quæ ſunt facta extrinſecus, ſcire non præſumitur, *vt probatur in l. quoniam ſororem, & ibi hoc nota. Baldus & Doctores, Cod. de iure deliberand.* & maxime quando factum eſt momentaneum, ſicut eſt venditio, & ita alias conſului in ciuitate Veronæ, quod vicinus non præſumitur ſcire factum vicini momentaneum, per plures rationes, & ad prædicta faciunt no. *per Bartolum & Doctores in l. qui Romæ, §. duo fratres. ff. de verborum obligationib.* Abſurdum enim eſſet dicere, quod vna mulier præſumatur ſcire omnes contractus & actus quos faceret ſuus conſanguineus, imo contingit communiter contra, vt de ſe patet, ergo hoc dicere non debemus. *l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. & l. 1. cum gloſſ. C. de arbitris cum ſimilibus.*

6 Præterea † etiam ſi ſciuiſſet Domina Iacoba dictam venditionem fuiſſe, tamen videtur hoc non ſufficere, quia vbi lex exigit denuntiationem, non videtur ſufficere ſola ſcientia, quia denuntiatio eſt ſubſtantia, ſecus ſi non requiritur niſi ſcientia, *vt notat. Bald. ſecundum Dyn. in capit. primo, in titulo ſi de feud. vaſall. fuer. ab aliquo interpre.* ſed hoc examinare non expedit ex quo de ſcientia vera vel præſumpta non conſtat, *vt dixi.*

Circa tertium, an ſaltem ex eo, quod dictus Benedictus fuit inueſtitus tanquam de re deuoluta ad monaſterium ſancti Petri de Vinculis, dicta Domina Iacoba ſit excluſa à beneficio præſentandi. Et ſic quod ſit, quia reſoluto iure venditoris videtur eſſe reſolutum omne ius quod ex eo ſequitur, *l. lex vectigal fundo. ff. de pigno. & capit. 1. §. fin. in titu. de controuerſ. inueſtitur. cum ibi nota. in vſibus feudorum,* ſed venditio facta dicto Benedicto videtur reſoluta propter hoc, quia venditores ceciderunt à iure ſuo propter canonem non ſolutum, *iuxta l. 2. C. de iure emphyteut. & capit. potuit extra de loca.* Et ideo cum Benedictus ſit inueſtitus de 1457. tanquam de re deuoluta de petia terræ, de qua eſt quæſtio, non videtur quod poſſit ei præſentari.

Sed hoc non obſtante contrarium teneo, quia cum conſtet de venditione facta dicto Benedicto de 1459. & venditores eſſe conſanguineos & attinentes dictæ Dominæ Iacobæ ſecundum formam ſtatuti, vt probatum eſt, ſequitur quod præſentatio poteſt fieri. Nec obſtat quod dictus Benedictus poſtea fuerit de dicta petia terræ inueſtitus à monaſterio tanquam de re deuoluta, quod non conſtat mihi clare, quod poſſeſſio, de qua venditores inueſtiti à monaſterio ſit iſta, de qua quæritur. Et poſito quod eſſet illa, non conſtat in proceſſu quod non fuerint ſeruata pacta, vel alia interuenerint propter quæ dicta petia terræ fuerit ad Eccleſiam deuoluta, vt in inſtrumento inueſtituræ factæ dicto Benedicto continetur, nec illis verbis credendum eſt, *per not. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.*

Præterea

Præterea dicti venditores non ceciderunt à iure
ſuo propter dictam venditionem vigore concordię
inter clericos & laicos Rauennæ. Nec obſtat, quod
venditores ceciderunt à iure ſuo, propter penſio-
nem non ſolutam, quia ex quo dictus Benedictus
cum penſionem debebat, hoc allegat ad ſuam in-
tentionem fundandam, ſibi incumbebat onus pro-
bandi, *vt not. Cyn. in l. 2. in 5. quaſt. C. de iure emphyt. &*
plene per Bart. in l. in ſtipulatione ſi Calendas, & in l. hoc
iure, ff. de verbor. obligat. quod minime factum eſt, i-
mo plus, etiamſi non fuiſſet ſoluta penſio, non ta-
men propter hoc ſolum cecidiſſet à iure ſuo ipſo
iure, *vt not. in l. 2. C. de iure emphyt. & in dicto cap. po-*
tuit, & ideo non potuit illa inueſtitura fieri in præ-
iudicium dictæ Dominæ Iacobæ, cui erat ius quæ-
ſitum, *iuxta not. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de li-*
ber. & poſthumu.

7 Nec † obſtat quod dixi, quod reſoluto iure da-
toris reſoluitur ius acceptatoris, quia non fuit legi-
time reſolutum, vt dixi.

Ex prædictis itaq; ita, vt ſupra declaratis, dico &
conſulo ego præfatus Bartholomeus Cæpolla, par-
tes magnifici ac generoſi viri D. Poteſtatis & Capi-
tanei Rauennæ vel iudicis iudicare debentis eſſe in
pronuntiando, ſententiando, & declarando, &
condemnando, & quod ita pronuntiet, ſententiet,
& declaret, & condemnet dictum Benedictum, ſi-
ue & Franciſcum de Fabiis eius procuratorem te-
neri, & cogi, & compelli debere ad reuendendum
& relaxandum dictam petiam terræ dictæ Dominæ
Iacobæ ſuæ & Nardo eius procuratori & procura-
torio nomine pro ea ſaluo iure inſtantiæ perem-
ptæ. Item, dico & conſulo partes einſdem Domi-
ni Poteſtatis & Capitanei, ſiue alterius iudicare de-
bentis eſſe in abſoluendo, & quod ita abſoluat di-
ctum Benedictum, ſiue & eius procuratorem ab ex-
penſis huius litis, quia habuit iuſtam cauſam liti-
gandi, *per not. in l. properandum alterutra, C. de iudicijs,*
cum ſimilibus.

CONSIL. XLVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens, quod bannitus poſsit impune offen-
di, an includat, quod poſsit occidi.*
2 *Appellatione atrocis iniuria an contineatur mors.*
*Verbum maleficium, aut verbum offenſio, an poſsit ex-
tendi ad mortem.*
3 *Offenſa qualiter dicatur.*
4 *Appellatione offenſæ an contineatur grauiſsima & ca-
pitalis, aut totalis rei conſumptio.*
5 *Offenſa dicitur omnis actus, per quem pœna imponi-
tur.*
6 *Stante ſtatuto, quod bannitus poſsit impune offendi,
an poterit offendi ſeu occidi ab vxore vel filio.*
7 *Filius an poſsit patrem patria contrauenientem impu-
ne occidere.*
8 *Pater an poſsit propter neceſsitatem famis vendere fi-
lium.*
9 *Maritus & vxor dicuntur vna caro, & vna & eadem
perſona.*
10 *Bannitus an poſsit ſeipſum impune offendere.*
11 *Vxor an teneatur ſequi virum bannitum.*
12 *Vxor an teneatur alere virum bannitum.*
13 *Statutum an indefinite loquens, intelligatur etiam in-
definite loqui.*
14 *Stante ſtatuto, quod bannitus poſsit impune offendi, an
poſsit frater interficere fratrem.*
15 *Vaſallus an poſsit dominum bannitum impune offen-
dere.*
16 *Delictum, quod vxor committit in virum, maius eſt il-
lo, quod committit filius in patrem.*
17 *Vbi dubitatur de interpretatione alicuius ſtatuti, præ-
ſumpta ſtatuentis intentio habetur pro expreſſa.*
18 *Pax dicitur à pacto quaſi tranquilla libertas.*
19 *Socij ſeu auxilium dantes in quacunq; offenſione, ea-
dem pœna veniunt cum offendentibus puniendi.*

IN CHRISTI nomine, amen. Ca-
ſus talis: Proceſſum eſt per magnifi-
cum ac generoſum virum, Domi-
num Petrum Foſcarenũ pro Illuſtriſ.
Duc. Dom. Venet. terræ Salodii, to-
tiusq; Riperiæ Brixienſis Capitaneum & prouiſo-
rem digniſſimum per inquiſitionem contra & ad-
uerſus Antoniolum, quondam Ioannis Vulpæ de
monte Gangami, & Dn. Dominicam eius vxorem,
tanquam contra publicos & famuſos veneficos, &
homines malæ conditionis & famæ, ex eo, quod di-
ctus Antoniolus præparauit adulterium pluribus
vicibus cum dicta Domina Dominica ſecum con-
ſpirando mortem Gaſparino primo eius viro. Et
quod non contenti hac nequitia inter ſe tractaue-
runt & ordinauerunt diabolica inſpiratione ducti
hoc deteſtabile ſcelus, videlicet quod dicta Dn. Do-
minica deberet toxicare dictum Gaſparinum, &
quod poſtea ipſe Antoniolus acciperet eam in vxo-
rem, quo quidem ordine & tractatu dato & facto
inter eos de hyeme proxime præterita prædicti ad-
ulteri & venefici non contenti de prædictis, ſed ma-
la malis addendo, & in ſuo malo propoſito perſe-
uerantes. animo & intentione dictum tractatum fi-
niendi inter eos, datum, vt ſupra, firmatã inter eos
fide pro dictis adimplendis Dominus Antoniolus
iuit Brixiam, & emit venenum, habitis aliquibus
denariis ab ipſa Dominica pro emendo toxicum,
quod ſecum tulit, & dedit ipſi Dominicæ, & cum
eo toxicaret dictum Gaſparinum maritum ſuum,
iuxta dictum ordinem inter eos datum, quod cum
habuit prædicta Dominica ſcienter & doloſe & ap-
penſate & tractate animo & intentione infraſcri-
ptum veneficium committendi, & dictum tracta-
tum & ordinem ad finem producendi die Domini-
ca prima quãdrageſimæ toxicum prædictum po-
ſuit in ſcutella dicti Gaſparini tũnc mariti ſui, & po-
ſtea poſuit intus ferculum decimalis caulium & ci-
cerum, & illud dedit dicto Gaſparino marito ſuo,
quod quidem venenum cum dicto ferculo prædi-
ctus Gaſparinus aſſumpſit & comedit, quo aſſum-
pto ſtatim incipit vehementer vomitare, & de-
orſum agere, ex quo toxico dictus Gaſparinus
die Mercurii ſequenti mortuus fuit & eſt, qua in-
quiſitione formata dicti Antoniolus & Domini-
ca iugales rei conſtituti coram præfato magnifico
Domi-

Domino Capitaneo & Prouiſote ad banchum maleficiorũ ratificauerunt in omnibus, & per omnia, vt ſuprà in inquiſitione continetur; deinde ſtatutus eſt terminus prædictis reis iugalibus ad faciendum defenſionem ſuam, intra quem terminum comparuerunt Thomaſius & Dominicus fratres, ſubſcripti Domini Antonioli, exponentes qualiter intellexerunt, quod dictus quondam Gaſparinus erat bannitus de territorio Brixienſi, & ſi quo tempore venerit in Sfortiam regiminis Brixiæ, ducatur ad locum ſolitæ iuſtitiæ, & ibi caput à ſpatulis amputetur, ita quod ſtatim moriatur, quare impune potuit per eius fratrem occidi ſecundum ſtatuta & ordines terræ Salodii, quare petierunt terminum ad probandum, qui Dominus Capitaneus & Prouiſur ſtatuit terminum ad hoc probandum octo dierum. Et intra dictum terminum productum eſt bannum dicti Gaſparini, & probatur qualiter de 1450. dictus Gaſparinus erat bannitus de omnibus terris & locis ſubditis Illuſtriſſimo Duci Dn. Venet. pro homicidio penſato, fuerunt etiam intra dictum terminum producta duo ſtatuta terræ Salodii in hæc verba: Rubica, quod banniti de maleficio poſſint impune offendi. Item, quia omne damnum iniuria maleficium datum & factum in perſona banniti de maleficio, ex quo pœna ſanguinis ingeratur, perpetuo remaneat impunitum & impunita, & proceſſus, qui fieret, per quemcunque rectorem ſit ipſo iure nullus.

Eo ſaluo, quod ſi offenſo tali bannito per illum vel illos, qui in pace vel treuga ſecum forent, perinde maleficium puniatur, ac ſi in banno malefici non eſſet offenſus.

Aliud ſtatutum eſt de pœna mulieris, habentis maritum committentis ſtuprum vel adulterium, cuius verba non referuntur, quia non expedit, vt ex infra dicendis apparebit.

Modo ſtantibus prædictis, dubitatur de duobus principaliter: Et primò, an dicti Antoniolus & Dominica iugales debeant abſolui, vigore dicti ſtatuti primi, quia ille Gaſparinus erat bannitus pro homicidio, & ad mortem condemnatus, an verò debeant condemnari.

Secundò, poſito quod debeant condemnari, quę pœna debeat eis imponi.

Et quod iſte caſus eſt apud me, vir magnifice, multum dubitabilis propter dictum ſtatutum, & de vita hominis agitur, requiſitus ego Bartholomæus Cæpolla Veronenſis, Iuris vtriuſque Doctor & Aduocatus conſiſtorialis, decreui prius diligenter videre & examinare proceſſum & ante dicta ſtatuta, & omnibus viſis & bene ac diligenter conſideratis, videtur mihi ita de iure concludendum eſſe, vt infra, ſaluo ſemper meliori conſilio, *iuxta l. Claudius,*
1 *in fin. ff. qui pot. in pign. hab.* † Et in primis pro intelligentia dicendorum eſt examinandum, quomodo intelligatur dictum ſtatutum, quod banniti de maleficio poſſent impune offendi, an habeat locum, etiamſi bannitus occidatur. Et videtur prima facie dicendum, quod non, quia ſi conſideramus verba ſtatuti, ſtatutum loquitur ſolummodo de damno, iniuria, & maleficio dato & facto in perſona banniti, & non loquitur de homicidio; ergo videtur quod non habeat locum in caſu, in quo non expreſſe loquatur, cùm ſit ſtricti iuris, *vt l. quicquid adſtringende, cum ibi not. ff. de verbor. obligat.* Item, quod verbum, damnum, non poteſt intelligi de morte, quia damnum dicitur diminutio patrimonii, *vt eſt caſus in l. 3. ff. de damno infecto.* † Item, quod appellatione etiam atrocis iniuriæ non continetur mors, imo ponitur pro ſpecie diſtincta, *vt eſt text. in l. fin. C. de reuoc. donat.*

Item, quod verbum, maleficium, non debet in dubio extendi ad mortem, ſicut nec verbum offenſio, vt ſtatim dicam. Item ſi conſideramus rubricam dicti ſtatuti, quæ dicit, quod banniti de maleficio poſſint impune offendi, etiam videtur, quod nõ poſſit bannitus occidi; nam aliud eſt offendere,
2 aliud occidere, † nam offenſa proprie eſt, quando particulariter noceret perſonæ vel rebus; non autem cùm homo occiditur, *argumento l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Item, quia verbum offenſa, videtur continere aliquam diminutionem vel læſionem, non autem totalem rei conſumptionem, *vt l. binas ædes, alias incip. Gaius, ff. de ſeruitut. vrbanorum prædior. & in l. inter ſeruitores, eod. tit.* Item, quia pro offenſa oritur actio iniuriarum, *vt ff. & C. de iniuriis,* per totum vel lex Aquilia, *vt ff. & C. & Inſtitut. ad leg. Aquiliam,* ſed pro homicidio oritur ſpecialis accuſatio legis Corneliæ de ſicariis, *vt ff. & C. ad leg. Corneliam de ſicariis.* Et ideo ſub generali verbo offenſæ comprehendi non videtur, *vt ff. de iniuriis, l. prætor edixit, §. 1. & maxime,* quia tale ſtatutum eſt contra ius commune & odioſum, vnde in mitiorem partem debet interpretari, *vt l. præſes, & l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis, cum ſimilibus.*

In contrarium videtur, quod imo dictum ſtatutum habeat locum, etiamſi bannitus occidatur.

Primò, quia dictum ſtatutum loquitur generaliter, dum dicit, *omne damnum & maleficium datum & factum in perſona*; ergo generaliter debet intelligi, *l. 1. §. generaliter, ff. de leg. ut. præſtandu.*

Item, loquitur indiſtincte; ergo diſtingui non debet, *l. de pretio, ff. de publica. cum ſimilib.*

Item, hoc videtur probari ex Rubrica ſtatuti, dum dicitur in ea, quod banniti de maleficio poſſint impune offendi, ex qua Rubrica poteſt & debet nigrum dicti ſtatuti intelligi, *iuxta ea quæ habentur in l. fin. ff. de hæred. inſtituend. & l. regula, §. & licet,* ibi, nam initium conſtitutionis generale eſt, *ff. de iur. & fact. igno.* vnde cum banniti poſſint impune offendi; ergo potuerunt etiam occidi, quia appellatione offenſæ ſimpliciter prolata, intelligitur de qualibet offenſa, *vt eſt text. in l. 1. §. quid autem, ff. de aleato. & ibi hoc not. Flor. & not. Bald. in l. omnes, C. ſi contra ius vel vtil. public.*

3 Item, † quia appellatione offenſæ videtur contineri, etiam grauiſſima & capitalis offenſa, *vt probatur in l. 3. §. fin. cum l. ſequenti, ff. de adm leg. & ibi hoc not. Bart. in fin. & Alber. de Roſat. in l. quod ſi iterum, eod. titulo.*

Item, quia appellatione offenſæ videtur contineri etiam totalis rei conſumptio, ſicut dicitur offendere legem, qui eam offendit, & quo ad verba,

& quo

& quo ad mentem, *vt ff. de legib. l. contra legem, & l. non dubium, C. de legib. & pro hoc, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, l. ſi quis id quod*, corrupiſſe enim quis dicitur, non ſolum qui partem corrupit, ſed etiam qui totam rem deſtruxit, *vt ff. ad legem Aquiliam, l. ſi ſeruus ſeruum, §. rupiſſe, ff. ad leg. Aquil. & iſtam partem tenet Bart. in l. 3. §. fin. ff. de adim. leg. & dicit de hoc eſſe caſum in cap. fin. de homicidio, lib. 6. & in l. teſtamento centurio, ff. de manu. teſtam.* Et idem tenuit ipſe Bartolus in conſilio, quod incipit: Statuto caſtri plebis. Vbi alle- 5 gat hanc rationem, † quia offenſa dicitur omnis actus, per quem pœna imponitur, *vt d. l. teſtamento centurio.* Et ita dum eſſet quæſtio de facto in ciuitate Pergami, vbi eſt tale ſtatutum, fuit obtentum, *per Alber. de Roſat.* & fuit hoc tempore Domini Federici de Laſtala, qui habebat magnos peritos in curia ſua. Et ita etiam fuit determinatum Bononiæ per collegium Doctorũ Bononiæ in perſona Thomaſii de Bechadelis ſecundum Odofredum, *vt refert Alber. de Roſat. in d. l. 4. §. quod ſi iterum, ff. de adim. leg. & in ſuo opere ſtatutorum in 4. part. quæſt. 18. & per eundem habetur in l. ſi ſeruus, C. de his qui ad Eccleſias confug.* Et prædicta intelligi debent, quando bannitus eſt, quis ex maleficio, ex quo ingerebatur pœna mortis, quia tunc licitum eſt bannitũ occidere vigore prædicti ſtatuti, ſecus ſi ex leuiori termino, *vt l. 1. & 2. & final. ff. de his qui mort. ſibi conſciuer.* durum enim eſſet, quod bannitus ex leui maleficio poſſet interfici, *vt notat Gandinus in fin. operis ſui in vltima quæſt. & hæc opinio dicitur fuiſſe Dn. Martini de Fan. quam ſequitur etiam Rayn. de Forliuio in d. l. quod ſi iterum, & ibi Alber. de Roſat. ff. de adim. lega. & idem ſequitur ipſe Alber. in d. opere ſtatutorum in 4. part. quæſt. 18. & idem not. Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de conſtit. in 4. part. Spec. & idem not. & tenet Angel. & D. Paul. de Caſt. in l. binas ædes, aliàs incipit, Gaius, ff. de ſeruit. vrba. prædior. & idem ſequitur idem D. Paul. de Caſtr. in l. 1. C. quando liceat vnicuiq. ſine iud. ſe vin. & hoc etiam tenuit ſolemnis Doctor D. Nellus de S. Geminiano in ſuo eleganti tractatu bannitor. in 7. quæſt. 2. part. 2. temp.* vbi dicit, quod ita communiter obſeruatur, & quod ita etiam Bald. conſuluit, ex quibus omnibus indubitanter concluditur, quod cum dictus Gaſparinus fuerit bannitus propter homicidium commiſſum, quod vigore dicti ſtatuti terræ 6 Salodii regulariter potuiſſet impune occidi. † His ita præmiſſis, eſt modo videndum, nunquid dicta Dominica potuerit impune Gaſparinum prædictum maritum ſuum veneno necare, cauſa accipiendi dictum Antoniolum pro marito ſuo. Et videtur dicendum, quod ſic:

Primò, propter ea, quæ dicta ſunt ſupra, quod ſi illud ſtatutum intelligitur, quod bannitus poſſit occidi, & loquitur ſimpliciter & indiſtincte; ergo ſimpliciter & indiſtincte debet intelligi ab omnibus, *l. de pretio, ff. de publica. cum ſimil.*

Secundo, quia illud ſtatutum eſt introductum pro communi vtilitate & quiete, *vt l. 1. & ibi hoc not. Bart. ff. ne liceat vnicuique ſe ſine ind. vind.* ergo non debet reſtringi, *iuxta not. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure.* Et ſic videtur, quod debeat intelligi à quacunque perſona, interficiatur bannitus.

Tertiò, quia maritus bannitus efficitur hoſtis, & ſic perdit ciuitatem, *vt l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de capit. dimin. & habetur in l. 1. C. de hered. inſtit.* ergo tanquam hoſtis, qui perdit ciuitatem, videtur quod poſſit ab vxore occidi.

Quartò, de hoc videtur eſſe text. *in l. minime, ff. de* 7 *relig. & ſumpt. fun.* vbi dicitur, † quod filius poteſt interficere patrem venientem contra patriam ſine ſcelere, & ſic impune, *& idem tenet gloſſ. per illum text. 23. quæſt. 3. cap. fortitudo, & idem not. Bart. in l. adulterium cum inceſtu, §. liberto, ff. de adulter. vbi dicit per dictam l. minime*, quod ſi ex forma ſtatuti licitum eſt bannitum occidere, poterit filius patrem bannitum interficere. Et dicit, quod cum iſta quæſtio fuiſſet de facto Tuderti, & eſſet commiſſa cuidam collegio, fuit conſultum, quod filius poſſit impune patrem occidere. Et dicit Bartol. quod neſcit, per quæ iura, ſed allegat rationem, nam bannitus efficitur hoſtis & transfuga ciuitatis, *vt l. amiſſione, §. qui deſiciunt, ff. de capt. dimin.* & ſicut perdit ciuitatem, ita etiam filiationem, *vt l. poſtliminium, §. filiis, ff. de captiuis, & ita etiam cum Bart. tranſit Dominus Bartholomæus de Salic. in l. vnica, C. de his qui parent. aut libe. occid.* ſi iſtud eſt conceſſum filio; ergo idem videtur eſſe conceſſum vxori, quia maior videtur eſſe reuerentia & obedientia, quam debet filius erga patrem, 8 quam vxor erga maritum, † quia pater poteſt vendere filium propter neceſſitatem famis, *vt l. 1. C. de patri. qui filios diſtr.* quod non reperitur in marito, vt poſſit vendere vxorem.

Item, quia filius tenetur inſtituere patrem in legitima, aliàs teſtamentum rumpi poteſt per querelam inofficioſi teſtamenti, *vt habetur in auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtament.* ſed non vxor maritum inſtituere tenetur, *vt habetur in l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, C. de inoffic. teſtam.* Item ab inteſtato ſuccedit filio pater non extantibus deſcendentibus ipſius filiis, *vt habetur in auth. defunctos, C. ad Tertull.* Et in corpore vnde ſumitur, ſed non vxor marito, *vt l. 1. C. vnde vir & vxor.*

Item, quia maius delictum videtur eſſe interficere patrem quàm maritum, quod patet ex genere pœnæ, quia vbi maior pœna imponitur, ibi videtur eſſe maius delictum, *vt eſt gl. 2. in c. fin. extra de ſtat. monaſt. in ver. in quo maior fuerit culpa, ibi maior exercetur vindicta, 50. diſt. c. quia tua. & not. gl. 2. in c. ſi. extra de ſtat. mon. in ver. modum culpa.* Nam maior culpa imponitur filio interficienti patrem, quàm vxori interficienti maritum, vt videtur eſſe caſu *in l. penult. pœna parricidii, coniuncta l. 1. in verb. vxorem, ff. ad leg. Pomp. de parricidiis.* In contrarium videtur, quod dicta Dominica vxor non potuerit impune veneno necare dictum 9 Gaſparinum maritum ſuum cauſa accipiendi alium maritum.

Et primo † quia maritus & vxor reputantur vna caro & vna eadem perſona, vnde de marito & vxore, dicitur, os ex oſſibus meis & caro de carne mea, & propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, *vt eſt text. in cap. debitum. extra de bigamis. & in cap. gaudemus. §. 1. extra de diuortiis.* Et ideo vxor dicitur ſocia diuinæ & humanæ domus, *vt l. aduerſus. C. de cri. expil. hered. & probatur in l. 1. ff. rer. amot.*

& in l. 1. ff. de rit. nupt. vnde cum cenſeatur vna & eadem perſona, noo debemus dicere quod ſtatutum voluerit quod vnus poſſit alium interficere, maxime cum tale ſtatutum ſit ſtricti iuris, & contra ius commune, vt dixi ſupra.

10 Secundo † probatur, nam ſi ſtatutum permittit quod bannitus poſſit offendi, bannitus non poterit ſeipſum offendere. *vt not. Bald. in l. 1. in pen. col. in fin. per gl. ibi C. de ſeruis ſugi. & probatur in c. ſi non licet, in prin. 23. q. 5.* ergo nec debet licere eius vxori, quæ dicitur vna caro, *vt dixi & habetur in c. 1. in princ. extra de bigamis, & 13. q. 2. c. Ebron.*

11 Tertio, † vxor tenetur regulariter ſequi virum *vt habetur per Cyn. l. liberti libertæq., C. de oper. liber. & per Bald. in l. quæ manumittitur. eo. tit. & per Bart. in l. Manio §. 1. ff. de au. leg. & per Inno. & Canoniſt. in c. 1. extra de coniugio leproſorum. & per gloſſ. in dict. c. Ebron. in 13. quæſt. 2. ſi tenetur eum ſequi*, ergo ipſum interficere non poteſt.

12 Quarto, † quia mulier tenetur alere virum bannitum, *vt l mutus, §. manente, ff. de iure dotium facit ad hoc gl. in auth. de inceſtu. §. 1. in c. neceſſaria col. 3. vt no. Bar. in l. ſi quis à liberis, § ſed verum ff. de lib. agno.* quem ergo mulier debet ſequi & alere & defendere, non deber offendere, *facit ad hoc optime l. ab hoſtibus capti. C. de captiuis.*

13 Quinto, † quia ſtatutum loquitur indefinite, ſed indefinita non æquipollet vniuerſali, ſi in quolibet oon eſt eadem ratio, *vt habetur per Dyn. in rubr. de de reg. iur. lib. 6. & plene per Bart. in l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. & in l. ſi neceſſitas, §. ſi anna. ff. de pign. actio. & plene per D. Dominicum de Sancto Gemin. in c. vt circa. de electio. lib. 6. & per Canoniſtas in c. quoniam extra de couingio leproſorum*, & maxime in ſtatutis non habet locum vt indefinita æqoipolleat vniuerſali, quoniam noo eſt eadem ratio, *vt not. Bart. in l. omnes populi. in 3. q. 6. quæſtionis principalis, ff. de iuſt. & iure*, ſed non eſt dubium, quod non eſt eadem ratio in vxore, quæ eſt in extraneo interficiente bannitum, imo eſt penitus diuerſa, ergo.

14 Sexto, † quod hoc adducitur quod diſputando terminauit D. Egidius de Foſcar. qui tenuit quod licet vigore prædicti ſtatuti banniti poſſint impune offendi, non tamen poterit frater interficere fratrē. *Et idem ſequitur D. Nellus in dicto tractatu bannitorum in 3. parte 2. temporis in 63. quæſt. 3.* iſtud noo eſt permiſſum fieri, ergo multo minus vxori.

15 Sepómo † pro hoc, quia ſi vaſallus dominum bannitum non poteſt occidere vel offendere, *vt habetur in l. ſi adulterium cum inceſtu. § liberto. ff. de adult. & ibi Dyn. hoc tenet, & ita communiter tenent Doctor. vt not. Alber. de Roſat. in 4. parte ſtatutorum, q. 27.* ergo multo minus deber licere vxori virum interficere vel veneno necare.

Octano hoc probatur, quia ſi filio non licet patrem bannitum occidere ſtante dicto ſtatuto, vt ſtatim probabo, ergo nec licere debet vxori maritum interficere, quia iſti duo comparari poſſunt, ſcilicet ſi filius & vxor quantum ad delictum & pœnam, *vt eſt caſus in l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid. & ibi gloſſ. coniuncta l. penultim. §. 1. cum gloſſ. eodem titul.* ergo ſtatutum ſuperueniens ſi non habet locum in filio non debet habere locum io vxore in caſu eius delicti in ſuo genere, *arg. l. vt tantum, §. 1. ff. de ſeruo corrup. coniuncta l. ſi quis ſeruo. cum gloſſ. fin. de furtis, & argumento c. translato, extra de conſtit. cum ſimil.* imo dico fortius à maioritate rationis, ſi filio non licer patrem interficere, ergo mulro minns licebat vxori, quia maius vinculum eſt inter virum & vxorem, quam inter patrem & filium, quia ſuot duo in carne vna, *vt dixi.*

16 † Item ex genere pœnæ videtur quod ſit maius delictum illud quod committit coniunx, quam illud quod committit filius in patrem, nam illi, qui interficit vxorem, penitus coniugium denegatur exceptis adoleſcentibus, *vt eſt text. 23. q. 2. c. interfectores*, quod non reperitur in filio interficiente patrem, *& pro hoc allegatur 79. diſt. c. decenter*, quæ dicit, quod magis punitur qui interficit vxorem ſuam quam matrem: quia proniores ſunt homines ad illud faciendum, *33. q. 2. c. admonere, & ibi etiam eſt gloſſ. ſimilis ſuper ver. exiſtimans.* Cum ergo imponatur maior pœna interficienti coniugem, quam interficienti patrem, ergo reputatur maius delictum coniugis, *vt dixi ſupra per not. per gloſſ. 2. in c. fin. extra de ſta. mon. cum ſimil. ſupra allegatis.* Et quod filio non ſit licitum interficere patrem bannitum, etiam ſtante prædicto ſtatuto, videtur probari, *in l. ſi adulterium cum inceſtu. § liberto. ff. de adult. & idem videtur ſentire gloſſ. in l. minime, ff. de religio. & ſumptib. fu. ſuper verb. occidiſſet, quæ dicit ſcilicet ſe defendendo alias incidit in leg. Pompeiam, de parricidiis, & ſic intelligit. gloſſ. dict. l. minime*, quando filius interficit bannitum ſe defendendo, ergo oon poteſt, *& ita intelligit gloſſ. illam Alberic. de Roſat. in ſuo opere ſtatutorum in quarta parte quæſtio. 6.* vbi hoc tenet, quia cuius famæ eſt parcendum, multo magis & eius vitæ. Et hanc opinio. quod filio non ſit licitum patrem interficere bannitum, *tenet Dyn. in in dicto § liberto. vt refert ibi & Alberic. vbi ſupra & etiam tenet Gaudinus in titulo de bannitis pro maleficio, verſicul. continetur in ſtatuto. & Alberic. de Roſat. in dicta quarta parte ſtatutorum in quæſt. 27. Et idem tenet Franciſcus de Aret. in dicto § liberto. qui dixit quod deciſio Bartol. in dict. §. liberto. potius fuit humana, quam iuridica.* Nam ex eo quod pater captus eſt, non perdit interim ea quæ ſunt de iure communi & naturali, *vt habetur in l. amiſſione, §. qui deficiunt, & ibi per Bartol. ff. de cap. dimi. vt refert Dominus Nellus in ſuo tract. bannitorum in 2. parte ſecundi temporis, in quæſt. 10. & pro hoc apparet quod non obſtat ratio quam ponit Bartol. in dicto §. liberto. quia non concludit.* Et iſtam vltimam opioionem ſcilicet quod filio non fuit licitum interficere patrem bannitum etiam ſtante prædicto ſtatuto, credo eſſe veriorem & tutiorem. Nec obſtat *l. minime, ff. de religio.* quia ſi bene inſpiciatur, loquitur de patre veniente contra patriam, ſcilicet quia interfecit hominem. Præterea ille text. iotelligitur ſecundum gloſſ. ibi quando filius interfecit patrem bannitum ſe defendendo: nos loqnimur quando interfeciſſet non ſe defendendo ſed offendendo, & eodem modo obſtat, *gloſſ. 23. quæſtio. 4. capit. fortitudo.* quia ibi loquitur quando filius interfecit patrem venientem contra patriam.

Nono prædicta opinio, quod non liceat vxori interficere maritum bannitum vigore dicti ſtatuti, pro-

ti,pro-

17 ti, probatur ratione; † nam quandocunque dubitatur de interpretatione alicuius ſtatuti, & ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati de vno, illud veriſimiliter dixiſſent, perinde eſt ac ſi illud fuiſſet expreſſum, *vt eſt gloſſ. notabilis in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis.* ſed non videtur mihi dubium, quod ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, ſi volebant quod vxor puſſet virum ſuum veneno necare vel alio modo interficere, veriſimiliter dixiſſent quod non, ex eo quod eſt ſocia diuinę & humanæ domus, *vt d. l. aduerſus. C. de crimine expila. hered.* quia ſunt duo in carne vna, *vt d. cap. gaudemus. §. 1. extra de diuortiis. cum aliis ſupra allegatis. facit ad prædicta optime text. in ratione ſui in l. manifeſtiſſimi. in fin. C. de furtis.*

Decimo hæc opinio probatur non ſolum ex tacita ſeu præſumpta mente ſtatuentium, ſed etiam ex expreſſa. Nam in dicto ſtatuto Salodii dicitur, eo ſaluo quod ſi offenſio fieret tali bannito per illum vel illos qui in pace vel treuga forent, perinde maleficium puniatur, ac ſi in bannu maleficii non eſſet offenſus, ex quibus verbis apparet manifeſte, quod illi qui ſunt in treuga vel pace, poſſint interficere bannitum, quod alias de iure fieri potuiſſet, *vt notat. Bartol. in ſua quæſtione diſputata*, quæ incipit Lucanæ ciuitatis; ſed certum eſt, quod vxor quę ſtat in concordia cum marito ſuo, dicitur ſtare in pace. Nam ſtando in ſimul comedendo & bibendo dicitur ſtare in pace, *vt probatur per gloſſ. Inſtitut. de iniuriis.*
18 *§. fin. & notat. in l. 1. in principio. ff. de pactis.* † pax enim dicitur tranquilla libertas à pactu dicta, *vt dicit Arch. 23. quæſtione 1. cap. noli.* præſertim cum vt dixi dicatur eſſe ſocia diuinæ & humanæ domus *per d. l. aduerſus. cum ſimilibus.* & duo in carne vna, & relinquet quis patrem & matrem & adhęrebit vxori ſuę, *vt d. c. gaudemus. §. 1.* & quia coniunctio maris & fœminæ eſt cõſortium omnis vitæ diuini & humani iuris communicatio, *vt l. 1. ff. de ritu nupt.* Et ſic ex omnibus prædictis concluditur, quod non licuit vigore ſtatuti terræ Salodii dictæ Dominicæ maritum ſuum bannitum impune veneno necare. Nec obſtant rationes ſupra in contrarium allegatæ. Primo dum dicitur, quod ſtatutum loquitur ſimpliciter, ergo ſimpliciter & indiſtincte eſt intelligendum, quia reſpondetur quod imo debet diſtingui, vt non habeat locum in filio vel vxore per prædicta. Nec obſtat ſecundo quod dicitur, quod hoc ſtatutum eſt factum pro communi vtilitate, ergo videtur quod intelligatur in quacunque perſona: quia iſte fauor non poteſt extendi contra maritum, nec contra patrem, per rationes ſupra deductas. Nec obſtat tertio, quod bannitus efficiatur hoſtis ciuitatis: quia per hoc non perdit iura ciuilia & naturalia, *vt habetur in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimi. vt dixi in octaua ratione.* Nec obſtat quarto *l. minime. ff. de religioſis, & gloſ. 23. quæſt. 4. fortitudo. vt dixi in dicta ratione octaua.* Nec obſtat vltimo argumentum quod factum eſt de filio ad vxorem, quia tollitur per interemptionem, *vt dixi in d. octaua ratione*, &c.

Sed eſt videndum nunquid dictus Antoniolus, qui cum dicta Dominica tractauit venena in dictum Gaſparinum & emit venenum & dedit ipſi Dominicæ, quæ ipſum dedit dicto Gaſparino marito ſuo ex quo mortuus fuit & eſt, potuerit illud impune facere ſtante dicto ſtatuto terræ Salodii. Et videtur prima facie dicendum quod ſic, quia ipſe Antoniolus non erat coniunctus in aliquo gradu dicto Gaſparino, vnde non videtur aliquid ei obſtare quin potuerit interficere dictum Gaſparinum per ea quæ dicta ſunt ſupra. Sed contrarium credo verius, quod ſic probatur, nam licet ſi Antoniolus ſiue dicta Dominica interfeciſſet dictum Gaſparinũ bannitum, potuiſſet hoc facere impune ſtante dicto ſtatuto terrę Salodii vt dixi ſupra in principio, tamen quia conſocius fuit in tractando de venenãdo & necando ipſum cum dicta Dominica vxore ipſius Gaſparini, quæ ipſum necare impune non potuit, ſibi non licuit vigore dicti ſtatuti, & hoc probo *per tex. in l. vtrum. ff. ad l. Cor. de parricidiis.* vbi di-
19 citur, † quod ſi filii occiderunt parentes, quod ipſi & eorum conſocii etiam extranei puniendi ſunt eadem pœna de parricidiis, & tamen non eſt dubium quod ſi extraneus de per ſe ſine filio interficeret parentem vnius, tenetur ſolummodo lege Cornelia de ſicariis, & non de parricidiis, & ad idem eſt text. *in l. ſi ſciente. eodem titulo. ff. ad l. Pompon. de parricidiis.* vbi loquitur de mutuantibus pecuniam illis qui comparare volunt venenum cauſa necandi hominem, & ibi eſt caſus de iſta quæſtione, ſi recte conſideretur, & eſt caſus *Inſtitu. de pub. iudiciis. in §. alias deinde lex.* vbi idem dicitur, ſcilicet quod ſi conſocius fuit filio ad interficiendum parentem, etiam extraneus, punitur ille extraneus nedum lege Cornelia de ſicariis, ſed lege Pompeia de parricidiis, & ibi gloſſ. ſuper ver. extraneus, colligit notabile dicendo, non extraneum puniri pluſquam ſi ipſe occidiſſet & allegat etiam *d. l. vtrũ. & l. ſi ſciente.* Et ideo concludo quod ex quo non licuit dictæ Iacobæ venenare dictum Gaſparinum maritum ſuum bannitum vt ſupra dixi, non licuit etiam ipſi Antoniolo vt conſocio tractare de venenando dictum Gaſparinum cum dicta Dominica vxore dicti Gaſparini nec emere dictum venenum & dare dictæ Dominicæ, licet ipſe de per ſe vel cum alio nõ prohibito potuiſſet impune eum occidere. Ex quibus concluditur ad primum dubium principale, videlicet quod non licuit impune ipſi Dominicæ nec etiam Antoniolo veneno necare dictum Gaſparinum bannitum, etiam ſtante dicto ſtatuto quod banniti poſſint impune offendi. Super ſecundo dubio principali, ex quo concluſum eſt quod prædicti Antoniolus & Dominica non potuerunt impune veneno occidere dictum Gaſparinum, qua pœna debeant puniri. Et breuiter dico, quod ambo eadem pœna ſunt afficiendi, *vt probatur in d. l. vtrum. in fin. ff. ad l. Pompon. de parricidiis. & in d. l. ſi ſciente. eod. titulo, & in d. §. alias deinde lex. Inſtitut. de publ. iudiciis.* Sed quæ debeat eſſe iſta pœna eſt text. *in l. pe. §. 1. ff. ad l. Pompon. de parricidiis.* qui videtur dicere quod illi qui alias perſonas interficiunt præter patrem & matrem, auum & auiam, capitis pœna plectentur aut vltimo ſupplicio mactẽtur. Et ideo cum hic non ſit interfectus nec pater nec mater, nec auus nec auia, videtur quod debeãt capitis pœna puniri, *vt eſſe videtur tex. in l. 1. in ver. vxorem, eo. tit.* Sed gl.

 ibi

ibi in ver. alias, tenet quod etiam illi omnes qui nominantur *in l. 1. eod. tit.* teneantur grauiori pœna, *de qua in d. l. pe. & in l. vnica. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt, & in §. alia deinde lex.* ſcilicet vt committens c..... n parricidii imponitur culeo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus ſecundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proiiciatur, vt omnium elementorum vſu viuus incipiat carere, & ei cœlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur. *& hoc etiam tenet Bart. in l. 1. in fin. ff. ad l. Pomp. de parricid.* ſcilicet quod hodie indiſtincte imponatur prædicta pœna non ſolum cõmittentibus parricidum contra aſcendentes, ſed etiam contra quoſque alios, *per d. l. vnicam. C. de his qui parent. vel liber. occide. & per d. §. alia deinde Inſtitut. de publ. iudic. & ita videtur tenere Cyn. ſecundum Pet. in d. l. vnica. & ibi etiam Salic. & Angel. de Aretio in ſuo tractatu maleficiorum in gloſſ. in verb. ex interuallo dictus Titius mortuus fuit & eſt ante fin.* ego tamen credo quod tutius ſit quod vtraque imponatur, quia illa pœna de qua in dictis iuribus de conſuetudine non ſeruatur. *facit ad hoc l. minime. & l. ſi de interpretatione. ff. de legibus. & quod notat. in l. de quibus eodem titulo. Et ideo dicit Salic. in d. l. vnica. C. de his qui parent. vel libe. occid. in principio.* quod hæc pœna non eſt in vſu, ſed decapitantur de conſuetudine, & carere debent forte ſepultura, & ita etiam ſequitur *Angel. de Aret. in ſuo tractatu de maleficiis in gloſſ. in verbo ex interuallo dictus Titius mortuus fuit & eſt, circa fin. Item quia d. l. 1. ff. ad l. Pompon. de parricidiis.* quæ enumerat perſonas ex quarum occaſione oritur crimen parricidii, non ponit de viro interfecto ab vxore, ſed ſolum de vxore interfecta à viro. Et ſic videtur, quod mulier interficiens maritum non committat crimen parricidii. *Et hoc videtur ſentire gloſſ. Inſtitut. de public. iudic. in §. alia deinde text. in verb. continetur. qua incipit, ſed qui ſunt hi, ibi. Item affines quidam & vxor nurus,* &c. notat. quod dicit quidam, quaſi dicat & non alii, & ratio forte fuit, quia ſæpius contingit, quod maritus interficiat vxorem, quam vxor maritum, vnde lex Pompeia de parricidiis voluit prouidere potius his, quæ ſæpius contingunt, *argumento l. nam ad ea. ff. de legi.*

Item quia in dubio debemus inclinare in mitiorem partem, *vt l. ſi de interpretatione, & l. præſes. ff. de pœnis. cum ſimil.*

Concludo itaque ex omnibus prædictis, quod dicta Dominica & Antoniolus non potuerunt impune venenare dictum Gaſparinum bannitum etiam ſtante dicto ſtatuto terræ Salodii, & quod debeat vltimo ſupplicio puniri, id eſt, pœna mortis, & ſic decapitari. Et pro hoc etiam patet, quod non eſt neceſſaria diſputatio alterius ſtatuti, quod tamen ad propoſitum non facit, quia iudex nõ poteſt procedere per inquiſitionem pro adulterio & ſtupro, niſi ad inſtantiam perſonarum in eo nominatarum fuerit facta accuſatio, vnde eius diſputationem omitto, quia ſufficiunt ea quę dicta ſunt ſuper primo ſtatuto.

Et ita vt ſupra dictum eſt dico & conſulo iuris eſſe ego Bartholomæus Cæpolla de Verona iuris vtriuſque Doctor, &c.

CONSIL. XLIX.

SVMMARIA.

1 *Teſtator ſubſtituere cenſetur eos, quos in ... comprehendit.*

2 *Verba notarij intelligenda ſunt ſecundum iuris interpretationem.*

3 *Liberorum appellatione continentur tam fœminæ quam maſculi.*

4 *Appellatione liberorum in ſubſtitutione comprehenſa continentur etiam fœminæ ſeu deſcendentes ex fœmina.*

5 *Voluntas teſtatoris regit conditiones teſtamenti, & in teſtamentis primum locum obtinere debet.*

6 *Vbi mens teſtatoris repugnat verbis teſtamenti, ſtandum eſt menti, & non verbis.*

7 *Teſtator præſumitur habuiſſe maiorem affectionem ad filias proprias, quam ad filias fratris.*

8 *Lex magis diligit filios patroni, quam patronum in bonis liberti.*

9 *Statutum, quod extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, intelligendum eſt de maſculis ſuccedere volentibus.*

10 *Teſtator exprimens ſpecialiter aliquos in ſubſtitutione cum eorum liberis cenſetur de liberis maſculis tantum intellexiſſe.*

Teſtator in dubio videtur ſubſtituere ſecundum ordinatam charitatem, & qualiter intelligatur charitas ordinata.

11 *Filios non habere, vel habere & non ſuccedere, paria ſunt.*

12 *In conditionibus inſpiciendum eſt merum factum.*

13 *Quando vna diſpoſitio fit contemplatione alterius, licet expreſſa verba ad illum non dirigantur, tamen ei competit actio.*

14 *Copula &, cuius natura ſit.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Circa primum dubium quidem, an dicta ſubſtitutio fideicommiſſaria in teſtamento Triſtani vltimo morienti ſubſtituit Titium, & Franzinum fratres ſuos & eorum liberos & deſcendentes legitimos & naturales, includat ſuos dicti Titi, videlicet Lauram & Beatricem ſuperſtite Franzino patruo ſuo.

Tres quæſtiones principaliter ſunt examinandæ.

Prima eſt an dicta Laura & Beatrix de iure communi videantur eſſe vocatæ ex dicta ſubſtitutione.

Secunda, an admittantur ad ſucceſſionem etiam attenta forma ſtatuti terræ Mirandulæ.

Tertia, poſito quod ſic, quomodo admittantur, an in totum, vel in parte, & ſi in parte, quota pro parte.

1 † Super prima quæſtione videtur dicendum, quod de iure communi dicta Beatrix & Laura dicti Titi videantur eſſe vocatæ ex dicta ſubſtitutione fideicommiſſariã, quod ſic probatur, teſtator videtur eos ſubſtituiſſe quos in ſubſtitutione comprehendit

hendit ex ſignificatione verborum teſtamenti, nam
præſumendum eſt, quod notarius ſcribendo appo-
ſuerit verba importantia voluntatem teſtatoris, &
2 † ideo verba notarii intelligenda ſunt ſecundum
iuris interpretationem, & eleganter dicit *Bartol. in
d.l. ſi quis filiabus. in fin. ff. de teſt. tu. per notat. per gloſſ. in l.
ſciendum. l. fin. ff. de verbor. obligat. & in l. 1. C. de vxo.* ſed
teſtator Triſtanus in teſtamento ſuo ſubſtituit Ti-
3 tum & Franzinum, & eorum liberos, † ſed appel-
latione liberorum, continentur tam fœminę quam
maſculi ſecundum iuris ſignificationem & inter-
pretationem, *in l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de verb. ſig.
& l. ſed ſi hac, §. liberis quoque. ff. de in ius vocan. & l. 1. C.
de condi. in ſer. cum ſimilibus.* ergo teſtator videtur vo-
caſſe etiam dictas Lauram & Beatricem filias dicti
Titi in dicta ſubſtitutione fideicommiſſaria, in qua
vocauit liberos Titi.

4 † Item, pro hoc videtur *tex. d.l. 1. C. de condi. in ſer.*
vbi appellatione liberorum in ſubſtitutione com-
prehenſa continentur etiam fœminæ ſeu deſcen-
dentes ex fœmina.

Item, quia de iure communi ita admittuntur fœ-
minæ ſicut maſculi, *vt l. maximum vitium. C. de lib. præ-
ter. & lege l. 12. ta. C. de leg. hær. & Inſtitut. de exhæ. lib. §.
noſtra.*

Item, ſi teſtator voluiſſet facere differentiam in-
ter maſculos & fœminas de dicta ſubſtitutione, &
vocare tantum filios maſculos Titi & Franzini, be-
ne ſciuiſſet hoc exprimere, cum ergo hoc non fece-
rit, imo fecerit contrarium, quia vſus eſt verbo li-
berorum, quod comprehendit etiam fœminas,
vt dixi, ergo eſt credendum, quod noluerit ſolum
maſculos vocare; *arg. l. 1. §. ſi autem à deficien. C. de cad.
tol. & c. inter corporalia. extra de transla. præla. & l. ſi ſer-
uum. §. non dixit prætor. ff. de acq. hæred. cum ſimilib.* cum
itaque dictæ filiæ Titi ſint vocatæ & comprehenſæ
in dicto teſtamento Triſtani tam ex ſignificatione
verborum teſtamenti, quando ex præſumpta men-
te defuncti, quia vocatæ ſunt de iure communi, &
ex forma ſtatutorum, dicitur quod ſit concluden-
dum quod dictæ filię debeant admitti ad ſucceden-
dum Triſtano Teſtatori vigore dictę ſubſtitutionis
fideicommiſſariæ.

Item, quia ſi Franzinus acceptaſſet hęreditatem,
& mortuus fuiſſet relicta vna filia, illa admittere-
tur, ex viuo Franzino, etiam ſi liberi ſui non fuiſſent
vocati in ſubſtitutione, quia filii ſubſtituti exclu-
dunt alios ſubſtitutos, *vt l. cum auus. ff. de condi. & de-
mon.* Pari ratione videtur dicendum, quod filiæ di-
cti Titi debeant excludere pro dimidia dictũ Fran-
zinum, & hoc etiam ſi ſupereſſent filiæ teſtatoris
inſtitutæ in ea parte. Et ita pro iſta parte conſulue-
runt Doctores Bononien. & Peruſini *vt refert dom.
Pau. de Caſt. d.l. 1. in fin. C. de condi. in ſer.*

In contrarium autem videtur quod imo dictæ
Laura & Beatrix filiæ dicti Titi non admittantur ad
ſucceſſionem vigore dictæ ſubſtitutionis fideicom-
miſſariæ, quod ſic probatur, licet appellatione li-
berorum contineantur tam fœminæ quam maſcu-
li, *vt d.l. 1. C. de condi. in ſer. cum ſimi.* Tamen hoc fallit,
quando contraria voluntas defuncti euidenter ap-
pareat, *vt dicit text. in d.l. 1. in fin.*

5 Et eſt ratio, † quia in teſtamentis primum lo-
cum obtinet voluntas teſtatoris, quæ regit condi-
tiones teſtamenti, *vt l. in conditionibus primum locum.
in princ. ff. de condit. & demonſt.* Et vbi manifeſtiſſimus
eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nuſ-
quam tantum valet, vt melior ſenſus exiſtat, *vt dicit
6 text. in l. 3. in fin. C. de lib. præte.* † Et ſic vbi mens te-
ſtatoris repugnat ſignificationi & interpretationi
verborum, ſtatur menti, & non verbis ſeu eorum
ſignificationi. *facit gloſſ. notabilis in l. eas cauſas. ff. de
de condit. & demonſt.* Sed in caſu noſtro licet teſta-
tor Triſtanus vocauerit in ſubſtitutione quam fecit
in teſtamento ſuo liberos Titi fratris ſui, & ſic ſe-
cundum propriam ſignificationem appellatione
liberorum comprehendantur etiam fœminæ, & ſic
filiæ dicti Titi vt dixi, tamen videtur quod ex men-
te præſumpta ipſius teſtatoris, quæ eſt præferenda,
vt dictum eſt, non debeant admitti nec compre-
hendantur appellatione liberorum.

Et quod iſta videtur fuiſſe voluntas teſtatoris
Triſtani probatur ſic. Nam ipſe teſtator inſtituit
Timotheum filiũ ſuum maſculum, & filias naſcitu-
ras in re certa & moriente filio maſculo ſubſtituit
dictum Franzinum & Titum fratres ſuos, & ſic ma-
gis dilexit in ſubſtitutione fratres ſuos maſculos
quam filias proprias: ergo ſicut prætor prętulit Frã-
zinum fratrem ſuum filiabus propriis ipſius teſta-
toris, multo magis videtur prætuliſſe filiabus Titi
7 fratris ſui, † quia non eſt dubium quod teſtator
præſumitur habuiſſe maiorem affectionem ad fi-
lias proprias, quam ad filias fratris: quoniam nul-
lus amor vincit amorem paternum. *l. fina. in princip.
C. de curat. furio. & l. iſti quidem. in fin. ff. quod met. cau.
& l. liberorum. ff. de verb. ſignif.* Et ideo licet teſtator
dixerit, ſubſtituo Titum & Franzinum fratres meos
& eorum liberos non propterea videtur ſubſtituiſ-
ſe filias Titi, ex quo noluit filias proprias ſubſti-
tuere.

Et pro hoc allego quod ſingulariter notat. Dn.
Pau. de Caſt. *in d. l. 1. in fin. C. de cond. in ſer.* vbi dicit,
quod quidam habens filium maſculum & filiam
fœminam illam inſtituit in certa quantitate, & ma-
ſculum hæredem vniuerſalem inſtituit, & ſi deceſ-
ſerit ſine liberis voluit bona ſua deuenire ad pium
locum, iſte deceſſit cum nepte ex filia prædefun-
cta, dicebat pio loco extitiſſe conditionem fidei-
commiſſi, quia teſtator non cenſetur cogitaſſe de
nepte ex filia tali ratione. Nam cum ipſe diceret fi-
liam, voluit pium locum illi filię præferre, quod pa-
tet, quia ipſum ſubſtituit poſt mortem filii, non au-
tem ipſam filiam, & imo ſi voluit pium locum præ-
ferre filiæ ſuæ, multo magis filiæ filii, quia teſtator
non præſumitur plus illam dilexiſſe, quam filiam
ſuam.

Nec obſt. ſecundum eum text. *in l. 1. C. de condi. in-
ſer.* quia intelligitur extra dictos terminos, quando
ſcilicet teſtator non habebat filiam quam poſtpo-
ſuiſſet ſubſtituto, & ita conſuluit ipſe Dn. Paul. de
Caſtr. & ita conſuluit etiam collegium Florenti-
num, & ita conſuluerunt etiam omnes aduocati
curiæ Romanæ, vt ipſe Dn. Paul. refert *in d.l. 1. in fin.
C. de condit. in ſer. & ita tenet etiam ibi Raph. facit ad hoc*

quod nota. Bart. in l. fin. ff. ad Trebell. & in l. Lucius. in pen. col. ff. de vulg. & pup. & Bald. in l. in teſtamento. in 6. quaeſt. C. de teſta. mil. & Dn. Paulus in l. cohæredi. §. qui diſcretus. ff. de vulg. & pup.

Et eadem ratione fuit alias etiam conſultum per
multos Doctores, quod ſi pater inſtituit filios ma-
ſculos hæredes vniuerſales & filias in certa quanti-
tate, & ſubſtituit extraneos filiis maſculis ſi deceſ-
ſerint ſine filiis maſculis & ſic filiæ fœminæ filio-
rum non excludunt ſubſtitutos extraneos, quia ſi
ſubſtitutos extraneos prædilexit filiabus ſuis, for-
tius filiabus filiorum, quia minus dilexiſſe creden-
dum eſt. Vnde hanc mentem teſtatoris præſumi-
mus quam propriam ſignificationem verborum
pro pio loco, & etiam pro extraneo hærede, vt præ-
ferantur filiabus etiam filii proprii teſtatoris, mul-
to magis debemus præſumere pro fratre teſtatoris
maſculo ſubſtituto contra filias alterius fratris ipſi-
us teſtatoris.

Et per prædicta apparet, quod iſta quæſtio in ter-
minis Doctorum eſt valde dubia, tum propter ra-
tiones prædictas, tum etiam propter auctoritatem
Doctorum qui vtrinq; conſuluerunt, in tantũ quod
dicit Dn. Pau. *in d. l. 1. in fin. C. de cond. inſer.* quod ipſe
fuit primus qui conſuluit pro iſta ſecunda parte in
fauorem loci pii, & tamen, nunquam poſtea voluit
amplius conſulere, licet pluries fuerit requiſitus:
quia multorũ conſilia in contrariũ fecerunt ipſum
in dubietatẽ cadere. Ego autẽ in terminis quæſtio-
nis noſtræ puto ꝙ ceſſent dictæ dubitationes, nam il-
læ procederent, ſi d. Franzi. frater teſtatoris ſubſti-
tutus voluiſſet acceptare & acceptaſſet dictã hære-
ditatem per fideicõmiſſum, verum ex quo ipſe no-
luit acceptare dictã hæreditatem fideicõmiſſariam
vigore ſubſtitutionis imo ei renuntiauit & appro-
bauit teſtamentũ Thimothei filii teſtatoris, in quo
inſtituit pauperes Chriſti & ſic extraneos hæredes,
vt apparet ex inſtrumento ad me tranſmiſſo, Dico
quod hoc caſu d. filiæ Titi apprehenſæ ſub illis ver-
bis, & eorum liberos, videntur eſſe vocatæ ad di-
ctum fideicommiſſum, tum ex natura verbi liberos,
quod etiam filias fœminas includit, vt dixi, etiam ex
mente teſtatoris, quia non eſt veriſimile, quod ex
quo teſtator ſubſtituit liberos fratrum, quod no-
luerit quod filius ſuus cui fecit dictam ſubſtitutio-
nem, renuntiet hæreditatẽ extraneo omiſſis dictis
filiabus fratris ſui, quia eſt veriſimile, quod magis
dilexerit filias fratris quas vocauit ſub verbo liberos
quam pauperes extraneos quos non nominauit nec
hæredes inſtituit. *arg. l. 1. Publius Mænius. §. Titia. ff. de
cond. & dem.* Nec etiam eſt veriſimile, quod teſtator
noluerit excludere dictas filias fratris ſui propter di-
ctum Franzinum, ſi ipſe Franzinus voluiſſet eſſe
hæres ſuus, & hoc probatur, *per text. in l. & ſi ex medi-
ca. §. filium. in princ. ff. de bo. lib.* vbi dicitur, quod licet fi-
lius libertus inſtitutus impediat patronũ ſuccede-
8 rè, *vt in §. ſed viam. Inſtitut. de ſuc. lib.* † quia lex magis
diligit filios patroni, quam ipſum patronum in bo-
nis liberti, vt ibi, tamen ſi filius abſtinuit ab hære-
ditate, quamuis hæres nomine patronus admitti-
tur, quia ceſſat fauor filii propter quem excludeba-
tur patronus: ita in propoſito licet teſtator volue-
rit excludere ſeu non vocare filias fratris propter a-
lium fratrem ipſius teſtatoris tantum, ſi frater non
vult eſſe eius hæres, & ſic ceſſat fauor ſuus debent
filiæ alterius fratris admitti.

Item, hoe etiam probatur ad idem, *in l. 2. §. ſed ſi
ſint. ff. ad Tertul.* vbi dicitur, quod ſi quis moritur re-
licta matre & liberis qui ſui ſint hæredes, mater
excludit. Sed ſi liberi ſe ab hæreditate paterna ab-
ſtinuerunt, tunc mater admittitur: quoniam ma-
ter non excluditur propter liberos niſi quando li-
beri habent hæreditatem, nec nudum nomen hæ-
redis matri nocet, *vt ibi, pro hoc etiam, §. ſi ſit conſangui-
nea eadem l. 2.*

Item, pro hoc etiam allego quod not. Bald. *in l.
pactum quod dotali. in 4. col. C. de collation.* vbi dicit,
quod ſi filia renuntiauit patri bonis paternis pro-
pter fratres qui ſuperuiuebant, qui poſtea viuo pa-
tre deceſſerunt, & ſic nunquam fuerunt hæredes,
quod talis renuntiatio non nocet, *argumento. l. inbe-
mus. C. ad Velleia.*

Item, allego quod not. Bart. *in l. 1. §. filium. ff. de bo.
poſſeſ. contra ta. & in d. l. 2. §. ſi ſint. ff. ad Tertul.* vbi dicit
9 notabiliter, † quod ſtante ſtatuto, quod extanti-
bus maſculis filia fœmina non ſuccedet, intelligitur
de maſculis ſuccedere volentibus, & non aliter, de
quo plenius in ſequenti quæſtione.

Vnde ex iſtis concludo circa iſtam primam quæ-
ſtionem, quod ex quo dictæ filiæ Titi comprehen-
duntur in dicta ſubſtitutione fideicommiſſaria ſub
illis verbis, & eorum liberis ex ſignificatione ver-
borum, *vt l. 1. C. de condi. inſer. cum aliis ſupra alleg.* nec
ſit perſona quæ ex præſumpta mente defuncti ex-
cludat eas, à propria ſignificatione verborum ab il-
lis verbis teſtatoris recedere non debemus, *vt l. non
aliter. ff. de leg. 3. & l. 3. C. de libe. præ.* Et eſt caſus in ter-
minis quæſtionis noſtræ, *in d. l. 1. in fin.* ibi, niſi alia
defuncti voluntas euidenter probabitur. Nam ibi
dicitur ſubſtituto vni, ſi deceſſerit ſine liberis, con-
ditio deficit ſi relinquit nepotem ex filia, & ſic ap-
pellatione liberorum continentur etiam illi qui
ſunt fœminini ſexus, vel ex fœminino ſeu deſcen-
dunt niſi alia voluntas teſtatoris euidenter apparet.
Sed ita eſt in caſu noſtro, videlicet quod in d. ſubſti-
tutione facta per d. verba, ſubſtituo Titum & Fran-
zinum & eorum liberos, comprehenduntur etiam
filiæ Titi, cum non appareat euidenter alia voluntas
Triſtani teſtatoris in contrarium imo potius pro:
quia nullus eſt ſecundum quæſtionem propoſitam,
qui ex præſumpta mente teſtatoris excludat d. filias
Titi, ex quo non eſt earum pater, qui iam præmor-
tuus erat, nec Franzinus earum patruus voluit acce-
ptare dictã hæreditatem per prædicta. Sup. 2. q. quæ
eſt, an dictæ filiæ Titi admittantur tanquam ſubſti-
tutæ ad ſucceſſionem dicti fideicõmiſſi attenta for-
ma ſtatutorum terræ Mirandulæ, in quib. diſponi-
tur in effectu ꝙ extantib. maſculis agnatis fœminæ
& agnatæ non ſuccedant, ſed detur & aſſignetur eis
tertium eius, quod de iure cõmuni ab inteſtato ha-
bituræ fuiſſent de bonis eius de cuius hæreditate a-
10 gitur, & videtur quod non, † quia teſtator Triſta-
nus dum dixit, ſubſtituo Titum & Franzinum & e-
orum liberos, videtur intellexiſſe de liberis maſcu-
lis tan-

ſis tantum, & non de fœminis propter dicta ſtatuta, q; ſic probari poteſt: teſtator in dubio videtur ſubſtituere ſecundum ordinatam charitaté & affectioné, quæ ordinata charitas intellgitur, quando ab inteſtato ſucceſſuri erant: quia illi in dubio videntur vocati, *& eleganter not. Bart. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis & poſth.* & intelligo quando ſunt ſucceſſuri ab inteſtato de iure communi, ſi ſtatutum municipale non contradicit, ſed ſi aliter diſponeretur ex forma ſtatuti quam de iure, tunc intelligitur de ſucceſſione ab inteſtato ſecundum formam ſtatutorum, quia illa proferuntur, *l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & tenet Bart. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Et in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. in princip. 2. colum. ff. de ope. lib. Et ego plene hoc examino in l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verbor. ſignificat.* Sed in caſu noſtro ſtatutum terræ Mirandulæ vult quod non ſuccedant fœminæ etiam agnatæ extantibus agnatis maſculis, ſed detur & aſſignetur fœminis tertium eius quod habituræ eſſent ab inteſtato, ergo extante Franzino fratre defuncti & patruo dictarum filiarum Titi, videtur quod in dubio teſtator voluerit ſub nomine liberorum vocare filias, quæ ab inteſtato ex forma ſtatuti non ſuccederent extante patruo, *vt dixi.*

In contrarium videtur quod imo dictæ filiæ Titi admittantur ad fideicommiſſum, ex quo ſub nomine liberorum vocatæ ſunt, quod comprehendit etiam fœminas, vt ſæpe dictum eſt, non obſtante forma ſtatuti, quia per illud ſtatutum non ſunt penitus excluſæ, ſed per illud vocantur in tertia parte eius quod habituræ eſſent ab inteſtato, & ſic videtur ceſſare prędictum argumentum, licet poſſet dici, quod prædictum argumentum procedit quando fœminæ non ſuccedunt tanquam hæredes ſicut in caſu noſtro videtur, quia ſtatutum dicit, quod fœminæ non ſuccedant, ſed detur & aſſignetur tertium eius, &c. Nam illud ſtatutum videtur velle, quod nullo modo ſint hæredes, ſed quod detur tertium eius, quod habituræ eſſent ab inteſtato, non tanquam hæredi, quod an ſit verum, nunc non examino, quia non expedit, & patebit ex infra dicendis. Item videtur quod prædicta determinatio videlicet quod teſtator videatur in dubio vocare eos qui ſucceſſuri eſſent ab inteſtato ex forma ſtatuti, tamen non videtur vera, quia etiam ſi ex forma ſtatuti dictæ filiæ Titi non ſuccederent ab inteſtato in aliqua parte ſuperſtite Franzino patruo ſuo, non tamen per hoc dicerentur excluſæ à ſuccedendo ex præſumpta mente defuncti, ſed ex ſola ſtatuti diſpoſitione & contra mentem defuncti, qui vt dixi eas vocauit ſub nomine liberorum. Item, quia ſtatutum illud non haberet locum in ſucceſſione ex teſtamẽto, ſed ab inteſtato, facit ad hoc quod not. Bal. *in l. quicunq; in 3. col. verſ. ſi pone ſtatuto cauetur. C. de ſeruis fugi.* Veritas eſt in caſu noſtro, vt dictæ filiæ Titi videantur vocari ad dictum fideicommiſſum non obſtante dicta forma ſtatuti terræ Mirandulæ, etiam ſi eſſet vera opinio. *Bart. in dicta l. haredes mei. §. cum ita. & in dicta l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi*, videlicet quod in dubio teſtator videatur voluiſſe ſubſtituere & vocare eos qui ſibi ſucceſſuri eſſent ab inteſtato ex forma ſtatuti, & non eos qui per ſtatutum eſſent, vel ſunt excluſi, ſicut ſunt fœminæ, quia illud procederet, quando illi qui admittuntur per ſtatutum ſicut ſunt agnati, acceptarent & adirent hæreditatem, ita quod cum effecti eſſent hæredes, ſecus ſi nollent eſſe hæredes, & renuntiarent hæreditati, ſicut fecit Dominus Franzinus. Nam fœminæ excluſæ per ſtatutum in beneficium maſculorum qui volunt eſſe hæredes, admitterentur, *vt probatur in l. & ſi ex modica. §. ſi filius. ff. de bo. lib. & l. ſi patronus. §. fin. eod. tit. & per l. 2. §. ſi ſint. & §. ſi ſit conſanguinea. ff. ad Tertullia. & in l. 1. §. filium. ff. de bono. poſſeſſion. contra tabulas & in l. neceſſe. §. ſi deportatus. ff. de bon. libe. & in l. pater filium. ff. de inoffic. teſtamen. & ibi gloſſ.* quæ
11 dicit, † paria ſunt non habere filios, vel habere & non ſuccedere. *Et ideo dixit Bart. in dicto §. ſi ſint*, per illum textum quod ſi ſtatutum dicit, quod extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, intelligitur extantibus, qui ſuccedant patri. *Et idem vult etiam Bart. in d. l. 1. §. filium. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* vbi dicit, quod ſi frater non vult ſuccedere patri non obſtat ſorori etiam ſtante dicto ſtatuto per illum, *& per dictum §. ſed ſi ſint.* & ita ego reperio fuiſſe conſultum per plures ſolemnes Doctores, videlicet, *per Dn. Ziliolum de Cantebis de Cremona, per Dominum Barthol. de Sal. per Dn. Flor. per Dominum Anton. de Butr. & Petr. de Anch. & Dn. Benedictum de Plombino, & per D. Fantinum Dantulum de Venetiis*, qui poſtea fuit Epiſcopus Paduanus, qui dicunt quod dictum ſtatutum extantibus maſculis, &c. intelligitur, videlicet extantibus & ſuccedentibus alioquin etiam ſi extarent & incapaces prorſus eſſent, aut etiam repudiarent hæreditatem, ſicut fecit dictus Franzinus tunc perinde eſſet, ac ſi ipſi maſculi nullatenus extitiſſent, *per nota. per Bartol. in dicta l. 1. §. filium. ff. de contra tabulas & in l. 2. §. ſed ſi ſint. ff. ad Tertul. & pro hoc etiam allegant quod nota. Galbus Domino in l. ſeruo manumiſſo. ff. de conditio. indebi. Item, pro hoc allego quod nota. in l. fratres, in 8. & vltima quæſtione. Cod. de inofficio. teſtament.* vbi dicit, quod dictum ſtatutum, quod ſuperſtite maſculo excluditur fœmina, non debet intelligi quod excludat præciſe, ſed ita demum ſi maſculus ſuccedit, quia intẽtio ſtatuti eſt deponere ordinem prælationis modo neceſſitatem excluſionis, quæ verba ſunt ſatis notabilia ad dictum ſtatutum. Nec obſtat prædictis text. *in l. filiusfamil. §. cum quis. ff. de leg. 1.* vbi dicitur quod quando exiſtentia liberorum habet impedire, intelligitur ſiue ſint hæredes, ſiue non: quia reſpondeo ſecundum Bart. *in d. l. 1. §. filium*, quod ideo hoc eſt ibi, quia filii impediebant alios, ex eo quod haberent potentius ius in ſucceſſione, ſed quia conditionem alterius faciebant deficere, ſed in quæſtione Franzinus patruus obſtat dictis filiabus Titi, quia habet ius potentius in ſucceſſione, ergo non adeunti ceſſat illud ius, vel aliter ad idem reſpondeo quod, *in dicto §. cum quis*, illa verba, ſi ſine liberis deceſſerit, ſunt conditionalia. ergo ve-
12 rificantur, ſi ſolum patri ſuperuixerint, licet non ſint eius hæredes, vt ibi, vt eſt ratio, † quia in conditionibus inſpicimus merum factum, *vt l. melius, ff. de condit. & dem. & l. qui hæreds. in princip. eo. tit. vt not. Bart. & Doct. in d. §. cum quis, & hoc vult in effectu gloſſ.*

in l. ex facto. §. fin. in fin. vltimæ gloſſ. ff. ad Trebellian. Sed
in caſu noſtro exiſtentia maſculorum ex forma ſta-
tuti terræ Mirandulæ non ponitur conditionaliter,
quia fœminæ excluduntur ſub conditione ſi ma-
ſculi extabunt. Nam dicitur in dicto ſtatuto, extan-
tibus liberis aſcendentibus & collateralibus per
lineam maſculinam, &c. Nam illi ablatiui abſolu-
ti reſoluuntur in conditionem, *l. à teſtatore. ff. de cond.
& dem. & l. amitu. ff. de vſur. cum ſimilibus,* quia reſpon-
deo, quod imo in caſu noſtro faciunt diſpoſitio-
nem & eam inducunt vt maſculi præferantur fœ-
minis, quia fauore maſculorum hoc ſtatutum eſt
introductum, *l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg. 1. & l.
fideicommiſſaria. §. cum eſſet. de legat. 3. & l. in ratione. §.*
13 *tametſi & ſi. ff. ad l. Falcid.* & probatur ratione, † nam
quando vna diſpoſitio fit contemplatione alterius,
licet expreſſa verba ad illum non dirigantur, tamen
ei competit actio, *vt dicto §. ſi teſtator. & l. fideicom-
miſſa. §. interdum. de legat. 3.* Vnde cum iſta diſpoſi-
tio ſit facta fauore agnatorum maſculorum ex hac
diſpoſitione competit eis actio. Item probatur a-
lia ratione, quando aliquis remouetur a lucro con-
templatione alterius, illi debet applicari cuius con-
templatione remouetur, vt apparet in tutore qui
priuatur legato, ſi non gerit tutelam, *vt l. poſt lega-
tum. §. amittere, ff. de his quibus vt indignis. & l. penultima
Cod. de lega. & l. cum duo emancipati. §. ſi duo. ff. de collat.
bon. Et ita tenet Barto. per has rationes in l. ſecunda §. vi-
dendum. ff. ad Tertul. Et idem nota. ipſe Barto. in l. 1. §. ſi-
ctum. in fin. 2. columnæ, ff. de bono. poſſeſ. contra tabul. in
dicta §. ſi duo. & l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. de lega. 1. & hoc
ſequitur etiam Bald. in l. maxime. poſt princip. Cod. de lib.
præte. qui allegat etiam ad hoc l. cum alin. & l. generaliter.
§. in his. Cod. de ſecundis nuptiis,* qui ſubdit, quod hoc
non eſt inconueniens, quia etiam alibi contingit
quod verba conditionalia rediguntur in diſpoſi-
tionem ex humanitate legis, *vt ff. de ope. li. l. ſi ita ſti-
pulatio. Et idem tenet Bald. in l. ſi defunctus. in principio per
illum textum. Cod. de ſuis & legit.* vbi dicit eſſe cauſam
pro iſta opinione Barto. & ita etiam tenet Bald. re-
ſpectu perſonarum, quæ ſunt expreſſe excluſæ à ſta-
tuto, ſicut ſunt hic fœminæ & deſcendentes per li-
neam fœmininam, *in l. illam. Cod. de collatio.* & iſta eſt
veritas & communis opinio & ideo tenenda, *capit.
ne innitaris, extra de conſtitut. & per nota. in l. fina. C. de
pœna iudic. qui mal. iud.* Vnde ex prædictis concludi-
tur ad ſecundam quæſtionem, quod ex quo dictus
Franzinus non acceptauit dictum fideicommiſſum
ſibi relictum in teſtamento Triſtani fratris ſui, imo
ei penitus renuntiauit, quod eius ſuperexiſtentia
non facit, quod dictæ filiæ dicti Titi excludantur
ex forma ſtatuti, nec ex diſpoſitione teſtatoris, imo
ipſæ admittuntur tanquam vocatæ ex dicto teſta-
mento, ſi non extant aliqui filii ipſius Franzini, quia
hoc non declaratur in cauſa mihi exhibita. Sed ſi
extarent filiæ dicti Franzini, quæ vellent ſuccede-
re admitterentur pariter cum dictis filiabus Titi
in ſtirpes, & non in capita, *vt habetur per gloſſ. & Do-
ctores in authentica ceſſante. C. de legiti. hæredi. & plene
per Barto. in l. poſt conſanguineos. §. primo. ff. de ſuis & leg.*
Si vero extarent filii maſculi dicti Franzini, qui vel-
lent ſuccedere, illi ſoli admitterentur, ſicut eorum
pater, ſi voluiſſet excluſis filiabus dicti Titi per ea
quæ dicta ſunt ſupra, & ita alias conſului. Super
tertia quæſtione, videlicet quomodo admittan-
tur dictæ filiæ Titi ad dictum fideicommiſſum, an
in totum, vel in parte, & pro qua parte, & in hoc
ſi teneremus, quod ipſæ admitterentur pariter cum
patre & patruo, non obſtante quod teſtator præ-
tulerit fratres filiabus ſuis, & non obſtante ſtatuto
prædicto, quod eſt valde dubium, vt patet ex præ-
dictis, deberemus dicere quod imo admitterentur
pro tertia parte primo propter copulam, & quæ
eſt poſita in ſubſtitutione inter Titum & Franzi-
14 num & eorum liberos, quia natura copulæ, & † eſt
ſimul copulare & claudere, *vt l. eos. §. cum in tabulis
ff. de duob. reis. & l. 1. C. ſi plures vna ſentent.* ex quo non
ſuberat neceſſitas inſtituendi eos, & hoc per no-
tata, *in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis & poſthumis,*
& aliam tertiam, quæ erat delata Tito patri earũ ex iu-
re tranſmiſſionis, quia fideicommiſſum vniuerſale
purum tranſmittitur non agnitum ad filios hære-
des, *vt not. Bart. & Doctor. in l. cum filio. ff. de leg. 1.* Item
& alia tertia pars, quæ erat delata Franzino per ius
accreſcendi propter repudiationem factam, quod
habet locum nedum in legatis & fideicommiſſis
particularibus, *vt lege prima. §. his ita. Cod. de caducis
tollendis,* & in hæreditatibus, *vt l. teſtamento. Cod. de
impub. & aliis ſub. & l. ſecunda Cod. quando non pe. par-
tes. l. & Celſus. §. fin. ff. de leg. ſecunda,* ſed etiam in fidei-
commiſſis vniuerſalibus eadem ratione, & proba-
tur, *in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebellianum,* vbi
probatur quod in fideicommiſſis vniuerſalibus po-
teſt prohiberi ius accreſcendi, *& ita nota. ibi Ioannes
de Imol. & allegat iſtum text. ad hoc Bald. in l. ſi quis hæres
inſtituatur. in vltima chart. ff. de hæred. inſtitut. & l. vnica.
in 8. queſt. C. quando non pe. partes pe. accreſcant.* Nec ob-
ſtat quod dicitur, quod poſt aditam hæreditatem
non poteſt habere locum ius accreſcendi, & ſic poſt
ius quæſitum, *vt l. 1. §. interdum. ff. de vſufruct. accreſcen.*
quia illud procedit quoad directam inſtitutionem.
Sed ſi eſt adita hereditas, ſicut eſt in caſu noſtro per
Timotheum filium teſtatoris, & euenit caſus fi-
deicommiſſi, & duo ſunt fideicommiſſarii coniun-
cti re & verbis, ſicut ſunt in caſu noſtro ſecundum
communem opinionem ſi vnus acceptat fideicom-
miſſum, alter non, pars fideicommiſſi non accepta-
ta accreſcit alteri acceptatæ, & acquiritur etiam
mortuo illo cui altera pars eſt delata, *vt l. ſi ex pluribus
ff. de ſuis & legitimis,* & ſic dictæ filiæ vti hoc caſu de-
berent habere totum. Sed ſi volumus tenere ali-
am partem, quæ videtur eſſe tutior, & verior, ſci-
licet quam ſtante dicto ſtatuto Triſtani & dicto
ſtatu Mirandulæ, & ſuperſtite dicto Franzino fra-
tre teſtatoris in caſu quo noluiſſet acceptare fidei-
commiſſum ſibi relictum, dictæ filiæ Titi erunt
excluſæ à dicto fideicommiſſo. Nunc dico quod
ex quo dictus Franzinus non acceptauit dictum fi-
deicommiſſum, dictæ filiæ Titi admittantur tan-
quam vocatæ ex dicto teſtamento ad totum dictum
fideicommiſſum per ius accreſcendi ſi non ſuper
eſt alius qui poſſit excludere dictas filias Titi, vel
cum eis concurrere, vt dixi ſupra, in fine ſecundæ
queſtionis per prædicta, & acceptent dictæ filiæ Ti-
ti di-

ri dictum fideicommiſſum vigore dicti teſtamenti Triſtani, & per ius accreſcendi in quantum ſit opus, & omni meliori modo quo poſſunt, & ita tollerentur omnes dubitationes. Et per hoc apparet etiam deciſa ſecunda quæſtio principalis, de qua ſupra.

Et ita vt ſupra dictum eſt dico & conſulo iuris eſſe ego Bartholomæus Cæpolla, &c.

CONSIL. L.

SVMMARIA.

1 *Extractus de ventre matris ſecta qualiter probetur viuus aut mortuus.*

2 *Conſanguinei an admittantur ad probandum vitam alicuius.*

3 *Teſtibus affirmatiue deponentibus potius creditur etiam paucioribus quam multis negantibus.*

4 *Teſtes qualiter dicantur deponere veriſimiliora.*

5 *Extractus de ventre matris ſecta ſi modicum viuat, an ſit capax ſucceſſionis maternæ.*

6 *Non naſci viuum, vel naſci viuum & non poſſe viuere æquiparantur.*

7 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta vni, ſi deceſſerit ſine liberis, expirat, ſi moritur cum liberis etiam parum viuentibus.*

8 *Hæreditas aſcendentis an ad aſcendentem ſuum ſit tranſmiſſibilis.*

IN Christi nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In cauſa quæ vertitur inter Dominam Antoniam relictam quondam Matthei Petri Boni ſiue eius procuratorem, & Dominicum quondam magiſtri Iacobi de Argenta habitatorem Anoualis ex altera, & mihi Barthol. Cæpollę de Vero. Iuris vtriuſq; Doct. & Paduæ iura ciuilia legenti, ad conſulendum commiſſa per magnificum & generoſum virum D. Andr. Falletiũ digniſſ. Poteſtatem Anoualis. Tria in primis examinanda ſunt, ex quibus conſtare poterit quæ ſint partes præfati Dn. Poteſtatis in iudicando, primum eſt, an filia D. Cathar. olim vxoris D. Dominici quæ fuit extracta de ventre matris ſectæ nata fuit viua an mortua. Secundum poſito quod fuerit nata viua, an ex quo illico dicitur deceſſiſſe, fuerit incapax ad ſuccedendũ matri ſuæ. Tertium dubiũ, ſi fuit capax ad ſuccedendũ, an hæreditaté maternam non aditam
1 potuerit tranſmittere. † Circa primum dubium, videtur dicendum, quod filia d. D. Cathar. nata fuerit mortua, quia ſunt 5. teſtes ſcil. presbyter Paul. Iaco. à Valli. D. Benemerita, D. Lucia & D. Boabita, quę dicunt in effectu dictam filiam natam mortuam, quia non viderunt aliquod ſignum, per quod poſſent iudicare quod eſſet viua, quę probatio mortis videtur eſſe valida, & ſufficiens, *per id quod no. Bart. in ſuo tract. de teſt. c. 22.* quod incip. Hominem mortuum vbi dicit quod ad probandum hominem mortuum certa hora, ſi dicit teſtis talem vidi mortuum, interrogatus quõ ſcis, reſpondet, quia vidi eum abſq; aliquo motu abſque emiſſione vel attractione ſpũs, vel quia tetigit & nullus ſpiritus vel motus erat, &c. Sunt etiam alii duo teſtes mag. Aluiſ. Barbetus & Columus quod etiam deponunt nil ſcire de vita: quia non viderunt aliquod ſignum, qui omnes ſeptem teſtes videntur ſufficienter probare illam filiam fuiſſe natam mortuam, & non viuam. Adſunt etiam præſumptiones pro iſta parte: quia aliqui teſtes dicunt quod magiſter qui ſecuit ventrem matris incidit modicum ſuper capite ipſius puellæ, & nihil de ſanguine exiuit: nam ſi viua fuiſſet ſanguis veriſimiliter exiuiſſet, vt de ſe patet. Item quia mater erat mortua per horam vel circa, vt dicunt aliqui teſtes, ex quo potuiſſet ſuffucari ipſa puella quæ erat in vẽtre. Et licet vnus teſtis dicat, quod fuit poſitum vnum ſignum in ore matris: tamen nõ apparet quod immediate poſt mortem fuerit appoſitum: igitur non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe, *l. non hoc C. vnde cogn. cum ſimil.* Item quod vnus teſtis ſcil. presbyter Paul. dicit quod erat illa puella vehementer pallida quandu nata fuit, quæ pallidıtas ſignificare videtur potius mortem quam vitam. item quia tenebat oculos clauſos, & os etiam clauſum: vt dicit idem teſtis, vnde ex his omnibus prima facie videtur eſſe probatum dictam puellam potius natã fuiſſe mortuam q̃ viuam. Et licet alii quatuor teſtes deponãt contrarium ſcil. ipſã natã fuiſſe viuã: tamen videtur quod magis ſit credendum dictis ſeptem teſtib. ex quo plures ſunt numero; *vt l. 1. § eiuſdem quoq; princ. ibi alias numerus. ff. de teſt. & l. ob carmen. § fin & ibi no. eo. tit. & habetur in c. in noſtra, extra de teſt.* Et maxime cũ illi ſeptem ſint omni exceptione maiores, & illi quatuor non: quia inter illos quatuor eſt d. Cornel. mater D. Dominici coniuncta, *per l. parentes. C. de teſt. & l. teſtis idoneus. ff. eo. tit.* Item eſt alius teſtis ſcil. magiſt. Nicol. Fixolus, qui ſecuit ventrem dictæ dn. Catharinæ. Nam videtur ſuſpectus, ex eo quod fecit pactum vt haberet vnum ducatum ſi extraheret fœtum viuum; vt dicit presbyter Paul. Baguntinus. Ex hoc enim commodum videtur ſentire: quia ſi eſſet mortua nata non deberet habere vnum ducatum: ergo videtur quod ei fides non ſit adhibẽda, *l. omnibus. cum ibi nota. C. de teſtib. & l. nullus. ff. eod. titu.* Cum ergo pro parte Dominæ Antoniæ ſint plures teſtes & exceptione maiores, quam ſint teſtes Dominici, qui ſunt pauciores, & non carentes ſuſpicione: ergo videtur quod ſunt præferendi teſtes Dominæ Antoniæ, etiam ſi eſſent pares numero, *per dict. l. ob carmen. § ſi teſtes*, ibi, aut gratiæ ſuſpicione caret, *ff. de teſtib.* & maxime cum adſint aliquæ præſumptiones pro teſtibus Dominæ Antoniæ, *vt ſupra dixi*, quæ coadiuuant eorum dicta, *per l. 3. § eiuſdem quoque principis. ff. de teſtibus & dicto § ſi teſtes, & capit. in præſentia, extra de renuntiat. coniuncta l. inſtrumenta. cum ibi nota. C. de probationibus.* In contrarium videtur, quod imo ſit probatum ſufficienter dictam puellam natam fuiſſe viuam. Nam quatuor vt dictum eſt teſtes hoc depoſuerunt, qui reddunt rationem dicti ſui concludentem. Nam Aluiſius apothecarius dicit, quod dicta puella fuit extracta de ventre matris tota & integra, & quod erat viua: & dixit hoc ſcire de vera ſcientia: quia vidit aperire os ſuum & ſe retrahere cum crure dextro, quæ ſigna, ſcilicet aperire os & ſe retrahere cum crure, ſunt ſigna concludentia & neceſſaria ad vitã ipſius puellæ, *vt no. Bar. in ſuo tract.*

tract. de teſte. in capit. 21. quod incipit: Hominem viuum fuiſſe, vbi dicit, quod ſi teſtis dixit vidi brachia extendere tibias, vel oculos aperire, probatur vita hominis. Et habui etiam informationem à Medicis peritis, quod iſta ſunt ſigna euidentia vitæ. Et idem dicit de apertura oris Dom. Cornelia, quæ licet ſit mater Dominici, & non omni exceptione maior, tamen examinata facit aliquod indicium, ſeu adminiculum, *per not. per Bart. in l. maritus. ff. de quaſt.* Item frater Petrus de Pentromulo etiam deponit quod erat viua, quia vidit eam ſe mouere de colore poſtquam fuit baptizata, quod ſignum eſt euidens quod erat viua, quia mortuus colorem non mutat. Item & magiſter Nicolaus Fixolus, qui extraxit dictam puellam de ventre matris, & tenuit eam ad baptiſmum, dicit quod erat viua, quia vidit eam ſe modicum mouere, quod ſignum licet de ſe non ſit ſufficiens *ſecundum Bart. in dicto tracta. te teſte in 21. cap. qui* dicit quod ſi teſtis dixit aliquem viuere, quia vidit eum mouere, non probat, quia etiam mortuo viſum eſt ventoſitatem corpori motum facere, tamen in caſu noſtro cum ſint alii teſtes, qui dicant in ſpecie de motu, ſcilicet oris & cruris, *vt dixi*, intelligam illum motum potius tendere ad ſignificandum vitam, quam ventoſitatem, ex quo iſtud eſt magis veriſimile, *argumen. l. in obſcuris. ff. de regu. iur.* Item, eſt etiam quartus teſtis, ſcilicet Domina Cornelia, quæ licet non careat ſuſpicione, quia mater Dominici, tamen ipſa dicit idem, videlicet quod dicta nata eſt viua, quia vidit eam os aperire, linguam mouere, quę ſigna de neceſſitate concludunt ipſam puellam tunc fuiſſe viuam, vt à Medicis cognoui. Et poſtquam eſt examinata, licet examinari non debuiſſet, facit indicium & coadiuuat alias probationes, *vt dixi per notat. per Bartolum in l. maritus. ff. de quaſtio.*
2 & præſertim † cum ad probandum vitam vel mortem alicuius admittantur etiam conſanguinei & amici, *vt notat Ioannes Andreas in addit. Specul. in titulo de confeſſio. §. poſtremo. verſicul. cæterum. alias etiam in verſiculo ſequenti.* Item, quia per omnes fere teſtes probatum eſt, quod ſanguis exiuit de naribus dictæ puellæ. Nam ex hoc arguitur, licet non neceſſario ſecundum quod à peritiſſimis philoſophis intellexi, quod ipſa erat viua. Item, eſt aliud ſignum, quia vt Aluiſius apothecarius quando erat puella in ventre matris ſe mouebat & hoc ſic: quia poſuit manum ſuper ventre matris. Si enim erat viua in ventre matris modicum, antequam extraheretur, & poſtquam fuit extracta, niſi ſint alia ſigna prædicta, iudicandum videtur ipſam viuam fuiſſe. Item eſt aliud argumentum, quia mater erat in tempore habili ad parturiendum, vt affirmant multi teſtes examinati, ex quo in dubio debemus præſumere quod nata fuerit viua, *argument. l. ſeptimo menſe. cum ibi nota. ff. de ſtatu homine.* Vnde ex his omnibus videtur concludendum, quod melius probatum ſit de vita quam de morte dictæ puellæ. Et iſtud teneo quod ſit verius, licet plures ſint teſtes qui deponunt de morte, ſcilicet ipſam puellam natam fuiſſe mortuam. Nam quando aliqui teſtes deponunt affirmatiuam, & aliqui negatiuam, ma-
3 gis creditur affirmantibus paucioribus. † Imo dicitur, quod plus creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, *vt nota. gloſſ. Barto. & Doctor. in dicta l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbitris & Barto. in l. hæredes palam. in princip. ff. de teſtament. & Innocent. in capit. veniens, extra de verbor. ſignificat.* Et hoc quando teſtes qui deponunt de negatiua, dicerent neſcimus ſicut dicunt duo teſtes, ſcilicet magiſter Aluiſius Beulcirus & Touolus. Nam illi nulla fides adhibenda contra alios teſtes deponentes affirmatiuam per ſigna, de quibus ſupra, *vt nota. Bartol. in dicta l. hæredes palam. in princip. & in dicto §. ſi plures.* Et eſt ratio, quia poteſt eſſe quod illi quatuor teſtes examinati pro Dominico viderunt illa ſigna viuentis, & alii duo non. Et eodem modo dico de aliis quinque, teſtibus examinatis pro patre dictæ Dominæ Antoniæ. Nam licet dicant illam puellam natam fuiſſe mortuam, tamen interrogati de ratione dicunt, quia non viderunt aliquod ſignum viuentis. Nam poſſibile eſt quod non viderint, & quod nihilominus alii quatuor videre potuerint illa ſigna præſertim cum ſint ſigna momentanea. Et ideo magis eſt credendum illis quatuor, etiam ſi eſſent duo tantum, qui deponerent affirmatiue de vita, per illa ſigna viſa per eos, quam aliis ſeptem, etiam ſi eſſent decem: ex quo deponunt de ſimplici negatiua. Secus autem eſſet, ſi illi ſeptem dixiſſent neceſſario contra id quod alii dixerunt, puta nos fuimus præſentes, & non potuiſſet illa puella facere aliqua ſigna viuentis, quin vidiſſemus ea: tunc enim hoc caſu bene ſtaretur maiori parti, ita nota. etiam determinat Barto. ſecundum Iacob. de Aret. & Oldra. *in dicta l. hæredes palam. in princip. ff. de teſtament.* Et propterea ceſſat ratio pro alia parte, ſcilicet quod magis ſit credendum pluribus, *per not. per gl. in l. ob carmen. §. fin. cum ſimil. ff. de teſtib.* quia illa ratio procederet, quando omnes deponerent affirmatiue, vel quando plures deponentes negatiue ſe arctarent, quod non potuiſſet eſſe aliter quin ipſi vidiſſent, *arg. gloſſ. nota. in l. 1. §. 1. ff. de iti. actuq. priua. & in authent. de hære. & fal. in §. ſi vero abſint. in verbo vidiſſe. col. 1. Et ita volunt Iacob. de Aret. Old. & Bart. in d. l. hæredes palam. in princ. Et Alber. de Roſa. in l. 1. in princ. ff. de ven. inſpic.* Præterea quod ſit magis credendum teſtibus deponentibus quod illa puella fuit nata viua, probatur alia ratione. Nam quando teſtes ſunt contrarii, illis magis eſt credendum, qui dicunt veriſimiliora & rei aptiora, & quæ naturæ negotii conueniunt, *vt l. ob carmen. §. fin. ff. de teſt. & cap. licet cauſam, extra de probat. & capit. præterea. in fin. extra de teſtib. & 4. quaſt. 3. §. item in criminali:* ſed iſtud eſt magis veriſimile & negotio noſtro aptius, ſcilicet quod iſta puella fuerit nata viua quam mortua, ex quo eſt nata quando extabat tempus matris ſuæ pariendi, vt dicunt plures teſtes, *arg. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi. coniuncta l. Gallus. in princip. ff. de lib. & poſt. cum ibi nota.* & maxime cum lignum fuerit impoſitum in ore matris ſuę, vt ipſa puella poſſet anhelitum recipere. Et licet non appareat quod immediate poſt mortem fuerit appoſitum: tamen non apparet etiam quod ex interuallo, imo fuit antequàm magiſter Nicolaus Fixolus venerit ad extrahendum dictam puellam de ventre matris, in dubio enim cum fuerit an-

rit ante aduentum magiſtri præſumitur quod tem-
pore debito illud lignum impoſitum fuerit: quia ſi
præſumeremus coorrarium, omnes illi qui aderaot
morti matris fuiſſent io culpa lata: ſcientes quod e-
rat prægnans, & tempus pariendi, ſi non poſuiſſent
aliquid in eius ore, vt ſtaret apertum, quod non eſt
dicendum quod ita ſupioi fuiſſent, arg. l. nec ſupina, &
l. regula, §. ſed facti, ff. de iur. & fact. igno. coniuncta l. lata,
4 ff. de verb. ſign. cum ſim. † Item quod teſtes deponen-
tes de vita dictæ puellæ dicant veriſimiliora, qui de-
ponunt ea quæ magis conſonant iuri communi, vt
not. Innoc. in c. auditu, extra de præſcrip. & ibi per Doctor.
& D. Ant. de Butr. in c. in materia, extra de teſt. ſed magis
conſouat iuri communi, quod natus in nono men-
ſe tẽpote quo extat partus, præſumatur viuus quam
mortuus: vt habetur in dict. l. ſeptimo menſe. in d. l. Gallus,
in prin. ergo pro iſta parte magis credeodum & præ-
ſumendum. Nec repugnat, quod iſta puella fuerit
extracta de ſecto ventre matris per horã iam mor-
tuæ: quia legitur de Cæſare Auguſto & de multis a-
liis, qui de cæſo ventre matris per plures ante ho-
ras defuuctæ viui nati ſunt. Nec etiam dictis teſti-
bus de vita puellæ deponentibus opponi poteſt
quod ſint ſingulares in ratione ſeu in ſignis per eos
allegatis, & quod propter hoc nõ probeot, per c. cum
dilecti, extra de electio. cum ſim. quia dico, quod io qui-
buſdam ſunt eonteſtes, ſcilicer in emiſſione ſangui-
nis, in quo quaſi omnes conueniunt. Item in aper-
tioue oris, dico quod concordant in aliis ſignis, li-
cet videantur ſingulares: tamen ex quo iſta omnia
ſigna tendunt ad vnum finem, & ad hoc proban-
dum vnum geous integrale, ſcilicet vitam dictæ pu-
ellæ probant nec dicuntur proprie ſingulares, vt no.
Innoc. & Doctor. in c. qualiter & quando, extra de accuſat.
D. Antonius de Butr. in c. cum oporteat. extra de accuſat. Et
Bal. in l. 1. C. de teſta. Vnde ex omnibus prædictis con-
cludo ad primum dubium, quod ſatis ſufficienter
probatum eſt dictam puellam natam fuiſſe viuam,
& non mortuam: & licet iſtud habeat plurimum
dubitationis propter teſtiũ diuerſitatem, tamen in-
clino in iſtam partem per prædicta, & maxime cum
videatur humanior & æquior & ſit pro reo. pro quo
in dubio, cum iura partium ſunt obſcura, iudican-
dum eſt. vt dicit Pap. Innoc. tertius in c. inter dilectos, in fin.
extra de fide inſtrum. & probatur in l. Arianus, ff. de act. &
oblig.
5 Circa † ſecundum, an dicta puella nata viua,
ex quo illico deceſſit, fuerit capax ad ſuccedendum
matri ſuæ, & videtur quod oon, ex quo ſubito mor-
tua eſt: quia videtur quod habeatur pro noo natã, &
pro hoc videtur gl. quæ loquitur ſub dubio forte, in
cap. 1. §. quinctiam, in titul. Epiſcopum vel Abbat. in vſibus
feudorum, quæ dicit, quod licet dicatur, in dicto §.
quin etiam quod fœmina non ſuccedit, extante
maſculo, etiamſi maſculus poſtea moriatur: quia
fœmina ſemel excluſa amplius non admittitur, vt
ibi, tamen ſi maſculus ſubito poſt mortem patris
mortuus ſit, tunc ex æquitate poſſet dici quod fœ-
mina admittatur, quaſi non nunc extitiſſet, cum
non perſeuerauerit, quæ gloſſ. in caſu ſuo commu-
6 niter tenetur. † Item, pro hoc facit iſta ratio, quia
paria ſunt non naſci viuum, & naſci viuum & non
poſſe viuere, argum. l. ſeptimo menſe, à contrario ſenſu.
ff. de ſtatu homin. Et quod videtur Dominus Paulus de Ca-
ſtro, in l. 2. Cod. de poſthum. hæredit. inſtitut. Sed certum
erat tempore quo nata fuit dicta puella quod non
poterat viuere: ergo. Ego autem in hoc caſu teneo,
quod contrarium ſit verius de iure, & dico eſſe ca-
ſum, in dicta l. 2. Cod. de poſthum. hæred. inſtitut. vbi di-
cit quod nato poſthumo quamuis illico deceſſerit,
tamen ſuccedit patri & accipit teſtamentum. Et di-
cit plus ibi text. quod iſtud eſt euidentiſſimi iuris. &
eſt caſus, in l. 3. quod certatum ad fin. eod. tit. ibi, licet illi-
co poſtquam in terram cecidit, vel in manibus ob-
7 ſtetricis deceſſit. Item hoc etiam probatur. † Nam
ſubſtitutio fideicommiſſaria facta vni, ſi deceſſerit
ſine liberis, expirat ſi moritur cum liberis, licet illi
liberi immediate moriantur poſt ipſum, vt probatur
in l. ex facto. §. pen. ſi quis autem, coniuncta gloſſ. ad Tre-
bell. non obſtat gloſſ. in dict. c. 1. §. quinctiam, in tit. Epiſco-
pum vel Abbat. quia illa gloſ. loquitur in contractibus
in quibus non videtur eſſe de mente contraheo-
tiũ vt excludatur illa quę poterat ſuccedere in feudo
propter exiſteutiam maſculi qui ſubito mortuus
eſt. Nos vero loquimur in hæreditate filiis debita
quæ per natiuitatem ſibi eſt acquiſita, l. ſcripto. in fin.
ff. vnde liberi. & l. nam ſi parentibus, C. de inoffitio. teſtam.
Nec obſtat alia ratio dum dicitur ſecundum Domi-
num Paulum, paria ſunt, non naſci, vel naſci & non
poſſe viuere, argument. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homin.
quia iſtud procederet quando non poſſet viuere
ſecundum naturam, puta quia eſſet natus in quin-
to menſe vel in octauo, quia etiam in illo ſecũdum
naturam non poſſet viuere, vt not. in dicta l. ſeptimo
menſe. & conſuluit Gentilis Philoſophus, & ita probat di-
cta l. ſeptimo menſe, à contrario ſenſu, & ita intelligo Do-
minum Paulum, qui ita loquitur in dicta l. ſecunda, Cod.
de poſthum. hæredit. inſtitut. Secus eſt in caſu noſtro,
in quo conſtat, quod ſecundum naturam poterat
viuere, quia oatus eſt tempore quo mater ſua debe-
bat parere, vt dicunt teſtes, & ſic in nouo menſe,
vt l. Gallus, in principio. ff. de libr. & poſthum. Et ideo i-
ſto caſu licet moriatur in continenti cum natus, vt
habetur pro nato & ſuccedit patri vel matri in o-
mni hæreditate ſibi delata, per dictam legem ſecun-
dam & tertiam, C. de poſthumis hæredib. quæ ita debet in-
telligi.
8 † Circa tertium & vltimum dubium, an dicta
puella, cui fuit delata hæreditas materna, eam non
aditam tranſmiſerit adeundam ad patrem ſuum
Dominicum, & videtur dicendum quod non, quia
regulariter hæreditas aſcendentis, ſicut eſt mater-
na, non tranſmittitur per filium ad aſcendentem
ſuum, puta patrem, vt l. 2. §. ſi quis ex liberis, ff. ad Ter-
tul. & ibi not. per Bartol. & Doctor. Et ita not. etiam Bar-
tol. & Doctor. in l. 1. Cod. de his qui ante aper. tab. Et eſt
communis opin. Doctorum & vera, licet ergo ibi
teneat contrarium, per l. apud hoſtes. C. de ſuis & legiti.
quia ibi loquitur de ſuis qui tranſmittunt ad omnes
etiam ad extraneos, vt ibi not. tamen in caſu noſtro
teneo, quod dicta hæreditas materna D. Catharinæ
fuit delata dictæ filiæ, quæ filia cum mortua fue-
rit infans, & pater pro ea non adiuit, tranſmiſit di-
ctam hæreditatem matris ſuæ ad patrem ſuum tan-
quam

quam aditam, non tanquam adeundam, *vt eſt caſus in l. ſi infanti, in princ. iure patrio quaſi iam infanti quæſita capere, C. de iur. delib. & ibi hoc not. per Doctor. & per Bald. in l. 2. §. 1. C. ad Orphic.* qui dicit, hoc eſſe ſpeciale in infante per præcipoum eius fauorem, & quia ex diſpoſitione iuris & naturæ erat impedita adire, ideo ſibi ſuccurritur in tranſmittendo, *argu. l. qui poſthumos, ff. ad Silla.* Ex quibus omnibus concludo, quod dos dictæ Dominæ Catharinæ ſpectauit primo, & pertinuit dictæ filiæ ſuæ, & poſtea dicto Dominico patri, & non D. Anton. matri dictæ Catharinæ auiæ maternæ dictæ puellæ, quia ad dictam auiam non fit tranſmiſſio, ac etiam quia pater excludit auiam maternam, *vt not. gloſſ. in auth. de hered. qua ab inteſtat. defer. §. ſi igitur defunctus, col. 9. & not. auth. defuncto, C. ad Tertullia.*

Chriſti igitur nomine repetito. Ego præfatus Bartholomæus Cæpolla de Verona, I. V. D. dico & conſulo partes magnifici Dn. Poteſtatis Anoualis eſſe in pronuntiando & ſententiando, & quod ita pronuntiet & ſententiet petita per dictam D. Anton. ſiue & eius procuratorem fieri non debere, & dictum Dominicum, ſiue & eius procuratorem abſoluendum eſſe & abſolui debere, & quod eum abſoluit á petitis per dictam Dominam Aotoniam ſiue eius procuratorem, maxime cauſis & rationibus antedictis, & aliis quampluribus animum meum ad id mouentibus, quas breuitatis cauſa omitto. Item conſulo partes eiuſdem Domini Poteſtatis eſſe in abſoluendo, & quod abſoluat dictam Domioam Antoniam, ſiue & eius procuratorem ab expeoſis, maxime quia habuit iuſtam cauſam litigandi propter varietatem teſtium.

Et ita dico & conſulo iuris eſſe, prout ſupra dictum eſt, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona.

CONSIL LI.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopo vel presbytero mortuo, an eius ſucceſſores ſeu heredes poſſent occupare bona ſua, vel ad quem debeant illius bona ſpectare.*

2 *Eccleſiaſtico ſine teſtamento defuncto relictis agnatis & cognatis illi in bonis patrimonialibus, debent eſſe ſucceſſores.*

3 *Bona per clericum poſt clericatum acquiſita præſumuntur in dubio acquiſita de bonis Eccleſiæ.*

4 *Epiſcopus habens bona patrimonialia & Eccleſiaſtica, debet de bonis Eccleſiaſticis ſepeliri.*

5 *Epiſcopus ſi habeat patrimonialia, debet de illis viuere, bona autem Eccleſiaſtica pauperibus erogare.*

IN CHRISTI nomine, amen. In cauſa lite & quæſtione vertente coram Reuerendiſſimo in Chriſto Patre & Domino, Dn. Hermolao Barbaro de Venetiis, Epiſcopo Veronenſ. & cõpromiſſario electo per infraſcriptas partes, videlicet inter Reuerendum virum Dominum Manfredum de Ferrariis, Canonicum Brixienſ. S. Nazarii & Celſi Brixienſ. præpoſitum & collectorem Apoſtolicum, ac pro ipſa camera Apoſtolica parte vna, & venerabiles viros Dn. Ludouicum de Fontana, & D. Lucam Leonum ambos canonicos Veronenſ. & ſacri Pontificii Iuris Doctores, electos & deputatos ſuper hac cauſa per capitulum Canonicorum Veronenſ. & pro ipſo capitulo parte alia. Et nobiles & prudentes viros Iacobum & Leonardum fratres de Nicheſola agentes nomine ac vice Nicolai eius patris, & Bernardum quondam Bonagratiæ de Riuanelis, omnes attioentes Reuerendiſſimi dicti Domini Giberti de Nicheſola Epiſcopi S. Leonis, & Canonici Veronenſ. mortui ab inteſtato in ciuitate Veronæ, & hæredes in totum, vt aſſeruerunt ipſius Domini Giberti parte altera. Et commiſſa ad conſolendum mihi Bartholomæo Cæpollæ de Verona Iuris vtriuſq; Doctori per dictum Reuerendiſſimum & Dominum, D. Epiſcopum Veronæ, & compromiſſarium de voluntate & conſenſu ſupraſcriptarum partium; & viſo deniq; & diligenter inſpecto & conſiderato toto proceſſu, & auditis allegationibus, quas ipſæ partes dicere & allegare voluerunt.

1 † Chriſti nomine repetito pro veritatis deciſione, duo infraſcripta dubia ſont examinanda: Primum dubium eſt, cui vel quibus ſpectent & pertineant bona mobilia deſcripta in inuentario producto de bonis dicti quondam domini Giberti de Nicheſola, & alia etiam confeſſata in hoc proceſſu per dictos de Nicheſola, & Leonardum de Riuanelis.

Secundum, poſito quod dicta bona, vel aliqua ex ipſis non ſpectent nec pertineant dictis de Nicheſola Leonardo de Riuanelis vſque, ad quam quantitatem ipſi dicta bona reſtituere teneantur, attentis maxime funeralibus & aliis expenſis, factis & ſolotis per dictos de Nicheſola & Leonardom de Riuanelis pro dicto quondam Domioo Giberto.

Circa primum dubium videtur dicendum, quod dicta bona ſpectent & pertineant ad cameram Apoſtolicam, & per conſequens dicto Dn. Manfredo, tanquam collectori Apoſtolico, & hoc maxime vigore quarundam literarum Apoſtolicarum datarum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1453. 14. Calend. Iulii, in quibus dictus Dominus Manfredus conſtituitur collector Apoſtolicus generalis fructuum, redditũum, prouentuum, cenſuum, & aliorum iurium Eccleſiæ Romanæ ac cameræ Apoſtolicæ debitorum & debendorum, cum poteſtate & capiendi, & ſoluentes de receptis quietandi, liberandi, & abſoluendi, &c. vt plenius in dictis literis continetur, atque etiam vigore quarundam literarum camerarii Apoſtolici datarum ſub nomine Ludouici miſeratione diuina tituli S. Laurentii in Damaſo, presbyteri Cardinalis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Domini Papæ camerarii, & Romæ apud S. Petrum ſub anoo à natiuitate Domini 1454. indictione 2. die 27. Septemb. directarum venerabili viro Domino prædicto Manfredo, Canonico Brixienſ. in dominiis Venetorum cameræ Apoſtolicæ collectori auctoritate camerariatus committi, & mandatur quatenus deprædatores olim bonorum prædicti Domini Giberti, Epiſcopi S. Leonis, & alios quoſcunque, ad quos bona præfata inuenerit, ad eorum reſtitutionem

nem per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris reme-
dia quocunque impedimento ceſſante compellat,
& bona ſua quæ cameræ Apoſtolicę debentur, reci-
peret cum poteſtate citandi & mooendi, &c. prout
latius in dictis literis continetur.

Secundo videtur, quod omnia bona mobilia
ſpectent, & pertineant ad præfatos Nicheſolam &
Leonardum de Riuanelis attinentes dicti Domini
Giberti, & eius hæredes proximores. Nam cum di-
ctus Dominus Gibertus mortuus fuerit ab inteſta-
to relictis poſt ſe dictis Dominis Nicheſola & Leo-
nardo de Riuanelis proximioribus nõ eſt dubium,
quod omnia bona mobilia, quæ fuerũt dicti quon-
dam Domini Giberti ſpectent, & pertineant dictis
eius attinentibus proximioribus com maxima par-
te fuerunt & ſunt bona paterna, ſiue patrimonia-
lia dicti qoondam Domini Giberti, *vt probatur in
cap. ſint manifeſta. 12. quaſt. 1. & ea. quaſt. 2. cap. Epiſcop.
qui filios, aut nepotes, & 12. quaſt. 3. cap. vltim. & ea. quaſt.*
2 *5. cap. fin.* in quibus habetur, † quod quicunque
ex gradu Eccleſiaſtico moritur ſine teſtamento re-
lictis agnatis & cognatis, & habuerit bona pater-
na, ſiue bona patrimonialia, qood ei in dictis bo-
nis ſuccedunt agnati & cognati, & etiam Eccleſia,
*& idem tenet gloſſ. Innoc. & Doct. in c. 1. extra de ſucceſſ. ab
inteſtat. & per text. & gloſſ. in fin. 12. quaſt. tertia cap. qui-
cunque, & probatur in authen. de Eccleſiaſticis titulis, §. ſi
quis autem Epiſcopus colum. 9. & habetur in authen. licen-
tiam, & in authen. presbyteros, C. de Epiſcop. & cleric. &
in cap. præſenti. de officio ordin. libr. 6. cum ſimil.* & cum a-
lia bona immobilia, & non paterna fuerint acqui-
ſita per ipſum Dn. Gibertum de bonis patrimonia-
libus, prout ante dictæ partes aſſeruerunt: ergo i-
dem de eis iudicandum eſt; quod de aliis bonis pa-
ternis, per ea quæ habentur in dictis iuribus, & per
ea quæ habentur per gloſſ. & Doctor. *in cap. 1. & 2.
extra de peculio cleric. cum ſimilibus.* De prædictis ergo
bonis mobilibus, de quibus tantum nunc eſt lis &
quæſtio, videtur dicendum idem quod de immobi-
libus, vt dixi, videlicet, quod ea etiam ſpectent &
pertineant de iure ad dictos de Nicheſola, & Leon-
ardum de Riuanelis tanquam ad proximiores atti-
nentes, & hæredes ab Inteſtato dicti qoondam Dn.
Giberti com dicta bona In dubio videantur eſſe ac-
qoiſita de & ex propriis bonis ipſius Domini Gi-
berti, & ſic ſint in poſſeſſione dicti attinentes, *vt no.
gloſſ. notabilis. 11. quaſt. 1. ſint manifeſta. in gloſſ. magna, in
fine,* quæ dicit, quod ſi poſt mortem Epiſcopi hære-
des ſint in poſſeſſione, tunc Eccleſia tenetor proba-
re quod ſint illa bona acquiſita de rebus Eccleſiæ,
*alleg. tex. 12. quaſt. 5. cap. 1. & 2. extra de peculio cler. & per
Innoc. in c. cum in officiis extra de teſta. & Io. And. & Doct.
in c. 1. eo. tit.* ergo, &c.

Tertio videtur quod dicta bona mobilia ſpectẽt
Eccleſiæ ſuæ, & Eccleſiis videtor D. Gibertus bene-
ficiatus extitit, & hoc per text. vbi eſt caſus, *in c. rela-
tum l. 2. extra de teſta. & probatur. 12. quaſt. 2. c. de laicis. &
cap. illud & ibi gloſſ. & in c. hac huius placiti,* præſertim
cum dicta bona cenſeantur acquiſita de bonis Ec-
cleſiæ, ex quo acquiſita ſunt per ipſum D. Gibertum
3 poſtquam fuit clericus & canonicus. † In dubio
enim bona per clericum poſt clericatum acquiſita
præſumontur eſſe acquiſita de bonis Eccleſiæ, *vt eſt
text. cum gloſſ. in dict. cap. 1. extra de peculio cleric. & nota.
gloſſ. in fin. in cap. 2. extra de don. inter virum & vxorem &
gloſſ. in d. cap. ſint manifeſta. 12. quaſt. 1. & gloſſ. & Doct. in
de auth. licentiam, C. de Epiſc. & cler.* & in corpore vnde
ſumitur videlicet, *in auth. de Eccleſia. titulis, §. interdici-
mus, in fin. col. 9.* ergo. Et hoc vltimum videtur verius
regulariter de iuris rigore per iura ſupra proxime
allegata, nec camerę Apoſtolicę, ſiue dicto D. Man-
fredo collectori pro dicta camera quicquam de di-
ctis bonis ſpectat, aut pertinet cum iure cautum
non reperiatur, quod moriente canonico vel Epi-
ſcopo præſertim extra curiam Romanam in ciuita-
te, ſiue diœceſi, in qua erat beneficiatus, ſicut eſt
mortuus Dominus Gibertus qui mortuus eſt in ci-
uitate Veronæ, quod ſuccedat camera Apoſtolica:
ergo hoc non eſt diceodom, cum bonum ſit argu-
mentum, dicens non reperitur iure cautum, *vt pro-
batur in l. præuaricatio. §. fin.* ibi, quia neq; lege de hac
re cautum eſt. *ff. de præuaricatio. & 23. q. 4. c. non reperi-
tur exemplũ,* vt verioribus & honeſtioribus vtat ver-
bis iuxta dictum Nicolai, ouſquam niſi me fallit o-
pinio memini me legiſſe, *vt habetur 23. diſt. c. propter-
ea,* nuſquam niſi nos fallat opinio legimus: imo re-
peritur contrarium, ſcilicet quod ſuccedat Eccleſia,
vt habetur in d. c. relatum, el 2. extra de teſta. & in d. c. illud,
quod loquitur de Epiſcopis, *vbi gl. 12. q. 2.* Et hoc ma-
xime verum eſt reſpectu dignitatis Epiſcopalis San-
cti Leonis ex quó eius poſſeſſionem nunquam ha-
buit, neque aliquos fructus ex eo percepit, vt proba-
tum eſt per teſtes. *Et hoc per not. per Bald. & in auth. li-
centiam, in verſ. ſed ponamus,* vbi dicit quod ſi eſt qui-
dam Epiſcopus, qoi habet dignitatem ſine admini-
ſtratione, quia Epiſcopatus etiam ſuus eſt apud Sa-
racenos, quod in eo non habet locũ diſtinctio auth.
licentiam, quia iſte non poteſt dici habere admini-
ſtrationem. Vnde ceſſat ratio præſuppoſitionis il-
lius auth. per euidentiam contrarii, ſic etiam eſt in
caſo noſtro, ergo. Nec poteſt dici quod vigore di-
ctarum literarum Apoſtolicarum camerarii colle-
ctori prædicto aliquid debeatur de dictis bonis D.
Giberti, quia dictæ literæ loquũtur ſolummodo de
bonis ſpectantibus, & quæ ſpectãt cameræ Apoſto-
licæ, vt patet in eis: ſed dicta bona de iure communi
noo ſpectant cameræ Apoſtolicæ vt dixi, ergo non
etiam ſpectat dictæ cameræ ex aliqua conſtitutio-
ne, ordinatione, prouiſione, vel extrauaganti cri-
minali quod nobis conſtet, quæ quidem cum ſit fa-
cti, noo præſumitur, *l. in bello, § facta, ff. de captiuis. cum
ſimilibus,* maxime cum oon ſit in corpore Iuris ca-
nonici, *vt dixi,* vnde de ea vel eis poteſt iuſta igno-
rantia prætendi, ex quo non eſt deducta in iudicio
neque probata, *per ea quæ habentur in cap 1. de conſtitut.
libr. 6. & in l. cum prolatis, ff. de re iudic.* præſertim cum
dictus Dominus collector interrogatus in iudicio
reſponderit ſe habere aliquas conſtitutiones, pro-
uiſiones, aut ordinationes, quibus velit vti ſuper
dicta cauſa, ſed ſolum dictas literas Apoſtolicas &
camerarii: nec etiam dicti de Nicheſola & Leou-
ardus de Riuanelis ſuccedere poſſunt ab inteſta-
to in dictis bonis mobilibus, quia vt dixi illa bona
cenſentur acquiſita de bonis Eccleſiæ, & licet ipſi

videantur eſſe in poſſeſſione dictorum bonorum, tamen propter hoc non videntur eſſe acquiſita de bonis patrimonialibus, ſed Eccleſiæ ex quo multos redditus habebat de bonis Eccleſiæ, & in domo, in qua reperta ſunt bona mobilia, fuerunt omnia bona ſua vtcunque quæſita, nec habuerit bona patrimonialia ſeparata à bonis acquiſitis per eum de & ex bonis Eccleſiæ, & maxime ſtante deſcriptione facta dictorum booorũ mobilium poſt mortem ipſius Do. Giberti ad inſtantiam dictorum Domioorum canonicorum, illud ergo quod dicitur, quod ſi bona prælati poſſideantur per hæredes ſuos, præſumuntur eſſe acquiſita de ſuis bonis patrimonialibus, intelligo quando prælatus haberet buna patrimonialia, vel acquiſita ex patrimonio, ſeparata à bonis Eccleſiæ, vel acquiſitis de bonis Eccleſiæ. Sed vbi prælatus poſſideret ſimul, & in eodem loco omnia bona patrimonialia quam Eccleſiæ, & exinde quæſita in domo ſua propria, in qua habitaret promiſcue eis vteretur, tunc ſecus, imo dubio hoc caſu præſumerentur eſſe potius acquiſita de bonis Eccleſiæ, & hoc eſt, quod voluit gloſſ. *nota. 12. queſt. 1. cap. ſint manifeſta. in gloſſ. magna*, ibi tu dicas, vel ſaltem præſumuntur eſſe acquiſita de bonis vtriuſque tam patrimonialibus, quod Eccleſiæ pro rata quod videtur æquius & tenendum, *& de hoc eſt text. ſingularis, & ibi gloſſ. hoc hoc tenet. 12. queſt. 4. capit. ſacerdotes, per quem text. dicit Ludouic. Roman. in ſuis ſingularibus in ordine meo 272. ſæpius conſuluiſſe*, quod tunc res acquiſitæ per prælatum diuiduntur ſecundum ratam patrimonii Eccleſiæ & prælati, & ad hoc optime facit, *gloſſ. in capit. 2. extra de pecul. cleric. & not. Angelus in §. interdicimus. in authen. de Eccleſiaſticis titulis. colum. 8. & facit quod not. Bart. in l. ſeruus communis ita. in vltima colum. circa princip. in verſ. & prædicta ſunt vtilia in illa quæſt. ff. de ſtip. ſeruorum. cum ſimil. facit gl. 3. ibi in verſ. item quid ſi dubitetur. in ratione ſui in l. cum oportet. in princip. C. de bo. quæ lib. & not. per Doct. in d. authent. licentiam.* Et hoc quid & in quantum ſit, iudicis arbitrio iudicandum eſt, ſecundum Inno. *in c. cum in officio. extra de teſt. vbi per Bald. & Doct. qui etiam ita tenet in d. auth. licentiã & per Ang. in d. §. interdicimus. in fi. de quo dicendum eſt, vt in ſeq. dubio, &c.*

4 † Circa ſecundum dubiũ principale dicendum eſt dictos de Nicheſola & Leonardum de Riuanelis teneri & obligatos fuiſſe ad libere relaxandum & reſtituendum dicta booa deſcripta in inuentario ſiue eorum valorem & æſtimationem quæ aſcendunt ad ſummam 380. ducatorum, & vnius libræ, & ſexdecim ſolidorum, denariorum Veronen. Item ad reſtituendum ſummam 41. ducatorum & vigioti ſolidorum, denariorum Veronen. pro bonis mobilibus & denariis confeſſatis & habitis per dictos hæredes vltra bona deſcripta in inuentario de dictis bonis olim Domini Giberti, ex quo præſumitur eſſe de boois Eccleſiæ vt dictum eſt in præcedenti dubio pro maxima eorum ſaltem parte. Et quod de prædictis ſubtrahi debeant io primis. 136. ducati, & duæ libræ, & 9. ſolidi. Et pro dicta quantitate concurrente cum prædictis bonis inuentarii compenſari, quia expediti fuerunt per dictos hæredes pro obitu, exequiis, & funeralibus dicti Domini Giberti, quæ expenſæ fieri debebant de bonis Eccleſiæ tantum, quia quando prælatus vel rector alicuius Eccleſiæ moritur, etiam ſi habent bona patrimonialia, debet ſepeliri de bonis Eccle-
5 ſiæ tantum, † & bona propria debent hæredibus conſeruari ſecundum egregium Doctorem Dominum Petrum de Vbaldis fratrem Baldi de Peruſio, *in ſuo eleganti & ſolemni tractatu de quarta canonica Epiſcopali & Parochiali. in 22. quæſt. Trinit. diuini capituli. in penult. chart. dicti tractatus, allegat ea quæ habentur in capit. Epiſcopus, extra de præbend. & 12. quæſt. 4. capit. 1. & 1. quæſt. 2. cap. cleros*, & ita alias etiam iudicaui in ſimili cauſa, item etiam excipi & ſubtrahi debent de prædictis 40. ducati ſoluen. per dictos hæredes, vt ipſi hæredes affirmauerunt ita eſſe, qui diſpenſari debent in pauperes Chriſti vigore cuiuſdam legati relicti per Domioum Carlotum olim canonicum Veron. ad quod dictus D. Gibertus tenetur, quibus 136. ducatis, & 2. libris, & 16. ſol. pro obitu & dictis funeralibus expeditis, & dictis 41. ducatis 20. ſol. compenſatis ſubtractis & deductis quia veniunt compenſanda ſubtrahenda & deduceoda de dictis ſummis 380. ſol. confeſſatis vt ſupra, reſtarent etiam 45. ducati, libræ 10. ſol. 7. Sed quia vt dixi illa bona mobilia præſumuntur & præſumi poſſunt pro aliqua parte acquiſita de & ex boois patrimonialibus dicti Dn. Giberti, ex quo per ſiniſtre vſus eſt bonis Eccleſiæ & patrimonialibus, & in hoc ſit difficile probare pro qua & quanta parte ſiue rata acquiſita ſint dicta bona mobilia, & ſic ſit in arbitrio iudicantis.

Dico, quod poteſt arbitrari, maxime ſtante Poteſtate maxime conceſſa per dictas partes dicto Reuerendiſſimo Dn. Epiſcopo commiſſario attentis facultatibus & bonis tam patrimonialibus quam Eccleſiæ dicti Dn. Giberti, quod de illis bonis mobilibus fuerit acquiſitum de & ex bonis patrimonialibus ſaltem vſq; ad ſummam valoris 75. ducatorum auri qui ſpectant & ſpectare debeant dictis hæredib. dicti D. Giberti, quibus etiam ſic vt ſupra cum aliis compenſatis, & ſubtractis, & deductis in effectu remanent ſolummodo & remanere ſeu reſtare debent bona vſque ad ſummam valoris 170. ducatorum auri 2. ſol. in quibus dicti hæredes teneantur & obligati ſint ad exburſandum & ſoluendum pro omnibus bonis mobilibus exiſtentib. & quæ extiterint p nes eos quæ fuerint olim dicti D. Giberti, & ſic videtur concludendum, quod dicti hæredes teneantur ad dandum ſiue & ſoluendum de dictis bonis mobilib. pro reſto vſq; ad valorem & æſtimationem 170. ducatorum 7. ſolid. ſiue dictos 170. ducatos, & 7. ſolid. Eccleſiæ, ſiue Eccleſiis, vnde erat beneficiatus dictus Gibertus, & quod in cæteris abſoluantur dicti hæredes pro omnibus bonis mobilibus contentis in dicto inuentario, & aliis confeſſatis & habitis per dictos hæredes ſiue & pauperibus in arbitrio dicti Domini Epiſcopi commiſſarii compenſatis, & computatis, & deductis, & ſubtractis prius dictis expen. funeralium, & dictis 40. ducatis de quibus ſupra, & ſubtracta etiã & compenſata omni portiooe, quæ dictis hæredibus deberet in & pro dictis bonis mobilibus, vt ſupra.

Et ita

Et ita, vt ſupra dictum eſt, dico & conſulo, iuris eſſe ego ſubſcriptus Bartholomæus Cæpolla de Verona, I. V. D. minimus. Et partes Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, D. Hermolai Barbari, Epiſcopi Veronenſ. & compromiſſarii inter antedictas partes, etiam in pronuntiando, ſententiando, declarando, condemnando, adiudicando, & abſoluendo. Et quod ita pronuntiet, ſententiet, declaret, condemnet, adiudicet, & abſolu[illegible]bus, & per omnia, prout ſupra dictum eſt. Et [illegible]dem præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi, &c.

CONSIL. LII.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutio facta de Tito & eius filijs, an ſit intelligenda pariter, aut ordine ſucceſſiuo.*

2 *Verbum, hæres, in ſingulari numero, comprehendit etiam omnes hæredes.*

Numerus ſingularis poteſt comprehendere pluralem.

3 *Natura copulæ, &, eſt repetere qualitatem prius appoſitam, & diuidere copulata, & pariter & æqualiter coniungere.*

4 *Legatum facta Epiſcopo & Capitulo, an intelligenda ſit indiuiſibiliter & diuiſibiliter.*

Pro Rectoribus Paduæ, & ſic fiſco, & ita fuit iudicatum, materia eſt *in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & poſthum.* Vide etiam in alio conſilio meo facto pro Dn. Hieronymo Biſario de Vicentia, *1462*, de menſe Martio.

MAGNIFICI ac generoſi Domini Rectores Paduæ; Quidam condidit teſtamentum, in quo hæredis inſtitutionem & ſubſtitutionem in hæc verba fecit, in omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus ad ipſum teſtatorem quoquo modo ſpectantibus, & pertinentibus nunc, & in futurum inſtituit ſibi hæredem vniuerſalem, & eſſe voluit Titum & filios ſuos legitimos & naturales maſculos. Et ſi ipſe Titus decederet ſine filiis maſculis, legitigitimis, & naturalibus, quod ipſa bona ipſius teſtatoris vendantur & diſtribuantur, &c. Quæritur à me, quid iuris de inſtitutione & ſubſtitutione prædictis, ego autem procedam per concluſiones ſine multis allegationibus, prout quæritis ponendo ipſam veritatem. Circa inſtitutionem duo ſunt dubia principaliter examinanda:

Primum, an dictus Titus & eius filii videantur pariter inſtituti, an vero ordine ſucceſſiuo.

Secundum, poſito quod videantur vocati pariter pro quota & quanta parte videantur vocati, circa ſubſtitutionem hoc tantum quæri poteſt, an ſit locus ſubſtitutioni, ita quod bona debeant vendi & diſtribui, &c.

1 Circa † primum dubium, an dicti Titus & eius filii videantur vocati & inſtituti pariter, an ordine ſucceſſiuo, quia non aperitur in caſu mihi exhibito, quid ſecutum fuerit poſt dictum teſtamentum, conſiderandi ſunt quatuor caſus, qui contingere poſſunt.

Primus eſt, ſi Titus mortuus eſt ante teſtatorem, vel poſt non adita hæreditate, cum non ſit de ſuis hæredibus, & tunc non eſſet dubium, quod filii ſui admitterentur in totum, quia intentio teſtatoris fuit, quod ſi Titus non eſſet hæres, filii ipſius Titi eſſent hæredes in ſolidum.

Secundus caſus eſt, ſi Titus adiuit hæreditatem teſtatoris, ſaltem ſe immiſcendo per actus, qui non poſſunt dici vel fieri circa ius & nomen hæredis, *iuxta not. in l. cum quidam, §. quid dicitur, & in l. gerit, ff. de acquir. hæred.* & tunc ſi iſte Titus filius teſtatoris intelligitur inſtitutus ordine ſucceſſiuo, hoc eſt, quod ipſe Titus ſit hæres, ſi vult & poteſt. Et ſi non vult, vel non poteſt eſſe hæres, quod filii ſui tunc ſint hæredes, *vt eſt text. coniuncta gl. quæ hoc tenet in terminis in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & poſthum. quam ſequuntur ibi communiter Doctor.* Et ſi Titus eſſet hæres quandocunque moreretur, filii ſui non poſſent ſuccedere in dicta hæreditate, nec per vulgarem ſubſtitutionem, nec per fideicommiſſariam ſecundum Dominum Paulum *in d. §. quidam recte*, & hoc operatur ordo neceſſitatis, qui eſt vt primo filius, qui eſt in primo gradu coniunctus teſtatori, inſtituatur hæres, ne rumpat teſtamentum. Vnde teſtator videtur velle facere in dubio illud, ad quod de iure tenetur. Sed tenetur inſtituere omnino filium, non nepotem, niſi in caſu, quo filius præmoreretur viuo teſtatore. Et ideo ipſum filium primò hæredem inſtituiſſe, inde nepotem, ſi filius non eſſet hæres. Et hoc intelligo, ſiue illi filii ſint nati tempore teſtamenti, ſiue non, *vt not. in dicto §. quidam recte.*

Tertius caſus eſt, ſi iſte Titus non eſt filius teſtatoris, nec talis qui ſucceſſurus eſſet ab inteſtato ipſi teſtatori, quia teſtator habebat alium proximiorem, qui ſibi ſucceſſiſſet, ſi non feciſſet teſtamentum, & ſic eſt extraneus teſtatori, & tunc ſine dubio dictus Titus & eius filii viderentur eſſe vocati pariter, *vt eſt gloſſ. notabilis in d. §. quidam recte, quam ſequuntur omnes Doctor. ibi, & in cap. Raynutius, & in c. Raynaldus, extra de teſtam.* & iſtud non habet dubitationem, & hoc operatur natura copulæ, &, dum dicitur Titum & filios, &c. Nec ordo neceſſitatis inſtituendi Titum repugnat, quia non eſt, ſicut eſſet, quando Titus eſſet filius teſtatoris. Et iſti tres caſus ſecundum Doctores non ſunt multum dubitabiles. Nec obſtat ſi dicatur, quod vbi ex verbis teſtamenti per coniecturas poteſt apparere, contra cenſentur eſſe vocati ordine ſucceſſiuo, *vt d. l. Gallus, §. quidam recte*, ibi, qui ex verbis concipi poteſt, *& ibi hoc not. per Doctor.* ſed ex verbis dicti teſtamenti hoc apparet, quod videantur vocati ordine ſucceſſiuo, quia dixit, inſtituo Titum hæredem & eius filios, & ſemper vocat hæredem in ſingulari numero; ergo intelligitur de Tito, & non de filiis Titi,
2 *per l. vbi numerus, de teſtib. cum ſimilib.* † Nam ad hoc reſpondeo, quod verbum hæres ſingularis numeri comprehendit etiam omnes hæredes. *caſus eſt in l. ſi pluribus, de leg. 2. & in l. ſi plures, de leg. 3. & in l. in vſu vulgari, §. 1. ff. de verb. ſign.* Et pro hoc facit illud Vergilii: *Armato milite complent*, id eſt, armatis militibus. Item illud: *Miles ceſſans victus in arma, vt eſt text. cum gl. in l.*

ab hoſtibus.C.de capt. Item illa verba, inſtituo Titum & hæredem & eius filios, intelliguntur & eius filios
3 ſcilicet hæredes: † quia de natura copulæ &, eſt repetere qualitatem appoſitam in præcedenti, *vt l. Seia.§.Gaio Seio.ff.de ſtu.inſtru.* Et ideo, cum qualitas præcedens ſint hæredes, ita intelligitur repetita per copulam &, quæ ſequitur in perſona filiorum.

Quartus caſus, qui eſt multum dubitabilis, ſi iſte Titus non eſt filius teſtatoris, qui de neceſſitate debeat inſtitui, priuſquam filii ſui, & ſic non ſubeſt ordo neceſſitatis, nec eſt extraneus teſtator, ſed eſt talis qui ſucceſſurus fuiſſet ab inteſtato ipſi teſtatori, tanquam proximiori, & ſic ſubeſt ordo charitatis & affectionis ſeu ordinata charitas, puta ſi eſt frater teſtatoris vel aliter ſibi coniunctus, ita quod non ſit alius teſtatori proximior qui ſuccederet ſibi ab inteſtato. *Et in hoc Bartol. tenuit in d. l. Gallus. §. quidam recte.ff.de libe.& poſt.* quod videantur inſtituti ordine ſucceſſiuo, id eſt, primo Titus pater in ſolidum, & ſi Titus non eſt hæres, tunc filii in ſolidum ſint hæredes per vulgarem ſubſtitutionem. Vel ſi Titus fuiſſet hæres & mortuus, filii viderentur vocari per fideicommiſſum, & ſic filii per dictum teſtamentum conſequerentur tres partes de quatuor partibus integralibus dictæ hæreditatis, & quarta pars quæ debetur ex Trebelliano Senatuſconſulto, & Trebellianica appellatur, remaneret in hæreditare ipſius Titi, *vt declarat Dn. Pau. de Ca. & bene in dicta l. Gallus. §.quidam recte* Et ratio Bartol. eſt, quia ordinata charitas ſeu affectio teſtatoris hoc operatur, quia eſt præſumptio quod teſtator noluerit primo vocare Titum in ſolidum, ex quo proximior & veriſimiliter magis dilectus, quam filii ſui. Sed Doctor. communiter tenent contra Bartol. & dicunt quod imo hoc caſu cenſetur eſſe vocati pariter, ſcilicet Titus & eius filii, & dicunt quod de hoc eſt caſus & bene *in cap.Raynutius, & in cap.Raynaldus.extra de teſt. & hoc etiam tenet gloſſ. in effectu in d.§. quidam recte.* qui non ponit iſtam differentiam an ſit ordinata charitas & affectio, vel non: ſed ſolum an ſit ordo neceſſitatis, vel non. Et probatur ratione, quia ea natura copulæ eſt coniungere pariter, *vt l. 2. §.ſi quis ita.1.ff. de eo quod certo loco, & l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.reis.cum ſimilibus.* Et ideo cum teſtator locutus fuerit copulatiue, dicendo Titum & eius filios inſtituo, videtur ſecundum naturam verborum inſtituiſſe, & ſic pariter, ex quo ordo neceſſitatis non contradicit. Si enim voluiſſet eos vocare ordine ſucceſſiuo, ex quo non tenebatur, bene ſciuiſſet hoc dicere: cum ergo hoc non fecerit, intelligendum eſt, quod voluerit quod natura verborum ſuorum importat ſcilicet vocare, & inſtituere eos pariter *argu.l.1.§.ſin autem à deficientis. ibi ſi enim contrarium volebat. C. de cadu. tol. cum ſimilibus.* Et pro hoc allego quod conſulendo determinauit Ang. in conſilio ſuo.254. Vbi decidit, ſi mater inſtituit virum ſuum & omnes filios ex eo viro habitos ſibi hæredes vniuerſales, quod pater & filii inſtituti ſimul ad hæreditatē veniunt, & non ordine ſucceſſiuo, & intelligo ſiue iſti filii eſſent nati tempore teſtamenti, ſiue eſſent nati poſt: quia vtroque caſu videtur æqualiter. *vt notant Doctor. in d. §. quod rectum. licet Iaco. de Rauenna aliter ibi ſenſerit. & hanc opi. contra Bartol. tenet Bald. Angel. & Ioan. de Imo. in d.l.Gallus.§.quidam recte.ff.de libe.& poſthu.& Ant. de Butr.& Pet. de Anch. Et idem Io.de Imo.in cap.Raynutius. extra de teſta.& idem Dn. Anto. de Butr. in cap.Raynaldus. eod.titu.de teſta.* Et iſta opinio contra Bartol. eſt tenenda in iudicando, tum quia eſt verior de iure, tum etiam quia ita communiter tenent Doctores tam legiſtæ quam canoniſtæ. Et hoc quantum ad primum dubium.

Circa ſecundum dubium de inſtitutione, poſito quod dictus Titus & filii videantur inſtituti. Et breuiter dico, & eſt ipſa veritas, quod videntur vocati in duas tantum partes, videlicet Titus in dimidiam, & omnes ſui filii in aliam dimidiam: quia vt dixi de natura copulæ eſt diuidere copulata, & pariter & æqualiter coniungere, *vt d. l. 2. §. ſi quis ita. ff. de eo quod certo loco. & l.2.C.ſi plures vna ſenten. & l.ſi quando. C. de inoffi.te. & hoc tenet in terminis quæſtionis noſtræ Hoſti. & Ioan. de Imol. in d. cap.Raynutius. Et pro hoc ego allego quod notat. Ioan. And. in cap. requiſiti. extra de teſta.*
4 † vbi dicit, quod ſi legatur Epiſcopo & capitulo, quod medietas debetur Epiſcopo, & alia medietas *cap. facit quod notat Feder. de Senis conſilio ſuo primo.* Item pro hoc adduco, quod notat Cynus *in l. non ambigitur. ff. de leg. quem ſequitur Dn. Pau. de Ca. in authen. cauſa quæ fit cum monacho. C. de Epiſcop. & cler.* qui dicunt, quod ſi committitur capitaneo & anciania electio, quod tantam vocem habebit capitaneus ſolus, quantam omnes anciani ſimul. *item quod notant Iaco. But. Angel. & Doctor. in l. quoniam iudices. C. de appellat.* vbi dicunt, quod ſi arbitrium habet Poteſtas ſolus, quantum anciani. *item pro hoc allego quod notat Iaco. de But. Cyn. Bald. & Doct. in d. auth. cauſa quæ fit cum monacho.* qui dicunt, quod ſi imponitur pœna capitaneo & ancianis, tunc dimidia tangit capitaneum, & alia dimidia omnes ancianos ſimul.

Item, ſi ſtatutum impouit pœnam centum ſyndico & villæ ſi non ceperint malefactorem, ſyndicus ſoluet dimidiam, & ſic quinquaginta, & tota villa aliam dimidiam. Item, pro hoc adduco quod ſimiliter *notat. Bald. in d.l. quoniam iudices. C. de appel.* vbi dicit, quod ſi Papa condemnauit in centum abbatem & capitulum, quod dimidiam pœnam debet ſoluere abbas, & aliam dimidiam totum capitulum, multa alia ad idem poſſem adducere, quæ breuitatis cauſa omitto.

Circa ſubſtitutionē vero, an ſit ei locus, ita quod bona debeant vendi & diſtribui, & certum eſt quod non, quia eſt facta ſubſtitutio ſub conditione quæ deficit, quia eſt facta ſi Titus ſine liberis deceſſerit & deceſſit cum liberis. Et dico iſtud non habet dubium per iura vulgaria. Concludo itaque ex prædictis breuiter comprehendendo omnes caſus qui occurrere poſſent, aut Titus nunquam adiuit hæreditatem teſtatoris, & filii ſui erunt hæredes in ſolidum: aut Titus adiuit hæreditatem, & tunc aut filius teſtatoris qui de neceſſitate deberet ab eo hæres inſtitui, & tunc videntur inſtituti ordine ſucceſſiuo, id eſt, vt Titus primo, ſi vult eſſe hæres & poteſt, ſit hęres, tunc filii ſui ſint hæredes, aut Titus nō eſt filius teſtatoris, nec frater, nec talis conſanguineus, qui eſſet proximior ſucceſſurus ab inteſtato

testa-

teſtatori, & ſic eſt extraneus, & tunc ſine dubio admittuntur æqualiter ſcilicet vnus in dimidia, & omnes alii filii in alia dimidia, aut Titus non eſt filius, nec extraneus, ſed frater teſtatoris, vel taliter ſibi coniunctus quod ſibi ſucceſſurus eſſet ab inteſtato tanquam proximior. Et ideo quia ſuccedunt æqualiter ſcilic. Titus pro dimidia, & filii ſui pro alia dimidia. Nec ſubſtitutio, quod bona vendantur & diſtribuantur, poteſt habere locum.

Et ita dico & conſulo ego Barthol. Cæpolla de Verona, &c.

CONSIL. LIII.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum an reddatur nullum ex præteritione alicuius ſucceſſibilis.*

2 *Legatum factum filio vel filia à patre an ſit ſufficiens cauſa præteritionis teſtamentaria, vt hoc caſu hæredis præteritio non annullet teſtamentum.*

3 *Succedere non valens aliquo iure vel ſtatuto, ſi in teſtamento præteritur, non annullat teſtamentum.*

4 *Teſtamentum an defectu ſtatutariæ ſolemnitatis poſſit dici nullum.*

5 *Ad ſolemnitatem teſtamenti quæ requirantur.*

6 *Teſtes teſtamentarij debent ſpecialiter nominari, nec iſta clauſula, & alijs, in teſtamento appoſita probat.*

7 *Semel approbatum amplius reprobari non poteſt.*

8 *Iuri publico non poteſt renuntiari.*

9 *Statutum generale tollitur per ſpeciale, quia generi per ſpeciem derogatur, & poſterius derogat priori.*

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filii, ac Spiritus ſancti, glorioſæ Virginis Mariæ ac Beatorum Proſdocimi, & Iuſtini patronorum noſtrorum, ac totius curiæ cœleſtis, nos Doctores vtriuſque iuris ſacri collegii Paduani iudices in cauſis appellationum interpoſitarum in ciuitate Catari ad collegium noſtrum, & ſpecialiter in cauſa appellationis ad nos interpoſitæ per Ser Marcũ de Braico Ser Paulum Dobinũ procuratores vxorum ſuarum, ſcilicet Catharinæ & Dominæ Stanæ à quadam ſententia lata per magnificum ac generoſum virum Dominum Arſenium Duc. Domin. de Venetiis pro Illuſtriſſimo Duc. Domin. Venetiarum comite & Capitaneo ciuitatis Catari digniſſimum & Lucam de Iacob. de Paſchalibus & Marinum de Bachia protobiſtiarium & Nicolaum quondam Ser Marci de Drago, & iudices iuratos ameatios ciuitatis præfatæ Catari in fauorem Ser Antonii à Forſicibus de Venetiis & Domini Franciſci & Ser Nicolai quondam Ser Datiſini de Tipelo tanquam commiſſarios & commiſſariu nomine dicti quondam Ser Marci de Braico ſiue dicti Antonii tãquam commiſſarii ac procuratores ac procuratorio nomine dictæ commiſſariæ, in qua quidem ſententia in effectu pronuntiatum eſt, & declaratum eſt, teſtamentum cum codicillo dicti Ser Marci de Braico fuiſſe & eſſe verum & validum & authenticum & factum ſecũdum ordines ſtatuta & antiquas conſuetudines ciuitatis Catari. Et etiam abſoluti ſunt & abſoluti ſententialiter pronuntiati ſunt dicti Ser Antonius & D. Franciſca & Ser Nicolaus tanquam commiſſariæ commiſſario nomine dicti quondam Ser Marci de Braico ab omnibus contentis in petitionibus factis per dictos Ser Marcum de Braico & Paulum Dobinum procuratores vxorum ſuarum rationibus & cauſis in dicta ſententia contentis, viſis prius omnibus ſcripturis ad nos ſub ſigillo ſancti Marci clauſis præſentatis & eis diligenter perlectis & omnibus diligentiſſime conſideratis. Et tandem habita matura deliberatione in primis examinandum eſſe putauimus vnum dubium principale, ex quo colligetur quid in hac cauſa appellationis pronuntiandum ſit, videlicet an dictum teſtamentum quondam Ser Marci de Braico in quo inſtituit hæredem vniuerſalem Ser Antonium à Forſicibus de Venetiis extraneum & præfatis Dn. Catharinæ & Dominæ Stanæ filiabus ipſius Marci teſtatoris reliquit vnum annulum pro qualibet valoris ſex ducatorum, & nõ aliud, ſit validum & ſolemne, ita quod debeat ſortiri effectum, pro cuius quidem dubii declaratione ſex dubia ſunt videnda & diſcutienda.

Primum eſt, an dictum teſtamentum quondam Ser Marci de Braico fuerit & ſit nullum ex capite præteritionis dictarum D. Catharinæ & Stanæ filiarum ipſius teſtatoris.

Secundum, an ſaltem fuerit & ſit nullum ex defectu ſolemnitatis municipalis Catari omiſſæ.

Tertium, eſto quod potuiſſet dici nullum, an dici poſſit ipſum valere vel opponi contra ipſum non poſſe, quia per dictum Dominũ Comitem Poteſtatem Capitaneum & præfatos coniudices ſuos ciuitatis Catari mandatum fuit ad inſtantiam Ser Antonii a Forſicibus tanquam hæredis & fideicõmiſſarii bonorum dicti Ser Marci teſtatoris dictum teſtamentum regiſtrari, & in publicam formam reduci debere toties, quoties fuerit opportunũ, ac etiam quia per d. D. Comitem Poteſtatem & Capitaneum Catari ac eiuſdem coniudices per nouem alias ſententias cõdemnauerunt dictum Antonium tãquam hæredem & commiſſarium dicti Ser Marci de Braico vigore antedicti teſtamenti.

Quartum eſt, an ſaltem poſſit dici confirmatum dictum teſtamentum per petitionem dotis maternæ quam fecerunt mariti quondam D. Catharinæ & D. Stanæ contra dictum Ser Antonium à Forſicibus tantum hæredem vniuerſalem quondam dicti Marci de Braico.

Quintum, etiam ſi diceretur dictum teſtamentum valere, nec poſſet dici nullum ratione præteritionis filiarum vel ex defectu ſolemnitatis municipalis omiſſæ, an tunc poſſit opponi quod nõ potuerit dictus teſtator de tanta quantitate teſtari attentis ſtatutis Catari.

Sextum & vltimum dubium eſt, an licet teſtamentum ipſum valere potuerit poſſit dici inofficioſum, & peti ſupplementum legitimæ.

1 In † primo dubitationis articulo, an ſcilicet teſtamentum prædictum fuerit & ſit nullum ex capite præteritionis dictarum Dominarum Catharinæ & Stanæ filiarum teſtatoris? & videtur dicendum

 quod

quod ſie, quia ſunt filiæ teſtatoris præteritæ, id eſt,
nec inſtitutæ, nec exhæredatæ, *vt inſtit. de hæred. quæ
ab inteſta. defe. §. eadem*, ergo videtur quod teſtamen-
tum ſit nullum, *Gallus, §. in omnibus, & l. inter cætera,
ff. de lib. & poſtu. cum ſimil.* Nec videtur ſufficere, quod
vnus annulus valoris ſex ducatorũ ſibi per patrem
2 teſtatorem eis relictus fuerit, † quia filii & filiæ
de iure communi debent inſtitui à patre hæredes,
nec ſufficit ſibi relinquere iure legati, *vt in auth. vt
cum de appell. cogno. §. aliud quoque capitulum, & in §.
certum colum. 8. & habetur in auth. vnde ſi parens, C. de in-
offic. teſtam. & in c. Raynutius. extra de teſtam. & in c. ſi pa-
ter. eod. titul. in 6.* & præſertim cum ſit hæres extra-
neus relictus, *iuxta not. per Angel. in l. Gallus, §. & quid
ſi vnde, ff. de liber. & poſthum.* Sed certe in hoc contra-
rium eſt verius, quod dictum teſtamentum nõ poſ-
ſit dici nullum ex capite prætermonis filiarum: quia
ſtatutũ eſt in ciuitate Catari, quod ſi pater poſſit fa-
cere ſuam voluntatem ſi hæredes maſculos non ha-
buerit. Et ipſa filia vel filiæ contraire non poſſint.
Saluo tamen quod Eccleſias & monumenta non
hæreditent ſicur maſculi. Nam per iſtud ſtatutum
patet, quod pater non tenetur relinquere filiæ vel
filiabus dotatis ſolutis dotibus, ſi non vult & quod
filiæ ſi non ſunt inſtitutæ, non poſſunt contraire,
3 ergo teſtamentum valet, † quia qui non poteſt
ſuccedere ſtante ſtatuto, vel iure, ſi eſt præteritus,
non poteſt dicere teſtamentum nullum, *vt l. 1. §. pen.
ff. de bonorum poſſeſ. contra tab. & l. ſi neceſſaria, §. ſi depor-
tans, ff. de bon. liber.* ſed dictæ filiæ dotatæ ſolutis doti-
bus non ſuccedunt patri, ſi non fuerint inſtitutæ,
ergo non poſſunt dicere teſtamẽtum nullum tan-
quã præteritæ, & quod filiæ excluſæ à ſtatuto à ſuc-
ceſſione patris, ſi ſint præteritæ in teſtamẽto pater-
no, non poſſunt dicere teſtamentum nullum tan-
quam præteritæ, tenet expreſſe Bart. *in l. fin. ſcilicet fi-
lius ver. quæro quid filia, ff. ad Tertul. Et ita ſæpius conſu-
luit, & idem not. Bal. Ang. & Doctor. moderni in l. Gallus,
§. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſt & in l. maximum vi-
tium, C. de lib. præte. & in l. ſi quis filiam, C. de inoffic. teſt.*
Et iſta eſt communis ſententia Doctorum.

4 In † ſecundo dubio, an dictum teſtamentum
fuerit & ſit nullum ex defectu ſolemnitatis munici-
palis Catari. Et certe non alio Docto. nec apparen-
te niſi eo quod in proceſſu & ſcripturis ad nos miſ-
ſis continentur, dicendum eſt, quod dictum teſta-
mentum fuit & eſt ipſo iure nullum, quia à ſtatuto
Catari data eſt certa forma faciendi teſtamentum,
quæ non fuit ſeruata, ergo teſtamentum eſt nul-
lum, *l. cum filij, §. ſi prætor. ff. de tranſact. cum ſimilibus.*
Et maxime, quia ſtatutum dicit, quod non ſeruato
dicto ordine non valeat, neque teneat teſtamen-
tum.

Quod autem non ſit ſeruata forma ſtatuti in di-
cto teſtamento probatur ſic. Nam ſtatutum requi-
rit, quod ſi teſtator habet vltra cẽtum perperos de-
bet in teſtamento ſuo adhibere iſta ſolemnia. 23.
quod interueniant duo teſtes Catarini. Itẽm quod
vnus ex iudicibus vel auditoribus ciuitatis Catari,
qui pro tempore fuerit, debeat ſe ſubſcribere teſta-
mento. Item quod cancellarius vel notarius ipſum
teſtamentum ſcribat, ita quod in effectu quatuor
perſonæ debent interuenire in dicto teſtamento,
quando teſtator habet vltra centum perperos vi-
delicet Cancellarius vel notarius qui ſcribat teſta-
mentum, iudex vel auditor qui ſe ſubſcribat & duo
teſtes. Sed in eodem teſtamento non apparet, quod
iſtæ quatuor perſonæ interuenerunt, quia ſolum
interuenit Cancellarius qui ſcripſit, & iudex qui
ſe ſubſcripſit, & vnus tantum teſtis, & ſic defecit v-
nus alius teſtis, vt patet ex teſtamento prædicto in
principio dum dicitur, coram egregio viro Ser Ia-
cobo quondam Tripia de Iacob. de Pachalibus in-
raro iudice ciuitatis Catari, & Ser Antonius & Ser
Marinai de Moxa teſte, vocatis ad hoc ſpecialiter
& rogatis, & hoc etiam patet ex ſententia Domini
Comitis & ſuorum coniudicum, in qua pronun-
tiatur quod dictum teſtamentum debeat regiſtrari:
quia fuit ſcriptum per Cancellarium cõmunis cum
vno iudice & teſte: nec ſufficere iudicamus quod
dicti D. Comes & ſui cõiudices in dicta eorum ſen-
tentia à qua extitit ad nos appellatum, dicant quod
ſecundum conſuetudinem etiam iudex & auditor
haberentur pro teſtibus in teſtamentis & aliis pu-
blicis inſtrumentis, quia de iſta conſuetudine, quæ
eſt quid facti, *l. de quibus, ff. de legibus*, non conſtitit eis
iudicialiter, neque nobis conſtat ex actis vel ſcri-
pturis ad nos ſub ſigillo tranſmiſſis, & ea quæ ſunt
facti non præſumuntur niſi probentur, *l. quicunque,
ff. de public.* Et ideo ei ſtandum non eſt, quia paria
ſunt, non eſſe, vel eſſe, & non apparere, *l. in lege fun-
di vendendi, ff. de contrahend. emptio.* Nec credendum
aut ſtandum eſt aſſertioni dictorum Domini Co-
mitis & ſuorum coniudicum, qui in eorum ſen-
tentia prædictam conſuetudinem eſſe aſſerunt, *per
cap. quoniam contra Falſam. & ibi not. extra de probatio.
& habetur in l. ne in arbitriu, Cod. de arbitr. Item pro hoc
quod not. Bartol. in auth. niſi breuiores, in fin. C. de ſenten.
ex peri. recip. & ibi per Doctor.* vbi habetur, quod non
creditur aſſertioni iudicis vel arbitri niſi in cauſis
breuioribus: vel quando eſt poteſtas procedendi
ſine ſcriptis eſt etiam dubitatio ibi apud Doctores,
an tunc ſit credendum & ſtandum aſſertioni iudi-
cum vel arbitrorum, *de quo etiam per Anton. de Butr.
& Doctor. in capit. Quintauallis, extra de iureiurand. &
per Doctor. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. de pro ſocio.*
Nec etiam ſufficit, quod in dicto teſtamento poſt
illa verba coram Ser Iacobo iudice & Ser Antonio
teſte vocatis ad hoc ſpecialiter & rogatis. Sequitur
& aliis, quod verbum & aliis, videtur probare, quod
etiam alii teſtes interuenerunt vltra prædictum Ser
Anton. & ſic ſaltem duo alii, ex quo loquitur in plu-
rali numero, dum dicitur & aliis, *per l. vbi numerus
ff. de teſtibus. & l. Iulius Phœbus. ff. ad Trebellian. & capitul.
pluralis locutio. ff. de regul. iur. in ſexto.* & per conſequens
6 videatur ſatisfactum eſſe ſolemnitati ſtatuti: † quia
illud verbum & aliis, appoſitum in teſtamento non
probat ſufficienter quod alii teſtes legitimi inter-
uenerunt, ex quo non ſunt nominati in ſpecie, *vt
eſt gloſſ. ordin. & ibi per omnes Doctor. in l. hæredes palam,
in prin. ff. de teſtam.* vbi glo. vult, quod per inſtrumen-
tum publicum teſtamentum noncupatiuũ, in quo
dicitur quod fuit factum coram ſeptem teſtibus,
non probat, niſi teſtes nominentur, *vt ibi not.* Nec

uiſum fuit nobis cõueniens neq; iuridicum, incipere in hoc iudicio appellationis probationes quod vnus alius vel etiam duo teſtes vltra iudicem & Cancellarium interuenerint, vel quod conſuetudo ſit in ciuitate Catari, quod iudex & auditor habeantur pro teſtibus in teſtamentis, &c. tum quia ſtatutum Catari de iudiciis & appellationibus videtur velle, quod omnia acta & actitata in cauſa, principali debeant partibus legi, & ad iudicem appellationum, ſicut nunc eſt ſacrum collegium noſtrum ſub ſigillo mitti, & ſic quod ex illis non debeat iudicari, *iuxta not. per Barto. & Doct. in l. prima*, C. *de relatio. & in l. prima, §. quaſitum, ff. de appellatio. & in l. ex illo in fine. C. de appellationi. & in l. prima. ff. de feriis, & in l. prima, ff. nil. not. appellatio. penden. & iuxta ea qua notan. in l. cum à nobis, C. de dilationi. & in cap. intimauiſti. extra de appellationibus cum ſimilibus.* Tum quia in eodem ſtatuto continetur, quod ſi pronuntiatur male iudicatum, iudices teneantur ſoluere tres pro centenario. Nam ex hoc apparet, quod ſtatuentes noluerunt quod iudices in cauſa appellationis iudicarent ex eiſdem actis ex quo agitur de iniquitate iudicis, *videtur probari in l. ſiue pars, & ibi hoc not. Angel. ff. de inoffic. teſtamen. Et pro hoc optime facit cap. interpoſita, in fine extra de appellatio.* Et quod dicitur de ſententia interlocutoria, *in clemen. appellanti. de appellation.* Tum denique moti ſumus, quia autem dictum ſtatutum de iudiciis & appellationibus, vult quod ſi pronuntiabitur quod ſententia fuerit iniuſte lata, non teneat nec valeat, & iudicatus per dictam ſententiam in ſtatum priſtinum reducatur & ſic non tollitur ſibi ius iterum de nouo agendi, & parti aduerſæ ſe defendendi per dictum ſtatutum.

In tertio dubitationis articulo, an ſcilicet poſſit dici dictum ſtatutum valere, vel contra eum nil opponi poſſe, quia per dictum Dominum Comitem & ſuos coniudices mandatum fuit dictum teſtamentum regiſtrari, quia factum ſecundum ſtatuta & cõſuetudines ciuitatis Catari, & quia per nouem alias ſententias eorundem fuit condemnatus dictus Antonius à Forficibus tanquam hæres vniuerſalis dicti Ser Marci de Braico vigore dicti teſtamenti. Et videtur quod ſic quia ex quo ita fuit iudicatum, & dictæ ſententiæ tranſiuerunt in rem iudicatam, nec ab eis fuerit appellatum, videtur quod eis ſit ſtandum, *per ea qua habentur in cap. cum dilecti. in fin. extra de elect. & in cap. ſignificauerunt, extra de teſtibus cum ſimilibus.* Et maxime, quia ipſæmet filiæ ſeu earum mariti earum nomine petierunt dotem maternam contra dictum Antonium à Forficibus, tanquam hæredem vniuerſalem vigore dicti teſtamenti, & dicta Stana petiit legatum ſibi relictum per D. Guilbiſanam, ergo videtur approbaſſe dictũ teſtamentum, *per l. ſilio præterito. ff. de iniuſto teſtam.* & quia agendo contra eum tanquam hæredem videtur renuntiare hæreditatem ab inteſtato, *vt l. Clodius Clodianus, ff. de acquirend. hered. & ibi not.* ac etiam, quia vt dicitur in dicta ſententia, ex quo dictum teſtamentum fuit pluries ac ſæpiſſime confirmatum per terminationem iudicii dictorum Domini Comitis & ſuorum coniudicum, non videtur quod ipſi iudices de iure ſtatutorum, legum, & antiquarum conſuetudinum ciuitatis Catari potuerunt vllatenus amplius ſe impedire, *& pro hoc l. iudex poſtquam, ff. de re iud. & l. quod iuſſit. in fin. eo. tit. & c. in literis, extra de offi. deleg. cum ſim.*

7 Item † pro hoc, quia quod ſemel approbaui amplius improbare non poſſum, *l. diſpenſatorem, ff. de ſolutio. & l. Pamphil.* ſcribit ſi negotium, *ff. de negot. geſtis.* &c. Sed contrarium eſt verius. Nam prima ſententia, in qua mandatur quod dictum teſtamentum poſſit releuari & regiſtrari, non potuerit nocere dictis filiabus, quæ non fuerunt ad hoc citatæ. *l. nam ita diuus, ff. de adoptio. & l. de vnoquoque. ff. de re iudic. cum ſimilibus.* Nec vnquam propter hoc in iudicio comparuerunt: ergo eis dicta ſententia nocere non poteſt, tum quia fuit lata ſine contradictore & ſine cauſæ cognitione, *vt not. in l. prolatum, Cod. de ſenten. & interlocut. omnium iudicum.* Tum quia fuit lata inter alias perſonas, *vt in toto titulo res inter alias act. & in tit. quibus res iudic. non nota. & in l. ſæpe, ff. de re ind. & in c. quamuis, extra eo. tit. & not. in c. cum ſuper eod. titul. facit quod nota. in l. iuriſgentium, ff. de ſtatu homin.* Et eadem ratione non obſtant dictæ ſententiæ latæ contra dictum Antonium à Forficibus tanquam contra hæredem, quia fuerunt latæ contra alias perſonas. Et propterea non eſt dicendum, quod dictus Dominus Comes & ſui coniudices non potuerunt ſe vllatenus amplius impedire de dicto teſtamento, tum quia ſemel & pluries ipſum approbauerunt, tum etiam quia functi erant officio ſuo. Nam hic agebatur inter alias perſonas, quia dictæ filiæ Ser Marci de Braico, quæ fuerunt actrices in iſto iudicio, non interuenerunt in iudicio, quando fuit pronuntiatum, quod teſtamentum debeat regiſtrari, nec etiam interuenerunt in aliis ſeptem ſententiis, ſed aliæ perſonæ, ſed illis filiabus nocere non debet per prædicta: nec etiam nocere eis debet quod Domina Stana petierit perperos viginti, groſſos vndecim, ſolidos decem pro vno legato ſibi facto per Dominam Guilbiſanam, & quod ipſa Domina Catharina & Stana petierunt dotem maternam à dicto Ser Antonio à Forficibus tanquam hærede dicti Ser Marci de Braico, & ſuper illis petitionibus fuerit iudicatum per præfatos iudices, ergo amplius non videtur quod poſſint ipſi iudices contrauenire eorum ſententiis inter eaſdem perſonas ſcilicet dictas & dictum Ser Antonium hæredem ſcriptum, quia hic agitur ex alia cauſa ſcilicet ex defectu ſolemnitatis teſtamenti, ergo exceptio rei iudicatæ non nocet, *l. cum quia cum l. ſequent. ff. de exceptio. rei iudicata.* Et ideo cum dictæ ſententiæ aliquæ ſint inter dictas perſonas, aliquæ inter eaſdem, ſed nunc agitur ex alia cauſa, poterant iudices pronuntiare ſecundum petita per dictas filias, ex quo non erat aliter probatum per dictum Ser Antonium à Forficibus, nec contrarietas ipſis iudicibus impediebat ſuam iuriſdictionem & poteſtatem iudicandi, *per dictam l. cum qua. l. ſequent. & per l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, cum ibi notat. per gloſſ. & Doctores, ff. de inofficio. teſtam.* Nec nocere potuit dictis filiabus ſicut mariti petierunt dotem maternam à dicto Ser Antonio

tanquam hærede vigore dicti teſtamenti, & ſi Stana petierit à dicto Ser Antonio tanquam hærede vnum legatum ſibi relictum à dicta Dn. Guilbiſana, quod dictus Ser Marcus de Braico habuit: quia licet ſecundum aliquos nocere poteſt quando diceretur nullum ratione præteritionis, *iuxta not. in d. l. filio præterito. ff. de iniuſto teſtam.* tum quando teſtamentum eſt nullum ratione ſolemnitatis omiſſæ, ſi filius non inſtitutus agit, & petit legatum ab inſtituto extraneo tanquam hærede, dummodo ignorantem ſibi non præiudicat, *vt probatur d. l. poſt legatum. in principio, & ibi hoc notat. gloſſ. & Bartol. ff. de his quibus vt indignis, & probatur in l. poſtquam, ff. de petit. hæred. & ibi per Bald. & Auge. & probatur in l. legitimam. eodem titulo. & ibi hoc etiam not. gloſſ. quæ ignorantia in dubio præſumitur. l. verius ff. de probat.* Et talis ignorantia ſiue error, ſiue ſit facti, ſiue etiam iuris excuſat, vt non excludatur à iure dicendi nullũ ex defectu ſolemnitatis omiſſæ, *vt not. Bald. notabiliter in d. l. poſt legatum, in princ. ff. de his quib. vt indig. & notat. per Bart. & Doctores in dicta l. Clodius Clodianus, ff. de acquirenda*
8 *hæredita.* † Et eſt ratio, quia cum teſtamentum deficiat in ſolemnitate, quę eſt inuenta in fauorem iuris publici, *vt habetur in l. fin. C. de fideicommiſſis.* illi iuri publico non poteſt per partes renuntiari, & per conſequens approbando teſtamentum non poteſt illum validare, *per l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. & notat. per gloſſ. & Bartol. & Doctores. in dicta l. poſt legatum. in principio. ff. de his quibus vt indig. & per Bartol. in l. filio præterito. in penulti. columna in fine. ff. de iniuſto teſta. & per Salic. in l. licet. C. de falſis.* item eſt & alia ratio, quia ille qui dicit teſtamentum non iure factum non negat voluntatem defuncti, nec eam impugnat, *vt dicta l. poſt legatum. in principio. in tertia columna.* Nec videtur renuntiaſſe iuri ſuccedendi ab inteſtato, ſi ipſi ignorauerunt defectum dictæ ſolemnitatis teſtamẽti, quia ignorans vel errans etiam in iure non dicitur renuntiare. *l. mater. ff. de inofficio. teſtamen.* etiam ſi erraſſet in iure, vt diximus, quia ſicut dubitans de viribus teſtamenti errans in facto, vel etiam in iure, non poteſt adire hæreditatem, *vt l. ſi is ad quem. & l. hæres inſtitutus. cum l. ſequent. ff. de acquiren. hæredita.* Et hoc propter impedimentum voluntatis, ita iſte error impediet repudiationem, *vt l. quarta. & l. is poteſt. eodem titulo. ita notat. & tenet Bartol. in d. l. Clodius Clodianus. ff. de acqui. hæredi.* Et per hoc concluditur quantum ad tertium & quartum dubium, videlicet quod dictum teſtamentum non poteſt dici valere, nec de iure approbatum, ita quod valeat nec per dictas ſententias, nec propter petitionem dotis maternæ factam nomine dictarum filiarum.

In quinto dubitationis articulo, videlicet an poſito, quod teſtamentum fuerit ſolemniter perfectum, dictus teſtator potuerit de tanta quantitate teſtari inſtruendo dictum Antonium à Forficibus hæredem extraneum ſtantibus ſtatutis Catari. Et videtur quod non propter ſtatutum ciuitatis Catari de diuiſione patris cum filiis primæ matris, in quo cauetur, quod ſi pater cum ſecunda vel tertia vel pluribus vxoribus hæredes non habuerit, pater poſſideat in vita ſua, poſt mortem vero ſuam poſſit ipſi pater de bonis ſuis dimittere quartam partem pro anima ſua. Et ſi aliquid habuerit de malo ablato, reſiduum non redeat ad filios primæ vxoris, qui illud diuidant inter ſe poſſidente ſecunda vxore in vita ſua: ſed in caſu noſtro dictus Ser Marcus de Braico teſtator habebat filias prædictas & aliam etiam ex prima vxore, & habebat, prima vxore præmortua, aliam vxorem ſine hæredibus: ex ea ergo videtur, quod non potuerit ipſe teſtator relinquere de bonis ſuis niſi quartam partem pro anima, & ſi quid habuerit de male ablato, reſiduum relinquere tenebatur dictis filiabus primi matrimonii, nec obſtare dicitur aliud ſtatutum Catari de mulieribus maritatis cum Parchino, ſuper quibus rebus debeant hæreditare, in quo habetur quod ſi pater habens filiam vel filias maritatas cum dotibus ſolutis dotibus de reſiduo ſui facti, idem pater poſſit ſuam facere voluntatem, ſi hæredes maſculos non habuerit ex ipſa filia vel filiæ contrahere non poſſint. Saluo tamen quod Eccleſias & monumenta hæreditent vt maſculi, quia ſtatutum iſtud eſt generale, & aliud in quo cauetur, quod non poſſint relinquere niſi quartam partem pro anima, & pro male ablato, eſt ſpeciale, ſcilicet quando vnus habet filios ex prima vxore,
9 & non habet filios ex ſecunda. † Et ſic illud ſtatutum ſpeciale tollit illud generale, & allegat *l. vxorem, §. filia, ff. de leg. 3. & l. ſeruus vrbanus, in fin. ff. de leg. 3. & l. 2. in princ. ff. de viu. trit. & ol. leg. & quod not. Bart. in l. quæſitum, §. pen. ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg.* & maxime, quia ſumus in promiſſione ſtatutaria, *vt expreſſe decidit Bartol. in d. l. in ſacru. la 2. Cod. de proxi. ſacroſanct. ſcrinio. libro duodecimo.* Nam licet iſta doctrina ſit vera, quod vbi ſunt duo ſtatuta in eodem volumine, quæ videtur inuicem contrariari & ſimul ſtare nõ poſſunt, & vnum ſit generale, alterum ſpeciale, quod ſpeciale deroget generali: quia generi per ſpeciem derogatur, vt in regula iuris, tamen iudicamus, & tenemus quod imo ſtatutum, de mulieribus maritatis cum Parchino, ſit magis ſpeciale, quam aliud ſtatutum de diuiſione patris &c. Nam ſtatutum de diuiſione patris loquitur generaliter de omnibus filiis, ſed ſtatutum de mulieribus maritatis loquitur ſolum de mulieribus, & ſic de filiabus tantum.

Item, ſtatutum de diuiſione patris, loquitur generaliter de filiis, non diſtinguendo an ſint maſculi vel fœminæ: aliud vero ſtatutum loquitur in ſpecie, quando teſtator maſculos non habuerit, vnde ſatis conſtat quod prædictum ſtatutum de mulieribus maritatis cum Parchino, eſt magis ſpeciale, quam ſit aliud ſtatutum de diuiſione. Et ideo cum in caſu noſtro dictæ filiæ fuerint dotatæ, ſi ſuot ſolutæ ſibi dotes, ſumus in caſu dicti ſtatuti de mulieribus maritatis cum Parchino, in quo diſponitur, quod pater poſſit ſuam facere voluntatem, & filii vel filiæ non poſſint contrauenire: & huic ſtatuto & eius diſpoſitioni ſtandum eſt, ex quo eſt magis ſpeciale, per ea quæ dicta ſunt ſupra. Suadet etiam alia ratio, quia iſtud ſtatutũ de mulieribus maritatis in ordine ſtatutorum eſt poſterius, quia aliud eſt in charta 43. & iſtud in charta 46. ergo in dubio poſterius dero-

gat

rat priori, & non è contra, *vt habetur in l.nam & poſteriores.ff.de legib. & in l.ſi quis in princ. teſtamenti, ff.de leg.3.* Vnde ex his concluditur ad quintum dubium, quod teſtator ſi ſolemniter teſtatus fuiſſet, potuiſſet de omnibus bonis dictum Ser Antonium à Forficibus extraneum hæredem inſtituere, poſtquam dictæ filiæ ſunt maritatæ & dotatæ, ſi tamen dotes fuerint ſolutæ. Sed de hoc non eſt facienda in præſentia magna vis, ex quo tenemus, quod dictum teſtamentum ſit nullum ratione ſolemnitatis municipalis omiſſæ, vt dictum eſt ſupra in ſecundo dubio principali. Et eadem ratione non eſt dubitandum in hoc iudicio ſuper ſexto & vltimo dubio, videlicet an ſi ſtatutum ipſo iure valuerit, potuerit dici inofficioſum & peti ſaltem ſupplementum legitimæ, quia tenendo ſicut concludum eſt ſupra, quod teſtamentum ſit nullum, ceſſat iſta dubitatio, & fruſtra ſuper ea diſputandum eſt, *l.contra maiores, cum ibi not. Cod.de inoffic.teſtam.* Ex prædictis igitur omnibus apparet, quod ſtante dicto proceſſu & attentis ſcripturis ad nos ſub ſigillo tranſmiſſis, dictum teſtamentum Ser Marci de Braico non ſit nec poſſit dici nullum ratione ſolemnitatis ſtatuti Catari omiſſæ, nec dictis Dominæ Catharinæ, & Stanæ filiabus nocere potuerunt dictæ ſententiæ latæ per Dominum Comitem & coniudices ſuos cõtra dictum Ser Antonium à Forficibus tanquam hæredem ſcriptum in dicto teſtamento, nec etiam petitiones factæ per dictam Dominam Stanam de quodam legato ſibi relicto per quondam D.Glubiſanam, nec penſiones factæ per eaſdem filias de dote materna, quia per dictas petitiones non potuerunt validare teſtamentum quod erat & eſt nullum ratione ſolemnitatis omiſſæ, nec etiam videntur renuntiaſſe ſucceſſioni ab inteſtato maxime rationibus & cauſis de quibus ſupra, & aliis quamplurimis animum & mentem noſtram mouentibus. Nec poſtremo eſt conſiderandum ſtatutum de diuiſione patris cũ filiis, nec an poſſint filiæ dicere teſtamentum inofficioſum & petere ſupplementum legitimæ, ex quo concludimus quod teſtamentum ſit nullum, *per d.l.contra maiores, cum ibi not.ff.de inoffic.teſta.cum ſim.*

Chriſti itaque ac Glorioſæ Virginis Mariæ ac Beatorum Proſdocimi & Iuſtini patronorum noſtrorum ac totius cœleſtis curiæ nominibus repetitis: Nos præfati Doctores Vtriuſque Iuris ſacri collegii Paduani iudices in hac cauſa appellationis omnibus diligentiſſie conſideratis, habitaque matura deliberatione dicimus, conſulimus, pronuntiamus, ſententiamus, & diffinimus male fuiſſe & eſſe iudicatum per dictos Dn. Comitem & coniudices ſuos & bene fuiſſe & eſſe appellatum pro parte dictarum D.Catharinæ & Stanæ, & inhærentes ſtatuto ciuitatis Catari de iudiciis appellationibus dictas Dominam Catharinam & Stanam, ſine & eius procuratores per dictam ſententiam iudicatos in priſtinum ſtatum reducimus, & partem aduerſam in expen. condemnatus iuxta continentiam dicti ſtatuti, maxime quia non videtur habere iuſtam cauſam litigandi, *iuxta not.in l.properandum, §.ſin autem, C.de iudiciis, & in l.qui ſolidum, §.etiam, ff.de leg.3.& in authen.generaliter, C.de Epiſcop.& cleric.* ac etiam quia ſuccumbit ex eiſdem actis, & non ex nouis probationibus, quia tunc etiam ille qui vicit in prima cauſa ſi eiſdem ſuccumbit in cauſa appellationis, debet in expen.condemnari, *vt not.Ioan. Andr.in c.inru ignorantia.de regul iur.in 6. Archid.2.quaſt. 6.cap. omnino, & per Innoc. & Doctor. in c.finem litibus, de dol. & contum. & idem not.Bartol.in l.generaliter, §.ſed iuramento, in fin. Cod.de rebus credit.& iureiurand. & in l. properandum, §. ſin autem alterutra. C.de iudiciis, & in l.tutores qui poſt, §. tutor.ff.de admin.tut.& por Docto. in d. §.ſin autem alterutra.*

CONSIL. LIIII.

SVMMARIA.

1 *Teſtator ſubſtituens fratres ſuos in hæreditate an etiam cenſeatur vocare filios eorum.*

2 *Caſus omiſſus in teſtamento aut vltimis voluntatibus an ſemper habeatur pro omiſſo, cum à verbis teſtatoris non ſit recedendum.*

3 *Fideicommiſſarius, cui debet hæreditas reſtitui in euentum alicuius conditionis, ſi moriatur ante euentum conditionis fideicommiſſum expirat, nec ipſum tranſmittit ad hæredes.*

4 *Filium inſtituti excludere ſubſtitutum ex tacita mente defuncti qualiter intelligatur.*

IN CHRISTI nomine ac Inuocata Spiritus ſancti gratia. Quædam mulier habens quatuor filios, & quatuor fratres filios hæredes inſtituit, & eis ſubſtituit in hæc verba vulgaria, *& ſe de tutti mei figliuoli occorreſſe manchamento ſenza heredi ligitimi de beni io li laſſo Vigo mio marito à lui duca.200. in ſua vita, è dopò la ſua morte deuenga in mei fratelli, e lo reſto oltra li duca.200. deuenga in mei fratelli egualmente, à liquali tutti raccommando l' anima mia,* moritur teſtatrix primo, deinde moriuntur omnes eius filii ſine deſcendentibus legitimis, ſed ante vltimum morientem præmortui ſunt fratres tres dictæ teſtatricis relictis quibuſdam liberis ſuis, modo quæritur ad quem pertineat dicta hæreditas fideicommiſſaria, an ad Ioannem tantum fratrem dictæ teſtatricis, qui ſuperuiuit, an etiam ad filios aliorum
1 fratrum ſuorum præmortuorum. † Et videtur quod pertineat ad omnes, quia cum teſtatrix ſubſtituerit omnes fratres ſuos, videtur etiam vocaſſe filios eorum, *arg.l. cum auus, ff.de condit.& demonſt.*

Secundo hoc videtur probari, *in l.qui patri. ff. de acquiren. hæred.* vbi dicitur, quod ſubſtitutus pupillo ſi moritur etiam viuente pupillo tranſmittit ius ſubſtitutionis ad hæredes ſuos, ita hic videtur dicendum, quod licet dicti tres fratres ſubſtituti filio teſtatricis vltimo morienti ſint mortui antequam filius teſtatricis, tamẽ illud ius fideicommiſſi, quod erat in perſonis eorum tranſmiſerint ad ſuos filios & hæredes.

Tertio hoc videtur probari, quia ſi ille cui debet hæreditas reſtitui per fideicommiſſum, moritur ante reſtitutionem ſibi factam tranſmittit ius fideicommiſſi ad hæredes ſuos, *vt eſt caſus in l. cogi. C. idem*

idem Metianus.ff.ad Treb.& in l.poſtulante in prin.eod. ti.
& not.gl.in l.apud Iulia.§.vtrum.eod.tit.& Bart.& Doct.
in l.cum filio.ff.de leg.1.

Quarto hoc videtur ſuadere æquitas, quia teſta-
trix ita præſumitur diligere filios fratris in portio-
ne ſibi relicta, ſicut alios fratres, *facit ad hoc l. Lucius.*
& quod ibi not.ff.de hered inſtit.

2. Sed † certe contrariũ eſt verius, videlicet quod
ſolus frater teſtatricis ſuperſtes in totum admitta-
tur, quod ſic probatur, illi in teſtamento aut in
ſubſtitutione admittuntur qui nominati & vocati
ſunt & non alii, quia in teſtamentis & vltimis vo-
luntatibus caſus omiſſus habetur pro omiſſo, *& l.ſi*
cum dotem.in prin.ff.ſol.ma.& l. commodiſsime. ff. de libe.
& poſthu.& facit l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.ff.de acqu.
*hered.*ſed in dicto teſtamento non ſunt nominati fi-
lii fratrum, ſed ſolum fratres, ergo. Et eſt ratio, quia
regulariter à verbis teſtatoris recedere non debe-
mus, *l.non aliter.ff.de legat.3.* quoniam ſi teſtatrix vo-
luiſſet etiam vocare filios fratrum, bene ſciuiſſet
hoc facere, ſicut fecit *in l.Lucius.quæ eſt in vltima char-*
ta. ff.de heredi.inſtitut. l.cum de fratribus. ergo cum eos
non vocauerit, nec nos debemus vocare, *arg. l.vnica.*
§. ſin autem ad deficientis. ibi ſi enim contrarium vo-
lebat nulla erat difficultas ea diſponere, *C. de cad.*
tol. & in c.inter corporalia, extra de translat. prælat. vn-
de ex hoc concluditur, quod dicti filii fratrum præ-
mortuorum non videntur eſſe vocati à teſtatrice ad
dictum fideicommiſſum vniuerſale. Præterea non
videntur vocati ad fideicommiſſum etiam ex per-
ſona parentum ſuorum, quia iſtud erat fideicom-
miſſum conditionale, videlicet ſi omnes filii teſta-
3 tricis morerentur ſine hæredibus legitimis. † Et
regula eſt, quod fideicommiſſarius, cui debet hære-
ditas reſtitui in euentum alicuius conditionis, mo-
ritur ante euentum conditionis expirat fideicom-
miſſum in perſona ſua nec ipſum tranſmittit ad hæ-
redes ſuos, *vt eſt caſus in l. 1. §. ſin autem. C. de cadu.*
tol. & in l. cum filio. & ibi notat. ff. de legat. 1. & in
ſubſtitutione directa quod non tranſmittitur ad
hæredes, eſt *in l.ſi ex pluribus. in fin.ff. de ſuis & le-*
git. Ergo dicti fratres commiſſarii ſub conditio-
ne ſint mortui ante euentum conditionis, ſequi-
tur quod in eorum perſona expirat fideicommiſ-
ſum.

Vltimo hoc etiam probatur *in d. l.Lucius.* vbi vi-
detur eſſe caſus huius quæſtionis nam ibi quidam
inſtituerat fratrem, & ei ſubſtituerat in caſu quo fi-
lios non haberet, dicit ibi Iuriſconſultus quod pru-
dens conſilium fuit teſtantis qui non fratrem ſo-
lum hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed & eius libe-
ros. Et prudens conſilium dicitur in hoc, quia et-
iam fecit mentionem de liberis fratris inſtituti,
quaſi dicat ſi hoc non feciſſet, ſubſtitutus excluſiſſet
filios fratris. Et ſic ibi probatur, quod frater inſti-
tuendo fratrem ſimpliciter non videtur vocare fi-
lios eiuſdem fratris, niſi eos vocauerit ſeu nomina-
uerit ſaltem ſub nomine appellatiuo liberorum
aut filiorum. Et ideo in caſu noſtro ex quo teſtatrix
vocauit ſolum fratres ſuos, & de eorum filiis nul-
lam fecit mentionem, & tres fratres ſui ſunt defun-
cti ante filium teſtantis, cui eſt facta ſubſtitutio, &
ſic expirauit fideicommiſſum in perſonis dictorum
fratrum prædefunctorum, vt dixi, ſic quod nec et-
iam filii admittuntur, nec ex perſona ſua, quia non
vocati, nec ex perſona parentum, quia tranſmittere
non potuerunt fideicommiſſum quia erat condi-
4 tionale per prædicta. † Nec obſtat *l. cum avus. ff. de*
condi. & demon. ſupra. in contrarium allegata, vbi filius
inſtitutus excludit ſubſtitutum ex tacita mente de-
functi, quia illud procedit, quando inſtitutus erat
filius vel alius deſcendens teſtatoris, vt ibi, *& in l.ge-*
neraliter.§.cum autem.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub cond.fact.
& l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. ſecus in alio extra-
neo, *vt not.gloſſ.in d.l.cum acutiſsimi.& in l.ex facto. §.ſi*
quis rogatus.ff. ad Trebellian.& Bartol. in d. l. cum avus.
Et intelligo extraneum omnem, qui non ſit deſcẽ-
dens, *vt ſentit etiam Bartol. in d. l. cum avus.* & ſic non
habet locum in fratre inſtituto vel ſubſtituto, *vt eſt*
caſus in d. l. Lucius. vbi dicitur, quod prudens conſi-
lium eſt fratris, quando inſtituit fratrem, vt faciat
mentionem de filiis fratris, alias non vocarentur
vt dixi ſupra. Nec obſtat *l. qui patri. ff. de acquirenda*
hereditate. quia ibi non loquitur de tranſmittenda
ſubſtitutione directa aut fideicommiſſaria, ſed de
iure accreſcendi, quod bene tranſmittitur ad hære-
des, *vt l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & legit. vt not. per gloſſ.&*
Doctores in d.l.qui patri. Nec etiam obſtat, quod dixi
fideicommiſſarium morientem ante reſtitutionẽ
fideicommiſſi ſibi factam tranſmittere ad hæredes
ſuos, quia illud procedit, quando fideicommiſſum
eſt purum: ſecus ſi eſſet conditionale, ſicut eſt in
caſu noſtro, quia tunc non tranſmittitur, *vt notat*
Bartol. & Doctores in d. l. cum filio. ff. de legatis 1. & eſt
caſus in l. vnica. §. ſin autem. C. de cad. tol. Nec obſtat
quod dictum eſt, quod teſtator videtur ita dilige-
re filios fratrum inſtitutorum, ſicut ipſos fratres,
quia iſtud non eſt verum, imo plus dilexit fratres
quam eorum filios, ex quo fratres vocauit, non fi-
lios eorum, *vt ſupra dixi.* Concluditur itaque ex
prædictis, quod ſolus frater teſtatricis ſuperſtes
admittitur ex ſubſtitutione fideicommiſſaria pro
quarta parte, & pro aliis tribus partibus caducis
per ius accreſcendi, ex quo erat coniunctus cum a-
liis fratribus ſuis prædefunctis, *vt d. l. vnica. §. ſin au-*
tem. C. de cad. tol.

Et ita dico & conſulo ego Bartholomæus Cæ-
polla de Verona I.V.D. &c.

CONSIL. LV.

SVMMARIA.

1 *Teſtes reprobatorii an & quando reprobari poſsint, et-*
iam publicatis atteſtationibus.

Allegationes pro Dominico Faſſanolo de inſula
Porcaritia contra Gratiolum de Porto. 145 de
menſe Maio.

IN CHRISTI nomine amen. Caſus
talis: Quidam Dominicus Faſſano-
lus de inſula Porcaritia de 1448.
quando fuga erat in territorio Ve-
ronenſi propter armigeros Comitis
Franciſci conduci fecit ad grauamen Gratioli de
Porto

Porto ſeptem plauſtra cum dimidio frumenti, ac deinde rehabuit niſi duo, &c. Et ideo petiit dictus Dominicus à dicto Gratiolo, vt vellet ſibi reſtituere reſiduum, videlicet quinque plauſtra cum dimidio, qui Gratiolus negauit ſe habuiſſe dictum frumentum & eius cuſtodiam, tandem fuit lata ſententia contra dictum Gratiolum, vt teneretur reſtituere dictum frumentum, à qua quidem ſententia ipſe Gratiolus appellauit, & conatus eſt in cauſa appellationis probare, quod dictus Dominicus confeſſus fuerit, quod de dicto frumento non deficiebant ſibi, niſi quinque minalia frumenti. Publicato proceſſu Dominicus Faſſauolus produxit teſtes reprobatorios, ſuper hoc videlicet, quod dictus Gratiolus pecunia corrupit teſtes ſuos, vt dicerent in fauorem ſuum, & capitulum dicti Dominici ſuper hoc dicit, dicta corruptio facta per dictum Gratiolum fuit die 8. Ianuarii; 1451. in villa Riualtæ in tabula ipſius villæ, qui teſtes reprobatorii publicati ſunt; modo dictus Gratiolus, ſiue Ioannes Simon eius procurator vult capitulare ſeu probare, quod dicta die 8. Ianuarii dictus Gratiolus ſemper ſtetit in villa Porti, & non fuit in villa Riualtæ, & ſic vult reprobare teſtes reprobatorios dicti Dominici.

1 Quæritur † nunquid poſſit, & allegatur pro parte Gratioli per dictum Ioannem Simonē, quod poſſit per regulam, quæ dicit, teſtes reprobatorios reprobare licet, *vt habetur in c. licet dilectus, extra de teſtib.* Ego autem dico contrarium in caſu noſtro, nam licet regulariter teſtes reprobatorios reprobare liceat, *vt d. c. licet dilectus*, tamen hoc non eſt verum publicato proceſſu & publicatis atteſtationibus, quando ab initio ante publicationem iſtud, quod volo probare, ſciui, vel ſcire potui, *vt not. & tenet Pet. & Cyn. in l. ſi quis teſtib. in 2. oppoſ. C. de teſtib.* vbi dicunt, quod ex primis articulis & capitulis pars potuit inſtrui, tunc ſecus; & iſta fuit opinio Innoc. *in c. ex tenore, extra de teſtib. & hodie eſt text. in clem. teſtib. extra de teſtib. ſecundum Cyn. in d. l. ſi quis teſtib. & de hoc eſt gl. ord. in c. ſi quis teſtib. 4. quaeſt. 3. in gl. magna, in verbo arguere, & vide Salic. in d. l. ſi quis teſtib. & quod ego palere ſcripſi in l. ſi quidem, ſuper 7. col. C. de except.* ſed in caſu noſtro Gratiolus ſiue Ioannes Simon potuit inſtrui ante publicationem per capitula ipſius Dominici, quia dicunt eius capitula die 8. Ianuar. 1451. vnde ſi volebat probare contrarium, poterat ante publicationem hoc facere, nunc vero non poteſt, quia ſubeſt timor ſubornationis per prædicta, ſed ſi capitula Dominici dicerent in genere, quod Gratiolus comperit teſtes, &c. Nec dixiſſet de certo tempore tunc, quia non potuiſſet Gratiolus inſtrui, & eſſe certus ab initio ante publicationem, de die tunc bene poſſet publicatis atteſtationibus probare contrarium per iam dicta. Ex prædictis etiam videlicet, quod illi teſtes, qui fuerunt iam examinati pro parte dicti Gratioli, non potuerunt examinari, & ſic pronunciari debet, &c. Sed de alio dubitatur, poſito quod illi teſtes Gratioli debent examinari, quod tamen fieri de iure non poteſt, an dictus Dominicus poſſit iterum teſtes reprobatorios producere; & allegatur per Ioannem Simonem procuratorem dicti Gratioli, quod not. per regulam quæ dicit, quod teſtes reprobatorios reprobare licet, vlterius non licet, *per d. c. licet dilectus, extra de teſtib. cum ſimil.* ſed ſine dubio contrarium eſt verius, *vt not. Angel. in auth. de teſtib. §. ſi vero dicatur, in fin. col. 7.* Nec obſtat dicta regula, *vt d. c. licet dilectus*, quia ſecundum Doctor. ibi loquitur, quando tractatur de reprobatione circa perſonam: ſed ſi loquamur de reprobatione teſtium & dictorum, vt eſt in caſu noſtro, tunc licet etiam vlterius reprobare, *ita dicit Ant. de But. & Doctor. in d. c. licet dilectus.* Nec obſtat ſi dicatur publicatis atteſtationibus ipſius Dominici, non poteſt ipſe Dominicus amplius probare, quia reſpondetur, quod non ſciuit nec fuit certus ab initio, quod Gratiolus vellet probare, quod illa die octaua ipſe fuit in Porto. Ex quo hoc non allegauit ipſe Gratiolus ante publicationem proceſſus per prędicta. Prętereà etiam ſi hoc ſciuiſſet, tamen poſſet, quia quando articulus reprobatorius venit ad confirmationem primi articuli ſui, ſiue primę probationis, tunc etiam, quando capitula ſunt de directo contraria, poteſt etiam poſt didicita teſtificata produci. Ita vero dicit Ant. de Butr. *in c. ex tenore, in fin. extra de teſtib. in 90. col. ad fin. & ita tenet Bald. in auth. qui ſemel, C. de probat. ad fin. 2. col. verſic. de ſecundo quando ad corroborandum,* qui etiam dicit, quod not. Io. And. *in c. cum clamor, extra de teſtib. in notabili*, ſed in caſu noſtro vltra capitula Dominici veniunt ad confirmationem primorum, quia prima dicunt, quod illa corruptio fuit facta per Gratiolum die 8. Ianuar. 1451. Gratiolus vult probare contrariū, videlicet quod illa die fuit in Porto Dominicus pro confirmatione ſuorū primorum capitulorum, vult probare, quod in vna & eadem die de menſe Ianuar. quis poſſit eſſe & ſtare & videri, & in villa Porti, & villa Riualtæ propter breuem inſtantiam itineris; ergo poteſt hoc facere poſt didicita teſtificata. Præterea non poteſt allegari hic publicatio teſtium, vel quod Dominicus didicerit teſtificata, quia hanc probationem vult facere, antequam publicentur teſtes reprobatorii dicit Gratiolus, ſi & in quantum examinentur; ergo non poteſt dici, quod Dominicus didicerit teſtificata, quæ publicata non ſunt, imo nec teſtificata in totum, vt de ſe patet. Verum quia iſta conſiſtunt tam in facto, quàm in re, & in multis ſcripturis contrariis gratiſſimum mihi eſſet, magnifice Prætor, allegare, etiam in voce, quia melius iſta quinque declarantur in voce, quàm in ſcriptis, præſertim vbi magna varietas eſt in facto, ſicut eſt in caſu noſtro.

Bartholomæus Cæpolla.

CONSIL LVI.

SVMMARIA.

1 *Coadiutor vel actor tutori datus, quo caſu cenſeatur datus periculo tutoris, vel non.*

2 *Verba iſta, tutor, curator, actor, adiutor an ſint ſynonyma, & an vnum capiatur pro altero.*

3 *Contutores non dicuntur, niſi ſint facti vno & eodem tempore.*

4 Contu-

4 *Contutor an teneatur reddere rationem ſuo contutori, aut adminiſtrationem communicare.*

5 *Tutores dati ad adminiſtrationem & ad inſtructionem an æqualiter teneantur de male geſtis.*

6 *Cuſtos alteri datus & adminiſtrator, ſi detrimentum alicuius rei patiatur, an teneatur ille, cui datus eſt cuſtos.*

7 *Ex ſeparatis non fit bona illatio.*

8 *Contutor tenetur de mala adminiſtratione caſu, quo non eſt diuiſa adminiſtratio.*

9 *Opponenti negligentiam alicuius incumbit probatio, aliàs ſuccumbit.*

10 *Ruſtico parcendum eſt in damnis euitandis, etiamſi ius ignorauit.*

11 *Procurator ſimpliciter datus quo ad res debet intelligi, ſtrictè datus quo ad perſonas.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Clariſſime D. Vicarie, vidi duo dubia veſtra, quæ iuribus & rationibus ſatis dubitabilia reddidiſtis, & ea, quæ ſcribitis, diligenter examinaui, & etiam proceſſus & libros ad me per ſpectabilitatem veſtram miſſos, & tandem ſecundum quod de iure mihi videtur, ad vos in hæc verba ſcribere conſtitui.

Primum dubium veſtrum eſt, vtrum Daneſius tutor filiorum quondam Melchioris teneatur pro Georgio; qui fuit ei datus coadiutor, vt teneret computum adminiſtrandorum, tàm per ipſum, quàm per Daneſium cum poteſtate, quod etiam ipſe poſſet adminiſtrare cum ſcientia dicti Daneſii, & adminiſtrationem ei conſignare ſtante proteſtatione Daneſii, quæ fuit poſita in conſtitutione dicti coadiutoris, qui dixit ſic in nomine Domini, ſed volo tenere computum per me. Et primò, quod ipſe Daneſius teneatur pro dicto Georgio, deducitis vnam rationem; deinde adducitis duos textus; poſtremò reſpondetis quibuſdam rationibus, in contrarium deductis. Ego verò teneo contrarium, ſcilicet quod ipſe Daneſius non teneatur pro dicto Georgio. Et primo volo hoc apertè probare; deinde reſpondebo iuribus & rationibus per vos deductis. Et primò præſuppono vnum in iure, quod curator vel coadiutor, & ſimiles aliquando conſtituuntur per iudicem, aliquando per tutorem iudice auctorante, *vt probatur in l. ſolet, ff. de tutelis, & l. decreto, ff. de adminiſt. tut. & Inſtitut. de curat. §. fin. & not. Bart. in l. actor, ff. rem ratam habe. & in l. ſi actor, C. de appellat. & in l. neque, C. de procurat. & in dicta l. ſolet, & not. Innocent. & Doctor. in cap. accedens, extra de procurat.* Item, præſuppono aliud in facto, quod dictus Georgius fuit datus per D. Poteſtatem Taruiſii, coadiutor dicti Daneſii tutoris ad inſtantiam Domini Simonis Valerii, & aliorum creditorum Melchioris de Cremona patris quondam dictorum pupillorum pro bono & ſecuritate dictorum creditorum, non autem fuit datus ad inſtantiam ſeu petitionem dicti tutoris, vt patet ex ſcriptura dictæ dationis coadiutoris.

1 His † præſuppoſitis dico, quod quandocunq; datur coadiutor vel actor tutori non ad inſtantiam ipſius tutoris non cenſetur eſſe datus periculo tutoris, *vt eſt caſus in dicta l. ſolet, in princip. ff. de tutelis.* Sed ſi conſtituitur coadiutor per ipſum tutorem iudice permittente, tunc talis coadiutor cenſetur eſſe conſtitutus periculo conſtituentis, *vt eſt caſus in dicta l. ſolet, in 2. reſponſo.* Et iſto modo intellexit ibi gloſſ. final. videlicet quod principium loquatur, quando prætor dat coadiutorem, & finis, quando petitur dari vel conſtitui per tutorem. Et quod in ſecundo caſu intelligatur datus ſine periculo tutoris, ſicut dicit in ſecundo caſu in fine. *Et ita intellexit illum textum gloſſ. notabilis in dicta l. decreto, in gloſſ. 1. in fin.* quæ dicit, quod quandoque datur tutor, vel curator ſine periculo tutoris, *& allegat dictam l. ſolet, in princip. & in illa gloſſ. vult manifeſte, quod dicta l. ſolet, in princip. intelligatur*, quod quando curator vel coadiutor datur tutori per iudicem, quia intelligitur eſſe datus ſine periculo tutoris. Sed ita eſt in caſu noſtro, quod dictus Georgius fuit datus coadiutor dicto Daneſio tutori per iudicem ſcilicet Dominum Poteſtatem, non ſcilicet ad petitionem tutoris, ſed creditorum, vt dixi; ergo non cenſetur eſſe datus periculo tutoris per prædicta. Nec obſtat, quod text. *in dicta l. ſolet*, in principio loquatur de curatore, & nos loquimur de coadiutore, & ſic non videntur facere ad propoſitum, *l. ſi idem, C. de codicillis*, quia reſpondeo, quod capitur ibi curator pro coadiutore, vt patet ibi, dum dicitur, qui magis adminiſtrator rerum quàm curator eſſe intelligitur. Et ſic ibi curator capitur improprie, *vt not. ibi gloſſ. in verbo curator.*

2 Et † quod iſta verba, tutor, curator, actor, & adiutor, & ſimilia ſint ſynonyma, & ſæpe vnum capiatur pro alio, *eſt gloſſ. ordin. Inſtitut. de curator. §. fin. qua incip. Prætor vel præſes, in princip. & gloſſ. ibi in ſpecie vult*, quod adiutor aliquando dicatur curator, *& pro hoc facit cap. petitio; extra de procurat. & quando not. in l. neq; C. de procurat. & ita vult in effectu Bart. in d. l. ſolet, in verb. non etiam*, quod quando in locum, vbi ponit curatorem, coadiutorem, & actorem pro eodem. Et ex his ego concludo, quod cum dictus Georgius fuerit datus coadiutor per iudicem, non ad petitionem Daneſii tutoris, ſed creditorum, quod non intelligitur eſſe datus periculo ipſius Daneſii tutoris. Nec obſtat huic concluſioni prima ratio veſtra, dum dicitis, quod iſti coadiutori ſit data poteſtas adminiſtrandi, & fuerit electus per duos dies poſt dationem ipſius Daneſii tutoris; & ſic antequam ipſe Daneſius aliquid inceperit adminiſtrare, perinde eſt, ac ſi ſimul cum eo datus fuiſſet, *argumento l. lecta, verſic. dicebam, ff. ſi certum petatur*, ſed vbi duo eſſent conſtituti tutores, & inter eos non eſſet diuiſa adminiſtratio, vnus tenetur pro alio, qui non eſt ſoluendo, *l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutor. & ratio. diſtrah. & l. 2. C. de diuid. tute.* ergo idem videtur dicendum in caſu noſtro, cum inter ipſum Daneſium & Georgium non fuerit diuiſa adminiſtratio, & Georgius non ſit ſoluendo, non obſtante proteſtatione Daneſii, quia non ſufficit, ſed debebat petere id, quod præſtaret fideiuſſionem, vel quod remoueretur tanquam ſuſpectus, quando videbat illum male adminiſtrare, *vt dicit textus in dicto §. nunc tractemus, in*

fin.

fine, & in l. etiam. ff. de admi. tuto. Quia huic rationl ego reſpondeo plutibus modis. Et primo, quod non eſt verùm, quod dictus Georgius fuerit datus coadiutor in continenti dictŏ Daneſio tutori, ſed ex interuallo in quarta die ſequenni. Nam Daneſius fuit eteatus die ſexto Aptilis, & die nono eiuſdem fuit ei datus coadiutot dictus Georgius, & ſic non in continenti, *argumento l. continuus ; in principio. ff. de verborum obligatio. & l. duos. §. fin. ff. de duobus reis.* Et de hoc eſt text. apertus, *in l. ſi ex duobus, in principio eodem titulo de dnobus reis*, vbi dicitur, quod io continenti non dicitur eſſe factum, quod ſit die ſeqoenti, ad hoe vt conſtituantur duo tei, *& not. Barto. in l. prima. §. primo. ff. de verborum obligatio. & ita etiam vult text. in l. lecta. verſicul. dicebam. ſi certum petatur*, quia loquitur, quando in continenti eodem die & plus antequam partes ad alios actus tranſeant, non autem quando die quarta ſeq. fieret vt ſuit in caſu noſtro, *& pro hoc quod not. Innocent. in cap. conſiderauimus,*
3 *tra de electio. & Bald. in l. 1. C. de ope. lib.* † Et in terminis noſtris, quod duo non dicantur contutores, niſi fiat vno & eodem tempore, *eſt gloſſ. in l. tres tutores. § fina. in ver. debet, ibi non diceventur contntores. ff. de admi. tuto.* Et propterea non obſtat, *l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutelis & ratio.* vbi habetur, quod quando ſunt duo contutores, & adminiſtratio non eſt diuiſa, vnus tenetur pro alio, qui non eſt ſoluendo, quia hic non fuerunt duo coututores.

Secundo reſpondetur, quod etiam ſi dictus Daneſius & Georgius eſſent dati ſimul & eodem tempore, non propterea haberet locum, *d. §. nunc tractemus*, quia ibi loquitur in duobus conturoribus, nos veto loquimur in tutore & coadiutore, & in diuerſis perſonis, *argumento l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrimonio.*

Tertio modo reſpondetur, quod ex quo habemus deciſionem in terminis, ſcilicet quod tutor non teneatur de geſtis per coadiutorem ſibi datum per iudicem ad inſtantiam alterius quam tutoris, quia coadiotor talis non intelligitur datus periculo tutoris, *vt l. ſolet. in princip. ff. de tutel. & ſupra dixi in principio.*

Sequitur quod non debemus ire per argumenta, *argumento gloſſ. notabilis in l. ſed licet. ff. de offic. praeſid.* quæ per illum textum colligit argumentum contra eos qui in defectum legum probationem gloſſarum reducunt. Nam vbi eſt caſus legis, ibi nulla dubitatio, *l. ancilla. Cod. de furtis*, oec interpretatio locum habet, quia in incertis, non certis locus eſt coniecturæ, *l. continuus. §. cum ita ff. de verborum obligationib. & l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legatis tertio.* Nec fundo me quantum ad hoc in proteſtatione facta per Daneſium tutorem, quia ſatis eſt quod Daneſius non conſtituit dictum Georgium coadiutorem nec ad ſui petitionem per iudicem conſtitutus eſt, *vt dicta l. ſolet. ff. de tutel.* Nec obſtat etiam, dum dicitis, qood oon ſufficiebat dicta proteſtatio Daneſii, ſed tenebatur petere, quod præſtaret fideiuſſorem, vel quod temooeretut tanquam ſuſpectus, quando videlicet ille adminiſtrare vellet, *per d. §. nunc tractemus. in fi. per, l. etiam. ff. de adminiſtratio. tutorum*, quia illa iura loquuntur in contutoribus. Nos vero loquimur in tutore & coadiutore, *per dictum §. de viro. cum ſimilib.* Et ad hoc etiam dabitur alia reſponſio infra circa finem huius dubii. Et per hoc puto quod ſatis ſufficieoter ſit ſublatum primom argumentum, ſeu prima ratio veſtra circa primum dubium.

4 Secundo priocipaliter adducitis text. contra Daneſium, *in l. actus. ff. de admi. tut.* † vbi licet contutor non teneatur reddere rationem ſoo contutori, tamen tenetur communicare, & ſi non communicat adminiſtrationem, aut ex fide tutelam non gerat, poteſt vt ſuſpectus poſtulari, cum ergo in caſu noſtro iſte coadiutot fuerit datus cum hac conditione, quod adminiſtrationem ſuam communicaret cum iſto Daneſio, & ipſe non communicauerit, Daneſius iſtud videns debebat ipſum vt ſuſpectum remoueri facere. Ad hoc ego reſpondeo, quod illa l. actus, oon dicit quod propter hoc contutor reneatur pro contutore, ſed dicit quod propter hoc poteſt vt ſuſpectus poſtulari, & iſtud nihil ad caſum noſtrum. Et dum dicitis, ſi Daneſius hoc non fecit, tenetur pro eo, *per d. §. nunc tractemus, in fine*, reſpondetur vt dixi, quod ibi loquitur in pluribus tutoribus, non autem in tutore & coadiutore.

5 Tertio † adducitis text. *in l. 1. C. de peric. tuto.* vbi dicitur quod ſi ſunt dati duo tutores ad adminiſtrandum & duo ad inſtruendum noo ſolum tenentur pro mala adminiſtratione qui præſunt adminiſtrationi, ſed etiam illi qui dati ſunt ad inſtruendum, ſi videotes illos male adminiſtrare non faciunt ipſos tanquam ſuſpectos remooeri. Ergo & in caſu noſtro dicitis, quod nos debemus fortius dicere Daneſium teneri pro mala adminiſtratione Georgii, cum ipſe Daneſius, qui erat tutor principalis, videns Georgium ſibi datum in adiutorem male adminiſtrare, non fecerit ipſum tanquam ſuſpectum remoueri, *argumento authent. multo magis, de ſacroſanctis Ecleſ.* ſed ad iſtud ego reſpondeo, quod imo non eſt maior ratio in caſu noſtro, quam, *in dicta l. 1. C. de peric. tutorum.* Nam ideo ibi illi tutores, qui notitiæ cauſa dati ſunt, ideo tenentur ſi ſuſpectos alios adminiſtrantes non remoueri fecerunt, quia principaliter dati ſunt ad inſtruendum eos, vt poſſint bene gubernare, ergo cum hoc ſit principale officium ſuum, ſequitur quamprimum, videt alios cootutores male adminiſtrare, debet facere eos vt ſuſpectos remoueri, ſed in caſu noſtro eſt econtra, videlicet quod Georgius eſt datos in coadiutorem ipſi Daneſio tutori pro bono & ſecuritate creditorum, vt dicitur in conſtitutione dicti coadiutoris, ad prouidendum quod Daneſius non male adminiſtraret, & ſi male adminiſtraſſet dictus Daneſius, fuiſſet obligatus dictus Georgius coadiutor, ſi non fecit eum vt ſoſpectum remoueri, & ad hoc poſſet induci, *d. l. 1. C. de pericu. tuto.* Sed quod ipſe tutor teneatur ſuſpectum remoueri facere coadiutorem ſuom, & ſi noo facit eum vt ſuſpectum remoueri pro ipſo teneatur, *hoc no. per Bar. d. l. 1. nec l. 1. §. nunc tractemus in fine, ff. de tut. & ratio. diſtra.*

6 Nam † ſi ille, qui habet adminiſtrationem alicuius rei, datur cuſtos, ſicut fuit datus Daneſio, & ad cuſtodem peruenit aliqua res, & apud ipſum pe-

riit, non tenetur ille cui fuit datus cuſtos, *vt l. cum qui in fin. ff. commo. & not. Paulus de Caſtro in l. ſi vt certo §. ſi de me. eodem tit.* & ideo cum dictus Georgius habeat Poteſtatem adminiſtrandi bona dictorum pupillorum per conſtitutionem ſuam, & male adminiſtrauit, de rebus peruentis ad manus ſuas Daneſius tutor non tenetur.

Bene tamen fateor, quod propter ipſam dationem coadiutoris, & ſic cuſtodis non excuſatur ipſe tutor ſi non adminiſtrat, *vt dicta l. ſi vt certo. §. ſi de me, & ibi per Bartolum. & Doctores. ff. commo.* ſed vt dixi non tenetur de mala adminiſtratione cuſtodis. Cum ergo, *dicta l. prima. Cod. de periculo. tuto.* loquatur de illis tutoribus qui debent inſtruere alios vt teneantur pro alijs male adminiſtrantibus, ſi eos non fecit vt ſuſpectos remoueri, non ſequitur, ergo econtra illi, qui adminiſtrauerunt pro parte, teneantur pro illis qui debebant eos inſtruere, ſicut fuit in caſu noſtro, maior enim diligentia requiritur in illo qui debet habere cuſtodiam alterius reſpectu cuſtodiendi quam in illo qui debet cuſtodiri reſpectu perſonæ, quæ tenetur cuſtodire, *argum. l. ſi quis ex argentarijs. §. fin. ff. de edend. cum ibi nota.* & ſic cuſtodiens nõ debet habere cuſtodiam ſui cuſtodis, & in caſu quo deberet cuſtodire non requireretur tanta diligentia ſeu cuſtodia, vt patet ad ſenſum naturalem, *l. ſcire oportet. §. ſufficit ibi*, vt ex ipſa naturali cuſtodia alias iuſtitia, *ff. de excu. tuto.*

Et per hoc concluditur, quod in caſu noſtro minor eſt ratio quam ſit *in l. 1. C. de pericu. tut.* Et ideo non poteſt argui ex illa l. ad caſum maxime ex maioritate rationis.

Quarto & vltimo reſpondetis ad proteſtationem quam facit dictus Daneſius, dicendo quod conceditis quod dicta verba proteſtationis non obligant Daneſium, ſed dicitis quod ipſe Daneſius qui fuit præſens dationi dicti coadiutoris, videtur eſſe obligatus pro eo coadiutore ex eo quod non petiit ipſum coadiutorem ſatiſdare debere, & quia non fecit eum tanquam ſuſpectũ remouere, quando vidit ipſum male adminiſtrare & adminiſtrationem ſecum non communicare, prout de iure & de forma ſuæ conſtitutionis tenebatur, *arg. d. l. 1. §. nunc tractemus. in fin. ff. de tut. & ratio. di. & l. actus. ff. de adminiſtrat. tutor. & l. 1. C. de peric. tut.* & in effectu omnia quæ dicitis in iſto dubio, conſiſtunt in hoc, quia Daneſius non petiit ipſum coadiutorem ſatiſdare, vel ipſum vt ſuſpectum remoueri.

Ad hoc ergo reſpondi ſupra vno modo, videlicet quod illa iura loquuntur in contutoribus, nos vero loquimur in tutore & coadiutore qui ſunt diuerſi & ſeparati à prædictis contutoribus, & ſic non
7 faciunt. † quia ex ſeparatis non fit bona illatio, *l. Papinia. in princ. ff. de mino. & l. ſi maritus. C. de donatio. inter virum & vxorem.*

Secundo modo ego reſpondeo, quod illa iura loquuntur in contutoribus & ſic in illis qui eodem tempore adminiſtratores conſtituti ſunt.

Nos vero loquimur in his qui diuerſo tempore ſunt conſtituti vt dixi ſupra reſpondendo primæ rationi veſtræ.

Tertio modo reſpondeo, quod non eſt eadem ratio in caſu noſtro, ergo dicta iura pœnalia non debent extendi, *vt habetur in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimo.* quod autem non ſit eadem ratio ſed di-
8 uerſa in caſu noſtro, patet: † quia quando plures ſunt contutores, & non eſt diuiſa adminiſtratio, vnus tenetur pro alio de mala adminiſtratione, quãdo omnes adminiſtrauerunt, *vt l. 2. C. de diui. tut. & ibi hoc tenet gl. in verbo diligere.*

Et ita vos etiam dicitis in fine huius dubij, & ideo non eſt mirum ſi vnus tenetur pro alio ſi non fecit vt ſuſpectum remoueri, quia omnino pupillus habet actionem in ſolidum contra quemlibet tutorem adminiſtrantem. Sed in caſu noſtro non eſt ſic, quia dictus Daneſius tutor non tenetur de mala adminiſtratione dicti Georgij coadiutoris, quia non intelligitur eſſe datus periculo ſuo, *vt l. ſolet. in principio. ff. de tutelis. & nota. gloſſ. 1. in l. decreto. ff. de adminiſt. tut. & ſupra dixi in principio*, ergo ſequitur quod non tenetur ſi ipſum coadiutorem non fecit remoueri tanquam ſuſpectum.

Quarto modo reſpondeo, quod licet dictus Daneſius fuiſſet obligatus vel peteret ipſum Georgium actorem ſatiſdare, vel ipſum tanquam ſuſpectum remoueri, tantum dico quod in caſu noſtro dictus Daneſius condemnari non poteſt ex eo quod non petiit dictum fideiuſſorem, vel quia non petiit ipſum coadiutorem remoueri, vt ſuſpectum, quoniam in hoc iudicio (quod mihi conſtat) non eſt deductum aliquid neque probatum, ergo debet abſolui, *l. qui accuſare. Cod. de edendo, cum ſimilibus.*
9 † Nam ille qui agit, & dicit aliquem fuiſſe negligentem in aliquo, debet hoc producere & probare, alias debet ſuccumbere, *vt ibi, & not. Barto. in l. non ſolum. §. ſi vt reprobari. ff. de no. oper. nunt.* Et ideo cum dicatur nunc in allegationibus, quod dictus Daneſius tenebatur petere quod Georgius eius coadiutor ſatiſdaret, vel ſuſpectum redderet, non ſufficit, *vt habetur per Bartolum in l. cum qui. §. qui ita. ff. de verborum obligat.* imo plus dicit, quod etiam ſi hoc fuiſſet dictum in proceſſu non ſufficeret, debebat enim probari quod pro illo tempore, quo fuit dictus Georgius coadiutor antequam ſe abſentaret, quod tempus fuit citra vnum annum, vt mihi videtur ipſe Georgius deterioraſſe conditionem ſuam, quod non apparuit ante ſui diſceſſum, ergo tutor non fuit in culpa per ea quæ habentur, *in l. ſi creditores. ff. de priu. cred. & in l. tres tutores. §. fin. ff. de adm. tut.* Et per conſequens dictus tutor non tenetur ſi non petiit ſatiſdationem vel ipſum coadiutorem ſuſpectum non accuſauit. Præterea ex quo ille Daneſius tutor erat ruſticus, excuſatur ſi non fecit prædicta: ex quo neſciebat ſi ipſe tenebatur ad hoc.
10 † Nam in damnis euitandis parcitur ruſtico, etiam ſi ius ignorauit, *vt l. ex quacunq. §. 1. ibi, ruſticano enim homini parcendum eſt. ff. ſi quis in ius vo. non ie. & in l. ſi quis id quod, §. doli. ff. de iuriſdict. omni iudic.* Et præſertim cum ipſe non conſenſerit dictæ citationi coadiutoris, & voluerit ipſe tutor tenere computum de per ſe, per quod apparet quod voluit ſe obligare de computo & ratione dicti coadiutoris, neq; de iure eſt obligatus, vt ſæpe d. eſt ſupra, etiam quia, vt mihi aſſeritur in facto, dictus Daneſius tutor in illo anno

quo

quo Georgius fuit coadiutor; ſtetit infirmus quaſi per medium annom, & ſic non potuit bene vacare dictis rebus in intelligendo ſi dictus coadiutor erat effectus non ſoluendo vel bene adminiſtrabat, vel non, *per l. quaeſitum, cum ibi notat. ff. de re iudic. & in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut.* Nec obſtat dum dicitis in ſequenti dubio, quantum ad hoc, quod ex quo pupilli etiam tractant de damno euitando non parcitur ruſticano, ex quo potuit conſulere peritiores, per ea quæ habentur, *in l. in bonorum. ff. de bonorum poſſeßione. & in l. ſecunda, in fine. ff. quis ordo in bonorum poſſeßione ſeruetur*, quia dico ex quo non apparet quando ille coadiutore deſiit eſſe ſoluendo, & quando cœpit male adminiſtrare, & ſcilicet poſtquam cœpit, quod ipſe tutor ruſticus potuiſſet habere notitiam & petere ſatiſdationem, & facere ipſum tanquam ſuſpectum remoueri, dico quod non tenetur per ea quæ habentur, *per Barto. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de noui operis nunt.* Nec obſtat quod vltimo loco dicitis, quod vbi duo tutores adminiſtrant, habet electionem contra quem velit agere, *vt l. ſecunda, & ibi gloſſ. C. diui. tuto.* & ideo cum in caſu noſtro tutor & adiutor adminiſtrauit, videtur quod vterque in ſolidum teneatur, quia *vt ſæpe dictum eſt illa l. 2. cum gloſſ.* loquitur in duobus contutoribus: ſecus in actore & coadiutore ſibi dato ad poſtulationem alterius: quia iſte eſt diuerſus caſus, & ſubeſt diuerſa ratio, nam de contutoribus ad iſtos non procedit argumentum per prædicta, & per hæc puto quod ſit ſatisfactum primo dubio noſtro.

Secundum dubium noſtrum eſt, poſito quod dictus Daneſius tutor teneatur pro mala adminiſtratione dicti Georgii ſui coadiutoris, an ſit credendom libris Domini Simonis Valerii pro ipſis pupillis contra ipſum Daneſium de geſtis & adminiſtratis per dictum Georgium. Et dicitis quod videtur quod ſic, *per textum in l. 1. §. de officio. ff. de tute. & ratio. diſtra.* vbi omnis probatio admittitur pro pupillis. Pro inueſtiganda veritate ſuper adminiſtratione rerum ſuarum, & præſertim dicti Domini Simonis qui erat dicti Daneſii tã ad negotia quã ad lites quia intrauerat pro iſtis pupillis vtilia facere & inutilia prætermittere, quia videntur eſſe libri dicti tutoris, & perinde eis credendum eſt, ac ſi per ipſum Daneſium facti fuiſſent, quia qui per alium gerit, per ſeipſum gerere videtur, *l. ita autem. §. geßiſſe. ff. de admi. tut.* & ſic videntur eſſe libri communes tam pupillorum quam ipſius tutoris vel actoris cum ſint confecti de mandato ipſius tutoris, & actor iurauit, & tale iuramentum receptum fuerit per notariom, tanquam publicam perſonam ſtipulantem nomine pupillorum quorum intererat, *l. ſi quis ex argentarys. §. pertinere. ff. de eden.*

Ad iſtud dubium ego reſpondeo, quod cum ille liber ſit ſcriptus non à tutore, ſed à tertio, ſcilicet ab ipſo Domino Simone, non eſt ei credendom, licet facere videatur aliqualem fidem, *vt probatur in l. 1. §. de ſeruis*, ibi, *ferant has rationes, ff. de tu.* & ratio conſcripta à tertio facit aliqualem fidem, ſed non plenam, & maxime quia iſte Dominus Simon non eſt omni exceptione maior, ex quo agitur de ſuo commodo vel incommodo, *l. omnibus. C. de teſtibus.* Nam ſi non teneretur dictus tutor vel eius fideiuſſor, non poſſet ſatisfieri ipſi Domino Simoni qui prætendit ſe creditorem in magna ſumma denariorum, ac etiam quia eſt quædam ſcriptura producta pro parte Daneſii tutoris apparet quod quædam ligna fuerunt diſpenſata per Georgium, quæ non ſunt ſcripta in libro Dn. Simonis, &c. Nec obſtat vna ratio veſtra, ſuper qua fundantur omnia quæ dicitis in iſto ſecundo dubio, videlicet quod ipſe Dominus Simon erat actor ipſius tutoris, & ſic qui per alium facit, &c. Quia ego reſpondeo pluribus modis.

Primo quod ipſe Dominus Simon non fuit deputatus per tutorem ad ſcribendum dictum librum pro geſtis & adminiſtratis per dictum Georgium coadiutorem, ſed ſolom fuit conſtitutus actor generalis ad lites, vt patet in ſua actoria, ibi dum dicitur, actorem generalem ad omnes lites, &c. Nec obſtat dum dicitis quantum ad hue quod imo eſt clarom quod fuit conſtitutus etiam actor quo ad negotia, vt patet ibi dum dicitur, *& ad omnia & ſingula, &c.* refertur ad ſubſcripta videlicet ad omnia & ſingula dictorum pupillorum negotia tractanda & agenda occaſione litium in quibus erat actor conſtitutus, *& hoc probatur in l. quod dicitur, in prin-*
11 *cipio. ff. de tutel.* vbi probatur, † quod procurator ſimpliciter datus quo ad res, debet intelligi ſtricte datus quo ad perſonas nominatas in inſtrumento. Et ideo dixit Barto. notabiliter, quod ſi reperiatur inſtrumentum, in quo aliquis fecit vnum procuratorem contra Titium in tali cauſa & generaliter in omni alia cauſa intelligi ſcilicet contra Titium: eſt ergo neceſſe ſecundum eum quod exprimatur & generaliter contra quamcunque perſonam. *Et idem nota. Card. Zabar. in capit. ſedes Apoſtolica. in 7. quæſtio, extra de reſcriptis*, & ſic arguendo de perſonis ad rem dicendum eſt eodem modo ſi Daneſius conſtituit Dominum Simonem ſuum actorem generalem ad lites & generaliter ad omnia & ſingula dictorum pupillorum negotia pronotianda, debet intelligi ſcilicet occaſione litium, de quibus ſupra dixerat. Et ideo ſi voluiſſet comprehendere etiam negotia, quæ non ſpectant ad dictas lites, debuiſſet hoc exprimere.

Secundo principaliter ego reſpondeo, quod poſito quod ipſe Daneſius vere conſtituiſſet dictum Simonem ſuom procuratorem ad negotia etiam non contingentia lites, quod tamen non credo verum per prædicta. Nihilominus adhuc non eſſet fides adhibenda dicto libro Dn. Simonis inquantum ſcripſit geſta, vt dicit & adminiſtrata per ipſum Georgium, quia cum ipſe tutor non conſenſerit computo dicti Georgii, quia dixit quod volebat tenere computum de per ſe, non videtur in dicto mandato generali Domi. Simon habuiſſe commiſſionem ſcribendi illud cui ipſe tutor expreſſe contradixit. Clauſula enim generalis Domini non debet referri ad expreſſe prohibita vel vetita per ipſom Dominum, *vt l. ſi pro te. ff. mandati.* Nec ad ea etiam per quæ Dominus poſſet cadere in pœnam, *vt habetur in l. ſi procuratore, ff. de condictione indebiti.*

Tertio, quia licet eſſet conſtitutus Dominus Simon ad negotia ſua, tamen intelligeretur quod ipſe deberet ſcribere negotia quæ ipſe adminiſtrabat, ſicut teneretur. *l. prima. §. de officio. ff. de tute.* & ratio dicitur, non autem negotia alterius. Et quod hoc ſit verum, quod tutor noluerit quod ipſe Dominus Simon ſcriberet negotia dicti Georgii coadiutoris paret, quia in conſtitutione dicti coadiutoris fuit dictum, quod dictus Georgius deberet ſcribere omnia quæ faceret: & ideo cum teneretur dictus Georgius ſcribere, non videtur ipſe tutor dediſſe mandatum dicto Domino Simoni, vt ſcribat pro eo, & maxime cum tempore dictæ conſtitutionis actoris nondum eſſet creatus coadiutor, & ſic tutor, de coadiutore non potuit diuinare. *cap. vt noſtrum. extra vt Eccleſia.* bene, & ſi ſciuiſſet, non videretur, vt dixi, velle quod ipſe ſcriberet ea quæ ex edicto prætoris ipſe Georgius ſcribere tenebatur.

Quarto poteſt etiam reſponderi aliter, aut enim volumus quod credatur dicto libro Domini Simonis, ex eo quia ſcripſit de mandato Georgii coadiutoris, & clarum eſt quod non, quia dictus Georgius exceſſit fines mandati ſuæ commiſſionis. *l. diligenter ff. mandati, &c. cum dilecta. extra de reſcript.* Non enim debuit committere alii quod ſibi commiſſum erat, & præſertim perſonæ quæ non eſt omni exceptione maior in caſu iſto. Aut volumus quod credatur dicto libro ex eo quod ipſe Dominus Simon habuit mandatum generale ad negotia. Et idem, quia ad hoc mandatum ſuum non extenditur. *vt ſupra dixi.* Et ex iſtis ceſſant omnia quæ dicitis in iſto ſecundo dubio, videlicet quod qui per alium facit, &c. quia non eſt verum quod tutor videatur hoc feciſſe per dictum Dominum Simonem.

Item, ceſſat aliud dum dicitis, qui male eligit, *tenetur l. nam & ſeruo. §. frater. ff. de negot. geſt.* quia iſte tutor non eligit ipſum Dominum Simonem ad hoc.

Item, non obſtat dum dicitis, quod ipſe tutor non excuſatur propter ignorantiam: quia quo ad iſtud ſecundum dubium non cadit iſta allegatio ignorantiæ, quo vero ad primum ſupra eſt reſponſum.

Item, non obſtat dum dicitis, quod tutor fuit in culpa in non petendo ſatiſdationem & coadiutorem tanquam ſuſpectum remoueri: quia ſatis in primo dubio reſponſum eſt.

Item, non obſtat dum dicitis, quod in ſcriptura producta pro parte Daneſii apparet quod aliqua ligna fuerunt diſpenſata per Georgium, quæ nõ fuerunt ſcripta per dictum Dominum Simonem in dicto libro, ex qua ſcriptura apparet quod dictus Georgius male adminiſtrauit: quia reſpondetur, quod in illis negari non poteſt quod Dominus Simon male fecit, tum quia ipſe fecit diſpenſare, tum quia ipſe non ſcripſit. Sed quod propter hoc ſit credendum libro dicti Domini Simonis, dico pro certo quod non, & quod ſic habet diminuere fidem dictæ ſcripturæ.

Vnde ex prædictis concludo, quod dicto libro Domini Simonis nullo modo eſt credendum contra ipſum tutorem: tum quia eſt priuata ſcriptura, *vt l. inſtrumenta domeſtica. C. de probatio.* Tum etiam quia non habuit mandatum ad hoc: tum denique quia ipſe eſt ſuſpectus propter hoc. quia ſentit & ſentire poſſit commodum. *l. omnibus. C. de teſti.* & quia non ſcripſit plene omnia data, & accepta, *iuxta not. in l. eos. ff. de tute. & l. prima. de offi. ff. de tut. & ratio. di. cum ſimi.*

Et dico & conſulo vt ſupra ego Bartholomæus Cæpolla de Verona, &c.

CONSIL. LVII.

SVMMARIA.

1 *Exceptio rei iudicatæ an & quando obſtet, vt aſſumpti non teneantur ad compromiſſum.*

2 *Perſona in aliquo inſtrumento non expreſſa non poteſt ſubintelligi.*

3 *Copula &, poſita inter duo adiectiua aut ſubſtantiua reſpectu alterius ſubſtantiui requirit vtriuſque concurſum.*

4 *Dictio ſeu, cuius ſit effectus & naturæ.*

5 *Verba alicuius ſententiæ ſtricte ſunt intelligenda, & prout ſonant.*

6 *Locupletari non debet quis cum alterius iniuria vel iactura.*

7 *Qualitas præcedens in vna perſona intelligenda eſt repetita in eadem.*

8 *Pater & filius cenſetur vna & eadem perſona.*

9 *Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum.*

10 *Tranſactio & arbitramentum non poſſunt ad incognita referri.*

11 *Agens pro ſuo intereſſe debet priuſquam audiatur de intereſſe docere.*

12 *Tranſactio quantumcunque generalis non trahitur ad doloſe occultata.*

13 *Quietatio generalis non porrigitur ad ſpecies dolo aduerſarij ignoratas.*

14 *Dolus non eſt in dubio præſumendus, ſed ſemper eſt probandus.*

15 *Actionem confeſſoriam præcedere debet moleſtia.*

16 *Contradictio verbalis in iudicio facta probat moleſtationem.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Duo fratres videlicet Ioannes & Betinus ſteterunt in communione bonorum pluribus annis, quibus aliquo tempore adminiſtrauit & traficauit & manczauit quædam bona mobilia, pannos, & mercantias Iacobus Philippus filius dicti Betini. Deinde volentes dicti fratres venire ad diuiſionem dictorum bonorum communium fecerunt compromiſſum in quoſdam arbitros & arbitratores electos per ipſos fratres, & coram eis porrectæ ſunt petitiones vtriuſque, & factus proceſſus, qui arbitratores tulerunt ſententiam in hunc modum, quia aſſignauerunt omnia nomina debitorum & creditorum vſque tũc factorum & contractorum contra quamcunq; perſonam & in quolibet loco & ciuitate, & tam mone-

tis

cis quam aliunde, & per quamuis eorum tam per ipſum Ioannem quam per ipſum Betinum, & quam etiam per dictum Iacobum Philippum procuratorem ſubſcriptorum Betini & Ioannis communiter & æqualiter diuidi debere inter ſeſe, ita quod vnuſquiſque habeat ſuam contingentem partem pro diuiſo.

Item, quod ſi reperirentaliquas pecunias & bona mobilia, de quibus non fieret mentio, quod vnuſquiſque habeat ſuam contingētem partem pro diuiſo. Item, ſaluis præmiſſis liberauerunt & abſoluerunt ipſas partes ab omnibus aliis hincinde petitis, & in compromiſſo contentis & deductis. Quam quidem ſententiam prædicti Ioannes & Betinus ratificauerunt & emologauerunt necnō ſubſcripti Iac. Phil. procurator ſubſcripti eius patris dicto procuratorio nomine acceptauit in omnibus dictam ſententiam, vt apparet publico inſtrumento, &c. Poſteà intelligens dictus Ioannes, vt dicitur, quod dictus Betinus & Iaco. Philippus ſeu alter eorum habuit aliqua bona communia dictorum fratrum, quæ ad eius manus peruenerunt in ſuos vſus conuerterunt ſtante dicta communione abſque eo quod aſſignauerunt partem aliquam ipſi Ioanni. Et inter cætera habuerunt ſeptuaginta quinque pannos lanæ diuerſe ſortis valoris ducatorum mille ducentorum vltra de quibus diſpoſuerunt dicti Betinus & Iac. Philip. ſeu alter eorum pro libito voluntaris paulo ante dictas diuiſiones clandeſtine, Et ignorante dicto Ioan. petiit coram iudice ordinario dictos Betinum & Iacob. Philippum teneri & obligatos eſſe ad dandum ſoluendum ipſi Ioanni dimidiam partem dictorum pannorum ſi extant, Et ſi non extant, eorum pretium & valorem pro dimidia, tanquam legitimæ & tunc ſocio omnium bonorum dicti Betini, cui petitioni pro parte dicti Betini & Iac. Phil. productæ ſunt aliquæ exceptiones inter cætera continentes, quod obſtat exceptio rei iudicatæ per dictos arbitros, quæ debet obſtare & impedire litis ingreſſum, demum replicatum eſt pro parte dicti Ioannis, quod dicta ſententia arbitralis non habet obſtare. Et maxime, quia non intelligitur lata ſuper incognitis & occultis. Et maxime cum de dictis pannis nulla fuerit facta mentio in dicta ſententia, nec coram ipſis arbitris fuit data vel habita notitia: quinimo occultati fuerunt per dictum Betinum & Iaco. Philippum, & eorum dolo cauſa fraudandi ipſum Ioannem parte ſua. Et de quibus ſi notitiam habuiſſent conſequutus fuiſſet eius partem. Et quod poſt ſententiam hoc peruenit ad notitiam dicti Ioannis, & ſic ſe obrulit dictus Ioannes ſe iuraturum in quantum expediat. Et per dictum Ioannem petitum eſt ſuper prædictis compromiſſum debere fieri ſecundum formam ſtatuti Brixiæ, quibus peractis iudex ordinarius pronunciauit compromiſſum fieri de dicta lite, prout per ipſum Ioannem petitum eſt, à qua ſententia extitit appellatum pro parte dicti Betini & Iacobi Philip-
1 pi. † Ex quibus nunc quæritur, ſi fuit bene iudicatum per dictum iudicem ordinarium, compromiſſum fieri debere, vel non. Et dubium principale in hoc conſiſtit, an petitioni factæ per dictum Ioannem contra dictum Betinum & Iacob. Philippum ſeu alterum ipſorum obſtat exceptio rei iudicatæ, oppoſitæ per dictum Betinum & Iacob. Philippum, ita quod compromiſſum fieri non debeat. Pro cuius declaratione viſis prius per me compromiſſo, proceſſu, & ſententia arbitrorum. Et viſa petitione & toto proceſſu facto coram iudic. ordinario. Et viſa eius ſententia, in qua pronunciatum eſt compromiſſum fieri debere & omnibus diligenter conſideratis, duo in primis examinanda eſſe videntur, ex quibus apparebit veritas huius cauſæ.

Primum eſt, ſi obſtat exceptio rei iudicatæ oppoſitæ per dictum Betinum, & Iacob. Philippum eius filium, ex eo quod ſit eadem res, & eadem perſonæ ſeu eadem conditio perſonarum & eadem cauſa, vel non.

Secundum an debeat fieri compromiſſum, ſaltem ex eo quod dicitur quod dictus Betinus & Iac. Philippus doloſe occultauerunt vel alter eorum in ſuos vſus conuerterunt bona communia dictorum fratrum, videlicet dictos pannos 75. de quibus non habuerunt notitiam dicti arbitri nec dictus Ioannes.

Circa primum dubium an ſcilicet obſtat exceptio rei iudic. videtur prima facie dicendum quod ſic: quia vbi eſt eadem res, eadem perſona, & eadem cauſa, ſuper quibus iudicatum eſt, ſi iterum petatur, obſtat exceptio rei iudic. *vt l. cum quæritur. cum l. ſeq. & principio. ſeq. & l. tum de hoc. ff. de excep rei iudi. & not. gloſſ. fin. in cap. penultimo. extra de except.* Sed in caſu noſtro iſta tria videntur concurrere, videlicet eadem res, quia iſti met panni videntur eſſe petiti coram dictis arbitris, & ſuper eis iudicatum. Et eadem perſona, quia fuit lata ſententia ſuper prædictis inter dictum Ioannem Betinum & Iacob. Philippum qui Betinus & Iacob. Philipp. abſoluti & eadem cauſa etiam videtur eſſe, quia in petitione facta coram arbitris narratur quod ipſe Iacob. Philippus manezauit omnia bona dictorum fratrum. Et in petitione nouiter facta coram iudic. ordinario dicitur quod dicti panni dictorum fratrum peruenerunt ad manus dictorum Betini & Iacob. Philip. ſeu alterius eorum quia patia videntur eſſe & ex eadem cauſa, videlic. quod quis manezauerit dictos pannos, vel quod ad eorum manus peruenerint.

Et quod ſit eadem cauſa & eadem res & eædem perſonæ, videtur probari ex verbis compromiſſi ibi dum dicitur, & generaliter de omnibus ſingulis aliis eorum differentiis verſis & vertentibus, & quæ verti poſſent per & inter ſe, & ita quod præſens cōpromiſſum ſit generale etiam ad incognita inter ſeſe, quemadmodum ſi de quolibet actu eſſet factum compromiſſum, per quæ verba apparet quod intentio verborum fuit, quod intelligatur eſſe factum compromiſſum de omnibus etiam incognitis. Et in ſententia arbitrorum ipſæ partes fuerunt abſolutæ ab omnibus hincinde petitis, & in compromiſſo contentis & deductis. Et in compromiſſo eſt contētum, quod intelligatur etiam factum de incognitis. Et quod ſint abſolutæ partes ab omni-

 bus

bus nedum petitis coram arbitris, ſed etiam ab incognitis, *per not. per Ang. in l. tres fratres. ff. de pactis*, & teneo quod reſpectu Betini, qui principaliter nominatus fuit in compromiſſo & ſententia, ſi non allegetur eius dolus, quod obſtaret exceptio rei iudicatæ per prædicta, ſed ſi allegetur eius dolus nunquid habeat obſtare dicetur in ſequẽti dubio principali, ſed quantum ad Iac. Philip. eius filium: quia ipſe principaliter non fuit nominatus in compromiſſo, nec in ſententia dicendum eſt in quantum eſt nominatus tanquam procurator dicti Betini eius patris, idem quod de ipſo Betino, *per l. 1. ff. de procurat.* ſed in quantum conuenitur nomine ſuo proprio non procuratorio, eſt maior dubitatio, & videtur quod etiam ſit idem, quod de eius patre dictum eſt: quia in dicto compromiſſo & in ſententia ita videtur Iac. Phil. eſſe comprehenſus, ſicut pater ſuus, quod patet, quia in narratione libelli & concluſione fit mentio ita de Iac. Phil. ſicut de eius patre. Et ideo ſicut pro eius patre obſtat exceptio rei iudicatæ, vbi non allegatur dolus, ita eadem ratione debet obſtare pro ipſo Iaco. Philip. & maxime hoc probatur ex eo, quod omnia ea quæ claudi poſſunt in libello clauduntur, *vt dicit Ang. in l. ſolemus. ff. de iudiciis per l. de rebus. ff. de arbi.*

Item quia dictus Iacobus Philippus videtur abſolutus per ſententiam arbitrorum nedum à geſtis & adminiſtratis per eum procuratorio vel geſtorio nomine patris ſui & Ioannini eius patrui, ſed etiam ab adminiſtratis per eum ſuo nomine proprio, tum quia in compromiſſo nominatur vt filius, ibi dum dicitur Betinus & eius filius, &c. geſſit, &c. quæ verba in dubio intelligenda ſunt de eo quod geſſit filius ſuo nomine proprio, *l. & magis. ff. de ſolutio.* tum etiam quia in narratione libelli & concluſione & in capitulis & in ſententia mentio fit ſimiliter de adminiſtratione dicti Iacobi Philippi, quæ videtur quod intelligi debeat de adminiſtratione ſuo nomine proprio, *per dict. l. & magis.* Ego tamen his non obſtantibus teneo contrarium eſſe verius de iure, videlicet quod quantum ad ipſum Iacobum Philippum nullo modo obſtet exceptio rei iudicatæ, & per conſequens debeat fieri compromiſſum. Quod ſic probatur, ad hoc vt obſtet exceptio rei iudicatæ, tria requiruntur copulatiua, videlicet quod ſit eadem res, eædem perſonæ ſeu eadem conditio perſonarum, & eadem cauſa vt dixi ſupra in principio. Et ſi alteri iſtorum deficit, non obſtat exceptio rei iudicatæ, *vt dicta l. cum quæritur, cum duabus legibus ſequentibus & l. cum de hoc. ff. de excep. rei iudicat. vt nota. gloſſ. in capit. penult. extra de exceptio.* ſed in caſu noſtro non ſunt eædem perſonæ ſeu eadem conditio perſonarum nec eadem cauſa, nec eadem res, vt ſtatim probabitur ergo non obſtat exceptio rei iudicatæ. Quod autem non ſunt eædem perſonæ nec eadem conditio perſonarum, apparet primo ex compromiſſo, quia compromiſſum eſt factum ſolum inter dictos Ioannem ex parte vna & Betinum & eius fratrem ex altera, vt dicitur in inſtrumento compromiſſi in principio etiam poſt petitiones in eo factas ibi dum dicitur, tandem dictus Ioannes ex vna parte, & dictus Betinus ex altera, &c. Item, hoc patet etiam ex reconuentione facta per dictum Ioannem dicto inſtrumento compromiſſi dum in eo dicitur, quod Ioannes reconueniendo dictum Betinum petiit ipſum compelli ad ſibi Ioanni deſignandum Iacob. pro octo annis prçteritis quibus continue ipſe Betinus & eius filius & procurator adminiſtrauit, &c. Ex quibus verbis apparet, quod dictus Iacobus Philippus filius Betini non fecit aliquod compromiſſum, ſed ſolum Ioannes & Betinus eius pater pro eo quod ipſe Iacobus Philippus adminiſtrauit tanquam procurator. Et ideo in dubio ſententia ſuperinde lata, cenſetur fuiſſe lata ſolummodo inter dictos fratres & non inter eos & ipſum Iacobum Philippum, *per l.*
2 *non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbit.* † Nec illa verba, ipſe Betinus & eius filius & procurator, poſſunt intelligi vt referantur ad aliam perſonam quæ non ſit filius & procurator, ſed debent intelligi, vt illud verbum, & procurator, referatur tantum ad perſonam filii: quia perſona extrinſecus regulariter non ſubintelligitur, *l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig.* nec etiam poſſunt intelligi referendo illud verbum, & procurator, ad perſonam filii, vt intelligantur illa verba, & eius filius, nomine ipſius filii, & verbum, & procurator, nomine procuratorio vt ſit ſenſus, quod Betinus pater fecit compromiſſum de eo quod geſſit eius filius & nomine proprio ipſius filii & procuratorio nomine ipſius patris,
3 † quia quando copula &, ponitur habent duo adiectiua vel ſubſtantiua reſpectu alterius ſubſtantiui, tunc requiritur concurſus vtriuſque, *vt l. Titia textores. de leg. 1. vt not. Bart. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum, ff. de rebus dub. & in l. ſæpe in princip. ff. de verb. ſign.* quod intelligitur, quod ſubſtantiuum, cuius reſpectu copulatiua &, ponitur inter duo adiectiua albus & niger, ponuntur reſpectu ſubſtantiui certi, ſcilicet Petri, *vt not. Barto. per illum text. in l. qui concubinam, in princip. ff. de leg. 3.* Sed in caſu noſtro copula &, poſita eſt inter illa duo filius & procurator reſpectu illius ſubſtantiui certi, ſcilicet patris ſui, ergo requiritur concurſus vtriuſque ſcilicet quod fuerit filius & procurator ipſius Betini. Et ſic de vtroque ſimul intellectum eſt, non autem de per ſe. Et pro hoc facit optime quod not. Bart. *in l. iuriſiurandi. §. liberi. ff. de oper. libe.* vbi dicit, quod ſi aliquis ſtipulatur emphyteuſin pro ſe & filiis & hæredibus ſuis, requiritur quod filii ſint hæredes, quia copula poſita inter verbum filios, & verbum hæredes, requirit concurſum vtriuſque, *per textum in authent. de non alien. §. emphyteuſin. Et idem not. Bartol. in l. quod dicitur. & ibi per Doctores ff. de verbor. obliga. & per Bald. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Doctor. in cap. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis. in vſib. feud. & per Dn. Paul. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellian.* Et quod iſte intellectus videlicet quod dictus Iacobus Philippus fuerit nominatus in compromiſſo ſolum tanquam procurator patris ſui, patet ex verbis ſuis prolatis poſt latam ſententiam, in quibus dicitur præſente Iacobo Philippo procuratore ſubſcripti eius patris dicto procuratorio nomine acceptante in omnibus. Si enim in dicto iudicio interueniſſet etiam nomine ſuo proprio, cũ fuerit abſolutus in dicta ſententia,

tia.

ria ſicut acceptauit ſententiam procuratorio nomine patris, multo magis acceptaſſet pro ſeipſo & nomine ſuo. *argu. not. in l. quod Nerua. ff. depoſit.* Itaque dici non poteſt, quod illa verba, eius filius & procurator, intelligantur eſſe duo ſeparata, videlicet filius nomine ſuo, & procurator, id eſt, procuratorio nomine patris, ſed ſolũ quod ipſe filius procuratorio nomine patris adminiſtrauit, &c. Et ſic, quod fuit tantum abſolutus procuratorio nomine & non ſuo nomine proprio. Præterea etiam hoc apparet alia ratione, quia ſi intelligeretur etiam de adminiſtratione ſuo proprio nomine facta ipſius Iacob. Phil. ſequeretur quod tres eſſent perſonæ principales, quæ compromiſiſſent videlicet Ioannes Betinos & Iacob. Philip. Sed in dicto compromiſſo ante dictam reconuentionem, de qua fit in eo mentio poſt in verſicul. tandem dicitur quod compromiſſum ſit ſolum inter ipſum Zaninum ex vna parte, & Betinum ex alia, & ſic inter duos tenetur. Ergo ex præcedentibus & ſequentibus in dicto compromiſſu declaratur, quod illa verba eius filius, & procurator in medio poſita non referuntur ad perſonam Iacobi Philip. ſuo proprio nomine, ſed ſolum procuratorio *per l. ſi ſeruus plurium. §. fina. de leg. 1.* Nec obſtat ſi dicatur imo fuit factum compromiſſum etiam per ipſum Iacob. Philip. tam ſuo proprio nomine, quam procuratorio nomine patris ſui, vt apparet ex dicta ſententia arbitrali, in princip. in qua dicitur quod dicti arbitri fuerunt electi per dictum Zaninum ex vna parte, & Betinum eius fratrem ſiue Iacub. Philip. eius filium & procuratorem, quia iſtud non eſt verum quod fuerint electi per ipſum Iaco. Philip. vt apparet ex verbis compromiſſi cui eſt ſtandum *d. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbit.* Nec illi narrationi ſtandum eſt, maxime ex quo apparet de contrario *per not. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo. & in l. ſciendum ff. de verb. obligat. cum ſimil.* Prætetea etiam ſi fuiſſet verum, tamen illa verba, filius & procurator, intelligentur procura-

4 torio nomine tenetur per prædicta. † Et hoc etiam comprehendi poteſt ex dictione ſeu, ibi poſita dum dicitur, & Betinum eius fratrem ſeu Iaco. Phi. quæ dictio, ſeu, eſt diſiunctiua, *vt plene not. per Bart. in l. ſi quis ita. ff. de auro & arg. leg.* Et cum in veritate fuerit facta electio arbitrorum per Ioannem & Betinum non verificatur illa oratio in Betino tantum *per not. per Bart. in d. l. ſi quis ita.* Et quod iſta fuerit intentio dictorum arbitrorum, patet manifeſte ex verbis dictæ ſententiæ, dum dicitur, quod ipſi aſſignant omnia debita & credita facta & contracta tam Venetiis quam aliunde per quemuis eorum tam per ipſum Ioannem quam per ipſum Betinum, & quam etiam per dictum Iac. Phili. procuratorio nomine ſubſcriptorum Ioannis & Betini cõmuniter & æqualiter diuidi inter ſeſe, ita quod vnuſquiſque habeat & conſequatur contingentem partẽ pro dimidia pro indiuiſo. Nam ex quo omnia debita & credita debent diuidi tantum in duas partes pro dimidia pro diuiſo inter ſeſe, apparet quod ſunt niſi duæ perſonæ principales, ſcilicet Ioannes & Betinus, & non Ia. Phi. quia ſi intelligeretur fuiſſe nominatus etiam Iaco. Phili. ſuo proprio nomine non dixiſſet, quod deberet fieri diuiſio pro dimidia pro diuiſio non conuenit tribus perſonis principalibus, ſed duobus tantum, vt de ſe patet. Et ideo illa verba, inter ſe, & alia ſequentia ibi, ita quod vnuſquiſque eorum, &c. non poſſunt intelligi niſi de dictis duobus tantum ſcilicet Ioanne & Betino.

Item, hoc etiam apparet ex aliis verbis dictæ ſententiæ ibi, & quam etiam per dictum Iacob. Philip. procuratorio nomine ſubſcripti Ioannis & Betini, quæ verba declarant, quod intentio arbitrorum fuit ſolum pronuntiare, & ſententiare reſpectu dicti Iacobi Philippi in quantum geſſit negotia communia procuratorio nomine ipſius Betini patris ſui & Ioannis eius patrui, & non in quantum geſſiſ-

5 ſet ſuo nomine proprio, † quoniã verba ſententiæ intelliguntur ſtricte niſi in caſu in quo loquuntur, *vt l. 1. & ibi per Bart. & Doct. C. ſi plures vna ſent. Et idem notat. Bartol. in l. 1. C. quando prouo. non eſt nec. & in l. ſi expreſſum. in 2. collat. ff. de appel. & notat. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obligat.* Item hoc etiam probatur, quia in dubio iudices vel arbitri intelliguntur pronuntiaſſe ſecundum quod de iure debebant, *vt l. miles. 1. ver. 2. ibi hoc notat. Bartol. ff. de re ind. & idem notat. Bartol. in l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pignor.* Sed de iure dicti non poterant ſententiare, niſi inter dictum Ioannem & Betinum, inter quos tãtum fuit factum compromiſſum, *vt ſupra dixi per l. non diſtinguemus. §. de offic. de arbitris.* Et ideo verba ipſorum arbitrorum nõ debent extendi ad perſonam Iacobi Philip. ſuo nomine proprio, ex quo ipſe non compromiſit. Et propterea dico, quod alia verba ſequentia in dicta ſententia in quibus dicitur: Item, ſaluis præmiſſis liberauimus & abſoluimus ipſas partes ab omnibus aliis hincinde petitis & in compromiſſo contentis & deductis intelliguntur ſolum de Ioanne & Betino: quia illæ ſunt partes quæ petierunt & fecerunt compromiſſum, vt dictum ſæpe eſt, non autẽ intelliguntur per ipſum Iac. Phil. ſuo proprio nomine, quia ipſe non poteſt dici pars principalis, vt patet ex prædictis. Et ſic vigore dictæ ſententiæ non poteſt dici, quod ipſe Iac. Philip. fuerit abſolutus per dictam ſententiam arbitri reſpectu alicuius ſuæ obligationis propriæ. Et hoc etiam ſuadet honeſtas, non enim eſſet æquum, nec eſt veriſimile, quod arbitratores voluerint, quod ſolum adminiſtrata per Iacob. Philip. procuratorio nomine Ioannis & Betini eſſent communia, & quod adminiſtrata per eundem Iacob. Philipp. de bonis communibus dicti Ioannis & Betini ſuo nomine proprio eſſent ipſius Iacob. Philip. & ſic quod Iacob. Philip. lucraretur bona patris & patrui contra eorum vel ſaltem dicti Ioannis voluntatem, quia nec ius hue patitur, quia eſſet de alieno largiri, quæ eſt ſpecies furti, *l. ſi pignora. ff. de furtis.* quod in dubio non præſumitur. *l. merito. ff. pro ſocio.* Nec

6 etiam æquitas patitur, † quia quis non debet locupletari cum iactura alterius. *l. nam natura. ff. de condict. indeb.* & iſtud ſolum deberet mouere quemlibet iudicantem ad pronuntiandum non obſtare exceptionem rei iudicatæ ipſi Ioanni oppoſitam per dictum Iac. Philip. & per conſequens ipſum Iac. Philip. cogi debere ad faciendum compromiſſum,

& vt intelligi poſſit ſi eſt vetum, quod dictus Iacobus
Phil. bona communia patris & patrui pręter eorum
voluntatem vel ſaltem dicti Ioannis adminiſtrauit
nomine ſuo proprio & in ſuos vſus conuertit. Nec
obſtat prædictæ deciſioni, dum dicitur quod in pe-
titione & libello producto per dictum Ioannem
coram dictis arbitris tam in narratione quam in
concluſione nominatur dictus Iacobus Phil. recon-
uenitur ſimpliciter ſub ſuo nomine proprio & non
procuratorio. Et ſic videtur, quod ſi iterum con-
ueniatur nomine proprio obſt. exceptio rei iudica-
tæ, quia reſpondetur, quod imo in dicto libello,
& in qualibet eius parte dictus Iacobus Philippus
cenſetur fuiſſe nominatus tantum procuratorio
nomine patris ſui Betini, quod patet ex dicto libel-
lo in principio ibi dum dicitur ſeu Iacobus Philip.
eius filius & procurator & procuratorio nomine
ex alia, itam cum in princip. dicti libelli dictus Iaco.
Philip. ſit nominatus tantum procuratorio nomi-
ne ſi poſtea in eadem ſcriptura nominatur ſimpli-
citer intelligitur nominatus procuratorio nomine,
&c. quia licet perſona extrinſeca non intelligatur
repetita, *vt l. ſi ita ſtipulat. §. & ibi per Bart. ff. de verbor.*
7 *oblig.* tamen † qualitas præcedens in vna perſona
intelligitur repetita in eadem perſona, *vt not. Bart. in
d. §. Chryſogonus,* qui dicit in terminis noſtris, quod ſi
vnus incipit agere procuratorio nomine, & poſtea
facit vnum actum, & non dixit procuratorio nomi-
ne, vel nomine ipſius, cenſetur fuiſſe procuratorio
nomine: quia illa qualitas, procuratorio nomine,
intelligitur repetita per ibi notata facit etiã ſecun-
dum eum, quia actus non poteſt pertinere ad pro-
curatorem ſuo nomine, *vt l. poſt mortem. cum ibi no. ff.
quando ex fac. tut. Et facit optime quod not. Barthol. in l. 1.
§. nunciatio. ff. de non. oper. nunt. & in l. poſt dotem. in 6. le-
ctura. ff. ſolut. matrim. facit gloſſ. in l. penult. ff. ſi quis cautio.
& in l. ſciendum. §. ſi tutores. ff. qui ſatiſd. coga. & in l. qua-
cunq; ff. de procur. & text. in l. fin. in fin. ff. de inſtit.* Nec
etiam obſtat dum dicitur, quod ſi eſt lata ſententia
pro filio abſolutoria, & deinde petatur à patre obſt.
exceptio rei iudicatæ, *vt l. ſi mater. §. ſi quis hominem.
ff. de except. rei iudic.* Et è conuerſo ſi eſt lata pro patre,
8 prodeſt filio, † quia pater & filius cenſentur vna
& eadem perſona, *vt l. fin. C. de impub. & alis ſubſtit.
& not. gloſſ. in d. §. ſi quis hominem*, quia reſpondetur,
quod ille §. ſi quis hominem, intelligitur quando filius
in iudicio comparuit defendendo patrem tacite vel
expreſſe: ſecus ſi pro ſua confeſſione vel obligatio-
ne quam conueniretur, *arg. l. qui ſeruum. ff. de interrog.
act. ſecundum Bart. qui ita declarat in dicto §. ſi quis homi-
nem. Et ita vult etiam ibi gloſſ. in 2. lectura*, vt patet in ea
ibi exiſtente filio patris defenſore. Et ideo cum in
caſu noſtro dictus Iacob. Philip. filius Betini fuerit
conuentus in primo iudicio procuratorio vel de-
fenſorio nomine patris ſui. Et in iſto vltimo iudicio
nunc conuertatur ſuo nomine proprio, ſequitur
quod non obſt. exceptio rei iudi. quia nõ reputatur
eſſe eadem perſona, nec eſt eadem conditio perſo-
narum, quia alia eſt perſona & conditio filii tanquã
procuratoris & defenſoris patris, alia eſt perſona &
conditio filii conuenti ſuo nomine proprio, quia in
primo caſu pater tenetur, in ſecundo non, *vt in toto
tit. C. ne filius pro patre. & habetur in l. 3. §. vtrum. ff. de mi-
no. & in l. tam ex contractibus. ff. de iudiciis,* in quibus ha-
betur quod filiusfami. tenetur ex contractu celebra-
to per eum nomine ſuo & poteſt incarcerari, & pa-
ter pro ipſo regulariter non tenetur. Nec etiam ob-
ſtat dum dicitur, quod ſi dictus Iacob. Philip. poſſet
conueniri, nil prodeſſet ſententia abſolutoria lata
pro Betino eius patre, quia per indirectum tenere-
tur Betinus eius pater ex contractu ipſius Iaco. Phil.
ſi poſſet citari ad compromiſſum, quia iſtud cũ re-
uerentia non eſt vetum, nam prodeſſet patri in quã-
tum eius filius conueniretur procuratorio nomine
patris, per ea quæ habentur *in l. exceptiones, qua ex 1. ff.
de excep. rei iud.* Sed in quantum Iac. Phil. conuenitur
ſuo nomine proprio, etiam condemnaretur ſuo no-
mine proprio ex contractu ſuo iſtud non noceret e-
ius patri abſolute, quia prout dixi ꝓ contractu filii
regulariter non tenetur, *vt habetur in d. §. ſed vtrum,
& in d. l. ex contractibus, cum ſim.* Nec obſt. etiam dum
dicitur ꝙ dato quod perſona Iac. Phil. nõ eſſet com-
prehenſa in compromiſſo, tamen ex quo ipſum lau-
dum fuit per partes ratificatum, & etiam per ipſum
Ioannem, præſertim cum dicta mercata fuerint co-
ram arbitris deducta, *per l. 2. C. communia vtriuſq; iud.
& per gl. no. in l. ſi diuerſa. C. de tranſ.* quia reſpondetur,
quod d. ratificatio facta per partes, non debet ope-
9 rari vltra intentionem eorum: † quia actus agentiũ
non operantur vltra intentionem eorum, *vt l. non o-
mnis, in princ. ff. ſi cert. pet.* ſed intentio dictarũ partium
quæ ratificauerunt dictam ſententiam fuit ratifica-
re eam tanq̃ latam inter ipſas partes, & d. Iac. procu-
ratorio nomine Betini eius patris, vt apparet ex te-
nore d. ſententiæ, & ex his, quæ ſuperius dicta ſunt.
Et ſic ille conſenſus partium, qui habet vim pacti,
non extenditur ad perſonam ipſius Iac. Phil. ſuo no-
mine proprio per prędicta. Nec etiam obſt. dum di-
citur, quod omnia quæ poſſunt claudi in libello,
cenſentur eſſe deducta, *ſecundum Ang. in l. ſolemnis. ff. de
iud. per l. de reb. ff. de arbit.* quia in caſu noſtro non po-
teſt comprehendi adminiſtratio facta per dictum
Iaco. Philip. ſuo proprio nomine, quia ipſe nullum
fecit compromiſſum, nec eius pater pro eo, ſed ſo-
lum fuit nominatus tanquam procurator patris ſui.
Et ideo non poteſt dici, quod in libello producto
contra ipſum vel eius patrem fuerit deducta admi-
niſtratio per eum facta ſuo nomine proprio, *per l.
non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbit. cum ſimilib.* Nec
obſtat quod in compromiſſo dicatur, quod com-
promiſſum fuit de omnibus etiam incognitis, quia
illa clauſula refertur tantum ad partes compromit-
tentes, & non ad dictum Iacob. Phil. *vt patet ex præ-
dictis.* Et ex his etiam apparet, quod non obſt. exce-
ptio rei iudi. ex alio, quia non eſt eadem cauſa, nec i-
dem ius petendi, quia in primo iudicio cauſa & ius
petendi fuit reſpectu Iacob. Phil. quia ipſe Iac. Phil.
adminiſtrauerat procuratorio nomine patris, &
cauſa ſiue ius nunc petendi contra eundem eſt quia
dicitur adminiſtraſſe ſuo proprio nomine, ergo nõ
obſt. exceptio rei iudi. *per l. quantitas, & l. cum de hoc. ff.
de excep. rei iudi.*

Item, ex prædictis etiam apparet, quod non ob-
ſtat exceptio rei iudic. ex eo quod ſit eadem res quæ
peti-

peritur, quia in primo iudicio fuerunt petiti panni de quibus ipſe Iacob. Philip. habuit adminiſtrationem procuratorio nomine patris & patrui, & nunc conuenitur pro pannis quos traficauit nomine ſuo proprio. Nec etiam eſt eadem quantitas, & ideo non obſtat exceptio rei iudic. *per l. cum quæritur, cum l. ſequenti ff. de except. rei iudic.* Et ideo licet in proceſſu facto coram arbitris fuerint deducti in capitulis aliqui panni quos dicitur manizaſſe & gubernaſſe ipſe Iacobus Philippus Venetiis & alibi, tamen non tollitur quin dictus Iacobus Philippus poſſit nunc conueniri pro pannis adminiſtratis procuratorio nomine patris & patrui, vt ſupra dictum eſt. Ex quibus omnibus concluditur circa primum dubium, quod exceptio rei iudica. oppoſita Ioanni per dictum Iacobum Philippum non obſtat quia non eſt eadem res, nec eadem cauſa, nec eadem conditio perſonarum. Et per conſequens illa exceptio rei iudicatæ oppoſita non habet impedire compromiſſum petitum per dictum Ioannem, ex quo ſunt perſonæ in gradu coniunctæ ſecundum formam ſtatuti Brixiæ.

Circa ſecundum dubium, an debeat fieri compromiſſum ex eo ſaltem quod dictus Betinus & Iacobus Philippus doloſe occultauerunt vel alter eorum, & in ſuos vſus conuerterunt bona communia dictorum fratrum videlicet dictos pannos 75. de quibus non habuerunt notitiam dicti arbitri, nec dictus Ioannes. Et videtur prima facie dicendum quod non, quia ex quo compromiſſum fuit generale, vt patet in eo dum dicitur. Et generaliter de omnibus & ſingulis aliis eorum differentiis verſis & vertentibus aut quæ verti poſſent per & inter ſeſe ita quod præſens compromiſſum ſit generale etiam ad incognita, & videtur quod nullo modo debeat fieri amplius compromiſſum. Et præſertim de dictis pannis nouiter petitis, de quibus videtur fuiſſe cognitum per arbitros & deductum per partes coram eis, maxime cum ſententia dicatur fuiſſe generalis de omnibus prædictis, vt patet in ea ibi dum dicitur.

Item liberamus & abſoluimus ipſas partes ab omnibus hincinde petitis, & in compromiſſo contentis & deductis. Et ſic videntur partes abſolutæ ab omnibus deductis in compromiſſo, & ſic etiam
10 ab incognitis. † Et ideo, licet regulariter tranſactio & arbitramentum non referatur ad incognita, *vt l. cum Aquiliana. ff. de tranſ.* tamen hoc fallit, quando eſt actum per partes in compromiſſo, quod referatur etiam ad incognita, *vt dixi allegando Bald. in l. qui iure militari. ff. de teſt. milit.* qui dixit per illum tex. quod allegationi ignorantiæ poteſt renuntiari per illum text. per hoc melius probat quam in iure ſecundum eum & propterea dixit Bald. *in l. ſi de certa. C. de tranſ.* quod vtile eſt quod fiat compromiſſum, & exprimatur quod trahat etiam ad incognita, *& idem dicit Ang. in l. ſicut certi. de teſta. mil. & in l. tres fratres. ff. de pactis*, nec videtur poſſe dici quod iterum poſſit fieri aliqua petitio nec compromiſſum etiam ſub prætextu rerum nouiter cognitarum, *per l. ſub prætextu. C. de tranſ.* Præterea etiam ſi deberet fieri compromiſſum propter dolum allegatum, tamen videtur dicendum quod in caſu noſtro non debet fieri compromiſſum ex eo quod non eſt probatus dolus qui dicitur eſſe cauſa intentionis agentis, *per not. per Bar. in l. in illa ſtipulat. ſi Calen. ff. de verb. obl. & per not. per*
11 *Ang. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic.* teſtamento, vbi † quod agens pro ſuo intereſſe debet prius quam audiatur de intereſſe docere, & ſi aliter diceremus, ſequeretur, quod eſſet in poteſtate vniuſcuiuſque poſt tranſactionem vel rem iudicatam dicere aliquid fuiſſe doloſe occultatum & factum, & propter hoc reſcindere tranſactionem & facere lites immortales, quod eſt abſurdum, *contra l. properandum, in princ. C. de iudiciis.* Et cum iſte articulus ſi dolus interuenit, vel non ſit præiudicialis, videtur primo quod debeat diſcuti, *per capit. veniens, cum ibi nota. extra de teſtib. cum ſimilibus*, & propterea cum non ſit probatus aliquis dolus, videtur quod nullo modo debeat fieri compromiſſum, tamen his non obſtantibus teneo contrarium, videlicet quod debeat fieri compromiſſum ſuper deductis in dicto nouo libello, pro cuius deciſione tria ſunt examinanda.

Primum an dicta ſententia abſolutoria lata per dictos arbitros extendatur etiam ad bona communia doloſe occultata vel adminiſtrata per dictum Betinum & Iacobum Philippum, ſeu alium eorum.

Secundum poſito quod ſic, an fuerit in iſto ſecundo iudicio probatus dolus dicti Betini & Iacob. Philip. vel alterius eorum.

Tertium poſito quod non, an ſufficiat ipſi Ioanni allegaſſe in ſua petitione dictos Iac. Philip. & Betinum, vel alium eorum dolo verſatos fuiſſe in pannis per eum petitis.

Super verbo dubio dicendum eſt, quod dicta ſententia arbitrorum, nec etiam compromiſſum extenditur ad ea quæ doloſe occultata, vel adminiſtrata ſunt, *vt eſt caſus, in l. tres fratres. ff. de pactis*, quæ
12 probat, † quod quantumcunq; tranſactio & quietatio ſit generalis, tamen non trahitur ad ea quæ doloſe occultata ſunt, ſi oppoſita de tranſactione generali replicatur de dolo, *vt ibi dicitur in fin. & ita dicit ibi Angelus per illum textum in fin.* quod quantumcunque quietatio generalis, de qua ibi, porrigatur ipſo iure ad res furto de dolo ſicut fuit factum in caſu noſtro, quo caſu per talem replicationem doli euacuabitur exceptio prædicta generalis. Et ideo ibi inſtituit aduocatos, vt ſit cautus in quantum apponatur de generalitate quietationis, vt replicet de dolo aduerſarii, qua replicatione eli-
13 detur ſuo exemplo. † Et ſic in effectu quietatio generalis non porrigetur ad ſpecies ignoratas per dolum aduerſarii, *per l. vndecimam, C. de iudiciis. & per not. in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. Et idem vult Bart. in d. l. ſub prætext.* Et ibi gloſſ. etiam vult, quod generalis tranſactio ſiue quietatio non porrigitur ad ignorata dolo aduerſarii. *Et hoc etiam tenet Dominus Paul. de Caſt. in d. l. ſub prætextu.* qui dicit quod ad hoc vt d. l. tres fratres, locum habeat, duo requiruntur ſcilicet quod allegetur dolus tráſigentis, & quod ex tali dolo ſentiat ſicut eſt in caſu noſtro, quia allegantur dolus Betini & Iac. Phil. vel alterius eorum. Et ex dicto dolo ipſi ſentirent lucrum, quia lucrarentur pannos, qui

nos qui erant communes inter ipſum Ioannem & Betinum, & efficerentur proprii ipſorum Betini & Ia. Phil. vel alterius eorum ſiue eorum pretium. Et quod iſta fuerit intentio arbitrorum, videlicet quod ſuum arbitramentum extenderetur ad incognita vel occultata propter dolum, apparet ex eius ſententia iniqua voluerunt quod dicta ſententia extendantur ad bona de quibus in ſententia non eſt facta mentio. Nam ſi voluerunt, quod non extenderetur ad ea de quibus non eſt facta mentio etiam nullo dolo interueniente, multo magis eſt dicendum quod noluerunt quod referatur ad incognita doloſe occultata, *arg. l. quanto magis. ff. de iureiu. & auth. multo magis. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Et maxime hoc eſt dicendum in arbitris qui debent procedere ſecundum æquitatem, *iuxta l. ſi fideiuſſor. §. quadam. cum ibi not. ff. mandati. in l. quintus. ff. depoſit. cum ſimilibus.* Nam nulla æquitas eſt, imo iniquitas magna, quod vnus frater nepos per dolum lucretur res alterius fratris, *vel argu. l. cum oportet. circa princip.* ibi vel ad fratres quod etiam grauius eſſe multis videtur. *C. de bonis quæ liber.* Et ideo quantumcunque compromiſſum fuiſſet generale, & petitio & libellus & proceſſus & ſententia generalis & generaliſſima, quod tamen non fuit, vt apparet ex his, quæ in præcedenti dubio dicta ſunt, tamen ex quo poſt exceptionem de re iudicata oppoſitam replicatum eſt de dolo, dicendum eſt quod illa exceptio rei iudicatæ allegata non habet impedire compromiſſum faciendum, & iudicium de nouo inchoandum, *per d. l. tres fratres. cum ibi notat. per gloſſ. Bartol. & Doctores & per gloſſ. in l. ſub prætextu. & per ea quæ ſuperius dicta ſunt, & per l. ſi ſeruus vetitus. ff. de legat. 1. & per l. quidam decedens, cum ibi notat. ff. de admi. tute.*
14 *cum ſimilibus.* † Super ſecundo dubio, an in iſto vltimo iudicio ſit probatus dolus, videtur dicendum quod non, quia non videtur apparere quod aliquid doloſe ſit geſtum per dictos Betinum & Iac. Phi. ſiue alterum eorum. Et dolus in dubio non præſumitur. *l. quoties. §. qui de leg. ff. de prob.* quia nemo in dubio præſumitur delinquere. *l. merito. ff. pro ſocio not. Barto. in l. ventre. ff. de acquir. hæred.* Et dolus debet probari perſpicuis indiciis. *l. dolum. C. de dolo.* Tamen his non obſtantibus puto quod ſit probatus dolus præſumptus dicti Betini & Iac. Phil. nam ex quo apparet quod dictus Iaco. Phi. filius dicti Betini, in cuius eſt poteſtate rexit, gubernauit, & manezauit pannos plures qui erant communes inter dictum Betinum & Ioannem tantum, & eos diſtraxit & vendidit nomine ſuo proprio, ſub nomine ſimpliciter, & ſic pro ſe tenetur, *per l. & magis. ff. de ſol.* & ſuo nomine, vt dicitur per partes, exegit, & ideo petitur ab eis vt reſtituat denarios dictorum bonorum ſiue denariorum pretii eorum, & dictus Betinus & Iac. Phi. recuſant & ſuper hoc negant compromiſſum fieri debere ex eo quod ſint abſoluti, etiam de prædictis videntur fateri dictos pannos fuiſſe venditos nomine proprio ipſius Iaco. Phil. & in vſus ſuos conuertiſſe, & ſic in dolo fuiſſe, *per l. ſi procuratorem. §. fin. ff. mandati.* Et pro hoc allego quod ſingulariter notat *Bartol. in ſimili in l. ſi prius. in 3. columna. in principio.*
15 *ff. de noui oper. nunt.* vbi dicit eleganter, † quod ad hoc, quod aliquis poſſit conueniri, confeſſoria requiritur quod præcedat moleſtatio conuenti, quæ moleſtatio ſatis dicitur probari ſi in libello auctoris ponitur quod reus inquietat agentem, & ei contradicit, imo plus dicit ibi Barto. ſingulariter, quod etiam ſi contradictio facta non poneretur in libello, nec appareret, ſi tamẽ ex proceſſu iudicii appareret contradictio verbalis, quia negauit, ſufficeret, *per ea quæ habentur ibi per gloſſ. & Dynum. Et idem tenet Lapus in ſua allega. 57. qui etiam allegat Specu. hoc tenentem in titulo de actionibus. & peti. §. ſuper actione in verſicu. ſed quare operis nuntiatio. in 7. oppoſit. & Bald. etiam ponit in*
16 *l. ordinarii. in 7. columna. C. de rei vend.* † Sicut ergo contradictio verbalis in iudicio facta probat moleſtationem, ita in caſu noſtro contradictio facta per Betinum & Iacob. Philip. ſuper petitione facta de bonis communibus doloſe vt videtur occultatis inducit præſumptionem doli, quoniam ſi eſt verum quod dictus Iaco. Phil. vendidit nomine proprio, ſicut apparet ex eius contractibus & mercatis prædictis, & vult ſe defendere ex eo quod ſit abſolutus, & non vult quod cognoſcatur de hoc, cenſetur fuiſſe in dolo. Ex quo contraxit ſuper rebus communibus nomine proprio, *vt d. l. ſi procuratorem. §. fin. ff. mandati.* Nec obſt. quod dicens ſe abſolutum non videatur fateri ſe fuiſſe ligatum *per l. 1. in princ. cum ibi not. per Iac. de Are. Bar. & Doct. ff. de nou. ope. nun. & per not. per Bart. & Doct. in l. 2. ff. de verbo. obligat. cum ſimilibus.* quia illud procedit quando non conſtaret de aliquo facto, ex quo dolus præſumatur. Secus ſi præceſſit aliquod factum ex quo dolus præſumitur, ſicut fuit in caſu noſtro, *vt ſupra dictum eſt.*

Super tertio & vltimo, poſito quod dolus fuiſſet probatus, an ſufficiat ipſi Ioanni allegaſſe pro ſua petitione noua dictos Betinum Iacob. Phil. vel alterum eorum in dolo verſatos fuiſſe in pannis per eum petitis, ad hoc vt debeat fieri compromiſſum. Et videtur prima facie dicendum quod non, per ea quæ dixi ſupra circa ſecundum dubium principale, circa principium, tamen contrarium teneo, quod ſit verius, quod ſic probatur, ad hoc, vt quis teneatur facere compromiſſum, tria requiruntur.

Primum, quod ſit coniunctus in aliquo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis ſecundum formam ſtatuti.

Secundum, quod iudex ſciat iſtam affinitatem ſeu conſanguinitatem ſubeſſe, *vt not. Ange. & Doct. in l. 2. in verbo. cum ſciret. ff. de in ius voca. vt caut.*

Tertium, quod ſit aliqua lis inter coniunctos, iſtis tribus concurrentibus, quæ ſunt fundamentum faciendi compromiſſum, tenentur conſanguinei vel affines ad cõpromiſſum venire, nec eſt opus quod probentur ea quæ concernunt merita cauſæ, quia illa debent probari coram arbitris electis, per ea quæ habentur *per Cano. in cap. ſuper his. extra de reſcriptis. & per notat. in l. præſcriptione. ſi contra ius vel vti. public.* in quibus habetur, quod ſi dubitatur de meritis cauſæ, an Imperator verum dixerit, puta quia dixit ſe eſſe creditorem aduerſarii in centum, propter hoc non videtur reſcriptum ſurreptitium,

quia

qualis tr ad ſi eſt debitor, vel non, examinabitur po-
ſtea in proceſſu, *pro hoc etiam facit l. 1. in princ. & quod ibi not. ff. de nou. oper. nunt.* Nec obſtat quod ille, qui dolum dicit, probare tenetur, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* quia reſpondetur illud, quod eſt verum, ſed non in iſto iudicio, in quo quæritur, ſi debet fieri compromiſſum, vel non, ſed tantum probabitur coram arbitris, ſi opus fuerit. Nec obſtat dum dixi, quod dolus in caſu noſtro eſt fundamentum intentionis Ioannis; ergo ipſum probare tenetur *per not. per Bart. in l. in illa ſtipulatione ſi Calendis, ff. de verb. oblig.* quia ſimiliter reſpondetur, quod probabitur coram arbitris, quia eſt fundamentum, vt feratur ſententia diffinitiua condemnatoria contra dictū Betinum & Iacobum Philip. Sed quantum ad faciendum compromiſſum, non eſt fundamentum intentionis dicti Ioannis. Sed illa tria tantum, de quibus ſupra dictum eſt, conſanguinitas ſcilicet, & quod illa iudici conſtet, & quod ſit aliqualis, quæ tria interuenerunt in caſu noſtro. Et ſi diceretur contrarium, ſequeretur, quod nunquam inter affines & conſanguineos deberet fieri compromiſſum ad petitionem vnius, niſi probaret ſe eſſe creditorem, vel fouere iuſtam cauſam in eo, de quo compromiſſum peteretur, quod eſt abſurdum, *contra l. nam abſurdum, ff. de bon. lib.* quia eſſet opus probare de meritis cauſæ, antequam iudex eſſet electus, quod non eſt dicendum, imo communiter ex ſola petitione, vel etiam allegatione petitionis coniuncti coguntur ad compromiſſum. Et ideo minime mutanda ſunt, quæ longam interpretationem habuerunt, *vt l. minime, ff. de legib.* Nec obſtat quod agens pro ſuo intereſſe debeat probare ſuum intereſſe, antequam audiatur, *vt not. Angel. in l. ſi ſuſpecta, ff. de inoffic. teſtam. cum ſimilib.* quia illud procedit, quando intereſſe eſt fundamentum ſuæ intentionis ad hoc, vt poſſit agere, ſed vt dixi in caſu noſtro fundamentum intentionis dicti Ioannis, quo ad faciendum compromiſſum, non eſt dolus allegatus, ſed conſanguinitas, & alia, de quibus ſupra, licet dolus ſit fundamentum ipſius Ioannis, quantum ad merita cauſæ, in quantum ipſe Ioannes vellet ſe ſolum in dolo fundare. Vnde ex prædictis concludo, quod cum dolus allegatus per Ioannem non ſit fundamentum ſuę intentionis, quo ad faciendum compromiſſum, ſequitur, quod ſufficit ipſi Ioanni allegaſſe in ſua petitione dictos Betinum & Iacobum Philip. vel alterum eorum dolo verſatos fuiſſe in pannis per eum petitis, quantum ad hoc, vt dicti Betinus & Iacob. Philip. teneantur facere compromiſſum, ſicut iudicatum eſt. Et ſic ex omnibus prædictis concluditur, quod ſit bene & ſancte iudicatum per Dominum Iudicem ordinarium, qui pronuntiauit, compromiſſum inter dictas partes fieri debere.

Et ita, vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Bartholomæus Cæpolla.

CONSIL. LVIII.

SVMMARIA.

1 *Traditio non extenditur extra tradentis poteſtatem, quia nemo plus iuris transfert in alium, quàm habeat.*

2 *Voluntas teſtatoris habetur pro lege.*

3 *Fiſcus an & quo caſu habeatur loco liberorum vel hæredum, & num. 7.*

4 *Patre viuente nullum ius dicitur filius in ipſius hæreditate habere.*

5 *Bona delinquentis dicuntur in fiſcum tranſire, quæ tempore commiſſi criminis apud delinquentem reperta ſunt.*

6 *Vaſallus ſi efficiatur clericus, vel religionem ingrediatur, perdit feudum, nec ad Eccleſiam transfertur.*

8 *Feudum illius, qui crimen commiſit læſæ Maieſtatis, an veniat confiſcandum.*

9 *Interficiens patrem & patriam offendens, æque feudo priuandi ſunt.*

10 *Doti ſuccedere quis debeat, & an dotata debeat dotanti ſuccedere.*

11 *Pater an ſuccedere poßit filio cum filijs vtrinque coniunctis.*

12 *Hæreditas materna non adita, an tranſmittatur ad aſcendentes.*

13 *Poſſeßio patris & filij dicitur promiſcua, & vno poßidente alter intelligitur poßidere.*

14 *Hæreditas fraterna non adita an tranſmittatur.*

15 *Præſumi non debent, quæ ſunt facti, & in facto conſiſtunt.*

16 *Verba ad diminutionem inducta non debent operari augmentum.*

17 *Conſuetudo mala non minus quàm pernicioſa corruptela vitanda eſt, quæ, niſi radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impijs aſſumitur.*

18 *Vſusfructus an veniat in confiſcatione rei confiſcandæ.*

19 *Mater ſuccedens filio ſuo ex primo matrimonio, ſi tranſeat ad ſecunda vota, tenetur illud, in quo ſucceßit reſeruare filijs ſecundi matrimonij, idem in patre.*

20 *Factum minus legitimum habetur pro non facto.*

21 *Dos à patre profecta deficiente prole, ad patrem redire debet.*

22 *Donatio facta per filiumfamilias, etiam fratribus in poteſtate eiuſdem patris exiſtentibus an ſit valida.*

23 *Donatio facta per patrem filijs in poteſtate conſtitutis, an valeat.*

24 *Crimen læſæ Maieſtatis reddit quem inteſtabilem, actiue & paßiue.*

25 *Filij rebellium quare dicantur inſucceßibiles.*

26 *In confiſcatione omnium bonorum an veniant bona vel iura quærenda.*

27 *Hæreditas alicui delata, vel ius adeundi hæreditatem illi, qui poſtea fit rebellis vel bannitus, an veniat in confiſcationem.*

28 *Hæres non dicitur ſuccedere niſi in bonis, quæ reperiuntur tempore, quo ſuccedit, & quid dicatur hæreditas vel ſucceßio.*

29 *Patre viuente nullum ius dicitur filius in bonis patris habere.*

30 *Filio aliquid committente, propter quod veniant eius bona publicanda, an pater teneatur, vel poßit cogi ad ſolutionem legitimæ pro filij condemnatione.*

31 *In confiſcatione bonorum filij an veniat legitima eius in bonis patris.*

32 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm habeat.*

Genea-

Genealogia nobilium virorum de Caballis.

Dominus Iacobus. { Dn. Conradus. 7 { Dn. Federicus. { Dondaleus.
Dn. Iacobus. { Nicolaus.
Dn. Nicolaus. 3
In primo matrimonio. 2 Domina Anderliſia. } Iugalis. { Iacobus hic mortuus eſt in candida armiger.
Dn. Ioan. miles. 10 { Catharina iugalis Ioan. Franc.
Conradus.
Dn. Barthol. vxor quondam D. Pariſu de Ladrono.
Dn. Lucia vxor quondam Dni, Miloni de Gonſalpha.

7
Dn. Nicolaus ſubſcriptus. Ingalis. { Franciſcus. 9
7
Dn. Anna.
Paulus.
Oliuerius.
Petrus. 6
Ginolphus dictus Tartagia.
Gorius.
Iacometus.
Dn. Blancha.

Casvs, qui oritur ex ſupraſcripta genealogia, omiſſo Dn. Conrado cum deſcendentibus, ex quo de eis nulla eſt quæſtio, in his terminis ponitur.

Magnificus ac generoſus armorum Princeps Dn. Iaco. de Caballis ſuum vltimum condidit teſtamentum, de quo infra, in quo inter cætera in effectu continetur, quod dictus Dn. Iacobus teſtator voluit, iuſſit, & diſpoſuit, quod ex illis ducatis & quantitate ipſorum ducatorum, quos ipſe D. Iacobus teſtator percipit & habere debet omni anno, & de cætero habere debebit de redditu & pro redditu ſeu pro vtilitate pro præſtitis & impræſtitis communis Venetiarum, à dicto communi Venetiarum dicti ſui hæredes non poſſint nec valeant de cætero vllo tempore ducatos ſex centum omni anno ex dictis ducatis & quantitate ipſorum quot habere debet, ac de cætero habere debebit pro redditu & vtilitate à dicto communi Venetiarum, nec iura conſequendi & habendi dictos ducatos ſex centum alicui perſonę vendere nec alienare, nec in alium quempiam transferre quouis modo, ſed perpetuo ipſa iura conſequendi & habendi prædictos ducatos ſex centum permaneant & permanere debeant in dictos eius hæredes, & in deſcendentes in futurum. Ex eis itaq; memoria ipſius Dn. Iacobi in conſequendo dictos ducatos ſex centum, & dictis ducatis in quantitate ipſorum ſemper pro firma permaneat, volens tamen & ordinans, & diſponens ipſe D. Iacobus teſtator, quod ſi dictis eius filiis, nec ex filiis maſculis ipſorum eius filiorum, & ſic ſucceſſiue non eſſet aliquis deſcendens, nec deſcenderet aliquis filius maſculus legitimus, quod tunc & eo caſu dicti ſex centum ducati & ius conſequendi eos perueniunt & peruenire debeant in proximiores maſculos legitimos de progenię illorum de Caballis, &c. nolens quod ſucceſſiue proueniant de maſculis in maſculos, de progenie illorum, de Caballis, &c. Quo teſtamento condito & non mutato prius deceſſit ipſe Dn. Iacob. primus, deinde contingit, quod ſpectabilis ac generoſus miles Dn. Nicolaus, filius dicti D. Iacobi habuerit in vxorem Dn. Anderliſiam in primo matrimonio cum dote mille ducat. prout ipſe dicit in ſuo teſtamento. Et ex dicta vxore ſuſcepit tres filios maſculos, ſcilicet D. Ioannem militem rebellem Illuſtriſ. Duc. Dn. Venetiarum, iam multis annis elapſis, vt infra dicetur, & Conradum & Iacobum & duas filias, videlicet D. Bartholomæam vxorem quondam D. Pariſii de Ladrono, & D. Luciam vxorem quondam D. Miloni de Gonzaga, quæ D. Bartholomæa nupta fuit ante mortem ipſius D. Anderliſiæ matris ſuæ; ſed ſolum poſt mortem ipſius matris habuit dotem ſuam, poſtea mortua dicta D. Anderliſia, dicta Lucia nupta fuit dicto Dn. Milono, & habuit in dotem 800. ducat. quam quidem dotem poſt mortem dicti D. Miloni D. Guido frater ipſius Dn. Miloni dedit, & inſtituit dicto Dn. Ioanni fratri ipſius D. Luciæ in hunc modum, videlicet primò ducentos & ſexaginta ducat. deinde quadraginta ducat. pro completa ſolutione, quos quadraginta ducat. habuerunt ipſi Dn. Ioannes & Conradus eius pater publicis inſtrumentis ſcriptis, vno de 1427. alio de 1440. mortua dicta Dn. Anderliſia vxore in primo matrimonio dicti Dn. Nicolai, & mortuo dicto Iacobo eius filio in inſula Cretæ, ipſe D. Nicolaus recepit aliam in vxorem, videlicet Dn. Annam in ſecundo matrimonio, & de anno 1478. fieri fecit inſtrumentum dotale, in quo confeſſus eſt ipſe D. Nicolaus, habuiſſe & recepiſſe centum ducat. nomine dotis pro ipſa Dn. Anna eius vxore. Et ex dicta Dn. Anna & Dn. Nicolao nati ſunt ſeptem filii maſculi, videlicet Franciſcus, Paulus, Oliuerius, Petrus, Ginolphus dictus Tartagia, Gorius, Iacometus, & vna filia

na filia

na filia fœmina, ſcilicet D. Blancha, D. Ioannes prędictus miles poſtea accepit in vxorem Dn. Catharinam cum dote mille ducatorum, quos 1000. ducat. dictus D. Nicolaus confeſſus fuit, habuiſſe & recepiſſe ab ipſa D. Catharina, ſiue ab alia perſona dante & dotante nomine ipſius Dn. Catharinæ, deinde D. Nicolaus de anno Domini 1431. ſuum vltimum eundidit teſtamentum, in quo inter alia reliquit iure inſtitutionis D. Luciæ eius filiæ, & vxoris quondam D. Miloni de Gonzaga octingentos ducat. auri, quos eidem Dn. Luciæ dedit in dotem in matrimonio D. Miloni.

Item reliquit D. Blanchæ pupillæ eius filiæ quadringentos ducat. auri, & vltra dictos quadringentos reliquit portionem ipſi D. Nicolao, tangentem de parte hæreditatis Iacobi quondam eius filii, pro parte dotis dictæ dominæ Anderliſiæ, quondam ipſius teſtatoris vxoris & matris ſupraſcripti Iacobi eius filii, cuius Iacobi hæredis dictæ dominæ Anderliſiæ eius matris, idem Dominus Nicolaus ſe dixit, & fecit hæredem pro omni illa meliori & maiori portione, quæ ſibi delata eſt de iure ſaluo iure accreſcendi, cui ſubſtituit dictos eius fratres vtrinq; coniunctos, in omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus & immobilibus iuribus & actionibus generis cuiuſcunque ſuos hæredes vniuerſales inſtituit & eſſe voluit Dominum Ioannem, Conradum, Franciſcum, Paulum, Oliuerium, Petrum, Ginolphum, Gorium, & Iacometum eius filios legitimos & naturales æqualibus portionibus, cum hac conditione, quod ſupraſcriptus Dominus Ioannes eius filius, ſiue domina Catharina eius vxor, ſiue hæredes vel habentes cauſam, ab eis non poſſint nec debeant vnquam aliquid petere, nec moleſtare dictos ſuos hæredes, nec eius hæreditatem pro dote dictæ Catharinæ vxoris dicti Domini Ioannis, nec aliqua ratione vel cauſa, quæ dos fuit mille ducat. auri, quos mille ducat. auri dictus Dominus Nicolaus licet confeſſus fuit, habuiſſe & recepiſſe à ſupradicta domina Catharina, ſiue ab alio pro ea dotante, vt in dicta dote continetur, tamen in rei veritate dicti mille ducat. ſiue dicta dos non peruenit ad manus ſupradicti Domini Ioannis eius filii. Et in caſu, quo dicta domina Catharina, ſiue eius hæredes, aut etiam dictus Dominus Ioannes nunquam aliquid peterent occaſione dictæ dotis, vel aliqua alia ratione vel cauſa, nunc & eo caſu inſtituit ſupraſcriptum D. Ioannem ſuum hæredem ſolum in 25. ducat. auri, volens, iubens, & mandans dictus teſtator, quod dictus Dn. Ioannes non poſſit petere aliquid de dicta hæreditate, neq; ratione legitimæ, neq; ratione ſupplementi ad legitimam, ſeu alia quacunque ratione vel cauſa, cum hac etiam conditione, quod ſi aliquis vel aliqui dictorum eius filiorum hæredum vniuerſalium inſtitutorum non erit hæres, ſiue hæredes non erunt, ſiue & ſi erit hæres, vel & ſi erunt hæredes, & in pupillari ætate, vel poſtea, quandocunque deceſſerit ſiue deceſſerint ſine deſcendentibus legitimis & naturalibus, tunc ſuperſtes ſiue & ſuperſtites eis vtrinque coniunctus ſit hæres, ſiue & ſint hæredes, quos ſibi ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum; de quo quidem teſtamento, ſicut ſupra & latius patet publico inſtrumento ſcripto ſub ſigno & nomine Bonauenturæ de Grandaniis anno Domini 1431. die 5. menſis Decemb. Poſtea de anno Domini 1435. dicta Dn. Lucia donauit cauſa mortis dotem ſuam, quæ fuit octingentorum ducat. & omnia alia ſua bona dicto Domino Nicolao eius patri, & Dn. Ioanni & Conrado eius fratribus, videlicet cuilibet eorum pro tertia parte, vt apparet per publicum inſtrumentum ſcriptum ſub ſigno & nomine Simonis Petri, quondam Dn. Franciſci Abragii de Simpede dicto anno 1435. 30. menſis Ianuar. quæ D. Lucia mortua eſt die ſequenti, ſcilicet 1. Feb. 1435. Accedit poſtea, quod de anno 1438. die Iunii Illuſt. Marchio Mantuæ cum Nicolao Pecinino indixit bellum Illuſtriſſimo Duc. Dominio Venetiarum, & in primis contra ciuitatem & diſtrictum Veronæ, in quo quidem bello & dicto tempore dictus Dn. Ioannes interfuit ſe exercendo & operando pro Marchione Mantuæ contra excelſum Venetorum Dominium, & contra dictam & diſtrictum & ciuitatem patriam ſuam Veronæ, propter quod dicitur tunc incurriſſe in crimen læſæ Maieſtatis, & in continenti, quod venit contra ſtatum Illuſt. Dom. Duc. Ven. ipſo iure & ipſo facto fuit rebellis ipſius Dom. Duc. Venet. & ſic etiam in continenti fuit habitus pro rebelli ab ipſo excelſo Do. Duc. Ven. & maxime ab eius Illuſt. conſilio de 10. Et eo Dn. Ioanni iam rebelli & habito pro rebelli dictus D. Nicolaus eius pater de eodem anno 1438. die 21. menſis Decemb. deceſſit non mutato ſuo teſtamento. Succeſſit deinde, quod Illuſt. Do. Duc. Ven. de anno ſeq. 1439. die 24. Feb. ſcripſit literas ducales Rectoribus & prouiſoribus Veronę, quod exigerent pro communi Venet. redditus poſſeſſionum illorum, qui tunc erant cum Marchione Mantuæ. Et cum de anno 1441. comparuiſſent legati Veron. ad Illuſt. Do. Duc. Ven. pro reditu omnium ciuium, qui fuerant & erant cum Marchione Mantuæ in dicto bello, fuit capta pars in conſilio de 10. & poſtea die Nouemb. 1442. fuerunt ſcriptæ literæ ducales ad Rectores Veron. quod omnes illi ciues Veron. qui fuerant cum Marchione Mantuæ, poſſint venire Venetias exceptis Aluiſio Aniune, illis de Viuiloquis D. Ioanne à Caballis, & D. Bartholomæo à Campania, poſt prædicta propter rebellionem dicti D. Ioannis à Caballis, Illuſt. Do. Duc. Ven. accepit, & vendidit omnia bona, quæ fuere ipſius D. Nicolai occaſionibus infraſcriptis. Sed quia poſtea comparuerunt ante dicti filii Dn. Nicolai ex ſecundo matrimonio cum D. Iacobo de Iacobullis coram Sereniſſimo Duc. Do. Ven. & coram conſilio rogatorum, & coram multis aliis officiis ciuitatis Venetiarum cum iuribus & rationibus ſuis, tandem auditis excellentiſſimis Doctoribus, videlicet Dn. Madio de Madiis de Verona pro camera Veronæ, & D. Franciſco de Capiribus, legiſtis pro dictis fratribus de Caballis, fuerunt remiſſa omnia bona dicti quondam Dn. Nicolai dictis fratribus, ſecundum quod infra dicetur. Et inter alia fuit capta contraria pars in conſilio rogatorum die 8. Maii, 1444. quæ in effectu ſic dicit poſt narrationem, vadit pars, ꝙ non obſtantibus dicta conſiſcatione & aliis, quibuſcunq;

buſcunq; dictis quatuor fratribus filiis D. Nicolai à Caballis, qui ſemper fuerunt fideliſſimi noſtri dominii dicti quatuor partes eorum bonorũ confiſcatorum pro dicta dote, & poſtea alienatorum, reſtituantur. Hoc declarato, quod dictæ quatuor partes dictorum bonorũ remaneant nihilominus obligatæ pro ipſa dote, vt in diſſolutione ipſius matrimonii, ſi non fuerint de bonis eiuſdem D. Ioan. poſſit ſatisfieri de dictis bonis ipſius D. Nicolai dictæ doti ſeo fiſco cameræ noſtræ Veronæ. Et ſimiliter intelligatur de quinta parte eorum bonorum, quæ ſpectant eidem D. Ioan. remaneat obligata à dicta dote. Et ex nunc & capitulum, quod omnis venditio ſeu alienatio facta de dictis bonis pro dictis quatuor partibus retractetur & annulletur, in quorum tenutam ipſi fratres ponantur. Et ita vigore dictæ partis dicta bona fuerunt eis reſtituta, & poſiti in poſſeſſione dictorum bonorum. Et nunc ſunt de eodem anno 1444. die 17. Decemb. inciſa fuit per maius & ſolemne conſiliũ communis Venet. Quæ terminatio facta fuit per nobiles viros, Michaelem Venerium, Magdalinum Contarenum, & Nicolaum Bernardum, gubernatores introitus ciuitatis Venetiarũ, in qua terminauerant, quod prima pars prodi impræſtitorum, quæ ſpectant Dn. Ioanni à Caballis tanquam filio & hæredi ipſius D. Nicolai poni debeat in communi Venetiarum, viuente ipſo Ioanne propter eius rebellionem, & poſt eius mortem vadat in illos, quibus de iure ſpectat ſecundum formam teſtamenti quondam D. Iacobi. Et declaratum fuit per dictum conſilinm, quod dicta terminatio tanquam nulla & indebite lata ſit inciſa, & remaneat nullins roboris vel momenti cum omnibus ſuis ſecutis & dependentiis, &c. vt plenius conſtat in literis ducalibus, datis die 17. Decembris, 1444. Cumque de anno 1450. de menſe Iulii peterentur proda impræſtitorum per dictos filios Dn. Nicolai ex ſecundo matrimonio, & dubitaretur coram iudicibus curiæ petitionum Venetiarum, ſi ſpectabant dictis filiis, tandem dicti iudices petitionum, videlicet Dominus Michael, & Marinus de Anazorgo, & Simon Contarenus terminauerunt, quod poſſint exigere dicta proda impræſtitorum, vt apparet publico inſtrumento, ſcripto ſub ſigno & nomine presbyteri Antonii de Lauris, anno 1456. die 26. Iulii. Poſtremo cùm delatum eſſet fiſco Illuſtr. Do. Duc. Venet. ſiue egregio viro Antonio à Spata officiali gubernatorum excelſi Do. Duc. Venet. in ciuitate Veronæ, quod dicti fratres de Caballis filii dicti Domini Nicolai ex ſecundo matrimonio tenebant & poſſidebant cuncta bona, quæ ſpectant cameræ Veronæ, ſine Illuſt. Do. Duc. Ven. propter rebellionem Dn. Ioannis de Caballis, deliberatum fuit per dictos gubernatores, & ita per eos fuit commiſſum dicto Antonio à Spata, quod omnia dicta bona venderentur ad publicum incantum, & ſic venditæ fuerunt Aluiſio Cæpollæ nomine Ioannis Franciſci filii dicti D. Ioan. de Cabal. omnes poſſeſſiones terræ, fictus dicti libelli, decima impræſtita, & res ſpectantes & pertinentes, & quæ ſpectare & pertinere poſſent, quomodocunq; & qualitercunque modo Illuſt. Do. Duc. Venet. propter rebellionem ipſius Domini Ioannis de Caballis, tàm pro dote quondam dominæ Catharinæ, quondam eius vxoris, & dominæ Luciæ eius ſororis, & dominæ Anderliſiæ eius matris, quàm pro bonis & hæreditate dicti quondam Dn. Nicolai, quàm etiam aliis, quacunque cauſa, & quomodocunque, & qualitercunque & cum omnibus iuribus & iuriſdictionibus, honoribus, & oneribus, ac reſiduis ſpectantibus Illuſt. Do. Duc. Ven. numerato pretio mille ducat. anni ad terminum quinq; annorum pro rata, vt apparet in actis ſeu libris dicti Anton. notari à Spata die 11. Septemb. 1456.

Stantibus ſupra dictis in dubium vertitur, an dictus Ioannes Franciſcus filius dicti Dn. Ioannis de Caballis rebellis emptor dictorum affictorum bonorum poſſit vigore dictæ venditionis ſibi factæ aliquid petere vel conſequi de iure à dictis fratribus, & filii quondam D. Nicolai de Caballis ex ſecundo matrimonio, ex quo ſequuntur infra ſcripta dubia principaliter.

Primum, an poſſit de iure petere vel conſequi dictus Ioannes Franciſcus vigore dictæ emptionis partem aliquam de prodis impræſtitorum, ſiue de ipſis impræſtitis, quæ olim ſpectabant dicto Domino Nicolao.

Secundum dubium, an poſſit petere & conſequi aliquid decimis feudalibus, quæ fuere ipſius Domini Nicolai de Caballis.

Tertium dubium eſt de dote D. Anderliſiæ vxoris quondam Dn. Nicolai, an aliquid poſſit de iure petere dictus Ioannes Franciſcus à dictis filiis Dn. Nicolai ex ſecundo matrimonio. B.

Quartum dubium eſt de dote dictæ D. Luciæ ſororis, dicti D. Ioannis, & filiæ dicti D. Nicolai ex primo matrimonio. A.

Quintum dubinm eſt de dote Dn. Catharinæ, quondam matris ipſius Ioannis Franciſci, & vxoris dicti D. Ioannis eius patris, an dictus Ioannes Franciſcus aliquid vel totum conſequi poſſit vigore emptionis.

Sextum dubinm eſt de bonis Domini Nicolai à Caballis, an de illis poſſit petere & conſequi aliquid dictus Ioannes Franciſcus vigore ſupra dictæ emptionis.

Septimum dubium eſt de bonis, quæ fuere dicti D. Conradi filii quondam D. Nicolai de Caballis, & fratris dicti D. Ioannis militis rebellis.

Octaunm dubium & vltimnm eſt de reſiduis dictorum bonorum, an dictus Ioannes Franciſcus poſſit quicquam petere vel conſequi vigore dictæ emptionis.

5 † Super primo dubio principali videlicet, an dictus Ioannes Franciſcus poſſit petere vel conſequi de iure vigore dictæ emptionis factæ partem aliquam de prodis ſiue impræſtitis Venetiarum, quæ olim ſpectabant Dn. Nicolao de Caballis, & prius erant Dn. Iacobi ſenioris de Caballis, qui de eis teſtatus eſt. Et certe in hoc non puto eſſe inſiſtendum, quia clarum eſt, quod non attento tenore teſtamenti dicti D. Iacobi, in quo diſpoſuit, quod dicta impræſtita & proda non poſſint alicui perſonæ vendi, nec alienari, nec in alium quempiam transferri;

ferri, ſed perpetuo permaneant in dictos eius hæ-
redes, & deſcendentes in futurum ex eis, & ſi defi-
cerent filii eius & deſcendentes, quod deueniant in
proximiores maſculos legitimos de progenie de
Caballis, vt plenius in dicto inſtrumento contine-
tur. Nam quod Ioannes Franciſcus nihil de eis con-
ſequi poſſit vigore dictæ emptionis; probatur ſic.
Nam camera Veronæ, ſiue Illuſt. Do. Duc. Ven. non
potuit plus iuris transferre in ipſum Ioannem Fran-
ciſcum vigore dictæ venditionis, quæ haberet, *vt l.
traditio, ff. de acquir. rer. dom. & in regula iuris, nemo plus
iuris, de reg. iur.* ergo, &c. ſed camera Veronæ, ſiue fi-
ſcus nullum ius in dictis impræſtitis, vt probabo;
ergo nihil iuris in alium transferri potuit. Et quod
nullum ius camera Veronę vel fiſcus habuerit, pro-
batur; nam dicta impræſtita ſunt conditionata, ita
quod extra deſcendentes & progeniem Dn. Iacobi
ſenioris de Caballis tranſire non poſſunt, vt dicitur
in dicto ſuo teſtamento, ſed ſi fiſcus vel camera Ve-
ronæ, ſiue gubernatores introituum Illuſtr. Dom.
Duc. Ven. caperent dicta impræſtita, ipſa veniſſent
extra familiam & progeniem illorum de Caballis;
quod eſſet contra tenorem teſtamenti & volunta-
tem teſtatoris, à quo recedi non debet, *vt l. non ali-*
2 *ter, ff. de legat. 3.* † quia voluntas teſtatoris ſeruan-
da eſt pro lege, *vt eſt text. in auth. de nupt. §. diſponat,
cum ſimilibus.*

Item, hoc etiam probatur, ſi quod ius fiſcus in di-
ctis impræſtitis habere potuiſſet, illud habuiſſet
ex perſona Domini Ioannis rebellis propter ſuam
rebellionem, & non propter aliud, vt patet in di-
cta venditione, ibi certa bona, quæ ſpectabant ca-
meræ Veronæ propter rebellionem Domini Ioan-
nis de Caballis, ſed iſta impræſtita nunquam fue-
runt acquiſita ipſi Dn. Ioanni, quia viuente D. Ni-
colao patre ſuo fuit rebellis, vt plene dicetur infra
in ſexto dubio principali, & ſic ciuiliter mortuus, &
effectus incapax ad ſuccedendum patri ſuo vel ali-
cui alteri, *vt habetur in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſt.*
Et dicetur in dicto ſexto dubio principali, ergo fi-
ſcus vel camera Veronæ non potuit acquirere vel
conſequi dicta impræſtita, vel proda ex perſona
dicti D. Ioannis rebellis.

Item, hoc etiam probatur & fortius, poſito quod
dicta impræſtita fuiſſent aliquo tempore acquiſita
ipſi Dn. Ioanni, quod non conceditur tum, quam-
primum fuit rebellatus, & bona ſua confiſcata in i-
ſta confiſcatione, non poſſunt venire impræſtita,
quia dicta bona debent peruenire prius ad deſcen-
dentes ipſius Dn. Iacobi teſtatoris, deinde his defi-
cientibus ad progeniem de Caballis; ſed fiſcus ſeu
camera Veronæ non eſt de deſcendentibus ipſius
Dn. Nicolai, nec de progenie de Caballis, ergo ad-
3 mitti non debet vigore dictæ confiſcationis. † Nam
licet fiſcus habeatur loco liberorum, *vt not. Bald. in
l. 1. ad fin. 1. colum. C. de bon. lib.* Item, ad idem hoc pro-
batur alia ratione, nam Dominus Ioannes ſicut non
potuiſſet alienare voluntarie dicta impræſtita extra
familiam & progeniem illorum de Caballis, ita nec
etiam delinquendo potuit præiudicare deſcenden-
tibus ex dicto Domino Iacobo de Caballis, quò mi-
nus poſſint ipſi, & non fiſcus acquirere & conſequi
dicta impræſtita alienari prohibita per teſtatorem;
non poſſunt deuenire in fiſcum ex publicatione
bonorum, licet publicatio bonorum videatur eſſe
alienatio neceſſaria, *iuxta l. alienationis, cum ibi not. ff.
famil. herciſc. & in l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2.* Et i-
ſtud fuit de mente Bart. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus,
in 3. col. in princ. verſ. quærit, gl. an idem ſit in feudatarijs,
coniuncto verſic. qui eſt in col. ſeq. ibi & pro hoc facit, quod
res prohibita eſt alienari, ff. de damno infecto.* Item, præ-
dicta probantur per ea, quæ dicam in ſequenti du-
bio principali, vbi dicitur, quod licet bona alicuius
vaſalli publicentur & confiſcentur, non debet pu-
blicari ſeu confiſcari feudum vaſalli antiquum, imo
illud tranſit ad alios agnatos, vel dominum vaſalli,
*vt habetur per Bart. & Doctor. in l. ſi finita, §. ſi de vectiga-
libus, ff. de damno infect. de quo plenius dicetur in ſequen-
ti dubio principali, vbi eſt dicendum.*

Sed profecto circa hoc dubium non videtur eſſe
amplius dubitandum, quia deciſum eſt his per ſen-
tentiam in fauorem dictorum filiorum Domini
Nicolai ex ſecundo matrimonio, licet contra ipſum
fuiſſet lata quædam ſententia contra dictos filios
per nobiles viros Michaelem de Venerio, Magda-
linum Conteranum, & Nicolaum Bernardum, gu-
bernatores introituum, per quam die 9. Iulii, an-
no 1444. terminauerant, quod illa pars prodi im-
præſtitorum, quæ ſpectabat Dominu Ioanni de Ca-
ballis, tanquam filio & hæredi ipſius quondam Do-
mini Nicolai poni debeat in communi Venetia-
rum viuente ipſo Domino Ioanne, & propter eius
rebellionem; & poſt eius mortem vadat in illos,
quibus de iure ſpectabat ſecundum formam teſta-
menti dicti Domini Iacobi; illa ſententia & termi-
natio per maius & ſulemne collegium Venetiarum
ad huiuſmodi deputatum, tanquam male & inde-
bite lata fuit, & eſt inciſa, & remanſit nullius robo-
ris vel momenti. Et per dictum collegium fuit
mandatum Rectoribus & officialibus Venetiarum,
quod dictam terminationem tanquam male & in-
debite latam cum omnibus ſuis ſecutis & depen-
dentiis de actis regiminum & officiorum caſſari &
cancellari, &c. vt plenius conſtat in literis ducali-
bus, datis in ducali palatio die 17. Decembris, 1444.
deinde & ſecundo, dum peterentur impræſtita per
dictos filios Domini Nicolai de Caballis ex ſecun-
do matrimonio, & fieret dubium de eis, tandem
fuit lata alia ſecunda ſententia in fauorem eorum
per notabiles & egregios viros Michaelem & Ma-
rinum de Auanzago, honorabiles iudices curiæ pe-
titionum, qui viſis iuribus dictorum filiorum Do-
mini Nicolai, & viſa dicta terminatione annulla-
tionis & inciſionis, terminauerunt in hunc modum
in effectu, videlicet quia conſtat Dominum Ioan-
nem de Caballis alterum filium dicti quondam D.
Nicolai rebellem huius ſereniſſimi Domini extitiſ-
ſe priuatum ſua hæreditatis parte dictorum impræ-
ſtitorum, & in alios hæredes ipſius Domini Nicolai
deuenire, & conſiderantes per eorum iuſtitiam &
diffinitiuam terminationem vigore ſui officii de-
terminando licentiam & auctoritatem exigendi
medietatem dictorum impræſtitorum, tàm præ-
teritorum, quàm futurorum vendendi, obligandi,

& cui voluerit transferendi dictis fratribus conceſſerunt, vt plenius apparet publico inſtrumẽto ſcripto Venetiis manu preſbyteri Antonii de Lauris, prædictæ curiæ Venetiarum notarii, de anno 1456. die 6. menſis Iulii, & in regiſtro ad cameram primo determinati caſu in char. 52. Cum ergo concurrant dictæ rationes potiſſimæ, & dictæ duæ ſententiæ latæ contra fiſcum in fauorem dictorum fratrum, quo modo poteſt amplius ſuper hoc dubitari, certe minime, vnde in hoc non videtur eſſe amplius hæſitandum, nec de eo diſputandum, concludo itaque quod de dictis impræſtitis, ſiue eorum prodis nihil vnquã ſpectauit dicto Domino Ioanni, nec ex perſona ſuorum fratrum, & per conſequens Cameræ Veronæ. Et ſic nec ipſi Ioanni Franciſco prædicto vigore dictæ emptionis factæ per ipſum à Camera Veronæ.

4 † Super ſecundo dubio principali an Ioannes Franciſcus aliquid de decimis feudalibus, quæ fuerunt ipſius Domini Nicolai de Caballis petere, & conſequi poſſit vigore dictæ emptionis factæ per ipſum à Camera Veronæ. Et pro deciſione huius dubii ſolum videndum an in confiſcatione facta de bonis dicti Domini Ioannis propter ſuam rebellionem venerint etiam dicta bona feudalia. Et dicendum eſt quod non, nam tempore rebellionis ipſius Domini Ioannis pater Dn. Nicolaus viuebat, & ſic decimæ feudales ſpectabant ad ipſum patrem, & non ad filium, quia nullum ius ſpectare dicitur filio in hæreditate patris patre viuente, *vt not. Bartol. in l. poſt emancipationem, §. fin ff. de lib. leg. vt habetur per text. gloſſ. & Doctor. in authen. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in corpore vnde ſumitur. Et per Angel. in auth. de hæredi. & fal. §. ſi quis autem non in pluries, col. 1. & plenius dicetur infra in 6. dubio principali*, ſi ergo patre viuente ſcilicet Domino Nicolao ipſe Dn. Ioannes commiſit crimen læſæ Maieſtatis, & ſic rebellis fuit, nec ad hæc competeret ſibi aliquod ius in bonis paternis,
5 ergo nec ad fiſcum, † quia illa bona tranſeunt in fiſcum, quæ reperiuntur ipſius delinquentis tempore quo commiſit crimen læſæ Maieſtatis, poſtea vero efficitur incapax ad ſuccedendum, nec poteſt fiſcus ex ſui perſona alteri ſuccedere, *vt probatur in l. quiſquis, coniuncta l. fin. C. ad l. Iul. Maieſt.* Et ideo licet poſtea Dominus Nicolaus pater mortuus fuerit, ſibi ſuccedere nõ potuit ipſe Dominus Ioannes tanquam incapax, neque fiſcus ex perſona ſua, quæ erat inhabilis, vt dicetur plenius in dicto ſexto dubio principali. Præterea poſito ſine præiudicio veritatis, quod dictus Dominus Ioannes aliquo tempore fuiſſet capax dictorum bonorum & in eis ius habuiſſet vel patre viuente, quod minime verum eſt, vel patre mortuo, de quo etiam non dubito; tamen adhuc fiſcus non poſſet admitti ad aliquam partem dictorum feudorum decimalium. Nam ſi patre viuente diceretur habuiſſe aliquod ius, illud fuiſſet in ſpe, & non in re, *vt l. fin. C. de pactis. & not. Bart. in l. poſt emancipationem. §. fin. ff. de libe. leg.* Vnde pro illo tempore fiſcus nihil in re & in effectu habere potuiſſet. Item, etiam ſi patre mortuo dictus Dominus Ioannes fuit aliquo modo capax ad ſuccedendum patri, quod tamen non conceditur, nihilominus fiſcus ex perſona ſua nullo modo ſuccedere potuiſſet, nam quando vaſallus delinquit non contra perſonam domini, ſed alterius, feudum non confiſcatur, imo reuertitur vel ad dominum, vel agnatos qui deſcenderunt ab eo qui id feudum acquiſiuit, *vt eſt text. in c. 1. ſi vaſallus feud. priue. cui deſe. & in cap. ſi vaſallus culpam, in tit. ſi de feu. fuer. contron. Et in c. 1. de eo qui interfecit fratrem domini, & in cap. 1. §. denique, in titul. quæ fuit prima causa bene. amit. in verſic. feud. cum ſimilibus.* Et eſt ratio huius, quia cum feudatarius debeat ſeruitium perſonale, & propter hoc habeat vtile dominium, *vt in capit. 1. in quibus cauſis feud. amitt. & in cap. 1. §. 1. in titul. de inueſtit. de re alien. fac.* non potuit ſeparari illud vtile dominium à ſua cauſa, ſicut ergo in fiſcum non tranſit illa obligatio infidelitatis, quæ eſt mere perſonalis, *vt in cap. 1. de forma fidelita. & in cap. 1. de noua forma fidelitatis*, ita nec etiam tranſit feudum. Item quia aliæ ſunt operæ vnius hominis, aliæ alterius, *vt l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus reu.* Item pro
6 hoc facit, † nam ſi vaſallus efficitur clericus, vel religionem ingreditur, ſtatim perdit feudum, nec tranſit in Eccleſiam, *vt in cap. ſi clericus, in titu. ſi de feu. fuer. controuerſ. in cap. 1. in fin. de beneficio fœmina.* Et ita dixit Bartol. ad quem ſemper fit remiſſio per Doctores, *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, in princip. 2. column. ff de damno. infect. Et idem tenet Angel. in l. eorum, in principio. eodem titulo. qui reprobant opin. Specul. qui tenuit contrarium in titul. de feudis in §. 40. Et idem etiam tenet Bald. in l. 1. in fin. 1. colum. Cod. de bon. lib.* vbi dicit quod non confiſcatur feudum vel emphyteuſis Eccleſiæ, *vt in authen. de alien. & emphyteut. §. 1. colum. 9.*
7 † & ibi etiam dicit, quod fiſcus, licet habeatur loco hæredis, non tamen habetur loco liberorum, *per not. ibi, & in l. nouatio. ff. de nouationi.* ex quo ſubdit, quod paret quod quædã ſunt iura, quę non confiſcantur vt ius patronatus connexum liberis. Item ſi quis eſt patronus Eccleſiæ *vt not. in cle. paſtoralis, de re iud.* imo plus dicit ibi, ꝙ nec etiam confiſcatur v-
8 ſusfructus, *vt l. corruptionem, in fin. C. de vſufr.* † Et pro iſta opinione, quod feudum illius qui commiſit crimen læſæ Maieſtatis, non confiſcetur, *allego text. in cap. filij. poſt princ. in verſ. ſi qua vero feuda. de pœnis lib. 6.* vbi dicitur, quod ſi quis Cardinalem hoſtiliter fuerit inſecutus, vel percuſſerit, aut eum ceperit, ſicut reus crimen læſæ Maieſt. perpetuo fit infamis, &c. Et ſi qua feuda ab aliquibus obtinet, ſit eis ipſo iure priuatus, & libere ad Eccleſias reuertantur. Et hæc concluſio eſt veriſſima, præſuppoſito quod dictus Dominus Ioannes commiſerit tale delictum, propter quod de iure feudorum veniet priuandus feudo. Nam tunc eſt dicendum, quod aut deliquit in dominum feudi, & tunc feudum ad dominum reuertitur, aut in alium, & tunc reuertetur ad agnatos vel dominum, & ita bannitur, *c. 1. §. denique in titulo quæ fuit prima cauſa benef. amit. & cap. primo ſi vaſal. feu. priue. cui defer. cum ſimilibus ſupra allegatis*, & in hac ſententia fuit præclarus Doctor Dominus Franciſcus Zaba. Cardinalis Florentinus, *in cle. volentes in ver. inquiſiti. in 7. quæſtio. de hæreticis*, vbi de hac materia plene diſputatur. Sed certum eſt, quod dictus Domin. Ioannes commiſit tale crimen, propter quod etiam de iure feudorum fuit priuandus feudis ſuis,

quas

quæ habebat ab Eccleſia Veronen. Nam ipſe hoſtiliter venit pro Marchione Mantuæ contra ciuitatem Veronæ, quæ eſt eius propria patria, & contra Illuſt. Do. Duc. Ven. ſub cuius imperio erat & eſt dicta ciuitas Veronæ, ergo feudis venit priuandus de iure feudorum, nam licet iſte caſus non videatur expreſſus in iure feudorum, & in dubio videatur quod ſequi debeamus ius commune, *vt in cap. 1. in titu. de feud. cogni.* Tamen ex identitate rationis, ex qua licet à ſimili arguere in pœnalibus, in materia feudorum & ſic vbi tractatur de amiſſione feudi, vt eſt caſus ſingularis, *& ibi hat no. in cap. 1. §. prædictu autem modis in titul. quæ fuit prima cauſa amit. bene.* qui dixit illum text. eſſe meliorem de iure: ſed adde alium bonum text. *in cap. ſuper quodam in fine. & ibi gloſſ. extra de ſtat. monach.* Sed procedendo à ſimili, ſi ille qui venit contra patrem ipſum interficiendo, priuatur feudo, *vt eſt text. in d. §. prædictis autem modis. & in §. de-*

9 *nique, eod. tit.* † Et ſi ille qui interficit patrem ſuum, priuatur feudo, *vt in cap. 1. de eo qui interficit fratrem Domini ſui. & in d. §. denique.* Ergo eodem modo ille qui venit contra patriam propriam, quia iſtud delictum non eſt modo ſimile, imo maius, *vt probatur in l. minime, ff. de religioſis & ſumptibus funerum.* Nam qui offendit patriam, offendit non ſolum ciues, ſed etiam propinquos, fratres, & etiam parentes, *vt habetur per Marcum Tullium in libro 1. de officiis*, vbi pulchre dixit, omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla charior, quam ea, quæ cum Republica eſt, vnicuiq; noſtrum chari ſunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, ſed omnis omnium charitas patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus dubitat mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus, quæ eſt deteſtabilior illorũ immanitas, qui lacerant omni ſcelere patriam, & in ea funditus delenda occupati ſunt & fuerunt. Et ideo dicitur, quod quis tenetur magis patriæ, quam parenti, *vt probatur in d. l. minime. & in l. poſtliminium eſt. §. filius quoque. ff. de captiuu. & in l. honor. §. plebei. ff. de mu. & honor. & in l. qui cum vno. §. qui filium. ff. de re milit.* Nam in concernentibus ſtatum reipublicæ ſecundum Flori. *in d. l. minime. ff. de religio. & ſumpt. funer.* quia conſeruando patriam pater etiam conſeruatur, & ſic veniendo contra patriam, venitur etiam contra patrem. Vnde concluditur, quod fiſcus nullo modo ex perſona dicti Domini Ioannis potuit in dictis feudis decimalibus ſuccedere. Nec prædictis obuiat, ſi dicatur quod dicta feuda decimalia fuerunt acquiſita olim à camera Veronæ: quia propter hoc non tollitur ius Domini ipſius feudi, nec etiam natura feudi, ſecundum ea quæ dicta ſunt ſupra, vt apparet ex venditionibus factis per ipſam cameram Veronę, dum dicitur ſaluo iure Epiſcopatus Vero. & renouationis inueſtituræ, & licet aliquando contra ſeruatum fuiſſe diceretur, tamen non id quod fit, ſed quod fieri debet, conſiderandũ eſt, *per text. in l. ſed licet, in fin. ff. de offic. præſ.* Præterea concluditur, quod dictus Ioannes Franciſcus nihil de dictis feudis conſequi poteſt vigore dictæ emptionis per ipſum factæ à camera Veronæ.

Sed quia poſſet etiam fieri dubium, an dictus Ioannes Franciſcus nepos dicti Domini Nicolai concepti in vita ſua poſſit ex perſona ſui admitti ad dicta feuda decimalia non obſtante rebellione Domini Ioannis patris, *quod videtur iuxta. in Specu. de feudis in §. nunc dicamus. ver. 2. & per Cyn. in l. 2. in vlt. quæſt. C. de lib. eod. libr. & per Bartol. in l. 3. ff. de interdictis & releg. & per Bald. & Doctor. in cap. 1 in titu. ſi vaſ. feud. priue. cui deſera. cum ſimil.* Tamen in caſu noſtro contrarium eſt verius. Nam cum dictus Dominus Ioannes commiſerit crimen læſæ Maieſtatis, filius eius Dominus Franciſcus eſt indignus omni ſucceſſione, *vt eſt caſus in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maie.* Ex nullo itaque capite dictus Ioannes Franciſcus poteſt admitti ad dicta feuda decimalia, quæ fuerunt dicti quondam Domini Nicolai à Caballis.

10 † Super tertio dubio principali, ſcil. de dote dominæ Anderliſiæ vxoris quondam Domini Nicolai, an aliquid poſſit de iure petere D. Ioannes Franciſcus à dictis filiis Domini Nicolai ex ſecundo matrimonio vigore dictæ emptionis factæ per eum à camera Veronæ, & in primis pro declaratione huius dubii eſt videndum quando mortua eſt dicta Domina Anderliſia qui ei ſucceſſerint, & pro quotis partibus. Et certe cum reliquerit tres filios ſuos maſculos legitimos & naturales, ſcilicet Iacobum, Ioannem, & Conradum, & duas filias fœminas, ſcil. D. Bartholomæam vxorem quondam D. Pariſii de Bodrono & Dominam Luciam vxorem quondam Domini Miloni de Gonzaga, & dicta Dn. Bartholo. erat maritata viuente dicta Domina Anderliſia matre ſua, licet non recepiſſet totam dotem ſuam vnde excluſa fuit & eſt à ſucceſſione matris per ſtatutum antiquum ſecundi libri in ordine. 99. ciuitatis Veronæ ibi dicitur quod mulier dotata non ſuccedit, &c. Alia vero filia, ſcil. D. Lucia nondum erat maritata nec dotata ab aliquo ex ſuis parentib. tempore mortis dictæ D. Anderliſiæ matris ſuæ, vnde non prohibetur ſuccedere matri ſuæ: quia dictũ ſtatutum dicit, filiæ dotatę non ſuccedent patri, matri, auo, vel auiæ, &c. nondum dicit non ſuccedant per verbum præſentis temporis, ſed iam ſucceſſiſſent per mortem matris antequam maritarentur & dotarentur, ſtatutum illud tollere non intendit: vnde concludo, quod ad ſucceſſionem dictæ D. Anderliſiæ ſucceſſerunt dicti tres filii ſui maſculi, & dicta D. Lucia filia ſua: modo eſt videndum pro quibus portionibus admiſſi fuerunt dicti quatuor filii. Et eſt dicendum, quod diuidendo dictam hęreditatem in quatuordecim vnciis ſiue partibus dictis tribus filiis maſculis ſpectauerunt duodecim vnciæ, videlicet quatuor pro quolibet. & aliæ duæ vnciæ ſpectauerint & pertinuerint dictæ Dn. Luciæ filiæ, quia dictum ſtatutum Veronæ vult, quod quando filia ſuccedit cum maſculis, & ſunt duo filii maſculi, quod quilibet fratrum habeat duplum eius, quod habebit quęlibet ſororum prædictarum. Vnde de dicta hęreditate in primis habere debebat ipſe Dominus Ioannes de quatuordecim vnciis ſiue partibus quatuor. Deinde poſt mortem dictæ Dn. Anderliſiæ per decẽ annos & vltra mortuus eſt dictus Iac. filius ſuus, & dubitatur ad quem ſpectent dictæ quatuor vnciæ quæ peruenerunt ad dictum Iacobum de hæreditate dictæ D. Anderliſiæ matris ſuæ.

Et dico, quod in illis quatuor vnciis ſucceſſerint di-
ctus Dominus Nicolaus pater ipſius Iacobi, & cum
Domina Bartholomæa & Dn. Lucia ſororibus eiuſ-
dem Iacobi videlicet, cuilibet eorum pro rata, &
ſic pro quinta parte, & hoc de iure communi: quia
per ſtatutum Veronæ in hoc nihil eſt prouiſum a-
11 liter quam ſit de iure communi. † Nam regula
iuris eſt quod pater ſuccedit filio pariter cum filiis
filii vtrinque coniunctis, *vt eſt text. in authent. de hæ-
redi. quæ ab inteſta. deſe. §. ſi igitur defunctis, & habetur
tranſſumptiue in authent. defuncto. C. ad Tertullia.* & ſic
dicto Dn. Ioanni de dictis quatuor vnciis Iacobi fra-
tris ſui ſpectauit quinta pars. Et dicto Domino Ni-
colao patri ſuo ſpectauit alia quinta pars, & ſic de a-
liis videlicet alia quinta Dn. Luciæ alia quinta Dn.
Bartholo. alia Conrado. Sed per aduocatos cameræ
Veronæ iam dicebatur, quod in dicta tertia par-
te hæreditatis maternæ, quæ fuit debita Iacobo
prædicto, non potuit ſuccedere dictus Dominus
Nicolaus eorum pater, quia nunquam fuit adita hę-
12 reditas materna per dictum Iacobum. † & regula
iuris eſt, quod hæreditas materna non adita non
tranſmittitur etiam ad aſcendentes, *vt habetur in l. 1.
C. de his qui ante apertas, & in l. apud hoſtes. C. de ſuis &
legitimis.*

Nec etiam potuit admitti ex iure deliberandi
tranſmiſſo ad patrem propter lapſum anni à tem-
pore ſententiæ veræ, vel præſumptæ. Nec etiam ex
clauſula generali reſtitutionis, ſi qua mihi iuſta cau-
ſa eſſe videbitur, *vt in l. 2. in fin. ff. quibus ex cauſis maio.*
propter lapſum quadriennii pro parte eorum dicto-
rum filiorum Domini Nicolai de Caballis ex ſecun-
do matrimonio reſponſum fuit, & recte, quod ipſe
dictus Iacobus, qui erat in Poteſtate patris, præce-
dente iuſſu patris ſui adiuit hæreditatem matris ſuæ
pro quota ſibi contingente. Et ad hoc adducitur
præſumptio iuris, quæ eſt, quod ex quo pater tenu-
it dicta bona quondam vxoris ſuæ diu per decem
annos & vltra filiis ſuis ſcientibus & patientibus, &
maxime ſciente & patiente dicto Iacobo. præſumi-
tur ipſe Iacobus filius adiuiſſe hæreditatem præce-
dente etiam iuſſu patris, *vt eſt caſus in l. qui aliena. §.
1. ff. de acquiren. hæred. & ibi hoc not. Bart.* vbi dicit, quod
debet allegari, quod præceſſit iuſſus patris, & ſe-
cuta eſt aditio filii. Et ad hoc probandum poteſt fa-
cere poſitiones quod pater tenuit dicta bona per
10. annos filio ſciente & patiente, & idem voluit in
effectu Bart. & Doctor. *in l. ſi filius. C. de pet. hæredit.* &
13 eſt ratio: † quia promiſcua eſt poſſeſſio patris &
filii. & quaſi eſt vnum corpus, vnde vno poſſiden-
te & alter intelligitur poſſidere. *vt l. fin. C. de vſufruct.
ut ci dicit Bald. in l. 2. in fin. C. de legit. hæredi.* Præterea
concluditur quod dicta quinta pars hęreditatis Do-
minæ Anderliſiæ fuit delata ipſi Iacobo eius filio, &
per ipſum adita vere, vel præſumptiue præſum-
ptione iuris legitima. Et ſic illa pars quinta fuit de-
lata pro parte dicto Domino Nicolao patri ſuo, &
etiam Conrado & Dn. Bartholomææ, & Dn. Luciæ
pariter cum dicto Dn. Ioanne æquis portionibus, vt
ſupra dictum eſt, *per dictum. §. ſi igitur defunctis. in au-
thent. de hæred. quæ ab inteſtato deſe. & per auth. defuncto.
C. ad Tertullian.* Poſtea mortua eſt dicta Dn. Lucia ab
inteſtato ſine liberis, cui ſpectauerunt in primis
de hæreditate Dn. Anderliſiæ matris ſuæ duæ vnciæ
de quatuordecim, & licet dicatur id quod dictum
eſt de Iacobo, quod ipſe non adiuit hæreditatem
matris ſuæ, ergo ſibi non acquiritur nec tranſmitti-
tur, tamen reſpondetur eodem modo ſicut eſt re-
ſponſum de Iacobo, quia ipſa ſuperuixit poſt mor-
tem matris ſuæ per decem Annos & vltra, imo et-
iam poſt mortem ipſius Iacobi, vnde præſumitur
adiuiſſe diu patrem ſuum tenere & poſſidere di-
cta bona, vt dictum eſt ſupra de Iacobo.

Item ſpectauit dictæ Dominæ Luciæ quinta pars
dictarum quatuor vnciarum, quæ peruenerunt ad
dictum Iacobum ex dicta hæreditate materna, &
reliquit ipſa Domina Lucia patrem ſuum Domi-
num Nicolaum, & Dn. Ioan. Conradum, & D. Bar-
tho. eius fratres ſuperſtites: ſed quia non conſtat,
quod ipſa D. Lucia nunquam adiuerit partem hęre-
ditatis dicti Iacobi fratris ſui ſibi ſpectantem illam
tranſmittere ad ſuos hęredes, Et eodem modo, quia
alii fratres ſui, ſcilicet Dn. Conradus & Domina
Bartholomæa non adiuerunt dictam hæreditatem
Iacobi fratris eorum non potuerunt eam tranſmit-
14 tere ad ſuos hæredes. † quia hæreditas fraterna nõ
adita non tranſmittitur ad aliquem, *vt l. ſi fratris, & l.
ſororem. C. de iure delib. & habetur & not. in l. 1. §. in noviſ-
ſimo. C. de cad. tol. & in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. &
in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab.* vnde cum non adi-
uerint fratres hæreditatem dicti Iacobi, non tranſ-
miſerunt ad aliquem, ſed remanſit apud D. Nicola-
um, quia fuit hæres pro parte dicti Iacobi per ius ac-
creſcendi. *per not. in l. 1. §. pro ſecundo, & in §. in noviſſi-
mo. C. de cad. tol. cum ſimil.* quod ius accreſcendi quia
accreſcit portioni & non perſonæ, *vt l. ſi totam. ff. de
acq. hered.* facit quod etiam portio quæ erat delata i-
pſi Conrado qui mortuus eſt poſt mortem eius. Et
per conſequens concluditur, quod tota portio hæ-
reditatis D. Anderliſiæ, quæ ſpectauit dicto Iacobo
eius filio, quæ fuit quatuor vnciæ de duodecim ſpe-
ctauerunt & pertinuerunt ipſi Dn. Nicolao eius pa-
tri & eius hæreditati. Quibus autem ſpectauerit
poſtea dicta portio delata D. Nicolao poſt mortem
eius, dicetur infra ſexto dubio principali. Item cui
vel quibus fuerit, & ſit delata pars hæreditatis dictæ
Dominæ Luciæ de bonis, in quibus ſucceſſit Dn.
Anderliſiæ matri ſuæ quantum eſt pro dictis dua-
bus vnciis de quatuordecim. Et dicendum eſt, quod
delata fuit Dn. Nicolao eius patri & Dn. Ioanni &
Conrado & D. Bartholomęæ eius fratrib. Sed quia
non apparet, quod adiuerit eius hæreditatem ipſe
D. Ioannes nec Conradus nec Dn. Bartholomęa il-
lam hæreditatem fraternam tranſmittere non po-
tuerunt ad ſuos hæredes per iura prædicta. Et cum
Dominus Nicolaus ſemper tenuerit totam dictam
dotem vxoris ſuæ, & ſuperiam portionem quæ ſpe-
ctauit & pertinuit dictæ D. Luciæ filiæ ſuæ, & alteri
non reſtituerit, dicendum eſt quod retinuerit eo a-
nimo, quia hæres eſſe voluit pro parte ſibi delata à
iure, *iuxta no. per Bart. in l. gerit. ff. de acq. here. & in quæ-
ſtione ſua. quæ incipit debitor in diem.* Et quod aliæ por-
tiones dictæ partis, quæ ſpectant dictæ D. Luciæ de
hæreditate dictæ Dominæ Anderliſiæ matris ſuæ
accre-

accreuit per ius accreſcendi dictæ portioni aditæ per ipſum Dn. Nicolaum per iura ſupradicta. Ex quibus concluditur, quod tota portio dictæ hæreditatis D. Anderliſiæ, quæ ſpectauit dictæ Dn. Luciæ, quæ fuit duæ vnciæ de quatuordecim ſpectauerunt & pertinuerunt dicto Dn. Nicolao eius patri. Item, quia Conradus mortuus eſt poſt mortem dicti Iacobi & dictæ D. Luciæ, & etiam Dn. Nicolai patris ſui, nulla adita hæreditate dicti Iacobi fratris ſui nec dictæ Dn. Luciæ ſororis ſuæ, ſed ſolum adita hæreditate matris ſuæ ſaltem præſumptiue, vt dictum eſt de dictis Iacobo & Lucia eius fratribus, ſequitur quod de dicta hæreditate matris ſuæ ſibi ſolum competierunt quatuor vnciæ de quatuordecim, in quibus non potuit ſibi ſuccedere ipſe Dn. Ioannes, quia ipſe tunc temporis erat rebellis & ſic inhabilis ad ſuccedendum, *vt l. quiſquu. coniuncta l. ſina. C. ad l. Iul. Maie.* Et per conſequens nec fiſcus ſeu camera Veronæ ſuccedere potuit, quę venit ex perſona ipſius Dn. Ioannis tantum vt dicetur plenius infra in ſexto dubio principali, ſed ſuccedūt ei proximiores, ſcilicet Dn. Lucia eius ſoror vtrinque coniuncta. vel etiam eius liberi ipſa mortua non adita hæreditate excluſis aliis fratribus defuncti ex vno latere tantum ſcilicet patris qui ſunt filii dicti domini Nicolai ex ſecundo matrimonio, *vt probatur in authen. de hered. quæ ab inteſtat. defer. §. ſi igitur defunctus. & in §. ſi authen. defuncto. collat. 9. & in authen defuncto. C. ad Tertullia. & notat. Dn. Iacob. de Beluiſio in §. ſi vero. in d. authent. de hered. quæ ab inteſtat. defer.* Vnde ex prædictis omnibus concluditur, quod de dicta dote Dn. Anderliſiæ non ſpectauerunt nec pertinuerunt dicto Dōm. Ioanni, niſi quatuor vnciæ de quatuordecim. & iſtæ in conſequentiam etiam fiſco competierunt, & ſic cameræ Veronæ aliæ quatuor vnciæ, quæ acquiſitæ erant Conrado ſpectauerunt dictæ Dn. Bartholomææ ſi aduiuit: vel ſaltem ſpectant nunc filiis dictæ D. Bartholomææ, & aliæ quatuor vnciæ, quæ fuerunt ipſius Iacobi, & aliæ duæ quæ fuerunt ipſius Dn. Luciæ & ſic dictæ ſex vnciæ ſpectauerunt ipſi Domino Nicolao. Et ideo dictus Ioannes Franciſcus vigore emptionis factę à camera Veronæ de bonis quę ſpectabant cameræ Veronæ propter rebellionem Domini Ioannis de dote dictæ Dominæ Anderliſię poſſet petere ſolummodo de quatuordecim vnciis quatuor vncias, & ſic de mille ducatis totius dictæ dotis ſolum petere poſſet.

Super quarto dubio ſcilicet de dote Dominæ Catharinæ quondam matris ipſius Ioannis Franciſci & vxoris dicti Dn. Ioannis eius patris, an dictus Ioannes Franciſcus aliquid vel totum conſequi poſſit vigore dictæ emptionis. Et in primis eſt videndum quis habuit dictam dotem, & ſi quis eam reſtituere teneatur, & licet videatur prima facię, quod dictus Dominus Nicolaus eam habuerit, & ſic teneatur ad eam reſtituendam, quia dicitur quod in inſtrumento dotali ſe obligauit principaliter & in ſolidum pariter cum dicto Dn. Ioanne filio ſuo *per not. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. ma.* Item quod Dn. Nicolaus in ſuo teſtamento aſſerit ſe cōfeſſum fuiſſe in inſtrumento dotali habuiſſe & recepiſſe dictam dotem mille ducatorum, tamen in facto vt mihi relatum eſt, contrarium fuit. Nam non eſt verum quod dictus Dn. Nicolaus ſe vnquam obligauerit pro dicta dote reſtituenda, nec vnquam ipſam habuit ſeu recepit, ſed ipſam dotem Dn. Catharinæ habuit & recepit ipſe Dn. Ioannes, vt probabitur, ſi opus fuerit, & ſe etiam obligauit ad reſtitutionem ipſius, non ipſe D. Nicolaus. Vnde ſi ita eſt vt mihi aſſeritur in facto, nulla eſſet iuris quæſtio, quia bona Dn. Ioannis eſſent obligata ad dictam dotem reſtituendam, & non bona Dn. Nicolai. Nec adiuuat cameram ſiue Ioannem Franciſcum, qui emit ab ea, ſi dicat ſimpliciter, quod ipſe
15 D. Nicolaus habuit & recepit dictam dotē, † quia iſtud eſt facti, & ea quæ ſunt facti, & in facto conſiſtunt. non præſumuntur niſi probentur, *l. in bello, §. facta, ff. de capt.* Et eo magis, quia tempore dictę dotis conſtitutæ ipſi D. Ioanni ipſe D. Ioannes per prius ſtabat Mantuæ cum Marchione Mantuę & Dn. Nicolaus ſtabat Veronæ. Item, quia ipſe Dn. Ioannes cum parum haberet in bonis, & in continenti faceret multa veſtimenta vxori ſuæ, & maxime de ſerico & auro, veriſimile eſt quod ſunt de denariis dictæ dotis, & non de vento, *arg. eorum quæ notat. l. fin. C. de alimen. public. præſtan.* Item, quia ipſe Dn. Nicolaus aſſerit hoc in teſtamento ſuo, cui veriſimiliter credendum eſt, & maxime cum tempore dicti teſtamenti ipſe Dn. Ioannes non eſſet rebellis, & eum valde diligeret, imo pluſquam alios filios. Et iſtud profecto multum mouere deberet quemlibet iudicantem. Nec etiam adiuuare poteſt cameram Veronæ ſiue dictum Ioannem Franciſcum cōfeſſio, quam poſtea fecit in dicto ſuo teſtamento, quia illi confeſſioni licet ſtandum eſſet, tamen non quod ipſam dotem habuit, & ſic ſi quid probat, probat confeſſionem. non receptionem dotis, nam verba inducta ad diminutionem non debent operari augmentum *l. legata inutiliter. de legat. 1. Et faciunt ad hoc notat. per Bartol. & Doctores in l. 1. ff. de verbor. obligatio. Et per gloſſ. & Bartol. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condict. indebit.* Vnde cum illa talis confeſſio videatur inducere tacitam præſumptionem iuris quod eam habuit, tamen poteſt probari contrarium, ex quo non eſt præſumptio iuris, eſt de iure, ſed iuris tantum, *iuxta notat. in authen.* ſed iam neceſſe & in corpore vnde ſumitur, *C. de donat. ante nupt. & in l. in contract. in princ. C. de non num pecu.* Et ideo cum probari poſſit vere vel etiam præſumptiue per ſupraſcriptas præſumptiones iuris, dicēdum eſt, quod dictus D. Ioan. nunquam habuit dictam dotem, licet confeſſus fuerit ſe habuiſſe & recepiſſe pariter cum filio ſuo Domino Ioanne, tamen ex quo in veritate Dn. Ioannes habuit dotem, ipſe tenetur, & eius bona ſunt obligata. & ipſe debet conueniri qui eſt potens, & non Dn. Nicolaus, vel eius hæredes *per notat. per Angel. & Doctor. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſoluto matrimonio.* nam dicit ibi Angel. quod ſi in inſtrumento dotali pater & filius confeſſi ſunt recepiſſe dotem de mero rigore, quilibet tenetur parte, ſed de æquitate videndum eſt, an pater gubernauerit, an filius, quia mercator, ſi pater gubernauit, ipſe præſumitur

mitur eam habuiſſe, & ſic tenetur in ſolidum ſi filius ipſe præſumitur habuiſſe, & ipſe ſolus tenetur, & ſic in effectu ille, qui habuit vere dotem ad illam ſolum tenetur ad reſtituendum, vel ſaltem in primis debet diſcuti, *per not. per Gul. de Cu. & Paul. de Caſtro in rubric. C. vt nemo inuitus, & per not. per Bartol. in l. cum quæritur, ff. de commoda. & in l. 3. §. primo. in 7. quæſtio. ff. de duobus reis*, ſed non eſt dubinm, qnod Dn. Ioannes ſtabat tunc Mantuæ ſeparatus à patre cum Domino Marchione animo non redeundi, vt apparet ex his quæ poſteà ſecuta ſunt, vnde ipſe præſumitur habuiſſe & recepiſſe dotem, & ſic ad eam reſtituendam ſolus tenetur, & ipſe ſolus qui potens eſt, diſcuti debet, & non hæredes D. Nicolai patris ſui. Sed præſuppoſito ſine præiudicio veritatis, quod ipſe Dominus Nicolaus habuiſſet & recepiſſet dictam dotem integre, & non ipſe D. Ioannes, videndum eſt, an in confiſcatione bonorum facta per cameram Veronæ de bonis dicti Dn. Ioannis rebellis venerit dicta dos, vel non. Et no. dicendum quod ſic, quia cum dicta dos eſſet in pecunia, & ſic in rebus, quæ faciunt æſtimationem, fuit in dominio ipſius mariti Ioannis, *vt eſt caſus in l. quoties, C. de iure dol. & in l. cum poſt, §. in dotem, ff. de iure dot. & not. gloſſ. magna in verbo naturaliter, in fin. in dicta l. in rebus*, tamen contrarium eſt verius, quia dos debet reſtitui vxori, *vt eſt caſus in l. quiſquis, §. vxores, ibi recuperata dote, C. ad l. Iul. Maieſt. Et ibi not. & eſt tex. in cap. ex literis extra de pignor. & notat Bald. in l. circa medium, Cod. de bon. liber.* vbi dicit quod confiſcantur conſtante matrimonio, *allegat nota. in l. quinque legibus, ff. de bon. damna. & dicto capitulo, ex literis extra de pignor.* Et etiam in caſu, quo dos dictæ Dominæ Catharinæ debuiſſet confiſcari, vel de iure, vel de conſuetudine, quod tamen minime verum eſt, tamen in hoc caſu confiſcari non debuit, quantum eſt in præiudicium filiorum ipſius Domini Nicolai ex ſecundo matrimonio, ſed in præiudicium ipſius Domini Ioannis rebellis tantum. Et ita etiam fuit deciſum per Illuſtriſſ. conſilium rogatorum de anno. 1444. die. 8. Maii dum eſſent accepta bona quondam Domini Nicolai pro dicta dote mille & confiſcata & vendita, fuerunt reſtitura dictis quattuor filiis Domini Nicolai ex ſecūdo matrimonio quantum pro quatuor partibus de quinque, præſupponendo quod bona Domini Nicolai fuiſſent obligata pro dicta dote reſtituenda, & quod male confiſcata fuerit dicta dos, & quod hæredes dicti Domini Nicolai non eſſent obligati ad reſtitutionē dictæ dotis in quantum Dominus Ioannes maritus eſſet ſolnendo, licet noluerit pro quinta parte quæ ſpectare dicebatur Dn. Ioanni de bonis dicti Dn. Nicolai pro dicta dote, & remanent dicta bona confiſcata, qnod de iure non eſt, vt dicetur plenius in ſexto dubio principali. Nec obſtat quod dicitur, quod alias Dn. Albanus Baduarius aduocator cōmunis Venetiarum mādauit aliter obſeruari in dotibus rebellium exiſtentium, extra Veronam, ſed qnod aſſignari debeant dotes ſuis vxoribus rebellium exiſtentinm extra Veronam cum iſta conditione, quod redditus & vſusfructus veniant in commune Venetiarū, ita quod ipſæ mulieres de bonis & redditibus & prouentibus & dotibus prædictis habeant ſeu percipiant, ſed ſolum ſciant quod habere debent, cum venerit caſus ſolutionis matrimonii prædictorum, vt apparet ſcriptum Veronæ de anno. 1441. die. 18. Septem. quia reſpondetur, quod illud mandatum fuit & eſt contra iuris diſpoſitionem, & etiam fuit reuocatum illud per conſilium rogatorum in perſonas dictorum filiorum Domini Nicolai ex ſecundo matrimonio pro dicta dote vxoris quondam Domini Ioannis, vt apparet ex prædictis. Et hoc etiam apparet, quod non obſtat illud quod allegatur de conſuetudine, dum dicitur quod ſic fuit obſeruatum aliàs in ciuitate Veronæ, & maxime in Domina Nicolina vxore Ioannis ab Oleo rebellis, & in illa de Ferrario; quia licet hoc fuiſſet in illis obſeruatum, illa tamen obſeruantia non poſſet dici conſuetudo, cum ſit contra ius, & maxime contra dotes, quibus eſt potiſſime fauendum: quia cauſa dotis ſemper vbique præcipua eſt, *vt l. prima, ff. ſoluto matrimonio*, & mulieribus fauor multus in recuperandis dotibus debeatur, *vt dicit text. in capit. ex literis, extra de pignor. facit cap. fin. extra de re iudicat.* imo potius talis obſeruantia mala diei deberet corruptela.

17 † Nā mala conſuetudo non minus quam pernicioſa corruptela vitanda eſt, quæ niſi radicitus euellatur in priuilegiorum ius ab impiis aſſumitur, & incipiunt præuaricationes variæ præſumptiones non expreſſe pro legibus venerari, & priuilegio more perpetuo venerari, vt ſcribit Nicolaus Pontifex Ignaro Remenſi Archiepiſcopo, *vt habetur 8. diſtinctio. conſuetudo.* Et ideo vt dixi excelſum conſilium rogatorum nolens pati hanc corruptelam terminauit contrarium in hac cauſa, ſcilicet quod dicta dos vxoris Dom. Ioannis non eſſet confiſcata, maxime quantum eſt in præiudicium filiorum dicti qnondam Domini Nicolai ex ſecundo matrimonio. Concludo itaque ex prædictis in hoc quarto dubio principali, quod hæreditas dicti Domini Nicolai nunquam fuit obligata ad reſtituendum dictam dotem Dominæ Catharinæ vxoris quondam Domini Ioannis rebellis. Et in quantum fuiſſet obligata, quod non conceditur, quod in dicta confiſcatione bonorum Domini Ioannis de Caballis non venit dicta dos Dominæ Catharinæ eius vxori, & per conſequens nec in venditione facta per cameram Veronæ Ioanni Franciſco filio dictæ Dominæ Catharinæ, nec etiam poteſt nunc ipſe Ioannes Franciſcus petere dictam dotem mortua dicta Domina Catharina. Nam per eius mortem non videtur quod vſusfructus, quem pater deberet habere in dicta dote, *vt l. 1. Cod. de bon. mater.* ſit confiſcatus, *per ea quæ habentur in l. Statius Florus, §. Cornelio, ff. de iure fiſci.* Ex perſona enim filii non poteſt dicere pater, quod debeat habere vſumfructum: quia ita eſt incapax filius vnius rebellis dotis maternæ, ſicut eſt ipſe rebellis, *vt eſt caſus in dicta l. quiſquis, circa principium.* Ibi à materna vel auita omnium etiam proximorum hæreditate habeantur alieni. *Cod. ad l. Iul. Maieſtat.* imo plus etiam ſi patri competiiſſet vſusfructus ex perſona filii, tamen vſusfructus non veniret in dicta confiſcatione, nec etiam de nouo poſſet confiſcari, & hoc

expreſſe

expreſſe determinat Bald. *in l. prima, ad fin. 1. colum.*
18 *Cod. de bon. liber.* vbi dicit, † quod in confiſcatio-
ne non venit vſuſfructus, *allegat. l. corruptionem, in
fin. Cod. de vſufruct. faciunt ad hoc not. per Dominum Bar-
tol. de Salicet. in l. ſi quis poſthac, §. 1. circa medium, Cod.
de bonor. præſcript.* Et iſtud eſt veriſſimum, etiamſi
ipſe Ioannes Franciſcus fuiſſet conceptus & natus,
antequam Dominus Ioannes eius pater fuiſſet re-
bellis, *vt notat. gloſſ. Bart. de Salicet. in dicta l. quiſquis,
§. filij vero, in 3. quæſt.* quia ſecundum eum ratio *illius
l. quiſquis*, non minus vendicat ſibi locum in filiis
natis, quàm naſcituris, cum non minus in eis pa-
terni ſceleris hæreditarii exempla ſint metuenda,
& quia ibi generaliter de filiis loquitur de natis an-
te ſupplicium patris, qui eodem deberent puniri
ſupplicio. Nec obſtat *l. 2. C. de liber. & eorum liber.*
quia ſecundum eundem Salicet. ſpeciale eſt in hoc
crimine læſæ Maieſtatis; nec poterit etiam ipſe Io-
annes Franciſcus ſe iuuare ex perſona ſua, dicendo,
quod ſi in confiſcatione bonorum non venit dicta
dos, nec eius vſuſfructus; ergo quomodo matri
ſuæ, ita ſibi tanquam filio & proximiori dicta dos
ſpectare debet, quia vt ſtatim dixi, imo penitus eſt
excluſus, etiam ab hæreditate materna, &c. *C. ad le-
gem Iul. Maieſtat.* Et non ſolum eſt excluſus ab hæ-
reditate materna, ſed etiam à legitima, *vt probatur
in dicta l. quiſquis, §. filij, & in §. ad filias, in eadem l. à
contrario ſenſu*, vbi dicitur, quod filiæ fœminæ da-
mnati de crimine læſæ Maieſtatis, propter eorum
minorem audaciam in bonis duntaxat maternis ad-
mittuntur ad legitimam. Ergo à contrario ſenſu
ſecus in filiis maſculis, vt etiam plenius dicetur in-
fra in ſexto dubio principali.

Ex quibus omnibus concluditur in hoc quarto
dubio principali, quod Ioannes Franciſcus nullo
modo poteſt aliquid petere vel conſequi de dote
dictæ Catharinæ quondam matris ſuæ, nec ex per-
ſona matris, nec reſpectu emptionis factæ per i-
pſum à camera Veronæ, nec ex perſona matris ſuæ,
nec etiam ex ſua perſona.

Super quinto dubio principali, videlicet ſuper
dote dictæ Luciæ ſororis dicti Domini Ioannis, &
filiæ dicti Nicolai ex primo matrimonio, an poſſit
Dominus Ioannes Franciſcus aliquid petere vel
conſequi vigore emptionis, per ipſum factæ à ca-
mera Veronæ. Et videtur quod ſic, quia aliàs dice-
batur per Aduocatum cameræ Veronæ, quia mor-
tua dicta domina Lucia filia dicti Domini Nicolai
ex primo matrimonio iam vidua ſine liberis, & do-
tata in octingentis ducatis dicta hæreditas, quæ
conſiſtebat in dictis octingentis ducatis, finaliter
ſpectauit in totum ipſi Domino Ioanni, & poſtea
cameræ Veronæ, ſiue inſpiciamus etiam donatio-
nem, quam fecit dicta domina Lucia patri ſuo Do-
mino Nicolao, & Domino Ioanni, & Conrado fra-
tribus ſuis. Nam de iure communi, mortua dicta
domina Lucia, ſucceſſerunt ſibi prædicti, ſcilicet
Dominus Nicolaus eius pater, & dicti Domini
Ioannes & Conradus fratres ſimul, videlicet quili-
bet eorum pro tertia parte, *vt probatur in §. ſi igitur
defunctus, in authent. de hæredit. quæ ab inteſtato defer.
& in authent. defuncto, Cod. ad Tertullianum.* Poſtea
mortuus eſt Dominus Nicolaus eius pater, qui in
dicta ſucceſſione partis non habebat niſi vſumfru-
ctum; proprietatem autem tenebatur reſeruare fi-
liis primi matrimonii, ex quo tranſiuit ad ſecunda
19 vota. † Nam ſicut mater, quæ ſucceſſit filio ſuo ex
primo matrimonio, ſi tranſit ad ſecunda vota, te-
netur illud, in quo ſucceſſit filio ſuo ex primo ma-
trimonio, reſeruare filiis ſecundi matrimonii, *vt l.
fœminæ, in fin. C. de ſecundis nuptijs.* Ita etiam eſt di-
cendum in patre ſuccedente filiis primi matrimo-
nii, & tranſeunte ad ſecundas nuptias, ſcilicet quod
teneatur illud, in quo ſucceſſit filio ex primo ma-
trimonio, reſeruare filiis primi matrimonii, *vt eſt
gloſſ. quam ſequitur ibi Bartolus in dicta l. fœmina, C. de
ſecundis nuptijs. & idem Azo in ſumma, C. de ſecundis nu-
ptijs. & Cynus in l. generaliter, C. eodem tit. & Bart. in l.
de emancipatis, C. de legi. hæred.* Et ideo in dicta tertia
parte prius ſpectauit Domino Nicolao, ſucceſſe-
runt dicti Domini Ioannes & Conradus, & ſic qui-
libet eorum habuerunt dimidiam dictæ hæredita-
tis maternæ, & per conſequens dictæ dotis; dein-
de mortuus eſt dictus Conradus ab inteſtato ſine
liberis, ſuperſtite tamen dicto Domino Ioanne fra-
tre vtrinque coniuncto, qui ei in ſolidum ſucceſſit
excluſis aliis fratribus ſuis ex ſecundo matrimonio,
*vt eſt text. in §. reliquum, in authent. de hæred. quæ ab in-
teſtato defer. collat. 9. & in authent. ceſſante, Cod. de le-
git. hæredit.* & ſic in effectu tota dicta hæreditas ſiue
dos dominæ Luciæ de iure communi peruenit ad
dictum Dominum Ioannem nunc rebellem & per-
iurum cameræ Veronæ.

Item, ſi volumus inſpicere donationem cauſa
mortis, factam per Dominam Luciam de anno
1435. ipſis Domino Nicolao eius patri, & Domino
Ioanni & Conrado eius fratribus, aut illa donatio
valuit, aut non. Si non valuit quo ad omnes, vel
quo ad Dominum Nicolaum tantum, vt dicebatur
per Aduocatum cameræ Veronæ, quia pater non
poterat præſtare filiæ, quam habebat in poteſtate,
auctoritatem in dicta donatione, quam faciebat in
perſona ſua, *per l. 1. cum ibi notat. ff. de auctorit. tut. &
cur.* Et tunc idem, quod dictum eſt ſuprà, quando
20 nihil fuiſſet donatum: † quia paria ſunt non eſſe
factum, vel eſſe & minus legitime factum, *l. quoties,
ff. qui ſatiſdar. cogant. cum ſimilib.* Si vero illa donatio
valuit quo ad omnes, adhuc idem videtur dicen-
dum. Nam de portione contingente Domino Io-
anni, ſi donatio valuit, non eſt dubium idem de
portione, quæ contingit Domino Nicolao, quia il-
la videtur, quod debuerit reſeruari filiis primi ma-
trimonii, vt dictum eſt ſupra: de portione autem,
quæ contingit Conrado, tàm ex donatione, quàm
etiam per mortem domini Nicolai illa integre per-
ueniſſe dicitur ad dictum Dominum Ioannem, &
per conſequens ad cameram Veronę, ſed certe con-
trarium eſt verius de iure in omnibus caſibus præ-
21 dictis. † Si enim loquimur de iure ſimpliciter, non
eſt dubium, quod mortua dicta domina Lucia in
matrimonio ſine liberis, quod dos ſua à patre pro-
fecta ad patrem redire debet, *vt eſt caſus in l. dos
à patre, Cod. ſoluto matrimonio*, quæ ita dicit ad li-
teram: *Dos à patre profecta, ſi in matrimonio deceſſerit
filiafa-*

filiæfamilias,ad patrem redire debet, quæ lex in hoc non immutatur, quando deceſſit filia in matrimonio ſine liberis, ſed ſi baberet liberos, tunc non ad patrem, ſed ad filios deueniret. Et ita loquitur & intelligitur opinio Martini, quæ de conſuetudine obſeruatur, *vt not. gl. in fin. in d. l. dos à patre*. Vnde à ſumptione hæreditatis dictæ Dominæ Luciæ quantum pro dicta dote à patre ſuo excluſi ſunt dicti Domini Ioannes & Conradus eius fratres in totum. Ex quo etiam ſequitur, quod illud, in quo ſucceſſit dictus Dominus Nicolaus patri, non tenebatur reſeruare filiis primi matrimonii, cum iſta dos fuerit profectitia, iura enim, quæ dicunt, quod pater vel mater, ſi ſuccedunt filii primi matrimonii, & tranſeunt ad ſecunda vota, tenetur reſeruare illud, in quo ſucceſſerunt filiis primi matrimonii, loquuntur & intelliguntur in bonis aduentitiis, vel caſtrenſibus, vel quaſi, non autem in bonis profectitiis, quæ fuerunt ipſius patris & venerant ex ſubſtantia ipſius, & non ipſius filii vel filiæ, & ſit circumſcripta omni donatione cauſa mortis quæ facta fuiſſet per dictam Dominam Luciam, tota eius hæreditas quantum eſt pro dicta dote ſua ſpectauit & pertinuit dicto Nicolao, de ea iudicandum eſt, & quod erit de aliis bonis ſuis, *ſecundum ea quæ dicet infra in 6. dubio principali*.

Sed ſi volumus inſpicere dictam donationem cauſa mortis, eſt videndum nunquid valuerit in perſonam patris & in perſonas etiam dictorũ Domini Ioannis & Conradi fratrum ſuorum, & quantum ad perſonam D. Nicolai videtur quod non valuerit, quia pater nõ potuit conſentire & auctorari ad ſui vtilitatem, *vt videtur tex. in l. 1. ff. de auth. tu. & ibi hoc tenet etiam Bart.*

Sed contrarium eſt verius, *vt probatur in l. 1. C. de imponenda lucra. deſcrip. libr. 10. circa princ.* vbi eſt caſus non ſubaudiendo quod ibi filius eſſet emancipatus.

Item, hoc non probatur, quia non requiritur in donatione cauſa mortis auctoritatis patris, ſi ſolus promiſſus qui ſeorſum à donatione interuenire poteſt, *vt l. tam hu, ff. de don. cauſa mor.*

Item, hoc in perniciem patris eſſet, quod id quod ſui fauore introductum eſt, in eius odium retorqueretur, contra doctrinam generalem, *l. quid fauore, Cod. de legi.* Et ita per hæc tria determinauit Angel. conſulendo, quod conſilium ipſe refert, *in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebellian. Et idem etiam videtur tenere Cyn. in l. ſenium, in fin. C. qui teſta. fac. poſſ. & etiam tenet Bald. in l. ſi quando, §. 1. C. de inoffic. teſtam. Et id tenet expreſſe Dominus Pau. de Caſt. in d. l. ſenium*, vbi dicit, ſe ita ſæpius conſuluiſſe. *Et idem videtur tenere Bald. in l. 1. C. vnde vir & vxor. & ibi etiam Sali. & idem tenet Oldra in conſ. 26.*

22 Quantum † autem ad perſonas dictorum Domini Ioannis & Conradi fratrum, videtur quod dicta donatio cauſa mortis facta non valuerit, quia donatio facta per filiumfamilias etiam fratribus ſuis qui ſunt in poteſtate eiuſdem patris, non valet, *vt eſt gloſſ. in dicta l. 1. ff. de auct. tu. quam non tenet Bald. ibi Bartol. vt ſupra dixi.* Et non valet, licet in patre tenuerim contrarium, tamen quo ad fratres ipſius Dominæ Luciæ donantis dico quod non valuit dicta donatio cauſa mortis: quia ex quo dicta dos data ipſi Dominæ Luciæ proceſſit à patre ſuo, & ad ipſum patrem de iure redire debet, non valuit conſenſus patris, quia pater videretur in effectu filiis ſuis donare permittendo & conſentiendo, quod filia ſua eis donaret. Nam videretur primo donare filiæ, & filia donare patri; quod eſt regulariter de iure prohibitum, *vt notat. Bartol. in l. 2. ff. de donatio.* præterea poſito quod regulariter pater poſſet filio donanti cauſa mortis aliis fratribus ſuis in eadẽ ſua poteſtate conſtitutis conſentire, quod non eſt verum in caſu noſtro, nihilominus quia iſta bona cenſentur peculium profectitium; *vt dict. l. dos à patre, Cod. ſoluto matrimonio, & l. profectitia, ff. de iure don.* Et ſic peruenerunt à Domino Nicolao ad filios ſuos ſcilicet Dominum Ioannem & Conradum,
23 qui erant in poteſtate ſua, non valeret: † quia vt dixi donatio facta per patrem filiis in poteſtate conſtitutis, non valet, *vt l. 2. Cod. de inoffic. dona. & not. per Bartol. & Doctor. in l. 2. ff. de donationi.* Et ſic ex prædictis videtur concludendum, quod ex omni capite dicta dos D. Luciæ ſpectauerit & pertinuerit in totum ipſi Dn. Nicolao, & poſtea eius hæredibus qui ſunt filii tantum ſui ex ſecundo matrimonio, & non ipſe D. Ioannnes nec fiſcus, aut camera Veronæ ex ſua perſona, *vt dicetur ſtatim in ſequenti dubio principali.*

Super ſexto dubio principali videlicet de bonis & hæreditate dicti quondam Domini Nicolai de Caballis, an de illis Ioannes Franciſcus prædictus poſſit aliquid petere de iure vigore dictæ emptionis factæ per ipſum à Camera Veronæ. Et pro deciſione huius dubii, ex quo pendet & magna pars dubiorum præcedentium & ſequentium, eſt videndum ad quos peruenerit hæreditas dicti Domini Nicolai, an ad Conradum filium ex primo matrimonio, & ad alios filios ſecundi matrimonii æquis portionibus, an vero peruenerit etiam ad Dominum Ioannem pro ſua virili portione. Et ſic per conſequens ex perſona Domini Ioannis in fiſcum ſeu cameram Veronæ. Et allegabatur per aduocatum cameræ Veronæ pro conſtanti, quod etiam dictus Dominus Ioannes admittebatur ad partem ſucceſſionis hæreditaris Domini Nicolai patris ſui pro virili portione pariter cum Conrado & aliis filiis ex ſecundo matrimonio per iura vulgaria, quæ volunt quod patri ſuccedant omnes filii ex primo & ſecundo etiam vlteriori matrimonio pariter & æquis portionibus, *vt in auth. de heredit. deſer. §. 1. colum. 9. & in authen. in ſucceſſione, C. de ſuis & legitim. heredib.* Sed certe licet hoc ſit regulariter verum, tamen in caſu noſtro contrarium eſt, nam debebat & debet conſiderari per ante dictum aduocatum & per alios defendentes iura Cameræ Veronæ quod tempore quo ipſe Dominus Nicolaus obiit iam ipſe Dn. Ioannes eius filius erat rebellis Illuſtr. Duc. Dom. Ven. quia de Iunio. 1458. Marchio Mantuæ cum Nicolao Pichenito bellum indixit excelſo D. Duc. Ven. contra ciuitatem & diſtrictum Veronæ, in quo bello de quo dicto tempore dictus Domin. Ioannes interuenit ſe exercendo pro Marchione

chione Mantuæ contra Dominium Venetorum & ciuitatem & diſtrictum Veronæ, & ſic contra patriam propriam ipſius Domini Ioannis, & ſic commiſit crimen læſæ Maieſtatis, & Dn. Nicolaus eius pater poſtea eodem anno 1458. die. 21. Decembris mortuus eſt, vt dictum eſt ſupra in facti narratione.

24 † Et ſic ipſe Dominus Ioannes antequam pater eius moreretur commiſerat ſine dubio crimen læſæ Maieſtatis, propter quod tunc effectus eſt inteſtabilis actiue & paſſiue: quia teſtamentum facere non potuiſſet, nec etiam hæres inſtitui, nec etiam alii ab inteſtato ſuccedere potuiſſent propter ſolum commiſſum crimen læſæ Maieſtatis, etiamſi de eo crimine nondum fuiſſet condemnatus, nec eius bona confiſcata, *vt probatur in dict. l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſtat. coniuncta l. fin. eod. titul.* vbi dicitur, quod etiam tempore ipſo, quo quis committit crimen læſę Maieſtatis, perdit adminiſtrationem rerum ſuarum, nec poteſt alienare nec manumittere nec ſibi ſolui, *vt ibi & probatur in l. quæſitum, ff. qui à quibus, & in l. ex iudiciorum, & ibi hoc not. gloſſ. & Doctor. ff. de accuſat. & habetur per Bartol. & Doctor. in l. poſt contractum, ff. de donatio.* vnde ſicut perdit rerum ſuarum adminiſtrationem, ita etiam efficitur incapax alteri ſuccedendi, quia facilius impediuntur facienda, quam iam facta, *vt l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni. iuris cum ſimilibus.* 25 † Præterea ſicut filii rebellium non poſſunt alteri ſuccedere etiam matri vel auiæ, *vt eſt caſus in dicta l. quiſquis, §. filij*, ergo multo minus ipſi rebelles poterunt alteri ſuccedere, ſed plus dicitur, quod etiam ſi dictus Dominus Nicolaus mortuus fuiſſet, antea quam Dn. Ioan. eius filius commiſiſſet crimen læſæ Maieſtatis nihilominus illa hæreditas, ex quo non fuit adita per ipſum Dominum Ioannem vſque ad eius crimen commiſſum nec vſque ad rebellionem factam de eo & ſuorum bonorum confiſcationem, non potuit nec poteſt tranſire in fiſcum vigore dictæ rebellionis vel confiſcationis, quod ſic probatur.

26 † Nam licet ex confiſcatione omnia bona & iura quæſita in fiſcum tranſeant ipſo iure vt in ſucceſſorem, *vt l. 3. C. ad l. Iul. de vi. & l. 1. §. an bona, ff. de iure fiſc.* non tamen repetitur quod tranſeant iura quærenda, imo potius debet dici non quæri, ſicut dicimus in patre & domino, *Cod. de hæredit. inſtitu. l. cum proponas.*

Item, quia ius adeundi non eſt proprie ius, ſed quædam facultas, *ff. ad l. Falcid. l. pretia rerum, & not. in l. licet, Cod. de iure deliber.* ſed mera facultas extinguitur cum perſona, nec ad alium tranſit, *vt l. patre, ff. de ſeruit. leg.* ergo non venit in publicatione bonorum.

Item, quia in confiſcatione bonorum veniunt bona quæ ſunt ipſius rebellati, ſed ius adeundi non eſt in bonis ſuis ſed extra bona, *vt d. l. pretia rer. ff. ad l. Fal.* ergo in generali bonorum ſuorum confiſcatione non venit.

Item, quia aditio hæreditatis conſiſtit in iure & actu inſeparabili perſona, *vt probatur in l. potuit, in verſ. Cod. de iure deliber.* ergo in alium tranſire non poteſt, *argument. l. ſi vſusfructus, ff. de noua. Et ita in ſimili determinat Bald. in l. 1. in vltima charta in princip. verſic.* quid ſi monachus decedit antequam hæreditas ſit repudiata vel adita, *C. qui admit. ad bonor. poſſeſſionem.*

Item, ad prædicta adducitur doctrina Bartol. *in l. is poteſt in vltim. oppoſ. quæ eſt in 5. col. in fin. ff. de acquirend. hæredit.* vbi dicitur, quod ius adeundi hæreditatem eſt ius quærendi, & ius quærendi non quæritur alteri, vt ſupra dixi de ſeruo & monacho & ſic vult in effectu Bartol. quod ius adeundi etiam acquiſitum illi qui poſtea effectus eſt rebellis, non tranſit in fiſcum nec tranſire poteſt. Nam ſi Bartol. vult, quod tale ius adeundi nõ tranſit in extraneum hæredem, ergo nec in fiſcum bonis publicatis, *vt* 27 *not. gloſſ. fin. & ibi Doctor. in l. 1. C. de bon. liber.* † Et iſtam opinionẽ, quod hæreditas delata illi, qui poſtea eſt factus rebellis vel bãnitus, & eius bona confiſcata non veniant in dicta confiſcatione & ſic in fiſcum, tenet ſolemnis Doctor Dominus Nellus de Sancto Geminiano in quodam ſuo eleganti tractatu bannitorum in prima parte ſecundi temporis, in 30. quæſtione, vbi dicit, quod iſtam quæſtionem vidit de facto, in qua fuit determinatum quod non veniret in confiſcatione dicta hæreditas ſiue ius adeundi, & idem in effectu tenet Dominus *Angel. de Aret. in ſuo tractatu maleficiorum, in gloſſ. in verbo & eius bona publicare. verſic. & not. quod facta publicatione, & verſicul. quomodo aliquis eſt condemnatus, & ita etiam tenet Ludouic. Roman. in l. hæres quandoque, ad fin. ff. de acquirend. hæredit.* vbi etiam dicit, quod ſi rebellis vel bannitus poſt bannum vel rebellionem adiuerit, illa hæreditas non applicatur fiſco, ſed venientibus ab inteſtato. Et in hoc eſt bene conſiderandum, ſed vltra prædicta poteſt etiam dici, quod ſi inſpiciantur libri, in quibus deſcripta ſunt nomina rebellium, reperietur ſcriptus Dominus Ioannes de Caballis, & antequam pater ſuus eſſet mortuus, & ſic apud Illuſtr. Dom. Duc. Ven. fuit habitus & condemnatus pro rebelli ante mortẽ patris, & etiam poſt, vt apparet in literis Ducalibus, & Decemuirũm in quibus fit gratia quod omnes qui fuerãt cum Marchione Mantuæ poſſint venire Venetias, videlicet Aluiſio à Verme, & D. Ioanne à Caballis. Vnde non videtur quod aliquo modo dictus Dn. Ioannes, qui iam commiſerat crimen læſæ Maieſtatis, & pro rebelli habitus & condemnatus erat per illud Duc. V. potuerit dicto Dn. Nicolao patri ſuo nec alicui alii poſtea decedenti, & ſic per conſequens nec fiſcus potuit ſuccedere ex perſona ſua, *vt not. Gul. & Bartol. in l. ſi qua pœna, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* & dicam infra in ſequenti principali, præſertim cum poſſit dici, quod nec etiam fuerit vel ſit delata dicta hæreditas ipſi D. Ioanni nec multo minus fiſco per prædicta, quod etiam ſic probatur, nam fiſcus ſucceſſit D. Ioanni rebelli tanquam hæres, *vt not. Bald. in l. 1. C. de ope. lib. & dixi infra in 2. dubio princip.* ſed hæres non ſuccedit niſi in bonis quæ reperiuntur tempore quo ſuccedit, vt de ſe patet, & probatur, *in l. nihil aliud, ff. de verborum ſignificat. & in l. hæreditas ni-* 28 *hil aliud. ff. de reg. iur.* vbi dicitur, † quod hæreditas, nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in vniuerſum ius, ꝙ defunctus habuit tempore mortis, & ſic tempore quo ſucceditur, ita in caſu noſtro nihil aliud eſt

ſucceſ-

ſucceſſio iſta, quam ſucceſſio in ius, quod rebellis habuit tempore, quo rebellis fuit, & ſic per cameram ſuccedit. Hoc probatur manifeſte *in l. item ſi mandanero, §. is cuius, in fin. ff. mandati*, vbi dicitur, quod publicatis bonis alicuius, nihil poſtea ex perſona illius, cuius bona publicata ſunt, ſequitur fiſcum, nec ſiſco acquiritur, *& idem not. gl. in l. nam de ea, ff. de cond. & demonſt. & per ea quæ dicta ſunt ſupra.* Ex quibus concluditur, quod aliquando defertur alicui hæreditas, antequam committit crimeu læſæ Maieſtatis. Aliquando poſtquam commiſit crimen læſæ Maieſtatis, ſed ante condemnationem eius & coufiſcationem bonorum ſuorum. Aliquando poſt commiſſum crimen & condemnationem & confiſcationem factam. Primo caſu, quando defertur hæreditas alicui, antequam commiſit crimen aliquod læſæ Maieſtatis, & tunc aut ipſam adiuit ante commiſſum crimen, & illa venit in confiſcatione: aut poſt commiſſum, & tunc ſecus.

Secundo caſu, quando fuit commiſſum crimen læſæ Maieſtatis, & tunc amplius adire non poteſt, quia interdicta eſt ſibi poteſtas à lege adeundi, & ſic non venit hæreditas in confiſcatione, poſtea ſubſecuta.

Tertio caſu, quando eſt damnatus, & bona ſunt confiſcata, tunc ſine dubio dicta hæreditas non venit in coufiſcatione, & ſic nec ipſe rebellis, nec fiſcus ex eius perſona poteſt adire vel acquirere dictam hæreditatem, vt ex prædictis colligitur. Sed dubitari poteſt, nunquid ſaltem in legitima potuerit ſuccedete dicto Dn. Nicolao patri ſuo, & dicendum eſt,
29 dnm eſt, † quod non, quia donec pater viuit, filio nulla legitima debebatur, quia nullum ius habet in bonis patris, *vt probatur in l. poſt emancipationem, ff. de lib. leg. & ibi hoc not. Bart. & not. etiam idem Bart. in l. fin. C. de pact. & eſt caſus in l. lex Cornelia, ante fin.* ibi, vt is, qui nulla bona in ciuitate reliquit, *ff. de vulg. & pupil. & ibi hoc not. & tenet Angel. & Bald. & eſt text. in l. 1. §. ſi impuberis, in fin. ff. de collat. bonor. vbi eſt etiam caſus, & ibi hoc not. Bart.*

Item, de hoc eſt text. gloſſ. & Doct. *in auth. ſi qua mulier, in fin. C. de ſacroſ. Eccl. & ibi etiam Bald. in vlt. col.* qui dicit per illum text. quod ſibi quo ad petendum legitimam exſpectant mortem uaturalem patris.

Item, hoc probatur, pater poteſt priuare filium proiiciendo omnia bona ſua in mare, *vt not. gloſſ. in l. cum à matre, C. de rei vend.* & etiam alienando omnia bona, dummodo non faciat in fraudem, vt habetur ibi, & probatur *in l. 1. C. de inoffic. donat. facit quod not. per Dyn. & Bart. in l. hæreditarium, ff. de bon. auctor. indic. poſſid.*

Item, ſi legitima deberetur filio in vita patris, filius poſt mortem patris eam detraheret vt æs alienum, quod eſt falſum, quia legitima filio mortuo non debetur, niſi prius omni ære alieno detracto, *vt l. Papinianus, §. quarta autem, ff. de inoffic. teſtam.*

Item, de hoc eſt gl. *in l. 3. C. de iur. & fact. ignor.*

Item, hoc etiam determinauit Bart. *in l. fin. ff. de liber. agnoſc. & in d. l. 1. §. ſi impubere, ff. de collat. bon.* vbi dixit per illum text. quod ſi filius eſt condemnatus pro maleficio, quod non tenetur ſoluere condemnationem de legitima, quæ debetur filio in bonis patris, quia in vita patris non debetur legitima, nec eſt eius ſpes viuo patre. *Et ita etiam tenet Specul. in tit. de execut. ſen. §. ſequitur, verſ. quid ſi filius.* Et pro hoc allego etiam gloſſ. *in c. Raynutius, in verſ. legitimam ipſam qua incipit, retinebunt, circa fin. C. de teſtam.* vbi dicit, quod legitima non debetur filio, ita quod pro ipſa patri teneatur, *Angel. in auth. de hæredit. & falſ. in §. ſi quis autem non implens*, & iſta eſt communis, licet gl. videatur ſentire contrarium, *in d. §. ſi quis autem non implens*, ſed communiter reprobatur *per Doctor. ſecundum Angel. in dicta l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pupill.* Et etiam in quodam ſuo conſilio, quod incipit: In Dei nomine & virginis Mariæ, amen. Amice & frater chariſſime. Et ideo concluditur, quod licet dictus Dn. Ioannes commiſerit crimen læſæ Maieſtatis, & rebellis fuerit Illuſtriſſimo Duc. Dom. Venet. non propterea ipſi debebatur aliqua legitima in bonis D. Nicolai patris ſui viuentis per prædicta. *Et hoc in termino determinat Specul. in tit. de execut. ſen. in d. §. ſequitur, verſ. quid ſi filius, & Ang. in dicto §. ſi quis autem non implens,*
30 *tem non implens*, vbi dicit, † quod ſi filius committat aliquod, propter quod bona ſua veniant publicanda, pater pro eo non cogitur ſoluere legitimam pro condemnatione. Et idem in terminis magis decidit *Bald. in l. 1. in fin. 1. colum. C. de bon. lib.* vbi dicit, quod licet filius deliquit viuo patre, quod propter hoc non confiſcatur legitima, *allegat l. ſi qua pœna, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* vbi dicit, quod ſi filiusfamil. eſt damnatus de crimine capitali, & poſtea pater moriatur, quod fiſcus non poterit petere legitimam debitam filio condemnato, quia debetur aliis, & mouetur *per d. l. ſi qua pœna, & per l. certa forma, C. de iure fiſci, lib. 10. & idem etiam determinat Dn. Nellus de S. Geminiano in ſuo tract. bannitor. in 1. part. 2. temp. in 31. quæſt. & idem tenet Paul. de Caſtr. in l. filiusfamilias, ff. ſolut. matrim. & Ioan. And. in c. 2. de delictis puer. in nouella.* Idem in effectu ego dixi ſupra in ſecundo dubio principali, in princ.

31 † Vnde cum nulla legitima debita fuit Domino Ioanni rebelli in bonis Dn. Nicolai patris ſui viuentis, *vt dixi*, ſequitur quod nec etiam fiſcus, qui venit ex perſona ſua, petere poterit, & præſertim cum in confiſcatione bonorum filii non veniat legitima eius in bonis patris D. Ioannis vigore dictæ emptionis, nec ratione legitimæ, nec alia quacunq; ratione, vt patet per prædicta. Et ex hoc ſequuntur plures deciſiones ad dubia præcedentia.

Et primò, quod dictus Ioannes Franciſcus de vigore dictæ emptionis factæ à camera Veronæ, non poteſt petere vel conſequi aliquid de bonis feudalibus, quæ fuerunt ipſius D. Nicolai, vt dixi ſupra in primo dubio principali.

Secundò, quod non poteſt petere vel conſequi aliquid de impræſtitis prædicti Nicolai eadem ratione, vt dixi ſupra in ſecundo dubio principali.

Tertiò, quod nec de portionibus delatis Iacobo & Luciæ fratribus dicti Dn. Ioannis, & Dn. Nicolao eius patri de dote dominæ Anderliſiæ, matris ipſius Dn. Ioannis, quicquam conſequi poterit ipſe Ioannes Franciſcus, vt dixi ſupra in tertio dubio principali.

Quartò, quod poterit multo minus petere vel conſe-

conſequi aliquid de bonis quæ fuerunt dicti Conradi quondam patris ſui, & ſic poſt rebellionem ipſius Dn. Ioannis, vt ſtatim dicetur in ſequenti dubio principali.

11 † Super ſeptimo dubio principali, videlicet de bonis, & hæreditate dicti quondam Conradi filij dicti Dn. Nicolai de Caballis, & fratris ipſius Dn. Ioannis rebellis an dictus Io. Franciſcus poſſit aliquid petere, vel conſequi de iure vigore ſuæ emptionis factæ à camera Veronæ. Et certe dicendum eſt quod non, quod tempore quo dictus Conradus mortuus eſt, ipſe Dn. Ioannes iam commiſit crimẽ læſæ Maieſtatis, & erat effectus rebellis, vt conſtat manifeſte, ergo erat incapax ſucceſſionis ipſe Dn. Ioannes, vnde ei ſuccedere non potuit, & per conſequens nec fiſcus, aut camera Veronæ pro eo, *per d. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. coniuncta, l. fin. eod. tit. & hoc in terminis determinat Guil. de Cu. & Bartol. in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. & l. & per l. ſi vocem. §. ſi deportatus ff. de bo. lib. & dixi ſupra in præcedenti dubio principali.* Et ideo ſi nullum ius competit nec competere potuit ipſi Dn Ioanni, nec fiſco ſeu cameræ Veronæ in bonis & hæreditate dicti Cõradi, ergo nec Ioanni Franciſco emptori competere potuit: quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat, vt in regula iuris. *& probatur in l. traditio. ff. de acqui. re. do. & in l. alienatio. ff. de contrahen. empt. cum ſimi.*

Super octauo & vltimo dubio, videlicet de reſiduis dictorum bonorum, an dictus Io. Franciſcus poſſit quicquam petere vel conſequi vigore dictæ emptionis factæ per ipſum à camera Veronæ, & non eſt dubium quod pro illis bonis, quæ non ſpectauerunt Dn. Io. nec cameræ Veronæ ante dictam emptionem factam, ſcilicet alijs filiis dicti D. Nicolai ex ſecundo matrimonio nullus fructus nec aliqua reſidua petere poteſt, quia cui non competit fundus, & ſic res principalis, nec etiam petere poterit fructus qui ſunt acceſſorij, vt in hoc iura ſunt vulgaria, & hoc ſatis conſonat rationi. Sed pro aliis bonis, quæ competierunt ipſi Dn. Io. ante crimen læſæ Maie. per ipſum commiſſum, & ſic ante ſuam rebellionem, quæ poſſiderentur per filios Dn. Nicolai de Caballis ex ſecundo matrimonio, poteſt eſſe aliquod dubium, & pro iſtis non poteſt eſſe quæſtio niſi de quatuor partibus de quatuordecim de dote Dominę Anderliſiæ olim matris ipſius Domini Ioannis, quæ ipſi Domino Ioanni ſpectauerunt, illæ enim quatuor partes de quatuordecim partibus integralibus bene ſpectauerunt ipſi Domino Ioanni, & per conſequens cameræ Veronæ, & deinde ipſi In. Franciſco pariter cum fructibus ſeu reſiduis, vt dixi ſupra in tertio dubio principali.

Sed quis teneatur ad reſtitutionem dictarum quatuor partium cum fructibus, non habet dubitationem. Vnde ſufficit ponere concluſionem, & dico quod illi qui ſunt hæredes dicti quondam Domini Nicolai, tenentur: vnde cum filii maſculi Dn. Nicolai mediante perſona dicti Conradi eius filii ſint hæredes Dn. Ioannis, ſequitur quod ipſi tenentur, & obligati ſunt ad reſtituendum dictas quatuor partes de quatuordecim partibus integralibus dictæ dotis Dominæ Anderliſiæ quæ fuit mille ducatorum, pariter cum fructibus, iura in hoc ſunt vulgaria, quæ allegare non expedit. Sed quia dicitur, quod filii ex ſecundo matrimonio ſoluerunt & coacti ſunt ſoluere pro dicto Domino Ioanne primo Nicolao Zio de Venetiis, vt conſtat in impræſtitis Venetiis ducatos ducentos viginti duos pro denariis habitis per dictum Dn. Ioannem de Caballis à perſonis de Suauio & Monteforte, vt dicitur conſtare ex inſtrumentis. Item decem & octo ducatos Chriſtophoro Zaneto pro baliſtis acceptis per pręfatum D. Ioan. Serlium olim caſtellarium Suauii, & bona dicti Dn. Ioannis ſunt empta cum onere & honore, ſequitur ſine dubio quod emptor dictorum bonorum tenetur compenſare dictas quatuordecim partes de quatuordecim, & fructus quæ ſibi ſpectant de dictis bonis Dn. Ioannis cum dictis ducentis & triginta ducatis auri, & ſi dicti 230. ducati capiunt maiorem ſummam, ad quam reſtituendam emptor tenetur dictis fratribus ſine aliquo dubio.

Et ita vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Bartholomæus Cępolla de Verona actu legens Paduæ, &c.

CONSIL LIX.

SVMMARIA.

1 *Iudex non debet condemnare illum quem nullus accuſat.*
2 *Diſpoſitio alicuius diſpoſitionis illi conuenire non poteſt cui verba non conueniunt.*
3 *Sententia contra mortuum lata ipſo iure eſt nulla.*
4 *Crimen alicui impoſitum extinguitur morte quo ad omnem pœnam etiam pecuniariam.*
5 *Pœna amiſſionis rerũ à lege vel ſtatuto indita, an ſemper tranſeat ad hæredes.*
6 *Iudicis intereſt ſcire quanta fides ſit teſtibus interrogatis adhibenda.*
7 *Dolum imponens debet probare indicijs perſpicuis.*

IN CHRISTI nomine amen. Spectabiles Domini Prætores domus mercatorum & requiſitus à Matthæo Gaguino viro certe optimo vt defenſiones ſuas contra quandam inquiſitionem per vos & officium veſtrum formatam iuribus & rationibus apud tribunal veſtrum comprobarem, confiſus primum ratione ac veſtra in omnes humanitate, deinde vt amici & clientis mei voluntati ſatisfacerem, decreui in his ſcriptis allegationes meas ad vos mittere, quæ multis omiſſis ea ſolum attingunt quæ veritatis & iuſtitiæ ſunt. Scio etenim quod tanquam optimi & ſapientiſſimi iudices veritatem & iuſtitiam in hoc proceſſu, ſicut in reliquis conſueuiſtis, ſequi & amplecti curabitis. Et vt clarius hæc Matthæi defenſio intelligatur, in primis diſtinguendum eſt in tres partes.

Prima eſt, an de iure potuerit formari inquiſitio contra lanam, quæ dicitur vendita à Baptiſta Gaguino prius defuncto.

Secunda an probatum ſit legitime, quod lana contra quam inquiritur, fuerit falſificata.

Tertia, ſi fuit falſificata, an probatum ſit quod per ipſum Gaguinum ſalſificata fuerit.

1 † De prima videtur mihi de iure cõmuni, quod vbi nemo accuſat, iudex non debet condemnare, *vt l.reſcripto. §. ſi quis accuſatorem non habet. ff. de mune. & hono.* & ibi dicitur in gloſſ. mulier nemo te accuſat, nec te condemno, & verba fuerunt Chriſti ſaluatoris, fallit in quibuſdam, in quibus poteſt per inquiſitionem procedi, *vt habetur per gloſſ. Bartol. & Doctor. in l.2.§. ſi publico. ff. ad l. Iul. de adul. & per gloſſ. in l. 2.§. præterea. ff. de ſuſpect. tu. & per Spec. in titulo de inquiſitione. §. quando autem in tertia parte ſpecuh. & per Cyn. in l. mulierem. C. ſi mancipia fuerit aliena. proſti. & per An. de Are. in ſuo tractatu maleficiorum in prima gloſſ.* Sed iſte caſus noſter falſitatis lanæ non eſt de illis, vt ibi patet, ergo ſumus in regula prædicta, per inquiſitionem non poſſe procedi contra dictam lanam quæ dicitur falſificata *per l. omnis diffinitio. cum glo. ff. de reg. iur. nec prædictis obſtat l. vbi. C. de falſis.* vbi videtur dici, quod ſuper falſitate poteſt procedi: quia illa lex loquitur, quando principaliter allegatio inſtituta de falſo, non autem fuit formata inquiſitio. *ita tenet gloſſ. & differentiæ rationem dicit in d. §. ſi publico. Et ita ibi Dyn. & Bartol. per text. in d. l. vbi. C. de falſis. ibi, nec accuſatori tantum, & ibi hoc etiam tenet Cyn. & Doct.* Vnde concluditur, quod in caſu noſtro nõ potuit formari inquiſitio, & per conſequens condemnatio: ſed abſolutio peti debet. Nec etiam obſtat quædam proclamatio facta ex officio dominorum prætorum domus mercatorum Veronæ in qua præcipitur quod quælibet perſona terrera & forenſis teneantur facere vel fieri facere iuſtas bonas legales &c. Notificando eis quod fiet diligens inquiſitio. & ſi reperirẽtur facere, vel fieri facere, vel commiſiſſe aliquam fraudem vel falſitatem in dictis mercantiis, ponientur arbitrio Dominorum Vicarii & cõſulum &c. Nam licet in ea proclamatione dicatur, quod de eis fiet diligens inquiſitio, non tamen per hæc verba potuit nec poteſt, inquiſitio formari, quia cũ in tali caſu inquiſitio ſit de iure prohibita, non potuerunt dicti officiales domus mercatorũ per formam proclamationem facere quod procedere poſſint per inquiſitionem, vbi de iure prohibita reperitur. Et ideo illa verba, *quod in illis diligens inquiſitio*, debẽt intelligi vt non ſonent in vitium, videlicet quod ipſi officiales diligenter perquirent ſi mercantiæ factæ eſſent bonæ iuſtæ & legales, nec ne, non quod procederetur per formam inquiſitionis, ſed procederetur contra eos ſecundum formam iuris ſiue & ſtatutorum domus mercatorum Veronæ, non enim officiales dictæ domus habent poteſtatem procedendi aliter quam de iure, vel ex forma ſtatutorum ipſius domus permittatur, & in quantum potuiſſent procedere vigore dictæ proclamationis aliquo modo contra falſitatem committentes in mercantiis, nullo modo poſſunt in caſu noſtro, vt patet ex verbis dictæ proclamationis, quæ dicunt, *quod ſi qui reperirentur facere, vel fieri facere, vel commiſiſſe aliquam fraudem vel falſitatem in mercantiis, punientur & condemnabuntur &c.* Nam non eſt verum dicere, quod Baptiſta Gaguinus fuit repertus committere vel commiſiſſe aliquam fraudem in dicta lana, cum ipſe iam mortuus erat antequam formaretur inquiſitio aliqua. *iuxta text. in l. ſi barſatorem. C. de fideiuſ. & per Cyn. in l. licet. in fin. C. de acq. poſ. & in l. capilli. in fin. ff. de rer. diuiſ. & per Bartol. & Doctores in l. 1. in princ. ff. de acq. poſ. cum ſimil.* quod ſic etiam pro-

2 batur ratione. † vbi non conueniunt verba proclamationis, ibi nec eius diſpoſitio poteſt conuenire, *vt l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. & l. 4. §. toties. & ibi Bart. & Doct. ff. de dam. infect.* ſed verba proclamationis loquuntur de repertis committere vel commiſiſſe falſitatem, quod mortuus conuenire non poteſt: qui homo mortuus nõ poteſt dici quod reperiatur vt de ſe patet, ergo, &c.

Item, dicunt dicta verba proclamationis, *punientur & condemnabuntur arbitrio dominorum vicarij & conſulum domus mercatorum & in amiſſione mercantiarum falſificatarum*, ſed homo mortuus condemna-

3 ri non poteſt, † imo ſententia lata contra mortuum eſt ipſo iure nulla, *vt eſt caſus in l. pen. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcind.* vbi ſi dicit Paulus Iuriſconſultus, *eum qui in rebus humanis non fuit ſententia dicta tempore, ineſſicaciter condemnatum videri*, idem reſpondit, *eum, qui in rebus humanis non eſſet cum iudex datus eſt, neque iudicis dationem valuiſſe, neque ſententiam aduerſus eum dictam vires habere.* Et ideo vigore dictæ proclamationis procedi non potuit contra dictum Baptiſtam prius defunctum, minus etiam contra lanam prædictam procedi potuit vigore proclamationis: quia illa proclamatio vult quod condemnatio fiat contra illos qui falſitatem commiſerunt arbitrio dominorum vicarii & conſulum & in amiſſione: ita quod verba condemnationis debent formari contra committentes falſitatem, & non contra lanam, vt manifeſte patet ex verbis ipſius proclamationis. Ex quibus tria ſunt conſideranda, ſcilicet agens, patiens, & id quod in quo patiens pati debet, & ſunt hæc:

Primum ſcilicet agens, iudices qui poſſunt condemnare, & iſti ſunt domini vicarius & conſules domus mercatorum.

Secundum ſcilicet patiens, & iſte eſt Baptiſta Gaguinus.

Tertium, ſcilicet in quo patiens pati debet, & hoc eſt ipſa lana, quæ dicitur falſificata. Vnde cum non reperiatur patiens, & ſic ſubiectum diſpoſitum in quo poſſit cadere condemnatio, nec de ea potuit fieri principaliter inquiſitio, quia vt dixi proclamatio vult quod condemnatio principaliter formetur & fundetur in perſona falſificantis, ſic quod amittat lanam: iſta amiſſio lanæ eſt pœna condemnati, cum ergo Baptiſta non poſſit condemnari in amiſſione lanæ, ſequitur quod pœna amiſſionis lanæ non poteſt habere locum, inquiſitio enim & condemnatio fieri debent contra delinquẽtem, & nõ contra res quæ falſificatæ eſſent, quia illæ nil deliquerunt, nec eis conueniunt verba, nec diſpoſitio proclamationis, nec etiam iuris communis, vt etiam ſtatim dicetur. Et ideo concluditur quod dicta inquiſitio formari nullo modo potuit, nec cõtra Baptiſtam, quia iam defunctus, nec contra lanam,

quia

quia contra illam procedi non poteſt, nec ipſa condemnari, & iſtud eſt veriſſimũ, ſicut Deus eſt Deus, præterea quod de iure communi nullo modo potuerit inquiri, nec condemnatio ſequi de aliqua falſitate quæ diceretur commiſſa in dictis lanis per Baptiſtam Gaguinum, *probatur manifeſte per text. in l. 1. C. ſi reus vel accuſatus mort. fuer.* vbi dicitur, quod ſi accuſatus de crimine falſi vita functus eſt, per hoc crimen eius exſtinctum eſt: ergo ſi per mortem Baptiſtæ Gaguini crimen falſi aſſertum fuit exſtinctum, ſequitur quod non poteſt formari inquiſitio, nec poteſt per eam ſequi condemnatio prius exſtincto falſi delicto, ad idem eſt tex. *in l. in eod. tit.* vbi dicitur quod ad crimen pecuniarium, & ſic ad pœnam pecuniariam procedatur ſuper crimine falſi quod mortuo illo, qui dicitur falſum commiſiſſe, non poteſt amplius procedi in damnum defuncti, vel eius hæredum, ſed aduerſus alium, qui vellet vti illa falſitate: vnde procedi poſſet. Vnde ibi eſt caſus apertus qui decidit quęſtionem noſtram, videlicet quod mortuo iam Baptiſta Gaguino, qui dicitur lanam falſificaſſe, non potuit nec poteſt procedi ad inquiſitionem nec condemnationem in damnum i-
4 pſius vel eius hæredum, † cum crimen, quod ſibi imponitur, ſi quid fuit, per eius mortem exſtinctum eſt, etiam quo ad pœnam pecuniariam, *vt ibi dicitur.* Poſtremo de hoc etiam allego text. apertum; quo nullo modo poteſt reſponderi, *in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat.* cuius verba hic pro conſulibus ſubiiciuntur, & fuerunt Modeſtini Iuriſconſulti ex iudiciorum publicorum admiſſis, *non alias tranſeũt aduerſus heredes pœna bonorũ ademptionis, quam ſi lis conteſtata & condemnatio fuerit ſequuta, excepto repetundarum & Maieſtatis iudicio, quæ etiam mortuis reis, cum quibus nil actum eſt, adhuc exerceri placuit, vt bona eorum fiſco vendicentur*, Adeo vt D. Seuerus & Antonius reſcripſerunt, *quo quis aliquid ex his cauſis crimen contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare aut manumittere eum poſſe ex cæteris vero delictis pœna incipere ab herede ita demum poteſt, ſi viuo reo accuſatio mota eſt licet, non fuerit condemnatio ſecuta.* Videtis ergo ex hac lege, quod vbi viuo reo accuſatio non eſt mota, vel inquiſitio cœpta, quæ loco accuſationis ſuccedit, vbi poteſt inquiri, *vt habetur in cap. qualiter & quando el ſecundo de accuſat.* non poteſt pœna ab hæredibus incipere ex aliquo delicto exceptis criminibus repetundarum & Maieſtatis, *de quibus in dict. l. ex iudiciorum, & aliis de quibus ibi per gloſſ. & per gloſſ. in l. 1. C. ſi reus vel accuſat. mor. fuer.* de quibus non eſt crimen falſitatis, ſuper quo formata eſt inquiſitio, quæ formari non potuit, nec debuit ex aſſerto delicto Baptiſtæ Gaguini iam defuncti in damnum eius hæredis, *vt manifeſte dicitur in dict. l. ex iudiciorum, nec*
5 *prædictis obſtat l. commiſſa, ff. de publica.* † vbi dicitur, quod commiſſa vectigalia nomine ad hæredem tranſeunt, & commiſſæ perſecutio ſicut aduerſus quemlibet poſſeſſorem ſic aduerſus hęredem competit, quia *illa l. cum ſimilibus.* loquitur quando pœna amiſſionis rerum committitur à lege, vel à ſtatuto ipſo iure ſiue condemnatione, quo caſu pœna tunc tranſit contra hæredem. Ita loquitur, *dicta l. commiſſa. ſecundum Bartol. in dicta l. ex iudiciorum, & idem not. Bald. in l. 1. Cod. ne ex delict. defunct. & Bartholomaus de Salic. in l. 1. Cod. ſi reus vel accuſat. mort. fuer.* Et eſt ratio hoc caſu, quia res iam eſt effecta fiſci vel illius ad quem pœna ſpectat antequam moriatur delinquens, ex quo pœna amiſſionis rerum committitur ipſo iure, & hoc probat text. *in dicta l. commiſſa.* ibi, *nam id quod commiſſum eſt ſtatim deſiit eius eſſe qui crimen contraxit*, ſed quando pœna non imponitur ipſo iure, ſed requiritur ſententia, tunc mortuo delinquente non poteſt amplius procedi contra bona vel eius hæredem niſi in caſibus exceptuatis, de quibus ſupra inter quos non eſt caſus noſter, & ideo cum in caſu noſtro & de iure communi & ex forma etiam dictæ proclamationis requiratur ſententia condemnatoria, vt patet ex verbis ipſius proclamationis, ibi, *punientur & condemnabuntur*, quæ verba ſunt futuri temporis, & requirunt ſententiam, *vt not. gloſſ. in l. in criminali, C. de iuriſd. omn. iud. cum ſim.* Vnde ex omnib. prædictis concluditur, quod nullo modo potuit de iure nec ex forma prædictæ proclamationis formari dicta inquiſitio contra dictam lanam ex aliqua aſſerta falſitate quæ dicatur commiſſa per dictum Baptiſtam Gaguinum, & hæc ſatis ſufficiunt pro abſolutione facienda à dicta lana. Et à Matthæo hærede dicti Baptiſtæ: quia ſequi condemnatio non poteſt, ſed vt omnibus dubiis & partibus ſupraſcriptis ſatisfiat, dicam etiam ſuper eis.

De ſecunda itaque parte, videlicet an probatum ſit legitime, quod lana contra quam inquiritur, fue-
6 rit falſificata. † Et ſuper hoc ſolet dici, quod vbi teſtes examinati ſunt in cauſa ſicut fuerunt hic pro vtraque parte, quod tu iudex magis ſcire debes quanta fides ſit teſtibus adhibenda, *vt l. 3. §. 1. ff. de teſtibus.* Vnde cum tota hæc inquiſitio & defenſio Matthæi conſiſtat ex dictis & atteſtationibus teſtium, tantum vos D. Iudices ſcire poteſtis, quanta fides ſit teſtibus adhibenda. Et profecto dici poteſt multis ex dictis teſtibus aſſumptis ex officio non eſt adhibenda fides, videlicet primo, ſecundo, & tertio, qui deponunt ſolũ de tribus velleribus lanę Auguſtanę, hęc enim eſt minima quantitas reſpectu lanæ venditæ, potuiſſent enim per errorem illa tria vellera fuiſſe immixta in alia lana.

Item, ſecundo non eſt adhibenda fides, quia dicunt quod Laurentius & Gabriel tempore, quo incaſſabatur dicta lana in domo Baptiſtæ Gaguini, conquerebantur de immixtione dictæ lanæ, cuius contrarium deponunt teſtes producti per dictum Matthæum.

Item, dictus quartus teſtis & vltimus minime probant, quia dicunt ſe neſcire ſi dicta lana fuit falſificata; ergo, &c.

Item, dictum ſexti, ſeptimi, & octaui teſtis non probat quod falſitas fuerit commiſſa: quia dicunt quod quãdo partiti ſunt dictam lanam marciagam, inuenerunt in ea lanam Auguſtanam, nec dicunt quod hæc mixtura fuerit facta per aliquem animo falſificandi. Si enim fuiſſet ipſa mixtura facta per ipſos emptores, non fuiſſet falſificata: quia hoc fieri potuiſſet. Vnde non ſequitur, illi tres teſtes deponunt quod erat lana Auguſtana mixta cum marcia-

ga, ergo erat falſificata: quia nemo ipſorum deponit quod falſificata fuerit.

Item, dicti teſtes ſunt perſonę viles ſcilicet fachini, & portitores, & partitores lanarũ, & teſtes producti per Mathæum Gaguinum ſunt plures & digniores. Vnde eis magis eſt credendum, *per d.l.3.§.1. & l.ob carmen,§.ſi teſtes,ff.de teſti.cum ſim.*

Item, quia dicti teſtes Matthæi dicunt veriſimiliora, magis enim veriſimile eſt, quod ſi tempore venditionis dictæ lanæ & etiam tempore partitionis dicti emptores fuiſſent conqueſti de dicta falſitate cõtra ipſum Baptiſtam dum viuebant: ſed non fecerunt, quia non erat verum: ſed demum poſt eius mortem, quando cunuenti fuerunt ad ſoluendum pecuniam pro dictis lanis emptis per eos. *Et ideo cum dicti teſtes,ff.de teſtib.*

De vltima parte ſi fuit falſificata dicta lana, an probatum ſit quod falſificata fuerit per ipſum Baptiſtam Gaguinũ, & ex prædictis proxime apparet
7 quod non, † qui enim dicit dolum probare debet, *l.quoties, §.qui dolo, ff. de probat.* & probari debet dolus perſpicuis indiciis, *vt l.dolum, C.de dolo.* ſed certe ſtantibus probationibus & atteſtationibus prædictis pro parte Matthæi, non poteſt dici quod ſit probatus dolus aliquis vel aliqua falſitas ex parte dicti Baptiſtæ Gaguini, imo eſt probatum contrarium, ſi ſingula dicti teſtium recte conſiderentur, & eo magis, quia in dubio maxime in tali cauſa, vbi agitur de fama hominis, potius debetis eſſe prompti ad abſoluendum, quam ad condemnandum, *l.Arrianus, ff. de act. & obl. & l.fauorabiliores,ff.de regul. iur. cum ſimilibus.* Et melius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare, *l.abſentem. in princip.ff.de pœnis.* Ex prædictis itaque omnibus concluditur, quod vos domini prætores domus mercatorum debetis Deum præ oculis habendo pronuntiare formari non potuiſſe dictam inquiſitionem, nec ſuper ea procedi. Et in quantum procedi potuiſſet, quod nullo modo conceditur, ipſum Matthæum Gaguinum hæredem, huius mixturæ ignarum liberare debetis, &c.

Bartholomæi Cæpollę I.V.D. & aduocati conſiſtorialis.

CONSIL. LX.

SVMMARIA.

1 *Auxilium dans, vel incitamentum rixæ, an dicatur ipſi rixæ adeſſe, vel eius particeps.*

2 *Teſtibus in fauorem rei deponentibus fauendum eſt potius, quam in fauorem actoris.*

3 *Teſtis deponens cum clauſula, iudicio meo, non eſt firmus, nec probat.*

4 *Verbum veriſimile qualiter ſit in teſtium depoſitionibus intelligendum.*

5 *Ius commune præſumit neminem velle delinquere.*

6 *Innocentia an poſſit probari præſumptione.*

7 *Vim vi repellere an ſemper liceat, & an ſeipſum defendendo aliquem occidens debeat impunis remanere.*

8 *Excedens modum inculpatæ tutelæ etiam occidendo, an debeat puniri de morte vel de exceſſu.*

9 *Verbera an poſſint dari cum menſura.*

10 *Accedens in auxilium alicuius delicti poſt ipſum delictum conſummatum an dicatur delicti particeps.*

11 *Accuſatio de auxilio vel fauore alicui in malum præſtito qualiter dicatur ſufficiens.*

IN CHRISTI nomine amen. Scio magnifice ac generoſe Prætor graue mihi onus per veſtram dominationem impoſitum eſſe, vt ſcilicet conſulam an de iure Baldonus bannitus de ciuitate Taruiſii & ceneta & cenetem, nunc in fortiam carcerum veſtrorum deductus debeat decapitari, vel à pœna homicidii abſului: quia de vita vel morte hominis agitur, præſertim cum id non pariæ dubitationis eſſe videatur, ſed vt voluntati veſtræ, cui plurimum debeo, morem geram, decreni id onus ſuſcipere, & quantum in me eſt, de iure pro veritate conſulere, vt iuſtitiæ & mandatis veſtris ſatisfaciam. Et propterea vidi diligẽtiſſime pro viribus totum proceſſum & ſtatutum Taruiſii de homicidiis & pœnis eorum, & prouiſionem ducalem ſuperinde: & omnibus ſæpe & ſæpius diligenter viſis & conſideratis. Pro declaratione ac deciſione præſentis conſultationis tria in primis mihi examinanda eſſe videntur. Primum ſi Baldonus fuit in rixa, in qua Laurentius fuit ab Antonio interfectus & ibi admenauit cauſa mediandi, an vero cauſa pręſtandi auxilium & fauorem.

Secundum, ſi fuit in rixa & admenauit cauſa rixandi & præſtandi auxilium & fauorem, an ipſe venerit ad dictam rixam poſt Laurentium vulneratum vulneribus quibus mortuus eſt, an prius.

Tertium, ſi fuit in rixa ante Laurentium vulneratum, an præſtiterit auxilium vel fauorem ipſi Antonio cõmittenti dictum homicidium contra Laurentium occiſum.

1 Circa † primum videtur, quod dictus Baldonus fuerit in rixa cauſa præſtandi auxilium vel fauorem, nam hoc videtur dicere primus, ſcilicet Iacobus quondam Gulielmi habiti ad paludem, vt patet in eius examinatione, ibi, *continuo prædictis Iacobo Baldono & Ioanne admenantibus cum dictis ſuis baſtonis & gianariuis contra prædictum Laurentium, Petrum Cechum Trabachinũ & Andream ſupra ſcriptos.* Et primus ibi interrogatus, ſi aliquis præſtitit auxilium conſilium & fauorem prædictis ad committendum prædicta, reſpondit, quod vidit aliquem alium præſtare auxilium vel fauorem ad committendum prædicta niſi prænominatos.

Secundo idem in effectu videtur dicere ſecundus teſtis, videlicet Niculaus filius Pauli Furlani ibi, admenantes contra dictum Laurẽtium, Andream, & Petrum Trabachinum, & infra, ibi, & irruit contra Laurentium cum prædictis ſociis eius, & etiam infra ibi, & prædictis omnibus admenantibus contra dictum Laurentium.

Tertio idem videtur apertius dicere tertius teſtis ſcilicet Iacomarius munarius ibi, volentes indicio ſuo præſtare auxilium prædictis Iacobo & Antonio fratribus, & infra ibi, continuo ſequentibus ipſum Antonium dictis Baldono eius fratre & dicto Antonio cum eius armis cauſa præſtandi dicto

Antonio

Antonio auxilium iudicio ipſius teſtis, & etiam ibi, ſaluo, quod ſupra dicti Baldonus & eius frater.

Quartò, hoc idem videtur apertiſſime teſtificari ſeptimus teſtis, ſcilicet Iacomellus quondam Donati ibi interrogatus, ſi dictæ partes ibi adinuicem admenabant, & auxilium præſtabant, reſpondit, quod ſic, vt ſupra dixi, &c.

2 † In contrarium videtur eſſe probatum per alios quatuor teſtes examinatos ſuper defenſione ipſius Baldoni poſt eius capturam.

Primus eſt Bartholomæus quondam Ser Ioannis de Porta, qui dicit, quod dum dictus Antonius vulneraſſet dictum Laurentium, tunc dictus Baldonus cum vno baſtono exiuit de curtiuo, ſimul cum multis aliis, qui omnes currebantur mediare, &c. & infra ibi, qui volebat mediare.

Secundus teſtis eſt Dominicus quondam Ser Antonii, ibi, & vulnerato dicto Laurentio multæ perſonæ exiuerunt ad dictum rumorem cauſa mediandi, inter quos vidit dictum Baldonum.

Tertius eſt Laurentius quondam Ser Petri de Porta, & dictus Baldonus, & ipſe teſtis ſe reparabat cum baſtonis ſuis.

Quartus eſt Stephanus quondam Gregorii, vbi dicit, quod vulnerato dicto Laurentio multi cucurrerunt ad rumorem, inter quos vidit Baldonum cum vno baſtono in manibus, & quod dictus Baldonus non admenauit, nec aliquid fecit contra dictum Laurentium, &c.

Nunc eſt videndum, quibus teſtibus ſit magis credendum, & conſiderandum eſt, quod dicti teſtes ſunt numero pares, nec conſtat, qui digniores ſint. Vnde eſt videndum, quorum dicta melius probant. Et videtur, quod dicta teſtium productorum in fauorem Baldoni melius probent, quia illi quatuor affirmare videntur expreſſe, quod ipſe Baldonus fuit in rixa cauſa mediandi, ſed aliqui ex teſtibus ante inquiſitionem in contrarium examinati non ita concludere & affirmare videntur. Nam licet ſecundus teſtis dicat, quod prædictus Baldonus admenaret, & irrueret contra Laurentium, non tamen dicit, an hoc fecerit cauſa præſtandi auxilium vel fauorem, an vero cauſa mediandi.

3 † Item & tertius teſtis, licet dicat, quod dictus Baldonus voluerit præſtare auxilium vel fauorem Iacobo & Antonio fratribus, tamen dicit ſemper iudicio ſuo, & ſic non firmat. Vnde videtur, quod ſit magis credendum expreſſe deponentibus & affirmantibus, quàm illis, qui non expreſſe affirmant, *iuxta not. l. teſtium, C. de teſtib. & in c. cum cauſam, el 1. extra de teſtib. cum ſimilibus.*

Item, nec dicto ſeptimi teſtis, ſcilicet Iacomelli, eſt multum credendum, quia licet interrogatus, an ſibi dictæ partes auxilium præſtabant, reſponderit quod ſic, tamen reſtringit dictum ſuum, vt ſupra dixit, & ſupra dixit, quod non fuit in principio rixæ, & quod neſcit, quis percuſſerit ipſum Laurentium, ſed ſolum de auditu deponit. Vnde in hoc non eſt ei credendum ita, ſicut aliis, qui deponunt de viſu, & fuerunt à principio rixæ vſque ad finem, *argum. eorum quæ not. in l. teſtium, C. de teſtib. & in c. cum cauſam primo, de teſtib. cum ſimil.*

Item, videtur ex alio, quod ſit magis credendum teſtibus, pro defenſione Baldoni examinatis, quàm teſtibus in contrarium prius examinatis, quia illi teſtes in contrarium etiam idem dixerunt de Iacobo, quondam Syluestri, quondam Ser Nicolai Furlani, & tamen poſtea probatum eſt contrarium, videlicet quod ipſe fuerit in dicta rixa cauſa intermediandi, & non auxilium vel fauorem præſtandi, vt apparet ex dictis teſtium pro defenſione ipſius Iacobi examinatorum. Vnde cum ipſi errauerint in perſona Iacobi, ita etiam veriſimiliter errare potuerunt in perſona Baldoni, qui fuit de vltimis, qui ſuperuenit in rixa, *argum. eorum quæ habentur in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. & in c. deſleut, de reg. iur. & in c. fraternitatis, extra de hæreticis.*

Item, quia teſtes examinati pro defenſione Baldoni, dicunt veriſimiliora & rei aptiora; ergo eſt illis magis credendum, *vt eſt text. in c. licet cauſam, §. ex præmiſſis, extra de probat. & c. præterea, in fin. de teſtib. & 4. quæſt. 3. cap. ſi teſtes, §. item in criminali, & in l. ob carmen, § fin. ff. de teſtib. & not. per gloſſ. 1. diſtinct. cap. ego ſolis.* Quod autem dicant veriſimiliora & rei aptiora,
4 probatur. † Nam illi dicuntur dicere veriſimiliora, qui dicunt conſonantia iuri communi & rationi, *vt not. Innoc. in cap. auditis, poſt medium, & ibi per Doctor. extra de præſcript. & not. Ioan. And. & Dn. Anton. de Butr. in cap. in noſtra, extra de teſtib & in cap. licet cauſam, extra de probat.* Ad hoc etiam adduco quod not. Bald. *in l. qui accuſare, ad fin. C. de edend.* vbi dicit, quod ille dicitur melius probare, cuius intentio melius conſonat rationi, ſed teſtes examinati pro defenſione Baldoni, dicunt magis conſonantia iuri communi & rationi, quàm deponentes contrarium. Ratio, quia teſtes deponentes pro Baldono dicunt, quod fuit in rixa cauſa mediandi, & ſic non cauſa delinquendi, ſed nulli dubium, quod magis conſonat iuri communi & rationi in dubio præſumere, quod non fuerit ibi in rixa cauſa delinquendi, ſed cauſa mediandi, quia de iure communi nemo præſumitur, in dubio velle delinquere, *l. merito, ff. pro ſocio.* Et iſta eſt notabilis præſumptio ſecundum gloſſ. ibi, & proficit ad liberationem, vt ibi tenet
5 Bartol. † & quod in dubio ius commune præſumat, quod quis non videatur delinquere, tenet etiam Bart. *in l. gerit, de acquirend. hered. in 4. quæſt. principali, & notat Archid. 86. diſtinct. qui venatoribus, & not. etiam in cap. 1. extra de cleric. venat.*

Ad hoc etiam adducitur alia præſumptionis iuris communis ratio, quæ vult, quod in dubio etiam in delictis debemus interpretari in meliorem partem, *vt in cap. eſtote miſericordes, extra de reg. iuris, & in cap. ad audientiam, de homicidio, & not. gloſſ in cap. nauiganti, in verbo veriſimiliter, de vſuris. cum ſimilibus.* Et ſi dicatur, imo videtur in dubio eſſe præſumendum contrarium, quia ipſe Baldonus dedit operam rei illicitæ, quia in dicta rixa cum ſuo baſtono percuſſit Petrum, fratrem Cechi Trabachini, & Andream Claudum ſuper caput cum ſanguine; ergo videtur feciſſe animo non mediandi, ſed nocendi, & auxilium præſtandi, *arg. l. item ſi obſtetrix, §. fin. cum l. ſeq. &*

cum ibi no. ff. ad l. Aquil. & arg. l. 1. ff. & C. ad l. Cor. de ficar. & c. ſignificaſti, extra de homicidio.

Item, quia ipſe Baldonus aufugerat ante inquiſitionem contra eum formatam, ergo videtur præſumendum contra ipſum quod deliquerit, *vt habetur in l. admonendi. ff. de iureiurand. & in l. in bona fidei. C. de reb. cred. & iureiurand. & per Barto. in l. lege Cornelia. ff. ad Sil. & per Bart. etiam in l. 1. in fin. princip. ff. de bon. eorum qui ſibi mor. conſci. cum ſimilibus.* Ad hoc reſponderi poteſt quod licet percutiens in dubio videatur facere animo nocendi, non tamen ſequitur, ergo videtur facere animo præſtandi auxilium aliis rixantibus, & maxime homicidio per alium commiſſo: quia iſta negatiua, quod quis percuſſerit non animo nocendi, non animo præſtandi auxilium vel fauorem homicidiumue committendi, poteſt probari per præſumptiones, *vt eſt gloſſ. notabilis in l. 1. in*
6 *verſicu. non deſidendi. C. ad l. Cor. de ſica. & ibi nota.* † & quod innocentia poſſit probari per præſumptiones, *not. & tenet etiam Barto. in l. 1. §. de illo. verſicu. quomodo an haredi. ff. de bo. eorum qui ſibi mor. conſci.* Præſumptiones autem, quod non fuerit in rixa animo dandi auxilium vel fauorem, maxime homicidio, ſunt multæ. Vna, quia teſtes aliqui dicunt quod ipſe nitebatur cum aliis inter rixantes mediare.

Secunda, quia Petrus Trabachinus & Andreas Claudus admenabant contra illos, qui volebāt mediare, & ſic contra ipſum Baldonum, vt dicunt Bartholomæus quondam Ser Ioannis de Porta, & Dominicus quondam Ser Antonii examinati ſuper defenſione Baldoni. Item, dicit Laurentius quondam Ser Petri de Porta, qui etiam dicit plus & clarius, ſcilicet quod cum dictus Baldonus cucurriſſet ad rumorem ſimul cum aliis cum vno baſtono quē habebat in manu, contra eos venerunt Andreas & Petrus Trabachinus ſupra nominati cum armis ſuis & dictæ perſonæ, & dictus Baldonus, & ipſe teſtis ſe reparabant cum baſtonis ſuis. Vnde ſi poſtea ipſe Baldonus, qui ſe reparabat contra ius dictorum Petri & Andreæ, & tandem eos percuſſit, præſumendum eſt, quod percuſſerit non animo præſtandi auxilium vel fauorem rixæ, ſed potius ſe defendendi, & iniuriam propulſandi, cum fuerit pro-
7 uocatus, † quia vim vi repellere licet, *l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. & l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. & l. 1. Cod. vnde vi. & in capit. ſignificaſti, extra de homicidio. nota. in dictis iuribus facit, quod habetur in l. ſi ex plagiis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. cum ſimilibus.* Et licet exceſſiſſet modum inculpatæ tutelæ: vel quia potuiſſet commode aufugere, vel aliter, *iuxta nota. in dictis iuribus*, non tamen propter hoc dici deberet, quod hoc feciſſet cauſa dandi auxilium, vel fauorem aliis rixantibus, maxime homicidio, cum occiſum nunquam vulnerauit, imo iam vulneratus erat antequam Baldonus ſuperueniret, vt dicunt quatuor teſtes examinati pro defenſione Baldoni,
8 & dicetur infra in tertio dubio principali. † Nam eo caſu quando quis exceſſit modum inculpatæ tutelæ etiam aliquem occidendo, non debet puniri de homicidio, ſeu de morte: ſed de exceſſu ſecundum Bald. *in capitulo 1. in 3. colum. in principio, in titulo de pace tenend. in vſibus feudorum. allegat nota. in capitulo ſignificaſti. vbi eſt gloſſ. de hoc de pœniten. & remiſſ. Et idem nota. Bald. in capit. 1. §. 1. in fin. in titulo de pace iuramento firm. Et idem tenet Ludouic. de Roma. in ſuo tertio ſingulari, vbi vult ad hoc, l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adulter. & idem tenet Ioannes Andreas in additione Spec. in Rubr. de homicidio vbi diſputat. Et idem tenet Bald. in l. vt in vim. ff. de iuſt. & iure*, vbi ponit ra-
9 tionem, † quia verbera non poſſunt dari cum menſura, *facit ad hoc cap. fina. de homicidio in 6.* & propter a eſt difficile defendere ſine vllo impetu, & allegat plurimū, ſuſpicio etiam fugæ tollitur, quia ipſe Baldonus vulnerauerat dictos Andream & Petrum ſuper caput eum ſanguine, ergo habuit iuſtam cauſam timendi, & præſumptio eſt quod fugerit potius propter dictas percuſſiones quam propter hoc quod præſtiterit auxilium, vel fauorem homicidio, vel etiam propter dubitationem, quæ nunc eſt ne inculparetur de homicidio, ex quo in dicta rixa illos percuſſit, vnde in dubio voluit recedere, & ex hoc non debemus arguere, quod ipſe præſtiterit auxilium vel fauorem de homicidio, ex quo habemus teſtes dicentes contrarium, & multas præſumptiones de quibus ſupra. Et aliqui teſtes videantur dicere contrarium, tamen deponentes pro defenſione Baldoni, & ſic pro liberatione magis eſt in dubio credendum, tum quia pro teſtibus Baldoni ſunt præſumptiones magis vrgentes pro hoc allego glo. notabilem, *in l. ſi duo patroni. in princip. ff. de iureiurand.* quę ſemper allegatur, quod quādo teſtes ſunt hinc inde omnino pares, & pro vna parte eſt aliqualis præſumptio pro illa eſt iudicandum, tum etiam quia pro reo in dubio, & pro abſolutione eſt iudicandum, *vt eſt text. in capit. inter dilectos. in fin. de fide inſtrument. & ibi not. & in §. commodum. Inſt. de interdictis. Et propterea dicit Bald. in rub. de controuerſ. inueſt. in fin. in vſibus feu.* quod iſtud ſit pro regula tenendum, quod promptiores debemus eſſe ad abſoluendum, & quod propter conflictum præſumptionum reus abſoluitur, *per d. capit. inter dilectos. in fin. cum ibi not.* Et ideo eſto quod ſint teſtes hinc omnino pares, & ſint præſumptiones hincinde, in dubio debemus iudicare pro reo, & maxime hic, vbi teſtes pro reo magis affirmatiue dicunt, & quia plures & vrgentiores probationes pro reo eſſe videntur. Ex his itaque concludendum eſſe videtur, quod dictus Baldonus potius interuenerit à principio in rixa cauſa mediandi, & licet poſtea duos percuſſerit, quod illud fecerit ab eis prouocatus, quoniam contra eum admenabant cum armis ſuis, & licet exceſſerit modum inculpatæ tutelæ, quod propter hoc non videatur dediſſe auxilium vel fauorem homicidio, poſſet tamen iudex inquirere, an iſte Baldonus eſſet inimicus dictorum Laurentii, Petri, Andreæ, vel amicus, aut familiaris, vel rixoſus, an non. Nam ſi eſſet inimicus eorum, & rixoſus, nullum hoc haberet apud me dubium, videlicet quod non videretur feciſſe animo præſtandi auxilium vel fauorem homicidio. *& pro hoc alleg. gl. 2. valde notabilem, in l. 1. ibi probando amicitiam & affinitatem & qualitatem occidentis. C. ad l. Cornel. de ſicar.* Circa ſecundum dubium principale, an ipſe Baldonus venerit ad dictam rixam poſt Laurentium vulneratum vulne-

ribus

ribus quibus mortuus eſt quaſi in continenti, an ante. Et in hoc dubio teſtes etiam ſunt varii. Nam aliqui teſtes examinati ante formatam inquiſitionem, videlicet primus, ſecundus, tertius, ſextus, & ſeptimus videntur velle attenta ſerie ſuarum atteſtationum quod Baldonus fuerit in rixa ante Laurentium vulneratum. Sed quatuor teſtes examinati ſuper defenſione ipſius Baldoni dicunt contrarium, videlicet, quod Laurentius erat vulneratus antequam Baldonus exiuiſſet de curtiuo, imo Laurentius & Stephanus teſtes dicunt plus, quod vulneratus incipiebat mori antequam Baldonus exiuiſſet de curtiuo. Et iſtis teſtibus pro Baldono deponentibus potius in hoc eſt credendum; quia magis in ſpecie & clare hoc deponunt quam deponentes contrarium, vt de ſe patet, & quia magis affirmatiue deponunt ſuper hoc, quam alii, & præſertim Dominicus quondam Antonii qui dicit quod optime vidit & recordatur quod quando dictus Baldonus exiuit de curtiuo Laurentius erat iam vulneratus, ergo ſibi cum aliis conteſtibus ſuis eſt magis credendum, argumento eorum quæ nota. *in l. teſtium. Cod. de teſtibus. & in capitulo cum cauſam. el 1. de teſtibus & argum. capit. licet. ibi teſtes firmiter aſſerentes, & in capitulo 3.* loco ibi teſtes dixerunt ſe pro certo credere, *extra de præſumptio. & pro hoc faciunt ea quæ dixi in præcedenti dubio circa fin. & quod dicetur in ſequenti.* Et ex his concludo quod iudicandum eſt in hoc dictum Baldonum veniſſe ad dictam rixam poſtquam fuerat iam Laurentius vulneratus.

Circa tertium dubium principale, ſi Baldonus fuit in rixa ante Laurentium vulneratum, an præſtiterit auxilium vel fauorem ipſi Antonio committenti homicidium in perſona ipſius Laurentii occiſi. Et licet ex his, quæ dicta ſunt in primo dubio principali, videatur eſſe concludendum, quod cum vltra ea quæ dicta ſunt ibi, poteſt etiam idem
9 probari aliis rationibus. † Nam ſi verum eſt, quod antequam dictus Baldonus venerit ad dictam rixam, ipſe Laurentius erat iam vulneratus, & incipiebat iam mori, & ſic delictum erat iam conſummatum: ergo ſuperueniens etiam adiuuando vulneratum non videtur præſtitiſſe auxilium vel fauorem homicidio: quia illud erat iam perfectum quantum ad vulnerantem, licet adhuc ipſe vulneratus non eſſet mortuus, & pro hoc allego id quod ſingulariter not. Barto. *in l. furtum. ff. de furtis*, vbi dicit quod quando aliquid eſt habitum pro perfecto, & aliquis recepit rem furatam, vel aliquid auxilii præſtiterit furi, non dicitur furto præſtitiſſe auxilium, & ſic furti non tenetur. *Et idem vult ibi in effectu Angel. de Peruſio, & idem ad literam tenet Ange. de Aret. in ſuo tracta. maleficiorum. in gloſſ. in verb. dicto maleficio ſemper aſtitit. in vltima columna.* quod dicit eſſe nota. quia ita alias practicari vidit. Præterea
10 hoc patet alia ratione ſingulari. † Nam ad hoc vt aliquis poſſit de auxilio vel fauore accuſari non ſufficit dicere in accuſatione vel inquiſitione, Titius percuſſit Seium in caput, & Matthias in brachium, & ad prædicta committenda præſtiterunt ſibi inuicem auxilium & fauorem, quia ex hoc non poſſet ſequi condemnatio de auxilio vel fauore, quia non exprimitur qualiter præſtiterunt auxilium vel fauorem. Et ideo cum verba debeant intelligi in benigniorem partem, *vt l. ſi præſes. ff. de pœnis*, intelligetur quod percutiendo præſtitiſti mihi auxilium: & ego percutiendo præſtiti tibi: & ſic actus meus fuit auxilium tibi, & tuus mihi. Sed de iſto actu ego punior vt principalis, non autem punior tanquam præſtans opem, vel auxilium, vel fauorem. Et ideo debet dicere accuſatio vel inquiſitio, quod vnus præſtitit opem vel auxilium alteri, vt habilius delictum committeret, ad hoc Barto. *in l. ſi in rixa. in penultima column. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* & ſic præſtitit opem vel auxilium per alium actum, quam per illum de quo principaliter accuſatur, vel contra eum inquiritur, ita ſingulariter dicit Barto. *in l. qui ſeruo, §. fin. & §. ſi duo. ff. de furtis. quam ſequitur Angelus de Aretio optimus practicus in ſuo tractatu maleficiorum, in gloſſ. in verſicu. dicto maleficio ſemper aſtitit, in principio.* qui dicit hæc eſſe notanda in practica. Sed in caſu noſtro teſtes examinati ante inquiſitionem, & ſuper quibus formata eſt inquiſitio, non dicunt quod vnus præſtiterit opem vel auxilium vel fauorem alteri aſſiſtendo. Sed primus teſtis dicit, quod Iacobus Ioannes & Baldonus admenabant contra dictum Laurentium Petrum Trabachinum & Andream t & quod prædictus ad committendum prædicta nullum præſtitit auxilium vel fauorem niſi prænominatus, non enim dicit quod Baldonus præſtiterit auxilium aſſiſtendo maleficio ſeu homicidio quod fecit dictus Antonius in perſona Laurentii. Secundus teſtis non dicit niſi de admenatione Baldoni. Tertius dicit idem, & quod Baldonus & alii volebant iudicio ſuo præſtare auxilium prædictis Iacobo & Antonio, quod non ſufficit per prædicta: & iſte etiam non affirmat iudicio ſuo: quia dicit iudicio ſuo. Quartus & quintus nihil dicunt, imo dicunt contrarium ſaltem in ſecunda ſua examinatione ſuper defenſione Baldoni. Sextus etiam nihil dicit de auxilio vel fauore, ſed quod ſolum percuſſit Petrum & Andream: nec interrogatio in fine facta hoc probat: quia reſpondit ſuper negatiua non ſuper affirmatiua, quia non fuit ipſe teſtis interrogatus ſi Baldonus præſtitit auxilium vel fauorem, vt patet in eius atteſtatione. Septimus etiam teſtis, nihil probat. Nam dicit quod dictæ partes ſibi inuicem admenabant & auxilium præſtabant, *vt ſupra dixi.* Iſta enim diſpoſitio non concludit per ea quæ dixi ſupra, ſecundum Bart. & Ang. de Aret. Secundo etiam iſte teſtis reſtringit dictum ſuum dicendo, vt ſupra dixit: & ſupra dixit de Baldono niſi quod admenauit eum baſtono contra Petrum Trabachinum, vnde per hoc non diceretur præſtitiſſe auxilium vel fauorē homicidio per Antonium commiſſo per prædicta. Tertio quia ille teſtis ſeptimus non interfuit principio rixæ, vt ipſe dicit, nec vidit vulnerari ipſum Laurentium & deponit de hoc de auditu. *per ea quæ habentur in l. teſtium. C. de teſti. & in c. cum cauſam. el. 1. extra de teſtib. cum ſim.* Octauus etiam teſtis ſuper auxilio vel fauore nihil deponit. Vnde per atteſtationes dictorum teſtium nō poteſt dici, quod d. Baldonus præſtiterit auxilium vel fauorem d. homicidio per ea quæ habentur ſin-

golatiter per Bart. *in dict. l. qui ſeruo. §. fin. ff. de furtis, & per dict. Angel. de Aret. in dicto ſuo tractatu in loco præallegato.* Er propterea eſt etiam concludendom, qnod ex inquiſitione formata contra Baldonum vigore dictorum teſtium, dum in ea dicitur, continno dicto Baldono auxiliom præſtante dicto Antonio cum ſuo baſtono, &c. Et dum in fine eioſdem inquiſitionis dicitur, & præmiſſa omnia & ſingula commiſſa & perpetrata fuerunr per Set Antonium Baldonum, & alios ſibi adinuicem præſtaotes auxilium & fauorem, non debet Baldonus qui eſt præſens & ſe defendit condemnari de auxilio vel fauore præſtitó dicto homicidio, quia licet ipſe deliqoiſſet admenando etiam contra Laurenrium, & ipſum etiam vulnerando, quod tamen fuit in caſu noſtro, vt patet per teſtes, & licet ipſe deliqoerit percutiendo cum baſtono prædictos Petrum & Andream, tamen ipſe non debet puniri de auxilio vel fauore, ſed tanquam principalis in eo quod contra aliquem admenauerit vel ipſum percuſſerit. Et ſic de admenatione vel percuſſione ſeu vulnere tantum deberet puniri per dictam doctrinam Bartoli ſingularem. Er maxime cum aliqui teſtes examinati ante inquiſitionem dicant, quod Laurentius & Petrus Trabachini & Andreas eranr ex vna parte, & Iacobus & Antonius fratres & Ioannes & Baldonus etiam fratres eranr ex altera parte, & ſic Baldonus ſuperuenit in rixa non vt principalis, oon videtur auxiliom, vel fauorem præſtitiſſé homicidio.

Irem, pro hoc apparet, quia Stephanus quōdam Gregorii dicit, quod dictus Baldonus non admenauit, nec aliquid fecit contra dictum Laurentium, quia quando exiuit curtiuo, erat iam vulneratus, & incipiebat mori, & ita dicunt alii teſtes examinati ſuper defenſione ipſius Baldoni, vt prædixi.

Item, prædicta doctrina Bartol. ſingularis eſt & veriſſima præſertim in caſu noſtro, attenta prooiſione Docali ſuper reformatione ſtatuti Taruiſii loquentis de bomicidiis. Nam reformatio ſtatuti dicit, quod ſi plures interfuerint homicidio alicuius, quod quilibet qui fecerit, puniri debeat tanquam homicida. Et ſi plures fuerint, qui bomicidio vel euicunque alteri ſceleri dederint auxilium conſilium, vel fanorem puniātur tanquam committentes & facientes dicta ſcelera, notandum eſt qood dicit, qoi homicidio auxilium, vel fauorem dederit, non autem dicit homicidiom committenti, ſed ipſi homicidio, ſed per prædicta apparet quod non eſt probatum videlicet inquiſitum qnod ipſe Baldoous præſtiterit auxiliom vel fauorem dicto bomidio, ſed eſt probatum cootrariom: ergo. Er ſi diceretur in inquiſitione in facie eius, eſt dictū quod Baldonus, & alii præſtiterunt cooſilium & fauorem, ergo ioeluditur vere etiam auxilium, *vt notat. Bartol. in dict. l. qui ſeruo. §. fin. in fin. ff. de furtis*, & hoe noceat abſentibus, & contumacibus, *iuxta not. per Barto. in l. abſentem, in princ. ff. de pœnis*, tamen Baldono præſenti & ſe defendenti hoc nō debet nocere, com ex dicto alicuius non appareat quod ipſe Baldonus, vel alii dederint auxilium dicto homicidio perpetato, imo ex depoſitione omnium teſtium apparet cootrarium, præſertim cum omnes teſtes deponant, quod dictus Laureotius oceiſus incepit rixam, & in curtiuo & extra curtiuum, & cum verbis, & cum factis, vt intuenti patere poteſt apertiſſime, ideo ex illo capite ſcilicet conſilii, nullo modo poteſt dici, quod et alió qood non præſtint, videatur Baldonus præſtitiſſe dicto homicidio conſiliom vel fauorem, ex prædictis omnibus, nunc eoocluditur, quod nullo modo d. Baldonus poteſt, vel debet decapitari vigore dictæ inquiſitionis contra eom formatę propter teſtes hucuſq; examinatos, imo ab ea debet abſolui, ſed ſolū debet condemnari de vulneribus illatis Petro & Andreæ vigore dictæ inquiſitionis, in qua dicitur, quod dictus Petrus & Andreas fuerunt percuſſi ab ipſo Baldono, & in fine dicitur, ſuper quibus omnibus & ſingulis, &c. quia per dictam clauſulam videtur prætor vel iudex deduxiſſe omnia in inquiſitione contenta diuiſim, nec aſtrinxiſſe ſe ad probandum niſi neceſſaria, *vt not. Bald. in l. 2. C. de probat. & Flor. in l. in delictis, §. ſi detracta. ad fin. ff. de noxal. Et per Angel. de Aret. in ſuo tractatu maleficiorum, in gloſſ. ſuper ver. ſuper quibus omnibus, in fin. & Bald. in l. ſi ſeuerior. verſic. 6. iuxta hoc quæro. C. de his qui not. infam. & etiam per eundem in l. 1. in princ. vlt. vel penult. char. ver.* & hoc vbi proceditur per accuſationem, tum quia ex his quæ dixi in primo dubio, potius eſt præſumendum quod ipſe Baldonus ſuperuenerit rixæ à principio cauſa mediandi quam auxilium homicidio præſtandi, tum quia quando ſuperuenit rixæ, iam erat vulneratus Laurentius, & incipiebat mori, vt dixi in ſecundo dubio principali: & ideo hoc vero exiſtente ſclarum eſt, quod non poteſt nec debet condemnari de bomicidio vigore dictæ reformationis ſtatuti loquentis de homicidiis, quæ dicit ſi plures ioterfuerint homicidio alicuius, &c. Nam certum eſt Baldonum non interfuiſſe illi bomicidio, ſi iam Laurentius erat vulneratus & incipiebat mori quando Baldonus ſuperuenit in rixa, vt de ſe patet, ergo non ſumus in caſu reformationis, ſed extra, & ſic in diſputatione ioris communis ſecundum quam ſine dubio non deberet nec poteſt in caſu noſtro pœoa capitali de bomicidio puniri per prædicta, tum etiam hoe concludendum, qoia noo eſt probatum quod aliter præſtiterit auxilium conſilium vel fauorem ipſi homicidio, imo eſt probatum contrarium per ea quæ dixi ſupra in ſecundo dubio principali. Et ad prædicta adduci etiam poteſt ratio: quia in dubio debemus interpretari in meliorem partem, & eſſe promptiores ad abſoluendum quam condemnandum, vt dixi ſupra in 10. dubio principali, in fin. Et qnia in dubio melius eſt nocentem abſoluere quam innocentem condemnare. Nam reſcripſit diuus Traianus Imperator ſatius eſſe impunitum relinqui facinus nocentis quam innocentem condemnare, vt dicit Vlpianus Iuriſconſultus, *in l. abſentem, in princ. ff. de pœnis.* Er ita vt ſupra concluſum eſt, puto magoifice ac generoſe Prætor officium veſtrum & curiæ veſtræ eſſe in abſoluendo dictum Baldonum à pœna bomicidii, vel præſtantis auxilium conſiliom vel faoorem homicidio, & in condemnando ipſum de vulneribus tantū illatis Petro & Andreæ.

Saluo

Salao ſemper meliori iudicio, cui me ſemper ſubiicio, *iuxta l. Claudius, in ſin. ff. qui potiores in pignore habeantur*, 1459. vlt. Martii.

Et ita, vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo iuris eſſe, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona, extraordinariam Iuris ciuilis legens in ſtudio Paduæ.

CONSIL. LXI.

SVMMARIA.

1 *Libello & confeßioni in eo facta an ſemper ſtandum ſit.*
2 *Succedere an poßit quis contra teſtamentum aut vltimam voluntatem.*
Filij ſpurij qui dicantur.
3 *Nati ex damnato coitu non ſunt liberi nec naturales nominandi, omniq; paterno beneficio dicuntur indigni.*
4 *Verba non ſufficiunt, vbi opus eſt facto.*
5 *Legitimatio non poteſt fieri ſola voluntate, ſed requiritur reſcriptum principis vel habentis poteſtatem à principe.*
6 *Promißio de legitimando an habeatur pro legitimatione.*
7 *Mandati fines excedens, non debet domino praeiudicare.*
8 *Teſtimonium vnius pro nihilo habetur in quacunque etiam cauſa.*
9 *Cauſa quæcunque ſit, non poteſt vnius teſtimonio terminari.*
10 *Solemnitas iuris naturalis in iudicando habetur, Matth. 18. cum dicitur, in ore duorum vel trium, &c.*
11 *Iuramentum an poßit deferri in ſupplementum probationis.*
12 *Verba iſta, ego ſum contentus, in vltima voluntate expreſſa, an ſint vel eſſe debeant efficacia.*
13 *Voluntatis declaratio an inducat promißionem aut obligationem.*
14 *Verbum, volo, ad alterius interrogationem prolatum quid importet.*
15 *Alteri per alterum ſtipulari nemo poteſt.*
16 *Legitimatio in dubio trahitur ad ſuccedendum.*
17 *Legitimari an poßit quis cum hoc, quod non ſuccedat, vel quod certo modo ſuccedat.*
18 *Legitimatio & diſpenſatio in quo differant.*

Pro magnifico Ioan. Antonio Gatamelata contra magnificum Bertoldum Eſtenſem, ſuper quadam aſſerta promiſſione legitimandi dominam Iacobam filiam Illuſtris Gentilis Leoneſis, & coniugis Bertoldi, Anno Domini 1456. die Lunæ 3. Maii, quo ipſe Ioan. Antonius obiit.

IN CHRISTI nomine, amen. Orta iam diu controuerſia & lite inter magnificos & armorum principes Ioan. Anton. Gatamelatam & Bertoldum Eſtenſem de & ſuper legitimatione honeſtiſſimæ dominæ Iacobæ filiæ, bonæ memoriæ, Illuſtris armorum Imperatoris Leoneſis Gentilis, coniugisq; ipſius Bertoldi, ac etiam de bonis & hæreditate dicti Gentilis factum fuit & eſt compromiſſum in magnificum & generoſum virum Patritium Venetum, ſapientiſſimum Dominum Iacobum Antonium Marcellum Equeſtris ordinis, virum digniſſimum de iure & de facto, vt mihi relatum eſt, coram quo petitum eſt per Bertoldum in hæc verba: *Dinanci a voi Magnifico, e Generoſo Miſſer Iacobo Antonio Marcello dignißimo Senatore Venetiano, & in queſta parte arbitro eletto de concordia, e arbitratore per le parti infraſcritte, come Signore, e Padre ſpeciale de l' vno, & de l' altro de noi. Io Bertoldo da Eſte quaſi Magnifico Tadeo, non per via de ſolenne libello, ma de qualqual narration & declaration dico, & narro le coſe infraſcritte eſſer vere, le quali non eſſendo confeſſate intendo prouare, & anco domando che' l Magnifico Ioan Antonio Gatamelata ſia aſtretto à queſti capitoli & poſitioni fare riſpoſta ſincera & libera como richiede la conuentione noſtra prima, &c.* Et inter alia hæc ſunt capitula ad rem pertinentia, videlicet octauum. *Item, che eſſendo il prefato Magnifico Gouernatore nella infirmitade della qual lui manchò, fù gli recordata la legitimatione delle ſue filiole, & in ſpecie della Iacoma mia mogliere, e lui riſpoſe volerla fare, e di queſto ricercò el Magnifico Conte Guido Rangon li preſente e l' hora che tal legitimation voleſſe fare.* Nonum: *Item, che' l prefato Conte Guido haueria fatto la detta legitimatione ſecundo la richieſta a lui fatta, ſe non fuſſe ſtato reſpetto a chi queſto diſpiacque.* Decimum: *Item, che ſe la detta legitimatione fuſſe ſtata fatta a Iacoma mia mogliere, ſaria ſucceſſa al padre, prima che alcuna altra perſona, attento che' l prefato Magnifico Gouernatore mori ſenza alcuno figliuolo maſcolo, ma ſolo con figliuole femine, e eſſendo viui la Magnifica Madona Iacoma ſorella ſua, & Magnifico Ioan Antonio nepote figliuolo della detta ſorella.* Vndecimum: *Item, che in teſtamento che ſe produce come teſtamento del prefato Gouernatore fù ſcritto per informatione habenda da tertia perſona che referì coſi eſſer de mente del Magnifico Gouernatore, da poi ſcritto gli e fù portato a lezere, e non fù dittato per ſua bocha, ne per parole inteſe da lui, ne per el notaro, ne per chi lo ſcriſſe. Item, che ſe la figliuola foſſe ſtata legitimata tal teſtamento aſſerto, quando ben foſſe ſtato di ſua volontate non poteria valere nella forma che li vien predetto.* Et poſtremo concluditur: *Item, che ſtanda le predette promißioni narrate di ſopra ouero ſe convien iudicare come ſe la legitimatione fuſſe fatta circa i beni & hereditá del prefato Illuſtr. quaſi Gouernatore, ouer amente ſe conuien iudicare eſſendo ſtata fatta la predetta promeſſa & non obſeruata el prefato Gouernatore, o che ſui heredi & ſucceſſori ſo chiama me reintegri, e refaccia ogni danno, & intereſſe che per non mi eſſer oſſeruate le promeſſe io ſia incorſo, e coſi domando per la voſtra Magnific. douer eſſer fatto per ogni modo, che de raſon domandare ſe può, &c.* Ad quæ reſpondit magnificus Ioannes Anto. in hęc verba in effectu, *ſecondo capitulo, che lo Magnifico Gouernatore non promeſſe mai farla legitimare, ne lui ne altri per lui che haueſſe cercato tertio commißione o mandato ſe non in caſo che lei non haueſſe a ſuccedere, ne hauere per ſua legitima ſe non quanto era la dote che lui godeua, no haueſſe a preiudicare mai ad alcuna ſua volontade, e coſi Ser Morioto riferì prima a la voſtra Magnificentia. Item, non è il vero che intention del Magnifico Gouernatore fuſſe*

re fuſſe mai nella ſua infirmitade de farla legitimare ſaluo ſel ſe fuſſe poſſuto fare, vt ſupra, e non biſognaua allegare a queſto Ioanne diſſe, e quel diſſe perche e' l teſtamento fatto per ogni ſolemnità del notaro, e li teſtimonij ſe vedi quel che fuſſe la ſua volonta. Et tandem poſt multa concluditur: *Che la Magnificentia de eſſo Miſſer Iacomo, Antonio, Marcello termini, che eſſa Iacoma ſi contenti de detta ſua dote, e a quello che altre ſue ſorelle per volontà del padre hanno hauer.* Super quibus petitione & reſponſione producti ſunt duo tantummodo teſtes pro parte ipſius Bertoldi, videlicet Comes Guido Rangonus, & clariſſimus Iuris vtriuſque Doctor & miles Dominus Antonius de Roſellis de Aretio, quorum dicta in proceſſu continentur, ſed eorum verba & effectus infra declarabuntur.

Nunc vero ego Bartholomæus Cæpolla Veronenſis ciuilis & pontificii Iuris Doctor, à præfato Illuſtri Ioanne Antonio Gratis conſultus, vt quid in hac re de iure ſentiam, in ſcriptis ederem, licet inter alios legum ac canonum Doctores ſim minimus, tamen vt voluntati eius morem gererem, decreui in his ſcriptis conſilium meum ſibi proferre, quod ſi non ita elegans ſubtile atque ornatiſſimum erit, vt eius excellentia & cauſæ magnitudo poſtulat & expoſcit, ac etiam arbitratoris ſapientia requirit, erit tamen, vt arbitror, pro fide, qua omnibus debeo iuſtiſſimum, atque pro omni iuris obſeruantia ſemper æquiſſimum, quoniam, vt recte conſulam, requiſitus ſum, & hac in re iuris religionem honoremque meum verſari intelligo, præſertim cum apud ſapientiſſimum atque integerrimum arbitratorem, ita vt dixerim, verba facturus ſim, quo quidem conſilio duo in primis examinanda ſunt, quæ in concluſione petitionis Bertoldi continentur, ex quibus apparebit, an petita per eum fieri debeant, an vero Ioannes Aotonius per eum abſoluendus eſt ab omnibus petitis per ipſum Bertoldum.

Primum eſt, an ſtantibus, vt dicitur per Bertoldum prædictis promiſſionibus narratis, vt ſupra debeat iudicari, perinde ac ſi legitimatio facta fuiſſet circa bona & hæreditatem præfati Illuſtriſſ. quondam gubernatoris.

Secundum, an ſaltem iudicari debeat, cum facta ſit, vt dicitur per Bertoldum dicta promiſſio, & non obſeruata, quod præfatus gubernator ſiue ſui hæredes aut ſucceſſores reintegrent, & reficiant omne damnum & intereſſe, quod ipſe Bertoldus propter non obſeruantiam dictarum promiſſionum incurriſſe dicitur.

1 Super † primo nulla videtur eſſe dubitatio, & pro intelligentia præſuppono, quod dicta domina Iacoba non fuit nec eſt filia legitima, & naturalis ipſius Gentilis, vt præſupponit ipſe Bertoldus in ſua petitione, dum dicit, quod non fuit nec eſt legitimata, ſicut fuit ſibi promiſſum, cui libello ſiue confeſſioni in eo factæ ſtandum eſt, *l. cum pretium, C. de liber. cauſa, cum ſimilibus.* Et ſic dicta domina Iacoba, aut eſt ſaltem naturalis tantum, ſi fuit nata ex concubina vnica in domo retenta per ipſum Gentilem, *vt probatur Inſtitut. de nuptijs, §. finali, & notat. gloſſ. Inſtitut. de adopt. in principio, & eſt gloſſ. in capit. tanta, verſicul. repellendus, extra qui filij ſint legitimi, & notat. gloſſ. in capit. niſi cum pridem, in verſicul. perſona nota. in verſicul. maneres, extra de renuntiat. & in dictis iuribus notat. per Doctor. & notat Dynus in ſuo tractatu de ſucceſſionib. ab inteſtato, in tertia columna, verſicul. dicunt autem filij naturales,* & tunc talis filia naturalis tantum non debeat de neceſſitate in-
2 ſtitui vel exhæredari à patre, † nec ſuccedere poteſt patri contra teſtamentum ſuum & eius voluntatem, vt habetur in dictis iuribus; ab inteſtato autem bene poſſet patri ſuccedere, *ſecundum formam authent. licet, Cod. de naturalibus liber.* videlicet quando non extant defuncti liberi, neque parentes, neque coniunx legitima cum aliis filiabus naturalibus tantum, ſuccederet in ſexta tantum parte totius hæreditatis paternæ, *vt ibi dicitur.* Aut non eſt naturalis tantum, ſed ſpuria, quod eſt, quando fuiſſet nata ex muliere vel concubina, quæ non fuiſſet in domo retenta, *vt notat. in dictis iuribus, & notat. gloſſ. & Bartol. in l. penultima, ff. de concubinis,* & tunc ſine dubio talis tantummodo non poteſt ſuccedere contra teſtamentum & voluntatem patris, imo nec poteſt ſuccedere ab inteſtato, nec, quod plus eſt, poteſt pater ſibi in teſtamento, vel ab in-
3 teſtato aliquid relinquere, † quia tales ex damnato coitu liberi, nec naturales liberi ſunt nominandi, *vt eſt text. in authent. quibus modis naturaliter effic. ſui, §. finali, columna ſeptima, & in authent. ex complexu, Cod. de inceſt. nupt.* & omni paternæ ſubſtantiæ beneficio indigni ſunt, *vt ibi dicitur, & eſt text. in dicta authent. licet, in fine, Cod. de naturalibus liber. & habetur plene per Dynum in dicto ſuo tracta. de ſucceſſionib. ab inteſtato.* Item, præſuppono, quod Illuſtriſſimus Gentilis fecit ſuum ſolemne teſtamentum nuncupatiuum, publicatum coram teſtibus, & teſtatore pridie quàm moreretur, videlicet die trigeſimo Martii, 1453. quod teſtamentum ſolemne eſt per me viſum & lectum, in quo quidem teſtamento legauit tribus filiabus ſuis naturalibus, videlicet Millæ, Baptiſtæ, Tarſiæ duo millia & quingentos ducatos pro qualibet earum, & ſibi dandos pro dotibus earum, &c.

Item, reliquit & legauit, quod ſi domina Antonia mater dictarum filiarum & dictæ dominæ Iacobæ pareret vnam filiam vel plures, quod quælibet earum habere debeat duo millia & quingentos ducatos pro qualibet earum, & nihil reliquit ipſi dominæ Iacobæ, imo de ea nulla fit mentio in dicto teſtamento, quia habuerat duo millia & quingentos ducatos pro dote ſua, & in eodem teſtamento inſtituit hæredes vniuerſales communiter & æqualiter dictum magnificum Ioannem Antonium, & poſthumum dominæ Antoniæ matris dictarum filiarum & dominæ Iacobæ, caſu quo pareret filium maſculum poſt legitimationem de eo fiendam, quam iuſſit teſtator fieri ſtatim, dum natus fuerit, &c. Item, præſuppono tertiò, quod dictus Gentilis teſtator poſt conditum & publicatum dictum teſtamentum tertia die mortuus fuit & eſt, non mutato dicto teſtamento. His ita hic præſuppoſitis dico, quod non recte neque iuſte per Bertoldum petitur iudicari, perinde ac ſi legitimatio facta fuiſſet

circa

circa bona & hæreditatem dicti Gentilis, nam ex
quo conſtat per confeſſionem ipſius Bertoldi fa-
ctam in ſuo libello ſeu petitione ſua, quod ipſa Do-
mina Iacoba non fuit nec legitimata, ſequitur quod
ſuccedere non poteſt in bonis & hæreditatibus
Gentilis patris ſui, etiam ſi eſt naturalis tantum
contra teſtamentum & voluntatem ſuam, vt dixi
ſupra in principio, nec audiendus eſt Bertoldus ſi
dixerit, Gentilis ſocer meus mihi promiſit eam le-
gitimare, vel dixit quod eam legitimare volebat,
quia non conceditur quod aliquid promiſerit ſal-
tem legitime, vt dicetur plenius in ſequenti dubio
principali, vel etiam ſi promiſiſſet aut declaraſſet
voluntatem ſuam circa legitimationem, non ta-
men per hoc ſequitur, ergo debet Domina Iacoba
ſuccedere, ac ſi eſſet legitimata; quia vt dictum eſt
iura requirunt factum legitimationis, quæ nun in-
teruenit, vt fatetur etiam pars diuerſa, nam non ſe-
quitur ego promitto vel volo legitimare, ergo ha-
4 betur pro legitima, quia † vbi eſt opus facto, ver-
ba non ſufficiunt, *vt l. acceptam. C. de vſuris, & l. domi-
cilium. ff. ad municip. & l. fin. C. de vſuris & eſt text. & gl.
in d. capitulo primo, extra de eo qui mittitur in poſſeſſionem
cauſa rei ſeruan. cum ſimilibus*, maxime cum illud fa-
ctum ſolo conſenſu fieri non poſſit, ſed requiratur
factum partium, *vt probatur per gloſſ. in l. in ementis, in
gloſſ. magna. C. de contrahenda emptione.* vbi dicitur non
ſequitur ſi dico, volo aſcendere arborem, ergo a-
ſcendi, & ibi hoc etiam ponitur per Cynum in pri-
ma quæſtione, *& per gloſſ. in l. ſerui electione. in princi-
pio. ff. de legat. primo*, vbi ſi dicitur, volo eligere, non
tamen ſequitur quod elegerim, & quod habeatur
perinde ac ſi elegiſſem, & hoc maxime eſt verum,
5 † cum iſta poteſtas legitimandi non poſſit fieri ſo-
la voluntate patris, imo requiritur vel reſcriptum
principis vel auctoritas habentis poteſtatem à prin-
cipe, *vt in auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui. §.
illud tantum. col. 7.* vel ſubſequentia matrimonii cum
dotalibus inſtrumentis, *l. cum quis. & l. nuper. C. de na-
turalibus liber. & inſtituta. de nupt. §. finali. & in capit.
tanta, extra qui filii ſint legitimi*, vel per oblationem
curiæ offerendo filium in ſeruitio curiæ, *vt in auth.
quibus modis naturales efficiuntur ſui. § primus itaque mo-
dus*, vel quod pater in teſtamento hoc dicat, ſcilicet
quod eos velit eſſe legitimos, quo caſu debent filii
teſtamentum oſtendere principi & ſupplicare ei-
dem quod confirmet quod fecit pater, & principe
confirmante eſſent filii iſti legitimi partim à teſta-
tore, partim à principe ſine lege, quod intelligitur
teſtatorem poſſe facere ſi alios non habeat legiti-
mos in præallegato reſponſo, quibus modis natura-
les efficiuntur ſui, *§. ſi vero ii qui ſolummodo, vt hæc ha-
bentur etiam per Dyn. in præallegato ſuo tractatu de ſucceſ-
ſione ab inteſtato, in principio 2. colum. & per Bald. in l. eam
quam, in octaua columna*, vbi ponit tres primos mo-
dos legitimandi, *Cod. de fideicommiſſis*, vnde cum in
ſingulis prædictis modis legitimandi non ſufficiat
ſola voluntas vel promiſſio, ad hoc vt filius ſit legi-
timatus, vel quod habeatur pro legitimato, imo re-
quiritur etiam factum alterius ſaltem principis vel
Comitis in caſu noſtro, ſequitur quod minus iuſte
petitum eſt per ipſum Bertoldum in principio con-
cluſionis ſuæ petitionis, dum petit quod iudicari
debeat, quod habeatur perinde Domina Iacoba, ac
ſi eſſet legitimata circa bona & hæreditatem Illuſt.
Gentilis, & iſtud nullam apud me habet dubitatio-
nem. Nec prædictis obuiat, *l. iure ciuili. ff. de conditio.
& demonſtratio. & ff. de regul. iur. l. quoties*, vbi dicitur,
quod quoties per eum, cuius intereſt conditionem
non impleri, fiat, quo minus impleatur, perinde
haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet, quia nihil fa-
ctum extitit per Gentilem, quo minus legitimatio
fieret vt de ſe patet; ergo, &c.

6 † Super ſecundo principali petito in conclu-
ſione petitionis Bertoldi dum dicit, quod iudicari
debet cum facta ſit dicta promiſſio legitimandi &
non obſeruata, præfatus gubernator vel ſui hære-
des reintegrent & reficiant omne damnum & in-
tereſſe quod ipſe Bertoldus propter non obſer-
uantiam dictarum promiſſionum incurriſſe dici-
tur, aliqua dubitatio eſſe videtur quæ oritur ſolum-
modo ex dictis & atteſtationibus magnifici comi-
tis Guidonis Rangonis & Spectabilis militis & fa-
moſi Doctoris Domini Antonii de Roſellis qui
ſoli in hac cauſa depoſuerunt ad petitionem Ber-
toldi nec alii teſtes nec alia iura per Bertoldum pro-
ducta ſunt, vt mihi relatum eſt, vnde tota diſputa-
tio verſabitur in antedictis atteſtationibus in decla-
rando, ſi quid probant, vel quid, & quomodo pro-
bent, vel cuius effectus ſint eorum dicta & atteſta-
tiones, & profecto recte intuenti ſatis liquide con-
ſtare poterit prædictas atteſtationes nequaquam
intentionem Bertoldi adiuuare, nec Ioanni Anto-
nio vllum præiudicium generare, nam primo con-
ſtat quod dictum Domini Antonii de Roſellis nul-
lo modo probat, dicit enim quod interrogatus fuit
à quodam ibi cancellario Gentilis pro parte ipſius,
Gentilis ſi ipſe poterat facere legitimare, & quod
ex hoc obligatus fuerit ad eas legitimandas, quia
licet quis petat conſilium, propter hoc non vide-
tur velle conſentire & ſe aſtringere ad id in quo ſibi
fuerit conſilium præſtitum, *facit ad hoc l. non videtur.
ff. de iudiciis.* Item dum dicit, alius cancellarius ſci-
licet Mariottus ipſum teſtem interrogauit ſi pote-
rat fieri legitimatio ſine præiudicio filiorum ma-
ſculorum dicti magnifici Gentilis & ipſe teſtis re-
ſpondit quod in hoc volebat cogitare de iure, quia
iſti actus legitimi non videbantur recipere condi-
tionem, niſi prout in priuilegio à Cæſare conceſſo
ipſis Comitibus continetur, nõ probat in hoc quic-
quam iſte teſtis eadem ratione, imo probat quod
intentio Gentilis non erat aliquo modo legitima-
re ſimpliciter filias ſuas, & ſic Dominam Iacobam,
ſed cum conditione vt infra dicetur. Item etiam
dum dicitur in fine atteſtationis eiuſdẽ teſtis. Quod
dicti duo Cancellarii ſibi teſti dixerunt, quod ma-
gnificus Gentilis intendebat & volebat ipſas puel-
las ſuas legitimare, poteſt reſponderi.

7 † Primo quod in hoc ipſe teſtis eſt ſingularis &
vnicus, ergo non probat, *l. iuriſiurandi. C. de teſtibus, &
capit. cum à nobis, extra eodem tit. cum ſimilibus, vt ſtatim
plenius dicetur.*

Secundo quia non apparet, quod illi Cancellarii
habuerunt hoc mandatum ad ſic cõfitendum, cum

ergo fines mandati exceſſerint eorum dictum, præiudicare Domino non debet, *l. diligenter. ff. mandati,* nam confeſſio procuratoris qui non habet ad hoc mandatum, Domino non præiudicat, *l. ſi defenſor. in princip. & ibi etiam hoc not. gloſſ. de interrogato. act. & notat gloſſ. in l. non ſolum. in princip. in verſic. tenebitur. ff. de procura. & notat per Cyn. in l. vnica. C. de conceſſ. in 13. quæſt.* vbi vult quod etiam procurator, qui habet generale mandatum confitendo aliquid per modum voluntariæ iuriſdictionis, non præiudicat, Domino & ita loquitur, *§. ſed an ipſos*, ſed ſi per modum contentioſæ iuriſdictionis, vt in reſpondendo poſitionibus, & tunc præiudicat, & ita etiam notat Bartolus, *in dicto §. ſed an ipſos*, vnde cum dicta aſſerta confeſſio ſit emanata per modum voluntariæ iuriſdictionis, non debet nocere Domino.

Tertio illa confeſſio allegata non debet Domino nocere, quia, etiamſi diceretur eſſe facta per ipſum Dominum ſibi non noceret, quia confeſſio facta parte abſente non noceret, *dicta l. certum. §. ſi quis abſente, ff. de confeſſis. & habetur in l. cum de indebito. §. finali. ff. de probationibus, cum ſimilibus*, & eo minus valere deberet hoc caſu, cum eſſet probata ſolum per vnum teſtem, ſi enim eſſet probata per duos teſtes, non noceret, quia facta parte abſente extra iudicium, vt dixi, multo minus nocere debet, ſi diceretur eſſe probata per vnum teſtem tantum, *argument. eorum quæ notat Bartol. in l. admonendi. in 10. colum. verſic. venio ad tertium. ff. de iureiurando*, imo plus dico, quod etiam ſi eſſet facta dicta confeſſio per ipſum Gentilem etiam præſente altera parte ſcilicet Bertoldo, adhuc ſibi dicta confeſſio non præiudicaret, vt ſtatim dicam, vnde ex his concludi recte poteſt, quod Bertoldus de intentione ſua nihil probauit ex atteſtationibus Dom. Antonii de Roſellis, quod Ioanni Antonio præiudicare valeat vllo modo: ex dicto etiã ſine atteſtatione magnifici comitis Guidonis Rangoni ſe Bertoldus minime fundare poteſt, nam per eum nihil probatum eſſe dici poteſt,
8 cum ſit vnicus & ſingularis, † vnius etenim teſtimonium nemo iudicum in quacunque cauſa patiatur admitti, *vt eſt text. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & ad idem eſt text. in capit. cum à nobis, extra de teſtibus*, & ſi quiſpiam diceret, teſtis eſt Comes & magnæ auctoritatis, cuius fidei ſemper plurimũ creditum eſt, audiat quod dicit imperator, *in l. iuriſiurandi, in fine,* vbi his verbis vtitur, *& nunc manifeſte ſancimus, vt vnius omnino teſtis reſponſio non audiatur, etiamſi præclaræ curiæ honore præfulgeat*, & etiam ſummum Pontificem Innocentium tertium qui conſulibus & populo Beneuentano ſcribens inquit, *canonica iura & ciuilia ſequentes diſtrictius inhibemus ne vnius iudicis quãtæcunque fuerit auctoritatis verbo credatur in cauſis, vt eſt text. in dicto capit. cum à nobis*, & audiat etiam eundum Innocent. in concilio generali ſic terminantem ſecundum ordinem ſolitum iudiciorum, *non ſufficit vnius teſtis aſſertio, etiam ſi præſideat dignitate, vt eſt text. in capitulo, licet in quadam, extra de teſtib. facit l. ne in arbitris. §. ſin autem. C. de arbitris & videat etiam text. Alexandri Papæ III. in capit. licet vniuerſis, extra de teſtibus*, vbi præcipitur quod in qualibet cauſa non minus quam duorum, vel trium virorum, qui ſunt probatæ, & fidelis conuerſationis, teſtimonium
9 non admittatis, † quia licet quædam ſint cauſæ, quæ plures quam duos exigant teſtes, nulla tamen eſt cauſa quæ vnius tantum teſtimonio quamuis legitimo terminetur, videat etiam alium textum Stephani Quinti ita loquentis relegi Aſtulpho, *nec Euangelium, nec vlla diuina aut humana lex vnius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnat*, vel iuſtificat, *vt habetur. 33. quæſt. 2. capit. admonere.* Audiat denique quod ſcribit Valerius Maximus libro quarto de moderatione de Q. Scæuola excellentiſſimo viro, *teſtis namque in reum productus, cum id reſpondiſſet quod ſalutem periclitantis magnopere læſurum videbatur, diſcedens adiecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alii idem aſſeueraſſent, quoniam vnius teſtimonio credere peſſimi eſſet exempli*, Ex his ſubdit Valerius, *& religioni ſuæ debitam fidem, & communi vtilitati ſalubre conſilium reddidit*, Nec me mouet, quod cauſa ventiletur coram arbitratore qui habet iudicare de iure & de facto, nam licet ſit arbitrator, non tamen per hoc poterit vni teſti cuiuſcunque dignitatis & auctoritatis ſit, credere, & ex ipſius atteſtatione quemquam condemnare, vt probatur in dictis iuribus, ac etiam hoc proba-
10 tur: † quia iſta eſt ſolemnitas iuris naturalis & diuini, cum dicatur in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, *vt dicitur Matthæi 18. & habetur in cap. in omni negotio, & d. cap. licet vniuerſis, extra de teſtib.* quæ ſolemnitas iuris naturalis in dubio tolli non videtur quantumcunque arbitratori detur pleniſſimum arbitrium, *vt not. Bart. & Doct. in l. filius fam. ff. de donatio. in l. 1. ff. de teſtament. milit.* Nec obſtat quod dicit Bart. *in authent. niſi breuiores. in fin. C. de ſentent. experi. recip.* quia ibi loquitur in cauſis breuioribus & minimis, hæc non eſt maxima, vt ſtatim dicetur, nec etiam dicendum eſt, quod ſit ſemiplene probatum per ipſum vnicum teſtem omni exceptione maiorem, & per conſequens poſſit Bertholdo deferri iuramentum in ſupplementum probationis: quia eſt cauſa maxima, ergo non venit deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, *iuxta not. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. & in iureiurand. & in capit. fin. extra de iureiurand.* Et quod ſit maxima, patet, quia tractatur de iactanda promiſſione legitimationis filiorum principis, & ſic de cauſa ſtatus, quæ eſt magni præiudicii, *vt no. Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmod. teſt. aper.*

Item, reputari debet maxima, quia ſi dicto teſti eſſet plena fides adhibenda, & ſic probaret cum iuramentu in ſupplementum probationis teſtamentum Gentilis ruptum eſſet, vel rumpi deberet, quaſi agnatione poſthumi, *vt Inſtitut. de hered. quæ ab inteſta. deſe. §. 1.* quod teſtamentum eſt maximi momenti, quia in eo diſpoſitum eſt de magna pecuniarum & rerum quantitate, & de multis bonis.

11 Item, † quia tractatur de maximo præiudicio bonorum ipſius Ioann. Anton. qui cum ſit hæres in ſolidum ipſius Gentilis, ſtante teſtamẽto per iſtam talem probationem ſi eſſet ſufficiens in nullo ſuccederet, cum iam rumperetur teſtamentum, ſi filia Domina Iacoba deberet legitimari, ergo iuramentum non venit deferendum in ſupplementum probationis ipſi Bertoldo. Et maxime hæc vera ſunt,

cum

eum in hoc actu coram tali principe veriſimiliter erant plures, cum ad latus principis plures ſtare ſoleant, *l. omnium in princip. C. de teſta.* vnde in huiuſmodi cauſis, in quibus ſolent plures teſtes reperiri, vnicus teſtis non facit ſemiplenam probationem, ita quod poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis, *vt not. Bart. in d. l. admonendi, in 10. colum. verſ. venio ad 33. ff. de iureiurand.*

Secundo principaliter probatur, quod ex atteſtatione Comitis Guidonis Bertholdus iuuari non poteſt, etiam ſi vnico eius dicto plena fides eſſet adhibenda, vel talis quod in eius ſupplementum poſſet deferri iuramentum ipſi Bertholdo, quia id quod deponit licet probatum eſſet non releuat, *vt l. ad probatio. Cod. de probationi.* Nam ſi bene inſpiciatur eius dictum, ſi aliquid probat voluntatem Gentilis ſeu declarationem voluntatis ſuæ in legitimando filias ſuas, quæ ipſum non obligat, non autem quod probet aliquam promiſſionem factam per eum ipſi Bertholdo de legitimando, & ad hoc declarandum præmitto qualia verba præceſſerint per ipſum Comitem Guidonem verſus Gentilem
12 ſecundum atteſtationem ipſius Guidonis † fuerunt enim hæc, *Magnifico Gouernatore el me pareria, che voi legitimaſti queſte due voſtre figliuole*, quæ verba exponuntur, id eſt, mihi videtur quod deberetis legitimare filias veſtras, hoc eſt velle legitimare, vt dicitur in literis eiuſdem Comitis Guidonis clarius, quibus verbis magnificus Gubernator reſpondit, *Io ſon contento*, quæ reſponſio intelligitur ſecundum interrogata, *vt inſtitut. de inuti. ſtipulat. §. præterea. in fin.* ſcilicet ego ſum contentus quod volo legitimare, deinde dicitur in eadem atteſtatione, quod nunc magnificus Bertholdus, qui aderat ſentiens prædicta, protulit hæc verba. *Facciaſi ancho la Iacoma*, quæ exponi debent attentis verbis præcedentibus interrogare, *chel, ſe faccia etiamdio della Iacoba*, hoc eſt velitis quod etiam ſic fiat de Iacoba, quibus verbis reſpondit magnificus Gubernator, vt ibidem dicitur, *e la Iacoma ancora*, quæ verba important, quod illud fiet de Iacoba quod fiet de aliis duabus, & hoc ſignificat verbum anchora probatum à Bertholdo & verbum anchora prolatum à Gentili, quæ verba ſignificat etiam, quæ eſt dictio implicatiua, vt patet grammaticis, & probatur quaſi in omnibus legibus, quæ incipiunt etiam, & ſic hæc verba ſignificant quandam declarationem voluntatis ipſius Gentilis, ſcilicet quod vult facere vt etiam fatetur Bertholdus in ſua petitione in octauo capitulo, ibi, *e lui riſpoſe volerla fare*, cui ſtandum eſt vt dixi in primo dubio in principio, *per l. cum precum. Cod. de libera cauſa. cum ſimilibus*, vel poteſt dici quod ſignificat quod velit quod fiat dum dixit, *Facciaſi*, propter verba quæ præceſſerant per comi-
13 tem Guidonem, † vnde ſiue intelligantur dicta verba, quod velit facere ſecundum quod fatetur Bertholdus in octauo capitulo ſine petitionis ſiue intelligantur quod velit quod fiat imperſonaliter, ſcilicet per aliquem habentem ad hoc Poteſtatem, non important aliquam promiſſionem, ſed ſolum declarationem voluntatis ſuę, ſcilicet quod ita vult, quæ voluntas ipſum non obligat, quia per declarationem ſuæ voluntatis non inducitur aliqua promiſſio ſeu obligatio, à qua recedi non poſſit. Si enim dico, volo aſcendere arborem, non tamen ſequitur, ergo promitto aſcendere, *vt dicit gloſſ. & Cyn. in l. in emenetis. Cod. de contrahen. empt. facit gloſſ. in l. ſerui electio. in principio & quod ibi nota. ff. de leg. 1. & dixi ſupra ſuper primo dubio, & per hoc allego text. in l. filij matris. ff. ad Tertullian.* vbi dicitur, quod ſi filius dixit ſe nolle adire, nihilominus poteſt mutare voluntatem, quia dicta verba extenſiua ſunt, & cum verba extenſiua ſint, pœnitentia admittenda eſt, *& habetur per Doctor. in l. qui ſe patris. Cod. vnde lib. pro hoc etiam doctrina Bart. in l. cunctos populos. in 2. col. C. de ſum. Trinitat. & fide cath.* vbi dixit, quando verbum volo, requirit actum explicandum per ipſum & alium, qui actus non poteſt ſolo conſenſu perfici, ſicut eſt in caſu noſtro, quia requirit factum legitimationis per principem vel comitem ſecundum ea quæ dixi ſupra in principio, & tunc non ſufficit dicere volo, quia tale verbum non inducit diſpoſitionem, *iuxta not. in l. ex hac ſcriptura, ff. de don. & in l. ex his verbis. C. de teſtament. milit.* Ad idem adducitur, quod ſcribit Bald. *in d. l. cunctos populos. in 4. colum. in princip.* vbi dicit quod quando verbum volo, determinatur per actum extrinſecum ſcilicet qui non poteſt ſibi ineſſe, vt cum dico, volo aſcendere arborem, vel volo implere conditionem, vel ſimilia, tunc non diſponit: quia non habet inhærentem materiam in qua diſponat, *vt l. iure ciuili. ff. de cond. & de. & ſubdit quod iſta eſt veritas, nec obſtat quod dicit Bart. in l. ſerui electio. in princ. ff. de l. 1. & in l. gerit, in 1. queſt prima partis principa-*
14 *lis. ff. de acq. hære.* vbi dixit, † quod ſi verbum volo, profertur, reſpondendo alteri, & ſic ad interrogationem alterius intelligitur deliberate reſponſum, allegat, *nota. in d. l. in emenetis. C. de contrah. empt. allegat etiam rationem in d. l. ſerui electione*, quia reſponſio quæ fit alteri, debet eſſe certa, vt interrogans certus remaneat, quia reſpondetur quod licet talis diſpoſitio quæ fit per verbum volo, non ſit enuntiatiua, imo diſpoſitiua, tamen per hoc non inducit promiſſionem ſeu obligationem à qua ipſe reſpondens non poſſit recedere ante actum explicatum & perfectum per prædicta, & ad hoc addatur quod ſtatim dicam.

Tertio principaliter, etiam ſi dicta verba Gentilis diſponerent, tamen non obligarunt ipſum, neque eius hæredes, quia dicendo volo quod fiat, videtur eſſe datum mandatum de legitimari faciendo, & probatur, *in l. 1. ff. mandati ibi.*

Item ſi volo: ſed illa legitimatio fuit ſecuta in vita Gentilis, ergo per eius mortem expirauit re integra, *vt Inſtitut. mandati. §. recte. & in l. & quia, & ibi not. ff. de iuriſd. om. ind. cum ſimil.*

Quarto etiam hoc alio modo probatur quod dicta verba non obligauerint Gentilem, neque hæredes ſuos: quia illa verba fuerunt prolata ſimpliciter & ſine cauſa, ergo non obligant etiam ſi promiſſionem continerent, *vt l. cum de indebito. §. fin. ff. de probatio. & in c. ſi cautio. extra de fide inſtru. & in dictis. iurib. plene de hoc nota.*

Quinto prædicta comprobantur, etiam ſi dicta verba fuiſſent facta cum cauſa, nam verba primo

prolata per Gentilem in reſpondendo comiti Guidoni Rangono pro duabus filiabus militibus non produxerunt, neque producunt obligationem pro ipſis filiabus, quia non fuerunt præſentes, nec ſibi eſt aliquid promiſſum, nec etiam fuit facta alicui promiſſio, qui pro eis potuerit ſtipulari, *l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verbor. obligat. & Inſtitut. de inutili. ſti-*
15 *pulat. §. ſi quis alij, cum ibi not.* † quia alteri per alterum ſtipulari nemo poteſt, vbi dicitur: Si ergo non valuit dicta prima probatio verborum producere aliquam obligationem pro ipſis duabus filiabus; ergo nec valuit ſecunda facta ipſi Bertoldo, cum fuerit acceſſoria, vt patet per verbum, *ancho*, prolatum à Bertoldo, & per verbum, *anchora*, prolatum à Gentili, *vt dixi.* Vnde vitiato principali vitiatur & acceſſorium, vt in regula iuris cum principalis, *l. 1. & 2. ff. de reg. iur. cum ſimil.*

Item, poſito quod fuit primò & principaliter reſponſio facta Bertoldo, adhuc non valeret pro vxore ſua Iacoba, quæ non erat præſens, & an ſtipulari non poterat Bertoldus per prædicta, nec pro ipſo Bertoldo, ex quo ſua non intereſt, quia ſi iſta bona & hæreditas Gentilis vltra dotem deberentur ipſi Iacobæ propter dictam Iacobam nihil iure acquireretur Bertoldo, quia eſſent bona paraphernalia ipſius vxoris, nec etiam lucraretur ipſe fructus, niſi vxore nolente, *vt habetur in l. fin. C. de pactis conuent. & in l. ſi ego, §. 1. ff. de iure dotu. & per Bart. & Doctor. in l. maritus, ff. ad leg. Falcid. cum ſimilib.* nec etiam dici poteſt, quod interſit ſua propter honorem, quia talis intereſſe non attenditur, *argum. l. plane, in fin. ff. de legat. 1.*

Sextò, principaliter etiamſi dicta verba producerent aliquam obligationem, & indiſtincta valerent, tamen illa verba deberent intelligi quo ad legitimationem tantum, & non quo ad bona, vt videtur dicere Dominus Antonius de Roſellis in ſua teſtificatione, quod hæc erat intentio ipſius Gentilis, prout ſibi dixerat Mariotus ſuus Cancellarius, & quod hoc ſit verum, probatur multis rationibus & argumentis, quæ declarant mentem ipſius per præcedentia & ſequentia, *l. ſi ſeruus plurium, §. ff. de legat. 1. & l. licet Imperator, eod. tit. cum ſimilibus.* Nam pater Gentilis non tenebatur in teſtamento dominæ Iacobæ filiæ ſuæ ſaltem naturali tantum aliquid relinquere, & ab inteſtato non ſucceſſiſſet, niſi in duabus vnciis, & ſic in ſexta parte tantum hæreditatis pariter cum aliis filiabus ſororibus ſuis, *vt dixi ſupra in princ. in primo præſuppoſito.* Quomodo ergo eſt credendum, ſi pater ipſe fecerat ſuum teſtamentum die præcedenti dicta ſua verba, quod in quo nulla eſt habita mentio de ipſa Iacoba, & quia habuerat amplam dotem, ſcilicet duo millia & quingentos ducatos, quod voluerit per illa verba, quod illa ſibi ſuccederet, quàm prius ſuccedere voluerat, & quæ ſibi ſuccedere non poterat contra voluntatem ſuam, hoc certe non eſt veriſimile, vnde in dubiis inſpici ſolet, quod eſt veriſimilius, *l. in ambiguis, ff. de regul. iuris.* Non enim præſumitur in tam breui tempore voluiſſe mutare ſuam voluntatem, adeo ſolemniter confectam, & vnico verbo eam infringere, *argumento l. ſi quando, in princ. cum ibi not. C. de inoffic. teſtam. coniuncta l. nam ad ea, cum ibi not. ff. de condit. & demonſt.*

Item, non eſt veriſimile, quod Gentilis pater voluit ipſam legitimare quo ad ſuccedendum, ex quo noluit tempore contracti matrimonii. Si enim hoc voluiſſet, dixiſſet tempore contracti matrimonii ad hoc, vt haberet meliorem conditionem. Cùm ergo hoc non fecit, tunc non eſt præſumendum, quod poſtea voluerit in caſu, quo non poterat meliorare conditionem filiæ ſuæ Iacobæ, quæ iam erat maritata.

Item, quod hoc ſit verum, patet, nam ſi illa declaratio volũtatis, vel etiam promiſſio de legitimando intelligeretur, etiam quo ad bona, eſſet contra id, quod diſpoſuerat in ſuo teſtamento, ſcil. quod ſi poſthumus maſculus ſibi naſceretur, legitimaretur, & non fœmina, imo efficeretur contrarium, quod ipſa Iacoba filia eſſet legitimanda, etiam quo ad bona, & ſi filiæ aliæ teſtatori naſcerentur, illæ eſſent excluſæ tanquam illegitimę, quod non eſt credendum, cum omnes eſſent eiuſdẽ conditionis, nec ratio diuerſitatis inter natas vel naſcituras read[illegible]let.

Item ſequeretur, quod ſi filius maſculus poſthumus ſibi interfuiſſet, quem legitimari volebat, non fuiſſet melioris conditionis in bonis ſuis, quàm iſta Iacoba, & aliæ filiæ ſuæ iam natæ, quod non eſt dicendum, ex quo ipſum prætulit in teſtamento filiabus ſuis, etiam quo ad bona, & ſuccedendum.

Item, ſequeretur aliud abſurdum & inconueniens, infra, *l. nam abſurdum, ff. de bon. lib. & l. diuortio, in princ. ff. ſolut. matri.* ſcilicet quod ſi ipſa Iacoba haberetur pro legitimata, & ipſa ſuccederet cum aliis filiabus in totum, & ab inteſtato, quod teſtamentum eſſet ruptum agnatione poſthumi, *vt Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. §. 1. & ſic eſſet priuatus magnificus Ioan. Anton. Gat.* quem vt fratrem vel filium dilexit propter recolendam magnificam memoriam Gatamelatæ, quod non eſt dicendum, maxime cum in teſtamento ſuo ipſe Gentilis dilexerit ita Ioan. Ant. ſicut filios maſculos, & magis quàm dictas filias fœminas natas, & etiam naſcituras.

Item, quia non eſt veriſimile, quod ſi voluiſſet eas legitimare quo ad bona, eas legitimaſſet ſeu legitimare feciſſet, ex quo ſuperuixit duobus diebus, & ſic facere potuiſſet, maxime cum in loco eſſent plures, qui potuiſſent hoc facere, & præſertim comes Guido Riuigonus; cum ergo non fecerit, veriſimile eſt, quod non habuit animum faciendi.

Item, quia ſi voluiſſet, quod haberetur pro legitimata, ſibi prouidiſſet etiam quo ad bona circa teſtamentum ſuum, quod non fecit.

Item, eodem modo, ſi Bertoldus intendiſſet, quod fuiſſet animus Gentilis legitimandi, etiam quo ad bona ſua, procuraſſet illam fieri facere intra dictos duos dies, ſed hoc non fecit, quia intendebat voluntatem ſoceri ſui eſſe in contrarium, & quod illa verba non protulit cauſa promittendi, vel ſe obligandi, vel quod intendebat ſolũ, quod fieret legitimatio, nõ quod ſuccederet, vt patet ex præmiſſis. Nec obſtat ſi dicatur in iſta tacita voluntas non præſu-
16 mitur, ex quo lex vult, † quod legitimatio in dubio tra-

bio trahatur etiam ad ſuccedendum, imo videtur quod aliter fieri non poſſit, ſcilicer quod quis legimari poſſit, cum hoc quod non ſuccedit, vel quod certo modo ſuccedat, cum id non videatur reperiri iure cautum, ergo, &c. quia reſpondeo, quod
17 imo reperitur iure cautum: † quia habens poteſtatem ordinariam legitimandi à principe, quæ vniuerſaliter intelligitur, *per ea qua nota. Barto. in l. 2. ff. de opt. legat.* cum eam exerceat iure ſuo, licet non poſſit plus facere quam ſibi commiſſum eſt, bene tamen poteſt facere minus: quia non habet ſic ſeruare formam reſcripti, ſicut ſi faceret iure delegatio ſecundum Dominum meum Dominũ Paulum de Caſtro, *in l. ſolet prætor. ff. de iuriſ. om. iud.* quæ dicit ſe ita alias conſuluiſſe. Et ita in terminis tenet Ant. de Butrio, *in capit. per venerabilem, extra qui filii ſint legit.* ſcilicet quod quis poſſit legitimari, vt ſit legitimus in totum, & tamen quod ſuccedat tantum in certa parte bonorum, & allegat ad hoc Bart. tenentem, *in l. quæſitum, alias incipit ſi tibi. ff. de adop. in lectura in recollectis antiquis, licet in nouis non reperiatur, & idem dicit & ſequitur Dominus Iacobus de Zochis de Ferrara in d. c. per venerabilem. in 5. col. Et idem videtur in effectu tenere Angel. in l. ſi ab eo. C. de legit. hæredit.* vbi dicit probari per illum text. quod per reſcriptum quis poteſt legitimari quo ad certum & determinatum articulum. Et idem etiam tenet præfatus Doctor Dominus Paulus de Caſtro, *in l. pactum quod dotali. in fin. C. de collat.* vbi dicit quod quis poteſt facere legitimare baſtardum appoſito pacto, vel clauſula quod non poſſit ſuccedere niſi in eo quod patri placuerit ſibi relinquere, dicit tamen quod quidam conſuluerunt non valere hanc clauſulam: quia legitimatio non poteſt fieri pro parte, ſed debet fieri quo ad omnia, alias eſſet monſtrum, quod quis eſſet legitimus quo ad quædam, & quo ad quædam non, *vt in d. cap. per venerabilem*, vbi dicebant eſſe caſum coniuncta gl. *in cap. cum inhibitio, de clan. deſpon.* Sed ipſe Dominus Paul. dicit, *in d. l. pactum cum dotali. in fin.* quod cum pluribus aliis modo tunc pro præterito conſuluit contrarium, & poſtea reperit ſic conſultum per Rayn. in ciuitate Piſarum, & videmus quotidie hoc fieri, & paucæ legitimationes reperiuntur, vbi talis clauſula non apponatur, & Ioann. Andr. *in titulo, qui filii ſint legit.* expreſſe hoc videtur
18 apponere in legitimatione. † Nec obſtat ſecundum Dominum Paul. prædicta oppoſitio quod videretur eſſe monſtrum, quia fatetur quod non erit propria legitimatio poſtquam ſit aliqua reſeruatio de quibuſdam, ſed eſt quædam diſpenſatio quæ poteſt fieri quo ad quædam, non vt habeatur pro legitimo in quibuſdam, licet non ſit in omnibus legitimis, *l. cum ex oratione. ff. de excu. tut.*

Septimo & vltimo principaliter poſito etiam quod prædicta verba Gentilis producerent obligationem & actionem non ſolum quo ad legitimandam Dominam Iacobam, ſed etiam quo ad ſuccedendum in bonis quondam Gentilis, quod minime conceditur per prædicta, tamen Bertoldus in hoc iudicio deberet ſuccumbere, Agit enim pro ſe & ſuo nomine & pro ſuo intereſſe tantum, & non pro vxore, ſed certum eſt, quod ſibi non competit nec competit aliquod ius agendi, nec ſibi aliqua obligatio vel actio competit, vt dixi ſupra in quinta ratione principali in fin. ergo debet ſuccumbere: quia nemo ſine actione experitur, *l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. cum ſimilibus*, ius enim ex perſona actoris metimur, *l. 1. §. 1. ſi quis de hered. pe.* cum ergo ſibi non competat actio, ergo Ioannes Anto. venit abſoluendus, & Bertoldus repellendus, etiam ſi aliter non opponeret, ex quo iudici vel arbitratori conſtat ſibi actionem non competere per gloſſ. notabilem, *in l. vbi pactum. C. de tranſactio. & per gloſſ. notabilem, & ibi Doct. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in gloſſ. in verbo in opponendo. ff. de pactis, faciunt notata in l. prima. ff. de officio aſſeſſo. cum ſimil.* Vnde ex prædictis concluditur quod officium magnifici Domini Iacobi Antonii Marcelli iuſtiſſimi & æquiſſimi arbitratoris eſt in abſoluendo magnificum Ioannem Antonium Gatamelatam à petitis per ipſum Marc. Bertoldum, quia nihil probauit de iuribus ſuis.

Et ita vt ſupra dictum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Bartholomæus Cæpolla Veronen. I. V. D. ac ſacri conſiſtorii Domini Papæ aduocatus. Et ad fidem præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo conſueto ſigillaui, &c.

CONSIL. LXII.

SVMMARIA.

1 *Appellatione prolis an contineantur deſcendentes, an collaterales, an tranſuerſales.*
2 *Verbum proles, & verbum liberi, an & in quibus differant.*
3 *Verba ſtatutorum in dubio debent ſecundum ius commune interpretari.*
4 *Dictio, ſeu, disiungit verba, ſenſum autem coniungit.*
5 *Verbum propinqui, quos comprehendat.*
6 *Recedi poteſt a verborum ſignificatione, vbi conſtat proferentem aliter ſenſiſſe.*
7 *Verbum proles, an comprehendat fœminas.*

IN Dei nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In quæſtione de qua conſilium quæritur, factum dicitur eſſe huiuſmodi: Berta vendidit Titio certum fundum ad ſtridas, Antonius comparuit in termino, & præſentauit pro conſino, ſeu tanquam Laterane. ipſi fundo petens præferri debere dictæ venditioni vigore ſtatutorum, & prouiſionum Ducalium Ciuitatis Taruiſii vigore Lateranitatis, deinde comparuit in termino Iacoba filia quondã Agnetis ſororis dictæ Bertæ venditricis, & præſentauit etiam ſimiliter ſuper dicta venditione vigore affinitatis requirens præferri debere ipſi venditioni virtute duarum prouiſionum Ducalium, quæritur quis ſit præferendus, an idem Iacobus qui cohæret, ſeu Lateranus eſt ipſi fundo, vel Iacoba neptis dictæ venditricis. Ex hac quæſtione viſis Ducalibus prouiſionibus duo in primis dubia examinanda eſſe videntur, ex quibus veritas apparebit.

Primum eſt, an prouiſiones Ducales, quæ loquuntur

quuntur de prole venditoris, vt poſſit præſentare, & præferatur vicino Laterano, intelligantur ſolum de deſcendentibus ipſius venditionis, an vero habeant locum & comprehendant etiam collaterales etiam tranſuerſales, an comprehendant etiam fœminas, & ſic etiam filiam ſororis ipſius venditoris.

1 † Circa primum dubium appellatione prolis venditoris an comprehendantur ſolum deſcendentes, an etiam collaterales dico, ſi quærimus de iure commuui tantum, certum eſt, quod comprehenduntur & veniunt ſolummodo deſcendētes ex ipſo venditore vt ſunt filii vel nepotes, vel alii vlteriores deſcendentes, & non collaterales, *vt probatur in cap. fin. cum inhibitio, §. ſi quis non*, ibi proles illegitima cenſeatur, ſi ambos parentes, &c. *extra de cland. deſponſ.* vbi proles dicitur illa quæ deſcendit ex parentibus. Et pro hoc illud Virgilii primo Æneidos, dum dicit. *Et pulchra faciet te prole parentem, vt probatur in cap. fin. in princip.* ibi, *ſi generationem prolis enites, extra de condit. appo. & in cap. nuper. ibi, deceſſerit poſtmodum ſine prole, extra de donat. inter vir. & vxor. & in cap. quia circa ibi, proles videlicet, extra de conſang. & affin. & probatur aperte in l. officiales, ibi, liberis, aut ſi proles defuerit, C. de Epiſc. & cle.* vbi quod liberos dixit prolem ap-
2 pellat. † Et ſic vult, quod idem ſignificet verbum proles; quod ſignificat verbum liberi, ſed appellatione liberorum continentur ſolum deſcendentes, *vt l. liberorum. ff. de verbor. ſignif.* ac etiam quia ibi proles & propinqui tanquam diuerſa ponuntur, ergo ibi eſt caſus, qood verbũ, proles, comprehendit ſolum deſcendentes non collaterales, ſeu tranſuerſales.

Item, pro hoc probatur, *in l. diui. C. de natu. lib.* ibi maritatis iuſto matrimonio legitima proles ſuſcepta, &c. Idem etiam probatur, *in l. ne diutius, ibi, proles ex tali copulatione, C. de agri. & cenſi. lib. 10.*

Item, hoc probatur, *in l. liberorum, ad fin. ibi, ex prole eorum, ff. de verb. ſign.*

Item, hoc etiam probatur manifeſte, *in c. 1. ibi. proles enim, &c. in tit. de gradi. ſucceſſ. in feud. in vſibus feudo.* vbi dicitur, quod ſi moritur vaſallos, primo vocantur eius liberi ad ſucceſſionem maſculi, & non proles maſculini ſexos, niſi eius conditionis ſit feudum, vel ex pacto acquiſitum, his deficientibus vocantur fratres vaſalli defuncti, & ſic collaterales. Et ſic ex illo text. apparet, quod proles dicitur eſſe in deſcendentibus, non collateralibus. Et ita tenet Bald. *in d. cap. 1.* qui dicit, quod proles dicitur omnis deſcendens in infinitum. *Et idem vult in cap. ſi pater. de teſtam. libro. 6. in repetit. ſua.* Et idem determinat ipſe Bald. *in l. In filin, in cap. decurionibus, lib. 10.* vbi dicit, quod proles id[illegible]n eſt quod procreatio, & intelligitur de deſcendentibus vel coniunctis, qui ab eo deſceu[illegible]nt. Et ex his concluditur, quod appellatione prolis de iure communi veniunt ſolummodo deſcendentes, non collaterales, vel tranſuerſales. Sed maior dubitatio eſt, an vigore dictarum duarum prouiſionum Ducalium, quæ loquuntur de prole, ſit eadem ſignificatio, & videtur dicendum quod ſic, quia verba ſtatutorum in dubio debent intelligi ſecundum propriam ſignificatiooem, *l. non aliter, ff. de leg. 3. & l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. & l. 1. §. is qui naucm, ff. de excep. & l. conſtitutionibus, ff. ad municip. cum ſimilibus.* Et intelliguntur ſecundom ſigoificationem, quæ ſibi datur à iure communi, *vt not. in l. fin. § in computatione. Cod. de iure deliber. & in l. ſi ſerui noſtri, C. de noxal.* Et proprerea dixit Bald. notabiliter, *in cap. 1. in princ. in 3. colum. in tit. de ſucceſſ. feud. in vſibus feudo.* quod ſtatutum mutant verba à iure communi eum ſuo vero & proprio inrellectu, & ſic proprio ſignificato debemus vti. *Et idem voluit Bald. eleganter in l. 1.*
3 *ante fin. C. de ſucceſſ. edict.* vbi dicit, † quod verba ſtatutorum debent interpretari ſecundum ius commune, *vt l. vt gradatim, §. ſed ſi lege, ff. de muner. & hon.* Et ideo videtur quod ſicut appellatione prolis veniunt ſolum deſcendentes, quando verbum proles profertur à lege, & ita etiam quãdo profertur à ſtatuto, vt in caſu noſtro, cum iſta ſit eius propria ſignificatio: quia ſignificatio verborum eſt intuenda in iudice & ſeruanda, *vt l. 1. ff. ſi cer. pet. & not. Azo in ſumma. C. de fideiuſ. do. dentur.* Sed in hoc reneo quod contrarium ſit verius de iure, videlicet quod illud verbum proles, prolatum in dictis prouiſionibus comprehendat etiam collaterales. Et primo hoc probatur manifeſte in prouiſione quæ incipit ſuper conſtitutionibus, nam ibi fit mentio de alia prouiſione, quæ vocat illos de prole venditoris. Et eam declarando dum dicit, quod illic de prole vſq; ad quartũ gradum intelligatur gradus ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, & incipiat gradus inter fratres, & ſic ſucceſſiue non intelligendo deſcendentes qui in his melius ius habent. Et ſic vult ibi aperte, qood dum fit mentio ibi de prole, intelligatur de collateralibus ſeu tranſuerſalibus venditoris, quia excludit deſcendentes, & vult quod illi deſcendentes habeant melius ius, & inrelligo quod illa prouiſio velit, quod deſcendentes venditoris vſq; io infinitum, ex quo non determinat gradum, in eis primo præferantur in præſentatione, quia melius ius habent, & poſt deſcendentes admittantur illi de prole vſq; ad quartum gradum de iure canonico, incipiendo gradus inter fratres, & ſic manifeſte per hoc declaratur, quod capitur ibi verbum proles pro collateralibus.

Item, hoc etiam probatur aperte in alia prouiſione, quæ incipit: Attinẽtibus aurem, in princ. vbi dicitur; *attinentibus autem conſanguineis, & propinquis ſeu illis de prole non comparentibus, &c.* Nam ibi ex illis verbis apparet, quod iſta verba, *illi de prole, & pro-*
4 *pinqui*, pro eodem ponuntur, † quia inter ea ponitur dictio, ſeu, quæ de ſui natura diſiungit verba, & coniungit ſenſum, *vt l. ad protegendam, Cod. de in lit. iur. & ibi gloſſ. & Doctor. & probatur in l. ſi quis ita, & ibi hoc not. Bartol. in l. 1. in 6. quaſt. prima partis principalis, ff. de cond. demonſt. Et idem not. Arch. in c. 1. de lit. conte. in 2.* vbi dicit, quod hæc dictio, ſeu, non not. diuerſitatem ibi, ſed multiplicatis verbis idem repetit, *d. iſte eſt text. cum gloſſ. in verſic. ſeu 63. diſt. ego Ludoui-*
5 *cus.* † Sed certum eſt, quod verbũ propinqui comprehendit collaterales, *vt probatur aperte in l. officiales, C. de Epiſc. & cle. & in l. fin. C. de verb. ſign. & ibi not. & habetur in l. 1. C. vnde vir & vxor. & 35. q. 4. c. 1.* ergo ex verbis dictæ vltimæ prouiſionis apparet, quod aliæ pro-

prouiſiones, quæ loquuntur de prole, intelligun-tur de propinquis, & ſic de collateralibus ſeu tranſuerſalibus venditoris.

Item, hoc apparet etiam aliter; nam duæ primæ prouiſiones loquuntur ſolum de illis de prole, & tertia prouiſio loquitur de attinentibus, & conſanguineis & propinquis, & venit ad declarationem aliarum duarum; ergo illæ duæ primæ, quæ loquuntur de prole, debent interpretari ſecundum alium interpretantem, & habere locum in illis caſibus, *vt in auth. de filijs ante dotat. inſtru. natis, colum. 3.* Et licet de iure communi verbum proles capiatur pro deſcendentibus tenetur. Et verba ſtatutorum ſeu prouiſionũ in dubio intelliguntur ſecundum propriam ſignificationem datam de iure communi, vt dictum eſt ſuprà, tamen in caſu noſtro concludendum eſt contrarium, ex quo ex verbis prouiſionum manifeſte apparet, quod facientes illas prouiſiones intellexerunt, quod verbum proles comprehendat etiam collaterales, quia vbi de mente loquentis vel ſtatuentium conſtat, eſt recedendum à propria verborum ſignificatione, *vt l. non aliter, §. 1. ff. de legat. 3. cum ſimil. Et propterea dixit Archid. in c. ſi propter tua, de*
6 *reſcript. in 6.* † quia recedi poteſt à ſignificatione verborum, quando conſtat proferentem aliter ſenſiſſe, ſed ſtatuentes in dictis prouiſionibus aliter intellexerunt verbum proles, quam capiatur de iure communi; ergo illi intellectui ſtandum eſt, & non propriæ ſignificationi verborum, quam habet de iure communi. Et ex iſtis concluditur, quod dictæ prouiſiones, quæ loquuntur de prole, intelliguntur etiam de collateralibus ſeu tranſuerſalibus venditoris.

7 † Circa ſecundum dubium principale, poſito quod in dictis verbis comprehendantur collaterales, an ſub dicto verbo, proles, veniant etiam fœminæ, & ſic filia ſororis venditoris. Et breuiter puto eſſe dicendum, quod ſic: Primò per text. *in c. 1. in tit. de grad. ſucc. in feud.* ibi, *proles enim fœminini ſexus, etc. in vſib. feudor.* vbi probatur, quod appellatione prolis venit ſexus etiam fœmininus.

Secundò hoc probatur *in l. officiales, C. de Epiſc. & cler.* vbi quis primo liberos dixit, poſtea prolem appellat, & ſic ibi liberi & proles idem ſignificant, vt ibi, ſed appellatione liberorum veniunt etiam fœminæ, *vt l. cognoſcere, §. liberorum, ff. de verb. ſignif.* ergo & appellatione prolis.

Tertiò pro hoc facit *l. hominis, ff. de verb. ſignif.* vbi dicitur, quod appellatione hominis appellatur tàm fœmina quàm maſculus. Ad idem *l. generi appellatione, & l. ſoceri*, vbi appellatione generi vel ſoceri venit etiam ille, qui eſt ex perſona fœminæ.

Quartò pondero, quod illi verbo, proles, quod eſt appellatiuum, additur in prima prouiſione aliquando verbum, aliquis, vbi dicitur, ſi aliquis de prole venditoris, aliquando verbum ipſi, dum dicit, Ipſis de prole, & ibi illos de prole, & aliquando hæc verba duo vel plures, ibi duo vel plures de prole in ſecunda & tertia prouiſione dicitur, illi de prole, in eis patet. Et ideo cum illi verbo proles addatur adiectiuũ ſi aliquis, ſequitur quod comprehendit maſculinum & fœmininum, *vt eſt text. vbi hoc not. Bart. in l. 1. ff. de verb. ſign. facit l. 3. in princ. ff. de negot. geſt. & l. 1. §. 1. ff. commod.*

Quintò, hoc etiam probatur manifeſte ſic, nam verbum proles, ſine dubio comprehendit fœminas, quia eſt generis fœminini, vt patet Grammaticis, & probatur auctoritate Virgilii, 1. Æneid. vbi dicitur: *Et pulcra faciet te prole parentem.* Et in 3. eiuſdem, dum dicit: *Et prolem ambiguam.* Et ideo ſiue reſpiciamus verbum proles tantum, ſiue adiectiua ſibi adiuncta, videlicet aliquis, illi, & ipſi, &c. indiſtincte fœmina comprehenditur etiam in ſtatuto, *iuxta not. per Bart. in l. 1. ff. de verbor. ſignific.* Et ſic filia ſororis venditoris comprehenditur in dictis prouiſionibus, ex quibus omnibus concluditur, quod vigore dictarum prouiſionum non ſolum diuidentes venditoris maſculi, ſed etiam collaterales fœminæ vocantur ad præſentandum, & præferuntur vicino Laterano, & ſic per conſequens dicta filia ſororis admitti & præferri debeat dicto vicino, qui dicitur præſentaſſe emptori.

Et ita, vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo iuris eſſe, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona, I. V. D. &c.

CONSIL. LXIII.

SVMMARIA.

1 *In factis antiquis præſumendum eſt pro ſententia etiam abſq; actorum productione.*
2 *Iuriſdictionem tantum habens ſuper parte, an poſſit ſuper toto ſententiare, & num. 6.*
3 *Cancellatio ſeu ſuperſcriptio an ſemper inſtrumentum habeat vitiare, & num. 10.*
4 *Caſus in ſententia omiſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis.*
5 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*
7 *Priuatorum pactis non poteſt dari iuriſdictio.*
8 *Verba, præſentibus partibus, nec contradicentibus lata dicuntur approbata.*
9 *Tacens an ſemper conſentire videatur.*
11 *Cancellatio ſeu ſuperinductio in aliquo inſtrumento facta, quo caſu & quando ipſum non vitiet.*
12 *Donatio non præſumitur, vbi dari poteſt aliunde coniectura.*

Pro communitatibus extra Burgum, Archi, contra communitatem ipſius Burgi Archi, pro refectione pontis Sancti Petri Burgi Archi.

De ponte reficiendo.

IN CHRISTI nomine, amen. In cauſa, quæ vertitur inter communitates villarum extra Burgum Archi, & commune ipſius Burgi pro expenſis factis in ponte Sancti Petri de Burgo Archi per homines dictarum communitatum oritur dubitatio principalis, ſi expenſæ centum librarum factæ per homines dictarum communitatum in reficiendo dicto ponte debent refici per homines Burgi Archi, an non. Et tota difficultas conſiſtit in quadam ſententia arbitrali,

lata per Dominum Vinciguerram de Arcbo, qui in hæc verba pronuntiauit. Item, quod homines & commune Burgi Archi teneantur & debeant manu tenere, & de nouo facere pontem Sancti Petri bonum & ſufficientem quælibet communitas pro tertia parte, vt ſupra dixit, quæ ſeotentia lata fuit de anno 1422. partibus præſentibus, & ipſam laudantibus & approbantibus, vt dicitur in fin. ſententiæ per notarium latæ, cui in boc eſt credendũ, maxime cũm ſententia tranſierit in rem iudicatam, *vt not. Spec. in tit. de ſent. §. vt autem, ver. & not. ſecundum quoſdam, in 2. part. Speculi*, & quia oon eſt de recenti, ſed de antiquo, cum ſit lata iam triginta annos & vltra, ex quo pro ea indiſtincte præſumitur, *vt not. Hoſtienſ. in c. quoniam contra falſam, extra de probat. & not. Cyn. & Doctor. in l. emancipatione, C. de fid. inſtru. & Bald. in c. fin. ante fin. in tit. quo tempore miles inueſti. pet. deb.*
1 † vbi dicunt, quod in factis antiquis præſumitur pro ſententia, etiam ſine productione actorũ. Vnde ex ea apparet manifeſte, quod communitates extra Burgum Archi non tenentur ad refectiooẽ illius pontis, niſi quando frangeretur ab hoſtibus tempore guerræ, ſed ſolum tenentur illi de Burgo, & ideo cum in eius refectione dictæ communitates expenderint centum libras, ad illas tenentur commune & homines de Borgo, *pro hoc optime facit l. ſi negotium, coniuncta gl. 1. C. de negot. geſt.* vbi dicitur, quod ſi tu ſoluiſti pro ſorore tua tribota, ſine mandato potes recuperare ab ea, vel quod ſoluiſti actione negotiorum geſtorum. *Item, pro hoc totus titulus de negot. geſt. ff. & C. cum ſimil.* ſtante itaq; dicta ſententia in ſua viridi obſeruantia non videtur eſſe aliquo modo dubitandũ, ex quo per partes fuit approbata, & tranſiuit in rem iudicatam iam 30. annis & vltra, etiamſi non fuiſſet amologata & approbata. Sed cootra dictam ſententiam ſuot noonullæ oppoſitiones pro parte illorum de Burgo Archi.

2 † Prima oppoſitio eſt, quod Dominus Vinciguerra non erat Dominus Archi, niſi pro dimidia, & ſic videtur, quod non potuerit ſententiare ſuper totum, ex quo non erat iudex.

Secunda, quia non apparet de compromiſſo aliquo in dictum Dominum Vinciguerram.

Tertia, quia non apparet de ſyndicatu partium, vnde non videtur, quod iſta præſumantur, etiamſi de eis fiat mentio in ſententia, niſi probentur, *in c. quoniam contra falſam, de probat. & ibi not. & habetur per Bart. & Doctor. in authent. ſi quis in aliquo documento, in fin. C. de edendo, & in alijs iuribus, de quibus ſupra & infra.*

3 † Quarta, quia in dicta ſententia in prima linea inſtrumeoti eſt quædam cancellatio ſeu ſuperinductio. Nam vbi dicebatur die Mercurii vltimo menſis Ianuarii ſuper verbo Ianuarii, eſt ſcriptum verbum Decembris. Ex quo videtur, quod illi ſententiæ non ſit adhibenda fides per ea, quæ habentur *in l. ſi vnus, C. de teſtam. & in l. fin. C. de edict. diui Adriani tollen. & in l. 1. §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab. & in c. inter dilectos, de fid. inſtru.* in quibus habetur, quod quando inſtrumentum eſt cancellatum vel vitiatum, non eſt ei adbibeoda fides.

Quinta oppoſitio eſt, quia dicunt illi de Burgo Archi, quod in ipſa ſententia dicitur, quod ſi pons antiquitate corrumpatur, quod illi de Burgo reficere teneantur, ſed tempore, quo fuit refectus per dictas communitates, erat ſufficiens, & ſic non erat antiquitate corruptus. Et ideo videtur, quod vigore illius ſeotentiæ illi de Burgo ad aliquam impenſam reficiendam non teneantur, quia oon eſt caſus
4 in ſeotentia comprehenſus. † Nam caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis, *vt l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſolut. matri. & l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthu. cum ſimil.* Quæ diſpoſitio iuris communis poſtea reducta eſt ad hoc, videlicet qood expenſæ, quæ ſoluuntur per illos de Burgo & extra, ſoluantur ſimul & ad ratam, videlicet diuidendo eas in tertiam partem, vt videtur eſſe probatum per teſtes in hoc proceſſu examinatos ad inſtantiam illorum de Burgo. Et licet refectio prædicti pontis ſpectaret etiam bodie hominibus de Burgo in caſu, quo loquitur, & illi, qui ſunt extra Burgum, expendiſſent centum libras denariorum in eius refectioue de mandato comitis Franciſci D. Archi, ex quo pons erat ſufficiens, & ſic extra ca[illegible]m ſententiæ, ſi fuit facta iniuria illis, qui ſunt extra Arcbum per ipſum D. Archi, illa iniuria non debet nocere illis de Burgo Archi, *vt probatur in l. ſi per imprudentiam, in princ. ff. de euict.*

5 † Sexta & vltima oppoſitio eſt, quod illi de extra Burgum non fuerunt coacti ad faciendam dictam impenſam, quinimo fuerunt contenti reficere pro parte. Vnde quod ſemel placuit, amplius diſplicere oon poteſt, *vt habetur in regula iuris.* Ex his potiſſime concluditur pro parte communis & hominum de Burgo, quod non obſtante ſententia D. Vinciguerræ ipſi non tenentur aliquid de expenſis illis ceutum librarũ reficere communitatibus, quæ ſunt extra Archum. Sed profecto his oppoſitionibus non obſtantibos contrarium eſt verius, videlicet quod commune & homines Burgi Archi tenentur reficere centum libras denariorum communitatibus de extra Burgum Archi, quas expoſuerint in faciendo ſeo reficiendo pontem S. Petri Burgi prædicti, vt apparet & conſtat manifeſte ex ante dicta ſententia, quæ remanet valida, & eſt obſeruanda & executioni mandanda, ſi prius tollentur oppoſitiones prædictæ, quæ iuribus & rationibus, & etiam auctoritatibus facilime tolli poſſunt.

6 † Ad primam etiam oppoſitionem facilis eſt reſponſio. Nam dicitur, quod Dn. Viuciguerra non potuit inter prædictos eſſe iudex, cum non eſſet Dominus Archi, niſi pro dimidia ad hoc reſpondetur, quud illud poſſet procedere, ſi tuliſſet ſententiam tanquam iudex ordinarius, ſed ipſe tulit ſententiam, tanquam arbiter & arbitrator, quia in eum factum erat compromiſſum, vt dicitur in dicta ſententia, ibi. Qui Dominus Comes arbiter & arbitrator, & amicabilis compoſitor datus & aſſumptus à prædictis ſyndicis, &c. quod fieri potuit. Nam compromiſſum tanquam in arbitrum & arbitratorem poteſt fieri, non ſolum in iudicem ordinarium, ſed etiam in illum, qui non eſt iudex, & eſt priuata perſona, *vt habetur in l. ſed & ſi in ſeruum, §. ſi iudex, per gloſſ. & Doctores ff. de arbitr. & habetur in*

*toto tit. ff. & C. de arbit. & extra in antiquis, & in l. ſi ſo-
cietatem. §. arbitratorum. ff. pro ſoc. cum ſimil.*
Ad ſecundam oppoſitionem dum dicitur, ap-
paret de compromiſſo aliquo in dictum Dominum
Vinciguerram, reſpondetur quod imo apparet ex
inſtrumento ſententiæ. Nam in principio eius di-
citur, qualiter dictæ partes fuerunt contentæ, quod
dictus Dominus Vinciguerra pronuntiaret ſuper
dictis differentiis, ex quibus verbis apparet, quod
in eum fecerunt compromiſſum tanquam in arbi-
trum & arbitratorem. Nam dicta verba non poſ-
ſunt intelligi quod faciant eum iudicem ordinari-
7 um vel delegatum, † quia pactis priuatorum iu-
riſdictio dari non poteſt, *vt l. priuatorum. Cod. de iu-
riſdict. omu. iudic.* Et ideo oportet vt intelligatur eſſe
factum compromiſſum, tanquam in arbitrum &
arbitratorem vt res potius valeat, quam pereat,
*vt eſt caſus in l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verborum
obligation. & habetur in l. quoties. ff. de regu. iur. & in l.
quoties. ff. de reb. dub.* Præterea, quod illa verba ita in-
telligantur, apparet, quia poſtea in ſententia dici-
tur, quod dominus Comes arbiter & arbitrator, &
amicabilis compoſitor electus & aſſumptus à præ-
dictis ſyndicis. Nam cum dicta verba fuerint pro-
lata in præſentia partium non contradicentium vi-
detur ipſe ita ſenſiſſe & conſenſiſſe, *vt eſt caſus in l. 1.
C. de relation.* & ibi hoc in effectu vult Bart. imo plus
apparet de expreſſo conſenſu partium, quia in fine
ſententiæ ipſæ partes eam laudauerunt, & hoc et-
iam confirmat verbum amologantibus appoſitum
poſt finem ſententiæ, quod verbum conſueuit ap-
poni ſolum, quando eſt lata ſententia per arbitros
& arbitratores, *vt eſt caſus in l. in arbitris. §. ſin autem,
cum gloſſ. C. de arbit. & not. Bald. in l. 1. in 11. oppoſit. C. de
his quæ pœn. no.* Poſtremo hoc etiam probatur. Nam
ex quo ita dicitur in ſententia, & in princip. inſtru-
menti, ita etiam præſumitur eſſe actum, licet aliter
non appareret de compromiſſo, poſtquam ipſę par-
tes fuerunt præſentes, & non contradixerunt pri-
mo expreſſe approbauerunt, *vt probatur in l. 1. C. de
rela. & ibi hoc no. Bart.* vbi dicit, quod quando in ſen-
tentia continetur lit. conte. receptis confeſſionibus
partium facta publicatione teſtium & iuramento
de calumnia, & ſimilib. ſi quidem ſententia eſt lata
præſentibus partibus & non reclamantibus, quod
dicta ſententia probat acta ita præceſſiſſe, *vt ibi, &
plenius dicam circa hoc in ſeq. opp.* Vnde ex his concludi-
tur, quod nullo modo obſtare poteſt ſecunda opp.
Ad tertiam oppoſitionem dum dicitur, quod
non appareat de ſyndicatu partium, & ſic videtur
quod non præſumatur niſi probetur etiam, ſi de
eis fiat mentio in ſententia, *vt in capit. quoniam con-
tra falſam. de prob. & ibi nota. & habetur per Cyn. in pro-
curator. in 5. quæſt. C. de eden. & per Barto. & Doctor. in
authent. ſi quis in aliquo documento. C. de eden.* & in in-
ſtrumento ſententiæ fiat mentio, quod erant ſyn-
dici propter hoc non videtur, quod ſit probatum
eos fuiſſe ſyndicos, *vt probatur, & videtur in cap. cum
in iure partibus, extra de offi. dele. & ibi videtur eſſe gloſſ. de
hoc, & ita not. etiam Aug. in auth. vt ſponſa. larg. in §. &
hoc inſuper. in fin. 2. colum. in 3. colum.* Reſpondetur
8 quod imo præſumitur, quod fuerint ſyndici. † Nam
ex quo illa verba ſyndicis, &c. ſunt probata parti-
bus præſentibus, & non contradicentibus probant,
quod fuerunt ſyndici, *vt probatur in dicta l. 1. C. de rela.
& dixi ſupra in fin. præceden. opp. & idem not. Barto. in l.
fina. ff. quando app. ſit. & idem expreſſe not. Bald. in l. vel
qui cadauer. ff. de in ius voca. in Apoſtillis*, vbi dicit, quod
quando in ſententia fit mentio de proceſſu, pro il-
lo præſumitur, ſi ſententia eſt lata partibus præſen-
tibus, & non reclamantibus, *& idem tenet Spec. in tit.
de ſenten. §. vt autem ver. & not.* ſecundum quoſdam
imo plus, ex quo dicitur in fine ſententiæ ſyndicis
præſentibus & ipſam ſententiam laudantibus, amo-
logantibus, & approbantibus, tunc indiſtinctè ſta-
tur ſententiæ, nec poteſt negari quod non fuerit
ſyndici, *ita not. Bald. in d. l. vel qui cadauer. ff. de in ius vo-
cand. in Apoſtillis alleg. not. in l. 1. C. de fid. inſtru. & iur. haſt.
fiſc. lib. 1. & in l. emancipatione. C. de fi. inſtru. & idem tenet
Bart. in quodam ſuo conſ. quod incip. punctus talis apparet
ſententia lata*, vbi hanc q. eleganter examinat diſtin-
guendo, dicit enim prædicta, quæ videntur contra-
ria, poſſunt reduci ad concordiam diſtinguendo.
Nam aut ſententia fuit lata parte abſente, aut parte
præſente, ſi parte abſente, & tunc indiſtinctè non
præſumitur, *per l. ne in arbit. C. de arb. & per ca. quoniam
contra falſam. de prob.* quæ, ita debent intelligi, & ita
intelligitur gl. *in c. cum in iure peritus, extra de off. dele. &
ita etiam intelligitur quod not. Cyn. in l. procurator. C. de
eden. cum ſim. ſupra pro hac parte alle.* Si vero parte præ-
ſente eſt lata ſententia, & tunc ſubdiſtinguitur, aut
eſt lata ea contradicente, aut ea tacente, aut ea ex-
preſſe confirmante ſeu conſentiente.
Primo caſu quando parte præſente & contradi-
cente, idem quod ſi ea abſente, quia ex quo præ-
ſens contradixit in nihilum præſentia præiudica-
uit.
Secundo caſu, quando eſt lata ſententia parte
tacente aut ſumus intra tempus appellationis, ſci-
licet decem dierum, quia nondum dicendum eſt
elapſum, & tunc idem per omnia, *per ea quæ ponunt
9 Doctor. in l. emancipatione. Cod. de fid. inſtru.* † quia po-
ſito quod fuerit præſens & tacuerit, non tamen ſen-
tentiæ acquieuiſſe videtur, *per l. & poſt rem. in princ. ff.
de tranſ. cum ſimilib.* Aut ſumus poſt tempus appella-
tionis interponendæ, & ſic poſt decennium, & ſic
quod videtur iam approbaſſe ſententiam, *vt l. ab eo.
in fin. C. quomo. & quando iud.* & ſic videtur confeſſus
lit. conte. præceſſiſſe. Et ſic etiam omnia acta, prout
in ſententia fit mentio, *vt l. ſi. ff. quando app. ſit.* Et iſtius
tacitæ confeſſionis vigore, & etiam intentionis in
ſententia factæ videtur lis conteſt. & omnia quæ in
ſententia nominantur interueniſſe præſumuntur.
*argum. l. Publia. in fin. ff. depo. & ita intelligatur, quod not.
Inn. in cap. quoniam contra. in fin. extra de prob.* Et idem
intelligit Bart. quando ſententia eſt lata parte ab-
ſente & ſciente, & non appellante, & dicendum eſt
elapſum.
Tertio caſu, quando ſententia eſt lata parte ab-
ſente & expreſſe conſentiente, & tunc non eſt du-
bium, quod ea de quibus fit mentio in ſententia
præſumũtur præceſſiſſe & interueniſſe, imo ex par-
tis confeſſione, & ſuo expreſſo conſenſu intérueni-
ente probantur expreſſe interueniſſe, *per illam l.*

Publia.in fin.ff.depoſ.adeo quod non audietur pars volens contrarium dicere, & hoc caſu intelligit Bart. d.Innoc.in dict. c. quoniam, in fin.& ex iſta vera diſtinctione Bartol. indiſtincte & dubitate concludi poteſt ad reſponſionem tertiæ, & ſecundæ oppoſitionis, videlicet quod compromiſſum fuerit factum in dictum Dn. Vinciguerram, & quod illi qui fecerunt compromiſſum erant Syodici Burgi Archi, & communitatum extra Burgum Archi, quia de his fit mentio in inſtrumento ſententiæ, & quia partes ſcilicet Syndici fuerunt præſeotes, & oon contradixerunt, imo expreſſe conſenſerunt & approbauerunt omnia, quæ in dicto inſtrumento ſententiæ contioentur, vt dicitur in fio. inſtrumenti dictę ſententiæ.

Vltra etiam prędicta poteſt addoci quod iſta ſententia fuit lata de antiquo & non de recenti, quia iam ſunt triginta anni, & vltra quod eſt lata, ergo ea quæ in ipſa ſententia continentur, præſumuntur interueniſſe, vt not.Cyn.& Doct.in l.emancipatione, C. de fid. inſtr. & not. Hoſtien. & Doctor. in dicto c.quoniam contra falſam de probat .& Bal. in cap.fin. in tit.quo temp. miles inueſtit.pe. deb.in vſib. feud. & dixi ſupra, circa princip. Vnde concluditur reſpondendo ad ſecundam & tertiá oppoſitionem, quod ſatis dicitur conſtare de compromiſſo in dictum Dn. Vinciguerram, & de Syndicatu dictorum hominum qui in ſenteotia nominantur.

10 † Ad quartam oppoſitionem dum dicitur, qnod illi ſententiæ non eſt adhibenda fides, quia in prima linea inſtrumenti eſt quędá cancellatio, ſeu ſuperinductio, nã vbi dicebatur die Mercurii vltima menſis Ianuarii ſuper verbo Ianuarii eſt deſcriptum verbum Decemb. per ea quæ habentur in l.ſi vnus, Cod.de teſtam. & in l.fin. C.de edict.diui Adri.tollen. & in cap.inter dilectos, de fid.inſtrum. & eo magis, quia cancellatio ſeu ſuperinductio eſt in parte ſubſtantiali inſtrumenti, ſcilicet in menſe qui eſt de parte ſubſtantiali inſtrumeoti, & not.gloſ.in l.generali, C.de tab. lib.1.& not.gloſſ.in c.inter dilectos, de fid.inſtr. & per Bart. plene in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium, ff.de eden. vnde cum cancellatio ſit circa ſolénitatem totius inſtrumenti tunc illi inſtrumeoto oon adhibetur fides, vt not.Innoc.in cap.fraternitatis, extra de hered. & not. Bald. in fin.in 4.oppo.C.de edict.di. Adr.tollen. Reſpondetur ad hanc oppoſitiouem, qood ex quo ex inſpectione ioſtrumenti poteſt legi illud verbum cancellatum, quod eſt verbum Ian. nihil ob. ſi ſuper eo ſcriptum eſt aliud verbum quod eſt Decembris, vt probatur in l.1.in princ.& in §.legi autem cum his quæ not. ibi Bart. ff. de his quæ in teſt.delen. Vode non attenditur ſuperinductio ſeu cancellatio, ex qoo verbum cancellatum legi poteſt, vt ibi not. Item, poſito, quod illud verbum Ianuarii oculis legi nó poſſet, ſed comprehendi ſolum, tamen illa cancellatio ſeu ſuperinductio non nocet, vt probatur per doctrinam Bart. in fin. §. 1. ad fin. 1.col. C.de edi.diui Adria.tollen. vbi pro regula tradit quod vbi raſura vel cancellatio ſic deberet dicere, & ſic deberet ſtare ſecũdum quod patere poteſt ex præcedentibus & ſeqoentibus, tunc ooo vitiat, ſi enim illud quod deficit ex præcedentibus & ſequentibus ſubintelligitur, vt l.verbum volo.C.de fideic. & l. pater, §. cum imperfecta, ff. de leg.2. multo magis illud quod eſt aliqualiter vituperatum, poteſt coadiuuari, arg.l.1.in princ.C.de rei vxo.act.& de hoc eſt gloſſ. ordin. in c.cum venerabilis, in gloſſ.fin. extra, de relig.do. Nam in caſu noſtro ex præcedentibus & ſequentibus manifeſte comprehenditur, quod illud verbum cancellatum, quod eſt verbum Ian. nullo modo conoenit, quia dicitur præcedentibus die Mercurii vltimo menſis Ianuarii, qoia dies vltima menſis Ianuarii, 1422. ſi bene computetur non fuit dies Mercurii, deinde dicitur in ſequeot. in eodem inſtrumento, quod dicti Syndici fueruut admoniti ad audiendam ſenteotiam die 5. Ianoarii, & die illo quinto Ianuar. eiuſdem milleſimi, videlicet 1422. fuit lata ſententia: nam ex iſtis ſeqoentibus apparet, quod verbum cancellatum, quod eſt Ianuarii, nullo modo conoenit. Si enim fuiſſet factum compromiſſum die vlt. menſis Ian.1422. non potuit ſententia poſtea de eodem anno die 5. Ianuarii, qui fuit ante dié vltimum, certe nullo modo, ſed verbũ ſuperinductum, quod eſt verbum Decemb. bene conoenit & præcedentibus & ſequentib. nam præcedentibus conuenit, dum dicit die Mercurii vltimo menſis Decembris, quia illa dies vltima fuit dies Mercurii. Item, conuenit ſequentibus, videlicet quod compromiſſum factum fuerit die vltimo Decembris 1422. incipiendo ab annis Domini, ſcilicet natiuitatis, & poſtea die quinto Ianuarij eiuſdem milleſimi fuerit lata ſententia, ergo iſtud verbum ſuperinductum, non vitiat, imo ei ſtandum eſt per prædicta, quod dicta cancellatio ſeu ſuperindoctio nõ vitiet inſtrumentum, nec ei noceat, probatur per doctrinam gloſſatoris

11 Accurſii, quæ eſt, † qood vbi cancellatio ſeu ſuperinductio eſt in illis locis, in quibus non conſiſtit tota vis inſtrumenti, nec eſt in ea parte, ſuper qua vertitur dubitatio oon nocet, ita not.gl. in dict.l.fin.in verbo vitiatum, C.de edict.diui Adria.tollen. & in l.ſi vnus, C. de teſtam. & eſt gloſſ. in l. §.fin.ff. de bonor. poſſeſſ.ſecundum tabul. & not. gloſſ.fin.in cap. venerabilis, extra de religio. domib. & eſt caſus in cap. 2. ex bonis, extra de fin. inſtrument. & probatur in l.ſi ex falſis, Cod. de tranſactio. Sed in caſu noſtro illa cancellatio vel ſuperinductio non eſt in illa parte, ſoper qua vertitur dubitatio, quia ſiue fuerit compromiſſum factum die vltim.menſis Decemb. ſiue die vlt. menſis Ianu. nihil ad rhombum; ergo, &c. Item, ex alio apparet quod illa caocellatio ſiue ſuperinductio nõ noceat. Nam apparet, quod eſt ex mano eiuſdem notarii, licet ſit ex diuerſo atramento. Nam prima litera d. conuenit aliis hæc. d. vt patet in eadem linea prima in fin.in ver. Tridenti.& in tertia linea, in fin. in verbo diſtrictus, & in quarta linea circa prin. ibi domini comitis, & in octaua linea ibi dominarũ. Et idem apparet in aliis literis, ſi totum inſtrumentum recte inſpiciatur, vnde cum ſit manu eiuſdem notarii, illa cancellatio ſiue ſuperinductio non vitiat, nec nocet, vt eſt gloſſ.in dict. in fin. in verbo primo figura, C. de edict.diui Adria.toll & ita not.gloſſ in c.cum venerabilis, extra de reſig.do. Item, ex alio poſſet apparere veritas, ſi inſpiciatur protocollum ſiue imbreuiatura, ſi reperiri poſſit. Nam illi eſſet ſtaodum, vt eſt gloſſ. not.in auth.de tab.§.illud quoque, in verbo protocollum, colum. 5.

quas

quæ dicit, quod ſi eſt dubitatio in inſtrumento, recurritur ad imbreuiatutam, quæ protocollum dicitur, *& not. Bart. in l. Sempronius, ff. de legat. 2. & in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. & in l. ſi quis ex argentariis, §. prætor, ff. de eden. & Bald. in l. inſtrumenta, ver. & not. quod ſcriptura, C. de teſtib.* & ex iſtis concluditur, quod dicta cancellatio ſeu ſuperinductio non vitiat inſtrumentum, nec ei nocet.

Ad quintam oppoſitionem dum dicunt illi de Burgo Archi, quod in ipſa dicitur, quod ſi pons antiquitate corrumpatur, quod ipſi teneantur reficere & manu tenere; & non erat antiqnirate corruptus pons S. Petri, ſed erat bonus & ſufficiens.

Ad hoc reſpondetur, quod per interemptionem, videlicet quod hoc in ſententia non dicitur, legantur verba, de quibus facta eſt mentio ſupra in princ. harum allegationum, ergo. Præterea, poſito quod ita diceretur in ea, tamen non eſt veriſimile, quod D. Comes Franciſcus feciſſet eum reficere, ſi fuiſſet bonus & ſufficiens. Præterea facta eſt vna poſitio illis de Burgo Archi, quod ille pons non erat ſufficiens ad leuandum, & ipſi eam confeſſi ſunt, ex qua confeſſione apparet, quod pons non erat ſufficiens. Poſtremò ex dicta ſententia apparet maniſeſte, quod in hoc caſu illi de Burgo Archi tenebantur ad illam impenſam, quia in illa ſententia dicitur eo fracto, notat. quod ſi frangeretur ab hoſtibus tempore guerræ, quod tunc dictæ communitates teneantur pro tertia parte, illa ergo exceptio eſt ſolum in vno caſu, ſcilicet quando frangeretur ab hoſtibus; ergo in aliis caſibus omnibus non tenentur dictę communitates extra Burgũ, quia exceptio firmat regulam in nõ exceptuatis, *l. nam quod liquide, §. fin. ff. de pe. leg. & not. gl. in l. 1. ff. de reg. iur.* ergo.

12 † Ad ſextam & vltimam oppoſitionem dum dicitur, quod illi de extra Burgum Archi fuerunt contenti reficere pontem pro parte ſua. Vnde quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, vt in regula inris. Reſpondetur, quod hoc fecerunt, vt obedirent domino ſuo Dn. Comiti Franciſco, qui hoc fieri iuſſit propter ſuſpicionem guerræ, non animo donandi. Nam vbi poteſt capi alia coniectura quàm donatio, ius nunquam præſumitur donatio, *vt l. ſi cum aurum, ff. de ſolut. & l. campanis, ff. de ope. lib.* quia in dubio non videtur quis velle iactare ſuum, *l. cum de indebito, in princ. ff. de probat.* & donatio & iactatio, *vt l. filiusfam. in princ. ff. de donat. & in l. contra iuris, §. ſi filius, ff. de pact. cum ſimilibus.* Sed in caſu noſtro poteſt præſumi, quod ipſi de extra Burgum Archi fecerunt illam impenſam cauſa obediendi domino ſuo, Dn. Comiti Franciſco de Archo, ergo donatio non pręſumitur. Ex quibus omnibus concluditur, quod commune & homines Burgi Archi tenentur ad reſarciendum centum libras denariorum communitatibus de extra Burgum, quas expenderunt in reficiẽdo pontem S. Petri, cum dicta refectio ſpectaret & ſpectet communi & hominibus Burgi Archi.

Et vt ſupra concluſum eſt, dico & conſulo iuris eſſe ego Barthol. Cæpòlla de Verona, I. V. D.

CONSIL. LXIIII.

SVMMARIA.

1 *Caſus legis nullam continet dubitationem.*
2 *Exceptiones declinatoriæ ante litis conteſtat. poſitæ, an impedire debeant litis ingreſſum.*
3 *Rex dicitur iudex generalis in ſuo regno, & poteſt cognoſcere etiam de cauſis, in quibus ſunt in ſuo regno ſpeciales iudices deputati.*
4 *Exceptiones dilatoriæ quare ſint ante litis conteſtat. opponendæ & probandæ, & num. 8.*
5 *Mendax & falſo impetrans beneficium, aut priuilegium debet carere impetratis.*
6 *Reſcriptum falſo impetratum valere non debet.*
7 *Delegatio ſurreptitia an poßit eſſe valida.*
9 *Obreptio quando iuriſdictionem vitiet.*
10 *Cauſa ad fundamentũ iuriſdictionis requiſita debet eſſe vera & diſcuſſa, aliàs iudicium erit ipſo iure nullum.*
11 *Supplicatio quid ſit, & in quibus differat à libello.*
Libellus principaliter conſiſtit ex tribus.
12 *Concluſionem libelli attendi debere, qualiter ſit intelligendum.*
13 *Forma mandati, aut reſcripti, aut libelli, in quo pendeat.*
14 *Iuſtitia tribuit vnicuiq; ius ſuum, & quid intelligatur per hæc verba, ius ſuum.*
15 *Statutum dicens accuſatum debere reſpondere, non prohibet exceptiones declinatorias iudicij vel fori.*
16 *Iudex ordinarius non poteſt cognoſcere de cauſa, cuius iuriſdictio ſpecialiter eſt alteri attributa.*

DVo ſunt in controuerſia Magnifici Domini ac Iuriſconſulti excellentiſſimi, quę profecto apud viros doctiſſimos nõ longa egent examinatione, quia in iure clariſſima ſunt. Et propterea cum apud vos, qui ſapientiſſimi & Iureconſulti clariſſimi eſtis, dicturus ſum, paucis vtar, nihil tamen prętermittendo, quod huic diſpoſitioni conuenire vidcbitur.

Primum etenim eſt, ſi ſuper exceptionibus per vos oppoſitis contra reſcriptum delegationis, in quibus declinatur veſtra iuriſdictio ad probandum precum mendacia ſit nobis danda dilatio; & in hoc
1 certe minime eſt dubitandum, † quia vbi caſus legis, ibi nulla eſt dubitatio, *l. ancilla, C. de furt.* Nam de hoc eſt caſus in terminis, *in l. ſi quando, C. de dilat. & ibi per Doctor. & eſt etiam text. in l. puniri, C. ſi contra ius vel vtil. publ.* vbi plus dicit Imperator Conſtantinus, iudices, qui vetuerint precum argui falſitatem, decem librarum auri mulcta puniendos. Ad hoc rationes multæ adduci poſſent, quæ hoc aperte concInderent, ſed eas nunc ſilentio prætermittam, ex quo caſum legis habemus, & in hoc cum aduerſario conuenimus, qui id non inficiatur.

2 † Secundum, etſi iſta dilatio ad probandum precum mendacia ſit danda hoc tempore ante litis conteſt. circa merita cauſæ, & ſic, an dictæ exceptiones declaratoriæ ſint examinandæ & probandæ ante litis conteſtat. ita quod impediant litis ingreſſum, vt non poſſit interim ad vlteriora procedi, an vero ſint examinandæ cum meritis cauſæ, vel in fine litis, ita quod ad vlteriora eis non obſtantibus ſit procedendum.

In iſto dubitationis articulo, niſi, vt dixi, clariſſimus ſit, tamen quod non impediant litis ingreſſum, & nunc non ſit ad probandum danda dilatio, adducitur pro parte diuerſa, *l. præſcriptione, & l. ſi non*

cogni-

cognitio.C.ſi contra ius vel.vti.pub.ſecundum opin.Ioan.& Azo.vt ibi per gl.& Doct.

Secundo adducitur id quod not. Bartol. *in l.2.ff.ſi quis in ius voc. non ier.* vbi dicit, quod ſi Florentinus conuenitur Bononiæ, quia ibi ſe ſoluturum promiſit, licet neget ſe promiſiſſe ibi ſolutionem, & per conſequens iudicem Bononiæ non iudicem competentem, non propterea impedietur litis ingreſſus, quia ſufficit ad fundandam iudicis iuriſdictionem quod id in libello allegetur, quod ſi verum eſſet diceretur iudex competens.

Tertio ad hoc allegatur quoddam pactum ſtipulatione vallatum inter partes, in quo pars noſtra promittit comparere coram Domin. Michaele Rizio vel alio iudice à regia Maieſtate dato, vel dando, vnde cum vos D. Ant. litis iudex in cauſa à regia Maieſtate datus, dicitur quod pars noſtra nihil poteſt opponere, quo minus poſſitis in cauſa procedere, quia prętor ait, pactum ſeruabo, *l.iuris gentium, §.prætor ait, ff.de pact.cum ſim.*

Quarto adducitur in medium regis decretatio vltima, in qua dicitur Ant.de Caruſio procedet ſuper ſupplicatis tantum: ſed legantur ſupplicata, dicitur in fin. ſupplicationis vbi eſt concluſio, quæ debet attendi ſecundum Innocen. *in cap. ſuper literis extra de reſcriptis, & per Bald.in l.edita. Cod.de edendo.* quod ſupplicatur vt mandetur & imponatur Dn. Anton.de Caruſio, vt in dicta cauſa de ſorte principali, & de pœnis: ad vlteriora procedit. Vnde ex hoc pro parte diuerſa concluditur, quod regia Maieſtas committit ſolum cauſam principalem examinandam, & non alias exceptiones, & ſic dicitur quod procedi debet ad vlteriora propter dictam decretationem.

3 † Quinto dicitur, qđ tex indiſtincte potuit cauſam committere D. Ant. quia licet conſul Venetorum ſit iudex ſpecialis in regno, quando Veneti & eorũ ſubditi conueniuntur, tamẽ non tollitur quin rex poſſit eſſe iudex, cum in regno ſit iudex generalis, *per ea quæ habentur in l.fin.C.de iuriſdict.omn.iud.* vbi habetur, quod præſes prouinciæ poteſt cognoſcere etiam de cauſis quibus in prouincia ſua ſunt deputati iudices ſpeciales. Pro parte vero noſtra pupillorum Veron. dicitur, quod prædictis non obſtantibus nullo modo poteſt denegari dilatio nũc probandi exceptiones noſtras, & precum mendacia. Et quod exceptiones noſtræ iudicii declaratoriæ oppoſitæ habent impedire litis ingreſſum, quod ſit probatus pluribus rationibus & auctoritatibus. Et primo quandocunque reſcriptum dicitur impetratum cõtra impoſſibilitatẽ impetrandi, tũc prius eſt cognoſcẽdum de veritate precum ante merita cauſæ, *ita dicit Bald.in d. l.præſcriptione, in 11.col.ver.* interdum eſt impetratum contra impoſſibilitatem, ſed in caſu noſtro reſcriptum delegationis ſuper cauſa principali dicitur & eſt impetratum contra impoſſibilitatem impetrandi, patet quia niſi ſit verũ quod cõſul Venetorum fuerit negligens in adminiſtranda iuſtitia, ita quod fuerit iuriſdictio cognoſcendi ad regem deuoluta, clarum eſt quod cauſa principalis iudicibus regis committi non potuit per dictum reſcriptum delegationis.

Item, etiam ſi fuiſſet negligens vel iuſtitiam denegaſſet, quod minime verum eſt nõ potuiſſet ſupplicari, quod cauſa principalis alicui iudici regis committeretur, niſi prius fuiſſet cognitum & deciſum quod fuiſſet iuſtitia denegata, ita quod eſſet iuriſdictio cognoſcendi ad regem deuoluta, *vt not. Archid.in c.1. de maior. lib. 6. & hoc in effectu vult etiam gloſſ. cap. extra de fo. compe.* At in caſu noſtro non fuit de hoc cognitum, neque deciſum, vt declaratum eſt per omnes de conſilio 29. Nouemb. 1457. & ſcriptum & ſignificatum vobis D. Ant per dictum conſilium: ergo, &c.

Item, eſto quod fuiſſet facta pronuntiatio, quod iuriſdictio cognoſcendi fuiſſet ad regiam Maieſtatem deuoluta, quod nullo modo conceditur tamen non potuiſſet ſupplicari quod cauſa committeretur Domin. Anton. de Caruſio, vel alteri exiſtenti in ciuitate Neapol. quia ex quo clientuli mei ſunt pupilli etiam propter denegationem iuſtitiæ non poterunt nec poſſunt trahi extra domicilium vel forum ſuum in quo habent inſtrumẽta & iura ſua, *vt eſt caſus & ibi Doct.in l. vnica. C. quando Imperator inter pupil.& vid.* ſed in caſu noſtro dicti pupilli habent domicilium vel forum ſuum & iura ſua & inſtrumenta & in ciuitate Veronæ, & in ciuitate Tranijergo, &c.

Item, quia tacuit quod prius ſubdelegatio fuiſſet facta Dn. Raymundo Palamero palam per cõſilium præſentibus partibus & expreſſe conſentientibus: ergo vltimum reſcriptum in quo hoc eſt tacitum, non valet, *vt eſt caſus in c.cæterum, in fin. extra de reſcrip.* Nam ſi hoc expreſſiſſet, rex veriſimiliter aliud reſcriptum non conceſſiſſet; ergo, &c.

Secundo hoc ita probatur, quædam exceptiones ſunt de directo contrariæ intentioni agentis, vt ſi tu dicas mihi mutuaſſe, & ego dico non eſſe verum, vel me tibi reſtituiſſe, vel me abſolutum. Et iſta non poſſunt ſeorſum à principali examinari, *vt l. ſi quidem, C. de exce.* quædam ſunt exceptiones indirecto contrariæ quæ hoc [illegible] cognoſcuntur: quia compatiuntur cum principali quo ad eſſe [illegible] elidunt effectum eſſe quarũ probatio non eliditur per probationem contrariam in principali, *vt l.exceptionem, C.de probat.* & tunc ſi tales concernunt inefficaciam impetrandi poſſunt opponi in limine iudicii, *vt d.l.ſi quidem ſecundum Bald. qui ita not. in d.l.præſcriptione, in pe. char.in fin.* Sed noſtræ exceptiones declinatoriæ non ſunt de directo contrariæ intentioni agentis, ſed indirecto contrariæ: quia compatiuntur cum principali quo ad eſſe non concernunt inefficaciam impetrati, ſed inefficaciam impetrandi, vt patet ex prædictis; ergo, &c.

4 † Tertio hoc probatur, quãdo exceptiones ſunt dilatoriæ, id eſt, euitatoriæ iudicii, ſunt opponendæ & probandæ ante litem conteſtatam, & eſt ratio, quia obiectio ſine probatione nihil operatur, *ita dicit Bald.in l.exceptionem in 2.co.C.de prob.* ſed exceptiones ſunt huiuſmodi; ergo, &c.

Quarto hoc etiam probatur manifeſte per aliam doctrinam *Bald.in dict.l.exceptionem, in 2.colum.ad fin.* vbi ſic dicit, do tibi hanc regulam, quod omnis exceptio, per quam alter trium perſonarum remouetur

uetur à limine iudicii, id eſt, vel iudex, vel actor, vel reus, vel hi, per quos litigans impedit proceſſum cauſæ principalis. Vnde ſi probatur talis exceptio, iudex debet pronuntiare nou eſſe procedendum. Et eſt ratio ſecundum eum, quia examinantur ſeorſum à principali & ante principalem, *vt C. de adult. l. quoniam Alexand.* Et concludit, quod exceptiones, quæ opponuntur ratioue perſonarum, in quibus debet fundari iudicium, vt ſunt actor, reus, & iudex, *vt in c. forus, extra de verb. ſignif.* debent opponi & probari ante litis conteſtat. *Et ita tenet Salic. in d. l. exceptionem, in vlt. charta, in princ. in verb. ad cognitionem autem, C. de probat.* Exceptiones autem noſtræ ſunt huiuſmodi: quia per eas remouetur vel remoueri debet iudex à limine iudicii, & opponuntur ratioue ipſius iudicis, in quo deberet fundari iudicium; ergo debent probari, & ſuper eis pronuntiari ante litis conteſtat. per prædicta. Et propterea dixit Bart. *in l. 1. in 2. col. ad fin. C. de lit. conteſtat.* quod iſtæ exceptiones, tu non es iudex, tu non es legitimus actor, omnia iſta debent reſcindi, antequam ad litis conteſtat. perueniatur, & ſuper eis eſt pronuntiandum, *per not. in l. 1. C. de ord. iud.*

5 Quinto, † hoc etiam probatur per doctrinam Bart. *in d. l. præſcriptione, C. ſi contra ius vel vtil. publ.* vbi dicit, quod quando cauſæ expreſſæ in reſcripto delegationis, quæ ſunt falſæ, fuerunt cauſa concedendi reſcriptum, & committendi cauſam principalem, tunc mendax debet carere impetratis, ita loquitur *l. & ſi legibus, C. contra ius vel vtil. publ.* Sed in caſu noſtro falſitas expreſſa per aduerſarium in ſuo libello ſupplicatorio, dum dicit, quod per conſilium fuerat determinatum, quod iuriſdictio cognoſcendi inter partes erat propter denegatam iuſtitiam ad Regiam Maieſtatem, deuoluta fuit cauſa reuocandi commiſſionem, prius factam regio conſilio, & committendi cauſam principalem Domino Antonio; ergo, &c.

6 Sextò, † ad idem hoc probatur per aliam doctrinam Bart. & Salic. *in d. l. præſcriptione*, vbi ſic dicunt, quando impetratur reſcriptum expreſſa falſitate, vel tacita veritate, etiam ſine dolo, tunc ſi illud, quod fuit expreſſum vel tacitum, erat tale, quo non expreſſo vel non omiſſo reſcriptum non habuiſſet, tunc reſcriptum non valet, *ita loquitur c. ſuper literis, extra de reſcript. ita not. in d. l. præſcriptione, in 3. colum. in princ. & Salic. ibi in 6. col. & in 8. quæſt.* qui dicit, quod iſta exceptio debet opponi ante litis conteſtat. *arg. l. ita demum, C. de procur. & l. fin. C. de except. & idem not. gl. & Doct. in d. c. ſuper literis, & Spec. in tit. de reſcript. præſent. §. ratione quoq; defectus, verſ. item quod tacuit vel expreſſit tale.* Sed in caſu noſtro illud, quod fuit expreſſum, fuit tale, quo non expreſſo reſcriptum non habuiſſet, quod patet, quia expreſſum fuit, quia cum iuriſdictio cognoſcendi inter partes prius fuiſſet apud conſilium Venetorum in ciuitate Trani, tunc propter denegatam iuſtitiam illa iuriſdictio eſt deuoluta ad Regem, & quod hoc fuit per conſilium deciſum. Et vtrumque ſit falſum, videlicet quod iuriſdictio cognoſcendi inter partes ſit propter iuſtitiam denegatam, ſit ad Regem deuoluta, & quod hoc ſit in regio conſilio deciſum, cui dubium, quod ſi hæc non fuiſſent expreſſa, quod ſacra Regia Maieſtas non delegaſſet cauſam Domino Antonio, nec etiam alteri, ſi iuriſdictio cognoſcendi non erat ad eum deuoluta, nec reuocaſſet commiſſionem ſuo regio conſilio factam, ſi verum eſt, quod per idem conſilium nihil ſit declaratum, vt probatum eſt.

Item, omiſſum fuit per aduerſarium, quod dicta cauſa fuiſſet delegata per conſilium Du. Raymundi Palameri partibus præſentibus, & expreſſe conſentientibus, quod ſi fuiſſet expreſſum, Rex ſecundas literas vel ſecundum reſcriptum non conceſſiſſet reuocando primum, & ſic ſecundum quod non facit expreſſam mentionem de conſenſu primi, non valet, *vt eſt caſus in c. cæterum, in fin. extra de reſcript. & ibi per Doctor. & not. etiam in dicto cap. ſuper literis, eodem tit.* ergo, &c.

7 Septimò, † hoc probatur alio modo ſic, quandocunque opponitur exceptio mendacii & obreptionis, ſcilicet detectio mendacii declarat, quod nulla ſit delegatio, tunc poteſt opponi, quandocunq; etiam ante litis conteſtat. *vt not. in d. l. præſcriptione, in 8. col.* noſtræ autem exceptiones mendaciorum, ſi mendacia detegerentur, declararent, quod delegatio cauſæ principalis eſſet nulla, quod patet, quia ſi iuriſdictio cognoſcendi inter partes eſt apud conſulem Venetorum, & non apud Regem ex deuolutione propter iuſtitiam denegatam, certum eſt, quod denegatio cauſæ principalis facta D. Anton. eſſet nulla, tanquam facta à iudice incompetenti, *vt l. 1. & 2. C. ſi a non compet. iud.* Et hoc in terminis tenet Du. Anton. de Butr. *in c. ex tenore, ante fin. extra de foro compet.* vbi dicit, quod non valeret habere delegationes, quando ſunt ſubreptitiæ, vt quia dicunt ſecularem iudicem negligentem, vbi non eſt, & tunc non poterit per eas procedi ſaltem oppoſita exceptione, *allegat c. ex parte, 1. eod. tit.* ergo nec poteſt dici, quod Rex tanquam iudex vniuerſalis in regno potuerit hanc cauſam committere Dn. Anto. vel alteri, vt dictum eſt ſupra in quinto argumento partis aduerſæ, quia Rex non commiſit cauſam Dn. Anton. vt iudex generalis totius regni, ſed tanquam iudex, ad quem dicebatur deuolutam eſſe iuriſdictionem propter iuſtitiam per conſulem denegatam, vt dicetur infra in reſponſione ad dictum quintum argumentum.

Octauò, hoc probatur alio modo, nam quando exceptiones declinatoriæ opponuntur ad proceſſum, vt repellatur actor ab agendo, & iſtæ debent proponi & probari ante litis conteſtat. & impediunt, ne ad vlteriora procedatur in meritis cauſæ, *vt not. omnes Doctor. in l. 1. C. de ord. iud. & Canoniſtæ in c. 1. extra de ord. cognit. & not. Abbas Sic. in c. exceptionem, in 3. colum. extra de except.* vbi etiam dicit, quod ſic ſeruatur in aliis dilatoriis, ſed noſtræ exceptiones ſunt oppoſitæ ad proceſſum, & ſunt dilatoriæ & declinatoriæ; ergo, &c.

8 Nono, † hoc in terminis decidit Spec. *in tit. de de except. §. nunc videndum reſtat, circa princ. in verb. cæterum*, vbi dicit, quod dilatoria, quæ eſt declinatoria iudicii ante litis conteſt. opponenda eſt & probanda, & litis conteſt. impedit, *C. de procur. l. ita demum, C.*

qui

qui accu.non poſ.l.non ignorat. idem dicit eſſe in declinatoria fori, & poſtea ſubdit quod generaliter quælibet dilatoria litis conte.impedit, & ante illam proponenda eſt. *allegat extra de excep.cap.paſtoralis. C.eod. l.exceptionem.in quaſt.6.exceptio fori.C.de procurat.l. ita demum.& extra de re iudi.cap.inter monaſterium.Et idem Spec. hoc etiam not.in eod.tit. §. dicto de dilatoriis, in verſ. 1.*dicens, quod ordo proponendi exceptiones is eſt, vt dixi, vt ſint declinatoriæ iudicii in quantum petimus nos remitti ad regium conſilium, & declinatoriæ fori in quantum petimus in ſuo caſu nos remitti ad conſulem Trani, & ſint oppoſitæ ad proceſſum, *vt dixi iuxta not.per Bart.in multis locis, & maxime in l.fin.ff.pro ſocio.* ſequitur neceſſario ex prædictis quod ſunt probandæ ante litis ingreſſum, & impediunt litis conteſtationem, & ne ad vlteriora procedatur.

9. Decimo † & vltimo Bald.in terminis noſtræ queſtionis hoc aperte decidit, ideo dico tanquã diſputationis ſigillum eius deciſionem hic in fine argumentorum ſeruaui, dicit enim ipſe in præallegata *l. praſcriptione. C.ſi contra ius vel vti. publ. ad fin.* dando talem doctrinam, quod licet obreptio in cauſis cauſæ non vitiet iuriſdictionem, quia nõ poteſt examinari in primo limine iudiciorum, tamen obreptio in cauſis commiſſionis vitiat iuriſdictionem, & potuit extra in caſu noſtro, vt ſi quis impetrat delegatum tanquam ordinarius ſit negligens, vel tanquam impetrans ſit ſub protectione Eccleſię vel vidua impetrat à Papa, *vt in capit.ſignificantibus.extra de off.deleg.* ſed ita eſt præciſe in caſu noſtro, videlicet quod obreptio fuit in cauſis cõmiſſionis: quia pars diuerſa impetrauit vos D.Antoninm iudicem delegatum, tanquam conſul Venetorum index ordinarius inter partes fuerit negligens vel iuſtitiam deneganerit, ergo vitiat iuriſdictionem, nam dicit idem Bald.*in l.2.C.ſi contra ius vel vti.publ.* qnod quando opponitur mendacium impetrantis in eo quod vitiat debet probatio admitti qui ſubdit, quod *in d. l.2.* eſt caſus de hoc ſecundum ſecundam lect. ibi, cum itaque tot rationes, tot iura, tot deniq; auctoritates deductæ ſint tam in iure ciuili quam pontificio apertiſſime conclndentes, merito conclndi de iure poteſt, ad ius ſecundi dubii veram deciſionem, quod dictæ noſtræ exceptiones dilatoriæ & declinatoriæ ſunt prius examinandæ, & danda ſit in præſentia dilatio ad eas probandas, quia impediunt litis ingreſſum, & pronuntiandum eſt, ꝙ interim ad anteriora non procedatur non obſtantibus his quæ in contrariũ deducta ſunt, quia prædictis non obſtant. Nam dum primo in contrarium allegata fuit *l.praſcriptione.& l.& ſi non cognitio. C.ſi contra ius vel vtil.pub.* ſecundũ opin.Ioan.& Azo.reſpõdetur quod illa opinio non procedit ex rationibus dilatoriis & declinatoriis, vt ibi not.per Doct.& patet ex his quę dicta ſunt ſupra, nec etiam obſtat quod dicit Bart.*in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ie.* vbi loquitur de Florentino conuentu Bononiæ, quia illud dictum non eſt verum in iure, & contra illam deciſionem tenet expreſſe Iaco.Butr.*in l.praſcriptione.C.ſi contra ius vel vti. publ.& excellens Doctor Dn.Po.de Anch.in repetitione cap. ea qua in 9.charta in 7.quaſt.* vbi pulchre hoc examinant, & quod dictum Bartol.non ſit verum, probatur ex eleganti theorica Inno. *in cap.ex parte Abbatiſſa.extra de priuileg.* vbi dicit, quod cauſa libelli ſemper eſt probanda, quando eſt talis cauſa ſine qua libellus non eſt receptus, quod verbũ eſt notatu dignum ſecundum Bald. *in l.2. commu.diui. pro hoc etiam quod not.Bart.Bald.& Doct.in d.l.2.item adduco contra Bartol.id quod not.Bald.in tit.de pace conſtan.in penul.*
10 *charta.in princip.in ver.corona.* † vbi dicit, quod quando cauſa requiritur tanquam fundamentum iuriſdictionis oportet eſſe veram & diſcuſſam alias iudicium eſt ipſo iure nullum. Et ſubdit qnod iſta fuit doctrina Inno.*in cap.cum ſit generale.extra de foro compe. Item ad idem adduco text.& gloſſ.in l.1.§.item illud.ff. ad Sillan. Et id quod not.Inno.in c.Romana.de foro compe. lib.6.& quod ibi not.per Ioan. An. in nouella. & qnod not. Inn.in cap.præterea.extra. de dilat.* vbi probatur quod opinio Bartol.non eſt vera: ſed eſto ſine præiudicio veritatis quod eſſet vera, non propterea contradicit his quæ dicta ſunt ſupra pro parte pupillorum, nam Bartol.loquitur in exceptionibus quæ concernunt cauſas cauſæ: & ſic merita cauſæ, nos vero loquimur quando exceptiones concernunt formam commiſſionis & poteſtatem impetrandi, vt dixi ſupra in primo & decimo articul.pro pupillis, & ſic in effectu illud dictum Bartol. *in dict. l.2.* non obſtat, nec pactum inter partes conuentum de comparendo coram Domino Michaele Ritio, vel alio iudice dato, vel dando à Regia Maieſtate, qnod tertio loco pro parte diuerſa adductum eſt quicquam, in contrarium facit, quia illa promiſſio non obligat quin poſſint iſtæ exceptiones opponi, ſicut potuiſſent opponi coram D.Michaele vt dicitur in concordio dictorum pactorum. Item, quia illa promiſſio expirauit, ex quo dies comparitionis peremptoria extẽditur vſq; ad vltimã diem menſis Octobris: loquitur enim illa promiſſio de iudice dato vel dando circa vltimam diem menſis Octobris, vnde cum dicta delegatio facta Dn. Ant. fuerit facta poſt, & in dicta vltima die coram eo comparere partes non potuerunt, ergo ad illam delegationem promiſſio nõ extenditur, quia limitata diſpoſitio limitatum producit effectum, *l.in agris. ff.de acquir.rer dom.cum ſimilibus.* Item, non poteſt intelligi de delegatione facta Dn.Anto.nam dicitur in promiſſione de iudice dãdo eandem poteſtatem habente ſicut habebat Dn. Michael Ritius, ſed vos Domine Antoni habetis aliam poteſtatem, ſcilicet cognoſcẽdi de pactis conuentis inter partes poſt delegationem factam Dn. Michaeli & cognoſcendi de pœnis: ergo non eſt eadem poteſtas quam habebat Dn. Michael *per not. in l.& quia.ff.de iuriſ.om.iud.* ergo. Item, ſi dicta promiſſio extenderetur ad perſonam veſtram, tamen poteſt habere locum pœnitentia, *iuxta l.ſi conuenerit. cum ibi not.ff.de iuriſdi. omnium indi.* imo plus dicitur pro dictis pupillis, quod licet partes voluiſſent expreſſe, quod dicta promiſſio de comparendo extẽderetur ad perſonam veſtram reſpectu formæ verborum, tamen illa promiſſio de iure non valuiſſet, ex quo clientes mei ſunt pupilli, & hic in ciuitate Neapolis nullum habeant forum, nullumque domicilium, & per conſequens huc ad iudicium trahi

non

non poſſunt propter priuilegium, qnod Imperator Conſtantinus pupillis conceſſit, *vt eſt text. in l. vnica. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* cui priuilegio non potuit etiam expreſſe, de iure renuntiari, quia conceſſum eſt miſerationis cauſa, *vt nota. gloſſ. Bald. & Doctores in dicta l. vnica. Cod. quando impe. inter pup. & vid.* Vnde ex his conſtat, quod dicta promiſſio de comparendo non obſtat. Nec iuuare poteſt partem diuerſam regia decretatio, quæ dicit, quod Dominus Antonius de Caruſio procedat ſuper ſupplicatis, & ſic videtur velle, quod tantum ſupplicatio procedat, ſed ſupplicata ſunt illa quæ in concluſione ſupplicationis continentur, in concluſione autem ſupplicatur quod Dominus Antonius cognoſcat tam de ſorte quam de pœnis, ergo de illis tantum videtur rex commiſiſſe. Ex qno concluſio ſupplicationis debet attendi ſecundum Innocen. *in cap. ſuper literis. de reſcript. & Bald. in l. edita C. de eden.* Nam hoc argumentum tollitur per interemptionem, quia non eſt verum qnod rex per dictam decretationem volnerit, qnod Dominus Antonius poſſit ſolum ſuper cauſa principali & ſuper pœnis procedere, & qnod non poſſit nec debeat de veritate precum cognoſcere, cum enim rex dicit, Antonius de Caruſio procedat ſuper ſupplicatis intelligitur ſuper ſupplicatis tam ſuper ſupplicatis in prima ſupplicatione propter quam cauſa commiſſa fuit primo Dn. Anton. quam ſuper ſupplicatis in ſecunda ſupplicatione, & hoc ſignat verbum procedat appoſitum in ſecunda decretatione ſi recte conſideretur. Et ſic ſignat continuationem primæ delegationis. Et propterea debet procedere & ſecundum tenorem primæ commiſſionis ſeu decretationis, quæ fuit in hæc verba, Ant. de Caruſio ſuper prædictis vocatis vocandis ſe informet & iuſtitiam faciat, &c. Illa enim prima decretatio vult, qnod de prædictis ſe informet, & ſic de omnibus narratis in ſupplicatione, ſeu in libello ſupplicatorio, & ſic etiam de veritate precum, imo fortius etiam ſi non eſſet niſi ſecunda decretatio, tamen per illam poſſet Dominus Antonius cognoſcere de veritate precum, & debet de iure cognoſcere: quia dum dicitur, cognoſcat ſuper ſupplicatis, nõ intelligitur de his tantum quæ in fine ſupplicationis continentur, ſed etiam de his quæ in tota ſupplicatione continentur. Nam tantum importat hoc participium ſupplicatis, quantum iſta verba his quæ in ſupplicatione continentur, ſcilicet ipſa tota ſupplicatio, quod ſic
11 probatur. † Supplicatio eſt libellus principi datus ſeu porrectus, *vt in toto tit. C. quando libel. princip. datus in rubro, & nigro, & in l. 1. in ver. in libello. Cod. de precib. imper. offe. & ibi hoc not. Bald. ſecundum Innocent. & bene, & probatur in l. 1. in princip. ibi ſi libellum. C. de diuerſ. reſcript.* ſed libellus conſiſtit principaliter ex tribus, ſcilicet facti narratione, medio concludendi, & conclnſione, & iſta tria conſtituunt libellum, *& not. Barto. in l. ſi prius. ff. de no. ope. nun. & habetur Inſtitut. de act. §. 1. & in capit. 1. extra de libel. obla.* Item libellus conſtat ex forma & materia & forma libelli eſt eadem quæ eſt Syllogiſmi, *vt not. Bald. in l. edita in 9. colum. verſic. nl. ſed quomodo cognoſcatur an libellus, C. de edendo*, in repetitione qnam fecit Paduæ & ſyllogiſmus continet non ſolum concluſionem, ſed etiam maiorem, & minorem, & ſic totum articulum, vt patet apud Dialecticos, vnde ſicut libellus conuentionalis dicitur tota ſcriptura, continens narrationem, medium concludendi, & ipſam concluſionem, & ſic formam & materiam, ſicut continet ſyllogiſmus: ſic & ſupplicatio dicitur quæ appellatur libellus, *vt in d. tit. C. quando libellus princip. da. cum ſim.* Hoc etiam apparet ex verbis ipſius ſupplicationis: quia in principio eius dicitur S. R. M. reuerenter exponitur & humiliter ſupplicatur. Ecce ergo, quod quis diuerſam fatetur ſupplicationem conſiſtere, & in facti narratione, & in medio, vnde ſicut ſtatur contra libellantem in libello conuentionali, *vt l. cum precum. & ibi gloſſ. C. de libe. cauſa. & in l. iura. C. de omni agro deſerto. & habetur per Doctor. in l. 2. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditio. factu.* Ita eſt etiam dicendum in ſupplicatione, quæ dicitur libellus
12 per prædicta. † Et illud quod dicitur, quod concluſio libelli debet attendi, ſecundum Innocent. & Baldum vbi ſupra, non intelligitur de concluſione ſupplicantis, ſed de concluſione ipſius principis, & ſic in caſu noſtro de decretatione regis, quæ dicitur eſſe concluſio reſcripti. Nam Innocent. & Bald. loquuntur, quod in reſcriptis potius attenditur concluſio, id eſt, decretatio ſecundum modum loqnendi in hoc regno, quam petitio, id eſt, quam ea quæ in ſupplicatione petuntur. Nam in libello conuentionali non concludit index, ſed pars, ideo libellus dicitur in fine habere petitionem ſeu concluſionem, quæ idem ſignificant, ſecus in libello precum, & ſic in ſupplicatione. Nam ibi pars petit & princeps reſcribens concludit, & illud dicit In-
13 nocen. quod eſt ponderandum, † quia forma mandati pendet ex mandatione, *vt ipſe not. extra de officio deleg. cap. ſi pro debilitate, ita ſingulariter dicit Bald. in l. præſcriptione, in vltima colum. in princip. C. ſi contra ius vel vti. pub.* Ex quo infero vnum dictum notabile, quod ſi rex vel princeps in reſcribendo ſeu decretando diceret, *Antonius de Caruſio, vel Titius cognoſcat vel procedat ſuper petitis*, intelligeretur tunc, id eſt, ſuper his quæ in concluſione ſupplicationis continentur: quia concluſio & petitio ſignificant vltimam partem libelli conuentionalis vel ſupplicatorii. Secus ſi dicat ſuper ſupplicatis, quia tunc intelligetur ſuper his quę in ſupplicatione continentur per prędicta: quod puto eſſe bene notandum, & alibi non reperietur hoc dictum, qnod mea qnidem ſententia veriſſimum eſt. Sed quo ad caſum noſtrum plus dico, qnod etiam ſi rex dixiſſet in ſua decretatione in ſpecie, *Antonius de Caruſio cognoſcat de cauſa principali & pœnis*, & non diceret vltra, quod nihilominus poſſet de veritate precum cognoſcere, *vt probatur in l. & ſi non cognit. & in l. & ſi legib. Cod. ſi contra ius vel vti. pub. & nota. per Doctor. in l. præſcriptiones. eodem titu. & per Cano. in capit. ſuper literis. de reſcriptis, & ibi eſt caſus de hoc in verſic. niſi forſan. & ibi gloſſ. etiam hoc not.* Et eſt ratio, quia reſcriptum intelligitur, ſi preces veritate nitantur, *in dicta l. præſcriptione. & in dicto capit. ſuper literis, & nota. Specu. in titu. vt eſt text. in capit. 2. de reſcriptis. & in l. fin. C. de diuerſis reſcriptis. & not. de reſcriptis. §. præſentatio. §. ratione quoq; defectus circa*

princ. verſ. item quod non eſt. Item ſubeſt alia ratio, quę eſt, quod licet iudex delegatus debeat ſeruare formam commiſſionis, *vt in c. cum dilecta, extra de reſcriptis, facit l. diligenter, in princip. ff. mandati*, ſed videtur rationabiles exceptiones admittere, *vt eſt text. not.* & in practica ad hoc menti tenendus, *in c. ex parte, 2. extra de offic. deleg.* niſi exprimeretur reſcripto ſeu decretatione, quod nullę debeant exceptiones admitti, quod nec nos, nec anteceſſores noſtros credimus expreſſiſſe: ita notabiliter dicit ſummus Pontifex Alexander III. *in dicto cap. ex parte*, ex quo infert ibi Abbas ſic, quod Papa cauſam delegando ſimpliciter non intendit tollere exceptiones rationabiles parti competentes, niſi expreſſe tollantur, *vt dixi.* Idem credo, ſi Princeps vel Rex diceret, *procedat, vel cognoſcat tantum ſuper meritis cauſæ*, quia illa dictio taxatiua tantum, videtur excludere exceptiones per id, quod not. per gloſſ. & Doctor. *in l. rationes, cum authent. ibi poſita, C. de probationibus*, & quod in caſu noſtro Rex voluerit pupillis tollere exceptiones ſibi competentes patet, quia hoc non expreſſit nec appoſuit dictionem taxatiuam tantum ſuper meritis cauſæ; imo dico, quod voluit expreſſe ſibi eas reſeruare, dum in ea decretatione dicitur Antonius de Caruſio, procedat ſuper ſupplicatis, prout iuſtitiæ fuerit: ſed iuſtitia vult, quod nemini tollantur ſuæ defenſiones & exceptiones,
14 † quia iuſtitia tribuit ius ſuum vnicuique, *vt habetur in l. 1. ff. de iuſtit. & iure, & Inſtitut. eod. tit. in princ.* & ius ſuum dicitur defenſio & exceptio vni competens, &c. Præterea quod per dicta verba decretationis Rex voluerit exceptiones declinatorias pupillis competentes eas tollere, probatur alio modo. Nam quando Princeps committit cauſam iudicii delegato ob negligentiam vel denegationem iuſtitiæ iudicis ordinarii, intelligitur committere ſeu delegare, & iuriſdictio dari iudici delegato ſub conditione, ſi iudex ordinarius negligit, vel iuſtitiam denegat facere, *vt not. Anton. de Butr. in c. ex tenore, in 2. colum. extra de foro compet.* Et ideo cùm in caſu noſtro ſit cauſa delegata vobis Dn. Antonio, quia in ſupplicatione partis diuerſæ dictum eſt, quod conſul Venetorum in ciuitate Trani, qui eſt iudex ordinarius inter partes, vt dicit pars aduerſa, denegauit ſibi iuſtitiam facere, ſequitur, quod illa delegatio intelligitur eſſe facta ſub conditione, ſi verum eſt, quod conſul iuſtitiam denegauerit; ergo per hoc videtur Rex permittere expreſſe, quod poſſum excipere & probare, quod non denegauit iuſtitiam. Fortius dico, quod etiamſi Rex in caſu noſtro dixiſſet in decretatione prædicta, Antonius de Caruſio procedat in caſu principali tantum, non intelligitur tamen per hoc in caſu noſtro exceptiones declinatorias iudicii vel fori tollere, quin poſſint opponi etiam ad proceſſum ad impediendum litis ingreſſum, & pro hoc allego id, quod not. Bald. *in l. exceptionem, in vltima colum. C. de probat.* vbi dicit, pone ſtatutum, dicit, quod accuſatus teneatur reſpondere accuſationi præciſe, reſeruatis tantum ſibi exceptionibus; iſte accuſatus opponit exceptionẽ declinatoriam iudicis incompetentis, nunquid talis exceptio admittetur ad conteſtationem litis impediendam. Et Bald. reſpondet, quod ſic, *vt not. in clement. 1. de ſeq. poſſeſſ.* quia ſi iudex eſt competens, iſtud iudicium peccat in forma, quia non actus trium perſonarum, & magis obſtat exceptio iudicis incompetentis, quàm exceptio falſi procurato-
15 ris. † Ecce ergo, quod Bald. vult, quod licet ſtatutum dicat, quod accuſatus teneatur reſpondere accuſationi præciſe, per hoc tamen non excluduntur exceptiones declinatoriæ iudicii vel fori, ſicut ſunt exceptiones noſtræ, quas non videtur Regem voluiſſe tollere, etiamſi dixiſſet Antonius de Caruſio, procedat ſuper meritis cauſæ tantum per prædicta, quod eſt valde notandum. Plus etiam dico, quod ſi Rex in ſua decretatione dixiſſet, Antonius de Caruſio procedat ſuper meritis cauſæ tantum, & nullas poſſit vel debeat exceptiones admittere, tamen potuerit & debebit admittere exceptiones ſurreptionis contra reſcriptum, ſuſpicionis contra iudicem, falſi procuratoris, & ſimiles, quæ ſunt magni præiudicii: ita dicit ſingulariter excellens Doctor D. Paulus de Aretio *in d. cap. ex parte, 2. de offic. deleg.* qui dicit, quod hoc ſentit Hoſti. ibi, ex quo non dicit de declinatoriis; & ſubdit rationem. Nam ſicut per ſubreptionem Papa vel Princeps non conceſſiſſet literas in forma communi, ita & multo minus cum clauſula fauorabili prohibitiua exceptionum, *vt in cap. ſuper literis, extra de reſcript.* quod eſt ſingulariter notandũ, ergo, &c. Sed fortius dici poteſt, quod etiamſi Rex dixiſſet, Antonius de Caruſio procedat ſuper meritis cauſæ principalis tantum, & nullas poſſit exceptiones admittere cuiuſcunque generis, reſcribens hoc ex certa ſcientia & motu proprio, & de plenitudine ſuæ poteſtatis, quo caſu, licet regulariter viderentur omnes exceptiones eſſe ſublatæ, & de iure ſublatæ eſſent, *vt not. per gloſſ. & Doctor. in d. cap. ex parte, 2. extra de offic. deleg.* tamen in caſu noſtro non intelligerentur de iure dictæ exceptiones pupillis competentes, illæ videlicet, ex quibus apparet, quod pupilli non poſſunt trahi extra forum vel domicilium ſuum, in quo habet teſtes, iura, & inſtrumenta ſua; quia illud priuilegium, quod eſt conceſſum pupillis Veronenſibus ab Imperatore, quod non poſſint trahi extra domicilium vel forum ſuum, etiam propter denegatam iuſtitiam, vt eſt caſus, & ibi hoc not. Doctor. *in dicta l. 1. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* non poſſet Rex Aragonum tollere in hoc regno Neapolis, quod ab Eccleſia Romana recognoſcit in feudum, vt & ſic recognoſcat ſuperiorem, *iuxta not. per Doctor. in l. quoties, C. de precib. Imperat. offer. & in c. cum omnes, & in c. quæ in Eccleſiarum, extra de conſtitut. cum ſimilib.* imo etiamſi eſſet tanquam non recognoſcens ſuperiorem in regno, non poſſet tollere priuilegium *d. l. vnica* dictis Veronenſibus pupillis, qui non ſunt ſubiecti iuriſdictioni ſuæ.

Vltimò ad id, quod dicitur, quod Rex eſt iudex generalis in regno, ex quo dicitur, quod potuit cauſam committere, licet conſul ſit iudex ſpecialis, & non denegaſſet iuſtitiam facere, *per not. in l. fin. C. de iuriſdict. omnium iud.* Reſpondet, quod Rex non delegauit cauſam tanquam iudex generalis, ſed propter iuſtitiam, quæ dicitur denegata per conſulem

Trani,

Trani, vnde cum dicamus iuſtitiam nun fuiſſe de-
negatam, ſequitur quod iſta exceptio cũ aliis debet
admitti: quin etiam dici de iure poteſt, quod rex
non potuiſſet etiam tanquam iudex ordinarius cau-
ſam committere, ſi per conſulem non fuiſſet dene-
16 gata: † quia iudex ordinarius non poteſt cogno-
ſcere de cauſa, cuius iuriſdictio ſpecialiter eſt alteri
attributa, quando illa ſpecialis attribuitur reſpectu
perſonæ, in quam debet exerceri: quia ipſo iure eſt
à iuriſdictione ordinarii exempta. Secus ſi ſpecialis
iuriſdictio attribuitur reſpectu territorii, vt not. Do-
min. Anton. de Butr. in capit. certum, in verbo not. quod v-
bi. extra de iudiciis, ac in caſu noſtro iuriſdictio ſpe-
cialiter attributa conſuli Venetorum, eſt attributa
reſpectu cæterarum perſonarum: ſed Venetorum,
&c. & non reſpectu territorii, ergo nec poteſt dici
quod rex per illam decretationem voluerit dero-
gare illi iuriſdictioni, quam habet conſul ex priui-
legiis antiquiſſimis Regum Siciliæ, ex quo de ipſis
non eſt facta mentio in ſupplicatione, nec in de-
cretatione, vt in cap. cum ordinem, extra de reſcriptis, &
ibi per Doctor. & per gloſſ. & Doctor. in cap. ſuper literas,
eodem tit. & per Spec. in tit. de reſcripti præſentatio. §. ra-
tione quoque defectus verſic. item priuilegium, & in §. ra-
tione etiam eius contra quem. Ex quibus itaque conclu-
ditur, quod officium veſtrum eſt, magnifice Domi-
ne Antoni, in pronuntiando & declarando nobis
ſcilicet pupillis dandam eſſe & dari debere dilatio-
nem ſiue terminum competentem ad probandum
exceptiones noſtras declinatorias, & interim non
eſſe procedendum ad vlteriora, & partem aduer-
ſam in expenſis condemnandam, quia non habuit
iuſtam cauſam litigandi, l. properandum, §. ſin autem,
C. de iudiciis. cum ibi not. per gl. & Doct. in l. qui in ſolidum.
§. etiam, ff. de leg. 2. & per Canoniſtas, in cap. finem litibus,
extra de dolo & contum. cum multis ſimilibus. Et iſtud
nullam habet dubitationem, quia in quolibet e-
mergenti, vel incidenti victus condemnandus eſt
in expenſis, vt notat Specul. in titul. de expenſis. §. ſin au-
tem, verſic. ſed numquid deficiens, & hoc tenet Iacob. Butr.
& Bald. in l. ſancimus, C. de iudiciis, & dicit ibi plus Bal.
quod ſi hoc fuiſſet omiſſum poſſet ſuppleri in qua-
cunque parte litis, durante eodem iudicio, vt nota.
Innocen. extra de appell. cap. ſæpe & de dolo. & contum. cap.
finem litib. Et iſta condemnatio expenſarum poteſt
fieri nun ſolum per iudicem ordinarium, ſed etiam
per delegatum, vt eſt in caſu noſtro, vt not. Bald. in di-
cta l. ſancimus in 8. quæſtio. C. de iudiciis. Bartholomæi
Cæpollæ Iuris Vtriuſq; Doctoris & aduocati con-
ſiſtorialis.

CONSIL. LXV.

SVMMARIA.

1 Statutum de præſentatione vult quod non fiat præiudi-
cium agnatis venditoris, imo ipſis emere volentibus
non eſt denegandum.
2 Sententia, parte abſente, lata quo caſu ſit valida.
3 Actio competens ex ſtatuto dicitur in rem ſcripta,
& qualiter intelligatur dari poſſe contra poſſeſſo-
rem.

QVOD Dominus Hieronymus de Bu-
zino poſſit conueniri, licet non poſ-
1 ſideat, probatur, † quia ſtatim de
præſentatione vult quod non fiat
præiudicium agnatis venditoris, &
quod emptor teneatur vendere & tradere agnatis
volentibus emere: ergo per ſtatutum cogitur ven-
dere Dominæ Coronæ agnatæ. Vnde vendendo al-
teri videtur vendere in fraudem & male facere, vt
l. fin. §. ſin autem, C. commun. de leg. ergo ipſe poteſt
conueniri, l. vnica, Cod. de alien. iudic. mut. cauſa fact. Et
pro hoc allego gl. in l. 2. C. de reſcind. vend. & ſi dicatur ne-
ſciuit de Domina Corona, & in dubio ignorantia
præſumitur, l. verius, ff. de proba. dico quod debuit in-
quirere & non inquirendo fuit in culpa, vel in dolo
præſumpto, maxime cum ſit notorium eam eſſe a-
gnatam.
2 † Secundo principale propter ſententiam Il-
luſt. Dom. Duc. Ven. qui hoc decidit. Nec obſt. ſi di-
catur illa ſententia non valet lata parte non citata, l.
fin. C. de leg. & ibi Bald. & Abbas Sicul. in c. in omnibus, ex-
tra de appel. quia imo valet, vt not. Bald. in l. nec cauſas, §.
C. de appel. per gloſſ. in l. antepen. §. is qui Reipublica cauſa.
ff. ex qui. lib. cauſis maior. non obſtat cle. paſtoralis, de re iu-
dic. quia loquitur quando nulla fuit habita cauſę co-
gnitio, ſed hic fuit habita ſcilicet inter iudices, &c.
Nec obſtat ſi dicatur non fuit citatus Dn. Hierony-
mus, cuius intereſt, reſpondetur quod ſufficit quod
principales fuerint citati inter quos lis erat, gloſſ. eſt
notabilis in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. item illud pro-
cedit quantum ad hoc vt non faciat ius quo ad o-
mnes, & ita loquitur l. fin. C. de legibus, ſed quantum
ad illum contra quem ſcribitur, bene valet: ita in-
telligo, d. l. finalem. Item hoc tenet Bal. in d. l. ne cauſas,
Cod. de appell. non obſtat, quod Dominium dixerit
fiat ius, quia ius fit eo modo vt ſupra dictũ eſt. Item
quicquid dicat Illuſtr. Dom. Duc. Ven. nullus ſuus
ſubditus poteſt contrauenire. gloſ. eſt notabilis, in l.
qui habebat. ff. de mann. teſtam. Et not. Bald. in l. generalis,
C. de ſent. paſſ. Quatuor ſunt fundamenta Dn. Hiero-
nymi.
3 † Primum, quia actio quæ competit ex ſtatuto
eſt in rem ſcripta, ergo datur contra poſſeſſorem,
iuxta nota. per Bartol. in l. ſi tertius, §. ſi prius, ff. de aqua
plu. arcen. Ad illud reſpondeo niſi eſſet obligatus
vendere, ſicut eſt in caſu noſtro, per gloſſ. in l. 2. Cod. de
reſcind. vendit. Nec obſtat reſponſio, quod illa gloſſ.
loquitur de actione perſonali: quia imo eſt etiam in
rem ſcripta. Item, per rationem quia fuit in culpa
vendendo.
Secundum, quia D. Hieronymus ignorauit, ergo
elapſo anno non poteſt conueniri pro reformatio-
ne Ducali, & quod ignorauerit, patet, quia D. Coro-
na non eſt in domo D. Ioannis de Certuſiis, quia eſt
de facto alieno, & etiam ſi non eſſet probabilis i-
gnorantia, ſufficit ex quo tractatur per eum de da-
mno euitando. vt not. in l. regula, ff. de iur. & facti ignor.
& in l. error. eod. tit. Ad hoc reſpondetur, quod iſta i-
gnorantia non fuit allegata, l. ſi adult. cum inceſtu. §. i-
dem Pollioni. ff. de adul. Item quia debuit inquirere, er-
go fuit in culpa.
Tertium, quia habet poteſtatem agendi etiam

contra poſſeſſorem; ergo ſi incipit conuenire vnum, non poteſt variare, *l. ſecundum electionem, de noxalib. ſolutio per l. fin. C. de fideiuſſ.*

Quartum, quia ſtatutum voluit prouidere agnationi, ſed D. Corona, licet ſit agnata, tamen non eſt de familia, quia maritata. Solutio: ſtatutum loquitur de agnatis, & ipſa eſt agnata, ergo, &c. Bartholomæi Cæpollæ Veronenſis, I. V. D. & Aduocati conſiſtorialis.

CONSIL. LXVI.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium principis latiſſime eſt interpretandum.*

2 *Poteſtas literarum ex eius tenore dependet.*

3 *Simplex vel generalis conceſſio principis an contineat ea, in quibus ſe ſolet difficilem reddere.*

4 *Verba generalia priuilegij an comprehendant vt plurimum odioſos.*

5 *Exempla non reſtringunt regulam.*

6 *Dictio, alias, denotat quandam ſimilitudinem præcedentem.*

7 *Comes, cui conceſſa eſt poteſtas legitimandi certum genus ſpuriorum, an poſſit illos, qui maiori ſpurietate laborant, legitimare.*

8 *Sub ſimplicibus an poſſint mixta comprehendi.*

9 *Priuilegium principis debere latiſſime interpretari, qualiter ſit intelligendum.*

10 *Papa aut Imperator an poſſit ſine cauſa aut ſimplici voluntate aliquem legitimare aut diſpenſare.*

11 *Principis ratio motiua habetur pro cauſa quo ad diſpenſationem vel legitimationem.*

12 *Voluntas principis præſupponit cauſam, quia ſpeciale eſt in principe cauſam præſumi.*

13 *Legitimatio quid importet, & cuius ſit naturæ.*

14 *Diſpenſatio non poteſt fieri per inferiorem à principe ſine cauſa.*

15 *Legitimatio, quæ diſpenſatio dicitur, requirit cauſam iuſtam.*

16 *Inferior à principe an poſſit in ſuis reſcriptis apponere clauſulam, non obſtante, &c.*

17 *Comitem non poſſe ſine cauſa legitimare, debet intelligi de cauſa iuſta & iuridica.*

18 *Baſtardi an poſſint à comite extantibus legitimis nec conſentientibus legitimari, & num. 23.*

19 *Baſtardi non poſſunt in præiudicium legitimorum & naturalium legitimari.*

20 *Princeps concedendo priuilegium legitimandi nulla facta mentione de filijs naturalibus & legitimis, an præſumatur intellexiſſe, illis exiſtentibus, vel illorum iure ſaluo.*

21 *Verba priuilegij ſeu reſcripti in dubio intelliguntur ſecundum iuris communis intellectum.*

23 *Legitimatio ſpurij patre viuente facta valet, ſed legitimatus non ſuccedit ab inteſtato extantibus legitimis.*

24 *Legitimatio an poſſit in parte fieri, & in parte non.*

25 *Pater an poſſit ſtantibus legitimis filijs relinquere bona ſua filio ſpurio vel inceſtuoſo.*

26 *Iuramenti natura eſt ligare iurantem, non ampliare actum iuratum.*

27 *Dictio, penitus, quid ſignificet.*

28 *Actus à lege & homine prohibitus, an aliquo caſu fieri poſſit.*

29 *Verba ad vnum finem tendentia ſi geminantur, plus operantur, quàm ſimpliciter per ſe prolata.*

30 *Falſum dicere, & veritatem dicere, an & in quo differant.*

31 *Verba narratiua an probent aut diſponant.*

32 *Verba narratiua inter contrahentes prolata an poſſint præiudicare.*

33 *Iura non taxata iudicis arbitrio relinquuntur.*

34 *Legitimatio facta vitijs legitimati non declaratis, aut nulla de alijs filijs facta mentione, an ſit valida.*

TITIVS procreauit ex Seia prima eius vxore Sempronium filium legitimum & naturalem, ex Lupa vero eius nepte filia Fauſti eius germani conſanguinei damnatiſſimo coitu Stortum & Bifrontem, filios inceſtuoſos, quos demum præſente & conſentiente Sempronio ætatis annorum viginti vel circa, & iurante non contrauenire huic legitimationi dictus Titius legitimare fecit à quodam Comite Palatino, vt conſtat publico inſtrumento hic annexo, aſſerens in ſupplicatione, ſe eſſe ſolutum matrimonio. Titio vero patre defuncto condito prius teſtamento, quàm facta fuiſſet legitimatio per annos quatuor, in quo inſtituit dictos omnes tres filios æquis portionibus ſibi hæredes. Sempronius adiuit vniuerſam paternam hæreditatem, ipſamq; continue & pacifice poſſedit, nulla ei à dictis Storto & Bifronte, eorumq; filiis facta moleſtia: nec lite per annos quadraginta quatuor vel circa, quibus vixit poſt mortem Titii eius patris, qui Sempronius tempore mortis ſuæ condidit teſtamentum, in quo ſibi inſtituit Gaiam eius vxorem hæredem vniuerſalem, quæ adiuit hæreditatē poſt Sempronii eius mariti vxorem, eamque per triennium pacifice tenuit & poſſedit: nunc extantibus filiis legitimis ipſorum Storti & Bifrontis defunctorum per ipſos petitur dictam Gaiam Sempronii hęredem compelli debere ad relaxandum duas partes ex tribus hæreditatis Titii ſupra ſcripti ipſorum aui paterni, & fructuum perceptorum ſibi competentes mediantibus perſonis Storti & Bifrontis eorum patrum & dicti Titii filiorum legitimorum. Ex prædictis quæritur de pluribus.

Et primò, an dictus Comes habuerit poteſtatem legitimandi inceſtuoſos.

Secundò, poſito quod Comes potuiſſet legitimare ſpurium tantum, vel inceſtuoſum tantum, an ſaltem illa legitimatio non valeat, quia ipſe Comes non habuerit poteſtatem legitimandi ſpurium vel adulterinum, vel inceſtuoſum ſimul.

Tertiò, an dictus Comes potuerit legitimare dictos filios ſine aliqua cauſa laudabili.

Quartò, an dictus Comes potuerit legitimare in præiudicium dicti Titii.

Quinto, an dicta legitimatio ſit nulla, tanquam ſubreptitia, ex quo ipſe ſupplicans narrauit falſum dicendo, ſe eſſe ſolutum, cum eſſet coniugatus.

Sextò,

Sexto, an dicta legitimatio ſit nulla vel ſaltem ſit annullanda ex eo quod ipſe Titius pariter tacuerit de duplicitate defectus, ſcilicet quod filii eſſent inceſtuoſi & adulterini.

Septimo, an dicta legitimatio ſit nulla ex eo quod non expreſſit Titius pater habere duas filias legitimas & naturales.

Octauo & vltimo, an ſit præſcriptum ius adeundi quod potuiſſet competere dictis filiis legitimatis, ſi fuiſſet legitimatio legitime facta.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Circa primum dubium an dictus Comes habeatur poteſtatem legitimandi inceſtuoſos, & videtur quod ſic, quia in priuilegio ſibi conceſſo dicitur quod poſſit legitimare naturales & baſtardos ſpurios manceres & alios quoſcunque ex damnato ſeu illicito coitu procreatos, quæ verba ſunt nedum ſpecialia ſed etiam generalia ibi, & alios quoſcunque, ergo videtur quod generaliter debeant intelligi etiam de inceſtuoſis, *l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt aud. l. in fraudem. §. fin. ff. de teſtament. milit. & 19 d. cap. ſi Romanorum. & not. per gl.*
1 *& Doct. in c. quoniam nemini, extra de coniug. lepros.* † Item, quia priuilegium principis in dubio debet latiſſime [illegible] pretari, *vt l. beneficium. ff. de conſtitut. principum. & ibi hoc tenent Doct. & eſt text. & ibi Doct. in c. cum dilecti. in fin. extra de donat.* ſed his non obſtant. teneo contrarium eſſe verius de iure. Nam Comes non habet poteſtatem legitimandi ſicut Princeps vel Imperator, niſi ſecundum verba priuilegii ſui, & quatenus eſt ſibi per verba priuilegii conceſſum, *vt not. Anton. de But. in cap. per venerabilem. in 23. col. qui filii ſint legitimi, & probatur in cap. porro. & in c. accepimus, de pri[illegible]eg. & in c. 1. in fin.* ibi propter tenorem inueſtituræ, *in tit. de duob. fratrib. a cap. inueſti. & ibi hoc etiam not. Bald. & probatur in l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro An[illegible] io. [illegible] licet [illegible] ſub[illegible]ptione, ff. de fideiuſ. & ita tenet Paul. de Caſt. in conſ. ſuo 224. in princ. & pro hoc eſt gl. fin. in [illegible] vt [illegible]olicæ. in fin. de priuilegiis. in 6.* quæ dicit quod ſe[illegible] inſpiciendus tenor priuilegii, *& eſt text. [illegible] ptus Stichum aut Pamphilum, in princ.* ibi inſpiciendus erat ſermo ſtipulationis, *ff. de verbor.*
2 *obl.* [illegible] & ex tenore literarum dependet poteſtas illius pro quo ſcribitur, *l. 1. C. de mand. princ. & d. c. porro. ſecundum Spec. in tit. de leg. §. vt autem in prin.* & id quod non reperitur [illegible]ptum in pri[illegible]legio, non videtur eſſe conceſſum, *vt eſt text. in d. c. vt Apoſtolicæ. in fin.* & probatur in [illegible] omnibus iu[illegible]bus ſupra allegatis, hoc in ma[illegible] legitimation[illegible] arguendum eſt à ſimili ad ca[illegible] [illegible]preſſos. quia caſus omiſſus à Principe vel impe[illegible]ante habetur pro omiſſo, *de reſcript. c. ſuſceptum in 6. & ibi Io. ſuper gl. & ne Io. An. in reg. ſi culpa in 2. q. in [illegible] col. ad fi. in verſ. 3 fu. de reg. iur. in Mercurialibus.* Et ideo licet Imperator ex certa ſcientia poſſet legitima[illegible] [illegible]ce[illegible]uoſos, *vt l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. & not. Bald. in* [illegible]*ap. naturales. circa princip. in tit. ſi de* [illegible]*ud. ſue. controuer.* tamen qu[illegible] in pr[illegible]icto p[illegible]uilegi[illegible] non ſit mentio, quod Comes poſſit legitimare inceſtuoſos, ſcilicet quia non habet poteſtatem [illegible]os legi[illegible]mandi per prædicta.

Secundo hoc probatur, quia ad hoc vt Comes vel alius habens poteſtatem legitimandi inceſtuoſos poſſit eos legitimare, requiritur in ſpecie quod fiat mentio de eis, quia etiam ſi matrimonium etiam ex diſpenſatione Papæ contractum non legitimarentur inceſtuoſi: ſed oportet quod fiat mentio de ipſis, *vt l. Paulus. ff. de ſtatu homin. & ibi hoc not. Cyn. qui ponit quæſtionem de Vbaldinis, & idem tenet Bal. qui ſequitur Cyn. in cap. naturales, circa fin. in tit. ſi de feud. ſuer. contro.* Sed in dicto priuilegio non ſit mentio in ſpecie de inceſtuoſis, ergo eos legitimare non poteſt.

3 Tertio † probatur ſic, in ſimplici vel generali conceſſione facta per principem non veniunt ea in quibus Princeps ſe ſolet difficilem reddere, *vt no. ſingulariter Io. Mo. in capit. 1. in gloſſ. 2. ſuper verbo natalium. de filiis presbyte. lib. 6. quem ſequitur Bald. in dicto cap. naturales. in fin.* dicens, quod in difficilioribus Princeps reddit ſe difficiliorem, vnde talia non videntur commiſſa, ſed Princeps ſolet ſe reddere difficilem in legitimando natos ex coniugato & ſic ſpurios, *vt dicit Io. Mo. in d. gloſſ. 2.* & multo magis inceſtuoſos, *vt dicit Bald. in d. capit. naturales. in fin. & Anto. de Butrio in d. cap. per venerabilem, in 27. colum. in fin.*

4 † Quarto ad idem probatur, verba generalia vel priuilegii vel legitimationis non comprehendunt plurimum odioſos, *vt eſt caſus, in l. Lucius. §. Lucius Titius daman. & ibi hoc tenet gl. Iac. de Are.* quod verba generalia reſtringuntur & odioſa non comprehendũtur, & quod Bart. Bald. & Doct. *de l. 2.* Et primo dicit ibi Iaco. de Aret. & Bald. habentes generale arbitriũ non poſſunt cum inimicis componere nec bannitos & odioſos rebannire nec ad gratiam reſtituere. Et in materia noſtra ſpeciali, quod verba generalia legitimationis etiam cum clauſula non obſtante nõ comprehendant plurimum odioſos, tenet Bald. *in l. eam quam. in 2. colum. verſic.* ſed pone quidam erat, *in fin. C. de fideicommiſ. & per d. §. Lucius Titius daman.* Et licet ponat exemplum in nato ex ſacrilegio vel monacha, tamen illud exemplum non reſtringit, quin
5 etiam habeat locum in inceſtuoſa, † quia exempla non reſtringunt regulam, *l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arm. & l. damni infect. §. quidam. ff. de dam. infect.* & maxime cum allegat, *d. §. Lucius Titius daman.* ſed inceſtuoſi ſunt plurimum odio[illegible], *vt probatur in auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. & in toto illo tit. & in authent. quib. mod. natu. efficiantur ſui. §. fin. & in c. de inceſtuoſis. per totum.* ergo [illegible] non comprehenduntur in dicto priuilegio Comitis.

Quinto probatur, verbum generaliter reſtringitur, quando eſt conceſſorum alicuius gratioſi, ne in infinitum procedat, *l. ſideiuſſ. §. ſi quis 10. ff. de l. 3. vt no. eleganter Io. Mo. in c. 1. in verbo obtinere. in princ. de filiis presbyt. in 6.* Sed verba illa priuilegii gratioſi conceſſi Comiti debent reſtringi ne in infinitum extendantur, & ſic vt non comprehendant etiam inceſtuoſũ, & iſtam partem, *vt dixi, tenet Cyn. in l. Pau. ff. de ſta. ho. & Bal. in c. naturales. in fi. in tit. ſi de feu. fue. contr. & in l. eam quam in 3. col. C. de fideicommiſ.* nec obſtant rationes in contr[illegible]ium allegatæ. Et primo dum dixi, quod verba priuilegii ſunt generalia, dum in eo dicitur, & alios quoſcunque, quia illa verba generalia reſtringi

debent ad eos qui non ſunt plurimum odioſi, & in
quibus concedendis non ſolet princeps eſſe diffi-
cilis. Et ne conceſſio gratioſa in infinitum proce-
dat, *vt ſupra dixi.* Præterea illa verba generalia intel-
6 liguntur de ſimilib. expreſſis in ſpecie. † Nam dum
dixit, quod poſſit legitimare naturales, baſtardos.
manceres, & alios quoſcunque, &c. debet intel-
ligi, alios ſcilicet ſimilem defectum patientes, &
non maiorem, vt probatur in dicta dictione alios,
quæ ſignificat ſimilitudinem præcedentibus, *vt eſt
gloſſ. notabilis in l. ſi fugitiui. & ibi hoc Doctor. tenent, Cod.
de ſeruis fugi. & eſt text. cum gloſſ. & ibi Doctor. in cap. ſe-
des Apoſtolica extra de reſcriptis,* & pro hoc allego quod
ſingulariter dixit Bald. *in c. naturalis, circa fin. in tit. ſi de
7 feu. fuer. controuerſ.* † vbi vult, quod ſi eſt conceſſum
militi vel comiti, vt poſſit legitimare certum genus
ſpuriorum, alios, qui laborant maiori ſpurietate, le-
gitimare non poterit, *vt l. hæres meus, §. duæ ſtatuæ, ff.
de leg. 3.* & maxime quando vellemus extendere ad
ea in quibus princeps ſe reddit magis difficilem, vt
eſt in caſu noſtro, *vt ſupra dixi.* Secunda etiam ratio
in contrarium allegata non obſtat, dum dixi quod
verba priuilegii latiſſime interpretantur, quia ve-
rum eſt contra principem concedentem, ſed con-
tra tertium interpretantur ſtricte, *vt notat Bartol.
in l. beneficium, ff. de conſtitutionibus princ. & ibi etiam
Doctor. & Arch. 16. q. 1. fratris. in 4. col. & not. Bald. in ma-
teria noſtra legitimationis in l. 4. pen. col. C. de ſerui. & a-
qua.* Item eſt verum, niſi priuilegium eſſet conceſſo-
rium alicuius gratioſi, quia tunc debent reſtringi,
ne in infinitum extendatur, *vt dicit gl. fin. Ioan. Mo. c. 1.
de filiis presbyt. lib. 6. & dixi ſupra:* & ex iſtis concludi-
tur, quod dictus comes non habeat ab Imperatore
in ſuo priuilegio poteſtatem legitimandi inceſtuo-
ſos: ſed dicti fratres legitimati erant inceſtuoſi, quia
nati ex patre & ſibi coniuncti ex linea collaterali,
*vt dicit gl. in auth. de inceſt. nup. in prin. in rub. C. de inceſt.
nupt.* ergo dicta legitimatio nō valuit ex defectu po-
8 teſtatis legitimantis. † Circa ſecundū dubium, po-
ſito quod Comes potuiſſet legitimare ſpurium tan-
tum, vel inceſtuoſum tantum, an ſaltem illa legiti-
matio non valuerit, quia ipſe comes non habuerit
poteſtatem legitimandi ſpurium vel adulterinum
& inceſtuoſum ſimul, & iſta quæſtio eſt multū vul-
gata, ſcilicet an habens poteſtatem legitimandi ſpu-
rios, & inceſtuoſos, poſſit legitimare ſpurios, & in-
ceſtuoſos ſimul, de qua quæſtione habetur plene
per Bart. & omnes Doct. *in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig.
& in l. ſi ita ſcriptum, ff. de lib. & po. & per Ioan. Andr. in
addit. Specul. in tit. qui filij ſint legitim. Et maxime per Dn.
Iacob. de Zochis, & per eundem Anton. de Butr. in c. ac ſi cle-
rici. §. de adulteriis, in 8. col. extra de iudiciis,* in qua quæ-
ſtione quatuor fuerunt opiniones principales: vna
fuit opinio quod ſic, quia ſub ſimplicibus compre-
henditur mixtum, *vt eſt gl. notab. in l. 2. in prin. ff. de ver.
oblig. & eſt alia ſimilis in l. actionum genera. in princ. ff. de
acti. & ob. & habetur per gloſſ. Bald. Bart. & Doctor. Inſtit.
de actio. §. omnium, & pro hoc l. Clemens, ff. de hæred. Inſtit.
& l. ſi ita, ff. de libe. & poſthum. & per Alberic. de Roſat. in
ſuo opere ſtatutorum, in 2. parte. quæſt. 191.* Et Bart. intel-
ligit hanc opinionem eſſe veram de æquitate, *vt d. l.
ſi ita,* licet de iuris vigore ſit ſecus, *per l. vim paſſam, §.
præſcriptione, ff. de adult. & ideo concludit in d. l. 2.* quod
cum ſumus in beneficiis, in quibus fit largiſſima in-
terpretatio, *l. fin. ff. de conſtit. prin.* comprehendetur
mixtum, & ſic poterit legitimare, & iſtam op. etiam
ſequitur Ant. de But. *in d. c. at ſi cler. §. de adult. extra de
iud.* Secunda fuit opinio Rap. Cumani, *in dict. l. 2. in
priu. ff. de ver. obl.* qui dixit, quod etiam de rigore iuris
ſub ſimplicibus comprehenditur mixtum, *vt l. ſi ita,
ff. de iniuſto teſta.* qui loquitur in exhæredatione, quæ
eſt odioſa. *Et ad l. ſi ita. ff. de lib. & po.* reſpōdetur, quia
illud eſt propter impoſſibilitatem, quia ibi in quo-
libet ſimplici eſt diſtributus aſſis. Nec obſtat, *§. præ-
ſcriptione,* quia ibi loquitur in caſu, quo erat facta
prouiſio in vno tantum ſimplici, videlicet in adul-
terio, *l. mariti, §. quinquennium, ff. de adult.* in caſu no-
ſtro quæſtionis propoſitæ erat facta prouiſio in v-
troq; ſimplici, vel poteſt dici, quod ibi eſt ſpeciale
fauore publicæ vtilitatis, ne delicta remaneant im-
punita, *vt not. Ang. in l. ſi ita ſcriptum, ff. de lib. & poſthu.*
Tertia fuit opinio, quod nullo modo poſſit, quia i-
ſta poteſtas legitimandi eſt expreſſa, ergo ſub ſim-
plicibus non continetur mixtum, & iſtam opi. tenet
Io. Cald. qui plene diſputauit ipſam quæſtionem, &
ipſam ponit, *in c. ſuſceptum de reſcriptis, in 6.* Quarta
fuit opinio Ant. de Burr. *in d. c. per venerabilem qui filij
ſint legitim. & 27. colum. verſic. nunquid habens auctorita-
tem,* qui videtur concordare opiniones. Aut legiti-
matio fit ad præiudicium tertii venientis ab inteſta-
to, & non poteſt, alias ſecus, vel ad idem. Aut legiti-
matio fit in vita patris, & tunc poteſt, quia tunc
non agitur de præiudicio alterius. Aut poſt mor-
tem patris, & tunc non poteſt, quia tractatur de
præiudicio venientium ab inteſtato, *per ea quæ ha-
bentur in l. beneficium, ff. de conſtit. princip. & per Bartol.
& Doctor. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. &
poſthum. & hanc opinionem ſequitur Paul. de Caſt. & mo-
dernis d. l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. & Anton. de Roſellis
in ſuo tractatu legitimationum.* Ego vero in quæſtione
noſtra prædicta legitimationis ſempe… …ui opin.
Ioan. Cald. ſic tamen diſtinguendo, aut in priuile-
gio fit mentio de vno ſimplici tantum, puta quod
poſſit legitimare ſpurios, & nihil dicit de inceſtuo-
ſis, vel è contra & hoc caſu ſit clarum, quod ſub ſim-
plicibus non comprehenditur mixtum ex quo
ſimplicia non fuerunt nominata, quia tunc non
ſolum debet intelligi priuilegium in caſu prouiſ-
ſo & ſpecificato. Et ita poteſt loqui, *l. vim paſſam,
§. præſcriptione, ff. de adulter* & in hoc non repugnant
Doctor. quia ipſi loquuntur quando in priuile…io
fit mentio de vtroque ſimplici, & ita poteſt e… in
caſu noſtro, quia vt dixi in præcedenti dubio prin-
cipali non …t mentio in priuilegio Comitis de in-
ceſtuoſo, ergo fruſtra diſputatur, ſi illud priuile-
gium comprehēdit ſpurium & inceſtuoſum ſimul,
tanquam ſub ſimplicibus, ex quo ſimplicia de per
ſe non ſunt nominata, aut reperitur facta prouiſio
in vtroque ſimplici de per ſe, & tunc ſubdiſtinguo:
aut propter mixturam augentur effectus, aut ve-
ro non augetur, & tunc aut eſt poſſibile quod mi-
xtum comprehēdatur, & tunc etiā cōprehenderetur
de iure & in fauorabilib. & odioſis, *vt iſte eſt caſus in
l. ſi ita, ff. de iniuſt. teſt.* aut non eſt poſſibile ſtante di-
poſi… e-

poſitione, & tunc de vigore non comprehenditur
mixtum, ſed de æquitate ſic, & ita loquitur l. ſi ita, ff.
de liber. & poſthu. Aut propter mixturam augetur ef-
fectus, & tunc etiam de vigore ſub ſimplicibus non
comprehenditur mixtum, & ita poteſt loqui l. vim
paſſam, §. præſcriptione, ff. de adulter. præſupponendo
quod pro adulterio vel ſimplici inceſtu currat præ-
ſcriptio quinquennii, iuxta nota. in l. mariti. §. quin-
quennium, ff. de adulter. Et ex hoc ſequitur deciſio ad
caſum noſtrum, videlicet quod ſi dictus Comes ha-
beret poteſtatem legitimandi ſpurium vel ince-
ſtuoſum de per ſe, non poſſet legitimare ſpurium
& inceſtuoſum ſimul: quia ex iſta mixtura ſimpli-
cium augetur effectus ſimplicium, quia maius vi-
tium eſt in ſpurio & inceſtuoſo ſimul, quam quan-
do ſunt de per ſe ſolum iſta ſimplicia, vt de ſe patet,
& ratio eſt, quia ſi conceduntur ſimplicia de per ſe
& ſic illud quod eſt minus non videtur concedi
vel comprehendi iſtud quod eſt plus, argum. eorum
quæ habentur in auth. multo magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.
& in l. quanto magis, ff. de iureiur. & per hanc rationem
potiſſime ſemper tenui iſtam opin. & teneo tan-
quam veram non ſolum de vigore iuris, ſed etiam
de æquitate: quia cum huiuſmodi priuilegium ſit
contra ius, commune debet proprie & ſtricte intel-
ligi ſolum in caſibus in quibus loquitur, per l. ſi vero,
ff. de viro. ff. ſolut. matri. & maxime cum agitur de præ-
iudicio venientium ab inteſtato, iuxta not. per Bartol.
& Doctor. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſt-
hum. & in l. beneficium, ff. de conſtitu. Princip. Nec obſtat
quod dicit Bart. quod primo tempore priuilegium
debet latiſſime interpretari, cū ſit beneficium prin-
cipis: quia licet ſit beneficium principis, tamen cum
non agatur de præiudicio principis, ſeu rerum, aut
9 bonorū principis, † quia illud quod dicitur, quod
priuilegium principis debet latiſſime interpretari,
debet intelligi quando tractatur ius de præiudicio:
Exemplum, ſi mihi donauit vnam villam, intelligi-
tur lata in damnum ſuum: & ita intelligatur dicta
l. beneficium ſecundum Bartol. & Doctor. ibi & ita intel-
ligit Archid. 16. q. 1. cap. frater in 4. column. ad fin. ſed hic
non agitur de eius præiudicio, ſed de præiudicio ve-
nientium ab inteſtato, & per hoc patet, quod non
obſtat diſtinctio Ant. de Butr. & Doct. ſequentium
eum, qui dicunt, aut legitimatio ſit viuo patre, aut
poſt eius mortem, quia vtroque caſu non agitur de
præiudicio principis, ſed venientium ab inteſtato:
illa enim diſtinctio procederet, quando quis habe-
ret poteſtatem à principe legitimādi in caſu in quo
legitimat, ſed quando non habet, ſicut eſt in caſu
noſtro: quia non habet poteſtatem in mixtis, & vo-
luntas patris non facit eum habere poteſtatem, &
ſimiliter voluntas filii conſentientis, vt dicetur in
quarto dubio principali: & ideo ex prædictis con-
cludo, quod dictus comes non habuit poteſtatem
legitimandi dictos ſpurios & inceſtuoſos ſimul, &
maxime cum in priuilegio nulla fiat expreſſa men-
tio ſpecialis de inceſtuoſis, vt dixi in præcedenti du-
bio principali, & ſic fruſtra tractatur, an ſub ſimpli-
cibus comprehēdatur mixtum. Et hæc opinio ſem-
per fuit mihi viſa vera de iure & æqua, quicquid di-
cant alii Doctores.

Circa tertium dubium, an dictus comes poterit
legitimare dictos filios ſine aliqua cauſa laudabili.
Et videtur prima facie dicendū quod ſic, nam priui-
legiū ſuum dicit ſimpliciter, quod poſſit legitima-
re, nec datur ſibi aliqua forma, & maxime vt debeat
legitimare cum cauſa, & ideo cum priuilegium lo-
quatur ſimpliciter, videtur quod ſimpliciter de-
beat intelligi, 19. diſtin. cap. ſi Romanorum, l. de pretio ff.
de public. cum ſimilibus. Item, quia Imperator dicit il-
lam poteſtatem quam habet in legitimando, vt ha-
betur, videtur probari ibi dum dicitur, in priuile-
gio comitis, cæterum eadem Imperiali auctorita-
te noſtra per quæ verba non videtur concedi ordi-
naria iuriſdictio, ſed delegata, vt not. Bartol. in l. more.
verſic. iuxta hoc pro huius declaratione quæro quando prin-
ceps. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & dict. l. 2. §. 1. ff. de opti.
leg. allegat text. in proœmio Inſtitut. in §. cum quæ hic Deo
ibi & noſtra auctoritate, &c. & l. prima, §. ea enim, Cod. de
veteri iure enuclean. Si ergo nomine Imperatoris &
tanquam delegatus Imperatoris fecit dictam legi-
timationem, videtur quod ſine cauſa facere potue-
10 rit, ſicut potuiſſet facere Imperator, † quoniam
licet de honeſtate non debeat Imperator & etiam
Papa legitimare ſine cauſa, 8. quæſt. 3. cap. aliorum, vt
not. Ant. de Butr. & Doct. in c. per venerabilem, extra qui
filii ſint leg. de iure poſſunt ſine cauſa legitimare, quia
ſufficit ſola voluntas ad validationem diſpenſatio-
nis ſeu legitimationis, vt eſt caſus notabilis in d. c. cum
renuntians. ver. nos vero de conceſ. preben. & ibi Doct. & hoc
vult in terminis Anton. de Butr. in dicto cap. per venerabi-
lem. in 3. col. ante fin. & ibi etiam Canoniſtæ & maxime
Iacob. de Zochis in 99. col. & vult etiam Bald. in l. qui ſe pa-
tris. in vlt. col. ver. & ſcias, C. vnde liberi, & de hoc allego gl.
notabilem in l. relegati. in fin. ff. de pœnis, quæ dicit nota-
biliter, quod voluntas principis habetur pro iuſta
cauſa, & licet gloſſ. in l. Barbarius, ff. de offic. prætoru. di-
cat, quod princeps debet facere ex cauſa iuſta, & i-
dem velit gl. in l. antepenul. in fin. glo. ff. ex quibus cau. maio.
tamen intelligitur eſſe voluntas pro iuſta cauſa, vt
11 dixi. † Et quælibet ratio motiua principis habetur
pro cauſa, ſecundum Bald. in l. reſcripta, C. de precib. Im-
pera. offe. facit l. ſi priuatus, ff. qui & à quibus, & idem te-
net Iacob. de Aluar. in c. naturales, in 4. col. in tit. ſi de feud.
12 fue. controuer. † Et eſt ſpeciale in principe, vt præſu-
matur cauſa, vt not. Innoc. in cap. quæ in Eccleſ. extra de
conſtit. & Iacob. de Zochis in d. c. per venerabilem, in 48. col.
Et quod vbi princeps legitima non requiratur cau-
ſa, tenet Specul. in titul. de lega. §. nunc breuiter, verſi. &
nota. in §. qualiter, in fin. & probatur in l. 1. C. de ſent. paſſis,
& probatur etiam melius in auth. quibus modis natura. ef-
fic. ſui, §. illud, vbi ponitur forma huiuſmodi legiti-
13 mationis, & nulla ſit mentio de cauſa. Sed † his
non obſtantibus teneo contrarium eſſe verius de
iure, nam legitimatio eſt quædam diſpenſatio, &
habet eius naturam, ex quo filii ſunt nati ex his in-
ter quos non poterat eſſe matrimonium, vt conſul-
tum fuit per collegium Bononienſe, & Bald. & Pe-
trus eius frater etiam conſuluerunt in ciuitate Pe-
ruſii, vt not. Paulus de Caſtr. in conſilio ſuo. 218. in 4. col.
in prin. & vt not. Canoniſtæ in d. c. per venerabilem. & di-
14 cam in ſequenti dubio principali. † ſed diſpenſatio non
poteſt per inferiorem à principe fieri ſine cauſa, vt

eſt text.

eſt text. 1. quaeſt. 7. capit. niſi vigor. & ibi etiam eſt gloſſ.
ordinaria, & hoc tenet in terminis noſtræ quæſtio-
nis Antonius de Butrio, in d. capit. per venerabilem. in
3. colum. & ibi per Doct. maxime Iaco. de Zochis. in 48. col.
in fin. verſ. requiritur & 7. ſeptima ſolemnitas. qui filii ſint
legit. Et iſta videtur eſſe communis ſententia canoniſtarum:
& idem tenet Antonius de Roſellis in ſuo tractatu legitima-
tionum. in 2. lib. in titul. de cauſa formali. verſ. ſed hic poteſt
dubitari, quod dicit eſſe notandum: quia multæ le-
gitimationes deſtruerentur: & idem Iacob. de Zochis
15 in d. cap. per venerabilem. in 49. col. † & quod in legi-
timatione, quæ diſpenſatio dicitur, vt ſupra dixi, re-
quiratur cauſa iuſta, tenet Specu. in tit. de legato. §. gene-
raliter autem. verſ. prohibita autem. & eſt gl. notabilis in c.
conſtitutus. in verſ. quicunque. de relig. domib. Et hoc tenet
Antonius de But. in capit. cum inter, extra de renunt. & fa-
cit quod not. Bald. in l. bonorum. in 2. notabili. C. qui admit.
ad bon. poſſ. poſ. & in l. 2. in 10. col. C. de ſeruitu. & aqua. &
pro hoc facit. capit. ſi quando. cum gloſſ. infra, quæ ponit ra-
tionabilem cauſam, cum ibi nota. extra de reſcript. & ſi
fuit ſine iuſta cauſa, potius dicitur diſſipatio, quam
diſpenſatio, vt ait Beatus Bernardus, vt not. Ioan. Mo.
in cap. vnico. cum gloſſ. fin. de ætat. & quali. libr. 6. puto
tamen, quod rationabiliter poſſet in hac quæſtione
ita diſtingui, ſi Comes inferior à principe habens
poteſtatem à principe legitimandi legitimat, aut
eſt mera reſtitutio ſine diſpenſatione iuris commu-
nis, puta legitimatio naturalium in caſibus à iure
ſuppreſſis, & tunc non requiratur cauſa, quia in hoc
caſu non vult hoc à lege exigi, & ita vult loqui præ-
allegatus §. illud in auth. quibus modis natural. efficiun.
ſui. & iſte non eſt caſus noſter: aut eſt legitima, quæ
non eſt mera reſtitutio, quia non poteſt fieri niſi
diſpenſatio iuris communis, puta quando legiti-
mantur ſpurii, vel alii nati ex damnato coitu, vel e-
tiam naturales in caſu quo extant legitimi, vel eo-
rum mater eſſe poſſet, vt in auth. quibus modis natur.
effic. legitim. §. filium, & tunc aut Comes habet in ſuo
priuilegio poteſtatem legitimandi à principe, quod
nulla ſubſiſtente cauſa poſſit legitimare ſpurios,
&c. vel quod legitimatio per ipſum facta valeat, li-
cet in ea non ſit iuſta aliqua cauſa, & tunc talis legi-
timatio ſine cauſa facta à Comite valeret: quia tunc
poſſet in hoc Comes legibus derogare, ex quo ha-
bet in hoc poteſtatem ſeu auctoritatem ſibi ſpecia-
liter à principe conceſſam: quia in hoc caſu bene
diceretur facere auctoritate imperiali, & ita poteſt
procedere quod dixi ſupra, ſecundum Barto. in l. mo-
re. ff. de iuriſdict. om. iudi. cum ſimilibus. Sed in caſu no-
ſtro dictus Comes non habet hanc poteſtatem ſeu
auctoritatem in ſuo priuilegio ſibi conceſſam, &
ſic non eſt animus noſter, aut Comes non habet
dictam auctoritatem in ſuo priuilegio, & tunc non
poſſit ſine cauſa legitimare, & ita procedant ea quæ
ſecundo loco pro communi ſententia ſupra dedu-
cta ſunt, & iſte eſt proprie caſus noſter, & ideo ex
prædictis concludo, quod dicta legitimatio facta
ſine cauſa non valet. Nec obſtant rationes ſupra
in contrarium deductæ, & primo dum dixi, quod
verba priuilegii ſunt ſimplicia: ergo ſimpliciter
debent intelligi ſecundum formam iuris, per nota.
in c. cum dilectus, extra de conſuetu. & cum ſint ſtricti iu-
ris ſtricte debent intelligi, l. quicquid aſtringenda, cum
ibi not. ff. de verb. oblig. & dixi in præcedenti dubio princi-
pali. Nec obſtat ſecundo dum dixit, quod Imperator
poteſt legitimare ſine cauſa, ergo eodem modo po-
teſt Comes qui legitimat auctoritate Imperatoris
tanquam eius delegatus vel commiſſarius: quia nō
ſequitur, Imperator poteſt, ergo eius delegatus vel
16 commiſſarius. † Nam licet Imperator poſſit in
ſuo priuilegio apponere clau. non obſtante, tamen
non poteſt inferior à principe apponere, vt not. Bal.
Ang. & Ioan. de Imo. in l. nemo poteſt. in princ. ff. de l. 1. Et
pro hoc facit optime quod not. Bald. in l. 2. in 10. colum. C. de
ſeruit. & aqua, vbi tenet, quod licet Imperator poſſit
vt plenitudine poteſtatis, tamen faciendo comi-
tem & dando ſibi poteſtatem legitimandi, non vi-
detur dediſſe cum illa plenitudine poteſtatis vt præ-
iudicet ſibi, ſed ſecundum ius commune, niſi ſpe-
cialiter hoc dictum ſit, & idem vult Bald. in l. bono-
rum in 2. notabili. C. qui admi. ad bon. poſ. poſ. vbi dicit
quod diſpenſatio debet fieri, cū tamen, &c. & quod,
vbi factum ſuperioris poteſt interpretari & referri
ad ius commune, nunquam intelligitur diſpenſatū
nec inutile confirmatum, allegat no. per Io. An. in capit.
dudum. de decimis in notabili. & idem tenet Bald. in l. preci-
bus. in 3. op. C. de impub. & aliis ſub. in l. fin. circa princ. C. de
fruct. & litis expenſ. & Paul. de Caſt. in l. centurio. in 2. col.
in princ. C. de vulg. & pup. facit quod not. Bald. in l. ſi teſta-
mentum, in princip. C. de teſtamen. Nam cum iſta po-
teſtas legitimandi non ſit conceſſa comiti vt poſſit
legitimare, etiam ſine cauſa, vel nulla cauſa ſubſi-
ſtente, non intelligitur hanc poteſtatem habuiſſe,
& limitata conceſſio limitatum producit effectum,
l. in agris. ff. de acqui. re. do. & not. Bald. in l. cunctos populos.
in 16. colum. C. de ſum. Tri. & fide ca. Nec obſtat ſi dica-
tur, imo dictus Comes fecit dictam legitimatio-
nem cum cauſa, & expreſſit in legitimatione non
ſolum vnam cauſam, ſed etiam plures, vt patet, dum
dicitur in ea, ibi: Quibus ſic peractis idem Comes
conſiderans & attendēs prædictam petitionem di-
cti Titii fore iuſtam & conſonam rationi, & quod
iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, &
quod minime venia indigni ſunt, qui non ſuo ſed
parentum & malignæ fortunæ vitio laborare no-
ſcuntur, cum ex relatu fide dignorum percepimus
eoſdem virtutibus initiare, attentoque conſenſu
dicti Sempronii ac iuramento & promiſſione præ-
dictus, &c. Ecce quod Comes multas cauſas legiti-
mationis expreſſit, ſed certe illæ cauſæ non ſuffici-
17 unt. † quia illud quod dixi comitem non poſſe le-
gitimare ſine cauſa expreſſa, debet intelligi de iuſta
ſeu iuridica, vt dicit gl. in l. Barbarius. in gloſſ. pen. in fin. ff.
de officio. præſid. & gloſſ. fin. in fin. in l. antepenult. ff. ex qui-
bus cauſ. maiores. & text. cum gloſſ. fin. in l. relegati. ff. de pœ-
nis Specu. hoc tenet in tit. de legato. alias in tit. de diſpenſa.
videlicer genera autem vero prohibita, & eſt gloſſ.
ordin. in 3. quaeſt. 3. §. niſi rigor. non enim quælibet cau-
ſa dicitur iuſta in inferiori à principe, ſed ſpecialiter
eſt in principe, vt quælibet cauſa motiua habeatur
pro iuſta cauſa, & ideo requiritur vt dixi, quod cauſa
ſit iuſta, ſed nulla prædictarum expreſſarum in di-
cta legitimatione eſt iuſta, quoniam iuſta cauſa dici-
tur aut neceſſitatis, aut vtilitatis, vt probatur in d. §. ni-
ſi rigo.

ſtrip.& eſt gloſſ. *ordinaria quæ hoc expreſſe dicit in dict.* ſ.ſi ingor. & enumerat in ſpecie cauſas quæ ſunt iuſtæ ad diſpenſandum, & enumerat etiam in ſpecie, in tit. de legato. §. *genera autem*, in quibus non enumerantur prædictæ, ergo non videntur eſſe iuſtæ, *argum. gloſſ. notabilis in §. actionum, Inſtit. de acti.* & quod hoc ſit verum, probatur etiam ſingulariter eas deducendo: nam primo dum dicitur, petitionem ſore iuſtam & conſonam rationi, non ſufficit quod intelligit quod alleget cauſam in ſpecie, nec ſufficit dicere iuſtam ſubeſſe cauſam, *argum. gl. notabilis in l. ſi donatione. C. de collat. cum ibi not.* alias ſi diceremus ſufficere, faciliter poſſet Comes facere fraudem legi quod non eſt dicendum, *l. in fundo. ff. de rei vendit. cum ſimilib.* Secunda ratio eſt ſpecialis, dum dicitur quod minime venia indigni ſunt, qui non proprio ſed parentum vitio laborare noſcuntur, non eſt iuſta, nã ſi eſſet iuſta, omnes hac ratione ſine alia cauſa legitimari poſſent, quod eſt falſum, vt patet ex prædictis. Tertia ratio ſeu cauſa eſt quod ex relatu fide dignorum præcepit eoſdem initiare virtutibus, & licet iſta videatur laudabilis, tamen non eſt neceſſaria neque vtilis, ergo non videtur ſufficere, *vt eleganter Specul. in titul. de legato. §. genera autem. ver. Sed nunquid ex cauſa probabili, qui allegat Ioan. hoc tenere.* Quarta ratio ſimiliter non ſufficit, dum dicit, attento conſenſu Sempronii & iuramento ſuo, &c. quia iſta nõ eſt iuſta cauſa, vt dicetur, infra, in quarto proximo dubio principali & ex his concluditur dictam legitimationem non valete, ex quo ea non fuit expreſſa iuſta cauſa.

Circa quartum dubium principale, an dictus Comes potuerit legitimate in præiudicium filiorum dicti Titii. Et videtur prima facie dicendum quod ſic, quia illa legitimatio non fuit facta in vita patris & ad eius inſtantiam eo tempore quo filius non habebat ius in bonis patris, & pater poterat diſſipare omnia bona ſua & in mare proiicere, *vt not. gloſſ. in l. 1. C. de inoffic. donat.* Et ideo valet etiam nliis non citatis, *vt tenet Bartol. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſt. & quem ſequitur ibi Bald. & Angel. & multi Doctor. ibi ſequuntur, & in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & Bald. in l. fin. C. quibus res ind. non not. & Angel. in auth. quibus mod. naturales efficiuntur ſui. §. ſi quis igitur fuerit, in fin. & Benedictus de Plumbinis in l. diuus. ff. de iure annu. an.* Item, quia Titius filius legitimus & naturalis fuit præſens, & conſenſit, propter quod non videtur quod ipſe nec hæredes ſui poſſint contrauenire, *& hoc tenet Bald in auth. Præterea, C. de natura. libe.* qui dicit, † quod licet baſtar-
18
di non poſſint legitimari à Comite exiſtentibus legitimis illum text. à contrario ſenſu, tamen hoc credit eſſe verum niſi legitimi conſentiant, & eſt ratio ſecundum eum, quia præiudicaretur legitimis in ſucceſſione, & vult Angel. *in l. Gallus, in §. & quid ſi tantum, in fin. ff. de liber. & poſth.* & per hoc facit, quia licitum eſt vnicuique renuntiare iuri ſuo, *in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & de Epiſcop. & cle. & c. ad Apoſtolicam, extra de regularibus,* & quia remittentibus iura ſua non eſt amplius dandus regreſſus, *l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de adil. edict.* & qui conſentit, iura ſua perdit, *l. cum quadam, C. de admi. tut. l. ſi conſentiente, &* *ibi hoc not. Bald. C. de donat. ante nupt.* Item, quia ille conſenſus Titii fuit cum iuramento: ergo non poteſt contrauenire, cum poſſit ſeruari ſine interitu & diſpendio ſalutis æternæ, *c. ſi non, & c. ſi contingat, extra de iureiuran. & c. quamuis, de pactis. lib. cum ſimilib.* Nec etiam eius hæredes videntur poſſe contrauenire, quia licet iuramentum, quo ad vinculum periurii, non tranſeat ad hæredes, tamen tranſit quo ad vinculum obligationis, *vt not. Doctor. in cap. veritatis, extra de iureiurand. & Angel. in auth. de iureiurand. à Mo. præſtit. in princip.* Item, quia licet dictus Comes non habuerit poteſtatem legitimandi in præiudicium filiorum legitimorum & naturalium patris legitimantis per clauſulam illam, dummodo legitimorum iuri non præiudicetur, tamen videtur quod illa poteſtas legitimandi, cum ſit voluntariæ iuriſdictionis, *l. final. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & in authent. quibus modis naturales efficiuntur legitim. §. filium, in 2. colum. ad fin. & Bald. in prima rubrica, Cod. in penultim. colum. & Paulus de Caſtro, idem tenet in conſilio 219. Et idem tenet Cardinal. Zabarell. & Iacob. de Zocbis, in c. per venerabilem, in 18. col. princ. ad princ. extra qui filij ſint legitim.* quod dicitur eſſe verum, quando ſit patre nolente, ſicut fuit in caſu noſtro, & ego allego gloſſ. in terminis, quæ dicit legitimationem eſſe voluntariæ iuriſdictionis, *in auth. quibus mod. natur. effic. ſui, §. generaliter, in princ. inſtitui non eſt quæ recipit vt hic & ff.* &c. Ergo ſi eſt talis poteſtas legitimandi volũtariæ iuriſdictionis, ſequitur quod poteſt derogare, vt licet dicatur in priuilegio Comitis, quod non poſſit derogare legitimis hæredibus, tamen ipſis volentibus potuerit, *l. 3. ff. de offi. proconſul. & leg. & l. emancipati, in princ. & §. 1. ff. de adopt. cum ſim.* Et quod legitimatio ſit voluntariæ iuriſdictionis, & poſſit inter nolentes & conſentientes
19
prorogari. *tenet Bald. in l. 1. rubrica, C. in pen. col.* † Sed his non obſtant. teneo quod dictus Comes non potuit legitimare prædictos Stortum & Biſrontem in præiudicium Sempronii filii legitimi & naturalis quantum ad hoc vt ipſi legitimati potuerint ſuccedere patri ſuo pariter cum ipſo Sempronio, & quod hoc ſit verum, probatur. Nam de iure communi quando pater facit legitimare filium etiam naturalem per reſcriptum principis, exiſtentibus aliis filiis ſuis legitimis & naturalibus, nequaquam ius legitimorum adiicitur ipſi filio legitimato, & ſic patri ſuccedere non poteſt tanquam filius, vt eſt caſus in terminis, *in auth. quibus mod. natur. effic. legit. §. ſit ergo licentia, in fin. verb. omnino enim & auth. quib. mod. natural. effic. ſui, in §. generaliter, in fin.* ibi, *omnino enim legitimis*, vbi eſt ſimilis text. Et ideo non præiudicat filiis legitimis & naturalibus dicta legitimatio etiam facta per principem vel Imperatorem niſi diceretur non obſtante tali, *l. vel §. per not. in auth quibus mod. natur. efficiuntur ſui, §. fin. & in l. omnes, C. ſi contra ius vel vti. public.* quia non eſt veriſimile, quod princeps voluerit filiis legitimis præiudicare, niſi expreſſe hoc dicat vel prædictam clauſulam in dictis iuribus, vel niſi eſſet facta mentio liberorum, & princeps ſciens hoc legitimauerit, quo caſu videtur voluiſſe quod ſucedere poſſint cum aliis legitimis & naturalibus, *& hoc vult etiam Paul. de Caſtr. in dict. l.*

*Gallus,§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthum.*qui dixit, quoniam Imperaror dicit in legitimatione, quod non fiat præiudicium legitimis, valet legitimatio, tamen ille non ſucceder cum legitimis ab inteſtato. Sed bene poteſt pater in teſtamento ſibi relinquere, dum modo legitima filiotum non minuarur, & ita dicit ſe intelligere *Ioann. Andr. in additio. Specu. in titu. de ſucceſ. ab inteſtato. circa fin.* vbi refert quæſtionem diſputatam, ſed ſi legitimatio eſt facta ab inferiore à principe, puta à comite, ſicut fuit in caſu noſtro, inſpicienda eſt forma, & poteſtas ſibi data in priuilegio, & quantum ſibi eſt conceſſum, *facit §.poteſt legitimare, per cap. porro. & capit. recipiuntur, extra de priuilegiis,vt dixi, ſupra circa princip.* primi dubii principalis, & in dubio non cenſetur ſibi data poteſtas, niſi eo animo quo princeps eſſet legitimaturus ex ordinaria poteſtate, non ex ſuprema, *argu. l.in teſtamento.in fin.C.de teſtament. milit.& quod ibi no. per Dn.Paul. de Caſtr.& l.1.in fin.ff. de offic.præfect. præto. facit l.1. in fin. ff. de officio. præfect.præto.* ibi, *credidit enim princeps, & capit.ſuper literis. in fin. extra de reſcript.& hanc ſententiam tenet Paulus. de Caſtro. in conſ.ſuo.220.in ſecundo dubio.verſic.poſito autem quod ex dicto capite, &c. & not. Bald.in l. bonorum in ſecundo notabili.C. qui admi. & dixi plene ſupra in tertio dubio principali, ver.nec obſtat ſecundo,* & ideo ſi pater habebar filios legitimos & naturales etiam ad eius inſtantiam, & eo viuente, non poterit baſtardos legitimare, quia ipſe princeps non legitimaret ex ordinaria poteſtate, *vt in §.ſi igitur licentia. & §.generaliter. in fin. in authentica quibus modis nat.efficiun.ſui, & in authentica quibus mod. nat. efficiun. legit. §.ſit ergo licentia, in fin. ver.* omnino licet poſſet ex plenitudine poteſtatis faciendo mentionem de illis, ſed ipſe Comes nullo modo, ſi ſimpliciter ſit ſibi data licentia ſeu poteſtas legitimandi, nec dictum fuit etiam extantibus legitimis, *vt ſingulariter dicit Pau.de Caſtro in d.l.Gallus.§. & quid ſi tantum.in fin. ff. de lib.& poſthum.*& hoc modo limitat ea quæ dicit ibi Bart. & Doct. & bene, & ideo in caſu noſtro, cũ ſimpliciter ſit data poteſtas ſine illa clauſula,*etiamſi extarent filii legitimi & naturales,&c.*videtur quod ille Comes non habuerit poteſtatem legitimandi dictos inceſtuoſos filios, maxime quo ad hoc vt ſuccedere poſſint cum filio legitimo naturali. Nec obſtat ſi dicatur, imo videtur ſibi data poteſtas legitimandi baſtardos etiam extantibus filiis legitimis & naturalibus propter generalem clauſulam, non obſtante, per quam videtur induci tacita & indirecta reuocatio, *cap.cum contingat. & c.capitulum ſanctæ crucis,per Innocent. extra de reſcript. ſecundum Bald. in additione Innocent. in titu. de reſcript. in antepen. charta*, quia reſpondetur quod per clauſulam, *non obſtante,*non augetur gratia vel priuilegium, *vt eſt caſus notabilis in cap. non poteſt, de præb. in 6. & in cle.1.de præb.ſecundum Bald.qui ita eleganter not. in l. eam quam, in 7.colum. C. de fideicom.* nec obſt. ſi dicatur, filius legitimus & naturalis conſenſit cum iuramento, nec ipſe nec hæredes ſui poſſunt conuenire, quia ille

20 conſenſus non ſufficit, vt ſtatim plene dicam. † Si ergo princeps in dubio ſemper concedendo priuilegium comiti de legitimando nulla facta mentione de filiis legitimis & naturalib. non videtur dediſſe poteſtatem legitimandi baſtardos exiſtentib. filiis legitimis, quia illud eſt de reſeruatis principi in ſua ſuprema poteſtate non ordinaria, vt dixi, multominus videtur ſibi data poteſtas, quando expreſſe Imperator prohibet in priuilegio, quod non poſſit legitimare in præiudicium filiorum, ſicut fuit in caſu noſtro, vt patet ex verbis priuilegii, ibi, *dummodo de huiuſmodi legitimationibus per vos faciendis omnibus & ſingulis legitimis hæredibus nullo penitus in patrimonio ſeu cæteris eorum iuribus vbiq; locorum præiudicium generetur,* de quo verborum effectu videamus, & primo dum dicit, *legitimis hæredibus*, intelligitur ſine dubio de fi-

21 liis, † quia verba priuilegii reſcripti intelliguntur in dubio ſecundum iuris communis intellectum, *ff. de iu.delib.l. ſed hoc niſi. vbi eſt gloſſ. notabilis.& l. curatores.§.fin.ff.de adminiſt.rerum ad ciui.perti. facit quod no. Innocent.in cap.dudum, ante fin.de elect. & Specul.in titu. de loca.§. nunc non aliqua. verſicu. 94.* ſed de iure communi legitimationes non debent fieri extantibus filiis legitimis & naturalibus, nec in eorum nec ſuorum euidens præiudicium, ſed extantibus aliis legitimis hæredibus tranſuerſalibus & in eorum præiudicium bene poſſunt fieri, *vt præallegato §. generaliter. in fin. in authentica quibus modis nat. effi. ſui*, quia Imperator in dicta clauſula, dummodo, &c. cenſetur habuiſſe reſpectum ad dictam iuris communis diſpoſitionem, & eam voluiſſe conſeruare, non ampliare ad alias perſonas, & ſic intellexit de legitimis hæredibus, id eſt, deſcendentibus, non de collateralibus, *facit Lex facto.§.fin. cum ibi nota. ff. ad Treb.* & ita reperio fuiſſe conſultum per famoſiſſimum Doct. præceptorem meum Dn.Paul. de Caſtr. in terminis propriis dicti priuilegii in conſ.ſuo, quod incip. Caſus reperitur, quædam legitimatio & anno. conſi. ſuo 223. Quinto amplius non examino nec diſputo, quia in hoc non eſt quæſtio de præſenti, ex quo extabat filius legitimus & naturalis, nec tractatur de collateralibus, & quod priuilegium conc[illegible] comiti cum poteſtate legitimandi, non intellig[illegible] in præiudicium filiorum niſi hoc in ſuo priuilegio ſpecialiter exprimatur, *tenet Bald.ſingulariter in l. 2. in 10.colum.C.de ſerui. & aqua.* Sed quantum ad propoſitum remanet dubium, an ſtante dicta clauſula principali dictus Comes potuerit legitimare dictos inceſtuoſos exiſtente filio legitimo & naturali & aliquo caſu dicti legitimati admittantur ad ſucceſſionem patris, & in hoc reperio varias Doct. noſtrorũ opiniones, aliqui enim dicunt, quod illi legitimati non poſſunt admitti, nec ſuccedere patri ex teſtamento vel ab inteſtato, niſi in defectu legitimorum. Aliqui dicunt, quod ſi ſupereſt aliquis cui debetur legitima, excluditur legitimatus, vbi vero ſupereſſent ſoli alii venientes ab inteſtato, tunc legitimatus admittatur. Poſtremo reperio quendam Doct. ſolemnem Dominum Ludouicum de Sardis in ſuo tractatu legitimationum per reſcriptum, *in §. ſeptima. verſ. quinto quæritur, ſi in reſcripto ſit appoſita clauſula*, vbi pleniſſime ſic diſtinguit: Aut legitimatus eſt viuo patre, aut eo mortuo. Primo caſu aut decidit pater inſtitutus inteſtatus, & tunc nunquam admittitur legitimatus exiſtentibus aliis venientibus ab inteſtato, & hoc operetur illa clauſula,

aut.

aut decedit pater teſtatus, & tunc aut inſtituit legitimatum, aut non, ſi eum inſtituit, ſubdiſtinguit aut tales venientes ab inteſtato ſunt deſcendentes, & tunc eis præteritis teſtamentum eſt nullum, *l. 1. ff. de iniuſt. teſtam. & l. inter cætera. ff. de lib. & poſthum. & inſtitut. de exhæredan. libe. in princip. cum ſimilib.* & ſic ſumus in cauſa inteſtati, ergo legitimatus excluditur, vt dixi, ſed eis inſtitutis in legitima ſaltem, tunc legitimatus, qui etiam inſtitutus eſt, admittitur, nec dicimus hoc caſu legitimationem eis præiudicare, ſed ipſe teſtator eſt qui præiudicat, quia eſto quod ipſe non fuiſſet legitimatus, potuit eis præiudicare inſtituendo alium pro parte, & proſequitur multos alios caſus, quando ſcil. ſunt aſcendentes, & quando collaterales, & quando fit legitimatio etiam poſt mortem patris, qui caſus cum non ſint noſtri, ipſos
22 omitto, cõcluſio eſt ipſius D. Lud. de Sardis, † quod legitimatio facta patre viuente valet, ſed legitimatus non ſuccedit ab inteſtato extantibus filiis legitimis, ſed ex teſtamento ſic, & iſtam opin. videtur tenere Pau. de Caſt. in conſ. ſuo 229. in fi. & ſecundũ iſtam opinionem dicti legitimati non poſſent, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ſuccedere in caſu noſtro: ex teſtamento enim non, quia fuerunt inſtituti per annos quatuor antequam eſſent legitimati, vt dicitur in narratione caſus, & ſic inſtitutio fuit nulla, *vt in auth. quib. mo. na. effi. ſui. §. fi.* quæ non conualidatur, licet poſtea legitimentur, & efficiantur capaces inſtitutionis, *vt no. Bald. et l. 1. quam inuer. quomodo non quid in eo quod reli. poſt ſpuriu, & in verb. ex his apparet. C. de fideic. & in l. in teſt. in 5. q. C. de fideic. & licet Bart. in l. 1. in ver. venio ad quartum. teneat contra in legato, vt non habeat locum reg. Caton. in 5. caſu. & Pet. de Anc. in rub. de reg. iur. in 6. col. & Pau. de Caſt. in l. cætera. in prin. ff. de l. 1.* tamen in inſtitutione hæredis ſecus eſt, quia requiritur capacitas tribus temporibus, *vt l. alien. §. id eſt, extraneu. ff. de hære. inſt. & in §. extran. inſti. de hære. quali. & differ.* Et licet hoc non ſit vigore regulæ Catonianæ, in verſ. & vigore illarum conſtitutionum ſeu legum, *vt dicit Bart. in l. Catoniana. ff. de regu. Caton.* & quia maior eſt prohibitio in inſtitutione, quam in legato, *vt dicit Bald. in d. §. in extraneu*, & ſic ex teſtamento non poſſunt venire, quia non valuit quo ad eos ab inteſtato, non quia non poſſunt ſuccedere
23 re propter dictam clauſulam dummodo, &c. † Ego autem teneo in hoc articulo, quod extantibus filiis legitimis & naturalib. non poſſit de iure communi inferior à principe, puta Comes legitimare baſtardos, niſi in ſpecie ſit ſibi data poteſtas legitimandi, etiam extantibus liberis legitimis & naturalib. quia cum illud ſit a lege prohibitum & quod etiam Imperator non intelligatur velle legitimare extantib. filiis legitimis & naturalib. *vt præalleg. § generaliter, in fi. verſ. omnino. in auth. quib. mo. natu. efficiuntur ſui legiti.* Sequitur quod non intelligitur in dubio eſſe conceſſum inferiori a principe niſi ſpecialiter exprimatur, cum ſit de præſeruatis princip. vt dixi ſupra ſecundum Paulus de Caſtro, *in l. Gallus. §. & quid ſi tum. ff. de lib. & poſthum.* & propterea ſi Comes legitimaret eos filiis legitimis & naturalibus exiſtentibus, non ſolum illi legitimati non poſſunt patri ſuccedere ab inteſtato, ſed etiam non poſſent ſibi ſuccedere ex teſtamento, quia legitimatio non valet in aliquo, *vt probatur in dicto verſicu. anno. in authentica quib. modu naturales efficiuntur ſui, in verſicu. legit.* qui dicunt idem in effectu, nam volunt quod tales legitimati non habeant ius legitimorum, vt patet ibi, nequaquam legitimorum ius adiicit. Cuius literæ eſt ſenſus, ſi ſunt naturales tantum, licet legitimentur, non adiicitur eis per legitimationem ſuæ naturalitatis ius legitimorum, & ſic non efficiuntur legitimi & naturales, ſed remanent tantum naturales, non autem intelligitur ius legitimorum, ſed ius ſuccedendi, quod competit legitimis, non adiicitur eis, *vt probatur in capit. ſi quis quod filios. in princip. in authentica quibus modu naturales efficiuntur ſui*: ibi, ſed tantummodo naturales. Ipſos quidem naturales legitimos facere voluerint, *vt paulo infra*, ibi, ad legitimum ius filios educere naturales, *& in §. ſequitur*, ibi, & iuri legitimo, & probatur hoc etiam ratione: nam illa verba, ius legitimorum, ſunt ſimplicia, nec diſtinguunt magis reſpectu iuris ſuccedendi, quam alio iure, ergo ſimpliciter & indiſtincte debent intelligi, *19. diſt. ſi Romanorum, & l. deſpicio. ff. de publicis. cum ſimilib.* & maxime cum ſit addita dictio, nequaquam, quæ de ſui natura eſt penitus excluſiua, & non in parte tantum, & habet vim vniuerſalis negatiuæ, *vt probatur in l. 1. in princip. C. de ſecun. nupt. & in l. 3. §. 1. ff. de duob. reis. & in capit. litera, ad fin. extra de dila. & in capit. ſtatutum. §. prouiſurus. de reſcript. in 6. & in cap. ad decimar. de reſtit. ſpol. & in capit. auctoritate. de priuileg. eo. l. cum ſimil.* Si enim Imperator voluiſſet intelligere de iure legitimorum, quantum ad ius ſuccedendi tantum, bene ſciuiſſet exprimere, cum ergo non expreſſerit, nec nos exprimere debemus, *arg. l. vnica. §. cum autem ad deficientu. C. de cad. toll. & l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acq. hære. & in cap. inter corporalia, extra de tranſ. præla. & in capit.*
24 *ad audientiam, extra de decimu, cum ſimilib.* † Præterea hoc etiam probatur alia ratione. Nam ſi diceremus, quod illa verba, ius legitimorum, reſtringerentur ſolum ad ius ſuccedendi, & in aliis eſſet legitimatus, & ſic eſſet pro parte legitimatus, videlicet, quo ad ius ſuccedendi, & in aliis eſſet pro parte legitimatus, & ſic pro parte non, quod eſſe non poteſt, ſicuti quis non poteſt eſſe pro parte ſeruus, & pro parte non, *l. ſi pariter. in fi. ff. de lib. cau. & eſt text. in l. 1. § 1.* ibi, in eadem perſona ſimul libertas & ſeruitium concurrant, *l. 1. §. 1. de lati. lib. tollen.* & maxime cũ legitimatio competeret ſeruienti, *vt probatur in auth. quib. mod. naturales efficiuntur ſui. §. nam ſi quidem, & §. ſi quis ergo filios. verſ.* non enim ſicuti etiam pater non poteſt emancipare filium quo ad vnum actum tantum, puta teſtando, quia paterna poteſtas eſt indiuiſibilis, nec poteſt quis eſſe duplici ſtatu contrario, *vt tenet Bald. in l. ſenium. in penult. q. C. qui teſta. fac. poſſ. per d. l. 1. §. 1. Et idem tenet Paul. de Caſtro in l. qui in poteſtate. in fi. 1. col. ff. de teſta. licet Bart. dicat contrarium in l. 1. §. in filiu. ff. ad Trebel.* & quod quis non poſſit eſſe pro parte legitimus, & pro parte illegitimus, *tenet gloſſ. in terminu, in capit. fin. in gloſſ. fin. extra de clandeſt. deſponſa.* Nec obſtat, ſi dicatur, imo poteſt legitimari, etiam per comitem, vt legitimus ſuccedat in certa parte, *vt notant Doct. in c. per venerabilem, extra qui*

filij

filii ſint legitimi, quia licet Comes non poſſit facere pluſquam contineatur cum ſuo priuilegio, vt ſæpe dictum eſt ſupra, videtur quod poteſt minus facere, *vt not. Paulus de Caſtro in l. ſolet prætor. ff. de iuriſdict. om. iudic. & in l. pactum quod dotale. in fin. Cod. de collat.* qui dicit ſe ita conſuluiſſe, & ita tenere Raynerium, quia reſpondet, quod ipſi loquuntur, quando in nulla parte ſunt capaces ad ſuccedendum: idem Doctor. prædicti intelligunt, quod quando legitimatur, non poſſit quis in certa parte ſuccedere, non eſt proprie legitimatio, ſed diſpenſatio, *vt dixit Pau. de Caſtro in d. l. pactum in fin.* nos non loquimur in legitimatione, & ita loquuntur iura ſupra ad hoc allegata, in d. verb. omnino, *in authent. quib. mo. natu. effic. ſui, & in authent. quib. mod. natu. effic. ſun. legit.* Et quod legitimatio facta exiſtentibus filiis legitimis, & naturalibus non valeat, & quod hoc caſu non liceat etiam naturalem facere legitimum, *eſt glo. ordin. in authent. quib. mo. nat. efficiun. ſui. in §. generaliter. in fin. ſuper verb. in quibus*, quæ incipit: Supple in illis caſibus, ibi, vel verius dic, quæ gloſſ. intelligi debeat, quod non licet facere legitimationem, ſcilicet quo ad aliquem actum, quia ſi diceremus quod poteſt facere legitimum quo ad omnia, præterquam quo ad ſuccedentes patri, non bene diceret, vt patet ex prædictis, cum itaque Princeps concedendo Comiti priuilegium de legitimando, non concedat, vt poſſit legitimare baſtardos vel ſpurios quo ad ſuccedẽtes ex teſtamento, vel ab inteſtato, nec ad aliud extendatur extantibus filiis legitimis & naturalibus, vt plene ſupra probaui, ſequitur quod multominus poterit, quando in priuilegio Comiti conceſſa eſt illa clauſula, *dummodo non fiat præiudicium legitimis hæredibus*, quæ eſt in caſu noſtro, ſiue intelligatur illa clauſula ſecundum ius commune, *vt dixi ſecundum Paul. de Caſtro*, ſiue vt aliquid addat iuri communi, vt non poſſit etiam ex teſtamento ſuccedere, *vt dixi ſecundum Ludouicum de Sardu*, & iſtam puto eſſe veriſſimam concluſionem in hac materia, in qua Doct. meo iudicio non clare neque perfecte loquuti ſunt, vt patet ex prædictis, nec obſtant rationes ſupra in contrarium adductæ. Et primo dum dixi, quod iſta legitimatio fuit facta in vita patris, & ad eius inſtantiam, & eo tempore quo filius legitimus, & naturalis non habebat ius in bonis patris, & patet poterat bona ſua in mare proiicere, & ſic propter hoc valeret, *vt vult Barto. & Angelus & multi alii Doctor. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthum.* quia

25 reſpondetur, † quod licet pater poſſit bona ſua in mare proiicere, tamen non poteſt ea relinquere filio ſpurio vel inceſtuoſo, *vt in authentica quib. mod. natura. efficiuntur ſui. §. fin. & ibi gloſſ. & Doctor. in auth. ex complexu. Cod. de inceſtuo. & nup.* & ratio, cum Comes non haberet poteſtatem legitimandi dictos inceſtuoſos, imo per Imperatorem ſibi fuerit hoc expreſſe prohibitum extante filio legitimo & naturali, conſenſus patris nil potuit operari, quia non potuit dare poteſtatem legitimandi Comiti, ſi non habet, & propterea cum remanſerint illegitimati, ſibi ſuccedere non potuerunt, *& Barto. & Doctor. in dicto §. & quid ſi tantum*, debent intelligi quando Imperator legitimaret, & ſciret patrem habere filios legitimos & naturales, vel quando hoc eſſet ſpecialiter Comiti conceſſum, vt poſſet legitimare etiam filiis legitimis & naturalibus exiſtentibus, ſecus quando inferior a Principe non habens dictam Poteſtatem legitimaſſet, vt fuit in caſu noſtro. Nec obſtat ſecunda ratio, quæ videtur magis vrgere, videlicet, quod filius legitimus, & naturalis fuit patris & conſenſit legitimationi cum iuramento, quia ſimiliter [illegible] quod conſenſus filii non [illegible] Comiti legitimandi, ſi non [illegible] ſuo [illegible], nam conſtitutio, quæ prohibet [illegible] vel naturales le[illegible], non ſolum f[illegible] fauorem [illegible] notum, ſed etiam [illegible] patr[illegible] naturales vel baſt[illegible] extantibus [illegible] & naturalibus, *arg. [illegible] l. fin. cum [illegible] C. [illegible] naturali. lib.* & ſic non obſtat regula, quæ eſt [illegible] poteſt renuntiare iuri ſuo, quia ex quo [illegible] alterius, non poteſt conſentire, [illegible] in Macedoniano. *vt eſt text. cum gloſſ. & [illegible] & ibi Doctor. ff. ad Maced.* Item, quia hic tractatur [illegible] de iure publico, cui filius, pater, aut Comes præiudicare non poſſunt, *l. ius publicum. ff. de pactis. & l. neque pignus. §. priuatorum, ff. de reg. iur. cum ſimil. bus.*

26 Nec obſtat tertia ratio de iuramento filii, [illegible] quia natu[illegible] eſt ligare, non [illegible], *vt [illegible] Bald. [illegible] in penult. colum. [illegible] de con[illegible] infer.* [illegible] cum Comes non habuerit poteſtatem legitimandi extantibus legitimis, [illegible] legitimorum non ampliat illam poteſtatem legitimandi in caſu noſtro. Item, quia illud iuramentum videtur eſſe contra bonos mores, ergo non eſt obligatorium, *cap. non eſt obligatorium, de regu. iur. in 6.* Item, quia illud iuramentum videtur ſaltem dolo præſumpto extortum. Nam quando quis in aliquo actu eſt læſus in magna quantitate, fatetur præſumere dolum interueniſſe, ſaltem re ipſa, *vt l. omnin. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. cred. & not. in l. qui teſtamentum. ff. de probation. & ita nota. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & in l. fin. ad fin. ff. de præto. ſtipu. & Bald. in capit. 1. §. Item ſacramenta. in 3. colum. in fin. in titu. de pace iuramento fir. & in l. 2. C. de reſcind. do. & in l. cum antea. C. de arbitris. & Antonius de Butrio in capit. veniens. in fine. & ibi gloſſ. extra de iureiurand. Et Petrus de Ancha. in repetitione, capit. canonum ſtatuta, de conſtitutionib. cum ſimilibus.* Sed hic filius legitimus & naturalis fuit læſus, ſi conſenſus ſuus valuit in duabus partibus hæreditatis quæ ad ipſum ſpectare poterant, ergo. Et propterea non ligat hæredem, quin poſſit contrauenire, *per not. in cap. veritatis, extra de iureiur.* Item, quia illud iuramentum eſt contra ius ſuperioris, qui prohibuit hanc legitimationem poſſe fieri, ergo nõ firmat contractum, *l. fi. ff. ad municip. & ita vult Pet. de. Anch. in regula acceſſorium in 13. col. de reg. iur. in 6. verſ. ex* prædictis poſſumus elicere plures cauſas, vbi enumerat multos caſus, in quibus iuramentum non ligat. Nec obſtat quarta ratio dum dixi, quod licet Comes non habuiſſet poteſtatem legitimandi extantibus legitimis, tamen legitimi potuerunt conſentiendo [illegible] comitis, quia legitimatio eſt [illegible] iuriſdi[illegible], quia reſponde-

ſpondetur, quod in his, quæ ſunt ſpecialiter principi reſeruata, non poteſt per partes fieri prorogatio, *vt not. Bald. in d. c. 1. §. penult. de probib. feud. alien. per Feder. & ibi hoc tenet Iac. de Aluar. & tenet Innoc. & Anto. de Butr. in c. 1. cum P. tabellio, extra de fid. inſtru. & de exceſſibus prælat. & Bart. in c. 1. §. ad hæc, in 4. col. in fin. in tit. de pac. iuram. firm. facit ad hoc quod not. Guid. & Bald. in l. repetita, in fin. C. de Epiſc. & cleric.* vbi dicit, quod officium tabelliona. non poteſt prorogari. Sed iſtud quod poſſit quis legitimare maxime extantibus liberis, eſt de reſeruatis principi, *vt probatur in auth. quib. mod. naturales efficiantur ſui, §. qui ergo filios*, ibi hoc agat per noſtrum reſcriptum, & hoc tenet Paulus de Caſtro in conſil. 225. in princ. & primo cum non ſit data poteſtas legitimandi Comiti extantibus legitimis primo expreſſe prohibita, ſequitur, quod hoc remanet de reſeruatis principi; ergo partes non potuerunt in hoc prorogare Comitis iuriſdictionem.

Secundo modo reſpondetur, quod prorogatio non tenet contra ius prohibitorium, *vt l. 2. §. ſed ſi iudex, ff. de iudicijs.* ſed hic eſt prohibitio Imperatoris, dum dicit, dummodo, &c. qui prohibet in caſu exiſtentium liberorum fieri legitimationem, vt ſupra probaui, quæ prohibitio habet vim legis, in §. *quod principi placuit, Inſtit. de iure naturali*, ergo, &c. maxime cum illa prohibitio reddat ipſum Comitem iudicem ex toto incompetentem ad illum actum legitimandi exiſtentibus legitimis, *vt patet ibi*, dum di-
27 citur, *nullum penitus præiudicium generetur*, † quia illa dictio, penitus, exponi debet, id eſt, ex toto: ita quod non valeat, quicquid factum fuit hac cauſa, ſicut à non ſuo iudice, *C. ſi a non comp. iud. l. fin. 2. quæſt. 1. c. in primis, cum ſimil. vt dicit Archid. ſecundum Hoſt. in c. 1. in princ. in verbo penitus, de clerico ægro, eod. lib.*

Tertio modo poteſt reſponderi: Nam quando certus iudex eſt deputatus à lege vel à ſtatuto, ſeu quando iuriſdictio eſt taxatiue limitata, puta, ſi eſt ſtatutum, quod de tali cauſa ſolus Poteſtas ſit iudex, non tenet prorogatio ſecundum Bald. *in l. teſtamenta omnia, C. de teſtam. & in l. certa forma, C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & in c. 1. extra de iudic. & in c. 1. §. pen. in tit. de probib. feud. alien. per Fed.* ſed in caſu noſtro iuriſdictio & poteſtas legitimandi extantibus legitimis, eſt limitata à Principe, vt comes non vtatur alia iuriſdictione, & Imperator cenſetur ſibi ſoli reſeruaſſe, vt ſupra dixi, & ſic eſt limitata & taxata ſibi ſoli; ergo non poteſt prorogare.

28 Quarto † modo poteſt reſponderi, quod licet regulariter eſſet permiſſa iſta poteſtas prorogandi hanc iuriſdictionem legitimandi, in caſu tamen noſtro non poteſt, quia vbicunque eſt facta prohibitio à lege, & poſtea ſuperuenit etiam prohibitio hominis, tunc non licet ex cauſa, alias à iure permiſſa actum prohibitum fieri, *vt eſt text. valde notabilis in auth. de alien. & emphyt. in §. ſanctiſſimi, & not. gl. in auth. hoc ius porrectum, in verbo perpetuo, C. de ſacroſ. Eccleſ. & ibi Bald. in vlt. col. & idem vult Bald. in c. 1. §. præterea, in tit. de capit. Corad.* & ibi dicit, quod quando eſt appoſitum in feudo de non alienando, non poterit vaſallus infeudare, vbi aliàs poſſet, quia quando noua prohibitio adiicitur prohibitioni veteri, tunc habet ampliare, ſicut diximus, & quæ in promiſſione allegat not. *in l. 1. §. item nunciatio, ff. de nou. ope. nunt. & d. §. ſanctiſſimas*, ſed de iure communi eſt prohibitum legitimare naturales, & alios illegitimos exiſtentibus legitimis, vt ſæpe dictum eſt, & iſta eſt prohibitio legalis, cui ſuperuenit prohibitio hominis, id eſt, Imperatoris, qui expreſſe hoc prohibet, dum dixit, dummodo, &c. ergo non poterit Comes in hoc caſu legitimare, vbi aliàs ſtante vna tantum prohibitione legali potuiſſet per viam prorogationis.

Quinto modo poteſt reſponderi, quia ſecunda prohibitio Imperatoris aucta & ampliata per verbum penitus, dum dicit, nullum præiudicium, eſt ex toto excluſiua, quia illa verba, penitus præiudicium, ſimul iuncta ipſo iure, prohibent etiam in caſu, aliàs à iure permiſſo, *vt probatur in l. in contractibus, in §. illud etiam. iuncta gloſſ. ibi in verſ. penitus, in princ. C. de non numer. pecun.* Et pro hoc facit optime, quia
29 quando † verba ad vnum finem tendentia geminantur, plus operantur, quàm quando de per ſe ſimiliter proferuntur, *l. baliſta, cum ibi not. ff. ad Trebell. & argu. gloſſ. notabilis in l. cum patri, ff. de arbitr. & l. ſi ſtipulatus ſum à Seio, ff. de fideiuſſo. & l. plebis, §. 1. ff. de verb. obligat. & quod not. in l. non dubitetur, C. de euict. & pro eo quod not. Zenzelinus in extrauaganti execrabilis Ioan. 22.* qui dicit, quod clauſula, ex certa ſcientia, & clauſula, non obſtat, ſimul poſita augent mente concedentis, ſimiliter quando apponitur clauſula, nulli ergo hominum liceat, &c. Item, *pro hoc facit quod not. Bald. in tit. de pace conſtant. in 13. colum.* vbi, quod verba iſta caſſentur & irritentur ſimul iuncta, ſignificant ipſo iure, *vt eſt text. cum gloſſ. in auth. caſſa & irrita, C. de ſacroſanct. Eccleſ. facit l. Pamphilo, §. propoſitum, de legat. 3. & quod not. Bald. in l. cum ſcimus, in fin. C. de agric. & cenſi. & quod pleniſſime Ludouic. de Rom. de geminatione actus, in l. Seio, §. de viro, in 31. fallent. ff. ſolut. matrimonio.*

Sexto & vltimo poteſt reſponderi, quod licet valeat prorogatio, quando transfertur de præiudicio conſentientis tantum, tamen quando tractatur etiam de præiudicio publico, non poteſt prorogari, *vt not. Card. Zab. in c. P. & G. in 13. quæſt. extra de offic. deleg.* ſed hic tractatur de præiudicio publico, quod iſta prohibitio eſt facta, vt homines filios creeant ab actu libidinoſo, *vt l. fin. cum ibi not. c. differentia, lib. 6.* Et ex his concluditur circa quartum dubium principaliter, quod dictus Comes non potuit legitimare dictos duos filios in præiudicium filii legitimi & naturalis; conſequenter ad iſta quatuor dubia principalia reſpondet ad hoc, quod dicta legitimatio non valeat, quia dictus Comes non habuit poteſtatem legitimandi dictos Stortum & Bifrontem. Sed ex alio etiam capite non valuit dicta legitimatio, quia fuit ſubreptitia & obreptitia, vt dicam in ſequentibus dubiis.

Circa quintum principale dubium, an dicta legitimatio ſit nulla, tanquam ſubreptitia ex eo, quod ipſe narrauit ſupplicans falſum, dicendo, ſe eſſe ſolutum, cùm eſſet coniugatus. Et breuiter dicendum eſt, quod ſic, & ſi Comes ſciuiſſet ipſum habere vxorem, & maxime quod potuiſſet habere alios

filios

filios veriſimiliter non legitimaſſet, *arg. l. quæ in pro-*
uincia, §. diuus, ff. de ritu nup. & per not. in c. ſuper literis,
extra de reſcrip. & in l. & ſi legibus, C. ſi contra ius vel
vtil. pub. & hoc in terminis Bald. in d. l. præſcriptione,
in 6. col. vbi dicit, quod ſi quis à principe petit ſe le-
gitimari, dicens ſe natum ex ſoluto, & ex ſoluta,
cum natus eſſet ex adulterino amplexu, certe non
tenet illa legitimatio, *l. 1. ff. de iure annul. aureo.* Et pro
hoc facit optime, quia ſi tacendo ſe natum ex adul-
terio, non valeret legitimatio, vt dicam in ſequenti
dubio principali, ergo multominus debet valere
ſi falſo expreſſit non eſſe natum, ſed ex ſoluto cum
30 eſſet coniugatus, † quia plus eſt falſum dicere
quam veritatem tacere, *vt not. in d. cap. ſuper literis,*
& in d. l. præſcriptione, & in l. & ſi legibus, ſed dubium
eſt, an verum ſit quod dictus Titius pater eſſet v-
xoratus tempore dictæ legitimationis, vel non, &
dicendum eſt quod verum eſſet quod tunc habebat
vxorem, de quo extant duo inſtrumenta confecta
per vxorem ipſius Titii, vnum inſtrumentum do-
tale de 1380. Aliud de quodam contractu per i-
pſum celebrato de 1388. per quæ inſtrumenta ap-
paret ipſam eius vxorem viuere de 1388. & legiti-
matio fuit facta de 1405. & iſta non habent dubi-
um, & tempore quo fuit facta dicta legitimatio,
dixit dictus Titius pater in ſupplicatione ſua legiti-
mationis, quod Stortus vnus de filiis inceſtuoſis le-
gitimandis erat ætatis viginti annorum, vel circa, &
ſic erat natus per viginti annos ante, & per conſe-
quens erat natus de 1385. & erat ætatis trium anno-
rum, vel circa. Sed circa verba dicti Titii narratoria
duo poſſunt oriri dubia.

Et primum, an illa verba probent & noceant i-
pſi Storto filio ſuo.

Secundum, an illa verba non probent, *& in cap.*
ſi Papa, de priui. in 6. & ibi hoc not. Ioan. Andr. in nouel.
& d. Dominicus, qui dicunt, quod natura narrationis
eſt, quod probetur & non probet, *vt not. Ioan. And.*
de But. in c. nonnulli, §. ſunt alii, extra de reſcriptio. Nam
verba narratoria reſcripti non probant, *vt not Bal. in*
l. non exemplis, circa princi. C. de probatio. & c. ſi motu
proprio, de præben. in 6. & primo dicitur, quod de ver-
bis narrantibus factum non eſt bonum argumen-
tum, *vt dicit Ioan. And. in c. dilecto, de præben. in nouella,*
& eſt gloſſ. in c. eum qui, de dolo & contu. li. 6. & in c. 1. de
rerum permut. eod. lib. & eſt gloſſ. notabilis in l. vnica, C.
quando non pe. partes, & hoc etiam not. Lud. de Rom. in re-
petitione auth. en. ſimiliter, C. ad leg. Falc. item, quia illa
verba ſunt enuntiatiua, ergo non diſponunt, *l. ex his*
verbis, vbi & ibi not. per Doctor. C. de teſtamen. milit. & per
Bart. & alios Doctor. in l. ex hac ſcriptura, ff. de dona. & per
Cano. in d. c. ſi Papa, de priui. lib. 6. cum ſim. Item, quia
confeſſio patris non videtur nocere filio quo ad
plenum præiudicium, *vt l. non probatio, & ibi gloſſ.*
& Doctor. ff. de proba. & habetur in leg. filium diffini-
mus, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. ſed his non ob-
31 ſtantibus teneo contrarium, † nam licet verba nar-
ratoria & enuntiatiua regulariter non diſponant,
tamen probant, *vt l. Publia. in ſi. ff. depoſiti, & l. interro-*
gatam, C. de libe. cauſa, & not. Doctor. in leg. ex hac
ſcriptura, ff. de donat. & maxime quando dicta ver-
ba ſunt prolata ſuper antiquo actu inter præſentes
celebrato, quia tunc inducunt præſumptionem
ſeu probationem de iure donec probetur contra-
rium, *vt l. optimam, Cod. de contrahend. & commit. ſti-*
pulat. & l. quidem, ff. de donatio. vt nota. Bald. in dict. l. ex
hac ſcriptura, circa ſin. qui dicit, quod ſecus eſſet ſi i-
ſta narratio fieret abſente parte, quia tunc proba-
tionem non induceret, *l. exempla, in princip. ff. de pa-*
ctis, & l. non nudo, & l. non exemplis, Cod. de probatio. &
ita poſſunt procedere argumenta ſupra in contra-
rium deducta, videlicet quod poſſint loqui de nar-
ratione facta inter abſentes. Item, pro hoc optime
facit, quia in ſupplicatione, quam facio principi, ſi
narro me talem conſtituiſſe procuratorem meum,
illa verba narratiua probant, vt dicit Ludouic. de
Roma in quodam ſuo ſingular. quod incipit: Sup-
plicatio quam facio princip. quod allegat ad hoc
cauſam ſingularem, *in l. ne ſatiſdatio. ff. rem ratam hab.*
quem dicit habuiſſe à Baldo in quodam ſuo conſil.
& nunquam alibi vidit ſic dicendum in caſu no-
ſtro. Nam quoad patrem ſupplicantem, de cuius
præiudicio agitur principaliter per ſucceſſionem
bonorum, *iuxta not. per Bald. & alios Doct. in l. Gallus,*
§. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum. non eſt du-
bium, *per d. l. nec ſatiſdatio.* quantum non ad filios le-
gitimatos. Idem videtur dicendum ex quo erant
præſentes, & non contradixerunt, *per dict. l. optimam,*
cum ſimilibus. Et ita tenet etiam Bald. in l. cum aliquis, in
32 *princ. in 4. not. C. de iure delib.* † vbi dixit, quod licet
verba enuntiatiua inter alios dicta vel acta nõ præ-
iudicent, tamen inter ipſos contrahentes præiudi-
cant, *per d. l. optime facit quod not. Feder. de Senis in ver.*
112. & Cardin. Zabar. in c. cæterum, in 11. & vltim. quæſt.
extra de reſcript. Item, iſta narratio ſeu confeſſio par-
tis adiuuatur præſumptione iuris: quia quilibet præ-
ſumitur viuere centum annis, niſi mors probetur,
vt l. ſin. & ibi Doctor. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. quili-
bet, C. ſolut. matrim. & primo cum Sempronius filius
legitimus & naturalis eſſet natus ex dictis iugalibus
& tempore emancipationis eſſet minor 25. annis.
& in ea dicitur, oportet dicere, quod tempore na-
tiuitatis ſuæ mater ſua non erat maior quinquagin-
ta annis: quia non potuiſſet concipere, & parere,
per l. ſi maior quinquagenaria, C. de legit. hæredit. Et per
conſequens tempore legitimationis non poteſt
mater eſſe maior ſeptuaginta annis: ſed bene cum
ſin. *facit quod not. in l. ſed ſi de ſicar. ff. de acquiren. hæred.*
& primo concludo, quod cum pater & mater poſ-
ſint eſſe teſtes de natiuitate filii, *vt not. Specul. in titul.*
de teſte. §. 1. in verſic. item quod erit parens ibi. 3. mater. &
per Bartol. in l. de ætate. in 2. quæſtio. principali, ff. de nou.
oper. nuntiat. & ipſe aſſerit eſſe viginti annorum vel
circa, & pater præſumatur etiam ſcire ætatem fi-
lii, *& l. octaui, ff. vnde cogna. & l. de tutela, C. de in integr.*
reſtitut. Sequitur quod illa narratio & confeſſio pa-
tris de ætate facta in præſentia filii probat per præ-
dicta non obſtantibus ſupra in contrarium dedu-
ctis. De ſecundo, an illa verba, vel circa, adiuuent
dictum Stortum, & videtur quod ſic: quia dicen-
do vel circa, non videtur ſe reſtringere ad vigeſi-
mũ annum: ergo probatio nõ videtur concludere,
l. hoc non, Cod. vnde cognat. l. neque nam tales, Cod. de pro-
batio. cum ſimil. Sed certe in hoc teneo contrarium,
& licet

& licet ſint opiniones, ad quantum referant verbum circa, vel circiter, *prout not. gloſſ. in c. atteſtationes, in verbo circa fin. extra de deſpon. impub. & habetur in c. fin. & in c. continebatur, eod. tit. & per Cyn. in l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſtam. & per gloſſ. Bartol. & alios Doctor. in l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis caut. & in l. ab hoſtibus, §. ſed quid ſimpliciter, ff. ex quibus cauſa maio. & in l. cum furti. ff. de iur. iurand. cum ſimilibus.* Tamen ſecundum omnes reſecatur ad modicum, *argument. in l. hac adiectio. ff. de verbor. ſignificat.* Sed dubium ſolum ſtat in hoc, quantum ſit iſtud modicum, in quo variæ ſunt opiniones, vt habetur in dictis iuribus. Sed ego teneo, quod ſit arbitrarium, ex quo lex expreſſe hoc non declarat, *per l. 1. in fin. ff. de iure deliber. & hoc tenet gloſſ. & Bartol. in dict. l. & ſi poſt tres. qui allegat l. ſi ita quis, §. Seia cauit. in fin. ff. de verbor. obliga. & ego allego etiam c. de cauſis, extra de offic. deleg. & text. cum gloſſ. in verbo celeri-*
33 *ter. in cap. non eſt, extra de regula.* † Item quia omnia iura, quæ non ſunt iure ſcripto taxata, iudicis arbitrio relinquuntur, *vt c. fin. de tranſact. vt dicit gl. fin. in c. finem litibus, extra de dol. & contu. facit l. 1. §. expilatores, ff. de effractlo. & expila. & l. metus, in fine. ff. ex quibus cau. maior. & quod not. per gloſſ. & Doctor. in cap. potuit, extra de loca. cum ſimilibus.* Quomodo autem iudex debeat arbitrari, *Bartol. in dict. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau.* dicit habita conſideratione perſonarum & locorum, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat.* ſed in omni modu ſpatium duorum vel trium annorum in 20. annis, non debet verificari: quia non eſt modicum. Et puto quod iudex debeat conſiderare conditionem Titii patris, & actum quem geſſit, ſi eſt veriſimile quod in ætate filii potuerit errare in tribus annis, quod profecto nunquam arbitror. Tamen quando venit ad alium actum legitimationis præparatus: & fecit fieri inſtrumentum ſolemne, vt apparet ex eo, & appoſuit ætatem omnium filiorum. Vnde, quia deliberate hoc dixiſſe præſumitur, *iuxta not. in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condit. inſtit.* non putarem ipſum intellexiſſe per verbum circa de tribus aut duobus annis. Sed de vno anno tãtum, & etiam de minori tempore: quia ita mihi ſuaderent prædictæ circumſtantiæ, *argum. d. l. continuus, § cum ita, ff. de verb. oblig. cum ſim.*

34 Circa † ſextum dubium principale, an dicta legitimatio ſit nulla, vel ſaltem ſit annullanda, ex eo quod ipſe Titius pater tacuit de duplicitate defectus, quod ſi filii eſſent inceſtuoſi & adulterini præſupponendo quod ſit probatum, quod habebat vxorem Titius tempore conceptionis & natiuitatis dictorum filiorum vel alterius eorum, & teneo quod ex quo tacuit ſe habuiſſe vxorem, & ſic filios natos fuiſſe ex adulterio, quod non valet legitimatio, ex quo non expreſſit veritatem, quam ſi expreſſiſſet, veriſimiliter forte nõ legitimaſſet, *per c. ſuper literis, cum ibi nota. extra de reſcript. & l. præſcriptione, & l. & ſi legibus, cum ibi nota. Cod. ſi contra ius vel vti.* Et quod non ita faciliter legitimaſſet, quando eſt maius vitium vel duplicatum, tamen Antonius de Butrio, *in cap. per venerabilem, in 28. colum. verſic. nunc deſcẽdo ad ſecundum. extra qui fil. ſit legitim.* imo plus etiam ſi eſſet clauſula generalis. Sed opus eſt, quod de ſingulis defectibus faciat mentionem, *vt not. allegauit Bald. in l. prima, C. de furtis.* Et quod legitimatio non valet, ſi quis dicit ſe ſpurium cum ſit duplicatus niſi hoc exprimat, tamen Ioan. Andr. *in additio. Specul. in titul. qui fil. ſint legitim.* quomodo ſi vnus quem ſequitur Antonius de Butrio, *in dicto capitul. per venerabilem, in 28. colum. & Dominus Antonius de Roſel. in ſuo tractatu legitimationum, in 2. lib. in titul. de cauſa formali. in 3. quæſt. allegat c. non poteſt, de præben. in 6. & l. vim paſſam. §. præſcriptione, ff. de adulter. & per hoc faciunt ea quæ dixi ſupra in ſecundo dubio principali. Et idem tenet Bald. in l. eam quam, in 8. colum. in verſic. ſed pone quidam, C. de fideicommiſſis, & Ludouic. de Roma. in l. ſi non, §. de viso. in 31. fallentia in verſicu. quinto probatur, ff. ſolut. matrimon. qui allegat Oldradum etiam hoc tenere in conſilio ſuo 49. Et idem tenet Iacob. de Aluarot. in c. naturales, in penultim. colum. in fin. in tit. ſi de feud. fuer. controuer. reprobando Bald. ibi qui videtur tenere contrarium, & ſimiliter tenet in l. Paulus, in fin. ff. de ſtat. hom.* qui etiam poteſt ſaluari: vt non loquatur de duplicitate defectus, ſed ſolum quando eſt vnus tantũ, quia ſpurius, ſed nõ declarauit qualitatem, quod tamen non firmo verum eſſe, quia non eſt caſus noſter. Sed vbi eſt duplicitas defectus, & vnum tantum expreſſit, teneo indiſtincte nõ valere legitimationem per prædicta. Et hanc partem tenet Paulus de Caſtr. in conſilio ſuo. 228. in vltimo, quando fuit expreſſus vnus defectus & alius omiſſus, vt fuit in caſu noſtro: & hoc maxime eſt verũ in caſu noſtro, in quo nedum tacuit adulterium, ſed etiam expreſſit falſitatem, dicendo ſe eſſe ſolutum, vt dixi in principali dubio præcedent.

Circa ſeptimum principale, an dicta legitimatio ſit nulla ex eo, quod non expreſſit Titius pater habere duas filias legitimas & naturales, vel Sempronium filium legitimum & naturalem, & teneo quod ſic, quia poteſt eſſe quod Comes ſi ſciuiſſet Titum habere vltra filium Sempronium etiam duas filias, quæ deberent concurrere cum fratre ſuo legitimo, vel ſaltem dotari de bonis paternis, illos duos filios inceſtuoſos non legitimaſſet, ſicut fecit: taciturnitas ergo videtur cauſa magis inductiua ad legitimandum, *argum. §. ſi quis ergo filios non habens, in auth. quibus modis naturales effic. ſui. Et ita tenet Anton. de Butr. in cap. per venerabilem in 30. colum. verſicul.* credo tamen quod non valeret legitimatio, &c. qui dicit ita tenuiſſe Vbertum de Bobio etiam de agnatis, ſi de eis non fuit facta mentio, *vt recitat Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de ſucceſſ. ab inteſta. §. in verſicul. item ſi ias, qui licet loquatur poſt mortem patris,* tamen Dominus Antonius, ibi dicit idem ſi in vita patris fiat legitimatio: & quod legitimatio non facta mentione de aliis filiis non valeat, tenet Paulus de Caſtro, *in conſilio ſuo 220. in verſicul. 2.* ratio, quare poteſt impugnari, *& idem tenet Anton. de Roſel. in ſuo tractatu legitimationum, in 2. libr. in tit. de cauſa formali. in 2. quæſt. & idem tenet Iacob. de Zochu in cap. per venerabilem, in 14. colum. extra qui filij ſint legit. facit l. quia in prouincia. §. diuus, de ritu nup.* ibi numero liberorum noſtrorum, & melius etiam facit, *l. cum ratio. §. ſi plures, ff. de bonis damn. & l. filia, in fine.* ibi ex numero liberorũ, *ff. de leg. 3. Item pro hoc facit quod not. Angr. in l. filia licet, C. de collat.* qui dicit, quod qñ filius

itet ad

iret ad ſtudium non miſſus à patre, ſi pater mittit ſibi libros, & poſtea Doctor efficitur, præſumitur feciſſe animo donandi; tamen ſi habet ſecundam ſobolem & numerum liberorum, ceſſat iſta præſumptio, quia non eſt veriſimile, patrem, qui habet tot filios, voluiſſe eos depauperare, & donare ſtodenti. Et poteſt aſſignari ratio, quia nihil eſt adeo magnum, quod ſi in plures diuidatur partes, non fiat quaſi nihil, *vt not. gl. in auth. vt iud. ſine quoque ſuffrag. §. 1. in verſ. ſufficere*, & maxime, quia cum dotabuntur filiæ, minor dos eis daretur per numerum liberorum ſuccedentium, *per l. filia, de liber. & poſthu.* vbi Bart. & ideo non eſt veriſimile, Comitem voluiſſe legitimare dictos duos filios in præiudicium illarum filiarum, de quibus nulla fuit habita mentio.

Circa octauum & vltimum dubium principale, an ſit præſcriptū ius adeundi, quod potuiſſet competere dictis filiis legitimatis, ſi fuiſſet legitimatio legitime facta, & in hoc aduertendum, quia præſupponitur, quod filius legitimus & naturalis tenuit & poſſedit dictam hæreditatem per quadraginta quatuor annos illis legitimatis ſcientibus præſentibus, & non contradicentibus, neque adeuntibus hæreditatem paternam. Item præſupponitur, quod dicti legitimati ante legitimationem fuerunt inſtituti in teſtamento patris. Ex quibus videtur dicendum, quod licet eſſent excluſi legitimati à iure adeundi ex teſtamento per triginta annos, ſecundum communem opinionem, *de qua habetur in l. licet, & in l. cum antiquioribus, C. de iure deliber.* tamen infra alios triginta annos poſſunt adhuc ab inteſtato, quia quamdiu eſt locus cauſæ teſtati, non habet locum cauſa inteſtati, *vt l. quamdiu, 1. & 2. ff. de acquir. haredit. & l. antequam, C. communia de ſucceſſ.* Et ſic infra ſexaginta annos potuerunt adire, *& ita ſimpliciter tenet Paul. de Caſtr. in l. quamdiu, 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. Pantonius, in 3. col. ad fin. eod. tit. & in l. licet, in fin. C. de iure deliber. & fuit de mente Bart. in conſil. ſuo 325.* quod incipit: Quidam habens vxorem. Sed tamen his non obſtantibus teneo, quod lapſis triginta annis ſit excluſus à iure adeundi, & ex teſtamento & ab inteſtato. Ex teſtamento enim ſunt excluſi non propter præſcriptionem; ſed quia erant incapaces tempore teſtamenti: nec efficiuntur capaces ſuperueniente legitimatione, ex quo in teſtamento de eis facta ab initio fuit nulla, vt dixi ſupra in quarto dubio principali. Et ideo quantum ad eos, nunquam fuit locus ſucceſſioni ex teſtamento. Si ergo eis fuit locus ſucceſſioni ab inteſtato incipienti: In continenti poſt mortem teſtatoris, quæ fuit, iam ſunt 44. anni; ergo eſt præſcriptum iuri adeundi per prædictum, nec obſtat regula, *l. quamdiu, ff. de acquir. hared.* quia intelligitur, quando inſtitutus fuiſſet capax ex teſtamento, *vt dixi, & probatur in l. antequam, in verbo capax, C. communia de ſucceſſ.*

Et ita dico & conſulo, vt ſupra, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona.

F I N I S.

CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM
D. BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ VERONENSIS;

I. C. CELEBERRIMI, COMITIS PALATINI, EQVITIS AVREATI, ADVOCATI CONSISTORIALIS, & in Gymnaſio Patauino Iuris interpretis acutiſſimi & præſtantiſſimi;

LIBER SECVNDVS.

Nunquam antea in lucem editus;

ET A DONATO SALVTELLO I. C. VERONENSI EX ipſiuſmet Clariſſimi Cæpollæ manuſcriptis collectus, ac ſummariis & annotationibus nouiſſimè auctus.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



Cum Gratia & Priuilegio S. Cæſareæ Maieſtatis ad decennium.

FRANCOFORTI

Ex officina Typographica Ioannis Lechleri, impenſis Nicolai Baſſæi.

M. D. XCIX.

AMPLISSIMO GRAVISSIMOQVE CLARISSIMORVM D.D. IVRECONSVLTORVM COLLEGIO MAGNIFICæ Inclytæq; ciuitatis Veronæ;

DONATVS SALVTELLVS I. V. D.
S. D.

NEMO eſt P. C. ita à Muſis alienus, ac mentis & rationis expers, qui diffiteri audeat, magnam eſſe totius Iuriſprudentiæ dignitatem atque amplitudinem, magnam itidem eius vtilitatem, eamq́. ad omnes humanæ vitæ ſocietatisq́. partes latiſſimè ita ſeſe diffundere; vt igne & aqua vix pluribus locis, quam ea vti nobis neceſſe ſit: Etenim ſi ea vrbium & populorum gubernatores, totiusq́. fere orbis rectores & Principes vtuntur; & hos ſupra reliquum vulgus eminere, & illuſtriore loco ſitos eſſe oportet, vt ipſa authoritatis ſpecie à contemptu vindicentur, & inferiores in ordine continere queant: hinc omnino effici neceſſe eſt, quæ ſcientia homines ad imperandum apti reddantur: eam cæteras omnibus dignitate, & excellentia præſtare: vt non immerito architectonices rationem quandam habere videatur, cui finis potiſsimus, & præſtantiſſimus eſt propoſitus cuiq́., cætera quodammodo ancillantur, & ſubſeruiunt: Vſum porro & vtilitatem ſi quis paucis comprehendi, & ſibi explicari poſtulet, in hanc facilem compendiariamq́. ſummam rem totam rediget: quando nihil optabilius, aut vtilius pace & quiete homines habent; vt eam cum adepti ſunt, & illa tutò frui poſſe confidunt, ſe demum beatos eſſe exiſtiment; profectò quæ diſciplina ad pacem tum conciliandam, tum ſeruandam aptiſſima ſit, eam ſine vlla dubitatione omnium vtiliſſimam ſtatuere debeamus, ſi rectè de rebus iudicare velimus. Iam verò pax & quies non aliter in rebus humanis conſtitui, retinériq́. poteſt, niſi omnis contentionis, querimoniæ, & rixæ anſa præcidatur, niſi ſua quiſque ſorte, & ſuis fortunis contentus viuat: Quod cum non aliter obtineri poſsit, niſi cum ſibi quiſque nihil ab alio ademptum eſſe ſentit; & viciſſim nullius alteri illatæ iniuriæ conſcius eſt, ſit omnino, vt excellentiſſima illa iuſti, & iniuſti ſcientia, quæ ius ſuum cuiq́. tribuendi perpetuam, & conſtantem voluntatem docet, ſui vtilitate & cæteras ſcientias ſuperare videatur, & animos hominum ad ſui cognitionem allicere debeat. Præterea cum duplex ſcientiæ huius ratio iam in vſum vitæ recepta ſit, vna quæ ſcholarum ferè propria eſt; altera fori ac iudiciorum; nihil tamen ad authoritatem; & vtilitatem præſtabilius eſſe videtur ea parte, qua particulares hominum lites, ac multiplici nexu inuolutæ quæſtiones, quæ quotidie in foro occurrunt; conſulendo, aut de iure reſpondendo dirimuntur; Vtpotè quòd interpretandi ratio in ſola ferè cognitione conſiſtat; hæc verò in actione, quæ tanquàm finis, cognitione ipſa excellentior exiſtit: Cum præcipuè etſi tot leges à priſcis illis Iureconſultis & Imperatoribus conſcriptæ, atq́. à Municipibus vbiq́. gentium fixæ atq́. refixæ ſint; attamen, cum omnia lege comprehendere non ſit humanæ mentis; nec quicquàm ita diligenter, ac tanta cum prouidentia ſcribi poſsit, quod omnes caſus, qui quandoque incidant, continere videatur; quamplurima ac propemodum infinita ſunt, nulla lege diffinita, quæ à Iuriſprudentibus ſolum ex aliarum legum caſuumq́. ſimilitudine, ratione, & æquitate dimetienda, & terminanda veniunt: in quo ſanè eos, qui de iure reſponderunt præcipuè & enixè elaboraſſe nemo eſt, qui neſciat. Hos inter etſi multi ſunt, qui in huiuſmodi ſcribendi genere claruerunt: Bartholomeũ tamen Capollam Veronenſem I. C. celeberrimum atq́. Clariſs. valdè excelluiſſe conſtat; Ille enim permulta ac penè infinità in Iure conſcripſit, partim edita, partim Deo auxiliante, ac vobis fauentibus, Patres optimi, edenda: quæ miram illius doctrinam, ingenij acumen, probitatem, animiq́. ſinceritatem teſtantur. Sed hæc cùm magna ſint & præclara, tùm multò vberius ſe proferunt in Iu-

ris reſponſis, ſiue (vt forenſi & recepto vtar verbo) conſilijs, quæ dum ad illum tanquam ad Iuris oraculum ex totius Europæ finibus non modo priuati litigantes, ſed & ſummi Principes confugiebant; doctè, præclarè, atq; ingenuè reddidit: Ex his, vir omnium virtutum cumulatiſſimus, cum eam Iuſtitiæ partem abſolutam, ac perfectam virtutem eſſe, quæ non ſimpliciter ad ſua, verum & ad aliorum commoda referatur, cogitaret & contemplaretur, multa in vnum hominibus communicanda, & in publicum edenda collegerat: ſed cum nimium intempeſtiua morte fuerit præuentus, non modo hæc ſed & alia maiora & vberiora, quæ ex tanti viri doctrina, ingenio, & ſolertia euentura fuiſſent, nobis fuerunt præcepta; Duo tamen ex eius iam collectis ac manu propria conſcriptis reſponſis volumina, neſcio à quo, fuerunt edita: alterum ad ciuilem, alterum ad criminalem materiam ſpectans, quæ apud omnes ſummo in precio haberi, & cunctis ſemper eſſe præ manibus notiſſimum eſt: Cætera autem reſponſa quæ plura ſunt, & eandem doctrinam, ingenij lumen, veritatisq́; ſpecimen, & maiora præ ſe ferunt; temporis iniuria in tenebris huiusq́; tineis corrodenda iacuerunt: ſed tandem Dei optimi Maximi beneficio factum eſt, vt ad manus per illuſtris Comitis, I. C. Clariſſimi Camilli Capellæ peruenerint, qui ea, qua propenſus eſt erga omnes humanitate; hæc diutius hominibus deberi, non eſt paſſus, ac tantam iniuriam tantamq; iacturam patriam hanc tanti alumni noſtrùmq́; omnium communem parentem Iurisq; ſtudioſos omnes ſubire noluit.

Ac quamuis ea pro ſuis, vt aliqui faciunt, facillimè edere potuiſſet; cum tamen ex aliorum laboribus ſibi famam parere, nec velit, nec opus habeat (cum præcipuè eruditione, iudicio, virtute, rerum omnium experientia, perfecta ſolidaq́; gloria vndiq; tùm domi tum foris reluceat, atque perfulgeat) illa ſub ipſius Capellæ nomine quamprimum edenda atq; imprimenda curauit: Quoniam verò ordine, ſummarijs, multisq; alijs indigebant, & vir ille Clariſſimus ingraueſcente iam ætate, & aſſiduis grauiſſimisq́; negocijs diſtrictus hæc perficere non poterat: hoc maximum onus, ac meis viribus fortaſſe impar mihi demandare dignatus eſt; In quo curando quantum profecerim, quantumque laboris ſuſtinuerim, maxime in Annotationibus adiungendis, vt vberior eſſet eorum vſus, ex ſimilibusque aliarum traditionibus, auctoris excellentia dignoſceretur, veſtrum fuerit iudicium. Cum verò forenſia negocia, in quibus continuè verſor, non patiantur, vt omnia reſponſa vno & eodem tempore concinnentur, & in lucem emittantur, hæc (quæ tamen librarij culpa, pauciora ſunt, quàm iuſtum volumen decebat, ac prius in mentem propoſueram) pro nunc edere, & veſtro nomini, Ampliſſimi ac Præſtantiſſimi Patres, dicare decreui: huius autem mei inſtituti pluribus rationibus, quas in medium proferre poſſem, omiſſis, tres cæteris potiores afferam, quòd alteri eadem dicenda non eſſent; quarum prima eſt, quòd cum ille in hoc ſacroſanctum Collegium cooptatus fuerit; huic tanquàm illius doctrinæ, vt ita dicam, architecto, & parenti, eiuſdem opera offerenda & ſacranda erant, vt illuc, vnde emanarant, redirent. Altera hæc eſt, quòd Iuriſconſulti ſcripta nulli magis adiudicanda erant, quam Clariſſimo huic veſtro ordini; quod ſanctum Iuris atq; Iuſtitiæ Aſylum, omnis prudentiæ, & ſapientiæ eximium ſpecimen, totiusq; eruditionis ſplendidiſſimum lumen omnes eſſe fatentur; ad quod pro vera Iuris interpretatione, obſtruſarumq́; quæſtionum diſſolutione non modò tota hæc ciuitas, quæ hoc vnum collegium veluti præcipuum ſui decus, & ornamentum, intuetur, ac veneratur; ſed & exteræ gentes tanquàm ad Pythium Apollinem recurrunt, atq; confugiunt. Alia fuit huius mea dedicationis ratio, vt aliqua mea erga vos omnes propenſa obſeruantiæ ſignificatio illuceſceret; & vt ego veſtra ſumma beneuolentia, quam Dei, & veſtrum omnium auſpicio experiri cœpi, non omnino indignus diiudicarer. Hæc ergò veſtro celeberrimo nomini inſcripta, Patres grauiſſimi, grato benignoq́; animo complectimini, & mihi ad cæterorum reſponſorum editionem perficiendam, atq; ad maiora deinceps veſtro fauore ſuſcipienda, animos addere non dedignemini. Valete. Veronæ Kalend. Auguſt. Anno M. D. XCIIX.

BAR-

BARTHOLOMÆI CÆPOLLAE VERONENSIS

I. C. CELEBERRIMI, COMITIS PALATINI, EQVITIS AVREATI, ADVOCATI CONSISTORIALIS, & in Gymnaſio Patauino Iuris interpretis longè ſubtiliſſimi;

Conſiliorum ſeu Reſponſorum Ciuilium;

LIBER SECVNDVS.

Nunc primùm in lucem editus:

Et à DONATO SALVTELLO *I. C. Veronenſi ex ipſiuſmet clariſſimi Cæpollæ manuſcriptis collectus, ac ſummariis, & annotationibus auctus.*



CONSILIVM I.

ARGVMENTVM.

An nepos legitimus & naturalis ex fratre inceſtuoſo ſuccedere poſſit patruo ſuo pariter inceſtuoſo, filiis illegitimis excluſis?

SVMMARIA.

1 *Natus ex conſobrina, dicitur inceſtuoſus.*

2 *Filij illegitimi nati ex damnato coitu patri ſuo etiam inceſtuoſo ſuccedere non poſſunt, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato.*

3 *Filij omnes nati ex coitu, qui accuſari poteſt, patri ſuo non ſuccedunt.*

4 *Fratres inceſtuoſi etiam ex eodem patre ſibi inuicem non ſuccedunt, quia inter eos nulla eſt agnatio, cognatio, vel affinitas.*

5 *Cognatio vel affinitas per illicitum coitum contrahitur, quò ad impediendum matrimonium, non quò ad ſucceſſionem, & num. 23.*

 6 *Intel-*

6 *Intellectus l. hac parte. l. ſi ſpurius, & l. Modeſti nus. ff. vnde cognati.*

7 *An, ſicut frater inceſtuoſus fratri pariter inceſtuoſo ſuccedere non poteſt, ita filius legitimus & naturalis ex altero eorum patruo ſuccedere poßit, & num. 13. & 29.*

8 *Illegitimi vitium quod eſt in patre, non nocet filio, etiam quò ad ſuccedendum auo, niſi extaret legitima ſoboles, & num. 31.*

9 *Filius deportatus licet ſuccedere non poßit, non nocet nepoti.*

10 *Filius hæreticus non obſtat nepoti orthodoxo in ſucceſſione.*

11 *Culpa patris, per quam filius eſt exhæredatus, filio non nocet.*

12 *Macula patris regulariter filio non obeſt in his, quæ per filium patri non quæruntur, & num. 25. & 32.*

14 *Intellectus l. vltima in pen. reſponſo, C. de natural. liberis, & num. 30.*

15 *Ex ſeparatis non fit bona illatio.*

16 *Vt quis ab inteſtato ſuccedere poßit, oportet, quod ſit agnatus vel cognatus, aut ex perſonis numeratis, in l. 1. C. vnde vir & vxor.*

17 *Spurius non eſt agnatus fratri patris ſui, nec eius filius, & num. 24.*

18 *Iura conſanguinitatis & agnationis à patre procedunt.*

19 *Intellectus l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati, & num. 26.*

20 *Dictio &, poteſt exponi pro id eſt.*

21 *Cognatio ex linea materna non paterna deſcendit.*

22 *Cognatio eſſe non poteſt, vbi nuptiæ prohibitæ ſunt.*

27 *Nati ex damnato coitu auo vel auia non ſuccedunt ab inteſtato, quoties eis extant legitimi filij.*

28 *Nepos legitimus ex filio ſpurio auiæ ſuccedit, quando filius & eius pater matri ſuccedere poterat.*

29 *Filij illegitimi patri inceſtuoſo non ſuccedunt.*

1 IN CHRISTI nomine, ac
inuocata Spiritus ſancti gra-
tia. † Præmitto primò pro
intelligentia, quòd dictus
Ioannes erat inceſtuoſus,
quia natus ex conſobrina, &
ex linea collaterali ſibi con-
iuncta, *vt Inſtitut. de nuptijs. §.
ergò, & l. ſi adulterium cum inceſtu, in princ. ff. de adult.
& l. ſi quis inceſti. C. de inceſtis nupt. & not. gloſſ. in authent. de inceſtis nuptijs. §. 1. quæ incip. hoc generale eſt. &
not. Dyn. in ſuo tractatu de ſucceßionibus ab inteſtato, in
penult. colum. in princ. & not. per Doctores in cap. niſi cum
pridem, extra de renunciatione, & in cap. tanta, qui filij*
2 *ſint legitimi.* † Secundò præmitto, quod filii ille-
gitimi nati ex damnato coitu ipſius Ioannis ince-
ſtuoſi, patri ſuo ſuccedere non poſſunt, nec ex te-
ſtamento, nec ab inteſtato. *l. fin. C. de naturalibus li-
beris. & l. ſi quis inceſti. & authent. ex complexu. C. de inceſtis nuptijs. & in authent. quibus modis naturales effic. ſui.
§. fin. & not. gloſſ. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphicianum.*
3 † quæ dicit, non ſuccedere hominem illum, qui
ex tali natus eſt, qui poteſt accuſari, vt adulterini,
inceſtuoſi, & nefarii, allegat *d. § fin.* & hoc etiam te-
net Bartol. *in l. fin. ſi generi, in 1. colum. in fin. ff. de his qui-
bus vt indigni. & Speculat. in titul. de ſucceſſio. ab inteſtato. §. 1. verſic. ſed nunquid ſpurij. verſic. ſed an nati ex damnato coitu.* & hoc ſentit Cynus *in authent. itaque. C.
communia de ſucceßionibus*, & facit optimè quod not.
Angel. *in l. fin. in vltim. colum. verſic. ſed ſi poneremus. C.*
4 *de naturalibus liberis.* † Tertiò præmitto, quod Si-
mon inceſtuoſus non potuit ſuccedere dicto Ioan-
ni fratri ſuo inceſtuoſo, licet ſint nati ex eodem pa-
tre: quia inter eos nulla eſt agnatio, vel ius agna-
tionis, *vt l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati.* Nec etiam vlla eſt
cognatio vel affinitas, ex quo nati ſunt ex coitu da-
mnato & à iure prohibito, *vt probatur in l. non facile.*
5 *§. ſciendum. ff. de gradibus.* † Nec obſtat, ſi dicatur, i-
mo etiam per illicitum coitum contrahitur cogna-
tio, *vt in cap. per tuas, extra de probationibus.* & affini-
tas, *vt in cap. diſcrepationem, & cap. penult. extra de eo,
qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. & not. in arbore
conſanguinitatis & affinitatis. & per gloſſ. in dicta l. non
facile. §. affines. ff. de gradibus.* quia illa iura procedunt
de iure canonico, quò ad impediendum matrimo-
nium, non autem quantum ad ſucceſſionem. *Et
hoc ſentit gloſſ. in dicta l. non facile. §. affines*, dum di-
cit, quòd affinitas contrahitur per licitas nuptias,
per dictum §. ſciendum. ſed ſecundum canones et-
iam per fornicationem: & etiam, quò ad quid ſe-
cundum leges. *l. & nihil. ff. de ritu nupt.* quæ loqui-
tur de matrimonio prohibito propter illicitum
6 coitum. † Nec obſtat *l. hac parte, & l. ſi ſpurius, & l.
Modeſtinus. ff. vnde cognati*, quia illa iura loquuntur in
natis ex coitu non damnato, *vt tenet Cynus in l. fin. in
fin. C. de naturalibus liberis.* Vel ſecundo poteſt re-
ſponderi, quod loquuntur ibi in coniunctis per li-
neam maternam, ſecus in coniunctis per lineam
paternam, ſicut eſt in caſu noſtro, vt tenet Cynus
in l. ſi qua illuſtris, in 2. quæſt. C. ad Orphicianum. & in authent. itaque, poſt medium. C. communia de ſucceßionibus.
Et ita tenet Dominus meus Antonius de Roſellis
in tractatu conſanguinitatis, in 10. colum. & ſentit Paul.
de Caſtr. *in l. Gallus. §. quid ſi is, in fin. ff. de liberis & poſt-*
7 *humis.* † His itaque præmiſſis, venio ad deciſio-
nem principalis quæſtionis, quæ eſt: An ſicut Io-
annes inceſtuoſus non poteſt ſuccedere ab inteſta-
to Simoni inceſtuoſo fratri ſuo vtrinque coniun-
cto: an ſimiliter dictus Inginulphus filius legitimus
& naturalis ipſius Simonis ſit prohibitus, ſuccede-
re ab inteſtato Ioanni inceſtuoſo fratri patris ſui,
vel non. Et prima facie videtur, quod poſſit ſucce-
dere: quia licet Simon pater ſuus non poſſit ſucce-
dere, vt proximè dixi, tamen tale vitium non vide-
tur nocere filio, niſi extarent filii Ioannis defuncti,
qui eſſent legitimi & naturales, *arg. l. fin. C. de natura-*
8 *libus liberis*; † vbi dicitur, quod vitium illegitimita-
tis, quod eſt in patre, non nocet filiis, etiam quò ad
ſuccedendum auo, niſi extaret legitima ſoboles,
ſed hic non extat, ergò non debet nocere filio; &
ratio huius poteſt eſſe, quia regulariter non repel-
litur alius à ſucceſſione, quàm is ſolus, qui natus eſt
ex coitu, qui poterat accuſari, & ideo non ſubmo-
uetur à ſucceſſione alterius, quàm matris: & ideo
alius ſuccedit, *vt dicta l. fin.* quæ extendit prohibitio-
nem filii naturalis in nepotes, quando extat legiti-
ma ſoboles: & ita tenet Antonius Roſellus *in d. tra-*

ctatu

ctatu conſanguinitatis in 10.colum. qui dicit quod iſtam
opinionem approbant communiter Doct. Item
hoc etiam aprobatur, nam defectus patris ita de-
mum influit in filium, & deſcendentes: quando id
quod eſt ex perſona patris deuenit in filium: non
autem in his quæ filius aliũde haberet. vt l.3. ff.de in-
terdictis & relegatis. Sed iſte Inginulphus vult ſucce-
dere dicto Ioanni patruo ſuo ex perſona ſua & non
ex perſona patris ſui; ergo non videtur obſtare de-
9 fectus patris. vt dicta l.3. † Et hoc videtur etiam pro-
bari in ſimili, quia licet filius deportatus non poſ-
ſit ſuccedere. l.1. cum ibi not. C. de hered. inſtit. Tamen
non obſtat nepoti l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff de li-
10 beris & poſthum. † Item filius hæreticus non obeſt
nepoti orthodoxo, l. cognouimus. & auth. idem in Ne-
11 ſtorianis. Cod. de Hæreticis. † Item, quia culpa patris
per quam eſt exhæredatus non nocet nepoti, l. 3.
§. ſi emancipatus. ff. de tabulis. & l. ſi quis filium. Cod. de in-
12 offic. teſtam. † Item, quia macula patris regulariter
non nocet filio in his quæ per filium patri non ac-
quiruntur. l. diui fratres. ff. de liber. cauſa. & in l. diuo
Marco. C. de quæſtionibus, & dicta l.3. ff. de interdictis &
& releg. & l. qui contra legem, cum ibi notat. ff. de iure pa-
tronatus. & notat. per Bart. & alios in l. Gallus. §. quid
13 ſi n. ff. de liber. & poſthum. † Sed iſtis non obſtantibus
a contrarium eſt de iure verius, videlicet, quod di-
ctus Inginulphus non poſſit ſuccedere dicto Ioan-
ni inceſtuoſo fratri patris ſui ſimiliter inceſtuoſi.
Nam cum pater ſuus non poſſit ſuccedere, quia in-
ceſtuoſus, ſimiliter non poteſt Inginulphus eius fi-
lius licet ipſe ſit legitimus & naturalis, ſuccedere ab
inteſtato d. Ioanni. vt eſt caſus in l. fi. in pe. reſponſo. ibi.
Iura etenim ab inteſtato in aui ſucceſſione nemini
eorum penitus aperimus. C. de natur. liber. & ita te-
net ſolemnis Doctor D. Matthæus de Mateſilanis
in ſuo tractatu de ſucceſſionibus ab inteſtato in 7. col. circa
fi. qui dicit, quod filius legitimus & naturalis etiam
prouentus ex filio naturali tantũ non poteſt auo pa-
terno ab inteſtato ſuccedere per d. l. fin. in fin. & dicit
quod illa lex hodie remanet incorrecta. vt in §. ne-
potibus in auth. quib. mod. natur. effi. ſui. quod dicit eſſe
bene notandũ: quia multi dixerunt contrarium, in-
ter quos videtur eſſe gl. in verbo diſpoſita ſunt. & Dy. in
tractatu de ſucceſſionibus ab inteſtato in 2. col. in verſ. &
quod dixi de filiis, videtur ſentire, quod in illis caſi-
bus in quibus naturales liberi poſſunt ſuccedere ab
inteſtato, poſſũt nepotes naturales liberi ſuccedere
pariter ab inteſtato auo ſuo. Sed opinio dicti Do-
mini Matthæi verior eſt: quia nõ reperitur iure cau
tum, quod ſuccedere poſſit, imo reperitur contra-
riũ in d. l. fi. in pen. reſponſo. C. de naturalib. liberis. & pro-
batur in auth. quib. mo. natur. effi. ſui. §. filium verò in verſ.
14 nullum tamen habere participationem. † Nec obſtat, ſi
dicatur d. l. fin. loquitur de nepote, an ſuccedat auo,
nos vero loquimur an filius fratris ſuccedit, & ſic de
15 ſucceſſione tranſuerſalium, † & ex ſeparatis non vi-
detur fieri bona illatio. l. Papinianus exuli in prin. ff. de
min. & l. fi. ff. de calumniato: & maxime cum videatur
eſſe diuerſa ratio quando tractatur de ſucceſſione
aſcendentium, quàm quando tractatur de ſucceſ-
ſione collateralium, quia maior ratio prohibitoris
videtur eſſe in ſucceſſione aſcendentium, vt refre-
netur vitium libidinis paternum, argumento di-
ctæ l. fin. circa medium ibi, quia vitium paternum re-
frænandum exiſtimauerunt. C. de naturalibus libe-
ris. Quia reſpondetur quod imo idem iuris eſt in
hæreditate collateralium, quæ eſt in hæreditate a-
ui, vt probatur in dicto §. filium verò. Nec eſt maior ra-
tio in ſucceſſione aſcendentium, imo eadem vel
forte minor; quia ſi nõ ſuccedit auo, multo minus
debet ſuccedere patruo, arg. tex. in auth. de hered. quæ
ab inteſtato deferuntur. §. 1. Nec eſt verum, quod in ne-
pote ſit ratio refrenandi libidinem, ſed in filio tan-
tùm, vt probatur in dicta l. fi. quæ extendit illam pro-
hibitionem ſucceſſionis ad nepotes quando ex-
tat legitima ſoboles, ſed vbi non extat, vt in caſu
noſtro, ſecus eſt. Præterea illa l. loquitur de ſucceſ-
ſione ex teſtamento, ſed ab inteſtato omnino non
ſuccedit filius aut nepos etiam legitimus & natura-
16 lis ex filio naturali, vt d. l. fi. in pen. reſponſo. † Secundo
principaliter hoc probatur: nam ad hoc vt aliquis
poſſit ſuccedere ab inteſtato, vel de iure ciuili, vel
de iure prætorio per bonorum poſſ. oportet quod
ſit agnatus vel cognatus, vel vir aut vxor. vt l. 1. C. vn-
de vir & vxor. & l. 1. in princ. ff. ſi tabulæ teſtamenti nul-
læ extabunt; vel quod ſint de perſonis enumeratis
per gl. & Doct. in d. l. 1. C. vnde vir & vxor. & in toto titul.
Cod. de hered. decurionum, cum ſimilibus. Sed in caſu
noſtro dictus Inginulphus non eſt agnatus, vel co-
gnatus, nec de aliis perſonis ſupra enumeratis, er-
17 go ab inteſtato non poteſt ſuccedere. † Quod au-
tem non ſit agnatus fratri patris ſui, probatur aper-
tè. in l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati; vbi dicitur quod ſi
ſpurius inteſtatus moritur iure conſanguinitatis,
aut agnationis, hæreditas eius ad nullum pertinet.
& gl. 1. ibi exponit conſanguinitatis & agnationis,
pro, id eſt, agnationis, quia capitur ibi conſangui-
18 nitas pro agnatione, & ſubditur ibi ratio, † quia iu-
ra conſanguinitatis & agnationis eius à patre ori-
untur. vt Inſtit. de legi. agnatorum tu. §. 1. & Inſti-
19 tut. de legitima agnatorum ſucceſſione. §. 1. † ſed ego
aliter intelligo illum tex. in l. ſi ſpurius, quàm gl. dum
exponit &, pro, id eſt, quaſi idem ſignificet verbum
conſanguinitatis, quod verbum agnationis, quia
iſta expoſitio violat literam, & maximè quia vbi
primo dixit conſanguinitatis & agnationis, poſtea
20 dicit conſanguinitatis itemque agnationis. † Vnde
licet dictio & poſſit exponi pro, id eſt, vt not. gloſſ. in
l. 1. in princ. in verb. conſenſus. ff. de pactis. tamen dictio,
Itemq; non reciperet talem expoſitionem. Et ideo
ego intelligo illum tex. dum dicit conſanguinitatis,
id eſt, agnationis quæ comprehendit ſolum fratres
ex eodem patre natos, qui agnati ſunt & cõſangui-
nei, quia ex eodem ſanguine nati ſunt; & dum poſt-
ea ſubdit agnationis, intelligo de aliis agnatis vl-
terioribus vltra fratres; vt probatur per text. con-
iuncta gloſſ. in verbo conſanguinei, Inſtitut. de legitim. a-
gnat. ſucceſſ. §. 1. & in l. 2. in princ. ff. de ſuis & legitim.
21 † Item, quod non ſit cognatus probatur, quia co-
gnatio venit ex linea materna non paterna, vt In-
ſtit. de legitim. agnator. tutelæ. §. 1. & de legitima agnato-
rum ſucceſſione. §. 1. & in l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati.
22 † Præterea alia ratione non poteſt eſſe cognatus,
quia cognatio non poteſt eſſe; vbi ſunt prohibitæ

nupriæ, *vt l.non facile.§.ſciendum.ff.de gradibus.* ſed hic
erant prohibitæ nuptiæ,quia pater Inginulphi erat
inceſtuoſus, & ſimiliter Ioannes eius frater, ergò.
23 † Nec obſtat, quod de iure canonico oritur con-
ſanguinitas & affinitas. *cap. per tuas, extra de probat.*
quia iſtud non procedit quò ad ius ſuccedendi, *vt*
24 *dixi ſupra in 3. euidentiali.* † Nec etiam obſtat, ſi di-
càtur, licet hoc ſit inter dctos Ioannem & Simo-
nem fratres, qui erant inceſtuoſi, tamen hoc non
videtur eſſe in Inginulpho, qui erat legitimus &
naturalis; quia reſpondetur, quòd quantum ad fra-
trem patris, non poteſt dici agnatus vel cognatus,
ex quo venire vult mediante perſona patris ſui, qui
erat inceſtuoſus; vnde ſicut pater ſuus nõ eſt agna-
tus vel cognatus fratri ſuo, ex quo ambo erant ince-
25 ſtuoſi, ita nec etiam & ipſe Inginulphus, † quia
defectus patris nocet filio in his, quę ex perſona pa-
tris deſcendunt, *vt not. Bart. & alij Doct. in l.Gallus. §.
quid ſi is. ff. de liberis & poſthum.* ſed ſi filius vult venire
tanquam agnatus ad ſuccedendum, oportet quod
veniat ex perſona patris, quia iura conſanguinitatis
& agnationis à patre oriuntur, *vt d.l. ſi ſpurius. ff. vnde
cognati.* Ergò ex quo vult venire ex perſona patris,
defectus in patre nocet etiam filio. Nec poteſt et-
iam dici cognatus, ex quo non tractatur de ſucceſ-
ſione lineæ maternæ, ſed paternæ, *vt ſupra dixi.*
Nec etiam poteſt venire tanquam vna de perſonis
enumeratis *in l.1.C.vnde vir.& vxor.* Ergò nullo mo-
do ex aliquo capite poteſt venire de iure ciuili vel
26 prætorio per bonorum poſſeſſionem. † Nec ob-
ſtat *l.ſi ſpurius.verſ.proximitatis autem nomine*; vbi ſpu-
rio licet, non poſſit quis ſuccedere tanquam agna-
tus per bonorum poſſeſſionem; tamen poteſt ſuc-
cedere per bonorum poſſeſſionem, vnde cognati
tanquam cognatus: quia illa l. non procedit, quan-
do quis vult ſuccedere ex perſona patris ſui, qui eſ-
ſet natus ex damnato coitu: Nam ſicut pater ſucce-
dere non poſſet fratri ſuo, *vt dixi ſupra in 2. & 3. eui-
dentiali,* ita nec poteſt eius filius, quamuis ſit legiti-
mus & naturalis, ex quo venit ex perſona patris, vt
dixi. Vnde cùm pater Inginulphi ſit ſtipes, & vitio-
ſa, ideo non poteſt dari aliqua rationabilis conſe-
quentia, *vt l. fin. C. de naturalibus liberis.* Et iſtud pro-
cedit ſine dubio quò ad lineam paternam, ex quo i-
pſe deſcendit, quia in huiuſmodi linea paterna pa-
ter demonſtrari non poteſt, quia ſemper eſt incer-
tus. *ff. de in ius voc. l. quia ſemper,* & iſtud eſt de mente
Domini Antonii de Roſellis *in ſuo tract. conſanguini-*
27 *tatis, in 10.col.in fin.* † Et pro hac opinione allego et-
iam quod idem Anto. de Roſellis notat *in d. tract.in
14.col.in fin.in verſ.ſed tunc eſt aduertendum,* vbi dicit, ſi
eſſent filii auo materno, vel auiæ legitimi, iſti non
ſuccedunt in aliquo ab inteſtato, intelligendo de
deriuatis ex coitu accuſabili, quia potuit, eſt cauſa
filiorum, quàm nepotum: Et ſi dicatur, omnes de-
bent ſuccedere in locum matris, & ſic ſuccedere
cum aliis filiis *per l.nepotes, & auth. in ſucceſſione. C. de
ſuis & legitimis,* non eſt verum, quia mater eſt exclu-
ſa, quando fuit nata ex coitu accuſabili: & ſic nepos
non poteſt repræſentare perſonam eius, vnde ab
inteſtato excluditur hoc caſu à filiis auiæ maternæ,
vel aui materni, licet ſecus eſſet, ſi fuiſſet natus ex
coitu non accuſabili, quia tunc ſuccedit nepos ab
inteſtato cum aliis legitimis repræſentantibus per-
28 ſonam patris vel matris ſpuriæ. † Imo plus ibi di-
cit, quòd ſi mater haberet filium ſpurium maſcu-
lum, & ex eo nepotem legitimum, nepos iſte mor-
tuo patre poteſt ſuccedere auiæ, repræſentando
perſonam patris, quando pater poterat ſuccedere
matri, *vt d.l.nepotes. & ita videtur tenere Cyn. ſecundum
Odofredum in l. fin. C. de naturalibus liberis*; quod dicit,
eſſe verum, quando nepos eſſet legitimus: ſed ſi eſ-
ſet ſpurius forte non tali auiæ: & in hoc caſu non
habet locum gl. *in d.l.fin.* ſed in caſu noſtro pater In-
ginulphi non poterat ſuccedere Ioanni fratri, ergò
nec Inginulphus ex perſona patris ſui, vt ſæpe dictũ
eſt: & pro hoc etiam facit optime, quòd not. *Paulus
de Caſt. in l. Gallus, in §. quid ſi n, in fin. ff. de liberis & poſt-*
29 *humis.* † Concludo itaq; ex prædictis, quòd dictus
Inginulphus non poteſt dicto Ioanni fratri patris
ſui ſuccedere, & minus etiam ſuccedere poſſunt fi-
lii dicti Ioannis illegitimi, maxime cùm in eis non
ſit purgatus defectus illegitimatis, ſed potius conti-
nuatus, *per ea quæ not. ſingulariter Angel. in d.l.fin. in vlt.*
30 *col. in princ. C. de naturalibus liberis.* † Nec obſtant ar-
gumenta ſuperius in contrarium deducta: & pri-
mò non obſtat *d.l.fin.* quæ vult, quod non exiſtente
legitima ſobole ſuccedit nepos legitimus ex filio
naturali ipſi auo, quia illa lex loquitur ex teſtamen-
to aui; nos verò loquimur ab inteſtato, quo caſu
non poteſt, *vt d.l. fin. in penult. reſponſo, & in auth. qui-
bus modis natural. effic. ſui. §. de nepotibus, cum gloſſ.* Præ-
terea *dict. l. fin.* loquitur de nepote ex filio naturali
nato ex coitu non damnato, nec accuſabili; hic ve-
31 rò de filio nato ex coitu accuſabili, vt dixi. † Non
òbſtat ſecundo, dum dixi, quod defectus patris non
nocet filio, quia illud eſt verum in his, quæ veniunt
aliunde, quàm à perſona patris, *l. 3. ff. de interdict. &
releg.* at in caſu noſtro prouenit ex perſona patris, ex
quo oritur agnatio, *l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati.* Et eo-
dem modo reſponderi poteſt ad omnia alia argu-
32 menta ſupra in contrarium deducta. † Nec obſtat
dum dixi, quòd macula patris non nocet filio in his
quæ per filium patri non quæruntur, quia hæc poſ-
ſent quæri patri, qui viuebat tempore mortis Ioan-
nis, videlicet vſusfructus, ex quo erat in eius pote-
ſtate. *l.cum oportet in princ. C. de bonis quæ liberis, l.1. C. de
bonis maternis cum ſi.* Ergò macula patris nocet filio,
*per ea quæ not. Bart. & alij Doct. in l. Gallus quod ſi is. ff. de
liberis & poſthumis, & Doct. in dict. l. fin. C. de naturalibus
liberis.*

ANNOTATIONES.

*Adde, quod in hoc eodem caſu in ſpecie conſuluit Alex. in
conſil. 174. lib. 5.*

à Sed his non obſtantibus] *Idem tenet Abb. in c. lator,
nu. 2. & in c. ex tenore, in princ. extra qui filij ſint legitimi.
Dec. in conſ. 85. in fin. nu. 8. & in conſil. 472. num. 16. Capra.*
* *conſ. 126. nu. 13. & per totum, & eſt communis * opinio, vt
atteſtatur Curt. iun. in conſ. 157. nu. 1. Abb. in c. ex tenore, in
princ. & in c. lator, nu. 2. extra qui filij ſint legitimi. omnes
in l. Gallus. §. quid ſi n. ff. de liber. & poſthum. Caccialupus,
in repet. l. ſi qua illuſtris, num. 55. & 82. C. ad Orphicianum,
Marſil. in ſingulari 143. Corraſius in l. hæres inſtituta, nu. 5.
C. de*

C.de impub. & alijs ſubſtitut. Illuſtriſsimus Cardinalis Palaotus in ſuo elegantiſsimo tractat.de Nothis & Spurijs ... nu.10. Decian. in conſ.3. nu.99.lib.1. An autem & quando nepos legitimus ex filio ſpurio poſsit auo ex teſtamento ſuccedere tradunt Doct. in d.l.Gallus,§.quid ſi tu vbi Iaſ.nu. 19.ff.de liber. & poſth. Alex.conſ.74.in pr. lib.3.de conſ.158. nu.3.lib.7. idem Iaſ. in l. hæreditas nu. 7. & 8. C.de his quib. vt indig. Corn. conſ. 25. num.10. volum.1. Dec.conſil.462.num.20. Boer.deciſ.127.nu.16. Clar. in §. teſtamentum quæſt. 32. Ioannes Durand. de arte teſtandi titul. 1. cautela.14. num.12. Gulielm de Benedictis in cap. Raynutius in verbo vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 5. num. 13. Didacus Couarru. in epitome de ſponſalibus in 2.parte.c.8.§.5.nu.13.

CONSIL. II.

IN EODEM CASV.

SVMMARIA.

1 *Intellectus l.ſi ſpurius.ff.vnde cognati, & num.3.7.11. & 12.*

2 *Spurij ex damnato coitu à matris ſucceſsione repelluntur,& nu.8.*

4 *Vulgo quæſiti patrem incertum habent.*

5 *Lex de filio illegitimo mentionem faciens regulariter intelligitur de vulgo quæſito.*

6 *Natus ex ſeruo & libera, eſt ſpurius.*

7 *Natus ex ſeruo & ſerua, licet ſit matrimonium, ſpurius eſt.*

Item natus ex concubina.& de qua intelligi poſsit.

9 *Intellectus §.fin. in authen.quibus mod.natural. effi. ſui.*

10 *Filij tanquam nefarij patri vel matri ſuccedere non poſſunt, vbicunq; parentes de adulterio,ſtupro,vel inceſtu accuſari valent.*

12 *Intellectus l.hac parte.ff.vnde cognati.*

13 *Fratres inceſtuoſi ſibi inuicem non ſuccedunt,nec agnatis aut cognatis,& nu 22.*

14 *Prætor in materia bonorum poſſeſsionis fundatur ſuper æquitate.*

15 *Spurij fratres vt ſibi inuicem ſuccedant,oportet vt inter illos ſit cognatio a iure ciuili non improbata.*

16. *Verba ſunt ciuiliter intelligenda maxime in materia ciuili.*

17 *Cognatio inter eos inter quos ſunt prohibitæ nuptiæ,eſt de iure improbata.*

18 *Cògnatio inter prohibitos nuptias inuicem contrahere, licet, quoad impediendum matrimonium,conſiſtat, tamen quoad ſuccedendum nulla eſt.*

Intellectus l.non facilè.§.ſciendum ff.de gradibus.

19 *Coniunctorum appellatione ſpurius non continetur.*

20 *Suorum appellatione non venit ſpurius.*

21 *Declaratio.l.ſi quis inceſt.C.de inceſtu nuptiis.*

23 *Dicta Doctorum & gl.debent intelligi ſecundum legem quam allegant.*

24 *Opinio melioribus rationibus comprobata ſequi debet,licet aliqui Doctores contrarium teneant.*

25 *Filius inceſtuoſi, patruo ſuccedere non poteſt.*

IN CHRISTI nomine,ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Conſului ſu-
perioribus diebus fratres inceſtuo-
ſos natos ex eadem matre inuicem
non ſuccedere, & per conſequens
nec filium fratris inceſtuoſi fratri patris ſui ſimili-
1 ter inceſtuoſi poſſe ſuccedere de iure. † Sed pro
parte aduerſa in contrarium adducitur. *l. ſi ſpurius.*
2 *a ff.vnde cogn.* quæ vult quod illi qui ſunt ſpurij nati
ex eadem matre, licet non ſint agnati, tamen ſunt
cognati, & propterea ſuccedere poſſunt per bono-
rum poſſeſſionem ex edicto prætoris matri & fra-
tri, & in conſequentiam videtur, quod eodem mo-
do filius fratris legitimus & naturalis poſſit fratri
patris inceſtuoſi ſuccedere. Et dicit quod illa l. ſi
ſpurius debet intelligi de ſpurio nato ex damnato
coitu cum ſupra proxime *in l.hac parte eo. tit.* dixerit
Iuriſconſultus de vulgo quæſito: ideo vt l.ſi ſpurius
aliquid addat: eſt neceſſario intelligenda in nato ex
damnato coitu, aliàs illa lex ſi ſpurius eſſet ſuper-
flua, *contra §.quibus.in prima conſtitutione Codicis* Item
addunt diſtinctionem Dy. relatam per Cy. & Albe-
ri. *in auth.itaque C. communia de ſucceſſ.* quam videtur
2 ſequi ibi Salice. qui videntur velle, † quod licet
fratres ſpurij nati ex coitu damnato repellantur à
ſucceſſione matris per text. *in auth. quibus modis na-
tural. effic. ſui. §. fin.* tamen coniunctis per matrem,
& ſic inter ſe ſuccedere poſſunt. Item adducunt
dictum Ioannis Petrutij *in l. ſi qua illuſtris, Cod. ad
Orphi.* qui videtur inclinare in iſtam ſententiam al-
3 legando Doctores pro parte iſta conſuluiſſe. † Sed
certe his non obſtantibus, ego teneo verum eſſe id
quod conſului: per ea quæ ibi dixi. Nec obſtat.
l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati, quia illa lex loquitur de
4 ſpurio qui non eſt natus ex damnato coitu, † pu-
ta de vulgo quæſito: quia patrem incertum habet,
vt probatur Inſtit. de nuptiis in §. ſi aduerſus, & l. vulgo,
5 *ff.de ſtatu homin. & Iuſt ad Orphi. §. nouiſsime:* † quia
regulariter, quando lex facit mentionem de filio
non legitimo, vt ſuccedat matri per bonorum poſ-
ſeſ. ponit exemplum in filio vulgo quæſito, vt in di-
ctis iuribus. *& Inſtit. de ſucceſsione cognatorum. §. vulgo
quæſitos, & l.hac, & l.modeſtinus, ff.vnde cognati. & l.1.§.*
6 *1.& l.2 in princ. ff. ad Tertul.* † Vel ſi eſt ex ſeruo &
libera natus: hic enim dicitur ſpurius. *vt l.3.C. ſolut.
matr. & l.ex libera, C.de ſuis leg.facit.l.2.§. 1. ff.ad Tertul.*
7 † Vel hodie quando ſunt filij nati ex ſeruo & ſerua,
licet ſit matrimonium, tamen filij nati ſunt ſpurij.
vt eſt gloſſ. ſingularis in leg. diuus, ff. de captiuis; Vel
ſi eſt natus ex concubina, quia iſte etiam appella-
tur ſpurius, *vt notat. gloſſ. in c.niſi cum pridem extra de
renunt.* quæ poteſt etiam intelligi in concubina in
domo non retenta, vt differat a naturalibus tan-
tum, *vt not. per gloſſ. in c.tanta. extra qui filij ſint legitim.*
& de prædictis ſpurijs habetur per Barto. *in l. ſi ge-
ner. circa princ. ff. de his quib. vt indign.* Et in iſtis natis
ex non damnato coitu loquitur *dict.l.ſi ſpurius.ff. vn-
de cognati.* non autem loquitur de ſpurijs natis ex
coitu damnato, & accuſabili, quod patet, quia lo-
quitur de illo ſpurio qui matri poteſt ſuccedere,
8 *vt ibi dicitur in fin.* † ſed ſi eſſet ſpurius natus ex da-
9 mnato coitu matri non poſſet ſuccedere, † *vt in
auth.*

auth.quib.mod.natural.effic.ſui,§.fin.colum.7.qui §.licet
videatur loqui de ſucceſſione paterna, tamen habet
locum etiam in ſucceſſione materna, vt not.gloſſ.In-
ſtit.ad Orphicianum.§.nouiſſime, & not.gloſſ.in terminis
de inceſtuoſo, in l. ſi qua illuſtris. C.ad Orphicianum. &
gloſſ. in l.ſi ſuſpecta.§. de inofficioſo. ff. de inoffic.teſtam. &
gloſſ.in auth.ex complexu, C.de inceſt.nupt.facit gloſſ.in l.
quiſque in verbo minus auſteras, quæ incipit not. quod mi-
nus.C.ad l.Iulian.maieſt. & ita tenet Spec.in tit.de ſucceſſ.
ab inteſt.§.1. verſic.ſed nunquid ſpurÿ, & verſic.ſed an na-
ti. & Cyn.in l.ſi qua illuſtris, & Bart.in l.fin. circa princ.
verſic. an ſuccedat matri. ff. de his quibus vt indig. & idem
10 vult ibi Bald. in dicta l. ſi qua illuſtris, † qui dicit dan-
do regulam, quòd vbicunque parentes poſſunt ac-
cuſari de adulterio, ſtupro, vel inceſtu, tales tan-
quam nefarii non poſſunt ſuccedere per aliquem
modum patri, vel matri, vt in auth. quibus natur. effic.
ſui. §. fin. & idem vult ipſe Bald. in l. eam quam, in 6. co-
lum. verſic. & ſcias quod in iſtis. C. de fideicommiſſis, & i-
dem vult Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi qua illuſtris, & ita te-
* nent communiter * Doctor. † Ergò ſequitur, quod
11 lex ſi ſpurius, non loquitur in natis ex damnato coi-
tu, ſed in natis ex non damnato coitu. Et quod hoc
ſit verum, allego gloſſ. in dicta l. ſi ſpurius, quæ allegat
pro concordanti, l. hac parte, eod. tit. quæ loquitur
in vulgo quæſito, & gloſſ. in §. vulgo quæſitos. Inſtitut.
de ſucceſſ.cogn. quæ allegat pro concordanti dict. l. ſi
ſpurius; & idem vult Ioan. And. in addit. Specul. in tit.
de ſucceſſ. ab inteſtato ſuper verbo ſpurius in fin. vbi alle-
gat pro concordanti l. hac parte, eod. tit. & idem in-
tellexit Excellentiſſimus Doctor D. Iacobus Aru-
zoni de Broilo de Verona in ſua eleganti ſumma feu-
dorum, in tit. de ſucceſſ. feud. in verſic. ſed quæritur, an ta-
les naturales ſuccedant, & in l. ſi qua illuſtris, C.ad Orphi-
cianum, & ibi Bald. in verſic. vltimo not. quod ille eſt
proprie vulgo conceptus, vt dixi in alio conſilio
meo, & Bart. in l.fin.circa princip.verſic.quæro an ſucce-
12 dat matri.ff.de his quibus vt indig. † Nec obſtat, dum
dixi ſupra in princ. quod ſi illa l. ſi ſpurius loqueretur
ſolum in illo ſpurio, qui eſſet natus ex non damna-
to coitu, nihil adderet, l. hac parte, eod. tit. quia re-
ſpondetur, quod imo addit, quia l. hac parte loqui-
tur ſolum in vulgo quæſito, l. ſi ſpurius loquitur et-
iam in alio ſpurio, qui non eſt vulgo quæſitus, ſed
eſt tamen natus ex non damnato coitu, puta natus
13 ex concubina vel ſerua, vt ſupra declaraui. † Præ-
terea quod hoc ſit verum, vt fratres inceſtuoſi in-
b uicem non ſuccedant, b probatur alio modo: nam
de iure ciuili conſtat, quòd illos, qui non ſunt nati
ex damnato coitu & accuſabili, lex ciuilis non ad-
mittit, quia non ſunt digni aliquo beneficio lega-
li, vt in auth. ex complexu & in corpore, vnde ſumitur. C.
14 de inceſt.nupt. † Nec etiam de iure prætorio, quia
prætor in materia ſucceſſionis per bonorum poſ-
ſeſſionem fundatur ſuper æquitate, quia de iure ci-
uili cognati cognato non ſuccedebant, vt l. hac par-
te, in princ. ff. vnde cognati. & Inſtitut. de hæred. quæ ab
inteſtato deferuntur, in §.emancipati, & Inſtit.ad Ter-
tullianum, in princ. ſed hic nulla ſubeſt æquitas, vt in-
ceſtuoſi inuicem ſuccedant, ex quo ſunt legibus ex-
oſi, vt d.auth.ex complexu. Et probatur apertè in l.fin.
C.de inceſtis nuptÿs, vbi appellat Imperator inceſtuo-
ſos complexus impios, & ſic contra prætorem; &
ita nulla æquitate fundari poteſt prætor in eis, ſed
potius diceretur iniquitas, ſi inuicem ſuccederent
tanquam cognati, & maxime ne detur materia
committendi inceſtum, arg. l. fin. C.de naturalibus li-
15 beris. † Vlterius hoc probatur alia ratione, nam ad
hoc, vt ſpurius ſuccedat fratri ſuo ſpurio, requiri-
tur, quod inter eos ſit cognatio, & hac ratione fun-
datur Iuriſconſultus in dicta l. hac parte, & l. ſi ſpurius,
& intelligo de cognatione à iure ciuili non impro-
bata, argum. l.4.§.condemnatus.ff.de re iudic.& l.non pu-
16 tauit, §. non quoius. ff. de contra tabulas, † quia verba
ciuiliter ſunt intelligenda, l. ſeruus, cum ibi not. ff. de
ſeruitutibus; & quia ſumus in materia ciuili, ideo
verba ſunt ciuiliter intelligenda, non ſecundum
viam naturæ, ſed ſecundum viam datam à iure, l.le-
ge Iulia. §.nec diſtinguitur. ff. de ritu nupt. vt not. Gul.in l.
parentes.ff.de in ius voc.& Bald. in l.neganda, in fin. C.qui
17 accuſare non poſſunt. † ſed de iure communi talis
cognatio eſt à iure improbata; vt in authent. quibus
mod.natural.effic.ſui.§.fin. & in auth.ex complexu. C.de
inceſt.nupt.ex quo eſt contracta inter eos, inter quos
prohibitæ ſunt nuptiæ, vt l.ſi quis inceſti. & l.fin. C.de
18 inceſt.nupt. † Et propterea dicit l. non facile, §. ſcien-
dum. ff. de gradibus, non eſſe cognationem, vbi ſunt
prohibitæ nuptiæ, quem text. intelligo: vt dixi in
alio conſilio meo, quò ad ſuccedendum: quia ius
ciuile non admittit illam cognationem, quò ad ſuc-
cedendum, licet quò ad matrimonia in veritate ſit
cognatio, vt notat gloſſ. in dicta l. non facile. §. affines. quæ
ita intellexit dictum §. ſciendum. Et licet gloſſ. ponat
varios intellectus, & variè dicat literam haberi, ta-
* men prima lectura * communiter videtur eſſe ve-
ra, & literæ conuenire, quia communiter habetur
in litera, vbi interdictæ ſunt nuptiæ, & iſto modo
intellexit gloſſ. quæ non variauit in dict. l. non facile.
19 §.affines. † Et pro hoc etiam facit, quia appellatio-
e ne coniunctorum e non continetur ſpurius, vt
notat Dyn. in conſil. ſuo 19. quod incipit: In Chriſti no-
mine diligenter conſiderata, quem ſequitur Bald.
in l.id quod pauperibus, in penult.colum. C.de epiſc.& cle-
20 ric. † & ſimiliter appellatione ſuorum filius ſpu-
rius non continetur, vt not. in l. vulgo. ff. de ſtatu ho-
min. & Bald.in l.neganda, in fin. C. qui accuſar. non poſſ.
21 & in l.1.in 20.colum.eod.tit. † Ruſus iſtud etiam
probari videtur in l.ſi quis inceſti. C.de inceſt.nupt. quæ
licet loquatur, quando filii non ſunt ex coitu ince-
ſtuoſo ſub figura matrimonii, tamen idem vide-
tur dicendum in natis ex inceſtu ſine figura matri-
monii, ex quo, vt dixi, tales non ſunt à iure noſtro
cogniti, quò ad ſucceſſionem, & ita videtur etiam
intelligere Bart. ill. in l. in conſil. ſuo 25. quod incipit,
Cauetur ſtatuto, quod quælibet perſona, in fine
primi dubii. Et maxime cum inter eos non ſit a-
gnatio neque cognatio, quò ad ſuccedendum, vt
22 dixi ſupra etiam in 1. conſilio meo. † Poſtremo iſtud
etiam videtur probari auctoritate plurium Docto-
rum. Et primo auctoritate Cyni, qui in tractatu
ſuo de ſucceſſionibus ab inteſtato in penult.colum. in
princip. in verſic. De inceſtuoſis nefariis dici.. pertè,
quòd inceſtuoſi & nefarii non ſuccedunt aliis fra-
tribus, agnatis vel cognatis, cùm beneficio legis ca-
reant.

reant, *vt in authent. quibus mod. natural. effic. ſui. §. fin.* Et idem vult ſolemnis Doctor Dn. Matthæus de Matheſilanis *in ſuo tractatu de ſucceß. ab inteſtato, in 3. quæſt. principali.* Quem ſequitur Dominus meus Dominus Angelus de Aretio, *Inſtit. de ſucceß. cognatorum, in §. vulgo quæſitos,* & idem videtur tenere Bald. *in l. eum in adoptiuu, in 4. colum. in fin. C. de adoptionibus,* vbi dicit, quod ſpurius etiam legitimatus non ſuccedit aliis agnatis & cognatis, & oportet intelligere Bald. in ſpuriis natis ex damnato coitu, aliàs eſſet contra *l. ſi ſpurius. ff. vnde cognat.* Nec obſtat quod dicit Dyn. *vt refert Cyn. & Alb. in authent. itaque. C. communia de ſucceß.* quem etiam videtur ſequi Salic. qui videntur velle, quod licet nati ex damnato coitu non ſuccedant matri, tamen inuicem inter ſe poſſunt ſuccedere, quia illa diſtinctio, quam facit Cyn. ſecundum Dyn. debet intelligi, ſecundum quod Dyn. intellexit *in ſuo tractatu de ſucceß. ab inteſt.* vbi tenet, quod ſi ſunt ſpurii inceſtuo-

23 ſi, inuicem non ſuccedunt. † Præterea dictum Doctoris debet intelligi ſecundum legem quam allegat, ſicut dictum Iuriſconſulti intelligitur ſecundum legem quam allegat, *vt notat Bart. in l. cum quidam. ff. de his quib. vt indig.* & ſicut gloſſ. intelligitur ſecundum legem quam allegat, *vt not. Bart. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de lib. leg. & idem dicit Raphan. in l. paternus. ff. de probat.* ſed Cyn. *in dicta auth. itaq.* allegat *dictam l. ſi ſpurius, & l. hac parte. ff. vnde cognat.* ſed vt ſupra dixi, illæ leges loquuntur in vulgo quæſito, & in ſpurio nato ex non damnato coitu: ergo in illo tantum caſu debet intelligi dictum Cyni, & aliorum, licet vtatur verbo indiſtinctè. Et ſi aliter intellexiſſent, eſſet de directo contra *dict. l. hac parte, & l. ſi ſpurius,* vt patet ex his quæ ſupra dicta ſunt. Cùm itaque huiuſmodi text. & rationes & auctoritates adſint pro hac parte, quòd fratres inceſtuoſi etiam ex eadem matre nati non ſucce-

24 dant inuicem. † Iſta opinio videtur eſſe melior, & melioribus rationibus probata: ideo & ſequenda in conſulendo & iudicando, licet aliqui Doctores videantur dixiſſe contrarium, *arg. l. labeo. §. idem tubero. ibi, ſed etſi magnopere tuberonis me & ratio, & auctoritas monet, &c. ff. de ſupellect. leg. & per nota in c. 1. & in c. ne innitaris, extra de conſtit. & in c. capellanus, extra de ferijs, & in l. fin. C. de pœna iudicis qui male iudicauit.*

25 † Ex quibus etiam infertur, quod ſimiliter filius inceſtuoſus non poteſt ſuccedere fratri inceſtuoſo patris ſui, per ea, quæ plenè dixi in alio conſilio meo. *& arg. text. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur, in §. ſed vt aliquid amplius, & l. 3. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet, & l. fin. C. de naturalibus liberis. & l. ſi viua matre. C. de bon. maternis.*

Annotationes.

a L. ſi ſpurius] *De intellectu huius reſponſi tradunt Afflict. deciſ. 96. nu. 3. 7. & 10. Zaſ. conſ. 17. in princ. lib. 2. Capra in conſil. 136. num. 19. & latiſſimè Crauet. in conſil. 138. num. 6.*

b Non ſuccedant] *An fratres inceſtuoſi ſibi inuicem ſuccedant, docent Abb. in conſil. 50. colum. 1. vol. 2. Ioan. de Anania in conſil. 95. num. 2. & ibidem Ludouic. Bologniu. in additionibus, Dec. conſil. 311. num. 2. Afflict. in d. deciſ. 96. num. 2. & ſeq. & alij, quos refert & ſequitur Didac. in epit. de ſponſalibus, c. 8. §. 5. nu. 19. & latè Hieron. Cagnol. in l. ſi qua illuſtris, num. 46. C. ad Orphitianum.*

c Appellatione coniunctorum] *An ſpurij coniunctorum ſuorum, proximorum, conſanguineorum, & ſimilium appellatione contineantur, & an ſint de domo & familia patris, tradunt omnes in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, vbi Alex. num. 41. & 42. ff. ad Trebell. canoniſtæ in cap. ſunt & alij extra de reſcript. vbi Felin. num. 51. & ſeq. & latè explicant, aliosq́; plurimos congerunt, Tiraquell. de retractu conſangui. §. 1. gloſſ. 8. num. 5. & 6. & in tractat. de nobilitate, cap. 15. num. 12. & Illuſtriſſimus Cardinalis Palaotus in tractat. de nothis ſpuriisq́; filijs, cap. 59. & ſeq.*

CONSIL. III.

ARGVMENTVM.

An bona in cataſtro, ſeu æſtimo pro collectis, vel tributis exiſtentia, ſi in Eccleſiam, vel clericos transferantur, tranſeant cum illo onere ſoluendi collectas, vel tributa.

SVMMARIA.

1 *Taxa generalis per Regem impoſita quomodo appellari debeat, & num. 8.*
2 *Contractus ſpecies, niſi cognoſcatur eius natura, intelligi non poteſt.*
3 *Tributum quid ſit, & num. 4. 8. 10. & 12.*
5 *Collectæ quæ dicantur.*
6 *Tributi natura quæ ſit, & num. 11.*
7 *Agens patiente nobilius eſt.*
9 *Tributum quare præſtetur, & num. 32.*
11 *Tributum poteſt eſſe in pecunia.*
13 *Taxa generalis cuius natura ſit.*
14 *Munera ordinaria & extraordinaria quæ dicantur.*
15 *Tributum regulariter munus ordinarium dicitur.*
16 *Munus reale vel perſonale quomodo cognoſcatur.*
17 *Tributum eſt mere reale.*
18 *Rex Neapolis an ſubditis ſuis onus imponere poßit ſoluendi tributum omni anno in perpetuum, & num. 24.*
19 *Collectæ, pedagia, & vectigalia an ab alio, quàm ab Imperatore imponi poßint, & num. 25. & 30.*
20 *Vectigal eſt de reſeruatis Principi.*
21 *In Regnis omnis Imperatoris poteſtas an collata ſit.*
22 *Sicilia tota eſt patrimonium Eccleſiæ.*
23 *Italica prædia non ſunt tributaria, ſed ſolum prouincialia.*
26 *Pacta quæ de tributis ſiunt, ſeruanda ſunt.*
27 *Ad collectas qui ſe obligare poteſt.*
28 *Teſtator legando fundum Eccleſiæ diſponere poteſt, vt pro eo onera & collectas ſoluere teneatur, licet aliàs eſſet exempta.*
29 *Quilibet in traditione rei ſuæ quodlibet onus imponere poteſt.*
31 *Species in ſua ſpecie tantum operatur, quantum genus in genere ſuo.*

33 *Bona laicorum deſcripta in cataſtro Communis pro collectis, vel tributis, an ſi transferantur in Eccleſiam tranſeant cum illo onere ſoluendi collectas vel tributa, & nu. 36. & 44.*
34 *Bona Eccleſia Regi ſubiecta non ſunt.*
35 *Bona Eccleſia vt tributaria efficiantur, fieri non poteſt.*
37 *Onus reale vnà cum rebus tranſit ad quoſcunq;*
38 *Onus ordinarium certum & perpetuum tranſit cum ipſa re etiam ad Eccleſiam; ſecus de onere extraordinario.*
39 *Intellectu Bar. in l. recſcripto. ff. de munere, & bono.*
40 *Eccleſia ſoluit ordinaria tributa.*
41 *Res quando eſt obligata ſeu hypothecata, cum illo onere tranſit ad quoſcunq;*
42 *Bona pro quibus ſoluitur tributum, pro ipſo obligata atq; hypothecata ſunt.*
43 *Bona pro collectis ſunt hypothecata, & cum illo onere ad quoſcunque transferuntur.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus Sancti gratia. Quæſtio ſu-
per qua conſilium petitur eſt huiuſ-
modi: Facta fuit conuentio ſolemni
ſtipulatione vallata inter Sereniſſi-
mum Alphonſum Siciliæ Regem: cum Principibus
Ducibus, Baronibus, & Syndicis terrarum Regni
anno 1249. quod ex tunc in antea Regiæ Curiæ de-
berentur annuatim per ipſum Regnum ducati du-
centi & triginta millia: quorum ſolutio vocaretur
taxa generalis abolito nomine vocularum; quodq;
ex nunc & in perpetuum numerus, ſeu quantitas di-
ctæ taxæ generalis cenſeretur certa & determinata
de communi concordia incommutabiliter, de qua
anno quolibet ſatisfieri debeat Regi. Quæritur
modo, ſi bona in cataſtro deſcripta, & taxata pro
contributione inde facienda in ſolutione prædictæ
ſummæ propotrionaliter diſtributa, Vniuerſitati-
bus cuiuslibet terræ ipſius Regni, translata fuerint,
vel transferantur in clericum, vel Eccleſiam; Cleri-
cus vel Eccle ia pro bonis ipſis ſic translatis contri-
buere teneat in ſolutione huiuſmodi taxæ gene-
ralis pro rata bonorum ipſis contingente, iuxta ca-
taſtrum & apprenum in quo deſcripta ſunt atq; ta-
xata. Pro prædictæ quæſtionis ampliori declaratio-
ne quatuor dubia principaliter mihi videntur eſſe
examinanda. Primum dubium eſt: quomodo pro-
prio nomine appellari de iure debeat illa ſolutio fa-
cienda: quæ in conuentione prædicta vocatur taxa
generalis. Secundum eſt cuius naturæ & conditio-
nis ſit prædicta taxa generalis. Tertium: ſi Rex po-
tuit de iure imponere dictum onus ſoluēdi dictam
taxam generalem. Quartum, poſito quod ſic: an cle-
rici vel Eccleſiæ, in quibus bona prædicta laicorum
in cataſtro poſita translata fuerunt, teneãtur ſolue-
re illam taxam generalem pro rata poſſeſſionum
1 per eos acquiſitarum. † Primum dubium princi-
pale. Quo ſcilicet proprio nomine de iure appel-
lari debeat illa taxa generalis: prius intelligendum,
2 operę pretium eſſe exiſtimaui,† quia niſi homo co-
gnoſcat ſpeciem contractus, non poteſt intelligere
naturam eius: nec qualiter differat ab alia ſpecie,
vt probatur in l. fin. & ibi hoc not. Bald. in primo notab. ff. de condit. ob cauſam. Diuerſa nomina in huiuſmo-
di materia reperiuntur: ſed omiſſis multis nomi-
3 nibus, poteſt dici quod appelletur tributum: † quia
a illud eſt tributum *a* quod præſtatur ratione ſoli à
poſſidentibus. *23. quæſt. 8. c. tributum. & in cap. ſequenti in §. hinc datur intelligi, & nota. gloſſ. in l. 1. §. 1. in verbo pendeant. ff. de publicanis* quæ dicit quod, quoties
lex tractat de tributis, ponit de poſſeſſionibus, &
poſſidentibus: qui coguntur ea præſtare, & eam
ſequitur ibi Bart. & probatur *in l. 1. in fin. coniuncta gloſſ. C. de annonis, & tribut. lib. 10. & in l. fin. cum gloſſ. in verbo poſſeſſiones. C. de exact. tribut. eod. lib. 10. & not. Paul. de Caſtr. in l. placet, in 1. col. C. de Epiſc. & cler.* ſed
dicta taxa generalis præſtatur pro poſſeſſionibus:
4 ergo poteſt dici tributum. † Item probatur alia
ratione, illud dicitur tributum quod præſtatur
pro poſſeſſione certum, & non variabile, & per-
petuum, *vt ſentit Spec. in tit. de clericis coniugatis in §. ad huius articuli euidentiam, in fin. & item tenet Bald. in l. omnes in verſic. ſed hic poteſt dubitari. c. ſiue cenſu, vel reliquis,* vbi dicit, quod quando pro quolibet man-
ſo terræ ſoluuntur decem in perpetuum: dicitur
eſſe tributum, ſicut quando de quinquennio in
quinquennium prouinciales ſoluebant aurum, vel
ferrum pro prædiis tributariis, allegat not. *per gloſſ.*
5 *in rubric. C. de indictionibus lib. 10.* † Collectæ vero di-
cuntur, quando non habent certam regulam, ſed
arbitrio ſuperioris imponuntur ſecundum Spec. *in dicto verſ. ad huius autem*; & hoc de tributo tenet Ar-
chid. & Ioan. And. *in c. de immunita. Eccl. lib. 6. & Bald. in l. neminem. C. de ſacroſan. Eccleſ. & Paul. de Caſtr. in l.*
6 *placet. ante fin. C. eod. titul.* qui dicit, † quod de natu-
ra tributi eſt quod ſit vniforme, & hoc etiam pate-
bit eſſe verum per ea quæ dicentur in ſequenti, &
in vltimo dubio principali. Sed dicta taxa genera-
lis fuit certa de ducentis & triginta millibus, & non
variabilis, & perpetuo ſoluenda, vt patet ſupra in fa-
cti narratione, ibi quodque ex tunc & in perpe-
tuum numerus, ſeu quantitas dictæ taxæ genera-
lis cenſeretur certa, & determinata de concordia
inuiolabiliter, &c. ergo debet dici tributum. Sed
forte poſſet caſu hoc dubitari, quod imo non ſit
certum ſed variabile munus ſoluendi iſtam taxam
ex parte ſoluentium, quia poſſeſſiones ponuntur
in cataſtro, & illi qui poſſident, & ſub cuius nomi-
ne ſunt poſitæ in æſtimo ſoluunt: quia æſtimum
variatur propter mutationem dominij illarum
poſſeſſionum; ergo videtur munus incertum, &
variabile; ſed poteſt dici eſſe certum & non varia-
bile ex parte rei, pro qua fit ſolutio taxæ, videlicet
ipſum regnum quod non variatur; Item reſpectu
taxæ quæ ſoluitur, & reſpectu Regis recipientis di-
ctam taxam: & cetritudo debet inſpici potius ex
parte taxæ, quæ debet ſolui, quia debet eſſe certa,
vt dixi. Item quia ſufficit quod non variatur ex par-
te recipientis, quod potius debet attendi, quam ex
7 parte dantis, † quia agens nobilius eſt patiente, ſic-
ut dicimus in ſimili, quod prædicatum eſt nobilius
ſuo ſubiecto: vt notat. gloſſ. ſecundum Boetium
in l. ſemper in §. conductores in verbo, ideo ne in omnes. ff. de iure immunitatis. Item quia etiam ex parte o-
mnium

mnium ſoluentium eſt certa taxa, & inuariabilis,
licet varietur quandoque reſpectu particulariom
perſonarum, quæ alienant bona ſua in alios, vt de ſe
8 patet. † Item quód illa taxa dici poſſit tributum,
probatur etiam alio modo: tributũ eſt illud, quod
pro pace & quiete, qua nos tueri & defenſare de-
beot Principes, perſoluendum eſt, *vt dicit Vrbanus
Papa, & habetur 23. q. 9. in c. tributum in fin.* ſed dicta
taxa generalis fuit impoſita hac de cauſa, vt patet
ſupra ex facti narratione, ibi eius maximum deſi-
derium atque ſtudium erat Regnum ipſum in ea-
dem pace conſeruare, &c. & infra ibi, & ſecundo
loco, vt poſſet idem regnum in pace perpetua re-
tinere, & longe quoſcunque hoſtes quouis modo
illud inuadere volẽtes propulſare, &c. ergo illa taxa
9 debet dici tributum. † Item, quia tributum præ-
ſtatur in ſignum ſubiectionis, *vt dixit Beatus Augu-
ſtinus ad Romanos ſuper 13. capitulo, & habetur in c. 2. ex-
tra de cenſibus*, vbi dicit omnis anima ſublimioribus
poteſtatibus ſubdita ſit, & vos ſubditi eſſe debetis:
Ideo enim tributa præſtatis, quia hæc eſt proba-
tio ſubiectionis, & habetur etiam 11. *q. 1. magiſtrum,
& in c. ſolita de maiori. & obed.* & iſtud tributum eſt
etiam illud, de quo fit mentio *in dicto cap. tributum.*
10 *23. quæſt. 8.* † & ideo licet tributum dicatur quic-
quid tribuitur; ſpecialiter tamen illud dicitur tri-
butum, quod principi tribuitur, *vt dicit gloſſ. in rubr.
C. de annonis & tributis lib. 10.* Item probatur: illa pro-
pria dicuntur tribota quæ rebus ſunt impoſita, *vt
not. And. de But. in c. non minus in pen. col. de immunitate
Eccle.* ſed iſta taxa fuit impoſita rebus, vt dictum fuit.
Cum ergo dicta taxa generalis fuerit impoſita ſub-
ditis regni pro poſſeſſionibus, & fuerit certa &
perpetua: & vt ſubditi in pace cõſeruentur, & in ſi-
gnum etiam ſubiectionis, ſequitur, quod debet ap-
11 pellari tributum. † Sed vnum eſt quod videtur
facere dubium: quia de natura tributi videtur eſſe,
vt ſoluatur de fructibus; & vniformiter, *vt dicit An-
gel. de Peruſio in conſilio ſuo 23.* quod incipit. In Chri-
ſti nomine, amen, Eccleſia non tenetur. *& Bald. in
l. pro locis. C. de annonis, & tributis lib. 10. Paul. de Caſtr. in
l. placet ante fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. & hoc videtur velle
gloſſ. in rubrica. C. de annonis & tributis lib. 10.* vbi dici-
tur quod tributum nomine prædij præſtatur in
quantitate frumenti, &c. Vnde cum in caſu noſtro
non ſoluatur illa taxa de fructibus, ſed in pecunia,
ſeu auro, videlicet in ducentis & triginta millibus
ducatis auri: videtur non eſſe tributum. Sed poteſt
reſponderi, quod tributum poteſt etiam eſſe in pe-
cunia, *vt probatur. 23. q. 8. tributum. & per gloſſ. in rubric.
C. de annonis & tributis lib. 10. in prin.* ibi vel annonam
in ſpeciebus, tributa in pecuniis, & idem vult Bart.
in l. 1. in penult. colum. verſic. de tertio patet extra ibi
& in omnibus legibus tractantibus de tributo, ſeu
12 vectigali quod ſoluitur in pecunia. † Nec obſtant
allegata in contrarium, quia concedo, quod tribu-
tum eſt etiam illud, quod ſoluitur de fructibus poſ-
ſeſſionum. *& notat. gloſſ. in dicta rubrica, & Bartol. in
dict. l. 1. in penul. colum. in princ. C. de mulie. & in quo lo-
co lib. 10. & ideo vult expreſſè Bald. in l. fin. in verſic. ſed
hic poteſt dubitari. Cod. ſine conſenſu*, vel reliquis, qui
dicit, quod ſi ſit ſtatutum, quod pro quolibet man-
ſo terræ ſoluantur decem in perpetuum quolibet
anno, erit tributum: ſicut quod de quinquennio
in quinquennium prouinciales ſoluant aurum vel
ferrum, pro prædiis tributariis, *vt not. in rubrica. Cod.
13 de indictionibus lib. 10.* † Secundum dubium prin-
cipale eſt: cuius naturæ & conditionis ſit dicta ta-
xa generalis. Et primo dico, quod eſt munus ordi-
14 narium non extraordinarium: † quia ordinaria
munera ſunt illa, quæ habent certam & ordinatam
præſtationẽ, extraordinaria vero ſunt illa quæ per
accidens quandoq; inducuntur. *l. Seio. & medico. ff.
de annuis leg. & l. ſed ſi per prætorem. §. ſi feria. ff. ex qui-
bus cauſis maio. ſecundum Guli. de Cuneo: qui ita not. in l.
nem. C. de ſacroſan. Eccleſ. quem ſequitur Bart. in dict. l. 1.
in vltima colum. in princip. Cod. de mulieribus, in quo loco
lib. 10. & idem tenet Cyn. in l. placet in 1. quæſt. Cod. de ſa-
croſanct. Eccleſ. & Albe. de Roſato in ſuo tractatu de mu-
neribus & honoribus in 41. colum. verſic. alij certa mune-
ra patrimonialia dicunt, &c. & Bald. in l. circa medium
in verſic. aduerte tamen Cod. ſine cenſu vel reliquis, & i-
dem vult Salic. in l. placet in vltima colum. Cod. de ſacro-
ſanct. Eccleſ.* vbi dicit, quod dicitur munus ordina-
rium puta quando ſingulis menſibus ſolueretur
certum quid ſine temporis præfinitione; ſed ita
eſt in caſu noſtro, quod dicta taxa habet certam &
ordinatam præſtationem ſine temporis præfini-
tione: ergo eſt munus ordinarium; Item proba-
tur ſimili ratione: illud dicitur munus ordinarium,
quod poteſt præuideri, & illud dicitur extraordi-
narium quod propter ſacrinam repentinam in-
ducitur & præuideri non poteſt: *vt collig. ex l. fin. C.
de indictionibus lib. 10.* ſecundum Bald. ibi. ſed iſtud
eſt huiuſmodi, ergo. Item probatur alia ratione,
nam quando lege vel ſenatus conſulto vel per Prin-
cipem imponitur aliquod onus, illud dicitur or-
dinarium. *vt notat. Bart. in dicta l. 1. Cod. de mulieribus,
in quo loco lib. 10. & in l. 1. Cod. de agricolis & cenſitis lib.
11. & in l. omnis per illum text. Cod. de annonis & tribu-
tis lib. 10. & in l. 2. ff. de iure immunitatis, & in l. licita-
tio. §. licitatores, ff. de publicanis.* Et idem ſi impone-
retur à Ciuitate, ſecus ſi à Prioribus, *vt notat. Barto.
in dicta l. 2.* Et ideo cum dictum munus ſit impoſi-
tum à Regeio Regno ſuo, & quodammodo per
viam contractus qui vicem legis obtinet, *vt l. penul-
tim. Cod. de donat. inter vir. & vxor.* dicitur ordina-
15 rium: & non extraordinarium. † Item hoc pro-
batur: quia regulariter tributum dicitur ordina-
rium, *vt vult gloſſ. in l. placet in verbo illationem, qua ex-
ponit ordinarium tributum. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. &
ita vult etiam Ant. de But. in c. cum minus penult. colum. in
verſic. quædam ſunt munera ordinaria, de immunita-
te Eccleſ.* vbi dicit quod munera ordinaria ſunt quæ
rerum ſunt; ſicut tributa, & cenſus certi: & idem
tenet Salic. *in d. l. placet in princ. vltima colum. ibi aut
ſunt mere realia, vt tributa, & idem tenet Paul. de Caſtr.
in dicta l. placet in 1. colum.* quæ dicit tributum eſſe
munus ordinarium. Cum ergo illa taxa ſit tribu-
tum, vt dixi in primo dubio principali, & habeat
certam, & ordinatam, & perpetuam præſtatio-
nẽ, & à Rege ſit impoſita: ſequitur quod debet di-
16 ci ordinaria. † Secundo principaliter dico, quod
iſta taxa generalis eſt merè realis: quia dicitur im-

poſita principaliter rebus, & non perſonis: quod
probatur ex modo & furma impoſitionis dictæ ta-
xæ generalis: Nam ſi Imperator, vel Rex ordinat,
vel mandat, quod talis prouincia mittat ſibi mille
marcas argenti quaſi onerans locum, & totam pro-
uinciam, videlicet res quæ ſunt in ipſa, tunc omnes
res & poſſeſſiones quæ ſunt in illa prouincia hoc
concomitatur: & ideo tunc omnes poſſeſſiunes di-
ctæ prouinciç tenentur contribuere; licet non ſint
ciues, vel incolæ: quia iſtud onus videtur magis im-
poſitum rebus. *facit l. forma. §. ſi vero agrum, ff. de cenſi-
bus.* Sed ſi Imperator, vel Rex urdinat, vel mandat,
quod Lombardi, vel Veronenſes mittant ſibi mille
marcas, & ſic perſonis pro rebus, quas vbique ha-
bent, videtur facta impoſitio, tunc ſoli ciues & in-
colæ illius Ciuitatis, vel prouinciæ, & nun alij poſ-
ſeſſores tenentur, & ita intelligi poteſt, *gloſ. in l. indi-
ctiones. C. de annonis, & tributis lib. 10.* ita dicit elegan-
ter Albericus de Roſato in ſuo tractatu de mune-
ribus, & honoribus *in 12. col. in verſic. eſt & aliud pa-
trimoniale munus, ibi conſiderari non debet. Et idem tenet
Salic. in repetitione l. reſcripto, in §. ſciendum in 7. colum.
verſic. ſed puto debere attendi modum indictionis.* Sed in
caſu noſtro: ſi conſideremus formam impoſitio-
nis dictæ taxæ generalis fuit impoſita regno, & non
regnicolis: vt patet in cap. ibi, quod ex nunc in an-
tea Regiæ Curiæ deberentur annuatim per ipſum
Regnum ducati ducenti & triginta millia. Et li-
cet illa taxa fuerit promiſſa per ſubditos ipſi Regi.
& ſic fuerit perſonalis quo ad promittentes: *vt In-
ſtitut. de act. §. 1.* tamen reſpectu formæ impoſitionis
dicitur fuiſſe impoſita regno, & non ſubditis in
Regno. Ergo illa taxa debet dici merè realis. nō au-
17 tem perſonalis, vel mixta. † Item huc probatur,
quia de natura tributi eſt quod ſit mere reale, habe-
tur *per gloſſ. in rubrica, & in nigro. Cod. de annonis & tri-
butis lib. 10. & ita tenet Anton. de Butr. in cap. non minus
in verſic. quadam ſunt munera ordinaria, extra de im-
munitate Eccleſ. & Salic. in l. placet. Cod. de ſacroſanct.
Eccleſ.* poſt medium. ibi. aut ſunt mere realia, vt tri-
buta, & idem vult ibi etiam Paul. de Caſtr. & idem
vult ipſe Salic. *in l. neminem. eod. titul.* ibi onera au-
tem mere realia, vt tributorum. Et idem tenet An-
ton. de Butr. in quodam ſuo conſilio, quod incipit.
In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, amen.
Chinellus quidam, aliàs, ad laudem Dei, & Beati
Antonij, in princ. vbi dicit. quædam ſunt munera
merè realia, & ordinaria, quæ rei imponuntur, vt
tributa: Et quud tributum ſit onus merè reale te-
net Fede. *de Senis in conſilio 73.* quod incipit: Laicus
de prædio ſuo. Et ita tenent communiter Docto-
18 res tributa eſſe onera merè realia. † Tertium prin-
cipale dubium fuit: an Rex Neapolis potuerit de
iure imponere ſubditis ſuis dictum onus ſoluendi
omni anno in perpetuum dictam taxam genera-
lem. Et primo videtur dicendum, quod non, ratio-
19 ne ipſius Regis imponentis, † quia huiuſmodi gra-
uamina, vt ſunt collectæ, pedagia, vectigalia, & ſi-
milia non poſſunt imponi niſi per Imperatorem,
non autem per Reges inferiores ab Imperatore: *vt
in cap. ſuper quibuſdam in §. præterea, extra de verborum
ſignific.* ibi quæ non apparent Imperatorum, vel Re-
gum: exponendo illum tex. dum dicit, vel Regum,
ſcilicet Romanorum, non aliorum Regum, ſecun-
dum quod exponit & intellexit ibi Hoſti. & Ioan.
Andr. in nouella. & idem tenet Cardin. Zabarella
*in clem. 1. in 5. colum. & plenius in 7. quæſt. de cenſibus. &
ita videtur eſſe intelligendum c. innouamus. ibi & conſen-
ſu Regum & Principum, extra de cenſibus. & ita tenet
Bald. in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Bartol. in l. ve-
ctigalia. Cod. noua vectigalia imponi non poſſe, in verſic. 3.
quæro in repetitione: quæ ſibi aſcribitur;* vbi dicit, quod
Rex vel Baro in Regno ſuo nun poteſt imponere
20 pedagium, vel nouum vectigal; † quia eſt de re-
ſeruatis principi, vt ibi, *& l. non ſolent eod. titul.* Er-
go eum ſibi reſeruauerit, videtur aliis ademiſſe. *l. a-
pud Iulianum. §. 1. de leg. 1. & l. cum ita. ff. de condit. &
21 demonſtr.* † Nec eſt verum dicere, quod hodie in
Regem ſit collata omnis poteſtas Imperatoris. *l. 2.
§. nouiſſime. & §. in initio. ff. de regul. iur.* & præſer-
tim in Rege Ferdinando fœliciſſimo Rege Neapo-
lis, qui Regnum illud ab Eccleſia in feudum reco-
22 gnoſcit, † quia tota Sicilia eſt de patrimonio Ec-
cleſiæ, *vt probatur 10. quæſt. 3. cap. relatum. & 11. quæſt.
cap. peruenit, & habetur in clemen. paſtoralis de re iud. &
per gloſſ. & Doctor. in cap. ſi diligenti, extra de præſcript. &
94. diſtinct. c. 1. & ibi hoc etiam not. gl. fin. & per Bald. in l.
cum antiquioribus in 8. quæſt. in verſic. & quia iſta tranſ-
miſſiones. Cod. de iur. deliber. & notat. in cap. mandata,
23 extra de præſumpt. cum ſimilibus.* † Secundo vide-
tur, quod non potuerit imponi dicta taxa genera-
lis reſpectu eorum, quibus imponitur, videlicet
hominibus, vel prædiis Regni Neapolis: quia il-
lud Regnum eſt in Italia: nam prædia Italica non
ſunt tributaria, ſed ſolum prouincialia, *vt in §. per
traditionem, Inſtitut. de rer. diui. & in l. de his. Cod. de e-
piſc. & cler. & notat. per gloſſ. in l. omnis. Cod. ſine cenſu,
vel reliquis,* cum ſimil. & Bart. tenet in conſilio ſuo,
quod incipit: punctus quæſtionis breuiter talis eſt,
ſi aliqua poſſeſſio æſtimata, *circa princ. & circa fin. &
conſil. 72. quod incipit, ciuitatem, in verſic. ſuper ſexto in
fin.* Ergo videtur quod Regno Neapolis tributa
non potuerunt imponi; ex quo prædia Italica ſunt
exempta à tributis. Tertio videtur, quod dicta ta-
xa non potuerit imponi ratione ipſius tributi: quia
tributum dicitur ceſſaſſe, & de præſenti ceſſare:
quoniam iſtud tributum, quod ſolebat imponi
prædiis laicorum, fuit inuentum & impoſitū præ-
diis, antequam eſſent aliquæ Eccleſiæ, vel ante-
quam haberent aliqua bona, quod hodie nun po-
teſt habere locum: quia ſicut ceſſauit, & ceſſat Ro-
manum Imperium, ſub quo erat tributum: ita et-
iam eodem modo ceſſare debet tributum: vt ele-
ganter dixit *Paul. de Caſt. in l. placet. C. de ſacroſan. Ec-
24 cleſ.* † Sed his rationibus nun obſtantibus, teneo
quod Rex potuerit dictum tributum, ſiue onus im-
25 ponere ſuo Regno. Primo tanquam Rex: † nam
Reges hodie maxime in Italia poſſunt imponere
onera, ſiue munera, collecta, pedagia, & ſimilia, ſal-
tem de conſuetudine: vt notat. Ioan. Andr. *in cap.
ſuper quibuſdam, in §. præterea, extra de verb. ſignifi. in no-
uella.* qui dicit, quod licet Hoſt. velit ibi, quod Prin-
cipes & Reges non poſſint huiuſmodi onera im-
ponere, ſed ſolum Imperator. Contrarium tamen
dicit

dicit Ioan. Andr. videmus ſeruari de fato. ſcilicet
quod Reges & ciuitates inter ſubditos, imo et-
iam inter extraneos per ſuum diſtrictum tranſeun-
tes imponunt iſta de nouo: & facit etiam pro iſta o-
pinione text. *in c. innouamus.* ibi Regum & Princi-
pum, extra de cenſibus, vbi videtur text. ſentire
quod etiam alij Principes inferiores ab Imperatore
hoc poſſint. Secundo quod Reges poſſint impone-
re huiuſmodi onera ſentit Alb. de Roſato *in ſuo tra-
ctatu de muneribus & honoribus in 12. col. in verſ. conſide-
rari tamen debet. ibi. nam ſi Imperator vel Rex ordinet,
vel mandet, &c. Et Bartholomaus de Salic. in repetitione
legis reſcripto §. ſciendum in 7. col. verſ. ſed puto debere at-
tendi. ibi, nam ſi Rex dicat volo quòd prouincia, &c.* Et i-
*dem tenet expreſſe Antonius de Roſellis in ſua monarchia,
in prima parte principali, in verſ. ſextodecimo rationi prin-
cipali reſpondetur.* Tertio hoc probatur manifeſtè:
quia licet eſſet verum, quòd regulariter de iure
Reges huiuſmodi onera imponere non poſſent:
Rex tamen in caſu noſtro imponere potuit; ex quo
impoſuit Ducibus, Principibus, Baronibus, & Syn-
dicis Vniuerſitatum ſubditorum ſuorum concor-
dantibus conſentientibus, vt patet ex verbis im-
poſitionis dictæ taxæ. Imo ad eorum ſupplicatio-
nem. ibi. ſupplicatum fuit pro parte Principum,
Ducum, Baronum, & Vniuerſitatem ipſius Regni
Regiæ Maieſtati; & infra ibi ad quorum ſupplica-
tionem tamdiu actum extitit de gratia ſpeciali; con-
conuentumque, ac in pactum ſolemni ſtipulatio-
ne deductum, &c. Inter præfatam Regiam Maie-
ſtatem, præfatosq; Illuſtres, ac Magnificos, Magna-
tes, & Barones etiam & Nobiles, & egregios Syn-
26 dicos Vniuerſitatum; terrarum, &c. † & hoc vi-
detur probari *in l. fin. C. de annonis & tributis. lib. 10.* &
per id quod ibi no. Barto. per illum text. qui dicit
quòd huiuſmodi pactiones, quæ fiunt ſuper tribu-
tis ſunt ſeruandæ: & ita etiam tenet Alb. de Roſa-
to *in dicto ſuo opere ſtatutorum in 28. col. in prin. in verſic.
aut quaritur de conſulibus, ſeu defenſoribus*, ibi, aut im-
ponunt omnibus concordantibus, quod imponа-
27 natur, & tunc poſſunt. † Et pro hoc facit, quia
quis poteſt ſe obligare ad collectas. *vt leg. epiſtola. §.
pactum. ff. de pactis. & habetur in l. pactum inter heredem.
C. eod. titul. & in l. vacuatis. C. de decurionibus lib. 10. fa-
cit leg. iuris gentium, §. prator ait. ff. de pactis. cum ſimil.*
28 † Item, pro hoc facit, quia teſtator legando fun-
dum Eccleſiæ poteſt diſponere, quòd pro dicto
fundo teneatur ſoluere onera, & collectas, de qui-
bus hoc non appoſito eſſent exemptæ de iure com-
muni, vt no. Petrus de Anchar. *in conſ. 217.* quod
incipit, In Chriſti nomine, amen. dubium facit in
prædicta quæſtione eſt mutatio rei. & pro hoc fa-
cit quod no. & Hoſti. *Inno. in c. verum extra de foro
29 compet.* † *& quod notat Bar. in l. creditores in 3. col. in
fi. C. de pignorib. in repetitione, & in l. interdum, ff. vt in
poſſeſſ. legatorum. & in l. ſi quis curialis. C. de Epiſ. & Cler.*
Item pro hoc etiam facit, quòd quiſque in traditio-
ne rei ſuæ poteſt apponere quodlibet onus. *l. legem.
C. de pactis. & c. cum dilecti extra de donat.* Et per hæc
patet reſponſio ad omnia argumenta ſuperius in
contrarium deducta, & maxime ad primum & ſe-
30 cundum. † Ad tertium dum dicitur quod tribu-
tum erat, quando ſuberat Romanum imperium,
ſed eo nunc ſciſſo, ceſſat, reſpondetur, illud poſſe
procedere quantum ad hoc; vt tributum per totum
orbem poſſit imponi, iuxta illud; exiuit edictum à
Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.
*vt habetur per gloſ. in l. 1. in princ. in verbo deſcriptiones. C.
de apochis publicis lib. 10. & in rubrica procemij Inſtitutio-
num in verbo Caſar. & per Archy. 11. q. 1. magnum. & per
Bal. in l. fin. in 1. col. C. ſine cenſu vel reliquis.* Et hanc ſo-
lutionem ſentit Alb. de Roſato *in dicto ſuo tractatu
de muneribus & honoribus in 28. col. in verſic. circa quod
dic:* vbi dicit quòd ſi quærimus de collecta vniuer-
ſali in toto imperio, & nullus poteſt talem colle-
ctam imponere niſi ſolus princeps. vt not. *in l. 1. C. de
ſuper indicto lib. 10.* Sed quantum ad ſpecialem pro-
uinciam vel ſubditos; dico imponi poſſe tributum;
maxime ſubditis conſentientibus: vt fuit in caſu no-
31 ſtro: † quia tantum operatur ſpecies in ſpecie
ſua: quantum genus in genere ſuo. *l. ſi duo. ff. de ad-
miniſtra. tu.* maximè cum ſit eadem ratio in iſto tri-
buto ſpeciali, quæ fuit in illo generali tributo:
32 † Nam ratio tributi generalis fuit pro pace, &
quiete, qua nos tueri, & defenſare debent, Impe-
ratoribus perſoluendum eſt. *vt dicit tex. 23. q. 8. in
c. tributum in fin.* quæ ratio fuit etiam in impoſitio-
ne dictæ taxæ generalis, vt patet ex verbis dictæ im-
poſitionis *in princip. ibi.* Eius maximum deſiderium
atque ſtudium erat; Regnum ipſum in eadem
pace conſeruare, &c. Ergo debet eſſe idem ius in
iſto tributo particulari quò ad particulares ſubdi-
tos; ſicut erat in tributo generali quò ad omnes: *l.
Titio. ff. de verb. oblig. & illud, ff. ad l. Aquil. & c. inter cor-
33 poralia de translat. pralatorum cum ſi.* † Quartum
& vltimum dubium principale eſt: poſito quod
Rex potuerit imponere dictam taxam generalem
an Eccleſiæ vel Clerici in qua bona prædicta lai-
corum in cataſtro poſita translata fuerint, tenean-
tur ſoluere illam taxam generalem pro rata poſ-
ſeſſionum per eos quoquo modo acquiſitarum:
Et in hoc pendet tota vis quæſtionis noſtræ princi-
34 palis † Et prima facie videtur dicendum, quod
non: quia Eccleſia vel Eccleſiaſticæ perſonæ non
ſunt ſubditi Regi, maxime quantum ad bona ſua,
ſed ſunt ſubditi Papæ: *vt in c. cum laicis, extra de reb. eccl.
non alien. & c. Eccleſia S. Maria de conſtit. cum ſimil.* Ergo
videtur quod eis imponi non poſſit; *vt in auth. item
nulla communitas. C. de epiſc. & cler. Item hoc videtur pro-
bari in c. 1. de immunitate Eccleſ. lib. 6. Et hoc tenuit Bart.
in conſ. ſuo quod incipit, ex facto, vt refert & ſequitur Paul.
Caſt. in l. placet, in fi. C. de ſacroſ. Eccleſ. Et idem vult Bart.
in conſil. ſuo, quod incipit, in meis conſilijs.* Punctus quæ-
ſtionis breuiter talis eſt, ſi aliqua poſſeſſio æſtimata,
vbi allegat ad hoc plures rationes. Et idem tenet
Bart. *in l. reſcripto. §. ſciendum. ff. de muner. & honor.* ni-
ſi prædia fuiſſent effecta tributaria vel obligata pro
ipſo onere ſoluendi: *& idem tenet Bal. in dict. l. placet.
35 Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. neminem, cod. tit.* † qui
etiam dicit plus quod non poteſt fieri, vt effician-
tur tributaria, quia cenſeretur factum in fraudem
Eccleſiarum, & idem videtur tenere Bal. *in l. fi. C. ſine
cenſu vel reliquis in verſic. ſed hic dubitatur vtrum quid ali-
quo caſu:* vbi dicit, quòd ſtatuere quod collectæ ſint

tributa implicat contradictionem, quia eſt ſtatuere
quod munus mixtum ſit mere reale: & eſt mutare
nomina appellatiua, quod eſt impoſſibile. l. ſi quis
in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. & alia etiam adducit de
quibus ibi. Et maxime hoc videtur eſſe verum in
Regno Siciliæ, in quo eſt vnum capitulum Regni,
quo ſtatuitur quod clerici cum aliis non commu-
nicent in collectis & aliis exactionibus quibuſcun-
que pro bonis Eccleſiaſticis & Epiſcopalibus &c.
36 † Sed his non obſtantibus teneo contrarium d eſ-
d ſe de iure verius, quod ſic probatur: quando impo-
nitur aliquod onus, quod tributum appellari poſ-
ſit: ſi imponitur rebus laicorum, & illa poſtea tranſ-
ferantur in Eccleſiam vel clericos: tranſeunt cũ illo
onere ſoluendi tributum in Eccleſiam, vel clericos:
vt probatur 11. q. 1. c. magnum & 23. q. 8. tributum. & in c.
2. extra de cenſibus, cum ſi. Et hoc tenet gloſſ. in verbo bono-
rum in c. 1. de immunitate Eccleſ. lib. 6. quæ allegat ad hoc
iura, & ibi Doct. & hoc vult Goffredus in ſumma de im-
munitate Eccleſiæ in verſic. onera autem quæ impoſita e-
rant. & Oldr. in conſil. 83. quod incipit, an ipſe poſſit in 1.
colum. & Card. Zab. in cle. 1. in 17. quæſt. de vita & hone.
cleric. & Hoſtien. in ſumma de pignoribus in §. 3. & Albe.
de Roſato in l. placet. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. & hoc te-
net etiam Andr. de Roſellis in ſua monarchia in prima par-
te principali in 40. colum. in verſic. plus videtur poſſe libe-
re dici, & 75. colum. in verſic. ſextadecima rationi reſpon-
detur, quod Papa, vbi tenet quod nedum principi,
ſed etiam aliis ſecularibus dominis teneatur Eccle-
ſia ad onera pro bonis & rebus ad Eccleſiã prouen-
tis, & allegat in dictis locis ad hoc multa iura, & i-
ta tenent Doct. communiter. Sed illa taxa genera-
37 lis poteſt appellari tributum, vt plene dixi ſupra in
primo dubio principali: ergo. † Secundo hoc
probatur: quando rebus laicorum imponitur ali-
quod onus mere reale illud onus tranſit cum rebus
ad quemcunque res tranſeunt, vt l. alienatio. ff. de con-
trahen. empt. & l. traditio, ff. de acquir. rerum domin. cum
ſi. & ita notat. gloſſ. in cap. non minus extra de immunit.
Eccleſ. & addo quod onus merè reale impoſitum
rei ſeu poſſeſſionibus tranſit in Eccleſiam: ſi ad
Eccleſiam tranſit res vel poſſeſſio, vt notat. gloſſ. &
Doct. in d. c. non minus. & notat. in c. 1. extra de immunit.
Eccl. in c. 1. eo. tit. lib. 6. & idem tenet ibi Arch. & Io. Andr.
& alij Doct. & idem not. & tenet Ant. de Butr. in d. c. non
minus in penul col. in verſ. quædam ſunt munera ordinaria.
& idem tenet Card. Zab. & Io. de Imol. in c. ſi. extra de vita
& honeſtate clericorum, & idem Card. in cle. 1. in 3. & vlt.
quæſt. de immunita. Eccleſ. & habetur per Pet. de Ancha.
in repetitione. c. poſtulaſti, in quinta quæſt. extra de foro
compet. & iſtud ſentit Fed. de Senis in conſil. ſuo 223. quod
incipit, Punctus quæſtionis talis eſt. Titius ven-
didit, in fin. ſed illa taxa generalis eſt onus mere rea-
le, vt ſupra declaraui, ergo tranſit etiam in Eccle-
38 ſiam & Clericum cum ipſa re. † Tertio hoc pro-
batur alia ratione: quando eſt onus ordinarium
certum & perpetuum: tunc illud onus tranſit cum
ipſa re etiam in Eccleſiam vel clericum: ſi ad Ec-
cleſiam, vel clericum peruenerit: ſecus ſi eſt incer-
tum; quia cum varietate imminentium negotio-
rum mutetur: tunc illud onus non tranſit in Ec-
cleſiam. vt notat. Spec. in titul. de clericis coniugatis, in §.
1. verſicul. ad huius autem articuli: & idem tenet Ar-
chi. & Ioan. And. & Dynus in cap. 1. de immunit. Eccleſ. &
idem vult Bald. in extrauaganti de pace conſtantiæ in 7.
colum. verſic. quid de collectis, & idem tenet Ant. de Butr.
ſecundum Ioan. de Lignano in c. ſi. in vltim. colum. extra
de vita & honeſt. cleric. & idem tenet Salic. in dicta repeti-
tione. l. reſcripto in §. ſciendum, in penul. colum. ff. de mu-
neribus. & honor. & Pet. de Anchar. in conſi. ſuo 217. quod
incipit: In Chriſti nomine, Amen. dubium facit in
prædicta quæſt. mutatio rei & tranſlatio in Eccle-
ſiam, & Ioan. de Imol. in c. fin. in penult. colum. in princ.
de vit. & honeſta. cleric. & ita tenet etiam Angel. in con-
ſilio ſuo 23. quod incipit. Ad collectas clericorum,
an teneantur Eccleſiæ pro territoriis nouiter ac-
quiſitis, vbi elegãter dicit, quod aut collecta impo-
nitur hoc modo duo denarij pro centenario quo-
libet anno: ita quod eſt certum onos ante quam
res vadat ad Eccleſiam: & tunc tenentur res Ec-
cleſiæ, non dico Eccleſia, aut incertum re & gene-
re, & non poterit in præiudicium Eccleſiæ decla-
rari, poſtquam res ad Eccleſiam peruenit; nec facio
vim in nomine darij vel tributi: ſed ſolummodo
inter certum & incertum: ſpecificatum ante & ſpe-
39 cificandum poſt. † Et cum illa diſtinctione intel-
ligo dictum Bar. in l. reſcripto. ff. de muneribus. & hono-
ribus & l. plane. C. de ſacroſan. Eccleſ. Iſta ſunt verba ſua
in fin. dicti Conſilij. Et iſtud eſt etiam de mente Paol.
de Caſtr. in dicta l. placet in 1. colum. qui dicit quod hæc
non corriguntur per authen. Item nulla communitas. Cod.
de Epiſcop. & Cleric. Sed ita eſt, quod dicta taxa ge-
neralis eſt ordinaria, certa, & perpetua, vt ſupra di-
xi in ſecundo dubio principali: Ergo ſiue ſit tribu-
butum ſiue ſit collecta, vel alio nomine nuncu-
petur, afficit rem, & tranſit res cum onere ſuo et-
iam in Eccleſiam; Et per hoc etiam tollitur argu-
mentum, de quo ſupra dum dicebatur, quod illa ta-
xa oon erat propter tributum, quia vt dicit Angel.
non eſt curandum de nomine, dum taxa fuerit cer-
40 ta & perpetua, ſicuti fuit. † & quod ordinaria tri-
buta ſoluat Eccleſia, tenet Alb. ſecundum Oldr. in
41 l. de his in ſi. C. de Epiſ. & Cler. † Quarto probatur alia
ratione. Nam quãdo res aliqua eſt obligata ſeu hy-
pothecata pro aliquo onere, ad quemcunq; tranſit
illa res: tranſit cum illa obligatiooe & hypotheca,
vt & ſic cum ſua cauſa. l. ſi conuenerit. §. ſi fundus. ff. de
pignor. act. & l. res pignoris. C. de remiſſ. pignor. & l. ſi debi-
tor. C de diſtractione pignor. & notat. per gloſſ. in cap. non
minus, extra de immunit. Eccleſ. & in cap. 1. de cenſibus
cum ſi. ſed dicta bona, quæ per laicos fuerant deſcri-
pta in cataſtro cauſa ſoluendi dictam taxam gene-
ralem, fuerunt & ſunt tacite obligata Regi Neapo-
lis, quod patet, quia illa taxa dici poteſt tributum,
42 vt dixi ſupra in primo dubio principali: † ergo ſe-
quitur quod bona pro quibus ſoluitur tributum
ſunt obligata & hypothecata pro tributo. & 11. q.
ſi tributum. & ibi hoc notat. gloſ. Et idem notat per gloſſ. &
Doct. in cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. & idem not. Angel.
in l. omnes. Cod. ſine cenſu vel reliquis, & idem vult Sa-
lic. in dicta repetitione l. reſcripto. §. ſciendum verſic. no-
tat. quod omnia bona illorum. Et ita tenet expreſſe Bald.
in titul. de pace conſtantiæ in 7. column. verſic. quia de
43 collectis. † qui dicit quod pro collectis, quæ ſunt
munera

munera patrimonialia impoſita poſſeſſionib. bona ſunt hypothecata, & ad quemcunque tranſeunt cum onere ſuo *l. in venditione. ff. de act. empt.* & hoc dicit eſſe verum, ſi talis deſcriptio bonorum quæ fit pro ſolido & libra, ſit perpetua & certa: ſicuti fuit in caſu noſtro, vt dixi ſupra in ſecundo dubio principali, ſecus ſi propter varietatem negociorum imminentium immutetur: quia tunc incertæ obligationi hypotheca accedere non poteſt; & ideo non videtur huiuſmodi onus durare poſtquam peruenit ad perſonam priuilegiatam, vt eſt Eccleſia. vt *in in c. vnico de iure patronatus lib. 6. in nouella.* Et idem tenet An. de Roſellis in ſua monarchia in dicto verſ. ſextædecimæ rationi reſpondetur, licet Bal. nõ alleget. Et idem etiam dicit Lucas de Penna *in l. fin. C. de exactoribus tribu. lib. 10.* qui formauit quæſtionem in Comitibus & Baronibus, qui ex priuilegio vel conſuetudine percipiunt ab hominibus, & vaſallis ſuarum terrarum annis ſingulis in feſto aſſumptionis B. Virginis collectam: quæ dicitur collecta S. Mariæ: quæ eſt certa ad certã ſummam aſcendens: pro qua bona omnia immobilia ipſius caſtri, vbi ponitur in cataſtro, in certa ſumma inueniũtur: ſi poſſeſſores illorum bonorum ex aliquo titulo inter viuos vel ex vltima voluntate transferant aliquam de illis rebus in Eccleſiam, vel in clericos, aut alias ipſi clerici in eis legitimo iure ſuccedãt. Poſt multa argumenta vtrinque deducta concludit, quod Eccleſia & Clerici pro illis bonis tenentur cum aliis hominibus terræ conferre: cum ipſa collecta ſine vlla emergentia negociorum annis ſingulis imponatur; dicens quod ratio eſt, quia dictæ poſſeſſiones ſunt obligatæ: & ideo in quemcunq; etiã priuilegiatum tranſeant, tranſeunt cum illo onere ſol-

44 uendi ſibi annexo. † Cum ergo dicta taxa generalis ſit certa, & determinata, & perpetua, & pro ea ſint bona hypothecata: quæ pro illa taxa in cataſtro deſcripta reperiũtur: ſequitur, quod pro illis bonis quæ tranſeunt in Eccleſiam vel clericum, tenetur Eccleſia vel Clericus ſoluere dictam taxam generalem pro rata dictorum bonorum. Et iſtam opinionem tenet etiam Angel. *in conſ. ſuo 23. & in l. fin. C. ſine cenſu vel reliquis. & Ioan. de Platea in l. fin. C. de exactoribus tributorum lib. 10. Florianus in l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij in fin. ff. de vſufruct.* qui dicit quod ſi res tranſeant in Eccleſiam: quia legatur vel venditur Eccleſiæ: Eccleſia tenetur ad onera realia ratione illius rei per *l. placet. & l. neminem. C. de ſacroſan. Eccleſ.* & ponitur exemplum in tributo, nam ex quo res iam ſubiacebat huic oneri, tranſit in Eccleſiam cum ſua cauſa *per l. alienatio. ff. de contrah. emp. & c. 1. cum concordantiis ibi extra de cenſibus: & probatur in l. fi. C. de exactoribus tribut. lib. 10. & ita tenent ibi Io. de Platea & alii ſcribentes. Et iſtud eſt etiam de mente Bald. in auth. ſed & periculum. C. ſine cenſu vel reliquis.* & iſta eſt commu-

* tis * Doctorum ſententia, & ita ego etiam teneo, maxime quia dicta taxa poteſt dici tributum, & eſt munus mere reale, ordinarium, certum, vniforme, & non variabile, & perpetuum, & impoſitum Regno non perſonis; vt patet ex omnibus prædictis. Quam concluſionem intelligo eſſe veram non ſolum pro taxa impoſita, & quæ debeatur antequam res ad Eccleſiam peruenerit, *de quo eſt glo. ſingularis in l. in cella. ff. ad municipales, & ibi plene per Alb. de Roſato, & Doct. & per Bal. in l. placet. C. de ſacro. Eccl. cũ ſi.* Sed etiam pro taxa, quæ imponetur vel debebitur poſt; ex quo eſt certa vniformis & perpetua per prædicta. Niſi eſſent illa bona relicta Eccleſiæ pro dote ſua, vel pro cœmeterio, vel pro conſtructione Eccleſiæ vel domibus, aut hortis Eccleſiæ: quia de illis bonis non deberet ſolui illa taxa generalis, vt in c. 1. extra de cenſib. & *ibi not. per gl. & Doct. & per gl. & Doct. in c. non minus extra de immun. Eccl. & per gl. 23. q. vlt. in c. ſecundum canonicam. & per Io. de Platea in d. l. ſi. C. de exact. tribu. lib. 10. & not. eleganter per Ant. de Butr. in d. ſuo conſ. quod allegaui ſupra in 2. dubio princip. in ſi. vbi iſtud de dote Eccleſia optime declarat.* Nec obſtant allegata ſupra in contrarium: quia loquuntur & locum habẽt in collectis, quæ imponuntur perſonæ pro rebus. Secus eſt in tributis & oneribus mere realibus, ordinariis, certis, & non variabilibus, & perpetuis, vt patet ex prędictis: Et hæc ſint dicta ſaluo iudicio ſanctæ matris Eccleſiæ, cui me ſubmitto.

ANNOTATIONES.

a Illud eſt tributum] *Tributum quid ſit, & quomodo differat à collecta, annona, vectigali, gabella, angaria, & pedagio tradit Fel in c. ad audientiam n. 27. & ſeq. extra de præſcriptio. Aegidius Boſſius in ti. 5. de vectigalibus n. 5. & ſeq. & latiſſimè Ioannes Arze in tracta. de Nobilitate Hiſpania c. 2. per totum, & c. 3. docet, quo iure & qua ratione tributa inducta ſint; & docte Iac. Cuiacius obſeruatio. lib. 7. c. 3. & 4.*

b Ordinaria munera] *Quodnam dicatur munus ordinarium, & quod extraordinarium declarant. Bal. in conſi. 408. incip. ad euidentiam lib. 5. Caſt. in l. placet nu. 3. & ſeq. C. de ſacroſ. Ecc. Abb. in c. non minus, nu. 11. extra de immunit. Eccleſia. & in c. licet n. 4. de cenſibus latè And. Siculus vulgo Barbatia in con. 1. vol. 3. Remigius de Gonny in tract. de charitatiuo ſubſidio q. 63. n. 7. & ſeq. Decian. conſ. 55. nu. 2. vol. 1.*

c Reges & ciuitates] *Vide ad hoc quæ tradunt Bar. in l. 1. in 2. not. C. de ſuperindicto & ibidem Rebuff. Guido Pap. quæſt. 87. omnes in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. vbi in ſpecie Alex. nu. 13. ibidem Alex. in conſ. 52. lib. 5. & conſ. 78. nu. 4. lib. 6. Fel. in c. cum dilecta nu. 49. & 93. extra de reſcr. Dec. in l. Imperium nu. 37. ff. de iuriſdictio. omnium Iud. Curt. iun. in conſ. 60 nu. 8. & conſ. 61. nu. 9. & 19. Crauet. in conſ. 195. in prin. & ample Nicolaus Feſtaſius in tract. de aſtimo & collectis in 2. parte c. 2. in prin.*

d Teneo contrarium] *Idem tenet Guido Pap. q. 79. Decian. reg. 110. in 2. limitatione ample Felin. in c. Eccleſia ſancta Mariæ n. 10. 83. 84. & ſeq. extra de cõſtitutio. Syluester in ſumma ſua in verbo. Immunitas, §. pe. verſ. 30. Corn. in conſ. 264. nu. 6. vol. 4. Cur. iun. in conſ. 68. n. 4. Crau. in conſ. 217. nu. 5. Guliel. Redoan. in tract. de rebus Eccl. non alien. Rubr. 16. nu. 62. & Tiraq. in tractatu de iure primogeniorum quæſt. 43. nu. 9. qui alios cumulat. Contrarium tamen tenet idem Guido Pap q. 381. Ruin. conſ. 117. nu. 3. vol. 4. & id acriter tuetur Illuſtris. Card. Albanus, in tract. de immunitate Eccleſia in prin. & nu. 10. & hunc articulum fuſe pertractat Aegidius Tontat. in tracta. de collectis. c. 2. nu. 38. & Ioannes Arze de Nobilitate Hiſpania in 2. parte. c. 1. nu. 8. & ſeq. & vi-*

de qua ſcribit Alba in conſil. 8. per totum, & Octauia. Cacher. in deciſionibus Pedemont. deciſ. 68.

CONSIL. IIII.

ARGVMENTVM.

An quinq; pro centenario petere licitum ſit pro dote, poſt mortem viri vxori non reſtituta, vigore conuentionis initæ inter filium vxoris, & hæredem viri.

SVMMARIA.

1 *Vſura eſt quicquid ſorti accedit, & quomodo id procedat, & num. 29.*
2 *Maritus pro dote ſibi non ſoluta, an aliquid vltra ſortem petere poßit, & num. 4. 5. 12. 13. 15. 16.*
3 *Mulieri an debeantur vſuræ pro dote ſibi non reſtituta, & num. 15.*
6 *Vſuras nec Papa, nec Imperator concedere poteſt.*
7 *Statutum laicorum ſuper vſuris an valeat.*
8 *Concilia generalia tanquam euangelia ſeruanda ſunt, & contra illa non valet nec tenet conſuetudo vel conſtitutio.*
9 *Omnes vſuræ etiam legales de iure canonico ſunt prohibita.*
10 *Papa in his, quæ in veteri teſtamento prohibita ſunt, vt in vſuris diſpenſare non poteſt.*
11 *Vſurarum prohibitio in omni foro eſt eadem.*
13 *Pœna conuentionalis quantitati adiecta, an exigi poſſit, vel in fraudem vſurarum appoſita, cenſenda ſit.*
14 *Mulieres licitè pactum inire poſſunt, vt ſi eis dos non reſtituatur, aliquid ſoluatur pro pœna.*
16 *Pactum vt aliquid præter ſortem pro damno emergenti ſoluatur, licitum eſt, & num. 19.*
17 *Intereſſe extra rem non conſideratur.*
18 *Intereſſe lucri captandi peti non poteſt.*
20 *Intereſſe lucri ceſſantis, an & quando peti & probari poßit, & num. 23.*
21 *Mulieri pro dote ſibi poſt annum non reſtituta, tantum debetur, quantum ſua intereſt, dotem ipſam reſtitutam non fuiſſe.*
22 *Ille, cui præter ſortem aliquid nomine intereſſe, poſt certum tempus promiſſum eſt, id petere non poteſt, niſi ex licitis cauſis intereſſe probetur.*
24 *Fructus per coniecturas probari poſſunt, ſicut intereſſe futuri lucri, & qualiter id fieri poßit.*
25 *In dubio actus vſurarius iudicari non debet.*
26 *Tridenti eſt conſuetudo, vt mulieri in reſtituenda dote moram paſſa debeantur quinque pro centenario, & vltra.*
27 *Plus & minus non eſt conſiderabile.*
28 *Statutum vel conſuetudo, quod mulier pro dote ſibi non reſtituta quinque pro centenario petere poßit, an valeat.*
30 *Intereſſe vbi à lege taxatur, à iudice taxari non poteſt.*
31 *Pretium ab homine taxatum attendi debet, nec vltra quicquam peti poteſt.*
32 *In incertis non in certis locus eſt coniecturis.*
33 *An ſi pro alia ratione, quam pro dote aliquid debeatur, quinq, pro centenario peti poßint.*
34 *Debitor pro aliquo fundo, ſi ex eo fructus percipit, ad intereſſe per partes limitatum tenetur, nec vſura dicitur.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Circa primum
dubium, an ſit licitum petere quin-
a que pro centenario *a* pro dote non
reſtituta vxori propter mortem ma-
riti, vigore conuentionis inter filium dictæ vxoris,
& alium hæredem ſoceri: Videtur prima facie di-
cendum, quod nullo modo ſit licitum petere; quia
cùm mulier ſit creditrix de 400. ducatis pro dote
1 ſua: † quicquid accedit ſorti, eſt vſura. *14. quæſt. 3.*
plerig, & c. vſura. & eſt text. cum gl. in verbo non poßit, in
fin. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. & probatur in l. ſi tibi
decem millia, in princ. ff. de pactis. & hæc regula non ſo-
lum procedit in mutuo, ſed etiam in alio contra-
ctu, vbi excogitatur aliquid in fraudem vſurarum.
vt eſt gl. notabilis in c. conqueſtus in gl. magna ibi, & quod
dicitur, quicquid accedit ſorti, extra de vſur. ſed ſi aliquid
poſſit exigi per mulierem ab hæredibus viri vltra
2 ſortem, illud ſorti accederet; ergò eſſet vſura. † Se-
cundò hoc probatur, quia videtur eſſe introductũ
hoc ſpecialiter in viro, vt poſſit petere ab vxore vel
ſocero aliquid vltra ſortem, vt eſt caſus *in l. ſalubri-*
ter, extra de vſuris: quia maritus ſuſtinet onera ma-
trimonii; quæ ratio ceſſat in muliere, ſoluto matri-
3 monio per mortem viri. † Et iſtam opinionem,
quòd ex parte mulieris moram paſſæ in reſtituenda
ſibi dote ſoluto matrimonio non debeantur vſu-
b ræ, *b* tenet Innoc. *in d. c. ſalubriter, in fin. & Io. And. &*
idem vult Bart. in l. inſulam, in §. vſuras ff. ſolut. matr. qui
dicit, quod tunc propriè ſunt vſuræ. & ita tenet et-
iam Bart. *in l. at qui natura, §. non tantum. ff. de negot. geſt.*
& in conſ. ſuo 184. quod incipit, Franciſcus habuit vxorem.
4 *& ita tenet etiam Angel. in l. Titia. ff. de ſolut.* † *Imo plus*
Paul. de Caſtr. in d. l. inſulam. §. vſuras dicit, quòd etiam
ex parte mariti moram paſſi, ſi ſibi non eſſent data
pignora, non poſſet petere tantum prò centenario,
c etiamſi id promiſſum ſibi eſſet: *c* Vnde ſi id non
valeret in marito ſuſtinente onera matrimonii,
multò minus videtur debere valere in vxore *per d. c.*
ſalubriter. Sed Cyn. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. actione
tenet contrarium. & Bal in auth. ei qui, in 18. col. verſ. quæ-
ro mulier miſſa in poſſeßionem. C. de bonis auct. iud. poſſ. Et
quia iſta quæſtio eſt quotidiana, in qua variarunt
plurimum Doctores, tam legiſtæ quam canoniſtæ,
ideo vt veritas clarius intelligatur; & etiam vt dicta
Doctorũ concordari poſſint, diſtinguo hanc quæ-
5 ſtionem per plures caſus. † Primus caſus eſt, quan-
do petuntur iſta quinque pro centenario ſolum ra-
tione moræ, non habito reſpectu niſi ad moram: &
tunc cùm maritus ſeu eius hæres ſit debitor quanti-
tatis: dicitur eſſe vſura proprie, quicquid exigitur
vel petitur vltra ſortem per prædictam regulam,
quæ dicit, quicquid accedit ſorti, eſt vſura, & iſta eſt
prohibita in vtriuſq; teſtamenti pagina, id eſt, vete-
ris & noui teſtamenti, & ſic de iure diuino & cano-
nico, *vt in c. quia in omnibus. & in c. ſuper eo. extra de v-*
ſuris: & etiam hodie de iure ciuili, *vt habetur in auth.*
ad hæc. C. de vſuris. & in l. cunctos populos. C. de ſumma
6 *Trinit. & fide cathol.* † Et propterea nec Papa, nec
Impe-

d Imperator *d* poſſet vſuras concedere, vt dicit ele-
ganter Bal. *in l cum quis in 12. col. C. de iur. & fact. igno.* &
quod Imperator non poſſit, tenet etiã Bal. *in d. l. cun-
ctos populos in 4. col. verſ. ſed iuxta hoc quæro nunquid Im-
perator*, qui dicit, quòd Imperator non poteſt per-
mittere vſuras: quia id quod eſt contra ſalutem ani-
mæ non poteſt permittere: quoniam illud vetat ſu-
perior, id eſt, ipſe Deus, & dicit hoc eſſe not. Et ſi
non poteſt hoc Imperator multo minus ſtatutum
alicuius municipii: quod enim nõ poteſt prima cau-
ſa, multo minus ſecunda. Vnde cum populi ſaciant
ſtatutum auctoritate Principis: merito id quod non
poteſt princeps, non poſſunt ſtatuentes, ſumpto ar-
gumento à maiori potentia cauſæ efficientis; Et
ſumpto alio argumento ab effectu cauſę influentis.
Et idem vult Bal. *in c. 1. § ſimiliter in tit. de controuerſia*
7 *inueſtituræ*; qui dicit not. † quod nec populus, nec
Imperator poteſt facere legem vel ſtatutum, quòd
ſententia ſuper vſuris lata per iudicem ſecularem,
ſit ſeruãda inter ſe: nec poſſunt iuſtificare reatũ per
uo. *in auth. ad hæc de vſuris*: Nec impedire iuriſdictio-
nem Eccleſiaſticam, quin poſſit adiri ſuper iſtis v-
ſuris, & quòd huiuſmodi ſtatuta laicorum non va-
leãt, tenet etiam Bal. *in rubrica extra de iudiciis in 3. col.
Et idem vult Bald. in extrauaganti de pace conſtantiæ in 11.*
8 *colum. in princ.* qui dicit ſingulariter, † quòd contra
concilia generalia, quæ ſunt ſeruanda vt Euangelia,
non tenet conſuetudo, vel conſtitutio contraria,
vt not. Ioan. An *in c. cum laicis. & in c. nulli extra de reb.
Eccle. non alienandis in nouella*, Vnde non valet ſtatu-
tum vel conſuetudo de præſtandis vſuris: quia eſt
contra Concilium *vt not. in authen. ad hæc. C. de vſuris*:
Et ideo dixit eleganter Arch. *1. diſt. c. conſuetudo, vt re-
fert etiam Bald. in rubrica. C. de vſuris & fructibus legato-
rũ*, quod licet ſatis ratio perſuadeat humana, quod
quis poſſit pecuniam funebrem exercere: tamen
quia contrarium eſt diſciplinæ & ſaluti, non eſt ius,
neq; loco iuris ſeruatur, & eſt argumentũ contra le-
ges permittentes vſuras, ſcilicet, quòd non ſunt le-
9 ges neq; iura ſecundum eas. † Et hoc modo intel-
ligo, quod dixit Azo. *in ſumma. C. de vſuris.* videlicet
quòd omnes vſuræ etiam legales ſunt hodie prohi-
bitæ & correctæ de iure canonico; ſicut etiam dicit
10 Bart. *in l. inſulam. § vſuras in fi. ff. ſol. matr.* † Vnde di-
xit etiã ſingulariter Roffredus Beneuentanus *in ſuis
libellis iuris canonici in tit. quando poſſit votum redimi in
verſ. ſed quibuſdam videtur in fin.* quòd in his quæ ſunt
in veteri teſtamẽto prohibita: vt in vſuris: in illis Pa-
pa diſpenſare non poteſt, & plus ibi dicit, quod au-
diuit, quòd D. Innocentius tertius voluit tempore
Concilii diſpenſare & inuenire remedium in vſuris
propterea quia totus mũdus ſuper his vadit in prę-
cipitium: ſicut diſpenſauit in matrimonio: qui ſe-
primum gradum reduxit ad quartum, ſed nõ potuit
11 remedium inuenire. † Et propterea dixit Io. An.
multum *not. in regula peccatum in mercurialibus. lib. 6. vt
refert. etiam Bald. in d. l. cunctos populos in 6. col. in fi.* quod
prohibitio vſurarum in omni foro eſt eadem: nam
quæ naturalia ſunt. in omni loco eadem ſunt; ſicut
lapis vbiq; deſcendit & ignis vbiq; aſcendit & cale-
facit ſecundum Ariſt. Et in iſto, quando nõ habetur
alius reſpectus, quã moræ debitoris in promitten-
do vel exigendo aliquid vltra ſortem, puta quinque
pro centenario, non valeret pactum, nec lex, nec
ſtatutum, neque conſuetudo, vt apparet ex prædi-
13 ctis: ſed iſte nõ videtur eſſe caſus noſter. † Secun-
dus caſus principalis eſt, quando pactum de ſoluen-
do aliquid vltra ſortem puta quinq; pro centenario
fuiſſet appoſitum pro pœna non ſoluentis in termi-
no ſtatuto, & ſic non petitur tanquam vſura vel in-
tereſſe: ſed tanquam pœna conuentionalis: nam li-
e cet ſit dubium, an pœna conuentionalis *e* adie-
cta dationi quantitatis poſſit exigi: & multi di-
cant quod non: quia videtur adiecta in fraudẽ vſu-
rarum, *vt not. per Iac. Bu. & alios in l. rogaſti, in § ſi tibi.
ff. ſi cert. pet. & per Doct. in l. ſtipulatio iſta. § alteri. ff. de ver.
obl. & in l. cum ſeruus ff. de cond & demon. & in l. ſed & ſi
quis. § fi. ff. ſi quis cautio. & in l. cum allegas. C. de vſur.* Ta-
men videtur poſſe dici ſecundũ aliquos quòd quan-
do iſta pœna nõ apponitur tempore contractus nec
incontinenti poſt, ſed ex interuallo, tunc non præ-
ſumatur pactum poſitum in fraudem vſurarum, *vt
no. Bar. in d. l. cum ſeruus. & hoc caſu procedat opinio gloſſæ
in d. l ſed & ſi quis. § fi. arg. legis. 2. C. de pactis pig. & quod
ibi not. per Doct. facit. quod not. in c. illo vos extra de pig. &
quod no. Bar. in ſimil. in l. nemo poteſt, in verſ. quæro an re-
nuntiatio exceptionis. ff. de l. 1. Et hoc tenet Paul. de Caſt. in
l. Iulia. § idem Pomponius ff. de act. emp.* Vel ſecundum
alios diſtinguitur: aut ille qui appoſuit tale pactum
etiam ex interuallo, eſt conſuetus fœnorari, ſeu ſi-
miles contractus vſurarios facere, & tunc præſuma-
tur in fraudem vſurarũ appoſuiſſe illud pactum, *arg.
l. non omnis. § a. barbaris. ff. de re mili. & l. qui ſemiſſis. ff. de
vſuris: & l. vel vniuerſorum. ff. de pig. act.* aut non ſolitus
fœnorari, & tunc ſecus, per dicta iura. *& hoc vult. gl.
in d. l. ſtipulatio iſta. § alteri. ff. de verb. obl. & not. gloſſ. in l.
cum allegas. & ita vult Bald. ibi, qui pro hoc allegat l. præ-
dia. ff. de act. emp. & idem videtur diſtinguere Ioan. de Imo.
in dict. § alteri. Vel tertio ſecundum Sal. in dict. l. cum al-
legas in verſ. ſed tunc quæro*: quid ſi factum non eſt ob-
ligationis augmentarium; videtur eſſe conſide-
randa perſona debitoris recipientis, quia ſecundum
eum, ſi perſona recipiens eſt talis, quæ cõmuni opi-
nione veriſimiliter fuiſſet impotens ad tale pa-
ctum implendum, tũc præſumptio eſt, quòd credi-
tor tale pactum adiecit nõ ad obligationem conſer-
uandam & eius faciliorem exactionem habendam,
vt prima facie ſonat pactũ, ſed potius ad ipſam one-
randã, & in pœna committenda augmentandam.
*arg. l. 1. § qua oneranda. ff. quarum actio non detur, & quod
ibi no. gl. & Bart.* & ideo tunc pœna videtur adiecta in
fraudem vſurarũ, & non tenet, *vt dicit gl. in d. l. rogaſti.
§ ſi tibi. ff. ſi cert. pet.* Aut perſona debitoris recipientis
communi opinione, erat ita locuples, quod tale pa-
ctum faciliter implere potuiſſet, ſi voluiſſet, & tunc
dicit Sal. pactũ cenſeri ſimpliciter ad faciliorem ex-
actionem eſſe adiectum, niſi qualitas pœnę faciat a-
liud præſumi. *argumento dicta l. cum allegas. C. de vſuris
& quod no. gl. in l. ſtipulatio iſta. § alteri, ff. de verb. obl. &
in § alteri. Inſt. de inutilibus ſtip. Vel quarto ſecundum Do-
minum meum d. Ang. de Aretio. Inſtit. de actio. in § omnes,*
videtur eſſe diſtinguendum, aut eſt pœna legalis aut
cõuentionalis; ſi cõuentionalis, aut apponitur vt in
omnem caſum, etiamſi nõ fuiſſet promiſſor moro-

ſus ſtatim deberetur: & tũc quamuis minima pœna
apponatur non valet; & iſte eſt text. in d. l. rogaſti in §.
ſi tibi. & ibi gl. Vbi dicit quod ſi mutuo tibi decem
cum hoc, vt reſtituas vndecim, & ſic vnũ plus, non
valet, quia diceretur accedere ſorti & non culpę vel
moræ. Ideo non valet ſecundum. gl. ibi; facit l. ſi tibi
decem millia in prin. cum ibi no. ff. de pactis. Aut pœna ap-
ponitur dationi qoantitatis ſub conditione, ſi non
ſolueris, & ſic in defectum retardatæ ſolutionis: &
tunc ſiue apponatur pœna, vt ſtipulatori ſoluatur,
ſiue vt alteri ſtipulatio quæratur, & tunc valet vſq;
ad legitimum modum. vt l. cum allegas. C. de vſuris vbi
eſt caſus coniuncta gl. & haberetur in d. l. ſtipulatio iſta. §.
alteri cum gl. & in d. §. alteri cum gl. Inſt. de inutilib. ſtip. &
14 in l. prædia. ff. de act. emp. † Vel quinto ſecundũ alios,
mulieres poſſunt licitè apponere pactũ pœnale, vt
ſi non reſtituatur ſibi dos, teneantur hæredes viri
aliquid ſoluere, non tanquã intereſſe; ſed tanquam
pœnam conuentionalẽ dummodo non fiat in frau-
dem vſurarum, quę in eis non eſt præſumenda, quia
ponitur hoc pactum pœnale, vt molieres tædio af-
ficiant hæredes mariti, & propter hoc dotes ſuas
facilius recipiant: & ſic auferatur eis materia inho-
neſtatis propter defectum ſuarum dotiũ, & ne co-
gantur mendicare; & quia pro dotib. recuperandis
multi fauores à iure tributi ſunt, vt habetur in l. 1. ff.
ſol. matr. & in c. ex literis extra de pign. vt refert Dn. mens
in canonibus D. Ioannes de Anania in c. ſalubriter in 12. col.
verſ. alii dicunt quod mulieres extra de vſuris, & iſta fuit
opinio ſolennis Doctoris, Domini Laurentii de
Rodulphis in ſuo tractatu vſurarum quem poſuit
15 in c. conſuluit extra de vſuris in 65. q. † At in propo-
ſito noſtro, ſi dictum pactũ quod ſoluantur quinq;
pro centenario, ſi ſoluantur die ſtatuta à partib. eſt
vel cenſetur pœnale, (quod an ſit dicetur infra) Vi-
detur quod tale pactum valeat: quia coocurrunt o-
mnia de quibus ſupra ſecundũ opiniones omnium
prædictorum: nam illud pactum non fuit appoſi-
tum à principio contractus matrimonii, ſed ex in-
teruallo dudum pòſt ſoluto matrimonio, & fuit ap-
poſitum per Comitem de Molueno filium D. Mat-
thæę Cępollæ, qui nõ conſueuit fœnorari nec ma-
los, vel ſuſpectos contractus facere, nec erat aliqua
pręſumptio mala contra eum, quia erat tunc minor
vigintiquinq; annis & iuris ignarus arg. gl. no. in l. cum
allegas. C. de vſuris: & qua fecit pro d. D. Matthæa ma-
trona honeſtiſſima, quæ ſemper cum ſumma ſan-
ctimonia vixit. Ita quod nec contra ipſam nec con-
tra filium ſoum Comitem aliquid fraudis eſt præ-
ſumendum, præſertim cum debitor promittens di-
ctam dotem eſſet tunc potens communi opinione
ad ſoluendum dictam dotem temporibus in inſtru-
mento debiti ſtatutis; & cũ dicta promiſſio pœna-
lis fuerit facta pro dote: quibus omnibus occurren-
tibus; illa promiſſio pœnalis non cenſetur fuiſſe fa-
cta in fraudem vſurarum & per conſequens debet
16 valere. † Tertius caſus principalis eſt: ſi illud pa-
ctum de ſoluendo qoinq; pro centenario fuit appo-
ſitum non pro pœna, ſed pró damno, & ita pro da-
mno emergenti; & vult petere ab hæredibus ſoce-
ri, qui tenebantur ad dictam dotem reſtituendam,
quia propter retardatã ſolutionem, creditor, id eſt,
D. Matthæa aliquid perdidit de ſuo, & ſic tanquam
intereſſe, & tunc omni iure ſcilicet diuino, canoni-
co, & ciuili poteſt illud petere per ea quæ not. in l. ſo-
cium qui in eo. ff. pro ſocio. & ita expreſſe tenet Paulus
de Caſt. in quocunq; creditore in l. cunctos populos in
6. col. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica. Et iſtam
opinionem tenuit Dominus Laurentius de Rodul-
phis in d. ſuo tractatu de vſuris in 65. q. in debito dotis
qui dixit, qood relicta vidua poteſt licitè percipere
ex pacto aliquid loco intereſſe ab hęredibus mariti:
pro quo allegat gl. in l. cum allegas. C. de vſuris. qoæ vult
ſecundum Bald. quòd ex pacto poſſit peti intereſſe
17 in quocunq; contractu mundi. † Nec obſtat ſi di-
catur quòd iſtud eſt intereſſe extra rem, quod non
debet conſiderari l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de
acti. emp. quia eſt ſpeciale in pecunia, in qua non po-
teſt venire intereſſe intra rẽ. vt not. Bar. in l. ſi pœnam.
18 ff. de verb. obl. & in l. nũmis. ff. de in litem iurando. † Nec
obſtat, quod no. in c. ſacro. extra de ſententia excommu-
nicationis, vbi dicitur quòd intereſſe lucri captandi
peti non poteſt; quia iſtud eſt intereſſe damni eui-
tandi, quia vxores debent viuere de dotibus ſuis vn-
de ſi illas non habent, oportet quòd quærant aliun-
de, & ſic incurrunt damnum: & ita etiam hoc vide-
tur ſequi Io. de Anania in d. c. ſalubriter in 12. col. verſic.
adde etiam prædictis quod D. Laurentius. extra de vſuris:
Vnde ſi dicta Domina Matthęa fuiſſet paſſa aliquod
damnum, illud poteſt petere: ſi aſcendat ad quinq;
19 pro centenario vel vltra. † Ex quo ſequitur quod
vigore dicti pacti poſſent peti dicta quinq; pro cen-
tenario ratione emolumentorum, ſeu alimento-
rum, ſi dicta mulier non habuiſſet vnde ſe aleret, vt
not. Doct. in d. l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matri. & Pau.
de Caſt. in l. diuortio in prin. ff. ſolut. matri. cum ſim. licet a-
liter dixerit Bald. in auth. ei qui in 17. col. verſ. quæro mulier
20 miſſa in poſſeſſionem, C. de bonis auct. Iud poſſ. † Quar-
tus caſus principalis eſt: quando illud pactum de
ſoluendo quinq; pro centenario fuiſſet appoſitum
f loco intereſſe lucri ceſſantis: f nam tunc illud pa-
ctum valeret, & ita poſſet peti illud intereſſe lucri
ceſſantis: ſicut intereſſe damni emergentis: quan-
do ille, qui eſt creditor, eſſet mercator vel conſue-
uiſſet negociari, & cum pecunia conſueoiſſet lucra-
ri: nam tunc tantum poſſet petere quantum veriſi-
militer fuiſſet lucratus; ſi illam pecuniam habuiſſet
tanquam intereſſe perditum, vt habetur in l. vnica.
C. de ſententiis qua pro quod intereſt. & per gloſ. & Doct. &
maxime Pau. de Caſt. in l. 3. §. fin. ff. de eo. qnod certo loco, &
per gloſſ. & Doct. in l. nummis. ff. de in litem iur. & hoc vult
21 Ang. in l. vnica, in §. cũ autem. C. de rei vxor. actione; † qui
dicit quòd ratione moræ debet mulieri, cum dos
non eſt reſtituta poſt annũ, ſolui tantum quantum
ſua intereſt dotem ſibi ſolutam non fuiſſe, & hoc
etiã vult in terminis Paulus de Caſt. in l. cunctos popu-
los in 6. col. C. de ſumma Trinit. & fin. Catholica. & in l. di-
uortio in prin. in 6. col. ff. ſol. Matri. qui ponit etiã aliud
exemplum de intereſſe pṙędicto, videlicet ſi proba-
ret vxor, quòd ſi habuiſſet pecuniam ſuam, emiſſet
prædia, ex quibus percepiſſet fructus: per not. in l.
ſocium qui in eo in princ. ff. pro ſocio, & hoc etiam vult Io.
Calderin. & Pet. de Anch. in dicto c. ſalubriter, extra de
22 vſuris. † Non tamen hoc caſu ille qui promiſit
ſoluere

ſoluere ad certum tempus pecuniam certam, vel aliquid aliud vltra ſortem, nomine intereſſe; poteſt tale intereſſe licitè petere niſi probetur, quòd vere tantum erat intereſſe ipſius creditoris ex licitis cautis, ita conſuluit Dy. *vt refert Cy. in l. ſi ſeruus ea lege, in additionibus. ff. de ſerui exportandi; argumento legis qui teſtamentum. ff. de probationibus. & l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. 3. & ſequitur etiam Bald. in l. cum allegas in 4. colum. C. de vſuris, & in l. rogaſti in §. ſi tibi ff. ſi cert. pet. & in l. cunctos populos in 4. colum. Cod. de ſumma trinit. & fid. Cathol. & in l. vnica in 4. colum. C. de ſententiis, qua pro eo quod intereſt. & Pet. de Anchar. in regula peccati in 3. q. de regul. iur. in 6. & in conſil. 141. quod incipit In Chriſti nomine, in quaſtione qua vertitur &c.*

23 † Et ideo in hoc caſu erit neceſſe probare, quòd illis temporibus à quibus debitor fuit in mora, eſſent prædia venalia quæ dicta mulier emere potuiſſet: per id quod not. Bart. *in l. tutor qui repertorium. §. ſi poſt depoſitionem. ff. de adminiſt. tu.* Et *in conſilio ſuo 20. quod incipit. Vulterini ſunt inquiſiti à Domino Rectore. & in leg. ſi ſeruum in fin. principij. ff. de verb. obl.* Et ſufficit quod probetur directè vel præſumptiuè quòd potuerit mercari vel emere prædia. *argumento legis tutor §. non eſt. cum ibi not. per Bartol. ff. de adminiſtr. tu.* qui dicit per illum text. quòd ſi quis vult arguere aliquem ex negligentia, quòd pecuniam non mutuauerit, oportet vt probet directè vel præſumptiuè quod eam mutuare potuerit, & quantum lucrari potuiſſet ex mercantia poterit probare, ſi probabitur quod alii mercatores eiuſdem cōditionis, & ſimilem mercantiam puta pannorum, vel artis lanæ facientes cum tanta pecunia, tantum communiter de dictis annis fuerunt lucrati, *vt l. continuus. §. cum ita, ff. de verb. obl. & ibi hoc not. Bartol. & Ang. qui dicit, quòd ad iſtam doctrinam Bart. recurrit Florentia illo anno, & hoc etiam eſt de mente Bald. in leg. 1. in vltim. colum. verſicul. quaro qualiter probentur fructus. Cod. de*

24 *fructibus. & litis expenſis.* † Qui dicit, quod fructus poſſunt probari per coniecturas: ſicut intereſſe futuri lucri *leg. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco*, qui dicit etiam quod fructus probantur per proximas coniecturas, id eſt, illius anni, quo fructus percipiuntur, & per redditus vicinorum qui poſſident terras eiuſdem qualitatis; per remotas autem coniecturas, puta veterum annorum non probantur redditus præſentis anni, vt not. ſecundum eum Iac. de har. in *l. ſi fundum. C. de rei ven.* Et pro hoc etiam adduco quod not. Ang. *in l. creditor. ff. de pign.* qui dicit quod, quando vis probare fructus, debes facere articulum, quod ex tali fundo communi æſtimatione debeat tot fructus percipi, quia non poteſt de facili probari quos fructus percepit. *leg. 2. Cod. de pigno. actio. vbi dicit eſſe text. notabilem.* & quod debemus æſtimare ſine affectuoſitate; allegat gloſſ. quam dicit eſſe notabiliſſimam *in leg. ſi heredes, ff. famil. herciſ.*

25 † Quintus & vltimus caſus eſt, quando ſumus in dubio: quia non dicitur in inſtrumento, quòd promittantur illa quinque pro centenario pro vſura, vel pro pœna, vel damno, vel pro intereſſe, vel emolumentis ſiue alimentis: quid in dubio ſit iudicandum, & quomodo videantur, & ex qua cauſa promiſſa illa quinque pro centenario: Et dicendum eſt, quòd in dubio non eſt facienda interpretatio, vt videantur promiſſa ex cauſa vſuraria, vel in fraudem vſurarum, ſed potius ex alia cauſa, quæ valeat & ſit licita, quia in dubio actus nō debet iudicari vſurarius, *vt dicit Bal. in l. rogaſti, in §. ſi tibi, in fin. ff. ſi cer. petat, per l. ſi ea pactione, cum ibi not. C. de vſur. facit pro hoc l. merito. ff. pro ſocio. coniuncta. l. quotiens. ff. de verbor. obligat. & l. quotiens. ff. de rebus dubiis. & ff. de regul. iur. & fit in l. benigniorem partem. benignius. ff. de legibus. vt not. Ioan. de Imola in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matrim. & Ange. de Aretio Inſtitut. de act. in §. fuerat in verſ. quid in muliere, qua habet pignora.* & ideo videat dicta Domina Matthæa, & conſilium capiat quid magis ſibi expediat, vel petere illa quinque pro centenario loco pœnæ vel loco damni emergentis, vel loco intereſſe, vel lucri ceſſantis: & ſecundum

26 illud agat. † Et ſi eſt verum quòd in ciuitate Tridenti, vbi eſt facta dicta promiſſio, eſt conſuetudo, quòd mulieri ſoluto matrimonio per mortem viri moram paſſæ in reſtituenda ſibi dote, debentur quinque vel vltra pro centenario, Ita quòd conuentio ſit conformis conſuetudini; putarem quòd illa conuentio adiuta conſuetudine valeret in dubio, etiam non facta aliqua alia probatione de intereſſe vel damno aut lucro: quia ſi mulier deberet probare huiuſmodi intereſſe, vel damnum, aut lucrum, quod eſt difficile probare, iuxta not. *in l. vnica, C. de ſententiis qua pro eo quod intereſt:* poſſet propter difficultatem probationis ſuccumbere, & hæredes mariti de ſua tarditate vel malitia commodum reportarent. Ideo conſuetudo vel ſtatutum diſpoſuit, vt quinque, pro centenario vel vltra certum ſolueretur mulieri pro dote ſibi non reſtituta abſque alia probatione, quia aliquando poteſt pati mulier damnum emergens, aliquando lucrum ceſſans, interpretando, quod in dubio poſſit eſſe tantum damnum, vel intereſſe, & iſto modo intelligendo non eſt verum quod ſtatutum vel conſue-

27 tudo permittat vſuras; † quia licet aliquando poſſet eſſe plus damni vel intereſſe aliquando minus; ſtatutum tamen de hoc noluit habere conſiderationem, *argumento gloſſ. not in l. creditor. §. ſi inter maritum in verbo negent, ff. mandati*, & maxime propter difficultatem probationis, ideo voluit figere pedes de certa ſumma. Nec iura prohibent quominus conſuetudo, vel ſtatutum poſſit huiuſmodi interpretationem facere maxime in perſonis, quæ non ſint ſuſpectæ de vſuraria pra-

28 uitate, ſicuti non ſunt in caſu noſtro. † Et quòd huiuſmodi conſuetudo vel ſtatutum valeat, tenet Bald. *in leg. ſi. in §. præterea in 3. colum. in prin. C. de iure de.* qui dicit: quòd in hoc recurrendum eſt ad moderatam conſuetudinem regionis; & in aliquo loco ſunt ſtatuta, quæ deliberant ſolui decem pro centenario, quod dicit eſſe ſatis probabile; quia etiam ſecundum vſum bonæ mercantiæ lucrum affertur, *vt not. in c. per veſtras, extra de donat. inter vir. & vxorem.* & quod etiam ſtatutum ſuper his valeat, tenet Card. Zabarella *in clem. 1. in 6. quaſt. de vſuris*, in terminis ſtatuti Paduani vbi dicit tale ſtatutum poſſe tolerari, quia non poteſt dici formalis vſura, ex quo pactum de pluri

dando

dando non interuenit, & dicit, quod ita alias conſu-
g luit. & ita alias ego conſului Paduæ g & ita vidi ſæ-
pius iudicari Veronæ, vbi viget etiam ſimile ſtatu-
tum; Vnde minime mutanda ſunt, quæ longam in-
terpretationem habuerunt. *l. minime. & l. ſi de inter-
pretatione. ff. de legibus &c. cum dilectus de conſuetudine.*
Nec obſtat quod dixi ſupra in prin. quod ſtatutum,
vel conſuetudo non poteſt permittere vſuras, quia
iſta non eſt vſura, vt dixi, ſed habetur loco damni
29 vel intereſſe. † Et ſic non obſtat ſimiliter illa re-
gula quicquid accedit ſorti, eſt vſura. *&c. ſalubriter
cum ibi not. extra de vſuris. & quod not. Bar. & Doct. in l.
inſulam §. fructus. ff. ſolut. matrim. & l. Titia cum ibi not.
ff. de ſolut. cum ſi.* quia illa non procedunt quando pe-
titur aliquid vel pro pœna conuentionali, vel da-
mno aut intereſſe vel lucro probato per partem,
vel per ſtatutum, aut conſuetudinem intelligendo
30 prout ſupra dixi. † Nec in hoc caſu quando fun-
daretur ſuper conſuetudine vel ſtatuto taxante,
quantum debeat ſolui pro centenario: Iudex aliter
taxare poſſet, quia vbi lex intereſſe taxat, non taxa-
tur ab homine, id eſt, Iudice, *vt not. Bal. in l. 1. C. de ſer-
31 uo. communi manumiſſo.* † Sicut etiam quando pre-
tium eſt taxatum ab homine, quia pretium eſt taxa-
tum & conuentum: illud debet attendi: nec vltra
quicquam peti poteſt, *vt dicit notabiliter Bald. in l. ſi
inter virum per gl. ibi. C. de iure dotium.* Et ideo ſi con-
ſuetudo vel ſtatutum Tridenti taxat vltra quinque
pro centenario, illud non poteſt peti, ex quo minus
taxatum eſt per partes, ſed ſtandum eſt taxationi
partium: ſed ſi taxat tantundem puta quinque pro
centenario illi ſtandum eſt ex quo conuentio mu-
nicipalis & conuentionalis concurrunt. Sed ſi taxa-
tio quæ fit per conſuetudinem vel ſtatutum eſſet
minor quàm illa quæ fit per pactum, non valeret
illa, quæ fit per pactum maxime quatenus eſt vltra
formam conſuetudinis vel ſtatuti quia diceretur eſ-
ſe vltra legitimum modum per text. *in l. cum allegas,
cum ibi, not. C. de vſuris, cum ſim.* Et per prædicta con-
cluditur quod dicta quinq; pro centenario poſſunt
peti, nec dicitur vſura; & illud, quod eſt exactum,
non debet in ſortem computari. Quomodo autem
debeat agi per dictam dominam Matthæam, vel
debeat ſe defendere, quòd illud, quod exegit, non
computetur in ſortem, patet ex prædictis. Circa ſe-
cundum dubium principale an promiſſio ducato-
rum quadringentorum intelligatur facta ſolum
pro dictis dotibus, an vero partim pro dotibus,
partim pro alia ratione, prout in inſtrumento diuiſ-
ſionis dicitur. Non eſt dubitandum, quod intelli-
gant facta partim pro dote, & partim pro alia ratio-
ne, quia inſtrumentum hoc dicit à parte ibi. & hoc
nominatim partem pro dotibus nobilis & honeſtæ
mulieris Dominæ Matthææ eius matris, & partim
32 pro vna alia ratione inter eos facta: † quia in in-
certis non certis locus eſt coniecturæ. *l. continuum. §.
cum ita. ff. de verb. obl. & l. ille autem. §. cum in verbis. ff. de
33 legat. tertio.* † Sed dubium poteſt eſſe, numquid
pro illa parte, quæ eſt pro alia ratione poſſint peti
quinque pro centenario, ratione moræ. Et in hoc
eſt conſiderandum, aut illa pars, quæ eſt pro alia ra-
tione, fuit pro debito pecuniario originaliter, vel
pro bonis mobilibus vel aliis rebus non redditiuis
fructuum, vt ſunt ſupellectilia vel ſimilia; Et in his
dicendum eſt, ac ſi eſſet debitor ille qui promittit
in pecunia ſimpliciter: quo caſu non habent locum
ea, quæ dixi ſupra in præcedenti dubio principali
de conſuetudine vel ſtatuto, quia loquuntur ſolum
in dotibus. Sed eſt concludendum quod poſſit peti
ſolum vel tanquam pœna, vel tanquam damnum
emergens, vel lucrum ceſſans: per ea quæ dicta ſunt
34 plenè in præcedenti dubio principali. † Aut illa
pars quæ eſt pro alia ratione, eſt pro aliqua re fru-
ctum reddente, puta pro aliquo fundo vel decima
relaxato per Dn. Matthæam: & tunc dico, quod ſi-
cut ille debitor percepit vel veriſimiliter percipere
potuit ſolum quinq; pro centenario, & non ſoluit
pretium, tenetur ad fructus, qui per partes æſtima-
ti ſunt quinque pro centenario. *per l. curabit. C. de
act. emp. cum ibi not. per Bar. & alios. & per l. Iuliam. §. ſi
fructibus, cum ibi not. ff. de act. emp. & ita tenet in terminis
Paul. de Caſtro in l. cunctos populos in 6. colum. C. de ſumma
Trinit. & fide catholica*; Nec dicitur vſura in hoc caſu,
*vt eſt gloſſ. ordinaria. & ibi Doct. in c. conqueſtus extra de
vſuris.* Et licet fructus eſſe potuiſſent plus & minus,
tamen inſpecto dubio de illo pluri & minori: quod
poſſit eſſe ex quo commodum, & damnum ita poſ-
ſit ſpectare ad vnum ſicut ad alium, valet illa con-
uentio de dictis quinque pro centenario *per l. ſi pa-
ter puella cum ibi. not. per Cyn. & alios. C. de inofficioſo te-
ſtamento, cum ſimil.*

Annotationes.

a Quinque pro centenario] *Adde quod in hoc eodem ca-
ſu vna cum auctore noſtro conſuluit Alex. in conſ. 200.
incip. perſpectis lib. 6.*

b Non debeantur vſuræ] *An & quando mulier in dote
recuperanda mora paſſa aliquid præter ſortem petere
poſſit, tradit idem Alex. nu. 74. num. 13. & ſeq. & conſil.
141. nu. 4. & 5. lib. 5. Grau. in conſ. 189. num. 7. Riminal.
ſen. conſ. 265. nu. 22. 26. & ſeq. vol. 2. Crot. conſ. 198. nu.
20. & 21. vol. 2. Purpurat. conſ. 117. nu. 14. & conſil. 185.
nu. 4. vol. 1. Riminal. iun. conſil. 304. nu. 4. & 14. volum.
3. Plot. in l. ſi quando. § 11. num. 22. 23. & 24. C. de in li-
tem iurando. Rol. à Valle in conſ. 55. per totum volum. 2.
Cephal. conſ. 133. nu. 130. cum ſeq. & Burſat. conſ. 8. nu.
41. & conſ. 9. nu. 42. & 44. vol. 1.*

c Promiſſum ſibi eſſet] *In contrarium tamen quod ma-
ritus pro dote non ſoluta aliquid præter ſortem ſibi ſolui
licite paciſci poſſit, tenuero * communiter Doctores,
prout docet Alex. in conſ. 31. num. 4. & 5. lib. 6. & in l. ſi
inſulam, §. vſuras. nu. 5. ff. ſolut. matrim. Corn. in conſ.
164. nu. 5. volum. 3. qui ita per totam Italiam in praxi
obſeruari aſſeuerat. Roma. conſ. 517. num. 4. & 5. & ibi-
dem Mandoſius in additionib. Bero. conſ. 178. in princip.
vol. 1. Ruin. conſ. 224. nu. 13. & 14. lib. 1. & conſ. 104. nu.
19. vol. 4. Riminal. ſen. conſil. 318. vol. 2. Bald. nouell. in
tract. de dote in 7. parte in 3. priuilegio verſic. & ex
prædictis poteſt concludi. num. 3. & 4. Angelus de Fano
in tracta. de pignoribus in 5. parte in 5. membro num. 16.
verſ. ſexto limitatur, & egregiè hoc defendit Didac. va-
riarum reſolutio. lib. 3. cap. 1. num. 3. in princ. & verſ. 4.
hinc poterit. & Cagnol. in l. curabit. num. 18. C. de actio.
empti. & plures caſus ad rem hanc diſtinguit Ioſeph La-*

donicis

douicus in ſuis deciſionibus, Rota Lucenſis deciſ.31. num. 31. cum plurib.ſeqq.

d Nec Imperator] *De hoc tradit Iaſ. in l.cunctos populos, num. 47. & 48. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. & pulcrè Didac.lib.3.variarum reſolutionum, c.1.nu.8.*

e Pœna conuentionalis] *An & quando pœna conuentionalis licite exigi poßit, nec in vſurarum fraudem adiecta cenſeatur, docet Iaſ.in §. omnes autem, num.13. & 14. Inſtit.de actio. omnes, in l.rogaſti, §.ſi tibi. ff. ſi certum petat. vbi Purpurat.num.79. Rebuff.in l.vnica.C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt, num. 270. & 408. Menoch.de arbit. iud. caſu 270. num. 42. qui etiam per totum examinat, quanta eſſe poßit. & Burſat.in conſil.53. num. 20. & 42. vol.1. & plura de huiuſmodi pœna conuentionali congerit Bergnin. Caualc.in 2.part. ſuarum deciſionum, deciſ.25.num.29.32. & 35. & deciſ.26.nu. 11.12. & 33.*

f Lucri ceſſantis] *Intereſſe lucri ceſſantis, quando conſideretur, & quomodo probari poßit, docet Afflict. deciſ. 20.in princ. Natta in conſ.370.per totum lib.2. Menoch. de arbitr. iud. lib.2. caſu 119. Octauia. Chache. in deciſ. Pedemont.deciſ.143.num.4. & 5. Burſat.conſil.68.nu. 21.cum ſeq. & conſil.72.nu.9.vol.1.*

g Conſului Paduæ] *Adde quod eſt in conſil.15. conſiliorum ciuilium iam editorum; & huiuſmodi ſtatuta vel conſuetudines valere defendit etiam Ruin.in conſ.224. num.14.vol.1. Crauet.in conſ.189.num.5. Ioannes Lup. in c.per veſtras. §.24. num.3. verſic. & tenendo, de donatio.inter vir. & vxor. Maria. Anguſſo.conſil.25.num. 30. & ſeq.*

* *Contrarium tamen tenet Iaſ.in §.fuerat, num.19. Inſtit.de actio. & eſt communis * opinio, prout refert & ſequitur Roch.de Curt.in c.vlt.quæſt.1.num.18. & ſeq.de conſuet. & acriter tenetur Ploti in l.ſi quando, §.11. num. 32.cum ſeq. C.de in litem iurando; ſed quicquid ſit contrarium in praxi, non improbabiliter obſeruatur, ſicuti atteſtatur Corn.in conſil. 44. num. 4. vol.2. & Afflict. deciſ.284.num.1.*

CONSIL. V.

ARGVMENTVM.

An mulier omnia bona ſua in dotem dediſſe videatur: & an mulier maritum hæredem vniuerſalem inſtituens, illum inſtituiſſe videatur, animo compenſandi cum parte, quam vir lucratur ex ſtatuti diſpoſitione.

SVMMARIA.

1 *Mulier an videatur omnia bona ſua in dotem dediſſe, ita vt vir dimidium poſt eius mortem lucrari poßit ex forma ſtatuti, & num.7. & 11.*

2 *Mulier poteſt eſſe ſine dotalibus inſtrumentis.*

3 *Dotem conſtitutam fuiſſe, eſt quid facti.*

4 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

5 *Dotis contractus eſt titulus.*

6 *Titulus ex patientia aut negligentia non præſumitur.*

8 *Maritus eſt dotis dominus.*

9 *Ex contractu agere non poteſt ille, cuius fauore eſt celebratus, ſi in eius perſona, vel alterius eius nomine non eſt concepta promißio.*

10 *Inſtrumenta confeßionata licet executioni mandari debeant, hoc fit ad petitionem creditoris, non tertij, cuius etiam interſit, niſi ſit in inſtrumento nominatus.*

12 *Nomina debitorum in dubio in dotem data non intelliguntur.*

13 *Mulier maritum hæredem inſtituens, & grauans hæreditatem reſtituere, ſi deceſſerit ſine liberis, an dimidium, quod ipſe ex ſtatuto lucraturus erat, compenſare voluiſſe intelligatur.*

14 *Debitor neceſſarius legando creditori animo compenſandi id egiſſe cenſetur.*

15 *Debitum lucri dotis ex forma ſtatuti eſt neceſſarium.*

16 *Fructus viginti annorum verum prædij valorem conficiunt.*

CASVS.

MVLIER quædam ruſticana vidua in dotem habens valorem ducentorum ducatorum, & vltra, nupſit cuidam ruſtico pauperi nihil habenti, qui venit ad ſtandum cum eius vxore, cum qua vixit per plures annos; & redditus venerunt in domum ipſorum: & quia erant fundi pro parte liuellarii, in libros proprietariorum ipſa, & non maritus, ſcripta & nominata eſt; nec apparet, quòd ipſa conceſſerit adminiſtrationem ſuorum bonorum marito, nec dotem aliquam conſtituerit de dictis bonis ſuis. Tandem dicta mulier veniens ad mortem, ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo inſtituit maritum hæredem ſuum vniuerſalem, cum conditione, quòd, ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit pauperes Chriſti; & commiſſarios in teſtamento reliquit: & ipſa mortua ſine liberis, maritus vigore dicti teſtamenti tenuit, & poſſedit dicta bona omnia vxoris per viginti ſeptem annos; & mortuus eſt ſine liberis, relictis hæredibus extraneis, qui volunt habere dimidiam partem dictorum bonorum vigore ſtatuti Veronæ ſub rubrica, quòd de dote vxoris prædefunctæ maritus lucretur dimidiam communibus liberis non extantibus. Opponitur per commiſſarios, quod nihil debent habere, quia maritus nihil potuit lucrari, ex quo nulla dos fuit conſtituta, nec præſumitur in dubio dediſſe omnia bona in dotem: imo nihil, ex quo hoc non apparet. Præterea dicunt commiſſarii, quod etiamſi maritus debuiſſet lucrari, tamen eius hæredes nihil poſſunt petere, quia vxor ſua ipſum inſtituendo hæredem videtur reliquiſſe animo compenſandi. Ex prædictis dubitatur de duobus; Et primo, an dicta mulier in dubio videatur dediſſe omnia bona in dotem, ita vt per mortem ſuam maritus potuerit lucrari dimidiam dotis vigore ſtatuti Veronæ. Secundo poſito, quod ſic; an ſaltem repellantur hæredes mariti, quia mulier inſtituendo maritum hæredem, videatur inſtituiſſe animo compenſandi.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Circa primum dubium; † An dicta mulier videatur in dubio

bio dediſſe omnia bona in dotem, *gloſ. in l. mulier bo-*
na, in princ. ff. de iure dot. dicit, quod ſic ſecundum A-
riſtotelem in Topic. Bart. diſputauit iſtam quæſtio-
nem, & ſua diſputata incipit: Quædam mulier ha-
bens magnum patrimonium; & in ea longam fecit
diſtinctionem: ſed quantum ad propoſitum no-
ſtrum, videtur dicendum, quòd non præſumitur
dediſſe omnia bona in dotem; *vt probatur in auth. de*
nuptijs, in §. ſi quis enim duxerit vxorem, in verſ. & ſi mu-
2 *lier, col. 4.* vbi dicitur, † quod mulier poteſt eſſe ſi-
ne dotalibus inſtrumentis; & habere bona propria
& ſic indotata, & probatur etiam *in l. ſi ego. §. dotis. ff.*
de iure dotium, facit l. fin. circa princip. C. de repudijs. Et
3 quòd hoc ſit verum, probatur, † quia quòd dos
fuerit conſtituta, eſt quid facti. *l. eas. ff. de capitis dimi-*
4 *nutione:* † ſed facta non præſumuntur, niſi pro-
bentur. *l. quæcunq. ff. de publiciana. & not. per Doctor. in*
l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & maximè cùm dos ſit quid
variabile, quia quandoque datur maior, quando-
que minor, & quandoque in rebus, quandoque in
pecunia, quandoque in totum, & quandoque in
parte; ergo non præſumitur omnia dediſſe in do-
tem: facit quod not. Cyn. *in l. 1. C. de contrahend. & co-*
5 *mit. ſtip.* † Item, quia contractus dotis eſt titulus, *vt*
habetur in toto tit. ff. pro dote, ergo non præſumitur. vt In-
ſtit. de act. §. alie. Item ex patientia vxoris non vide-
tur dos etiam eſſe conſtituta: tum quia iſta patien-
tia non eſt ſemper vniformis; ſed etiam aliquando
difformis; ergo non præſumitur, maxime dum a-
gitur de magno præiudicio vxoris, & ſumus in caſu
in quo non cogebatur mulier, ſcilicet ſe dotare, *vt*
not. Bart. in dicta ſua diſputatione per text. in dict. §. ſi quis
enim, in authent. de nuptijs, & per ea quæ dicta ſunt:
tum etiam, quia negligentia nihil eſt, & ſic non eſt
6 titulus, nec propriè dicitur patientia, † nec titu-
lus præſumitur ex patientia, aut ex negligentia, *vt*
dicit notabiliter Bald. in conſil. ſuo 241. quod incipit, fa-
ctum tale eſt, mulier duxit maritum. Et hoc teneo
eſſe verum maxime in caſu noſtro, in quo non ap-
paret, quòd mulier paſſa fuerit maritum ſolum re-
gere bona ſua, imo vt in facti narratione dicitur, i-
7 pſa mulier regebat bona ſua. † Quod ſi verum
eſt, res nullam haberet dubitationem, ex quo bona
mulieris non fuerunt in vſu viri, *vt eſt caſus in l. ſi ego.*
§. dotis. ff. de iure dot. & ibi Bald. & in l. de bis, & ibi etiam
hoc ſentit Bald. C. de donat. inter vir. & vxor. Præterea
dicitur, quòd in libris proprietariorum, quibus ſol-
nuntur liuella, de dictis bonis liuellariis reperitur
ſolum ipſa mulier deſcripta, & non maritus; ergo
8 præſumitur, voluiſſe dotare, † quia ſi fuiſſet dos
conſtituta, maritus fuiſſet dominus. *l. doce ancillam.*
C. de rei vend. & l. in rebus. C. de iure dot. & ſic conſtante
matrimonio fuiſſet deſcriptus & nominatus mari-
tus in libris dominorum proprietariorum: & pro
9 hoc optime facit. *l. ſi pro te. C. de dotis promiſſione.* † &
quod ibi not. Bald. qui dicit per illum text. quòd ex
contractu non agit, etiam is, cuius fauore eſt cele-
bratus contractus, ſi in ſua perſona non eſt conce-
pta promiſſio, vel in alio recipiente pro eo, cuius
10 intereſt: † Et ſubdit, quòd inſtrumenta confeſ-
ſionata licet debeant executioni mandari; tamen
intelligitur ad petitionem creditoris non teneri,
etiamſi illius tertii interſit, ſi non eſt nominatus in
inſtrumento: facit *l. illam circa medium, ibi eo quod nul-*
la conſtitutio, &c. & quod ibi not. per Doctor. C. de collat.
11 *cum ſimilib.* † Et hanc ſententiam tenet Bald. *in l. ſi.*
in verſic. ſed nunquid mulier. C. de ſententijs, quæ ſine certa
quantitate, qui dicit, quòd ſi mulier ſimpliciter tra-
dit bona ſua viro, talis nuda traditio non præſumi-
tur ex cauſa dotis; ſed tanquam bona parapherna-
lia: niſi hoc colligatur ex aliis coniecturis; & dicit,
quòd in dubio non præſumitur, velle in dotem tra-
dere omnia bona, ſi vir non erat dignus tanta dote:
& idem vult Bald. *in l. nulla. C. de iure dotium, facit l.*
cum poſt. §. gener, in fin. ibi & dignitate mariti. ff. de iure
dotium. Et pro hac opinione allego Bald. *in c. 1. in fin.*
in tit. an maritus ſuccedat in feudum; qui dicit, quòd
mulier nubendo ſimpliciter non videtur dediſſe o-
mnia bona in dotem, niſi tradiderit: & ita intelle-
xit ea, quæ habentur *in l. mulier bona. ff. de iure dotium.*
12 † & ideo dixit, quòd nomina debitorum non vi-
dentur eſſe data in dotem, ex quo illa non tradun-
tur, ſed ceduntur. Ita videtur dicendum in caſu
noſtro, in quo non interuenit traditio, nec patien-
tia, quæ habentur loco traditionis, vt dixi, nec et-
iam interuenire potuit in iure liuellario, quòd ius
eſt. *l. fin. in princ. C. de iure empt.* & in Rubr. quod ius
non traditur, ſed ceditur, ſicut dictum eſt de nomi-
nibus debitorum; & prædicta ſunt vera maxime
cum dicta mulier primo viro nullam dotem dede-
rit, vt in facti narratione dicitur. Et hanc ſenten-
tiam in terminis approbat Bald. *in l. nulla. C. de iure*
dotium, in verſic. ſed pone, vbi dicit, quòd ſi ſimplici-
ter contractum eſt matrimonium, nulla facta men-
tione de rebus ſuis, non videtur dediſſe bona ſua in
dotem, vnde matrimonium erit ſine dote; & ita di-
cit debere intelligi gloſſ. *in l. mulier bona. ff. de iure do-*
tium, & hæc dicit eſſe vtilia, maxime vtrum vir, qui
ex forma ſtatuti debet lucrari certam partem do-
tis, qui nihil debebit lucrari in caſu prædicto, qui
eſt caſus noſter. Et iſtud ego teneo pro conſtanti,
13 maxime ſtantibus prædictis. † Circa ſecundum
dubium principale poſito, quod maritus potuiſſet
lucrari dimidiam partem dictorum bonorum, tan-
quam ſi fuiſſent ſibi in dotem tradita, an mulier vi-
deatur reliquiſſe ipſum hæredem vniuerſalem ani-
mo compenſandi, cum illo debito dotis viro debi-
to; eo caſu, quo moreretur maritus ſine deſcen-
dentibus. Et licet iſta quæſtio per Modernos Do-
ctores in vtramque partem diſputetur: vt habetur
per eos *in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. & in*
14 *authent. præterea. C. vnde vir & vxor.* † Tamen com-
* munis * ſententia eſt, quod ſic: Quia quando eſt
debitum neceſſarium, & debitor legat creditori,
videtur legaſſe animo compenſandi *per dictum §. ſi*
pater, & dictam authent. præterea. C. vnde vir. & vxor.
Sequitur quod in caſu noſtro idem dicendum eſt,
15 † ex quo iſtud debitum lucri ex forma ſtatuti eſt
neceſſarium, *vt not. Bart. & alij Doctor. in dicto §. ſi pa-*
ter, & in dicta authent. præterea, & habetur per Bald. in
l. vxor. C. de bonis auth. Iud. po. Et quia eſt communis
ſententia, ac etiam, quia non eſt neceſſaria deciſio
huius dubii, ſtante deciſione primi dubii præce-
dentis; aliter non examino iſtum articulum, qui
eſt diſ-

eſt diſputabilis, & requirit longam orationem; ſi quis vellet ipſum ad vnguem diſcutere. Vnde breuitatis cauſa prædicta ſufficiunt. Addendo, quod maritus ſuperuixit vxori viginti ſeptem annis, quibus omnibus bonis vxoris vſus eſt, & ſaltem in viginti habuit capitale in ratione ſaltem quinq; pro
16 centenario in anno; † & ſic pro dimidia, quæ erat vxoris, ſine dubio in viginti annis habuit de fructibus tantum, quantum aſcendit ad ſummam valoris vlterius, quam fuiſſet locatus ex forma ſtatuti; *vt probatur in auth. de nō alienandu, §. quia verò Leonis, in fin. & ibi eſt gloſſ. in verbo computari; qua incipit, quaſi dicat, & eſt etiam gloſſ. in authent. perpetua, in fin. in verbo ſuſtapenſio. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Et tanto plus etiam habuit, quanto plus recepit in alijs ſeptem annis vltra prædictos viginti. Et ſic tàm iuris ratio, quàm æquitas vult, vt hæredes dicti mariti non poſſint aliquid petere de dictis bonis vxoris prædictæ, ſed commiſſarii debeant omnia bona inter pauperes diſpenſare ſecundum formam teſtamenti dictæ mulieris:

Annotationes.

a Omnia bona] *Mulier omnia bona in dotem dediſſe non intelligitur, prout eſt communis opinio, de qua reſpondit Alex. in conſ. 144. n. 5. lib. 5. & conſ. 142. lib. 7. Corn. conſ. 127. nu. 2. vol. 4. Dec. conſ. 521. nu. 11. Iaſ. in l. ſi conſtante, nu. 219. ff. ſolut. matri. & in auth. præterea, nu. 12. C. vnde vir & vxor. & in conſ. 197. in princ. volu. 2. Cæſar Vrſillus in additio. ad Afflict. deciſ. 44. nu. 4. Metzar. in conſ. 37. nu. 94. 105. & 109. & Portius Imolenſ. in conſ. 82. nu. 7. & 9. & conſ. 83. nu. 1. & 2. Curt. iun. conſ. 168. nu. 4. quod latè defendit Rol. à Vallo in tract. de dote, quæſt. 71. num. 2. & ſeq. & Didac. de ſponſalibus, in 1. part. c. 5. nu. 5. licet contrarium & malè aſſeneret Bald. nouell. in tractat. de dote, in 6. part. priuil. 14. & Gozadin. in conſ. 33. num. 20. & adde vlt. loco, quod nouiſſimè hanc diſceptationem explicat D. Menochius in tracta. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 6. per totam, vbi num. 54. plures concordantes adducit.*

b Eſt communis ſententia] *Communem hanc eſſe interpretum opinionem, atteſtatur etiam Iaſ. in auth. præterea, nu. 20. C. vnde vir & vxor. & ibidem Dec. nu. 18. & Curt. iun. num. 21. Campeg. in tracta. de dote, in 5. part. quæſt. 6. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2. nu. 7. verſ. 4. ſimiliter inſertur. Et quamuis contra hanc auctoris noſtri ſententiam in terminis reſpondeat Bened. Capra in conſ. 143. per totum, id tamen facillimè defendi poteſt, quoniam etſi compenſandi animo relictum non intelligi, quod alteri reſtitui debet, tenent omnes in dict. auth. præterea, & in d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater, ff. ſolut. matr. id tamen intelligunt, ſi incontinenti non ex interuallo facienda eſt reſtitutio, ſicuti ex multis tuetur Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verſ. ſuſceperit liberos, nu. 173. C. de reuoc. donatio.*

c In viginti annis] *Viginti annorum fructus iuſtum prædij valorem conficiunt, quoniam eſt in ratione quinq; pro centenario; iuxta quod fructus æſtimantur, & iuſta prædiorum penſio iudicatur, ſicuti docet gl. in auth. perpetua, in verſ. iuſta. C. de ſacroſ. Eccleſ. Specul. in tit. de locato, quæſt. 7. verſ. dicitur autem. Rom. in conſ. 369. nu. 9. & conſ. 423. nu. 1. Corn. in conſ. 265. nu. 10. vol. 1. Crauet. conſ. 145. nu. 8. & alij, quos late recenſet Tiraquell. de vtroq; retractu. §. 1. gl. 6. num. 19. & peregregiè Didac. Couarr. variarum reſolutio. lib. 3. cap. 9. num. 5. & Bergin. Caualcan. in 1. part. ſuarum deciſionum, deciſ. 35. num. 24.*

CONSIL. VI.

ARGVMENTVM.

Si quis rem alicui vendidit ſub conditione, vt alteri, quàm ſibi vendi non poſſit: an rei alteri venditæ dominium transferatur: & primo venditori vtilis rei vendicatio vel aliud remedium competat.

SVMMARIA.

1 *Intellectus l. ſi cum venderet. ff. de pignor. actio.*
2 *Ab opinione per Doctores approbata, non eſt recedendum.*
3 *Facta venditione ſub conditione, vt alteri res alienari non poſſit, ſi alienatur dominium, non transfertur ob obligationem generalem in inſtrumento appoſitam.*
4 *Remedium ne quis alienando dominium transferat.*
5 *Notarius in dubio præſumitur rogatus, vt in inſtrumento clauſulas conſuetas apponat, etiamſi expreſſo dictum non fuerit.*
6 *Obligatio bonorum in inſtrumentis publicis ſemper apponi ſolet.*
7 *Declaratio ad dictum Caſtr. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig.*
8 *Venditor, qui primò rem alteri vendidit ſub pacto, ne res alteri vendatur; facta venditione, quo remedio vti poſſit contra ſecundum emptorem.*
9 *Debitor pignoris dominus remanet.*

IN Christi nomine, ac inuocata
1 Spiritus ſancti gratia. † Licet dubitetur per Doctores de intellectu. *l. ſi cum venderet. ff. de pigno. actio.* quam allegauit optimè ad propoſitū Cla-
2 riſſimus Dominus Petrus in ſuo conſilio. † Tamen quia non eſt diſcedendum ab opinione, quæ videtur non reprobata per Doctores: ſed approbata *iuxta c. ne innitaris prudentiæ tuæ, cum ibi notatis, extra de conſtitutionibus. & in l. fin. C. de pœna iudicis qui male iudicauit.* Dico idem iuris eſſe, ſicuti conſultum eſt, quantum ad propoſitum quæſtionis noſtræ: videlicet quòd dicto primo venditori competat vtilis
a rei vendicatio a contra emptorem ſecundum, oblato ſibi precio, quo emit fundum: vt dicta l. ſi cùm venderet, ſecundum primam lecturam, gloſſ. ſuper verbo, aut in factum, quæ vult, quod dictio, *aut*, ſtet diſiunctiuè, non correctiuè, quæ lectura
* communiter * tenetur ſecundum Raph. Fulg. ibi. Nec obſtat ſi dicatur; quòd imo non poteſt venditori primo competere vtilis rei vendicatio contra ſecundum emptorem, ex quo per primam venditionem fuit translatum dominium in emptorem primum ſecuta traditione. *l. traditionibus. C. de pactis.* & ſic venditor deſijt eſſe dominus, vt ibi nōt. nec videtur poſſe reſolui illud dominium, & retransferri in ipſum venditorem primum, ex quo non eſt

appoſitum aliquod pactum reſolutiuum, ſicut eſt
pactum adiectionis in diem vel ſimile: Quia re-
ſpondetur quòd imo ex vi pacti incontinenti appo-
ſiti videlicet, vt venditor non poſſit alii vendere niſi
ipſi primo vẽditori, quia tranſtulit dominium cum
illa conditione, vt non venderet alii niſi ſibi, vide-
tur tacitè actum, vt ſi emptor primus vendat alteri
irrequiſito primo venditore, dominium directum,
quod erat acquiſitum ipſi emptori, ſibi remaneat:
ſed vtile acquiratur per reſolutionem ipſi venditori
primo, & hoc operetur illud pactum, quod non
poſſit alii vendere niſi ſibi venditori, per dictam *l. ſi*
3 *cum venderet.* quæ eſt in hoc ſingularis. † Præterea
poteſt adduci alia ratio, propter quam dominium
non fuerit translatum in ipſum emptorem ſecun-
dum: quia de prima illa venditione factum fuit
inſtrumentum publicum: in quo ſi fuit appoſita
obligatio bonorum ſi conſueuit apponi in quoli-
bet inſtrumento publico, *vt l. & quæ nondum. §. quod
dicitur ibi not. ad illa quæ quotidie inſeri ſolet cautionibus.
ff. de pignoribus.* Dico quòd non potuit primus em-
ptor alteri vendere, & in eum transferre dominium
propter dictum pactum, quod fuit, vt non poſſet
vendere alteri niſi ſibi primo venditori: *vt eſt text.
in l. ſi creditor in §. fin. ff. de diſtract. pig.* prout eſt ibi lite-
ra nullam venditionem, quæ eſt vera litera. *vt not.
Bart. in l. filiusfam. in §. diui. in pen. colum. ff. de legat. 1. &
in dicto §. fin. & in leg. ſi ita quis. §. ea. lege. ff de verbor. ob-
ligat. & in l. ea lege, ff. de cond. ob cauſam. & in l. ſi credi-
tores in 11. colum. de pign. & per Doct. in dictis iuribus.* Et
ita in terminis vult Paul. de Caſt. *in l. qui abſenti. ff. de
acquir. poſſeſſ.* circa finem princ. ibi eſt & aliud re-
4 medium clarum vbi dicit. † Remedium eſſe, ne
quis alienãdo transferat dominium videlicet quòd
dicat, caſu quo contingat alienari, obliges mihi il-
lum fundum &c. *per dictam l. ſi creditor in fin.* Et ſub-
dit quod cum hodie notarii ſemper apponant in in-
ſtrumento generalem hypothecam omnium bo-
norum, ſemper impeditur dominii translatio. Et
idem ipſe vult in dicta *l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbor.
obligat. allegat etiam leg. 2. Cod. de iure empb.* Sed du-
bium eſſe poſſet, ſi in illo inſtrumento non fuiſſet
appoſita clauſula generalis omnium bonorum:
Paul. de Caſtr. in locis præallegatis ſentit contra-
rium; ſed ego puto idem eſſe dicendum ex quo
notarius fuit rogatus conficere inſtrumentum de
illo primo contractu venditionis cum illo pacto,
5 † quia notarius in dubio præſumitur fuiſſe ro-
gatus vt apponat in inſtrumento, etiam ſi non fuit
expreſſe dictum per partes, clauſulas conſuetas, &
ſi non appoſuerit, habentur pro appoſitis, *vt proba-
tur in leg. fin. in fin. C. de fideiuſſ. & in leg. quod ſi nolit. §.
quia aſſidua. ff. de edili. edicto*, vbi probatur manifeſte,
6 & ibi dixi plene de hoc. † Sed obligatio bono-
rum in inſtrumentis publicis ſolet apponi: *vt dixi
per l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pig.* & hoc et-
iam atteſtatur dominus Paul. de Caſt. *in dict. leg. qui
abſente ff. de acquir. poſſ. & in d. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de
verbor. oblig.* Et eſt veriſſimum quia ita communiter
ſolet apponi etiam ſi non dicatur. Et ita alias con-
ſului Paduæ pro cauſa Ser Pauini de Pauinis: Ideo
7 me in hoc vlterius non extendo. † Sed dictum
Domini Pauli *in dicta. l. qui abſenti. & in §. ea lege*, in-
telligo quando de contractu huiuſmodi non fuiſſet
rogatus notarius, ſed fuiſſet confecta tunc ſcriptura
priuata, in qua non conſueuit apponi hypotheca
bonorum, vel vbi non fuiſſet aliqua ſcriptura con-
8 fecta. † Poſſet etiam circa prædicta dubitari, quo
remedio conſulatur primo venditori, vt poſſit age-
re contra emptorem ſecundum, nam videntur fa-
cere dubium ea quæ dicta ſunt ſupra: Nam dictum
Pauli de obligatione bonorum poſſet procedere in
pignore *iuxta dictam leg. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtr. pig.*
9 † Nam debitor remanet dominus pignoris *leg. pi-
gnus. C. de pign. act.* & ſufficit ſibi impedire per obli-
gationem bonorum translationem dominii fieri
per creditorem: quia ea impedita, remanet ſibi
dominium propter quod poteſt agere contra em-
ptorem, & quemlibet poſſeſſorem vel detento-
rem, ex quo remanet dominus *per l. in rem. ff. de rei
ven. coniuncta l. officium eod. tit. & leg. 1. C. de alienat. iud.
10 mu. cum facta.* † Sed in caſu noſtro non ſumus in
caſu pignoris, ſed venditionis, quia dominus ven-
dit fundum, & appoſuit pactum, quòd emptor non
poſſit alteri vendere niſi ſibi, & ſic per primam
venditionem tranſtulit dominium in primum em-
ptorem, vt ſupra dixi. Ergo licet impediri videatur
dominii translatio in ſecundum emptorem vigo-
re dictæ obligationis bonorum, tamen videtur
quod ſaltem dominium remaneat penes primum
emptorem niſi dicamus reſolutum reſpectu vtilis
dominii *per dictam l. ſi cum venderet*, vt dixi ſupra ma-
xime cum hypotheca appoſita fuit vel habeatur
pro appoſita; & ſicut hypotheca ſeu obligatio bo-
norum impediret translationem dominii fieri per
venditionem factam de creditore in alium: ita vi-
detur impedire venditio prima facta per dominum
emptori, ne ſit irreuocabilis, quia ſi vendit alteri ſe-
cundo emptori propter illud pactum reſoluitur ius
dominii, vt ſaltẽ acquiratur primo domino vtile, &
ſic acquiratur primo emptori dominiũ directum,
ſed reuocabiliter ſi non ſeruauerit pactum *per d. l.
ſi creditor. §. fin. coniuncta l. fin. cum venderet in princ. ff. de
11 pig. act.* † Vnde videtur concludendum quod vi-
gore *dicta. leg. ſi cum venderet. ff. de pigno. act. coniuncta
dicta leg. ſi creditor, §. ſi. ff. de diſtract. pign.* poſſit primus
venditor intentare vtilem rei vendicationem con-
tra emptorem ſecundum, vt dixi. Vel quòd agere
poteſt contra ipſum emptorem ſecundum poſſi-
dentem actione hypothecaria iuxta not. per Barto.
& alios, in l. rem alienam. ff. de pignor. act. Vel ſi ipſe
venditor primus eſſet in poſſeſſione, haberet reten-
tionem propter hypothecam. Sicut in ſimili dicit
Bart. de conductore vel inquilino *in leg. emptorem
in fin. Cod. locati. & in leg. qui fundum, ff. eodem titu. & in
leg. ſi filiofamilias. §. fin. & ibi Doct. ff. ſol. matri. & in
l. 1. §. quod autem ait, ff. de ſuperficiebus. & Flo. in leg. arbo-
res. §. 1. ff. de vſufructu cum ſimilibus.* Vel poteſt etiam
agere conditione ob cauſam contra venditorem
ſecundum, qui fecit contra pactum ſi ipſius vendi-
toris primi intereſt, *vt l. ea lege. C. de condit. ob cauſam,
coniuncta l. fin. C. de pactis inter empt. & vendit. & l. ne-
mo, cum ibi not. ff. de pactis, & not. Bart. in dict. l. ea lege,
cum ſimilib.*

Anno-

ANNOTATIONES.

a Rei vendicatio] *Contrarium tenuit Alex. in conſil. 10. vol. 1. quem ſequuntur Curt. iun. conſil. 12. per totum. Ruin. conſ. 32. num. 16. vol. 1. Crauet. conſ. 12. nu. 7. & alij quos refert Tiraquell. de retractu conuentio. §. 1. gl. 7. nu.*
* *12. & communem * opinionem dicit Neuiza. conſ. 88. nu. 8. in fin. Sed tamen cum Domino Auctore noſtro, qui ſemper veriores & æquiores ſententias amplexus eſt, tenuere Guido Papa quæſt. 49. Socin. ſen. conſ. 80. nu. 1. vol. 3. Dec. conſ. 187. col. pen. & conſ. 614. nu. 4. & alij relati per Tiraquell. loco præcitato, num. 7. & hanc opinionem magis * communem, & in praxi iuſtè obſeruari inquit Didac. variarum reſolutio. lib. 3. c. 8. num. 3. & eam æquiorem dicit Arius Pinellus in l. 2. C. de reſcind. vend. in 2. part. c. 3. nu. 20.*

b L. ſi creditor. §. fin.] *Pro intellectu huius reſponſi vide quæ tradit Iaſ. in l. ſi ita quis. §. ea lege, nu. 29. cum ſeq. ff. de verb. oblig. & in l. qui Romæ. §. cohæredes, num. 2. ff. eod. tit. Ripa poſt alios in l. filiusfam. §. diui. num. 87. cum ſeq. ff. de leg. 1. Boer. deciſ. 49. num. 4. Socin. iun. conſ. 129. num. 4. volum. 2. & textum hunc emendat Ant. Auguſtinus lib. 4. emendatio iur. c. 17. & Stephanus Forcatulus in cupidine iuriſperito. c. 13.*

CONSIL. VII.

ARGVMENTVM.

Infans an paternam hæreditatem ſibi delatam & non aditam, ad quoſcunque tranſmittat, remiſſiuè.

An in hæreditate non adita per infantem tranſmiſſa, matri legitima debeatur.

An ſtatutum porrigatur ad bona ſita extra territorium.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas paterna infanti delata, & non adita, an ad quoſcunq; tranſmittatur.*

2 *Legitima an matri debeatur, ſi filia infans non adita patris hæreditate, deceſſerit.*

3 *Vxor marito non ſuccedit de iure communi extante agnato in quarto gradu, & num. 6.*

4 *Hæreditas non adita per infantem tranſmittitur vt adeunda.*

5 *Hæreditatem infantis quis adire poteſt, omiſſa hæreditate prius ad eum tranſmiſſa.*

7 *Mater in hæreditate filij tertiam partem pro legitima habere debet, & reliquum agnati proximiores ex ſtatuto Colonienſi.*

8 *Statutum an extendatur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, & an in ſucceſſionibus ab inteſtato attendatur ſtatutum bonorum, an verò habitationis perſonarum.*


9 *Mater an à filij ſucceſſione excludatur patruis magnis extantibus, ex ſtatuto Ferrariæ.*

10 *Patrui magni ſunt in quinto gradu de iure ciuili, & in tertio de iure canonico.*

11 *Linea triplex eſt.*

12 *Linea quid ſit.*

13 *Vbi non conueniunt verba legis, ibi nec diſpoſitio conuenire debet.*



IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Stante genealogia ſupra ſcripta, & mortuis prædictis ſecundum ordinem ſupra ſignatum, videndum eſt de pluribus: & primò de ſententia lata per Magnif. D. Nicol. Iuſtum, Poteſtatem Coloniæ, an fuerit iuſtè lata, attentis ſtatutis terræ Coloniæ, ſub cuius territorio extant aliqua bona immobilia; & attentis etiam ſtatutis ciuitatis Ferrariæ, ſub cuius iuriſdictione, ſeu territorio extant etiam alia bona immobilia; pro cuius declaratione examinanda ſunt aliqua dubia, ex quorum deciſione apparebit, an dicta ſententia fuerit benè & iuſtè lata, vel non.

1 † Et primò videndum eſt de hæreditate Dominici patrisq. Magdalenæ infantis, nunquid illa hæreditas paterna non adita per Magdalenam infantem, tranſmittatur ad Bernardinum fratrem patruelem ſuum, & licet textus *cum gloſſ. in l. ſi infanti. C. de iure deliberandi*, videatur ſentire quod non; ta-
* men communis opinio * eſt in contrarium, quia
a imo tranſmittitur ad quaſcunq; *a l. ex militari. §. fin.*

cum leg. ſequenti. ff. de teſtamento militis, l. liber homo, §. 1. ff. de ſtipulatione ſeruorum, leg. qui duos. §. cum in bello. ff. de captiuis eſt poſtlim. reuerſ. leg. 2. §. ſi quis idem, ff. ad Tertullianum, l. apud hoſtes. C. de ſuis, & legitimis, cum multis ſimilibus, vbi hoc probatur, & ita tenuit Dynus in l. 2. §. ſi quis ex liberis. ff. ad Tertullianum, & ita vult Barto. in l. ventre in fine. 4. colum. verſic. 4. caſus eſt. ff. de acquiren-
* *da hereditate, & ibi alii Doctores communiter * hoc tenent & Bart. in d. l. ſi infanti in 4. colum. C. de iure deliberandi*, qui dicit quod infinitis vicibus ita conſuluit, & quòd ita conſultum fuit, & determinatum in collegio ciuitatis Peruſii; & quia iſta quæſtio eſt ſatis trita, & vulgata, ac multis in locis poſita com-
* muniſque opinio * eſt pro iſta parte, quod hæreditas paterna etiam infanti delata tranſmittatur non adita ad quoſcunque; ideo non eſt opus vt inſiſtam.

2 † Secundum dubium eſt: an Dominæ Floridæ matri dictæ Magdalenæ in ætate infantili defunctæ debeatur legitima in dicta hæreditate; & dubium facit, quia ſi illa eſſet & deberet reputari hæreditas paterna, id eſt, Dominici patris ſui, qui erat maritus dictæ Dominæ Floridæ, certum eſſet, quòd matri
3 Magdalenæ nihil deberetur, † quia ipſa non ſuccederet nec de iure communi extante Bernardino agnato in 4. gradu de iure ciuili, *vt l. Papinianus, §. ſed nec impuberis. ff. de inofficioſo teſtamento, & l. 1. C. vnde vir & vxor*; ſi vero eſſet hæreditas filii, tunc mater ei ſuccederet in totum de iure communi, *vt dict. §. ſed nec impuberis, & in authen. de hereditat. quæ ab inteſta. de-*
4 *ferun. in §. 1. confimi.* † Sed dicendum eſt quòd cum illa hæreditas tranſmittatur tamquàm adeunda, *vt l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquirenda hæreditate*, quod ad dictum Bernardinum prædicta hæreditas Dominici patrui ſui fuerit delata tamquàm per eum adeunda, & ſic ſi dictus Bernardinus hæreditatem dictæ Magdalenæ adiuit, ſiue tutor eius nomine, in qua repetitur ius adeundæ hæreditatis Dominici, & ſic illam hæreditatem pariter adiuit; & tunc videtur eſſe hæreditas ipſius Magdalenæ, quia ex perſona ſua, & iure adeundi Bernardinus adiuiſſet; videtur namque Dominici hæreditatem adire ex iure ipſi Magdalenæ competenti, & in ipſum Bernardinum tranſmiſſo atque ita perinde habetur, ac ſi ipſa Magdalena adiuiſſet & pro hoc facit. *l. vnica. ibi derelictam ſibi hæreditariam portionem poſſe tranſmittere. C. de his qui ante apertas tabulas*, & in hoc caſu, mater Magdalenæ haberet legitimam, id eſt, tertiam omnium bonorum ipſius. Sed ſi dictus Bernardinus ſiue eius tutor, iam dictæ Magdalenæ hæreditatem non adiuiſſet, nec etiam hæreditatem dicti Dominici, quam Magdalena ad ipſum tranſmiſit (quod
5 facere potuit, † imo potuiſſet Magdalenæ hæreditatem adire, ſi quid in ea eſſet, omiſſa hæreditate ad eum tranſmiſſa; *vt dict. leg. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquirenda hæreditate vbi hoc notant omnes Doctores, & habetur per gloſſ. Bald. & alios in dict. leg. 1. C. de his qui ante apertas tabulas*) tunc dico quòd illam Magdalenæ hæreditatem, cum dicto iure adeundi hæreditatem Dominici, non potuiſſet Bernardinus ad aliquem tranſmittere, ſiue reputaretur hæreditas Dominici patrui ſui, ſiue Magdalenæ patruelis, *per leg. ſi fratris & l. quoniam ſororem. C. de iure deliberandi cum ibi notatis, & per notata per Bart. & alios in l. ventre, ff. de acquirenda hæreditate*, cum ergo dicta Magdalena, ſeu alius pro ea, paternam hæreditatem non adiuerit, ſeu in ea non ſe immiſcuerit, nec etiam Bernardinus, ſeu alius eius nomine, hæreditatem Magdalenæ adiuerit, nec Dominici pariter hæreditatem Magdalenæ delatam, & ad ipſum Bernardinum tranſmiſſam, vt mihi aſſeritur in facto, ſequitur quòd Bernardinus ad neminem tranſmittere potuit, & ſic remanebit hæreditas Dominici, in qua, & de iure communi Geminianus & fratres ſoli pro-
6 ximiores ſuccedere debent in totum, † excluſa Domina Florida vxore dicti Dominici, quæ extantibus agnatis marito non ſuccedit, *vt dicta l. 1. C. vnde vir, & vxor*; nec etiam ex forma ſtatuti, quia ſtatutum dat legitimam matri in bonis filiæ, ſed iſta non ſunt bona filiæ, ergò eis in legitimam habere non debet, *vt dict. leg. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inofficio teſtamento*, & ſimiliter iidem fratres ſuccedere debent de iure municipali Colonienſi, vt patet in ſtatutis; & in his, quæ de iure ciuili non conſiderauit Mag. Prætor Coloniæ, quæ tamen ſeruanda ſunt, quia in territorio Colonienſi ſtatuta ſua ſunt obſeruanda. *l. omnes populi ff. de iuſtitia, & iure*, & illis deficientibus ſeruari debet ius ciuile, ibi habetur & per hoc puto malè iudicatum fuiſſe quantum eſt pro bonis, & hæreditate dicti Dominici, quia de dictis bonis nihil ſpectat dictæ Dominæ Floridæ matri Magdalenæ vigore legitimæ, vel alterius ſucceſſionis, nec etiam ſpectare debet Magdalenæ matri dicti Bernardini, quia in totum ſpectant prædictis Geminiano & fratribus tamquam proximioribus agnatis prædicti Dominici, & hoc tã in bonis ſitis in territorio Colonienſi, quàm etiam ſitis in territorio Ferrarienſi, quia in hoc iura Colonienſia & Ferrarienſia non contradicunt.

7 † Tertium dubium principale eſt de hęreditate Rubini, quæ ſi fuiſſet adita per Bernardinum filium ſuum, vel per tutorem, quantum ad bona ſita in territorio Colonienſi, nõ eſſet aliquod dubium, quin Magdalena mater ſua debeat habere legitimam, videlicet tertiam partem bonorum & hæreditatis dicti Bernardini, & aliæ duæ partes ſpectarent dicto Geminiano & fratribus ſuis proximioribus agnatis vigore ſtatuti Coloniæ, & quantum ad hoc benè fuiſſet per prætorem Coloniæ iudicatum, ſed ſi dictus Bernardinus vel eius tutor non adiuiſſet hæreditatem Rubini patris, tenendo quod hæreditatem paternam tranſmittat ad quoſcunque etiam extraneos hæredes, tunc dicti Geminianus & fratres, qui ex forma ſtatuti ſunt hęredes ab inteſtato, admitterentur; quoniam ad ipſos fuiſſet facta tranſmiſſio; & ſimiliter in hoc caſu mater deberet habere legitimam de bonis ſitis in territorio Colonienſi, quia ſtatutum ibi hoc expreſſe diſponit, & hoc in caſu pariter benè fuiſſet iudicatum quantum eſt pro bonis ſitis in territorio Colonienſi, pro bonis tantum Rubini ad Bernardinum filium delatis, vel etiam aliis bonis dicti Bernardini, ſi quæ habuiſſet, non intelligendo de bonis Magdalenæ filiæ Dominici prædicti, vt dixi in 2. dubio principali.

† Quar-

8 † Quartum dubiũ principale eſt, quid iuris ſit de bonis dicti Rubini, ſeu dicti Bernardini ſitis in territorio Ferrarienſi, & in hoc videndum eſt, quæ ſtatuta debeant attendi, an ſtatuta Coloniæ, ſub cuius iuriſdictione fuerunt & ſunt omnes prædicti, an verò attendi debeant ſtatuta ciuitatis Ferrariæ, ſub cuius territorio ſunt aliqua bona prædicti q. Rubini, & dicti.q. Dominici, quantum ad ſuccedendum ab inteſtato; præſupponendo, quod diuerſa ſint ſtatuta in ciuitate Ferrariæ, quò ad ſuccedendum ab inteſtato, ab illis terræ Coloniæ, & dicendum eſt, quod ſtatuta Ferrariæ debeãt attendi pro bonis ſitis in territorio Ferrarienſi, & ſtatuta Colonię pro bonis ſitis in territorio Colonienſi, maxime cũ omnia prædicta ſtatuta facta in fauorẽ agnatorũ contra fœminas, ſint contra ius commune *l. maximum vitium, C. de liberis præteritis. l. lege 12. Tabularum, C. de legitimis hæredibus*; quia in hoc caſu ſtatuta vnius territorii
b non debent extendi *b* ad bona ſita in alio territorio, *vt l. ex ea cauſa. ff. de poſtulando, facit c. ſi ſententia in fine de ſententia excommunicationis lib. 6. & ita tenet Bartol. in l. cunctos populos in 6. q. principali in fine: C. de ſumma Trinitate, & fide catholica, & idem tenet ibi Bal. in 20. colum. verſ. ſed id quæro de effectu. Petr. de Anchin. in c. canonum ſtatuta in 18. colum. in princip. verſic. quæro iuxta prædicta de quæſtione tali, extra de conſtitutionibus in re-*
* *petitione ſua*, qui dicit quod communis * opinio eſt, quod attentatur locus rerum in ſucceſſione inteſtati, *arg. l. codicillis, §. pen. ff. de legatis 2. & dicit quòd ita Bald. conſuluit in conſilio ſuo incipiente*; In nomine Domini, punctus talis eſt; & ideo cum Mag. D. Poteſtas Coloniæ iudicauerit ſecundum ſtatuta Colonienſia, ſi ſententia ſua intelligitur etiam de bonis ſitis in territorio Ferrarienſi, malè iudicaſſet, dicendo quod iudicabat ſecundum ſtatuta Coloniæ.

9 † Quintum dubium principale, & vltimum erit quod dependet à proximo præcedenti, an ſecundum ſtatuta ciuitatis Ferrariæ fuerit bene iudicatum; & dubitatio conſtitit in matre, nunquid dicta Magdalena mater dicti Bernardini ei in aliqua parte ſuccedat, maximè in legitima ſeu tertia, ſicut dicitur in ſtatuto Coloniæ; & breuiter dico, quòd in aliqua parte ſuccedere non poteſt in bonis ſitis in territorio Ferraenſi, quia ſtatutum Ferrariæ ſub Rubrica de ſucceſſionibus ab inteſtato, quod incipit, Vt conſeruetur dignitas, & amplitudo in familiis, in verſiculo, ſi autem quis decedat, diſponit, quòd ſi quis moriatur nullis relictis filiis, vel deſcendentibus, vel aſcendentibus maſculis ex linea maſculina, neq; fratre vel filiis fratris maſculis tunc agnati maſculi ex linea maſculina proximiores, ſecundum gradus prærogatiuam, vſq; ad quartum gradum incluſiuè, numerando gradus ſecundum ius canonicum, ſuccedant, & præferantur filiabus, & omnibus aliis fœminis cuiuſque gradus,
10 & lineæ. † Sed dicti Geminianus & fratres qui erant patrui magni dicti Bernardini filii Rubini, & Magdalenæ infantis filiæ Dominici, *vt habetur in l. 1. C. de ſucceſſorio edicto, & de iure ciuili erant in quarto gradu, vt l. ſi auia, vbi per gloſſ. & doct. eodem tit. & in 3. gradu de iure canonico*, vt notatur ibi per doctores & per Ioan. And. & alios in arbore conſanguinitatis, & nullos deſcendentes vel aſcendentes maſculos, vel fratres ſeu fratrum filios reliquerunt d. Bernardus & Magd. ſequitur quod vigore ſtatuti Ferrarienſis, eis ſuccedere debeant dicti Geminianus & fratres, & pręferri omnibus fœminis cuiuſcunq; gradus, & lineæ, & ſic etiam eorum matribus, quia dicendo cuiuſcunq; gradus, & lineæ, comprehendit etiam matres ipſas excludendo; quia excluſio cuiuſ-
11 cunq; lineæ comprehendit etiam matres, † quonam triplex eſt linea, prima aſcendens, alia deſcendens, 3. collateralis ſeu ex latere, *vt ca. quod dilectio in prin. ibi per lineam deſcendentem, & infra ibi per aliam lineam &c. & in c. fin. ibi, per aliam lineam, extra de conſanguinitate, & affinitate*; & notatur per Ioan. And. in tota arbore conſanguinitatis; & maxime circa prin-
12 cipium, † vbi deſcribit quid ſit linea, dicens, quòd eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentiũ, gradus continens, & numeros diſtinguens, & ſubdit quòd linea eſt graduum aſcẽdentium, deſcendentium & collateralium, *vt patet ex leg. 1. & l. iuriſconſultus, ff. de gradibus, & pro hoc allegat gloſſ. fin. in Inſt. de ſucceſſ. i. cognatorum in §. fin. ibi. hi reſpiciunt inferius per lineam tranſuerſalem &c.* cum ergò mater ſit de linea aſcendẽti, & ſtatutum excludat omnes fœminas cuiuſque lineæ, & ſic fœminas lineæ aſcendentis deſcendentis, & collateralis, ſequitur quòd etiam mater eſt excluſa vigore ſtatuti Ferrarienſis prædicti, nec obſtat dum ſubdit ſtatutum, quæ tamen dotari debeant, per quæ verba videtur, quòd de matribus, quæ iam dotatæ ſunt, non debeat intelligi; quia ego reſpondeo quod illa clauſula referri debet ad filias vel ſorores defuncti vel ſimiles, &
13 non ad matres, † quia vbi no conueniunt verba legis ibi nec diſpoſitio; ſed ſolum vbi verba conuenire poſſunt, *l. 4. §. hoc autem iudicium & ibi Bar. & alii, ff. de damno. infecto, & hos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſationibus cum ſimilib.* & propterea concludo, quòd quo ad bona ſita in territorio Ferrariẽſi ſeu ſub ſua iuriſdictione, mater dictæ Magdalenæ infantis, ſi qua bona habuiſſet in territorio Ferrarienſi, & Magdalena ſenior mater dicti Bernardini pro bonis ſitis in eodem territorio, non poſſunt in aliqua parte ſuccedere, ſed ſuccedere debent dicti Geminianus, & fratres patrui magni dictorum Magdalenæ, & Bernardini infantium defunctorum, vigore antedicti ſtatuti Ferrariæ, quod ſolum attendi debet quo ad ſuccedendum in bonis in territorio Ferrarienſi exiſtentibus, vt dixi in præcedenti dubio principali, etſi ſententia prædicta loquitur etiam de bonis ſitis in prædicto territorio Ferrariẽſi, in hac parte non fuit iuſtè lata per prædicta.

Annotationes.

a Ad quoſcunq;] *De hac q. an infantis hæreditas ad quoſcunq; tranſmittatur, tradit latè Dec. in conſilio 250. & conſ. 331. nu. 5. Iaſ. in conſ. 130. in princ. vol. 1. qui affirma-*
* *tiuam, quam tenet auctor noſter communem * eſſe dicunt, & ſequuntur relati per Ioan. Dilecti in tractatu de arte teſtandi titulo 11. cautela 1. num. 3. Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis, artic. 13. quæſt. 6. Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le vif, declaratione 5. nu. 22. & declaratio. 17. nu. 3. Soc. Iun. in conſ. 119. lib. 1. Alciat. conſ. 35. 5. num. 1.*

num.1.& ſeq.Cephal.in conſ.524.num.71.& ſeq. Rol.à Valle in tract.de lucro dotis,quæſt.47.nu.4.& ſeq.Phanutius paritt[e]r de lucro dotis, gl.4.num.8.

b Nondebet extendi] *Statutum ad bona extra ſtatuentium territorium exiſtentia non porrigi, communiter recipitur,prout aſſerunt Alex.in conſ.16.nu.1.vol.1.& ibidem not. in additionibus, quod procedit, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſtatutum conceptum ſit, vt ex pluribus per illum congeſtis tradit Anton.Gabr. communium concluſio.lib.6.tit.de ſtatutis, concluſ.8. Roland.à Valle in conſil.80. num.41.lib.4. Decian.in conſil.72. num.6. & 7.vol.2. & Borguinus Caualcanus in 1.part. ſuarum deciſionum, deciſ.2.num.12. verſ.nec tale, & in terminis huius ſtatuti Ferrariæ reſpondit Ruin. in conſil.120. num.17.lib.1. & conſil.48.in princ.lib.3. & Cephal.in conſil.120.num.11.*

CONSIL. VIII.

ARGVMENTVM.

An pater teneatur dotare filiam de conſenſu ſuo iam nuptam.

An fiſcus teneatur dotare filiam rebellem, iam nuptam viuente patre.

An extraneus mulieri nubendæ dotem à tertio ſtipulari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Filia maritata à patre abſq; aliqua dotis promiſſione, an petere poſſit, ſe dotari de bonis eiuſdem patris.*

2 *Alimenta iudicis officio petuntur, quando quis non habet, vnde ſe alat.*

3 *Dotem habere mulieris intereſt, vt melius tractetur à viro.*

4 *Maritus, qui vxorem duxit abſq; dote, dotem petere non poteſt, nec mulierem de domo expellere.*

5 *Filia indignè nubendo patrem offendit.*

6 *Dos datur filiæ non ſolum, vt nubere poſſit, ſed vt vir matrimonij onera ſuſtinere valeat.*

7 *Mulier maritata per ſtatutum à ſucceſſione excluſa extantibus maſculis poteſt petere ſe dotari.*

8 *Filia nupta à patre abſq; dote, quo iuris remedio ſe à patre dotari petere poſſit.*

9 *Verba quando ad iudicem, diriguntur iudicis officium oritur, & non actio.*

10 *Filia pro quanta dotis quantitate dotari debeat.*

11 *Dos quanta eſſe debeat, iudicis arbitrio relinquitur, inſpecta viri & vxoris qualitate.*

12 *Nogarola familia eſt antiquiſſima & nobiliſſima inter alias totius Italiæ.*

13 *Familia Comitum de Sancto Bonifacio in maxima exiſtimatione ſemper extitit.*

14 *Filia maritata à patre abſq; dote, an à fiſco de bonis patris confiſcatis ſe dotari petere poſſit, & num.16.*

15 *Dotandi onus an ad hæredes transeat etiam extraneos.*

17 *Pater ad dotandam filiam naturali vinculo tenetur.*

18 *Teſtes valde nobiles etiam attinentes probant, & n.20.*

19 *Teſtibus veriſimilia deponentibus credendum eſt.*

20 *Verba de præſenti aliquando in futurum trahuntur ex coniecturis.*

21 *Teſtes valde nobiles etiam ſinguláres probant.*

22 *Creditur aſſertioni magni viri abſq; iuramento.*

23 *Numerus ſuppleat quod in fide deficit.*

24 *Singula, quæ non proſunt multa iuuant.*

25 *Iudex cognitionem ſuam ad vnam tantum probationis ſpeciem alligare non debet.*

26 *Extraneus an mulieri dotem ſtipulari poſſit.*

27 *Intellectus l.Gaius, in fin.ff.ſolut.matrim.*

28 *Promittere & ſoluere paria ſunt.*

CASVS.

NOBILISSIMA & generoſa Domina Leonora f. q. Magnifici Comitis Syluii de ſancto Bonifacio, & vxor Magnifici ac Generoſi Equitis Domini Antonii de Nogarolis de Verona, cum quo contraxit matrimonium de voluntate & conſenſu dicti patris ſui, pro qua etiam dicitur, Comitem Bernardum eius patruum dotem mille ducatorum promiſiſſe; facta confiſcatione bonorum dictorum Comitum per Illuſtriſſimum Ducem Ferrariæ, petiit de bonis dicti Comitis Syluii confiſcatis ſe dotari, tanquam de bonis q. patris ſui, de iure communi, vel ſtatutorum, vel de bonis q. Comitis Bernardi vigore promiſſionis per eum factæ: ex parte fiſci opponitur fiſcum non teneri ad prædicta de bonis dictorum Comitum confiſcatis: maximè quia dicitur, patrem non teneri ad dotandam filiam iam maritatam, & multò fortius fiſcum, de bonis ipſius patris confiſcatis; nec etiam teneri de bonis patrui vigore promiſſionis; quia, vt aſſeritur, illa non eſt legitime probata, & poſito, quod Domina Leonora de bonis q. patris ſui dotari deberet, reperiuntur multa bona in territorio Veronenſi expedita, de quibus dotari poteſt. Nunc quæritur quid iuris.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Pro omnium prædictorum clariori intelligentia, quatuor mihi videntur eſſe examinanda: Primò, an filia cum patris conſenſu maritata, abſque dotis promiſſione, poſſit de iure communi, vel ex forma ſtatutorum petere, ſe à patre dotari: ſecundò poſito quòd ſic, quo iuris remedio id petere poſſit: tertiò pro quanta quantitate: quartò an ſi à patre dotem petere potuit, id poſſit ſimiliter petere à fiſco, de bonis patris
1 confiſcatis. † Super primo dubio, an filia marita-
a ta *a* ſine dote, ſeu dotis promiſſione à patre, ſe de ipſius bonis dotari petere poſſit, variæ fuerunt Doctorum opiniones: & prima fuit Gulielmi de Cuneo *in l.cum is.§.ſi mulier.ff.de condict. indeb.* qui tenuit quòd non, per text. *in l.fin. C.de diuortijs, & in auth. de nuptijs, in §.ſi quis igitur, quem ſequitur Bart. in l. obligamur.§.ea lege.ff.de actio.& oblig.qui reprehendunt gloſ. dicentem contrarium, in d.§.ea lege, & Bart. ibi hoc probare*
2 *uititur per ſimile:* † nam alimenta petuntur officio iudicis, quando non habet, vnde ſe alat, *l.ſi quis à liberis, ff. de liberis agnoſcend.* ſed filia non habet officium iudicis poſtquam eſt maritata, quia ceſſat ratio dandæ dotis, quæ eſt, vt maritetur; facit ſecundum eum, *l.pen. C.de dotis promiſſione*; idem vult ipſe Bart. *in authent. res quæ, in verſic.quæro quid ſi pater habet ſi-*

bet filiam maritatam, C. commun. de legat. & Salicet. in
l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum, Matthæus de Matthe-
ſilanis in 106. notabili, quod incipit: nota quod ſi pa-
ter maritauit, & idem ſeq. Paul. de Caſtr. in ſuo con-
* ſil. 233. in princ. qui dicit, quod ſecundum * com-
munem Doctorum opinionem filia nupta viuen-
te patre non poteſt cogere patrem ad ſe dotan-
dom, iure actionis, vel officio iudicis. Secunda
fuit opinio penitus contraria, quòd imo pater fi-
liam maritatam dotare cogi poſſit, vt eſt gloſſ. in dict.
l. obligamur, §. ea lege, & gl. in c. hoc ſanctum, 32. quæſt. 2.
per l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, & gl. etiam in c. de
raptoribus, 39. quæſt. 1. qui voluit, quòd hoc etiam
procedat, ſi filia ſine patris conſenſu nupſiſſet; er-
gò multò magis, ſi cum eius conſenſu, vt in caſu
noſtro; & hanc opinionem ſequendo gloſſ. in dict.
§. ea lege, tenet Bald. in l. fin. C. de ſententijs, quæ ſine certa
quantitate proferuntur, in verſic. pone vir accepit, & in
auth. res quæ, in verſ. quæro pater viuens. C. communia de
legatis, & in l. 1. in 5. colum. circa princ. ff. ſoluto matrimo-
nio, & idem tenet Angel. in d. l. obligamur, §. ea lege, & in
l. nupta, in princ. ff. de verbor. obligat. qui dicit argument.
illius textus, quòd filia nupta nihilominus per pa-
trem dotanda eſt, quia per nuptias ſubſiſtentes o-
mnino prouiſum non eſt indemnitati ſuæ; & idem
voluit Ioan. de Imola in d. l. in 5. colum. ff. ſolut. matrim.
qui dicit gl. in §. ea lege melius dicere, per d. l. qui liberos. ff.
de ritu nuptiarum, vbi pater ad duo adſtringitur, vi-
delicet ad nubendum, & ad dotandum, & licet pri-
mùm impletum ſit, quia filia ſit maritata, cogitur
nihilominus, & ſecundum adimplere, ſcilicet do-
tem tradere: argum. l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſti-
tut. Item, quia non videtur ceſſare dotandi ratio,
3 ex eo, quòd filia nupta ſit, † quoniam mulieris
intereſt dotem habere, vt melius tractetur à viro:
argum. eorum quæ habentur in auth. de nuptijs, in §.
ſi itaque, & per notata per Bart. in d. l. 1. in penult. colum.
circa fin. & in l. nupta, in princ. ff. ſoluto matrimon. & i-
dem vult ibidem Imola, & ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. ſi
ſocer, in princ. in vlt. colum. verſic. ſed quid ſi fuit; qui di-
cit, quòd textus allegati per Bart. in d. §. ea lege, nil faciunt
4 pro ipſius Bart. opinione, † ſed bene probant, quòd
maritus, qui vxorem ducit ſine dote, non poteſt
dotem petere, nec vxorem de domo expellere; ſed
quæſtio noſtra eſt, an ipſa filia, cui nihil eſt, quod
imputetur, cùm filiæ non ſe intromittant de his,
quæ pater facit tempore nuptus, & vtplurimum i-
gnorant; vnde valde iniquum eſt, quòd filia de-
fraudata remaneret; & ita ſe conſuluiſſe dicit, &
hanc opinionem tenuit etiam Raph. Cumanus in
ſuo conſil. 48. quod incipit, duo fratres habent bona
communia, qui dicit, hanc opinionem eſſe æquio-
rem, & ſequendam; & eandem tenuit etiam ſole-
mnis Doctor Dn. Martinus de Laude in ſuo tracta-
tu de notis Bart. qui dicit, Bart. opinionem eſſe fal-
ſam. Tertia fuit opinio, quòd ſi filia eſt nupta, &
accepit virum dignum, tunc etiam maritata à patre
5 dotem habere debet, † quia indignè nubendo
patrem offendit, l. 3. §. ſi emancipatas, ff. de contra ta-
bulas; & idem tenent Ioan. Andr. & Anton. de Bu-
trio in c. accedens, extra de procuratoribus, quæ opinio,
an ſit vera, de præſenti aliter non determino, quia
non expedit, ſed de ea habetur per canoniſtas, in d.
c. accedens, & per modernos, & maximè per Ioan. de Ana-
nia, in c. 1. extra de adulterijs, & per Raph. in d. l. qui libe-
ros. ff. de ritu nuptiarum, cum ſimilib. Sed veniendo ad
deciſionem quæſtionis noſtræ, dico, quòd cùm di-
cta D. Leonora fuerit maritata per patrem, vt ap-
paret, ex teſtibus examinatis ſuper promiſſione do-
tis facta per Comitem Bernardum, & fuerit nupta
viro digniſſimo Dn. Antonio de Nogarolis Equiti
Magnifico, & viro Nobiliſſimo Veronæ, attenta
tàm ſecunda quàm tertia opinione debuit à patre
ſuo dotari, & maximè per dict. l. qui liberos, ff. de ritu nu-
ptiarum, & l. fin. C. de dotis promiſſione, & ratio eſt,
6 † quia dos non ſolum datur ad hoc, vt filia nubere
poſſit, ſed etiam vt onera matrimonii maritus poſ-
ſit ſuſtinere, l. pro oneribus, C. de iure dotium, & l. dotis
fructus, ff. eodem tit. & notant Bart. & alij in l. nupta, in
princ. ff. ſoluto matrimonio, cum ſimilibus. & ità teneo
eſſe de iure iudicandum, cùm iſta opinio ſit verior
* & æquior, ac magis * communis in caſu quæſtio-
nis noſtræ: vt patet per prædicta, quæ procedunt
7 de iure communi: † ſed ſi ex forma ſtatutorum,
filia dotata non ſuccederet, ſed dotari deberet, ex-
tantibus filiis vel agnatis, ſicuti eſt communiter per
Italiam; tunc clariſſimum eſſet, & æquiſſimum, vt
mulier maritata poſſit petere ſe dotari, ne careat v-
troque, id eſt, iure ſuccedendi, & dote, quia ſtatu-
tum eam excludens propter dotem, videtur velle,
quòd eam omnino habeat, prout notatur per gloſ.
in l. ſi ſocer, §. Lucius, ff. ſoluto matrimonio, vbi elegan-
8 ter Paul. de Caſtr. qui dicit, ſe ita conſuluiſſe. † Su-
per ſecundo dubio, ſi filia maritata ſe à patre dota-
b ri petere poteſt, quo iuris remedio b poſſit, an iu-
re actionis, an officio iudicis, gloſſ. in dict. l. obliga-
mur, §. ea lege. ff. de action. & obligation. tenet, quòd iu-
re actionis, ſed Bartol. ibi tenet, quod uno officio
iudicis tantum; & iſta eſt verior opinio, per l. qui li-
beros, ff. de ritu nuptiarum, quæ probat hoc modo;
quia ibi dicitur, quòd illi, qui habent filias in pote-
ſtate, coguntur in matrimonium collocare, & do-
tate: nam dum dicit coguntur, intelligitur ſcilicet
officio iudicis, vt not. Bartol. in l. 2. in §. nec cogitur, in
vltima colum. verſic. quæro ergò quo iure, ff. ſoluto matri-
monio. & l. ſolent, ff. de alimentis & cibarijs legatis, & in
9 l. prima, in 4. colum. in princip. ff. de condition. ex lege. † &
eſt ratio, quia verba referuntur ad iudicem, dum
dicunt, coguntur, id eſt, iudices parentes cogere
debent; ideo ex eis oritur iudicis officium, & non
actio, vt notatur per gloſſ. & Doctor. in l. ſi ſoror, C.
de collation. cum ſimilibus; & quòd oriatur officium
iudicis, & non actio, eſt gloſſ. in l. ſi ſocer, in princip.
ff. ſoluto matrimonio, quam ſequuntur ibi omnes Do-
ctores, & maximè Angel. qui dicit, illam gloſſ. eſſe
veriorem, & idem tenet ipſe Angelus in l. mulier, in
§. cum proponeretur. ff. ad Trebellianum. Salicet. in l. fin. in
5. quæſtio. de dotis promiſſione, & in dict. l. qui liberos, vbi
etiam Rapha. Fulgoſ. & Ioan. de Imola in l. 1. in 5. colum.
ff. ſoluto matrimonio. & Ioannes de Anania in c. 1. in 6. co-
* lum. in princip. extra de adulterijs: & iſta eſt * com-
munis Doctorum ſententia, quæ procedit ſecun-
dum ius commune; ſed ſi eſſet ſtatutum in ciuita-
te, vel loco diſponens, quòd maſculi tenerentur,

vel bo-

vel bona hæreditaria eſſent obligata, ad dotandam
filiam, vel alio ſimili modo loquens, tūc poſſet filia
intentare condictionem ex illu ſtatuto ad ſe dotan-
dum, vt eleganter not. Paul. de Caſtr. *in dicta l. ſi ſocer*
10 *in princ. ff. ſoluto matrimonio.* † Super tertio dubio,
c pro quanta quantitate *c* dicta Domina Leonora
dutari debeat, breuiter dico, quod dotari debet pro
modu facultatū patris, & dignitate mariti, *vt eſt te-*
xtus in l. cum poſt. §. gener, ff. de iur. dotium, & Nobilitate
mariti, *vt eſt textus cum gl. in c. nullum, 30. q. 5.* & digni-
tate etiam vxoris, *l. quæro. ff. de iure dotium & pro hone-*
ſtate perſonarum, vt notat. gloſſ. in authen. de reſtitutio:
& ea quæ parit in verbo morem, quæ incipit, au-
di. Item pro qualitate puellæ an ſit virgo, vel vi-
dua, vt notat. Antonius de Butrio *in cap. 1. extra de a-*
dulteriis. Item ſecundum conſuetudinem regio-
nis, vt ibi etiam ipſe vult. Item matrimonia hono-
rabilia honorabilem pariter dotem requirunt, vt
dicit, Bald. ſecundum Petrum *in l. 1. in 2. colum. Cod.*
11 *de ſecundis nuptiis*, † & omnibus iſtis conſideratis
ſtatur arbitrio iudicantis quanta dos eſſe debeat, *vt*
notat. Bald. in authen. præterea in fine Cod. vnde vir & v-
xor, & aliàs ſuper hoc ego pleniſſimè conſului in
ciuitate Florentiæ: vnde cum in caſu noſtro mul-
ta concurrant in fauorem magnæ dotis videlicet
12 dignitas, & nobilitas mariti, † cuius familia de
Nogarolis non ſolum nobiliſſim. & in ciuitate Ve-
ronæ, vnde originem trahit, ſed etiam inter nobi-
liſſimas, & generoſas totius Italiæ familias merito
connumerari poteſt: concurrit etiam dignitas i-
pſius mariti, quia eſt eques inſignis, & primarius in
13 ciuitate noſtra. † Item vertitur nobilitas vxoris,
quæ eſt de familia Comitum de ſancto Bonifacio,
quæ quàm antiquiſſima, & olim potentiſſima & in
maximo precio ſemper habita fuerit, & viros ex-
cellentiſſimos habuerit, nemo eſt qui neſciat: ad-
eſt pariter qualitas vxoris virginis, item conſuetu-
do regionis, id eſt, ciuitatis Veronæ, in qua magnæ
dotes conſtituuntur; ex quibus omnibus iudex ar-
bitrari debet dotem ſaltem eſſe debere de mille,
& quingentis ducatis, & ita per quemlibet iudi-
cem expertum & intelligentem iudicaretur, &
æſtimaretur, & etiam in maiori ſumma maximè
computatis veſtimentis, & gemmis precioſis, ſi vi-
14 res patrimonij patris ſui paterentur. † Super quar-
to dubio ſi dicta Domina Leonora ſiue Dominus
Antonius eius maritus, dotem à patre petere po-
d tuit, an ſimiliter poſſit petere à fiſco, *d* de bonis
patris confiſcatis; & iſta quæſtio depender ab illa,
15 † an onus dotandi tranſeat ad hæredes etiam ex-
e traneos, *e* & videtur quod non, quia ſi non debe-
tur dos filiæ iure actionis, ſed officio iudicis, vt di-
xi ſupra in verſic. ſuper 2. dubio, videtur, quod i-
ſtud officium iudicis ſit perſonale, ideoque ad hæ-
redem non tranſeat, & ita voluit Dynus *in l. ſi mari-*
to, §. ſi voluntate, ff. ſoluto matrimonio, & ibi Bald. hoc
ſequi videtur; ſed idem Dynus in l. inſulam in
princ. eodem titul. tenuit contrarium, quod imo
tranſeat ad hæredes, & ita tenet ibi Barto. qui dicit
hoc eſſe verius, idem Bartol. *in l. poſt dotem in 2. quæ-*
ſtione principali ante finem. ff. ſol. matr. & in l. ſicut, §. pen.
ff. quibus mod. pignus vel hypothe. ſol. & idem tamen Alber.

* *de Roſa. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi ſocer in prin. & Doct.* *
16 communiter in locis præallegatis, † & ideo cum
bona patris d. D. Leonoræ confiſcata fuerint per Il-
luſtr. Ducem Ferrariæ, bona tranſiuerunt in fiſcum
cum illo onere dotandi filiam, *l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub.*
& ita in terminis tenuit Dynus *in d. l. inſulam in prin.*
qui dixit quod fiſcus, qui patri ſuccedit tenetur fi-
liam dotare, & illum ſequitur Paul. de caſt. *in d. l. ſo-*
cer in princ. & Bal. in terminis noſtris in l. ſi. in 3. col. in prin.
in verſ. quæritur nunquid dictus hæres extraneus, C. de do-
tis promiſſione, qui dicit quod ſicut hæres extraneus
patris tenetur filiam dotare, per nota. per Bart. poſt
Dyn. *in d. l. inſulam, in princ.* idem dicendum eſt in fi-
ſco, qui ipſam filiam de bonis patris confiſcatis do-
tare tenetur, per dictam l. inſulam, & ſubdit etiam,
17 quod ratio iſtorū pendet ex vinculo naturali, † quia
pater tenetur ad dotandum, *vt dicta l. obligamur, §.*
ea lege, ff. de actio. & obligatio. Nec obſtat dum ex parte
fiſci excipitur, quod extant alia bona donata Co-
miti Leonello filio dicti q. Comitis Syluij, contem-
platione paterna, de quibus dicta dos ſolui poteſt,
quia patri acquiſita videntur, *l. ſed ſi plures. §. in arro-*
gato, ff. de vulg. & pupil. cum ſimilibus; quia illa donatio
facta fuit contemplatione D. Borſij & fratrum ſuo-
rum naſciturorum, vt patet ex inſtrumento dictæ
donationis, ibi, ac volens & intendens, quod bona
ſua perpetuo poſſint vocari & nominari tanquam
bona Comitum de S. Bonifacio, attento quod de
linea ipſius Iordani, nulli alij adſunt præter infra
ſcriptos Comites &c. per quæ verba ſatis manifeſtè
apparet, quod voluit donare liberis Comitis Syl-
uij videlicet Leonello nato, & aliis naſcituris, ad
hoc, vt dicta bona dicerentur perpetuo tanquam
bona Comitum de Sancto Bonifacio, & ſic habuit
reſpectum ad genus ſeu familiam dictorum Comi-
tum, & non contemplatione patris, vt de ſe patet,
& etiam ex notatis per Bartol. & alios *in l. fin. C. de v-*
ſufructu, & per Angel. in l. ſoluitur in 1. col. in fine. ff. quib.
modis pignus vel hypothe. ſoluitur, & quia hoc etiam e-
uidenter conſtat ex inſtrumento donationis præ-
dictæ, & apud viros excellentiſſimos & iuſtiſſimos
hæc cauſa agitur, ideo me vlterius in hoc non ex-
tendo. Secunda principalis dubitatio eſt an fiſcus
ſaltem teneatur ex promiſſione, vel donatione,
quam Comes Bernardus patruus dictæ D. Leo-
noræ feciſſe dicitur cum conſenſu dicti Comitis
Syluij, cuius Comitis Bernardi pariter bona confi-
ſcata ſunt; & pro parte fiſci dicitur quod non, quia
dicta promiſſio vel donatio non videtur eſſe ſuffi-
cienter & legitimè probata, ita vt ex ea agi poſſit;
ſed ego teneo contrarium, videlicet quod imo
promiſſio ſufficienter & legitime probata ſit, &
quod ex ea agi poſſit contra fiſcum; nam ſunt tres
teſtes examinati, qui à parte depoūnt, quod fuit fa-
cta promiſſio per Comitem Syluium, & Comitem
Bernardum, quia iacebat tunc in lecto infirmus in
camera ſua, & promiſit pro ipſa Domina Leonora
videlicet de dando mille ducatos ad certos termi-
nos & vnam veſtem ſerici, & donaria condecentia:
18 † qui teſtes licet ſint cōiuncti aliquo vinculo cum
magnifico D. Antonio de Nogarolis marito Do-
minæ Leonoræ, tamen puto quod fides ſit eis
adhiben-

adhibenda tum quia dicunt veriſimilia, vt paret ex
his, quæ dixi in præcedenti dubio principali ſuper
tertio caſu, & conſtat etiam per ea, quæ ipſi depo-
nunt maxime, dũ dicitur, quod Comes Syluius no-
lebat facere dictam promiſſionem, ſine voluntate,
& conſenſu dicti Comitis Bernardi, & propter hoc
dicti teſtes iuerunt ad domum dicti Comitis Bern-
ardi, & ad lectum in quo iacebat: *argumento l. ob car-
men, §. fin. ibi: & qua rei aptiora & verbo proximiora eſſe
compererit, ff. de teſtibus & c. licet cauſam poſt medium ibi:
qui etiam aptiora negocio, & verbo proximiora, extra de
teſtibus, & c. præterea, in fin. eod. titul. & c. 1. 4. q. 3. §. idem
in criminali in prin.* tum etiam quia de dicta volunta-
te, & verbis prædictis promiſſionis apparet chiro-
graphum factum, vt dicitur, de manu Comitis Syl-
uij, in quo dicitur vulgari ſermone, Bernardo da, &
dona a Leonora ſua nezza, & figliuola ducati mille
&c. quod ſcriptum fuit ad petitionem Domini
Dondonei de Caballis vnius ex teſtibus prædictis
in domo ſua, qui dixit, quod vidit dictum Comi-
19 tem ſcribere illud chirographum: † in quo licet
dicatur, Bernardus dat, & donat, & ſic in tempore
præſenti, tamen intelligitur, id eſt, dabit in futu-
rum: vt not. Bar. *in l. 5. in §. ſtipulatio, circa medium, ff.
de verbor. obligati.* quod patet per ſequentia verba, in
quibus apponuntur termini ſolutionis faciendæ.
arg. l. ſi ſeruus plurium in §. fin. ff. de lega. 1. Item adſunt
multæ literæ dictorum Comitum Bernardi & Syl-
uij ad dictum D. Antonium de Nogarolis excuſan-
tes ſe de tarditate ſolutionis dictæ dotis, in quibus
etiam literis ſoluere promittunt, quæ ſolæ literæ
20 plures ſufficere videntur. † Præterea adeſt dicto-
rum teſtium honeſtas & æſtimatio atque conditio;
quia omnes nobiliſſimi ſunt, non plebei, diuites
non egeni, digniſſimi viri, videlicet Comes, alter E-
ques. Tertius nobiliſſimus, & magnæ auctoritatis;
quibus in huiuſmodi caſu veriſimiliter credendum
eſt, *per l. 3. in prin. & in §. 1. ff. de teſtib. & d. §. in criminali
& per id quod not. eleganter. Paul. de Caſtr. in l. admonen-
21 di, ff. de iur. iuran.* qui dixit, † quòd licet teſtes ſint
ſingulares, ſi tamen ſunt ita nobiles, quòd iudicem
ad indubitatam fidem adducant, eis credendũm
eſt, nec iudex de ſingularitate illa curare debet, li-
cet quidam protervi credant contrarium, intelli-
gendo tamen de ſingularitate adminiculatiua, non
abſtatiua: iuxta notat. per Bald. *in rubr. de controuerſia
inueſtitura in vſibus feudorum*, facit etiam pro hoc
quod ſingulariter dixit Antonius de Butrio *in c. cum
22 alia in 7. notabili de dolo & contumacia*: vbi dicit †
quod creditur aſſertioni magni viri ſine ſacramen-
to: item pro hoc facit optima gloſſ. *in dict. l. 1. §. 1. in
23 verbo numerus, ff. de teſtibus*: † qui dicit quod de-
f ficit in fide ſuppleat numerus: *f* idem vult gloſſ.
*in c. cum a nobis extra de teſtibus, facit quod notat. Salicet.
in l. ea quidem in penul. de charta in fine, C. accuſationibus
Bal. & Angel. in l. ſi quis ex argentariis, §. 1. ff. de edendo, &
quod notat. in l. 1. §. idem concedit, ff. de quaſtionibus*, per
quæ apparet quòd licet prædicti teſtes ſint in ali-
qua parte coniuncti dicto Domino Antonio, &
Dominæ Leonoræ, tamen eis credendum eſt, &c.
maxime cum concurrat dictum chirographum, &
prædictæ plurimæ literæ miſſiuæ, quæ de dicta pro-
24 miſſione loquuntur, † quæ non proſunt ſingula
multa ſimul iuncta iuuant, *l. inſtrumenta cum gl. ff. de
25 probat. cum ſimilib.* † & quia iudex non debet cogni-
tionem ſuam ad vnam tantum probationibus ſpe-
ciem alligare, ſed exiſtimare ex ſententia animi ſui,
quid credat, & quid probatum ſit, *per l. 3. §. eiuſdem
26 quoq; principis, in fi. ff. de teſtib. cum ſimilib.* † Nec obſtat
ſi dicatur: quod licet illa promiſſio fuerit legitimè
& ſufficienter probata, tamen per illam non potuit
acquiri ius ipſi Domino Antonio de Nogarolis,
nec Dominæ Leonoræ eius vxori; quia reſponde-
tur, quod imo potuit acquiri per illos tres Nobiles
qui receperunt dictam promiſſionem, namq; licet
regulariter quis alteri ſtipulari non poſſit, *l. ſtipula-
tio iſta, §. alteri, ff. de verb. oblig. & in tit. de inutili ſtipul. §.
g ſi qui alteri*, tamen hoc fallit in dote *g* & pro dote,
quia quilibet etiam extraneus poteſt pro dote ſti-
pulari & obligationem mulieri acquirere, *per l. Ga-
ius in fin. & ibi Doct. ff. ſolut. matrim. & not. Paul. de Caſt.
in l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell. & hoc eſt fauore dotis, vt d. l.
Gaius in fin.* intelligendo de fauore dotis illius, in cu-
ius vtilitatem quis dotem promiſit, ſicuti fuit in ca-
ſu noſtro, & ita declarat Paul. de Caſtr. *in d. l. debitor
27 in §. fin.* † Nec obſtat ſi dicatur quod imo requiri-
tur duplex fauor, ſcilicet nuptiarum & affectionis
perſonæ dantis, vel promittentis, quia ibi eſt dictio
maximè, quæ includit, idem eſſe, ſi non eſſet fauor
affectionis perſonæ donantis, & ita tenent ibi Do-
ctores, & maxime Paul. de Caſtr. qui dicit per illum
textum propter illam dictionem maxime ibi poſi-
tam, idem eſſe in quolibet extraneo, dotante mu-
lierem, & ſubdit quod alibi hoc non ita clarè repe-
ritur, vt mulieri poſſit ſtipulari. Nec obſtat pariter
ſi dicatur, quod tex. *in l. Gaius in fin.* loquitur quando
quis tradidit pecuniam vel rem aliam marito in do-
tem, & ſtipulatur reddi vxori, & ſic loquitur quan-
do ſtipulatio interuenit in traditione rei dotem
dantis, licet non dicat ſuæ, quia dominium in mari-
tum transfertur, *l. doce ancillam, C. de iure dotium*, &
poſtea ſoluto matrimonio in vxorem retransferri
debet, *l. in rebus, C. eodem tit.* ſed nos loquimur in illo
qui nihil tradidit nomine dotis, ſed ſolum promi-
ſit tradere marito pro eius vxore, & ſic pactum ſeu
28 ſtipulatio non fuit in traditione rei ſuæ. † Quia
reſpondetur quod paria ſunt promittere, & ſolue-
re, *l. finali, Cod. ad l. Falcidiam & probatur hoc in termi-
nis in l. vnica, §. accedit ibi ab extraneis dantur vel pro-
mittuntur, C. de rei vxoria actione*: nam dum dicit pro-
mittuntur, debet intelligi, id eſt, mulieri vel ma-
rito, vel aliis eius nomine, propter verba ſequen-
tia, ibi, ipſa mulier videtur feciſſe tacitam ſtipula-
tionem, quia tota dicta lex vnica loquitur de ſtipu-
latione dotis ſibi dandæ, vel reddendæ ſoluto ma-
trimonio, vt probatur, *in dicta leg. vnica, coniuncta
gloſſella in verbo exigi qua exponit, id eſt, peti, vel re-
peti, & pro hoc etiam facit dicta lex vnica in §. 1.* ibi, ſi-
ue ipſi principales dederint vel promiſerint, vel
ſuſceperint: ſiue aliæ perſonæ pro his &c. Vnde
ex prædictis omnibus concludo, quod fiſcus tene-
tur omnino ſoluere dictam dotem mille ducato-
rum, & vltra, de iure communi, de bonis dicti q.
Comitis Syluij, vt ſupra declaratum eſt in primo
dubio

dubio principali: & maximè ſtante promiſſione dicti Comitis Bernhardi facta de conſenſu ipſius Comitis Syluii, vt dictum eſt in iſto ſecundo dubio principali.

ANNOTATIONES.

a An filia maritata] *Hanc quaſtionem diſcutit Iaſ. in auth. ees que, nu.14. C. communia de legat. & in auth. praterea, num.8. C. vnde vir & vxor, vbi de communi atteſtatur, Alex. in conſil.139. num.7. vol.2. in conſ.56. num.5. lib.4. & conſil.169. nu.2. & 3. lib.7. Curt. ſen. in conſil. 27. in princ. Socin. ſen. in conſ.57. col.2. vol.4. Corn. in conſ.242. in fin. vol.3. in conſ.35. nu.1. & conſ.39. nu.2. vol.4. Boër. deciſ.130. nu.8. qui dicit id procedere, etiamſi abſq; patris conſenſu filia nupſiſſet, quod voluit etiam Iaſ. in l.2. §.1. num.28. ff. ſolut. matrim. Pariſ. in conſ.29. num.62. & 63. vol.3. Cephal. in conſ.405. num.40. Ripa in l.1. nu.55. ff. ſolut. matrim. Didac. in epitome de ſponſal. in 2. part. in §.8. num.7. quod procedit etiam, ſi filia ſit diues, vel ab alio dotata fuiſſet, vt poſt alios latè comprobat Soc. iun. in d.l.1. nu.156. ff. cum ſeq. ſolut. matrim. Bald. nouell. in tracta. de dote in 6. part. in 16. ſpeciali nu. 8. & Cephal. in conſil.334. nu.26. & ſeq.*

b Quo iuris remedio] *An iudicis officio, vel iure actionis pater filiam dotare teneatur, vide Alex. in l. mulier, §. cum proponeretur, nu.14. cum ſeq. & in l. à filia, nu.9. ff. ad Trebell. in l.2. nu.12. cum ſeq. in l. ſi ſocer, num.2. & in l. ſi cum dotem, §. ſi poſt ſolutum, nu.6. ff. ſolut. matr. & iudicis officio patrem teneri tenent Alb. Caſt. & Alex. in l. fin. C. de dot. promiſſio. Coraſius in repet. l. qui liberos, nu.95. ff. de ritu nupt. & communem * dicit Gu-*
* *liel. de Bened. in c. Raynutius, in verſ. dotem quam ei dederat, nu.24. extra de teſtam. & ſequitur Cephal. alios allegans in conſ.751. nu.7. lib.5.*

c Pro quanta quantitate] *Qua dos filia congrua dici poſſit, latiſſimè poſt alios, quos adducit, differit Menoch. in tract. de arbitrariis iudicum, lib.2. caſu 149. per totum.*

d A fiſco] *Fiſcum teneri filias dotare de bonis patris confi-*
* *ſcatis, tenent communiter * Doctores vt poſt alios, refert & ſequitur Ripa in l. ex facto, §. ex facto, nu.9. ff. ad Trebell. Plot. inter conſil. criminalia diuerſorum tom.1. conſ.130. nu.83. & ſeq. & alij, quos nuperrimè congerit D.M. Ant. Peregrinus in ſuo tractatu de iuribus & priuilegijs fiſci, lib.5. tit.1. nu.76.*

e Etiam extraneos] *An dotandi onus ad quoſcunq; tranſeat, diſcutit Campegius in tract. de dote, part.1. q.27.*

f Suppleat numerus] *Ad hanc regulam plura cumulat Ant. Gabr. commun. concluſio. lib.1. tit. de teſtibus, concluſ.6.*

g Fallit in dote] *Extraneum dotem mulieri ſtipulari poſſe ex multis, docet Bald. nouell. in tract. de dote, in 6. part. priuil.22. & ſeq. & Ant. Gabr. alios allegans commun. concluſio. lib.3. in tit. de verb. oblig. concluſ.1. nu.73.*

CONSIL. IX.

ARGVMENTVM.

An contractus liuellarius ad tempus fieri poſſit.

An contractus liuellarius abſque ſcriptura confici valeat.

An venditio ſub pacto aliquo facta, eo non ſeruato, irritetur: an verò emptor teneatur tantum ad intereſſe.

SVMMARIA.

1 *Contractus liuellarius an ad tempus fieri poſſit, & n.9.*
2 *Finito tempore conductionis liuelli, an eiuſdem tacita reconductio cenſeatur, & num.4.*
3 *Contractus liuellarius an in ſcriptis debeat celebrari, & num.11. & 12.*
5 *Recipiens chirographum, confiteri videtur illum veritatem continere.*
6 *Producens chirographum, omnia in eo contenta vera eſſe confiteri videtur.*
7 *Confeſſio nocet confitenti.*
8 *Solutiones liuelli trium aut quatuor annorum, dominum in quaſi poſſeſſione liuelli conſtituunt, in qua conſeruandus eſt, donec in plenario iudicio aliud conſtiterit.*
10 *Ea quæ ſunt de natura contractus, poſſunt per partes immutari.*
12 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
13 *Inſtrumentum factum à notario non exiſtente in matricula notariorum, an probet contractum eſſe liuellarium, quando pars illum talem eſſe confitetur.*
14 *Confeſſioni alicuius contra ſe ſtandum eſt, & num.24.*
15 *Confeſſus contractum, ſed nullum ſibi non præiudicat.*
16 *Venditio ſub pacto aliquo facto, eo non ſeruato, an reſcindatur.*
17 *Ceſſante cauſa finali, & diſpoſitio ceſſare debet.*
18 *Intellectus l. cum te, C. de pact. inter emptor. & venditor. & num.23.*
19 *Vendens ſub aliqua conditione vel pacto an præſumatur, quòd aliàs eſſet venditurus, & num.22. & 23.*
20 *Subſtantiale pactum ſi non ſeruatur, quod eſt actum, reſcinditur.*
Item ſubſtantiale dicitur, quod contractui naturam tribuit.
21 *In venditione quæ requirantur.*
25 *Nemo in facto proprio errare præſumitur.*
26 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.*
27 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*
28 *Pignoris dominium remanet penes dominum.*
29 *Verba, dedit & tradidit in inſtrumento, an ſi res eſt alibi, dominij traditionem importent.*
30 *Verbum, remanere, quid importet.*
31 *Dictio, tanquam, eſt improprietatis.*
32 *Vltima declarant priora.*
33 *Venditionis contractus cum pacto de retrouendendo, an videatur vſurarius ſtante ſtatuto Coneglani.*
34 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
35 *Pactum de retrouendendo de iure communi non reddit contractum vſurarium.*
36 *Statutum eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In cauſa mihi commiſſa conſulenda: quæ vertitur inter Magnificum Dn. Comitem Carolum de Collalto, & Magiſtrum Petrum Bonum de Paganis ſuper quadam pignoratione decem ducatorum pro liuello, impetra-

petrata & commiſſa de mandato Magnifici D. Ber-
nardi Canalis Poteſtatis Coneglani digniſſimi, ad
inſtantiam procuratoris d. Magnifici Comitis Ca-
roli contra d. Magiſtrũ Petrum Bonum, & peritio-
ne quod procedatur ad venditionem pignoris dicti
magiſtri Petri Boni, & viſa reſponſione facta per
procuratorem dicti magiſtri Petri Boni, & viſis et-
iam aliis exceptionibus & conuentione facta pro
parte dicti magiſtri Petri Boni, & viſis etiam aliis
productionibus pro vtraq; parte productis. Et viſis
atteſtationibus teſtium & toto proceſſu ad me miſ-
ſo cum copia ſtatutorum in eo inſerta: & viſa etiam
matricula notariorum ad me poſt proceſſum tranſ-
miſſa, in qua fit fides quod Ser Bonifacius de Mon-
rebarutio nuuquam fuit nec eſt in ſchola & matri-
cula notariorum Coneglani: Et auditis Excellentiſ-
ſimis Aduocatis vtriuſque partis tam in voce quam
in ſcriptis, & omnibus diligenter conſideratis. Pro
declaratione deciſionis huius cauſæ, plura dubia
videntur mihi eſſe examinanda.

Primum enim dubium eſt: An Comes Carolus
potuerit pignorari facere dictum magiſtrum Pe-
trum Bonum pro decem dncatis, & pro liuello, &
petere quod pignus deſignatum pro parte dicti
magiſtri Petri Boni vigore dictæ pignorationis,
ſubhaſtari & vendi deberet, iuxta formam iuris &
ſtatutorum terræ Coneglani. Et videtur quod non,
1 † quia non videtur ille contractus fuiſſe liuellarius,
ex quo apparet quod fuit factus pro quinq; annis,
& ſic non in perpetuũ, vel ad longum tempus, quia
iſtud eſt de natura liuelli vt ſit perpetuus. *vt in c. 1. §.
& ſi clientulus ibi ex natura perpetui liuelli in fi. de aliena-
tione feudi.* Vbi hæc not. Bal. & alij & in auth. de non
alienandis in §. alienationis autem nomen, ibi, in
perpetuum extenſam emphyteuſim; *vbi per gloſſ. &
Doct. colum. 2. & ibi Bald. & Iac. de Aluarotis, & facit. c.
1. §. donare ibi perpetuo concedatur in titul. qualiter olim
feud. poterat alienari.* & hoc videtur velle Cyn. *in l. 1. in*
2 *princip. Cod. de iure emphyt.* † Item quia dato quod
fuiſſet contractus liuellarius infra quinquennium,
tamen finito quinquennio, non videtur quod ma-
giſter Petrus Bonus videatur reconduxiſſe iure li-
3 uelli: quia hoc non potuit; nam † cum contra-
a ctus liuellarius debeat in ſcriptis *a* celebrari: vt
notat. gloſſ. *in l. 1. in verbo alienationi in verſicul. Item
hic neceſſe eſt ſcriptura: vt in hac l. C. de iure emphyteu. &
gloſſ. in l. pactum quod bona fide. C. de pactis. & gloſſ. in c.
Romana & in verbo in ſcriptis de cenſibus lib. 6. vbi notat.
plures caſus, in quibus requiritur ſcriptura. & Specul. in
tit. de inſtrum. edit. §. reſt. verſ. ſed quid ſi vnus in 27. ca-
ſu. & Bald. in dict. l. 1. Cod. de iure emphyt. & Ioan. de Imo-
la in c. potuit in 3. colum. C. de iure emphy.* qui plene exa-
minat iſtum articulum, & tandem tenet quod iſta
* videtur eſſe communis * opinio. † Si ergo in i-
4 ſto contractu liuellario requiritur ſcriptura, vide-
tur quod elapſo quinquennio non poſſit dici fuiſſe
factam tacitã reconuentionem iure liuelli, ex quo
non videtur interueniſſe alia ſcriptura, vt vult Bar.
in l. item quæritur in §. qui impleto. ff. locati per illum
tex. ſecundum vnam lecturam Ioannis: & ratio eſt
quia nudus conſenſus ſine ſcriptura non ſufficit
pro vt ... *notabit in 2. col. in fi. & hoc facit quod not. Bald.
in tit. de pace conſtantiæ in 28. col. verſ. quæro facta eſt liga.
qui idem vult.* Sed his non obſtantibus, puto contra-
rium eſſe verius de iure; & hoc probatur ex quibuſ-
dam chirographis ſeu ſcripturis priuatis manu di-
cti Comitis Caroli productis per procuratorem di-
cti magiſtri Petri Boni. In quibus dicitur. In vno de
1460. Receuimi Carlo de Collalto da maſtro Pero
Bon de Pagani ducati 10. d'oro, li quali lui mi dè da-
re per vn liuello. In alio dicitur: ſia manifeſto à chi
vederà qeuſto ſcritto come mi Carlo de Collalto
mi chiamo haber riceuuto dncat. 40. da maſtro Pe-
ro Bon per li fitti ò vn linello lui paga. Item in alio
chirographo dicitur. 1472. à di 8. Maggio. Receui da
Bartholomio de Pagan mi Conte Carlo ducati 4.
per nome di ſuo padre contadi per maſtro Pero
5 Bon in Conegian per lo fitto de 1471. † Quæ tria
chirographa eum fuerint ſcripta per Comitem Ca-
rolum & tenta per magiſtrum Petrum Bonnm, vi-
detur magiſter Petrus Bonus confeſſus fuiſſe illa
chirographa veritatem continere. *per l. filiusfa. ff. ad
maced. & not. ibi per Pau. de Caſt. & per Bar. in l. quo enim
§. 1. ff. rem ratam habe. cum ſi.* vt pluries dixi in quadam
6 cautela mea. † Item producendo illa chirographa
videtur fateri ea quæ in illis continentur eſſe vera.
vt not. Innoc. *in c. cum olim extra de cenſibus. & in c. cum
venerabilis de except. & Bald. in l. 1. in pen. col. §. de confeſ-
ſis & in l. 1. in vlt. col. in prin. C. de edendo facit l. de ætate,
§. 1. ff. de interrogat. acti.* Item idem videtur confiteri
in replicationibus lõgis productis pro parte magi-
ſtri Petri Boni. Vbi petit condemnari dictum Co-
mitem Carolum ad dandum ipſi magiſtro Petro
Bono ducatos centum & tredecim, qnos habuit
ab ipſo iure liuelli, & ab aliis ſuo nomine etiam
cauſa indebita & fœnoratitia: Vnde videtur magi-
ſter Petrus Bonus confiteri ſe ſoluiſſe ex iure li-
uelli dictos 113. ducat. quæ ſolutio in ratam decem
ducatorum in anno fuit facta pro vndecim annis:
7 † & illa confeſſio *b* quod ſoluerit iure linelli no-
b cet ipſi replicanti. *argum. l. cum precum, Cod. de liberali
cauſa, & l. 2. cum ibi notat. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub con-
di. factis.* Et ideo cum conſtet per confeſſionem par-
tis quod ſoluit iure liuelli: nunc non poteſt con-
tradicere per prædicta. Et propter hoc dicendum
eſt quòd potuit pignorari pro linello ſiue affictu
8 dictus magiſter Petrus Bonus: † quia illæ ſolutio-
nes liuellariæ, quas magiſter Petrus Bonus fecit
Comiti Carolo, vt ipſe magiſter Petrus Bonus con-
fitetur, ſufficinnt ad conſtituendum ipſum Comi-
tem Carolum in quaſi poſſeſſione recipiendi & pe-
tendi per viam executionis ſolutiones liuellarias
à dicto magiſtro Petro Bono tanquam liuellario,
In qua quaſi poſſeſſione conſeruandus & manute-
nendus eſt, donec in plenario iudicio conſtiterit,
an ſit vel non ſit liuellarius *per c. querelam, de electio-
ne, & in terminis ita dicit & declarat Paul. de Caſtr. in l.
plures apochis in 5. col. C. de fid. inſtrum.* vbi vult qnod
c quantum ad prædictum effectum *c* non requiran-
tur ſolutiones 10. annorum *per l. litibus. Cod. de agri.
& cenſitis lib. 11.* ſed ſufficiant ſolutiones paucorum
annorum puta trium aut quatuor. Cum ergo di-
ctus magiſter Petrus Bonus confiteatur ſe ſoluiſ-
ſe iure liuelli 113. ducatos, & ſic pro 11. annis à
tem-

tempore confecti iuſti liuelli, vel pro ſex annis etiam poſt finitum quinquennium iuſti liuelli: ſequitur quòd licitè potuit pignorari iure liuelli: ex quo erât, vt dixi, in quaſi poſſeſſione iuris exigendi illum liuellum 10. ducatorum in anno. Nec obſtat, ſi diceretur nunc in petitorio, eſt doctum de contrario; ergo non ſufficit illa quaſi poſſeſſio, quia reſpondetur, quod non ſolum non eſt doctum hoc, imo, nec etiam deductum vel allegatum in proceſſu, quòd iſte non ſit contractus liuellarius: quia ſcriptura non interuenerit, vel quia non poſſit fieri vſq; ad quinquennium, ſed ex aliis cauſis: ergò pignoratio valuit facta pro liuello decem ducator. per ea quæ habentur per Bart. & alios *in l. cum quid.*
9 *ff. ſi cert. pet. & in l. ſi certu. C. de pactis, cum ſimil.* † Nec obſtat, dum dixi ſupra, quòd de natura contractus liuellarij ſit, vt ſit perpetuus: quia propter hoc non ſequitur, quin poſſit fieri breuiori tempore, quia iſtud dependet à poteſtate contrahentium: vt habétur per gl. & Doct. *in auth. de non alienandu, in §. alienationis*, & quòd contractus liuellarius poſſit contrahi in perpetuum, & ad tempus tenet Spec. *in tit.*
10 *de locato. §. nunc aliqua, verſ. quinto. & verſ. ſeptimo.* † Et eſt ratio, quia ea, quæ ſunt de natura contractus, poſſunt per partes immutari, *vt not. per gl. & Doct. in l. pacta conuenta. ff. contrahen. empt. & per Doct. in l. cum*
11 *quid. ff. ſi cert. pet.* † Nec obſtat, quòd ſecundo loco dixi ſupra in contrarium. Quòd contractus liuellarius requirat ſcripturam; ergo poſt quinquennium non potuit tacito conſenſu partium renouari ſine interuentu nouæ ſcripturæ, quia iſta quæſtio eſt dubia; an in contractu emphyteutico requiratur ſcriptura, quia gloſ. *in d. l. 1. in verbo ſcriptura, C. de iur. emphyt.* videtur tenere contrarium, ſcilicet quòd non requiratur ſcriptura, & iſtam opinionem tenet Specul. *in tit. de locato. in §. nunc aliqua, in verſ. quinto.*
12 † vbi dicit, quod hoc interpretatur generalis conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, *l. 1. de interpretatione, & l. minime, ff. de legib. & idem tenet Bart. in d. l. 1. C. de iure emphyt.* qui dicit, quòd hoc approbat conſuetudo. & idem tenet Ant. de But. *in c. potuit, in 2. colum. in fin. extra de locato*, qui dicit, licet aliqui teneant, quòd ad ſubſtantiam contractus li-
* uellarij requiratur ſcriptura, tamen hoc * communiter non tenetur, niſi ſit actum, quòd contractus fiat in ſcriptis, ſecundum *l. contractus, C. de fide inſtrum.* Et ſic ſeruat conſuetudo, quòd ſcriptura non ſit de ſubſtantia, dummodo aliter probetur: & iſtam opinionem tenet etiam Abb. Siculus *in d. c. potuit.* Cùm ergò opinio ſit dubia & varia. Ego in caſu noſtro puto eſſe tenendam iſtam opinionem vltimam, videlicet vt non requiratur, quòd probetur ſcriptura huius liuelli, tum quia conſtat primò de ſcriptura liuelli pro quinq; annis, & pro aliis ſex ſequentibus, licet non appareat de ſcriptura confecta, tamen ex quo illa prima liuellatio fuit ad breue tempus quinq; annorum, & ſex vel ſeptem tantum poſt tranſacti ſint, & ſic breue tempus, æquius eſt tenere iſtam partem: quia ratio, quare requiri debeat ſcriptura in contractu liuellario, ſecundum aliam opinionem eſt, quia communiter ſolent huiuſmodi contractus fieri in perpetuum: *vt dixi per c. 1. §. in tit. de alienat. feud.* & quia illud tempus excedit memoriam hominum, & ſi non eſſet confecta ſcriptura, poſſent finaliter liuellarij negare, ſe eſſe liuellarios, & retinere rem liuellariam tanquam propriam: quia difficile eſſet hoc probare per teſtes. argum. eorum quæ habentur *in l. cenſus & monumenta, ff. de probatio. & in c. quod per nouale, extra de verb. ſignific. & iſtam rationem aſsignat Bald. in l. 1. in 3. oppoſitione, C. de iure emphyt. & Salic. etiam ibi.* Sed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro, ex quo illa liuellatio non fuit facta in perpetuum, ſed ad breue tempus, & poſt illud tantum eſt tranſactum aliud breue tempus, vt dixi: ergò debet ceſſare eius diſpoſitio: & maximè cum illa ſcriptura per dictam rationem videatur eſſe adhibenda in fauorem Domini principaliter, qui in hoc caſu læderetur, ſi non valeret ſine ſcriptura *contra l. quod fauore, C. de legibus.* Item pro hac ſententia facit, quia ipſæ partes confitentur feciſſe contractum liuellarium, etiam poſt finitum quinquennium, vt apparet ex chirographis ſcriptis manu Comitis Caroli productis pro parte Magiſtri Petri Boni. Item quia verè dictus Magiſter Petrus ſoluit, vt ipſe fatetur etiam in ſuis ſcripturis productis ſe ſoluiſſe per vndecim annos, vel circa penſionem iure liuelli: & ſic ipſum Comitem Carolum eſſe in quaſi poſſeſſione iuris exigendi dictum liuellum per not. per Paul. de Caſtr. *in dict. l. plures apochis, C. de fide inſtrum.* & præſertim cum in proceſſu non opponatur, nec dicatur contractum liuellarium non valere, ex eo, quòd ſcriptura non interuenit: vnde his concurrentibus teneo contractum illum liuellarium valere, licet non appareat alia ſcriptura poſt primum quinquennium de dicto liuello. Et ſic ex prædictis omnibus concludo, quod dicta commiſſio pignorationis & ipſa pignoratio non poſſit infringi vel dici nulla ex eo, quod ille contractus liuellarius non fuerit in perpetuum celebratus, nec de eo appareat alia ſcriptura, niſi illa, quæ fuit facta per quinq; an..os.

13 † Secundum dubium principale eſt: An dicta commiſſio pignorationis & ipſa pignoratio poſſit dici nulla ex eo, quia fundari videtur ſuper iure liuelli, cùm ille notarius ſcilicet Bonifacius de monte Barutio, qui ſcripſit inſtrumentum venditionis factæ per Magiſtrum Petrum Bonum, ipſi Comiti Carolo, & inſtrumentũ liuelli prædictum ad quinque annos, non erat in matricula Coneglani, neq; vnquam fuit. Et videtur quòd ſic, quia illis inſtrumentis non videtur eſſe fides adhibenda vigore cuiuſdam partis captæ in conſilio terræ Coneglani confirmatæ per Illuſtr. Duc. Dn. Venet. quæ vult, quòd nullus notarius, qui non ſit originaliter de Coneglano, vel eius diſtrictu, vel de ſchola & matricula notariorum dictæ terræ Coneglani aliquo modo in Coneglano poſſit notariæ officium exercere, &c. ſed dictus Bonifacius nunquam fuit deſcriptus in matricula prædicta: vt mihi eſt facta fides per literas patentes præfati Mag. poteſtatis terræ Coneglani, ergò, &c. Sed hoc non obſtante, ego teneo contrarium, quia licet non potuiſſet ille notarius ſcribere dicta inſtrumenta, tamẽ ex quo pro parte Magiſtri Boni conſeſſatum eſt in ſuis replicationibus

14 tionibus dictos contractus fuiſſe celebratos: † ſuæ
confeſſioni ſtandum eſt contra ſe, *l. de ætate, §. 1. ff. de*
interrog. act. & l. cum precum, C. de liberali cauſa, licet i-
pſe magiſter Petrus Bonus reſpondendo poſitioni-
bus dicti Comitis Caroli omnes per ſacramentum
negauerit, & præſertim cum non ſit neceſſe in caſu
noſtro, vt probentur dicti contractus per ſcriptu-
ram, per ea quæ dixi ſupra in primo dubio princi-
pali: & ſic ſtatutum non habet locum in quæſtione
15 noſtra. † Nec obſtat, ſi dicatur illa confeſſio quòd
illi contractus fuerint celebrati non nocet, ex quo
confitetur contractus nullos: per not. per Bart. *in*
l. Aurelius. §. idem quæſiuit, ff. de liberatione l. cum ſimi-
libus. Quia dico quòd imo confitetur ſimpliciter
in ſuis replicationibus longiſſimis & in chirogra-
phis productis pro parte magiſtri Petri Boni vt ſu-
pra declaraui.

16 † Tertium dubium principale quod tangit et-
iam merito cauſę eſt: an dicta pignoratio fuerit nul-
la, vel iniuſta ex eo quod fundari videtur ſuper con-
tractu liuellario: qui dicitur fuiſſe nullus ex aliis
cauſis. Et primo quia videtur quòd illa venditio fue-
rit nulla & per conſequens etiam liuellatio facta de
dictis bonis venditis ab ea dependens, ex eo, quia
illa venditio fuit facta cum pacto & conuentione vt
Comes Carolus cederet & transferret eidem ma-
giſt. Petro Bono omnes obligationes, hypothecas,
& rationes, quas habebat vigore ſuorũ inſtrumen-
torũ contra Ioannem & Herculem de Cono, quam
quidem ceſſionem, licet ipſam fecerit, tamen face-
re non potuit vigore vnius ſtatuti ſub rubrica de a-
ctionibus & iuribus non cedendis. Vbi habetur
quòd nullus de Ciuitate Belluni vel eius diſtrictu
poſſit recipere ceſſionem ab aliquo forenſi contra
ciuem vel diſtrictualem Ciuitatis Belluni: nec ciuis
poſſit cedere forenſi contra ciuem: niſi ille forenſis
ſuſtineat onera & factiones cum communi Bellu-
ni. Item quia illa ceſſio videtur quod fuerit facta
de Vento, quia Ioannes & Hercules non erant de-
bitores pro illa ſumma centum & octuaginta quin-
que ducat. pro quibus fuit facta ceſſio, vt apparere
dicitur, ex tenore duorum inſtrumentorum facto-
rum de 1472. 28. Nouembris. Vnum eſt in quo fit
mentio, quod Hercules de Cono volens ſatisfacere
pro parte ſolutionis dicti inſtrumenti debiti. De
centum & octuaginta quinque ducatis dat pro par-
te ſua loco pignoris & in ſolutum dicto Comiti Ca-
rolo milliaria ſeptem & libras quingentas ferri, &c.
& duos zatolos, &c. Aliud inſtrumentum eſt quod
eadem die, vt dixi, fuit confectum in quo dicti Her-
cules & Ioannes fratres pro ducatis centum auri,
quos dare debēt dicto Mag. Comiti Carolo pro re-
ſto & complemento ſolutionis debiti ducat. ducen-
torum & quinquaginta auri, obligauerunt vnam
poſſeſſionem poſitam extra muros Ciuitatis Bellu-
ni vocatam Monte Bello pro dictis centum ducat.
Vnde ex hoc inſtrumento de centum ducat. ap-
parere dicitur, quòd illo tempore non erat Comes
Carolus creditor, niſi de centum duc. & tamen de
anno ſequenti 1473. die 16. Ianuarii fuit facta vendi-
tio ſeu datio inſolutum per dictum magiſtrum Pe-
trum Bonum ipſi Comiti Carolo pro centum & o-
ctuaginta quinque ducat. & eadem die fuit ipſi ma-
giſtro Petro Bono facta ceſſio per Comitem Caro-
lum pro dicta ſumma centum & octuaginta quin-
que ducat. & ſic pro maiore ſumma quàm eſſet cre-
ditor. Ergò venditio & ceſſio & liuellatio videntur
fuiſſe nullæ, quia dicitur quòd magiſter Petrus Bo-
nus non vendidiſſet poſſeſſionem ſuam, nec eam
iure liuelli conduxiſſet iuxta precium 185. ducat. &
& cum Ioannes gener ſuus & Hercules fratres non
eſſent tunc tempore venditionis & ceſſionis & li-
uelli debitores niſi de centum ducat. Ex quo etiam
illa ceſſio facta contra eos & eorum fideiuſſores
fieri non potuerit ſaltem, niſi pro centum ducat.
17 † Vnde ceſſante cauſa finali diſpoſitionis ceſſare
debet ipſa diſpoſitio, *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure*
pat. & l. cum clericus. C. de Epiſ. & clericis cum ſim. Item
quia in inſtrumento venditionis & ceſſionis dicitur
quòd Ioannes & Hercules ſunt debitores in ſoli-
dum, & tamen hoc non conſtat ex inſtrumentis: &
ideo cum Ioannes fuerit non ſoluendo, & Hercules
non ſit obligatus in ſolidum, remanet magiſter Pe-
trus Bonus deceptus ab ipſo Comite Carolo, & ma-
xime cũ poſtea exegerit ab ipſo Hercule, circa qua-
draginta ducat. & ſic videtur Comes Carolus exe-
giſſe debitum ſuum pro maiori parte, & habere do-
minium directum poſſeſſionis ſibi venditæ ſiue in
ſolutum traditæ per magiſtrum Petrum Bonum, &
exegiſſe ab eo centum & tredecim ducat. de liuello
ſeu victu, quod non videtur eſſe iuſtum neque æ-
quum, imo iniquiſſimum, *art. l. curabit cum ibi nota-*
tis per Barto. & alios C. de actio. empt. & per gloſſ. & Doct.
18 *in c. conqueſtus extra de vſuris. colum. 2.* † Et plus vide-
tur, quòd ex quo non ſubeſt cauſa finalis propter
quam dictus magiſter Petrus fecit dictam venditio-
nem, quòd reſcindatur contractus & ſic in ſuam
cauſam reddere debeat & ſibi reſtitui cũ fructibus
inde perceptis. Videtur eſſe caſus ſingularis *in l. cum*
d *te*, d *C. de pact. inter empto. & vend.* videtur decide-
re quaſi in terminis quæſtionis noſtræ in fauorem
dicti magiſtri Petri Boni: & hoc ideo, quia contem-
platione dicti debiti Ioannis generi ſic videtur ven-
19 didiſſe. † quia non videtur, quòd aliàs fuiſſet ven-
diturus, *vt not. ibi gl. 1. & in l. ea conditione, C. de reſcind.*
20 *vend.* † *Vnde dicit ibi Bald. per illam l. cum te*, quòd ſi
non ſeruatur ſubſtantiale pactum, reſcinditur
quod eſt actum & ſubſtantiale dicitur quod cau-
ſam contractus dat, & quod cauſa finalis implicat
duos ſenſus, ſcilicet ſientem ſi exiſtit: & reſoluen-
tem à contrario ſenſu ſi deficit. Et ſic videtur quòd
Comes Carolus teneatur illum fundum emptum
reſtituere cum fructibus, id eſt, penſionibus liuella-
riis per ipſum perceptis. Sed licet iſta prima facie vi-
deantur colorata; tamen teneo contrarium eſſe ve-
rius de iure; Et fundamentum vnum principale
eſt, quod illa venditio facta per Ioannem pro cen-
tum & octuaginta quinque ducat. valuit ſine du-
21 bio, † quia concurrunt omnia, quæ ſunt neceſſa-
ria ad venditionem, videlicet res, precium cer-
tum, & conſenſus: *iuxta not. Inſtitut. de contrahen.*
empt. in princ. & §. precium & in l. 1. ff. de act. emp. cum ſi-
milib. Voluit enim magiſter Petrus Bonus vendere
Comiti Carolo pro precio 185. ducat. & quia Co-

mes Carolus debuiſſet ſoluere precium voluit ma-
giſter Petrus Bonus quod illud precium confitere-
tur Comes Carolus habuiſſe pro ſatisfactiooe dicti
debiti. Et ſic fingitur ſolutum preciū magiſtro Pe-
tro Bono, & per magiſtrum Petrum Bonum poſt-
ea Comiti Carolo, & ſic per illam confeſſionem
factam per Comitem in illo inſtrumento in fine
occultatur vnus actus videlicet traditio pecuniæ fa-
cta magiſtro Petro Bono, & breui manu fingitur
ab eo ad Comitem Carolum perueniſſe, *argum. l. 3.*
§. ſed ſi debitorem. ff. de donat. inter virum & vxorem, *&*
per id quod notat. in l. ſingularia. ff. ſi certum petatur.
22 † Nec propter hoc quod dicitur magiſtrum Pe-
trum Bonum non vendidiſſe niſi valuiſſet ceſſio fa-
cta per Comitem Carolum ſibi contra generum &
Herculem & fideiuſſores, & niſi dictus Ioannes &
Hercules fuiſſent obligati in ſolidum, videtur quod
venditio ſit reſcindenda *per l. ea conditione C. de re-*
ſcind. vendit. vbi eſt caſus; qui cauſa principalis ven-
deodi non fuit vt fieret ſibi ceſſio, & quod illi Ioan-
nes & Hercules contra quos debeat fieri ceſſio,
fuiſſent obligati in ſolidum, vt patet ex his quæ not.
Paul. de Caſtr. *in l. in bonæ fidei, in fin. C. de pactis.* Vbi
dicit, qood quando quis vendit cum pacto de retro-
uendendo, vel vt dentur fideiuſſores, illud pa-
ctum non eſt principalis cauſa vendendi, ſed inci-
dens, & principalis dicitur cauſa neceſſitatis. Et
ita in caſu noſtro cauſa principalis vendendi fuit vt
Ioannes & Hercules non moleſtarentur ab ipſo
Comite Carolo, quia ei obligauerunt ferrom &
zatolas pro parte debiti & vnam poſſeſſionem pro
centum ducat. pro reſto, & iam venerat tempus
ſoluendi, & Ioannes non poterat ſoluere, vt dici-
23 tur in dicto inſtrumento venditionis. † Et ideo
dicit ſingulariter Paul. de Caſtr. *in l. fin. in vltima col.*
ff. de condict. ob turpem cauſam, quod ſi aliquis vendit
cum conditione quod aliquid fiat: oportet tunc
e probare quod aliàs non fuiſſet venditurus: *e* nam
hoc non probato, non præſumeretur, ſed potius
pro habendo precium: & ita declarat *dict. l. cum te*,
& ideo ita dicendū eſt in caſu noſtro, quod illa ven-
ditio videtur in dubio facta, vt haberet precium &
de illo ſatisfieret ipſi Comiti Carolo, & in breui
manu factum eſt, in dicto inſtrumento veoditionis
in fine. *vt ſupra declaraui.* Et ſic propter defectum
ceſſionis non factæ vel non legitimè factæ, vel quia
dicti Ioannes, & Hercules fratres non eſſent obli-
gati in ſolidum, ſi ita eſſet, oon deberet dici illa ven-
ditio nulla vel reſcindenda, & per conſequens nec
liuellatio tunc ſequens. Teneo tamen, quod ſi di-
cti fratres non erant obligati in ſolidum, & pro-
pter hoc non poſſit magiſter Petrus Bonus exigere
ab ipſis vel aliis fideiuſſoribus ſine culpa ſua ſi Io-
annes & alii fideiuſſores non eſſe ſoluendi, vel non
poſſint conueniri, vel quia maior expenſa require-
retur in conueniendo omnes, ipſe Comes Caro-
lus, quia videtur aſſeruiſſe ipſos Ioannem & Her-
culem eſſe obligatos in ſolidum, cum hoc non ap-
pareat verum, teneretur ad damnum & intereſſe, ſi
quod eſſet ipſi magiſtro Petro Bono. Præterea non
poteſt etiam dici nulla, ex eo qood dicti Ioannes
& Hercules non fuerint debitores dicti Comitis
Caroli pro dict. ſumma ducat. 185. quia imo erant, &
in maiori: quia dictus Hercules vltra prædictos 185.
ducat. erat etiam debitor de ducat. 50. vt apparet ex
inſtrumento venditionis factæ per dictum magi-
ſtrum Petrum Bonum ipſi Comiti Carolo, in quo
dicitur in principio qnod dictus Ioanoes erat debi-
tor tempore dicti inſtrumenti venditionis de du-
cat. 185. de ſumma debiti ducentorum & quinqua-
ginta ducatorum, & quod Comes Carolus habet
etiam actionem contra Herculem de ducat. quin-
quaginta, & revera idem Ioannes reſtat dare dictos
ducat. quinquaginta, in quibus eſt obligatus dictus
Hercules, de ducat. 185. Et quod Comes Carolus
volens ſolutionem conſequi dictorum 185. ducat.
nec habens Ioannes habilitatem ita & taliter com-
poſuit, vt dictus magiſter Petrus Bonus pro vtilita-
te dicti Ioannis fecit dictam venditionē: vt plenius
in dicto inſtrumento venditionis continetur. Ex
qnibus omnibus manifeſtè apparet, quod ipſe
magiſter Petrus Bonus confitetur quod Comes
Carolus erat creditor dicti Ioannis, de dictis du-
cat. 185. & vltra illos erat etiam creditor Her-
culis de aliis quinquaginta ducatis. Et confite-
tur etiam quod Ioannes gener dicti magiſtri Petri
Boni pro ſua vtilitate ita compoſuit & precibus i-
pſius Ioannis fecit dictam venditiooem pro dicto
precio, & datione in ſolutum pro dictis 185. du-
24 cat. † Cui inſtrumento, & confeſſioni ſtandum
eſt contra ipſum magiſtrum Petrum Bonum *per l. o-*
ptimam cum ibi not. C. de contrahen. & committ. ſtip.
coniuncta l. de ætate, §. 1. ff. de interrog. actio. Nec enim
eſt veriſimile quod ipſe magiſter Petrus Bonus ven-
didiſſet pro ſatisfaciendo debito Ioannis generi: ſi
non intellexiſſet ipſum Ioannem fuiſſe debitorem
pro dicta ſumma: & præſertim cum fecerit dictam
venditionem magiſter Petrus Bonus precibus i-
pſius Ioannis, & cum aſſerat quod ipſe Ioannes ita
25 compoſuit, vt fieret dicta veoditio: † quia ipſe
Ioan. non præſumitur erraſſe in facto proprio, *l. fin.*
ff. pro ſocio. Nec præſumitur in dubio, quod ipſe ma-
giſter Petrus Bonus, qui erat ſocer Ioannis debito-
ris & volebat ipſum liberare per venditionē ſuam,
ignorauerit debitum, tum quia vendidit ad preces
26 ipſius Ioannis debitoris, † tum quia erat ſocer,
arg. l. octaui. ff. vnd. cogna. & l. de tutela. C. de in integr.
27 *reſtit. cum ſimilib.* † tum denique quia nemo præ-
ſumitur velle iactare ſuum, *l. cum de indebito. ff. de pro-*
bat. Et præſertim cum fuiſſet elapſum modicum
tempus à tempore quo fuerat confectum inſtru-
mentum de zatolis & ferro, ad inſtrumentum de
obligatione poſſeſſionis pro centum ducat. pro re-
ſto, quia illa duo inſtrumenta pignorationum fue-
runt confecta die 29. Nouembris de 1472. & in-
ſtrumeotū venditionis fuerat de 1473. die 6. Ianua-
rii. Et ſolutio debiti de centum ducat. erat facienda
poſt feſta Natiuitatis Domini dicti milleſimi vide-
licet 1473. propter quod fuit facta dicta venditio.
Item hoc etiam probatur ex inſtrumeoto ceſſionis,
in quo dicitur, quod dictus magiſter Petrus Bonus
ad requiſitionem & preces dicti Ioanois generi ſui
pro ſatiſdatione ante dicti debiti ducat. 185. vendi-
dit & in ſolutum dedit dictam poſſeſſionem, ſeu ca-
ſale

ſale, &c: Et ſic confitetur magiſter Petrus Bonus
quòd Ioannes requiſiuit ipſum magiſtrum Petrum
Bonum, & etiam rogauit eum vt faceret dictam
venditionem, & dationem in ſolutū pro dictis cen-
tum & octuaginta duc. Quæ quidem confeſſiones
clare demonſtrant ipſum Comitem Carolum fuiſ-
ſe creditorem dicti Ioannis de dictis centum & o-
ctuaginta ducat. & vltra hoc fuiſſe creditorem et-
iam Herculis de aliis quinquaginta ducat. Nec ob-
ſtat quod dixi: Imo fuerat ipſi Comiti Carolo die
29. Nouembris 1472. ſatisfactum pro Ioanne de 85.
ducat. pro ferro & zatolis per ipſum Ioannem in ſo-
lutum datis ipſi Comiti Carolo, vt apparere dicitur
ex dicto inſtrumento dationis in ſolutum: Quia
dico quòd illud inſtrumentum non dicit ſimplici-
ter quòd dederit in ſolutum: ſed dicit quod dedit
loco pignoris & in ſolutum. Volens dictus Ioan-
nes tractum ſiue precium dictæ quantitatis ferri &
lignaminis, quouis modo vendatur ſiue Taruiſii, ſi-
ue Paduæ, vel aliunde peruenire debeat ad manus
dicti Comitis Caroli tanquam ius dictarum rerum
ſibi ceſſum, detractis tamen de dicto precio ducat.
viginti auri, & expenſis inde ſequendis: quos & quas
voluit remanere apud Ser Ioannem debitorem. Iſta
ſunt verba inſtrumēti, per quæ verba apparet quod
tria vult inſtrumentum illud. Primum quod Ioan-
nes dedit & tradidit loco pignoris dictum ferrum
28 & zatolas. † Et ſic dominium remanſit penes i-
29 pſum Ioannem. *l. pignus. C. de pigno. actio.* † Et licet
dicatur in inſtrumento, dedit & tradidit: tamen
propter hoc non videtur fuiſſe facta traditio etiam
pignoris: ex quo ferrum & zatolæ non erant tunc
in præſentia partium ſed alibi, vt dicit inſtrumen-
tum, vt not. Bart. & alii Doct. *in l. prædia. ff. de acq. poſ.*
& in l. 2. C. eodem tit. cum simil. Imo apparere etiam vi-
detur ex eodem inſtrumento, quòd non debeat pe-
nes ſe habere Comes Carolus dicta ferramenta &
zatolas, quia vult inſtrumentum, quod vendantur
& precium peruenire debeat ad manus Comitis
Caroli, & quod viginti ducati & expenſæ remanere
30 debeant apud Ioannem. † Quia illa verba rema-
nere debeant, videntur innuere quòd ipſe Ioannes
vel alii eius nomine vendentes debeant recipere
pecuniam, & eam apud eum remanere. *arg. Inſtitut.*
de dona. in §. eſt & aliud, ibi: ſed & tamen nouū incon-
ueniens remanebat, *& l. 2. §. item ſi voluntate ibi re-*
manebit dotis actio integra patri. ff. ſolut. matr. & l. patre
furioſo. circa princ. ibi remanere eos in poteſtate. ff. de his
qui ſunt ſui vel alie. iur. cum ſimilibus. Secundum vult
illud inſtrumentum quòd dedit in ſolutum di-
ctum ferrum & zatolas: quod non eſt intelligen-
dum de ſictibus prædictis; quia cōtradiceret verbo
præcedēti dum dixit, dedit loco pignoris: quia non
poſſet eſſe pignus & datio in ſolutum ſimul & ſe-
mel de eadē re. *l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.* ſed vult
dicere quòd primo ſit loco pignoris: & facta vendi-
tione de dictis rebus precium redactum perueniat
ad manus ipſius Comitis Caroli: & tunc intelliga-
tur in ſolutum dediſſe ſcilicet tractum pecuniæ, ſi-
cut dicitur in ſimili in inſtrumento venditionis in
fin. de qua ſupra dictum eſt. Tertium vult quòd tra-
ctum ſiue precium dictarum rerum venditarum
habeatur pro iure ceſſo ipſi Comiti Carolo: vt patet
in eod. inſtrumento ibi tanquam ius ceſſum. Et eſt
ſenſus, quòd facta venditione & recepto precio,
vult, quòd illud precium perueniat ad manus ipſius
Comitis Caroli tanquam ius ceſſum dictarum re-
31 rum: † & dixit tanquam per dictionem improprie-
tatis: vt habetur per text. & gl. in verbo tanquam *in*
c. ſolita, extra de maior. & obed. Iuxta illud Domini,
tanquam ad latronē veniſtis, &c. & illud: tanquam
omnia habentes & nihil poſſidentes, quia verè non
potuit cedi precium antequam exigeretur. Ergò
præſupponit quòd prius fiat venditio nomine i-
pſius Ioannis quia res remanebant ſuę, ex quo erant
pignoratæ. *l. pignus. C. de pig. actio.* & quòd nomine
ſuo exigatur pecunia, qua exacta vult quod per-
ueniat ad manus Comitis Caroli tanquam ius ceſ-
ſum dictarum rerum & tanquam ſi dictæ res fuiſ-
ſent ceſſæ dicto Comiti Carolo, quæ tamen verè
ceſſæ non fuerunt: quia non poſſunt eſſe pignus
datio in ſolutum & ceſſio earundem rerum ſimul
& ſemel, vt dixi. Cum ergò non appareat quod
precium redactum ex dictis rebus peruenerit ad i-
pſum Comitem Carolum, non intelligitur ſibi ſa-
tis factum pro illa ſumma & maxime cum non ap-
pareat pro quanta ſumma fuerit facta venditio. Nec
obſtat inſtrumentum ſecundum: in quo pignorata
fuit quędam poſſeſſio extra muros per dictos Ioan-
nem, & Herculē Comiti Carolo pro reſto & com-
plemento ſolutionis ducat. 250. &c. In quo videtur
confiteri Comes Carolus ſe illo tempore non de-
bere habere niſi centum ducat. *per l. ſi ex pluribus cum*
gloſſ. & ibi Doct. ff. de ſolut. cum ſimilibus. Quia reſpon-
detur, quòd illud inſtrumentum fuit factum eadem
die qua fuit factum aliud prædictum inſtrumen-
tum pignoris ferri & zatolarum, & ſic vno coniun-
cto cum alio, vult dicere Comes Carolus mihi ſatis-
factum eſt pro vna parte reſpectu dictæ obligatio-
nis pignoris & dationis in ſolutum pro dicto ferro
& zatolis; ſperans precium redactum ex eis ad ma-
nus ſuas peruenire debere: prout in illo inſtrumen-
to de ferro & zatolis dicitur, ſed cum non peruene-
rit illud precium ad manus dicti Comitis Caroli:
remanſerunt dicti Ioannes & Hercules debitores
de dictis 185. ducat. & maxime ipſe Ioannes. vt ap-
paret ex inſtrumentis poſtea factis inter ipſum Io-
annem & Comitem Carolum ſcilicet ex inſtru-
mento venditionis & inſtrumento ceſſionis: vt ſu-
32 pra declaraui: † quæ cum ſint vltima, poſtea facta
declarant dicta duo inſtrumenta pignorū antea fa-
cta; *ar. l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de l. 1. coniuncta l. pacta*
nouiſſima cum ibi not. C. de pact. cum. ſimilibus. Nec ob-
ſtat etiam quòd dicitur Comitem Carolum poſt
dictam ceſſionem exegiſſe ab ipſo Hercule circa
quadraginta ducat. Quia reſpondetur quòd non
exegit de illis centum & octuaginta quinq;, in qui-
bus tenebatur ipſe Ioannes, ſed de aliis 50. ducat. in
quibus tenebatur ipſe Hercules vltra dictos 185. vt
dicunt dicta inſtrumenta manifeſtè. Nec eſt verum
quòd Comes Carolus ceſſerit iure ipſi Ioanni con-
tra Herculem pro illis 50. ducat. ſed ſolum pro aliis
185. vt apparet manifeſte, ſi bene legantur.
33 † Quartum & vltimum dubium principale eſt:

an ille contractus venditionis, ſecuto pacto de re-
trouendendo, dicatur eſſe vſurarius: Et videtur,
quòd ſic: vigore ſtatuti ſub rubrica, quando debita
vſuraria cenſeantur, vbi videtur eſſe caſus ad lite-
ram; dum in eo dicitur. Item intelligatur contra-
ctus vſurarius: ſi quis emerit ab aliquo poſſeſſiones
vel domos: & venditori dictas res reſtituere pro-
miſerit, &c. & excipit aliquos caſus, qui non ſunt
34 de caſu noſtro. † Imo illæ exceptiones videntur
firmare regulam in non exceptis, & ſic in caſu
noſtro, vt eſt text. cum gloſſ. *in auth. de non alienan-
du, in §. vt autem, in fin. cum ſimil.* Sed hoc non ob-
ſtante, teneo contrarium in caſu noſtro non eſſe,
nec intelligi debere, dictum contractum venditio-
35 nis eſſe vſurarium: † quia de iure communi ille
f contractus eſt licitus, *f* ſcilicet vendere rem, &
quod venditori fiat pactum de retrouendendo: vt
eſt text. *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. qui
fundum. ff. de contrahend. empt. cum ſimil.* Nec obſtat
dictum ſtatutum, quia non loquitur in caſu noſtro,
ſed diuerſo: nam loquitur, quando quis emit poſ-
ſeſſiones, & venditori dictas res reſtituere promi-
ſit, & ſic ſine aliquo titulo, quo caſu ſtatutum fin-
git, quòd ſit contractus vſurarius; nos verò ſumus
in caſu, in quo emptor rem emptam aliuellauit
venditori: & quandocunq; ipſe ſoluet ſibi empto-
ri dictos ducat. 185. promiſit facere venditionem
de dicta re prius per ipſum empta, qui caſus noſter
36 non comprehenditur in ſtatuto, † ergò cùm ſta-
tutum ſit ſtricti iuris. *l. quicquid adſtringenda. ff. de verb.
oblig.* ſtrictè debet intelligi, vt minus lædat ius com-
mune, quàm fieri poſſit: vt not. gloſſ. & Doctor. *in
l. fin. in §. in computatione. C. de iur. deliber. & l. ſi ſerui ve-
ſtri. C. de noxalibus, & c. cum dilectus, & ibi Doct. hoc not.
extra de conſuetud. cum ſimil.* Et ita teneo iuris eſſe, vt
ſupra concluſum eſt in omnibus prædictis dubiis.
Chriſti itaq; nomine repetito, & iterum inuocata
Spiritus ſancti gratia. Ex prædictis omnibus con-
cludo, & dico, & conſulo partes Mag. D. Poteſtatis
Cóneglani eſſe in pronuntiando, ſeu ſententiando, de-
clarando, & abſoluendo, vt infra. Et primò in pro-
nuntiando dictam commiſſionem pignoris, & i-
pſam pignorationem fieri de iure potuiſſe, & quòd
ita pronuntiet & declaret. Item, quod dictus Ma-
giſter Petrus Bonus cogatur, & adſtringatur ad ſo-
lutionem liuelli ſiue affictus pro decem ducat. pro
dicto anno iuxta formam commiſſionis pignora-
tionis. Etſi non ſoluerit, procedi debere ad vendi-
tionem pignoris, ſecundum formam iuris & ſtatu-
torum terræ Coneglani: Non obſtantibus exce-
ptionibus, & omnibus aliis productis pro parte di-
cti magiſtri Petri Boni, & ita pronuntiet & decla-
claret. Item, quòd pronuntiet & declaret dictos
contractus venditionis & locationis, cum pacto de
retrouendendo valuiſſe & tenuiſſe, & valere & te-
nere, nec eſſe, nec intelligi debere, fuiſſe & eſſe v-
ſurarios. Item, quòd pronuntiet dictum Mag. Co-
mitem Carolum non teneri ad ſoluendum dicto
magiſtro Petro Bono ducat. nonaginta, vt dicitur
per ipſum magiſtrum Petrum Bonum ſolutos, nec
alios ducatos 23. ſimiliter, vt dicitur ſolutos per i-
pſum magiſt. Petrum Bonum, vel alios eius nomi-
ne, prout in reconuentione dicti magiſtri Petri Bo-
ni continetur: Imo dico & conſulo dictum Comi-
tem Cárolum, ſiue eius procuratorem abſoluen-
dum eſſe, & abſolui debere, & quòd ita ipſum Co-
mitem, ſiue procuratorem ſuum eius nomine ab-
ſoluat à petitis in reconuentione facta nomine di-
cti magiſtri Petri Boni. Verùm, quia non apparet
dictum Herculem & Ioannem fratris fuiſſe vel eſſe
obligatos in ſolidum pro dicta ſumma 185. duc. Di-
co & conſulo reſeruandum ius eſſe, & quòd Mag.
D. Poteſtas ita reſeruet dicto magiſt. Petro Bono, ſi-
ue procuratori ſuo eius nomine omne ius: ſi quod
habet, pro damnis & expenſis, & intereſſe, ſi quid
aut paſſus eſt, vel patietur in futurum, ex eo, quia
dicti Ioannes & Hercules non fuerunt, nec ſunt
aut eſſe videntur obligati in ſolidum, ex quo in in-
ſtrumentis dictæ venditionis & ceſſionis contine-
tur, ipſos fuiſſe obligatos in ſolidum. Item, ex eo,
quòd ipſe Mag. Comes Carolus, vel alius eius no-
mine aliquid exegerit de dicta ſumma 185. ducat. ſi
quid apparebit ipſum vel alium eius nomine, poſt
dictam emptionem & ceſſionem per ipſum factam
dicto magiſtro Petro Bono exegiſſe. Et quia ambæ
partes habuerunt iuſtam cauſam litigandi, maximè
propter multa dubia, de quibus ſupra: Ideo dico &
conſulo, partes eiuſdem Mag. D. Poteſtatis eſſe in
pronuntiando & declarando, partes ipſas ab expen-
ſis abſolui debere. Et quod ita Mag. Dn. Poteſtas
pronuntiet, & declaret, & abſoluat, excepto ſalario
meo, quod ſolui debeat æqualiter per vtramq; par-
tem: & ita conſulo eſſe pronuntiandum.

ANNOTATIONES.

a In ſcriptis] *De hac quæſtione, an in contractu emphyteu-
tico requiratur, ſcriptura tradit late Iaſ. in l. 1. num. 61.
cum ſeq. C. de iure emphyt. & alij relati per Clarum in
§. emphyteuſis, quæſt. 4. Cravet. conſil. 112. num. 8. Rol. à
Valle, in conſil. 87. num. 9. vol. 1. Modernus Pariſienſis in
conſuetud. Pariſienſ. in Rubr. ſecundi tituli, num. 38. &
plures cumulat Burſat. in conſil. 26. nu. 16. vol. 1. & con-
ſil. 127. num. 49. vol. 2.*

b Confeſſio] *Quod cõfeſſio etiam extraiudicialis, facta præ-
ſente parte, vnà cum vnica liuelli præſtatione, liuelli ſeu
emphyteuſis titulum plenè probet, tenet etiam Bald. in
l. ſi certis, num. 22. C. de pact. Guido Papa quæſt. 272. nu.
2. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus. Iaſ. in l. cum falſa,
num. 1. C. de iuris & facti ignor. & in conſil. 65. in princ.
lib. 3. omnes in l. ſi aliquam, ff. de acq. poſſeſſ. Rol. à Valle
in conſil. 2. nu. 109. & ſeq. lib. 1.*

c Ad prædictum effectum] *Vt dominus in quaſi poſſeſ-
ſione exigendi liuellum conſtituatur, ſolutio penſionis
duorum annorum ſufficit, vt ſingulariter tradit Guido
Papa, quæſt. 407. in fin. & Gulielm. de Benedictis, in c.
Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu.
438. extra de teſtament. & Petrus Foll. in ſua praxi cen-
ſuali in verſ. huiuſmodi caſu, nu. 101.*

d L. cum te] *De intellectu illius legis tradit Alex. in l. 1. nu.
17. & in l. petens, nu. 13. C. de pact. Iaſ. in l. iuris gentium.
§. quinimo. nu. 5. ff. de pact. & in l. fin. nu. 12. ff. de condi-
ctio. cauſa data. Alciat. in l. in bonæ fidei, nu. 19. C. de pa-
ctis. & egregie Arius Pinell. in Rubr. C. de reſcind. vend. in
2. part. c. 2. nu. 14. cum plurib. ſeqq.*

e Non fuiſſet vendīturus] *Qando pactum venditioni adiectum naturalia ſeu ſubſtantialia contractus non reſpicit, ſed quid accidentale, eſt cauſa finalis contractus, qui tunc cōdictione ob cauſam reſcinditur, ſicuti docet Oldr. in conſ.159.in fin. Corn.in l.2.nu.2. C.de condit.ob cauſam, & ita conciliatur d. l.cum te, cum l. ea conditione, C. de reſcind.vend. ex communi interpretum ſententia, de qua atteſtatur Pinellus loco præcitato, num.19. qui ita etiam in ardua cauſa à Carolo V. Imperatore ſancitum fuiſſe aſſeuerat, & Burſat.in conſ.191. nu.10. & conſ.194.nu.25.lib.2.*

f Eſt licitus] *Pactum de retrouendendo licitum eſſe, oſtendit idem D. Bartholomæus Capolla in ſuo eleganti tractatu de ſimulatione contractuum, num. 2. & latiſſimè comprobat Tiraquell. de retract. conuent.in princ.nu.2. cum pluribus ſeqq. & egregiè Ioannes Corraſius miſcellaneorum iuris, lib.3.c.9. & Cephal.conſ.724.num.1.2. & 3.lib.5. Et vt illicitum & vſurarium dicatur, duo tantum ſufficere, nempe ipſum pactum & precij modicitatem tenuit Alex. in conſ.54.in princ. lib.6. Dec. conſ.*
* *692.nu.2. qui hanc magis * communem Doctorum opinionem eſſe atteſtatur, & Afflict. deciſ. 65. atq; illam æquiorem ac magis obſeruandam, ex propè infinitis defendit Decian.in conſ.105.nu.13.14.& 15.vol.2. Sed tamen præterea neceſſe eſſe, vt vendens fœnorari ſolitus ſit, tenuit D. Auctor noſter in præcitato tractatu de ſimula. contract. nu.217. & ſeq. & idem Dec. ſibi contrarius in conſ.166.nu.3.6.& 7.& conſ.308.nu.5. & alij, quos latiſſimè cumulat Tiraquell.de retractu conuent.in præfatione, num.5. Cephal.conſ.289.nu.37. Burſat.conſ.117. num.12.vol.1. & conſ.144. num.10.vol.2. qui etiam de*
* *magis * communi atteſtatur; ſed id iudicis arbitrio relinquendum dicit Menoch.de arbitr.iudicum, lib.2.cent. 1. caſu 13.nu.4. & hanc quæſtionem diſtinguendo plures caſus enucleat Ioſeph Ludouicus in ſuis concluſionibus, in tit.de ſimulat.contract.per totum.*

CONSIL. X.

ARGVMENTVM.

Petitorium & poſſeſſorium an & quando cumulari poſſint: Et plura de interdicto vti poſſidetis, & de iure paſculandi.

SVMMARIA.

1 *Petitorium & poſſeſſorium an ſimul intentari ſeu cumulari poſſint in corporalibus, & num.5.*
2 *Ius paſcendi ſeu paſculandi eſt ius incorporale.*
3 *Interdictum vti poſſidetis pro iure incorporali competere poteſt.*
4 *Confeſſoria actio quando, & cui competat.*
6 *Actor ſi in poſſeſſorio probet quaſi poſſeſſionem iuris incorporalis, an in petitorio, releuetur ab onere probandi, quando hæc duo iudicia ſunt cumulata in eodem libello.*
7 *Petitorium & poſſeſſorium quando accumulantur in eodem libello, an ſi actor non probat in petitorio, in poſſeſſorio ſuccumbere debeat.*
8 *Petitorium & poſſeſſorium quando ſimul ratione ordinis vel prælationis cumulari non poſſunt, tamen ſi non opponatur, eorum cumulatio ſuſtinetur.*
9 *Libellus ſi fuit primo porrectus, an poſſit alius libellus de nouo porrigi.*
11 *Petitorium & poſſeſſorium poſſunt cumulari diuerſis reſpectibus.*
12 *Iudex ſi duo diuerſo iure poſſideant, vtputa vnus naturaliter, & alter ciuiliter, ſuper vtroq; iure & poſſeſſione pronuntiari poteſt.*
13 *Ille qui nec vi, nec clam, nec precario poſſidet in ſua poſſeſſione ſeruari debet.*
14 *Interdictum vti poſſidetis, eſt interdictum retinendæ.*
15 *Interdicto retinendæ poſſeſſionis agens, quid probare debeat.*
16 *In interdicto retinendæ ſufficit turbatio verbalis.*
17 *Interdictum retinendæ contra quem detur.*
18 *Teſtis qui deponit, per verbum credit, non videtur affirmare.*
19 *Teſtis ſi in eodem inſtanti dicat ſe ſcire & credere, an probet.*
20 *Teſtis de credulitate interrogari non debet, poſtquam de certa ſcientia depoſuit.*
21 *Interrogatoria in quibus dicitur, an teſtis credat id, de quo depoſuerit, iudex cancellare debet.*
22 *Vna poſſeſſio aliam non impedit, quando ſunt diuerſæ.*
23 *In interdicto vti poſſidetis, quando ex vtraque parte ſufficienter probatum eſt, pro qua ferenda ſit ſententia.*
24 *Semper vincit ille, qui habet potiora iura.*
25 *Articulus proprietatis admittitur, vbi de poſſeſſione agitur, ſi articulanti prodeſſe poteſt.*
26 *Teſtes producti ſuper poſſeſſorio, ſuper petitorio poſſunt interrogari.*
27 *Si vnus melius probat de poſſeſſione, alius de titulo quis obtinere debeat.*
28 *In iudicis arbitrio poſitum eſt, qui teſtes melius probent.*
29 *Poſſidentes & ſoluentes precium rei poſſeſſæ videntur titulo poſſidere, etiamſi de inſtrumentis non appareat.*
30 *Inſtrumentum in dubio ſolemne præſumitur.*
31 *Inſtrumentum quando antiquiſſimum exiſtit, non eſt neceſſe probare illum, qui ſcripſit, fuiſſe notarium, cum talis præſumatur.*
32 *Inſtrumentum in dubio ſimulatum, vel vſurarium non præſumitur.*
33 *Ex inſtrumento duæ præſumptiones ſeu probationes oriuntur: altera quòd verum: altera quòd ſit ſolemne.*
34 *Ex inſtrumento omnia probantur, quæ ex eo colligi poſſunt.*
35 *Pro factis antiquis præſumitur, & num.39.*
36 *Argumentum à verbis factum narrantibus, non eſt validum.*
37 *Verba narratiua probant inter præſentes, & non contradicentes.*
38 *Pro ſententia præſumitur poſt biennium ſeu poſt lapſum fatalium ſiue actorum productione, vel in factis multum antiquis.*
40 *Nullitas & in integrum reſtitutio an in eodem libello poſſint cumulari.*
41 *Villæ an competat in integrum reſtitutio.*
42 *Inferior non poteſt ſuo ſuperiori legem imponere.*
43 *Falſa latinitas eſt reijcienda.*
44 *Clauſulæ inſolita fraudis ſuſpicionem inducunt.*

45 *Verba quando ſunt ita obſcura, vt nullum intellectum ſuſtinere poſſint, ſcriptura non valet.*
46 *Notarius in matricula non deſcriptus notarius, non præſumitur.*
47 *Scholarem non eſſe matriculatum, probatur ex inſpectione matriculæ.*
48 *Ex ſcripturarum inſpectione id, quod not. dixit, apparere poteſt.*
49 *Negatiua per libri inſpectionem probatur. Illi, qui inter non ſoluentes deſcripti reperiuntur, non ſoluiſſe videntur.*
50 *Paria ſunt, ſententiam eſſe nullam, vel non latam.*
51 *Titulus nullus pro non titulo habetur.*
52 *Syndicum aliquem fuiſſe, qui tanquam ſyndicus comparuit, non probatur, ſi de ſyndicatu non apparet, etiamſi in ſententia illum ſyndicum fuiſſe dicatur, & illa eſt nulla.*
53 *Sententia abſque petitione & litis conteſtatione nulla eſt.*
54 *Sententia abſque dilationibus, probationibus, & cauſa congnitione, eſt nulla.*
55 *Sententia, in qua vltra petita pronunciatur, eſt nulla.*
56 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
57 *Ius dicendi ſententiam nullam quanto tempore duret.*
59 *Allegans alterius poſſeſſionem eſſe vitioſam, obtinere debet, quando altera pars nihil dicit.*
60 *De poſſeſſorio & petitorio an in eadem ſententia pronunciari poſſit.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. In cauſa vertente
inter communitatem Caſtelli
de Teſino, ex vna parte agente, &
communitatem Grigni ſe defendentem
coram ſpectabili & clariſſ. Iuris vtriuſque
Doctore Do. Antonio de Tetlaco, Iudice delegato
digniſſimo. Viſis per me omnibus ſcripturis &
atteſtatiooibus, & diligenter conſideratis: in primis
aduertendum eſſe putaui, quod iudicium fuerit
intentatum in ſecunda petitione, ſuper qua per
Dn. Iudicem delegatum fuit pronuntiatum litem
pro conteſtata. Et breuiter dicendum eſt, quòd
duplex iudicium fuit ſimul intentatum: Primum
videlicet, quòd pronuntietur ius aptandi viam, de
qua eſt quæſtio: & ius paſculandi & pernoctaodi in
loco paludis & in monte ſancti Odorici delle palle,
ſpectauiſſe & pertinuiſſe, & ſpectare & pertinere
ipſi communitati Caſtelli, ſeu hominibus dictæ
communitatis. Secundum, quòd pronuntietur &
declaretur communitatem & homines Villæ Caſtelli
fuiſſe & eſſe in poſſeſſione prædicta aptandi
dictam viam, & paſculandi & pernoctandi in dictis
locis cum animalibus ſuis. Et dictam communitatem
ſeu homines Caſtelli fuiſſe indebitè & iniuſtè
turbatos, & inquietatos & pignoratos, &c. Quæ
duo iudicia ſunt; primum in petitorio ſcilicet in iure
aptandi viam & paſculandi. Aliud in poſſeſſorio
dictæ aptationis viæ & paſculandi in dictis locis.
1 † Propter quod prius eſt videndum: ſi illa duo iu-
a dicia potuerunt ſimul cumulari: *a* & videtur prima
facie dicendum, quod non: quia ab vno & eodem
non poſſunt cumulari petitorium & poſſeſſorium
retinendæ pro vna & eadem re, vt habetur *in*
l.ſi de vi. ff.de iudicijs, & in l.ordinarij. C.de rei vend. & in
l.incerti. C.de interdictis, & probatur plenè in l. naturaliter.§.nihil commune, in 1.combinat. ante fin. & in 3. com-
2 *binatione, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* † Sed certe contrarium
eſt verius: nam quando prôponuntur iſta
duo iudicia, ratione iuris incorporalis, ſicut eſt
in propoſito ius paſcendi, vt probatur *Inſtit.de rebus*
*corporalibus & incorporalibus, in fin. coniuncto §. in ruſticorum
ibi ius paſcendi. Inſtit.de ſeruitutibus, & l.1.§.fin. ff.*
3 *de rer. diuiſ.* † tunc illa duo iudicia ſuper iure incorporali,
pro quo poteſt competere etiam interdictum,
vti poſſidetis, *l.ſicuti. §. Ariſto. ff.ſi ſeruit.vend.*
& not.in l.1.poſt princ.C.vti poſſid. poſſunt ſimul ab eodem
cumulari in eodem libello, quia noo eſt impedimento
regulæ contrarietatis: nam proponendo
interdictum vti poſſidetis pro iure paſculandi,
4 dico me eſſe in quaſi poſſeſſione illius iuris. † Item
confeſſoria, quæ competit pro iure paſculandi,
datur ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione illius iuris,
vt l.& ſi ferre. §.ſciendum. ff.ſi ſeruit. vend. & l.vti frui, §.
*fin.ff.ſi vſufruct.petatur. & ita eleganter vult Bart.in l.naturaliter,
in §. nihil commune, in 1. combinat. in verſ. tertio
videmus, & in 3.combinat. ff.de acquir.poſſeſſ. & idem*
not.Bald.in l.2.in 12.quæſt.in princ.C.de ſeruitut.& aqua.
5 † Qui dicit, quòd petitorium & poſſeſſorium in
incorporalibus cumulari poteſt: *allegat text. in §. æquè.
Inſtit.de actionibus, & habetur per text. gloſſ.& Doct.*
in c.cum dilectus, extra de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.
& idem etiam tenet Flor. in l. ſi domus, in fin. ff. de ſeruit.
vrb.prædior. ſecus ergò erit in corporalibus regulariter:
& ita debet intelligi, quod ſupra in contrarium
adduxi. Et ideo concludo, quòd illa duo iudicia
6 potuerunt ſimul in eodem libello cumulari: † ſed
poſſet circa prædicta dubitari: an ſi probetur illa
quaſi poſſeſſio per agentem, releuetur ab onere
probandi in petitorio. *& Bart. eleganter in dict. verſic.*
Tertiò videamus, dicit quòd noo, ſed eſt neceſſe,
quod actor ſponte ſuſcipiat in ſe onus probandi: ſi
ſuper vno vult obtinere, & ideo ſi actor propter
quaſi poſſeſſionem vellet ſe exonerare ab onere
probandi in petitorio, iuxta not. *in l. ſicuti. §. ſi quæratur,
ff. ſi ſeruit. vend.* tunc neceſſe eſt, quod iudiciom
præcedat ſuper poſſeſſorio ratione ordinis,
vt ex hoc appareat, quis debeat onus probandi ſubire,
vt l.1. §. hoc autem. ff. vti poſſid. & idem tenet Andr.de
But.in c.cum dilectus, in prima ſpecie cumulationis, in ver-
7 *ſic. tertius caſus, extra de cauſ.poſſ. & propriè.* † Item
poſſet dubitari, an intentans dicta duo iudicia ſimul
videatur, ſe adſtrinxiſſe, vt niſi probetur in petitorio,
ſuccumbat in poſſeſſorio, & dicendum eſt,
quòd non videtur, ſe ad hoc adſtrinxiſſe, *argum. l.ſi*
domus. ff.de ſeruit.vrb.prædiorum, & l.ſcio, ff. de appet. &
l.ſi maritus. ff. de donat.inter vir. & vxor. ſecundum Bald.
qui ita tenet in d. l.2. in 12.quæſt. C.de ſeruitutib.& aqua.
& idem Flor. in d. l. ſi domus. in fin. & not. per Innoc. in c.
bone, 2. de poſtul.prælat. & habetur in dict.c. cum dilectus.
8 † Et quando iſta duo iudicia non poſſeot ſimul cumulari,
ratione ordinis vel prælationis, tunc ſi noo
opponatur, procedunt iſta duo iudicia, vt not. Bartolus
in dicto §. nihil commune, in 2. quæſtio. principali.
& Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendit. & Anton.de Butr.
& alij, in dict. cum dilectis de cauſa poſſeſſ. & proprietatis.

Et id-

Et ideo concludo circa iſtud primum dubium principale, quòd dicta duo iudicia, petitorium ſcilicet, & poſſeſſorium, retinendæ potuerunt ab vno & in eodem libello ſimul cumulari: maximè cùm de iſta cumulatione non fuerit oppoſitum per alteram partem: & poteſt iudex delegatus pronuntiare ſuper vnoquoque, & ſufficit, quò ad pronuntiandum ſuper quaſi poſſeſſione pro communitate Caſtelli, etiamſi non probaſſent de proprietate, de quo ſtatim diſputabitur.

9 † Secundum dubium principale poteſt eſſe, an iſtud iudicium ualeat ex eo, quod prius fuerat productus alius libellus, & factæ quædam exceptiones contra ipſum: & in hoc dicendum eſt, aut fuit factus & porrectus nouus, vel cum additione ſeu correctione ad primum ante litem conteſtatam, & non habet dubium, quod potuit fieri, *vt l. edita, C. de edendo. & ibi hoc not. Bald. in 28. colum. verſic. ſed hic quæritur, numquid in prædictis caſibus, in repetitione Paduana.* aut fuit lis conteſtata ſuper primo libello; & tunc, licet regulariter non potuiſſet actor ab illo primo libello recedere, tamen ex quo fuit per Dn. Iudicem pronuntiatum, litem eſſe pro conteſtata ſuper dicto ſecundo libello, cui ſententiæ non fuit contradictum, partes videntur acquieuiſſe, *l. ab eo. C. quomodo & quando iudic. & not. per Bartol. & alios, in l. 1. C. de relat.* Ideo non poteſt communitas Grigni, quæ ſemel acquieuit contradicere.

Tertium principale dubium eſt, circa merita cauſæ: an pro parte communitatis Caſtelli ſit ſufficienter probatum de iuribus ſuis, quæ conſiſtunt. & in quaſi poſſeſſione iuris paſculandi, & viam aptandi, & in ipſo iure paſculandi & aptandi, & etiam pernoctandi, & videamus per ordinem de omnibus. 10 † Et primò de quaſi poſſeſſione iuris paſculandi & aptandi dictam viam. Et in hoc ſunt examinati multi teſtes ab vtraque parte, qui videntur deponere: vtramque partem paſculaſſe, & viam aptaſſe; & antequam iſtud decidam, prius eſt conſiderandum, quòd iſta quaſi poſſeſſio iuris paſculandi, quantum ad communitatem Caſtelli: in vno eſt diuiſa à quaſi poſſeſſione iuris paſculandi ab illis de Grigno. In quantum illi de Caſtello dicunt eſſe in quaſi poſſeſſione pernoctandi & paſculandi, *iuxta l. vrbana, in §. pernoctare, ff. de verbor. ſignificat.* Et in iſta quaſi poſſeſſione pernoctandi in palude, non videtur mihi eſſe aliqua dubitatio, quod communitas de Caſtello debet obtinere: quia probauit per multos teſtes, de ſua quaſi poſſeſſione pernoctandi in loco paludis. Et licet teſtes communitatis Grigni dicant commune, & homines Grigni fuiſſe in poſſeſſione dictæ paludis, & ibi paſculaſſe: non tamen propter hoc contradicunt atteſtationibus communitatis Caſtelli: quia iſta poſſunt ſimul ſtare, quod ex parte communitatis & hominum Grigni animalia paſculauerint in palude; & tamen homines Caſtelli cum ſuis animalibus groſſis & minutis pernoctauerint in dicta palude, maximè veniendo ex Caſtello verſus Baſcianum: & in redeundo ex Baſciano ad villam ſuam Caſtelli: vnde cum iſtæ ſint diuerſæ ſpecies poſſidendi, vel quaſi, & maximè reſpectu temporis, *iuxta l. ſi ſic, in princ. & §. 1. ff. quemadmodum ſeruit. amitt.* poſſunt ſimul eſſe veræ, diuerſis tamen temporibus; ſicut in ſimili dicit *Bart. in dicta l. naturaliter. §. nihil commune, in 2. & 3. combinatione:* 11 † dum vult, quòd poſſunt cumulari petitorium & poſſeſſorium diuerſis reſpectibus: & pro hoc allego, quod not. Cynus *in l. 1. in 10. quæſt. in verſic. ſecundo caſu. C. vti poſſidetis,* 12 † vbi dicit, quòd quando Iudex inuenit poſſidere vtrumque diuerſo iure, & diuerſa qualitate: & quia vnum ciuiliter, & alium naturaliter ſuper iure ſeu poſſeſſione vtriuſque poterit declarari hoc modo; quia comperimus, talem potiorem in ciuili pronuntiamus, vt in ea non turbetur: ſed licuit ſibi facere omnia, quæ ad proprietarium pertinuerint. Item, quia alium reperimus, potiorem in naturali pronuntiamus; vt in ea non turbetur: ſed liceat ei omnia, quæ vſufructuario licent: & ita vterque obtinebit diuerſis reſpectibus, *l. ſi duo, ff. vti poſſidetis.* Ita dicendum eſt in propoſito, quòd quamuis illi de Grigno probaſſent, de ſua quaſi poſſeſſione iuris paſculandi puta de die: & illi de Caſtello probaſſent, ſicut fecerunt de quaſi paſculandi & pernoctandi in tranſitu, eſt iudicandum & declarandum, illos de Caſtello eſſe in quaſi poſſeſſione iuris paſculandi & pernoctandi in dicto monte ſancti Odorici, & in palude in tranſitu eorum, tàm in eundo, quàm in redeundo, & quòd in hoc iure non turbentur, &c. ſecundum formam prædictam Cyn. & in hoc non video contradictionem aliquam. Imo eſt etiam vnus teſtis examinatus pro parte illorum de Grigno, videlicet Laurentius Iuanni de Teule, qui deponit ſuper duodecimo capitulo: quòd quando dicti de Caſtello morabantur per vnam noctem in dicta palude cum equis & aſinis, & cæteris animalibus homines de Grigno non contradicebant. Et multi ſunt etiam teſtes communitatis Caſtelli, qui omnes hoc vno ore affirmant: Vnde quantum ad pernoctationem in dicta palude nulla videtur mihi eſſe dubitatio, quoniam probatum eſt ſufficientiſſimè, commune & homines Caſtelli eſſe in quaſi poſſeſſione illius iuris pernoctandi in dicta palude. Similiter etiam eſt clarum de iure paſculandi, quando homines deſcendunt ex Caſtello, & veniunt verſus Baſſanum, & quando redeunt domum per viam, quæ vadit per medium le palle: quia quaſi omnes teſtes examinati pro parte dictorum communis & hominum de Caſtello: dicunt, quòd in eundo & redeundo cum beſtiaminibus ſuis paſcularunt in dicta palude, & in dicto monte delle palle, ſiue ſancti Odorici, & in hoc non videtur eſſe contradictio aliqua. Et maximè, cùm huiuſmodi pernoctationem & paſculationem fecerunt, non vi, non clam, nec precario, quia fecerunt hoc palàm ſcientibus, & non contradicentibus communi & hominibus de Grigno. Et præſertim cùm multi teſtes hoc deponant, videlicet Donatus quaſi Thomæi de Beduſco, & Zanettus de Neruo, & Iacobus quaſi Zamuli habitator in partibus Mantuæ, & Iacobus quondam Trenti, & Magiſter Romerius, & Ser Antonius Nerui: quorum aliqui etiam dicunt, quòd ſine pretio & con-

13 cordia paſculabant & pernoctabant. † Vnde cum
hoc fuerit, nec vi, nec clam, nec precario debent in
hac quaſi poſſeſſione obtinere. l. 1. cum ibi not. C. vti
poßid. & l. 1. in princ. & l. ſi duo, in princ. ff. eod. tit. Nec
prædictis obſtat ſententia lata per Dn. Henricum
Annich. Capitaneũ Caſtri Iuanni contra dictos de
Caſtello: quia plenè infra reſpondebitur. Sed aliud
eſt, de quo poſſet dubitari de quaſi poſſeſſione iuris
paſculandi in d. monte S. Odorici, ſiue delle palle,
& in d. palude omni tempore quo poteſt paſculari,
etiam extra tranſitum illorum de Caſtello: quis di-
catur eſſe in quaſi poſſeſſione illius iuris paſculan-
di: ſeu illi de Caſtello tantum; an illi de Grigno tan-
tum: an omnes pariter. Et omiſſis diſputationibus
breuiter ſecundum veritatem concludendo dico,
quod tam illi de Caſtello, quam illi de Grigno pro-
barunt, ſe fuiſſe & eſſe in quaſi poſſeſſione iuris pa-
ſculandi in d. locis per quamplurimos teſtes vtriuſ-
14 que partis. † Sed videndum eſt, numquid ſuffici-
enter probauerint illi de Caſtello de ſua quaſi poſ-
ſeſſione, ita vt debeant obtinere in interdicto vti
poſſidetis: quod eſt retinendæ poſſeſſionis. vt in §.
15 retinendæ. Inſtit. de interdictis. † Et in hoc eſt aduer-
tendum: vt ille, qui agit hoc interdicto retinendæ
poſſeſſionis, debeat probare ſe poſſediſſe, nec vi,
nec clam, nec precario ab aduerſario tempore litis
conteſtatæ: vt eſt text, in §. hodie. Inſtit. de interdictis, &
not. gl. in l. 1. §. prætor in verbo interdictum redditur. ff. de i-
tinere actuq; priuato. & Cyn. in l. 1. in 10. q. C. vti poßid. &
Bart. in l. 1. §. quod ait prætor, ante fin. ff. vti poßid. & in l.
naturaliter, in §. nihil commune, in 2. combinat. in fin. ff. de
acq. poſſ. & debet probare, quod inquietatur ab ad-
uerſario tempore litis conteſtatæ, vt not. Bart. in d. l.
1. §. fin. ante fin. vti poßid. ſed iſta duo ſunt deducta &
probata pro parte illorum de Caſtello: nam in li-
bello dicitur, quod ipſi fuerunt in poſſeſſione pa-
ſculandi in dictis locis iam 10. 20. 30. 40. & 60. an-
nis, & per tantum tempus, quòd non extat memo-
ria in contrarium, niſi à ſeptem annis citra, quibus
moleſtantur & turbantur ab illis de Grigno. De
poſſeſſione vel quaſi paſculandi probatum eſt, qua-
ſi per omnes teſtes productos pro parte communi-
tatis de Caſtello. De turbatione & inquietatione
16 realiter probatum eſt per teſtes prædictos. † De
turbatione verbali contradicendo apparet ex pro-
b ceſſu, quæ turbatio verbalis b ſufficit in hoc inter-
dicto, dum contradicitur, vt vult Bart. not. in l. 1. §.
huius autem interdicti, in princip. ff. vti poßid. qui dicit,
17 † quod hoc interdictum datur contra eum, qui
contendit ſe poſſidere, & ſic affirmat poſſidere, vt
not. per illum text. cum gl. in verſ. affirmat. & idem vult
Bart. in l. ſi pius, in §. oppoſit. ff. de nou. oper. nunt. & in d. l.
naturaliter, in §. nihil commune, in 4. combinat. circa fin.
& Bald. in l. ordinarij, in 7. col. in princ. verſ. demum quæro.
ego ago. C. de rei vend. & in l. non ab re. C. vnde vi. & idem
vult Bald. in c. licet cauſam, in vlt. charta, in princ. extra de
prob. vbi dicit, quod ſi reus negat actorem poſſidere,
dicitur eum turbare. & idem vult Ant. de But. in c.
auditor, in 2. col. de reſtit. ſpol. & ibi Io. de Imol. & idem te-
net Lapus in allegat. ſua 67. Vnde cùm ſit probata poſ-
ſeſſio, & turbatio in iſto interdicto debent illi de
18 Caſtello obtinere. † Nec obſtat, quod aliqui te-
ſtes ſui in ſuis atteſtationibus non affirmauerint,
ſed interrogati credunt ea, quæ dixerunt, eſſe vera,
reſpondent, quod credunt eſſe vera; & ſic non vi-
detur affirmare per not. in l. teſtium. C. de teſtib. & in c.
cum noſtri, extra eod. tit. & in c. in præſentia, extra de pro-
19 bat. cum ſimil. quia iſtud non nocet; † quia ſi eodem
inſtanti teſtis dixerit, ſe illud ſcire, & illud credere,
quòd propter hoc non vitiatur dictum ſuum, quia
non eſt veriſimile, quòd teſtis incontinenti volue-
rit ſe corrigere; arg. l. nam ad ea. ff. de cond. & demon. &
quia credere poteſt trahi ad ſcire. Iuuandum eſt er-
20 gò dictum teſtis: † quia teſtis non debet interro-
gari de credulitate, poſtquam depoſuit de ſcientia
certa, vt not. Spec. in tit. de teſt. §. iam de interrogatorijs,
ad fin. & ita tenet Ant. de But. & d. Proſdocimus in c. quo-
21 tiens, extra de teſtib. † Et per hoc redduntur iudices
cauti in corrigendo interrogatoria; ſæpe enim ca-
uilloſi cauſidici ſcribunt in interrogatoriis produ-
ctis, ſi teſtis credit, verum eſſe id, de quo teſtifica-
tus eſt, vel teſtificabitur, vt not. Ioan. And. in c. in-
quiſitioni, in verbo credulitate, extra de accuſat. in nouel-
la. & hoc faciunt: vt ſi teſtis reſponderit, ſe credere
verum eſſe id, de quo teſtificatus eſt, corrigat di-
ctum ſuum: Vnde tu iudex cancella hoc interroga-
torium; quod eſt mente tenendum, quia occurrit
ſæpe in practica: vt dicit d. Proſdocimus in d. c. quo-
tiens, de teſtib. ego etiam dixi in vna cautela mea. Et
ideo concludo, quod ex quo teſtes prius depoſue-
runt de viſu, & de ſcientia, licet poſtea dicant ſe cre-
dere ea, quæ dixerunt, non vitiantur eorum dicta.
Remanet ergò ſolum dubium, quis melius proba-
uerit de iſta quaſi poſſeſſione paſculandi, cùm et-
iam illi de Grigno videantur probaſſe, ſe paſculaſſe
cum ſuis beſtiaminibus. Et in hoc eſt aduerten-
dum, an illi de communitate Caſtelli prætendant,
ſe eſſe in dicta quaſi poſſeſſione iuris paſculandi,
tanquam ex debita ſibi ſeruitute, vel conceſſa, vel
præſcripta, quia vſi fuerunt dicto iure paſculandi
per longiſſima tempora: & iſto caſu non eſſet du-
bium, quòd quilibet deberet vti ſuo iure paſculan-
di, & in eo obtinere videlicet illi de Grigno, tan-
22 quam in re ſua, & illi de Caſtello iure ſeruitutis. † &
vna poſſeſſio non impediret aliam, ex quo ſunt di-
uerſæ ex diuerſis reſpectibus: & eſſet iudicandum
pro vtraque pro iure ſuo: vt dixi ſupra de iure per-
noctandi & paſculandi in eundo & redeundo ad
partes inferiores & ſupèriores, per not per Cyn.
in l. 1. in 10. quæſt. C. vti poßidetis, & per ea, quæ dicta
ſunt ſupra: & iſto modo intelligendo, hæc quæſtio
non haberet dubitationem, ſed ſi illi de Caſtello
prætenderent, ſe eſſe in poſſeſſione iuris paſculan-
di in dictis locis, tanquam in re ſua: Et ſimiliter il-
li de Grigno prætenderent, ſe eſſe in quaſi poſſeſ-
ſione, tanquam in re ſua, in hoc poſſet eſſe dubita-
tio, qui melius probauerit, & pro quibus eſſet fe-
c renda ſententia. Et in hoc variè loquuntur c Do-
23 ctores, † ſed puto eſſe ita diſtinguendum in inter-
dicto vti poſſidetis, ſeu retinendæ poſſeſſionis, aut
ex parte vnius probatur per plures teſtes, vel ſi non
per plures, per digniores; vel ſi non per digniores,
de antiquiori poſſeſſione iſte debet vincere, quia
eſt potior in probatione, vt l. ob carmen. §. teſtes. ff. de
teſtib.

teſtibus & *c. licet cauſam extra de probat.* non attento
qualis incidenter probauerit de dominio, vt notat.
Bald. *in l. ordinary in 6. colum. verſic. ſed iuxta quero. Cod.*
de rei vendicat. ſed ſi probationes ſunt pares nume-
ro, & dignitate, & antiquiori poſſeſſione, tunc pro-
deſt probatio dominij, quia iuſtificat poſſeſſio-
nem; & poſſeſſio magis iuſtificata debet præuale-
24 re: † quia ſemper vincit ille qui habet potiora iu-
ra, vt *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. ſecundum Bald. in dict. l.*
ordinary in 6. colum. in fin. qui ſubdit que Iac. de Butr. di-
25 *cebat in l. in certa C. de interdictis*, † quod vbi con-
tenditur de poſſeſſione admittitur articulus pro-
prietatis ſi prodeſſe poteſt articulanti: quia dicitur
26 eſſe pertinens, quod dicit eſſe, nota. † & quod te-
ſtes producti ſuper poſſeſſorio poſſint interrogari
ſuper petitorio, tenet Iac. Butr. *in l. momentanea. Cod.*
qui. legi. perſon. & quod narratio proprietatis in poſ-
ſeſſorio non noceat, tenet Anton. de Butr. *in c. ſigni-*
ficauerunt in 5. notat. extra de iudicus & in c. ex parte B.
in 2. colum. extra de foro competenti. Imo eſt vtile, vt de-
ducatur etiam titulus in poſſeſſorio: *vt notat. Cyn. in*
l. 1. in 10. quaeſt. Cod. vti poßid. & Bart. in l. ſi duo. in prin. ad
27 *fin. 1. col. ff. eod. tit.* † Et iſtam opinionem *d* quod il-
d le qui melius probat in poſſeſſione, puta de poſſeſ-
ſione antiquiori debeat obtinere, licet alius probet
de titulo, ſeu dominio, tenet Bart. *in l. 1. in pen. colum.*
verſic. & prædicta quando conſtat. C. vti poßid. ſed Bar. in d.
l. ſi duo in prin. & Salic. in d. l. 1. C. vti poßid. in verſic. nunc
venerior ad gloſſ. & quero ſexto. Videntur tenere con-
trarium, videlicet quod ſi vnus probat de antiquio-
ri poſſeſſione, alter de titulo, ſeu dominio: ille de-
bet obtinere qui probat de antiquiori poſſeſſione.
Sed idem Bar. alibi has opiniones videtur reducere
ad concordiam hoc modo videlicet, ſi duo probant
de poſſeſſione, ſed vnus probat de antiquiori quod
ille debet obtinere, licet alter etiam probet de titu-
lo vel dominio, dummodo articuletur quod aduer-
ſarius clam ab eo poſſidet reſpectu ſuæ poſſeſſio-
nis: ſed ſi hoc non articularet, vel etiam ſimpliciter
articularet quod poſſidet clàm, nec adiecit reſpectu
ſuæ poſſeſſionis, tunc ſuccumberet, & tunc obtine-
bit probans dominium, vel titulum tanquam me-
lius iuſtificans ſuam poſſeſſionem, ita dixit Bar. ſin-
gulariter *in l. ſi de eo. §. fin, ff. de acq. poſſeſſ.* quod ibi dicit
Ioan. de Imola fore notandum & ita tenet & ſequi-
tur Dominus meus Dominus Ang. *de Aretio Inſt. de*
actio. in §. quadrupli. in materia vti poſſidetis: qui di-
cit hoc not. ſingulariſſimè, & tenendum in practi-
ca: quando aduerſarius tuus qui habet iuniorem
poſſeſſionem, probat titulum; quod tu articularis
quòd ipſe poſſidet clàm reſpectu tuæ poſſeſſionis:
& ſic obtinebis *argu. l. 1. in fin. cum ibi notat. per gloſſ. &*
Bart. ff. vti poßid. & per not. per. Salic. in d. l. 1. C. eod. titul.
& ita ego alias obtinui in vna cauſa de Vincentia
commiſſa Paduæ. Stante iſta doctrina, pro vera vi-
dendum eſt de duob. primo quis melius probaue-
rit de poſſeſſione. Secundo de titulo. De poſſeſſio-
ne videtur melius probatum per illos de Caſtello:
quia teſtes ſui videntur eſſe plures & meliores ac
28 digniores † hoc tamen eſt in arbitrio Iudicis qui
omnibus teſtibus conſideratis & eorum atteſtatio-
nibus debet iudicare quis melius probauerit. *per l.*
3. §. 1. ibi tu magis ſcire potes quanta fides ſit teſtibus adhi-
benda. ff. de teſtib. De titul. vero vel dominio dicti
montis S. Odorici, vel delle palle, & dictæ paludis:
videtur eſſe probatum pro parte Communis & ho-
minum de Caſtello per inſtrumentum nouiter re-
pertum ſcriptum de anno 1332. in quo contine-
tur vna ſententia arbitralis & arbitramentalis: in
qua d. Eſichus de Caſtro Syluani, & D. Doricus de
Collobtuſa arbitri & arbitratores cognoſcentes de
dictis locis inter commune & homines de Caſtel-
lo, & commune & homines de Grigno termina-
runt, quod dicta loca diuidantur in quatuor par-
tes, quarum duæ ſint dicti communis & hominum
de Caſtello, & tertia pars ſit cõmunis & hominum
de Grigno ſimul cum hominibus de plebe Tinti, &
alia quarta pars ſit dicti communis & hominum de
Grigno; & quod ipſi teneantur facere datam & ce-
dere iura ſua in illa parte quarta communi & homi-
nibus de Caſtello; quod commune de Grigno vo-
cauit ſe ſatisfactum & integraliter ſolutum à dicto
cõmuni & hominibus de Caſtello Texini de quin-
gentis libris denariorum Veronenſium. Vnde ex il-
lo inſtrumento ſententiæ arbitralis apparet, quòd
dimidia dictorum locorum pro indiuiſo fuit adiu-
dicata communi & hominibus de Caſtello Texi-
ni: & pro alia quarta parte ſoluit quingentas libras
29 pro venditione futura, † & licet non appareat
de inſtrumento venditionis illius quartæ partis: ta-
men ex quo ſoluerunt precium illi de Caſtello, &
ſteterunt in poſſeſſione illorum locorum, præ-
ſumuntur ſtetiſſe vigore dicti tituli, ſententiæ, &
dictæ ſolutionis factæ, argument. gloſſ. notat. *in l.*
quadam mulier. ff. de rei vendic. & per id quod notat. Bar-
tol. in l. 2. Cod. de acquiren. poſſeſſ. & Lud. de Roma. in con-
ſilio 90. in quinta & ſexta colum. & conſil. 324. in tertia
colum. Nec obſtant oppoſitiones factæ contra di-
ctam ſententiam. Et primo dum dicitur quòd ca-
ret ſolemnitatibus à iure requiſitis, quia hoc non
30 eſt verum, vt patet ex eius inſpectione. † Et in
dubio præſumitur ſolemne: vt ſingulariter notat.
Bald. *in cap. ſi inſtrumentum in fin. de notis feudorum per*
31 *not. in l. iuriſgentium in §. quod fere. ff. de pactis.* † Secun-
do non obſtat, dum dicitur, quòd Simon, qui dici-
tur rogatus de dicto inſtrumento, & Bartholomæ-
us qui dicitur ſcripſiſſe dictum inſtrumentum: non
fuerunt notarij publici & authentici; quia reſpon-
detur, quòd imo præſumitur ipſos fuiſſe notarios
& authenticos, ex quo ſunt centum & quadragin-
ta anni, quòd illud inſtrumentum fuit confectum,
quia in inſtrumentis ita antiquiſſimis non expedit
probare, quod notarius fuerit notarius, vel alius
in quaſi poſſeſſione, quia ex ipſo actu ita antiquo
oritur præſumptio, vt eleganter dicit Bald. *in au-*
thent. quas actiones ad fin. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. quò
dicit hoc tenere Innocent. in cap. veniens extra de verbor.
32 *ſignificat.* † Tertio non obſtat dum dicitur, quòd
illud eſt inſtrumentum ſimulatum & multiplici-
ter vitioſum: quia iſtud non eſt verum: quia in du-
bio inſtrumentum non præſumitur ſimulatum ni-
ſi probetur: *vt notat. Bald. in c. 1. in pr. in tit. de feudo dat.*
in vim legis commiſſoriæ, ſicut etiam non præſu-
mitur vſurarium vbi poteſt procedere ſine vitio: vt
nota-

notabiliter dixit Bald. in c. 1. in tit. de feudis datis minimis
valuaſoribus, & ratio eſt, quia regulariter pro inſtru-
mento præſumitur, niſi probetur contrarium, vt l.
33 cum precibus. C. de probat. † Item quia ex inſtrumen-
to oriuntur duæ præſumptiones, vna quòd ſit ve-
rum, alia quod ſit ſolemne. Imo poſſumus dicere
quod duæ oriantur probationes. vt dict. l. cum pre-
cibus & notat. in l. iuriſgentium, §. quod fere. ff. de pact. ſe-
cundum Bald. qui ita eleganter notat. in c. ſi inſtrumen-
34 tum in titul. de notis feudorum. † & tantum probat
inſtrumentum quantum in eo legitur, & omnia
probantur, quæ poſſunt percipi, & colligi ex in-
ſtrumento: vt dicit Ang. in l. nihil intereſt. C. de ſolutio-
nibus, facit l. Gallus. §. 1. ibi qui ex verbis concipi poteſt. ff. de
lib. & poſthu. & quod ibi not. Bart. & Bald. Et hæc maxi-
35 me vera ſunt cum inſtrumentum ſit de antiquo; †
cum pro factis antiquis præſumatur, vt dixi, ſecun-
dum Innoc. & alios in c. veniens extra verb. ſig. & Bald.
in d. auth. quas actiones in vltim. col. C. de ſacroſan. Eccleſ.
cum ſi. Quarto non obſtat dum dicitur, quod in illo
inſtrumento ſententiæ arbitralis ſunt verba narra-
36 tiua quæ non probant: † quia à verbis narrantibus
factum non videtur eſſe bonum ar. vt no. Io. An. in c.
dilecto extra de præbendis in gloſſ. in l. vnica. C. quando non
petentium partes cum ſi. Quia reſpõdetur quod quan-
tum ad iudicationem dictorum locorum pro dimi-
dia facta Communi & hominibus & de Caſtello
ſunt verba diſpoſitiua & terminatiua, & ſimiliter
quantum ad illud in quo pronuntiatur, quod illi de
Grigno teneantur facere datam & venditionem de
quarta parte; ſed quantum ad ſolutionem precij vi-
delicet, quingentarum librarum pro dicta quarta
parte ſunt verba notarij, quæ dicunt quod illi de
Grigno vocarunt ſibi ſatisfactũ, quod inſtrumen-
tum probat ea quæ in illo continentur: vt patet ex
37 prædictis. † Item illa verba fuerunt prolata præ-
ſentibus ſyndicis vtriuſq; partis: quo caſu etiam ſi
eſſent verba narratoria probarent inter præſentes
& non contradicentes. l. optimam. C. de contrahen. &
com. ſtip. cum ſi. Quintò nõ obſtat dum dicitur, quod
non conſtat quod illi fuerint arbitri, nec conſtat de
compromiſſo: quia ex quo ſentẽtia illa fuit lata iam
ſunt centum & quadraginta anni & vltra, & ſic de
tempore antiquiſſimo omnia præſumuntur inter-
38 neniſſe, & ſolemniter acta per prædicta. † Item pro
hoc facit, quia etiam poſt biennium & ſic poſt la-
pſum fatalium pro ſententia præſumitur ſine pro-
ductione actorum, vt eleganter not. Hoſtien. in c. in
præſentia ad fin. extra de renuntiat. quod putat eſſe ve-
rum Bal. in factis multum antiquis. vt ipſe notat. in c.
ſancimus in vlt. col. in tit. quo tempore miles inueſtituram
pen. deb. & idem tenet Hoſt. & alij Doct. in c. quoniam con-
39 tra extra de prob. † Et pro hoc etiam facit quod not.
And. de But. in c. ea naſcitur extra de his quæ fiunt à præ-
lat. ſine conſenſu cap. vbi tenet quod in factis antiquis
ſolemnitas præſumitur interueniſſe & habetur per
Doct. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & in auth. ſi quis in a-
liquo documento: C. de edendo, & in l. emancipatione. C. de
fide inſtrum. cum ſimilibus. Sexto ex prædictis apparet
quod illud inſtrumentum probat etiam, illam pe-
cuniam fuiſſe numeratam pro dicta quarta parte.
Septimo non obſtat dum dicitur, quod non potuit
cumulari petitio reſtitutionis in integrum propter
illud inſtrumentum de nouo repertum cum inter-
dicto vti poſſidetis: quia dicitur quod eſt incompaſ-
40 ſibilis de iure. Quia iſtud non eſt verum: † nam in
eodem libello poteſt cumulari ius commune ſuper
nullitate, & in integrum reſtitutio conditionaliter,
videlicet ſi nullitas non procederet, vt in cap. conſti-
tutus extra de in integr. reſtitut. & ita tenet in terminis
Bald. in l. edita in 30. colum. verſic. ſeptimo quæritur in re-
petitione Paduana. C. de edendo; & habetur in c. ſciſcita-
ta, extra de in integr. reſtit. & in c. auditis, & ibi per Innoc.
extra de præſcript. & per Anton. de Butr. in c. cum olim in
3. colum. extra de priuilegiis & tenet Bald. ſecundum Ol-
dra. in l. cum filius in §. varus in fin. ff. de inoffic. teſta. & di-
xi pleniſſime in l. venditori. Cod. vſucapione pro empto-
41 re. † Octauo non obſtat dum dicitur, quod non
c competit reſtitutio in integrum e communitati
Villæ de Caſtello Texini, quia Villæ non compe-
tit reſtitutio in integrum, ſed ciuitati tantum. vt eſt
text. in gloſſ. in l. res publica. C. ex quib. cauſ. maior. Quia
reſpondetur quod hoc poſſet eſſe verum: quando
eſſet Communitas vel Villa parua puta decem fo-
cularium: ſed ſi eſſet magna ſicut eſt in caſu noſtro,
in quo ſunt vltra centum focularia, quia non poteſt
commodè ſe defendere niſi per ſyndicos & ſic per
alios, tunc bene reſtituitur in integr. ſicut minor: vt
not. ibi Bart & Doct. imo vult ibi Bald. quod etiam
ſi eſſet parua deberet reſtitui, quia ſi hoc concedi-
tur legatis ſuis, multo magis ipſi cõmunitati: quia
idem ius & maius debet eſſe in cauſante quã in cau-
ſato. Sed tutius eſt tenere primá opinionem in ca-
ſu noſtro, ex quo ſunt vltra centum focularia in di-
cta Villa Caſtelli. Non obſtat dum dicitur quod illa
cumulatio non potuit fieri poſt litem conteſtatam:
quia in hoc ſecũdo libello ſi noua petitio fuit, pro-
nuntiatum eſt per D. Iudicem litem eſſe pro conte-
ſtata, & partes acquieuerunt: ergo ſuper illo proce-
dendum eſt ſicuti etiam proceſſum fuit, vt dixi ſu-
pra in principio huius conſilij. Decimo & vltimo
non obſtat dum dicitur, quod illa ſententia arbitra-
lis nõ valet, quia fuit poſtea reuocata per alium Iu-
dicem de anno 1392. & ſic per quinquaginta anno
poſt, vt dicitur apparere in quodam aſſerto inſtru-
mento producto pro parte dicti Communis & ho-
minum de Grigno. In quo dicitur quod irritauit,
caſſauit, & annulauit quandam ſententiam arbitra-
lem, ſcriptam manu Bartholomæi q. Ser Ioannis de
Triuellis de Verona, &c. quia cum reuerentia illi
inſtrumento caſſationis non eſt adhibenda fides in
aliquo: pluribus rationibus & cauſis. Et prima eſt
quia dicta aſſerta ſentẽtia caſſationis eſt ſcripta præ-
ter & contra omnem ſtylum & cõſuetudinem ſen-
tentiarum & habet clauſulas inſolitas & non con-
ſuetas: nam primo dicitur in ea, quod caſſauit & irri-
tauit dictam ſentẽtiam, nec apparet qua ex cauſa &
quomodo. Item quia dicitur de paſcuis paſcuco &
mangantia, quod non dicitur in prima ſententia de
qua fit mentio in aſſerta caſſatione. Item quia dici-
tur in regulatoribus regularũ villarum & plebium
de Grigno & non Taſini videlicet plebe caſtri &
Tinti: quæ verba non habent ſaporem nec in ſen-
tẽtia illorum de Caſtello fit mentio de Tinto. Item
quia

quia declarat terminos dictorum locorum ſatis inepte. Item quia reſeruat iura plebi Erſedi quod poſſint facta die natiuitatis ſancti Ioannis vſq; in aqua rongolæ & è conuerſo,&c. quæ verba nihil ad propoſitum, quia illi de Erſedo non interuenerunt. Item quia pronuntiauit dictam plebem Grigni eſſe in tenutam & corporalem poſſeſſionem, & multa alia dicuntur in ſententia, & verba ſine constructu & ratione. Item quia de cætero vult quod prædicta ſententia non poſſit infringi vel reuocari ſub pœna quingentorum ducatorum quod fuit ſtultum dicere & hominis inſenſati, & ſi dicere liceret, falſum eſt, nec veriſimile hominem ſanę mentis ita dixiſſe: vt videlicet imponeret pœnam quod ſua ſententia
42 nunquam poſſit infringi vel reuocari, † quia non erat in ſua poteſtate imponere legem ſuo ſuperiori. c. venientes extra de iureiur. cum ſi. ſubditur in fine hoc addito & per ſolemnem ſtipulationem firmū & ratūhabere tenere adimplere & non contrafacere vel venire de iure vel de facto, quæ verba imperfecta & ſine ſenſu & cōtra omnem rationem, & conſuetudinem ſententiarum appoſita ſunt, quomodo enim Iudex poteſt mandare per ſolemnem ſtipulationem, &c. Certe iſta ſunt deriſoria, & falſiſſima
43 præſumenda, † quia vt dixi nemo notarius etiā ruralis eſt ita rudis, qui feciſſet tot falſas latinitates & constructiones, ſicut in illo inſtrumento continetur: contra l. plautius. ff. de aur. & arg. legat. & qui appoſuiſſet tot impertinentia, tot clauſulas & orationes inſolitas & ſtultas & certe nemo ſanæ mentis hoc probaret, dicit Vlp. in l. ſi ita quis ſtipulanti in fi. ibi quod vtiq; nemo ſanæ mentis probabit. ff. de euict. & per id quod not. Bald. in l. 1. in 3. col. C. de ſeruis fugit. per d. l. ſi ita quis. Vnde deridendum eſt de illo inſtrumento vt dicit Vlp. in l. ſed an vltro circa medium ibi ſed iſtam ſanè ſen-
44 tentiam Celſus eleganter deridet. ff. de neg. geſt. † Et quod huiuſmodi clauſulæ inſolidæ inducunt fraudis ſuſpicionem probatur per gl. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. Inſtit. & ibi hoc tenet Bald. & Ang. & idem not. Bal. in l. cum de conſuetudine. ff. de legib. & in c. 1. verſ. quaro de quibuſdam pactis in tit. de pactis pign. & lege commiſſo: Idem tenet Bald. & Salic. in l. teſtamentum. C. de teſtamentis: & Lud. de Roma in l. poſt venditionem. ff. de aqua plu. arcen. & idem tenet Pet. de Anch. in conſilio ſuo quod incipit: In Chriſti nomine, anno, &c. ordinatio contractuum in vlt. col. & ſi vnquam clauſulæ inſolitæ reddunt aliquod inſtrumentum ſuſpectum de fraude & falſitate, reddunt in prædicto inſtrumento, quia ſunt plurimæ clauſulæ inſolitæ, & extra propoſitum, & ſine ratione & cum falſiſſima grammatica; Nec enim eſt veriſimile notarium aliquem ita ineptè, ita incontinenter, ita ſupine, ita inordinatè, ita ſine ratione ſcripſiſſe, quia vt dicitur ibi nec pes nec caput vlli reddatur firmo, &c. Vnde illud inſtrumentum parui faciendū eſt. Et præſertim quia non habet intellectum in ſe, nam dicitur in eo quod coram Egregio Iuris Vtriusque Doctore D. Petro de Puſterla terræ Baſſiani, pro Illuſtriſſimo Principe & Magnifico D. Ioanne Galeatio, &c. honorando Poteſtate & Capitaneo, &c. irritauit & ceſſauit, &c. nam iſta oratio eſt penitus imperfecta, & vitioſa latinitate in omni eius parte, & caret, quis fuit ille qui comparauit: quis fuit ille qui irritauit &
45 annullauit. Ideo nullum debet habere vigorem, † quoniam quando verba ſunt ita obſcura & imperfecta quod nullum intellectum poſſunt ſuſtinere, non valet ſcriptura. vt l. quæ in teſtamento ita fuerint vt intelligi nō poſſint, perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent. ff. de regulis & ita not. tenet Bald. in l. voluntatū in 1. col. C. de fideicom. Item ſunt multi alij defectus & ſuſpiciones, quia teſtes, qui denominantur ibi, non habent nomen patriæ nec habitationis, quod non eſt de conſuetudine & arte notariorum. Item quia non conſtat quis fuerit ille notarius qui ſcripſit &
46 qui reuelauit dictum inſtrumentum. † vt patet ex matricula notariorum producta, in qua nullus prędictorum reperitur deſcriptus. Ideo notarius authenticus & matriculatus non præſumitur vt dicit
47 Bart. notabiliter in l. ſi. C. de reb. cred. & iureiur. † qui dicit per illum tex. quod ad probandū quod ſcholaris non ſit in matricula probatur per inſpectionem matriculæ & idem not. Bar. & alij in l. Titia textores. ff. de l. 1. & idem not. Paul. de Caſt. in l. pen. in §. docere. ff. ne quis eum eo qui in ius voc. eſt, &c. & idem vult Bal. in l. fin.
48 in pen. col. in verſic. ſexta quæritur. C. de edendo. † Vbi dicit quod ex inſpectione, & per rimationem ſcripturarum poteſt apparere de eo quod notarius di-
49 xerit. Et idem vult Bald. in l. inſtum eo tit. † qui dixit quod negatiua probatur per inſpectionem libri. Vnde omnes illi qui reperiuntur inter non ſoluentes videntur non ſoluiſſe; vt in l. 1. C. de exactoribus tributorum lib. 10. & l. ſi. C. de rebus creditis, quæ lex ſecundum eum, cōmuniter ad hoc allegatur; facit quod notatur per Paul. de Caſtr. in auth. ſi quis in aliquo documento in vlt. col. C. de edend. Vnde ex prædictis concluditur quod prædictum inſtrumentum ſententiæ arbitralis latæ in fauorem communis & hominum Villæ de Caſtello Texini valet & tenet, & produci potuit in iudicio, petendo reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam latam per Dominum Capitaneum Iuani, in quantum fuiſſet aliqua; & prædictam communitatem Caſtelli eſſe reſtituendam aduerſus dictam ſententiam Domini Capitanei, vt dicitur etiam infra, & quod illi de communitate Caſtelli habent titulum in dictis locis de quibus eſt quæſtio. Nunc eſt videndum, nūmquid etiam commune & homines de Grigno habeant aliquem titulum vel dominium de dictis locis: Et allegantur pro parte ipſorum duæ ſententiæ. Vna eſt: quæ fuit lata, vt dicitur de anno 1440. per Dominum Iacobum de Monaco Vicarium Domini Poteſtatis Iuani, in qua pronuntiauit quandam ſecurim acceptam vni in dictis locis per vnum de Caſtello eſſe reſtituendam: Sed illa ſententia nullum potuit nec poteſt facere præiudicium dictæ communitati Caſtelli: quia ille qui accepit ſecurim non accepit de commiſſione ſuæ communitatis, nec dicta communitas de illis pignoribus ſe impediuit nec in illo iudicio voluit comparendo aliquem defendere; Ideo res inter alios acta aliis nocere non potuit: vt in toto tit. C. res inter alios acta cum ſi. Item quia illa ſententia aſſerta non eſt ſuper meritis cauſæ, ſed ſolum quod ſecuris debeat reſtitui, nec apparet ex qua cauſa: niſi quod ille qui accepit

vt ſupra dixi. Et per conſequens debet pronuntiari, ius paſculandi competere dictis communi & hominibus de Caſtello dictis locis. † Quartum dubium principale eſt: an debeat pronuntiari circa petitorium, g videlicet ius paſculandi competere communi & hominibus de Caſtello in dictis locis: & ex prædictis apparet dicendum eſſe quod ſic, maximè propter dictum titulum, qui etiamſi non allegaretur, deberent obtinere iuxta not. *in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui vend. & per gloſſ. ante pen. in c. cum Eccleſia ſutrina extra de cauſa poſſeſſion. & proprie. cum ſimilibus.* Quintum dubium principale, de aptatione viæ, non eſt multum curandum: licet probatum fuiſſet ipſos de Caſtello aptaſſe viam ſæpiſſime, quia non curant de dicto onere aptandi: ſi illi de Grigno volunt aptare: ſed hoc fuit deductum, petitum & probatum ad oſtendendum quod ipſi de Caſtello habent ius in dicto monte Sancti Odorici ſiue delle palle: quia illa via eſt in medio dicti montis. Sextum dubium eſt: an illi de Caſtello fuerint indebitè turbati & moleſtari & dicendum eſt quod ſic, & ita debet ſententiari per prædicta. Ex quo ſequitur deciſio ſeptimi dubii, quod dicti de Grigno debent condemnari ad reſtitutionem pignorum per ipſos ablatorum illis de Caſtello. Iam ſequitur deciſio octaui dubii, videlicet quod illi de Grigno debent condemnari ad non moleſtandum amplius illos de Caſtello per not. per gloſſ. & Docto. *in l. harum & in l. egi. ff. ſi ſerui vend. & in l. ſi preces. ff. de nou. oper. nunt.* Item ſequitur alia deciſio nona, quod pronuntiari debet, dictam ſententiam Domini Capitanei fuiſſe & eſſe nullam. Item ſequitur decimo & vltimo, quod debet pronuntiari in quantum illa ſententia fuiſſet aliqua, quod non teneo, ipſam cõmunitatem de Caſtello reſtituendam eſſe in integrum propter inſtrumentum ſententię arbitralis nouiter repertum; & pronuntiandnm vt ſupra dictum eſt.

Annotationes.

a Simul cumulari] *An & quando poſſeſſorium & petitorium ſimul cumulari poſſint, tradit latiſſime Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune nu. 141. cum plurib. ſeqq. ff. de acq. poſſ. & Menoch. in tracta. de adipiſcenda poſſeſſione, remedio 4. quaeſt. 64.*

b Turbatio verbalis] *Turbationem verbalem ſufficere ad hoc vt competat interdictum vti poſſidetis; communiter*

* ** tenetur per Docto. in c. 2. extra de reſtitu. in integrum, vt docet Laufran. in Rubr. extra de cauſa poſſeſſio. & proprieta. col. 10. verſ. 2. concluſio. Neuiza. in conſilio 83. num. 11. & latiſſime Menoch. in tracta. de retinenda poſſ. remedio. 3. num. 293. & ſeq. licet contrarium teneat Dec. in c. licet cauſam, nu. 201. & 204. de probatio. ideo praxim remouendi has moleſtias verbales ponit Plotus in l. ſi quando. c. vnde vi. not. 102. in 1. impreſſione, & in vlt. eſt in §. 3. num. 33.*

c Variè loquuntur Doctores] *In interdicto vti poſſidetis quando probationes ſunt pares, pro quo ſit ferenda ſententia ampliſſimè examinat Menoch. de retinenda poſſeſſ. remedio 3. nu. 770. cum plurib. ſeqq.*

d Et iſtam opinionem] *Idem tenet Alex. in conſ. 110. nũ. 1. lib. 1. conſ. 83. in fine, & conſ. 45. in fine lib. 3. nec nõ conſ. 88. num. 12. lib. 5. Dec. in c. licet cauſam num. 22. extra de probatio. Boer. dec. 239. num. 4. circa medium, & alios quos refert, & ſequitur Plot. in d. l. ſi quando. C. vnde vi nu. 100. in 1. impreſſione, & in vltima. §. 3. num. 31. licet contrarium tenere videatur. Soc. iun. in conſ. 147. num. 30. lib. 1. & malè, vt late per Menoch. in dicto tractatu de retinenda poſſeſſione in 3. remedio. num. 728. & Virginium de Boccatiis de Cingulo I. C. Romanum in tracta. de interdicto vti poſſidetis. c. 10. num. 5. & 6.*

e Reſtitutio in integrum] *Quod etiam Villæ in integrum reſtitutio competat tenet Iaſ. in §. rurſus num. 35. Inſtit. de actio. & id locum habere in omnibus vniuerſitatibus etiam paruis affirmat Corn. in conſ. 148. nu. 4. lib. 1.*

f Vel non fuiſſe latam] *Ad hoc adde plura ſimilia quæ cumulat Andreas de Iſernia in c. 1. §. præterea quæ fuit 1. cauſa beneficii amittendi in vſibus feudorum & ibidem Afflict. & idem dec. 182. nu. 4.*

g Circa petitorium] *An in eadẽ ſententia de petitorio, & poſſeſſorio proñuntiari poſſit, tradit latè Menoch. in tract. de retinenda, remedio 3. nu. 809. cum ſequentibus.*

CONSIL. XI.

ARGVMENTVM.

Feudatarius an abſq; Domini licentia rem alteri infeudare poſſit.

An de pratis, quæ erãt agri aratorii, de quibus decima ſoluebatur, pariter decima ſolui debeat.

SVMMARIA.

1 *Feudatarius an poſſit infeudare abſq; licentia Domini Papæ vel Epiſcopi, & nu. 4. 6. 7.*

2 *Decima eſt ius ſpirituale, quam laicus præſcribere non poteſt.*

3 *Laicus habens ius patronatus abſq; Epiſcopi licentia illud concedere poteſt.*

5 *Ius patronatus eſt temporale ſpiritualibus annexũ quod per laicum Eccleſiæ vel loco religioſo, ſed non alteri, concedi poteſt.*

6 *Feudatarius an laico decimas infeudare poſſit de conſenſu Epiſcopi.*

8 *Diuiſio feudi eſt permiſſa.*

9 *Feudi alienatio ſi eſt expreſſe prohibita, etiam infeudatio prohibita eſſe intelligitur.*

10 *Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis an ad extraneos extendatur.*

11 *Verbum in perpetuum an mutet hæredum qualitatem in feudo.*

12 *Vaſallus vel emphyteuta, an rem redimendo à pœna excuſetur.*

13 *Decimæ iniuſtè petenti ſolui non debent, ſed Eccleſiæ Parochiali.*

14 *Notoria eſſe dicuntur, quæ per acta conſtant.*

15 *Ceſſio vbi non valet exceptio contra exigentem ex illa ceſſione opponi poteſt.*

16 *Error iuris an decimæ præſcriptionem impediat, maximè per laicos.*

17 *Exiſtens in poſſeſſione decimæ aliorum fructuum, an etiam decimam fœni exigere poſſit, quam nunquam exegit & præcipue de pratis quæ erant terra aratoria de quibus decima ſoluebatur.*

18 *Exiſtens in poſſeßione alicuius partis ſubſtantialis, intelligitur eſſe in poſſeßione totius, & num. 75.*
Exercens vnum iuriſdictionis actum in quaſi poſſeßione totius iuriſdictionis eſſe intelligitur.
19 *Decima in totum vel in partem præſcribi non poſſunt, & num. 26.*
20 *Decima de quibus debeantur.*
21 *Paſcuum, de quo decima ſoluebatur, ſi efficitur aratorius ager, de eius fructibus decima ſolui debet.*
22 *Conſuetudo eſt Vincentiæ, quòd de campis reductis, ad prata decima non ſoluatur.*
23 *Ille, qui probauit, ſe eſſe in poſſeßione: elapſis decem annis, adhuc in illa perſeuerare præſumitur, niſi contrarium probetur.*
24 *Decima contra laicum præſcribi poſſunt.*
27 *Intellectus text. in c. cum in tua extra de decimis, & num. 29.*
28 *An poßit præſcribi, quòd de certis fructibus decima non debeatur.*
30 *Conſuetudo, quòd decima de aliquibus fructibus non ſoluatur, valet.*
31 *Dolus perſpicuus indicijs probari debet.*

CASVS.

DOMINVS Zampetrus de Protbis Inueſtitus fuit ab Abbate monaſterii Sancti Floriani de Maroſtica diſtrictus Vincentiæ & Diœceſis Paduanæ ponendo verba inueſtituræ videlicet. Pro ſe & hæredibus ſuis maſculis tantum de decimis decimationibus, & iure percipiendi fruges fructus, & redditus decimales totius territorii, & pertinentiarum Villæ de la Friolla Vincentiæ diſtrictus & diœceſis Paduanæ; & ita pater & auus dicti Zampetri inueſtiti fuerunt in eadem forma ab aliis Abbatibus dictæ Abbatiæ, tanquam de decima ſolita infeudari. Prædictus Do. Zampetrus deceſſit ſine filiis maſculis. Dn. Antonius de Luſchis exiſtens Secretarius tunc ſummi Pontificis Papæ Ioannis ſe fecit inueſtiri à ſummo Pontifice de dicta decima, tanquam deuoluta ad prædictum monaſterium S. Floriani, propter mortem dicti D. Zampetri, qui deceſſerit ſine filiis maſculis, vt ſupra in hunc modum penendo verba inueſtituræ videlicet: quia prædictum Dn. Antonium iouestiuit de prædicta decima, ſiue iure decimandi quorumcunque fructuum, reddituum, & prouentuum, ac cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis pro ſe & ſuceeſſoribus ſuis in perpetuum; dictus Dn. Antonius poſt interuallum modici temporis abſq; licentia ſummi Pontificis ac Abbatis dicti monaſterii dictam decimam in feudum conceſſit Federico de Anzolellis, ac Dominæ Conſtantiæ tutorio oomine recipienti pro duobus fratribus dicti Federici in hunc modum ponendo verba inueſtituræ videlicet; Inueſtiuit dictum Federicum ac Dn. Conſtantiam turorio nomine, vt ſupra pro ſe ipſis & hæredibus ſuis tantum de prædicta decima iure decimandi, colligendi, & habendi, ac retinendi fruges, fructus, ac redditus decimales in prædicta Villa de Friolla, & pertinentiis ſuis. Reſpondendo omni anno dicto Dn. Antonio & ſucceſſoribus ſuis pro recognitione dictę decimę vnum par faſianorum ad feſtum Natiuitatis Domini: dicta D. Conſtantia deceſſit, ac prædicti duo filii ſui, quorũ nomine fuit inueſtita. Dictus Federicus poſt mortem prędictorum iterato ſe fecit inueſtiri de dicta decima à dicto D. Antonio in totum, qui eum inueſtiuit ſub dicto annuo cenſu faſianorum, in hunc modum ponendo formam inueſtituræ, videlicet: Inueſtiuit dictum Federicum pro ſe ſuiſq; hæredibus filiis de cætero deſcendentibus ex eo maſculis, & ipſis deficientibus, quòd fœminæ ſuccedant, de dicta decima & iure decimandi fruges, fructus, & redditus, quemadmodum dictus Dn. Antonius poſſet percipere: & ſic in iſtum Federicum alterauit naturam primæ inueſtituræ, factæ ſibi & matri ſuæ: quia erat de filiis maſculis tantum. In pertinentiis dictæ Villæ della Friolla non extat memoria, decimam fœni vnquam fuiſſe exactam per aliquos inueſtitos, ſed de aliis frugibus bene ſoluta eſt, & ſoluitur. Nunc in præſenti, & ab aliquibus annis citrà multi agri aratiui reducti ſunt ad prata per poſſidentes agros in dicta Villa de la Friolla, & maximè per Vendraminum: dictus Federicus petit decimam à Vendramino fœni pratorum, quæ de agris aratoriis reducta fuerunt ad prata; dictus Vendraminus excipit, decimam fœni ſibi oon deberi de dictis agris, cùm noo extet memoria, decimam fœni in dicto loco de la Friolla vnquam fuiſſe ſolutam de aliquibus pratis: nec tempore d. D. Zampetri & auctorum ſuorum; nec tempore dicti Federici, nec alicuius alterius. Cùm tempore dicti D. Zampetri & Federici, & aliorum multi campi aratorii reducti fuerunt ad prata, de quibus non fuit decima fœni ſoluta, ſicut nec de antiquis. Et prædicta probantur per aliquos teſtes deponentes de dicto loco Friollæ. Aliqui de quinquaginta annis; aliqui de trigiota annis: aliqui de quadraginta, ſecundum quod poſſuot recordari. Item, probatur per multos & multos teſtes bonæ conditionis, & famæ in multis & infinitis locis Vincentinis diſtrictus, & tàm diœceſis Paduanæ, quàm Vincentinæ decimam fœni non deberi: quæ decimæ ſunt aliquæ Epiſcopatus Vincentiæ, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum, & aliquæ etiam poſſideantur per ſeculares, qui teſtes etiam deponunt ex conſuetudine locorum, de quibus deponunt decimam fœni ordinariè oon ſolui, quòd ſi agri arat. reducuntur ad prata, decima fœni non exigitur, ſicut nec de antiquis. Et verſa vice, ſi prata, ex quibus decima non debetur, reducuntur ad agros arat. decima frugum ex eis naſcentium ſoluitur. Et prædictus Federicus confitetur, in iudicio decimam fœni Villæ Friollæ non ſolui de pratis antiquis: ſed dicit ſibi deberi decimam de pratis non antiquis; videlicet de pratis, quorum extat memoria fuiſſe aratoria. Et tamen non probat per ſe, nec per auctores ſuos voquam exegiſſe in dicto loco Friollæ aliquam decimam fœni. Sed dictus Vendraminus probat contrarium, vt ſupra: quinimo dictus Vendraminus opponit etiam, dictum Federicum ius oon habere in dicta decima, tanquam dictus Dominus Antonius non potuerit ſine licentia ſuperioris ipſum inueſtire, & ſic non habet ius agendi & petendi decimam.

Ex iſto

Ex iſto themate infra ſcripta eliciuntur dubia.

Primo. An dictus D. Antouius potuerit d. decimam dare in feudum dicto Federico ſine licentia Papæ aut Abbatis Monaſterii Sancti Floriani, qui prius dictam decimam infeudabat.

Secundo. An feudum D. Antonii prædicti intelligatur de maſculis tantum ſecundum propriam naturam feudi, an de maſculis & fœminis, an etiam de ſucceſſoribus extraneis.

Tertio. An in feudando d. Federico pro ſe & deſcendentibus maſculis, & maſculis deficientibus quod fœminæ ſuccedant, d. Dominus Antonius dicatur alteraſſe naturam feudi vltra quam ipſe ſit inueſtitus, & ſic ſit priuatus feudo; vt ſic reſoluto iure datoris, reſoluatur ius receptoris: & ita dictus Federicus in præſenti ius non habeat in decima.

Quarto. An decima fœni pratorum, quæ iam fuerunt aratoria debeantur dicto Federico cum dictus Federicus confiteatur in iudicio de pratis antiquis decimam ſibi non deberi; & dictus Vendraminus probet, vt ſupra in caſu.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiusq; glorioſæ Virginis matris totiusq; Cœleſtis Curiæ. Licet quatuor dubia ſint formata, puto ad præſens ſufficiens eſſe duo, pro poſſe di-
1 lucidare, de aliis remittendo. Et primo. † An
Dominus Antonius de Luſchis potuerit infeudare
dictam decimam abſque licentia vel Papæ, vel Epiſcopi, vel Abbatis Sancti Floriani. Videtur quod
ſic, quod feudatarius poteſt infeudare abſque licentia Domini licet non poſſit alienare: ita not. gl.
in c. de cap. 1. Corrad. & Spec. in titu. de feudis. §. 2. verſ. 38. & Doct. in cap. 2. de feud. & in c. nuper per veſtras de do-
2 *nat. inter vir. & vxor.* † Nec habet obſtare quod decimæ ſunt ius ſpirituale cuius incapax eſt laicus, nec
præſcribere eas poteſt etiam ex poſſeſſione longiſſima *vt in cap. cauſam de præſcript. & not. Hoſt. in ſum. de deci. §. & vtrum præſcribi poſſint*: quia ſi laicus habet
eas licitè ex antiquiſſimo feudo, videtur poſſe infeudare & concedere illud ius quod habet, etiam
irrequiſito Epiſcopo licet ſit ſpirituale *vt in cap. 1. de*
3 *iur. pat. in 6.* † vbi eſt caſus quod laicus habens ius
patronatus poteſt illud concedere abſque conſen-
4 ſu Epiſcopi. † In contrarium eſt veritas: nam eſt
aduertendum quia aut laicus vult cōcedere ius mere ſpirituale; quod tamen licite tenet, & non poteſt
abſque conſenſu Epiſcopi, *per cap. nullus de iur. patrona.* quod remanet incorrectum quantum ad bona, & iura merè ſpiritualia, vt dicunt Doct. ibi & patet ratio, quia ibi non extenditur correctio extra caſum finitum. *l. ſancimus de teſta. cum vulgaribus*, &c. ideo
cum decimæ ſint ius ſpirituale, non potuit eas concedere Dominus Antonius abſque conſenſu Epiſcopi, vel fortè Papæ, cum tenuerit eas in feudum
5 à Papa. † Aliqua vero ſunt iura non ſpiritualia,
ſed annexa ſpiritualibus, vt eſt ius patronatus, quod
eſt ius temporale annexum ſpirituali, *vt in cap. quanto de iud.* & iſta poteſt concedere laicus loco religioſo vel Eccleſiæ: *vt dicto cap. 1. de iur. patr. in 6.* ſed non
alteri abſque conſenſu Epiſcopi: vt probat ille tex.
à contrario ſenſu; & maximè quia debemus reſtringere, quod corrigatur. *c. nullus de iure patro.* in antiquis quanto minus poſſit, &c. & hoc tenet Arch. *in c. pia mentis. 16. quæſt. 7. Innoc. & Arch. idem in cap. 1. de iure patr. in 6. & Ioan. de Imo. vt refert ibi D. Dominicus in 3. colum. & idem tenet gloſſ. fin. Io. & Butrius in c. illud*
6 *de iure patro.* † Quid plura? text. eſt, quod laicus
non poſſit infeudare decimas abſque conſenſu Epiſcopi *in c. cum apoſtolica in fin. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capitu. & Doctor. omnes ibi firmant & gloſſ. ad literam hoc firmat in cap. prohibemus de decimis*, quæ
dicit, quod ſi laicus vult infeudare decimas, quas tenuit per antiquum feudum, requiritur conſenſus
Epiſcopi; plus ibi dicit Pe. & Abb. quod etiam de
conſenſu Epiſcopi non poteſt laicus decimas quas
habet in feudum infeudare laico, quia, *c. cum apoſtolica, in fin.* permittit infeudationem Eccleſiæ de
cōſenſu Epiſcopi: vnde videtur prohibuiſſe, ne laico fieret, & licet Butrius ibi & Ioan. referant ſimpliciter opi. Petr. & Abb. expreſſe non approbando, vel reprobando, licet eis videantur adhærere,
tamen Dominus Cardinalis Flo. expreſſe ibi approbat opin. Petr. & Abb. & reprobabat opinionem
gloſſ. quæ vult, quod etiam poſſit infeudare laico de
conſenſu Epiſcopi; Et idem firmat Dominus Cardinalis, *in cap. 2. de feud. in 10. quæſt.* In caſu vero noſtro putarem requiri conſenſum Papæ cum ſit inueſtitus auctoritate apoſtolica, & ſic recognoſcat
feudum à ſede apoſtolica, licet recognoſcat etiam
Eccleſiam Sancti Floriani in ſoluendo in anno cenſum: ſuper quo tamen nec me extendo nec multum conſideraui, quia ſufficit quod non interuenerit conſenſus Epiſcopi, poſito quod ſolus ſufficeret.
7 † Nec obſtat quod vaſallus poſſit infeudare abſq;
conſenſu Domini feudi, nam fateor eſſe verum: ſed
nō per hoc excluditur, quod ſi eſt ius ſpirituale non
requiratur conſenſus Epiſcopi, imo requiritur per
prædicta; imo plus dico, quod etiam conſenſus Abbatis Sancti Floriani in caſu noſtro erat neceſſarius
quoniam in inueſtituris factis per Abbatem Sancti
Floriani Domino Zampetro & prædeceſſoribus
inſeritur clauſula, quod non poſſit feudum diuidi
8 vel obligari, vel vendi: † vnde prohibendo diuiſionem quæ eſt permiſſa, vt not. Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres in 10. quæſt. ff. de verbor. obligat.* & conſuluit
in conſilio, quod incipit, ex themate prædicto tria
dubia oriuntur; Videtur ſine dubio prohibuiſſe
9 infeudationem quæ eſt maioris præiudicii. † Vnde
Bald. *in c. 1. §. præterea, de cap. Corradi. dicit*, quod quando appoſitum eſt pactum ne vaſallus alienet: vt pactum aliquod vltra ius commune operetur intelligitur etiam prohibita infeudatio: Et Papa in infeudatione facta Domino Antonio concedit ſub illo
onere & annuo cenſu, ad quod ſeu ad quem Dominus Zampetrus tenebatur: vnde concedendo ſub
illo onere intelligitur conceſſiſſe, imo potius non
reuocaſſe Monaſterio Sancti Floriani ius quod habebat, ne tale feudum alienaretur, vel diuideretur
vel pignoraretur, vel infeudaretur abſque conſenſu Abbatis: maxime quia conceſſio Papæ eſt o-

dioſa, & derogat iuri Monaſterii & ordinario; vn-
de eſt reſtringenda iuxta notata *in cap. 1. & gloſſ.*
de offic. deleg. & in cap. quia circa de priuil. Ex qui-
bus concludo quod dictus Antonius non potuit
infeudare abſque conſenſu Epiſcopi & Abbatis
Sancti Floriani. Nec habet obſtare quod feudum
ſit conceſſum in perpetuum hæredibus & ſucceſ-
ſoribus dicti Antonii, quoniam propter hoc non
alteratur natura feudi vt poſſit alienare, vel in-
feudare abſque conſenſu Epiſcopi, vel Domini
10 feudi: prout de iure prohibitum eſt † An au-
tem per hoc feudum extendatur ad extraneos
hæredes non deſcendentes, me remitto ad not.
per Doctor. *in leg. ex facto. §. fin. ad Trebellianum.*
per Bartol. in l. Gallus. §. etiam, ff. de liber. & poſt-
hum. Petr. & Cyn. & alios in l. liberti libertaque. C. de
11 *op. lib.* † Et vtrum verbum in perpetuum mutet
qualitatem hæredum tractatur ibi, & etiam, *in au-*
then. perpetua. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in cap. in præ-
ſentia de probat. vbi plene per Anto. de But. & in authen. de
non alien. §. alienationn & de alie. emphyt. §. licentiam.
Ex quibus etiam poterit colligi vtrum concedens
rem in emphyteuſim vel feudum in maſculos & fœ-
minas & omnes extraneos cadat à iure ſuo, ſi ſibi ſo-
lum erat conceſſum ad maſculos, & not. etiam in c.
12 *nuper per veſtras de donat. inter vir. & vxor.* † Vlte-
rius an vaſallus vel emphyteuta qui alienauit excu-
ſetur à pœna rem redimendo, materia eſt & text.
in l. 1. §. ſi rem, ff. depoſiti, & in l. ſequenti. §. idem la-
beo. ff. de vſuris, vbi per Bart. & in cap. 1. quid iuris ſit ſi va-
13 *ſal. prius vend. feud. recupera.* † Aduertendum eſt ta-
men quod hic potuit opponi, quod inueſtitura fa-
cta Federico de Anzolellis non valeat, nec dicitur
apponi de iure tertii, ſed de non iure ipſius Federi-
ci, quia eo non habente ius, decimæ ſolui debent
Eccleſiæ parochiali non ſibi; *vt in cap. cum in tua, de*
decimis: Quando etiam conſtat petentem iniuſte
petere decimas, obligatus ad decimas ſoluere non
debet, vt not. Hoſt. *in ſumma de deci. verſic. qua-*
re. Nec obſtat quod dicit Butrius ſecundum Hoſt.
in cap. Parochianos in fin. de decimis: quia debet intel-
ligi quando eſt occultum petentem decimas illis ab-
uti: ſecus ſi eſt notorium; vt declarat in dicto §. &
quare. Præterea ibi loquitur quando petens de iu-
re debebat habere decimas, ſed iniuſte petebat,
quia erat concubinarius; hîc vero de iure nullo mo-
14 do debet habere, & eſt notorium. † quia ea quæ
conſtant per acta dicuntur notoria. vt not. *in cap.*
ex inſinuatione de ap. in c. veſtra de cohi. cler. & mulier. &
in cap. præſentia de renunc. Vlterius dico quod etiam
ſi opponeretur de iure Eccleſiæ Parochialis, vt quia
fuit oppoſitum iſtas decimas ſpectare ad Eccleſiam
Parochialem, adhuc admitteretur de iure ex quo
excludit in totum & ipſo iure ius Federici de An-
zolellis; nam ſi inueſtitura non tenuit, ergo ipſo iu-
re deficit ius ſuum; quod nullum habet ius: & hoc
tenet Barto. allegans multa iura *in l. 2. ff. de except. rei*
15 *iud. & Cyn. in l. cum ſeruum. C. de ſeruis fugitiuis*: † vbi
dicit in additione quod ſi opponitur de iure ce-
dentis contra ceſſionarium, videlicet quod ceſſio
ſibi facta non tenet, quia non fuit legitime facta, &
ſic non ipſe, ſed cedens ius habet, quod admittitur
talis exceptio. Vnde firmiter eſt concludendum
inueſtituram Federico factam non tenere, & de
iure tertii potuiſſe opponi, licet autem hoc ſolum
16 ſufficeret; diſcutio aliud, vt ſupra promiſi. † Nec
poteſt Federicus allegare præſcriptionem quaſi il-
le titulus nullus præſtet iuſtam cauſam præſcriben-
di propter errorem iuris impedientem: vt not.
gloſſ. in cap. 2. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu ca-
pituli & ibi per Butrium & Docto. & in cap. de quarta de
præſcript. maxime cum per laicos præſcribi non poſſit: vt
17 *dict. c. cauſam de præſcript. & ſupra dictum eſt.* † Cir-
ca ſecundum videtur dicendum quod Vendrami-
nus debeat ſuccumbere quantum ad iſtud caput,
quia cum Federicus probauerit ſe eſſe in poſſeſſio-
ne decimæ aliorum fructuum, videtur probaſſe et-
iam ſe eſſe in poſſeſſione decimæ fœni percipiendi;
quia ex eo quod aliquis petit decimam de vno
fructu intelligitur eſſe in poſſeſſione totius deci-
mæ: *ita not. Innoc. in cap. in literis de reſt. ſpoliat. &*
Butrius ibi ſequitur. Idem not. Butrius in cap. fin. de cauſ.
poſſeſſ. & propriet. & vide text. in cap. in geneſi de elect. &
in cap. dilecto de praben. & gloſſ. in cap. cum Bertoldus de
re iud. quæ incipit: ſed videtur & Butrius ſuper
18 ea, † vbi concluditur quod ſi quis eſt in poſſeſ-
ſione alicuius partis ſubſtantialis intelligitur eſſe
in poſſeſſione totius: Vnde ſi aliquis exercet vnum
actum iuriſdictionis in caſu intelligitur eſſe in quaſi
poſſeſſione totius iuriſdictionis: vt not. Bart. *in*
l. 3. in prin. ff. de acq. poſſeſſ. & Inn. & Butrius in cap. 2.
de cap. monach. ſi eſt ita quod intelligatur Federicus
fuiſſe in poſſeſſione totius decimæ, & contra poſ-
19 ſidentem non currit præſcriptio: ergo, &c. † Se-
cundo decimæ non poſſunt præſcribi nec in totum
nec in partem, videlicet vt debeatur ſexta vel dimi-
dia pro decima: *vt in cap. in aliquibus & in cap. Paro-*
chianos, de decis. vbi plene per Doctor. & in cap. 1. eod.
20 *titu. in 6. per gloſſ. & Docto.* † Et decimæ deben-
tur de omnibus rebus quæ naſcuntur de blado, le-
gumine, fœno, cordo, piſcario, &c. *vt in c. quicunq;*
& c. omnis. Et not. Hoſt. in ſum. eod. tit. §. de quibus re-
bus. Tertio non debet eadem res diuerſo iure cen-
ſeri, vnde ſicut debetur decima de cæteris rebus,
eodem modo videntur obligari ad decimas fœni,
non obſtante conſuetudine: vt in cap. cum in tua
21 de deci. vbi videtur text. † Quarto ex eo quod iſta
prata fuerunt campi aratorii ſubiecti decimæ, licet
ſit mutatus fructus: & ſic qualitas, non tamen eſt
mutata ſubſtantia: vt in cap. commiſſum, eodi titu.
vbi habetur, quod ſi paſcuū de quo ſoluebatur de-
cima, eſt factum campus aratorius, de vino & fru-
mento ibi nato, eſt ſoluenda decima, quia quam-
uis mutetur qualitas terræ, tamen non mutetur
ſubſtantia, ergo, &c. Aduertendum eſt quia ſi Ven-
draminus non probaſſet, quod campi de nouo re-
ducti ad prata de conſuetudine longiſſima non ſol-
uant decimam, etiamſi de pratis antiquis non de-
beret ſolui decima, deberet tamen ſolui de campis
decimat. ad prata reductis per not. in dicto cap.
22 commiſſum. † Sed quoniam Vendraminus recte
& ſufficienter probauit conſuetudinem eſſe quod
non ſoluatur decima fœni, etiā de campis reductis
ad prata, ceſſat ratio cap. commiſſum præallega.
Recte

Rectè enim probauit conſuetudinem diœceſis Pa-
duanæ, & diſtrictus Vincentini, & licet non vniuer-
ſalem, tamen pro maiori parte Villarum diſtrictus
Vincentini vt probauit per quatuordecim teſtes:
Quorum aliqui deponunt de triginta vel quadra-
ginta annis, qui ſunt quinque; Guido etiam de Ca-
uagione ſignatus 96. deponit de tolerantia Epiſco-
pi. Multi ex ipſis dicunt, hanc conſuetudinem ſer-
uari per totum ferè diſtrictum Vincentinum; licet
aliter in Veronenſi. Et licet Federicus nixus fuerit
probare per ſex teſtes, conſuetudinē diſtrictus eſſe
vt ſoluatur decima; tamen duo vel tres ex ipſis ſunt
affines & deponunt de paucioribus locis; Vnde li-
cet poſſint concordari teſtes; vt loquantur de di-
uerſis locis, & ita debeant concordari *per not. in c.
cum tu, de teſt. & in l. 2. ff. ſi cer. pet.* debemus tamē con-
cludere, quod vt plurimum per territorium ſit ta-
lis conſuetudo, quod non ſoluatur decima fœni, ex
quo per plures teſtes eſt dictum, quod talis conſue-
tudo vt plurimum ſeruatur in Vincentino diſtrictu
*ar. in c. cum Eccleſia Vulterana de elect. & in c. fin. de offic.
Arch.* Vlterius eſt probatum, per nouem vel octo
teſtes quod talis conſuetudo eſt in Villa de la Friol-
la, quòd non ſoluatur decima fœni, & in villis pro-
pinquis, tam de pratis antiquis, quam de campis re-
ductis ad prata; quorum aliqui deponunt de qua-
draginta annis, & pluribus; aliqui de triginta; quos
teſtes non ſigno, ne multum vltra, quàm intendo,
prolixior ſim: & quia etiam ſignaui dicta cuiuslibet
in duabus chartis ſeparatis; qui teſtes optime pro-
bant per bonas & ſufficientes rationes, & licet o-
mnes non dicant, nec atteſtentur, iſtam conſuetu-
dinem duraſſe vſque ad diem depoſitionis: tamen
23 propter hoc non minus probant: † quia cum ſe-
mel fuerit Villa Friollę in quaſi poſſeſſione non ſol-
uendi decimam fœni, præſumitur ſemper durare in
illa quaſi poſſeſſione: niſi probetur contrarium per
not. per Bart. *in l. Celſus de vſucap. ro. & in l. fine poſſide-
tu. C. de probat.* Vbi not. quòd ſi quis fuit in poſſeſ-
ſione elapſis decem annis, præſumitur etiam hodie
niſi contrarium probetur, Vnde non eſt dubitan-
dum quin ſit probata conſuetudo in Villa Friollæ.
Et ſi putarem aliquam dubitationem eſſe apud
Conſultorem, caperem dictum cuiuslibet teſtis, &
oſtenderem quantum quilibet probaret, & cōiun-
gerem dicta ſimul, & oſtenderem, quomodo ſunt
conteſtes, quod non facio, quia videtur carere du-
bitatione. Ex quo concludo, quod cum ſit pro-
bata conſuetudo ſoluendi decimas fœni in Villa
24 Friollæ ſolam iuris deciſionem reſtare, † vnde ad-
uertendum eſt, quòd licet iſta conſuetudo non va-
leret contra Eccleſiam Parochialem, cui de iure
communi decimæ debentur, valet tamen contra
laicum, quoniam laicus decimas percipit ex priui-
legio, vel ex antiquis feudis, vnde feudum amit-
tit, vel priuilegium per non vſum, & ſicut amit-
titur in totum vel percipendo, & ſic non vtendo
priuilego *vt in c. cum acceſſiſſent, de conſtitu. per gloſſ. &
Doct. & per Bart. in l. beneficium de conſti. princip. per. Cyn
& Bart. in l. falſo. de diuerſ. reſcriptis & in l. voluntarie. C.
de excuſa. tu.* Et eodem modo perdent non vtendo
in parte, & in feudo conſtituti ſunt triginta anni,
*vt in cap. ſi quis per triginta annos. ſi de feudo fuerit con-
trouerſia.* Vnde Federicus & Anteceſſores ſui non
vtendo priuilegio ſiue conceſſione feudi de perci-
piendis decimis quò ad prata, intelligitur quò ad il-
25 la perdidiſſe per præmiſſa. † Non obſtat primum
argumentum, quia verum eſt, quod qui eſt in quaſi
poſſeſſione vnius articuli ſubſtātialis, vel vnius par-
tis, intelligitur eſſe in poſſeſſione totius, quando
habet animum quærendi totum, vt dictum eſt in
primo contrario; quia Doct. in eo præallegati ita
intelligunt, ſed quando non vtitur per longum, vel
longiſſimum tempus, non intelligitur habere ani-
mum poſſidendi illud, quo vſus non fuit: imo per
negligentiam intelligitur depoſuiſſe animum poſ-
ſidendi vt *in §. quod autem Inſtit. de vſucap. & in l. futu-
26 rum. §. 1. ff. eod. tit.* † Non obſtat ſecundum, quia ve-
rum eſt quòd decimam non ſolui, eſt impræſcri-
ptibile, quò ad totum & partem, quò ad Eccleſiam
Parochialem, ſed quò ad laicos vel Eccleſiam non
Parochialem, quibus non debentur niſi ex priui-
legio, vel ex præſcriptione, & priuilegio intelligen-
do de Eccleſiis, bene eſt præſcriptibile *vt in c. acce-
27 dentibus & in cap. ſi de terra de priuilegiis.* † Non ob-
ſtat tertium, nam in hoc eſt aduertendum, quia tota
vis huius articuli conſiſtit in intellectu. *c. cum in tua
de deci.* Butrius ibi concludit quod aut quis percipit
decimas de groſſis fructibus naſcentibus in vno
fundo ex præſcriptione, vel ex priuilegio, & tunc
extenditur ad decimas minutas natas in codē fun-
do, ne res eadem diuerſo iure cenſeatur; licet non
appareat eas minutas eſſe perceptas, niſi alius per-
cepiſſet minutas: quia tunc ratione accidentis di-
uerſi, poſſet diuerſo iure cenſeri; aut decimas ſolum
ex priuilegio, vel ex præſcriptione percepit in di-
uerſo fundo, & hæc perceptio non extenditur ad
decimas perceptas in alio fundo; ex quo videtur cō-
cludi, quòd ſi campi reducti ad prata eſſent in fun-
do, in quo debentur decimæ aliorum fructuū quod
non obſtante conſuetudine, ex quo nullus alius per
cepit decimas, Federicus deberet habere decimas
fœni, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur; ſed ſi in
illo fundo non ſunt campi arat. ſed ſolum prata, ex
quo de pratis, vel antiquis campis, vel reductis ad
prata decimas fœni non percepit, quod non poſſit
petere decimam fœni in huiuſmodi pratis. Ex quo
eſt concludendum quod Vendraminus ſit abſol-
uendus, quia, Vendraminus probauit exceptionem
ſuam videlicet decimas non deberi de fœno in Vil-
la Friollæ, ex conſuetudine antiquiſſima; Vnde Fe-
derico incumbebat replicare & replicationem pro-
bare, quod iſti campi reducti ad prata continentur
ſub vno fundo, nec ſunt diuiſi ab aliis campis deci-
matis: Et pro hoc bene faciunt notata per Bart. *in
l. 2. ad fin. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tab. & in l. non ſo-
lum. §. ſed vt probari ff. de oper. nou. nuntiat.* Vlterius di-
co, quod intellectus Butrii non eſt verus: Et dico ſi
eſſet conſuetudo longiſſima, quod quis non perci-
peret decimas fœni de pratis antiquis, vel de cam-
pis nouiter reductis ad prata; quod etiamſi eſſent
& continerentur prata ſub eodem fundo, non de-
28 bentur decimæ fœni, † nam poteſt præſcribi
quod de cæteris fructibus non debeatur decima &

hoc tenet Hoſtienſ. Ioan. Laurent. de Pinu Doct. egregius, qui compilauit egregium opus ſuper Decreto, & Dominus Cardinalis in dicto cap. cum in
29 tua: † Et dictum *c. cum in tua, ſic eſt intelligendum*: in fundo Semproniano quædam Eccleſia non Parochialis percepit decimas ex pręſcriptione vel priuilegio per quadraginta annos de frumento tantum, quia nec aliud ibi fuerat ſeminatum; nouiter ſeminatum eſt milium, dicit Eccleſia Parochialis, ſibi deberi decimam milii, quia de hoc illa Eccleſia non percepit decimam, deciditur contra Eccleſiam Parochialem. Idem poteſt dici, ſi de arboribus nouiter plantatis perueniunt fructus, ſed ſi ſubeſſet conſuetudo, quòd de cætero fructu non redderetur decima, certe illa conſuetudo valeret, ſicut etiam pactum, vt in c. ex multiplici de decimis. Prætetea opinio Anto. de Butr. debet intelligi, vbi non ſubeſt conſuetudo de decimis non ſoluendis de certo fructu; quia tunc iſta conſuetudo valeret, quò ad illos, quibus de iure communi non debentur, ſed ex ſola præſcriptione vel priuilegio, & decimæ de illo fructu deberentur Eccleſię Parochiali, *vt dicto c. cum in tua*: nec hoc negaſſet Butrius, ſi fuiſſet interrogatus: ſolum enim vult, quòd ex quo in eodem fundo Eccleſia percepit decimas, intelligitur eſſe in quaſi poſſeſſione omniũ decimarum,
30 & omnes præſcripſiſſe; † Sed ſi ſubeſſet conſuetudo, quòd decimæ aliorum fructuum non deberentur, non negat Butrius conſuetudinem valere, & certè valet, dummodo non ſit contra Eccleſiam Parochialem, vel aliam, cui de iure eorum debentur decimæ: Et licet non ſit probatum, iſtam conſuetudinem fuiſſe in campis reductis ad prata, de quibus eſt lis; non eſt curandum, quia ſufficit, quòd ſit probata conſuetudo villæ, vnde extenditur ad omnes fructus fœni, cuiuslibet campi poſiti in villa, *vt in cap. fin. de offic. Archid. cum ibi notatis per Innoc. & per Butrium, & in cap. fin. de conſuetud.* Et vt tollam vnum, de quo fundamentum facit aduerſarius Vendramini, eſt aduertendum, quòd licet centum & decem campi ſint reducti ad prata, non tamen ex hoc dicitur defraudata, vel depauperata decima, cùm aduerſarius confeſſus fuerit pertinentias Friollæ continere octingentos campos: Vnde non præſumitur dolus, cùm nõ aſcenderit ad medietatẽ, *l. omnes, §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred.* Et per plures teſtes eſt depoſitum, quòd continentur tria millia in dictis pertinentiis ſuo credere, licet non viderint menſurari, qui teſtes, licet plenè non probent, tamen tollunt ſuſpicionem defraudationis, cuius in-
31 cumbebat probatio aduerſario, videlicet, † ex perſpicuis indiciis defraudationem probare, *vt l. dolum. C. de dolo, & in c. 2. de renunt. in 6.* ſed hoc non fecit; ergò, &c. Imò plus volo dicere, quòd etiamſi ex hoc eſſet defraudata decima, dum tamen non dolo reducentium campos ad prata, quod non pręſumitur in dubio, quòd ex hoc non poſſit conqueri aduerſarius Vendramini, quia hoc ex iure quæſito ex conſuetudine, ſed & potuit ad propriam vtilitatem, nec curatur, quòd ipſe ſentiat damnum, *l. Proculus. ff. de damno infect. & in l. opus, C. de operib. pub. & per Cynum in l. altius. C. de ſeruitut. & aqua.* Imo Vendraminus per plures teſtes legitimè probauit, depauperationem & diminutionem decimæ proceſſiſſe ex familiis dictæ villæ, quæ defecerunt tùm propter peſtem, tùm propter incendium, cùm propter alias cauſas receſſerunt, propter quæ villa inculta remanſit, & diminuta in redditibus, & per conſequens diminutus cenſetur remanſiſſe redditus decimæ. Et ſic indubitanter Vendraminus venit abſoluendus.

Ita, vt ſupra ſcriptum eſt, dico, Iuris eſſe ego Alexander de Neuo, Iuris Vtriuſque Doctor, minimus Iura canonica publicè legens in Paduano ſtudio, & propria manu ſcripſi, & ſubſcripſi: & proprio ſigillo ſigillari feci; ſubmittens me correctioni & emendationi cuiuslibet melius ſentientis: præſertim famoſiſſimi monarchæ, & patris mei Domini Iacobi de Zothis, & vtriuſque Iuris monarchæ, & præceptoris & patris Domini Antonii de Roſellis.

CONSIL. XII.

IN EADEM MATERIA.

SVMMARIA.

1 *Feudatarius an poſſit alteri decimam infeudare abſque licentia Papæ, Epiſcopi, vel Abbatis, & quomodo, & num. 6.*
2 *Feudorum liber eſt approbatus.*
3 *Vaſallus laicus an poſſit feudum laicale alteri infeudare.*
4 *Laici decimas ante Concilium Lateranenſe obtentas, abſque animarum periculo detinent, poſtea verò minimè.*
5 *Ius patronatus eſt temporale ſpirituali annexum, & alteri abſq; Epiſcopi licentia donari poteſt.*
6 *Decimarum infeudatio hodie eſt reſtringenda.*
7 *Vaſallus laicus decimam habens ante Concilium Lateranenſe, an de conſenſu Epiſcopi illam alteri infeudare poſſit.*
8 *Intellectus c. prohibemus, extra de decimis.*
Laici ex feudo antiquo decimas ſine peccato retinent.
9 *Decimæ propter ſpiritualia præſtantur.*
10 *Feudum ad Eccleſiam reuerſum, an alteri infeudari poſſit, & quid agendum ſit, vt poſſit.*
11 *Ius patronatus eſt mixtum & fauorabile.*
Feudum decimale hodie eſt odioſum & prohibitum.
12 *Verbum in perpetuum intelligitur ſecundum ſubiectam materiam.*
13 *Feudum denuò alteri conceſſum pro ſe & hæredibus, an intelligatur etiam de fœminis, quando antiquitus pro maſculis tantum conceſſum erat.*
14 *Alieno iuri derogare velle in dubio, quis non præſumitur.*
15 *Verba inueſtituræ debent intelligi ſecundum naturale, & potentius ſignificatum.*
Feudi naturalis curſus eſt, vt ſit maſculinum.
16 *Feudatarius, qui feudi naturam alterauit, an cadat à iure ſuo.*
17 *Errorem reuocare non prodeſt, poſtquam quis cecidit à iure ſuo.*
18 *De iure tertij an apponi poſſit.*

19 *Decima fœni an ſolui debeat de pratis, qui erant agri aratorij, de quibus decima ſoluebatur, ſi de pratis in loco decima ſolui non ſolet, & num. 24.*
20 *Decima de quibus ſolui debeat.*
21 *Decima an in totum vel in parte præſcribi poſſit.*
22 *Exiſtens in poſſeſſione decimæ aliquorum fructuum, an in omnium poſſeſſione eſſe cenſeatur, & num. 33.*
23 *Decima de pratis reductis ad culturam ſolui debet.*
25 *Ius decimarum conceſſum laicis eſt reſtringendum.*
Decimarum appellatione non veniunt nonalia.
26 *Decimarum priuilegio ſimpliciter conceſſo, non veniunt decimæ, in cuius poſſeſſione alius inuenitur.*
27 *Conſuetudo eſt in Vincentino & Patauino diſtrictu, quòd de pratis decima non ſoluatur, idem de campis reductis ad prata; ſecus in Veronenſi.*
28 *Qui olim poſſedit, & hodie poſſidere præſumitur.*
29 *Declaratio ad textum in c. quia circa, extra de priuilegijs.*
30 *Epiſcopus decimas de nouo in feudum concedere non poteſt.*
Decimam poſſidens à tanto tempore, citra cuius non extat memoria in contrarium, ante Concilium Lateranenſe, & ſic licitè poſſidere, præſumitur.
31 *Conſuetudo, vt de aliquibus rebus decima non ſoluatur, an induci poſſit, & contra quos.*
32 *Fauori ſuo particulari quilibet renuntiare poteſt.*
34 *Locationis contractus à loci conſuetudine interpretationem recipit.*
35 *Dolus & malitia alicui opitulari non debet.*
36 *Priuilegium quod incipit, minus eſſe nocuum illis, contra quos conceſſum eſt, debet reuocari.*
37 *Facilius ſuccurritur tractanti de damno euitando, quàm tractanti de lucro captando.*

IN nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, & eius glorioſiſſimæ matris, & vtriuſque Iacobi, viſo caſu cum conſultationibus elicitis ex caſu & ſcripturis, & viſo eleganti & copioſo conſilio Eximii & Clariſſimi vtriuſque Iuris Doctoris Domini Alexandri de Neuo de Vincentia, procedam breuiter ſequendo
1 eius ordinem. † Et videtur primò, quòd Dominus Antonius de Luſchis potuerit alteri decimam infeudare, abſque licentia Papæ, Epiſcopi, vel Abbatis: eſt gloſſ. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* quæ loquitur de feudo, quod ab Eccleſia retineretur, quòd poſſit alteri infeudari, quæ gloſſ. approbatur per gloſſ. *in cap. 1. in 10. colum. de capitulis Corradi. §. præterea, in verſic. alienationes quod verum eſt, niſi fiat in fraudem, vt in titul. qualiter olim feud. pot. alien. in princ. & in titul. de lege Corradi. cap. ſi inter pares, §. ſimiliter nec vaſallus*, quod eſt verum, dummodo non infeudet perſonis prohibitis: Et hoc tenet Specul. *in titul. de feudis. §. 2. verſic. 38. & ita tenet Corne. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. in 13. quæſt.* Et ita dicit, ſe vidiſſe pronuntiari. Debet tamen ſecundum ipſum, vaſallus infeudans facere apponere in inſtrumento, quod faciat ſine præiudicio Domini: Et ſaluo ſemper iure eius, ita vt appareat, quòd tanquam vaſallus facit, aliter videretur facere vt dominus, quod eſſet in præiudicium domini. Et per talem infeudationem, quam facit vt vaſallus, ipſe tamen
non deſinit eſſe vaſallus, *de foro compet. c. ex tranſmiſſa. & c. verum*, quod tenet gloſſ. *in c. 1. §. præterea, in tit. de capit. Corradi. & Specul. vbi ſupra.* Et idem firmat Car-
2 din. *in c. 2. de feud. in quæſt. 23.* † Vnde cum liber feudorum ſit approbatus, non reprobatus, vt copioſe tractant Canoniſtæ, *in cap. 2. de feud.* & gloſſ. iuris canonici ſe fundent quotidie ſuper legibus feu-
3 dorum. † Dicendum videtur, quòd ſicut vaſallus laicus poteſt infeudare feudum laicale, ita poſſit Eccleſiaſticus. Pro iſta ſententia videtur eſſe text. *in c. prohibemus, de decim.* vbi prohibentur laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes, in alios laicos transferre; ergò ſi cum periculo animarum, non retinent; videntur poſſe in alios tranſ-
4 ferre. † Sed decimas obtentas ante Concilium Lateranenſe, non detinent cum animarum ſuarum periculo, *cap. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu Cap. & not. in c. quamuis, de decim. & in di-*
5 *cto c. prohibemus.* † *ad prædicta facit cap. 1. de iure patronat. vbi laicus ius patronatus, quod eſt ſpirituale. c. quanto de iudic. 16. quæſt. 1. per totum. & in titul. de iure patronat.* poteſt alteri etiam laico ſine Epiſcopi conſen-
6 ſu donare. † Sed iſtis in contrarium non obſtantibus, veritas eſt in contrarium in feudo decimarum: quarum hodie infeudatio eſt reſtringenda per text. & rationem eius *in c. cum Apoſtolica, præallegat. & per text. in c. prohibemus, præallegat. & in c. nullus, de iure patronatus*; Vnde quæſtio noſtra eſt ſatis tuta de iure canonico, nunquid de conſenſu Epiſco-
7 pi vaſallus laicus habens feudum decimarum † ante Concilium Lateranenſe poſſit alteri infeudare, *gl. in d. c. prohibemus*, audacter dicit, quod ſic; nam ſicut ipſi ab Epiſcopis habent; ita de eorum conſenſu aliis poſſunt infeudare, nec dicitur, Epiſcopus tunc illas dare in feudum, ſicut *in c. 2. de feudis.* imo videtur antiquum feudum confirmare. Si verò laici de facto illas poſſiderent, illas nec clerico, nec laico poſſent transferre etiam de conſenſu Epiſcopi. Ergò niſi concedatur Eccleſiæ conſenſus Epiſcopi, non ſufficit. Et Innoc. approbat iſtam ſententiam
8 ibi: † refert tamen quoſdam dicere, quòd *c. prohibemus* non loquitur de decimis, quas laici habent ex feudo antiquo, quia illas non tenent cum peccato *in d. c. cum Apoſtolica*, ſed loquitur de aliis male detentis. ſed prior ſententia eſt verior, quia ſæpe ſequeretur, quòd quando feudum tale eſt, in quo non ſuccedant, niſi filii, facile eſſet vaſallo, non habenti filios, Eccleſiam fraudare infeudando alteri. Et idem de vaſallo, qui intenderet, felloniam facere contra Eccleſiam, de qua in cap. in quibuſdam, de pœnis, vel aliud, propter quod deberet perdere feudum. Et ideo Ioan. And. & Hoſtie. tenent hanc partem in cap. prohibemus: quam partem tenet ibi Cardinalis Florentinus, & Butrius, ex dictis rationibus, concludentes, laicum non poſſe decimas infeudare alteri laico. Non obſtat cap. prohibemus, in verſ. cum periculo detinentes: quia Hoſtien. & Io. And. reſpondentes, ſubaudiunt verbum regulariter. Interdum enim retinent ſine periculo ratione feudi antiqui: Vnde ſecundum Bald. illud dictum eſt, vt facilius indicantur laici ad illas dimittendas. Alii verò conſtruunt illum text. cum ani-

marum periculo, vt reſpiciat verbum transferre,
non verbum detinentes, vel aliter ſecundum Cor.
in dicto c. prohibemus, & in c. cum Apoſtolica in
ver. contrario, vbi etiam laici tenentes ante Con-
cilium Lateranenſe, dicuntur male detinere: quia
9 laici non miniſtrant ſpiritualia laicis † propter quæ
ſpiritualia præſtantur decimæ; *de deci. c. tua nobis*. Et
ideo ab eis malè detinentur, id eſt, ſine exhibitio-
ne iuncti obſequii. Sed tamen ſine peccato, quia li-
cet non exhibeant obſequia tamen clerici exibent,
10 quorum eſt principale dominium. † Non obſtat
c. 2. de feud. vbi conceditur feudum antiquum reuer-
ſum ad Eccleſiam iterum infeudare laico, quia po-
teſt Eccleſia, laicus non; Nam vaſallus non poteſt
alteri laico infeudare per c. prohibemus. Et ideo
ſecundum Card. *in c. 2. de feud. in 10. quaſt.* circa finem,
obſeruatur, quod quando laicus vult in alium tranſ-
ferre, renuntiat feudo, & Epiſcopus illum inueſtit,
cum quo renuntians conuenit, & ſic eſt in effectu
ac ſi ipſe laicus transferret de licentia Epiſcopi. Eſt
tamen in hoc differentia ſecundum Car. quia ſi lai-
cus renuntiat feudo, remanet paucioribus perſo-
nis obligatum, quam ſi alteri infeudat. Non ob-
ſtant motiua ſuperius facta: quia loquuntur in feu-
do Eccleſiaſtico non decimali, in quo non eſt ea-
dem ratio, quia ius decimale eſt merè ſpirituale, il-
11 lud non; † ſicut dicimus de iure patronat. quod eſt
mixtum. *dicto cap. quanto de iudic.* Et ius patronatus
eſt fauorabile & permiſſum ſemper, *vt ff. de iure pa-
tronat.* per totum feudum decimale eſt hodie odio-
ſum & prohibitum. *cap. cum Apoſtolica. & cap. prohi-
12 bemus*: ad quod cap. eſt ſupra reſponſum: † nec ob-
ſtat verbum in perpetuum appoſitum in inueſtitu-
ra Domini Antonii, quia illud intelligitur perpe-
tuum, ſecundum ſubiectam materiam, nam ho-
die tranſit feudum in perpetuum ſcilicet per li-
neam deſcendentium: non autem ad extraneos,
iuxta notat. per Ioannem Ant. *in cap. in præſentia de
probatio.* vbi me remitto de materia, & ita tenen-
do iſtud primum dubium; concludo quod dictus
Dominus Antonius non poteſt dictam decimam
dare in feudum dicto Federico, & ſic ſentio id quod
13 D. Alexander ſupra conſuluit. † Ad ſecundum
dubium ego ſentio, quod feudum Domini Anto-
nii prædicti intelligatur de maſculis tantum: quia
Papa in inueſtitura feudi de gratia conceſſa Domi-
no Antonio non intendit alterare feudi antiqui na-
turam: quia ſub eo onere vel cenſu concedit, qui-
bus habebat Dominus Zampetrus de Prothis, qui
habebat illud tanquam maſculinum, & ſic ſecun-
dum naturam propriam intelligitur conceſſiſſe.
14 † Et in dubio præſumitur: quia minus intelligi-
tur velle derogare iuri alieno; id eſt, monaſterio
cuius erat feudum antiquum: *vt cap. ſuper eo de of-
fic. deleg. 22. quaſt. 2. cap. primum; de offic. ordin. cap. licet;
15 de deci. cap. multiplici; de reſcript. c. ad aures.* † Et quia
verba inueſtituræ debent intelligi ſecundum na-
turale, & potentius ſignificatum: ſed de potenti
& naturali curſu feudorum, eſt vt ſit maſculinum.
*cap. 1. Epiſcopum vel Abbatem in titul. de feud. & in cap.
1. de natur. ſucceſſ. feud.* Aſſumptum probatur *in cap. ſi
quem de ſent. excommun. & in c. requiſiti de teſtam. de
pœniten. & remiſſ. ſignificauit in gloſſ. 1.* quæ probatur
quod verba debent intelligi in naturali & poten-
16 tiori ſignificatu. † Circa tertium verò non eſt in-
ſtandum propter deciſionem primi; quia ſi per
conceſſionem Apoſtolicam non eſt alterata na-
tura feudi de maſculo ad fœminas; ergò qui alte-
rauit de maſculino ad fœmininum dicitur contra-
ueniſſe legi pactorum, & prohibitioni; & ſic vide-
tur alienaſſe, & per conſequens feudum amiſiſſe:
iuxta notat. *in cap. 2. de feud. & in c. quoniam Eccleſia-
rum de conſtit. & in libr. feudorum, in illa conſtitutione
ſi clientulus de feud. alienat. & in cap. Imperialem de pro-
17 hibita feud. alienat.* † nec prodeſt errorem reuo-
care, poſtquam quis cecidit à iure ſuo. *l. 1. §. ſi rem. ff.
depoſiti cum ibi notat. Et in cap. 1.* quid iuris, ſi vaſallus
poſt venditionem feudum recuperauerit. & Bar-
tol. *in l. ſequitur. §. id labeo de vſucapi. de quo me remit-
to in cap. potuit de locato. & in §. 1. verſic. 16. in titul. de
locato. per Specul.* ſed non eſt inſtandum, ex quo non
tenuit inueſtitura facta per d. Antonium; ergo
fruſtra de reuocatione & recuperatione errorum
18 agitur. † Et ſi dicatur, quod non poteſt opponi
de iure tertij, illud non eſt verum, quando ius ter-
tij eſt penitus & notoriè excluſiuum iuris alterius
partis, vt copioſe tangit Dominus Conſulens. *l. 2.
& ibi per Bartol. ff. de exceptionibus rei iudic. & per Cyn.
in l. cum ſeruum. Cod. de ſeruu fugit. faciunt. notata in cap.
19 cum ſuper & cap. fin. de ſentent. & re iudic.* † Venio
ad quartum de decima fœni prat. quæ iam fuerunt
arat. & nunc vocerunt ad prata, an debeat Fede-
rico ſolui decima, cum dictus Federicus confitea-
tur in iudicio de pratis antiquis ſibi decimam non
deberi. Et videtur primo, quod Federicus debe-
ret obtinere duabus rationibus; quia ius deciman-
di in villa de la Friolla eſt vnicum ius, & vna & ea-
dem ars comprehendens præſentes decimas & fu-
turas. *cap. quia circa, de priuilegiis*; ergo non debet di-
uerſo iure cenſeri *cap. ad audientiam de decim. & in c.
20 cum in tua.* † Sed quia habens ius decimandi de-
bet habere de omnibus & de fœno, lacte, & de cæ-
teris integre debent ſolui decimæ *cap. peruenit de de-
21 cim. & cap. nuntios & cap. commiſſum*, † imo nec
toto nec in parte poſſunt præſcribi, iuxta notat *in
cap. cum ſunt homines & cap. ad Apoſtolica de decim co-
pioſe per Hoſtien. in ſumma de decim. in §. vtrum præſcribi
& in §. 7. ſequitur*; Eo maxime quia Federicus pro-
22 bat ſe in poſſeſſione decimarum, † ergo ſi eſt in
poſſeſſione aliquorum cenſetur eſſe in poſſeſſio-
ne omnium, iuxta notat. per Butr. *in repet. cap fin.
de cau. poſſeſſ. & proprie. & Innocen. notat. in cap. in literis
de reſtit. ſpol.* Et ſatis copioſe arguit d. Superior Con-
ſulens. Præterea dictus Federicus debet conſer-
uari in eo ſtatu, in quo erat primo tempore inue-
ſtituræ factæ ſibi, & prædeceſſoribus ſuis, & non in-
telligatur debere decima ex illis pratis quæ ab an-
tiquo erant prata, ſecus de modernis pratis, argu-
mento *cap. quanto de cenſibus*; vbi habetur quod In-
dulgentia conceſſa alicui monaſterio, vt procure-
tur ſingulis annis à certa Eccleſia, ſed numerus fra-
trum illius monaſterij in tantum augmentatur,
quod ipſa Eccleſia debens procuratorem excom-
municare, tale priuilegium debet reuocari; ita in

propo-

propoſito cum magnus numerus terrarum cul-
tarum ſit reductus ad prata, priuilegium decima-
23 le exinanitur ideo, &c. † Facit *c. commiſſum de deci.*
vbi de terris reductis ad culturam, quæ primo e-
rant prata ſolui debet decima, ita de terris primo
cultis & nunc reductis ad prata. Sed iſtis noo ob-
ſtantibus aduertendum eſt, quod ſi contentio eſſet
inter Vendraminum & Eccleſiam parochialem,
plebanalem, vel Cathedralem, quæ fundant inten-
tionem de iure communi ſuper decimis, *c. cum con-
tingat. c. dudum. & c. quoniam de deci.* nulla conſuetudo
adiuuaret Vendraminum, ſed quia hic eſt, quæſtio
inter laicos, poteſt procedere conſuetudo quod de
pratis non ſoluatur decima Federico, quia per hoc
non tollitur quominus Eccleſia cui do iure deben-
tur decimæ, non poſſit petere decimas de pratis.
25 † Vnde cum priuilegium decimarum conceſſum
laicis ſit reſtringendum; Hinc eſt quod appellatio-
ne decimarum in illo non veniunt noualia *in c. tua.
& c. ex parte & ibi notat. de decim.* Et ideo à principio
tale priuilegium & inueſtitura debuit intelligi de
decimis, quæ ex conſuetudine deberentur, ſecus ſi
aliquæ eſſent, quæ ex conſuetudine non deberen-
26 tut, quia illæ non veniunt, † Vnde ſicut in priui-
legio decimarum ſimpliciter conceſſo nou veni-
unt decimæ, in quarum poſſeſſione alius inueni-
tur, *in c. dudum de priuilegiis in cap. 2. de decim. lib. 6.* Er-
go iſto caſu cum Villa de Friolla videatur eſſe in
poſſeſſione decimæ pratorum, ratione dictæ con-
ſuetudinis, talis inueſtitura non extenditur ad illas,
de quibus alius eſt in quaſi poſſeſſione, vnde ſuffi-
cit Vendramino & Villę de Friolla dicere, quoad te
liberas, ædes habeo *l. loci corpus. §. fin. ff. ſi ſerui. vend.*
27 † vnde Vendraminus videtur probaſſe conſuetu-
dinem quod non ſoluatur decima, etiam de cam-
pis reductis ad prata, nam producti ſunt multi te-
ſtes probantes, quod pro maiori parte diœc. Paduа-
næ & diſtrictus Vincentiæ, nõ ſoluantur decimæ de
pratis. Andreas Leonardi deponit de auditu à Pe-
tro de conſuetudine in Villa Friollæ, ideo nihil fa-
cit quia deponit de auditu ab alio *c. præterea de te-
ſtibus.* Andreas de Merzariis deponit de dicta con-
ſuetudine in multis circumuicinis locis. Item Ni-
colaus, Baptiſta, Guido, & multi & infiniti teſtes
deducti ſupra in ſuperiori Conſilio deponunt de
tali conſuetudine; Raynaldus qui deponit, quod
talis conſuetudo fuit inducta ab Epiſcopis. Et qui-
dam Guido deponit de tolerantia Epiſcopi. Et
multi de ipſis deponunt talem conſuetudinem ſer-
uari ferè per totum diſtrictum Vincentiæ, licet a-
liter in Veronenſi. Et Federicus adduxit ſex teſtes,
quorum tres probantur affines, cæteri tres depo-
nunt de paucioribus locis. Et infiniti teſtes Ven-
dramini dicunt fere de toto diſtrictu Vincentiæ v-
niuerſo: vel reducantur ad concordiam, vt de di-
uerſis locis deponant. *cap. cum tu. de teſtib. l. 2. §. ap-
pellata. ff. ſi cert. petat.* vel ſtetur multo maiori nume-
ro teſtium pro Vendramino, *cap. in noſtra cum ibi no-
tatis de teſtibus.* Sed quicquid ſit de aliis locis, vide-
tur probatum per octo teſtes quod in Villa de Fri-
olla & circumuicinis, ſit talis cõſuetudo, quod non
ſoluatur decima de talibus terris reductis ad pra-
ta. Et aliqui de quadraginta & aliqui de triginta an-
nis deponunt. Franciſcus Nigri, quod à decem an-
nis vltra in Villa de la Friolla erat talis conſuetu-
do & dicit habere memoriam de annis triginta; Et
Ioannes Pezoni recte deponens reddens cauſam
dicti; & licet oon dicant à decem vel duodecim
28 annis circa, tamen præſumitur pro villa, † quia,
qui olim poſſedit, hodie præſumitur poſſidere. *cap.
cum ad ſedem de reſtit. ſpoli. in gloſſ. Et per Doctor. in l. fine
poſſidetis Cod. de probat.* Et finaliter omnes dicti octo
vel nouem teſtes deponunt de iſta conſuetudine,
& licet aliqui de Villa Friollæ etiam poſſint habe-
re commodum, tamen multi ſunt, qui non ſunt de
dicta Villa & multi fortè ſunt, qui non habent ter-
ras nec prata, & ſic non ſperant habere commo-
dum. Et ſic cum ſit probata talis conſuetudo non
debendi decimas de terris reductis ad prata; ſequi-
29 tur quod Vendraminus ſit abſoluendus. † Non ob-
ſtant motiua ſupra facta de *c. quia circa, de priuilegiis,*
quia loquitur in donatione religioſis facta per Epi-
ſcopum, quæ eſt extendenda. *c. ex parte de deci.* hic lo-
quitur in conceſſione decimarum facta laico quæ
eſt reſtringenda *d. c. tua & c. odia reſtringi fauores con-
uenit ampliare, de regul. iur.* Et ſic c. cum in tua, non
habet hic locum: ibi enim loquitur de Epiſcopo
fundante intentionem de iure communi ideo am-
pliatur, hic vero de laico, cui non intelligitur facta
conceſſio de his, de quibus erat Villa in poſſeſſione
iuris ſoluendi. *dict. cap. dudum & c. 2. de decim. lib. 6.* &
ſi dicatur quod laicus non poteſt per illam poſſeſ-
ſionem inducere conſuetudinem, cauſam quæ de
præſcript. dico, quod ſufficit, quod talis poſſeſſio ſit
fomentata, ex conceſſione Epiſcopi vel tolerantia;
& talis cõſuetudo approbata ex eius ſcientia & to-
30 lerantia. † Et ſi dicatur quod Epiſcopus non poſ-
ſit approbare, quia de nouo nõ poſſit decimas pra-
torum in feudum concedere ipſi Villæ, *& c. prohibe-
mus de decim. & c. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à prala-
tis:* quia poteſt dici quod cum non appareat de prin-
cipio inductionis huius conſuetudinis à tanto tem-
pore citra, præſumitur Villa ante Concilium Late-
ranenſe poſſidere, quo tempore licitum erat ex to-
lerantia Epiſcoporum decimas poſſidere, vt not. Io.
Andr. *in d. c. cum Apoſtolica in illa q.* cui præſumitur in
dubio decimas poſſidere ante Concilium Latera-
nenſe, imo propter talem præſumptum titulum, &
Epiſcoporum tolerantiam, ſi Villa ſpoliaretur tali-
bus decimis poſſet agere poſſeſſorio: iuxta notat.
31 *in cap. literis de reſtit. ſpoliat. & in c. ex parte eod. tit.* † Et
cum dicitur quod conſuetudo non poteſt creari,
quominus decima de fœno & omnibus ſoluatur,
verum eſt, quando introduceretur contra Eccle-
ſiam; quia quoad ipſam non poteſt habere laicus
niſi nudam detentionem. *cap. cauſam de præſcript.
& in dicto cap. ex parte & in cap. in literis;* Sed contra
laicum, laicus inducere poteſt hanc conſuetudi-
nem de certis pratis non ſoluentis, & ſic priuilegio
inueſtituræ laicorum in hoc videtur renunciatum.
cap. ex tenoribus & cap. ſi de terra de priuilegiis; Vnde ſi
non ſaltem ratione præſcriptionis, videntur ſaltem
cuiuſdam ratione tacitæ renunciat. continuatæ tan-
to tempore priuati tali facultate petendi decimas
de pra-

de pratis antiquis, & de terris reductis ad prata.
32 † Et quilibet poteſt renuntiare fauori ſuo particu-
lari. *cap. ad noſtram de regul. 7. quæſt. 1. c. quod periculoſum.*
c. cum inter P. de renunt. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pa-
33 *ctis. notat. in cap. ſi diligenti de foro compet.* † Ad illud
quod dicitur quod Federicus probat ſe eſſe in poſ-
ſeſſione decimarum, ergo omnium pratorum; hoc
non ſequitur: quia cum talis inueſtitura non ſit am-
plianda, ſed reſtringenda, non ſequitur eſſe in poſ-
ſeſſione fructuum naſcentium, ergo & pratorum
factorum, ex terris, quæ conſueuerunt coli; cum
probatum ſit, quod ex illis non conſueuerit decima
ſolui. Ad gloſſ. & Innoc. *in c. in literis reſpondetur ſecun-*
dum But. in c. finali de cauſ. poſſeſſ. & propriet. quod ſi a-
gitur de transferenda quaſi poſſeſſione iam forma-
ta iuris decimalis; vt quia Rector Eccleſiæ Paro-
chialis ſit exiſtẽs in quaſi poſſeſſione, iuris decima-
lis animo acquirendi quaſi poſſeſſionem decima-
rum, in alium fundum apprehendit poſſeſſionem,
& tunc ex acquiſito iure decimarum in vno fundo,
acquiritur in alio fundo. Et in hoc procedit vna o-
pinio Innoc. *in c. in literis*; aut agitur de creanda no-
uiter poſſeſſione; & tunc licet acquiſiuerit aliquam
partem decimæ à quaſi poſſeſſione iuris decimalis
in aliqua parte fundi, & credit acquirere quaſi poſ-
ſeſſionem iuris decimandi aliorum fundorum; Et
tunc licet acquiſiuerit poſſeſſionem aliquorum
fundorum non dicitur acquiſiuiſſe in aliis fundis,
ita intelligitur in alia parte gloſſ. in verſic. & forte in
cap. in literis cum dixit, quod traditione ſolius fun-
di, non creatur quaſi poſſeſſio iuris decimalis, ſic
declarat Butrius gloſſ. Innocent. *in ſua repetit. in 12.*
colum in cap. fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in verſic. eſt bis
ſecundo deciditur quæſtio. In propoſito cum iſte Fede-
ricus agat de creanda nouiter poſſeſſione, iuris de-
cimalis, quod patet, quia in eum tamquam incapa-
cem non poteſt dici creata, ſed creanda ratione in-
ueſtituræ priuilegii. cum non dicatur perſona; quæ
ex iure communi fundet intentionem ſuper crea-
ta, ſed creanda; ideo non ſequitur adeptus eſt poſ-
ſeſſionem aliorum fructuum decimarum, ergo &
pratorum. Ad aliud quod dicitur quod Federicus
debet ſeruari in eo ſtatu, in quo erat tempore inue-
ſtituræ, &c. dico quod ſeruatur in eo ſtatu, in quo
erat tempore inueſtituræ, quia inueſtitus eſt de il-
lis terris, ex quibus debebat decima percipi videli-
34 cet de culturis; † Vnde ſicut contractus locatio-
nis recipit interpretationem à loci conſuetudine.
l. ex conducto, Cod. locati. & notat. in c. ſi propter ſterilita-
tem de locat. Ita inueſtitura recipit à principio inter-
pretationem à conſuetudine loci, quæ erat vt de
culturis non de pratis, quæ tunc erant, vel in futu-
rum fient, decima non perciperetur. Ad illud quod
dicitur, quod inueſtitura exinanitur propter multa
35 prata, quæ ſunt facta de culturis, † dico quod ſi do-
lo & malitia actũ eſſet, dolus non deberet opitula-
ri. *cap. ſedes. & cap. ex tenore, de reſcript. l. in fundo. ff. de rei*
vendicat. cap. finem de dolo & contum. c. ex parte de priui-
leg. l. 1. C. quibus & quando quarta pars, &c. vnde ſi ca-
ſu vel ex vſu, & commodo familiari hoc factum
ſit, vt videtur probari in proceſſu, non eſt imputan-
dum cæteris 33. quæſt. 5. *de occidend. ar. notat. in cap. o-*
lim. clemen. 1. de reſtitut. ſpoliat. Et in cap. ſignificaſti & in
36 *cap. vltim. de homicid.* † Vnde cap. quarto de cen-
ſibus non obſtat; quia ibi dicitur, quod priuilegium
debet reuocari quando incipit multum eſſe noci-
uum illis, contra quos conceſſum eſt; hic vero lo-
quimur in caſu oppoſito, quando priuilegium in-
cipit eſſe minus vtile non nociuum. Ibi de damno
37 euitando, hic de lucro ceſſando. † Et facilius ſuc-
curritur in damno euitando quam in lucro captan-
do. 50. q. 4. c. peccato in gloſſ. in verſ. ignorantia. Et
per Bart. *in l. bonorum. ff. de bon. poſſ. & Bald. c. qui admit.*
ab bon. poſſeſſ. Non obſtat, *c. commiſſum de decim.* quia
loquitur de eo, cui de iure communi debentur de-
cimę, non ex priuilegio, ſicut in caſu iſto. Et per hoc
concludo, Vendraminum abſoluendum à petitio-
ne Federici circa decimas pratorum, de quibus
vertitur quæſtio.

Et ita dico & conſulo iuris eſſe, Ego Iacobus de Zothis de Ferraria Iuris vtriuſque Doctor Paduæ legens ordinarie Iura Canonica, & ad fidem prædictorum propria manu ſubſcripſi, & conſueto ſigillo ſigillaui, &c.

CONSIL. XIII.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus an poſſit infeudare abſq; licentia Domini.*

2 *Vaſallus regulariter poteſt de re, in qua ſuit inueſtitus, alium vaſallum facere, & quomodo procedat. nu. 4. & 9.*

3 *Omnis regula patitur exceptionem.*

5 *Vaſallus an alteri infeudare poſſit alia lege quam ipſe habuerit, & valeat infeudatio, & nu. 8.*

6 *Verbum ſucceſſoribus in materia feudi intelligitur de filiis maſculis, idem de verbo hæredibus nu. 14.*

7 *Fœminæ in inueſtitura non nominatæ, in feudo non ſuccedunt.*

10 *Verba pro ſe & ſucceſſoribus in perpetuum an in feudis intelligantur de maſculis & fœminis, & de extraneis, an vero de maſculis & deſcendentibus tantum & nu. 14.*

11 *Feudi inueſtitura in perpetuum fieri non ſolent.*

12 *Verba debent aliquid operari, ne fruſtra appoſita eſſe videantur, & nu. 21.*

13 *Inueſtitura tenor feudorum natura derogare poteſt, & ipſe ſemper eſt inſpiciendus & nu. 22.*

15 *De feudi natura regulariter fœmina vel extraneus in feudo non ſuccedit niſi ſpecialiter actum ſit; & quæ ſit ratio.*

16 *Verbum in perpetuum quomodo in feudis intelligatur & an de hæredibus extraneis. nu 19.*

17 *Verba in dubio ſecundum contractus naturam intelliguntur.*

18 *Stante ſtatuto, quod vxores bannitorum perpetuo ſint bannitæ, locum non habet finito banno mariti per eius mortem vel alio modo.*

20 *Feudum ſimpliciter conceſſum, in perpetuum datum intelligitur & quomodo.*

23 *Vaſallus de feudo pro ſe & filiis maſculis inueſtitus, alteri infeudando pro ſe & filiis maſculis & fœminis, an feudi naturam alteraſſe dicatur.*

24 *Prælatus de nouo alteri infeudare non poteſt, ſed ſolum antiqua feuda aliis concedere.*

25 *Poteſtas conceſſa prælato vel vaſallo infeudandi, cum ſuis qualitatibus data cenſetur.*

26 *Tutor cui permittitur rem pupilli obligare, vt creditori cui prius erat obligata ſoluatur: id cum eiſdem qualitatibus non grauioribus facere poteſt.*

27 *Vaſallus qui feudi naturā alterauit, an cedat à iure ſuo.*

28 *Vaſallus de feudo pro ſe & hæredibus maſculis inueſtitus: ſi alium pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis inueſtiuit, an valeat ſecunda inueſtitura ſaltem quo ad maſculos tantum, an in totum vitietur.*

29 *Opinio vltima in dubio tenenda eſt.*

30 *Decima fœni an debeatur ex pratis, qui prius erant agri aratorij ſtante conſuetudine, quòd de agris aratoriis decima debeatur, non autem de pratis antiquis.*

31 *Conſuetudo vel præſcriptio quadraginta annorum in præiudicium Eccleſiæ in decimis non valet & quid in aliis, nu.36.*

32 *Cautela, vt filius in legitima grauari poſſit.*

33 *Contractus regulariter claudicare non debent. Eccleſia eſt iuſtitiæ cultrix.*

34 *Emens fructus alicuius poſſeſſionis ad vitam pro minori precio licet vltra duplum lucretur, quia multo tempore ſuperuixit, tamen ob dubium euentum vſuram committere non dicitur.*

35 *Ratione dubij euentus redditur licitum, quod aliàs illicitum eſſet.*

37 *Conſuetudo in decimis valet & attenditur.*

1 IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia: † Circa primum dobium: an dictus Dominus Antonius de Luſchis feudatarius Eccleſiæ potuerit dictam decimam dare in feudum dicto Federico ſine licentia Papæ aut Abbatis Monaſterii Sancti Floriani, qui prius d. Domino Antunio dictam decimam infeudauerat. Et videtur prima facie dicendum, quod
2 ſic † quia regulariter vaſallus poteſt de re qua fuit
a inueſtitus alium vaſallum facere, *a* id eſt, alii eandem rem in feudum dare. vt probatur *in cap. 1. §. ſimiliter in tit. de lege Corradi. & in c. 1. circa princ. in titu. qualiter olim. feud. pot. alienar. & in ca. beneficium. ſi de feudo fuerit cont. & ibi gloſſ. & eſt gloſſ. ordinaria quæ hoc plenè diſputat, & ita decidit in cap. 1. §. præterea in titu. de capitulis Corradi. & ita tenent Docto. ibi communiter*
* * *& idem tenet gloſſ. & communiter Docto. in cap. quæ in F leſiatum, extra de conſtit. & Spec. in tit. de feudis. §.*
3 *quoniam verſic. 38.* quia, † ſed tamen in contrarium credo quòd ſit veritas in caſu noſtro: quia omnis regula patitur exceptionem: *vt l. omnis diffi-*
4 *nitio. ff. de reg. iur. & not. in rubrica eod. tit.* † Nam dicta regula non habet locum in feudo ſpirituali ſi-
b cut eſt decima, *b* & ſic feudum decimale: ſicut eſt in caſu noſtro: dico ſine conſenſu Epiſcopi vel Abbatis, vbi eſt Eccleſia collegiata vel ſummi Pontificis. Et hoc videtur expreſſe tenere gloſſ. quæ decidit iſtam quæſt. in terminis ſaltem à contrario ſenſu *in c. prohibemus, extra de decimis facit, quod not. gl. 12. quæſt. 2. Abbatibus. & quod not. Spec. in titul. de pignoribus. §. 1. verſic. pen. quid de decima, & ita tenet in terminis ſolemnis Doctor. D. Iac. de Alua. in dicto cap. 1. §. præterea in verſic. quæro ab extra an concluſio, &c. in titu. de capitulis Corradi. & idem tenet in cap. 1. in titu.*
5 *de his qui feud. da. po.* † Item dicta regula procedit quando vaſallus alii in feudum daret eadem lege
c *c* id eſt, condictione qua ipſe fuerat inueſtitus, vt eſt caſus in dicto *cap. 1. §. fin. profecto ibi alia lege, &c. in titu. de lege Corradi.* Sed dictus Dominus Antonius non dedit eadem lege, qua ipſe erat inueſtitus à Sanctiſſimo D. Papa pro ſe & ſucceſſoribus
6 ſuis in perpetuum, † quæ verba ſucceſſoribus intelliguntur in materia feudali, id eſt, filiis maſculis tantum: vt eſt caſus *in cap. 1. § & ſi clientulus ibi ſine hærede maſculo, in tit. de alien. feud. & probatur optimè in dicto cap. 1. §. fin. profecto ibi ſibi ſuiſque hæredibus: quod intelligi debet de ſolis maſculis, in fin. de lege Corradi.* & dicam infra in ſequenti dubio plenius, & ipſe inueſtiuit dictum Federicum pro ſe ſuiſq; hæredibus filiis de cætero deſcendentibus ex eo maſculis, & ipſis deficientibus fœminis, iuxta titulum de eo qui ſibi & hæredibus, & ſic fœminæ vocantur in
7 dicta inueſtitura deficientibus maſculis, † quod non erat in prima inueſtitura facta in perſona D. Antonii quia fœminæ nullo modo erant nominatæ, vnde non vocantur *vt in cap. 1. §. hoc autem notandum, in titu. de his qui feudum dar. poſſunt, & in c. 1. §. filia vero in tit. de ſucceſ. feud. & not. in cap. 1. §. quari etiam in*
8 *titu. Epiſcopum vel Abbatem cum ſimilib.* † Ergo cum d. Antonius non dederit in feudum rem ſibi infeudatam eadem condictione, non valuit per dictum *§. profecto cum ſimilib. & ita tenent Doct. in locis præallegatis. & ita tenet expreſſe. D. Iac. Artizoni de Broilo de Verona in ſua eleganti ſumma feudorum in 6. charta in verſic.* Item quod dictum eſt, quod vaſallus poteſt feudum, &c. vbi allegat multa iura ad hoc & vbi etiam ſubdit, quod ſi fiat contra primam legem feudum ad priorem dominum rediret *argum. ff. de part. l. di-*
9 *uus in prin. & C. defunct. rei priua. lib. 10. l. nemo.* † Item prædicta regula procedit quando primus vaſallus
d dedit in feudum alteri vaſallo æque ſimili: *d* vt ſi primus vaſallus eſt miles: ſecundus ſit etiam miles, vt eſt caſus *in d. c. 1. §. ſimiliter*, ita vt ſi dans miles eſt: & ille qui accipit miles inueniatur, &c. in titu. de lege Corradi, & ſubditur ibi ratio, quia ſi contingat quòd domino debeat ſeruire, quod poteſt poſterior ita ſeruire ſicut primus, &c. Sed nulli dubium eſt quod ſecundus vaſallus inueſtitus à D. Antonio, nō eſt eidem Antonio ſimilis, quia dictus Antonius erat vir doctiſſimus & maximæ auctoritatis, præſertim in curia Romana & apud ſummum Pontificem, & ſic in multis poterat ſeruire Eccleſiæ quod non erat, neque eſt in perſona dicti Federici ſecundo inueſtiti à dicto Antonio. Ergò dicta inueſtitura penitus non valuit, quia non potuiſſet ita benè ſeruire per d. Federicum & alios, ſicut per dictum Antonium; ergò, &c. *vt d. § ſimiliter.* Ex iſtis concluditur quod licet regulariter poſſit vaſallus alium de ſuo feudo inueſtire ſine licentia Domini, tamen in caſu noſtro non potuit: tum quia feudum hoc eſt decimale, tum etiam, quia nō infeudauit dictus Antonius eadem lege qua erat inueſtitus, nec etiam infeudauit perſonæ æquali, ſicut ipſe erat;

Vnde

Vnde concloditur qood dicta infeudatio non va-
10 lnit vt etiam tangetur inſra in tertio dubio. † Cir-
ca ſecundum: An feudum Domini Antonij prædi-
cti, dum dicitur pro ſe & ſuceeſſoribus ſuis in per-
petuum, intelligatur de maſculis & fœminis & et-
iam de ſucceſſoribus extraneis. Et videtur prima fa-
cie, quod intelligatur de omnibus hæredibus tam
maſculis quam fœminis, & tam filiis quam extra-
neis hæredibus, propter illud vetbum in perpe-
tuum: quia ſi voluit Papa quod d. Antonius & eius
ſueceſſotes in perpetuum teneant illud feudum,
ergo videtur etiam de extraneis hæredibus cogitaſ-
ſe ar. gl. notabilis in *l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb.* quæ vult
quod ſi concedo feudum tibi & hæredibus tuis, vi-
detur de filiis cogitaſſe, aliàs duraret in infinitum,
vnde illa gloſſ. vult, quod tunc duraret in infinitum
quando extenderetur etiam ad extraneos hæredes,
non autem quãdo ad filios tantum; Ergo ſi dicatur
in perpetuum, in inueſtitura debet intelligi de ex-
traneis, quia aliter oon poſſet eſſe in perpetuum vt
11 ibi: † Præterea regularitet talis inoeſtitura non
ſolet fieri, vt fieri dicat in perpetuum: vt aliquando
poſſit feudum ad dominum reuerti arg. *cap. 1. §. 1. in-
de poteſt in tit. de alienat. feud.* Vnde ſi in hac inueſtitu-
ra fuit appoſitum illud verbum in perpetuum, cre-
dendum eſt, quod non fuiſſet appoſitum ſine cao-
12 ſa, † imo debet aliquid operari *argu. l. ſi quando, ff.
de leg. 1. & l. 3. §. 1. ibi nec fruſtra addicitur. ff. de iureiurand.
cum ſimil.* Ad hoc ergo, vt aliquid opetetur, dicamus
quod intelligatur etiam de hæredibus extraneis.
13 † Nec videtur boc eſſe inconueniens quia tenor
inueſtituræ poteſt detogare naturæ feudorum, *vt
eſt text. in cap. 1. in fin. ibi propter tenorem inueſtitura in
titul. de duobus fratribus à cap. inueſtitur. & ibi notat. per
Doct. facit cap. porrò extra de priuilegiis & quod non gloſſ.
fin. in cap. & Apoſtolica de priuleg. lib. 6.* & quod tenor
inueſtituræ ſemper ſit inſpiciendus, & quod dero-
get naturæ feudorum, notat. Bald. *in præludiis feudo-
rum in 18. colum. in 4. diuiſione verſic. porrò. & idem Bald.
in l. 1. per illum text. Cod. de latin. liber. tol. & idem notat.
Ioan. Andr. in add. Specul. in titul. de feudis in rubr. ad fin.*
14 *facit l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti cum ſi.* † His tamen
non obſtantibus contrarium credo verius videli-
e cet quod intelligatur ſolum de filiis maſculis, *e*
quia verbum hæredes vel ſucceſſores appoſitum in
materia feudali in dubio intelligatur de filio ma-
ſculo tantum: vt eſt caſus, *in dicto cap. 1. §. & ſi clien-
tulus in titul. de alienat. feud. & in cap. 1. §. fin. in titul. de
lege Corradi: & notat. gloſſ. & Doct. in dicta l. ex facto §.
15 fin. ff. ad Trebellianum*; & eſt ratio; † quia de natu-
ra feudi regulariter non ſuccedit fœmina nec hæ-
res extraneus, vt probatur *in c. 1. §. filia verò in titul.
de ſucceſſ. feudi. & in cap. 1. § hoc autem notandum in titul.
de his qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. in titul. de eo qui ſibi &
hæredibus ſuis, &c.* Et ratio eſt de fœmina, quia non
æque ſeruire poteſt ſicut maſculus, vt notat. in di-
ctis iuribus & maxime in dicto §. hoc autem no-
tandum in gloſſ. & per Doct. & de hærede extraneo
eſt ratio, vt aliquando feudum redire poſſit ad do-
minum, qoia ſi venirent hæredes extranei, raro vel
nunquam feudum redire poſſet ad dominum, & ſic
ad Eccleſiam: quia nemo ſine hærede decedit, quia
ſaltem fiſcus eſt vltimo loco hæres *vt l. 1. C. vnde vir
& vxor*: & iſtam rationem ſentit text. & gloſſ. ibi
tangit in dicta *l. ex facto §. fin. ff. ad Trebellianum, & fa-
cit ad hoc optime text. in cap. 1. §. inde poteſt in tit. de alie-
nat. feud.* Vnde in dubio, vt dixi, dicta verba pro ſe
& hæredibus vel ſucceſſoribus, intelligi debent,
16 id eſt, filiis maſculis. † Nec obſtat illud verbum in
perpetuum appoſitum in inueſtitura, quia intelli-
gitur, id eſt, donec durant & viuunt filij vaſalli, ſci-
licet d. Antonij vt probatur *in l. 1. & ibi notat ff. pro ſo-
17 cio*; † nam verba in dobio intelliguntur ſecundum
naturam contractus. *l. ſi ſtipulatus in prin. ff. de vſuris
& in l. ſi vno in princ. ff. locati. Facit ad hæc gloſſ. fin. 1. quæſt.
1. c. reperiuntur & gloſſ. 10. q. 2. perpetua in princ. & textus
Inſtit. locat. §. adeo ibi perpetuo coniuncto ibi quamdiu
18 penſio, &c.* † Et pro hoc optime facit quod notat.
Albe. de Roſato *in l. Titia. §. vſuras. ff. de legat. 2.* qui
dicit, quod ſi ſtatuto cauetur, quod vxores bannito-
rum perpetoo ſint bannitæ, quod banno finito per
mortem mariti vel alio modo non intelligatur v-
xot bannita: quia intelligitur quamdio vxor re-
manſerit, & hoc per illum tex. & allegat etiam alia
19 iura ad hoc. † Et quod verbum in perpetuum *f*
f appoſitum in inueſtitura feudi non intelligatur de
hæredibos extraneis, eſt caſus apertus, *in cap. 1. §. 1.
beneficium*, ibi, in perpetuum pertineat in titul. in
quibos cauſis feudum amittatur, & pro hoc text.
in c. 1. §. hoc quoque ſciendum in fin. ibi in infinitum ex-
20 tenditur; † Et pro hoc etiam addoco quod not.
Iac. de Alua. ſecundum Iac. de Bel. *in cap. 1. §. 1. in pri-
ma opinione ad fin.* vbi dicit quod quando feudom
ſimpliciter datur, intelligitur in perpetuum: *argu.
l. falſo. C. de diuerſis reſcriptis*: & tamen conſtat, quod
illud verbum perpetuo intelligitur, donec durant
21 & viuunt filij maſculi per prædicta. † Nec obſtat
quod illud verbum perpetuum appoſitum in in-
ueſtitura debeat aliquid operari, quia etiamſi non
fuiſſet appoſitum ita intelligeretur, ſcilicet de filiis
tantum; quia reſpondetur, qood operatur declara-
tionem eius quod tacite à iure ſubintelligitur, vt
probatur in dictis iuribus. Abſurdum enim eſſet
quod Papa voluerit derogare tantæ naturæ feudo-
rum cum præiudicio Eccleſiæ propter illud vni-
cum verbum in perpetuum iuxta *l. ſi quando in princ.
cum ibi notat. Cod. de inoffic. teſtam.* maxime cum illud
verbum in perpetuum poſſit ſaluari ſecundum na-
turam feudorum, id eſt, donec viuent filij vaſalli
22 vt ſupra dixi. † Vnde non obſtat, quod dixi, quod
tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudorum,
quia illud verum quando expreſſe hoc appareret
ex verbis, & aliter intelligi non poſſet. Sed ſi aliter,
id eſt, ſecundum naturam contractus feudalis poſ-
ſit intelligi ſemper ille intellectus eſt capiendus per
prædicta. Concludo ergo, quod dicta verba inue-
ſtituræ d. Antonij pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in
perpetuum intelliguntur: id eſt, pro ſe & filius ſuis
maſculis in perpetuom. Circa tertium dubium
principale procedam hoc ordine, quia diuidam i-
pſum in duas quæſtiones principales. Prima eſt, an
d. Aotonius infeudando dicto Federico pro ſe &
deſcendentibus maſculis & maſculis deficientibus,
quod fœminæ ſuccedant: dicatur alteraſſe naturam
ſeudi

feudi vltra quam ipſe ſit inueſtitus, & ſic an hoc fa-
cere potuerit ... ſine conſenſu Domini ſcili-
cet Abbatis vel alterius ſuperioris. Secunda quæ-
ſtio. Poſito quod potuerit an per dictam inueſti-
turam ceciderit à iure ſuo, & ſic ſit priuatus feudo,
23 † Ad primam breuiter dico quod d. Antonius di-
citur alteraſſe naturam ſui feudi: quod facere non
potuit in præiudi. Eccleſiæ vel Abbatis Domini
ſui: vt eſt caſus apertus, *in cap. 1. §. fin. profecto in titul.*
de lege Corradi & ibi hoc aperte deciditur; & Bald. in di-
cto cap. 1. §. ſimiliter eod. titul. hoc etiam tenet expreſſe &
idem tenet Bald. in cap. 1. §. 1. in 4. colum. in fin. in titul. de
his qui feud. dar. poſſeſſ. & idem notat. Bartol. in auth. qui
rem in penult. quæſt. & ibi Doct. C. de ſacroſanct. Eccleſ. &
Bald. in auth. ſi quas ruinas in 1. colum. ad fin. verſic. iuxta
hoc quæro eod. titul. & in l. ſi pupillorum. §. fin. ff. de rebus
eorum: & Cardin. Flor. & Ioan. de Imola in cap. ex par-
te extra de feudis. Et eſt ratio, quia vt dixi in præce-
denti dubio fœmina regulariter non ſuccedit in
feudo niſi ſpecialiter actum ſit. Vnde cum d. An-
tonius non ſit inueſtitus niſi pro filiis maſculis, vt
dixi præcedenti dubio, etiam prælatus Eccleſiæ ſan-
cti Floriani dominus dicti feudi non potuiſſet, ne-
que poſſet dictam talem inueſtituram vocando fœ-
minas, facere: ergo multo minus d. Antonius vaſal-
24 lus ſuus: † nam cum regulariter prohibitum ſit
prælato de nouo infeudare & ſolum antiqua feuda
aliis concedere vt *in c. 2. extra de feudis*: ſequitur quod
in caſu noſtro non potuerit: nam propter illam ad-
iectionem & maſculis deficientibus fœminæ ad-
mittantur, in hoc illud feudum eſt nouum quia a-
liud nunc eſt illud feudum & aliud eſt feudum pri-
mum de quo Dominus Antonius fuit inueſtitus:
cum adiectio prædicta de fœminis faciat rem aliam
prorſus iudicari; facit, *l. ius ciuile in prin. ff. de iuſtitia &*
iure & l. 1. §. ſi quis ſimpliciter & §. cum adiicit cum ... no-
25 *tatis ff. de verb. ob.* † Item pro hoc facit quia poteſtas
data prælato, & ſic conſequenter vaſallo de infeu-
26 dando intelligenda eſt cum ſuis qualitatibus. † Sic-
ut in ſimili cum tutori permittitur obligare rem
pupilli, vt ſoluatur creditori, cui prius erat obligata:
intelligitur cum eiſdem qualitatibus, non autem in
grauioribus vſuris vel pactionibus, ... obatur *in l.*
ſi pupillorum. §. fin. ff. de rebus eorum & ibi Bald. hoc deter-
minat per illum text. Et iſtud teneo pro indubitato vi-
delicet quod dictus d. Abbas talem inueſtituram
facere non potuiſſet alterando in fœminas: Et ſic
multo minus potuit facere d. Antonius eius vaſal-
27 lus per prædicta, † Ad ſecundam quæſtionem vi-
delicet poſito, quod Dominus Antonius non po-
tuerit facere dictam inueſtituram feudi dicto Fede-
rico pro ſe & hæredibus maſculis, & his deficien-
bus, fœminis: an per dictam inueſtituram ſit priua-
tus feudo, & ſic feudum redierit ad Eccleſiam.
28 † Dico quod pro huius intelligentia eſt videndum:
an dicta inueſtitura facta in perſonam Federici vi-
g tietur *g* in totum, an vero valeat in ipſo maſculo:
ſed quod demum deficientibus maſculis feudum
redeat ad Eccleſiam & non ante. Et breuiter dico
quod licet non potuerit fieri dicta inueſtitura cum
dicta adiectione fœminarum, tamen valuit & va-
let quo ad maſculus, & ſic quoad Federicum & du-
nec reperiuntur filij maſculi; ſed eis deficientibus
licet extarent filiæ fœminæ, tunc bene feudum a-
periretur domino: vt eſt caſus de hoc apertus in ſæ-
pe allegato *c. 1. §. fin. in titul. de lege Corradi* ſecundum
vltimam opinionem poſitam ibi in tex. quæ opinio
eſt tenenda vt infra dicam, & ita tenet Bald. *in cap. 1.*
in princ. in 4. colum. in fin. verſic. ſed pone quod conſuetu-
do eſt in titul. de his qui feud. dar. poſſunt & in authent. ſi
quas ruinas in 1. colum. in fin. verſicul. iuxta hoc quæro in
princ. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. & in dicta l. ſi pupillorum
in §. fin. ff. de rebus eorum licet. Bartol. in dicta authen. qui
rem in penult. colum. C. de Sacroſanct. Eccleſ. videatur vel-
le quod in totum vicietur inueſtitura quod non eſt
verum: quia eſt contra dictum *cap. 1. §. fin. in titul. de*
lege Corradi. Nec obſtat. §. *emphyteuſim in fin. in auth.*
de non alienandis & quod ibi notat. Angel. qui per il-
lum text. vult quod in totum vicietur inueſtitura:
nam licet ibi dicatur quod ſi fiat aliter non valeat
penitus intelligendum eſt ſcilicet in perſonis pro-
hibitis, ſed in permiſſis ſic. Vel ibi loquitur in em-
phyteuſi, nos vero loquimur in feudo in quo habe-
mus deciſionem claram, *in dicto cap. 1. §. fin. de lege Cor-*
29 *radi.* † retinendo tertiam & vltimam opinionem
quæ ponitur ibi in text. quæ in dubio eſt tenenda
argum gloſſ. in l qui filiam. §. Sabinus. ff. ad Trebell. & quod
notat. Bald. in authen. ex teſtamento in princ. 2. colum. C.
de collat. & in l. ſi mater. Cod. ne ex delictis defunctorum.
Vnde ex prædictis ſi inueſtitura valuit in maſculis,
id eſt, in perſona Federici; ſequitur quod non fuit
priuatus iure ſuo, & ſic quod non ceciderit à iure
ſuo de præſenti vigore dictæ inueſtituræ quæ lo-
quitur de fœmina: Sed ex alio capite bene fuit pri-
uatus, videlicet quia feudum eſt decimale, & ſic de
re ſpirituali, & quia etiam Federicus & alij maſcu-
li inueſtiti in prima inueſtitura per d. Antonium
non fuerunt nec fuerunt eiuſdem conditionis ſicut e-
rat d. Antonius, quia ex iſtis duobus capitibus nul-
lo modo valuit inueſtitura ſiue infeudatio facta per
D. Antonium vt dixi ſupra in primo dubio princi-
30 pali. † Circa vltimum dubium, an decima *h* fœ-
h ni pratorum quæ iam fuerant aratoria debeantur
dicto Federico: cum d. Federicus confiteatur in iu-
dicio de pratis antiquis decimam fœni ſibi non de-
beri. Si præſupponitur quod in loco ſoluatur deci-
ma de terris aratoriis, & de pratis antiquis non: &
conſuetum ſit quod ſi terra pratiua reducta ad ter-
ram aratoriam ſoluit decimam: vbi primo dum e-
rat prațiua non ſoluebat; & è conuerſo terra ara-
toria reducta ad prațiuam non ſoluat decimam: li-
31 cet primo ſoluerit dum eſſet prațiua: † Credo
quod hoc caſu licet regulariter conſuetudo qua-
draginta annorum inducta in decimis in præiudi-
cium Eccleſiæ non valeret, & in ſpecie vbi terra ſo-
lita aratoria eſſet reducta ad pratum debeat de ea
ſolui decima: ſicut ſi eſſet aratoria: licet de pratis an-
tiquis non ſolueretur decima: Tamen credo quod
in caſu prædicto vbi eſſet reciproca conſuetudo ta-
cite per Abbates vel Clericos vel ſuperiores indu-
cta ſiue approbata, quod talis conſuetudo valeret
& teneret argum. text. notabil. *in l. ſi pater puella. C.*
32 *de inoffic. teſtam.* † vbi dicitur quod licet pater non
poſſit exinanire inſtitutionem factam de filio vel fi-

lia ſaltem vſque ad legitimam, per fideicommiſſum
grauando filium vel filiam de reſtituēdo poſt mor-
rem eorum; tamen ſi alium, puta vxorem inſtituit
pariter cum filio vel filia, & eos grauauerit pariter
cum vxore cohærede, quod ſi aliquis moriatur ſine
liberis, quod pars ſua morientis veniat ad ſuperſti-
tes: dicitur, ibi quod tale fideicommiſſum valet:
quia ſicut filius vel filia poteſt damnum ſentire ex
fideicommiſſo, ſi ipſe vel ipſa moriatur, ita poteſt
lucrum ſentire ſi mater & hęres vel alius frater mo-
riatur propter reciprocum damnum vel lucrum,
ideo vult ibi tex. quod dictum fideicommiſſum va-
let vbi aliàs non valeret: ita dicimus in propoſito: li-
cet de iure dici poſſit quod ſi de pratis non debear
ſolui decima & terris aratoriis ſic: quod ſi terra ara-
toria reducatur ad pratum, debeat ſolui decima, &
ſic licet non proſit regulariter talis reductio: tamen
ſi de terra pratiua reducta ad terram aratoriam ſol-
uitur decima, ſicut de illa quæ ſemper fuit aratoria,
dico quod tunc hoc caſu propter reciprocum vſum
ſolutionis, Eccleſia non poteſt dicere ſe eſſe læſam,
ſi enim aliter diceretur claudicaret iſte vſus, quod
33 eſſe non debet. † Sicut contractus regulariter non
debet claudicare vt l. ſi de meis in princ. ff. de arbi-
tris cum ſimil. Et hoc præſertim eſt verum cum Ec-
cleſia ſit cultrix iuſtitiæ, & auctrix, nec patitur ali-
quid contra iuſtitiam in ſe ferre vel in altero: vt eſt
pulchre text. *in c. 1. §. 1. in titul. de alienat. feud.* Immo plus
dico, dato, quod appareret, quod plures petiæ ter-
rarum aratoriæ ſint reductæ ad prata, quam petiæ
terrarum pratiuæ reductæ ad aratorias, & ſic vide-
tur eſſe in aliquo damno, tamen hoc non obſtat,
quia ratione dubij euentus hoc toleratur, potuiſ-
34 ſet enim eſſe è contra. † Et pro hoc allego quaſi
in terminis quod not. Cyn. Bald. & Doct. & maxi-
me D. Paul. de Caſt. *in dicta l. ſi pater puella. C. de inoffic.
teſtam.* vbi dicunt per illam l. quod ſi aliquis vel ali-
qua mulier emat à quodam monaſterio fructus ali-
cuius poſſeſſionis ad vitam pro mille; & ipſo vel i-
pſa poſtea ſuperuiuat, & lucretur duo vel tria mil-
lia quod poteſt licitè percipere & retinere; nec re-
putatur iſte contractus illicitus vel vſurarius, quia
potuiſſet mori primo anno: & totum precium re-
35 manſiſſet penes monaſterium. † Vnde ratione i-
ſtius dubij redditur licitum: quod alias non eſſet vt
dicta *l. ſi pater puella & C. de vſuris l. ſi ea lege: de quo per
Doct. in in l. in ciuitate: & in c. conſuluit extra de vſuris.*
& pleniſſime per d. Laurentiū de Rodulphis in ſuo
36 tractatu vſurarum in 11. quæſt. † Et prædicta in-
telligo vera maxime, quando ſit elapſum tempus
quadraginta annorum: quo tempore conſuetudo
inducitur etiam præſcripta contra Eccleſiam iuxta
notat. *in c. fin. extra de conſuetudine*: quia non reputo
hanc conſuetudinem eſſe onerosam Eccleſiæ: ſed
potius rationabilem per prædicta: ergo valet per
37 dictum, *c. fin. de conſuetudine*; † facit quod habetur
in c. 1. de præſcript. lib. 6. Et præſertim cum conſuetudo
in decimis valeat & attendatur; *vt eſt tex. & gl.
in c. cum in aliquibus extra de
decimis.*

Annotationes.

a Alium vaſallum facere] *Quod vaſallus alium abſque Domini licentia infeudare poſſit, docet Curt. Iunior in tractatu de feudis in 4. par. principali, nu. 83. & ſeq. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum nu. 26. & ſeq. de conſtitutio. Iaſ. in c. 1. qui feudum dare poſſunt nu. 30. & in l. 3. §. ex contrario num. 70. ff. de acquir. poſſ. Plot. in conſ. 39 nu. 1. Clar. in §. feudum q. 32. in princ. egregie Moderni Pariſienſ. ſuper conſuetu. Pariſien. §. 35. num. 16. & ſeq. Petrus Duennas in tracta. regularum regul. 40. in 1. limitatione. Bero. conſ. 75. nu. 13. vol. 1. Cephal. conſ. 458. nu.* * *49. & eſt communis opinio * de qua atteſtatur Burſ. in conſ. 150. nu. 67 lib. 2.*

b In decima] *Curt. iun. in dicto tracta. de feudis in 4. parte nu. 87.*

c Eadem lege] *Amplo Burſat. in d. conſ. 150. nu. 56. & 65 libr. 2.*

d Æque ſimili] *Curt. Iun. de feudis in 4. par. nu. 83. verſ. & 1. notanda ſunt Cla. in d. §. feudum q. 32. verſ. ſcias tamen, Cephal. in conſ. 1. nu. 37.*

e De filiis maſculis] *Et hæc eſt communis * opinio, vt* * *atteſtatur Dec. conſ. 516. nu. 10. Afflic. in præludiis feudorum nu. 121. & alij quos cumulatiſſime refert præceptor meus Decian. conſ. 58. num. 12. & 13. vol. 2. & Antonius Gabriel. communium concluſ. lib. 6. tit. de verborum ſignificatione concluſ. 6. num. 52. & 92. An autem hæredis, & ſucceſſoris appellatione in materia feudali contineantur extranei, vide quæ annotaui in conſil. infra in litera e.*

f In perpetuum] *Hoc verbum, in perpetuum, prout tenet D. Auctor, non facit ad extraneos tranſire: ſed intelligitur in infinitum, quantum ad numerum hæredum, non autem quo ad eorum qualitatem, Corn. conſ. 239. nu. 7. vol. 1. Gozad. conſ. 39. per totum. Rol. à Valle conſ. 96. nu. 18. cum ſeq. vol. 1. & Cephal. conſ. 400. num. 22. vbi ita* * *communiter * teneri aſſeuerat. Et de hoc verbo in perpetuum pulchra in materia emphyteuſis congerit Burſ. conſ. 143. nu. 36. vol. 2.*

g Vitietur in totum] *Adde quod cum feuda ſint ſeparabilia, vtile per inutile non vitiatur iuxta tex. & ibi Doct. in l. 1. §. ſed & ſi mihi. ff. de verb. oblig. & in l. Græce §. illud. ff. de fideiuſſ. vnde ſi feudum ſolitum ſit à prælato concedi pro maſculis tantum, vel vſq; in tertiam generationem, ſi concedatur pro maſculis, & fœminis, vel in quartam generationem; non valet conceſſio in illo exceſſu fœminarum, vel 4. generationis, ſed in reliquis va-* * *let: vt eſt communis * opinio, de qua late Iaſ. & Dec. in auth. qui rem C. de Sacroſ. Eccl. Curt. Iun. in tract. de feudis in 2. part. q. 6. Moderni Pariſi. ſuper conſuetu. Pariſien. §. 41. num. 43. & 45. cum ſeq. Didacus Variarum reſolutio. lib. 2. c. 17. nu. 4. & Burſat. conſ. 40. nu 33. cum ſeq. vol. 1.*

h An decima fœni] *Quicquid ſit de conſuetudine, quæ debet attendi, attamē ſi de terris aratoriis decima ſoluebatur, & ad prata redacta ſint, vel è conuerſo, ſi prata de quibus decima ſoluebatur ad culturam redigantur, ſane decima ſolui debet. c. cum contingat in fine vbi omnes extra de deci. ſtatuto. §. fin. de decim. in 6. Ruin. conſ. 163. num. 14. & 15. lib. 5. Pariſ. conſ. 73. nu. 17. & 18. cum ſeq. volum. 4. late Petrus Rebuffus in tracta. de decimis q. 14. num. 22. cum ſeq. & egregie Cephal. conſil. 757. per totum lib. 5.*

CONSIL. XIIII.

ARGVMENTVM.

Ad inſtantiam Sereniſs. Ducalis dominii Venetiarum.

De competentia vel incompetentia iudicum forenſium Venetiarum, &:

Quando exceptio litis pendentiæ obſtet, vel non.

Conducens nauim pro vehendis mercibus ad aliquem locum, vbi ſit deſtinata ſolutio, an ſi non conducantur, locator conueniri poſſit in eo loco ad precium, vel ad intereſſe.

Emptor nauis mercibus oneratæ, ſi ipſius magiſtrum confirmet, an teneatur ex mala eiuſdem magiſtri gubernatione, & quando.

SVMMARIA.

1 *Exceptio litis pendentiæ quando obſtet.*

2 *Conueniri quis non poteſt, vbi contractus non eſt celebratus.*

3 *Factores in loco, vbi habitant, conueniri non poſſunt, niſi pro contractibus ibidem celebratis.*

4 *Forum quis non ſortitur ex procuratoris domicilio, niſi pro contractibus in eo loco per ipſum procuratorem celebratis, & num. 22.*

5 *Forum quis ſortitur ratione deſtinatæ ſolutionis, & declaratur num. 12. & 20.*

6 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat.*

7 *Procurator nemo inuitus eſſe cogitur.*
In dubio quis inuitus procurator eſſe præſumitur.

8 *Conducens nauim pro vehendis rebus Venetias, & ibi ſit deſtinata ſolutio; An ſi non conducantur, locator Venetijs conueniri poſſit ad precium, vel ad intereſſe.*

9 *Conueniri quis poteſt in loco, vbi ex parte vtriuſq; contractus adimpleri debuit, & declaratur num. 20.*

10 *Precium in actione ex contractu loco rei ſuccedit.*

11 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

13 *Emptor nauis mercibus oneratæ, ſi nauis patronum & gubernatorem confirmet, an teneatur ex mala ipſius patroni gubernatione facta ante dictam ratificationem, ſiue poſt.*

14 *Ex ratihabitione contra quem agi poteſt.*

15 *Omnia facta magiſtri nauis præſtare tenetur, qui eum præpoſuit, eſtq; in electione contrahentis agere contra ipſum præponentem, vel contra magiſtrum.*

16 *Emptor alienus rei ex venditoris culpa emptionem præcedente actione vtili tenetur; ſi venditor ſoluendo non ſit.*

17 *Excuſſio neceſſaria non eſt contra principalem debitorem, quando notoriè conſtat eum non eſſe ſoluendo.*

18 *Actio quæ competit contra emptorem nauis pro mercibus, an etiam competat contra procuratorem generalem ſocietatum, pro quibus facta eſt emptio nauis.*

19 *Agendi modus ſemper inſpiciendus eſt.*

21 *Iudicium à procuratore incipere poteſt, maximè quando dominus non eſt præſens.*

23 *Procurator in eo loco conueniri poteſt, vbi eum dominus poſſet, ſi ibi reperiretur.*

24 *Conueniri quis poteſt in loco, vbi aſſiduè conuerſatur, licet ibi domicilium non habeat, etiam pro contractibus alibi geſtis.*

26 *Mandatum quis acceptare dicitur, ſi accipit literas, & non contradicit.*

27 *Lis pendere non dicitur, quando eſt lata ſententia.*

28 *Diuerſitas perſonarum facit, quòd non obſtat exceptio rei iudicatæ.*

29 *Nauis dominus, & eiuſdem magiſter, & gubernator ſunt ad inſtar principalis & fideiuſſoris, quò ad eos, qui ſecum eius occaſione contrahunt.*

30 *Litis pendentia cum principali non inducit litis pendentiam cum fideiuſſore, & idem eſt in duobus reis debendi.*

31 *Exceptio litis pendentiæ ex vno in alio non inducitur, ſicuti nec exceptio rei iudicatæ.*

32 *Contumax, vt audiatur, ſuam contumaciam purgare, & expenſas ſoluere debet.*
Citatus & contumax etiam coram alio iudice conueniri poteſt: & ſic.
Iudicium à citatione non incipit, quando citatus eſt contumax.

33 *Forenſis contra forenſem agere poteſt coram iudicibus forenſium Venetiarum, etiam pro contractibus alibi geſtis ex ſtatuto, & inueterata conſuetudine Venetiarum.*

34 *A communi obſeruantia & practica non eſt recedendum.*

35 *Conſuetudo iuriſdictionem tribuere poteſt.*

36 *Nullitati ſententiæ latæ ſuper competentia iudicis pars renunciaſſe videtur, litigando expectando ſententiam ſuper meritis cauſæ.*

37 *Quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, pars vlterius non auditur.*

38 *Sententia nulla, ſi fuerit confirmata, & ſententia confirmatoria in rem iudicatam tranſiuerit, vlterius de nullitate quæri non poteſt.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Viſis omnibus ſcripturis ad hanc cauſam pertinentibus, plura dubia elici poſſunt, ſuper quibus conſilium quæritur. Circa primum dubium: Numquid Iudices forenſium Venetiarum fuerint Iudices competentes in cauſa, in qua Alexander q. Antonii Lucenſis conuenit Ioannem de Altauitis procuratorem Petri Coſmæ de Medicis Florentini, & ſociorum ſocietatis Venetiarum, & generaliter in omnibus ſuis ſocietati-
1 bus. † Et primò videtur dicendum, quòd non: quia dicitur pendere lis in Burgis prius inter ipſum
a Alexandrum & Ser Paulum Sauini. *a l. vbi cæptum.*
2 *ff. de iudicijs, & l. ſi quis poſtea, eod. tit.* † Secundò, quia contractus fuit celebratus in Burgis; ergò non poteſt Venetijs fieri conuentio. *l. heres abſens. ff. de iudicijs, & c. Romana de foro competenti, lic. 6. cum ſimil.* ma-
3 ximè factores etiam ibi aſſiduè conuerſantes, † quia factores non poſſunt conueniri in loco, vbi habi-

 tant.

tant niſi pro contractibus ibi celebratis, non autem pro contractibus alibi celebratis; vt not. Bald. *in dict. l. hæres abſens. §. apud Labeonem per illum text.* Nec dici poteſt celebratus contractus Venetiis quantum ad hoc, vt poſſit conueniri ad pœnam vel intereſſe propter non adimpletum contractum, licet implementum contractus fieri debuerit Venetiis, quæ not. Ant. de But. *in c. fi. in 9. col. extra de foro compet.* Præterea ſi dominus videlicet Petrus Coſmæ de Medicis non poſſet cõueniri Venetiis, quia ibi non habet domicilium, nec aſſiduam conuerſationem, nec etiam ibi reperitur: ergo videtur quod ſimiliter non poſſit eius factor & procurator
4 conueniri, † quia non dicitur quis ſortiri forum ex domicilio procuratoris niſi pro contractibus celebratis per ipſum procuratorem in illo loco tan-
5 tum; *per dict. l. hæres abſens. §. 1. & 2. ff. de iudiciis.* † Tertio principaliter videtur quod non fuerint Iudices cõpetentes, etiã ſi diceretur contractus primus ce-
b bratus Venetiis propter *b* deſtinatam ſolutionem *per l. contraxiſſe. ff. de acti. & oblig. & l. 3. ff. de bonis auct. iud. po.* quia licet quo ad Bernardum de Bardi, & Ser Paulum Sauini hoc poſſet procedere, ſi Venetiis reperirentur, tamen nõ videtur hoc poſſe procedere quo ad Ioannẽ Altouiti, nec quo ad Thomam Portinarii. Nam quo ad Thomam Portinarii, qui emit nauem & laudauit & ratificauit primũ contractum nauli, non videtur quod potuiſſet conueniri Venetiis etiamſi ibi habuiſſet domicilium; quia cum eo Alexander Lucanus non contraxit nec ſibi aliquid promiſit, ſed cum Bernardo de Bardi. *vt l. 2. C. de hæred. vel actione ven. & in l. poſt. venditionem. C. de pactis cum ſimilib.* Si ergo ipſe Thomas Portinarii conueniri non potuiſſet, multo minus poterit Ioannes
6 Altauiti, in quem dicitur illa nauis translata, † quia non potuit plus iuris paſſiue in ipſum transferre, quam ipſe Thomas haberet. *l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.* Imo plus, etiamſi potuiſſet transferre ius ſuum, tamen intelligeretur illo Ioanne Altauiti volente acceptare; quia ipſe Thomas tranſtulit illam nauem cum obligatione, vt ageretur nomine ſuo,
7 donec actiones duxerit reuocandas, † ſed non apparet quod illud mandatum Ioannes Altauiti acceptauerit, ergo eum non obligat; quia nemo inuitus cogitur eſſe procurator. *l. inuitus. C. de procur.* & in dubio præſumitur inuitus, ſi non probetur ipſum voluiſſe, *vt l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procur. & not. gloſſ. in dicta l. inuitus & per Doct. in dictis iuribus.*
8 † Sed his non obſtantibus contrarium videtur eſſe verius de iure. Et quia duo contractus celebrati ſunt ſuper dicta naui, vnus nauli, alius poſtea emptionis dictæ nauis; Videamus primo vires primi contractus quo ad forum, an Bernardus de Bardi & Paulus Sauini qui locauerunt nauem Alexandro Lucenſi pro farina & biſcocto Venetias conducendis, & ſolutio per Alexandrum erat facienda Venetiis; potuiſſent cõueniri Venetiis, ſi ibi reperti fuiſ-
9 ſent; Et dicendum eſt quod ſic: † Quia cum nauis locata deberet conduci Venetias cum farina & biſcocto, & ibi deberet fieri ſolutio, & ſic ex parte vtriusque deberet impleri contractus Venetiis: ibi vterque videtur contraxiſſe. *l. contraxiſſe. ff. de acti. & oblig. & l. 3. in fin. ff. de bonis aucto. iud. poſſid.* & ſic poſſet vterque ibi conueniri pro implemento contractus, vt dictis iuribus. Et iſtud non eſt dubium, ſi ageretur pro rebus vehendis Venetias, vel pro pecunia nauli ſoluenda; ex quo iſta ſunt collata Venetiis, & ibi per partes facienda, per dicta iura. Sed dubium eſt, numquid ſit idem ſi agitur ad pœnam vel intereſſe, vel ad precium rerum, quæ non fuerunt conductæ Venetias. Quo ad pœnam & intereſſe vltra rem non oportet quærere; quia Alexander ſolum petiit precium farinæ & biſcocti; quæ non fuerunt conducta Venetias, quod fuit duorum millium ducatorũ: & in hoc teneo, quod ſicut ſi farina & biſcoctum eſſent Venetias conducta, poſſet ibi ea petere à Bernardo & Paulo: ita potuiſſet petere precium dictorum bonorum: ex quo bona illa
10 non potuit habere; † quia precium hoc caſu ſuccedit loco rei, cũ ſimus in actione quæ oritur ex contractu. *l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff. depoſiti & ibi hoc not. Paul. de Caſt. & in l. mater. & ibi per Doct. C. de rei vend. & per not. per Barto. in l. ſi cum ſeruum. ff. ſi certum petatur.* Et propterea dicitur ſortiri eandẽ naturam ſicut res
11 in quarum locum precium ſuccedit: † quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. *l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. & c. eccleſia extra vt lite penden. & dixi in l. Labeo, & Sabi-*
12 *nus. item ſi dominus in 7. de quæſt. verbor. ſignifi.* † Et per hoc apparet quod non obſtat, quod not. And. Bar. *in cap. fin. in 9. colum. extra de foro compet.* Vbi dicit quod licet implementum contractus ſit collatum in loco: puta quia Paduanus promiſit aduocare Bononiæ pro vno, tamen non poteſt aduocatus petere ſalarium ſuum Bononiæ, ſed in loco contractus ſcilicet Paduæ: vel ſi quis hic promiſit mihi facere domum Mutinæ, non tamen poterit propter hoc me Mutinæ conuenire, ſed hic tantum: quia loquimur quando de ſolutione nihil dictum eſt vbi debeat fieri; & ea petitur. Sed in caſu noſtro fuit deſtinata etiam ſolutio ex parte Alexandri Venetiis & ex parte Bernardi & Pauli fuit deſtinata vectura farinæ, & biſcocti, & cum vectura rerum ſit deſtinata Venetiis, & illæ non fuerint illuc vectæ, ſed culpa patroni, & exercitoris naufragium paſſæ ſunt, ſicut pro illis rebus potuiſſet Venetiis cogi, ita & pro precio earum vt dixi. Et hæc procedunt quo ad primum contractum nauli, qui non
13 videtur habere magnam dubitationem. † Alius fuit contractus ſecundus emptionis dictæ nauis celebratus inter dictum Bernardum de Bardi venditorem, & dictum Thomam Portinarii emptorem, qui contractus habet duas partes principales. Prima eſt, quia dictam nauem emit nomine ſocietatis de Burgis, quæ eſt Petri Coſmæ de Medicis, & ſociorum cum ratificatione nauli prædicti, & confirmatione dicti patroni, & de nouo in quantum fuerit opus ipſum Paulum Sauini patronum inſtituit. Secunda pars eſt, quia transfert & ſubrogat dictam nauem in ſocietatem de Venetiis dicti Petri Coſmæ de Medicis & ſociorum. Ex prima parte inſtrumenti emptionis dubitari poteſt, an aliqua obligatio & actio ſit orta inter Alexandrum Lucenſem, & dictum Thomam Portinarii, & cuius effectus

eſſe [illegible] & licet regulariter non vi-
deatur oriri obligatio, vel actio, *per l.2. Cod. de hered.*
vel actione ven. & l 2. C. de pactis cum ſimil. tamen ſecus
videtur dicendum in caſo noſtro triplici ratione.
Primo eſt, quia Thomas Portinarij emptor nauis
ratificauit, & confirmauit patronom nauis, & nao-
lum per eum factũ: quæ ratificatio, cum ſit facta ſu-
per re ſua, & ex ſua ratificatione ſibi acquiritur
commoditas & vtilitas, vt eſt in caſu noſtro, ita de-
14 bet valere in ſui damnom & præiudicium, † &
contra eum ex tali ratihabitione poteſt agi, vt pro-
batur *in l. ei qui ſeruo. in fin. & ibi hoc notat. elegan-*
ter Bald. circa prin. Cod. quod cum eo. facit etiam quod i-
dem nota. in l.1. in 19. oppoſitione. Cod. qui admit. ad bonor.
poſſeſſ. poſſunt. Alia ratio eſt, quia dictus Thomas
emptor, etiam de nouo conſtituit illum Paulum
Sauini patronum dictæ nauis, cum ratificatione di-
cti nauli; per qoam conſtitutionem, licet ex contra-
cto nauli celebrato per ipſum Bernardum Bardi
cum dicto Alexandro, non poſſet Thomas conue-
niri; tamen ex ſua propoſitione dicti Pauli in ea-
dem naui, ex contractu ipſius Pauli magiſtri præce-
15 dente, & ratificato tenetur ipſe Thomas: † quia o-
mnia facta magiſtri debet præſtare, qui eum præpo-
ſuit, alioquin contrahentes deciperentur; & faci-
lius hoc in magiſtro quam inſtitore admittendom
eſt propter publicam vtilitatem, vt dicit tex. nota-
bilis *in l.1. §. magiſtrum. 2. ff. de exercitoria.* Et eſt in ele-
ctione contrahentis cum magiſtro nauis an velit a-
gere contra exercitorem, id eſt, dominum præ-
ponẽtem naui magiſtrum, vel velit agere contra i-
pſum magiſtrum, *vt l.1. §. exercitorem, & §. eſt autem. ff.*
de exercitoria. Et prædicta intelligo de eo quod ge-
ſtum eſt, poſt dictam ratificationem, & nouam præ-
poſitionem magiſtri; quia cum ille patronus fuerit
poſtea in mora, & propterea nauis naofragium paſ-
ſa ſit, de facto illios patroni, quod fuit poſt ratifica-
tionem, & nouam conſtitutionem, Thomas exer-
citor tenetur per prædicta; ſecus ſi ageretur ex cul-
pa quæ præceſſiſſet; quia tunc procederet regula.
16 *l.2. C. de hereditate vel actio ven. & l.2. C. de pact.* † Ter-
tia ratio poteſt eſſe, quia dicitur quod ille Bernar-
dus Bardi, & Paulus Sauini, cum quibus contraxit
Alexander Locenſis, non ſunt ſoluendo: ergo in
ſubſidium actio vtilis competebat cõtra Thomam
Portinarij emptorem nauis, etiamſi fuit orta obli-
gatio & actio ex culpa præcedente dictam emptio-
nem; *per l. planè. 2. ff. de leg. 1. & l. fin. ff. de eo per quem fa-*
ctum erit, & notat. gloſſ. in d. l.2. C. de hered. vel act. ven. &
17 *notat. in l.2. C. de pactis.* † Et licet non fuerit facta
excuſſio, tamen non nocet, ex quo dicitur ipſos no-
toriè non eſſe ſoluendo, *vt l. fin. ff. ſi cert. pet. & l. decem*
cum ibi not. ff. de verbor. oblig. Vnde ex iſta parte inſtru-
menti emptionis videtur quod fuerit orta actio,
& obligatio ipſi Alexandro contra Thomam Por-
tinarij; qui etiam ſimiliter ſi Venetiis fuiſſet potuiſ-
ſet conueniri ratione deſtinati implementi contra-
ctus, & ſolotionis deſtinatæ Venetiis, per dictam l.
contraxiſſe; ex quo factum ſeu culpa magiſtri eſt
circa id, quod Venetiis debebat fieri; quia Thomas
Portinarij confirmat quod erat patroous dictæ na-
ois pro dicto tantum naulo facto cum dicto Ale-
18 xandro pro Venetiis, ergo, &c. † Ex ſecunda par-
te inſtrumenti emptionis nauis vidondom eſt; an
ſicut obligatio & actio competebat Alexandro Lu-
cenſi pro naulo ſiue naue locata contra Thomam
Portinarij emptorem illius nauis, illamet obliga-
tio & actio ita poſſet competere contra Ioannem
Altauiti procuratorem ſocietatis Venetiarum Pe-
tri Coſmæ de Medicis & ſociorum, & etiam procu-
rator generalis aliarum ſocietatum. Et in hoc eſt
aduertendum, quomodo actum fuerit per Alexan-
drum Venetiis contra dictum Ioannem Altauiti.
19 † Quoniam modus agendi eſt inſpicieodus: vt no-
tat. gloſſ. *in clemen. diſpendioſam in verſic. vſuris de iudi-*
ciis, & Bald. in l. cum ſeruum quiſpiam in 1. colum. C. de ſeru.
fugi. qoi dicit, quod modus agendi ſemper eſt con-
ſiderandus, allegat not. 3. q. 6. c. hoc quippe, & Bald.
idem not. *in l. etiam in princ. C. de furtis & in l. ſeruus cu-*
ius in princip. ff. de his qui notat. infa. & per Innoc. & Doct.
in cap. ſuper literis extra de reſcriptis. Nam Alexander
in ſuo libello conuenit Ioannem Altauiti tanquam
factorem & procuratorem ſocietatis Venetiarum
& tanquam procuratorem aliarum ſocietatum &
omni meliori modo, &c. Et ideo ſi conſideramus
an poſſit cooueniri Venetiis tanquam procura-
tor omnium ſocietatum, & ſic tanquam procura-
tor ſocietatis de Burgis in qua fuit dicta nauis. Et
videtur quod potuerit conueniri, ex qoo cenſetur
deſtioata ſolorio propter non implementum con-
20 tractus, vt ſæpe dictum eſt. † Nam illa deſtina-
tio ſolutionis & implementi contractus, ita eſt in
conſideratione quando quis contrahit per aliom
ſicut quando contrahit per ſe ipſum, *vt l. heres ab-*
ſens. §. penultim. ff. de iudiciis, & ita vult Anton. de Butr.
in cap. fin. in 8. colum. verſic. ad primum quando dicatur
extra de foro competenti, & ex dicta deſtinatione ſo-
lutionis & implementi ita quis ſortitur forum et-
iamſi deſtinatio fiat iam perfecto contractu ex in-
teruallo. *vt tenet idem Anton. de Butr. in dicto cap. final.*
in 9. colum. verſic. in quantum dixi ex deſtinatione alle-
gat l. quamuis §. primo, ff. de iudiciis. Et ideo ſicut ex il-
lo contractu naoli & præpoſitione magiſtri nauis,
ſi dominus hoc feciſſet, & ipſe Venetiis conueni-
retur, poſſet conueniri: *dicta l. contraxiſſe. ff. de actio.*
& obligat. Ita eodem modo ſi eſt contractum per
procuratorem & per eum deſtinata ſolutio, ipſe
procurator, vel alios qui reperiatur in loco deſti-
natæ ſolutionis (non tanquam aduena) poteſt i-
bi conueniri dicta *l. heres abſens §. apud Labeonem. ff.*
21 *de iudiciis.* † Et maxime cum iudicium poſſit in-
cipere à procuratore, maxime quando dominus
non eſt præſens, *l. eum qui in princip. & ibi hoc notat.*
Bartol. & alij Doctor. Cod. de procurat. & in l meminе-
rint in 2. colum. Cod. vnde vi & in l. quamuis in fin. ff. de
damno infecto. & in l. ſolent, in fin. ff. de alim. & cibariis
legat. & Bald. in l. cum clericis circa medium. Cod. de E-
piſcop. & Cleric. & in l.3. Cod. de procurat. & in cap. 1. in
4. colum. extra vt lite non conteſtat. & Anton. de Butr. in
cap. cauſam 2. eod. titul. & notat. in cap. fin. extra de eo qui
22 *mittitur in poſſeſſ. cau. rei ſeruan.* † Nec obſtat dum
dixi ſupra in princip. quod procurator non tene-
tur de contractu alibi per alium celebrato: *per di-*
ctam l. heres abſens. §. apud Labeonem ibi quod cum eo

ſeruo contractum eſt & quod ibi not. Bald. quia illud poſ-
ſet procedere; quando eſſet procurator ſolum ſo-
cietatis Veoetiarum, pro qua non contraxit; ſed
quando eſſet procurator generalis etiam aliarum
ſocietatum & deſtinata eſſet ſulutio Venetiis ſicut
eſt in caſu noſtro, tunc bene poterit conueniri ma-
xime cum ibi aſſidue conuerſetur per not. per Bart.
in l. 2. C. vbi de crimine agi oportet: & in cap. fin. extra de
23 *foro compet. cum ſimilibus.* † Et quod hoc ſit verum
facit, nam in illo loco poteſt conueniri procurator,
in quo poſſet dominus ſi ibi reperitur, *vt d. l. heres ab-*
24 *ſens. §. pen.* † Sed dominus ſi aſſiduè Venetiis con-
uerſaretur poſſet ibi conueniri: *vt dicit Bart. in d. l. 2.*
dicens quod Florentini & alii, qui ſtant in ciuitate
Peruſii, licet oon habeant domicilium, tamen pro-
pter multam conuerſationem poterunt ibi con-
ueniri per illum text. quod dicit eſſe valde not. &
eum ſequitur An. Butr. *in dicto cap. fin. in 15. colum.* &
intelligi debet Bart. quod poſſunt coonueniri etiam
pro contractibus alibi celebratis: & ita intellexit
eum An. de Butr. *in cap. dilectus filius l. Saracenus in 3.*
col. extra de reſcript. & eſt ratio quia de contractibus
celebratis in loco in quo morantur aſſidue, non vi-
detur eſſe dubium, quod ibi poſſunt conueniri, *vt*
in dicto cap. fin. de foro compet. & in dicta l. heres abſens
cum ibi not. ff. de iudicii. Ergo videtur quod ſimiliter
poſſit Ioannes Altauiti etiam procurator ſocietatis
de Burgis conueniri, ſicut dominus poſſet. Poteſt
etiam aliter reſponderi, quod ipſe poteſt conueni-
ri ex eo quod ibi fuerit deſtinata ſolutio, & ſic duo
concurrunt ſcilicet deſtinata ſolutio, & aſſidua
25 conuerſatio: per prædicta. † Sed ſi volumus con-
ſiderare alium modum agendi Alexandri: in quan-
tum conuenit Ioannem Altauiti tanquam procu-
ratorem ſocietatis Venetiarum tantum, & in hoc
debemus dicere, aut ipſe acceptauit illam transla-
tionem factam de naui ex Burgis in ſocietatem
Venetiarum ſeu acceptauit mandatum Thomæ
Portinarii expreſſe, vel tacite & potuit conueniri,
etiam ex hoc capite: *vt not. Bald. in cap. 1. in 4. colum.*
26 *extra vt lite non conteſta.* † Et dicitur tacite acce-
ptaſſe, ſi recipit de hoc literas, & non contradi-
xit, *l. ſi filius 2. & ibi hoc vult Barto. ff. ad Maced. &*
Barto. in l. quo enim §. 1. ff. rem ratam haberi & ha-
betur in clementinis de procurat. cum ſimilibus. Sed
ſi non acceptaſſet illud mandatum vel translatio-
nem, expreſſe vel tacite eſſet dubitandum. Nec
obſtant rationes ſupra in contrarium deductæ:
quia omnes ceſſant per prædicta excepta illa de li-
27 tis pendentia, † Quia lis non dicitur pendere,
ex quo fuit lata ſententia abſolutoria in fauorem
Alexandri propter contumaciam Pauli Sauini a-
ctoris. *l. cum lite mortua vbi per gloſſ. & Docto. ff. iudic.*
ſolut. & not. Docto. in l. 2. C. de edendo & in l. 2. C. de
fruct. & lit. expen. & gloſſ. in l. properandum. §. 1.
C. de iudic. & not. Bartol. in l. vbi cœptum ff. de iudiciis &
in l. quamuis. ff. de damno infecto. & in l. ſepulchri. ff. de
ſepulch. vio. & Bald. in ſua diſputatione, quæ incipit:
accuſatus de vi turbatiua: & Paul. de Caſtro. *in l.*
nulli prorſus. C. de iudiciis & Flor. in l. 1. ff. de quibus rebus
ad eundem iud. eatur. & iſtud eſt clarum. Secundo
modo poteſt reſpõderi quod in Burgis erat incho-
atum iudicium per Paulum Sauini c[illegible] Alexan-
dro occaſione proteſtationum ſibi factarũ per A-
lexandrum; quia prætendebat dictus Paulus ſe
non teneri vigore dictarum poteſtationum, & di-
ctas proteſtationes caſſari debere: ſed in Venetiis e-
28 rat inchoatum cum Petro de Medicis: † Vnde di-
uerſitas perſonarum facit quod non obſtet exce-
ptio rei iudicatæ. *l. cum quæritur cum duabus ſequen-*
tibus. ff. de excep. rei iud. iuncta l. fundum. cum l. ſequen.
29 *ff. de except.* † Et quamuis Paulus Sauini per Gu-
bernatorem D. Petri & ſociorum de Burgis eſſet
præpoſitus magiſter, ſiue patronus dictæ nauis,
tamen quia dictus Petrus dominus, ſeu exercitor
nauis, ſeu dictus Thomas Portinarius pro eo:
& dictus Paulus Sauinus magiſter nauis eſt ad in-
ſtar principalis, & fideiuſſoris quo ad eos qui ſe-
cum contraxerunt, vel quaſi occaſione nauis: vt
not. Bartol. in l. eandem in princip. in 18. quæſt. ff. de duo-
bus reis & not. gloſſ. in rubrica. ff. de exercitor. & pro-
batur in l. 1. §. penultimo. in verſic. ex perſona magiſtri,
30 *eod. tit.* † Et ita eſt quod pendentia litis cum prin-
e cipali non inducit pendentiam litis *e* cum fideiuſ-
ſore, vel è contra, & idem in pluribus correis de-
bendi vt probat text. quem ibi Bald. ad hoc not.
in l. fin. C. de fideiuſſ. & l. creditor in princip. cum gloſſ. ff.
mand. & not. Bald. in l. 1. ff. de diuerſis reſcript. & in l.
tam mandatori in pen. colum. C. de non numerata pecu-
nia. & in l. ampliorem in fin. princip. C. de appellat. & no.
etiam Bart. poſt Iac. de Har. in l. 3. §. 1. ff. de duobus reis ad
finem prima quæſt. reprobata opinione. gloſſ. in authen. hoc
ita C. de duobus reis vt pleno per Bart. in dict. l. 3. & ſequi-
tur hoc Ang. & Imo. poſt eum in l. quamuis. ff. de damno in-
fecto, vbi ad hoc Ang. putat. ſingularem eſſe dict. l. credi-
tor, in princ. cum gloſſ. idem tamen videtur probari in l. fi.
C. de duobus reis inducendo vt ibi per Bald. Tertio po-
teſt reſponderi; quod non obſtat exceptio litis pen-
dentiæ inchoata per Paulum Sauini: quia ſuper v-
no ibi fuerat lis inchoata, an caſſari deberent pro-
teſtationes quędam factę per dictum Alexan. dicto
Paulo: & ſuper alio fuit inchoata lis per Alexand.
Venetiis contra Petrum de Medicis & ſocios, ſcili-
cet ſuper mercibus ſuis in dicta naui poſitis & de-
31 perditis: † Et non inducitur ex vno litis penden
d tia *d* in alio: ſicut nec induceretur exceptio rei
iudicatæ. *dict. l. cum quæritur cum duabus legibus ſequen-*
tibus. ff. de excep. rei iud. iuncta dict. l. fundum cum l. ſeq.
32 † Quarta ratione non obſtat exceptio litis pen-
e dentiæ, quia licet *e* propter contumaciam dicti
Pauli Sauini citati in Burgis coram eiſdem iudici-
bus, & non comparentis, quia etiam coram eiſ-
dem iudicibus in Burgis nõ potuiſſet vti illa inſtan-
tia ibi inchoata; niſi prius ſuam contumaciam pur-
gaſſet, & expenſas ſoluiſſet. *l. ſancimus. C. de iudiciis.*
merito tunc litis pendentia ſibi non ſuffragatur,
quoniam poſſet coram alio iudice trahi; vt no. Bar.
in l. ſepulchri. ff. de ſepulchro viol. & in l. quamuis. ff. de
damno infecto. & in dict. l. vbi cœptum. & Iac. de Bel. in
diſput. quam posuit in l. 1. C. vbi de crim. agi. oport. & ibi
Bald. & Bald. in l. ſenatus, C. qui accuſare. & in l. ſi plu-
ribus. ff. de leg. primo. & Ant. de But. & alii poſt eum in c.
propoſuiſti, de foro compet. & Ioan. de Imol. in cap. de his,
33 *extra de accuſat.* † Adduci poteſt etiam pro confir-
matione

matione prædictorum ſtatutum Venetiarum in
quo habetur, quod ſi eſt quæſtio inter forenſem &
forenſem iudices forenſium ſunt iudices; quod ſta-
tutum ſemper fuit interpretatum & practicatum
vt locum habeat etiam ſi actor, vel reus non ſor-
tiatur ibi forum de iure communi, vel ratione ori-
ginis, vel contractus, vel domicilij, cui interpreta-
tioni ſtandum eſt, *l. ſi de interpretatione. ff. de legibus.*
34 † A qua tamen obſeruantia, & practica non eſt re-
cedendum, *vt l. minime. ff. de legibus. & notat. Bartol.
l. qui bona. §. ſi alieno in 2. colum. in fin. ff. de damno infe-
cto. & habetur in l. fin. Cod. de pœna iudicis, qui male iud.
& in cap. 1. & in c. ne innitaris, extra de conſtit. & in c. ca-
pellanus extra de feriis cum ſimilib.* Et abſque etiam ſta-
tuto, infertur ex longiſſima & præſcripta conſue-
tudine ita fuiſſe ſeruatum, quod forenſis inueniens
in ciuitate Venetiarum forẽſem debitorem ſuum,
vel eius procuratorem poſſit eum etiam inuitum
ibi conuenire tanquam coram iudice competen-
35 ti, pro contractu etiam alibi celebrato. † Quæ
conſuetudo potuit hanc iuriſdictionem tribuere
dictis iudicibus quo ad eos qui ibi inueniuntur per
ſe, vel per procuratores, etiam ſi forenſes ſint. *l. 1. &
ibi notat. per glo. & Doct. Cod. de emancipat. libe. l. viros. C.
de diuerſis officiis lib. 11. l. cum prætor. §. is quoque. ff. de iu-
diciis. & c. cum contingat, de for. compet. & ibi plene not.
vnde faciunt notat. per Doct. in l. 1. C. de ſumma Trinitat.*
36 *& fide Cath.* † Vltimo ſubeſt alia ratio, quia op-
poſita incompetentia iudicis fuit cognitum ſuper
ea, & pronuntiarunt ſe iudices competentes; quæ
ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Item quia pars
aduerſa ex quo litigauit coram iudice ſuperiore ap-
pellationis, & venit ad conſilia per medium audi-
torum, & ſuper eis diſputari fecit; videtur renun-
tiaſſe nullitati, maxime expectando ſententiam ſu-
per meritis cauſæ, *argum. c. gratum in fin. cum ibi notat.
extra de officio deleg. & per notat. in l. ad ſolutionem. Cod.*
37 *de re iudic.* † Item cum fuerit ſententia prædicta
confirmata; non debet vlterius audiri; ex quo
tranſiuit in rem iudicatam, *l. 2. cum ibi notat. per Iac.
Butr. Bartol. & alios ff. ſi quis in ius vo. non ierit l. ſi quis ex
alienat. ff. de iudiciis & plene notat. in cap. 2. de maxime
per Innoc. & in cap. prudentiam per eundem de offic. de-
leg. & notat. Bartol. in l. in criminali. Cod. de iur. omn. Iu-*
38 *dic.* † Et dato, quod illa prima ſententia lata per Iu-
dices forenſium fuiſſet nulla, tamen attento quod
ab ea appellatum eſt & fuerit confirmata, non
poteſt, vlterius dici de nullitate eius, cum ſenten-
tia confirmatoria tranſiuerit in rem iudicatam; vt
notat. Innocent. & Ioan. Andr. *in cap. 1. de confir-
ma. vtil. vel inutil. & notãt legiſta in l. ſi expreſſim. ff. de ap-
pell. & in l. 1. Cod. quando prouo. non eſt neceſſe cum ſimi-
lib.* Vnde ex prædictis omnibus concludo quod di-
cti Domini Iudices forenſium Venetiarum fue-
runt Iudices competentes in dicta cauſa; & coram
eis potuit Alexander dictum Ioannem Altauiti
conuenire pro dictis duobus millibus ducat.
pro ſua farina & biſcocto non condu-
ctis nec ſibi aſſignatis
Venetiis.

ANNOTATIONES.

a L. vbi cœptum] *Ad regulam huius tex. multas amplia-
tiones & limitationes colligit Felin. in cap. ex tenore de
reſcript. Diaz. in tracta. regularum regula. 382. Philip-
pus Portius concluſionum & regularum lib. 3. concl. 22.
Affl. deciſ. 354. num. 2. & 3. & ibidem Vrſillus in ma-
gnis additionibus ample Ant. Gabr. commun. concl. lib.
2. in tit. de iudiciis concl. 1. & Borgnin. Canalc. in 1. par.
ſuarum deciſionum; deciſ. 1. nu. 14. & ſeq.*

b Deſtinatam ſolutionem] *Adde quatuor limitationes
quas ponit Sebaſtianus Sapia in l. hæres abſens. §. illud
per illum tex. ff. de iud. nu. 4. & tradit etiam Felin. in c.
vlt. num. 10. de foro compet. Iaffred. dec. 216. centur. 3. &
Borgnin. in dicta. dec. 1. nu. 9.*

c Cum fideiuſſore] *Idem ſe conſuluiſſe ſcribit Roma. in
ſing. 627. & ſequitur Affl. deciſ. 206. nu. 2. Marſi. in rub.
ff. de fideiuſſo. quæſtione 42. Caballin. in tract. de euictio.
§. 3. nu. 132.*

d In alio] *Vide Decium conſ. 460. nu. 8. & Iaſ. conſ. 11. nu. 1.
libr. 1.*

e Propter contumaciam] *Plures ad hoc cumulat Anto.
Gabr. commu. concl. lib. 2. tit. de iudiciis concluſ. 1. nu. 21.
Ripa in l. 2. nu. 8. ff. de re iud. Tiraq. de retractu conſang.
§. 8. gl. 2. nu. 8. in fin. & ita fuiſſe iudicatum inquit Boer.
dec. 161. nu. 4.*

CONSIL. XV.

ARGVMENTVM.

An per donationem factam alicui & eius
hæredibus & deſcendentibus filiis ita
ius ſit acquiſitum, vt res donata in eo-
rum præiudicium alienari non poſſit.

SVMMARIA.

1 *Donationis natura eſt, vt res donata nedum donatario ſed & eius filiis & hæredibus acquiratur.*

2 *Omnia quæ acquirimus, & quæ noſtra ſunt, & liberis noſtris ex voto paramus.*

3 *Expreſſio eorum quæ tacite inſunt, nihil operatur; fallit vt nu. 8. & 14.*

4 *Contractus vel ſtipulatio, quando ſuper re interponitur quæ de ſui natura ad filios & hæredes trãſit, ſi filij vel hæredis mentio fiat, talis contractus, vel ſtipulatio pro ſuperuacua habetur, & nu. 15.*

5 *Verba inſtrumenti & contractus ſunt conſideranda.*

6 *Filij ordine ſucceſſiuo vocati eſſe intelliguntur, quando de eis in inſtrumento mentio habetur.*

7 *Verba debent aliquid operari.*

9 *Liberalis nemo in neceſſitatibus exiſtit.*

10 *Copula, &, quando ponitur inter genus & ſpeciem limitationis cauſa pro, id eſt, poſita eſſe intelligitur.*

11 *Hæredis verbo etiam extranei comprehenduntur.*

12 *Contractus an fiat ſimpliciter pro ſe, vel pro ſe, & deſcendentibus, maxima eſt differentia.*

13 *Filiis eſt ius quæſitum ex contractu paterno.*

16 *Donatio ſi facta fuit alicui pro ſe hæredibus & deſcendentibus an donatarius rem donatam alienare poſſit in filiorum præiudicium, & nu. 22.*

17 *Beneficium quod habeo propter te, etiam te inuito vti poſſum, & nu. 34.*

18 *Pater filiorum iura diminuere aut alienare non debet, ſed augere & conſeruare, & num.35.*

19 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat.*

Nemo dat, quod non habet.

20 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*

21 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, declaratur, num.36.*

Noſtrum ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt.

22 *Donatio facta patri & filio, cuius contemplatione facta eſſe dicatur.*

23 *Res filio acquiſita patris contemplatione dicitur perfectitia.*

24 *Donatio facta patri & filijs, mortis cauſa filijs acquiri dicitur.*

25 *In donatione facta patri & filijs, nullum ius habent filij, ſed tantum ſpem.*

26 *In donatione cauſa mortis, dominus patri, & pater filijs donaſſe intelligitur; quæ licet à patre ante mortem reuocari potuerit: tamen ſi in ea vſq; ad mortem perſeuerauerit, confirmatur.*

27 *Verbum, diſponere, licet regulariter ad vltimam voluntatem referatur: aliquando tamen eſt generale, & omnem alienationem etiam inter viuos comprehendit.*

28 *Feudum emens iure proprio, ſine alicuius requiſitione illud alienare poterit.*

Feudum alienans iure proprio; illud etiam iure proprio ſibi conceſſum eſſe videtur.

29 *Clauſula, ſicuti ſibi videbitur & placuerit, liberum arbitrium ſignificat.*

30 *Verba intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi.*

31 *Filijs quando aliquid acquiritur per patrem cum hoc, quod ſint heredes; an id in eos præiudicium per patrem alienari poßit.*

32 *Heres tenetur approbare factum defuncti.*

33 *Filijs quando ius quaſitum eſt reuocabiliter, per patrem illud alienari poteſt, ſecus ſi irreuocabiliter.*

37 *Intellectus l. ſeruus, & l. filius, C. de pactis, & l. vltima. ff. eod. tit.*

ILLVSTRISS. Ducale Dominium Venetorum donauit Illuſtriſſ. Domino Franciſco Sfortię Duci Mediolani & hæredibus & deſcendentibus, domum poſitam in ciuitate Venetiarum in Contrata Sancti Pauli, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſpectantibus & pertinentibus ipſi domui; & prout & cum toto eo, quod aliàs q. Magnificus Gatamelata poſſidebat ad habendum & poſſidendum prædictam domum, & de ea diſponendum, tanquam de re propria, ſicut ſuæ Illuſtriſſ. Dominationi videbitur, aſque contradictione alcuius perſonæ mundi, &c. Deinde præfatus Illuſtriſſ. D. Franciſcus Sfortia vendidit ſeu permutauit dictam domum: Quæritur, an potuerit dictam domum alienare?

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Pro declaratione huius quæſtionis duo ſunt examinanda: Primum eſt, an per illam donationem fuerit aliquod ius quæ-
ſitum filiis dicti Illuſtriſſimi [illegible] Du-
cis Mediolani. Secundum, poſito, quòd ſic, an Il-
luſtriſſimus Dux Mediolani potuerit alienare di-
ctam domum in præiudicium filiorum ſuorum.
1 † Circa primum dubium videtur dicendum, quòd
nullum ius ſit quæſitum filiis per dictam donatio-
nem. De natura donationis eſt, vt acquiratur res
donata, nedum donatario, ſed etiam eius filiis &
hæredibus, *vt l. ſi pactum. ff. de probat. & in l. 2. C. de pa-
ctis, inter empt. & vendit. & in cap. 1. de duobus fratribus à*
2 *Capitaneo inueſtitis*, & poteſt ratio aſſignari: † quia
omnia, quæ acquirimus, & quæ noſtra ſunt, liberis
noſtris ex voto paramus: vt eſt text. notabilis *in l.
pen. ante medium. ff. de bonis libertorum, facit l. ſcripto. ff.
vnde liberi, & l. nam etſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam.*
Et ideo videtur, quod licet in inſtrumento dona-
tionis addantur illa verba, & pro hæredibus & de-
3 ſcendentibus, ſint ſuperuacua; † Quia expreſſio
eorum, quæ tacitò inſunt, nihil operatur, *l. 3. ff. de
legat. 1.* poſſent tamen operari in hoc, quia intentio
partium fuerit, quòd deſcendentes tunc ſuccedant,
quando ſunt hæredes, iuxta not. *in l. quod dicitur. ff.
de verb. oblig. & in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de operis li-*
4 *bertorum.* † Secundò ad idem hoc probatur, quan-
docunque contractus vel ſtipulatio interponitur
ſuper re, quæ de ſui natura eſt tranſmiſſibilis ad hæ-
redes vel filios, ſi fiat mentio filii vel hæredis: talis
ſtipulatio vel contractus habetur pro ſuperuacuo,
*l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita. ff. de verbor. obligat. coniuncta
l. cum qui ita, §. te & Titium, eod. titul. & ita tenet Bart.
in dicto §. ſi quis ita, & Paul. de Caſtr. in eadem l. ſtipulatio
iſta, §. ſua perſona.* Sed ille contractus donationis
fuit interpoſitus ſuper domo, quæ eſt tranſmiſſibi-
lis ad hæredes vel filios, ergò videtur, quòd adie-
5 ctio filii habeatur pro ſuperuacua. † In contra-
rium videtur, quòd imo ſit quæſitum ius ipſis filiis:
nam regulariter verba inſtrumenti & ſtipulationis
ſunt conſideranda. *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut
Pamphilum*, ibi, quærentibus reſpiciendus erit ſer-
mo ſtipulationis, *ff. de verbor. obligat. & l. ex verbis*, i-
bi, cùm ergò lecto teſtamento animaduertimus,
*C. de donatio. inter virum & vxor. & l. fideiuſſores magi-
ſtratuum, §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſor. & cap. 1. in fin. in
titul. de duobus fratribus à Capitan. inueſtitu, & cap. por-*
6 *ro, de priuilegijs, cum ſimilibus.* † Sed verba donatio-
nis ita vocant deſcendentes donatarii, ſicut ipſum
donatarium; quia eos nominat, licet intelligan-
tur eſſe vocati ordine ſucceſſiuo, iuxta not. *in l. Gal-*
7 *lus, §. 1. ff. de liberis & poſthumis.* † Item quia verba
donationis, dum dicunt, & deſcendentibus de-
bent aliquid operari, *l. ſi quando, de legat. 1. & cap. ſi
Papa, de priuilegijs, in 6.* quæ nihil operarentur, ſi
8 nullum ius eſſet eis quæſitum. † Item, quia ex-
preſſio eorum, quæ tacitè inſunt, ſi expriman-
tur voluntariè per alium modum, quàm inſunt, a-
liquid operantur, vt not. Bartolus & Doctores, *in l.
3. ff. de legat. 1.* ſed illa verba & deſcendentibus ex-
preſſa ſunt de voluntate donantis, non ex neceſſi-
9 tate: † Quia in neceſſitatibus nemo liberalis ex-
iſtit, *l. rem legatam, in fine, ff. de adimendis legib.* &
ſunt expreſſa per alium modum, quàm inſunt:
Quia in donatione facta de re tranſmiſſibili, ad
hære-

hæredes etiam extraneos, ſi exprimantur ſolum hę-
redes deſcendentes, ſicut fuit in caſu noſtro; viden-
tur aliter exprimi quam inſint, quoniam illa ver-
ba & deſcendentibus, intelliguntur, id eſt, deſcen-
10 dentibus, † Quia quando copula, &, ponitur in-
ter genus & ſpeciem, ponitur pro, id eſt, cauſa limi-
tationis, vt probatur, *in l. ſed ſi adsciatur. ff. pro ſocio, & notat. Bartol. in l. quaſitum §. ſi quis fundum in 6. colum. in princip. ff. de fundo inſtructo. & pro hoc facit text. cum gloſſ. in l. 1. in princip. in verſic. placitus & conſenſus. ff. de pactis.* Sed illud verbum hæredibus, eſt genus; quia
poteſt comprehendere tam deſcendentes hære-
des quam extraneos. *l. ſciendum. ff. de verbor. ſignificat.*
& verbum deſcendentibus, eſt ſpecies reſpectu il-
lius generis; ergo copula, &, poſita inter genus præ-
cedens, & ſpeciem ſequentem ponitur pro, id eſt,
& limitat & reſtringit genus præcedens, & eſt ſen-
ſus, Donauit Illuſtriſſimo Domino Franciſco Sfor-
tiæ & hæredibus, & deſcendentibus, id eſt, hære-
11 dibus qui ſint de deſcendentibus ſuis. † Item quod
ſit differentia, an contractus fiat ſimpliciter, an ve-
ro pro ſe & deſcendentibus; quantum ad propoſi-
tum tenet expreſſe Bald. *in cap. 1. §. hoc quoque in 5. colum. in titul. de ſucceſſione feudi & in quarta concluſio-*
13 *ne.* † Item quod ſit ius quæſitum filio ex contra-
ctu paterno tenet etiam Bald. *in dicto capit. 1. §. hoc quoque in ſecunda colum. verſic. pone ergo*, & iſta pars
14 videtur verior. † Nec obſtant, rationes ſupra in
contrarium deductæ. Et primo dum dixi, expreſ-
ſio eorum, &c. quia illud procederet quando ex-
primeretur per eum modum qui ineſt; Sed hic a-
15 liter exprimitur, *vt ſupra dixi.* † Et ſimiliter non
obſtat. *l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita, coniuncta l. cum quis §. te & Titium ff. de verbor. obligat.* quia eodem mo-
do reſpondetur. Imo ſi bene conſideretur dictus
§. ſi quis ita videtur velle, quod in perſona hære-
dum deſcendentium ſit nouus contractus dona-
tionis & ſtipulationis, ſub ordine tamen ſucceſſi-
uo ſecundum notat. *in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de*
16 *liberis & poſthumis.* † Circa Secundum dubium,
An Illuſtriſſimus Dominus D. Franciſcus Sfortia
Dux Mediolani potuerit alienare dictam domum
in præiudicium filiorum ſuorum. Prima facie vi-
detur dicendum quod non, quia ſi per inſtrumen-
tum donationis fuit ius quæſitum filiis, non vide-
tur quod pater potuerit eis præiudicare; quia hic
filij non habent à patre, ſed ab Illuſtriſſimo Du-
cali Dominio Venetorum, per *l. ſi arrogator §. ſed an impuberi ff. de adopt.* Item quia etiamſi illa acqui-
ſitio fuerit facta filiis propter eorum parentem, ta-
men non videtur quod pater poſſit eis illud tol-
17 lere; † Quia beneficium quod habeo etiam pro-
pter te poſſum vti te inuito. *l. ſi poſt mortem. §. fin. ff.*
18 *de contra tabulas.* † Item quia iura filiorum pater
non debet alienare, vel diminuere, ſed augere &
conſeruare; *l. 1. Cod. de bonis maternis & in l. fin. Cod.*
19 *de ſentent. paſſ.* † Item quia pater non potuit plus
iuris in alium transferre, quam ipſe habebat; *vt l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. & l. alienatio. ff. de contrahend. empt.* & quia nemo dat quod non habet. *l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin. cum ſimilib.* Sed ipſe
pater habebat ius temporale duraturum in eius vi-
ta tantum, & poſt eius mortem debebat incipere
20 eſſe filiorum; † Reſoluto ergo iure patris per mor-
tem eius, reſolutum videtur ius emptoris, vel aliter
acquirentis, *l. lex vectigali fundo. ff. de pign. & c. 1. §. fin. in tit. de controuerſ. inueſt.* & propter hæc verba ſequen-
tia in inſtrumento donationis, quæ dicunt quod di-
ctus Illuſtriſſ. Franciſcus Sfortia poſſit de ea diſpo-
nere, &c. videtur quod debeant intelligi quod poſ-
ſit diſponere dum viuit, & pro tempore quo viuit,
per quod tempus tantum durat ius ſuum. Et ſic vi-
detur quod filij poſſint poſt mortem patris ex eo-
rum perſona, & ex iure noniter eis aquiſito per
mortem patris mediante donatione Illuſtriſſ. Duc.
Domin. Venetiarum contrauenire & reuocare ab
21 emptore vel aliter acquiſitore. † Item quia vulga-
ris eſt regula, quod non debet alteri per alterum in-
iqua conditio inferri, *l. non debet alteri. ff. de regu. iur.*
Item eſt alia regula, quod noſtrum eſt ſine facto
modo à nobis auferri non poteſt; *l. id quod noſtrum ff. de reg. iur.* Item pro hoc faciunt. *l. ſeruus & l. filius. C. de*
22 *pact. & l. ſi. ff. eo. tit. cum ſim.* † Sed his non obſtanti-
bus teneo contrarium eſſe verius de iure. Et primo
hoc probatur ſic, illa domus donata fuit Illuſtriſſ.
D.D. Franciſco Sfortiæ contemplatione ipſius po-
tius, quam filiorum: quia ipſe erat dilectus ab Illu-
ſtriſſimo Duc. Dom. Ven. propter eius benemerita,
non autem filij, qui erant iuuenes, & forte nun-
quam viſi: vt not. Bar. *in l. ſi filioſa. ff. de donat. cau. mortis facit l. qui filiabus in prin. & quod ibi not. ff. de leg. 1. & quod not. Bartol. in l. ſi cum dotem in fine principij. ff. ſolut. matrimon. & in l. dedit dotem ff. de collat. bonorum: & Bald. in auth. Sed & ſi quis in 6. col. circa fin. C. de ſecundis*
23 *nuptiis.* † Si magis contemplatione patris fuit do-
nata illa domus: ergo illa domus quoad filios dici-
tur profectitia quæ proficiſcitur propter patrem &
per patrem fuit acquiſita *l. profecticia ff. de iure dotium & l. ſed ſi plures §. in arrogato. ff. de vulgar. & pu. & notat. Bartol. in l. Gallus §. quidam recte in 3. colum ad fin. ff. de liber. & poſthum.* Ergo pater potuit de ea domo
diſponere tanquam de peculio profectitio ad i-
24 pſum ſpectante & pertinente. † Secundo probatur
ſic. Filij dicuntur vigore dicti inſtrumenti donatio-
nis, mortis cauſa capere dictam domum: vt not. *Bar. in l. mortis cauſa capitur. ff. don. cauſ. mortis, & Bald. in l.*
25 *ſi mulieri ff. de vſufruct.* † Et quod hoc ſit verum pa-
tet, quia tempore vitæ patris filij nullum ius ha-
bebant in dictis bonis, ſed tantum ſpem, vt notat.
Bald. *in l. ſi tibi §. ſi pactus. ff. de pactis & Bartol. in l. Gallus §. quidam recte. ff. de liber. & poſthum.* & ſic poſt mor-
tem patris debent capere à domino dictorum bo-
norum cauſa mortis patris: & ſic eſt mortis cauſa
26 capio. † In qua mortis cauſa capione hoc actum
eſſe intelligitur, quod Dominus dictorum bono-
rum dicatur donaſſe patri, & pater filiis: vt not. Bar-
tol *in l. ſi precio. ff. de donat. cauſa mortis, qua* donatio fi-
lius facta per patrem non valet, ſed ſi pater perſe-
ueret in illa voluntate vſque ad mortem, confirma-
tur donatio, iuxta notat. *in l. 2. C. de inofficioſis donation.* & ideo ante mortem pater potuit reuocare: &
hoc tenet Bald. *in auth. ſi quas ruinas. C. de Sacroſ. Eccleſ.*
licet non teneat quod ſit mortis cauſa capio, ſed
ſimplex donatio, & hoc etiam videtur tenere Spec.
in tit.

in titul. de locato, §. nunc aliqua, verſ. 78. & pro hac ſen-
tentia facit quod not. Bartol. *in l. qui Roma, §. Flauius
hermes, ff. de verbor. obligat. & in l. 3. ff. de ſeruis expor. &
quod not. Bald. in l. qui ſe patrn. C. vnde liberi.* Tertiò
hoc probatur apertè ex alijs verbis inſtrumenti do-
nationis, ibi dum dicit, quòd dictus donatarius poſ-
ſit de ea diſponere, tanquam de re propria, ſicut Il-
luſtriſſimæ Dominationi ſuæ videbitur & placue-
rit abſque contradictione alicuius perſonæ mun-
27 di. † Quòd verbum diſponere, licet videatur re-
ferri ad vltimam voluntatem, *vt in auth. de nupt. §. diſ-
ponat. & in auth. de hæred. & Falcid. §. ſi quis autem non
implens, in princ. & in Inſtit. quibus ex cauſis manu. non
licet. §. pen.* ibi in teſtamento diſpoſitio dicta erat: ta-
men eſt in caſu noſtro verbum generale, compre-
hendens non ſolum vltimam voluntatem, ſed et-
iam omnem contractum alienationis inter viuos,
vt probatur in auth. vt liceat matri & auiæ, in princ. ibi
licentiam habeant, quæ voluerint diſponere, *col. 8.*
& maximè in caſu noſtro propter generalitatem
verborũ: Primò, dum dicit tanquam de re propria,
nam per illa verba videtur ſibi data poteſtas alie-
28 nandi. † Et pro hoc allego, quod ſingulariter not.
Bald. *in cap. 1. in tit. de feudo non habente propriam natu-
ram feudi:* vbi dicit, quod ſi quis emit feudum iure
proprio, poterit alienare ſine requiſitione alicuius:
& quod not. eleganter Bald. *in cap. 1. in titul. quid iuris
ſit. ſi poſt alienationem feudi:* vbi dicit, quòd ſi quis a-
lienat feudum iure proprio, ſibi videtur fuiſſe con-
ceſſum iure proprio: Cùm ergò poſſit diſponere
de dicta domo, tanquam de re propria, videtur ſibi
29 conceſſa iure proprio. † Secundò, quia dicitur in
donatione, ſicut Illuſtriſſimæ Dominationi ſuæ vi-
debitur & placuerit; quę verba ſignificant liberum
arbitrium: vt not. Bart. *in extrauaganti ad reprimen-
dum, in verſic. videbitur. & Bartol. in l. ſi ſic, in princ. ff. de
legat. 1. & in l. fideicommiſſa, §. quanquam, de legat. 3. &
in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati, & probatur in c. ſignifi-
cauit, & ibi hoc not. Anto. de Butr. extra de pœnit. & re-
miſſ. & in cap. licet de offic. ordin.* Tertiò, quia dicitur
in eadem donatione abſque contradictione alicu-
ius perſonæ mundi; quæ verba ſunt generaliſſima,
& comprehendunt etiam perſonas filiorum, vt de
30 ſe patet. † Prætereà verba illa debent intelligi ſe-
cundum communem vſum loquendi, qui eſt ma-
ximè apud Principes & Dominos Venetos; vt in-
telligantur, quòd poſſit diſponere donatarius, tàm
inter viuos, quàm in vltima voluntate; *vt l. librorum,
§. quod Caſſius. ff. de legat. 3. & quod ibi not. Bartol. & l. La-
beo. & ibi plene per Bartol. ff. de ſuper. leg.* Poſtremò, ſi
ſi diceremus, quòd illa verba intelligerentur, quòd
ſolum poſſet diſponere, donec viuit pro iure ſibi
competenti in vita ſua; illud verbum diſponere ſi-
bi contradiceret intelligendo de vltima voluntate;
quia illa non habent locum, niſi poſt mortem diſ-
ponentis. *l. omnium, cum ibi not. C. de teſtament.* & ſic
illa verba donationis implicarent contradictio-
nem, *contra l. vbi repugnantia, ff. de regul. iur.* Item ni-
hil operarentur, *contra l. ſi quando, de legat. 1. & cap. ſi
Papa, de priuileg. in 6. cum ſimilib.* Item ſi intelligere-
tur verbum diſponere pro vltima voluntate tan-
tum etiam pro iure ſibi competenti poſt mortem,
non videretur eſſe veriſimile, neque iuridicum,
quia eſſet teſtari de re aliena, *contra l. 1. ff. ut teſta. [illegible]
tu, & l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et ideo oportet intel-
ligere, quòd ſit donatio facta liberè ipſi Illuſtriſſi-
mo Domino Franciſco Sfortiæ; de qua poſſit diſ-
ponere, tàm inter viuos, quàm in vltima volunta-
te: ſed vbi non diſponeret, tunc tranſeat ad ſuos
hæredes, qui ſunt deſcendentes ſui, & iſta fuit in-
tentio vera, meo iudicio, Illuſtriſſ. Duc. Dom. Ve-
31 net. † Quartò & vltimò principaliter hoc proba-
tur; quia illa donatio fuit facta primò patri, deinde
filiis deſcendentibus, qui ſint hæredes, vt ſupra di-
xi: Ergò filij non poſſunt conuenire; quia ſi non
ſunt hæredes, non admittuntur, iuxta not. *in l. ſi ti-
bi. §. ſi pactus, ff. de pactis, & in l. quod dicitur, ff. de verbor.
obligat.* ſi ſunt hæredes, non poſſunt contraueni-
32 re. † Quia hæres tenetur habere ratum factum
defuncti; ex quo repræſentat eius perſonam; iuxta
d not. *d in l. cum a matre. C. de rei vend.* & per regulam,
ex qua perſona quis lucrum ſentit, eius factum im-
probare non poteſt, *vt l. ex qua perſona, ff. de regul. iur.*
Item, per aliam regulam, quem de euictione tenet
actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vendi-
cantur. ff. de euictionibus.* Et iſta ratio meo iudicio eſt
33 inconuincibilis. † Nec obſtant rationes in con-
trarium adductæ. Et primò non obſtat, dum dixi,
quòd filiis fuit ius quæſitum per dictam donatio-
nem, quia illud ius erat in ſpe & reuocabile; quia
pater donatarius habebat poteſtatem reuocandi il-
lud ius, vt patet ex prædictis, ideo potuit alienare.
Secus ſi fuiſſet irreuocabile, & ita loquitur contra-
rium: & pro hoc facit, quod not Bartol. *in l. qui Ro-
ma, ff. Flauius hermes. ff. de verbor. obligat. & in l. 3. ff. de
ſeruis expor. & facit l. in bello. §. ſi quis ſeruum, cum ibi not.
per Bartol. ff. de captiuis, & text. cum gloſſ. in l. ſed & ſi
quis. §. interdum. ff. de vſufruct. accreſ. & quod not. per gloſſ.
34 in l. ſi quis ita hæreditatem. ff. de cond. inſtit.* † Nec ob-
ſtat ſecundò, *l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de contra tabulas,*
vbi habetur, quòd beneficium, quod habeo pro-
pter te, non potes mihi auferre; quia illud proce-
dit in beneficio, quod habes in re de præſenti, ſe-
cus ſi habes in ſpe reuocabili, ſicut fuit in caſu no-
35 ſtro, vt dixi. † Nec obſtat ſimiliter tertium argu-
mentum, dum dixi, quod pater non poteſt iura fi-
liorum alienare, *l. 1. C. de bonis maternis, & l. fin. C. de
ſententiam paſſis.* quia intelligitur de bonis, in qui-
bus pater non habet, niſi vſumfructum, vel nul-
lum ius. Secus ſi habet dominium de præſenti, &
filius habet dominium in ſpe de futuro reuocabili,
vt dictum eſt. Nec obſtat quartum argumentum,
dum dixi, quòd nemo plus iuris, &c. quia concedi-
tur iſtud; ſed negatur, quòd pater non habuerit ius
dominii, & ius alienandi, vt patet ex prædictis.
36 † Nec obſtat quintum argumentum, dum dicitur,
quòd alteri per alterum non poteſt inferri iniqua
conditio; quia verum eſt, niſi iure permittente: fa-
cit *l. Græcus, C. de adulterijs.* Sed ius permiſit patrem
alienare ex voluntate donantis, vt ſupra declaraui;
ergò, &c. & ſimiliter reſpondetur ad aliam *l. id quod
37 noſtrum. de regul. iur.* † Nec obſtant, *l. ſeruum, & l. fi-
lius. C. de pactis. & l. fin. ff. de pactis.* quia poteſt reſpon-
deri diſtinguendo tres caſus. Aliquando ille, ex
cuius

[illegible] alteri [illegible]ritur, non eſt ſui iuris ſed alteri ſubiectus, & ſic tenetur ſibi acquirere, & tunc poſt ius quæſitum non poteſt illi præiudicare, & ita loquitur, *dicta l. ſeruus & dicta l. ſilius*. Aliquando non eſt alteri ſubiectus; tenebatur tamen alteri acquirere, & tunc idem dicendum eſt: vt ille non poſſit præiudicare; & ita loquitur *dicta l. fin. ff. de pactis*, nam ibi reus tenebatur acquirere liberationem pro ſuo fideiuſſore; *ſaut l. & hared. §. fin. ff. de pact.* & eodem modo procurator teneretur acquirere Domino. *l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig.* & iſti non ſunt caſus noſtri. Aliquando quis eſt ſui iuris, & non tenetur alteri acquirere, & iſte eſt caſus noſter: in quo ſi apponitur aliquod pactum, per quod alteri ius quæratur, poteſt ex pœnitentia impediri effectualis acquiſitio, per ea quæ not. Bart. & Doct. *in l. qui Romæ. §. Flauius hermes ff. de verbor. obligat. & in l. 3. ff. de ſeruis exportan.* & per ea quæ dicta ſunt ſupra. Vltimo poteſt omnibus argumentis in contrarium deductis clare & ſine dubitatione reſponderi, quod non præcedant in caſu noſtro; in quo filius videtur fuiſſe ius quæſitum, dum modo ſint hæredes; quia ſi non ſunt hæredes, nullum ius eſt eis quæſitum: ſi ſunt hæredes, non poſſunt tanquam hæredes contrauenire, per regulam, quem de euictione tenet actio, &c. & quia ex qua perſona quis lucrum ſentit, &c. & quia non poſſunt contra factum defuncti venire & maxime vbi non feciſſet inuentarium per ea quæ not. Bald. ſecundum Nicolaum de Materellis. *in l. qui ſe patris. C. Vnde liberi.* Vnde ex prædictis omnibus concludo, quod Illuſtriſſimus D. D. Franciſcus Sfortia potuit alienare dictam domum in præiudicium filiorum ſuorum: ſiue ſint eius hæredes ſiue non, & ita filii eius non poſſunt contrauenire.

ANNOTATIONES.

a Ipſis filiis] *Videtur tamen quod comprehendantur etiam hæredes extranei ſub illis verbis, pro ſe, hæredibus, & deſcendentibus, cum tractetur de re tranſitoria ad extraneos, ſicut declarat poſt alios Didac. variar. reſolut. lib. 2. c. 18. nu. 3. & late in materia donationis hoc tenet Burſat. conſ. 31. nu. 8. & 12. vol. 1. ſed illud fortaſſe procedit quando verbum hæredibus poſtponitur, quia tunc ſtat augmentatiue, vt Burſat. declarat; ſecus autem quando anteponitur verbum hæredibus, quia tunc declaratur per verbum deſcendentibus, ſicuti optime docet D. Capolla, & faciunt quæ ſcribit Iſernia in c. 1. §. quid ergo in fin. de inueſtit. de re alie. fact. & Afflict. in præludiis feudorum, num. 171. & in c. 1. in princ. num. 110. de ſucceſſ. feudi, & egregie Hieronym. Garzonius in tract. de fœminis ad feuda recipien. vel non, verſic. quo ad tertium, circa medium folio mihi 46. in prima impreſſione.*

b Ordine ſucceſſiuo] *Et eſt communis opinio, vt docet Dec. in conſ. 607. nu. 10. Iaſ. in l. 2. num. 186. C. de iure emphyt. Pariſ. conſ. 23. num. 128. & ſeq. lib. 1. Viuius op. 250. fallit tamen quando donatio facta eſſet pro ſe & filio nomine proprio nominato: quia tunc filius vna cum patre pro virili admitteretur. Andr. Iſern. in c. 1. column. 2. ſi vaſal. feudo priuet. & in c. 1. col. 1. de ſucceſſ. feud. Afflict. deciſ. 393. num. 3. & ibidem Vrſillus in additio. num. 2. & 5. & ratio eſt, quia videretur duplex conceſſio, altera in perſona patris, altera in perſona filij, qui ex perſona propria veniret; vt poſt alios not. Corn. conſ. 74. nu. 3. vol. 1. Calcan. conſ. 78. num. 14. & 17. lib. 1. Felin. conſ. 24. nu. 20. Pariſ. in dicto conſ. 23. num. 130. & ſeq. vol. 1. Crotus in l. qui Rom. §. duo fratres, num. 139. ff. de verbor. oblig. & ample AEgid. Boſſ. in tit. de principe nu. 311.*

c Potuit alienare] *Adde quæ ad rem hanc tradit Dec. con. 216. nu. 5. Bero. conſi. 121. num. 7. & 8. & conſil. 192. num 17. vol. 2. Gerard. Mazzol. conſ. 1. nu. 34. cum ſeq. & nu 52. 90. & 91. Syluan. conſil. 98. per totum vol. 2. & late Burſat. conſil. 31. nu. 7. cum ſeq. vol. 1.*

d L. cum a matre] *Ad regulam huius legis multa cumulat Alphan. in collectaneis num. 62. Tiraquel. de retractu conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. num. 49. cum multis ſequentibus Antonius Gabriel. commu. concluſ. lib. 6. titu. de regul. iur. concluſ. 11. & Octauia. Chacbera. deciſ. 67. Cephal. conſil. 318. num. 1. conſ. 392. num. 32. & ſequen. & conſ. 393. nu. 58. & ſeq. Clariſſ. Præceptores mei D. Decia. conſ. 3. num. 39. conſ. 33. nu. 60. vol. 2. & late conſ. 55. num. 90. & 99. volum. 3. D. Menoch. conſ. 89. num. 34. vſq. ad num. 65. vbi ample & doctè explicat, & conſil. 115. num. 42. conſ. 129. num. 23. conſil. 155. num. 5. & conſ. 196. num. 9. Hierony. Gabr. conſ. 125. nu. 3. & ſequen. vol. 1. & omnium latiſſime Ioſeph. Ludouic. in ſuis communibus concluſ. in tit. de hæredibus illatione 82. vbi ad rem hanc plurima, ad ſocietatem congerit.*

CONSIL. XVI.

ARGVMENTVM.

An matrimonium ſit metu contractum vel non.

SVMMARIA.

1 *In dubio ſemper pro matrimonio reſpondetur.*
2 *Matrimonium liberum eſſe debet, abſq. aliquo metu, aliàs inde malus exitus euenire ſolet.*
3 *Voluntas coacta voluntas eſt.*
4 *Matrimonium metu contractum ipſo iure non valet, etiam de iure naturali.*
5 *Contractus metu celebratus, propter malos mores improbatur.*
Liberum arbitrium eſt ſupremus theſaurus à Deo homini elargitus.
6 *Metus qualis eſſe debeat vt matrimonium ex eo contractum non valeat. & nu. 8.*
7 *Metus quotuplex ſit.*
9 *Suſpicio probabilis tormentorum idem operatur quod ipſorum illatio.*
10 *Metus an ſit iuſtus, & qui cadat in cōſtantem virum, iudicis arbitrio relinquitur.*
11 *Metus qui in conſtantem virum cadit, vt ex coniecturis probatur.*
12 *Præſumptiones ex quibus matrimonium violentum, & meticuloſum præſumitur.*
13 *Tractatus ad decipiendum fieri ſolet.*
14 *Teſtis vnius dicto ſtatur, quando tractatur de eius facto.*
15 *Voluntas ex facto intelligitur.*
16 *Ex tractatu, & ordine fraus, & ſimulatio præſumitur.*

17 Metus

17 *Metus iuſtus eſt ſi quis in adulterio vel ſtupro reperiatur, licet de iure occidi non potuiſſet.*
18 *Armorum terror eſt iuſta cauſa metus.*
19 *Arma gerens malum animum habere præſumitur.*
20 *Non eſt opus, vt quis expectet, vt prius percutiatur.*
21 *Vulneratus & percuſſus iuſtum habet mortis timorem.*
22 *Clamans ne interficiatur, mortis timorem habere cognoſcitur.*
23 *Recuſans aliquam deſponſare; ſi poſtea conſentiat, id metu feciſſe præſumitur.*
24 *Minatoria verba iuſtum timorem inducunt.*
25 *Matrimonium poſt minas contractum, ob earum terrorem factum eſſe cenſetur.*
26 *Ex qualitate & numero perſonarum, & ex armorum genere probabilis metus præſumitur.*
27 *Iuſtus metus præſumitur; quando quis è loco aufugere non poteſt, eo quia aduerſarius ei ſe armis opponit.*
28 *Suſpirans vel plorans, tempore contracti matrimonij illud non ſponte feciſſe præſumitur.*
29 *Teſtibus de metu deponentibus maxime, quando pro eo ſunt aliqua coniectura, magis creditur quam contrarium aſſerentibus.*
30 *Arma etiamſi deponantur, nõ tamen ipſorum timor ceſſare dicitur; maxime ſi ſunt in poteſtate deponentium.*
31 *Liber non dicitur, cui aliquid obſtat.*
32 *Metus an & quando purgatus ſit, vt matrimonium valeat.*
Metus an purgatus præſumatur, quãdo quis ſtat in domo ſponſæ poſteaquam ex ea diſcedere potuit. & nu. 43.
33 *Comedens cum aliquo iniuriam & metum remittere dicatur.*
Familiaritas maior eſſe dicitur in cibo quam in loquela.
34 *Pacis ſignum eſt, manus tangere.*
35 *Oſculum eſt ſignum pacis & amoris.*
36 *Oſculum conſenſum voluntatum ſignificat.*
37 *Qui contra matrimonium non reclamat conſenſiſſe præſumitur.*
38 *Metus idem durare præſumitur etiam quando aliquid poſt illum incontinenti fit.*
39 *Libertati priſtinæ quis reſtitutus eſſe non dicitur, niſi ita ſit data libertas, vt difficilis ſit eius proſecutio.*
40 *Metus per actum ſequentem purgatus nõ dicitur quando durat eadem ſuſpicio.*
Relaxatus per Curiam adhuc metum habere præſumitur ne iterum compellatur.
41 *Coacte & per metum quis feciſſe dicitur, quando incontinenti cum fuit in libertate reclamauit.*
42 *Sequentibus præcedentia declarantur.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
1 Spiritus ſancti gratia: † *a* Licet in
2 huiuſmodi cauſis matrimonialibus re dubia exiſtente, pro matrimonio conſulere ſemper conſueuerim, *per cap. fin. extra de re iud. & cap. licet ex quadam in fin. de teſtibus.* Tamen quia viſis atteſtationibus, & toto proceſſu præſentis conſultationis res mihi quodammodo indubitata viſa eſt; matrimoniũ ſcilicet libere non fuiſſe contractum. [illegible] & iuſtitiæ locus ſit in alteram nunc partem declinare. Et quia omnis difficultas huius cauſæ principaliter conſiſtit circa duas tantum quæſtiones: ideo ſuper ipſis verſabitur diſputatio noſtra; ex quibus veritas clariſſime apparebit. Prima quæſtio eſt, an matrimonium, quod dicitur D. Hieronymum Delphinum contraxiſſe cum domina Laura, fuerit liberum, an vero meticuloſum, ita quod de iure non valuerit. Secunda eſt, an ſi quis metus in illo matrimonio, vel ante interuenerit, fuerit poſtea pur-
2 gatus, ita vt dici poſſit matrimonium valere † Circa primam quæſtionem; præmitte pro intelligentia, quod matrimonium debet eſſe liberum; & ille qui contrahit debet plena ſecuritate gaudere, nec timor, aut coactio aliqua debet interuenire, ne propter timorem ſibi dicat cõplacere quod odit, & ſequatur malus exitus; qui de inuitis nuptiis ſolet prouenire: vt dicit text. *in c. cum locum, extra de ſponſalib. & in c. veniens 2. & in c. conſultationi, eod. tit. & habetur in cap. ſignificauit de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. & per text. cum gloſſ. 33. q. 5. cap. notificaſti.* Et ſi matrimonium non eſt liberum
3 ſed per metum contractum, ſequitur quod † licet
b alias *b* coacta voluntas, ſit voluntas, & actus ipſo iure valeat. *l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod metus cauſa.*
4 † tamen ſi matrimonium eſt metu contractum
c *c* non valet ipſo iure: *vt tenet gloſſ. in dict. l. ſi mulier in §. ſi dos & idem tenet gloſſ. 1. q. 5. c. merito in gloſſ. 2. & idem tenet gloſſ. ordinaria eadem can. & quæſtione 6. cap. auctoritatem: & gloſſ. in verbo licentiam. 33. quæſt. 5. c. notificaſti. Et glo. in dicto c. veniens 2. de ſponſalib. cum ſimilib.* Et non valet huiuſmodi matrimonium etiam de iure naturali; quia vt eleganter dixit Innoc. *in cap. quod ſicut de electione*; vbi eſt metus ibi non valet actus de iure naturali; & hoc ſequitur Bald. *in cap. 1. §. item ſacramenta in 2. colum. in titu. de pace iuramento firmanda in vſibus feudorum*, qui aſſignat duas
5 rationes. † Vna eſt, quia contractus celebratus per metum dicitur improbatus propter malos mores. Secunda ratio eſt, quia hoc eſt contra liberi arbitrii ſupremum theſaurum homini à Deo datum. *l. Pau-*
6 *lus. ff. de fideicommiſſariis liber.* † Secundo præmitto quod huiuſmodi metus debet eſſe talis, quia cadat
d *d* in conſtantem virum, vt eſt text. *in c. veniens 2. & in c. conſultationi in fin. extra de ſponſalibus. & in l. metum. ff. quod metus cauſa.* & talis metus continet mortis periculum, aut cruciatum corporis: *vt l. interpoſitas, C. de tranſact. & l. metus. ff. ex quibus cauſis maiorib. & c. cum dilectus quod metus cauſa, & not. gloſſ. fin.*
7 *in dict. c. conſultationi.* † Et iſte metus poteſt eſſe triplex. Primus comminiſſiuus, vt qui per minas potentis infertur. Secundus impreſſiuus: vt qui per carcerem, vel verbera actu interuenit. Tertius eſt metus ſuſpicionis non temerariæ, ſed violentæ: *vt l. nouiſſime. ff. quod falſo tutore auctore, vt eleganter dixit Bald. in cap. 1. §. item ſacramenta. circa princ. in tit. de pa-*
8 *ce iur. fir.* † Et ideo ſufficit quod iſte metus cauſetur nõ ſolum à cruciatu corporis iam illato, vel comminando, ſed etiam [illegible] metu mortem, vel cruciatum corporis [illegible] impreſſionem ſeu violentiam futuram: vt probatur optime *in dict. l. nouiſſime*

ſime, in princip. ibi quid enim ſi compulſus aut me-
tuen. compelleretur: *& ibi hoc not. Dy. & Bald. & i-
dem vult Bald. in l. interpoſitas, ante fin. C. de tranſact.*
qui dicit per illam l. nouiſſime, quod idem ope-
ratur probabilis ſuſpicio tormentorum quod ipſo-
rum illatio: & idem vult Bald. *in c. 1. §. iniuria in ante-
pe. col. ad fin. in tit. de pace iur. firmanda. & de hoc eſt tex.
cum gloſſ. in verbo & ſi deni. in c. bona memoria Magunti-
næ, in princ. extra de electione. & hoc tenet Innoc. in c. cum
nobis olim, in princ. in gloſſ. quæ incipit hac appellatio eo. tit.*
qui dicit notabiliter quod ſufficit iuſtus timor im-
preſſionis ſecuturæ & imminens etiamſi non ſe-
quatur impreſſio, dummodo veriſimile, & proba-
10 bile ſit, quod timoris effectus ſequatur. † Tertio
præmitto quod hoc an fuerit iuſtus metus, qui ca-
deret in conſtantem virum, & an quis veriſimiliter
debuerit dubitare, quod timoris effectus ſequere-
f tur, eſt *f* in arbitrio Iudicis: vt eſt text. *in l. metus in
fin. ibi, ſed huius rei diſquiſitio iudicis eſt. ff. ex quibus cauſ.
maior. & probatur in l. hac autem, in princ.* ibi eam rem
prætor ad cognitionem ſuam reuocat. *ff. ſi cui plus
quam per l. Fal. & hoc tenet gloſſ. in l. interpoſitas. in verbo
cruciatum. C. de tranſact. & gloſſ. in c. cum dilectus. extra
quod metus cauſ. & idem not. ibi Innoc. & Canoniſta &
idem not. Bald. in cap. l. interpoſitas, & Salicetus in l. 2.
C. de his qui per met. iudic. non appell. & Ang. in l. hac au-
tem ſatiſdatio, in prin. ff. ſi cui plus quam per l. Falc & Lu-
do. de Roma in l. ſi conſtante, in princ. ad fi. 1. colum. ff. ſol.
11 mat.* † Quarto & vltimo præmitto quod iudex po-
teſt & debet arbitrari metum interueniſſe, qui ca-
g deret in conſtantem virum, *g* per coniecturas, &
per iudicia; quoniam metus poteſt probari per con-
iecturas: vt not Bart. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi præto-
ri in 8. q. ff. de noui oper. nun. & idem vult Bald. in c. 1. §.
item ſacramenta, in princ. in titu de pace iur. firman.* qui
dicit quod metus probatur ex indiciis præcedenti-
bus allegat, *de electione c. bona.* His itaque præmiſſis
videndum eſt; ſi in caſu noſtro interuenit metus
in perſona D. Hieronymi, qui caderet in conſtan-
tem virum, & ſi veriſimiliter & probabiliter ha-
buerit iuſtã cauſam timoris & impreſſionis ſibi fu-
turę, ſi matrimonium non contraxiſſet cũ D. Laura.
Et mea quidem ſententia dicendum eſt quod ſic,
quod probatur pluribus modis, & coniecturis ſeu
præſumptionibus aut indiciis non leuibus & teme-
12 rariis, ſed vrgentibus & violentis. † Prima præ-
ſumptio ſeu cõiectura eſt, propter ordinem datum
à Domino Andrea Patruo Dominæ Lauræ, de fa-
ciendo venire D. Hieronymum ad domum D. Lau-
ræ ad hoc, vt poſſit eo in domo reperto facere eam
deſponſare, conducendo etiam ad domum ſuam
Ioannem Filacampum, ob hanc cauſam, vt ipſe D.
Andreas teſtificatus eſt. Si enim Dominus Andreas
volebat probare, ſi d. Hieronymus ſponte & libere
volebat ipſam deſponſare, non erat opus neq; con-
ueniens, vt ordinaret tractatum duplicem contra
D. Hieronymum, in dando ordinem, vt à D. Laura
introduceretur & eo reperto in flagranti crimine,
13 facere ipſam deſponſare. † Quia huiuſmodi *h* tra-
h ctatus ſolent fieri ad decipiendum, & cogendum;
& non ad actum ſponte faciendum; *vel. ſi quis ſeruo.
C. de furt.* cum ibi not. per Ang. & alios Doct. & ma-
xime cum ad hoc conuocauerit amicum ſcilicet Io-
annem Filacampum, quæ conuocatio inducit præ-
ſumptam violentiam futuram: arg. gl. not. *in l. 3. §.
cum igitur in verbo ex continenti,* ibi, venit ad Ciuita-
tem pro amicis. *ff. de vi & vi armata.* & præſertim
cum non vocauerit eum pro teſte, ſed adiumento:
vt apparet ex his quæ per ipſum acta ſunt, vt ſtatim
14 dicetur. † Nec obſtat ſi dicatur, iſte tractatus non
eſt probatus, niſi per ipſum D. Andream & ſic per
vnum teſtem tantum, ergo non ſufficit. *l. iuriſiuran-
di. C. de teſtibus, &c. licet vniuerſis extra de teſti. cum ſim.*
Quia reſpondetur quod imo eſt probatus dictus
ordo & tractatus per ipſum D. Andream & D. Con-
tarenam eius vxorem; Imo plus etiam dicto vnius
i teſtis tantum ſtatur, quando tractatur *i* de eius fa-
cto; vt tenet Paul. de Caſtr. *in l. quicunq; in fin. C. de
ſeruis fugit. per glo. ibi & in l. ſi rem ff. de nouat. & in conſ.
ſuo. 367. in fin.* & quia de vocatione ipſius Ioannis Fi-
lacampi apparet per ſuam atteſtationem, & coniu-
gis ſuæ, ac etiam quia ex ſequentibus euidenter ap-
15 paret de dicto ordine parato ad violentiam. † Vo-
luntas enim facto datur intelligi. *l. reprehendenda. C.
de inſti. & ſubſti. ſub cond. factis & l. ſi tamen §. ei qui ff. de
16 adili. edicto cum ſim.* † *Et pro hoc allego, quod not. Bald.
in l. multum in 2. col. in princ. C. ſi quis alteri vel ſibi,* vbi
dicit, quod ex tractatu & ordinatione præſumitur
fraus; quando confirmatur per ſigna ſequentia, quę
plurima fuerunt in hoc caſu, vt ex his quæ dicentur
17 euidentiſſime apparebit. † Secunda præſumptio,
& coniectura eſt & quidem legitima, quia ipſe D.
l Hieronymus fuit inuentus de nocte, *l* in camera
D. Lauræ per dictum D. Andream patrem ipſius D.
Lauræ, propter quod iuſte potuit timere, ne ab i-
pſo occideretur, licet de iure occidere eum non po-
tuiſſet vt eſt caſus de hoc in terminis & valde notan-
dus, *in l. nec timorem in ver. proinde ſi quis in facto. ff. quod
metus cauſa,* qui decidit hanc quęſtionem aperte pro
D. Hieronymo, & maxime cum habuiſſet ſæpius
prius cum ea copulam carnalem & ob illam cauſam
iterum venerat. Tertia cõiectura probabilis & vio-
lenta eſt, quia D. Andreas intrauit cameram, in qua
erat D. Hieronymus cum D. Laura, armatus cum
vno enſe, & ſimiliter cum eo intrauit Ioannes Fila-
campus cum vno ſpeto, ipſi teſtificantur: & ipſa D.
Laura confitetur reſpondendo 13. poſitioni D. Hie-
18 ronymi † & propterea iſte terror armorum fuit
iuſta cauſa timoris; *vt l. 3. §. armati. ff. de vi & vi ar-
mat. & l. metum autem præſentem. §. 1. ff. quod metus
19 cauſa.* † Et eſt ratio quia qui portat arma, præſumi-
tur habere malum animum; vt dicit glo. notabilis,
in c. mercator in titu. de pace tenenda, & maxime ſi por-
20 tat in domo ſua, ſicut fecit D. Andreas † nec erat o-
pus vt dictus Hieronymus expectaret, vt prius per-
cuteretur; vt dicit ibi gloſſ. notabilis & habetur,
21 *in l. 1. C. vnde vi. & in l. vi vi. ff. de iuſt. & iur.* † Quar-
ta coniectura eſt; quia non ſolum fuit terror ar-
morum, ſed etiam fuit vulneratus in pollice, & per-
cuſſus in ore, & in capillis & fuit ſibi ſciſſa duplois,
vt deponunt tres teſtes examinati pro Domino
Hieronymo, qui viderunt eum in continenti, poſt-
quam exiuit domo D. Andreæ, & per barbiton-
ſorem, qui curauit eum de vulnere in digito illato;

vt dicta l.3.§.armati.ff. de vi & vi arm.& l.1. cum ſequentibus.ff. quod metus cauſa. & l. interpoſitas C. de tranſact. & l. item apud Labeonem. §. quæſtionem ff. de iniuriis & argumen. gloſſ. notabilis in clemen. 1. in verbo tormentis de
22 *hæreticis cum ſimilib.* † Quinta coniectura eſt, quia
ipſe D. Hieronymus clamauit, non me ammazzate; & ſimiliter dixit D.Laura, M.Barba non ghe dè, vt deponunt duo teſtes; per quam acclamationem vtriuſque apparet, quod ſuberat timor exiſtentibus ibi D. Andrea & Ioanne Filacampo cum armis, *l. metum cum ibi notat. Cod. quod metus cauſa*; facit quod notat. gloſſ. de acclamatione, *in l. ſi vi allegas. Cod. de leg. Cornel. de ſicar. & text. & gloſſ. in l. itaque ff. ad l. A-*
23 *quil. cum ſimilibus.* † Sexta coniectura, quia D.Hieronymus, non obſtante inſultu facto contra eum cum armis, recuſabat ipſam D. Lauram accipere in vxorem, vt dicunt duo teſtes; Vnde licet poſtea eam deſponſauerit præſumitur non ſponte feciſſe; per ea quæ habentur per gloſſ. 17. quæſt.1. cum ſaldus & per id quod notat. Innocen. *in cap. ſuper hoc extra de renuntiatione & per notat. per Bartol. & Doct. in l.1. §. quæ oneranda, ff. quarum rerum actio non detur.* Septima coniectura eſt, quia D. Andreas videns quod nolebat D.Hieronymus conſentire in accipiendo D.Lauram in vxorem, incepit ei minari, quod ſi non acciperet eam, non recederet de domo, & quod figerat ad hoc vnum magnum clauum; vt dicit Ioannes Filacampus, & Anna ſeruiola dicti D.
24 Andreæ; † per quæ verba minatoria iuſtum habuit timorem vt 33. quæſt. 5. notificaſti ibi minis &
25 terroribus. † Et ideo matrimonium poſtea ſecutum in continenti præſumitur factum propter minas & terrores præcedentes, *argum. l. ſi ventri §. in bonis ff. de priuilegiis credi. & not. Bart. in l.1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non datur*, & maxime inſpecto quod ipſe D. Hieronymus fuit inuentus in flagranti crimine l. nec timorem verſic. proinde ff. quod metus cauſa: & quia D. Andreas eſt fortior & magis audax, quam D. Hieronymus, & quia D. Andreas habebat ſocium videlicet Ioannem Fila-
26 campum cum vno ſpeto; † & ſic ex qualitate & numero perſonarum, & ex genere armorum veriſimiliter & probabiliter D. Hieronymus debuit timere; vt notat. per Cyn. Bald. & Doctor. *in l. metum. C. quod metus cauſa & Bartol. in l. famoſi ff. ad leg. Iul. ma-*
27 *ieſtat.* † Octaua coniectura eſt, quia dictus Ioannes Filacampus ſtabat cum vno ſpeto in manu ad cuſtodiendum oſtium caleſellæ, ne D. Hieronymus exiret, & D. Andreas intrauit cameram cum vno enſe euaginato cõtra ipſum D. Hieronymum,
m ita vt non poſſet *m* aliquo modo fugere; vnde ex hoc inducitur iuſtus metus; *vt l. ſuccurritur cum l. ſequen. cum ibi notat. ff. ex quibus cauſ. maio. & l. qui neque §. ſolutum ff. de verbor. ſignificat.* Nona coniectura, quia quando D. Hieronymus aſcendit & intrauit cameram D. Lauræ, fuit clauſum oſtium mediæ ſcalæ, nec fuit paſſus aſcendere D. Ludouicus Contarenus, ſicut ſolitus erat; vt ipſe & Anna teſtificantur; ex quo apparet de mala intentione D. Andreæ, qui ſi voluiſſet ſponte inducere D. Hieronymum ad contrahendum matrimonium, non erat opus claudere portam; nec erat neceſſe vt veniret cum ſocio armatus, & faceret cuſtodire oſtium caleſellæ. Sed iſta facta ſunt, vt non poſſet D. Hieronymus fugere, niſi primo D.Lauram deſponſaret, vt etiam d[illegible] minando D.Andreas; & probatur in dictis iuribus.
28 † Decima & vltima coniectura ſiue præſumptio eſt, quia ipſe D. Hieronymus quando deſponſauit D.Lauram, ſuſpirauit, vt dicit D. Andreas: quod ſuſpirium, ſignificat ipſum non eſſe contentum, nec ſponte facere ſed inuitum; & pro hoc allego quod notat. Bald. *in l. pen. ad fin. C. de fideiuſſ.* Vbi dicit, quod ſi quis confitetur ſe contraxiſſe matrimonium, poſt copulam ſtatim non præſumitur ſponte confeſſum, ſi ſunt ſigna in contrarium, puta quia inuentus eſt plorans, vel ſimilia, & intelligo ſimilia, puta quia ſuſpirabat. Nec obſtat ſi dicatur; Ioannes Filacampus dicit contrarium, videlicet quod D. Hieronymus dixit, el faccio mal volontiera perche non vorria M. Barba el ſaueſſe: quia per hoc non ſequitur quod ſponte & libere fecerit, ſed potius contrarium. Item contradicit D. Andreæ cui eſt magis credendum. *l. ob carmen §. fin. & l. 3. in princ. ff. de teſt.* Item contradicit aliis teſtibus videlicet vxori ipſius, & D. Contarenæ vxori D. Andreæ, qui dicunt ſe nõ audiuiſſe dicere quod faceret libenter, vel non,
29 ſed dixiſſe nollem vt patruus ſciret, &c. † Præterea cum ex prædictis decem coniecturis appareat de iuſto, metu, ſequitur quod magis credendum eſt deponentibus pro metu, pro quibus ſunt coniecturæ quam deponentibus contrarium; argu. gloſſ. notabilis *in l. ſi duo patroni in princ. ff. de iureiuran.* Item
n quia magis creditur duobus *n* deponentibus de metu, quam pluribus deponentibus de ſpontanea voluntate; vt not. ſingulariter Innocen. *in cap. ſuper hoc extra de renunt. & ibi per Doctor. & notat. Angel. in l.*
30 *non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa.* † Nec obſtat ſi dicatur; Imo purgatus fuit metus, ſi quis primo interuenerat, quia antequam deſponſaret D. Lau-
o ram *o* fuerunt depoſita arma, & portata extra cameram; quia per hoc non videtur ceſſaſſe timor, per *l. 3. armati cum gloſſ. ff. de vi & vi arm. & per notat. per gloſſ. & Doct. in l.1. C. vnde vi.* & maxime cum illa arma eſſent in poteſtate ipſius D. Andreæ, & Ioannis Filacampi. *l. quotiens. § in poteſtate. ff. de noxal. & l. qui po-*
31 *teſt facere ff. de regul. iur.* † Nec obſtat, quod dicunt aliqui teſtes, quod oſtium cameræ ſtetit apertum, ita quod potuit aufugere; quia iſtud non eſt verum, nam Ioannes Filacampus dicit, quod cuſtodiebat cameram, & quod ſi voluiſſet aufugere, non permiſiſſet, cui ſtandum eſt, cum deponat de facto proprio, vt dixi ſupra in tertia præſumptione: & quia oſtium mediæ ſcalæ erat clauſum, *l. qui neque. §. ſolutum. ff. de verbor. ſignific. & l. ſuccurritur cum l. ſeq. ff. ex quibus cauſ. maio.* ac etiam quia ſuſpirans poſtea eam deſponſauit, vt dixi in vltima præſumptione. Vnde ex prædictis omnibus concludo, quod d. D. Hieronymus non contraxit libere dictum matrimonium: ſed metu, qui caderet in conſtantem, & propterea illud matrimonium non valuit ipſo iure.
32 † Circa ſecundam quæſtionem: an ille metus fuerit poſtea purgatus, ita vt dici poſſit matrimonium valere: Et videtur quod ſic: quia D. Hieronymus non receſſit in continenti, poſtquam deſponſauit dom-

p dominam Lauram ideo videtur p purgatus metus,
ſi quis interuenit; *vt eſt text. cum gloſſ. 1. q. 1. conſt. in gl.*
vt probatur in cap. ad id extra de ſponſalibus, vnde ibi
dicit, effuge dum poteris, ne conſenſiſſe videaris.
ibi per Doct. † Secundo quia intrauit aliam ca-
meram, & ibi fecit collationem, *arg. gloſſ. notabilis.*
Inſti. de iniuriis. §. fin. qua incipit, vt ſi riſi, vel luſi, vel
comedi cum eo poſtea; & poteſt eſſe ratio, quia ma-
gna dicitur eſſe familiaritas in cibo, & potu, & ma-
ior quàm in loquela; *vt eſt gloſſ. notabilis. 28. q. 1. omnis.*
34 † Tertio quia D. Hieronymus tetigit poſtea ma-
num omnibus antequam recederet; quod videtur
eſſe ſignum pacis & concordiæ *l. 1. in princ. ff. de pact.*
iuxta illud, Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe ty-
35 ranni. † Quarto quia oſculatus eſt D. Lauram ca-
piendo eam ſub mento; vt dicunt teſtes, per quod
oſculum, videtur purgatus metus; quia oſculum
eſt ſignum pacis, amoris, & beneuolentiæ. *in l. 1. C.*
de domeſticis & protectoribus. lib. 12. & ibi Andreas de
Barulo, qui dicit per illum text. eſſe notandum
pro conſuetudine mulierum, quia vna aliam oſcu-
latur, cum ſe ſalutant, facit etiam ad hoc text. *in l. ſi.*
36 *à ſponſo & quod ibi not. per Doct. C. de don. an. nup.* † ac
etiam quia oſculum ſignificat conſenſum volunta-
rium, *vt in c. dilecto. & ibi glo. & Doct. extra de præben-*
dis. & cap. cum olim. 1. extra de priuilegiis & facit quod no.
37 *Bal. in c. 1. in ſi. priu. in tit. quibus mo. feu. am.* † Secun-
do quia ipſe D. Hieronymus non videtur reclamaſ-
ſe, *iuxta c. inſuper extra qui matrimonium accu. poſſ.* Sed
his non obſtantibus teneo contrarium videlicet;
quod nullo modo ſit purgatus per prædicta ſupe-
rius deducta, nam non eſt dubium, quod ante ma-
trimonium contractum fuit iuſtus metus & ſimili-
ter tempore deſponſationis: vt in prima quæſtione
38 principali plene deductū eſt. † Et ideo cū in con-
tinenti poſt deſponſationem omnia prædicta facta
ſunt, præſumitur idem metus, & eadem voluntas
coacta durare. *vt habetur. 1. q. conſtat. per text. & gloſſ. 1.*
facit l. ſi ventri §. in bonis. ff. de priuilegiis creditorum & i-
dem vult Barto. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum
actio non datur & not. Doct. in l. 2. C. quod metus cauſa.
& dicitur eſſe in continenti, præſertim quia præſu-
mitur metus durare, ex quo erat in eadem domo;
per ea quæ habentur, *in l. 3. § armati, ff. de vi & vi arm.*
Et ex quo non erat in libertate ſua recedendi; nec
potuiſſet libere diſcedere, niſi feciſſet collationem
vt l. naturaliter. ff. de acquir. rer. dom. & pro hoc optime
39 † *facit quod not. Bar. in l. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* v-
bi dicitur, quod non dicitur eſſe reſtitutus priſtinæ
libertati, niſi ſit ita data libertas, vt ſit difficilis eius
40 perſecutio; *per dictam l. naturaliter*, † Item pro hoc
allego quod not. *Cyn. in l. 2. C. quod met. cau.* vbi di-
cit notabiliter, quod quando durat idem metus vel
¶ q eadem ſuſpicio, non præſumitur per actum ſe-
quentem purgatus metus; *per l. nouiſſima. ff. quod*
falſo tutore auctore; & idem vult Bald. in dicta l. nouiſſi-
ma, qui dicit per illum text. quod licet quis ſit relaxa-
tus per curiam; tamen præſumitur metus inſtare,
ne iterum compellatur. Sic dicendum in propoſi-
to, licet Dominus Hieronymus non eſſet in Ca-
mera D. Lauræ, tamen donec erat ſub poteſtate D.
Andreæ in domo ſua, non dicitur fuiſſe in liberta-
te ſua; & ideo quicquid dixit & fecit non dicitur fe-
41 ciſſe libere, ſed potius idem metus durare. † Item
hoc etiam apparet ex ſequentibus, quia quampri-
mum exiuit domum D. Andreæ, oſtendit digitum
& os fractū ſociis conquerendo de D. Andrea, & di-
xit quod ea quæ fecerat, inuitus fecerat & quod no-
lebat ipſam Lauram in vxorem; vnde propter iſtam
reclamationem factam in continenti poſt, apparet
quod ea quæ fecit non fecit voluntarie nec libere
42 ſed coacte, *c. inſuper extra qui matr. accuſ. poſſ.* † Per
ſequentia enim declarantur præcedentia & animus
præcedens. *l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de leg. 1. & l. Titia*
§. idem reſpondet. ff. ad verbor. obliga. & 31. queſt. 2. Lo-
tharius cum ibi not. & maxime cum illa proteſtatio
& conqueſtio fuerit in continenti, vt dixi; *per di-*
ctam l. ſi ventri §. in bonis & per not. in l. pacta nouiſſima
43 *C. de pact.* † Nec obſtant argumenta ſuperius in
contrarium deducta, quia omnia cum dependeant
ab vna falſa radice vna falce reſecanda ſunt, *in l. fin.*
in fin. C. de nup. nam illi actus accedendi ad aliam ca-
meram, comedendi, vel bibendi, vel tangendi ma-
num aut oſculandi, proceſſerunt, durante eodem
metu, ergo ſimul illi actus præſumuntur fuiſſe me-
ticuloſi quia idem vitium metus vel timoris inerat
in illis actibus, ſicut inerat in contrahendo matri-
monio. Præterea non conſtat aperte de comeſtio-
ne & quod biberit; nec etiam videtur eſſe verum,
quod oſculatus fuerit ſponte D. Lauram; ſed Do-
minus Andreas cepit ambos per ſpatulas; & ſic qua-
ſi coactus fuit oſculari; vt dicit vnus teſtis, & ſic non
eſt in hoc vis facienda. Nec obſtat dum dixi, quod
non reclamauerit; quia imo reclamauit, vt ſupra de-
monſtraui. Vnde ex prædictis concludo, quod di-
ctus metus non fuit purgatus: & propterea dictum
matrimonium non fuit liberum, & ſic ipſo iure
non valuit: etiam de iure naturali & in foro con-
ſcientiæ per ea quæ dicta ſunt ſupra, maxime in pri-
mo euidentiali.

ANNOTATIONES.

a Licet] *Adde quod huic Conſilio D. Capolla ſe ſubſcripſit Alex. de Imola vt habetur in conſ. 98. lib. 3. & in hac eadem cauſa reſpondit etiam Alexander de Neuo Vincentinus vt habetur inter conſ. ipſius conſ. 12. & inter conſ. Alex. de Imola conſ. 99. lib. 3. & idem etiam conſuluit Barbatia conſ. 54. lib. 1. & in ſimili iterum reſpondit D. Capolla conſil. 4. lib. 1. Conſiliorum Ciuilium iam editorum, Corn. conſil. 41. volum. 2. & Pariſ. conſil. 60. vol. 4.*

b Coacta voluntas] *Egregie declarat Iacobus Cuiacius obſeruatio. lib. 16. c. vltimo.*

c Non valet ipſo iure] *Et eſt magis communis* * *opinio*
* *quam late examinat Didac. de ſponſal. in 2. par. c. 2. §. 5. per totū Rimin. conſ. 15. n. 7. vol. 1. quod procedit etiam in matrimonio ſpirituali vt docet Fernand. Vaſqu. controuerſiarum Illuſtr. c. 25. nu. 17. Burſat. conſ. 72. nu. 21. & 22. vol. 1. Pariſ. conſ. 60. nu. 1. & per totum lib. 4.*

d In conſtantem virum] *Vide quæ ad hoc notabiliter ſcribit Franciſcus Sarmientus ſelectarum interpretatio. libro. 2. cap. 11.*

e Triplex] *Vide Burſatum conſ. 72. num. 10. & 11. vol. qui optime declarat.*

f In arbitrio iudicis] *Adde latè Dominum Menochinm in tractatu de arbitra. ind. lib. 2. caſu 135. Cephal.conſ. 295.nu.10. & de communi * atteſtatur Euerhar.conſ. 19.col.pen.& Mandoſ.in regu.Cancell.34.de anui quaſtione 71.nu.9.& 10.*

g Per coniecturas] *Idem aſſeruit D. de Capolla in conſ. 2. nu.9.lib.1.ciuilium Alex.conſ.156.nu.1.& ſeq.lib.5.Menoch.in dicto tract.de arbitr.iud.caſu 136.nu.1.& præter ab eo citatos Boer.dec.101.num.4.& 5.Soc. Iun.conſ.77. nu.45.vol.1.Alciat.conſ.162.nu.11.conſ.241. num.2.& conſ.504.nu.5.Grammat.conſ.ciuil.91.Octaui.Chachera.deciſione 179. nu.1. late Illuſtriſſimus Cardinalis Albanus in ſuis lucubrationibus ad Bartolum in rubric. ff. quod metus cauſa, idem D.Menoch.conſ.1.nu.273.vol.1. & Burſ.conſ.72.nu.13.& ſeq.1.vol.1.vbi plures congerit & declarat.*

h Tractatus] *Idem tenet D. Capolla in dicto conſil.2. nu.5. verſ.ſecunda coniectura vol. 1. & ſequitur Cravet. conſ. 105. nu.6. & Petr.de Barbob. inter conſ. matrimonialia conſ.24.nu.7.vol.1.*

i De eius facto] *Adde amplè Ant.Gabr.commu.concl.lib. 1.tit.de teſtib.concl.1.nu.18.& ſeq.*

l In camera] *De hoc eſt gl.not. in c.clericum 50. diſt.& ibidem Arch.& Præpoſit.Alex.inter conſ.matr.conſ.21.nu. 5.& 6.vol.1.& inter eadem Hipp.Rimin. conſ.7. nu.21. & Petr.de Barbob.conſ.24.nu.5.vol.1.& Pariſ.conſ.60. nu.19.vol.4.*

m Aliquo modo fugere] *Corn. conſil.41. in print. vol.2. Barbob.in d.conſ.24.num.1.& Rimin.conſ.77.num.19. volum.1.Conſil.matrim.Pariſ. in dicto conſ.60.num.16. vol.4.*

n Deponentibus de metu] *Hæc eſt magis communis * opinio & atteſtatur Dec. in c. vlt. in fin. de appellatio.& in l.in omnibus nu.8.ff.de regul. iur. idem Dominus Capolla cautela 144.late Didac.de ſponſ.part.2.c.3.§.5.nu. 10.Boer.deciſione 100.nu.3.Grammat.conſ.ciu.51.& 91. col.2.Grat.conſ.38.col.4.& conſ.83. col.2. vol.2. Alci.in tracta.de præſumptio reg.3.præſumptio.7.nu.5. & conſ. 162.num.11.Reb.de reſcinden.contract.articulo vnico gl. 12.num.15.quam tamen concluſionem limita quando pro deponentibus de ſpontanea voluntate adeſſent plures præſumptiones vt docet idem D. Cepolla: conſ.2. nume.14.lib.1.Iaſ.in l.interpoſitas col.1.in fin. C. de tranſact. Dec.in dicto c.vltimo num.27.de appellatio. Alciat. conſ.5.nu.27.& conſ.140.nu.8.Burſat.in dicto conſ.72. nu.48.vol.1.*

o Fuerunt depoſita] *Corn.in d.conſ.41.nu.11.vol.2.*

p Purgatus] *quando metus purgatus eſſe dicatur tradunt omnes in l.2.C.quod met.cau.& in c.de muliere & c. veniens.1.de ſponſal. Afflict. deciſione 367.nu.6.Iaſ.in l.ob turpem cauſam.ff.de cond.ob turp.cauſ.nu.1.& ſeq. Pariſ.conſ. 66.nu.12.& conſ.170.nu.23.24.& 27. vol.4. Alciat.conſ.5.nu.9.Natta conſ.500.nu. 44. & Octauia. Chachera.deciſione 142.nu.8.& 9.& Didac.de ſponſal. in 2.part.c.3.§.6.nu.1.*

q Eadem ſuſpicio] *Durante eadem cauſa metus per actum ſubſequentem purgatus eſſe non dicitur Anchara. conſ.299.Aret.conſ.14. nu.17. Alex conſ.1.num.3.& 11. lib.3.Dec.conſ.219.nu.4. in 2.dubio conſ.458.num.23. conſ.498.num.17.& conſ.690.num.11.& 12. Marſil. in ſingul.325.incip.dixi tibi aliàs.Soc.Iun.conſ.77.nu. 91. & ſeq.vol.1.& conſ.98.num.36.& 37. volum.3. Alciat. conſ.5.num.14.& conſ.162.num.2. Pariſienſ. conſil.58. num.87.conſ.60. num. 34. & conſ.139. num. 23. vol.4. Boer. deciſione 300.nu.13. qui multos adducit, & Gr. conſ.47.vol.1.vol.1.Natta conſ.50.nu.18.Ioan. Baptiſt. Ferrettus conſ.79.num.12.Celſus Hugo.conſ.14.num.7. Plot. in l.ſi quando nu.82. C. vnde vi Chachera. deciſione 179.nu.12.latiſſime Rol.à Valle conſ.2.num.87. cum ſeq.vol.1.& conſ.95.num.32.vol. 2. cum aliis collectis ab Euerhar.conſil.19.per totum & Burſat.conſi.72.nu.27. vol.1.*

CONSIL. XVII.

ARGVMENTVM.

Si teſtator filium hæredem inſtituit, excluſa filia ſua, ſed dotata, eiq; ſubſtituit poſthumum nondum natum, ſi deceſſerit ſine liberis, & ipſis non ſuperuiuentibus, eorum liberos maſculos, & ſi nullus maſculus ſupereſſet, vel eorum liberi, ſubſtituit filiam ſuam dotatam: an neptis ex filio excludat poſthumum ſubſtitutum.

Item an neptis excludat filiam teſtatoris vltimo loco ſubſtitutam.

SVMMARIA.

1 *Conditio ſi deceſſerit ſine liberis an intelligatur de liberis maſculis & fœminis, an vero de maſculis tantum, & nu.17.*

2 *Subſtitutio ſimpliciter facta de extraneo intelligitur ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, in qua neptis ex filio ſubſtitutum excludit, etiam ſi eſſet patruus, & nu.27.*

3 *Teſtator præſumitur magis diligere neptem ex filio in portione eidem filio relicta, quam alium filium, & nu.21.*

4 *Teſtator quam charitatem habet ad filium, eandem continuatam habet ad nepotes & pronepotes ex eo.*

5 *Conditio ſi ſine liberis non ſubintelligitur quando non tractatur de hæreditate conſeruanda, ſed de fideicommiſſo noniter quærendo.*

6 *Lege cum auus.ff.de conditio. & demonſtratio non habet locum, niſi quando relinquitur fideicommiſſum à filio non ab alio.*

7 *Neptis ex filio ex manifeſta teſtatoris voluntate fideicommiſſum expirare facit.*

8 *Ab expreſſa defuncti voluntate recedendum non eſt, niſi alia ipſius voluntas euidenter probetur.*

9 *Teſtator ſi filiabus ſuis filios ſuos maſculos prætulit, an eos pariter neptibus ſuis prætuliſſe videatur, & nume.28.*

10 *Italorum more maſculi fœminis præferuntur.*

11 *Teſtator in ſubſtitutione reſpectum habere videtur ad ſtatutum ſuæ ciuitatis excludens fœminas propter maſculos.*

12 *Teſtator ſi poſthumos nondum natos filiabus ſuis prætulit, multo magis eos neptibus prætuliſſe videtur, & nu.38.*

13 Vna

10 *Vna & eadem ſub titutio debet eodem modo & non diuerſo iure cenſeri.*

14 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariter determinare, & num. 43.*

15 *Repetitio ſimpliciter facta cum qualitate in præcedentibus poſita, facta intelligitur, & num. 46.*

16 *Clauſula in fine appoſita refertur ad omnia, quando alia ratio non ſubeſt, & num. 50.*

18 *Probatio euidens vbicunque requiritur contra id, quod lex præſumit, licet præſumptiones & coniecturæ ſufficiant, illa tamen ex teſtamenti verbis procedere debent.*

19 *Probatio euidens quando requiritur contra id, quod ius commune diſponit coniectura, etiam ex teſtamenti verbis prouenientes non ſufficiunt.*

20 *Matrem per tacitam pupillarem excludi, teſtatorem voluiſſe, ex quatuor colligitur.*

22 *Facilius aliquid conſeruatur filijs inſtitutis in portione ſibi relicta, quam alteri per ſubſtitutionem acquiratur.*

23 *Teſtator, quod in vno expreſſit, in altero vero omiſit, noluiſſe præſumitur.*

24 *A præcedentibus teſtamenti verbis arguere licitum eſt, ſubſtitutio quando fit de filiis maſculis & eorum hæredibus, ſub hæredum nomine etiam fœminæ ſubſtitutæ cenſentur.*

25 *Prudens patris conſilium eſt, vt nepotem vel neptem à portione filio relicta non excludat.*

26 *Patrem, præſumendum non eſt, teſtandi poteſtate filios ſuos priuare voluiſſe.*

29 *Ex ſeparatis non fit bona illatio.*

30 *Intellectus l. ſi viua matre. C. de bonis maternis.*

31 *Statutum retro trahi non poteſt.*

32 *Statutum quod in voluminibus ſtatutorum non reperitur, debet in iudicio deduci & produci.*

33 *Statutum loci conditi teſtamenti attendi debet.*

34 *Verba teſtamenti in dubio debent intelligi ſecundum ius commune.*

36 *Intellectus l. fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*

37 *Declaratio ad doctrinam Bart. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & poſthum. & in l. fin. ff. ad Trebell.*

38 *A communi opinione non eſt recedendum.*

39 *Error veritate comperta, cedere debet.*

40 *Neptis ex filio an excludat filiam teſtatoris, ab inſtitutione excluſam, ſed dotatam, quando teſtator, ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine liberis, inſtituit poſthumum, &, ipſis non ſuperuiuentibus, eorum liberos maſculos, & ſi nullus maſculus ſupereſſet, ſubſtituit filiam ſuam dotatam.*

41 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

42 *Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*

44 *Vbi eſt diſparitas perſonarum, verba ad perſonas relata, ſecundum perſonæ conditionem intelliguntur.*

45 *Vnum verbum capitur propriè & impropriè, ſecundum ſubiectam materiam*

47 *Dictio, etſi, eſt continuatiua & repetitiua caſus & qualitatis præcedentis.*

48 *Verba, vt ſupra, ſunt relatiua ad caſum præcedentem.*

49 *Teſtator non præſumitur, ſe velle in continenti corrigere.*

CLARISSIMI & ſapientiſſimi Do-
mini Arbitri & Arbitratores; quia
apud doctiſſimos, ſicut ſunt Excel-
lentiæ veſtræ, non eſt opus longa o-
ratione; vobis rationes D. Carulæ
Doctæ, quæ in veritate claræ ſunt, in his ſcriptis
1 breuiter oſtendere conſtitui: † Et difficultas quæ-
ſtionis noſtræ principaliter conſiſtit in vno videli-
cet, an illa verba teſtamenti Domini Raphaëlis, vi-
delicet. ſi Dominus Benedictus deceſſerit ſine libe-
ris, ſubſtituo D. Zoiam, &c. Intelligantur, ſi de-
ceſſerit ſine liberis maſculis & fœminis, an verò ſi-
2 ne liberis, ſcilicet maſculis tantum: 4 Et clarum
eſt, quòd ſi non eſſent alia verba teſtamenti, niſi ſu-
pra ſcripta, quòd intelligeretur de maſculis & fœ-
minis, & ſic Domina Carula, filia Domini Benedi-
cti, excluderet Dominam Zoiam eius amitam; quia
non eueniſſet caſus ſubſtitutionis duplici ratione:
2 † Prima, quia etiamſi non eſſent illa verba ſine li-
beris in ſubſtitutione appoſita, ſubintelligerentur
ex præſumpta mente defuncti, quia lex ſecundum
Papinianum præſumit ex tacita coniectura defun-
cti, etiamſi patruus fuiſſet ſubſtitutus, quia neptis
eam excluderet, vt eſt caſus *in l. cum auus. ff. de condit.*
& demonſtrat. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſis,
& in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub
3 *conditio. fact.* † Et eſt ratio, quia lex præſumit, quòd
teſtator magis diligat neptem ex filio in portione
relicta filio, quàm alium filium, vt probatur in di-
ctis iuribus, & hoc notat Bald. in terminis *in dicta l.*
4 *cum acutiſſimi,* † qui dicit, quòd quam charitatem
teſtator habuit ad filium ſuum, eandem continua-
tam habuit ad nepotem, & pronepotem deſcen-
dentem ex eo: & ratio rationis eſt, quia in portio-
ne relicta filio, eius filia, quæ eſt neptis teſtatoris,
tractat de hæreditate patri quæſita conſeruanda.
5 † ſecus vbi non tractaretur de hæreditate conſer-
uanda; ſed de fideicommiſſo nouiter acquirendo,
quia in tali fideicommiſſo non intelligeretur, ſi de-
ceſſerit ſine liberis, vt eſt caſus *in l. qui filium. §. Sabi-*
6 *num. ff. ad Trebell.* † & propterea dicta coniectura le-
gis, cum auus, non habet locum, niſi quando re-
linquitur fideicommiſſum à filio, vt not. Doctor.
in d. §. Sabinus, quia ſi relinquitur ab alio, non ſub-
eſt eadem coniectura, quia non tractatur de ſucceſ-
7 ſione conſeruanda, ſed acquirenda. † Alia ratio
eſt, quia non ſolum ſubeſt præſumptio legis in caſu
noſtro; ſed etiam apparet de manifeſta voluntate
defuncti, quod voluit fideicommiſſum exſpirare
propter natiuitatem neptis, vt eſt caſus *in l. 1. ibi ma-*
8 *nifeſtum eſt C. de condit. inſert.* † & ab iſta voluntate
defuncti expreſſa non eſt recedendum, niſi alia de-
functi voluntas euidens probetur, vt eſt text. *in di-*
cta l. 1. & in iis omnibus conuenimus cum altera
parte, & ſic Domina Carula habet intentionem
fundatam, quòd per eius natiuitatem fideicommiſ-
ſum expirauit, niſi pro parte D. Zoiæ probetur e-
uidenter, aliam voluntatem teſtatoris fuiſſe. Vi-
dendum eſt ergò, ſi pro parte D. Zoiæ euidenter eſt
probata contraria voluntas teſtatoris, & allegantur
in effectu duæ tantum præſumptiones, ad proban-
9 dam dictam contrariam voluntatẽ teſtatoris. † Pri-

ma eſt, quia teſtator in prima parte ſubſtitutionis,
quam fecit teſtator D. Benedicto eius filio, prætulit
alios filios ſuos maſculos eorum, & eorum deſcen-
dentes maſculos filiabus teſtatoris, quibus reliquit,
niſi dotes ſuas: Ergò videtur ſimiliter prætuliſſe fi-
lios maſculos nepti ſuæ, *per l. ſi viua matre, C. de bonis*
10 *maternis.* † Secunda præſumptio eſt, quia ſecun-
dum mores Italicorum maſculi præferuntur fœmi-
nis, quod ſtatutum dicitur etiam eſſe in ciuitate Pa-
11 duæ, † & ideo teſtator ſubſtituendo videtur ha-
buiſſe reſpectum ad illa ſtatuta iuxta not. per Bart.
in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. ex quibus dua-
bus præſumptionibus dicitur pro parte Dn. Zoiæ,
quòd ſi extaret poſthumus maſculus D. Carula ne-
ptis excluderetur. Tertiò adducitur vna ratio, quæ
non eſt noua præſumptio à prædictis, ſed ex prædi-
12 ctis duabus dependet, † quia ſicut teſtator prætu-
lit poſthumos nondum natos filiabus natis, multò
magis videtur prætuliſſe dictos poſthumos maſcu-
los dictæ nepti *per l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit.
fact. & per gloſſ. fin. in fin. & l. precibus, C. de impub. & alijs
ſubſtit. & per not. per Bart. in l. Gallus, §. etiam. ff. de liber.
& poſthu. etiam in l. fin. ff. ad Trebell.* Item allegatur alia
ratio, quia dicitur, quòd teſtator voluit vocare ſo-
lummodo maſculos, vt patet ibi, & ſi nullus ma-
ſculus; ergò videtur fœminas excludere, per not.
per Bart. *in l. cum auus, in fin. ff. de condit. & demonſt.* Vl-
timo pro iſta parte, quòd teſtator in prima parte
ſubſtitutionis voluerit præferre filium poſthumum
nepti; allegatur Raph. Fulgoſ. *in l. 1. C. de condit. inſert.
& Paul. de Caſtr. ibi & in conſil. ſuo 79. & Raph. Cuman.
in d. l. cum auus.* Et ex prædictis dominus Aduocatus
D. Zoiæ vult inferre, quòd ſicut teſtator in prima
parte ſubſtitutionis factę domino Benedicto voluit
præferre filios poſthumos maſculos nepti, quòd
eadem ratione in ſecunda parte eiuſdem ſubſtitu-
tionis voluit dominam Zoiam vocare, & excludere
neptem, quia cum dicta D. Zoia ſuccedat in locum
poſthumi, qui natus non eſt, videtur eſſe ſubſtituta
13 eodem modo, ſicut fuerat poſthumus; † & maximè
quia vna & eadem ſubſtitutio debet eodē modo in-
telligi, & non diuerſo. Iure cenſeri *l. cum qui ædes, ff.*
14 *de vſucap.* † Item, quia quando vna determinatio
reſpicit plura determinabilia, debet ea pariter de-
terminare, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. & l. quam-
15 uis. C. de impub. & alijs ſubſtit.* † Item, quia quando
fit repetitio ſimpliciter, intelligitur facta cum qua-
litate poſita in præcedentibus, *l. ſi quis à filio, in princ.
de legat. 1. cum ſimilib.* Sed in verſic. & ſi nullus, fuit
repetitio ſimpliciter, ergò, &c. Poſtremò dicitur,
quòd illa verba, & ſi nullus filius maſculus, viden-
tur declarare, quod intentio teſtatoris fuerit, quòd
vbi non eſſet aliquis maſculus, deſcendens ex eo, di-
cta Dn. Zoia admitteretur, quia dictus verſic. & ſi
nullus videtur, quòd debet referri ad omnia præce-
16 dentia, & ſic ad inſtitutos & ſubſtitutos, † quia
clauſula in fine appoſita refertur ad omnia, quan-
do non ſubeſt ratio, quare ad omnia non debeat re-
ferri, *vt l. 1. C. de liber. præt. & not. in l. talis ſcriptura, in
17 fin. de legat. 1. cum ſimilibus.* † Sed certè prædictis
non obſtantibus, indubitanter dicendum eſt, con-
trarium eſſe de iure verius, quod ſic probatur; non
eſt dubium, quod dicta ſubſtitutio, ſi dominus Be-
nedictus deceſſerit ſine liberis, ſecundum iuris diſ-
poſitionem intelligitur de maſculis & fœminis, &
iſta eſt teſtatoris manifeſta voluntas, à qua non de-
bemus recedere, niſi per partem aduerſam probe-
tur euidenter, aliam fuiſſe teſtatoris voluntatem,
vt eſt text. *in dicta l. 1. C. de condit. inſert.* Sed propter
dictas duas præſumptiones ſuperius deductas, non
eſt probatum euidenter de contraria voluntate te-
18 ſtatoris, † quia vbicunque requiritur euidens pro-
batio contra id, quod lex præſumit, licet ſufficiant
præſumptiones & coniecturæ, *vt l. licet imperator. ff.
de legat. 1.* tamen illæ coniecturæ debent procedere
ex verbis teſtamenti, vt eſt caſus not. *in l. ſi plures, in
19 fin. ff. de vulgar. & pupillar.* † & quando requiritur e-
uidens probatio contra id, quod diſponit ius com-
mune, non ſufficit probatio per coniecturas etiam
prouenientes ex verbis teſtamenti: ſed requiritur,
quod probatio euidenter fiat per verba expreſſe
contrariam voluntatem importantia, vt eleganter
vult Angel. *in authent. de hæred. & Falcid. §. ſi verò ex-
preſſim.* Sed in caſu noſtro domina Zoia, quæ vult
probare contrariam voluntatem teſtatoris, & ſic
tàm contra id, quod ius commune præſumit, *vt l.
cum auus. ff. de condit. & demonſtrat.* quàm contra id,
quod lex expreſſe diſponit, *vt dicta l. 1. C. de condit. in-
ſert.* non probauit contrariam voluntatem teſtato-
ris per verba teſtamenti expreſſa contrariam de-
functi voluntatem importantia, quia ſecunda præ-
ſumptio, quæ fundatur ſuper ſtatuto, & conſuetu-
dine Italiæ, non peruenit ex verbis teſtamenti, nec
de eis aliquid dicit; ergò illa præſumptio non ſuffi-
cit. Similiter prima præſumptio, & aliæ rationes
omnes prædictæ, quæ tendunt ad præſumendam
contrariam voluntatem, non proueniunt ex ver-
bis teſtamenti, quæ hoc importent; ergò non ſuf-
ficiunt per not. per Angel. *in dicto §. ſi verò expreſſim,*
& per iſtam rationem apparet manifeſtè, quod ſiue
eſſemus in prima parte ſubſtitutionis factæ de poſt-
humo, ſiue de ſecunda parte facta de domina Zoia,
ſubſtitutioni locus non eſt, & per hæc ceſſant o-
20 mnia argumenta pro domina Zoia deducta. † Nec
obſtat, quòd notat Bart. *in l. 2. in penult. colum. ff. de
vulgar. & pupillar.* vbi dixit, quòd voluntas defun-
cti, quòd voluerit matrem excludi per tacitam pu-
pillarem colligi poteſt ex quatuor: Primò per ea,
quæ teſtator dixit extra teſtamentum. Secundò, ex
iis, quæ dixit in teſtamento. Tertiò, ex conditio-
ne perſonæ matris. Quartò, ex conditione eius,
qui eſt ſubſtitutus, quia Bartol. loquitur & debet
intelligi in his, quæ lex tantum præſumit contra
naturam verborum teſtatoris, cùm præſumatur
contrarium ſecundùm naturam verborum, videli-
cet quòd mater excludatur per tacitam pupillarem:
ſed quando lex requirit, quòd fiat euidens, ſeu ex-
preſſa probatio contra id, quod lex diſponit, vt eſt
in caſu noſtro, non ſufficit, niſi probatio fiat ex ver-
bis teſtamenti hoc expreſſe dicentibus, vt dictum
21 eſt. † Secundò principaliter hoc probatur ſic: te-
ſtator in dubio magis præſumitur diligere neptem
ex filio in portione relicta patri ſuo, quàm alium fi-
lium ipſius teſtatoris ſubſtitutum, vt eſt caſus *in l.*
cum

num auus, ff. de condit. & demonſtrat. & ideò cùm tra-
ctetur de portione relicta Dn. Benedicto, quæ fuiſ-
ſet dimidia, ſi poſthumus maſculus natus fuiſſet,
dicendum eſt, quod teſtator in dubio videatur pręe-
cludiſſe neptem ex filio, cui eſt facta ſubſtitutio, al-
teri filio ſubſtituto. Tertiò hoc probatur alia ra-
tione, quia teſtator, quando locutus eſt de perſo-
nis, quibus fit ſubſtitutio, locutus eſt per verba, ſi
deceſſerit ſine liberis, quæ ſignificant maſculos &
fœminas, vt dictum eſt, ſed quando loquitur de
perſonis ſubſtitutis, ſemper exprimit de maſculis
tantum, & ideo intentio teſtatoris expreſſa fuit,
vocare tantum maſculos in portione relicta per
ſubſtitutionem, ſed in portione, quæ auferturab
inſtituto, noluit auferre ab eo, niſi quando inſtitu-
tus moreretur ſine liberis, id eſt, maſculis & fœmi-
22 nis; † & eſt ratio, quia facilius aliquid conſerua-
tur, filiis inſtitutis in portione eis relicta, quam
quod alteri acquiratur per viam ſubſtitutionis,
quia illud eſt luctum, *argu. l. patre furioſo, ff. de iis quod*
ſunt ſui vel alien. iur. & c. quemadmodum, extra de iure-
23 *iurando, cum ibi not.* † Quartò etiam probatur, quia
ſicut teſtator loquendo de ſubſtitutis, ſemper dixit
de maſculis, ita loquendo de perſonis, quibus ſub-
ſtituit, ſimiliter expreſſiſſet de maſculis, ſi voluiſ-
ſet, quia erat ei hoc facile, & præſertim cùm eſſet
vir in iure doctiſſimus: ſed ideo hoc non fecit, & v-
ſus eſt verbo liberis, quia intellexit vocare etiam
fœminas, vt ſuccederent patri ab inteſtato, *l. vnica.*
§. ſin autem ad deficientiũ ibi, ſi enim contrarium volebat,
C. de caduc. toll. & l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de ac-
quirend. hæredit. cum ſimilibus. Nec obſtat, dum di-
citur, quod ita teſtator, quando dixit, ſine libe-
ris, ſciuiſſet exprimere, maſculis & fœminis ſi vo-
luiſſet, quia non erat opus, ex quo verbum, liberis,
importat maſculos & fœminas; ſed ſi voluiſſet con-
tra propriam ſignificationem verborum reſtringe-
re verbum liberis, quò ad maſculos tantum; bene
fuiſſet opus id exprimere: ideo cùm hoc non ex-
preſſerit, dicendum eſt, quòd noluerit, vt dixi.
24 † Quintò hoc probatur ex verbis præcedentibus
in dicto teſtamento, à quibus licitum eſt arguere,
l. ſi ſeruus plurium, in fin. de legat. 1. nam in ſuperiori
parte teſtamenti teſtator legat filiabus ſuis ſexcen-
tos ducatos pro dote, & vult, quod domus, quæ e-
rat ipſarum filiarum, deueniat in filios maſculos te-
ſtatoris & eorum hæredes, & non dicit maſculos:
& ſic comprehenduntur etiam fœminæ hæredes fi-
liorum, *vt l. ſciendum, ff. de verbor. ſignific. & not. in l.*
Gallus, §. etiam, de liber. & poſthum. & ſic apparet, quod
in quacunque parte teſtamenti ſemper teſtator vo-
cauit hæredes filiorum, pro parte eis relicta, ſiue
25 hæredes ſint maſculi ſiue fœminæ. † Sextò etiam
hoc probatur, quia iſta interpretatio eſt iuri conſo-
na & æquitati, quia prudens patris conſilium eſt,
quòd non excludat neptem vel nepotem à portio-
ne relicta filio, eidemque parenti; vt eſt caſus *in l.*
26 *Lucius, la 2. in fin. ff. de hæred. inſtitut.* † ac etiam, quia
non eſt præſumendum, quod pater voluerit filios
habentes liberos priuare poteſtate teſtandi, ſed re-
linquendi ex teſtamento, vel ab inteſtato liberis
27 ſuis, vt habetur *in dicta l. Lucius, in fin.* † Et ex iſtis
concluditur, quod domina Carula neptis exclude-
ret etiam poſthumum patruum ſuum, ſi natus fuiſ-
ſet, & hanc ſententiam tenuit conſulendo colle-
gium Bononienſe, Papienſe, & Auenioni, *vt not.*
Paul. de Caſtr. in conſil. 79. & idem conſulunt iterum
Bononienſes in cauſa, quæ erat Bononiæ: & ita fuit
iudicatum, vt dicit Flor. & Ioan. de Anania *in l. 1. C.*
28 *de condit. inſert.* & iſta eſt veriſſima opinio. † Nec
eſt verum, quòd contraria voluntas teſtatoris fue-
rit probata per præſumptiones: quia prima præ-
ſumptio nihil concludit, videlicet ex quo teſtator
in inſtitutione & ſubſtitutione prætulit maſculos
filiabus teſtatoris; videatur ſimiliter prætuliſſe ma-
ſculos nepti, quia ſi eſt excluſa filia, dicitur quòd
multo magis videtur excluſa neptis, *per l. ſi viua ma-*
tre, C. de bon. mater. Quia ad hoc tamen detur, quod
iſtud argumentum non procedit, quia licet filia ſit
excluſa in inſtitutione & ſubſtitutione propter fra-
tres maſculos, non tamen ſequitur, quod neptis ex
filio inſtituto videatur excluſa, quia filia tractat de
hæreditate acquirenda, & neptis ex filio de hæredi-
tate conſeruanda & retinenda, & ſic non eſt eadem
ratio in nepte, quæ eſt in filia, & diuerſi ſunt caſus,
29 & ſeparati; † & ideo ex ſeparatis non fit bona il-
30 latio, *l. Papinianus exuli. ff. de minor. cum ſimilib.* † Nec
obſtat *d. l. ſi viua matre. C. de bon. mater.* quia loquitur,
quando mater eſt excluſa: quia tunc etiam eius filia
cenſetur excluſa, quia non debet eſſe melioris con-
ditionis filia, quàm mater, vt ibi. Sed in caſu noſtro
non eſt quæſtio de matre ad filiam, ſed de nepte ad
amitam, quia non ſequitur, amita dotata eſt excluſa;
ergo eius neptis ex fratre debet etiam eſſe excluſa à
portione relicta fratri, qui eſt pater dictæ neptis,
per ea, quæ dicta ſunt ſupra. Nec obſtat ſecunda
præſumptio allegata in contrarium de moribus I-
talicorum, & de ſtatuto, quòd filia dotata non ſuc-
cedat, quia reſpondetur, quòd illa præſumptio non
ſufficit ad probandam contrariam voluntatem de-
functi in caſu noſtro, ex quo iſta præſumptio non
prouenit ex verbis teſtatoris, ſed extrinſecus: ex
quo dicta præſumptio eſt contra manifeſtam vo-
luntatem defuncti, & contra iuris diſpoſitionem,
per ea, quæ dicta ſunt ſupra, & iſta eſt reſponſio ve-
ra & indubitata; quæ tollit multa ex iis, quę per do-
minum Aduocatum dominæ Zoiæ dicta ſunt. Se-
cundò, quia dictum ſtatutum non poteſt allegari in
caſu noſtro, quia in ciuitate Paduæ ſtatutum circa
hoc diſponens fuit conditum de anno 1430. & te-
ſtamentum D. Raph. fuit conditum de anno 1427.
31 & ſic ante dictum ſtatutum: † & propterea ſtatu-
tum illod non trahitur retro ad prædictum teſta-
mentum, *per l. leges certum eſt, C. de legib. & c. cognoſcen-*
32 *tes, extra de conſtitut.* † Aliud verò ſtatutum, quod
dicitur fuiſſe factum ante teſtamentum; & corre-
ctum & caſſatum de anno 1430. non fuit in iudicio
productum, quod fieri debebat, cùm non reperia-
tur amplius in volumine ſtatutorum ſubſiſtere, *per*
c. 1. cum ibi not. de conſtitut. in 6. & per not. in c. paſtora-
33 *lis, extra de fide inſtrum.* † Tertiò poteſt reſponderi,
quod illa ſtatuta ciuitatis Paduæ non debent in ca-
ſu noſtro conſiderari, nec attendi, ex quo teſta-
mentum fuit factum Vincentiæ, & non Paduæ,

per not. *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fid.*
cathol. Quartò, illud ſtatutum non obſtat, etiamſi
fuiſſet tempore teſtamenti, & eſſet in viridi obſer-
uantia, quia non tractatur de hæreditate paterna,
b ſed fraterna, *b* ex quo fideicommiſſum dicitur re-
lictum à filio, qui adiuit hæreditatem patris, *l. ſed ſi*
plures. §. ſi filio. ff. de vulgari & pupill. Quintò & vlti-
mò reſponderi poteſt, quod prædictum ſtatutum
loquitur ab inteſtato, quo caſu poſſet procedere
34 doctrina prædicta; † Nos verò loquimur in cauſa
teſtati, quo caſu verba teſtamenti debent in dubio
intelligi ſecundum ius commune, vt not. Bart. *in l.*
Gallus. §. quidem rectè. ff. de lib. & poſth. & Bald. in l. preci-
bus, in pen. colum. C. de impub. & alijs ſub. & in l. Deo no-
bis, in fin. 1. colum. C. de epiſcopis & cleric. & probatur in l.
ſi duo, in fin. ff. de acquir. hæred. & maximè in caſu no-
ſtro iſtud eſt dicendum, cùm teſtator declarauerit
expreſſe ſubſtituiſſe maſculos, quando D. Benedi-
ctus moreretur ſine liberis, id eſt, maſculis & fœ-
minis, vt dictum eſt: Et ideo cùm ſint ſublatæ di-
ctæ duæ præſumptiones, quæ tantum allegantur
per Dominum aduocatum D. Zoiæ, ſequitur, quòd
voluntas teſtatoris remanet, vt Domina Carula e-
ius neptis non excludatur per dictam Dominam
35 Zoiam eius amitam. † Nec obſtat alia ratio, dum
dicitur, quia ſicut teſtator prætulit poſthumos
nondum natos filiabus iam natis, multò magis ex
præſumpta mente defuncti videtur prætuliſſe D.
Carulam neptem, nondum natam & incognitam,
argu. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. & per gloſſ. fin. in fin. l. pre-
cibus. C. de impuber. & alijs ſubſtit. & per not. per Bart. in
l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & poſthu. & in l. fin. ff. ad Tre-
bellia. quia reſpondetur, quod prædicta procedunt,
quando ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta men-
te defuncti excluderet dictam dominam Carulam
neptem, ſed dictus poſthumus maſculus non eſt ta-
lis perſona, quæ excludat dictam neptem ex præ-
ſumpta mente defuncti, à portione relicta D. Bene-
dicto eius patri, in qua portione fuit magis prædi-
lecta, quam poſthumus eius patruus, ex iuris præ-
ſumptione, vt eſt caſus *in l. cum auus. ff. de condit. & de-*
monſt. & etiam ex expreſſa voluntate defuncti, quæ
colligitur ex illis verbis, ſi deceſſerit ſine liberis, *vt*
l. 1. C. de cond. inſert. & iſta ſola reſponſio ſufficeret ad
36 prædicta. † Tamen etiam ſpecialiter reſpondetur
& primò *ad l. fin. C. de inſt.* quia ibi ſecundum vnum
intellectum, mater inſtituta facit ceſſare ſubſtitu-
tionem tacitam pupillarem, quæ proueniebat con-
tra verba ſubſtitutionis vulgaris, & ſic, vt remanea-
mus in propria verborum ſignificatione, nos verò
loquimur, quando ex dicta præſumptione dicta do-
mina Zoia vellet venire contra expreſſam mentem
teſtatoris, & contra iuris diſpoſitionem expreſſam,
quo caſu non ſufficit huiuſmodi præſumptio, vt ſu-
pra dictum eſt, & ſimiliter reſpondetur *ad gloſſ. fin.*
37 *in l. precibus.* † Nec obſtat, quod not. Bart. *in l. Gal-*
lus. §. etiam. ff. de liber. & poſthu. quia loquitur de per-
ſona hærede ſubſtituti, quo caſu præſumitur magis
dilexiſſe hæredes inſtituti deſcendentes, quàm ſub-
ſtitutos, & magis quàm hæredes ſubſtituti: quando
ſunt extranei, & ita eſt in caſu noſtro: quia teſtator
magis dilexit dictam Carulam eius neptem, in por-
tione patri ſuo relicta, quàm poſthumum filium te-
ſtatoris, vel eius hęredes, & ſic Bart. facit potius pro
D. Carula, & iſta etiam fuit intentio Bart. *in l. Gall.*
§. etiam. ff. de liber. & poſthu. ſi bene conſideretur. Nec
obſtat, quod not. Bart. *in l. fin. ff. ad Trebell.* qui lo-
quitur inter fratrem, & ſororem excluſam, quo ca-
ſu non eſt dubium, quòd videtur teſtator magis di-
lexiſſe filios maſculos, quàm fœminas. Nos verò
loquimur inter filios maſculos, & neptem ex alio
filio, quo caſu non eſt verum, quòd teſtator magis
dilexerit filios maſculos, quàm dominam Carulam
neptem ex filio domino Benedicto in portione re-
licta ipſi domino Benedicto, vt ſæpius ſupra dictum
eſt. Nec etiam obſtat alia ratio, dum dicitur, quòd
teſtator vocauit ſolummodo maſculos, ibi, etſi nul-
lus maſculus ſupereſſet; ergò videtur excluſiſſe fœ-
minas, per not. per Bart. *in l. cum auus. ff. de condit. &*
demonſtrat. Quia reſpondetur, quòd ille verſic. etſi
nullus maſculus, loquitur de maſculis ſubſtitutis,
vt dicetur infra, ſed Bart. *in dicta l. cum auus*, loqui-
tur de maſculis, quibus fit ſubſtitutio. Vltimò, non
obſtant authoritates allegatæ in contrarium, vide-
licet Florentinorum D. Rapha. Fed. & Cum. & D.
Paul. de Caſtr. quia authoritates allegatæ in contra-
rium præualent, & maximè, quia dictus Paulus di-
cit, quòd propter conſilia contraria noluit amplius
conſulere pro illa parte in fauorem ſubſtituti, & ſic
præſupponit, ſe non rectè conſuluiſſe. Nec ob-
ſtat conſilium domini Raph. Cuman. quia non eſt
verum, quòd ita conſuluerit, quia Doctores faciunt
ſolum mentionem de Raph. Fulgo. quòd ſimiliter
de Cumano dixiſſent, ſi conſuluiſſet, nec eſt cre-
38 dendum ipſum aliter ſenſiſſe; † etſi etiam idem
conſuluiſſet, tamen propter hoc à veritate, & à
communi opinione non eſt recedendum, vt not.
per Bart. & Doctor. *in l. fin. C. de pœna iud. qui malè iud.*
& in c. ne innitaris prudentia, extra de conſtitut. quia po-
tuiſſet errare, ſicut etiam errauit D. Paul. de Caſtr.
qui noluit amplius idem conſulere, vt ipſe refert
39 in conſil. 79. † Comperta itaque veritate cedat
error veritati, *vt 3. diſtinct. c. veritate comperta.* Et hęc
quantum ad poſthumos maſculos ſubſtitutos, vt i-
pſi non præferantur D. Carulæ in portione relicta
40 patri ſuo, vt dictum eſt. † Sed quicquid ſit de poſt-
humis, tamen quantum ad dominam Zoiam, quæ
vult excludere D. Carulam, & venire per fideicom-
miſſum, non eſt aliquod dubium, quòd non po-
teſt, & in ea ceſſant omnes rationes ſupra deductæ,
pro dictis poſthumis maſculis, quoniam rationes
omnes allegatæ in contrarium, quòd poſthumus
maſculus excludat dictam neptem propter præ-
ſumptam mentem teſtatoris, procederent, ſi eſſent
veræ, quando ſubeſſet fauor maſculorum, & agna-
tionis, vt patet ex iis, quæ dicta ſunt ſupra. Sed in
caſu noſtro, vbi tractatur, nunquid D. Zoia admit-
tatur vigore fideicommiſſi, excluſa D. Carula, con-
tra præſumptionem iuris interpretantis mentem
defuncti in fauorem neptis, *vt dicta l. cum auus*, &
contra expreſſam voluntatem defuncti, quæ colli-
gitur ex verbis, ſine liberis, *vt dicta l. 1. C. de condit. in-*
ſert. non ſubeſt aliqua de prædictis præſumptioni-
bus: nam prima præſumptio, quòd maſculi exclu-
dant

cat filias fœminas, ergo & neptes; non habet lo-
cum in caſu noſtro, in quo non ſubeſt aliquis fauor
maſculorum, imo ceſſante fauore maſculorum in
portione relicta domino Benedicto, eius filia fuit
magis prædilecta à teſtatore quam Domina Zoia,
vt ſæpe dictum eſt. Nec ſimiliter prima ratio, de
conſuetudine Italicorū & ſtatuto Paduæ, quia pro-
cederet, quando ſubeſſet fauor maſculorum, qui
non reſpectu dictæ Dominæ Zoiæ: Et ideo cum
habeamus non ſolum iuris præſumptionem, ſed et-
iam expreſſam mentem defuncti, qui voluit vocare
dictam Dominam Carulam: & non dictam Zuiam,
non poſſumus nec debemus à dicta voluntate de-
functi præſumpta & expreſſa diſcedere, ex quo non
habemus aliquam præſumptionem contrariam: &
ſic ſtandum eſt tam verbis quā menti teſtatoris per
* prædicta; & iſta eſt ſententia communis * Docto.
ſine dubio, quam tenet D. Paul. in dicto ſuo con-
ſilio 79. qui dicit concordando opiniones, quod
aut neptis concurrit cum fratre maſculo, & tunc
maſculus preferetur, aut concurrit cum fœmina vel
cum extraneo, & tunc neptis præfertur. Nec ob-
ſtat dum dicitur quod D. Paul. non loquitur de filia
fœmina, ſed extraneo: quia, ſi certe inſpiciámr eius
verba & rationes, intelligit extraneum quemcunq;
qui non ſit filius vel deſcendens maſculus, facit. *l. 1.*
§. extraneum, C. de rei vxo. actio. & dicere contrarium
eſſet quædam cauillatio. Nec obſtat dum dicitur,
quod imo conſtat ex alio, de voluntate defuncti
quod voluerit dictam Dominam Zoiam excludere
d. D. Carulam, quia dicendo: & ſi nullus filius ma-
ſculus ſupereſſet: voluit teſtator loco maſculorum
ſubſtitutorum ſubſtituere dictam D. Zoiam; ergo
videtur ſubſtituta, eo modo ſicut poſthumus; ergo
ſicut poſthumus maſculus, excluderet D. Carulam;
ita videtur quod debeat dicta D. Zoia ipſam exclu-
41 dere, † quia ſubrogatū ſapit naturam eius in cuius
locum ſubrogatur. *l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis*
42 *cautio.* † Item quia etiam eadem res non debet di-
uerſo iure cenſeri. *l. cum qui ædes, ff. de vſucapio*: quia
reſpondetur, quod illæ regulæ procedunt niſi alia
ratio ſubſtiterit in vno, quam in alio, vt not. in di-
43 ctis iurib. † Nec obſtat dum dicitur, quod quan-
do vna determinatio reſpicit plura determinabilia,
debet ea pariter determinare, *l. iàm hoc iure. ff. de vulg.*
& pup. & l. quamuis. C. de impu. & aliis ſubſtitut. quia
reſpondetur, quod illa regula procedit vbi eſt ea-
44 dem ratio, ſecus ſi diuerſa, † quia vbi eſt diſpari-
tas perſonarum verba relata ad perſonas intelli-
guntur ſecundum conditionem perſonæ. *l. plenum.*
§. equiti. ff. de vſu. & habi. & l. ex militari. ff. de teſt. mil.
& ideo illa verba ſine liberis, relata ad poſthu-
mos maſculos, licet perderent propriam ſignifica-
tionem propter maſculus, tamē relata ad fœminas
non debent perdere ſuam propriam ſignificatio-
nem propter conditionem fœminarum, in quibus
nullus eſt fauor; propter quem debeamus recedere
à propria ſignificatione verborum, & à præſumpta
45 & expreſſa mente defuncti: † & pro hoc facit *l. 1.*
cum glo. C. de vſufru. & l. 2. de offic. procu. cum ibi not. cum
ſim. vbi habetur quod vnum verbum capitur pro-
prie, & improprie ſecundum ſubiectam materiam,
& iſtud eſt indubitatum, maxime in caſu noſtro in
quo teſtator magis dilexit dictam dominam Caru-
lam in portione relicta domino Benedicto eius pa-
tri, primo propter iuris præſumptionē, vt d. l. cum
auus. Secundo propter manifeſtam teſtatoris vo-
luntatem, quæ colligitur ex verbo, ſine liberis, vt
dict. l. 1. C. de condit. inſert. Tertio quia teſtator ademit
domum propriam dominæ Zoiæ, & tranſtulit in
dominum Benedictum, & eius hæredes, & ſic in D.
Carulam: & ideo ſi teſtator dilexit magis d. Caru-
lam in re quæ erat ipſius dominæ Zoiæ, multo ma-
gis videtur dilexiſſe in portione hæreditatis relictæ
D. Benedicto eius patri. Quarto quia non eſt præ-
ſumptio, quod teſtator voluerit priuare D. Benedi-
ctum eius filium poteſtate teſtandi, quando habe-
ret filios vel filias in fauorem ſororum ſuarum, ſed
voluntas teſtatoris fuit ſeruare hæreditatem ſuam
relictam in maſculos; & eorum deſcendentes ma-
ſculos, & fœminas. Quinto quia ſi teſtator dilexit
magis dictam dominā Carulam, quam poſthumos
maſculos in portione relicta domino Benedicto,
vt ſupra concluſum eſt, multo magis videtur ipſam
dilexiſſe; quam filias teſtatoris quæ fuerunt excluſæ
propter maſculos, quia ſi vinco vincentem te, &c.
& ſic non ſolum pro D. Carula extat legis præſum-
ptio communis, ſed etiam extant prædictę præſum-
ptiones, & mens expreſſa teſtatoris. Et pro domi-
na Zoia nec mens, nec verba teſtatoris, nec aliqua
46 præſumptio contra dictam D. Carulam. † Nec
obſtat dum dicitur, quod quando fit repetitio ſim-
pliciter intelligitur eſſe facta cum qualitatibus ſuis,
vt l. ſi quis à filio, in princip. de leg. primo, & l. licet impe-
rator. eod. tit. quia illud procedit quando non ſubeſ-
ſet alia ratio in contrarium *vt dicit text. in dict. l. licet*
Imperator. ſed hic ſubſunt plures rationes in contra-
rium; ergo, &c. præterea non eſt verum, quod poſt-
humus debeat excludere dictam neptem, vt ſupra
concluſum eſt; ergo multo minus filia teſtatoris.
Vltimo non obſtat dū dicitur, quod ex quo nullus
filius maſculus teſtatoris ſupereſt, vel ex eo deſcen-
dens maſculus, filiæ teſtatoris admittūtur per illum
verſ. & ſi nullus filius maſculus ſupereſſet, per quem
teſtator dicitur voluiſſe ſubſtituere in caſu omni-
um maſculorum deficientium: quia reſpondetur
hoc verum eſſe, quia teſtator in dicto teſtamento
fecit vnicam tantum ſubſtitutionē domino Bene-
dicto filio ſuo, ſi deceſſerit ſine liberis, faciendo
tres gradus ſubſtitutionis. Primus eſt, quia ſubſti-
tuit alios poſthumos filios maſculos ſuperuiuen-
tes. Secundus ipſis non ſuperuiuentibus ſubſti-
tuit eorum liberos maſculus. Tertius gradus eſt,
ſi nullus maſculus ſupereſſet, nec eorum liberi
maſculi, & ſic illa verba, & ſi nullus filius maſculus,
referuntur ad ſubſtitutionem factam domino Be-
nedicto, ſi deceſſerit ſine liberis: & ſic intelligun-
tur de filiis maſculis, & eorum deſcendentibus ma-
ſculis ſubſtitutis, & non de domino Benedicto, cui
eſt facta ſubſtitutio; quia debet eſſe differentia in-
ter ſubſtitutos, & illum, cui facta eſt ſubſtitutio,
& ſic dominus Benedictus in vna & eadem ſub-
ſtitutione non poteſt eſſe inſtitutus, & ſubſtitu-
tus: & quod ſit vna tantum ſubſtitutio facta per
tres

treſgradus, & quod illa verba, & ſi nullus maſcu-
lus ſupereſſet, intelligantur de maſculo tantum
ſubſtituto in caſu præcedenti: probatur ex pluri-
bus. Primo ex verbis præcedentibus; quia verba
præcedentia dicunt, quod ſi dictus Benedictus de-
ceſſerit ſine liberis ſubſtituit alium filium, vel alios
filios ſuperuiuentes, & eorum liberos maſculos:
& in verſic. ſequenti, repetit eoſdem, dum dicit, &
ſi nullus filius maſculus, &c. & ſic repetitio cenſe-
tur eſſe facta de caſu præcedenti, quia iſta eſt natura
repetitionis, vt de ſe patet. Item hoc probatur et-
47 iam ex illis verbis, & ſi nullus: † quia dictio, etſi,
eſt dictio continuatiua caſus præcedentis, & repe-
titiua caſus, & qualitatis præcedentis; vt proba-
tur de dictione, &c, *in l. Seia. §. Gaio Seio, & ibi notat. ff.*
de fundo inſtrum. de dictione, ſi, ex text. cum gloſſ. in l. ele-
ganter in §. ſi ſeruum in verbo ſubiacebit. ff. de dolo. ergo
multo magis quando vtraque dictio, & ſi coniun-
gitur: vt probatur etiam *in l. & ſi condemnatus. ff. de*
48 *noxalibus.* † Item hoc etiam probatur ex illo ver-
bo, vt ſupra, poſito in verſicul. & ſi nullus, quia il-
la verba ſunt relatiua ad caſum præcedentem, *vt*
in l. vxorem. §. legauerat, in fin. & §. pater de leg. 3. & l.
Sticho. ff. de vſufruct. legat. & l. domin. in fin. ff. de pecu. leg.
Item quia illa verba, ſupereſſet, cum ſint præteriti
imperfecti, ſignificant orationem continuatiuam,
& non nouam ſubſtitutionem inducunt. Item quia
niſi referretur ad cauſam præcedentem conti-
nuatiue, eſſet oratio imperfecta, vt patet ad ſen-
ſum. Item quia illa verba, & ſi nullus filius maſcu-
lus, non poſſent referri ad inſtitutos, & ſubſtitu-
tos, quia non eſſet perſona cui fieret ſubſtitutio, te-
ſtatori nun, quia filius fuit eius hæres; filio non,
quia ei non fit noua ſubſtitutio, ſed vocantur ſub-
ſtituti, in caſu quo non eſſent ſubſtituti in primo,
& in ſecundo gradu. Et in quantum filio ſit facta
ſubſtitutio, intelligeretur ſi dominus Benedictus
deceſſerit ſine liberis. Item hoc probatur etiam
ex mente teſtatoris, quia ſi diceremus quod teſta-
tor voluerit in illis verbis, & ſi nullus filius maſcu-
lus, &c. nouam facere ſubſtitutionem, non ſolum
eſſet contra verba teſtatoris, vt dictum eſt: ſed et-
iam contra eius mentem: quia teſtator dilexit ma-
gis filiam domini Benedicti in portione ſibi reli-
cta, quam poſthumos maſculos, vel ſaltem magis,
quam filias teſtatoris, vt ſæpe dictum eſt, ergo non
debemus interpretari vt ſit noua ſubſtitutio, per
quam filiæ teſtatoris ſuccedant & excludant filiam
Domini Benedicti, quia eſſet contra mentem teſta-
49 toris, † & teſtator videretur ſe in continenti cor-
rigere, quod non eſt dicendum, *per l. unam ad ea ff. de*
condi. & demonſt. præterea pars aduerſa confitetur
quod ille verſic. & ſi nullus loquatur de eadem ſub-
ſtitutione dum dicit, quod illa verba, ſubrogantur
50 loco præmortuorum maſculorum. † Nec ob-
ſtat vltimo loco: dum dicitur, quod illa clauſula in
dubio debet referri ad omnia ſuperiora, ſi commo-
de referri poteſt, *vt l. 1. C. de lib. poteſt. & l. talis ſcriptu-*
ra, in fin. de leg. 1. quia illud procedit, niſi poſſet red-
di ratio, quod referatur magis ad proxima, quam
ad præcedentia, *vt d. l. 1. & l. ſi idem cum eodem §. fin. de*
iuriſdict. omnium Iud. Sed in caſu noſtro ſubſunt plu-
res rationes; quare magis referatur ad proxima,
ſic ad ſubſtitutos tantum quam ad remota, & ſic et-
iam ad inſtitutos, patet ex prædictis, & maxime
quia intentio teſtatoris non fuit, vt ſuæ filiæ fœmi-
næ excludant D. Carulam in hæreditate relicta pa-
tri ſuo, per ea quæ dicta ſunt, & iſta eſt veritas, ſicut
Deus eſt Deus. Cætera ſuppleat Excellentia Domi-
ni Arbitri, & Arbitratoris.

Annotationes.

a Maſculis tantum] *Hæc quæſtio an conditio ſi ſine liberis,*
intelligatur de maſculis & fœminis, an vero de maſcu-
lis tantum, & præcipue quando filia teſtatoris ab inſti-
tutione fuit excluſa, omnium Doctorum ingenia exter-
ſit, atq; in contrarias ſententias traxit, & hinc inde non
ſunt plurimi vtriuſq; opinionis ſectatores; in quibus re-
cenſendis multa pagina non ſufficerent, ſed nobis labo-
rem ademerunt Antonius Gabriel commu. conclu. lib. 4.
in tit. de ſubſtitutio. concluſione 2. Rol. à Valle in conſil.
82. nu. 8. & 23. vol. 3. Cephal. in conſ. 306. n. 90. cum ſeq.
& per totum Decian. in conſ. 1. per totum lib. 2. Burſat.
conſ. 64. nu. 13. & conſ. 86. nu. 7. lib. 1. Zanch. in ſua ele-
ganti repetitione l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebel.
num. 771. in 1. impreſſione, Sfortia Oddus in tract. com-
pendioſa ſubſtitutionis in 6. & vltima, parte q. 2. art. 4.
Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum libr. 11.
tit. 14. num. 7. 22. & per totum, & nouiſſime Simon de
Pratis de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 3.
interpretatione 3. dubitatione 3. ſolutione 2. nu. 24. cum
ſequentibus; qui ad ſocietatem pro vtraq; parte autho-
ritates congerit, & tandem opinionem in fauorem ne-
ptis, quod ſubſtitutum excludat, quam tenet etiam exi-
* *mius author noſter, magis communem* * *ac veriorem*
dicit & tuetur.

b Sed fraterna] *Iſta eſt optima reſponſio, quamuis enim*
extante ſtatuto, quod exiſtentibus maſculis ab inteſtato
fœminas excludant, iſta verba ſi ſine liberis deceſſerit ex-
* *ponantur, id eſt, maſculis, iuxta communem* * *inter-*
pretum ſententiam, prout tradit Dec. in conſ. 514. n. 3. &
conſ. ſeq. n. 4. Bero. conſ. 115. nu. 2. Alciat. conſ. 202. lib. 9.
late Zanch. in d. §. cum ita nu. 771. in prima impreſſione
Oddus in dict. tract. compendioſa in vlt. part. q. 2. art. 4.
concl. 5. tamen id intelligendum eſt, vt author noſter o-
ptime declarat, quãdo etiam neptis ex ſtatuti diſpoſitio-
ne excluderetur per patruum, ſeu maſculum ſubſtitu-
tum, à patris & filij reſpectiue grauati ſucceſſione, vt in-
terpretatur etiam Soc. ſen. in conſ. 6. in fin. & conſ. 55.
per totum lib. 3. Ruin. conſ. 144. nu. 15. vol. 2. & conſ. 141.
nu. 8. vol. 3. Gozad. in conſ. 89. nu. 2. & quamuis reſpon-
dere in contrarium nitatur Mantica in d. tit. 14. nu. 16.
tamen hanc interpretationem tuetur Simon de Pratis
vir de iuris prudentia optime meritus, loco proxime alle-
gato nu. 38.

c Cum fœmina] *Hæc concluſio veriſſima eſt, nempe quod*
neptis excludit filiam teſtatoris ab inſtitutione exclu-
ſam, & vltimo loco ſubſtitutam, vt reſpondit Decian. in
conſ. 370. per totum Ruin. in conſ. 36. nu. 8. vol. 3. Gozad.
in conſ. 89. in 3. concl. Soc. Iun. in conſ. 126. nu. 16. & ſeq.
lib. 1. Crot. in conſ. 124. num. 32. & plures concordantes
allegat Burſ. in conſ. 64. nu. 26. vol. 1.

CON-

CONSIL. XVIII.

ARGVMENTVM.

Statutum de dote lucranda, loquens de vxore iam traducta an locum habeat in nondum traducta.

SVMMARIA.

1 *A verbis legis vel ſtatuti regulariter non eſt recedendum.*
Lex quantumcunq; dura ſeruanda eſt.
2 *Statutum contra ius commune ſtrictè intelligi debet, vt minus lædat ipſum ius commune quam fieri poſſit.*
3 *Statutum non debet extendi ad alium caſum in ipſo non comprehenſum, etiam ex identitate, vel maioritate rationis.*
4 *Statuentium voluntas non tantum in verbis ſtatuti, ſed & in ſenſu conſiſtit.*
5 *Verba non ſunt Iudaicè ad corticem intelligenda.*
6 *Ratio ſtatuentium, qui voluerunt vt mulier iam eſſet traducta, vt maritus lucretur dotem.*
7 *Onera matrimonij poſſunt regulari, & eſſe tribus temporibus. num. 10.*
8 *Sponſa proprie eſt illa, quæ eſt per verba de futuro:*
9 *Sponſa poteſt etiam dici illa, quæ eſt per verba de præſenti.*
11 *Sponſa benedicitur, quando ad domum viri traducitur.*
12 *Conditio fruſtra expectatur, cuius euentus nihil operatur.*
13 *Conditio habetur pro impleta, quo ad illum per quem non ſtetit, vt impleretur.*
14 *Conſuetudo ducendi vxorem ad domum viri, quantum tempus exigat.*
15 *Sponſa in continenti ducenda non eſt, ne vileſcat, ſed deſiderata ſit carior.*
16 *Intellectus gloſſ. in l. cum in te C. de donat. ante nup.*

STATVTVM Parmæ de dote lucranda per mortem vxoris, loquitur de vxore iam traducta, *iuxta l. mulierem, cum gloſſ. ff. de ritu nupt.* vel quæ virum duxerit, quod poteſt eſſe, *vt l. ſi ignorãs, & ibi hoc not. gl. fin. in fin. C. ſol. matr.* non videtur habere locum, quando vir non traduxit vxorem, vel
1 quando vxor nõ duxit virum, † quia regulariter à verbis legis, vel ſtatuti non eſt recedendum. *l. non aliter. ff. de legatis 3.* quia lex quantumcunq; dura ſeruanda eſt. *l. proſpexit. ff. qui & à quibus*, maxime quando eſt ſtatutum contra ius commune, quia tunc debet intelligi ſtrictè, *vt habetur in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſtis, & in l. quicquid reſtringendæ. ff. de verbis oblig.* & intelligi in caſu, in quo loquitur; vt minus lædat ius commune quam poteſt, *vt not. gl. in l. fi. §. in computatione C. de iur. delib. & ibi per Doct. & habe-*
3 *tur in l. 2. C. de noxa. cum ſimilib.* † nec videtur quod debeat extendi ad alium caſum in ſtatuto non comprehenſum *l. ſi vero §. de viro. ff. ſol. matrim.* etiam ex identitate, vel maioritate rationis, *vt not per gloſſ. & doctores in dicta auth. quas actiones C. de Sacro. Eccleſiis & in dicto §. de viro, & per Antoninum de Butr. & doct. in cap. fin. extra de conſuetudine cum ſimilibus.* Sed tamen his non obſtantibus teneo id quod ſupra eleganter conſultum eſt per Excellentiſſimum Doctorem D.
2 Alexandrum de Imo. *a* videlicet quod maritus lu-
4 cretur dotem vxore præmortua † quod ſic probatur voluntas ſtatuentiũ non conſiſtit in verbis tantum ſtatuti, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis vt dicit ſanctus Hieronym. in epiſtola ad Galatas, &
5 habetur 1. q. c. 1. Marchiona Baſilidis, † Nec verba Iudaicè ad corticem debent intelligi, vt not. gl. *in l. damni §. ſi his qui vicinus. ff. de damno infecto, & notat Bald. in l. quicunq; C. de ſeruis fugitiuis*, & ideo verbi interpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat; *vt l. 3. in fin. C. de liberis præteritis*; Sed voluntas ſtatuentium vt maritus lucretur dotem mortua vxore, iam traducta, vel quę virum duxit debet conſiderari non quantum ad verba, ſed quantum ad
6 ſenſum. † Vnde cõſiderandum eſt quare ſtatuentes voluerunt, vt mulier iam ſit traducta, ad hoc vt lucretur maritus eius dotem, & certè ratio fuit propter onera matrimonii. *argum. l. pro oner. di. C. de iure dot. & l. dotis fructus. ff. de iure. do. & habetur in l. ſi donatarii. ff. de cond. ob cauſam*, vt etiam dictum fuit in prę-
7 cedenti conſilio. † Iſta autem onera matrimonii poſſunt regulari & eſſe tribus tẽporibus, vno quando eſt ſponſa etiam per verba de præſenti nondum cognita nec traducta, quæ licet improprie dicatur
8 quia vere vxor eſt: † quia proprie ſponſa eſt illa quæ eſt per verba de futuro. *l. 1. ff. de ſponſalibus, & 30. q. 5. c. noſtrates, & not. Ioan. And. in ſumm. 4. quarti libri de*
9 *ſponſalib. in prin.* † Tamen poteſt & dici ſponſa, *vt c. 1. tertio loco in princ. extra de præſumpt. & 27. q. 2. in princip.* & iſta etiam de conſuetudine ſponſa huiuſmodi ſolet appellari. Et propter iſtas ſolum expenſas ſaltem non credo, quod ſtatutum locum habeat, quia ſi hoc voluiſſet, non feciſſet mentionem de tradu-
10 ctione ſed ſimpliciter loqueretur. † Alio modo poſſent eſſe expenſæ & onera matrimonii, quæ fieri ſolent in traductione ſponſæ, & propter iſtas expenſas & præcedentes credo, quod ſit factum ſtatutum quod conſiderauit ſimpliciter traductionem. Tertio modo poſſunt eſſe expenſæ & onera matrimonii, quæ occurrunt, poſtquam eſt ad domum viri traducta, in alendo vxorem, & filios, *vt dicta l. pro oneribus. C. de iure dot. & l. dotis fructus ff. eod. titu.* & iſtas etiam expenſas conſiderauit ſtatutum; quia communiter ſuperuiuunt vxores aliquo tempore poſtquam ſunt traductæ, & ideo dico quod propter dictas expenſas factas ante traductionem & in traductione & poſt voluerunt ſtatuentes vt maritus lucretur dotem; & licet accidat caſus, quod vxor traducta ad virum moriatur infra paucos dies, & ſic maritus non ſuſtineat amplius onera matrimonii; tamen ſtatutum voluit, quod lucretur dotem maritus quia ſtatuentes noluerunt inſpicere niſi quod communiter contingere ſolet. *l. nam ad ea ff. de conditio. & demonſtratio.* & ſic ſufficit quod maritus faciat expenſas quæ ſolẽt fieri ante traductionẽ, vel in ipſa traductione, vel quod per ipſum non ſteterit, *argumento l. ſi ex legati cauſa in 1. reſponſo. ff. de verborum obligat. & l. quod te ff. ſi certum petatur cum ſimilibus.* Sed in caſu noſtro omnia interuenerunt;

qua

quæ erant neceſſaria ad hoc, vt lucretur dotem:
11 Primò, matrimonium per verba de præſenti. † Se-
cundo, benedictio ſponſæ, quæ fit, vt ad maritum
poſſit traduci, & ſecum copulari, *vt habetur 32. diſt. c. ſeriatim.* Tertiò, ſequuta eſt copula, propter quam
conſummatur matrimonium. Quartò, quia ſimul
ſteterunt per quinq; menſes etiam in eodem lecto,
in domo vxoris de voluntate ſuorum, *c. litern, extra de præſumpt.* & ducta fuit primò ex diœceſi & terri-
torio vxoris, ad territorium viri, ſcilicet Parmæ, &
poſtea propter peſtem ſe contulerunt ad domum
vxoris, vbi poſt duos annos à die contracti matri-
monii, mortua eſt in diœceſi ſua Lunenſi viro ſe-
cum exiſtente. Quintò, fuerunt factæ omnes ex-
penſæ, quæ fieri contingebant ante matrimonium,
nec expectabatur, quòd in traductione fierent aliæ
expenſæ; fruſtra itaq; expectanda eſt traductio, quę
12 nihil operatur. † Sicut dicitur, fruſtra expectatur
conditio, cuius euentus nihil operatur, *l. aliquan-*
13 *do. ff. ad Velleia.* † & maximè cùm non ſteterit per i-
pſum maritum, ſed potius propter peſtem; Ergò il-
la conditio tacita, ſi iam fuerit traducta, habetur
pro impleta, *l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſt. cum ſimilib.* cùm itaque omnia, quæ ex forma ſtatuti ſunt
neceſſaria, per virum impleta fuerint, nec aſpecta-
batur, quòd alia ſolennis traductio fieret, vt mihi
aſſeritur in facto, & biennio vxor ſuperuixit, ita vt
iam elapſum eſſet tempus ducendi eam ad domum
14 viri † iuxta conſuetudinem, quæ eſt quatuor aut
15 ſex menſium, aut ſaltem anni, & non vltra, † quod
fit ſolum, vt vxor in continenti ducta non vileſcat,
ſed deſideranti ſit carior, *27. quæſt. 2. c. inſtitutum, & not. gl. fin. in c. Epiſcopi, 80. diſt. & gl. in princ. extra de priuilegijs*, & non ſteterit per maritum, quò minus eam
duceret poſt dictum tempus conſuetum, nec am-
plius alia traductio, vt dixi, expectabatur; ideoque
ſequitur, quòd debet lucrari totam dotem, nec de-
bet conſiderari, quòd non ſuſtinuit onera matri-
monii poſt illud conſummatũ, quia illud conſide-
ratur, ſi nõ occurrit iſte caſus, quia leges adaptantur
ad ea, quæ communiter accidunt, *l. nam ad ea, ff. de*
16 *legib.* † Nec prædictis obſtat gloſſ. *in l. cum in te. C. de donat. ante nupt.* quæ dicit, quod paria ſunt, vel
quòd ſponſa non ſit traducta, vel quod ſit in itine-
re, dummodo ad domum viri non peruenerit, qua-
ſi velit, quòd requiratur actus perfectus omnino,
quia reſpondetur, quòd illa gloſſ. loquitur, quando
eſt ſponſa de futuro ad præſumendum, quod ſit
contractum matrimonium per verba de præſenti,
non ſufficit, quòd ſit in itinere, ſed requiritur, quòd
ad domum viri peruenerit, quia ſponſæ ad domum
viri ire non conſueuerunt, niſi quando eſt contra-
ctum matrimonium per verba de præſenti, vt not.
Doctores *in dict. l. cum in te.* ſed quando eſt contra-
ctum matrimonium per verba de præſenti, & ſe-
cuta copula in eodem lecto per quinque menſes, &
ſponſa per duos annos ſuperuixit, certe iudican-
dum eſt, quòd non ſolum ſit in itinere, ſed habea-
tur perinde, ac ſi ad domum viri traducta fuiſſet per
prædicta. Et hanc partem puto veriorem & æquio-
rem concurrentibus prædictis. Et ſimiliter idem
teneo, quod in ſecundo & tertio dubio ſupra
per primum Dominum conſulentem concluſum
eſt.

Vnde ex prædictis, & ex his, quæ in primo con-
ſilio dicta ſunt, dico & conſulo iuris eſſe, vt ſupra
ſcriptum eſt: Ego Bartholomæus Cæpolla de Ve-
rona I. V. D. & Comes ac miles, & Sacri Conſiſtorii
Sanctiſſ. D. D. N. PP. Aduocatus, & Iura ciuilia or-
dinariè publicè legens in florentiſſimo ſtudio Pata-
uino, de ſola ſubſcriptione requiſitus, & ad fidem
præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi, & ſigil-
lo meo conſueto ſigillaui.

Annotationes.

a Alexandrum de Imola] *Adde, quod id conſuluit Alexander in conſil. 129. lib. 7. cui ſe ſubſcripſit Dominus auctor, quos ſequuntur communiter omnes in Rubr. ff. ſolut. matrim. vbi Ripa num. 67. & ſeq. Rubeus Alexandrin. in conſil. 19. per totum, & latiſſimè Tiraquellus, qui alios allegat in l. ſi vnquam, in verbo donatione largitus, num. 222. C. de reuocand. donat. & Rol. à Valle in tract. de doto, quæſt. 106. num. 38.*

CONSIL. XIX.

Excellent. Domini Bernhardi Brenzoni, I. C. Veronenſis.

Argumentum.

An ſtatutum Veronæ de ſucceſſionibus ab inteſtato extendatur ad forenſes.

Summaria.

1 *Chriſtus vbi non eſt principium, ibi nullum boni operis poteſt eſſe fundamentum.*
2 *Vnaqueq; ciuitas ſibi ius proprium ſtatuere poteſt.*
3 *Iudex in primis in cauſarum deciſione leges municipales inſpicere debet.*
4 *Verbum generaliter prolatum, generaliter debet intelligi.*
5 *Statutum, quod eſt contra ius commune, ſimpliciter intelligi debet.*
6 *Statutum an extendatur ad forenſes in teſtamentis, & num. 8. 12. & 29.*
7 *Statutum præmiũ indulgens etiam ad aduenas extenditur, & num. 30.*
9 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
10 *Statutum loquens de habilitatione perſonæ, an & quando comprehendat forenſes, in loco ſtatuti habitantes, & num. 21. 22. 31. & 34.*
11 *Argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis validum eſt.*
12 *Mater eſt in primo gradu, ſoror in ſecundo.*
13 *Statutum extra territorium ſtatuentium, & ad perſonas non ſubditas non porrigitur, & nu. 23. & 24.*
14 *Statutum fœminarum excluſiuum, factum eſt in fauorem agnatorum, vt familiæ conſeruentur.*
15 *Ciuitatis intereſt habere ſubditos locupletes.*
16 *Statutum Veronæ lib 3. c. 94. declaratur.*
17 *Statutum contra publicam vtilitatem interpretari non debet.*
18 *Statutum non comprehendit caſum, de quo ſi ſtatuentes interrogati fuiſſent, illud comprehendere noluiſſent.*
19 *Statutum, quòd ſtantibus maſculis filia fœmina non ſucce-*

ſuccedat, non porrigitur ad bona ſita, extra territorium ſtatuentium.

20 *Statutum, quòd extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat ad filiam monacham, tempore ſtatuti non extenditur.*

25 *Statutum debet interpretari, vt minus lædat ius commune, quam fieri poteſt, & num. 28.*

26 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

27 *Statutorum verba nunquam ad caſus impoſſibiles ſtatuentibus extendi debent.*

32 *Deportatus ſi à principe reſtituitur, quò ad bona alteri quaſita reſtitutus non intelligitur.*

33 *Filius ſpurius mortuo patre a principe legitimatus filijs legitimis, quibus iam hæreditas quæſita eſt, non præiudicat.*

35 *Domicilium decem annorum ſpatio conſtituitur.*

1\. Cominus.

2\. Turinus. — 3. Paſinus.

4\. Petrus & D. Inida } *iugales.* — Cominus de Clati forenſis.

5\. Baptiſta & Iacoba.

SIc deſcripta parentela, ſuperius poſita, fit controuerſia de hæreditate Baptiſtæ, vltimo loco mortui inter D. Inidam matrem defuncti, & Iacobam ſororem ex vtroque latere coniunctam dicto defuncto ex vna parte, & Cominum ex altera: Cominus contendit, dictam hæreditatem ad ſe ſpectare, tanquam agnatum defuncti pro duabus tertiis, ex beneficio ſtatuti Veronenſis poſiti, *in 2. lib. in cap. 82.* quod vocat agnatos in verbo, matre verò, vel ſola, vel ſimul, &c. Excipitur contra Cominum, quod modò ad eum nihil ſpectat de dicta hæreditate primo de iure communi, quia eſt in remotiori gradu, ſed D. Inida eſt ſoror, ſcilicet in proximiori gradu, & etiam nihil ad eum ſpectat de iure municipali, eò, quia lex municipalis non extenditur ad forenſem: ſed Cominus eſt forenſis; ergò, &c.

1 CVm ita ſit, † quod, vbi Chriſtus non eſt principium, ibi nullius boni operis poteſt eſſe fundamentum, *iuxta c. principatus, 1. quæſt. 1. iuxta not. per gloſſ. in Rubrica Inſtitutionum, & in Rubr. de heredit. & Falcid.* Ideo inuocato prius nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, qui cæcos illuminat, & tenebris lucem affert. Super hac conſultatione dico, quod prima fronte videtur dicendum, quòd Cominus admittatur ex beneficio ſtatuti; licet enim de iure communi ſit excluſus, cùm ſit in gradu remoriori defuncto, tamen quia ſtatutum eſt in loco diſponens aliter quàm ius commune; Imo contra ius commune illud debet at-
2 tendi. † quia vnaquæq; ciuitas ſibi ius proprium conſtituere poteſt, *l. omnes populi, de inſtit. & iure. In-*
3 *ſtit. de iure naturali gent. & ciuil. §. omnes populi.* † Et in primis iudex aſpicere debet legem municipalem loci in decidendis cauſis, vt inquit legiſlator *in l. ſemper, §. legem quoq; reſpici cuiuſq; loci, &c. ff. de iure immunita. & in l. Lucius Titius, §. idem reſponderunt.* Si ciuitas nullam propriam legem habet, *ff. ad municip.* ſed cum lex municipalis Veronæ vocet ad ſucceſſionem agnatos & remotiores in gradu, & iſte Cominus ſit agnatus defuncti, ſequitur, quòd beneficio ſtatuti admittetur ad ſuceeſſionem pro duabus
4 tertiis, cum matre & ſorore defuncti. † Nam cum verbum hoc agnati ſit prolatum ſimpliciter & generaliter in ſtatuto; generaliter debet intelligi, *l. 1. §. generaliter, de legatis præſtand. l. de pretio, ff. de publicia. cum vulgar. facit quod in terminis dixit Bald. in l. maxi-*
5 *mum vitium, C. de libr. præter. in 7. col.* † quòd vbi ſtatutum ſe habet derogatiuè & correctiuè ad ius commune, debet ſimpliciter intelligi, vt ipſum ſtatutum iacet, quia verbis ſtatuti nihil addere vel detrahere debemus, *vt not. de inſtit. C. confir. l. 1. §. huic igitur, & de emendat. inſtit. C. l. 1. §. repetita,* ſed in caſu noſtro ſtatutum hoc ſe habet ad ius commune correctiuè, ergò ſimpliciter debet intelligi, vt iacet.
6 † Tertio loco probatur auctoritate Bald. *in l. ſi non ſpeciali, C. de teſtamentis,* vbi dicit, quòd beneficium conſuetudinis vel ſtatutum vnius loci prodeſt etiam externis hæredibus, & aduenis in teſtamentis; & ſic vult, quòd ſtatutum extendatur ad forenſes, puta, ſi ſtatuto cauetur, quod teſtamentum confectum coram tribus teſtibus valeat; dicit enim, quòd forenſis exiſtens in loco gaudebit beneficio ſtatuti. Quarto probari videtur auctoritate Bart. *in l. cunctos populos, in 3. quæſt. in verſic. præterea ſtatutum,* ibi videtur mihi dicendum, vbi dicit, quod quando ſtatutum loquitur ſimpliciter, & indefinitè extenditur etiam ad externos homines & forenſes; ergo, &c.
7 † Quinto facit, quod dixit Bald. *in l. fin. §. ſi verò poſtquam, C. de iure delib.* vbi dicit, quòd ſtatutum indulgens præmium extenditur etiam ad non ſubditos in iuriſdictione ſtatuentium, puta, ad clericos ita dicamus in caſu noſtro dato, quòd forenſis non ſit ſubditus ſtatuentis; tamen ſi ſtet ſtatutum generale inducens primum, etiam non ſubditus poterit v-
8 ti beneficio ſtatuti. † Sexto dico, quòd cum bona defuncti ſint ſub iuriſdictione ſtatuentium, & ſint in loco ſtatuti, videtur, quòd ſtatutum poſſit diſponere propter bona ſubdita circa perſonam forenſis, argu. eorum, quæ notat Bart. poſt Dyn. *in l. pupillo. ff. de tutor. & curat. datis ab his, & Cyn. in l. 1. C. vbi petantur tutores.* Septimo non eſt dubium, quòd licet ſtatuentes non poſſint aliquid ſtatuere ad præiudicium non ſubditi, tamen videtur poſſe in fauorem eius aliquid ſtatuere: & poſſe forenſem vti illo beneficio, ſi volet; ergò ſi verba ſtatuti ſint apta comprehendere aduenam agnatum, quia tractetur de fauore eius, debemus dicere, quòd ſicut dicimus de clericis, quòd laici non poſſunt ad damnum eorum aliquid ſtatuere, ſed in fauore ſic, vt paulo ante

dixi, allegando Bald. *in d.§ ſi vero poſtquam, in l.1.C.de*
iure delib. ita etiam ſit in caſu noſtro, & pro hac par-
te facit, qood dicit Bart. *in l.cunctos populos, in d. quaſt.*
3.in d.verſic.videtur mihi dicendum. Vbi tractando, an
ſtatutum extendatur, ad forenſes dicit, quòd aut
loquitur ſpecifice de ciuibus, & tunc non extendi-
tur: aut ſimpliciter & indefinite, & tunc extendi-
tur etiam ad forenſes; cùm ergò in caſu noſtro ſta-
tutum loquatur ſimpliciter,& in caſu, in quo ſtatu-
entes potuiſſent expreſſe, ſi voluiſſent, compre-
hendere ex propria ſignificatione; quia verbum, a-
9 gnati, propriè complectitur omnes agnatos, † &
etiam, quia indefinita poſita in lege, æquiparatur
vniuerſali, vt nut.*in l.ſi pluribus.de leg.2.& voluit Bart.*
10 *in loco ſupra allegato.* † Octauo facit auctoritas Bart.
in l.2.ff.de tut.& cur.dat.ab hn, vbi dicit, quod ſtatu-
tum tractando de habilitando perſonam, diſpo-
nendo circa perſonam, non porrigitur ad forenſes;
ſed comprehendit ſolum eos, qui ſunt originarii,
vel habent domicilium in loco, & ſic Bartol. vult
quod ſtatutum comprehendat etiam aduenas, ha-
bentes tamen domicilium io loco; ſed in facto
proponitur, quòd iſte Cominus habeat domiciliũ
Veronæ; ergò ſtatutum eum comprehendit. No-
no probatur, nam patet, quòd mens ſtatuti fuit non
impedire forenſes, quò minus admittantur ad ſuc-
ceſſionẽ ab inteſtato, vt patet in ſtatuto in 94. cap.
3. lib. ſtatutor. nam ibi ſtatutum prohibet forenſes
ex teſtamento ſuccedere; ergò eos permittit à con-
trario ſenſu ab inteſtato ſuccedere; ergò eos vocat
11 ab inteſtato: † nam contrarius ſenſus locum ha-
bet in ſtatutis, vt not. Bart. *in l.omnes populi*. & dici-
tur caſus ſtatuti ille, qui venit à cootrario ſenſu, vt
not. Bald. poſt Dyn.& gl.*in l.quidam teſtamento.§.mu-*
lier. ff. de teſtam. ergò ſequitur, quod mens ſtatuen-
tium fuit vocare forenſes ab ioteſtato, ſed iſte Co-
minus venit ab inteſtato; ergò dicere debemus,
quod comprehendatur à ſtatuto, cùm verba ſint
probata indefinite, vt dixit Bart. *in locis ſuperius alle-*
gatis: Tamen his nun obſtantibus, teneo contra-
riam partem eſſe veram de iure, ſcilicet, quod iſte
12 Cominus noo admittatur vigore ſtatuti. † Nam
in primis cooſtat, quod præfatus Cominus eſt ex-
cluſus de iure communi, cùm mater & ſoror eum
præcedant in gradu, & ſint proximiores defuncto:
Mater enim eſt in primo gradu; ſoror verò in ſe-
cundo. *Inſtit. de gradib.§.primo gradu. & §. ſecundo gra-*
du.ff.de gradib. Cominus verò eſt in quinto gradu i-
pſi defuncto. *Inſtit.eod.tit.de gradib.§.quinto gradu. d.l.*
Iuriſconſultus.§.quinto gradu.ff.de gradib. ergò mater &
ſoror eum excludunt, *auth.defuncto.C.ad Tertull.& in*
auth. de hæred. quæ ab inteſt. def. §. conſequens autem, &
§.reliquum eſt, col 9. ſed ſolum ſupereſt videre, an ad-
13 mittator beneficio ſtatuti poſiti *in 2.lib.in c.82.* † Et
breuiter dico, quòd iſte Cominus, cùm ſit forenſis,
non poteſt vti beneficio ſtatuti; oam ſtatutum non
extendit vires ſuas extra territorium, *l.extra territo-*
rium.ff.de iuriſdict.omn.iud. l.pupillus. §.territorium. ff.de
de verb. ſignific. l. fin. de offic.præfecti vrb. nec poteſt diſ-
ponere circa perſonam non ſubditam, *l.1.ff.de tutor.*
& cur. dat.ab hn. Et eſt gloſſ. *in l. cunctos populos. ſuper*
verbo quos, quæ tenet, quod ſtatutum ciuitatis non
14 extendatur ad forenſes, igitur,&c. † Secundo
eſt dubium, quòd hoc ſtatutum eſt editum ad fauo-
rem agnatorum, vt de ſe patet, ſicuti in ſimili dixit
Cyn. *in l.1. C. de adult. & Bald. in l.ſi defunctus, C. de ſuis*
& legit. hæred. Et quia ciuitatis intereſt, vt conſer-
uentur familiæ agnationum, *l. 1. §. ſed ſi ſeruus, ff. de*
ventre inſpic. & iſta fuit mens & ratio ſtatuentium;
ergò eſt oeceſſe intelligere de familiis ciuium, &
non forenſium, quia ſi hoc fit, quia intereſt ciuita-
tis, vt agnationes conſeruentur, ſi diceremus, fo-
renſes agnatos comprehendi, ſequeretur contra-
rius effectus ſcilicet, quia damnum eſſet Reipub.
nam ſequeretur, quod mater & ſoror, quæ ſunt ci-
ues, priuarentur ſucceſſione bonorum. & admitte-
15 retur forenſis, qui bona aſportaret. † Et ſic ciuitas
efficeretur pauperior, cuius intereſt habere ſubdi-
tos locupletes, *Inſtit.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, §.*
fin.& in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, *§.co-*
gitatio, col. 2. & ſic iſtud eſſet contra mentem ſtatu-
16 entium; ergò, &c. † Tertio colligitur clarè, quod
conditores ſtatutorum ciuitatis noluerunt afficere
forenſes beneficio aliquo, imo potius damno ad v-
tilitatem ſuorum ſubditorum, vt colligitur in ſta-
tuto 94. tertii libri ſtatuturum, quo cauetur, qood
aduena non poſſit acquirere, nec ex teſtamento,
nec ex aliqua alia vltima voluntate, nec contractu,
quod non eſt propter aliud, niſi fauore ciuium ſub-
ditorum, vt bona non auferantur nobis à forenſi-
bus. Si ergò ſtatuentes prohibuerunt forenſes ac-
quirere bona in agro Veronenſi diſpencodo con-
tra ius commune in fauorem ſuorũ ciuium, quanto
ergò fortius exiſtimare debemus, quod noluerunt
tollendo ius commune admittere forenſem ad ſuc-
ceſſionem aliquam excludendo matrem & ſoro-
rem ciues ſubditas, quibus de iure communi defe-
17 retur hæreditas? † Quarto probatur, quia nun-
quam debemus interpretari ſtatutum contra vtili-
tatem publicam, vt dixit Bald. *in l.milites, in fin. C.te-*
ſtamento militis, nec etiam debemus interpretari ſta-
tutum in fauorem forenſis in præiudicium ciuium,
vt dixit Paul.de Caſt. *in l.fin.C.de teſta.* ſed ſi ita intel-
ligeremus ſtatutum contra vtilitatem publicam, vt
ſupra oſtenſum eſt, eſſet contra vtilitatem ſubditi;
18 ergò,&c. † Quinto facit, quia ſtatutum nunquam
comprehendit caſum, de quo ſi conditores ſtatuto-
rum fuiſſent interrogati, veriſimiliter reſpõdiſſent,
quod noluiſſent comprehendere, gl. eſt notabilis,
l.tale pactum.§.fin ff.de pact.& ibi hoc not. Docto.maximus
Bald. Sed quis dubitare poſſet, quod ſi interrogati
fuiſſent conditores, an vellent, quod per ſuum ſta-
tutum excluderetur mater & ſoror, ciues quibus
deferebatur hæreditas de iure communi ad benefi-
cium vnius agnati forenſis, puta Brixienſis, quod ſi-
bi reſpondiſſent, quod non? quia intentio eorum
erat beneficio afficere ciues & ſubditos; non autem
19 damno & detrimento ad vtilitatem forenſis. † Se-
xto, facit doctrina Bart. *in l. cunctos populos, C. de ſum-*
ma Trinitate, & fide catholica, in 6. quæſtio. vbi dicit,
quod ſi ſtatuto cauetur, quod ſtantibus filiis maſcu-
lis filia fœmina non ſuccedat, qood iſtud ſtatutum
non porrigitur ad bona extra territorium, cum ſit
odioſum; multò fortius in caſu ooſtro dicere
debe-

debemus, quod non comprehendat forenſem, quia
cum tractemus de exclndendo matrem & ſoro-
rem contra ius commune ad beneficium forenſis
non ſubditi; hunc caſum non comprehendit ſtatu-
tum ad damnum ciuis ſui. Nam in caſu Bart. licet
ſtatutum tenderet ad damnum filiæ, tamen erat ad
vtilitatem filii ſubditi; & tamen non comprehen-
ditur; ergo multo magis in caſu, vbi tractatur peni-
tus de damno ciuis & vtilitate forenſis; igitur, &c. Et
illam doctrinam Bart. ſequitur quoq; Bald. licet per
20 alias rationes. † Septimo facit doctrina canoniſta-
rum, maxime Ant. de Butr. *in cap. quod clericus, extra
de foro comp.* vbi dicunt quod ſi ſtatuto cauetur, quod
filia non ſuccedat extantibus maſculis, tale ſtatu-
tum non extenditur ad filiam monacham tempore
ſtatuti, Eo quia non ſubetat iuriſdictioni ſtatuen-
tium ita etiam in caſu noſtro non extenditur ſta-
tutum ad forenſem qui non ſubeſt iuriſdictioni ſta-
21 tuentium. † Octauo facit excellens doctrina eiuſ-
dem Bart. *in dicta l. cunctos populos in 3. quaſt. in 2. paſſu
illius quaeſtionis, in verbo, ſed circa hoc dubitatur*, vbi di-
xit, quod quando ſtatutum diſponit circa perſo-
nam habilitando perſonam ad aliquem actum, &
determinat quod non extenditur ad forenſem;
Ratio quia ſtatutum nõ habet perſonam ſibi ſubdi-
tam, puta ſi ſtatutum habilitaret filiosfam. ad te-
ſtandum, nam filiusfa. forenſis non poterit teſtari
in loco ſtatuti: ſed in caſu noſtro iſte Cominus vult
venire vt habilitatus à ſtatuto ad ſucceſſionẽ ab in-
teſtato, cum de iure cõmuni ſit inhabilis actu, quia
eſt in remotiori gradu, quam ſit mater, & ſoror: er-
go, &c. quam doctrnam ibi etiam ſequitur Bald.
22 † Nono facit doctrina eiuſdem Bart. *in l. 1. ff. de tu-
to. & cur. da. ab his*, vbi dixit, quod ſtatutum nunquam
comprehẽdit forenſem quando tractatur de habi-
23 litando perſonam ad aliquem actum; ergo. † De-
cimo facit doctrina eiuſdem Barto. *in dicta l. cunctos
populos in. 2. quaſt. ſexta quaeſtionis principalis ibi.* Sed
poſſet dubitari de tali ratione, dum diſputat illam
quæſtionem: ſi conſuetudo eſt in Anglia; & quis
habeat bona in Anglia & bona extra Angliam, v-
bi poſt multa dicit quod quando ſtatutum diſponit
circa perſonam, puta dicendo primogenitus ſucce-
dat, dicit quod ſtatutum non porrigitur ad fo-
renſem, etiam dato quod haberet poſſeſſionem &
bona in Anglia: Sed in caſu noſtro non eſt du-
bium quod ſtatutum diſponit circa perſonam dum
dicit, quod agnati admittantur, &c. ergo ad eum
24 non extenditur ſtatutum. † Vndecimo facit au-
ctoritas Bald. *in l. fin. in 7. colum. ff. de iuriſd. omn. iudi.
in verſic. circa primum occurrit dubium*, ibi idem vide-
tur ſi filia fœmina prohibetur ſuccedere, ſi quidem
hoc redundat in fauorem ſubditi, valet etiam in re-
bus extra territorium, ſi vero in fauorem non ſub-
diti, non quia ad eum non extenditur, nec quo ad
præiudicium, nec quo ad emolumentum; ergo ita
dicendum in caſu noſtro, quod ad iſtum non ſubdi-
tum non extendatur ſtatutum, maxime in præiudi-
cium ſubditi, & iſta ſententia eſt humanior; quia
per eam reſeruatur ſucceſſio ſorori & matri; ergo
amplectenda. *l. benignius. ff. de legibus* Item conſo-
nant diſpoſitioni iuris communis, *l. fin. §. in compu-
25 tatione, & ibi gloſſ. ſingularis*, † quam exclamat Bar.
quod ſtatutum debet interpretari, vt minus lædat
ius cõmune quam fieri poteſt. Item conſona men-
te ſtatuentium; ergo, &c. Et ita dico iuris eſſe. Non
obſtant modo Argumenta adducta ad partem affir-
matiuam. Et primo ad primum dum dicitur: quod
26 debeant attendi ſtatuta, &c. † Reſpondetur eſſe
verum in caſibus comprehenſis in ſtatuto: ſed ca-
ſus noſter non eſt à ſtatuto comprehenſus, imo o-
miſſus, ergo remanet in diſpoſitione iuris com-
munis. *l. cõmodiſſime ff. de liber. praeteritis. ſi cum dotem
in principio. ff. ſolu. matri. l. ſi extraneus. ff. de condi. ob
cauſam*; ergo, &c. Nec obſtat ſecundum argumen-
tum, quia reſpondetur quod illud poteſt procedere
dummodo verba ſtatuti comprehendant caſus poſ-
27 ſibiles ſtatuentibus: † nam nunquam debemus
extendere ſtatutorum verba ad caſus impoſſibiles
ſtatuentibus vt nouit Bart. *in l. ſi quis ſub conditione de
cond. inſti. Et ideo Bald. in l. fin. §. in computatione.* C. *de
iure delib.* dixit quod nunquam ſtatutum extenditur
ad impoſſibilia conditori. Sed ſtatuentes non po-
tuerunt comprehendere forenſem, quia non eſt
perſona ſubdita, & dato quod potuiſſent, tamen in
dubio non præſumitur per iura ſuperius allegata.
28 † Imo verba ſtatuti, etiamſi ſint generalia, tamen
reſtringuntur, vt minus lędant ius commune quan-
tum fieri poteſt, per gl. in dicto §. in computatio-
29 ne ſupra allegata. † Nec obſtat tertia & quarta ra-
tio, videlicet auctoritas Bald. *in l. ſi non ſpeciali, &
Barto. in l. cunctos populos in 3. quaſt. 3. 8. colum.* ibi præ-
terea ſtatutũ, quia diſtinguendum eſt ſecundum i-
pſum Bar. aut ſtatutũ tractat de ſolemnizãdo actum
vt quod teſtamẽtum factum coram tribus teſtibus
valeat, & tunc tale ſtatutum, ſi loquitur indefinite,
proderit etiam extraneis, quia exiſtentes in loco
poterunt condere teſtamentum ſecundum ſole-
mnitatem ſtatuti, & valebit; ratio, quia videtur ta-
lis ſolemnitas conceſſa loco, vt dixit Bald. *in dicta l.
ſi non ſpeciali*; aut ſtatutum loquitur de habilitando
aliquam perſonam: & tunc non extenditur ad fo-
renſes, nec illos comprehendit, quia non habet
perſonam ſubditam. Et ita diſtinguit Bart. *in di-
cto verſic. praeterea iuncto verſic. ſed circa hoc dubitatur, &
in dicta l. 1. ff. de tuto. & cur. datis ab his*, qui ſe ipſum ita
30 diſtinguit. † Nec obſtat quintum arg. Bald. quia
reſpondetur, quod dictum Bald. procedit in cleri-
co originario noſtri loci, dato quod propter priui-
legium non ſubſit iuriſdictioni ſtatuentium, quod
eſt inductum in eius fauorem; ſecus eſſet ſi talis cle-
ricus eſſet penitus extraneus, & forenſis. Nec ob-
ſtat ſextum argu. quia illud forte poſſet procedere,
ſi ſtatutũ diſpoſuiſſet circa bona, ſed vt dictum eſt,
diſpouit circa perſonam; ergo, &c. Item poſſet pro-
cedere quando conſtaret de voluntate diſponen-
tium. Sic vero nedum non conſtat, ſed, conſtat po-
tius contrarium per prædicta; vel poſſumus dice-
re, quod ibi probatur contrarium: Nam dum di-
cunt, quod poteſt pręſes dare curatorem bonis ſub-
ditis; ergo volunt, quod non perſonæ quia illa non
eſt ſubdita; ergo facit potius pro, quam contra.
Non obſtat ſeptimum arg. quia reſpondetur, quod
licet fortè poſſent cõditores ſtatutorum ita ſtatue-

te, vt forenſes comprehenderentur, tamen in du-
bio non videntur comprehenſi; vt per multas ra-
tiones ſuperius oſtenſum eſt; vel etiam poſſet dici,
quod imo non poſſint comprehendere, cum per-
ſona non ſit ſubdita; nec poteſtas conditorum ex-
tenditur vltra fines territorij. Ideo Bald. *in dicta l.*
extra tutorium, dixit, quod ſtatutum nec quoad præ-
31 iudicium comprebendit aduenas forenſes. † Nec
obſtat octauum argumentum videlicet, quod ſta-
tutum comprehendit etiam exteros homines &
aduenas modo habeant domicilium in loco vbi ſit
ſtatutum, & quod iſte Cominus habet domicilium
hic Veronæ; ergo; &c. Reſpondetur primo, quod
illa doctrina procedit quando tempore, quo ſtatu-
tum editur, aduena habet domicilium ibi, vel ſal-
tem tempore quo moritur is, de cuius hæreditate a-
gitur, antequam ius quæratur ſucceſſoribus de iure
communi, ſed in caſu noſtro cum in facto propo-
natur ita eſſe, quod iam iſte Baptiſta defunctus erat
& etiam iam mater & ſoror adiuerant hæreditatem
& poſt aditionem ſuperuenerit iſte Cominus, &
conſtituerit domicilium, hic; Ideo dico quod non
procedit hoc caſu illa doctrina Bartol. *in dicta l. 1. &*
Bald. in dicta l. cunctos populos. Et quod iſtud ſit verum,
probo rationibus. Nam ſi concederetur quod per
domicilium ſuperueniens ex poſt facto admitte-
rentur forenſes, ſequeretur, quod in omni caſu ad-
mitterentur forenſes, quia facile eſſet eis conſtitue-
re domicilium in loco, & ita petere bona defuncti,
ſic illa auocare de manibus illorum quibus de iu-
re communi eſſent quæſita; & ſic quo ad effectum
ſtatutum extenderetur ad forenſes, quod non eſt
dicendum aliquo modo; ergo, &c. Item poſtquam
eſt ius quæſitum illis quibus de iure communi de-
fertur hæreditas; ac ipſa hæreditas iam ſit adita, non
debet poſſe forenſis per conſtitutionem domicilij
tollere ius alteri quæſitum; maxime ciui, & ſubdi-
to. *l. ius noſtrum ff. de reg. iuris facit gloſſ. in l. Gallus. §. &*
32 *quid ſit tantum, ff. de lib. & poſthu.* quæ dicit † quod
ſi deportatus reſtituatur à principe, non intelligitur
33 reſtitutus quo ad bona iam alteri acquiſita; † &
melius facit quod ex illa gloſſ. notauit ibi eleganter
Barto. vbi dicit quod ſi filius ſpurius mortuo patre
legitimatur à principe, quod non præiudicat filiis,
quibus iam quæſita erat hæreditas paterna; facit
quod dixit Bald. *in cap. 1.* hic finitur lex Corradi &
incipiunt conſuetudines recti feudi; Vbi ſimiliter
dixit, quod non poteſt ius quæſitum filiis legitimis
tolli per legitimationẽ factam de ſpurio poſt mor-
tem patris. Imo plus dixit Bald. *in l. reſcripta. C. de*
precibus Impe. offe. quod poſtquam eſt quæſitum ius
filiis legitimis, puta, quia adiuerunt hæreditatem
paternam, nõ poſſet princeps, etiamſi vellet, legiti-
mare ſpurium, ita vt tolleretur illud ius quæſitũ fi-
liis, & illud idem voluit Paulus de Caſt. *in l. 3. ff. de te-*
34 *ſtamentis*, † vel forte poſſet dici quod dum Bar. dicit
quod ſtatutũ extenditur etiam ad extraneos haben-
tes tamen domicilium in loco, debemus intelligere
35 de proprio domicilio, † quod in dubio conſtitui-
tur ſpatio decem annorum *l. 2. C. de incolis lib 10. Et per*
not. per Bart. in l. lex Cornelia. §. ſi tamen ff. de iniuriis. Et
per hoc remanet ſublatũ iſtud fundamẽtum, in quo
conſiſtit tota vis difficultatis noſtræ. Nec obſtat no-
num argumentũ quia reſpondetur, verũ eſſe quod
mens illius ſtatuti fuit non impedire venientes ab
inteſtato de iure communi, ſed non fuit intentio
ſua tollere ius commune, vt afficeret beneficio fo-
renſem in præiudicium ſubditi; Imo mens contra-
ria fuit afficere beneficio ſubditum etiam contra
ius commune in præiudicium forenſis, vt patet ex
illo eodem ſtatuto.

Et ita dico & conſulo iuris eſſe Ego Bernhardus
Brenzonus Iuris Vtriuſque Doctor minimus.

CONSIL. XX.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIA.

1 An ſtatutum Verona de ſucceßione agnatorum habeat locum in forenſibus, & num. 49. 11.

2 Lex vel ſtatutum generaliter & indiſtincte loquens generaliter debet intelligi, & nu. 38.

3 Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & nu. 39.

5 Statutum Verona ſucceßione agnatorum, ipſorum agnatorum fauorem concernit.

6 Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.

7 Statutum in quantum excludit fœminas eſt odioſum, ſed in quantum vocat agnatos eſt fauorabile, & nu. 41.

8 Mater admittitur ad ſucceßionem filij defuncti, vnà cum ipſius ſorore excluſo fratre patruele, qui eſt in quinto gradu.

10 Caſus omiſſus à ſtatuto habetur pro omiſſo & remanet in diſpoſitione iuris communis, & nu. 20.

12 Ex proœmio ſtatuti illud interpretari debet.

13 Ratio vnica quando reddi poteſt, illa habetur pro expreſſa.

14 Indefinita in ſtatutis non æquipollet vniuerſali & nu. 17.

15 Indefinita quando æquipollet vniuerſali; id non fit proprie, ſed per extenſionem.

16 Statutum in caſu proprio intelligi debet.

18 Statutum ſemper eſt referendum ad præſumptionem intellectus ſtatuentium.

19 Statutum debet interpretari ſicut ſtatuentes ſi fuiſſent interrogati veriſimiliter reſpondiſſent.

25 Statutum Verona, quod forenſibus aliquid relinqui non poßit, declaratur.

22 Exceptio firmat regulam in non exceptis.

23 Statuta in dubio ſunt intelligenda vt minus lædant ius commune quam fieri poßit.

24 In generali conceßione ſeu diſpoſitione non veniunt ea, quæ quis veriſimiliter non eſſet conceſſurus.

27 Conſuetudo Regni non debet interpretari contra vtilitatem totius Regni.

28 Statutum nunquam interpretatur contra Rempub.

29 Statutum in fauorem ciuitatis introductum, non debet in eius odium retorqueri.

30 In obſcuris quod veriſimilius eſt inſpici debet.

31 Omnis intellectus, qui non ſonat in auribus vulgi, eſt extraneus & non tenendus.

32 Interpretationes legum naturalibus conuenire debent.

33 Senten-

33 *Sententia illa maxime ſpectanda eſt, quæ maiori nititur æquitate.*
34 *AEquitas eſt fundamentum interpretandi leges.*
35 *Lex illa dicitur æqua quæ fit pro vtilitate communi, &:*
AEquum illud dicitur, cuius contrarium eſt abſurdum.
36 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
37 *Statuta prohibitiua odioſa, & in perſonam non extenduntur extra territorium.*
40 *Statutum penultimum quinti libri ſtatutorum Veronæ, de interpretatione & extenſione ſtatutorum non facienda, declaratur.*

IN CHRISTI nomine ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Stante ſupra
dicta parentela agitur de hæreditate
dicti Baptiſtæ vltimo mortui, inter
D. Inidam eius matrem & Iacobam
ſororem vtrinque coniunctam, ex vna parte,
& Cominum forenſem ex altera; Qui Cominus
quærit admitti ad dictam hæreditatem, tanquam agnatus
defuncti in duabus tertiis, ex beneficio ſtatuti
Verouenſis, poſiti in ſecundo libro in capitulo
82. quod vocat agnatos in verſic. matre cum vel ſola
vel ſimul; excipitur pro parte Dominorum, quod
dictum ſtatutum noo extenditur ad caſum noſtrum,
& maxime quia dictus Cominus eſt foren-
1 ſis: quæritur quid iuris. † Et primo videtur quod
dictus Cominus debeat admitti ad hæreditatem dicti
Baptiſtæ pro duobus tertiis & dicta D. Ioida, &
Iacoba pro alio tertio vigore prædicti ſtaiuti: qood
ſtatutum loquitur ſimpliciter & generaliter de agnatis
maſculis; ergo, generaliter debet iotelligi
tam de ciuibus, quam de forenſibus vt probatur, *in
l. 1. §. generaliter ff. de legat. præſtan. & in cap. quia nemini.
& ibi gloſſ. in verbo generali præcepto extra de coniugio
leproſorum*, & ſic cum iſte Cominus ſit agnatus licet
forenſis videtur quod debeat comprehendi in ſta-
2 tuto loquente de agnatis ſimpliciter. † Ad idem,
quia lex vel ſtatutum indiſtinctè loquens, indiſtinctè
& generaliter debet intelligi, *vt 19. diſt. cap. ſi
Romanorum ibi, dicendo vero, & ibi gloſſ. in verbo diuerſis,
quæ allegat ad hoc concordantes, & notat gloſſ. in di-
3 cto cap. quia nemini.* † Item quia vbi lex non diſtinguit
nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio. ff.
de publiciana.* Sed ſtatutum non diſtinguit ciuem à
foreuſi; ergo &c. Item ſi ſtatuentes noluiſſent facere
differentiam iotec cioem & forenſem, bene
ſciuiſſent hoc exprimere, *l. vnica §. ſi autem ad deficientis
ibi*: nam ſi contrarium volebat *C. de cadu. toll.
& in cap. inter corporalia, in fin. extra de tranſlatione prælato:
& in l. ſi ſeruus. §. non dixit Prætor, ff. de acq. hæred.
4 in cap. ad audientiam, in fin. extra de decimis.* † Item
illa interpretatio, qua dicitur, quod ſtatutum loquens
de agnatis, intelligitur de ciuibus non forenſibus,
non debet admitti propter ſtatutum penultimum
quinti libri, qood vult, quod nulla perſona
audeat, vel præſumat interpretari, vel aliquam
extenſionem facere contra ſtatuta, nec alicui prędictorum,
alioquin extrinſecum intellectũ date, ſed
prædicta omnia, & ſingula ſtatuta prout iacent inuiolabiliter
obſeruentur, ſine aliqua extenſione, interpretatione,
vel aliquo extrinſeco intellectu.
5 † Item illud ſtatutum concernit fauotem, vt patet
in eius principio: dum dicit ſucceſſioni maſculinæ
fauere volentes, & probatur, *in l. 1. §. penult. ſed & ſi
ſeruum*, ibi, vt ordinum dignitas familiatumque ſalua
ſit. *ff. de ventre inſpiciendo & uoc. Cyn. & Doctores in
l. 1. publico. C. de adul. & Bal. in l. qui in poteſtate. C. de in
ius voc. & in l. maximum vitium, C. de lib. præteritis, cum
6 ſimilibus.* † Sed odia debent reſtringi, & fauores
conuenit ampliari, *vt in cap. odia, de regulis iuris libro
ſexto*; ergo, &c. Item hanc quæſtionem videtur
Baldus decidere *in dicta lege qui in poteſtat. C. de in ius
7 vocand.* † vbi dicit quod tale ſtatutum in quanmm
excludit fœminas contra ius commune, eſt odioſum,
& in hoc eſt reſtringeodum, ſed in quantum
vocat agnatos maſculos eſt fauorabile, & extendendum,
vnde ſtatutum tale voeans filios intelligitur
etiam vocare oepotes, ita videtur dicendum
in caſu noſtro; quia cum dicatur ſtatutum fauorabile
reſpectu aguatotum; ergo deber extendi etiam
8 ad agnatos forenſes. † In contrarium ſcilicet, quod
dictus Cominus fotenſis non admittatur ad ſucceſſionem
dicti Baptiſtæ, nec de iure ciuili, neque de
iure municipali probatur; nam de iure communi
certum, quod Domina Inida mater defuncti pariter
ſuccedit cum Iacoba ſorore defuncti vtrinque
coniuncta excluſo dicto Comino, qui fuir fratec
patruelis patris d. Baptiſtæ defuncti, & ſic in quinto
gradu, *vt in §. 5. gradu inſtit. de gradibus, in l. iuriſconſultus,
§. quinto gradu. ff. de gradibus probatur in authen.
de hæred. quæ ab inteſt. deferunt. §. conſequem, col.
9. & tranſſumptiue eſt. in authen. defuncto. C. ad Tertul-
9 lianum.* † Nec etiam ſuccedere poteſt ex forma
iuris municipalis dictus Cominus foreoſis, quoniam
dictum ſtatutum, quod vocat agnatos in duobus
tertiis, non loquitur de agnatis forenſibus; er-
10 go de illis non intelligitur, † quia caſus omiſſus
à ſtatuto habetur pro omiſſo remanet in diſpoſitione
iuris communis, *vt l. ſi cum dotem, in princip. ff.
ſol. matr. & l. commodiſſime, ff. de lib. & poſthum. cum
ſimilib.* vnde cum iſte caſus ſit omiſſus à ſtatuto, &
in diſpoſitione iuris communis, ſequitur, quod ipſe
Cominus uon debet admitti ad ſuccedendum dicto
Baptiſtæ, quia de iure communi nou ſuccede-
11 ret, vt dixi, † ſecundo hoc etiam fortius probatur
ex verbis ipſius ſtatuti, quod non admittatur agnatus
forenſis, qui de iure commoni defuncto non
ſuccederet, quia vlterior in gradu oon debeat admitti
ad ſuccedendum pariter cum matre, & ſorore
vtrinqne conioncta defuncto, nam illud ſtatutum
ponit prooemium ſuum. Ex quo concluditur,
quod ideo vocantur agnati maſculi, vt proſapiæ &
familiatum nomina conſeruentur, qood intelligitur
de familiis, & proſapiis ciuium; vt probatur in
ſtatuto præcedenti, dnm dicit, quod vult, quod bona
in maſculos deueniant pro conſeruandis dominibus,
& oneribus communis Veronæ ſuſtinendis;
& ſic loquitur de ciuibus, & probabitur etiam in ſe-
12 quentibus, † ſed certum eſt, quod ex prooemio
ſtatuti interpretari poteſt & debet ſtatutum, *vt l. regulæ.
§. licet. ff. de iur. & fact. ign. & l. ſi. ff. de har. inſt. cum ſi.*

vnde ſi ſtatutum præcedens non vult quod filius
maſculus poſſit excludere ſororem etiam dotatam,
niſi ſit ciuis: quanto magis dicendum eſt, noluiſſe,
quod Cominus, qui eſt in quinto gradu, poſſit ex-
cludere ſororem & matrem defuncti, niſi ſit ciuis.
13 † Tertio hoc etiam probatur ſic; quando vna ſola
b ratio *b* reddi poteſt, illa habetur pro expreſſa, tã in
teſtamentis, quam in ſtatutis, *vt eſt. gloſſ. ſingularis, in*
l. quamuis, C. de fideicommiſſ. & ibi hoc not. Bal. & idem
Bal. notat in l. quotiens, in 4. q. eod. tit. & in l. maximum
vitium, C. de liberis præteritis, verſi. ſed iſta ratio Bart. ſed
iſta ſola ratio reddi poteſt, ſcilicet pro conſeruan-
dis familiis agnatorum Veronæ, & non foren-
ſium, vt de ſe patet; ergo habentur pro expreſſa, &
ratione finali ſecundum Bald. *in dict. l. maximum vi-*
tium; ergo, &c. Quarto hoc etiam ſic probatur ex
verbis ſtatuti, nam ſtatutum non loquitur per ver-
ba generalia agnaturum, ſed ſolum per verba inde-
finita dum dicit extantibus agnatis maſculis, non
enim dicit omnibus, vel quibuſcunque, & ſic ibi
non eſt ſignum aliquod vniuerſale, vt notat Bartol.
in l. ſi ita relictum, in prin. ff. de leg. 2. & not. gloſſ. & Dyn.
14 *in l. 1. ff. de reg. iuris,* † ſed in ſtatutis indefinita non
æquipollet vniuerſali, ergo non comprehendit v-
niuerſaliter omnes agnatos etiam forenſes, & quod
indefinita non ęquipollet vniuerſali in ſtatutis, pro-
15 batur, † nam quando indefinita æquipollet vni-
uerſali, non æquipollet ſecundum propriam ſigni-
ficationem eius, ſed per interpretationem, nam
proprie loquendo aliud eſt dicere, omnis homo
currit, qui falſificatur vno nõ currente, aliud eſt di-
cere homo currit, *vt l. is qui ducenta, ff. de rebus dubiis*
& eſt caſus in l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrban. præd. ibi, &
humanius eſt, vbi declaratur, quod indefinita æ-
quipollet vniuerſali ex humanitate & interpreta-
tione, non ex propria ſignificatione vocabuli, &
ita tenet Bartolus *in l. ſi pluribus, in princip. ff. de legat.*
ſecundo, & ita etiam tenet Paul. de Liazariis *in capit.*
vt circa, de electione libro ſexto, & ibi etiam Domini-
cus de Sancto Geminiano, & fuit originaliter opi-
niu Petri de Bellapertica *in l. ſi neceſſarias. §. ſi annua.*
ff. de pignor. action. ſi ergo indefinita æquipollet v-
niuerſali, non ex propria ſignificatione; ergo
16 non habet locum in ſtatutis, † quia ſtatutum
debet intelligi in caſu propriu. *leg. tertia. hæc ver-*
ba. ff. de negotiis geſtis, & l. prima, §. n, qui nauem, ff.
de exercitoria, & lege quicquid aſtringenda, ff. de ver-
borum obligationibus & leg. conſtitutionibus. ff. ad mu-
nicipalem. & in capit. in noſtra extra de iniuriis cum ſi-
17 *milibus*; ergo &c. † vel ſi volumus dicere ſecun-
dum opinionem Bartol. *in l. omnes populi, in 3. quæſt.*
6. quæſtionis principalis, ff. de iuſtitia & iure. & Flo. in di-
cta l. ſi ſeruus. ff. de ſerui. vrb. præd. quod vbi eſt ea-
dem ratio, tunc indefinita æquipollet vniuerſali et-
e iam in ſtatutis. *c* ſecus vbi non eſt eadem ratio,
ſed diuerſa, quod etiam ſequitur D. Dominicus *in*
in dict. c. vt circa, de electione lib. 6. nam etiam tunc in
caſu noſtro indefinita non æquipollet vniuerſali,
quia non eſt eadẽ ratio in agnatis ciuib. & in agnatis
forenſibus, vt patet ex his quæ dixi ſupra in ſecun-
da ratione, & per ea, quæ dicam in ſequentibus;
18 ergo, &c. † Quinto hoc etiam probatur ex inten-
tione ſtatuentium, nam ſtatutum ſemper eſt refe-
rendum ad præſumptionem intellectus ſtatuen-
tium, *argum. l. de eo quod. ff. de donat. inter virum & v-*
xorem, & not. Bald. in l. nulli. C. de ſententiis & interl.
om. iud. ſed præſumptio intellectus ſtatuentium fuit
iſta, quod forenſis non cõprehendatur, vt patebit
ex ſequentibus, ergo, &c. Fuit enim iſta intentio o-
mnium ſtatuentium, vt non comprehendantur fo-
renſes agnati, videlicet, quod illi, qui de iure com-
muni nõ ſuccederent defuncto, admittantur in da-
mnum matris & ſororis defuncti, quæ in totum ad-
19 mittuntur de iure communi. † Nam ſi tempore
conditi ſtatuti omnes ſtatuentes fuiſſent interroga-
ti, ſi intelligebant excludere contra ius commune
matrem, & ſororem defuncti, & vocare agnatum,
qui ſit in quinto gradu, & forenſis, & qui de iure
communi non ſuccederet. Et ſi volebant benefi-
ciare forenſem, & maleficiare ſuos ciues, certè ve-
riſimiliter dixiſſent, quod non, vt patet homini re-
ctè intellegenti & probabitur etiam infra; ergo &
nos idem dicere debemus, vt probatur per glo. ſin-
gularem, *in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis*, quæ dicit per
illum tex. notabilem, idem eſſe de iure ſeruandum,
licet non ſit ſtatutum, quod veriſimile eſt ſtatutum
fuiſſe, ſi hoc quæſitum fuiſſet; & allegat etiam ibi,
20 alia iura. † Sexto hoc probatur ſic, nam ſi ſtatuen-
tes voluiſſent comprehendere etiam forenſes a-
gnatos contra ius commune, bene ſciuiſſent expri-
mere, ſi voluiſſent, *arg. l. vnica. §. ſi autem ad deficientis,*
cum ſim. ſupra allegatis pro prima parte; ergo cum
non expreſſerint iſtum caſum debet haberi pro o-
miſſo, vt dixi ſupra in primo argumẽto huius partis.
Septimo quod ſtatuẽtes voluerint iſtum caſum ha-
beri pro omiſſo, & remanere in diſpoſitione iuris
21 communis probatur ſic, † nam ſtatuentes nolue-
runt fauere forenſibus in ſucceſſione bonorũ, imo
eos habuerunt odio in tantum quod noluerunt,
quod poſſit eis relinqui etiam ex teſtamento, vel a-
lia vltima voluntate, etiam de voluntate Domini
bonorum propter vtilitatem Reipublicæ, vt habe-
tur in 94. c. tertii libri ſtatutorum: cum ergo hoc ſit,
ſequitur quod ſtatuendo quo agnati ſuccedãt ab in-
teſtato cõtra ius commune in damnum mulierum
& cognatorum, non debet intelligi de agnatis fo-
renſibus, qui habiti ſunt in odio, etiã contra volun-
tatem Dominorum. Nec obſtat ſi dicatur illud ſta-
tutum nõ intelligi de agnatis maſculis, quia reſpon-
detur, quod imo intelligitur, vt patet in prin. ibi de
22 iure, & in fine dũ excipit ſolũmodũ clericos; † nam
nam exceptio firmat regulam in omnibus aliis caſi-
bus, præterquam in exceptuatis, *vt habetur in l. 1. ff.*
23 *de reg. iur.* ergo, &c. † Octauo, quod dictum ſtatu-
tum ita intelligatur probatur ſic. In dubio ſtatuta
ſunt intelligenda, vt minus lædant ius commune
quam poſſint, vt eſt gl. notabilis *in l. fin. §. licentia &*
ibi Doct. C. de iur. delib. & habetur in l. 2. ſi ſerui veſtri C.
de noxalib. & in c. cum dilectus, extra de conſuetudine, ſed
iſte intellectus, quod ſtatutum nõ extendatur ad fo-
renſem minus lædit, ius cõmune quàm quod ad eos
24 extendatur; ergo, &c. Nono hoc etiam probatur,
nã in generali conceſſione, ſeu diſpoſitione, nõ ve-
niunt ea, quæ quis veriſimiliter non eſſet conceſſu-

rus, vt

ris,vt in c.in generali, de reg. iur. lib. 6. ſed in dicto ſta-
tuto diſponente de agnatis, veriſimiliter non vi-
dentur,voluiſſe illud ius forenſibus cōcedere, quia
non eſt veriſimile,quod ſtatuentes voluerint extra-
neis benefacere contra ſuos, imitando illos de A-
gapitis de Mediolano,qui communiter contra ſuos
iudicabant, vt viderentur magis ſapientes, & iuſti.
25 † Item quod hoc non ſit veriſimile probatur, nam
prima charitas incipit à ſe ipſo. l. preſes. C. de ſerui. &
26 aqua,& l.qui ſeruandarum,in prin.ff.de preſcr.verb. † I-
tem quia iuramētum generale de defendendo con-
tra omnes homines,intelligitur excluſa propria pa-
tria,vt eſt gloſ. in c. de forma 22.q.5.facit l. minime,ff.de
27 relig.& ſumpt.fund. † Et ideo dixit Bal.in auth.hoc am-
plius in 2.col. C. de fideicom. quod conſuetudo Regni
non debet interpretari cōtra vtilitatem totius Re-
gni. C.de legib.l. quod fauore,ita hoc ſtatutum non de-
bet interpretari contra vtilitatem ciuitatis Veronę.
28 † Imo in ſpecie dicu, quod ſtatutum numquam
interpretatur contra Rempublicam,vt probatur in
l.ſi peculium,§.ſicut,ff.de peculio legato. & ibi hoc not. Iac.
de Are.& ibi notat. Bald.in l.2. C.an ſeruus ex ſuo facto,&
29 in l.milites,ad fin. C. de teſtamento militu. † Præterea
probatur ad idem, quod in fauorem Reipublicæ
Veronenſis eſt introductum, non debet in eius læ-
ſionem retorqueri.l.quod fauore. C.de legibus. ſed hoc
ſtatutum fuit introductum in fauorem Reipubli-
cæ Veronenſis, vt probatur,in l. 1. §.penult.ff.de ven-
tre inſpi. ſed in læſionem Reipublicæ eſſet, ſi agna-
tus forenſis, qui de iure communi defuncto non
ſuccedit, deberet excludere matrem & ſororem
30 defuncti; ergo, &c. † Decimo ad idem hoc pro-
batur per aliam regulam,quæ eſt, quod in obſcuris
inſpicere debemus, quod veriſimilius eſt, vt in l.in
obſcuris. ff. de regul. iuris, quæ ſic dicit. In obſcuris in-
ſpici ſolere, quod veriſimilius eſt, & eſt etiam text.
in cap.inſpicimus, de regulis iuris lib. ſexto. Vndecimo,
quod iſte intellectus ſtatuti ſit verior probatur;
nam iſte intellectus ſonat in auribus vulgi, & non
intellectus contrarius, ſcilicet, quod ſtatuentes vo-
luerint forenſem admittere contra ius commune
31 in damnum ciuium. † Omnis enim intellectus,
qui non ſonat in auribus vulgi, eſt extraneus, vt ex-
tra de ſponſalibus,cap.ex literis,ſecundum Bald. qui ita no-
tat.in extrauaganti,de pace conſtantia in 33. colum. verſic.
Quæro ſi teſtu dixit. & ideo dixit Bald. in c.1.in princip. in
3.col.in fin.in tit.de ſucceſſ.feud.quod Bartolus, qui fuit
homo legalis ſemper tenebat opiniones placentes
populo,& ideo fecit multum de honore opinioni-
32 bus ſuis. † Duodecimo hoc etiam probatur,nam
interpretationes legum conuenire debent natura-
libus,ſecundum Bald.in l.1. ad fin.4. colum. C. de ſeruis
fugitiuis.allegat. l.confeſſionibus, in princ.ff.de interrogat.
act. & probatur in l.ſeq.ſi u cui in fin.eod. tit.ſed iſta mea
interpretatio, ſiue ſenſus magis conuenit naturali-
33 bus, vt patet per prædicta, ergo. † Decimotertio
hoc comprobatur; nam ſententia illa maxime ſpe-
ctanda eſt, quæ maiori nititur æquitate, l.omnibus
quidem, ff.de regul. iur. facit l.placuit.Cod.de iudicus,cum
ibi notat. & quod notat. in l.1. C. de legibus, facit etiam l.
34 & ſi nihil facile, ff.de regul. iur. † Et ideo dixit Bald.
in l.ſi defunctus, ante fin.Cod.de ſuis, & leg. quod æqui-
tas eſt fundam[illegible]rum interpretandi leges, & pacta:
allegat.ff. pro ſocio. [illegible] ſocius pro filia. Sed iſta ſententia,
quod ſtatutum non [illegible]deatur vocare agnatū foren-
ſem, qui [illegible] iure com[illegible]uni defuncto non ſuccedit,
contra matrem,& ſororē defuncti ciues, eſt ęquior:
ergo [illegible] quod ſit æquior probatur,
35 † Nā illa lex dicitur æqua;quæ fit pro vtilitate com-
muni,& illud dicitur eſſe ęquum cuius contrarium
eſt abſurdum, vt dicit Bald.in l.ſi quis ſeruo.C.de furtis.
ſed intellectus meus pro hoc poteſt dici æquus, vel
æquior; quia tendit ad vtilitatem ciuitatis noſtræ,
quibus ſtatuentes prouidere voluerunt. Ac etiam
quia contrarius intellectus inducit abſurdū;ſcilicet
quod voluerint priuare proprios ciues,& beneficia
re forenſes, contra ius commune, vt dixi ſupra in
36 nono arg.ergo,&c. † Decimoquarto adde hoc ar-
gumentum:contrariorum eadem eſt diſciplina, l.1.
ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.iur. in princ.& Inſtit.eodem
tit.in pri. ſed ſtatutum in dubio non extenditur con-
tra forenſem, l.fin.ff. de iuriſd. omnium ind. ergo nec
37 forenſe. † Decimoquinto prædicta confirmantur
auctoritate Bart.& Bald. Nam dicit Bart. in l. cunctos
populos.C.de ſumma Trinitat. & fid. Cath. in 6.q. princi-
pali; quod ſtatuta prohibitiua in perſonam odioſa
non extenduntur extra territorium. Et ponit ex-
emplum de iſto ſtatuto; quod prohibet filiam fœ-
minam ſuccedere. Et idem tenet ibi Bald. in 20. col.
verſ.ſed quæro de effectu, quod licet hoc ſtatutum non
ſit odioſum ſed mixtum, & principaliter fauorabi-
le, & exemplificat in caſu ſtatuti noſtri; non tamen
extenditur extra territorium contra ius commune,
idem Bart.videtur hanc quæſtionem decidere, in l.
cunctos populos in 3. quæſt. principali, in fin. & in 7.q.cir-
ca fin. vbi dat doctrinam, quod diſpoſitio ſtatuto-
rum, vel conſuetudinis circa perſonas ad forenſes,
non extenditur, ſed hoc ſtatutum de ſucceſſioni-
bus ab inteſtato diſponit circa perſonas; ergo, &c.
Decimoſexto, & vltimo, hoc tenet Alber. de Ro-
ſato in ſuo opere ſtatutorum, in ſecunda parte,in 9. quæſt.
vbi vult, quod forenſes non poſſint gaudere be-
neficio ſtatuti; & ibi allegat multa iura. Et idem
tenet in terminis Bald. in l.fin. in 7.colum. in princip.
verſic. ſtatutum eſt Florentia, ff. de iuriſdict. omnium
iudic. vbi dicit, quod in ſtatuto permiſſorio extra
ius commune, ſi quis actus exercetur inter ſubdi-
tos in loco, non in loco non ſubdito valet ſtatutum,
ſed inter alios non. Idem videtur ſi filia fœmina
prohibetur ſuccedere, ſi quidem hoc redundat in
fauorem ſubditi, valet etiam in rebus extra territo-
rium: ſi in fauorem non ſubditi, non; quia ad eum
non extenditur, nec præiudicium, nec emolumen-
tum legis municipalis, quia de eo non loquitur lex,
nec ſub lege continetur. Nec obſtant argumenta
38 ſupra pro alia parte adducta. † Et primò non ob-
ſtat, quod ſtatutum prædictum loquitur genera-
liter, de agnatis maſculis; ergo, generaliter debet
intelligi tam de ciuibus, quam de forenſibus, per
leg.primam §.generaliter, ff.de legat. præſtand. cum ſimi-
libus; quia negatur, quod ſtatum loquatur gene-
raliter, imo loquitur indefinite, vt dixi ſupra in
quarto argumento ſecundæ partis. Prætetea po-
ſito, quod loqueretur etiam generaliter; tamen

illud, quod dicitur, quod lex, vel ſtatutum genera-
liter loquens, generaliter debet intelligi, habet lo-
cum quando eſt generale ex verbis, & ex mente, a-
liàs ſecus, vt notat. Ant. de Butr. *in c. quoniam nemini, extra de coniugio leproſorum.* ſed in caſu noſtro non eſt
ſtatutum generale ex verbis, vel ſaltem ex mente, vt
patet per argumenta ſupra allegata. Item illud de-
bet intelligi quando eſt eadem ratio omnium con-
tentorum ſub genere, ſecundum Doct. & maxime
D. Iac. de Zochis *in dict. c. quoniam nemini.* ſed hic non
eſt ratio omnium contentorum ſub genere, vt pa-
39 tet ex prædictis, ergo, &c. † Non obſtat id, quod
ſecundo adductum eſt in contrarium, ſcilicet, quod
vbi lex non diſtinguit, &c. Quia imo ipſum ſtatu-
tum ſatis diſtinguit, ex quo in ſpecie non loquitur
de forenſibus, ergo, &c. Item ſatis diſtinguitur ex
mente, & iuris interpretatione, per ea, quæ haben-
tur per Bar *in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. & in l. 1. ff. de muner. & hono. & in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis, cum ſim.*
Nec obſtat tertio, quod ſi ſtatuentes voluiſſent fa-
cere differentiam inter ciues & forenſes, bene ſci-
uiſſent hoc exprimere. Quia reſpondetur, quod ſa-
tis expreſſerunt propter proœmium, & propter ta-
citam mentem ſtatuentium. Imo dico totum con-
trarium, quod ſi ſtatuentes voluiſſent comprehen-
dere forenſes bene ſciuiſſent hoc exprimere per di-
40 cta iura, vt dixi ſupra in ſexto argumento. † Nec
obſt. quarto ſtatutum penultimum quinti libri ſta-
tutorum communis Veronæ, quod videtur prohi-
bere interpretationem, & extenſionem, quia ſtatu-
tum illud in prima parte loquitur de interpretatio-
d ne *d* & extenſione, quæ fieret contra ſtatuta, ſed i-
ſta nõ fit contra ſtatuta imo ſecundum ea, ergo, &c.
Item prohibet illam, quæ dat extrinſecum intelle-
ctum quæ in dubio intelligitur prohibita, ſecũdum
Bal. *in l. 3. C. de liber. præterit.* Sed iſte eſt intrinſecus, vt
patet ex prædictis, ergo, &c. Præterea tale ſtatutum
modicum operatur vt not Bart. *in l. omnes populi in 6. q. principali ad fin. ff. de iuſt. & iur.* quia intelligitur de
friuola; ſed prædicta non eſt friuola, ſed de mente
ſtatuti & legum, ergo, &c. Præterea dato, quod nul-
la interpretatio deberet admitti; iſtud eſt pro iſta
parte dominarum contra Cominum; quia Comi-
nus dicitur eſſe in caſu omiſſo à ſtatuto, vt dixi ſupra
in primo argumento pro dictis mulieribus, ergo ſi
Cominus vult extendere ſtatutum ad forenſem, &
ſic ad caſum non expreſſum in ſtatuto non poterit,
quia iſta eſt interpretatio actiua, non paſſiua, vt no-
tat. Bald. *in d. l. 1. §. lex Falcidia ff. ad leg. Falcid. & in dicta l. 1. ff. de muner. & honor.* Vnde iſtud argumentum
eſt contra ſe; Vel ſic; cum ſtatutum loquatur per
verba indefinita, vt dixi ſupra in tertio argumento;
& indefinita non æquipolleat vniuerſali de proprio
ſignificatu, ſed per interpretationem, & extenſio-
nem, pars aduerſa, quæ vult extendere verba ſtatuti
indefinita ad omnes forenſes, contra propriam ſi-
gnificationem verborum, facit ipſa contra ſtatu-
tum prædictum penultimum, vnde nos non exten-
dimus, ſed pars aduerſa; ergo, &c. vnde iſtud argu-
41 mentum, vt dixi ſupra, eſt contra ſe. † Nec obſtat
quinto, quod dictum ſtatutum ſit fauorabile; ergo
extedendũ: quia negatur, quod ſit fauorabile *per l. maximum vitium C. de liber. præter.* Et dato, quod eſſet
fauorabile, non deberet extendi contra mentem
ſtatuti, & ſtatuentium, & contra ius commune, ma-
xime ſtante penultimo ſtatuto Quinti libri ſtatu-
torum Veronæ. Et pro hoc patet etiam reſponſio
ad id quod dixit Bald. *in l. qui in poteſtate C. de in ius vocando.*

Annotationes.

a In contrarium] *Quod huiuſmodi ſtatuta de ſucceſſionibus ab inteſtato ad forenſes non extendantur, tenuit etiam Alex. in conſ. 141 lib. 7. Soc. ſen. conſ. 292. nu. 1. vol. 2. Ruin conſ. 195. nu. 7. & ſeq. lib. 2. & conſ. 48. nu. 3. & 4. lib. 3. Dec. conſ. 114. in princ. Bero. 117. nu. 2. & plures allegat Tiraquel. in tracta. de iure primoge. q. 44. nu. 4. & Pariſ. conſ. 12. nu. 26. et ſeq. lib. 3. qui dicit, quod iſta* * *eſt opinio communis * & vera; & acriter tuetur Soc. Iun. conſ. 80. vol. 4. per totum, Merzarius conſ. 14. per totum: & in terminis huius ſtatuti Veronæ idem ſequitur Cephal. conſ. 278. in fine: Contrarium tamen conſuluit idem Alex. in conſ. 3. lib. 7. Soc. Sen. conſ. 36. nu 7. vol. 1. & latiſſime Brunus in tracta. de ſtatu. exclu. fœmi. articu-* * *lo 6. nu. 16. & hanc eſſe magis communem * opinionem. ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam; poſt multos quos adducunt, firmant præceptores mei Cephal. conſil. 309. num. 60. lib. 3. & Decian. conſi. 72. num. 7. & ſeq. vol. 2. & ampliſſime Burſat. conſ. 138. num. 37. cum multis ſeq. lib. 2. ſed tamen reuera arbitror priorem ſententiam veriorem eſſe in noſtro ſtatuto: & præcipue ex diſpoſitione alterius ſtatuti Veronæ lib. 3. c. 94. in fi. nam ibi dum ſuperius ſtatutum erat, ne forenſi aliquid relinqui poſſet ex teſtamento, vel ex alia vltima voluntate, poſtea in fine excipitur vnus caſus, ibi, ſaluo quod clerici ſuccedere poſſint coniunctis perſonis tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, prædicto ſtatuto non obſtante: ex quibus verbis datur intelligi, quod illud ſtatutum locum habet etiam ab inteſtato: nam illa verba, ſaluo, quod ponunt exceptionem à præcedenti regula, vt eſt gl. in l. item labeo ff. famil. hercis. late Dec. conſil. 656. num. 6. & 7. Pariſienſ. conſil. 70. num. 13. 15. 21. & ſeq. vol. 3. Menoch. conſil. 61. num. 17. lib. 1. & Burſat. conſ. 171. num. 18. volum. 2. Exceptio autem debet eſſe de regula Alexand. conſ. 186. num. 8. lib. 6. Pariſienſ. conſil. 68. num. 15. vol. 1. Dec. in l. 1. nu. 26. ff. de regul. iur. & ibidem Cagnol. num. 30. Et exceptio declarat regulam in quibus terminis loquatur l. nam quod liquide. ff. de penul. legata. l. fin. §. cui dulcia. ff. de tritico, vino & oleo legat. Soc. Sen. in l. 2. §. voluntatem num. 5. ff. ſoluto matrim. Dec. vbi ſupra nu. 22. Soc. Iun. conſ. 97. nu. 57. & 58. vol. 2. Et præſertim quia prohibitio alienationis amplis verbis concepta, prout eſt in noſtro ſtatuto, extenditur etiam ad ſucceſſionem ab inteſtato, vt late poſt alios probat Cephal. conſil. 53. num. 18. & Burſat. conſ. 36. num. 5. vol. 1. qui ſtante ſtatuto prohibente alienationem in forenſem, id etiam in ſucceſſione ab inteſtato locum habere ex multis conſuluit.*

b Sola ratio] *Adde ad hoc qui diffuſe cumulat Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa, limitatione 21. nu. 8. & 9. Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 20. & Simon de prætis de interpretatio. vlt. volunt. lib. 2. interpretatione 4. dubitatione 2. ſolutione 2. nu. 105. cum ſequentibus, Decian. conſ. 17. nu. 24. vol. 1.*

Etiam

c Etiam in ſtatutis] *Et iſta eſt veritas, nempè quod eſt in ſtatutis, indefinita æquipollet vniuerſali, vt tradit Nellus in tract. bannitorum in ſecunda parte q. 55. Alber. in prima parte ſtatutorum q. 9. nu. 11. Dec. in l. 1. col. 3. ff. ſi cert. pet. & in conſ. 343. nu. 2. & eſt communis* * *opinio vt atteſtatur Cagnol. in l. 1. n. 10. ff. de reg. iur. & latè Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl. 13. n. 1. & 2. & Decian. conſ. 17. nu. 20. vol. 1.*

d De interpretatione] *Vide ad hoc eundem dominum Capollam in conſ. 34. num. 9. 10. & 11. in lib. 1. conſiliorum iam editorum & tradunt etiam Alex. conſ. 80. nu. 5. vol. 1. conſ. 192. nu. 3. & conſ. 211. nu. 5. lib. 6. Ruin. conſ. 3. nu. 10. vol. 5. Soc. Iun. conſ. 1. nu. 131. vol. 1. Pariſ. conſ. 127. col. 3. verſ. & illud verbum vol. 1. Ripa in l. 1. nu. 26. ff. ſi cert. pet. latè Rol. à Valle in tracta. de lucro dotis quæſt. 25. per totum.*

CONSIL. XXI.

ARGVMENTVM.

An ſtatutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris locum habeat in ſucceſſione ſororis; & ſic an appellatione fratris veniat ſoror.

Item, an & quando genus maſculinum fœmininum concipiat ex propria vocabuli ſignificatione: an vero per extenſionem.

SVMMARIA.

t *Fratris appellatione an ſoror contineatur, & n. 5. & 11.*

2 *Maſculinum genus concipit fœmininũ, & an & quando id procedat ex propria vocabuli ſignificatione, vel ex interpretatione, & nu. 3.*

4 *Dictio, quaſi, non eſt expreſſiua veritatis.*

6 *Statutum ſui natura eſt ſtricti iuris.*

7 *Statutum quod eſt contra ius commune debet interpretari vt minus lædat ius commune quam fieri poſſit.*

8 *Statutum excludens fœminas licet bonum videatur, tamen iniquum eſt.*

9 *Iniquitas non eſt extendenda.*

10 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, licet ſit fauorabile reſpectu ſuccedere debentis, reſpectu tamen excluſi eſt odioſum.*

Lex loquens in vno excluſo non extenditur ad alium.

12 *Statutum ſi dicat quod mater filio non ſuccedat, poterit nihilominus filia ſuccedere.*

13 *Stante ſtatuto, quod exiſtente patruo auus maternus non ſuccedat, auia ſuccedere poterit.*

14 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Statuto Feltri cauetur, quod in hæreditate fratris *a* ſoror, vel deſcendentes ex ea, etiam maſculi, fratri non ſuccedant ſine teſtamento, cum fratribus vtrinque coniunctis ex vtroque parente, vel cum maſculis deſcendentibus ex dictis fratribus per lineam maſculinam, &c. Dubitatur, an illud ſtatutum locum habeat etiam in hæreditate ſororis, vt in ea ſoror non ſuccedat.

1 † Et prima facie videtur dicendum, quod ſic, quia b appellatione fratris *b* videtur ſoror contineri, *per l. tres fratres cum gloſſ. ff. de pactis & l. Lucius cum gloſſ. ff. famil. herciſ. & l. Lucius §. Mauia. & ibi gloſſ. ff. ad Trebellianum & videtur probari per text. in l. qui duos mulos & in l. Lucius in §. quæſitum ff. de legat. ſecundo & ita etiam notat. Angel. in dicto. §. Mauia. & in l. fin. ff. ad Treb.*
2 † Item hoc videtur poſſe probari ratione, quia c maſculinum genus concipit fœmininum *c l. 1. ff. de verbor. ſignificat. cum ſimilibus*; & per iſtum modum etiam arguit Iuris Conſultus, *in dicta l. qui duos mulos.* Sed tamen his non obſtantibus teneo contra-
3 rium eſſe verius de iure; † Et pro huius dubij declaratione in primis videndum eſt; an illud quod dicitur in dictis iuribus, quod appellatione fratris veniat etiam ſoror, vel quod maſculinum genus in caſu noſtro concipiat fœmininum, procedat ex propria ſignificatione vocabuli, an vero ex interpretatione. Et videtur primo dicendum, quod ex propria ſignificatione, primo *per l. qui duos mulos. ff. de leg. 3.* qui dicit, quod mulorum appellatione etiam mulæ continentur, & in fine dicitur quod ſemper maſculinus ſexus etiam fœmininum continet, ſed verbum continet, videtur reſpectu ſignificationis & non extenſionis; ergo, &c. Item pro hoc facit *dict. l. Lucius §. quæſitum de leg. tertio, & l. Lucius, §. Mauia. ff. ad Trebellian. cum alijs ſimilibus ſupra ad hoc allegatis.* Sed in contrarium videtur, quod imo hoc d ſit ex interpretatione *d* extenſiua, *per l. pronunciatio in princip. ff. de verbor. ſignificat.* vbi dicitur, quod maſculinus ſexus porrigitur ad fœmininum, nam dum dicit porrigitur, intelligitur per extenſionem; & hoc vult ibi Bartol. ad idem eſt text. *in l. iuſta interpretatione ff. de verbor. ſignificat. & hoc tenet Archi. 27. quæſt. 4.* ſi quis ſuadente diabolo, vbi dicit, quod contextus verborum cum profertur, maſculinum non concipit fœmininum, ſiue proferatur à lege ſiue ab homine, & idem vult Dyn. vt refert Bartol. *in 1. ff. de verbor. ſignificat.* Et idem tenet Specul. *in titul. de diſputat. & allega. §. poſt hæc verſic. vel ibi maſculinum*, vbi dicit, quod ſi maſculinum eſt prolatum à lege, iuris fictione comprehendit fœmininum ſub eo. Et idem tenet Cyn. & Iacob. Butr. *in l. quicunque Cod. de ſeruis fugitiuis & Iacob. Butr. & Bartol. in l. ſi quis in tantam. Cod. vnde vi. & in l. 1. ff. de peculio.* qui dicit, quod hoc probatur, *in dicta l. 1. §. 1. & idem tenet Alber. de Roſato in l. ſi ita ſcriptum in princip. ff. de legatis ſecundo.* Et iſtud ego teneo eſſe verum, maxime in caſu noſtro, quando profertur verbum in genere maſculino tantum, & in ſimplici ſubſtantiuo; vt eſt verbum frater, mulus, ſeruus, equus, & ſimilia, quia tunc huiuſmodi verba non comprehendunt fœmininum ex propria ſignificatione, nec ex vi verborum, ſed ex interpretatione extenſiua, & ſic per extenſionem; per dictam *l. pronunciatio in princip. ff. de verbor. ſignificat. & ita tenet Bartol. in dicta l. ſi quis in tantam & Cardin. Zabarell. in clemen. 1. de electione*, & Dominicus de Sancto Geminiano *in cap. generali de electione in 6.* Et iſta eſt
* communis * opinio Doctor. Nec obſtat dicta *l. qui duos mulos, de legat. tertio*, quia imo probat contrarium; nam ibi dicit, quod appellatione muli con-

continetur mula quemadmodum appellatione
ſerui etiam ſerua plerunque continetur; & ſic æ-
quiparat ibi mulos ſeruis; ſed appellatione ſeruo-
rum continentur ſeruæ impropriè & non verè, vt
probatur, *in l. ſeruis legatu in princip. ff. de legat. 3.* quia
ibi dicit, quod legatis ſeruis veniunt etiam ancil-
læ, quaſi nomen ſeruis vtrumque ſexum contineat.
Nam dum dicit quaſi, denotat improprietatem,
4 † quia dictio quaſi, non eſt expreſſiua veritatis vt
eſt text. cum gloſſ. quam notat. Bald. *in l. hn ſolu Cod.
de reuocandu donationibus*; ergo idem dicendum eſt
in verbo mulus, quia ibi æquiparantur, & ſimili-
ter idem concludendum eſt eadem ratione in ver-
bo frater. Nec obſtat etiam dicta *l. qui duos mulos, in
fine*, quæ dicit, quod ſexus maſculinus fœmininum
continet, quia debet intelligi ſecundum ſubiectam
materiam; quia quandoq; comprehendit & quan-
doque non; ſed in caſu noſtro quando profertur
in genere maſculino in ſubſtantiuo tantum, non
continet ex propria ſignificatione vt dixi. Nec ob-
ſtat, *l. tres fratres ff. de pactis & l. Lucius. ff. familiæ her-
ciſcundæ*, quia ibi hoc exprimitur ab ipſa lege. Nec
obſtat, *l. Lucius. §. Meuia. ff. ad Trebellianum & l. Lu-
cius. §. quæſitum ff. de legatis tertio*, quia ibi eſt ſpecia-
le fauore teſtamenti, & vltimæ voluntatis. His
itaque præmiſſis, quod appellatione fratris non ve-
niat ſorur ex propria vocabuli ſignificatione, ſed
5 ex interpretatione extenſiua, † dico quod in di-
cto ſtatuto Feltri, quod loquitur de hæreditate fra-
6 tris, non continetur hæreditas ſororis † quia ſta-
tutum eſt de ſui natura ſtricti Iuris, *l. quicquid aſtrin-
gendæ, ff. de verborum obligationibus*, & ſic debet ſtri-
cte intelligi tantummodo in caſu in quo loqui-
tur; vnde cum loquatur de fratre, non extendi-
7 tur ad ſororem. † Item quia ſtatutum, quod eſt
contra ius commune, ſicut eſt iſtud, debet inter-
pretari, vt minus lædat ius commune, quam po-
teſt, vt eſt gloſſ. notat. *in l. fin. §. & ſi præfatam vbi Do-
ctores Cod. de iure deliberandi & l. ſi ſerus veſtri, & ibi et-
iam Doctor. Cod. de noxalibus & cap. cum dilectus, vbi hoc
tenent Canoniſtæ extra de conſuetudine cum ſimilibus.*
8 † Item quia iſtud ſtatutum licet bonum videatur
per l. primam, §. antepenultim. ff. de ventre inſpiciendo;
tamen non eſt æquum ſed iniquum, *l. maximum vi-
tium Cod. de liberis præteritis, & l. lege 12. tabularum Cod.
de legitimis hæredibus & notat. Bald. in l. certum in princ.
C. vnde cognati.* Ergo cum æquum non ſit in dubio
9 ſtricte intelligi debet † quia iniquitas nō eſt exten-
10 denda, *l. cum quidam, ff. de liberis vel poſthumis.* † Præ-
terea licet dictum ſtatutum reſpectu ſuccedere de-
bentis fauorabile eſſe videatur, vt notant Docto. in
dictis iuribus, tamen reſpectu excluſi dicitur odio-
c ſum *c* vnde lex loquens in vno excluſo non oſten-
ditur ad alium, vt elegāter tradit Bal. *in l. qui inteſtato
C. de in ius vocando*, & ſimiliter videtur dicendum in
perſona eius de cuius hæreditate tractatur, & ideo
videtur eſſe odioſum, & cum loquatur de hæredi-
tate fratris, ad ſororis hæreditatem extendi non de-
11 bet, quoniam † appellatione fratris in materia o-
dioſa non comprehenditur ſoror ſecundum Iaco.
But. & Doct. communiter, *in d. l. tres fratres ff. de pactis
& ita tenet Alb. de Roſ. in ſuo Alphabeto iur. ciuilis in ver-
bo, frater, allegando ad hoc Iac. But.* ita tenētem, & hanc
opinionem quaſi in terminis quæſtionis noſtræ te-
net *Archid. 17. quæſtione 4. in c. ſi quis ſuadente diabo-
lo*, qui ad literam decidit hanc quæſtionem pro hac
12 parte. † qui dicit notabiliter, quod ſi ſtatutum di-
cat, quod mater non ſuccedat filio, poterit ſuccede-
re filiæ, cum tale ſtatutum ſit odioſum contra ma-
trem, & in eius præiudicium & ſit contra ius com-
mune, ideo ipſum ſtatutum debemus reſtringere,
vt appellatione filij non contineatur filia, & pro-
pterea mater à filiæ ſucceſſione non excludatur,
quia tunc maſculinum genus non comprehendit
fœmininum, atq; ita dicendum videtur in caſu no-
ſtro, quod ſi ſoror vel mater excluditur à ſucceſſio-
13 ne fratris, nō excludatur à ſucceſſione ſororis. † Pro
hoc etiam facit quod eleganter not. Bald. *in lege qui-
cunq; C. de ſeruis fugitiuis*, qui dicit, quod ſi ſtatuto ca-
ueretur, quod exiſtente patruo auus maternus non
ſuccedat, auia tamen ſuccedet, quia iſtud ſtatutum
non eſt rationabile, & ideo maſculinum non con-
cipit fœmininum: *arg. l. ſi vero §. de viro. ff. ſol. matr.* Fa-
cit quod habetur, *in auth. quas actiones C. de Sacroſ. Ec-
cleſiis cum ſimil.* Vnde ex prædictis concludo, quod
vigore dicti ſtatuti domina Triuiſana ſoror. q. do-
minæ Margaritæ non ſit excluſa à ſucceſſione i-
pſius, ſed debet ei ſuccedere cum Sandro earum
fratre, ſicut de iure communi ſuccederet, *vt in auth.
defuncto C. ad Trebellianum & in auth. de hæredita. quæ
ab inteſtato deferuntur in §. primo colum. 9.* Secundum
dubium poteſt eſſe de domina Vliana matre dictæ
q. dominæ Margaritæ, an poſſit ei ſuccedere cum
dicto Sandro & domina Triuiſana, & ſine dubio
dicendum eſt quod ſic, quia ipſa non reperitur ex-
14 cluſa à ſucceſſione filij vel filiæ † Ergo caſus omiſ-
ſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitio-
ne iuris communis, *l. ſi cum dotem in princ. ff. ſoluto ma-
tri. cum ſim.* maxime quando ſtatutum eſt contra ius
commune vt dixi. Item quia quando ſtatutum lo-
quitur de hæt. fratris nihil dicit de matre, quod non
ſuccedat; ergo in ea non habet locum ſtatutum ſine
dubio per prædicta. Quare concludo quod domina
Vliana mater & domina Triuiſana ſoror debēt ſuc-
cedere dominæ Margaritæ pariter, & æquis portio-
nibus cum dicto Sandro, ſicut de iure communi
ſuccedunt, vt dixi in præcedenti dubio in fine.

ANNOTATIONES.

a In hæreditate ſororis] *In hac quæſtione an ſtatutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, locum habeat in ſucceſſione ſororis, partem negatiuam cū authore noſtro tenuit Caſt. in conſ. 119. circa finem lib. 1. in alia impreſſione eſt in conſ. 340. incip. hæreditas prædicta, quem ſequitur Iaſ. in Rub. ff. de acq. poſſeſſ. nu. 22. Bened. Capra, in conſ. 62. in quarto dubio Corn. in conſ. 11. nu. 3. lib. 1. Soc. Iun. in conſ. 23. nu. 48. & 57. vol. 1. vbi reprehendit Curt. Seniorem in conſ. 9. per totum contrarium tenentem, & male, vt tradit etiam Georg. Natta in c. quamuis de pactis in 6. in prin.*

b Appellatione fratris] *An fratris appellatione in ſtatutis ſoror contineatur, tradit Alex. in conſ. 85. per totum lib. 4. & conſ. 45. lib. 7. Corn. in conſ. 1. nu. 9. & conſ. 94. nu. 4. lib. 2. Dec. in conſ. 15. num. 4. & ſeq. late Alber. Brunus in tra-*

in tractatu de ſtatus.exclud.fœminas, artic.5.num.26. cum ſeq. in plures allegat.

c Concipit fœmininum] *Hanc regulam cum ſuis ampliationibus & limitationibus cumulatiſſimè pertractat Antonius Gabriel lib. 6. communium concluſionum, in tit.de verbor.ſignificat.concluſ.6. & plures authoritates congerit Mandoſius in additionibus ad Romanum, in conſil. 36. in verbo contrarium, Cephal. in conſil. 306. num.54.102.& ſeq.conſil.312. num.116. & conſil. 433. num.54. & Decian.in conſil.7.num.41.& ſeq. & conſil.41 num.12.vol.1.*

d Ex interpretatione] *Ad hanc quæſtionem plures more ſuo in vtramq; partem allegat Tiraquell. de vtroq; retractu, §. 1.gloſſ.9. num.181.cum ſeq. qui maſculinum fœmininum concipere ex interpretatione extenſiua, non*
* *autem ex vi vocabuli, magis communem * atq; receptam opinionem eſſe atteſtatur, & Rol.à Valle in conſil. 82.num.34.vol.3.& Mantica de coniect.vlt.volunt.lib. 7.tit.1.nu.19.*

e Dicitur odioſum] *An ſtatutum fœminarum excluſiuum ſit odioſum vel fauorabile, latiſſimè diſſerit Brunus in d.tract.de ſtatut.exclud.fœmin.in 4.artic.Tiraq. de vtroq; retract. in præfat.num.64.cum ſeq. & alij relati per Cephal.in conſil.278.num.103.*

CONSIL. XXII.

ARGVMENTVM.

Legitimatus an ſubſtitutū excludat, quando ſubſtitutio à patre his verbis facta fuit, & eos inuicem ſubſtituo, non nominando filios nomine proprio.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta his verbis, & eos inuicem ſubſtituo, intelligitur ſub conditione, ſi deceſſerint ſine liberis.*
2 *Imperator an priuilegium concedere poſſit, vt legitimatus ſubſtitutum excludat, & num.7.*
3 *Per reſcriptum principis ius alteri quæſitum, ſine cauſa tolli non poteſt.*
4 *Diſpenſatio debet fieri, cum cauſa legitima aliàs non valet.*
5 *Papa plenitudine poteſtatis, niſi ex cauſa, vti non debet.*
6 *Papa habet plenitudinem poteſtatis in beneficialibus.*
8 *Princeps in his, quæ ſunt de iure ciuili & poſitiuo, habet ſupremam poteſtatem, & eius plenitudine vti poteſt.*
9 *Papa ſupremum ius diſpenſare poteſt ſecundum plenitudinem poteſtatis.*
10 *Imperator habet plenitudinem poteſtatis.*
Plenitudo poteſtatis quæ ſit.
11 *Princeps legum eſt dominus, & non morum.*
12 *Cauſa qualibet principis motiua habetur pro iuſta.*
13 *Principis voluntas habetur pro cauſa iuſta.*
14 *Princeps an in dubio plenitudine poteſtatis vti videatur.*
Princeps in dubio non videtur velle dare materiam delinquendi.
15 *Comes, cui legitimandi priuilegium à principe conceditur, poteſtatis plenitudinem non habet.*
16 *Imperator in dubio videtur ſe referre ad ius commune.*
17 *Papa vel Imperator in dubio non videtur vti poteſtate abſoluta, ſed ordinaria.*
18 *In incertis non autem certis coniectura locus eſt.*
19 *Delinquere nemo præſumitur.*
20 *Teſtator in dubio an præſumatur voluiſſe legitimatum ſubſtitutos excludere.*
21 *Dictio, nihil, eſt vniuerſalis negatiua, & omnem diſſimilitudinem excludit.*
22 *Teſtator in dubio videtur velle teſtari, ſecundum quod ius diſponit.*
23 *Teſtator fingitur cogitare, quod lex diſponit.*
24 *Teſtatoris mens ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato, & ſic ſecundum ius commune regulatur.*
25 *Legitimati natura, & antiquæ ingenuitati reſtituuntur.*
26 *Legitimati an & quando ſubſtitutos excludant.*
27 *Imperator poteſt legitimare in præiudicium ſubſtitutorum, & etiam contra præſumptam mentem teſtatoris, quod procedit etiam adita hæreditate ante dominij acquiſitionem.*

CASVS talis eſt: Quidam medicus habuit plures filios maſculos, & eos hæredes vniuerſales inſtituit, & eos inuicem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quo defuncto, vnus ex dictis filiis etiam medicus habuit vnū filium naturalem, natum ex ſoluto & ſoluta, quem legitimari fecit à Comite Palatino, habente poteſtatem legitimandi in ſatis ampla forma; deinde mortuus eſt ſine filiis, ex legitimo matrimonio natis. Nunc quæritur, nunquid dictus filius legitimatus excludat patruos ſuos ſubſtitutos, per ſubſtitutionem reciprocam in teſtamento aui ſui.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Iſta quæſtio generaliter formata, an legitimatus
a ſubſtitutum excludat, *a* eſt multum vulgaris, & habet multa membra: Primum eſt, quando ſubſtitutio fit per iſta verba, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis. Secundum, quando dicitur, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus. Tertium, ſi deceſſerit ſine filiis legitimè natis, & iſti non ſunt caſus noſtri. Quartum, quando teſtator dixit, eos inuicem ſubſtituo, non nominando filios aliquo nomine, & iſte eſt caſus noſter, qui intelligitur, licet non exprimatur, ſi deceſſerit ſine liberis, *vt l.cum auus.ff.de condit.& demonſtr. l.cum acutiſſimi.C.de fideicom. & l.generaliter.§.cum autem. C. de inſtitut.& ſubſtitut.* Videndum eſt ergò, an ſtante dicta ſubſtitutione reciproca, dictus filius legitimatus ſubſtitutum excludat, & in hoc tria principaliter
1 conſideranda ſunt: † Primum eſt, an Imperator, qui legitimandi priuilegium conceſſit Comiti Palatino, potuerit concedere poteſtatem legitimandi filios naturales, ita vt excludant ſubſtitutos. Secundum eſt, poſito quod ſic, an Imperator in dicto priuilegio Com. Palatino conceſſo voluerit, quòd legitimatus excludat ſubſtitutum. Tertio, dato quod ſic, an ſimiliter Comes voluerit dictū filium legitimare, ita vt ſubſtitutum poſſit excludere.

Circa

2 † Circa primum dubium videtur prima facie di-
cendum quod Imperator non poſſit dictum priui-
legium concedere in ſubſtitututum præiudicium,
auferendo ius tertio quæſitum, iuxta notata *in l.
Gallus §. & quid ſi tantum, ff. de liberis & poſthumis, &
per Bald. in l. reſcripta in vltim. colum. in 3. quæſtione Cod.*
3 *de precibus Imperatoris offerendis,* † vbi dicitur quod
b per reſcriptum principis non poteſt ſine cauſa *b* ius
alterius tolli, *& notat. gloſſ. penultim. in fine in l. Barba-
rius ff. de offic. prætorum, & in l. antepen. in fine. ff. ex qui-*
4 *bus cauſis maiores,* quæ gloſſæ allegantur, † quod diſ-
penſatio debet fieri cum cauſa legitima, alias non
valet, vt habetur per gloſſ. ordinariam *in cap. non eſt,
extra de voto, & per Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in cap.*
5 *de multa extra de præbendis,* † & idem dicimus in Pa-
pa, qui niſi ex cauſa poteſtatis plenitudine vti non
debet, vt notat Innocent. in cap. innotuit extra de
electione, & Bald. *in l. ſecunda C. de ſententiis ex bre-*
6 *uiculo recitat.* † & licet dicatur quod Papa habet
plenitudinem poteſtatis, hoc debet intelligi in be-
neficialibus per notat. *in dicto cap. innotuit, & in cap.
per venerabilem. qui filij ſint legitimi & in clemen. prima,
ne lite pendente; & probatur in cap. primo, in fine extra*
7 *de cauſa poſſeſſio. & proprieta.* † Sed contrariam ſen-
tentiam teneo eſſe veram, videlicet quod Impera-
tor legitimandi poteſtatem concedere valuerit, ita
8 vt legitimatus ſubſtitutum excludat, † quia prin-
ceps in his quæ ſunt de iure ciuili & poſitiuo ſu-
premam poteſtatem habet, & poteſtatis plenitu-
dine vti poteſt, *vt l. quoties & l. reſcripta cum ibi no-*
9 *tatis C. de precibus Imperatori offerendis,* † ſicut po-
teſt etiam Papa ſecundum plenitudinem poteſta-
tis ſupremum ius diſpenſare, vt eſt textus, *in cap. pro-
poſuit extra de conceſſione præbendæ, & ita tenet Bald. in
l. 2. in 10. colum. in 18. quæſt. Cod. de ſeruitu. & aqua,* vbi
10 tenet † quod Imperator habet plenitudinem po-
teſtatis, *l. 2. ff. de nata. reſtitutio. & l. ex facto ff. de vul-
gari, & pupil. & per notata in dicto §.* & quid ſi tantum,
& dicit quod plenitudo poteſtatis eſt arbitrij ple-
nitudo nulli neceſſitati ſubiecta nulliſque regulis
iuris publici limitata, & quod lege poſitiua prin-
ceps non obligatur, & idem vult Bald. in conclu-
11 ſionibus iuris Canonici, † qui dicit, quod prin-
ceps eſt dominus legum, licet non ſit dominus mo-
rum, *l. digna vox, C. de legibus, & eſt gloſſ. in clemen.
prima in verbo profectis, de immunitate Eccleſ.* quæ di-
cit, quod princeps ius poſitiuum tollere poteſt; ſed
iſtud ius, quod legitimatus, vel naturalis ſuccedat
vel non, eſt de iure ciuili, & poſitiuo, vt probatur,
*in toto titul. C. de naturalibus liberis, in authent. quibus
modis naturales effi. ſui per totum.* Nec obſtat dum di-
xi, quod princeps non poteſt diſpenſare, vel vti ab-
12 ſoluta poteſtate ſine cauſa † quia quælibet cau-
ſa motiua principis habetur pro iuſta, vt notat Bal.
*in l. reſcripta in vltim. colum. in principio Cod. de precibus
Imperatori offerendis, & in cap. naturalis in 4. colum. in
titul. ſi de feudo fuerit controuerſia, in vſibus feudorum,
& Anton. de Butr. in cap. per venerabilem in 3. colum. qui
filij ſint legitimi, Bald. in l. qui ſe patris in antepenult. co-
lum. Cod. vnde liberi, & Iac. de Alua. in cap. primo §. hoc
autem notandum in vltim. colum. in titul. de his qui feu-*
13 *dum dare poſſunt.* † imo plus voluntas principis ha-
betur pro cauſa iuſta, vt eſt gloſſ. notabilis, *in l. re-
legati, in fine ff. de pœnis, & tenet Iac. de Alua. in dicto §.
hoc, & facit quod notat Anton. de Butrio in cap. non eſt*
14 *circa medium, extra de voto.* † Circa ſecundum, po-
ſito, quod Imperator habeat poteſtatem conce-
dendi priuilegium prædictum, an in dubio illud
concedere, & ſic poteſtatis plenitudine vti volue-
rit. Prima facie videtur dicendum, quod non, quia
in dubio princeps non videtur velle dare mate-
riam delinquendi, vt *in authentica de leno. §. 1. & in
authent. Sancimus non ſolum, &c. & l. conuenire ff. de pa-
ctis dotal. & l. ſecunda. Cod. de indicta viduit. tollen. cum
ſimilibus, facit l. merito ff. pro ſocio.* Sed ſi legitimati ex-
cluderent ſubſtitutum, daretur materia delin-
quendi, quia grauatus onere fideicommiſſi, com-
mittendo ſtuprum vel adulterium, prouocare-
tur ad reprobatam concupiſcentiam, ad hoc vt fi-
lius ſuus naturalis, vel ſpurius poſſet ſuccedere,
quod in dubio faciendum non eſt, per dicta iura,
& *per leg. fin. cum ibi notatis Cod. de naturalibus liberis*
15 † Item quia licet princeps poteſtatis plenitudi-
nem habeat; tamen ille, cui priuilegium conce-
ditur, eam non habet, vt notat Bald. ſecundum In-
nocent. *in l. ſecunda in 18. quæſt. Cod. de ſeruitutibus,
& aqua,* & per hoc ibi infert, quod licet Impera-
tor me Comitem fecerit ad legitimandum, & hoc
faciat ex plenitudine poteſtatis, tamen ego non
potero legitimare in præiudicium filiorum legiti-
morum, & iuris acquiſiti, & radicati alteri, licet Im-
16 perator poſſet hoc facere † Item quia in dubio
Imperator videtur ſe referre ad ius commune, nec
vnquam præſumitur diſpenſatum, vt notat Ioan.
Andr. *in cap. dudum de decimis in notat. & Bald. in l.
bonorum in ſecundo notabili, in fine. Cod. qui admitti, &
in l. precibus Cod. de impube. & aliis ſubſtitutio. & Paul.
de Caſtr. in l. Centurio in 2. colum. in princip. ff. de vulgar.*
17 *& pupill.* † In dubio *c* enim Imperator vel Papa
c abſoluta poteſtate vti velle non videtur, ſed ordi-
naria vt notat Angelus, *in l. bene à Zenone Cod. de qua-
drienny præſcriptione, & allegat Innocent. in cap. innotuit
de electione, & Bald. in præludiis feudorum in 14. colum.
circa princip. Paul. de Caſtr. in l. in teſtamento in vltimo
notat. Cod. de militari teſtamento & in l. ex imperfecto C.
de teſtamentis, & in conſil. 279. in 4. colum.* Sed in ca-
ſu noſtro contrarium dicendum eſt, quia Impera-
tor dictum priuilegium conceſſit ex certa ſcientia,
& de plenitudine poteſtatis, vt patet ibi, circa prin-
cipium, de certa noſtra ſcientia, & imperialis ple-
nitudine poteſtatis, coniuncto alio verſic. ibi; item
eadem auctoritate, & infra, de certa ſcientia, &
motu proprio, & infra, ibi, ex ſcientia & poteſtate
prædictis; in quibus derogat legibus ex certa ſcien-
tia, & motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, &
ſic conſtat de ſua intentione expreſſa, quod derogat
legibus loquentibus contra filios naturales, & ſpu-
rios legitimatos ex teſtamento, vel ab inteſtato, ac
18 ſi eſſent ex legitimo matrimonio procreati. † vn-
de in incertis non in certis locus eſt coniecturæ, *l.
continuus §. cum ita ff. de verborum obligatio. & l. ille aut
ille §. cum verbis ff. de lega.* [illegible]. & quod eius voluntas ſit
certa probatur, *in cap. ſi motu proprio, cum ibi notatis, de
præbendis lib. 6.* Nec obſtat dum dixi, quod princeps
in du-

in dubio non videtur dare materiam delinquendi,
quia licet concedat poteſtatem legitimandi, ob id
non videtur concedere facultatem cõmittendi ſtu-
19 prum vel adulterium, † quia in dubio nemo præ-
ſumitur velle delinquere d.l. merito. ff. pro ſocio, ſed ſi
delinqueret procreando ſpurium, vel naturalem,
ſicut princeps legitimandi poteſtatem habet, ita
poteſt eam alteri concedere, ſi vult, vt not. Bald. in l.
ſecunda in 18. quæſtione in C. de ſeruitutibus, & aqua, fa-
cit. l. traditio cum materia ff. de acquirendo rerum domi-
nio. Nec obſtat dum dixi, quod, licet Imperator
poteſtatis plenitudinem habeat, in dubio tamen
ea vti velle eamq́ue alteri concedere non videtur.
Quia facile reſpondetur, illud eſſe verum niſi con-
ſtaret de voluntate principis ſicut conſtat in caſu
noſtro, vt ſupra declaraui. Circa tertium & vltimum
dubium, an Comes ſimiliter Palatinus voluerit di-
ctum filium legitimare, ita vt excludat ſubſtitu-
tum, & an iſta fuerit intentio teſtatoris, ſine dubio
quantum ad dictum Comitem, dicẽdum eſt, quod
habuit voluntatem ipſum legitimãdi etiam quo ad
hunc effectum, vt ſubſtitutum excludat, quia hoc
petitum fuit per patrem dicti legitimati, vt patet i-
bi, & etiã quoſcunq; ſubſtitutos excludere, & con-
ceſſum eſſe videtur per Comitem, dum dixit, & e-
ſto filius legitimus & naturalis patris tui, quemad-
modum ſi de legitimo matrimonio eſſes natus,
& quod non obſtante defectu naturalium, ac o-
mni ſorde geniture ſepoſita, genitori tuo ſucce-
dere valeas; tam ex teſtamento, quam ab inteſtato,
& teipſum reſtituto natalibus antiquis, quæ verba
ſine dubio comprehendunt, vt ſubſtitutum exclu-
dat, per totum titulum de natalib. reſtit. & C. de iure annu-
20 lorum aureorum, & natali reſtitu. per totum. † De vo-
luntate vero teſtatoris poſſet magis dubitari, an ſci-
licet intellexerit de filio legitimato, vt excludat ſub-
ſtitutum, dum filios ſuos inuicem ſubſtituit, & li-
cet iſta quæſtio ſit variis modis diffuſa, & tractata in
prædictis quatuor caſibus, de quibus ſupra dictum
eſt in principio: tamen omiſſis ſuperfluis allega-
tionibus breuiter teneo, quod in dubio teſtator vo-
luerit, quod legitimatus ſimpliciter habeatur pro
filio legitimo, & naturali; ita vt excludat ſubſtitu-
tum, ſeu ſubſtitutos, vt probatur, in auth. quibus mo-
dis naturales efficiantur ſui, in §. & quoniam variè, ibi, erit
patri, & ab inteſtato ſucceſſor, & ex voluntate nihil
diſſimilis legitimis collat. ſeptima, & in §. ſi quis ergo
filios in fi. prima col. ibi, nihil à legitimis filiis differen-
tes, vbi vult Imperator, quod legitimati ſuccedant
patri ex volũtate teſtatoris, & quod in hoc nihil à le-
gitimis differant, & ſic quoad omnia pro legitimis,
21 & naturalib. habeantur, † quia illa dictio, nihil, eſt
vniuerſalis negatiua, & excludit omnem diſſimili-
tudinem, vt probatur, in l. fi. ff. de liberis & poſthumis, &
in l. his qui ducenta. §. vtrum. ff. de regulis iuris, & c. Deus
omnipotens, 2. q. 1. cum; ergo Imperator velit, quod fi-
lii legitimati nihil differant à legitimis, ſequitur quo
teſtator in dubio ſimiliter voluerit, quod in ſuo
teſtamento, verba illa tacita, ſi filii deceſſerint ſine
filiis intelligantur non ſolum de legitimis & natu-
ralibus, ſed etiam de legitimatis, ex quo nihil diffe-
22 runt ab eis, † quia teſtator in dubio videtur velle
teſtari ſecundum quod vult ius, vt not. Bartol. in l.
Gallus. §. quidam recte an fin. 2. colum. ff. de liberis & poſt-
humis, & idem vult Bald. in l. precibus in vltima charta in
23 princip. C. de impub. & aliis ſubſtitu. qui dicit, † quod
teſtator fingitur cogitare quod lex diſponit, l. ſi duo.
ff. de acquir. hæred. idem Bald in l. 1. in 4. colum. in princ.
C. de ſecundis nuptiis & facit pro hoc quod not. ipſemet Bal.
in l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruum de legatis 3. Ioan. de Imo. in
cap. potuit ad finem de locato, & Pet. de Anch. in conſ. 113.
24 & Raph. Cuma. in ſuo conſ. 1. in princ. qui dicit, † quod
mens teſtatoris regulatur ex ordine inteſtatæ ſuc-
ceſſionis, & ſic ſecundum ius commune. Item hoc
etiam probatur in d. authentico quibus modis na-
turales efficiantur ſui in §. reliqui, ibi, damus habere
etiam ſucceſſiones illas, quas habent vſque ab ini-
tio legitimi, & in §. adoptionis autem, in fin. ibi, ſicut
in cæteris ab initio legitimis, oportet etiam in eis
fieri ſucceſſiones: vbi habetur, quod legitimati poſt
ſucceſſionem habent illa iura, quæ habent filii, qui
legitimi, & naturales nati ſunt, ſed legitimi, & na-
turales ſubſtitutum excluderent; ergo etiam legiti-
mati. Idem probatur pariter, in dict. §. ſi quid ergo fi-
25 lios, ibi, † & eos reſtituere naturæ, & antiquæ in-
genuitati, & per conſequens legitimati ipſi eum in-
genuitati & naturæ reſtituuntur, habent iura in-
genuorum, & ſic ſuccedunt tanquam ingenui, & i-
26 ſta eſt veritas; & ita diſputatum fuit Bononiæ, † v-
bi concluſum fuit; quod quando teſtator fecit men-
tionem de filiis ſimpliciter, aut de filiis legitimis,
tunc legitimati excludunt ſubſtitutum, vt refert
Ioan. Andr. qui tenet etiam iſtam opinionem, in
additionibus Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. circa fi-
nem, & idem tenet Bald. in l. Gallus, §. ſi eius in fin. ff. de
liberis & poſthumis, Ant. de Bu. in cap. per venerabilem,
qui filii ſint legitimi. Angelus in diſputatione ſua,
quæ incipit, Nobilis quidam genere, & Albericus
de Roſato in l. generaliter §. cum autem. C. de inſtitut.
& ſubſtit. idem tenet Petr. de Anch. in conſ. 279. & in repet.
cap. canonum ſtatuta de conſtitutio. in 176. colum. in verſ.
quid ſi ſtatutum loquitur de filiis legitimis, & naturalibus.
Ioan. de Imo. in l. ex facto in princip. in 7. colum. ff. de vul-
* gari & pupillari, vbi dicit quod iſta eſt communis * opi-
nio. & Paul. de Caſtr. in l. ſi ita quis, §. primo de legatis ſe-
cundo & in conſil. ſuo, 220. & in conſ. 223. & idem tenent
Doctores in l. ex facto §. ſi quis rogatus, primo, ff. ad Tre-
bell. & canon. & in c. innotuit extra de electione, & in c.
per venerab. qui filii ſint legit. nec eſt opus reſponde-
re argumentis, quæ in contrarium fieri poſſent,
quia reſponſiones apparent in locis præallegatis
per Doctores, & maxime cum in caſu noſtro ap-
pareat de poteſtate & intentione principis & Co-
mitis legitimantis, qui voluerunt vt legitimatus ex-
cludat ſubſtitutos, vt ſupra declaraui, quoniam ar-
gumenta omnia, quæ in contrarium fieri poſſent,
procedunt vbi non conſtaret de intentione Impe-
27 ratoris & Comitis legitimantis, † & ratio eſt, quia
Imperator potuit legitimare etiam in præiudicium
ſubſtitutorum & etiam contra præſumptam men-
tem teſtatoris, ex quo illa legitimatio fuit facta an-
tequam eueniret caſus ſubſtitutionis fideicommiſ-
ſariæ, per ea quæ notat Bald. in dict. l. ſecunda in 18.
quæſt. C. de ſeruitutibus, & aqua, & in l. reſcripta in pen.

col.C.de precibus Imperatori offerend. & per l. quoties cum ibi not. eod. tit. imo plus dico, quod etiãſi legitimatio fuiſſet facta mortuo patre & addita hæreditate, antequam per ſubſtitutos bona apprehenſa fuiſſent, & ſic antequam eſſet acquiſitum dominium de iure gentiũ. *iuxta §.per traditionem Inſti.de rerum diuiſione*, potuiſſet Imperator, vel eius Comes ab eo anctoritatem habens, legitimare in prẹiudicium ſubſtitutorum, quibus erat ius quæſitum de iure ciuili, & non de iure gentium, vt ſingulariter not. D.Paul. de Caſt. *in l.3.ff. de teſtamentis*; & ex prædictis omnibus concludo, quod dictus legitimatus ſubſtitutos excludit.

ANNOTATIONES.

a Excludit ſubſtitutum] *De hac quæſtione tradit latè Alex. in conſ. 2. per totum libro 1. & alij relati ibidem per Nattam in additionibus, Neuiz.a.in conſ.99.n.20. Tiraquel.in l.ſi vnquam, in verbo ſuſceperit liberos nu.82. C. de reuocandis donat. Ioannes Dilecti in tract. de arte teſtandi tit.5.cautela 15.nu.4. Didac.variarum reſolutio. lib.3.c.6.nu.7. Cephal.in conſ.117.nu.2. & ſeq. in conſil. 570.nu.22. Rol.à Valle in conſ.67.nu.16.& 38.& conſ. 83.nu.19.lib.3. Decian.in conſ.3.nu.89.& ſeq.conſ.5.nu. 35.& conſ.42.nu.15.& 17. vol,1.conſ.88.nu.67.74.& ſeq. vol. 2. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib.11.tit.10.per totum, Sfortia Oddus in tract.compendioſa ſubſtitutionis in 6.parte in titulo, an legitimati faciant deficere fideicommiſſum, ante finem dicti tractatus, & Burſ.Mantua.in conſ.85.nu.13.lib.1. Menoch. in conſ.20.n.19. & 20.lib.1. latiſſime Simon de pratis de interpretatione vltimarum volunt. lib.3. interpretatione 3. dubitatione 3. ſolutione pariter 3.num.5.& per totum & Michael Craſſus de ſucceſſio. §. fideicommiſſum q.38. per quorum ſingulos infinita propè auctoritates ad rem hanc congeruntur.*

b Sine cauſa] *An & quando princeps abſq; cauſa ius alteri quæſitum auferre poſſit, vide quæ cumulat Ant. Gabriel commun. concluſio. lib.3. in tit. de iure quæſito non tollendo concluſione prima, & in ſpecie quod princeps poſſit filium legitimare in aliorum præiudicium communem dicit Burſat.in conſ.76.num.39.& ſeq.lib.1. qui alios citat.*

c In dubio] *In dubio princeps cenſetur vti poteſtate ordinaria non ſuprema, vt docet Alex. alios allegans in l. quanquam nu.2. C. de teſtam.milit. Cephal.in conſ.341.nu. 99.& ſeq. & ideo ſi Imperator concedat Comiti legitimandi poteſtatem, niſi exprimatur, poteſtatis plenitudine vti non poteſt, vt docet idem D. Capolla in conſil. vlt. nu.19.lib.1.conſiliorum ciuiliũ ante impreſſo, & collegaſum Alex.in conſ.188.nu.8.lib.5. & alij relati per Decianum in conſ.19.nu.21.vol.1.*

CONSIL. XXIII.

ARGVMENTVM.

An Orator ſeu legatus Veronæ habeat vacationem biennij.

SVMMARIA.

1 *Materia legatorum an de ſola ciuitate Romana intelligatur & an de ſola legatione de longinquo, num. 3. 6.9.10.*

2 *Ciuitates aliæ præter Romanam habentur loco priuatorum.*

4 *An qui infra tempus vacationis biennij legationem ſuſcepit, vacationi renuntiaſſe intelligatur, & nume.12.*

5 *Intellectus l.filius decurio, & l.Paulus in prin. & §.1.ff. de legationibus.*

7 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.*

Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

8 *Vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius ſtatui debet.*

Leges ad ea, quæ rarò accidunt non adaptantur.

11 *Legatio quando dicatur de loginquo vel de propinquo.*

13 *Conſuetudo, vt probetur, requiritur, quod ita bis in decennio obſeruatum & iudicatum fuerit.*

14 *Venetiarum ciuitas eſt locò ciuitatis Romanæ, quia non recognoſcit ſuperiorem.*

15 *Legatus vacatione biennij non gaudet vbi alij ſufficientes non reperiuntur.*

Item niſi primò legatione pro priuatis non pro Rep. functi eſſent.

Abſentes de ciuitate ad ciuitatem: biennij vacationem non habent, nec Reip. cauſa abeſſe dicuntur.

17 *Legatus qui primò legationem procurauit biennij vacationem non meretur.*

18 *Legationem procuraſſe in dubio quis præſumitur, quando eſt pauci momenti.*

19 *Legatio, quæ de facili poteſt expediri excuſationem non habet.*

Excuſationem habens ab aliquo actu non intelligitur excuſatus ab eo, qui de facili expediri poteſt.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Quæro de vna quæſtione notabili, quam habui de facto in ciuitate Veronæ hoc anno 1451. de menſe Nouembris. Quia fuerunt de dicto menſe Chriſtophorus de Vilimpenta & Ioannes Orlandus Ciues Veronæ ſuſpenſi Venetiis, propter crimen læſę maieſtatis commiſſum per eos contra Illuſtriſſimum ſtatum Venetorum: ciuitas Veronæ in ſuo conſilio maiori de duodecim & quinquaginta decreuit, mittere duos Ambaſciatores Venetias, ad Illuſtriſſimum Ducale Dominium Venetiarum, ad condolendum & ſe excuſandum, &c. & quam plures fuerunt abballottati, & remãſerunt duo, qui habuerunt plures ballottas videlicet ſpectabilis miles D. Iacobus Lauagnolus; & Ego Bartholomæus Cæpolla Iuris Vtriuſque Doctor. Et dum in eodem conſilio ſe excuſaret idem D. Iacobus, fuit poſita alia pars & capta in continenti, videlicet, quod dicta electio caſſaretur, & quod fieret alia de nouo: & illi duo, qui haberent plures ballottas deberent acceptare, & iter arripere infra tres dies, ſub pœna quinquaginta ducatorum pro quolibet: fit noua electio: & iterum ſors cecidit ſupra nos, videlicet D. Iacobum Lauagnolum, & me Bartholomæum Cæpollam. Et quamprimum facto Conſilio, fit nobis præceptum, de eundo ſub prædicta pœna quinquaginta ducatorum pro quolibet. Ego, qui eodem anno de menſe Aprilis fueram legatus Ciuitatis Veronæ con-

contra Viucentiuos pro confinibus, ad diſputan-
dum ſuper loco coram Delegato Illuſtriſſ. Ducalis
Dominii Venetiarum, videlicet D. Barbono Mau-
roceno Iuris vtriuſque Doctore, pariter cum dicto
D. Iacobo, & quatuor aliis, ac etiam, quia eodem
anno fueram legatus ad Illuſtr. Duc. Dom. Venetia-
rum de menſe Iulii, prorupta Atheſis Bogoſii con-
tra Paduanos; allegaui coram Magnificis Dominis
Rectoribus Veronæ, videlicet D. Poteſtate, D. A-
loyſio Foſcareno Iuris vtriuſq; Doctore, & D. Ni-
colao Memmo, & coram Prouiſoribus communis
Veronæ, & quampluribus ciuibus & Dominis Do-
ctoribus, quòd non eram obligatus ire pluribus ra-
tionibus & cauſis; & tandem fuit hæc cauſa com-
miſſa tribus Doctoribus Veronę, qui caſu interfue-
runt dictæ diſputationi, videlicet D. Chriſtophoro
de Campo, & D. Zilio de Aldninis, & D. Bernhardo
Brenzono, qui tamen adhuc erat tunc ſcholaris, ſed
de proximo Doctorandus, qui informati retule-
runt Magnificis Dominis Rectoribus, prius inter
ſe habito colloquio & diſputatione, quòd nos non
poteramus cogi ad aſſumendum dictum munus le-
gationis inuiti. Et ita abſoluti fuimus, & non iui-
mus. Sed videamus, nunquid in puncto iuris fue-
rit benè iudicatum, & pro declaratione huius dubii
diuido hanc materiam in tres quæſtiones principa-
les: Prima eſt, an ex eo, quod fui legatus ciuitatis
Veronæ ad Illuſtr. Duc. Dom. Venetiarum, habere
debeam vacationem biennii ab alia legatione. Se-
cunda quæſtio eſt, an ex eo, quod fuerim legatus
contra Vincentinos, ad diſputandum de confini-
bus ſuper loco coram Magnifico D. Barbono Mau-
roceno Iuris vtriuſq; Doctore, & Delegato Illuſtr.
Duc. Dom. Venetiarum, poſſim habere immunita-
tem per biennium ab alia legatione, ſicut ſi fuiſſem
legatus ad Illuſtr. Duc. Dom. Venetiarum. Tertia,
an ciuitas Veronæ ex certa ſcientia poſſet mittere
nos pro legatis Venetias: & ſic auferre nobis priui-
1 legium legis. † Circa primam quæſtionẽ pro par-
te negatiua, videlicet quod non poſſim habere im-
munitatem, ſiue vacationem per biennium ab alia
legatione, videntur obſtare prædicta, quę mihi op-
2 ponebantur. † Primum, quia materia legatorum
loqui videtur de legato ciuitatis Romanæ vel Prin-
cipis, cùm cæteræ ciuitates habeantur loco priua-
torum, *l. eum qui vectigal, in princ. ff. de verb. ſignific.* &
pro hoc optimè facit, quod dicit Ang. *in l. cum qui-
dam, in fin. principij, ff. de acquir. hæred. vbi omnino vide.*
3 † Secundũ, quia iura, quæ dant dictam vacationem
biennii, videntur eſſe intelligenda, quando legatio
fuit de longinquo, non ſi de propinquo, *per l. tranſ-
4 marina, C. de legationib. lib. 10.* † Tertium, quia infra
annum fueram functus alia legatione, volens, vn-
de videor renuntiaſſe dicto beneficio vacationis
biennalis, *per c. cùm acceſſiſſent, extra de conſtitut. & per
not. in l. voluntariè, C. de excuſat. tutor.* Quartum, quia
videtur, quod hoc non ſeruetur de conſuetudine
Veronæ, per not. *in l. de quibus, ff. de legib. & in §. ex
non ſcripto. Inſtit. de iure naturali gent. & ciuil. & in c. fin.
extra de conſuetudine. & in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetu-
5 do, cum ſimilibus.* † In contrarium pro parte affir-
matiua videtur caſus ad literam, *in l. filius decurio, &
in l. Paulus, in princ. & §. 1. ff. de legationib.* vbi dicitur,
quod legatus habet vacationem biennii, vt non co-
gatur infra illud biennium ſuſcipere aliam legatio-
nem. Imo dicit plus text. *in dicta l. Paulus, in princ. &
in l. legato, ff. de vacation. munerum*, quòd non cogitur
ille, qui fuit legatus, etiamſi de eadem cauſa litige-
tur, de qua litigabatur, quando fuit prius legatus, &
6 iſta eſt veritas. † Nec obſtant allegata ſupra in
contrarium. Et primò, quod dicitur, quod illa iu-
ra loquuntur de legato ciuitatis Romanæ, vel Im-
7 peratoris ad alias prouincias, † quia reſpondetur,
quòd illa iura loquuntur generaliter; ergò genera-
liter debent intelligi, *l. 1. §. generaliter, ff. de legatis præ-
ſtandis, & 19. diſtinct. c. 51. Romanorum, ibi, dicendo verò,
&c. & c. quoniam nemini, extra de coniugio leproſorum,
cum ſimilib.* Nec illa iura diſtinguunt; ergò nec nos
diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de publiciana, cum
8 ſimilib.* † Præterea, vbi eſt eadem ratio, ibi & idem
ius, *l. à Titio. ff. de verb. obligat. & l. illud, ff. ad leg. Aquil.
cum ſimilib.* Sed hic eſt eadem ratio laboris; ergò,
&c. Præterea leges ad ea, quæ raro accidunt, non
adaptantur, *vt l. nam ad ea, ff. de legib. & in l. ea quæ raro
accidunt, ff. de reg. iur.* Sed raro accidit, quod ciuitas
Romana, vel Imperator mittat legatos ad inferio-
res ciuitates ſubditas, ſed bene communiter acci-
dit, quòd ciuitates ſubditæ mittunt ad ſuperiorem;
ergò iura in illis caſibus maximè debemus intelli-
9 gere. † Præterea dico, quod titulus *de legationibus
ff. & C.* loquitur etiam de legato ciuitatis cuiuslibet,
vt probatur in multis legibus illorum titulorum;
nam probatur *in l. 1. ff. de legat.* ibi dum dicit legatus
municipalis, &c. *& in l. 2. in princ.* ibi contra Rempu-
blicam, cuius eſt legatus, *& in l. ſciendum, §. fin. ibi, o-
mnibus ciuitatibus, &c. & in l. Paulus, §. 1. ibi,* nec inter-
eſt, vtrum legatio in vrbe, an in prouincia, &c. *& l.
legatus creatus à patria ſua, &c.* nota. quod dicit à pa-
tria ſua, & ibi legatione ſuſcepta in vrbem Romam
venit, & ibi, in ipſius ciuitate Nicopoli. Et proba-
tur, C. *de legationib. l. tranſmarina,* ibi, apud nos per-
functos, *& in l. ſi quid extraordinarium*, ibi, cum vel
ad vos eſt legatio mittenda, vel noſtræ ſedi aliquid
intimandum, *& in l. pen. quotiens, ibi, ab Alexandrina
ciuitate deſtinatur, ſcilicet ad nos, & in l. fin. artifices, in
princ.* ibi, per ſingulas ciuitates, &c. & probatur *in
text. & gloſſ. in l. qui mittuntur, in princ. in verſ. ad gratu-
landum. & ibi gloſſ. & in §. 1. & ibi gloſſ. in verſ. ſuam*, quę
dicit à principe ergò, vel ad principem miſſus, *ff. ex
quibus cauſis.* Et de hoc eſt gloſſ. ordinaria in termi-
nis in rubrica *C. de legationib. lib. 10.* quæ dicit, quòd ſi
legatus mittitur à ciuitate vel prouincia ad princi-
pem vel alium, habet locum ille titulus, & ibi hoc
etiam tenet Ioan. de Pla. ergò de hoc dubitandum
amplius non eſt, & ſic non obſtat, *l. eum qui vectigal,
ff. de verb. ſignific. & gloſſ. in d. l. cum quidam, in princ. C. de
acquir. hæred.* quæ tamen facit potius pro, quàm con-
10 tra. † Nec obſtat, quod ſecundo dicitur, quod il-
la iura loquuntur in legatione de longinquo, *per l.
tranſmarina, C. de legationib.* quia reſpondetur ſecun-
dum Bartolum, ibi, quia aut legatio eſt remota: &
tunc tribuit vacationem ab omnibus muneribus
ciuilibus: & ita loquatur *dicta l. tranſmarina*, vt pro-
batur ibi munerum ciuilium, & honorum; aut le-

gatio eſt de propinquo: & tunc tribuit tãtum vaca-
tionem à legatione per biennium, non autem ab a-
liis ciuilibus munerib. & honoribus, & ita loquun-
tur iura ſupra per me allegata, &c. Et licet durum
ſit hoc: quia Accurſius eſt in contraria opinione,
videlicet quod dicta omnia iura loquantur in lega-
tione de longinquo, vt not. gloſſ. *in dicta l. transma-
rina*: attenta forma primi ſtatuti ſecundi libri ciui-
tatis noſtræ Veronæ, tamen poteſt dici, quod idem
Accurſius *in rub. C. de legationib. in glo. in fi.* tenet indi-
ſtinctè, quod ille qui fuit legatus habeat vacationẽ
biennii; ergo, &c. Præterea poteſt ſaluari & rectè, *l.
transmarina*, & aliæ leges, quæ videntur contrariæ
eodem modo, quo dixi ſupra ſecundum Bartol. er-
go ille intellectus eſt bonus, & melius conuenit,
quia non deſtruit literam, ſicut videtur deſtruere
intellectus gloſſæ, *in dicta l. transmarina*. Vnde teneo
opinionem Bartol. pro veriori & eam ſequor, non
obſtante opinione gloſſę, & dicto ſtatuto; & ita fuit
Veronæ determinatũ, vt infra dicam. Poteſt etiam
11 alio modo reſponderi, vt ſtatim dicam. † Quando
autem dicatur legatio de longinquo vel de propin-
quo, *vide text. cum gloſſ. 93. diſt. cap. iuxta*, quæ vide-
tur velle ſecundum primam opinionem, quod ille
dicatur de longinquo, qui eſt vltra Italiam conſtitu-
tus, *vt extra de elect. in c. nihil eſt quod Eccleſia*, ſecũdum
ſecundam opinionem, quando eſt extra duas die-
tas, *vt extra de reſcriptis. c. nonnulli*; quæ opinio in du-
bio eſt tenenda, cum ſit vltima in gloſſa, *per gl. in l. qui
filium. §. Sabinus, ff. ad Treb.* vnde ex hoc capite videtur
etiam quod *l. transmarina, C. de legationibus, lib. 10.* non
obſtet, etiam ſi intelligantur alia iura per illam le-
gem, de legatione longinqua, quia dicitur longin-
qua vltra duas dietas: Sed ciuitas Veronæ diſtat vl-
tra duas dietas à ciuitate Venetiarum, quia ſunt ſe-
ptuaginta quinque milliaria, iuxta not. *in d. cap. non
nulli, & in cap. ſtatutum §. 1. cum not. de reſcriptis, lib 6.* &
forte eadem ratione ſufficit vna dieta, quia illud *ca.
nonnulli extra de reſcript.* quod loquitur de duabus
dietis, hodie corrigitur, & reſtringitur ad vnam
dietam tantum, *per dictum cap. ſtatutum, §. 1. extra de*
12 *reſcriptis*, cum ibi plene notatis. † Nec obſtat quod
& tertio dicitur, quod ego perdiderim hoc priuile-
gium, ex quo iui bis legatus Venetias in eodem an-
no: quia in contrarium eſt caſus ad literam *in l. vo-
luntariè & ibi plene per Cyn. & Doctor. C. de excu. tut.
& per canoniſtas in cap. cum acceſſiſſent extra de conſtitut.
& per dict. Iac. de Zochis, in cap. propoſuit extra de conin-
go ſeruorum.* Nec obſtat, quod quarto dicebatur
quod ita ſeruabatur de conſuetudine Veronæ, quia
dico, quod hæc conſuetudo non eſt probata, nec
ſequitur, plures iuerunt bis in anno vel biennio;
ergo eſt inducta conſuetudo contra beneficium
13 legis; † quia oportet, quod probetur, bis fuiſſe
ita obſeruatum in decennio, & quod inuiti fuerint
miſſi, *iuxta notat. in dict. l. de quibus, ff. de legibus, & in
dicto cap. fin. extra de conſuetudine, in §. ex non ſcripto,
Inſtitut. de iure naturali gentium & ciuili, & in l. 2. C.
quæ ſit longa conſuetudo cum ſimilibus.* Vnde ex iſtis
concludo quantum ad primum dubium, quod ille,
qui ſemel fuit legatus pro ſua ciuitate ad Illuſtriſſ.
Du. Do. Venet. gaudet immunitate, ne cogatur
14 infra biennium ſuſcipere aliam legationem † ma-
ximè cum ciuitas Venetiarum ſit loco ciuitatis Ro-
manæ, ex quo nõ recognoſcit ſuperiorem: *vt notat
Bartol. in l. hoſtes, circa princip. ff. de captiuis*; & ita fuit
15 terminatum vt ſupra dixi, & bene. † Prædicta ta-
men ſunt vera, niſi non reperirentur alii ſufficien-
tes, quia tunc in ſubſidium poſſet cogi ille, qui alias
fuit legatus infra biennium, *vt l. honor. §. fin. ff. de
muneribus & honoribus & l. vt gradatim. §. ſed ſi lege.
& ibi concordantes in gloſſ. ff. de muner. & honorib. & l. &
æſtimationem §. fin, in eod. tit.* Item niſi eſſent miſſi ab
aliquibus nobilibus priuatis ad defendendam ali-
quam cauſam, quia tunc dicuntur nuntii non lega-
ti, & non gaudent priuilegio legatorum, *vt not. gl.*
16 *notabilis in rubrica. C. de legationibus lib. 10.* † Item ni-
ſi eſſent miſſi, de ciuitate ad ciuitatem, quia tunc ta-
les non dicuntur abeſſe cauſa Reipublicæ, *vt eſt
gloſſ. notabilis in l. qui mittuntur. §. 1. in verſic. præfectus.
ff. quibus ex cau. maio. facit gloſſ. 3. in verbo abeat, in dicta*
17 *l. cum quidam in princip. ff. de acquir. hæred.* † Item ni-
ſi illa legatio prima fuiſſet procurata: quia tunc ſibi
nõ patrocinaretur, vt probatur, *in l. & qui data ope-
ra, ff. quibus ex cau. maio.* quem text. nota cõtra procu-
ratores vel aduocatos, vel alios procurantes, vt ef-
ficiãtur legati, ſeu ambaſciatores, vt illa legatio ſibi
non tribuat aliquam immunitatem; nec dicantur
tunc abeſſe cauſa Reipublicæ, *vt not. d. meus, d. Ange.
de Aretio. Inſtitut. de actio. §. rurſus in 7. colum. in princ.*
18 † Et dicitur quis in dubio procuraſſe legationem
quando officium vel legatio eſt pauci valoris, vt eſt
text. ſingularis, à nemine ponderatus, *in l. ſi ſpado-
nem, §. fin. ff. de excu. tu. ſecundum Lud. de Roma, in 471.
ſingulari.* Sed tu dicas, quod eſt etiam alius text. *in d.
l. & qui data opera*, ibi, & ſine lucro hoc affectauerit
19 exponẽdo &, pro, id eſt. † Item niſi iſta ſecunda le-
gatio, eſſet talis, quæ de facili poſſet expediri, quia
regulariter habens excuſationem ab aliquo actu,
non intelligitur eſſe excuſatus ab illo actu, qui de
facili poteſt expediri *vt l. decurio fortunam C. de decu-
rionibus lib. 10. ita dicit Ioan. de Platea in dicta l. transma-
rina, C. de legationibus lib. 10.*

ANNOTATIONES.

*Legati & Oratores quibus ex cauſis ſe excuſare poſſint, docet
latè Gundiſſalum Villadiego in tractatu de legatis in 2.
parte quæſt. 3.*

CONSIL. XXIIII.

ARGVMENTVM.

An in dubio feudum præſumatur anti-
quum vel nouum, maximè ſi inueſtitura
fiat de feudo antiquo.

SVMMARIA.

1 *Vnum & idem feudum poteſt eſſe antiquum quo ad a-
liquos, & nouum quo ad alios.*

2 *Feudum nunquam dicitur eſſe paternum, vel anti-
quum, niſi inter eos quorum principium connexum
eſt in vno ſtipite feudali, &:*

*Feudum dicitur paternum vel antiquum quod fuit illius
parentis, qui fuit genitor agnationis communis.*

3 *Con-*

3 *Coniunctorum effectus talis eſt, qualis eſt eorum natura.*
4 *Qualis eſt partiū habitudo, tale ipſum totum eſſe compoſitum iudicare debemus.*
5 *Feudum in dubio præſumatur antiquum vel nouum.*
6 *Inueſtitura tenor ſemper eſt attendendus.*
7 *Epiſcopus feudum antiquum de nouo infeudare poteſt.*
8 *Res emphyteutica ſi ad Eccleſiam reuertatur, alteri denuò in emphyteuſim dari poteſt.*
9 *Verum præſumitur, quod in inſtrumento continetur, niſi contrarium probetur.*
10 *Ex inſtrumento omnia probantur.*
11 *Verba enuntiatiua inter contrahentes præſumptionem inducunt.*
12 *Feudum dicitur nouum, quò ad illum, qui primus feudum acquiſiuit.*
13 *Præſumptio cadit ſuper re dubia & incerta, non ſuper certa.*
14 *Confirmatio cenſetur facta cum omnibus qualitatibus, quas habebat res confirmata.*
15 *Renouationis natura eſt, vt cum ſua cauſa & cum ſuis vitijs facta eſſe intelligatur.*
16 *Feudum propriè dicitur paternum vſque ad quartum gradum, abinde verò ſupra dicitur antiquum.*
17 *Intellectus text. in c. 1. ſi de feudo fuerit controuerſia, &c.*
18 *Feudum, etiamſi centum annis ab vna linea collaterali fuerit poſſeſſum, quò ad aliam lineam, nouum eſſe poteſt.*
19 *Clauſula, pro ſe & hæredibus, in materia feudali intelligitur de hæredibus ſanguinis.*
20 *Feudum nouum, an feudi antiqui naturam aſſumat, ſi in inueſtitura dicatur de feudo antiquo, & nu. 22.*
21 *Si dominus aliquem inueſtiat de feudo antiquo, prout ſui anteceſſores fuerunt inueſtiti, ipſi anteceſſores de illo inueſtiti præſumuntur.*
23 *Clericus an in feudo ſuccedere poſſit.*
24 *Eſſentia certa vbicunque negotium licitum facit, qua deficiente negotium improbatur, ibi verborum cautiones in inſtrumentis poſita ſubſiſtentiam non docent.*
25 *Quando aliquid eſt prohibitum, ſed certo modo permiſſum, nunquam ſtatur verbis aſſerentis caſſum permiſſum, niſi veritas probetur.*
26 *Epiſcopus non poteſt alterare feudi naturam in damnum Eccleſiæ, etiam propter benemerita vaſalli, & num. 31.*
27 *Epiſcopus vel prælatus non poteſt de nouo infeudare illud, quod non erat ſolitum infeudari.*
28 *Epiſcopus feudi naturam alterando, illud de nouo concedere dicitur.*
29 *Res conſueta in feudum concedi vſq; in tertiam generationem, ſi in infinitum concedatur, conceſſio non valet.*
30 *In re ſolita in emphyteuſim concedi per Eccleſiam, dnrius pactum apponi non poteſt.*
32 *Dua contraria natura in eodem ſubiecto ſtare non poſſunt.*
33 *Deus, licet omnia poſſit, virginem tamen proſtitutam reintegrare non poteſt.*
34 *Intellectus ad dictum Baldi in c. 1. de beneficio feudi paterni.*
35 *Res facilè reuertitur ad ſui naturam.*
36 *Epiſcopus an teneatur inueſtire agnatos, qui ſunt de agnatione in inueſtiti, quando inueſtitura dicitur de feudo antiquo.*
37 *Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum.*
38 *Iura non debent eſſe impoſita verbis, ſed rebus.*
39 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
40 *Feudum conceſſum certo generi perſonarum ad alias perſonas non extenditur.*
41 *Verbum, hæres maſculus, in materia feudi intelligitur de deſcendente ab inueſtito.*
42 *Querela ſi contra Epiſcopum proponatur, Archiepiſcopus eſt iudex*
43 *Epiſcopus regulariter ſub ſuo Archiepiſcopo conuenitur.*
44 *Quando quis dicit, ſe eſſe vaſallum, & dominus negat, pares curiæ iudices eſſe debent, & num. 46.*
45 *Petitionis forma quò ad iuriſdictionem inſpici debet, non qualitas defenſionis merita cauſæ tangentis.*
47 *Pares curiæ quam iuriſdictionem habeant, & quæ ad hoc requirantur, & num. 48.*
49 *Interdictum, vti poſſidetis, datur etiam contra diffamantem ſuper poſſeſſione alicuius.*
50 *Actor ſequitur forum rei etiam in interdicto vti poſſidetis.*
51 *Interdictum vti poſſidetis an & quando competat contra diffamantem.*
52 *Condictio l. diffamari, datur illi, qui eſt in poſſeſſione, & ſic reo.*
53 *Ille, qui diffamat, dicitur verè actor.*
54 *Origo naturalis attenditur.*
55 *Iudex quis eſſe debeat, quando petitur teſtes examinari ad perpetuam rei memoriam.*
56 *Actor etiam clericus vel Epiſcopus ſequitur forum rei.*
57 *Contractus natura intelligi non poteſt, niſi actionis nomen cognoſcatur.*
58 *Practica, quando quis non intelligit conſentire in iudicem.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Etſi plene & eleganter ſupra conſultum fuerit per Excellentiſſ. Doctorem Domi-
a num Alexandrum de Imola; *a* tamen requiſitus, vt quid in prædicta conſultatione ſentiam, in ſcriptis edere velim: decreui meam quoque ſententiam iuribus, rationibus, & auctoritatibus comprobare. Et pro clariori declaratione, quatuor dubia principalia mihi videntur eſſe examinanda: Primum eſt, an feudum prædictum, de quo Domini, Scipio & Paulus de Caſſate fratres fuerunt inueſtiti, præſumatur eſſe antiquum, quò ad Alpinolum, & Chriſtophorum fratres de Caſſare, id eſt, à communi eorum ſtipite deſcendiſſe: an verò præſumatur in dubio nouum. Pro cuius
1 intelligentia prius ſciendum eſt: † quòd vnum & idem feudum poteſt eſſe antiquum vel paternum, quò ad aliquos, & nouum, quò ad alios, verbi gratia. Fuerunt olim in rerum natura duo fratres, puta Marcus & Antonius: qui Antonius acquiſiuit feudum, à quo Antonio multæ generationes profluxerunt; certè quò ad eos, feudum eſt paternum

vel antiquum, iuxta not. per Bald. in c.1. §. hoc quoq; in
ſin. in tit. de ſucceſſione feudi, & ibi per Doctor. & quo
ad generationes Marci, eſt nouum; quia Marcus
2 nunquam fuit vaſallus. Et eſt ratio, † quia feu-
dum nunquam dicitur eſſe paternum, vel anti-
quum niſi inter eos; quorum principium conne-
xum eſt in vno ſtipite feudali: Iſta eſt doctrina ele-
gans Bald. in dict. §. hoc quoque, ante ſin. 1. colum. qui ta-
men nihil ad hoc allegat: ſed pro eo, in quantum
dixit eſſe paternum, vel antiquum, quo ad deſcen-
dentes ex primo inueſtito, allego text. in cap. 1. circa
medium, ibi, ſi feudum ſit paternum; hoc eſt ſi fue-
rit eius parentis, qui fuit illius agnationis commu-
nis, in titul. de gradibus ſuccedendi in feudum, & ibi hoc
probatur melius, quam alibi quod dicatur feudum
paternum vel antiquum, videlicet, quod fuit illius
parentis qui fuit genitor agnationis communis, ſe-
cundum Iacob. de Beluiſo, & Bald. & ibi; & allego etiam
alium text. in cap. 1. circa princip. ibi voco paternum
quicunque ex ſuperioribus id acquiſiuit: & ibi de
hoc eſt etiam gloſſ. in verbo paternum, in titu. de natura
ſucceſſionis feudi. Item in quantum dixit eſſe nouum
quo ad alios, allego text. in cap. 1. circa ſin. ibi, no-
uam inueſtituram dico, quando primo feudum
quæritur, in titul. qui teſtes ſint neceſſarii ad pro-
bandam nouam inueſtituram. Et licet illi textus lo-
quantur in diuerſis feudis, ſcilicet antiquo & no-
uo; tamen idem eſt in vno & eodem feudo, quo
3 ad plures perſonas diuerſas, † quia talis eſt effectus
coniunctorum, qualis eſt eorum natura, vt dicit
Bald. in l. ſi certum anuus, in 2. col. C. de pactis, argum. l. 1.
4 ff. ſi certum petat. † & qualis eſt habitudo partium,
tale debemus iudicare ipſum totum, ſeu compoſi-
tum. l. 3. C. de bonis mater. ſecundum Bald. in l. peteni. C.
de pact. Videndum eſt ergo, an illud feudum quo ad
Alpinolum, & Chriſtophorum de Caſſate, præſu-
5 matur antiquum, vel nouum. † Et prima facie vi-
detur dicendum, quod in dubio præſumatur po-
b tius antiquum, quam nouum b de iure commu-
ni feudorum, argum. cap. 1. in tit. ſi de feudo fuerit con-
trouerſia, nam, quando eſt contentio inter Domi-
num feudi, dicentem feudum eſſe nouum: & agna-
tum vaſalli defuncti dicentem eſſe antiquum; ex
quo conſtat, quod fuit feudum ratione ſuę antiqui-
tatis, benignior interpretatio ſit; vt potius præſu-
matur antiquum, quam nouum, ſecundum Iacob.
de Bel. & Bald. & alius ibi; Sed in caſu noſtro vide-
tur ita eſſe: quia Dominus non negat fuiſſe feudum;
& dicti fratres de Caſſate contendentes fuerunt a-
gnati dictorum Dominorum Scipionis, & Pauli,
qui fuerunt inueſtiti, & longo tempore ipſi, & eo-
6 rum genitor poſſidebunt; ergo, &c. † Item vide-
tur potius præſumendum antiquum, propter te-
norem inueſtiturarum factarū ſæpius de dicto feu-
do, qui ſemper debet attendi: vt eſt caſus, in c. 1. in
fine, ibi propter tenorem inueſtituræ, in tit. de duobus
fratribus à Capitaneo inueſtitis, & ibi hoc not. Bald. fa-
cit, cap. porro, extra de priuileg. cum ſimilibus. Sed in illis
inueſtituris, tam veteribus, quam nouis dicitur,
quod inueſtitura ſit de feudo recto & antiquo, &c.
propter quæ verba videtur præſumi, quod feudum
7 ſit antiquum, & non nouum. † Nam Epiſco-
pus poteſt feudum antiquum de nouo infeudare,
e c vt c. 1. qui feudum dare poſſ. & c. 1. Epiſcopum, vel Ab-
batem, & cap. ex parte, de feudo. facit quod not. Bald. in
l. 1. ff. ſi ager vectigalis, vel emph. pet. in apoſtillis, vbi di-
8 cit, † quod ſi res emphyteutica reuertitur ad Ec-
cleſiam poteſt iterum de nouo dari etiam alteri in
emphyteuſim. Et quando eſt inſtrumentum in-
ueſtituræ dicens feudum eſſe antiquum, ei in du-
9 bio ſtandum eſt, † & præſumitur verum, quod in
inſtrumento continetur niſi probatur contrarium.
l. cum precibus, C. de probatio. & l. cum res, eod. titul. & l.
10 ſi. C. arbi tute. cum ſimilib. † & omnia probantur ex
inſtrumento; quæ poſſunt percipi, & colligi ex te-
tenore inſtrumenti, vt dicit Ang. in l. nihil. C. de ſo-
lut. facit l. Gallus. §. 1. ibi, qui ex verbis colligi poteſt;
11 & quod ibi not. Bald. & alii. ff. de liber. & poſthu. † Et
licet eſſent verba enuntiatiua, tamen præſumptio-
nem inducerent inter contrahentes. l. optimam. C.
de contrahen. & committenda ſtipul. & l. quidam. ff. de
probatio. ſecundum Bartol. in l. ex hac ſcriptura: in penul.
q. verſ. quæro quid in contractibus. ff. de donat. & uct. Do-
ctor. in dicta. l. optimam, & in l. ſciendum, ff. de verb. obli-
gation. & in l. 1. C. de fide inſtrum. & iure haſta fiſcalis. lib.
10. cum ſimilibus. & maxime cum illa verba emanaue-
rint ab Epiſcopo per not. per Innocent. & Doct. in
c. innotuit extra de eo, qui furtiue ordinem ſuſcepit. Sed
his non obſtantibus, teneo contrarium, videlicet,
quod illud feudum non ſit, nec præſumatur eſſe an-
tiquum, quantum ad Alpinolum, & Chriſtopho-
rum de Caſſate: & ad hoc clare probandum, eſt in
primis conſiderandum, quod de dicto feudo fue-
runt inueſtiti homines duarum agnationum, quan-
tum ad rem noſtram ſpectat. Primo illi de Hoſcaſ-
ſalibus; & licet eorum inueſtituræ dixerint, quod
inueſtiti fuerunt tanquam de feudo ſuo recto, &
antiquo, paterno, & proauito, &c. Tamē de huiuſ-
modi inueſtituris non eſt curandum: quia illud feu-
dum, quo ad eos eſt finitum per priuationem, &c. &
fecit tranſitū ad alios de Ceſſate, vt apparet ex inue-
ſtitura facta in perſona Domini Galeoti de Caſſa-
te. Secundo fuerunt prædicti de Caſſate inueſtiti,
& prima inueſtitura incepit in perſona dicti Domi-
ni Galeoti, vt dixi, quæ in veritate fuit de feudo no-
12 uo, quantum ad ipſum, † quia ſint primus de il-
lis de Caſſate, qui feudum acquiſiuit, vt in cap. 1. cir-
ca ſin. in titul. qui teſtes ſint neceſſarii ad probandum no-
uam inueſtituram; & dixi ſupra in princ. licet in inue-
ſtitura ſua dicatur, quod inueſtitus fuit de feudo an-
tiquo, & antiquiſſimo. Cum enim ex tenore in-
ſtrumenti appareat ipſum Dominum Galeotum
primo acquiſiuiſſe dictum feudum, ſequitur cla-
rum eſſe, illud feudum, quo ad eum & eius fami-
liam fuiſſe nouum, & non antiquum: & ideo illa
verba, de feudo antiquo, & antiquiſſimo, appoſi-
ta in eadem inueſtitura, debent intelligi reſpectu
ipſius feudi tantum, quod ſolitum erat antiquitus
dati in feudum illis de Hoſcaſſalibus; & ſic etiam
reſpectu eorum de Hoſcaſſalibus, qui prius fuerunt
inueſtiti, feudum dicitur antiquum, & antiquiſſi-
mum, quod eſſe poteſt, vt reſpectu vnius ſit anti-
quum, reſpectu alterius nouū, vt ſupra dixi in prin-
cipio. Et illa verba cenſentur appoſita ad deno-
tandum,

tandum, quod illa bona non erant allodialia Eccleſiæ, ſed ſolita antiquo, & antiquiſſimo tempore infeodari: & ſic Dominus Galeotus poterat inueſtiri *per cap. ex parte, cum ibi notat. extra de feudis.* Vnde ex his apparet manifeſte, quod dictum feudum in perſona Domini Galeoti, nō potuit nec poteſt præſumi fuiſſe vere antiquum feudum; quia vbi conſtat de veritate, in contrarium ceſſat omnis præ-
13 ſumptio, † nam præſumptio cadit ſuper re dubia, & incerta, & non ſuper certa; vt not. gl. *in l. vnica, in §. accedit, in verbo præſumatur. C. de rei vxo. acti.* Item, quia ſi præſumeretur dictum feudum vere fuiſſe antiquum, inſtrumentum inueſtituræ contineret in ſe repugnantiam, *contra. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iuris.* Secundo loco fuit facta alia noua inueſtitura poſt mortem Domini Galeoti, & Vincislai eius filii in perſona Domini Ioannis de Caſſate filij q. Domini Zaneli, qui dicitur fuiſſe de cognatione dicti Domini Galeoti; ſed non deſcendit à dicto Domino Galeoto, quia Dominos Galeotus mortuus eſt, & Dominus Vincislaus eius filius nullis relictis filiis maſculis; vt in inueſtitura facta in perſona Domini Ioannis dicitur. Ex quo ſequitur, quod dictum feudum in perſona Domini Ioannis fuit nouom, & non antiquom; cum ipſe non fuerit de deſcendentibus Domini Galeoti, aut Vincislai eius filij, vt dixi ſupra in principio: & propterea Dominus tunc Epiſcopus ſapienter inueſtituit eum de recto honorabili, & perpetuo feudo, & non dixit de antiquo, & antiquiſſimo, ſicut dicebatur in aliis inueſtituris: vnde nec de iure communi, nec ex forma inueſtituræ poteſt dici, quod feudum, de quo fuit inueſtitus Dominus Ioanoes, fuerit antiquum, ſed nouum tantum reſpectu ipſius. Tertio loco fuerunt factæ plures inueſtituræ in perſonis Domini Pauli, & Domini Scipionis filiorum dicti Domini Ioannis, vt in eis continetur. Quarto loco fuit facta inueſtitura de toto illo ſeudo, in perſona tamen dicti Domini Scipionis; quia Dominus Paulus fuerat promotus ad ordinem ſubdiacooatus, iuxta text. *cum ibi not. at. in cap. qui clericus, in titul. ſi de feudo fuerit controuerſ. cum ſimilibus*, in qua dicitur, quod confirmando, & renouando feudum prædictum, & inoeſtitutas feudales prædictas, inueſtituit Dominum Scipionem honorifice io feudum, & pro feudo recto antiquo, atque perpetuo, &c. per quæ verba apparet, quod intentio Domini Epiſcopi non fuit alterare naturam feodi, ſed ſolum velle ei coocedere, prout aliàs patri ſuo, & ſi-
14 bi conceſſum fuerat: † quia confirmatio *d* in du-
d bio videtur eſſe facta cum omnibus ſuis qualitatibus, quas habebat res coofirmata, *vt notat. Angel. in conſil. ſuo 11.* & ſimiliter renouatio ſeudi, intelligi-
15 tur eſſe facta cum omnibus ſuis qualitatibus: † quia iſta eſt natura renouationis, quæ eſt vt intelligatur eſſe facta cum ſua cauſa, & ſuis vitiis, ſecundum Bald. *in l. vnica, in penultim. colum. ante finem. ibi, & quia innouatio. C. quando non petentium partes, &c.* ſicut etiam dicit in nouatione, vt notat. Bart. *in l. ſi quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. & in prorogatione, vt not. Bartol. in l. 1. §. & poſt opera, ff. de noui operis nuntiatio. & Innoc. in cap. præterea, de appell. cum ſimilib.* Et ideo illa verba, pro feudo antiquo, poſita in inueſtitura facta in perſonam Domini Scipionis, debent intelligi ſecundum naturam, & qualitatem inueſtituræ factæ in perſona Domini Ioannis patris; videlicet, quod ſit antiquum reſpectu patris ſui primo inueſtiti; & non reſpectu Domini Alpinoli & Chriſtophori, qui ſunt de eadem agnatione, ſed non deſceoderunt ab eodem ſtipite, ſcilicet à dicto Domino Ioanne, quia iſtud non eſſet ſecundom naturam, & qualitatem inueſtituræ Domini Ioannis, per cap. primū de duobus fratribus de nouo beneficio inueſtiti, quia quātum ad dictos Dominos Alpinolum, & Chriſtophorum, debet eſſe nouum, per ea quæ ſæpius dicta ſunt ſupra, licet tamen improprie dicatur etiam antiquum reſpectu Domini
16 Ioannis, ſed potius paternum, † quia proprie paternum dicitur vſque ad quartum gradum, abinde vero ſupra, non dicitur paternum, ſed antiquum, *vt capit. primo, §. hoc quoque, & ibi, in fin. hoc eleganter notat. & declarat Baldus, in titulo de ſucceſſione feudi, & idem tenet ibi Iacob. de Alnarotis in vltimo notabili, & Bald. in authent. defuncto. Cod. ad Tertullianum. & habetur per Baldum in capit. primo, §. & quia vidermus, in tertia colum. verſic. vlterius not. at. quod feudum, in titul. qui feudum dare poſſunt.* Et ſic inueſtitura facta vltimo loco in perſona Domini Scipionis non eſt illa, quæ præſumptionem inducat dictum feudum eſſe nouum quo ad prædictos Dominos Alpinolum & Chriſtophorum, qui non deſcenderunt ab eodem ſtipite, per prædicta. Quinto, & vltimo loco fuit facta inueſtitura poſt mortem Domini Scipionis, in dictum Dominum Paulum eius fratrem ſobdiaconum, ſecundum formam inueſtituræ Domini Ioannis eius patris; Vnde conſiderando omnes inueſtitutas, nec de iure commmuni, nec ex formis inueſtiturarū dictum feudum præſumendum eſt antiquum, quo ad Dominos Alpinolum, & Chriſto-
17 phorum. † Nec obſtat tex. *in c. 1. ſi de feudo fuerit controuer. cum ibi not.* quia loquitur in caſu dubio, quando de origine feudi aliud non apparet, quam tempus, *ſecundum Bald. ibi.* Sed in caſu noſtro non ſumus in dubio, ſed in caſu certo, in quo apparet de origine dicti ſeudi quo ad illos de Caſſate, quia incepit in perſona D. Ioannis patrui dictorum Dominorum Alpinoli & Chriſtophori, & ſic quantū ad eos non eſt antiquum, ſed nouū, quia non deſcenderunt ab illo ſtipite, *per c. 1. de gradibus ſuccedendi in feudum, coniuncto. c. 1. circa ſi. in tit. qui teſtes ſint neceſſarij ad proban-
18 dum nouam inueſtituram, vt dixi ſupra in prin.* † Nam etiamſi centum annis fuerit poſſeſſum feudum ab vna linea collaterali, poteſt eſſe nouum quo ad aliam lineam: ſicut eſt in caſu noſtro; cum appareat habuiſſe originem in dicto D. Ioanne, qui eſt de linea collaterali reſpectu D. D. Alpinoli & Chriſtophori, vt de ſe patet. Et quod dictum ſeudum non præſumatur, neque ſit antiquum, qoo ad prædictos Dominos Alpinolum, & Chriſtophorum, ſed finitum, & ad Epiſcopum deuolutum, & non ad dictos fratres; patet ex formis inueſtiturarum factarum in perſona D. Ioannis, & D. Scipionis, qui fuerūt inueſtiti pro ſe, & filiis, & hæredibus, & ſucceſſoribus,
19 † quæ verba in materia feudorum intelliguntur

e de hætedibus ſanguinis *e* ex ſe deſcendentibus, *vt*
in ca. 1. de gradibus ſuccedendi in feudum, & cap. 1. de duo-
bus fratribus à capitaneo inueſtitis, & c. 1. §. & ſi clientulus,
de alenat. feud. ſecundum Bald. qui ita not. in cap. 1. §. &
quia videmus, in 3. col in prin. verſ. 3. not. quod Corradus in
tit. de his, qui feudum dare poſſunt. Nec obſtat ſecun-
dum, dum dixi ſupra, quod illa verba de feudo an-
tiquo, &c. poſita in inueſtitutis, faciunt præ-
ſumptionem, quod ſit feudum antiquum, & ſta-
tur verbis enuntiatiuis inter partes. Quia reſpon-
detur, quod imo in caſu noſtro hoc non præſu-
mitur, ex quo apparet veritas in contrarium, vt
ſupra dixi, & declaraui; Et ex prædictis concludo
quod circa primum dubium principale, quod di-
ctum feudũ non poteſt pręſumi vere antiquum eſſe
quo ad DD. Alpiuolum, & Chriſtophorum fratres,
& ſic vigore dictæ præſumptionis non debent, nec
20 poſſunt ad dictum feudum admitti. † Secundum
f dubium *f* principale eſt: poſito, quod dictum feu-
dum non præſumatur vere fuiſſe antiquum, an ſal-
tem habeat naturam feudi antiqui, ita quod in eo
dicti Domini Alpinolus & Chriſtophorus, agnati
Domini Scipionis & Pauli poſſint in dicto feudo
tanquam antiquo ſuccedere: & dubium facere vi-
detur id, quod not. Bald. *in cap. 1. circa fin. 1. colum. in*
tit. de alienatione feudi paterni, qui dicit, quod ſi Rex
concedit mihi Caſtrum nomine & iure antiqui
feudi poſſidendum, licet ſit nouum; tamen aſſumit
qualitatem feudi paterni, *argumentum l. quicunque,*
defectum. C. de omni agro deſerto, lib. 11. & ſic poterit
alienari in proximos agnatos quod dicit eſſe not. I-
tem ad idem poteſt adduci, quod not. Iacobus Ar-
tizoni de Broilo de Verona conterraneus meus in
ſua eleganti ſumma feudorum, in titulo nouum
non paternum, ſub rubicella prima, quem ſequitur
Iacobus de Aluarotis *in cap. 1. in penult. quaſt. titul. de*
vaſallo decrepita ætatis, qui dicunt, quod ſi detur feu-
dum nouum cum hac conditione: vt habeat natu-
ram antiqui: intelligetur antiquum, vel ſaltem
nouum, habens naturam antiqui, argumentum *l. ſi*
alienam, in fine, ff. de donatio. cau. mortis. & l. Senatus.
§. mortis. eod. titul. Item ad hoc poteſt adduci, quod
not. Bald. *in cap. 1. in ſeptima colum. verſic. demum quæ-*
ris gloſſ. de duabus quæſtionibus, in fin. titul. an agnatus,
vel filius repudi. hæred. patern. qui dicit notabiliter,
quod quando filius renuntiauit feudum in mani-
bus Domini, & poſtea inueſtitur, aut Dominus
inueſtiuit filium tanquam de nouo beneficio, &
præiudicat agnatis; & ſic vera opinio, de qua in
gloſſ. ibi. Idem ſi ſimpliciter, quia noua cauſa, no-
uum feudum facit: aut inueſtiuit tanquam de feu-
do veteri, & tunc ius agnatorum reſeruatum intel-
ligitur ex vi ſermonis, qui ſeruandus eſt, *vt C. de bo-*
21 *nis libertorum l. fin.* † *Item pro hoc facit quod notat Io-*
annes Andreas in addit. Specul. in titul. de feudis. §. 1. qui
dicit, quod ſi Dominus inueſtiat aliquem tanquam
de feudo antiquo, prout ſui anteceſſores fuerunt
inueſtiti, ſui anteceſſores præſumuntur inueſti-
g ti, *g* licet non appareat de inueſtitura, & idem vult
etiam Paulus de Caſtr. *in l. cum qui. §. Iulianus. ff. de*
conſtituta pecunia, facit ad hoc quod not. Gul. & Bartol.
& Paul. & alii in dicto. §. Iulianus, & quod not. per Do-
ctor. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & quod not. Bald.
in l. 1. C. de epiſcop. & cleric. cum ſimilibus. Sed his non
obſtantibus teneo, quod dictum feudum non ha-
beat naturam antiqui feudi, quo ad Dominum Al-
pinolum, & Chriſtopborum de Caſſate: quod plu-
22 ribus modis probari poteſt. Primo, † quia dicta
verba inueſtiturarũ non habent illud ſenſum, vide-
licet, quod Domini Epiſcopi voluerint per dictas
inueſtituras facere, quod feudum, quod erat no-
uum quo ad dictos fratres, efficeretur antiquum,
vel haberet naturam antiqui; ſed ſolum voluerunt
declarare feudum eſſe antiquum reſpectu illorum,
qui fuerũt inueſtiti, vt plene declaraui ſupra in pri-
mo dubio principali; Et quod hoc ſit verum, pa-
tet, quia quando fuit inueſtitus Dominus Ioannes
de Caſſate de feudo prædicto finito in perſonis Do-
mini Galeoti, & Vincislai eius filii, quia deceſſerit
Dominus Vincislaus ſine deſcendentibus; in in-
ueſtitura facta in perſona Domini Ioannis non di-
citur de feudo antiquo, quia in perſona ſua non
erat, nec Epiſcopus intendebat, quod in eius per-
ſona haberet naturam antiqui, ſed quando fue-
rant inueſtiti Dominus Scipio & Dominus Paulus
eius filii, antequam Dominus Paulus eſſet Subdia-
conus, ideo dicitur, de feudo antiquo, quia habuit
originem in perſona Domini Ioannis eorum pa-
tris, & ſic reſpectu illius lineæ eſt antiquum, non
autem reſpectu lineæ tranſuerſalis, in qua ſunt di-
cti Domini Alpinolus & Chriſtophorus, per ea
quæ notat Bald. *in capit. 1. ſi de feudo fuerit controuer-*
ſia, & in cap. 1. §. hoc quoque, in fin. primæ colum. in
titulo, de ſucceſſione feudi, vt plenius dixi in præce-
denti dubio principali. Et ideo quando Epiſco-
pus inueſtiuit, Dominum Paulum vltimo loco,
poſtquam erat Subdiaconus, poſt mortem Domi-
ni Scipionis eius fratris. Dixit in inueſtitura, quod
inueſtiebat eum de recto & honorabili feudo, ſic-
ut dicebatur in inueſtitura Domini Ioannis quaſi
23 patris ſui, non autem dixit de feudo antiquo. † &
ratio eſt ſecundum me, quia non poterat in feu-
do ſuccedere de iure iuxta notata *in cap. qui cleri-*
cus, in titulo, ſi de feudo fuerit controuerſia; & ita a-
lias in ſimili quæſtione conſului Mantuæ, decla-
rando pleniſſime, an clericus ſuccedat in feudum;
Vnde quia Dominus Epiſcopus reputabat eſſe feu-
dum nouum in perſonam Domini Pauli, non di-
xit in inueſtitura de feudo, ſicuti dictum fuit in in-
ueſtitura Domini Scipionis eius fratris. Concludo
itaque, quod verba inueſtiturarum non probant,
quod illud feudum aſſumat naturam antiqui feudi
quo ad Dominum Alpinolum & Chriſtophorum
fratres, qui ſunt de alia linea tranſuerſali, ita vt
poſſint ſuccedere tanquam in feudo antiquo quo
ad eos. Secundo idem poteſt probari videlicet,
quod illa verba nullo modo poſſunt intelligi, vt aſ-
ſumant naturã antiqui feudi quo ad prædictos fra-
tres, qui ſunt de alia linea trãſuerſali, quia ſi illa ver-
ba de antiquo feudo poſſunt intelligi in perſonis
inueſtitorum, non debent intelligi quo ad alios, qui
ſint perſonæ extrinſecæ, *argumentum l. ſi ſtipulatus §.*
Chryſogonus cum ibi notatur, ff. de verbor. obligationibus.
cum ſimilibus; facit quod not. Paulus de Caſtro. in con-

ſilio ſuo

filio ſuo 154. in fine. Tertio, quod illa verba de feudo
antiquo non videantur attribuere illi feudo natu-
ram antiqui, vbi aliàs non eſſet, ſicut contingit in
24 dictis duobus fratribus, probatur ſic. † Vbicun-
què ſubſiſtentia ſeu eſſentia certa facit negotium
licitum; qua deficiente negotium vel à iure impro-
batum eſt, vel viribus deficit: Ibi verborum cau-
tiones, ſeu enũtiationes in inſtrumẽtis habitæ ſub-
ſiſtentiam non docent, ſed magis ex talibus ver-
bis circumuentum iuris præſumitur *argumento l. qui
teſtamentum, ff. de probatio. & l. cum quis, §. Titia, ff. de
lega. ſecundo, & l. ſi forte, ff. de caſtrenſi peculio. vt dicit ele-
ganter Bald. in præludiis feudorum; in tertia diuiſione feu-
dorum, verſicul. circa hoc dubitatur, facit quod habe-
tur per Alber. de Roſato in leg. qui teſtamentum, in fin.*
25 † *Item pro hoc facit quod notat. Ioan. Andr. in rubric. de
rebus Eccleſ. non alienand.* vbi dicit, quod in prohibi-
tis certo modo permiſſis nunquam ſtatur verbo
aſſerentis caſum permiſſum, niſi quatenus probe-
tur veritas; *allegat dictam leg. qui teſtamentum & di-
ctum §. Titia, & dictam l. ſi forte. Item pro hoc facit quod
notat gloſſ. Bartol. & alij Doctores in l. ſi donat. Cod. de
collationibus.* Sed iſtud erat Epiſcopo prohibitum,
videlicet facere feudum antiquum quo ad aliquos
de alia linea tranſuerſali, vt dicam infra in ſequen-
ti ratione, ergo in dubio illa verba inueſtiturarum
de feudo non debent intelligi ſeu interpretari in
caſu illicito & prohibito; *facit l. merito, ff. pro ſocio, &
quod notat in l. ſi procurator, ff. de condictio. indebit. cum
ſimilibus.* Quarto & vltimo probatur, nam Epiſco-
pus non potuiſſet, etiamſi voluiſſet, expreſſe inue-
ſtire prædictos, ita quod illud feudum aſſumeret
naturam feudi antiqui, quo ad illos, quorum re-
26 ſpectu debebat eſſe nouum. † quia Epiſcopus
non poteſt alterare naturam feudi in damnum Ec-
cleſiæ, puta ſi eſt ſolitus dare vſque ad tertiam gene-
rationem, non poteſt vltra concedere, vel ſi eſt con-
ſuetus dare maſculis, non poteſt dare fœminis, vt
*cap. primo, §. fin. in titulo, de lege Corradi, in vſibus feu-
dorum, & ita tenet Bartol. in authentic. qui rem ad fin.
Codic. de Sacroſanct. Eccleſ. & Bald. in authentic. ſi quas
ruinas in fin. prima colum. verſicul. iuxta hoc quæro, eo-
dem titul.* licet deficere poteſt in vno, an ſcilicet vi-
tietur in totum vel in parte quod non examino,
quia non expedit, *& idem tenet Bald. in capitulo 1. §.
ſimiliter in titulo de lege Corradi, & Bald. idem vult in
capit. primo, in princip. in 4. colum. in verſicul. conſuetu-
do quæro, & in verſic. ſequent. ſed pone in titulo de his qui
feudum dar. poſſ. Et idem tenet Cardinal. Zabarell. in ca-
pit. ex parte extra de feudis, quem ſequitur ibi Ioan. de I-
mola in antepenultim. colum. verſicul. iuxta prædicta po-
27 teſt quæri*, & aſſignat rationem, † quia ſicut E-
piſcopus vel Prælatus non poteſt de nouo infeu-
dare illud, quod non erat ſolitum infeudari, vt di-
cto *capit. ex parte, & capit. primo, Epiſcopum vel Abba-
tem.* Ita non poteſt eius naturam alterare ſeu im-
28 mutare, † quia in illa alteratione dicitur de nouo
concedere, per notat. *in dicto capit. primo, Epiſcopum
vel Abbatem, & idem tenet Bal. in l. ſi pupillorum, in §. fin.
& per illum text. ibi, nec grauioribus, ff. de rebus eorum,* qui
29 dixit, † quod ſi res eſt conſueta concedi in tertiam
generationem, & nuper Eccleſia conceſſit in infini-
tum, certe iſta conceſſio non valet quia grauior ef-
fecta eſt conditio Eccleſiæ, & dicit Intellige, quod
non valeret in perpetuum, ſed valeret quatenus va-
lere poteſt, *ff. de vſuris, leg. placuit, & argument. leg. qui
tabernas. ff. de contrahend. emptione, & idem vult Ange-
lus in auth. de non alienandis, in §. emphyteuſim,* licet di-
cat quod tunc inueſtitura in nihilo valeat, & idem
vult Bald. *in l. etiam in princip. ff. ſoluto matrimon.* qui
30 dixit, † quod in re ſolita in emphyteuſim con-
cedi, non poteſt apponi durius pactum per Ec-
cleſiam, quia eſſet recedere à forma conſuetudi-
nis, & eſſet noua emphyteuſis, *leg. ius ciuile. ff. de iu-
ſtitia, & iure.* & ibi hoc tenet Paulus de Caſtr. & Do-
* ctor. communiter, * & licet loquantur in em-
phyteuſi: idem tamen in feudo dicendum eſt: quia
eſt eadem ratio *l. illud. ff. ad Aquil. & l. a Titio, ff. de ver-
borum obligation. cum ſimilibus, & idem ſentit Bald. in
capit. primo, in titul. quemadmodum feud. ad filiam per-
31 tineat;* vbi videtur velle, † quod alterari poſſit pro-
pter benemerita vaſalli, ſicut vult expreſſe Iacob.
de Bel. & Iacob. de Aluarot. *in capitul. 1. in princip. in
titul. de his, qui feudum dar. poſſ. & Cardinal. Zabarell. in
cap. ex parte, in 3. quæſt. extra de feudis.* Ergo à contra-
rio ſenſu volunt, quod vbi non eſſent benemeri-
ta, non poſſet Prælatus alterare naturam feudi. Et
idem vult Bald. in terminis quæſtionis noſtræ in
præludiis feudorum, in tertia diuiſione feudo-
rum, & idem vult expreſſe in terminis Iacob. de
Aluarot. *in capit. primo, in vltima quæſtio. in titul. de va-
ſallo decrepitæ ætatis,* vbi dicit, quod ſi Prælatus in-
ueſtit vnum, tanquam de feudo veteri, vel anti-
quo, non præſumitur antiquum, ſed potius cir-
cumuentio. *l. qui teſtamentum, ff. de probat.* Item,
quod in caſu noſtro non potuerit Dominus Epi-
ſcopus alterare inueſtituram, & facere, quod di-
catur antiquum quo ad aliam lineam tranſuerſa-
32 lem, probo per aliam rationem: † quia ſi dice-
remus, quod hoc potuiſſet facere, videretur po-
ſuiſſe duas contrarias naturas, ſiue ſubſtantias in
eodem ſubiecto, quod eſſet impoſſibile, quod pa-
tet, quia eſſet in caſu iſto, velle, quod iſtud feudum
eſſet antiquum, id eſt, à communi ſtipite profe-
ctum: & quod eſſet profectum non ab antiquo ſti-
pite, ſed ab ipſis ſtipulatoribus nouiter inueſtitis,
quod eſſet impoſſibile, ſicuti ſi darentur duo prin-
33 cipalia contraria formalia in eodem ſubiecto, † &
hoc eſt, quod dicitur de Deo, qui poteſt omnia,
& tamen nõ poteſt redintegrare virginem poſt rui-
nam, vt dicitur in text. & gloſſ. *in verſic. ſuſcitare, 32.
quæſtio. 5. capit. ſi Paulus, & leg. 1. in princip. de raptu vir-
ginum,* & ita conſuluit Oldra. licet non per iſtas ra-
tiones in conſilio ſuo, in ordine meo 373. aliàs ha-
betur 378. & iſtud ego teneo. Non obſtant alle-
gata ſupra in contrarium, quia ex prædictis po-
teſt colligi reſponſio, tamen vt res clarius pateat
34 in ſpecie reſpondebo. † Et primo non obſtat di-
ctum Baldi, in dicto *capit. primo, de beneficio feudi pa-
terni,* quia poteſt intelligi, quando conceſſio fit
in feudum per Regem illum, qui habet liberam
poteſtatem infeudandi, ſecus in Prælato Eccle-
ſiæ, vt Epiſcopo, qui non poſſet, etiamſi vellet, vt
dixi. Item poteſt intelligi; quando inueſtitura eſt

facta

facta de nouo vni, ita quod non poteſt eſſe niſi no-
uum, & ad hoc, vt illa verba tanquam de antiquo
feudo aliquid operentur, intelligi poſſunt, vt tunc
aſſumat naturam antiqui, *argum. c. ſi P.apa, de priuile-
gijs, lib. 6. & l. ſi quando, de legat. 1. & argumento eius, quod
not. Bald. in cap. 1. in 7. colum. in princip. in tit. an agnatus
vel filius.* Secus in caſu noſtro, quando Dominus
Scipio fuit inueſtitus, quia tunc in eius perſona
non erat nouum, ideo illa verba de antiquo feudo
poſſunt intelligi, & verificari in ipſo. Non obſtat
ſecundo, quod not. Iac. Artizoni de Broilo, & Iac.
de Aluar. *in cap. 1. in penult. quæſt. de vaſallo decrepitæ æ-
tatis:* quia loquitur in caſu claro, quando ſcilicet
fuit facta inueſtitura de nouo feudo, cum hac con-
ditione, vt habeat naturam antiqui, nos verò lo-
quimur, quando ſumos in dubio, quòd non præſu-
mitur, vt dixi. Item illa determinatio non habet
locum in Prælato Eccleſiæ, qui non poſſet hoc fa-
cere, *vt dixit ibi Iacob. de Aluar. in vlt. quæſt.* & ita eſt in
caſu noſtro, quia loquimur in Epiſcopo inueſtieo-
te. Nec obſtat, quod not. Bald. *in dicto cap. 1. in 7. co-
lum.* ibi an agnatus, vel filius, quia loquitur in feu-
do, quod prius fuerat antiquum, & renuntiauit, &
35 fuit inueſtitus tanquam de feudo veteri, † quia
res faciliter reuertitur ad ſui naturam, *l. ſi vnus. §. pa-
ctus ne peteret. ff. de pactis*, quod non eſt in caſu noſtro,
quia in perſona Domini Ioannis de Caſſate, patris
Domini Scipionis fuit nouum, vt ſupra declaraui,
ergo, &c. Nec obſtat, dum allegaui Ioan. Andr. *in
addit. Specul. in titul. de feudis, §. 1. & not. in l. admonen-
di, ff. de iureiurand.* quia loquitur, quando exprimi-
tur qualitas dicendo, prout tui anteceſſores inue-
ſtiti fuerunt. Præterea ibi loquitur, quò ad ſuos
maiores eius lineæ, in qua eſt inueſtitus, nos verò
quo ad alios de alia linea, quod ferè repugnantiam
contineret, vt ſupra declaraui. Vnde ex prædictis
concludo, quod dictum feudum non eſt, nec po-
teſt dici antiquum, nec habere naturam antiqui
feudi, quò ad dictum Dominum Alpinolum, &
36 Dominum Chriſtophorum de Caſſate. † Ter-
h tium principale dubium, *h* eſt, poſito, quod di-
ctum feudum non ſit antiquum, quò ad prædictos
Dominum Alpinolum, & Dominum Chriſtopho-
rum, fratres de Caſſate, nec habeat naturam anti-
qui feudi, quantum ad eos; an ſaltem Epiſcopus
teneatur eos inueſtire, ex eo, quia ſunt de agnatio-
ne dicti Domini Ioannis, & Domini Scipionis, &
Domini Pauli de Caſſate, *per text. cum gloſſ. in l. 1. §.
permittitur. ff. de aqua quotid. & æſtiua, & per id quod not.
ibi Bart.* qui volunt, quod mortuo vaſallo poteſt de
facili impetrare hæres maſculus, & debet ſibi con-
cedi feudum, & habetur per Bald. *in l. 1. in fin. ff. de
priuileg. cred. & in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbor. obligat.
& Doctor. in multis alijs locis.* Quia poteſt responde-
ri, quòd intelligendo gloſſ. Bartol. & Doctor. volu-
iſſe, quòd finito feudo teneatur Eccleſia alium de
agnatione & linea tranſuerſali inueſtire, eſſet con-
tra naturam feudi, & contra tenorem inueſtituræ,
quod non eſt dicendum *argum. c. 1. in fin. in tit. de duo-
37 bus fratribus à Capitaneo inueſtitis, cum ſimilibus.* † I-
tem, quia limitata diſpoſitio limitatum producit
effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domi.* Item, vide-
tur eſſe contra text. *in cap. 2. de feudis*, vbi eſt licitum
renouare, cui vult, & ibi hoc videtur tenere Anto.
de Butr. Item, quia ſi Epiſcopus vel Prælatus ſem-
per deberet agnatos inueſtire finito feudo in ali-
quo inueſtito, nunquam rediret quodammodo ad
Eccleſiam, quod non eſt dicendum, argum. not. *in
l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. & in l. antiquitus, C. de vſu-
fruct.* Item, facere differentiam, an hoc feudum ſit
antiquum vel nouum, eſſet ſuperfluum quodam-
modo, ex quo omnino etiam agnati lineæ tranſ-
uerſalis non deſcendentes à primo inueſtito debe-
rent inueſtiri, & eſſet contra omnia iura feudalia,
38 quæ diſponunt contrarium, † & illa iura eſſent
potius impoſita verbis quàm rebus, *contra l. 1. in fin.
C. communia de leg. & c. commiſſa, de electione, in 6.* quod
non eſt dicendum. Nec poteſt dici, quòd alii agna-
to, qui non eſt comprehenſus in inueſtitura, fiat ali-
qua iniuria, poſtquam eſt facta conuentio, quis de-
39 beat in feudo ſuccedere, † quia contractus ex con-
uentione legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depo-
ſiti.* Item, poteſt etiam dici ſecundum Raph. Ful-
goſium, *in conſil. 325. ſecundum ordinem meum*, quod
incipit: Nobiles quidam per ſe & ſucceſſores ſuos,
in vlt. colum. quod ille §. permittitur, non probat opi-
nionem Bart. quia loquitur in caſibus penitus di-
uerſis, videlicet de iure, quod conceſſum erat per-
ſonæ, propter rem principaliter ad ipſius rei vtili-
tatem; vnde quodammodo rei magis conceſſum,
quàm in perſonam; & hoc voluit ibi verſiculus
planè, ibi, nam ſi docuerit prædiis ſuis aquam de-
40 bitam. † In caſu autem noſtro feudum tantum
perſonæ fuerat conceſſum, & certo generi perſo-
narum, hoc eſt, pro ſe & filiis, &c. Ideo ad alias
perſonas neceſſariò non extenditur, *argum. l. ſi ita
ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. obligat. & l. cum præ-
tor, in princ. ff. de iudicijs, cum ſimilibus.* Sed ſi vellemus
tenere opinionem gloſſ. & Bartol. *in dict. §. permitti-
tur*, poſſet ſecundo modo reſponderi; nam debe-
ret intelligi non de omni hærede ſeu agnato vaſalli
41 inueſtiti, ſed de filio tantum; † quia ibi verbum,
hæres maſculus, in materia feudi intelligitur de de-
ſcendente ab inueſtito, vt eſt caſus *in c. 1. §. & ſic cli-
entulus, in tit. de alienatione feudi:* quia ſi intelligere-
tur de quocunque hærede, nunquam poſſet ad Ec-
cleſiam redire, quod eſſet contra *dictum c. ex parte, de
feudis, & contra not. in dicta l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell.
vt ſupra dixi.* Et ita reperio conſultum per Dn. Ra-
phaelem Fulgoſium in conſilio, quod incipit, Ti-
tius & anteceſſores ſui fuerunt inueſtiti, *in fin. cui
conſilio ſe ſubſcripſerunt D. Raph. Cumanus, D. Proſdoci-
mus de Comitibus, & D. Ioannes Franciſcus de Capitibus,
legiſtæ Iuris vtriuſq. Doctores Paduæ actu legentes.* Tertio
modo poſſet reſponderi, quod dictum gloſſ. & Bar-
tol. *in dicto §. permittitur*, poſſet procedere, quando
prælatus vellet alii in feudum concedere, quia po-
tius deberet offerre agnato, quàm extraneo pro eo-
dem iure, ſecus ſi vellet pro Eccleſia ſua retinere, vt
ſentit Anto. de Butr. *in c. 1. extra de locato*, dum loqui-
tur de emphyteuſi ante medium, ibi, & hoc etiam
videtur, ibi, ſequi Ioan. de Imola, *& in l. ſi mihi & Ti-
tio, ff. de verb. obligat. & Abb. Siculus in c. bonæ, de poſtulat.
prælat.* Et ideo, ſi D. Epiſcopus non vult alteri infeu-
dare,

date ſed pro menſa ſua retinere & incorporare in
bonis Eccleſiæ ſuæ, poteſt per prædicta. Et iſtud et-
iam eſt de mente D. Pauli de Caſt. in quodam ſuo
conſilio, quod incipit; In Chriſti nomine amen.
Punctus iſtius quæſtionis conſiſtit in videndo in fi.
Cui conſilio ſe ſubſcripſerunt Dominus Proſdoci-
mus de Comitibus D. Ioannes Franciſcus de Capi-
tibus legiſtę & D. Paulus de Doctis. Vnde ex omni-
bus prædictis concludo, quod Dominus Epiſcopus
Cremonenſis non cogitur inueſtire dictos D. Alpi-
nolum & Dominum Chriſtophorum de Caſſate,
ſed poteſt ipſum tanquam ad Eccleſiam ſuam de-
uolutum pro ipſa Eccleſia retinere. Supereſt aliud
i dubiū i principale, de quo præfatus D. Alexander
non conſuluit. An Reuerendiſſimus Dominus Ar-
chiepiſcopus Mediolanenſis, qui citare fecit Domi-
num Epiſcopum Cremonenſem ad inſtantiam di-
ctorum Alpinoli & Chriſtophori fratrum de Caſ-
ſate, vt compareat coram eo per legitimum reſpon-
42 ſalem; ſit Iudex competens in dicta cauſa. † Et pri-
mo videtur dicendum, quod ſic, quia quando quis
proponit contra Epiſcopum querelam, Archiepi-
ſcopus eſt Iudex *vt 11. q. 1. c. ſi clericus aduerſus, & hoc no.*
gl. 1. magna in fi. 9. q. 3. per ſingulas, qua dicit per c. ſi clericus.
quod de cauſa Epiſcopi per ſolam querelam poteſt
eſſe Iudex. Sed in dicta citatione apparet quod dicti
fratres portexerunt querelam contra dictum Do-
minum Epiſcopum; ergo videtur, quod Archie-
43 piſcopus debeat eſſe Iudex. † Item quia regula-
riter Epiſcopus debet conueniri ſub ſuo Archiepi-
ſcopo, vt probatur, *in auth. de Sanctiſ. Epiſ. in §. fin au-*
tem de clero, & in §. ſequenti, qui incipit pro omnibus
autem cauſis, *col. 9. & not. gloſſ. in verbo Pontificem, in l.*
2. ff. de in ius voc. & habetur per gloſſ. & Arch. in dict. cap. ſi
clericus aduerſus, & habetur in c. paſtoralis in princ. extra
44 *de offic. ordinarii.* † Secundo videtur, quod imo de-
beat conueniri coram paribus curiæ, quia quando
quis dicit ſe eſſe vaſallum, & Dominos negat, ſicut
videtur eſſe in caſu noſtro, quia Dominus Epiſco-
pus prætendit feudum ad ſe deuolutum, & dicti fra-
tres prætendunt ſe eſſe vaſallos, & agunt contra E-
piſcopum; ergo pares curiæ debent eſſe iudices, at-
tenta aſſertione dictorum fratrum agentium, quia
ſecundum aſſertionem agentium reputantur vaſal-
li quantum ad hoc, vt cauſa prædicta coram paribus
curiæ debeat terminari, vt eſt caſus, *in cap. 1. in tit. de*
cōtrouerſia inter vaſallum, & Epiſcopum, & ibi hoc elegan-
ter not. Bal. & Iac. de Aluatoris, & idem vult Bald. in ca.
1. §. pen. in 3. colum. verſic. pone, quidam ſe vaſallum dicit,
45 *in titul. de prohibita feudi alienatione per Fed.* † quia vt
dixi, quo ad iuriſdictionem debet inſpici forma pe-
titionis, non qualitas defenſionis merita cauſæ
tangentis, *vt l. cum quadam puella §. fin. ff. de iuriſdict.*
omn. iud. cum ſimilibus, & hanc etiam rationem aſſi-
gnat Bald. *in dicto §. penul. in 2. colum. in princip. verſic.*
46 *quæro ſi extraneus agat*; † Tertio videtur, quod imo
pares curiæ non poſſint eſſe Iudices, ſed debeat or-
dinarius Iudex cognoſcere, quia ſecundum for-
mam dictæ citationis, videtur in dicta querela per
dictos fratres intentata, non agi de poſſeſſione vel
proprietate rei feudalis, ſed ſimplici poſſeſſorio, ſi-
ne mentione feudi, *per c. ex parte 6. extra de foro compe-*
tenti, & ita tenet Bald. in d. c. 1. §. pen. in fi. 1. col. verſ. quæ-
ro ſi de poſſeſſione feudi, & idem vult in c. 1. in §. ſi inter pa-
res in 1. col. in tit. de lege Corradi. & Iaco. de Alua. in c. 1. a-
pud quem vel quos quæſtio feudi debeat terminari, & Ca-
noniſtæ in c. cæterum extra de iudiciis, & in d. c. ex parte; &
eſt ratio, quia ſi ageretur cōdictione ex legibus feu-
dorum, poſſent pares curiæ eſſe Iudices; ſed ſi actio
nō tangit naturam feudi, debet agi corā ordinario;
47 † & hoc ideo, quia non habent pares curiæ iuriſdi-
ctionem, niſi in quantum lex feudorum concedit,
& in quantum agatur ex illa lege iuriſdictionem
concedente, vt not. Ant. de But. *in cap. cæterum, in*
48 *fin. 2. col. de iudiciis.* † Et ideo ſubdit ibi ſingulariter
quod ad hoc, vt concludatur pares curiæ habere iu-
riſdictionem in caſibus ſuis oportet, quod in libel-
lo talia narrentur, ex quibus pateat quæſtionem eſ-
ſe feudalē: quia vbi ratione certæ qualitatis iuriſdi-
ctio Iudici imprimitur, oportet, quod illa in libel-
lo allegetur, & ſic ex deductis in libello menſuran-
tur metæ iuriſdictionis; & idem in effectu vult ibi,
in 3. col. verſ. Item habes, quod vbi, &c. ſed in dicta que-
rela ſecundum formam citationis prædicta nō nar-
rantur; ergo pares curiæ non poſſunt eſſe iudices.
Item, quod ſit Iudex ordinarius poteſt probari,
49 † quia dicti fratres videntur intentaſſe interdi-
ctum vti poſſidetis, quod poteſt etiam competere
contra diffamantem ſuper poſſeſſione alicuius: vt
habetur per Bartol. plene, *in l. 1. §. huius autem in-*
terdicti, verſic. quæro vtrum contra diffamatorem. ff. vti
poſſid. & per Petrum de Anch in cap. cum venerabilis ex-
50 *tra de relig. domibus* † in quo interdicto vti poſſi-
detis actor ſequitur forum rei. *l. 2. C. de iuriſd. omn.*
iud. & c. ſi clericus laicum, de foro competenti, qui Iudex
ordinarius eſt Archiepiſcopus contra Epiſcopum
conuentum illo interdicto vti poſſidetis, per ea,
quæ dixi ſupra in principio huius dubii. Quarto
videtur quod nō ſit Archiepiſcopus Iudex ordina-
rius, nec pares curiæ, ſed debeat eſſe Iudex ordina-
rius coram quo ſortirentur forum dicti fratres con-
uenti; quia ſi bene inſpiciatur forma dictæ citatio-
nis, in qua videtur inſerta querela dictorum fra-
trum, non videtur intentatum interdictum vti poſ-
ſidetis; & non videtur eſſe actū ſimplici poſſeſſorio:
tum quia non potuerunt; tū etiam quia noluerunt;
51 quod non potuerint, patet † quia contra diffa-
mantem non habet locum interdictum vti poſſi-
detis; quando per diffamationem non impeditur
poſſeſſio agentis, quia tunc non turbor, & ita de-
bet intelligi Innoc. *cap. 2. circa medium gloſſ. magna,*
extra de in integr. reſtitut. qui voluit, quod contra dif-
famantem non datur illud interdictum, ſed quan-
do per diffamationem impediretur poſſeſſio eo-
rum, puta, quia per illa verba non reperirent labo-
ratores vel colonos, tunc bene cōpeteret illud in-
terdictum, quia tunc videretur facere vim diffa-
mando, vt probatur *in l. vim facit*, ibi, ſiue faciendo
propter quod, &c. *ff. de vi & vi ar.* quia propter hoc
impedirentur colligere fructus, & ſic viderētur tur-
bari in ſua poſſeſſione. vt eleganter not. Bart. *in l. 3.*
in §. huius autem interdicti eod. tit. quem ſequitur Petr. de
Anch. in d. c. cum venerabilis in fi. de religioſis domib. Cum
ergo in caſu noſtro non appareat ex citatione, quod
aliquid

aliquid dicatur de feudo;non poſſunt eſſe pares curiæ, vt dixi. Et cum non appareat illa qualitas inſerta in querela, quod turbentur, quia nou poſſunt reperire laboratores, vel eolonos, videtur quod non ſit intentatum illud interdictum vti poſſidetis, per ea quæ dixi ſupra in verſic. tertio. Videtur ergo intentatum remedium ſeu condictio, *l.diffamari, Cod. de ingenuis manumiſſis*, ex quo dicunt ſe eſſe in poſſeſſione; & vociferatione dicunt ſe turbari, & concluduut, quod Domino Epiſcopo imponatur ſuper huiuſmodi vociferationibus perpetuum ſilentium, & quod condẽnentur à ceſſando, & perturbando & moleſtando & inquietando ipſos fratres de & ſuper bonis prædictis iuxta notat. per Bald. *in l.diffamari, C. de ingenuis manumiſſ. & in l.fin.C. vt li-*
52 *te penden. cum ſimilibus.* † Quæ condictio. *l.diffamari*, poteſt intentari per illum, qui eſt in poſſeſſione; ſicuti dicuut dicti fratris eſſe in poſſeſſione, & ſic reo competit: vt notat. Bald. & Salic. *in l.ſi pater. Cod. qui bonis cedere pot. & Bald. in authen. ſi quis ab aliquo in 2. colum. verſic. ſed hic dubitatur C. de teſtibus.* Et ideo intentans condictionem dictæ *l.diffamari*, *dicitur* o-
53 riginaliter reus. † Et ille qui dicitur diffamare di-
k citur vere actor; *k* quia diffamare eſt ad iudicium prouocare, per quam diffamationem iam poſſidens dicitur vocatus ad cauſam; vt dicit Bald. *in dicta l.diffamari circa fin.* vnde propter hoc coucludendum eſt, quod ſi agatur condictione, *dicta l. diffama-*
l *ri*; ille debet eſſe Iudex *l* huius diffamationis; qui eſſet, ſi per diffamantem poſſeſſor conueniretur,
54 † quia attenditur origo naturalis, vt notabiliter concludit Anton. de Butr. *in capit. ſi clericus laicum circa finem, extra de foro competenti*, qui loquitur in caſu, *dicta l.diffamari.* Et idem vult Abba. Siculus, *in cap. ſi quis contra clericum in primo notabili de foro. com-*
55 *pet.* † Sicut dicitur in ſimili de eo, qui poſſidet & vult petere examinari teſtes ad perpetaum rei memoriam, quia ille debet eſſe Iudex, qui eſſet ſi ipſe conueniretur vt tenet Anton. de Butr. *in dicto cap. ſi clericus laicum, in fin. Et Bartol. in l.ſi ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, & in l. cum his §. tranſactiones ff. de tranſact. & Feder. de Senis in conſil. 232. & Franc. Zabarell. in cap. Albericus de teſtibus, & ibi per Doctor.* Et ideo condictio, *ex dicta l.diffamari*; debet iutentari per illos fratres, coram illo Iudice, coram quo Epiſcopus deberet agere contra eos poſſeſſores; ſed iſte
56 eſſe regulariter Iudex ordinarius, † quia actor etiam clericus vel Epiſcopus ſequitur forum rei, *l. 2. Cod. de iuriſdict. omn. iudic. & cap. cum ſit generale & cap. ſi clericus laicum, extra de foro competenti.* Sed vt tollantur iſtæ dubitationes oportet intelligere, quæ actio competat, & videatur intentata per dictos fratres vere, ad hoc vt intelligi poſſit, quis debeat eſſe iudex competens in hac cauſa, aliter enim non
57 poſſet recte intelligi. † Sicuti non poteſt intelligi natura contractus, niſi cognoſcatur nomen actionis vt dicit Bald. *in l.fin. in princip. ff. de condict. ob*
58 *cauſam.* † Et puto caute agi pro parte D. Epiſcopi, ſi petatur copia dictæ querelæ productæ coram Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo, proteſtando tamen, quod nõ intendit conſentire in eum tãquam in iudicẽ competentem, niſi catenus, quatenus eſſet de iure competens, iuxta doctrinam Innoc. *in cap. cumana, in fin. in additione, extra de electione*, quæ eſt communis practica. Et intelligere ſi aſſerunt ſe eſſe vaſallos, & quam actionem intentant, licet ſine proteſtatione, nou viderentur etiam in iudicem conſentire, *vt l. non videtur in iudicem conſenſiſſe. ff. de iudiciis.* Et ſi in querela fiat mentio, quod ſunt vaſalli dicti feudi, vel hoc declarent; pares curiæ erunt Iudices, per ea quæ dicta ſunt ſupra, in princ. Si vero nihil dicunt, vel dicere volunt de feudo, ſed dicunt, quod turbantur, quia non poſſunt inuenire laboratores, vel colonos propter diffamationem, quam facit Epiſcopus, & tunc videbitur intẽtatum interdictum vti poſſidetis, & Archiepiſcopus erit iudex; & ita loqui poſſunt iura ſupra in princ. huius dubij allegata. Si vero nihil dicunt de feudo, nec de modo turbationis, ſed ſolum, vt in citatione dicitur, & tunc videbitur intentata condictio. *l.diffamari*, & erit iudex ordinarius in hac cauſa iudex, qui eſſet, ſi Dominus Epiſcopus ageret contra dictos fratres, ſuper dictis bonis, de quibus eſt quæſtio.

Annotationes.

a Alex. de Imola] *In hac eadem cauſa conſuluit Alexan. in conſ. 10. vol. 3. & in ſimili conſuluit idem D. Bartholomæus Capolla in conſ. 31. li. 1. conſiliorum, ciuilium iam editorum.*

b Potius antiquum quam nouum] *Ad hoc vide Decium in conſ. 252. nu. 6. conſ. 269. nu. 5. & conſ. 445. nu. 5. Iaſ. in conſ. 114. nu. 2. lib. 1. Curt. Iun. in tract. de feu. parte 6. quæſtione 8. n. 19. qui ex ſententia Alex. in d. conſ. 1. n. 2. lib. 3. dicit hoc ita demum verum eſſe, niſi Dominus in feudi poſſeſſione reperiatur, quod late comprobant Moderni Pariſ. ſuper conſuet. Pariſ. §. 5. nu. 107. & Tiraq. de vtroq. retract. §. 32. gl. vnica nu. 91. qui plures alios congerit, Bello. in conſ. 33. nu. 1. Cephal. in conſ. 272. nu. 29. & 131. & quomodo id intelligatur docet idem Cephal. in in conſ. 608. nu. 37. & 38. & omnium latiſſime pertractat D. Menoch. in ſuo nouiſſimo tractatu de præſumptio. lib. 3. præſumpt. 93. nu. 1. & ſeq.*

c De nouo infeudare] *Adde quæ ad hoc tradit Cephal. in conſ. 657. nu. 32.*

d Quia confirmatio] *Plura de confirmatione & renouatione tradit Dec. in c. vlt. col. 1. de conſ. vtili vel inutili: & pulchra in materia feudali poſt alios Moderni Pariſ. in conſuet. Pariſ. in d. §. 5. nu. 87. & 88.*

e De hæredibus ſanguinis] *De iſta clauſula tradit Affl. in c. 1. nu. 126. de ſucceſſione feudi, Gozad. in conſil. 8. in prin. & an tunc neceſſe ſit vt hi filij & deſcendentes ſint hæredes, vide relatos à Grauet. in conſ. 131. n. 7. Cur. Iun. conſ. 138. nu. 15. Soc. Iun. conſ. 112. nu. 10. lib. 2. & Cephal. conſ. 224. nu. 51. & conſ. 658. n. 18. & Illuſtriſſimus Cardinalis Albanus in conſ. 3. nu. 9. & 12.*

f Secundum dubium] *In hac quæſtione, quæ eſt de iuris apicibus cum auctore noſtro videlicet, quod feudum nouum conceſſum iure antiqui feudi, antiqui naturam non aſſumat, tenuere plures relati à Tiraq. de vtroq. retractu §. 32. gl. vnica nu. 37. quos ipſe ſequitur: Et hanc opinionem communem * eſſe dixit Iaſ. in conſ. 152. n. 1. vol. 2.*

Sed contraria opinio eſt crebriori calculo recepta ſecundum quam iudicari ſolet, vt multi aſſerunt, quos cumulat

Clar.

Clar. in §. feudum, quaſt.8. verſ.ſed hic occurrit. Tiraq. loco præalleg.num.41. Cephal.in conſ.173.nu.8. & conſ. 241.num.80.

g Præſumuntur inueſtiti] *Adde Iaſ. in l.pen. C. de inſtit. & ſubſtit.nu.6.Ruin.conſ.31.nu.5. & latim in conſ.vlt. lib.1.tradunt Moderni Pariſienſ.in conſuetud.Pariſ.§.5. num.84.*

h Tertium principale dubium] *De hoc artic. vide notabiliter Decium in conſil.131.per totum, Ruin. in conſ.12. num.21. & conſ.131. colum.penult. vol.1. latè Curt.iun. in tractat.de feud.in 2.part.quaſt.15.Pariſ.conſil.20.nu. 29.& 40. lib. 1. qui plures alios allegat, & Cephal. conſ. 197.num.19.*

i Supereſt aliud dubium] *De hac quaſtione, quinam debeat eſſe iudex inter dominum & vaſallum, tradit latè Zaſius in tracta.de feud.in 11.part. num.5.cum ſeq. pulchrè Franciſcus Sosbekius ad vſus feudorum, in 13.part. per totum.*

k Dicitur verè actor] *Hoc idem tradit Dec. in c.in præſentia, in 4. not. de probat. & conſil.43. num.1. Pariſ.alios allegans in conſil.81. in fin.vol.4. Cephal. conſil.381. nu. 19.& materiam l.diffamari,latè explicat Antonius Gabriel.commun.concluſ.lib.2.tit.de actionib.concluſ.6.& pulchrè Franciſcus Sarmientus ſelectarum interpret. lib. 1.c.2.& Didac.variarum reſolut.lib.1.cap.18.*

l Ille debet eſſe iudex] *De hoc tradit egregiè Didacus variarum reſolut. lib.1.cap.18.num.4. & Gomeſ.in §.præiudiciales, num.7.in fin.Inſtit.de actio.*

CONSIL. XXV.

ARGVMENTVM.

An locatio facta vno nummo valeat, & : An per inſtrumenta de nouo reperta ſententia arbitralis retractetur.

SVMMARIA.

1 *Inueſtitura locationis perpetualis de decima, an vno nummo facta valuerit, & num.4.*

2 *In alienatione rerum Eccleſiaſticarum an tractatus interuenire debeat, & quando, num.6.*

3 *Decimarum alienatio abſque Epiſcopi conſenſu eſt prohibita.*

4 *Locatio, emphyteuſis, vel venditio facta vno nummo non valet, quando res eſt digna maiori pretio.*

5 *Locatio facta vno nummo valet, quando tempore inueſtituræ aliquid datur.*

7 *Poſt longiſſimum tempus omnia ſolenniter acta præſumuntur.*

Inſtrumentum emphyteuſis licet non appareat, tamen per longam ſolutionem canonis omnia ſolenniter acta iudicantur.

8 *In factis antiquis, de quibus teſtes haberi non poſſunt, teſtimonium de auditu cum fama ſufficit.*

9 *Fama ſola in factis antiquis valet.*

10 *Sententia arbitralis an per inſtrumenta de nouo reperta retractetur per reſtitutionem in integrum, & num.14.*

11 *Sententia arbitralis tranſactionis vim habet.*

12 *Tranſactio per inſtrumenta de nouo reperta non reſcinditur, & num.16.*

13 *Sententia vt per inſtrumenta de nouo reperta retractetur, ſpeciale eſt in cauſa fiſci, Eccleſiæ, & pupilli, & quomodo, num.17.*

15 *Intellectus l.ſub ſpecie, C.de re iudicat.& l.Imperatores,ff. eod.tit.*

16 *Intellectus l.ſub prætextu, C.de tranſact.*

18 *Eccleſia eſt iuſtitiæ cultrix & auctrix, nec iniuſtitiam fieri patitur, licet laicus ſæpe obuiet ei & iuſtitiæ.*

19 *Eccleſia non debet eſſe de præda ſolicita, nec cum alterius iactura locupletari.*

20 *Reſtitutio in integrum propter inſtrumenta de nouo reperta contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, infra quantum tempus peti poſſit.*

21 *Ius omne quadraginta annorum ſpatio tollitur.*

22 *Reſtitutio in integrum infra quadriennium peti debet, & poſt longi vel longiſſimi temporis præſcriptionem peti non poteſt.*

23 *Contra ignorantes non currit præſcriptio.*

24 *Reſtitutio in integrum infra quadriennium à die ſcientiæ peti debet.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Circa primum dubium, an inueſtitura & permuta-
1 tio prædicta valuerit. † Prima facie videtur dicendum, quòd dicta inueſtitura locationis perpetualis facta de decima pro vno nummo non valuerit: Imo potius videtur eſſe facta in fraudem, per text. *in cap. 1. §. donare, in tit. qualiter olim feud. pot. alien. & l.ſi quis ante, in fin. ff.de acquir.poſſeſſ. & l. ſi quis conduxerit vno nummo. ff.locati,*
2 *cum ſimilibus.* † Item videtur ſimiliter, quod dicta permutatio non valuerit, ex quo non interuenerunt tractatus, iuxta not. *in cap. 1. de rebus Eccleſ.non alien.& per Bald.& Doctor.in auth.hoc ius porrectum. C.de ſacroſ.Eccleſ.* Ac etiam, quia non interuenit auctoritas ſuperioris, videlicet Epiſcopi, vt not. *in dictis iuribus*; aliàs enim videtur eſſe prohibita permutatio, & omnis alia alienatio, vt probatur *in cap. nulli, extra de rebus Eccleſ.non alien.& in cap.1. & 2. eod.tit.lib.*
3 *6.* † & maximè eſt prohibita ſuper decimis ſine conſenſu Epiſcopi, vt eſt text. *in cap.ſtatuimus, extra de tranſact.& in cap.ſuper eo, eod tit. & in cap.ad quaſtiones, extra de rerum permutat. & in cap.prohibemus,de de-*
4 *cim. cum ſimilib.* † Sed his non obſtantibus, ego teneo contrarium, videlicet quod dicta locatio, vel inueſtitura locationis perpetualis & permutatio valuerint. Nam licet regulariter locatio, & emphyteuſis, vel venditio non valeat vno nummo,
a *a* quando res eſt digna maiori pretio, vt not. in dictis iuribus, & per Bald. *in rubr. C.de iur.emphyt. & in l.vſufructu.in 4.colum.ff.ſolut. matrim. & habetur in authent. de non alienan. §.quia verò, & ibi per Angel.colum.*
5 *2.* † Tamen, quando aliquid datur tempore inueſtituræ ipſi prælato, pro ipſa facienda valet, vt not. Angel. *in dicto §. quia verò*, qui dicit, quod ita ſolet obſeruari. Sed ita fuit in caſu noſtro, quia ille prælatus, qui ſolebat ſoluere decimam nouem ſuarum petiarum terrarum in campo, ſicut fieri conſueuit, conduxit iure perpetuali dictam decimam ab Eccleſia pro vno nummo, & quia Eccleſia fuiſſet læſa pro illo ſolo nummo, dedit loco permutationis

illius penſionis, debitæ vltra vnum denarium tres
fictus liuellario certæ quantitatis frumenti, quo ca-
ſu valet, & maxime quando fuiſſet illius Eccleſiæ vel
loci conſuetudo, vt not. Ang. *in dicto §. quia vero.* Et
ſic inſpecta illa permutatione, locatio perpetualis
poteſt eſſe digna mercede. Et ſi dicatur imo hodie
ex decima poſſeſſionum locata plus perciperetur,
quam ex dictis fictis & penſione vnius denarii. Re-
ſpondetur non debere inſpici tempus præſens, quo
poſſeſſiones ſub toto inclyto Ducali Dominio Ve-
netiarum plus valent & plus reddunt quam tempo-
re antiquo, & maxime dictæ nouem poſſeſſiones
de quibus decima ſoluitur vt mihi aſſeritur in facto.
Et ideo iura ſuperius allegata de locatione vnius
nummi, procedunt, vbi nihil aliud traditum fue-
rit, quia diceretur fieri in fraudem & damnum Ec-
cleſiæ, *vt dict. cap. 1. §. donare, in tit. qualiter olim feud. po. aliе cum ſimilibus.* Sed quando fuit aliquid tradi-
tum vltra in recompenſationē, diminutionis pen-
ſionis: bene valet per prædicta, & ita ſoleo notare,
in l. non ideo minus. C. de hæred. inſtit. & in dicta l. ſi quis
6 *antea in fi. ff. de acquir. poſſeſſ.* † Et ſimiliter dico per-
mutationem illam valuiſſe ſimul cum dicta inueſti-
tura, nec poteſt opponi, quod tractatus non inter-
uenerint, quia illi tractatus requiruntur, vt præce-
cedant in alienatione rerum Eccleſiarum Cathe-
dralium, non autem Eccleſiarum inferiorum, vt
* notat Paul. & communiter * Doct. *in cap. 1. de reb. Eccl. non alienan, in 6.* & ita etiam reperio fuiſſe con-
ſultum per Dominum Antonium de Roſellis &
Iac. de Aluarottis, & Ioan. de prato, & ita fuiſſe in ſi-
7 mili caſu Veronæ iudicatum. † Præterea poteſt
& aliter reſponderi ad illud, quod dixi, quod requi-
rebatur auctoritas ſiue conſenſus Epiſcopi, qui
non videtur interueniſſe, ex quo inſtrumentum de
hoc non facit mentionem quia cum inſtrumen-
tum ſit factum de anno 1252. & ſic iam ducentis &
decem & nouem annis, & ita tranſactum longiſſi-
mum tempus, quod præſumendum eſt omnia ſo-
lemniter fuiſſe acta. Et pro hoc allego, quod not.
Spec. *in titu. de locato. §. nunc aliqua. verſic. 152.* vbi ſi
longo tempore ſolui canonem, licet non appareat
Inſtrumentum emphyteuſis, tamen longa præſta-
tio indicat coniecturam, vt omnia ſolemniter acta,
eſſe videantur, *l. cum de in rem verſo, cum ibi, not. ff. de vſuris. & per not. in l. ſi certis annis. C. de pactis. & idem tenet Gul. de Cuneo, in l. male agitur, C. de præſcript. triginta annorum. & Angelus in l. qui aliena, in §. 1. ff. de acq. hære.* Et idem vult Ant. de Burt. in re Eccleſia-
ſtica, vt omnia præſumantur ſolemniter acta ex an-
tiquitate temporis, *in cap. ea noſcitur. ad fin. extra, de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli.* Et pro hoc
etiam faciunt ea quæ habentur *in l. ſi filius, C. de pet. hæred. & in l. 1. C. qui admitti ad bon. poſſ. po.* Et maxi-
me iſtud eſt verum, cum mihi aſſeratur in facto,
quod fama eſt dictum inſtrumentū fuiſſe ob ſerua-
tum per longiſſima tempora donec fuit deperdi-
8 tum, † quia in factis antiquis, de quibus teſtes
haberi non poſſunt ſufficit teſtimonium de auditu
cum fama vt not. Ioan. Andr. *in c. licet ex quadam circa princip. in verbo propter breuem, extra, de teſtibus.*
9 † Et quia ſola fama in factis multum antiquis valet
vt not. per gloſſ. Bald. & Salic. *in l. proprietatis C. de probat. & per Ang. Raph. & alios in l. at qui natura, §. cum me abſente, ff. de neg. geſt. facit quod not. Bald. in l. conuenticulam, C de Epiſc. & cler. & in auth. quas actiones in vltima colum. C. de Sacroſ. Eccle. & in l. indicia C. de rei vend. & quod not. in cap. fin. extra de ſucceſ. ab inteſta. & quod not. Abb. Siculus in cap. inter dilectos, in 7. colum. ex-*
10 *tra de fide inſtr.* † Circa ſecundum dubium princi-
pale, an propter inſtrumentum de nouo repertum
poſſit dari reſtitutio in integrum aduerſus ſenten-
tiam arbitralem latam inter partes, & aduerſus
præſcriptionem decurſam, & ipſa reſtitutione fa-
cta poſſint hæredes P. abſolui a præſtatione deci-
mæ ſoluendo vnum denarium. Et prima facie vi-
detur dicendum, quod non poſſit audiri propter
inſtrumenta de nouo reperta, ad hoc vt poſſit ve-
nire contra ſententiam, quia ſub ſpecie inſtrumen-
torum de nouo repertorum non debet ſententia
reſcindi *l. ſub ſpecie, C. de re ind.* Sed ſententia fuit la-
ta contra hæredes P. iam ſunt decem anni; ergo, &c.
11 † Secundo ſententia fuit lata arbitramentalis quæ
habet vim tranſactionis, vt eſt gloſſ. in authen. vt
differentes Iudices, *in §. ſi vero contigerit col. 9. & not. in l. 1. ff. de tranſact. & in l. ſi ex conſenſu. C. de epiſcopali*
12 *aud.* † Sed tranſactio non reſcinditur propter in-
ſtrumenta de nouo reperta, *vt l. ſub prætextu, C. de*
13 *tranſact.* † Tertio probatur ſic, ſpeciale eſt in cauſa
fiſcali ſeu reipublicæ & eccleſiæ & pupilli, *vt l. Imperatores cum gl. ff. de reind. & not gl. in l. 1. C. de ſentent. aduerſus fiſcum latis lib. 10.* ergo in priuatis in contra-
rium debet eſſe ius commune, *l. ius ſingulare, & l.*
14 *quod vero contra, ff. de legib. cum ſimilib.* † Sed his non
obſtantibus contrarium eſt verius, nam propter in-
b ſtrumenta de nouo reperta *b* etiam ſententia & ar-
bitramentum poteſt reſcindi non ratione dolo pe-
tentis, vel falſæ cauſæ, in qua ſit fundata ſententia
vt voluit *Cyn. in l. 1. C. de cond. indeb.* quia iſtæ viæ non
poſſent procedere per prædicta, ſed ratione iuſti
impedimenti, quia de iure ſuo probare non potue-
rit, & ſic ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cau-
ſa eſſe videbitur, *l. 1. in fin. ff. ex quib. cauſ. maio.* Et
hoc poteſt eſſe altero de tribus modis. Vel quia
ignorauit permutationem & inueſtituram fuiſſe
factam. Vel quia ignorauit vbi eſſet inſtrumentum
inueſtituræ, & permutationis. Vel ſi ſciuit vtrun-
que, impeditus fuit producere inſtrumentum. Vel
habere non potuit, vt not. Inno. *in c. vltra tertiam in gloſſ. in ver. nequiuerit, de teſtibus, quem ſequitur Bart. in l. 1. C. de ſententiis aduerſus fiſcum latis lib. 10. & Paul. de Caſtr. in l. admonendi in verſ. 3. & vltimo opponitur, ff. de iur. iuran. & in l. ſub ſpecie. C. de re ind. & in conſ. ſuo 323.*
quod incipit, In Chriſti nomine amen, In cauſa
c quæ vertitur Parmæ. *c* Sed in caſu noſtro illa duo
vltima interuenerunt, quia hæredes P. neſciuerunt
vbi eſſet dictum inſtrumentum, neque ipſum ha-
bere vel producere potuerunt; ergo, &c. Et hanc
opinionem tenet etiam Ang. & Ioan. de Imola, *in dicta. l. Imperatores, ff. de re iud.* qui dicunt, quod etiam
priuatus non potuit vti inſtrumentis de nouo re-
pertis: adiuuatur etiam contra ſententiam latam &
Ang. allegat Innoc in dicto cap. vltra tertiam &
Bar. *in l. ſi ex falſis. C. de tranſact.* ſed reuera ſecundum
Ioan.

Ioan. de Imola, in d. l. Imperatores, Bart. nihil de hoc
dicit in dict. l. ſi ex falſis & idem vult Paul. de Caſtr. in d.
15 l. Imperatores. † Nec obſtat lex ſub ſpecie. C. de re ind.
& l. Imperatores ff. de re ind. vbi ſimpliciter & indiſtin-
ctè dicitur, ſeutentiam non reſcindi, propter in-
ſtrumenta de nouo reperta, quia illa iura debent
intelligi ipſo iure, ſed per beneficium reſtitutionis
in integrum ex iuſta cauſa impedimenti bene po-
teſt ſuccurri, nec illa iura hoc negant. Sicut dicitur
in ſimili, per gloſſ. in l. 1. in gl. magna. C. ſi de momenta-
nea poſſeßione fuerit appellat. & per gl. in l. ſi ſic, & in l. ſi
patrem §. fi. ff. quemadmod. ſeruit. a. & hoc tenet etiã Paul.
16 de Caſtr. in dicto ſuo conſi. 323. † Et ſimiliter reſpon-
detur ad id, quod dictum eſt de tranſactione, vt non
reſcindatur ipſo iure, ſed per reſtitutionem ex clau-
ſula generali ſic per prædicta. Vel aliter l. ſub prætextu
C. de tranſact. loquitur quando eſt tranſactum nullo
mediante per partes, ſecus ſi mediante arbitrato-
re, quia tunc ſecus; vt notat eleganter Federi-
cus de Senis in conſilio ſuo 274. quod incipit, In ſe-
cunda quæſtione arguitur, & maxime hoc procedit
in caſu hoc, cum nouiter fuerit factum compromiſ-
ſum, quo caſu partes videntur voluiſſe, vt de nouo
poſſit probari, tam in cauſa ſecundi compromiſſi,
quam in cauſa reductionis, vt no. Fed. in dicto con-
ſilio, & habetur per Doct. in l. ſi ſocietatem §. arbitro-
rum ff. pro ſocio, & in c. Quintaualle de iureiuran. & per
Card. Zab. in cap. expoſita in 13. q. extra de arb. & Flo. in
17 l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obligationib. † Nec ob-
ſtat dum dixi, quod eſt ſpeciale in cauſa publica, vel
fiſci, aut Eccleſię, vel pupilli, quia illud verum quan-
do quis allegaret ſolum inſtrumenta de nouo re-
perta, vel etiam vbi non eſſent de nouo reper-
ta, ſed perſona fuit priuilegiata, vt dicta l. Impera-
tores, & l. 1. C. de ſententiis aduerſus fiſcum latis lib. 10.
Sed quando allegant impedimentum ignorantiæ,
& impedimentum, quia inſtrumenta produci non
potuerunt: tunc etiam priuatus auditur per reſti-
tutionem in integrum, ex clauſula generali per d.
l. 1. in fin. ff. ex quibus cauſis maiores, & ita tenet Paul. de
Caſtr. in d. conſ. 322 in verſ. tertio videtur obſtare, vbi di-
cit, quod credit hoc fuiſſe de mente Bar. in d. l. 1. in fi.
C. de ſententiis aduerſus fiſcum latis, dum dicit fiſco ſuf-
ficere, quod ſint inſtrumenta de nouo reperta, qua-
ſi dicat etiamſi fuiſſet culpa commiſſa in reperien-
do, quia erant apud ſe; ſecus in priuato, in quo hoc
non ſufficit, ſed requiritur, quod non fuerit in cul-
pa ſed iuſta cauſa impediuerit, quia non potuit ha-
bere & producere inſtrumenta, vt fuit in caſu no-
ſtro, & hoc etiam eſt de mente Federici de Senis in
dicto conſil. 274. Et ſuadet etiã alia ratio, quia cum
priuatus agit contra Eccleſiam propter inſtrumen-
ta de nouo reperta, & fuerit in iuſta ignorãtia, & im-
18 pedimento, Eccleſia non debet cõtradicere, † quia
Eccleſia eſt cultrix & auctrix iuſtitię, nec patitur in-
iuſtitiã fieri, licet laicus ſæpe obuiet iuſtitiæ. c. 1. §.
19 & ſi clientulus, in tit. de alienatione feudi. † Nec Eccle-
ſia debet eſſe de præda ſolicita, l. ſi minores, in fi. ff. de
adminiſt. tu. nec locupletari cum iactura alterius, vt
per l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. Et ideo hæc
ſententia eſt ne dum iuſta ſed etiam æqua, & per
20 Eccleſiam approbanda. † Sed hic poſſet dubita-
ri, nunquid iſta reſtitutio in integrum peti poſſit, &
d an obſtet ei pręſcriptio aliqua. d Et primo videtur
quod non debeat audiri, quia per quadraginta an-
nos, & vltra Eccleſia tenuit dictos fructus pro ſuis,
21 & exegit decimam, & ſic præſcripſit: † quia o-
mne ius tollitur ſpatio quadraginta annorum, l. o-
mnes, & l. ſicut. C. de præſcript. triginta annorum, & auct.
quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccl. & in c. de quarta, de
22 præſcript. cum ſimilib. † Nec poſſit peti reſtitutio in
integrum, quia illa eſt petẽda infra quadriennium,
l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. po. & habetur per gl. Bart.
& Doct.. in l. 1. C. de ſententiis aduerſus fiſcum latis lib. 10.
& in l. Imperatores. ff. de re ind. cum ſimilib. Et poſt prę-
ſcriptionẽ longi temporis, ne dum longiſſimi, non
poteſt peti reſtitutio in integrum, vt not. Bald. in l.
1. in 24. oppoſitione. C. qui admitt. & in l. fi. C. de præ-
23 ſcript. longi temporis. † Dicendum tamen eſt contra-
rium, videlicet, quod competat reſtitutio, nam li-
cet ipſo iure currat præſcriptio etiam contra igno-
rantem decem, vel viginti, aut triginta, vel quadra-
ginta annorum, vt l. fin. C. de præſcript. longi. & l. ſicut
in fin. C. de præſcripti. triginta annorum. Tamen ſi fuit
ignorans, vel iuſto impedimento, fuit impeditus
ille contra quem currit præſcriptio, datur ſibi reſti-
tutio in integrum ex clauſula generali, vt l. 1. §. ſi
quis autem propter. ff. de itinere actuque priuato, & ibi hoc
not. ſingulariter Bartol. Item ſentit Specul. in tit. de præ-
ſcript. in verſ. pone colonus, & idem vult Rubeus Iul. in l.
iuris ignorantia. ff. de iur. & facti ignorantia, & in l. Sena-
tus, ff. de officio præſidis, & in dicta l. ſicut, & Paulus de
Caſtr. in l. & Attilicinus, ff. de ſeruit. ruſt. præd. & in l.
ſi ſic, ff. quomodo ſerui. a. & moderni in l. cum filius. ff.
de verborum obligationibus, & idem tenet Abb. Siculus,
& D. Proſdocimus in cap. vigilanti, in fin. extra de præ-
42 ſcript. † Et iſta reſtitutio debet peti infra quadrien-
nium à die ſcientiæ, vt not. Paul. de Caſtr. in dict. l.
& Attilicinus, & in dict. l. ſi ſic per gloſſ. ibi. Et pro-
pterea cum dicti hæredes P. neſciuerint vbi eſſent
inſtrumenta, de nouo repererint, poſſunt petere
in integrum reſtitutionem infra quadriennium à
die ſcientiæ & habiti inſtrumenti, quo vti potue-
runt, ne dum aduerſus præſcriptionem iuris exi-
gendi integram decimam, ſed etiam aduerſus ſen-
tentiam latam, & iſto modo intelligi debent ea,
quæ habentur, in l. 1. C. de ſententiis aduerſus fiſcum
latis, & in dict. l. Imperatores, ff. de re ind. quicquid dixit
Bald. in l. 1. C. qui admitt. & in dict. l. fi. C. de præſcript.
* longi temporis, qui in hoc communiter * non te-
netur; & per hoc patet, quod non eſt opus quære-
re, an mala fides ſuperueniens habeat nocere Ec-
cleſiæ, ex quo contra Eccleſiam poteſt ſuccurri per
reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, vt
dictum eſt.

ANNOTATIONES.

a Vno nummo] Adde Petr. de Ancha. in conſ. vlt. nu. 9. ver.
modo veniamus.

b De nouo reperta] An & quando ſententia, quæ in rem
iudicatam tranſiuit, per inſtrumenta de nouo reperta re-
tractetur, tradunt Ioan. de Imola in conſ. 37. nu. 1. &
ſeq. Alex. in conſ. 69. nu. 5. lib. 3. Soc. Inn. in conſ. 128.
num. 158. volum. 1. Boer. deciſione 307. num. 1. verſ. ſed

an prætextu inſtrumenti, Marſil. in ſingula. 229. Plotus in l. ſi quando, nu. 779. verſ. in tantum procedunt, C. vnde vi, pulchre Curt. Iun. in conſ. 18. num. 3. & late Antonius Gabriel. commun. concluſio. lib. ſecundo, in titulo de reſtitutione in integrum, nu. 1. & ſeq. & declarat etiam D. Marcus Antonius de Peregrinis Patauinus in ſuo nouiſsimo tractatu de iuribus & priuilegiis fiſci lib. 7. tit. 4. nu. 4. & in ſpecie de ſententia arbitrali docent Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi Ripa num. 41. Grat. in conſ. 118. nu. 22. libr. 2. & Marcus Antonius Blancus in tractatu de compromiſsis in decima, & vltima quæſtione, nu. 21.

c Quæ vertitur Parmæ] *Adde quod in nouis eſt in conſil. 257. vol. 2.*

d Præſcriptio aliqua] *Vide de hoc late Crane. in tracta. de antiquitate temporum in 4. parte principali verſ. materia iſta ſingularis, nu. 44. cum multis ſequentibus.*

CONSIL. XXVI.

ARGVMENTVM.

An per termini prorogationem per creditorem debitori factam, abſq; fideiuſſoris conſenſu, vel eo ignorante, fideiuſſor liberatus intelligatur, &c.

An ſi creditor contractum debitori prorogauerit, puta continuando ſocietatem liberetur fideiuſſor.

SVMMARIA.

1 *Prorogatio termini facta per creditorem debitori, ſine fideiuſſoris conſenſu vel eo ignorante, an noceat ipſi fideiuſſori, & liberatus intelligatur, & nu. 4. 5. 8. 9. 10. & 16.*

2 *Non debet eſſe in poteſtate creditoris obligare fideiuſſorem, niſi in quantum ipſe fideiuſſor conſentiat.*

3 *Cautela vt fideiuſſores liberentur ante debiti ſolutionem.*

6 *Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum.*

7 *Caſtri cuſtodiam ſi quis aſſumpſerit v/q. ad ſex menſes, & fideiuſſorem dederit, ſi finitis ſex menſibus in cuſtodia remanſerit, & caſtrum deperditur, fideiuſſor non tenetur.*

11 *Fideiuſſor an & quomodo liberetur, ſi creditor debitori contractum prorogauerit, vt puta continuando ſocietatem, & nu. 17. 19. & 21.*

12 *Declaratio ad deciſionem Rotæ Romanæ 461. in antiquis.*

13 *Fideiuſſores ſemel liberati, iterum niſi ex nouo conſenſu non poſſunt obligari.*

14 *Vſura debetur etiam ex obligatione depoſiti ex mora, vel ex pacto.*

15 *Originalis contractus inſpicitur, & ab eo contractus ipſe denominatur.*

18 *Fideiuſſor habet beneficium excuſſionis, quando non renunciauit beneficio auth. præſente. C. de fideiuſſoribus.*

20 *Intellectus l. ſi fideiuſſor renuntiauerit, ff. de fideiuſſoribus.*

22 *Scire vel ſcire debere paria ſunt.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Si quis recepit
pecuniam certam exercendam in a-
liqua arte per duos annos, ad com-
mune lucrum, & damnum, & finitis
duobus annis promiſit dictam pecuniam cum lu-
cro Domino reſtituere, & dedit fideiuſſorem, qui
promiſit reſtituere dictam pecuniam, cum dimidia
lucri, de qua pecunia fit mentio in inſtrumento
principalis obligationis; Deinde elapſis duobus an-
nis, dictus magiſter continuauit ſocietatem aliis
duobus annis, & ſoluit etiam partem lucri in quar-
to & vltimo anno, poſt quartum annum creditor
prorogauit terminum ſoluendi dictam pecuniam
per menſem, & vltra; Nunc quia dictus debitor
non eſt ſoluendo, qui tamen erat finitis primis duo-
bus annis ſoluendo, vult agere contra fideiuſſo-
rem, pro dicta pecunia, & dimidia lucri. Quæritur
numquid poſſit. Duo ſunt quæ principaliter du-
1 bium facere videntur in præſenti quæſtione. † Pri-
mum dubium, quod prius intendo decidere eſt,
a numquid per prorogationem a factam per cre-
ditorem debitori ſine conſenſu fideiuſſoris vel eo
ignorante intelligatur liberatus fideiuſſor, & in
hoc ſunt opiniones, de quibus per Specul. *in titul. de
fideiuſſoribus, in §. 1. verſic. illud autem quæritur, & per Io-
an. Anton. de But. Petr. de Anch. & alios Canoniſtas in cap.
conſtitutus, extra de fideiuſſ. & in cap. præterea requiſ. de
appellat. & per Bald. in l. tam mandatori in 2. Cod. de non
numerata pecunia, & in l. Labeo. §. fin. ff. de arbitris, & per
Bald. Angel. & alios in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pactis,
& per Cardinal. Zabarel. in clem. 1. Romani, in §. nos ita-
que in fin. de iureiurand. & per Ioan. Petr. de Papia in ſua
practica, in forma libelli contra plures reos, in gloſſ. in ver-
bo ſolutionem recuſauit:* Vna fuit opinio, quod non
teneatur fideiuſſor, *per l. Labeo. §. fin. ff. de arbitris, &
per l. item quæritur, §. qui impleto. ff. locati. & per l. ſi cum
hermes. C. locati.* vbi probare videtur quod proroga-
tio facta per creditorem debitori non debet noce-
2 re fideiuſſori, niſi prorogationi conſentiat, † quia
nō debet eſſe in poteſtate creditoris obligare fide-
iuſſorem, niſi in quantum ipſe fideiuſſor conſenſe-
rit, vt in dictis iuribus facit. *l. fin. ff. de pactis, & l. nec pa-
ciſcendo cum duabus legibus ſequentibus. ff. de regul. iur. &
ita videntur tenere Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in dicto
cap. præterea requiſiſſ. de appellat. & in dicto cap. conſtitu-
tus de fideiuſſoribus, & Specul. in dicto verſic. illud autem
quæritur, & ſecundum opinionem quorundam; Et ita te-
3 net Ioan. de Papia in loco præallegato,* † qui ſubdit in
fine, quod cautela eſſet, quod fideiuſſores facerent,
& curarent cum debitore, vt tempus ſolutionis pro
rogetur per creditorem, quia ſic fideiuſſor libera-
bitur, dum tamen prorogationi non conſentiat,
quod dicit eſſe menti tenendum; facit quod notat
Nicol. de Neapoli, *in l. pen. in fin. in princ. ff. de excu. tut.*
4 † Alia fuit opinio contraria, videlicet, quod fide-
iuſſor nō liberetur, propter prorogationem factam
per creditorem debitori, quam tenent Bald. An-
gel. *in dicta l. ſi vnus, §. ſi cum reo. ff. de pactis;* & hanc
opinionem etiam ſequitur Bald. *in leg. cum man-
datori in ſecunda columna. Codic. de non numerata pecu-
nia,* qui dicit, quod quando tempus ſolutionis
tantum

tantum prorogatur, non liberatur fideiuſſor, quia
per ſimplicem prorogationem non tollitur obli-
gatio acceſſoria, allegat *l. AEmilius Largianus, ff. de mi-
nor. & not. per Innocent. in dicto cap. praeterea, de appellat.*
5 † Tertia fuit opinio, vt diſtinguatur, aut fideiuſſor
ſe obligauit ad certum tempus, & tunc elapſo illo
6 tempore non tenetur; † quia limitata diſpoſitio
limitatum producit effectum, *l. in agru. ff. de acquir.
rerum domin.* aut fideiuſſit in omnem caſum, & tunc
ſecus per not. *in dicto cap. praeterea*; & iſta fuit opinio
Cardinal. Zabarel. *in dicta clement. 1. §. vos itaque, in
fin. de iureiurand.* & idem quando fideiuſſit ſimplici-
ter, quia tunc non liberatur fideiuſſor, ſecundum
Bald. Angel. *in dicta l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pactis, &
Bart. in l. Lucius, in §. Paulus. ff. de adminiſtrat. tutor.* qui
7 *dicunt*, † quòd ſi aliquis aſſumpſit cuſtodiam ca-
ſtri vſque ad ſex menſes, & dedit fideiuſſores, ſi fi-
nitis ſex menſibus remanſit in cuſtodia, & caſtrum
perditur, fideiuſſor non tenetur; & dicit Bartol. *in
dicto §. Paulus, quod Iacob. de Aret.* ita dicebat, & quod
quæſtio fuit de facto Veronæ: & idem dicit Dyn. i-
bi, quando illi cuſtodes promiſerunt ſaluare, & cu-
ſtodire per dictum tempus, & dederunt fideiuſſo-
res *per dictum §. Paulus, & per l. ſecundam, §. penult. in
fin. ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuil. pertinent. & per l. pri-*
8 *mam, §. belliſſimè. ff. vt legator. nomine caueat.* † Quar-
ta fuit opinio, vt diſtinguatur, aut fideiuſſor fide-
iuſſit ſimpliciter ad tempus, & tunc non tenetur
vltra tempus prorogatum; aut fideiubendo pro-
miſit reſtituere, vel ſoluere pecuniam, quam ha-
buit debitor: & tunc indiſtinctè, etiam poſt pro-
rogationem teneatur fideiuſſor, quia, ex quo pro-
miſit ſoluere, vel reſtituere, & non ſoluit, vel non
reſtituit finito tempore ante prorogationem, non
dicitur ſatisfeciſſe promiſſioni. Ita dixit ſingulari-
ter Dyn. *in dicta l. Lucius, §. Paulus, & Bartol. ibi*, qui
dicit, quod iſta quæſtio fuit de facto Florentiæ, &
in ea conſuluit, & remittit ſe ad not. *in l. item quæri-*
9 *tur, §. qui impleto, ff. locati.* † Quinta fuit opinio
gloſſ. *in dicta l. ſi cum hermes. C. locati.* quæ diſtinguit,
aut quæritur, an fideiuſſor teneatur pro tempore
futuro prorogato, & dicendum eſt, quod non, *per
dictam l. ſi cum hermes*, & ita etiam tenet ibi Bald. pro
hoc allegat *dictum §. qui impleto, & dictam l. Labeo, in
§. fin. ff. de arbitris, Bald. & Modeſt. in l. ſi vnus, in princ. ff.
de pactis, & Pet. de Papia in libello mutui, in verbo ſoluere
recuſauit, in fin. Canoniſtæ in cap. conſtitut. de fideiuſſor.
Bald. in l. tam mandatori, C. de non numerata pecunia, v-
bi etiam Cyn. & Cardin. in clement. Romani, §. nos itaq.
in fin. de iureiurand.* & iura præcitata loquuntur de
obligatione pro tempore futuro: aut quæritur, an
fideiuſſor remaneat obligatus pro primo tempore
præterito ante tempus prorogationis, & tunc re-
maneat obligatus; ita vult gloſſ. & Bald. *in dicta l. ſi
cum hermes*, & iſtam opinionem etiam recitat Spe-
cul. *in titul. de fideiuſſor. §. primo, verſic. illud autem quæ-*
10 *ritur.* † In caſu autem noſtro videtur tenendum,
quod propter ſimplicem prorogationem termini
factam per creditorem debitori, fideiuſſor non ſit
liberatus; primo, quia non tractatur de liberatio-
ne pro tempore prorogato, quia de illo ſine dubio
non tenetur, & ita procedit prima opinio, de qua
ſupra, ſed tractatur de obligatione, qua teneba-
tur pro duobus primis annis, pro quibus fideiuſſor
remanet obligatus, *argum. l. qui mutuam, §. non ideo
minus, ff. mandati, ſecundum intellectum gloſſ. & Bald. in
dicta l. ſi cum hermes*, ſequendo in hoc quintam opi-
nionem ſupra poſitam; & ita poteſt etiam proce-
dere tertia opinio, ex quo fideiuſſio non fuit limi-
tata vſque ad certum tempus, & in hoc caſu non ſe-
quor opinionem Ioan. de Papia, nec eius caute-
lam: Item, quia non ſolum fideiuſſit ſimpliciter,
ſed etiam promiſit reſtituere dictam pecuniam da-
tam debitori; per nota. per Bartol. *in dicta l. Lucius,
§. Paulus. ff. de adminiſtrat. tutor.* prout in quarta opi-
11 nione ſupra dictum eſt. † Secundum dubium *b*
b principale eſt, an licet propter prorogationem fa-
ctam per creditorem debitori non liberetur fide-
iuſſor pro tempore primo præterito, videlicet duo-
rum annorum primo præteritorum, an ſaltem li-
beretur ex eo, quod creditor continuauit contra-
ctum ſocietatis per alios duos annos. Et in hoc eſt
conſiderandum, an per iſtam tacitam continuatio-
nem ſocietatis videatur eſſe tempus prorogatum
contractui, vel noua forma contracta in ipſo contra-
ctu, aut non: primo caſu, ſi eſſet prorogatum tem-
pus contractui, & tunc non tenetur fideiuſſor, niſi
eſſet repetitus in nouo contractu, *vt dicta l. ſi cum
hermes, C. locati, & ita tenet Bald. in l. tam mandatori, in
2. colum. C. mandati.* Secundo caſu, quando eſt no-
ua forma tradita in contractu, & idem quia fideiuſ-
ſor non tenetur, *l. cum in plures, in §. lege data, ff. loca-
ti, ſecundum Bald. in dicta l. rem mandatori, in 2. colum.
& in l. acceptam, in 7. quæſtio. C. de vſuris*, qui dicit,
quod ratio eſt, quia tunc non dicitur prorogatio,
ſed alteratio in ſubſtantia contractus. Tertio caſu,
quando non eſt prorogatum tempus contractus,
nec noua forma tradita in contractu, nec eſt facta
nouatio; & tunc teneo, quod non liberetur fide-
12 iuſſor. † Et pro hoc allego Dominos de Rota *in
deciſio. 461.* quæ incipit, poſui penes Titium cam-
pſorem; in antiquis deciſionibus, vbi videtur eſſe
deciſio huius quæſtionis, quaſi in terminis, vbi ita
dicunt, poſui penes Titium campſorem mille flo-
renos, qui dedit fideiuſſores de reſtituendo eos tan-
dem poſt annum vel biennium, cum vellem recu-
perare depoſitum, dictus campſor rogauit me, vt
ſibi adhuc dimitterem per tres vel quatuor annos
pro certo lucro mihi dando pro quolibet anno,
quem ſibi conceſſi; illud tamen ignorarunt fide-
iuſſores: poſtea verò lapſo dicto tempore veni re-
cuperatum illam pecuniam meam, & forte illo
campſore facto non ſoluendo, vel aliàs diſcuſſo,
volo pro prædicta pecunia habere recurſum ad fi-
deiuſſores: ipſi dicunt, quod non tenentur, quia
prima obligatio depoſiti, pro qua primo fideiuſſe-
rant, innouata fuit, & translata in obligationem
mutui per ſecundum conſenſum; & ſic liberati,
argument. l. nouatione, ff. de nouationibus. Et pro hoc
videtur text. quod ſit nouata obligatio, *in l. ſingula-
ria, ff. ſi certum petatur.* Credo, quod bene dicerent,
ſi ſupponeretur innouata prima obligatio, quia il-
13 la extincta tolleretur etiam fideiuſſoria. † Et fide-
iuſſores ſemel liberati, niſi ex nouo conſenſu, ite-

rum non poſſent obligari, *argum. l. fin. ff. de pactis, & l.*
ſi cum hermes, C. locati. Sed in caſu noſtro non credo
primam nouatam, nec diſſenſum à contractu ſeu
obligatione depoſiti ab initio contracti, ſed illam
obligationem depoſiti continuatam, & proroga-
tam per nouam dilationem, ſub certo lucro ſeu v-
14 ſura, † quæ debentur etiam ex obligatione depo-
ſiti, ex mora, vel ex pacto, *l. quintus, in fin. ff. depoſiti.*
Nec obſtat, ſi dicatur, quod fuit primo depoſitum,
& poſtea mutuum, quia hoc verum eſſet, ſi fuiſſet
actum, quod pecunia eſſet mutuo apud depoſita-
rium, *vt ff. ſi cert. petat. l. certi condictio, §. fin. & l. quod ſi*
ab initio, ff. eod. tit. alias in dubio inſpiceretur origi-
nalis contractus, vt ex eo agatur. Nec obſtat, quod
depoſitarius poſtea pecunia vtatur, & propter hoc
in mutuum tranſibit, ex quo expreſſe agitur inter
partes, quod tranſeat in mutuum, & quod tan-
quam mutuatum remaneat penes debitorem, quia
imo ex originali obligatione debitoris ad reſtitu-
tionem pecuniæ tenebitur cum vſura, & agetur a-
ctione depoſiti, *vt probatur ff. depoſiti, l. quintus, & not.*
15 *gloſſ. in die ſponſaliorum, §. 1. eod. tit.* † In talibus enim
inſpicitur originalis contractus, vt totum ab eo no-
minetur, *l. 1. §. idem Pomp. ff. depoſiti.* Iſta ſunt verba
Dominorum de Rota. Et licet poſſint habere du-
bitationem, in quantum videatur data noua forma
contractui depoſiti, *per l. cum in plures, §. lege data, ff.*
locati, & per ea, quæ dixi ſupra; tamen, quantum ad
propoſitum noſtrum, in quo non eſt iſta dubitatio,
quia non fuit data noua forma contractui, ſed ea-
dem continuata, & ſic reputetur eſſe idem contra-
ctus ſocietatis continuatus, *per l. ſed ſi manente, ff. de*
precario, & per l. 4. in princ. ff. de damn. infect. Videtur
dicendum, quod per dictam continuationem ſeu
prorogationem contractus etiam liberetur fideiuſ-
16 ſor per prædicta. † Nec obſtat, dum dixi ſupra,
quod quandò prorogatur tempus contractus, fide-
iuſſor liberatur, vt dixi ſupra ſecundum Bald. *in di-*
cta l. tam mandatori, eod. tit. tenet Pet. de Ancha. & Ioan.
de Imola in c. conſtitutus, extra de fideiuſſ. quia debet in-
telligi, quod non teneatur pro contractu continua-
to, ſed pro primo contractu præterito benè tene-
tur, & remanet obligatus fideiuſſor, per not. per
gloſſ. Bald. & alios, *in dicta l. ſi cum hermes, C. locati, &*
iſto modo intelligo Bald. in dicta l. tam mandatori, & Ca-
noniſtas in dicto cap. conſtitutus, & in c. præterea requiſiti,
17 *de appellat.* † Et ſic videtur concludendum, quod
dictus fideiuſſor non ſit liberatus, propter dictam
continuationem ſocietatis factam per duos alios
annos, imo remanet obligatus reſtituere pecu-
niam, prout promiſit, maximè per not. per Bart. *in*
dicta l. Lucius, §. Paulus, ff. de adminiſtrat. tutor. vt ſupra
dixi in præcedenti dubio principali, in quinta opi-
18 nione, & in deciſione illius primi dubii. † Sed vi-
dendum eſt, nunquid aliquo remedio poſſit dictus
fideiuſſor adiuuari, vt non teneatur: Et dico, quod
ſic; nam dictus fideiuſſor in inſtrumento ſuæ obli-
gationis fideiuſſoriæ non renuntiauit beneficio,
aut hen l. præſente, C. de fideiuſſ. nec alio beneficio de
duobus reis, nec alicui alii beneficio ſibi competen-
ti, vt apparet ex forma inſtrumenti, *l. fideiuſſores ma-*
giſtratuum, in §. pro Aurelio, ibi, lecta ſubſcriptione fide-
iuſſoris, ff. de fideiuſſ. Et ideo ille fideiuſſor habebat
beneficium excuſſionis, vt creditor teneretur prius
excutere debitorem principalem, anteaquam age-
c ret contra fideiuſſorem, *vt dicta authent. præſente,* c &
19 in corpore vnde ſumitur. † Et ideo, ſi fideiuſſor
denuntiaſſet creditori, vt ageret finita ſocietate
duorum annorum primorum, pro quibus fideiuſ-
ſit, & tunc fuiſſet ſoluendo, & non fecit, ſed conti-
nuauit ſocietatem pro aliis duobus annis; & vlte-
rius prorogauit etiam terminum ſolutionis facien-
dæ, & interim in duobus vltimis annis, vel infra
tempus prorogationis fuit effectus, non ſoluendo,
debitor principalis; fideiuſſor non teneretur, quia
tunc eſſet imputandum creditori, quare non exe-
git tempore debito, quo potuit & expectauit, quod
debitor efficeretur non ſoluendo, *argum. l. ſi fideiuſ-*
20 *ſores in id, in princ. ff. de fideiuſſ.* † Nec obſtat *l. ſi fide-*
iuſſor nuntiauerit, ff. de fideiuſſ. vbi videtur eſſe caſus in
contrarium, videlicet, quod creditor ad denuntia-
tionem fideiuſſoris non tenetur exigere à debitore,
quia ibi loquitur ſecundum iura digeſtorum, ſe-
cundum quæ fideiuſſor non habebat beneficium
excuſſionis, imo creditor poterat eligere, quem
prius volebat conuenire, an debitorem, an fideiuſ-
ſorem, vt eleganter not. Paulus de Caſtro *in dicta l.*
ſi fideiuſſor denuntiauerit, & in dicta l. ſi fideiuſſores in id,
vbi hoc inducit ad quæſtionem ſimilem, de qua i-
21 bi. † Sed ſi dictus fideiuſſor non denuntiauit cre-
ditori, vt exigeret à debitore, dum eſſet ſoluendo,
tunc eſſet diſtinguendum, aut non potuit illum de-
bitorem principalem commodè conuenire, dum
eſſet ſoluendo, & tunc non liberaretur fideiuſſor;
aut potuit eum commodè conuenire, ſicut in facto
micto mihi aſſeritur; & tunc, aut ſciuit illum inci-
pere, effici non ſoluendo, & non exegit, antequam
efficiatur non ſoluendo, & tunc fideiuſſor non te-
nebitur ſoluere, aut ignorauerit, quod non incipe-
ret, effici non ſoluendo, & tunc non liberaretur, vt
not. *in dicta l. ſi fideiuſſores in id, ff. de fideiuſſor.* & ita te-
net expreſſe D. Paulus de Caſtro, qui ita diſtinguit
in dicta l. ſi fideiuſſor denuntiauerit, ff. de fideiuſſor. Vnde
ex his concludo, quod ſi ille debitor principalis e-
rat ſoluendo primis duobus, & poſtea incepit effi-
ci non ſoluendo, & creditor hoc ſciuit, vel veriſi-
22 militer ſcire potuit, an debuit, † quia idem eſt, *l.*
quod te, ff. ſi certum petat. & poſtea eſt effectus non
ſoluendo, & tunc fideiuſſor non tenetur: & puto
iſtum eſſe caſum noſtrum, quia ita in facto mihi eſ-
ſe aſſeritur.

ANNOTATIONES.

a Per prorogationem] *De hoc articulo tradunt Docto-*
res ample congeſti per Tiraquell. in tractat. de retractu
conuentio. §. 1. gloſſ. 7. num. 32. cum ſeq. Franciſc. Vivi. in
tractat. commun. ſententiarum, opin. 673. in verbo pro-
rogatio, & Anton. Gabriel. commun. concluſ. lib. 3. in
tit. de fideiuſſoribus, concluſ. 3. vbi hanc diſceptationem
pertractat, & fuſius Ioannes Gutterius Hiſpanus in tra-
ctatu de contractibus iuratis, cap. 49. num. 12. cum ſe-
quentibus, ac Sebaſtianus de Medicis, in tractat. de no-
uationibus, quæſtiõ. 8. per totam. Et an prorogatio di-
catur durante primo termino, vel eo elapſo, latè differit
idem

idem Gabriel. communium concluſionum, lib. 2. in tit. de dilationibus, concluſ. 2. & 3. & Gutterius loco praecitato, num. 1.

b Secundum dubium] *Adde Decium in conſil. 107. num. 1. & ſeq.*

c Auth. præſente] *Ad regulam huius text. & pro eius intellectu vide, quæ cumulant Socin. ſen. in tractat. regularum, regul. 104. in verbo excuſſio. Iaſ. in l. 2. num. 20. ff. ſolut. matrim. in l. decem, num. 27. ff. de verbor. obligationib. & in §. item ſi quis, num. 67. & ſeq. Inſtitut. de actionib. latè Petr. Philipp. Port. ſent. lib. 1. concluſ. 41. & ampliſſimè Anton. Gabriel. commun. concluſ. lib. 3. concluſ. 1. per totam.*

CONSIL. XXVII.

ARGVMENTVM.

Legatum ſi fiat alicui, qui ſit ſine officio, cui incumbat onus probandi hanc negatiuam, quod ſit ſine officio.

Si teſtator legat fundum, vt ad eum eligatur nobilis pauper, qui ſit ſine officio, an intelligatur de illo, qui habet officium temporale, & tenue, an perpetuum, & ex quo commodè viuere poſſit.

Si eſt factum legatum alicui conſortio, vt ad illud eligat pauperem, qui ſit de familia teſtatoris, an ſi vnus reperiatur extra prouinciam, ille debeat perquiri, & eligi.

SVMMARIA.

1 *Ius metimur ex perſona actoris.*
2 *Familia de la Turre eſt nobiliſſima, & viget in quatuor Italiæ locis.*
3 *Inſignia nobilium de la Turre per aliquos ſunt variata, non variata tamen Turri.*
4 *Negatiua vbicunq; eſt cauſa intentionis alicuius, ſiue agentis, ſiue excipientis, ei, qui negat, incumbit onus probandi.*
5 *Ille, qui petit ſe admitti ad aliquod beneficium ſingulare, debet probare illud, quod eſt cauſa beneficij conſequendi.*
6 *Illud, quod eſt cauſa libelli, ſemper probari debet.*
7 *Legatum aliquod ſi relinquatur alicui, qui ſit ſine officio, cui incumbat onus probandi hanc negatiuam, quod ſit ſine officio.*
8 *Negatiua ſi quis ſine liberis deceſſerit in teſtamento prolata, in dubio fideicommiſſarij fauore præſumitur.*
9 *Copula, &, de ſui natura eſt repetitiua qualitatis præcedentis.*
10 *Copulæ natura eſt coniungere ea, quæ ſunt eiuſdem generis & qualitatis, maxime quando eſt continuatiua, & coniuncta cum dictione, ſi.*
11 *Dictio, ſed & ſi, de ſui natura aduerſatur his, quæ ſunt eiuſdem generis.*
12 *Aduerſatiuæ natura eſt, repetere qualitatem appoſitam in præcedenti.*
Idem in dictione, quamuis.
13 *Clauſula in fine appoſita, ad omnia præcedentia refertur.*
14 *Intellectus ad text. l. ex facto. §. ſi quis autem, in fine, ff. ad Trebellianum.*
15 *Si teſtator legat alicui conſortio fundum, vt eligatur nobilis pauper, qui ſit ſine officio, an intelligatur de illo, qui habet officium ad modicum tempus tenue & debile, an de illo, qui habet perpetuum, & ex quo commodè viuere poſſit, & num. 34.*
16 *Officij dignitas veriſimiliter nocere non debet.*
17 *Quandocunq; vnica ratio finalis allegari & ſubeſſe poteſt, illa habetur pro expreſſa, tam in teſtamentis, quàm in ſtatutis: & interpretatio, quæ ex ea fit, non eſt extenſiua, ſed intellectiua.*
18 *Legatum factum pro victu, intelligitur pro toto tempore vitæ legatarij.*
19 *Legatum relictum ob certam cauſam, ſecundum illam cauſam determinatur.*
20 *Ratio dicti declarat & ampliat dictum.*
21 *Ex ratione dictum intelligitur.*
22 *Cauſa ſemper debet attendi.*
23 *Si eſt factum legatum alicui conſortio, vt eligat pauperem de familia teſtatoris, & ei det fundum, an ſi vnus reperiatur extra prouinciam, ille debeat perquiri & eligi, & num. 26. & 32.*
24 *Quis adire vel adhibere non debet ad aliquem actum, alium, qui non ſit in prouincia, vel in proxima.*
25 *Nuntiare alicui, intelligitur, ſi ille, cui debet nuntiari, eſt in eodem territorio.*
Quærere aliquem extra territorium, abſurdum eſt.
27 *Ad hoc, vt probetur, aliquem non eſſe, vel non reperiri debet ex officio iudicis, fieri diſcuſſio & diligens inquiſitio, vel peti à iudice, vt mittat nuntios, & diligenter inquirat.*
28 *Teſtamentum non extare, vel factum non fuiſſe probatur, adhibita diligenti inquiſitione.*
Adhibita diligenti inquiſitione, lex habet pro probato, rem non extare.
Per exploratores probatur, quem non veniſſe in Italiam.
29 *Quem non eſſe ſoluendo, probatur per excuſſores, qui bona non reperiant.*
30 *Ratione ignorantiæ, quando quis ſe excuſare vult, & validare actum inualidum, tunc ignorantia non præſumitur, niſi per aliquas coniecturas probetur.*
31 *Vbi requiritur diligens inquiſitio, ibi, niſi de ea conſtet, non parcitur ignoranti.*
33 *Quando quis eſt extra prouinciam, & debet inquiri, vel vocari, an ſibi notitia dari debeat, vel publicè vocari.*
35 *Intellectus ad text. in auth. præterea, C. vnde vir & vxor, & num. 38.*
36 *Paria ſunt non habere, vel modicum, & minus ſufficienter habere.*
37 *Cautela, vt filius, qui ex contractu ſuo poteſt conueniri, & carcerari, non teneatur, niſi in quantum facere poteſt.*
Paria ſunt, quod quis non ſit hæres inſtitutus, vel quod ſit inſtitutus in modico.
39 *Voluntas legis vel teſtatoris per indirectum tolli non debet.*

40 *Commodè viuere quis dicitur ſecundum conditionem ſuam, licet ſit pauper.*

41 *Probationibus veriſimilioribus eſt inhærendum.*

42 *Electio facta ex falſa cauſa, an valeat.*

43 *Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Viſo teſtamento q. nobilis viri Dn. Iacobi de la Turre, ciuis Mantuani, & eo diligenter examinato: & viſo, & diligenter examinato inſtrumento electionis factæ de Domino Bartholomæo de Amaneo legum Doctore per homines de Conſortio S. Mariæ de la Cometta de Mantua, in qua ceſſerunt omnes actiones ſibi competentes in quodam legato relicto eis, de quadam poſſeſſione de la pioppe, ſi domina Ioannina vxor dicti teſtatoris nubat aut decedat, & viſa petitione facta nomine nobilis viri Aloyſii de la Turre, contra dictum Dominum Bartholomæum, vigore dicti legati; & viſa reſponſione producta pro parte dicti Domini Bartholomæi; & viſo toto proceſſu, & viſis dictis, & atteſtationibus omnium teſtium examinatorum ab vtraq; parte, & omnibus diligenter conſideratis plura dubia pro veritatis in-
1 neſtigatione ſunt examinanda. † Primum, quia ius metimur ex perſona actoris, *l. 1. ff. ſi pars hæredit. peta. coniuncta l. fin. C. de rei vendicat.* videndum eſt, an Dominus Aloyſius tempore, quo dicta domina Ioannina nupſit, fuerit capax & habilis ad dictum legatum conſequendum. Secundum, poſito, quod ſic, an homines de dicto conſortio debebant tunc ipſum eligere ad dictum legatum. Tertium, an D. Aloyſius fuerit etiam capax dicti legati, tempore ſuæ petitionis factæ, & de præſenti. Quartum, an electio facta per dictum conſortium de dicto Dn. Bartholomæo fuerit valida vel nulla. Quintum, poſito, quod fuiſſet nulla, an debeat pronuntiari ad dictam poſſeſſionem legatam, dictum D. Aloyſium eligi debere, & eam ſibi tradi, non obſtante electione prius facta de dicto D. Bartholomæo. Circa primum dubium, an dictus Aloyſius tempore, quo dicta D. Ioannina nupſit, fuerit capax & habilis ad dictum legatum conſequendum: videtur dicendum, quod ſic, quia omnes conditiones, quæ ſunt adſcriptæ, in dicto teſtamento concurrebant in perſonam dicti Domini Aloyſii: Nam prima conditio eſt, quod reperiretur tempore dictæ viduitatis vnus pauper; ſed dictus Dominus Aloyſius verè pauper erat tunc temporis, vt teſtes aliqui apertè deponunt, qui examinati ſunt pro parte dicti Domini Aloyſii: & de iſta qualitate paupertatis non videtur eſſe dubitandum. Secunda qualitas, quod eſſet nobilis. Tertia, quod eſſet de la Turre, & iſtæ duæ qualitates ſimiliter ſunt probatæ per prædictos teſtes, qui deponunt, quod ipſe dictus Aloyſius, & pater, & auus vocabantur de la Turre, & quod e-
2 rant nobiles. † Nam ſi verè fuit, & eſt de la Turre, in conſequentiam eſt nobilis, vt ipſe teſtator etiam in teſtamento præſupponit, & etiam mihi conſtat, quoniam in quatuor locis hæc nobilis familia de la Turre viget, & ab omnibus eam cognoſcentibus nobilis reputatur, vna fuit in ciuitate Mediolani, alia in ciuitate Veronæ, tertia in foro Iulii, quarta Mantuæ. Quarta conditio ſeu qualitas fuit, quod velit ſe vocare de la Turre, & portare arma dictæ familiæ, & iſta duo ſimiliter etiam ſunt probata, quia vocatur de la Turre, & portat inſignia
3 ſeu arma de la Turre. † Et licet dicatur per aliquos, quod arma ſeu inſignia, quæ deferebat D. Iacobus teſtator, ſint diuerſa in coloribus & nolibus; tamen omnia illa inſignia ſunt nobilium de la Turre, per aliquos variata, non variata tamen Turri, in qua eſt fundamentum inſignium prædictæ familię, ſicut quotidie fieri videmus; & ſuperioribus diebus vidi vnam elegantem Chronicam omniũ Dominorum de Carraria; in qua erant omnes depicti iuxta ſuum naturale, & cum ſuis inſignibus, quorum ſinguli habent diuerſa inſignia, & penitus ſeparata, retento ſolummodo carro ſeu curru; & poſito, quod dictus D. Aloyſius non vocaretur de la Turre, nec deferret inſignia de la Turre, tamen iſtud ſibi non noceret, dummodo eſſet de la Turre, & vellet ſe vocare de la Turre in futurum, & eius inſignia portare, vt patet ex verbis teſtamenti dicti D. Iacobi, ibi, e che ſe ne voleſſe chiamar, e portar la arma, &c. quia intentio teſtatoris fuit, quod ſufficiat, quod ſit de familia de la Turre, & velit ſe de illa vocare, & arma & inſignia deferre. Quinta qualitas fuit, quod ſit bonæ conditionis, & de iſta nulla eſt penitus dubitatio, quia re & fama dictus D. Aloyſius eſt nedum bonæ, ſed optimæ conditionis & famæ, vt probatum eſt. Sexta fuit qualitas, quod ſit indigens, vt patet in eodem teſtamento, ibi, eſſendo biſognoſi & poueri: quę qualitas videtur eſſe eadem cum prima, & ſic repetita in teſtamento, & probata per teſtes. Septima, quod ſit ſine officio, & in iſta poteſt conſiſtere aliqualis dubitatio; quia cum D. Aloyſius ſit actor, & fundamentum ſuæ intentionis ſit, quod tempore electionis faciendę pro dicto legato eſſet ſine officio, ſibi incumbebat onus probandi iſtam negatiuam, quòd eſſet ſine officio, vt eleganter not. Bart. *in l. in illa ſtipulatione ſi Calendis, coniuncta l. hoc iure, ff. de verb. oblig. & ibi per alios*
4 *Doct.* † vbi dicunt, dando regulam, quod vbicunq; negatio eſt cauſa intentionis alicuius, ſiue agentis, ſiue excipientis, ei, qui negat, incumbit onus probandi, & idem ſequitur Bald. *in l. qui accuſare, in fin. C. de edend. & habetur per Bart. & Doctor. in l. penult. §. docere, ff. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat, & in l. ſi verò pro condemnato, ff. qui ſatiſd. cogant. & Bart. idem vult in l. nam etſi, in princ. in 1. colum. ad fin. ff. ſi cert. petat. Et idem vult Innocent. in cap. ex parte, extra de priuileg. & Paul. de Caſtr. in l. interpoſitas, C. de tranſactio. & in l. Ma-*
5 *nta, §. fundus, verſ. item ponamus. ff. ſolut. matri.* † Item, quia ille, qui petit ſe admitti ad aliquod beneficium ſingulare, debet probare illud, quod eſt cauſa beneficii conſequendi, *vt in l. omnes, quæ eſt lex ſecunda, &*
6 *ibi hoc not. Bald. C. de his, qui veniam ætat. impet.* † Item, quia illud, quod eſt cauſa libelli, ſemper debet probari, vt not. Bald. *in l. præſcriptione, in vlt. col. C. de his, qui veniam ætat. impet.* Sed dictus Dn. Aloyſius non videtur probaſſe, quod tempore dictæ electionis facien-

faciendæ eſſet ſine officio, immo teſtes videntur
dicere, quod ſi habebat officium, erat ſemeſtre, &
ſic paruo tempore duraturum, quia illo tempore,
7 vel circa & ante, & poſt ibat per officia; † Sed his
non obſtãtibus, quæ dicta ſunt circa iſtam vltimam
qualitatem, videtur dicendum, dictum D. Aloyſi-
um fuiſſe capacem, nec ſibi obſtare allegationem
dicti officii per eum, vt dicitur, tunc habiti, ex quo
ipſe expreſſe non dicitur probaſſe contrarium, quia
poteſt dici, quod probatio huius negatiuæ, quod tũ
temporis non habebat officium, non videtur ipſi
domino Aloyſio incumbere, dato quod ſit funda-
mentum ſuæ intentionis; quia fauore fidecommiſſi
relicti vni nobili de la Turre, qui ſit pauper, & non
habeat officium, videtur quod non incumbat onus
probandi ipſi D. Aloyſio; in dubio enim eius fauore
præſumptio eſt, pro ipſa negatiua, quod non habu-
8 erit officium, † vt eſt caſus ſingularis, *in l. ex facto,*
in §. ſi quis autem, in fin. ſecundum Ang. ibi. ff. ad Trebel.
vbi videtur probari, quod illa negatiua, ſi quis de-
ceſſerit ſine liberis prælata in teſtamẽto in fauorem
fideicommiſſarii præſumitur, vt ibi, & ita tenet et-
iam Paul. de Caſtr. *in d. §. ſi quis autem*; & maxime
iſtud credo eſſe verum in caſu noſtro, cum agatur
de tempore, quo dicta Domina Ioannina tranſiuit
ad ſecunda vota, quo tẽpore ſpectabat ad officium
hominum de dicto conſortio inquirere, an eſſet a-
liquis nobilis de dicta familia de la Turre, cum qua-
litatibus prædictis, debet ei tradere, & omnibus
præferatur, non autem ſpectabat ad dictum Domi-
num Aloyſium, qui erat tunc temporis abſens à ci-
uitate Mantuæ & ignorabat dictum teſtamentum,
& maxime particulam dicti legati; & hoc vult ex-
preſſe teſtator, quod dicti homines de dicto con-
ſortio debeant videre, & inquirere, vt patet ex ver-
bis dicti teſtamenti in verſiculo. Item voglio, che
in quanto nõ ſi trouaſſe eſſere figliuolo alcuno del-
le ſopradette mie figliuole, che la ſopradetta poſ-
ſeſſione torni al conſortio predetto, & che il Maſ-
ſaro, & Conſiglieri vedano, ſel ghe appareſſe alcu-
no pouero gentilhuomo, &c. Nam per illa verba;
vedano ſe le appareſſe, &c. teſtator vult, quod ipſi
de conſortio debeant videre, id eſt, inquirere ſi erit
aliquis nobilis pauper. Nec obſtat ſi dicatur, illa
verba loquuntur in caſu quando tractatur de nobili
paupere, qui non ſit de familia teſtatoris, nõ autem
loquitur quando tractatur de nobili paupere, qui
ſit de familia dicti teſtatoris; Quia reſpondetur,
quod illa inquiſitio, quæ eſt facienda in caſu, quo
tractatur de nobili paupere cenſetur eſſe reperita
in caſu ſequenti, quando tractatur de nobili pau-
pere, qui ſit de familia teſtatoris; vt patet in dicto
teſtamẽto in verſiculo ſequente ibi: & ſel ſe trouaſ-
ſe alcuno pouer huomo gẽtilhuomo, che foſſe del-
la Torre. Nam illa dictio, & ſel ſi trouaſſe, quæ ſi-
gnificat, & ſi reperiretur, repetit omnem qualita-
9 tem appoſitam in præcedenti, † quia copula, &,
eſt huius naturę, quod eſt repetitiua qualitatis præ-
cedentis, *vt l. Seio. §. Gaio Seio. & ibi per Bart. ff. de fund.*
inſtruc. & per eundem Bart in l. in repetendis. ff. de legat. 3.
10 † Item quia natura copulæ, &, eſt coniungere ea
quæ ſunt eiuſdem generis, & qualitatis, vt not. Bald.
& Salic. *in l. 2. C. de ſucceſſorio edicto* maxime quando
copula, &, eſt continua: ita, & coniuncta cum di-
ctione, ſi, ſicut eſt in caſu noſtro, iuxta not. per Bart.
in l. 1. in prima quæſtione prima q. principalis, in 3. col. in
11 *verſ. hoc præmiſſo. ff. de vulgar. & pupill.* † Sicut etiã di-
citur de dictione, ſed & ſi, cuius natura eſt aduerſari
his quæ ſunt eiuſdem generis, *vt l. maritus, §. cum au-*
tem, & ibi hoc not. Bartol. per gloſſ. quæ eſt ibi. ff. de adul-
12 *ter.* † Item quia natura aduerſantiæ eſt repetere
qualitatem appoſitam in præcedenti, vt not. Bald.
in l. omnes populi, in 3. colum. verſic. item vnum caput ſta-
tuti. ff. de iuſti. & iure, & Petr. de Ancha. in reper. cap. ca-
nonum ſtatuta, in 191. colum. extra de conſtitut. Et idem
eſt in dictione, quamuis, vt not Salicet. *in l. vi-*
num, in 9. colum. ff. ſi certum petatur. Et quod iſta
fuerit intentio teſtatoris, apparet ex illis verbis;
13 come è detto di ſopra; † quæ clauſula in fine ap-
poſita, ex quo poteſt commode referri, ad præce-
dentia omnia debet referri, *vt in cap. 2. requiritur extra*
de appellat. & in cap. inquiſitioni, eodem tit. & in l. ta-
lis ſcriptura. §. fina. cum ibi not. ff. de legat. primo. cum ſi-
mil. Et ſic illa dictio, & ſi, coniuncta illa clauſula, co-
me è detto di ſopra; habet iſtum ſenſum; quod ho-
mines dicti conſortii videant, & inquirant, ſi re-
periatur pauper nobilis de ſua familia, &c. Et ſic vo-
luit teſtator quod in vtroque caſu, videlicet pau-
peris qui non ſit de familia, & pauperis de fami-
lia, debeant de eis inquirere: & ideo patet, quod
eis incumbebat iſtud onus inquirendi, ſi erat pau-
per de familia, qui eſſet ſine officio, propter quod
videtur, quod dictus Dominus Aloyſus ſit rele-
uatus ab onere probandi iſtam negatiuam, tem-
pore dictæ electionis faciendæ tempore, quo Do-
14 mina Ioannina tranſiuit ad ſecundas nuptias, † &
hoc per text. *in dicta l. ex facto, in §. ſi quis autem, in*
fin. ff. ad Trebellian. ſecundum vnum alium intelle-
ctum, quem dat Bartol. ad illum textum, *in l. illa*
ſtipulatione ſi Calendis coniuncta, l. hoc iure in fin. ff. de
verbo. obligat. de quo per Doctor. ibi, & per Ioannem
de Imola, in dicto §. ſi quis autem; facit ad hoc, quod di-
cam de iſta inquiſitione facienda in ſequenti dubio prin-
15 *cipali.* † Item poteſt alio modo reſponderi, et-
iamſi vere dictus Dominus Aloyſius habuiſſet
officium, vel debuiſſet probare, ſe non habuiſ-
ſe, quod dictum officium non haberet impedi-
re dictum legatum, factum dicto Domino Aloy-
ſio, tanquam vni nobili pauperi de familia teſta-
toris; quia teſtator non præſumitur intellexiſſe
de officio illo ſemeſtri, & ſic modico tempore du-
raturo, ſed ſenſiſſe videtur de officio perpetuo,
quia ſicut legatum dictæ poſſeſſionis eſt perpe-
tuum, ita videtur officium debere eſſe perpe-
tuum, quoniam teſtator non præſumitur appo-
ſuiſſe illa verba, & ſine officio ob aliam cauſam,
quam vt ille pauper nobilis non haberet, qui
ex officio ſuo commode viuere poſſet, voluit e-
nim illi ſoli nobili pauperi ſubuenire de dicto le-
gato per eum relicto, qui eſſet pauper facultatibus
& non haberet officium, vel aliud adiuuamen ex
quo commode viuere poſſet; & ſi teſtator fuiſſet
interrogatus, quare appoſuit illa verba, & ſine offi-
16 cio, veriſimiliter, non allegaſſet aliã cauſam. † quia
dignitas

dignitas officij non eſſet illa, quæ haberet veriſimi-
liter nocere, *argum. l. ſi longius. §. fin. in fin.* ibi nonne
augetur vtilitas per dignitatem. *ff. de iudic. & l. falſa,*
in fine princip, ibi, nam honor eius auctus eſt. *ff. de*
condit. & demonſtrat. & l. Senator, el. 2. in fin. ff. de Sena-
toribus. Et ideo iſta interpretatio, quod dixerit illa
verba, ſine officio, ad denotandum, quod non ha-
beret, vnde commode poſſet viuere, eſt ampie-
ctenda, *argumen. gloſſ. notabilis in l. tale pactum, §. fin. in*
fin. ff. de pact. & gloſſ. in clemen. 1. de reſtit. in integr. & pro-
batur in l. Titius, in §. Lucius, & ibi Paul. de Caſtr. ff. de li-
ber. & poſthum. & in l. ex facto, in princip. ibi nec enim. ff.
17 *de vulgat. & pupill.* † Item hoc probatur quando-
c cunque vnica tantum ratio *c* finalis poteſt allega-
ri, & ſubeſſe, licet non ſit expreſſa, tamen habetur
pro expreſſa, vt eſt gloſſ. notabilis *in l. quamuis, Cod.*
de fideicommiſſ. & de hoc notat Bald. qui dicit hoc habe-
re locum tam in teſtamentis, quam in ſtatutis, & i-
dem tenet Bald. *in l. quotiens, la. 1. eodem titul. & in l.*
maximum vitium. in quarta column. verſicul. ſed iſta ra-
tio Bartol. mihi non placet, Cod. de liberis præterit. & Pau-
lus de Caſtr. in l. ſi vero. §. de viro, ff. ſolut. matrimon. facit
quod notat Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 6. quæ-
ſtione, in fin ff. de verbor. obligat. & l. 2. ff. de liber. & poſt-
hum. & iſta interpretatio non eſt extenſiua, ſed in-
tellectiua, quia text. *in dict. l. quamuis dicit,* intelligi
poſſe, quia ratio, & intellectus idem ſunt, ſecun-
dum Bald. ibi, facit, *l. cum mulier, cum ibi notat. ff. ſolut.*
matrimon. cum ſimilibus. Sed ſi iſta ratio fuiſſet ex-
preſſa in teſtamento, videlicet ideo volo, quod ſit
ſine officio, quia intendo, quod ſi haberet offi-
cium, ex quo commode poſſet viuere, licet aliàs eſ-
ſet pauper ſine officio, nolo quod habeat dictum
legatum, ſed ſi haberet officium, ex quo commode
non poſſet viuere, quia aliàs ſit pauper, volo quod
conſequatur dictum legatum, nulli eſſet dubium,
quod ſi dictus Dominus Aloyſius habebat offi-
cium tantum ſemeſtre, tempore quo Domina Io-
annina tranſiuit ad ſecunda vota, & ſic ex eo officio
non potuiſſet commode viuere toto tempore vitæ
18 ſuæ deberet habere dictũ legatum, † quia illa ver-
ba teſtatoris debent intelligi de victu, non ſolum
ſemeſtri, ſed etiam & toto tempore vitæ ſuæ, facit
19 ad hoc. *l. 1. cum ibi notat. C. de legat.* † Item quia lega-
tum relictum ob certam cauſam, determinatur ſe-
cundum illam cauſam, vt *in l. Seio. in princip. & ibi hoc*
20 *notat Bartol. in ſummario. ff. de annuis legat.* † & ratio
dicti declarat, & ampliat dictum, *vt l. quod dictum. ff.*
de pact. & in l. cum pater. §. dulciſſimis, de leg. 2. & l. hac
actio. & ibi not. ff. de calumnia. & not. eleganter Bartol. in
l. pater. §. fundum, ff. de legat. 3. & probatur in l. Pamphi-
21 *lo, in princip. de leg. 3.* † quia ex ratione intelligimus
dictum, vt dicit Bald. *in l. ſuum, in fin. C. de iure deli-*
22 *ber. per not. at. in l. ſi is qui animo, ff. de acquiren. poſſ.* † Et
quia cauſa ſemper debet attendi, *vt l. emptor. §. fin.*
ff. de rei vendica. & in l. in fideicommiſſi, in §. cum Poli-
dius, ibi, idque ſibi mater ideo placuiſſe teſtamento
comprehendiſſet, ne filia tutoribus, ſed potius ne-
ceſſitudini res committeretur, *ff. de vſuris;* ſed cauſa
prohibitionis dicti legati propter officium fuit, vt
dixi, ſi ex illo officio commode poſſit viuere; & id-
eo ſi eſt ſemeſtre officium, ex eo non poſſet com-
mode viuere, vt dixi; ergo, &c. Pro hoc etiam facit
optime, quod dicam infra in tertio dubio principa-
li. Et ex his concludo circa primum dubium, quod
D. Aloyſius tẽpore quo dicta D. Ioannina nupſit ſe-
cundo loco, fuit capax, & habilis ad dictum lega-
23 tum conſequēdum. † Circa ſecundum dubuim
principale, an homines de dicto conſortio debebãt
tunc eligere ad dictum legatum D. Aloyſium tem-
pore, quo dicta D. Ioannina tranſiuit ad ſecũda vo-
ta. Et breuiter dicendum eſt, quod ſic; ex quo erat
habilis, vt dictum eſt in præcedenti dubio princi-
pali; ſed vnũ eſt, quod poteſt facere dubitationem,
quia dictus D. Aloyſius non erat tunc temporis in
ciuitate Mantuæ, nec petiit dictum legatũ, ſiue di-
ctam poſſeſſionem, & bona ſibi tradi; per not. *in l. 4.*
in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. quia ipſe D. A-
loyſius eo tempore, non erat in ciuitate Mantuæ, &
ſic verum erat dicere, quod tunc nõ inueniebatur,
nec videtur quod homines de dicto conſortio te-
nerentur de eo inquirere, ex quo erat in alia pro-
d uincia, *d* etiam non proxima ciuitati Mantuæ, per
tex. *in l. 2. §. ſi præſes, coniuncta gloſ. ff. quis ordo in bon. poſſ.*
ſeruetur, & per tex. cum ibi not. per Bar. in l. continuus. §. i-
tem qui inſulam, in fi. ff. de verb. obl. & per not. per Bar. in l.
idemq. ff. pro ſocio; & in l. ab hoſtib. § ſi vir vxorem, ff. ſolu.
mat. & in ſuo tractatu de teſte, in c. quod incipit, lata culpa.
24 † In quib. habetur, quod quis non debet adire a-
lium, vel adhibere ad aliquem actum, qui non ſit in
prouincia, vel in proxima; & per not. per Bart. *in l. ſi*
25 *ancillã, in fi. ff. pro ſuo,* qui eleganter dixit, † quod nun-
tiare alicui, intelligitur ſi ille, cui debet nuntiari eſt
in eodem territorio, ita quod de facili poſſit fieri
denuntiatio; Nam quærere aliquem extra territo-
rium abſurdum eſt, *vt in authent. de fideiuſſ. §. 1. colla. 1.*
26 † Sed tamen hoc dubio non obſtante teneo, quod
homines de dicto conſortio tenebantur ipſum D.
Aloyſium eligere ad dictum legatum; Nam ex quo
teſtator dixit in dicto ſuo teſtamento in verſiculo;
Item voglio in quanto ſe non trouaſſe, ibi, vedano,
ſe ſe l' appareſſe alcuno; videtur voluiſſe, quod dicti
de conſortio debeant videre, id eſt, inquirere, ſi re-
peritur aliquis nobilis pauper; vt dixi in præcedenti
dubio principali. Et ſic ex voluntate teſtatoris appa-
ret, quod dicti de conſortio tenebantur inquirere:
Item etiam ſi verba teſtatoris hoc non dicerent; ta-
men ſecundum formam iuris communis tenebantur
tur inquirere, quia dicendo in dicto teſtamento, Et
ſe ſe trouaſſe alcuno pouero gentilhomo, che foſſe
della Torre, &c. videtur voluiſſe, quod ſi reperitur,
detur ei dictum legatum, & ſi non reperitur, detur
alteri pauperi nobili. Et ſic ad hoc, vt ſit aperta via
alteri nobili, qui non ſit de la Turre ad dictum le-
gatum conſequendum; eſt neceſſe, quod primo ap-
pareat, quod non inueniatur aliquis de la Turre,
qui ei debeat præferri, iſtud autem, quod inuenia-
tur, vel non inueniatur aliquis nobilis de la Turre
pauper, vere non poteſt apparere, niſi prius facta di-
ligenti inquiſitione per homines de dicto conſor-
tio, ſi inuenitur, aut non inuenitur pauper nobilis
de la Turre, vt probatur, *in l. 3. in §. Nerua filius,* ibi, &
tamen ceſſat interim diligens inquiſitio. *ff. de acquir.*
poſſ. & ita vult Bart. in l. in illa ſtipulatione ſi calendis con-
iuncta

iuncta l. hoc iure in fin. ff. de verb. oblig. & Bart. in l. 2. §. ſi
27 *dubitetur. ff. quemad. teſta. aperi.* † vbi dicit, quod pro-
bari aliquid non eſſe, vel non reperiri debet fieri ex
officio iudicis diſcuſſo, & diligens inquiſitio, *vt l.
magis puto. § ne paſſim. ff. de rebus eorum; & C. de pignori-
bus, auth. hoc ſi debitor;* Vel debet peti à Iudice vt mit-
tat nuntios, & diligenter inquirat, *arg. dicta l. hoc iure,
& l. cũ quidam §. fin. cum l. ſeq. de leg. ſecundo, & idem vult
Bart. in l. ſi quis ex argentariis, §. prætor, in fin. prima col.
ff. de eden. & idem vult Bart. in conſ. ſuo 108.* quod inci-
pit, quidam Petrus, vt dicitur, fecit teſtamentum, *in
28 peu. col. in fin.* † vbi dicit, quod probatur teſtamen-
tum non extare, *e* vel factum non fuiſſe adhibita
diligenti inquiſitione, & facta diligenti exploratio-
ne, ſi non reperitur, lex habet pro probato, non eſſe
rem, *vt d. §. Nerua filius, & dicta l. hoc iure, ff. de verb. ob-
lig.* vbi probatur per exploratores quẽ non veniſſe
29 in Italiam. † Per quæ iura etiam probatur, quem
non eſſe ſoluendo, per excuſſorem, quia nuntij ad
hoc deſtinati non reperiant, quod ſufficiat, vt pro-
batur in omnibus legibus quæ de diſcuſſione lo-
quuntur, *facit l. hac conſultiſſima, §. at cum humana fra-
gilitas verſ. ſed quia tabulariorum copia*, ibi, iubemus vt
ſi tabellarius reperiri non poſſit. *C. qui teſtam. facere
poſſ. & quod not. Bart. in l. ſemel, C. de re milita. lib. 12. & in
l. 1. §. 1. in 2. not. in fi. ff. de liber. agnoſcen. & quod not. Ang.
in l. ex facto, §. ſi quis autem, in fin. princ. ff. ad Treb.* Et pro
hoc optime facit, quod not. gl. *in l. ſi ea. C. de his quibus
vt indign. & quod, ibi, not. Bald. & quod not. Salic. in l. ſi
ideo eod. tit. & quod not. Bald. in l. fin. §. neceſſitatem, in fin.
C. de bonis quæ liber. & Cardin. Zabar. in c. paſtoralis, in §.
præterea in 9. notat. extra de offic. ordina. & facit cap. 1.*
ibi, cum omni diligentia requiſitus, *extra qui ma-
trimon. accuſ. poſſ.* Et, quod dicti de conſortio tene-
30 rentur inquirere, probatur, † quia quando quis
ratione ignorantiæ vult ſe excuſare, & validare a-
ctum alias inualidum, tunc non præſumitur inſci-
entia, & ignorãtia, niſi probetur per aliquas conie-
cturas vt *l. ſi quis patrem. ff. ad Maced. quia debuit inqui-
31 rere, & notat. in l. Iulianus eodem titul.* † Et vbi requi-
ritur diligens inquiſitio, ibi non parcitur ignoran-
ti, niſi conſtet de diligenti inquiſitione, quod facit
contra ſyndicos non denuntiantes maleficium, vt
eleganter notat. Bald. *in l. 1. Cod. ad Macedon.* Et ideo
cum homines de dicto conſortio, vel Dominus
Bartholomæus velint ſe excuſare ratione ignoran-
tiæ, non excuſantur, niſi appareat de diligenti in-
quiſitione, quæ nulla penitus in caſu noſtro inter-
uenit, & ideo eum vere reperiretur dictus Domi-
nus Aloyſius, debebat per dictos homines de con-
ſortio fieri inquiſitio de eo, & eo reperto eligere ſe-
cundum formam teſtamenti, &c. Nec obſtat, quod
dixi, quod dictus Dominus Aloyſius hoc nõ petiit,
quia ipſe ignorauit dictum teſtamentum, & ſpecta-
bat ad officium dictorum de conſortio inquirere,
vt dixi; & ei tradere legatum, & maxime cum verba
teſtamenti referantur ad dictos homines de con-
ſortio, ibi; voglio che più toſto ſi dia à quelli tali, ar-
32 gum. gl. not. *in l. ſi ſoror cum ibi not. C. de collat.* † Nec
obſtat dum dixi, quod dicta inquiſitio non debe-
bat fieri; ex quo dictus Dominus Aloyſius non erat
Mantuæ dicto tempore, nec in prouincia proxima,
ſed remota, puta in Marchia, quia non tenebantur
mittere ad eum, per ea, quæ dicta ſunt ſupra; Quia
reſpondetur, quod ſaltem debebant inquirere in
ciuitate Mantuæ, ſi erat aliquis de dicta familia no-
bilis, & pauper, ex quo erat ciuis Mantuanus, & ha-
bebat coniunctos in Mantua, videlicet ſorores, ac
etiam quia conſtabat Maſſano dicti conſortij, qui
vocatur Leo Franciſcus, vt apparet in eius teſtifica-
tione, & ideo cum non fecerint non debet nocere
dicto Domino Aloyſio; Nam ſi inquiſiuiſſent dili-
genter in ciuitate Mantuæ, potuiſſent habere in-
formationem de vita, & paupertate dicti Domini
Aloyſij; & ſic potuiſſent, & debuiſſent ipſum elige-
re; Non autem dico, quod debuiſſent mittere ad i-
pſum inquirendum, per prouincias longinquas, vt
loquuntur iura ſuperius in contrarium allegata,
33 † imo puto fortius poſſe dici, quod poſtquam ha-
buiſſent veram informationem, quod dictus Do-
minus Aloyſius fuiſſet in rerũ natura, & de la Tur-
re, & pauper, & bonæ conditionis, & famæ, prout
requirit teſtamentum, quod debuiſſent ei dare no-
titiam, arg. gl. notabilis, *in l. hoc autem, §. 1. in verſ. co-
gnati, ibi*, vel dic, quod etiam in qualibet ciuitate vel
loco, vbi eſt veriſimile eum habere amicos & qui
ſciant eum defenſari. *ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur:* &
hoc ſi ſciebãt, vbi tunc erat Dominus Aloyſius; ſed
ſi ignoraſſent, in quo loco fuiſſet, ſaltem tenebãtur
eum & conſanguineos, & amicos vocare publice,
non ſolum in ciuitate Mantuæ: ſed etiam in loco, in
quo veriſimiliter putaſſent ipſum Dominũ Aloy-
ſium fuiſſe, *arg. l. ſed ſi pupil. §. præſcribere, ff. de inſtitoria,
& l. ergo, ff. ex qui. cau. ma.* Et hoc videtur eſſe de men-
te gl. *in d. l. hoc autem in pr. in verſ. cognati. in fi. & Spec. in
tit. de citatione, §. ſequitur verſ. ſed numquid conſanguinei.*
Cum ergo dictus Dominus Aloyſius fuerit capax,
& habilis ad dictum legatũ conſequendum, & po-
tuiſſet, & debuiſſet inquiri de eo, & concurrerent
in eo omnia, quæ in teſtamento connnẽtur, vt dixi
in præcedenti dubio principali, ſequitur quod de-
buit eligi ad dictum legatum tempore, quo dicta
Domina Ioannina tranſiuit ad ſecunda vota, & ma-
xime cum conſtare poſſit teſtatorem de eo ſenſiſſe,
ex quo erat vnicus de familia, & capax ad dictum le-
gatum conſequendum, *arg. l. 2. cum ibi not. ff. de libe. &
poſth.* & vt eleganter, & copioſe declaratum eſt in al-
legationibus pro parte dicti Domini Aloyſij factis.
34 † Circa tertium dubium, An D. Aloyſius fuerit et-
iam capax dicti legati tempore ſuæ petitionis fa-
ctæ, & etiam de præſenti, Et dubium ſolum facit
quia ipſe tempore petitionis de præſenti habet, v-
num officium in Mantua ad bene placitum Illuſtr.
Marchionis Mantuæ, ex quo percipit omni menſe
quinq; ducatos, cũ dimidio, vel circa. & habet par-
tem in vno molendino, & certam poſſeſſionem; &
ſic videtur, quod non ſit habilis, ex quo teſtamen-
tum dicit, quod debeat eſſe ſine officio, vt dixi ſupra
in primo dubio principali. Sed hoc nõ obſtante te-
neo, quod ipſe fuerit, & ſit habilis, quia illa verba
teſtamenti; & ſine officio, intelliguntur de tali offi-
cio ex quo cõmode viuere poſſet, cum his quæ ha-
bet: & iſta fuit intẽtio teſtatoris, vt dixi ſupra in pri-
35 mo dubio principali, † & probatur hoc etiã per id,
quod

quod not. Bald. *in auth. præterea, C. vnde vir & vxor.* v-
bi Bald. eleganter interpretando *dictam auth.* dicit,
quod illa auth. quæ vult, quod ſi matrimonium ſit
abſque dote, & coniux laboret inopia, intelligitur
de dote congrua & competenti, ex qua ſuperſtes
f ſuſtentari poſſet, ſecus ſi eſſet parua, *f* non ſuffici-
ens ad ſuſtentationem vitæ, quia paria ſunt non ha-
bere dotem, vel habere paruam, & incompeten-
tem ad ſuſtentationem vitæ, & eſt eadem æquitas
in vtroq; caſu, quia ratio illius auth. fundatur in in-
opia, ita quod commode viuere non poſſit, ſicut eſt
etiam in caſu noſtro; & ita tenet Salicet. & Paul. de
Caſtr. & Lodou. de Roma, & alii ſcribentes *in dicta
auth. præterea*; & idem tenet Lodou. de Roma, *in l.
diuortio, in princ. ff. ſolut. matrim. & hoc etiam probatur in
auth. de exhibendis reis, in §. quoniam verò, ante fin. con-
iuncta gl. in verſ. habeat, quæ dicit ſufficientem ſententiam*
36 *collat. 5.* † Et pro hoc facit, quia paria ſunt non ha-
bere, vel modicum aut minus ſufficienter habere,
*vt l. quamuis. ff. de cond. & demonſtr. & argum. gl. in auth.
minoris. C. qui da. tutor. poſſ. in gl. 1. in princ.* Et pro hoc
allego text. *in l. 2. in fin. cum l. ſeq. ff. quod cum eo,* vbi ha-
37 betur, † quòd ſi pater habeat filium, qui fecit mul-
tos contractus, ex quibus poteſt conueniri & car-
cerari, *vt l. 3. §. ſed vtrum, ff. de minorib.* datur ibi cau-
tela. quod pater emancipet filium, vel ipſum exhæ-
redet, quia tunc non tenebitur, niſi in quantum fa-
cere poteſt; & ibi dicitur, quod paria ſunt, quod
non ſit hæres inſtitutus, vel, quod ſit inſtitutus in
modico, & pro hoc etiam optimè facit, quod not.
Bald. *in l. eam quam. C. de fideicom. in 9. colum. in verſ. con-*
38 *ſueuit quæri.* † Et pro hoc facit optime ratio, quia
ſi intelligeretur dicta auth. pręterea de qualibet do-
te etiam parua, & in caſu noſtro intelligeretur de
quolibet officio etiam paruo, ſequeretur vnum ab-
ſurdum, quod ſi eſſet dos decem librarum haberet
locum dicta auth. præterea, quod eſt falſum ſecun-
dum Bald. ibi. Item, ſimiliter ſequeretur, quod ſi
Dominus Aloyſius haberet vnum officium, etiam
in vita ſua, ex quo perciperet de ſalario in anno de-
cem aut viginti libras tantum, quod eſſet priuatus
dicto legato, quod eſſet abſurdum dicere; quia eſ-
ſet contra mentem teſtatoris, qui conſiderauit of-
ficium, ex eo, quod commode poſſet viuere, vt ſæ-
39 pe dictum eſt. † Et quia per indirectum tolleretur
voluntas legis & teſtatoris, quod non eſt dicendum
argum. l. quod de bonis. §. fin. in fin. ff. ad leg. Falcid. Et ſic
cum in caſu noſtro dictus Dominus Aloyſius atten-
ta conditione ſua, & nobilitate, & communi ſuo v-
ſu viuendi, & eius familia, non poſſet commodè vi-
uere ex dicto officio cum ſuis redditibus, quæ o-
mnia aſcendunt ad ſummam centum ducatorum,
40 vel circa, & non vltra, vt apparet ex proceſſu; † quo-
niam viuere commode, licet ſit pauper, intelligitur
g tamen ſecundum conditionem *g* ſuæ nobilitatis,
& ſecundum, quod conſueuit viuere, etiam in ſua
paupertate, *argum. l. ſed etſi ſuſceperit, cum ibi not. ff. de
iudic. per gloſſ. & Doctor. & per not. per Bart. in l. ſi conſtan-
te, in princ. in 2. quæſt. 1. part. principalis, ff. ſolut. matrim.
cum ſimilibus.* Vnde cum dictus Dominus Aloyſius
ſit nobilis, & functus fuerit multis præturis, & ha-
beat vxorem, & multos filios, & ſit ætatis quinqua-
ginta quinque annorum, vel circa, & non ſit mul-
tum ſanus, vt mihi aſſeritur in facto; ita, quod eſt
opus ei viuere victu non vili, ſed ordinato, ſecun-
dum conditionem perſonæ ſuæ: Non puto, nec ex-
iſtimo, quod redditus centum aureorum ſibi ſuffi-
ciat ad victum & veſtitum ſuę maximę familiæ, ma-
ximè conſideratis caſibus aduerſis, puta infirmita-
tum, & ſimilium, quæ ſæpe ſuccedere conſueue-
runt in huiuſmodi familiis, vt optimè expertus
ſum, niſi vellet viuere de vento, ſicut facit lupus, vt
41 dicit gloſſ. *in l. fin. C. de aliment. pupillo præſtand.* † Et
ideo inhæreo probationibus in hac parte deductis
pro parte Domini Aloyſii, ex quo dicuntur veriſi-
miliores, per text. *in l. hoc carmen. §. fin.* ibi, & quæ rei
aptiora, & vero proximiora eſſe compererit, *ff. de te-
ſtib. c. licet cauſam, §. ex præmiſſis, de extra probatio. & c.
præterea, extra de teſtib. c. 3. 4. quæſt. 3.* Vnde concludo
ex prædictis, quod dictus Dominus Aloyſius fuit
etiam capax dicti legati tempore ſuæ petitionis, &
42 de præſenti. † Circa quartum dubium, an electio
facta per dictum conſortium fuerit valida & nulla.
Et breuiter dicendum eſt, quod fuerit, & ſit nulla,
quia fundata eſt ſuper cauſa falſa, dum in ea dicitur,
quod nulla ex conditionibus extat teſtamenti, quæ
obuiat, aut obuiare poſſit electioni faciendæ dicto
Domino Bartholomæo, quia imo obſtabat condi-
tio dicti Domini Aloyſii, qui debebat præferri cui-
cunq; alteri nobili, vt patet ex his, quæ ſupra dicta
ſunt, & maximè cum dicti Maſſarius, & Conſiliarii
dicti conſortii, dicant, ſe vidiſſe & intellexiſſe, quod
prædicta expoſita ſunt vera, viſo & diligenter exa-
minato dicto teſtamento, quod eſt falſum, quia ſi
diligenter examinaſſent dictum teſtamentum, in-
ueniſſent narrata pro parte Domini Bartholomæi,
fuiſſe falſa, propter ſuperexiſtentiam dicti Domini
Aloyſii: Vnde cum dicta electio fuerit fundata ſu-
per falſa & iniuſta cauſa, fuit & eſt nulla, & iniuſta,
& tanquam nulla & iniuſta venit reuocanda, *vt l.
cum vero. §. ſubuentum. ff. de fideicom. libertatibus, & l. ſed
ſi hac lege, §. patronum, in verſ. per obreptionem. ff. de in ius
vocand. & per c. ſuper literis, cum ibi not. extra de reſcript.
& per not. per Bart. & Doctor. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acqui-
rend. poſſeſſ. & in l. ſi is ad quem. ff. de acquir. hæred. & in l.
ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic.* & hoc etiam probatur
per alias rationes, ſapientiſſimè deductas in allega-
tionibus pro parte dicti Domini Aloyſii factis, &
mihi exhibitis. Circa quintum & vltimũ dubium,
an debeat pronuntiari Dominum Aloyſium, eligi
debere ad dictum legatum, & ſibi tradi, non ob-
ſtante electione, facta de dicto Domino Bartholo-
mæo. Et breuiter ex prædictis apparet, quod ſic:
Nam ſi fuit capax dictus Dominus Aloyſius dicti
legati tempore, quo domina Ioannina tranſiuit ad
ſecunda vota; & fuit habilis, & capax tempore ſuæ
petitionis productæ, & etiam de præſenti; ſequi-
tur, quod debeat pronuntiari ſecundum petita per
dictum Dominum Aloyſium. Nec obſtat, electio
facta de dicto Domino Bartholomæo, quia illa ele-
43 ctio fuit nulla, vt dixi in præcedenti dubio, † quia
non præſtat impedimentum, quod de iure non ſor-
titur effectum, *vt in c. non præſtat, de regul. iur. lib. 6. &
probatur in l. ſi dari ſtipuler, quæ eſt in 2. charta, ff. de ver-
bor. ob-*

r.obliga.per quem text.gloſſ.in dicto cap.non præſtat,ponit exemplum in electione, quæ non tenet, vt illa non præſtet impedimentum alteri de iure eligendo, ſicut eſt Dominus Aloyſius, vt patet ex prædictis.

ANNOTATIONES.

a Viſo teſtamento] *Adde, quod in hac eadem cauſa contrarium conſuluit Alexander Imolenſes in conſ.213. lib.6. & conſil. 91. libro 7. vbi videtur reſpondere his, quæ per Dominum Capollam in hoc conſilio adducta ſunt, & in eadem conſuluit etiam Laurentius Calcaneus in conſ.8. & ſeq.*

b Negatio] *De hac regula late tradunt Doctores l.in illa, ff. de verborum obligationibus, vbi Iaſ.num. 14. Dec. in l.ſi emancipati, num.2.C.de collationibus, & in c.quoniam contra, nu.19. extra de probationib. Bernardus Diaz in tractatu regularum, regula 488. Tiraquel. in tract.conſanguinitatu.§.32.gl.vnica, num.94.& ſeq.ampliſſime Antonius Gabrielus communium concluſionum lib.1.in tit.de probat.concl.6.per totam, Octauianus Chacberanus in deciſionibus Pedemontanis, deciſione 108.nu.3.& deciſio.174.nu.5.Cephal.in conſ.47.n.1.& fuſe Franciſcus Herculanus in tractatu de probanda negatiua, n.2. cum multis ſequentibus.*

c Vnica tantum ratio] *Vide quæ ad rem hanc ſcribunt Bald.Caſt.& Iaſ.in l. quamuis, C. de fideicommiſſis, Alex.conſ.22.nu.2.& conſ.10.nu.10.lib.4. Pariſ.conſ.92. nu.49.libro ſecundo, Soc.Iun. conſ.167.nu.21.conſ.168. nu.3.& 54.vol.2.& alij plures, quos congerunt Meizarius in conſ. 5.nu.51. Dominus Decianus in conſ.41.nu. 86.vol.1.conſ.19.nu.9.vol.2.conſ.55.nu.66.conſ.74.nu. 23.& conſ.84.nu.19. vol.3. & ample Dominus Franciſcus Mantica in tractatu de coniecturis vltimarum voluntatum lib.6.tit.14.nu.20.*

d In alia prouincia] *Faciunt quæ ſcribit Felin. in c.propoſuiſti, nu.14.extra de probatio. Alex.in conſ.84.num.11. lib.3.& Crane.in conſ.272.in fine.*

e Teſtamentum non extare] *Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib.2.tit.1.nu.1.*

f Secus ſi eſſet parua] *Adde late Corn. in conſ. 249.col.1. & 2.lib.3.Andr.Sicul.conſ.74.lib.4.Soc. Sen. conſ.121. lib.4.& alios congerit Tiraq. in tract.de iudicio in rebus exiguis ferendo verſ.9.*

g Secundum conditionem] *Quis dicatur pauper, late docet Dominus Menochius de arbitrariis iudicum lib.2. caſu 65.*

CONSIL. XXVIII.

ARGVMENTVM.

An petens reuocationem tenutæ dicatur actor, vel reus.

SVMMARIA.

1 *Actor ſequitur forum rei, etiam ſi ſit quæſtio inter clericum, & laicum.*

2 *Petens reuocationem tenutæ, & ſe mitti in poſſeſſionem, an ſit actor vel reus, & nu.6.15.& 16.& de qua poſſeſſione intelligatur, & nu.13.*

3 *Tenuta fit non ſolum facto, ſed etiam verbo, & nu.14.*

4 *Reus dicitur ille, qui ſuper actoris libello litem conteſtatur.*

5 *Excommunicatus reſtitutionem, & reuocationem tenutæ petere non poteſt, quando eſt actor, ſecus quando eſt reus, & nu.7.*

8 *Tenuta dicitur illa, quæ fit ex 1.& 2.decreto.*

9 *Priuatio præſupponit habitum.*

10 *A confeſſione facta in libello recedendum non eſt.*

11 *Clauſula, non ſe aſtringens, &c. in libello poſita quid importet.*

12 *Verba ambigua in libello poſita, an proferens poſſit declarare.*

16 *Petens pronuntiari ſententiam nullam, quæ fuit prouocata à parte aduerſa, dicitur in conſequentiam, & incidenter petere, & quomodo id intelligatur.*

17 *Clericus citatus à iudice laico ad contradicendum tenutæ, coram eo comparere non tenetur, & ſi comparet dicitur potius actor quam reus.*

18 *Exiſtens in poſſeſſione, ſi petat, an dicatur actor, vel reus, & nu.20.*

19 *Vltima opinio gloſſæ eſt tenenda.*

Opinio gloſſæ Accurſii tenenda eſt in dubio, vbi contrarium per ſtatutum diſpoſitum non reperitur ex ſtatuto Veronæ; & quomodo intelligatur, nu.21.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In cauſa quæ vertitur coram Reuerendiſſ. Domino Vicario, Domini Epiſcopi inter Dominum Iacobinum de Tridento ex vna parte, & Antonium de Zachariis nepotem Domini Federici ex altera, caſus talis eſt. Nam dictus Antonius ſiue eius procurator, tanquam hæres Martini de Zauolis petiit, & habuit à D. Vicario Domini Poteſtatis vnum præceptum mittendum Dominis Vicariis villarum, in quo continebatur in effectu, quod d. D. Vicarij villarum deberent præcipere dictis affictalibus, dictæ hæredi. Martini Zauoli, & dicto Antonio de Zachariis tanquam hæredi, vt ſibi reſpondeant de fructibus dictæ hæreditatis cum clauſula, & ſi quis de prædictis ſenſerit ſe grauatum, &c. Quo præcepto facto comparuit d. Dominus Iacobinus coram Domino Vicario Domini Poteſtatis, & porrexit vnum libellum, in quo in effectu continebatur, & narrabatur, quod dictum præceptum reſolui debet in vim ſimplicis citationis; petens dictum præceptum, ſeu dictas literas, tanquam indebite commiſſas, & ſupreptitias, & præter, & contra formam iuris, & ſtatutorum communis Veronæ reuocari, quia ipſe D. Iacobinus fuit in poſſeſſione iam duobus annis; quare petiit in concluſione dictas literas reuocari debere; & ſe reduci in poſſeſſionem infra ſcriptarũ petiarum terrarum; Non aſtringens ſe ad probandum, &c. Poſt cuius libelli porrectionẽ Dominus Iudex ſtatuit terminum curatori dicti Antonij, ad reſpondendum dicto libello, vſque ad certum diem, infra quem diem dictus curator Antonij porrexit ſcripturam reſpondendo prædicto libello: & ſuper eo litem conteſtando, & dicendo ſe eſſe in poſſeſſione iuſta, vigore dicti teſt. & ſtatuti communis Veronæ; Deinde reſponſum eſt per procuratorem dicti Antonij poſitionibus dicti D. Iacobini, ſed Dominus Iacobinus nũquam voluit reſpondere poſi-

tionibus dicti Antonij, ita, quod Dominus Vica-
rius D. Poteſtatis prouunciauit dictas poſitiones
pro confeſſis: poſtremo dictus Dominus Iacobinus
videns ſe ſuccumbere, allegauit in curia Epiſcopa-
li ſe clericum; & dicit ſe fuiſſe, & eſſe reum; dicens,
1 † quod actor debet ſequi forum rei, *vt in l. 2. Cod. de
iuriſdict. omn. iud. cap. ſi clericus laicum, extra, de foro com-
pet. & cap. cum ſit generale in princip. eodem titulo*, & ſic
petit, quod petatur in inhibitoria Domino Pote-
ſtati, ſeu eius Vicario, vt partes remittant ad curiam
Eccleſiaſticam, id eſt, Epiſcopalem: Ex parte D. An-
tonij dicitur, quod hoc fieri non debet per dictam
regulam, quæ dicit, quod actor ſequitur forum rei
etiam ſi eſt quæſtio inter clericum, & laicum, *vt eſt
caſus in dicto cap. ſi clericus laicum, extra, de foro compet.*
quia dictus Duminus Iacobinus eſt actor, & dictus
a Antonius eſt reus. † Quæritur modo quis dica-
tur eſſe actor, an dictus Iacobinus, an vero dictus
Antonius; Nam ſi eſt actor Dominus Iacobinus,
non debent partes remitti ad curiam Epiſcopalem,
ſed iudicium debet compleri vbi eſt inceptum ſci-
licet in curia ſeculari. Si vero eſſet reus, tunc ſecus;
Et teneo firmiter, quod dictus Dominus Iacobi-
nus ſit actor, & non reus, quod probo, primo per
ſtatutum ciuitatis Veronæ poſito, *in 2. lib. cap. 11.* vbi
dicit rubrica, de tenuta recuperanda, & quis intelli-
gatur, actor in cauſa caſſationis, & in nigro ad fi. di-
citur ſic; &, quod ille intelligatur eſſe actor qui pe-
tierit fieri caſſationem, ſeu reuocationem tenutæ
ſiue pignorationis, Nam dictum ſtatutum eſt cla-
rum, quod petens reuocationem tenutæ, ſit actor,
ſed ita eſt in caſu noſtro, quod dictus D. Iacobinus
petit reuocationem dictæ tenutæ, per dictas lite-
ras, vt in caſu continetur, ergo eſt ipſe actor: & cer-
tum eſt, quod illæ literæ emanatæ à Domino Vica-
rio Poteſtatis Dominis Vicariis Villarum, ponunt,
3 & dant tenutam dicto Antonio: † quia tenuta fit
non ſolum facto quando quis corporaliter ingre-
ditur poſſeſſionem, ſed etiam quando ſolo verbo:
vt eſt caſus, coniuncta gloſſella notabili, *in cap. cum
Eccleſia Sutrina, in §. in fin. in verbo reducentes, extra de
4 cauſa poſſ.* & proprie. ergo, &c. † Secundo princi-
paliter hoc etiam probatur ratione: Nam reus dici-
tur ille, qui litem conteſtatur ſuper libello actoris,
*vt l. 2. in princ. C. de iuramen. calumn. coniuncta l. 1. & auth.
offeratur, Cod. de litis conteſta.* modo cum hoc ſit: eſt
impoſſibile, quod dictus Iacobinus ſit reus: Nam
ſi eſſet reus, oporteret, quod ipſe conteſtaretur li-
tem ſuper libello Antonij, quod eſſe non poteſt,
quia nullus libellus præceſſit, neque aliquis actus
iudiciarius, niſi quod præceſſit dictum præceptum,
ſeu dictæ literæ, quæ reſoluuntur in vim ſimplicis
citationis, vt not. Bartol. & Doctor. *in l. 1. Cod. de exe-
cu. rei iudic. & in l. de pupillo, in §. meminiſſe. ff. de noui o-
per. nunti.* quæ citatio non ligat dictum Iacobinum,
cum dicat, ſi quis de prædictis ſcilicet partiariis, &
colonis nominatis in literis, ergo non poteſt dici
reus, quia ridiculum eſſet dicere, quod ſuper cita-
tione generali, in qua iſte Iacobinus non compre-
henditur, vt dixi. & in qua nulla fit narratio, petitio,
vel concluſio, poſſit lis conteſtari. Sed bene dum
clientulus meus Antonius reſpondit per ſcriptu-
ram ſuam libello prædicti Domini Iacobini: vt pa-
tet ſupra in caſu: eſt lis conteſtata per ipſum, non
autem per dictum Iacobinum, ergo ſequitur, quod
5 dictus Iacobinus eſt actor, non autem reus. † Ter-
tio principaliter ad hoc allego gloſſ. *in cap. ex inſi-
nuatione, extra de procur. in verbo canonicum, vbi Doctor.
quæ gloſſ. vult*, quod excommunicatus non poteſt pe-
tere reſtitutionem: ergo vult, quod petens reſtitu-
tionem ſpoliationis, dicatur actor, quia alias ſi di-
ceretur reus, bene admitteretur, *11. q. 3. cap. cum ex-
communicato; ad idem eſt gloſſ. 23. diſtin. cap. in nomine
Domini.* Quarto de hoc eſt textus cum gloſſ. *in dict. l.
non cogendum, §. fin. de procur. in verbo. defenſoris*: Quin-
to principaliter hoc probatur euidentiſſime, nam
ille, qui petit reuocari tenutam, & ille qui petit ſe
reduci ſeu mitti in poſſeſſionem, dicitur eſſe actor,
vt ſtatim dicetur, ſed Dominus Iacobinus copu-
latiue iſta duo petit in ſuo libello: ſcilicet reuocari
dictum præceptum, ſeu dictas literas, & ſic per con-
ſequens tenutam datam ex eis: & ſe reduci in poſ-
ſeſſionem, vt patet ex ſuo libello. & ſupra dixi in
caſu, ergo ſequitur ſine dubiu, quod ipſe eſt actor,
6 † Et quod petens reuocationem tenutæ & ſe mit-
a ti in poſſeſſionem, ſit actor, & non reus, *a* tenet
Ioan. Anton. *in cap. quoniam frequenter, in §. quod ſi ſu-
per, vt lite non conteſta. & in cap. qua fronte, de appellat.
& Specul. in titul. de contumacia, in §. fin. verſic. ſed pone,
vbi dicit Specul.* quod excommunicatus non poteſt
petere reuocationem tenutæ, quia agere dicitur,
allegat. *c. cum excommunicato 11. q. 3. Hoſt. idem tenet in
c. dilecto extra de verbor. ſign. & idem tenet Ant. de Butr.
Dominus Proſdocimus, & Doct. in cap. cum inter priorem
extra de except. &c. & idem tenet Bartol. & omnes Doct.
in l. de pupillo, in §. fin. ſi procurator. ff. de noui. oper. nunt.*
7 vbi dixit, † quod ſi excommunicatus venit prin-
cipaliter ad ſe defendendũ, quod vult defenſionem
aſſumere, dicendo ſcilicet ſe non eſſe excommuni-
catum, & in conſequentiam petit tenutam reuoca-
ri, & tunc bene poſſet, quia tenet locum rei, & ideo
non eſt repellẽdus, propter excommunicationem,
facit quoniam §. in aliis præallegatum, auth. princi-
paliter petit reſcindi quod factum eſt contra ſe, ſic-
ut fecit Dominus Iacobinus, & tunc non poteſt,
quia dicitur actor. *ff. de iudiciis l. in tribus*, & idẽ tenet
Dominus Proſdocimus ad literam in dictu c. cum
inter, extra de except. & pro hoc adducit illam con-
cluſionem, quæ eſt, quod ſpoliatus non poteſt pe-
tere reſtitutionem obſtante excommunicatione,
vt not. gloſſ. *de procurator. cap. ex inſinuatione, & in cap.
in nomine Domini 23. diſtin. & Innoc. in cap. cum noſtra
extra de conceſſ. preben.* & iſta eſt communis opinio
* * omnium legiſtarum, & canoniſtarum in locis
præallegatis, & vbique, vbi de hac materia tangitur
&, hoc etiam confitetur D. Aduocatus partis ad-
uerſæ, & per hoc patet ſatis clare, quod dictus Do-
minus Iacobinus eſt actor, & non reus, & per con-
ſequens non debet audiri in curia Epiſcopali, & li-
cet iſta ſufficerent, tamen vt appareat vobis Domi-
no Vicario, quod argumenta alterius Domini Ad-
uocati nihil cõcludunt ad propoſitum, eis breuiter
8 reaſſumptis clariſſime reſpondetur, † & primo non
obſtat quod dicitur per partem aduerſam, quod hic

non

non loquitur de tenuta, quia in libello non petitur
reuocatio alicuius tenutæ, quia tenota dicitur illa,
quæ fit ex primo vel ſecundo decreto, vt not. Bart.
& Doctor. *in l. ſi finita, in §. vlt. ff. de damn. infect. & in
cap. quoniam frequenter, extra vt lite non conteſtata*, ſed
hic non fuit facta aliqua tenuta ex primo vel ſecun-
do decreto, ergò, &c. & maximè, quia tenuta dici-
tur illa, quando de facto apprehenditur poſſeſſio,
vt dictis iuribus; Quia reſpondeo, quod primo fuit
facta tenuta per illas literas, ſeu illud præceptum,
ex quo non fuit reuocatum, quia per illud præce-
ptum dictus Antonius poſitus fuit verbaliter in te-
notam, *vt not. gloſſ. in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina, ex-
tra de cauſa poſſeſſ. & propriet.* licet de facto non ap-
prehenderit poſſeſſionem, vt ſupra dixi in primo
9 argum. meo. † Præterea dico, quod ex alio capite
dicitur actor, quia petit ſe reduci in poſſeſſionem,
& ſic præſupponitur, quod nos ſimus in poſſeſſio-
ne & in tenuta vigore dictarum literarum, quia pri-
uatio poſſeſſionis noſtræ, quam ipſe D. Iacobinus
petit, præſupponit habitum, ſcilicet nos eſſe in poſ-
ſeſſione, *l. decem, ff. de verbor. oblgat. & l. manumiſſiones.*
10 *ff. de inſtit. & iure, cum ſimilib.* † à qua confeſſione
poſita in libello non eſt recedendum, nec recedi
poteſt, *l. cum precum, & ibi gloſſ. ordinaria, C. de lib. cau-
ſa*, & eſt caſus ad literam, *in l. iura, C. de omni agro de-
ſerto, lib. 11.* Vbi dicit ſic text. deſiderium apud acta
publicatum corrigi non poteſt, & ad idem eſt text.
in l. 2. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condit. factis, ibi, ex
his quæ libello, & ibi hoc notat Bald. Angel. & mo-
derniores, & ita etiam not. Dn. Cardin. Flor. Dn.
Franc. Zabar. *in c. examinata, in 1. colum. extra de iudic.*
11 *& not. Doctor. legiſta in l. vnica, C. de confeſſis.* † Et per
hoc patet etiam reſponſio clara ad aliud argumen-
tum, quod adducitur per partem aduerſam, dum
dicitur, quod licet in libello ſoo dicatur, quod pe-
tat ſe reduci in poſſeſſionem, tamen eſt in poteſta-
te ſua illa verba dimittere, & ſolum ſtare in verbis,
dum petitur, dictas literas reuocari propter clauſu-
lam, in dicto ſuo libello in fine appoſitam, quæ di-
cit, non adſtringens ſe ad probandum, &c. quæ
clauſula importat, vt non teneantur omnia dedu-
cta in libello probare, ſed ſolum ſibi neceſſaria ad
victoriam, vt not. *in c. licet cauſam, extra de probat. &
not. Bart. & Doctor. in l. diuus, ff. de re iudic. & per Ang. &
D. Paulum de Caſtr. in l. habebat, ff. de inſtitoria*, quia re-
ſpondeo, quod quantum ad victoriam obtinen-
dam in cauſa poſſeſſionis, ſuper qua iudicium pen-
det, bene ſufficit probare partem eorum, quæ po-
nuntur in libello, & quæ concludant, licet alia non
probentur propter illam clauſulam, non tamen
poteſt agens remouere aliqua verba ſubſtantialia,
vel concluſiua appoſita in libello, vel ab eis verbis
diſcedere per iura prædicta: Alias autem ſequere-
tur, quod vbi per libellum ſuum fuiſſet effectus a-
ctor, quod eſſet in poteſtate ſua, efficere ſe reum,
volendo recedere à verbis appoſitis in ſuo libello,
quod non reperitur iure cautum. Illa etiam clau-
ſula, non adſtringens ſe ad probandum, &c. opera-
tur ſolum in cauſa victoriæ, quò ad probationem,
vt prædicta clauſula dicit, dum dicit, non adſtrin-
gens ſe ad probandum, & ita not. Doct. in iuribus
ſupra allegatis, non autem operatur, quò ad incho-
andum, vel validandum iudicium, vel ad poteſta-
tem detrahendi ea, quæ ſunt appoſita in libello,
quia de hoc dicta clauſula nihil dicit, ergò, &c. *ar-
gum. l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſuppellect. leg. coniuncta*
12 *l. non omnis, in princ. ff. ſi cert. petat.* ergò, &c. † Nec
etiam obſtat tertiò, quod dicitur per partem ad-
uerſam videlicet, quod cùm dicitur in ſuo libello;
peto me reduci in poſſeſſionem, & illa verba ſint
ambigua, eſt in poteſtate ipſius proferentis, in iu-
dicio ea declarare, *l. ſi quis intentione ambigua, ff. de in-
dic. cum ſimilib.* Vnde cùm illa verba, peto me redu-
ci in poſſeſſionem, poſſint intelligi de vera poſſeſ-
ſione, & de illa, quæ eſt de facto, & de poſſeſſione
verbali, vel quæ de facto facta & conceſſa eſt, inter-
pretatur, quod intelligatur de poſſeſſiooe ex tenu-
ta verbali, & quæ de facto proceſſit, non de illa fa-
13 cti, quæ de iure proceſſit, † quia ego reſpondeo,
quomodocunque intelligatur, ſatis eſt, quod petit
ſe remitti in poſſeſſionem, & quia Doctores, de
quibus ſupra dixi in tertio argum. principali pro a-
lia parte, qui dicunt, quod petens ſe mitti in poſſeſ-
ſionem, eſt actor, non magis diſtinguunt, vel lo-
quuntur de poſſeſſione facti, quàm iuris, nec ma-
gis de reali, quàm verbali; ergò nec nos diſtingue-
re debemus, *l. de pretio, ff. de publiciana, & l. 1. §. genera-*
14 *liter, ff. de legat. præſtand. cum ſimilib.* † maxime cum
ita dicatur tenuta illa, quæ eſt verbalis, quàm illa,
quæ eſt realis, gloſſ. *in d. c. cum Eccleſia Sutrina, extra
de cauſa poſſeſſ. & propriet.* vt ſupra dixi in primo argu-
15 mento primæ partis, ergò, &c. † Nec obſtat et-
iam, quod quarto allegatur per aliam partem, vide-
licet, dum præſupponitur, vt verum eſt, quod ipſa
petit reuocationem tenutæ, & ſe mitti in poſſeſſio-
nem, & quod doctrina, de qua ſupra dixi in tertio
argum. principali pro prima parte, eſt vera, ſcilicet
quod petens reuocationem tenutæ, & ſe mitti in
poſſeſſionem principaliter, eſt actor, petens verò
in conſequentiam, eſt reus; quia dicit, ipſa petit in
conſequentiam prædicta, non autem principaliter.
ergò vult, quod ipſa ſit rea potius quàm actrix, per
dictam regulam, quam fatentur veriſſimam; quia
etiam negari non poteſt, & ſic ipſam pro ſe inducit,
& quod pars aduerſa dicatur petere prædicta, ſcili-
cet reuocationem tenutæ, & ſe remitti in poſſeſ-
ſionem in conſequentiam, & non principaliter;
probat ipſa per not. per Bart. *in l. ſi expreſſim, in 6. co-
lum. in fin. verſ. nunc videamus aliqua, quando pro ſe, &c.*
16 *ff. de appellat.* † vbi ſecundum eam vult Bart. quod
vbi aliquis petit, ſententiam pronuntiari nullam
prouocatus, & inſtigatus per aliam partem, quod
tunc dicitur incidenter, & in conſequentiam pete-
re: Si verò non prouocatus vel incitatus, petit ſen-
tentiam pronuntiari nullam, tunc principaliter di-
catur petere, & ſic dicatur actor. Sed ita eſt in pro-
poſito, quod dictus Dn. Iacobinus prouocatus per
partem noſtram, vigore dicti præcepti, vel dicta-
rum literarum, petit dictas literas, ſeu præceptum
reuocari, ergò petitur in conſequentiam, ergò eſt
reus, & non actor. Nam ego reſpondeo, quod o-
mnia iſta ſunt falſa, & non dicitur per Bart. vt ipſe
dicit, nec ita intelligitur, quod not. Bart. *in d. l. de pu-*

pillo, in §. fi. ff. de noui oper. nunt. & , quod not. Doct. in d. c.
cum inter priorem, extra de except. Imo dicta ſua diſtin-
ctio, an prouocatus, vel non prouocatus, eſt de di-
recto contra doctrinam Bart. *in d. l. ſi expreſſim, vt di-*
cam infra ſtatim, in fi. huius reſponſionis; Nam Doct. de
quibus ſupra, qui faciunt differentiam, an petatur
reuocatio tenutæ principaliter, & in conſequen-
tiam ſic intelliguntur; datur tenuta in bonis excom-
municati tanquam excommunicati, vel in bonis
banniti, tanquam banniti, vel in bonis contumacis,
tanquam contumacis; Si comparet excommunica-
tus, vel bannitus, vel contumax aſſertus, & dicat ſe
non eſſe excommunicatum, vel bannitum, vel con-
tumacem, & ſic in conſequentiam tenutam non te-
nere nec valere; tunc eſt reus, ſi autem hoc non al-
legat, ſed principaliter dicat tenutam reuocari de-
bere, tanquam indebite factam, ſicut dixit Domi-
nus Iacobinus in ſua petitione, vt ſupra dixi in caſu;
tunc dicitur actor. Nec obſtat, quod dicit Bart. *in d. l.*
ſi expreſſim, ff. de appellat. quia Bartol. hoc non dicit, vt
aſſerit pars aduerſa, ſed loquitur in aliis terminis, vi-
delicet ſic ad literam: duobus modis cognoſcitur de
nullitate incidenter, primo cum petitur executio
ſententiæ, & ille, contra quem petitur, excipit de
nullitate, ſecundo modo quando vna partium petit
iterum ſententiari, dicens ſententiam primo latam
eſſe nullã, *vt d. l. ſi expreſſim*, principaliter vero cauſa
nullitatis agitur petendo principaliter ſententiam
nullam, & ideo ad propoſitum dicta verba Bartol.
non faciunt, quia in caſu noſtro non diſputatur de
nullitate præcepti, imo dicitur, quod eſt aliquod, &
petitur ipſum reuocari, ergo nil faciunt. Præterea
Bar. non dicit, quod prouocatus petens pronuntia-
ri ſententiam nullam dicatur incidenter petere, ſed
bene dicit, quod vbi habens ſententiam pro ſe, pe-
tit ipſam mitti executioni, & ſic agitur, quod exci-
piens de nullitate dicitur incidenter opponere, ſed
non eſt ita in caſu noſtro; non enim pars mea, ſcili-
cet Antonius petit vigore dicti præcepti ſeu di-
ctarum literarum ſe mitti in poſſeſſionem, quod
tunc bene fateor, ſi ita peteretur, & per Dominum
Iacobinum opponeretur de nullitate ipſius præce-
pti, vel ipſarum literarum, quod tunc diceretur in-
cidenter opponere, ſed non eſt ita, imo dictus An-
tonius nihil vnquam petiit à Domino Iacobino,
ſed erat in poſſeſſione, & illa clauſula appoſita in
præcepto, ſeu in dictis literis reſoluitur in ſimpli-
cem citationem, vt dicit Dominus Aduocatus par-
tis aduerſæ; ergo nihil petitur per ipſum Antonium
nec à iudice nec à parte, niſi vt compareat ad alle-
gandum iura ſua ſi quæ habet, ſi vult, vnde dictum
Bart. *in dict. l.* ſi expreſſim, nihil facit ad propoſitum,
17 ergo, &c. † Præterea non eſt verũ, quod dictus Ia-
cobinus fuerit citatus per dictam clauſulam, quia
dicitur in dictis literis ſi quis de prædictis, &c. *vt ſu-*
pra dixi in ſecundo argu. Item quia poſito, quod com-
prehendatur Iacobinus in citatione, tamen illa ci-
tatio non arctabat eum ſi nolebat venire, *vt notat.*
Bald. & D. Paulus Caſt. in l. teſtamenta omnia, C. de teſta-
mentis, vbi vult expreſſe Dominus Paulus de Caſt.
quod ſit actor; Et idem tenet Ang. *in l. pen. §. hac ſti-*
pulatio, in 9. col. ff. ſi cui pluſquam, per leg. Falic. Præterea
ſi conſideretur præceptum, non eſt dicta clauſula,
ergo non fuit citatus aliquo modo: Præterea dicta
diſtinctio Domini Aduocati alterius partis, quam
facit de dicto Bartol. *in dicta l. ſi expreſſim*, videlicet,
quod petens pronuntiari ſententiam nullam, ſi eſt
prouocatus dicitur petere incidenter, ſi vero non
eſt prouocatus, dicitur petere principaliter, eſt de
directo contra ipſum Bart. in loco prællegato. *l. ſi*
expreſſim, vbi vult, quod quando vna pars non eſt
prouocata, & petit iterum ſententiari; quia prima
ſententia prolata eſt nulla, dicitur incidenter pete-
re ſcilicet ipſam nullitatem, quia incidenter ipſam
deducit, vnde diſtinctio prædicta Domini Aduo-
cati partis aduerſæ eſt in totum falſa, & nihil facit
18 ad propoſitum. † Poſtremo non obſtat vltima
ratio, quæ allegatur per gloſſ. *in dict. l. de pupillo, & §.*
fin. ff. de noui operis nunt. quæ vult ſecundum aduoca-
tum partis aduerſæ, quod ille qui eſt in poſſeſſione,
& petit, dicitur reus, & quia ipſe Dominus Iacobi-
nus eſt in poſſeſſione, ergo eſt reus, cum illa ſit vl-
tima opinio poſita in gloſſ. ibi, quæ etiam videtur
19 eſſe opinio Accurſij, † quia vltima opinio in du-
bio eſt tenenda, & indubio videtur approbata per
gloſſ. vt notat. gloſſ. *in l. qui filium, in §. Sabinus, ff. ad*
Trebell. quæ opinio Accurſij, vbi non eſt ſtatutum,
nec text. tenenda eſt, vt vult primum ſtatutum ſe-
cundi libri ſtatutorũ communis Veronæ. Quia re-
ſpondeo, quod ridiculum eſt dicere, quod pars ad-
uerſa ſit in poſſeſſione, quia totum iudicium agi-
tatum hactenus vſque ad concluſionem in cauſa
excluſiue in curia ſeculari, eſt ſuper poſſeſſorio, &
ſic quis ſit in poſſeſſione, ergo nullus noſtrum po-
teſt dicere, quod ſit in poſſeſſione, pendente iudi-
cio ſuper poſſeſſorio, ergo dicta ratio alterius Do-
mini Aduocati eſt falſa. Præterea poteſt dici, quod
imo nos ſumus in poſſeſſione, quia poſitiones no-
ſtræ, quæ dicunt quod nos ſumus in poſſeſſione,
ſunt publicatæ, & pronuntiatæ pro confeſſis, à
qua pronuntiatione non eſt appellatum, ergo ſe-
quitur, quod nos ſumus, & debemus iudicari eſ-
ſe in poſſeſſione, ergo prædicta ratio quæ allega-
tur pro parte aduerſa eſt pro nobis, præterea, &
fortius pars aduerſa fatetur, quod ſumus in poſ-
ſeſſione, dicendo, quod ſpoliauimus, vt ſupra di-
xi in principio reſponſionum ad argumenta, er-
go hoc argumentum eſt potius pro nobis, quam
20 contra. † Præterea dico, quod illa opinio gloſſ.
an quis poſſideat, vel non poſſideat, reprobatur
per Bartol. ibi, & omnes Doctor. & prima opinio
gloſſ. poſita in gloſſ. tenetur, per Doctores, ergo il-
lam etiam nos tenere debemus, vt notat. *in l. pri-*
ma, Cod. de pœna iudi. qui male iud. & notat Bald. in ca-
21 *pit. primo, §. iudices in titulo de pace iura. firma.* † Nec
obſtat, quod dicitur, quod vltima opinio gloſſ.
eſt tenenda ſecundum ſtatutum Veronæ, de quo
ſupra, quia reſpondeo, quod licet videatur in du-
bio Accurſius tenere vltimam opinionem poſi-
tam in gloſſ. tamen non habet locum ſtatutum,
quia ſtatutum loquitur de gloſſ. ordinaria Accurſij,
& approbata per Accurſium, ſed certum eſt, quod
non dicitur gloſſ. ordinaria quando dicitur, vel
dic, nec dicitur approbata, ſed tunc quando gloſſ.

firmat

ſirmat pedes dicendo, tu dic, hæc vera; vel hanc approbo: ex iſtis patet clariſſima reſponſio ad omnia allegata in contrarium, vnde Domine Vicarie veritas, iuſtitia, & ratio eſt pro noſtro Antonio de Zachariis luce meridiana clarior, quem vobis committo, quia eſt pupillus.

Annotationes.

n Sit actor & non reus] *Adde, quod idem conſuluit Soc. ſen. in conſ.109. per totum, lib.4. Rom. conſ.217. num.2. Dec. in conſ.43. num.2. & in c. intelleximus, num.9. extra de iudicijs, Purpurat. in conſ.682. num.3. vol.4. Riminal. ſen. in conſ.377. num.21. vol.2. & conſil.662. nu.15. vol.4. Grat. conſ.3. num.32. vol.2. Afflict. deciſ.268. in fin. latè D. Menoch. in tractat. de retinenda poſſeſ. in 1. remedio, num.94. & ſeq. Virginius de Boccatiis in tractat. de interdicto vti poßidetis, c.15. num.24. & per totum, & Borgninus Caualcanus in 1. part. ſuarum deciſionum, deciſ.17. num.6. & 7. & faciunt ea, quæ ſcribit Tiraquell. in tractat. le mort ſaiſit le vif, limitat. 6. declarat.7. num.2. & 3. Didac. Conarr. lib.1. variarum reſolut. c.18. num.4. & 6. & Octauianus Chacheranus deciſ.151. per totam.*

CONSIL. XXIX.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIA.

1 *Allegans ſe ſpoliatum per literas, & petens eas reuocari, an tenutæ reuocationem petere cenſeatur: ad hoc vt dicatur, actor vel reus, & an id principaliter vel incidenter facere intelligatur, & quomodo, num. 8. & 10.*

2 *Dicens ſe ſpoliatum, aduerſarium poßidere præſumit.*

3 *Tenuta verbalis per literas conſtituta dicitur.*

4 *Concluſio libelli ſemper eſt attendenda.*

5 *Narrata in concluſione libelli an quis mutare poßit.*

6 *Poſſeßio defuncti tranſit ad hæredem, etiam abſque apprehenſione actuali ex ſtatuto Veronæ.*

7 *Paria ſunt literarum reuocationem petere, vel reuocationem tenutæ.*

9 *Copula, &, principaliter coniungit non acceſſoriè, ſecus in dictione, cum.*

11 *Petens reuocationem tenutæ offerendo libellum, dicitur actor.*

12 *Propter clauſulam iuſtificatoriam, an quis ad iudicium prouocatus dicatur.*

Intellectus gloſſ. in l. non cogendum, §. fin. ff. de procurator.

13 *Intellectus l. in tribus, ff. de iudicijs.*

14 *Intellectus c. dilecti, extra de exceptio.*

15 *Declaratio ad ſtatutum Veronæ de tenuta recuperanda, lib.2. cap.65.*

16 *Ex proœmio ſtatuti ipſius intentio dignoſcitur.*

Statutum laicorum an & quando liget clericos.

17 *Statutum ſimpliciter loquens, non dicitur contra libertatem Eccleſiæ.*

18 *Vbi adſunt textus gloſſ. & Doctor. ad ſimilia recurrendum non eſt.*

19 *Grauatus facto iudicis, & appellans, an dicatur actor vel reus.*

REVERENDE Domine Vicarie: Veniendo ad concluſiones ſuper meritis cauſæ allegatas per clariſſimum Aduocatum D. Ioannem de Melzo, & me: Remanſerunt iſtæ duæ dubitationes ſuper libello aduerſarii noſtri, videlicet primò, an Dominus Iacobinus aduerſarius noſter petierit in ſuo libello reuocationem tenutæ, vel aliud idem importans, quo ad propoſitum, quis dicatur actor vel reus. Secundò, an dictus Dominus Iacobinus petierit reſtitutionem ſpoliationis prin-
1 cipaliter, an incidenter. † Quantum ad primum, dico, quod ſine dubio petiit reuocationem tenutę, quod patet, quia dicit, ſe eſſe ſpoliatum ex dictis literis, & vigore dictarum literarum; ergo præſupponit, quod nos fuimus poſiti in tenuta vigore dictarum literarum, & ſic petendo reuocarionem dictarum literarum, videtur petere reuocationem tenutæ ex eis conceſſæ, & iſtud eſt clariſſimum in voce, nec eget aliqua probatione; tamen ego
2 hoc etiam confirmo legibus: † nam qui dicit, ſe ſpoliatum, præſupponit nos eſſe poſitos in tenuta & poſſeſſione, vt in toto titulo, extra de reſtitut. ſpoliat. *in l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad leg. Iuliam, de vi public.* Item, dum petit reuocari literas, videtur petere, vt dixi, eius effectum, & ſic tenutam, de qua
3 nunc quæritur. † Et præterea eſt gl. de hoc, quod tenuta, etiam verbalis dicitur conſtituta ex dictis literis, vt eſt gl. *in c. cum eccleſia ſutrina, in verbo reducentis, extra de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Nec obſtat, quod dicitur, quod ibi fuit facta reductio per Papam: hic autem in caſu noſtro non fuit facta miſſio in poſſeſſionem per dictas literas, quia ego reſpondeo, quod non ſolum fuerunt miſſæ dictæ literæ Dominis Vicariis villarum, ſed etiam in executione dictarum literarum fuit factum præceptum partiariis & colonis; cum ergo, vt dixi, fuerit facta executio dictarum literarum, & ipſemet Dominus Iacobinus in ſuo libello dixerit, ſe fuiſſe ſpoliatum, ſequitur neceſſariò, quod ipſe dicit tenutam, & poſſeſſionem nobis datam vigore dictarum literarum. Nec poteſt nunc dicere contrarium, quia id aſſerit in libello maximè in concluſione libelli, ſicut fuerunt prę-
4 dicta verba, † quæ verba concluſionis ſemper ſunt attendenda, vt not. Innocent. *in c. ſuper literis, extra de reſcript. & Bald. in l. edita, C. de edendo, cap.1. l.2. in fin. C. de pet. hered. Bart. not. in l. Aurelius, §. Sticho, ff. de liber.*
5 *leg.* † & ideo aſſerens talia verba in libello concluſionis, non poteſt poſtea mutare, & variare, & negare, vt eſt caſus *in l. iura, C. de omni agro deſerto, lib.12.* ibi deſiderium apud acta publica corrigi non poteſt, &c. & not. gl. not. *in l. quod familia, ff. familiæ herciſc.* & iſtud eſt ita clarum: ſicut Deus eſt Deus. Nec etiam obſtat illud, quod allegatur ad idem, quod imo ipſe Dominus Iacobinus eſt in poſſeſſione, licet aliter dixerit in ſuo libello, quia, vt dixi, non poteſt variare, imo dico, quod nos ſumus nunc in poſ-
6 ſeſſione, & etiam tempore accepti iudicii, † quia ſtatutum eſt in ciuitate Veronæ, quod poſſeſſio defuncti tranſit ad hæredem, etiamſi de facto non fuit apprehenſa, etiamſi occupata fuerit per alium, &c. ſed pars mea eſt hæres, & fuit ante incœptum

iudicium, vt conſtat, de aditione; ergo fuit, & eſt in poſſeſſione, & iſtud debet ſatis mouere mentem iudicis. Præterea poſito ſine præiudicio veritatis, quod per illas literas nulla eſſet data tenuta poſſeſſionis realis; vel verbalis, quod tamen eſt falſum, vt
7 ſupra dixi, nihilominus dico, † quod paria ſunt petere reuocationem literarũ ſicut eſſet petere reuocationem tenutæ. Nam non eſt vis, quod petatur reuocari: nam ſiue petatur reuocari tenutam, ſiue ſequeſtrum, ſine bannum, ſiue literas emanatas idem eſt, quia lex loquens de Titio habet locum in Martino, vt not. Cyn. & Doct. *in l. 1. C. de confeſſis*, hoc etiam probatur, *in l. non cogendum, §. fin. & in l. de pupillo, §. qui remiſſionem. §. fin. ſupra allegatis*, vbi fit mentio de petẽte reuocari nuntiationem noui operis & ſic petente remiſſionem. Vnde quantum ad conſiderationem quis ſit actor, vel reus, nõ eſt differentia quid petatur reuocari, ſed in modo practicandi, & agendi, vt dicunt omnes Doctor. *in dicta l. de pupillo. §. fin. in dicta l. non agendum. §. fin.* Modo concludendo, ſi iſtud eſt verum, quod in dicto ſuo libello Dominus Iacobinus cõcludat principaliter dictas literas reuocari, ſiue illa verba importent reuocationem, vt dixi, ſiue non: imo ſolam reuocationem literarum; ſequitur quod eſt actor, ſecundum Bartol. *in l. de pupillo. §. fin. & ibi per Doctor. de noui operis nunt. cum ſimilibus*. Et hoc quan-
8 tum ad primum. † Quantum ad ſecundum; an dictus Iacobinus dicatur petere reſtitutionem ſpoliationis principaliter, an incidenter, dicit, aduocatus dicti Iacobini, quod incidenter, & in cõſequentiam, quia principaliter petit literas reuocari, & in conſequentiam reſtitutionem poſſeſſionis, & eo maxime quia fuit prouocatus ad cauſam propter clauſulam iuſtificatoriam appoſitam in literis, ſi quis ſenſerit ſe grauatum, &c. & hoc per *l. in trib. ff. de iudiciis*, ego autem dico contrariũ. Et primo quia principalis concluſio eſt reuocatio literarũ, & ſe reduci in poſſeſſionẽ, quę cõcluſio duplex fit per
9 copulam, & dum dicit, & ſe reduci, &c. † quæ copula, &, de ſui natura coniungit principaliter nõ acceſſoriẽ; licet ſecus in dictione cum, quæ coniungit acceſſoriẽ; & in conſequentiam, & non principaliter, vt eſt caſus, vbi not. *in l. 2. & 3. ff. de peculio leg.* cum ergo illa duo concludat copulatiue, ergo principaliter concludit, & ſic principaliter con-
10 cludit ſe in poſſeſſionem reduci. † Secundo hoc etiam probatur, quia illa verba Bart. & Doctorum, quæ dicunt aut principaliter petitur, aut in conſequentiam, ſic & aliter, quam ipſe dicit, intelliguntur, nam ſi compareret ad ſui defenſionem, dicendo, tenuta eſt data contra me tanquam contra contumacem; & ex eo quia fui contumax volo ſoluere expenſas contumaciæ meæ: & tunc in conſequentiam dictam tenutam eſſe reuocandam, tunc diceretur petere in conſequentiam, aut dicit Dominus Iudex, tenuta eſt data contra me, contra ius, & iuſtitiam, & eſt nulla, & peto ipſam reuocari, ſicut facit Dominus Iacobinus, & tunc dicitur principaliter petere, & eſt actor, ita vult Ioan. de Imola
11 *in dict. l. de pupillo. §. fin.* † Tertio, quod petens reuocari tenutam offerendo libellum dicatur actor quantum ad iudicii ordinationem: ſicut fecit Dominus Iacobinus, tenet expreſſe Bald. *in l. non cogendum, §. fin. ff de procura.* & hoc nullo modo poteſt cauillari; quia clare loquitur, nec clarius in propoſito loqui poſſet, & idem vult Ange. *in dicta l. de pupillo in fin. ff. de noui operis nunt.* & iſta eſt communis
** opinio Doctorum. † Quarto, de hoc eſt caſus
12 coniuncta gloſſella, *in dicta l. non cogendum, in §. fin. in verbo defunctus*, & ibi eſt proprie caſus de directo contra D. Ioannem, & eius doctrinam, qui dicit, quod per illam clauſulam iuſtificatoriam fuit prouocatus Dominus Iacobinus; ergo eſt reus; licet poſtea porrigat libellum, nam in §. fi. in illis duabus gloſſellis, eſt de directo caſus in cõtrarium; nam ibi erat nuntiatum nouũ opus procuratori meo, quæ nuntiatio fit etiam per iudicem, *vt l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de noui operis nũt.* & poſtea procurator meus prouocatus vigore dictæ denuntiationis, porrexit libellum in interdicto ne vis fieret ei ædificanti, dicit ibi, quod ſuſtinet partes defenſionis, &c. dicit prima glo. ſupra allegata defenſoris ſcilicet quo ad euitandam ſatiſdationem; quaſi dicat, quo ad alia, eſt actor; & ſic quo ad ordinationẽ iudicii dicitur actor, quo ad ſatiſdationem, dicitur defenſor, & ſic reus; & ita vult & intelligit ibi Bald. & ita intelligitur, *§. qui remiſſionem, in d. l. de pupillo ſecundum Bald. in d. §. fin.* Item dicit ibi, in dicto §. fin. alia ſecunda glo. ſupra allegata, quod licet fingatur ibi reus; tamen vere actor eſt, & ſic patet ibi expreſſe, quod ille procurator intentauit interdictum ne vis fiat ei, & erat prouocatus etiam per iudicem, quia vt dixi, nuntiatio fit etiam per iudicem, & tamẽ dicitur ibi, quod eſt actor vere quo ad ordinationẽ iudicii, &c. Vnde regula, & doctrina D. Ioannis videlicet, quod prouocatus per ſolam citationem generalem, ſic reus etiamſi porrigat primo libellum, eſt falſa; & contra illum tex. & contra illas gloſſas Accurſii; & approbatas per Accurſium, quæ ſunt tenendæ in iudicando Veronæ, ſecundum formam primi ſtatuti, ſecundi libri ſtatutorum communis Veronæ, & contra doctrinam Bald. *in d. l. non cogendum, §. fin. & doctrinam Ang. in d. l. de pupillo, §. fin. & contra do-*
13 *ctrinam Bart. ibi*, † Vnde d. l. *in trib. ff. de iudiciis*, quæ videtur dicere, quod ille dicitur actor qui primo prouocat; debet intelligi, & intelligitur, per gloſſas prædictas, & prædictos Doctores ſcilicet de illo, qui primo prouocat per libelli oblationẽ & petitionem, non autem per ſimplicem citationem, & maxime generalem; & ſub conditione, quæ videtur
14 ineſſe in clauſula iuſtificatoria. † Et præterea dico, quod etiam de hoc eſt caſus in cap. dilecti extra de exceptionibus; vbi agens, vel aliquid petens licet prouocatus, & ſtimulatus dicitur actor; nam ibi, dicitur, quod ille canonicus fuit electus in Priorem ſanctæ Mariæ, & S. P. & G. canonici ſe opponebant dictæ electioni, & tamen dicitur ibi, quod ſi ille P. M. agit cõtra illos canonicos; puta petendo confirmari ſuam electionem dicitur actor, nam dicitur ibi; quod ſi ſibi opponitur excommunicatio non debet audiri, ergo actor, & idem probatur in c. exhibita extra de iudiciis. Et ſic expr̃dictis concludo, quod totum fundamentum domini Ioannis

de prouocatione corruit, nec metuit allegari, &
per hæc patet reſponſum prædictis ſuis duobus
fundamentis, in quibus fundatæ ſunt omnes alle-
15 gationes ſuæ. † Sed vlterius bene dico, quod non
eſt reſponſum ſufficienter allegationibus meis: nec
credo de iure poſſe reſponderi; nam habemus ſta-
tutum noſtrum Veronæ de tenuta recuperanda,
quod debet attendi: quod expreſſe tollit totam no-
ſtram dubitationem; dicit enim ſic ad literam; & il-
le intelligatur eſſe actor, qui petierit reuocationem
tenutæ, ſeu caſſationem. Nec obſtat, quod dicitur,
quod illud ſtatutum debet intelligi ſtricte, vt mi-
nus lædat ius commune, quam poteſt, vt notat. *in l.
2. C. de noxalibus, cum ſimilibus*, & ſic debet intelligi de
poſſeſſione, & tenuta facti, & reali, non verbali, ſic-
ut eſt in caſu noſtro; quia dico, quod hæc interpre-
tatio non debet admitti & eſt friuola, nam loqui-
tur indiſtincte de illo, qui recuperat, & petit reuo-
cationem tenutæ, ergo indiſtincte debet intelligi,
& vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debe-
mus; maxime cum non ſit dare rationem diuerſita-
tis; quantum ad propoſitum noſtrum, an loqua-
mur de tenuta facti, an de tenuta verbali; quantum
ad hoc quis dicatur eſſe actor vel reus, *l. prima, §. ge-
neraliter, ff. de leg. præſtandis, & l. precio, ff. de publiciana.*
Imo dico, quod eſt penitus eadem ratio, quia in
conſiderando quis ſit actor, vel reus, non eſt vis, an
quis petat reuocationem tenutæ: quæ eſt conceſ-
ſa verbo, an tenutæ quæ eſt conceſſa facto, ſed vir-
tus conſiſtit in modo producendi libellum, vt de
ſe patet; & ſupradicti doctores dicunt; vnde credo,
quod fruſtra datur talis interpretatio ad illud ſtatu-
16 tum; & ſine ratione, ſi recte inſpiciatur. † Et præ-
terea ex proœmio ſtatuti inſpicitur intentio totius
ſtatuti; & proœmium declarat; & extendet totum
ſtatutum, vt eſt caſus notabilis, & ibi Bald. *in l. fin.
in principio, ff. de hæred. inſtitu.* ſed prædictum ſtatutum
in principio ſui, loquitur non ſolum indiſtincte:
ſed etiam generaliter, in omni caſu; Dicit enim ſic:
ſtatuimus ſi aliquis quacunque ratione, vel cau-
ſa acceperit tenutam, &c. ſic ergo etiam totum ſta-
tutum debet in dubio generaliter intelligi, & iſtud
eſt clariſſimum, & ita ſemper intelligitur, & pra-
cticatur illud ſtatutum in ciuitate Veronæ. Præ-
terea dico, quod aliter non poteſt intelligi dictum
ſtatutum niſi prout iacet, quia habemus vnum ſta-
tutum Veronæ, quod eſt vltimum in volumine,
quod dicit, quod omnia ſtatuta debent intelligi,
prout iacent ad literam, &c. ergo, &c. vt notat. Bald.
17 *in auth. ſi qua mulier, C. de Sacroſan. Eccl.* † Nec etiam
obſtat ſecundo principaliter, dum dicitur, quod il-
lud ſtatutum non ligat clericum; *vt notat. infra cap.
eos, de immunitate Eccleſ. lib. 6. & in c. Eccleſia Sancta Ma-
ria de conſtitu.* Quia reſpondetur, quod talis obie-
ctio non mereretur reſponſum: tamen ego ſic re-
ſpondeo; aut ſtatutum eſt circa merita cauſarum, &
deciſionem: & tunc talia ſtatuta contra libertatem
Eccleſiæ, & perſonas Eccleſiaſticas non valent de
iure, vt etiam habetur, *in auth. caſſa & irrita, C. de Sa-
croſanct. Eccleſ.* nec ſecundum formam alterius ſtatu-
ti Veronæ, ſed ſi eſt ſtatutum circa ordinationem
iudicij; non eſt dubium, quod legat clericos liti-
gantes in illo iudicio, *vt l. 3. in fin. ff. de teſtibus, & not.
omnes Doct. in l. cunctos populos, C. de Summa Trinit. & fi-
de Cath.* quis enim dubitat, quod ſi clericus litigat in
curia ſeculari ligatur ſtatuto, quod dat formam iu-
dicij? iſtud eſſet ridiculum dubitare. Nam ipſe D.
Iacobinus allegat ſtatuta ciuitatis Veronæ in ordi-
ne iudicij in fauorem etiam ſuum, quibus dicit par-
18 tes eſſe obligatas; ergo, &c. † Præterea dico, quod
tale ſtatutum non eſt contra libertatem Eccleſiæ,
ex quo loquitur ſimpliciter, non nominando cle-
ricos, *vt not. Doctor. in cap. quæ in Eccleſiarum, in c. Ec-
cleſia Sancta Maria extra de conſtit.* Concludo ergo ex
prædictis, quod nihil eſſet quærendum alind niſi
ſtatutum prædictum, quod decidit clare noſtram
quæſtionem in fauorem noſtrum, non obſtantibus
allegatis in contrarium, quæ allegari cum reueren-
tia non debuerunt, quia parum aut nihil faciunt.
19 † Quantum ad alia, quæ adducuntur per D. Ioan-
nem, de illo qui appellat à grauamine, arguenda ad
caſum noſtrum; ego ſatis reſpondi viua voce, & non
meretur reſponſum in ſcriptis, quia nihil facit, nam
vbi habemus tex. gl. & Doctores qui plene loquun-
tur in iſta materia in terminis, non eſt recurrendum
ad ſimilia. & extranea, ſed ad text. gloſſas, & Docto-
res; in ſubſidium autem vbi materia non reperire-
tur, tunc bene recurritur ad ſimilia, & non alia, vt
eſt caſus, *in l. non poſſunt, cum l. ſeq. ff. de legibus, & gloſſ.
notat. & ibi etiam Doct. in l. ſæpe audiui Cæſarem, ff. de of-
ficio præſidis*, & eodem modo ad idem reſpondetur,
quod dicitur, quod ſi quis grauatur facto iudicis in-
diſtincte poteſt appellari, & cenſetur etiam agendo
reus: quia argumentum non procedit, vt dixi viua
voce. Imo dicta doctrina eſt contra omnem do-
ctrinam omnium Doctorum, *in dict. l. de pupillo, § fin.
& d. l. non cogendum, §. fi.* vbi loquuntur de tenuta da-
ta à iudice: & tamen petens reuocationem illius
non dicitur ſemper reus; Imo diſtinguitur, vt ſupra
dixi. Item eſt contra *dictam l. non cogendum, §. fin. de
procurat.* vbi loquitur de nunriatione noui operis,
quæ fit etiam per indicem, *vt dicta l. de pupillo. §. me-
miniſſe*; & tamen dicitur ibi. quod petens reuocatio-
nem ipſius per interdictum, ne vis fiat ei, dicitur eſ-
ſe vere actor, vt ibi not. in gloſ. vnde dictæ doctrinæ
D. Ioannis ſunt minus quam veræ, & contra omnia
iura, vt ſupra demonſtratum eſt. Vnde D. Vicarie
ille qui fouet iuſtitiam vadit per regulas commu-
nes iuris, & claras, ille autem qui iniuſtitiam fouet,
vadit per mendicata ſuffragia, ſicut facit D. Ioannes,
parcat mihi ſua reuerentia, & credo, quod hoc ple-
ne intelligitis.

ANNOTATIONES.

a Occupata fuerit per alium] *Ad huius ſtatuti intelli-
gentiam vide quæ ſcribunt Decan. conſ. 84. nu. 1. in col. 2.
verſ. vlterius circa hoc, & conſ. 467. col. pen. verſ. non ob-
ſtat, quod continuatio. Iaſ. in conſ. 85. col. 2. verſic. vnum
refragari videtur, vol. 3. & conſ. 146. col. 1. verſ. nec obſta-
tur, vol. 4. Nicolaus Bellonus in conſ. 35. nu. 8. Car. Pariſi.
in conſ. 41. num. 8. 9. & per totum libr. 1. & alij quos re-
fert Ioan. Baptiſta Plotus in repetitione l. ſi quando, C.
vnde vi, ſeu in tractatu de in litem iurando, §. 1. & num.
10. & 13.*

CONSIL. XXX.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIA.

1 *Prouocatus & comparens ex clauſula iuſtificatoria, ſi quis ſenſerit, ſe grauatum, &c. an dicatur actor vel reus, & num. 3. & 9.*

2 *Intellectus ad ſtatutum Veronæ lib. 2. cap. 65. de tenuta recuperanda.*

4 *Comparens ad citationem generalem dicitur reus voluntarius, & num. 7. & 10.*

5 *Citatio generalis etiam clericum comprehendit.*

6 *Comparens ad defenſam, ſi vltra illam aliquid petat, dicitur actor.*

8 *Sententia interlocutoria regulariter habens vim diffinitiuæ, ſicut ipſa, quantum ad omnia regulatur.*

11 *Per citationem generalem videntur vocati, qui vocari poſſunt.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. An Iacobinus
ſit actor vel reus, & ſic, an ſit malè
1 appellatum, vel non. † Et primò
videtur, quod ſit reus, quia venit
prouocatus ex clauſula iuſtificatoria, appoſita in
præcepto, videlicet ſi quis ſenſerit ſe grauatum, &c.
*per l. in tribus, ff. de iudicijs, per l. non cogendum, §. fin. ff. de
procurat. & per dictum Bart. & Doctor. in d. §. fin. & in l. libertus, ff. de in ius voc.* vbi videntur ſimpliciter dicere,
quod petens reuocationem tenutæ, dicitur reus &
non actor, & per not. per Aug. *in l. non ſolum, §. quod
vulgo. ff. de vſucap. & per not. in l. ſi venditor, ff. de iudic. &
in l. 2. C. vbi in rem actio, & per not. per Spec. in tit. de contu. §. fin. verſ. ſed pone reus, cum ſimilib. Item per ſtatutum
communis Veronæ, quod nullus debet ſpoliari, &c. Item per
doctrinam Bart. & Doctor. in l. de pupillo, §. fin. ff. de non.
oper. nunt.* vbi dicit, aut quis petit reuocationem tenutæ principaliter, & tunc eſt actor, aut in conſequentiam, & tunc eſt reus, vt ibi; ſed iſte Iacobinus
videtur petere in conſequentiam, vt ex eo patere
2 videtur; ergò, &c. † In contrarium facit ſtatutum
de tenuta recuperanda, vbi eſt caſus, quod petens
reuocationem tenutæ dicitur actor; ergò, &c. Item doctrina Bart. & Doctor. *d. l. de pupillo, §. fin.* facit pro nobis, quia ſi bene inſpicitur libellus ſuus, ipſe petit principaliter reuocationem literarum, &
petit principaliter ſe reduci in poſſeſſionem, intentando conditionem ſtatuti; ergò, &c. Item pro
nobis eſt caſus *in d. l. de pupillo. §. fin. ſi benè ponderetur,
ff. de non. oper. nunt.* vbi mihi erat nuntiatum nouum
opus, & ego ſatiſdedi, nuntians me iterum turbabat, dicitur ibi; quod ſi ego turbatus, & ſtimulatus
intento interdictum, ne vis mihi fiat, quod dicor
eſſe actor, ita etiam dicendum eſt in propoſito: Item, ad idem eſt text. coniuncta gloſſ. in verbo defenſoris, *in d. l. non cogendum, §. fin. ff. de procurat.* qui
tamen text. allegatur in contra. ſed gloſſ. ibi benè
declarat, dicendo, quod eſt reus, quò ad euitandum
ſatiſdationem, verè tamen actor eſt: Item, quia iſte
Iacobinus fuit comparens voluntarius, & non prouocatus, vt dicitur ſupra in contrarium; ergò, &c.
3 † Nec obſtat, ſi dicatur, imo fuit prouocatus per
clauſulam iuſtificatoriam; ſecundum not. *in l. 1. C. de
execut. rei iud. & in l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de noui operis nunt. cum ſimilibus.* Quia reſpondetur multis modis: primo, quia hoc non eſt verum, quod in præcepto fuerit dicta clauſula iuſtificatoria; ergò, &c.
Sed benè fuit in literis D. Vicarii, D. Poteſtatis. Nec
etiam obſtat, ſi dicatur, in præcepto ſaltem ſunt iſta
verba, ſaluo iure omnium perſonarum; ergò per illa verba fuit prouocatus, quia reſpondeo, quod hoc
non eſt verum, imo contrarium notatur *in c. cum ſuper,*
4 *per, extra de re iud.* † Præterea poſito, quod in præcepto fuiſſet illa clauſula iuſtificatoria, tamen dico,
quod illa clauſula citat generaliter quemcunq;, qui
ſua putauerit intereſſe; quæ citatio eſt generalis, &
omnis comparens vigore denuntiationis generalis
a dicitur comparens voluntariè, *a* ergò aliquid petendo quilibet comparens vigore illius citationis,
5 dicitur actor, & non reus; † vnde etiam clericum
comprehendit, vt not. Angel. *in l. 1. §. penult. in materia inuentarij, in 4. col. ff. ſi cui pluſquam, per leg. Falcid.
Bald. & Moderni, in l. teſtamenta omnia, & in l. conſulta
ducalia, C. de teſtamentis, & Innoc. in c. cum inter, extra
de except. & Doctor. in c. pia, de except. lib. 6. Bart. in l. cum
mulier, ff. ſolut. matrim. & Ioan. de Imola, in c. dilecti, extra
de except. cum ſimilib.* ergò, &c. Præterea poſito, quod
Iacobinus eſſet reus in petendo literas reuocari, tamen in quantum procedit vlterius, petendo vltra
fines defenſionis, ſcilicet ſe reduci in poſſeſſionem,
dicitur actor: Nam Innoc. & Doctor. *in c. cum inter,*
6 dicunt, † quod vbi quis comparens ad defenſam,
& vltra defenſam petit aliquid, puta aliquid confirmari vel caſſari, dicitur actor in illo: ita eſt etiam in
caſu noſtro; & hæc doctrina etiam probatur *in c. exhibita, extra de iudic. & in d. c. dilecti, extra de except.* multaq; poſſent allegari. † Effectus ſtat in his paucis,
7 videlicet, ſi Iacobinus fuit citatus propter dictum
præceptum factum colonis & affictualibus, vel ſi
fuit prouocatus, vel turbatus, & poſito ſine præiudicio, quod ſit citatus, vel incitatus, vel turbatus, an
ipſe comparens vigore dictæ citationis generalis,
(quia ipſam reputo generalem) ſi tamen dici poteſt, quod fuit citatus, dicitur comparere voluntariè, & ſic per hoc dicitur actor voluntarius, non autem reus neceſſarius. Item, ſi ſumus in doctrina
Bart. *in d. l. de pupillo, §. fin.* pro nobis potius facit, videlicet, quod Iacobinus petit principaliter reuocari literas, & principaliter ſe reduci in poſſeſſionem.
Item, ſi ſumus in caſu ſtatuti de tenuta recuperanda; in his breuibus conſiſtit virtus huius dubii, quæ
ex prædictis ſatis ſuperq; reſoluta fuere. Sed, quod
iſta appellatio ſit friuola, & iniuſta patet, quia D. Vicarius D. Poteſtatis declarauit, quod nolebat admittere literas inhibitorias, & ſic etiam pronuntiauit, Iacobinum eſſe actorem, à qua ſententia non
fuit appellatum per partes, & ſic tranſiuit in rem
iudicatam; ergò vltimæ literæ D. Vicarii, D. Epiſcopi, quæ idem dicunt, à quibus eſt appellatum, non
intulerunt grauamen, cùm iam hoc eſſet deciſum,
vt dixi: & quod D. Vicarius D. Poteſtatis declarauerit, Iacobinum eſſe actorem, patet, quia remiſit
partes ſine ſcripturis ad curiam Epiſcopalem, &c.
quia ſi non declaraſſet, quis fuiſſet actor, vel reus,
& va-

& voluiſſet, quod Dominus Vicarius D. Epiſcopi hoc cognoſceret, non dixiſſet ſine ſcripturis, quia ſine ſcripturis nunquam potuiſſet cognoſcere, ergo, &c. Præterea quia D. Vicarius D. Poteſtatis ſemper proceſſit ad vlteriora, ergo, &c. Secundo principaliter probatur, nam D. Vicarius D. Epiſcopi ſcripſit ſecundas literas. D. Vicario D. Poteſtatis, vt cognoſceret quis eſſet actor, vel reus, &c. vt in eis patet, quæ literę nunquam fuerunt reuocatæ; & ſic remiſit hanc cognitionē D. Vicario D. Poteſtatis, quæ literæ ſuæ ſecundæ, & ſic dicta remiſſio tranſiuit in rem iudicatam, ergo ſe amplius impedire non potuit, vnde ſcribendo tertias literas, à quibus extitit appellatum non grauauit Iacobinum; ergo ab eis non potuit appellari. Nec obſtat, ſi dicatur, D. Vicarius Epiſcopi. procedendo ad tertias literas . .cite videtur reuocaſſe ſecundas ſuas, quia illæ ſecundę erant ſententia interlocutoria; ergo, &c. *per l. quod iuſſit. ff. de re iud. cum ſimilibus* quia reſpondetur, quod illa ſententia interlocutoria habebat vim diffinitiuæ, vt not: *in l. 2. C. de epiſcopali aud.* ergo non potuit
8 reuocari etiam ſi voluiſſet expreſſe. † Quia ſententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ regulariter, quantum ad omnia regulatur ſicut ſententia diffinitiua, vt eſt gloſſ. & ibi, D. Dominicus, *in cap. fin. de electione libro 6.* ſed diffinitiua non poſſet, vt
9 *dicta l. quod iuſſit*, ergo nec iſta. † Non obſtat illud, quod dicitur quod ideo Iacobinus cenſeatur reus: quia veniat tanquam prouocatus, vt apparet in ſuo libello, dum dicit comparauit, &c. vigore certarum literarum, &c. Quia reſpondetur, quod hoc non potuit dicere; quia vigore dictarum literarum non erat prouocatus; vt ſæpe dictum eſt; vnde non fuit in poteſtate ſua quãtum ad faciendum ſe reum dicere, quod eſſet prouocatus cum non eſſet: alias ſequeretur, quod quilibet qui deberet eſſe actor; quia eſſet voluntarie comparens ſecundum Doctores; efficeretur neceſſarius & ſic reus allegando falſum videlicet, ſe eſſe citatum cum non ſit, quod eſſe non poteſt videlicet quod ſit prouocatus cũ non ſit; Præterea non obſtat, quod dicitur, quod Iacob. ideo dicitur reus quia principaliter cõparauit pro defenſione poſſeſſionis ſuæ, quod patet, dum dicit: quod dictæ literæ ſunt reſolutæ in citationem, & quod propter illum comparauit; vnde comparatio, & allegatio reſolutionis, videntur tendere ad ſuam defenſionem principaliter, & propter hoc videtur, quod ſit reus per not. per Ioan. de Imola, & Docto. *in dicta l. de pupillo, §. fin. de noui operis nunt.* quia ad hoc reſpondetur. quod iſtud non poteſt eſſe verum cum reuerentia, quia non ſequitur, ego compareo quia citatus, ergo compareo pro defenſione poſſeſſionis meę; nam poteſt eſſe, & ita eſt, quod velim dicere, quod compaream; quia citatus; ſed poſtea petam principaliter reuocationem literarum, & præcepti, quod patet infra dum dicit; petit per ipſum Dominum Poteſtatem reuocari debere ipſas literas tanquam indebite commiſſas, & ſubreptitias, & prętet, & contra formam iuris; & ſtatutorum communis Veronæ; pluribus rationibus & cauſis ſuis loco & tempore oſtendendis; & maxime quia idem Philippus tenuit, & poſſedit, &c. ergo ipſe Iacobinus eſt actor; & non reus, cum petet reuocationem literarum, & præcepti principaliter & non in conſequentiam, vt dixi ſecundum Ioan. de Imola, & Docto. *in dicta l. de pupillo, §. fin.* Vnde eſt conſiderandum, quod duo dicit principaliter Iacobinus in ſua petitione, primum eſt videlicet, quæ fuit ratio, quæ mouit eum ad comparendum, & ratio fuit, ſecundum quod ipſe allegat, ſcilicet vigore dictarum literarum quæ reſolutæ ſunt in citationem per ſuam comparationem, ſecundum eſt videlicet quare petiit ſicut petiit, & noteris, quia primum fuit ratio ſiue allegatio, quare comparuit: & hoc ſecũdũ fuit, & eſt ratio, quare ita petiit ſicut in ſuo libello continetur, nam iſtud ſecundum videlicet ſecunda ratio, quare ſic petiit literas reuocari, non fuit ex eo: quia videretur fuiſſe citatus: ſed ex eo tantum quia dixit dictas literas fuiſſe nullas, & nullius momenti, & emanaſſe contra formam iuris, & ſtatutorum, &c. ergo; ſequitur, quod ipſe debet cenſeri, & eſſe actor, ſecundum doctrinam D. Ioan de
10 Imola, *in dicta l. de pupillo, §. fin.* † Nec obſtat ſi diceretur ſi dixit, quod comparuit quia citatus: ergo debet eſſe reus, *per l. in tribus, ff. de iudi.* cum ſimil. quia reſpondetur primo vt ſuperius dixi: quia non eſt verum, quod fuerit citatus neque prouocatus: præterea poſito, quod eſſet verum, quod fuiſſet prouocatus vigore dictarum literarum, fuit prouocatus ſi ſua putauerit intereſſe, & ſic comparendo fuit voluntarius, & non neceſſarius ſecundum Doctores, *in l. teſtamenta omnia, C. de teſtamentis, cum ſimilibus.* Ergo dato: quod fuiſſet prouocatus, tamen eſſet actor, vt ibi. præterea, quod fuerit, & ſit actor etiam prouocatus, probatur ſic; nam aut illa citatio arctabat eum ad comparendum: & tunc clarum eſt, quod cum ſit clericus, debet iudicari actor, quia ſi eſſet reus non arctaretur comparere coram iudice laico per iura vulgaria; aut dicta citatio nõ arctabat ipſum ad comparendum, & tunc clarum eſt quod ipſo comparente dicitur voluntarius, & voluntarie comparens; ergo ipſe eſt reus, & non actor; & per hæc patet clare ſicut Deus eſt Deus, quod ipſe Iacobinus eſt actor in ſua petitione. Nec obſtat, quod dicitur quod D. Iudex neſciebat ipſum eſſe clericum; ergo, &c. *argumento l. ſi quis ignorans cum ibi*
21 *not. ff. locati, cum ſimilibus.* † Quia reſpondetur, quod citatio generalis licet iudex neſciat, quis debeat comparere, ſiue clericus ſiue laicus, tamen videtur velle vocare illos, quos poteſt, maxime nę incidat in pœnam ſecundum not. *in l. ſi procurator, ff. de condict. indebiti, cum ſimilibus*, ergo non obſtat. Et ita fuit pronuntiatum, & determinatum per Reuerendum D. Vicarum Reuerendiſſ. D. Epiſcopi, Dominum Bartolomęum de Cartulariis in hac cauſa & in hac opinione erat etiã D. Guido de Alano Vicarius tunc D. Poteſtatis Veronæ, & in cauſa appellationis fuit etiam pronuntiatum per famoſum legum Doctorem Dominum Angelum de Gambilionibus de Aretio Ferrariæ legentem iura Ciuilia delegatum

Reuerendi Domini Vicarii Reuerendiſſ. Domini Archiepiſcopi Aquileienſis

Anna-

Annotationes.

a Comparere voluntariè] *Comparens ad citationem generalem dicitur reus voluntarius, & tanquam merus actor iudicatur, ita vt alterius partis forum declinare non poſſit, vt reſpondit etiam Ancharan. in conſil. 333. per totum, & docent Bart. Alex. & Iaſ. in l. de pupillo, §. meminiſſe, & in §. ſeruo, ff. de noui oper. nunt. & in l. libertus, ff. de in ius vocand. vbi in ſpecie Iaſ. num. 2. Soc. ſen. in tractat. regularum, regul. 15. in fin. Felin. in c. cum venerabilis, colum. 2. extra de except. & in c. non poteſt, colum. 3. de te iudic. Dec. in l. vltima, C. de edicto diui Adrian. tollen. & in cap. cum inter, num. 16. extra de except. Marſil. in ſingulari 643. & in l. ſi quis nec quæſtio, num. 38. ff. de quæſtio. Afflict. deciſ. 2. num. 9. & deciſ. 24. num. 8. Curt. iun. conſil. 252. num. 28. verſic. ad aliam exceptionem, Bartholomæus Bralerus in ſua eleganti repetitione, l. diffamari, C. de ingenuis, & manumiſſ. cap. 4. num. 4. & ſeq. D. Decianus in conſil. 118. num. 19. volum. 3. & hoc quomodo procedat, declarat Rol. à Valle in conſil. 29. num. 7. 8. 9. 18. & 19. volum. 2. contrarium tamen in citatione generali, quæ fit improclamatè cum aſsignatione termini cuiuslibet ſua intereſſe prætendentis pro venditione bonorum, ad ſubtraſtationem ſeu incantum poſitorum, tenuit Dec. in conſ. 70. num. 4. & ſeq. Capicius deciſ. 8. num. 2. & 3. Rol. à Valle in conſ. 72. num. 49. lib. 3. Franciſcus Becius in conſil. 12. num. 13. latè Borgnium Caualcanum in 1. part. ſuarum deciſionum, deciſ. 5. num. 18. & deciſ. 17. num. 29. nec non Octauia. Veſtrius in ſua practica iudiciali, in tit. de dolo & contumacia, lib. 4. num. 8.*

CONSIL. XXXI.

Argumentum.

An & quando Chriſtiani mercatores merces ad infideles licitè transferre poſſint.

Summaria.

1 *Guerra tempus quodnam ſit.*
2 *Merces ad infideles à Chriſtianis an & quando licitè transferri poſsint, & quæ illæ ſint, & num. 6.*
3 *Nundinas cum fidelibus exercere tempore belli Chriſti fidelibus non licet.*
4 *Res, quæ priuatis probibita ſunt, principi non ſunt prohibita.*
5 *Res vetitas ad infideles transferre non licet, etiamſi non mala intentione id fiat.*
7 *Vinum extra diſtrictum exportare probibiti, nec vnam fialam exportare poſſunt.*
8 *Pro captiuorum redemptione an tempore guerræ omnes res etiam alias vetitas ad infideles deferre licitum ſit.*
9 *Legem fraudandi via aperiri non debet.*
10 *Diſpoſitio expreſſa quando de facili eſſet deluſoria, tunc ad alium caſum etiam non expreſſum extendi debet, ne talis efficiatur.*
11 *Argumentum à contrario ſenſu ſumi non debet, quando abſonus intellectus reſultaret.*
12 *Pœna deferentibus aut mittentibus merces ad infideles tempore belli, quæ ſit.*
13 *Merces ad infideles tempore trepidationis belli an licitè deferri poſsint, & num. 18.*
14 *Tempus belli ſuſpectum vt de bello iudicari debet.*
15 *Tempore trepidationis belli daciarij & gabellarij remiſsio fieri debet.*
16 *Ex naufragio quis rapere dicitur, non ſolum, quando naufragium fit, ſed etiam in naufragij trepidatione.*
17 *Vindemia tempore factum eſſe dicitur, quod parum ante illam fit.*
19 *Belli tempore factum eſſe dicitur, quod ante vel poſt immediatè factum eſt.*
20 *Treuga tempore an merces ad infideles transferre liceat, & num. 23.*
21 *Treuga an potius paci vel bello æquiparetur.*
De treuga & guerra idem eſt iudicium.
22 *Treuga quid ſit.*
24 *Pacis tempore an ad infideles merces transferri licitè poſsint, & quæ, cum pluribus ſeqq. & num. 36.*
25 *Pax quæ dicatur.*
26 *Extenſio de caſu expreſſo ad non expreſſum fit, quando in lege ratio expreſſa reperitur.*
28 *Chriſtianus cum infidelibus morari & conuerſari an liceat, & num. 40.*
29 *Dictiones, tamdiu, quamdiu, & quouſq;, perpetuam excluſionem non ſignificant, ſed temporalem ſuſpenſionem.*
30 *Stante ſtatuto, quod quamdiu filius maſculus ſuperuixerit, filia fœmina non ſuccedat; ſi maſculus ſuperuixit, & poſtea mortuus eſt, fœmina ſuccedit.*
31 *Ratio & cauſa prohibitionis deferendi merces ad infideles, quæ ſit.*
32 *Saraceni & Iudæi quò ad mercium deferendarum prohibitionem æquiparantur.*
33 *Iudæi & Pagani officia habere non poſſunt.*
34 *In bello iuſto fideles adiuuant infideles.*
35 *Chriſtianis infidelium auxilio vti ad ſuam defenſionem, licitum eſt.*
37 *Intellectus l. 1. & 2. C. quæ res veniri non poſſunt.*
38 *Illuſtriſsimum Dominium Venetorum in terris ſuis eſt loco Principis vel Imperatoris.*
39 *Intellectus l. 1. & 2. C. quæ res exportari non poſſunt.*
40 *Intellectus c. ad menſam, 11. quæſt. 3.*
41 *Nicolai PP. 4. extrauagans de exportantibus merces, & res alias ad infideles.*
42 *Veneti à Martino V. Summo Pont. licentiam habuerunt deferendi mercimonia & victualia ad infideles per plures annos.*

Casus.

Apvd Illuſtriſſ. Dominos Venetos dubitatur, an licitum ſit Venetis, & aliis Chriſtianis, deferre merces ad infideles, puta Mauros, & cum eis contrahere impunè abſque conſcientiæ ſcrupulo, præſertim tempore, quo nulla guerra inter Chriſtianos & Mauros eſt.

In Christi nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Requiſitus à Magnifico & Præclariſſimo Equite ac Iuriſconſulto, Dn. Vitali Lando, communis Venetiarum Aduocatore digniſſimo, vt pro veritate, ac Dominorum Venetorum clariori intelligentia conſulere debeam,

quid

quid iuris ſit in qoæſtione propoſita: decreui, quia
iſta materia quotidiana eſt: pro perfectiori doctri-
na, & vt planius omnia melius percipi poſſint, hanc
materiam in quatuor caſus principales diſtingnere,
& eos ſeparatim pertractare, *argumen. §. ſed ne in pri-*
mis inſt. de lega. videlicet in tempus guerræ, tempus
trepidationis guerræ, tempus treugæ, & tempus
1 pacis. † Primus itaque caſus eſt de tempore guer-
ræ, qui eſt proprie, quando homines ſe inuicem la-
ceſſunt, & deprædant, *vt l. poſtliminium. §. inducia. ff.*
de captiun: & not. Petr. de Anchar. in conſilio ſuo 89. quod
2 *incipit præmiſſa facti ſerie diligenter in princ.* † An ſit li-
citum Epiſcopi fidelibus deferre merces, vel alia ad
infideles, puta in Alexandriam, ad Mauros, vel lo-
ca infidelium, quando eſt guerra inter Chriſtianos,
& ipſos infideles. Et in hoc caſu eſt conſiderandum
duo eſſe genera mercium, vel rerum: quæ deferri
poſſint, Aliquæ enim ſunt, quæ regulariter dicun-
tur prohibitæ ſeu vetitæ, & iſtæ ſunt illæ, quæ fa-
ciunt ſubſidium infidelibus, ad pugnandum contra
Chriſtianos, vt ſunt arma, ferrũ, & lignamina trire-
mium, *cap. ita quorundam, & cap. liberandum in princ.*
& in cap. ſignificauit, & in cap. quod olim extra de Iudæis
& l. 2. C. quæ res exportari non debent, vbi in ſpecie enu-
merantur res vetitæ, videlicet loricæ, ſcuta, arcus,
ſagittæ, ſpatæ, gladii, & alterius cuiuſcunque gene-
ris arma. Item tela, Item quodcunque genus fer-
ri facti iam, vel adhuc infecti. Item cotes, quæ fer-
ro ſubiiciuntur, & cum quibus ferrum acuitur, *l. co-*
tem ferro in principio, & ibi hoc vult gloſſ. & Doctor. ff. de
publicanis. Et ratio, eſt quia perniciosum eſt Chriſti
fidelibus, & Romano Imperio, & perditioni pro-
ximum eſt, infideles Barbaros, quos indigere con-
uenit, telis ſeu armis, eos, vt validiores reddantur,
inſtruere: vt dicit Imperator, *in dicta l. 2. C. quæ res*
exportari non debent: Aliæ autem ſunt res: quæ re-
gulariter non dicuntur vetitæ deferri, niſi tempo-
re guerræ vt ſunt: oleum, frumentum, vinum, &
reliqua lignamina: & arida, vt frumẽtum, hordeum
farina, & ſal, & alia huiuſmodi & mercimonia cu-
iuſcunque generis; *vt l. 1. cum gloſſ. C. quæ res exporta-*
ri non debent, & hoc vult etiam Hoſt. in ſumma in titulo
de Saracenis, in §. qualiter, in verſic. nedum autem, & in
verſic. quid de aridis, *Et probatur etiam in l. cotem ferro*
in principio, ff. de publicanis, & in cap. ſignificauit, & in
cap. quod olim extra de Iudæis. & Saracenis, Et ratio
eſt iſta: quia omnia ſunt ſubſidia tempore guerræ
contra Chriſtianos, *vt in dicto cap. ſignificauit, & in*
3 *cap. quod olim:* † Nec licet hoc tempore cum infi-
delibus nundinas exercere: ne alieni regni, qood
non conoenit, ſcrutentur arcana, vt dicit Impera-
tor *in l. mercatores, C. de commerciis & mercatoribus,* &
dicit *ibi* Bald. per illum textum, ooo eſſe licitum
mercationis cauſa conoerſari cum gentibus non
gratis populo Romano, ne credantur Romani ex-
4 ploratores arcanorum regni alieni. † Sunt etiam
quædam aliæ res: quæ dicuntur vetitæ priuatis per-
ſonis ſed non Principi, vt eſt purpura, vel in ſerico,
vel in lana, & murices, & in clauſtrum imperiale, vt
l. 1. & 2. C. quæ res venire non poſſunt, Et in omnibus
prędictis rebus regulariter tempore guerrę eſt pro-
hibitum Chriſtianis mercari cum infidelibus, & ad
eos dictas res deferre, & iſtud procedit ſine dubio
in rebus vetitis, vt patet euidenter per iura, & ratio-
nes ſuperius adductas, & idem habetur in libro
confeſſorum libro tertio quæſt. 33. verſ. vodecimus
5 caſus, † & hæc opinio eſt vera, etiamſi arma vel
ferrum vel ligna pro nauibus, & alia huiuſmodi ve-
tita deferantur, non ea intentione vt impugnen-
tur Chriſtiani, quia ſufficit, quod poſſunt impu-
gnari, *vt cap. ſignificauit de Iudæis; ſecundum Antonium*
de Butr. in dicto cap. ita quorundam, quem ſequuntur
* * communiter canoniſtæ, ibi, licet aliqui dicant
6 contrarium, & malè: † ſed in aliis regulariter non
vetitis eſt aliqualis dubitatio, quia quidã tenuerunt,
quod etiã tempore guerræ poſſent ad infideles de-
ferri; Sed contraria opinio verior eſt; videlicet,
quod merces, quæ non dicuntur regulariter vetitæ
ſint prohibitæ tempore guerrę deferri ad infideles,
probatur in dicto c. ita quorundam, & cum aliis ſim. alle-
atis, quæ loquuntur indiſtinctè; & probatur etiam
in dict. c. quod olim, ibi, aliqua rerum ſubſidia, & mer-
cimonia, conſilia, vel alia ſubſidia tranſmitti, *extra*
de Iudæis, & iſtam opinionem tenet Goffredus & In-
noc. *in dict. cap. ſignificauit, & Anto de Butr. in dicto cap.*
quod olim, & eandem opinionem ſequitur D. meus
Dominus Ioan. de Anania, *in dict. cap. ſignificauit in 4.*
colum. in verſ. vltimo not. qui dicit, quod maior eſt pro-
hibitio tempore guerræ, quam tempore pacis, &
idem firmat, *in dicto cap. quod olim*, vbi dicit, quod i-
* ta teneut communiter * Doctor. & prædicta non
poſſunt deferri, etiam cauſa guſtus, vt ſcilicet poſ-
ſint infideles guſtare *l. 1. C. quæ res exportari non debent;*
7 & ibi Bald. qui dicit per iſtum text. † quod illi qui
nou poſſunt portare vinum extra diſtrictum, non
poſſunt portare etiam vnã fialam guſtus cauſa, quin
8 incidant in pœnam. † Sed dubitatio oriri poteſt; an
pro redemptione captiuorum ſit licitum dictas o-
mnes res ad infideles deferre tempore guerrę, & de
his quæ regulariter oon ſunt vetitæ, eſt clarum lici-
tum eſſe vt eſt textus *in c. ſignificauit extra de Iudæis, &*
Saracenis, vbi excipitur caſus redemptionis captiuo-
rum. Sed in hoc caſu ſi volunt deferre, debent prius
antequam iter arripiant, iurare coram iudice, quod
eis non deferent aliquod commodi, vel ſubſidii, ex-
cepto redemptionis articulo, vt eſt text. *in dicto cap.*
ſignificauit in fin. & ibi not. & idem vult Hoſt. in ſumma
in titulo de Saracenis, in §. qualiter. Solum ergo rema-
net dubium de aliis rebus, quæ regulariter ſunt
prohibitæ ad infideles deferri, An iſtæ poſſint de-
ferri cauſa redemptionis captiuorum, & licet ille
textus, *in dicto cap. ſignificauit*, videatur innuere, quod
ſic, dum excipit ſimpliciter cauſam redemptionis:
præſertim quando non poſſent captiui aliter redi-
mi; niſi portaretur ad infideles ferrum & arma, &
iſtam opinionem videtur ſequi ibi Inno. & Hoſt.
qui allegat ad hoc *l. ſancimus, C. de Sacroſ. Eccleſiis, & c.*
1. extra de pignoribus. & facit dictum cap. ſignificauit, ibi,
cauſa lucrandi à contrario ſenſu, licet per eas res
poſſent Chriſtiani offendi, dummodo hoc non ſit
directum contra eos. Sed ſi directo contra Chri-
ſtianos venderent, & in articulo quando ſcilicet
exerceut contra Chriſtianos, tunc non liceret, &
pro iſta ſentẽtia, *facit tex. in c. quod olim extra de Iudæis.*

ibi,

ibi aliqua rerum ſubſidia ſeu conſilia, &ibi, merci-
monia, conſilia, vel alia ſubſidia, & iſtam opinio-
nem tenet Anto. de Bntr. *in dicto cap. quod olim*, &
idem tenet ibi Cardi. Zab. qui dicit, quod iſta opi-
nio videtur eſſe magis de mente literæ. Dicit ta-
men ibi Hoſt. quod iſta opinio multos ligat, & id-
eo declaratio Papæ eſſet neceſſaria. Alia fuit opi-
nio gloſſ. *in dicto cap. ſignificauit*, quæ vult, quod non
ſolum ferrum, &arma, ſed omnia ſint prohibita de-
ferri tempore guerrę, & ſubdit, quod ad hoc vt poſ-
ſint deferri, requiritur anctoritas Papæ, ne aliquid
fraudis fiat, & Goffredus ſequitur iſtã opinionem.
Tertia fuit opinio Ioan. An. *in dict. cap. ſignificauit*,
qui concordando opiniones dixit; aut ſumus ante
factum, & tunc non poſſit fieri niſi habeatur aucto-
ritas Papæ, & ita intelligatur ſecunda opinio gloſſ.
& Goffredi. Aut poſt factum & tunc ſit vera prima
opinio, quæ fuit Inn. & Hoſt. vt ſcilicet non inci-
dat in pœnam, &cum iſta opinione tranſit Anto. de
Butr. *in dicto cap. ſignificauit*, & dicit ibi Abbas Sicu-
lus, quod iſta opinio benignior eſt. Ego vero teneo
ſecundam opinionem, quæ fuit gloſſatoris, & Gof-
fredi, vt indiſtincte tempore guerræ non poſſint
per Chriſtianos deferri ad infideles, etiam pro cau-
ſa redemptionis captiuorum ea quę tendnnt ad im-
pugnandum, vt arma, & ſimilia, quæ omni tempo-
re ſunt prohibita: & moueor primo per textum in c.
ita quorundam extra de Iudæis, *& per l. 2. C. quæ res
exportari non debent, & l. cotem ferro, in principio, ff. de
publicanis, cum aliis ſimilibus ſupra ad hoc allegatis: ſecun-
do per textum in dict. cap. quod olim*; tertio potiſſime
per hanc rationem; quia infideles videntes hoc per
Chriſtianos fieri, & hac de cauſa redemptionis ca-
ptiuorum, arma, & alia prohibita ad eos poſſe per
Chriſtianos deferri, nollent redemptionem capti-
uorum fieri poſſe, niſi cum dictis rebus prohibitis,
ad hoc vt poſſint ſe fulciri armis, & portantes ſem-
per poſſent ſe excuſare ſub velamine redemptionis
9 captiuorum, † & ſic aperiretur via fraudãdi legem
quod non eſt dicendum, *arg. text. inſti. vi bonorum ra-
pto. §. 1.* ibi, ſed nedum talia excogitentur, *& l. magis
puto. §. ſi pupillus*, ibi, alioquin inepta erit alienandi
ratio, *ff. de reb. eor. & l. 1. §. 1.* ibi, nã ſi aliter obſeruetur
inuenta erit ratio quemadmodum quiſque audaciſ-
ſimus, &c. *ff. de Carboniano edicto*, & ibi gloſſ. alle-
gat ad hoc iuta facit optime gloſſ. *in cap. quanquam
de vſuris libro 6. & quod not. Ioan. de Imola in l. ſi vero in
§. de viro in 8. col. verſ. fallit ſecundo, ff. ſolut. matri.* vbi di-
cit, † quod quando diſpoſitio expreſſa de facili eſ-
10 ſet deluſoria, tunc debet extendi ad alium caſum
non expreſſum, ne poſſit effici deluſoria, allegat
gl. *in dict. cap. quamquam, facit l. hæres mem. §. fin. ff.
de condit. & demonſtra. & l. quemadmodum, C. de agri-
co. & cenſitis lib. vndecimo.* Nec obſtat huic ſenten-
tiæ, *c. ſignificauit extra de Iudæis*, ibi excepto redem-
ptionis articulo, aliquod commodum, &c. † quia
11 ibi non debet aſſumi argumentum à contrario ſen-
ſu ex quo reſultaret abſonus intellectus, *l. conuenti-
culam. C. de Epiſcopis, & clericis, l. 2. C. de conditionibus
inſertis*, & ita reſpondet ad illum, Cardinalis, & be-
ne per prædicta, & iſtam opinionem tenet etiam
Hoſt. *in ſumma in tit. de Saracenis, in §. qualiter*, & eam
ſequitur Card. Zab. & Abbas Siculus, *in dicto cap.
ſignificauit*, & in hac ſententia fuit etiam Paul. Caſtr.
in l. id, quod apud hoſtes, in princip. ff. de legatis primo,
qui dicit quod cum hoſtibus non habemus, nec ha-
bere debemus aliquod commercium, & iſtam opi-
nionem, ego teneo tanquam veriorem, & tutio-
12 rem, † Quæ autem pœnę imponantur deferen-
tibus dictas res ſiue merces prohibitas ad infideles
tempore guerræ, dicendum eſt, quod de iure ciui-
li eſt præſcriptio omnium bonorum, quæ in fiſcum
deferuntur, & pœna capitalis, vt eſt text. *in l. 2. in fi.
C. quæ res exportari non debent*, & intelligitur capita-
lis, id eſt, deportationis, & non mortis, *vt eſt gloſſ.
valde notabilis in dict. l. 2.* Sed contra portantes mer-
ces, quæ conſiſtunt in aridis, & non in liquido, non
videtur de iure ciuili habere locum certa pœna, er-
go arbitraria pœna puniri poſſunt. *argumento cap. de
cauſis, de officio delegati, & l. 1. §. expilatores. ff. de effra-
ctoribus, & expilatoribus, & ita tenet Hoſt. in ſumma in
tit. de Saracenis, in §. qualiter verſ. quid de aridis*; Item de
iure canonico in omnibus dictis rebus eſt pœna ex-
communicationis: in quam ipſo iure deferens in-
currit, & efficitur ſeruus capientium, *vt eſt text. cum
gloſſ. in dicto cap. ita quorundam, & in cap. ad liberan-
dum in principio, de Iudæis.* Item incurrunt iram omni-
potentis Dei, *vt eſt text. in dict. cap. quod olim in fin. de
Iudæis.* Et iſtæ pœnæ imponuntur, nedum deferen-
tibus perſonaliter, ſed etiam mittentibus, & facien-
tibus per alios deferre, *vt eſt tex in cap. quod olim. & c.
ſignificauit eod. tit. & ibi hoc not. Doctor. & maxime Ioan.
de Anania*, Item ſunt etiam aliæ pœnæ, quæ impo-
ſitæ ſunt per Bonifacium octauum in extrauaganti
ſua, quæ incipit, contra illos, & per Clementem
quintum in ſua extrauaganti, quæ incipit, multa.
13 † Secundus caſus principalis eſt de tempore trepi-
dationis guerræ, an ſit licitum Chriſtianis deferre
merces, vel alias res ad infideles tempore, quo ti-
metur de guerra, & videtur, quod non, quia *text. in
cap. quod olim extra de Iudæis*, loquitur ſolum de tem-
pore guerræ, ibi, quandiu inter nos, & illos guerra
durauerit. Sed contrarium teneo eſſe verius de iure
quia tempus, quo homines timent de guerra, &
propter talem timorem non frequentant itinera,
debet aſcribi tempori guerræ: † quia tempus ſu-
ſpectum de guerra iudicatur vt de guerra iuxta il-
lud, peior eſt bello timor ipſe belli, & ita tenet Pet.
de Anchr. *in conſilio ſuo 89.* & concludit per multa
14 iura, † quod pro illo tempore debet fieri remiſ-
ſio daciariis, & gabellariis & hoc ſequitur Io. de A-
nania, *in c. ſignificauit in 2. col. in fin. extra de Iudæis*, qui
hoc tenet in terminis quæſtionis noſtræ: vt quod
eſt ſtatutum de tempore guerræ in dicto cap. quod
olim, locum habeat in tempore trepidationis guer-
ræ antequam guerra ſit incepta, & idem etiam ipſe
15 tenet, *in dict. c. quod olim in fin. 1. col.* † Et pro iſta opi-
nione allego textum nobilẽ, *in l. Pedius in principio,
ff. de incendio, ruina, naufragio*, vbi dicitur quod quis
dicitur ex naufragio rapere, non ſolum quando
naufragium fit, ſed etiam ſi in illa trepidatione nau-
fragii fiat, item allego, *tex. in l. 2. ibi, propter timorẽ ln n.
16 C. de tranſact.* † *Item allego glo. in l. diuortio in principio
ff. ſolut. matrimo. & ibi Bald. Ioan. de Imola. & Ludouicus
de Ro-*

de Roma, & alij Doctores qui dicunt per illam gloſſ. quod
factum tempore vindemiæ dicitur, quod fit parum
ante vindemiam, & ſic factum tempore guerræ
quicquid eſt factum in feruore tempore ortæ diſ-
18 cordiæ. † Etidem tenet Ludouicus de Roma, in l.
1. in principio in 2. col. in fine, ff. de noui operis nuntia. & in
ſuo ſingulari, quod incipit, quæro an illud quod eſt
factum inſtante trepidatione, & idem notat. Bald.
in cap. 1. in princ. in 2. colum. ante finem verſic. quæro è con-
tra, in titul. de pace tenenda, in vſibus feudorum, qui dicit,
19 † quod illud videtur eſſe factum tempore guer-
ræ, quod fit immediate ante, vel immediate poſt;
allegat notat. in l. 1. Cod. de operis liber. & facit quod no-
tat. gloſſ. & Bartol. in l. vt iuriſiurandi in principio, ff. de o-
peris liber. & in l. 1. in principio, Cod. eod. titul. & quod not.
Bald. in l. in lege, ff. locati, & quod not. Ioan. And. in addit.
Specul. in rubrica de locato; & quod notat. Bald. in cap. 1.
in principio in vltima colum. ante fin. verſic. ſed quid ſi non-
dum erat, in titul. quibus modis feudum amitt. & facit te-
xtus optime in propoſito, in cap. ſignificauit, in fin. extra
de Iudæis, & l. 3. §. armati veniunt, ff. de vi & vi armata,
20 cum ſimilibus. † Tertius caſus principalis eſt, tem-
pus treugæ: an ſit licitum Chriſtianis deferre mer-
ces, & alia ad infideles, cum quibus eſt treuga, & i-
21 ſta quæſtio dependet ab alio dubio, † an treuga
æquiparetur potius paci, vel bello, & videtur quod
magis accedat guerræ quam paci, vt notat eleganter
Bald. in tit. de pace conſtantia, in §. vaſalli, & eſt in 24. co-
lum. in principio per illum textum, qui ſubdit, quod de
treuga, & guerra idem eſt iudicium. Etidem tenuit
D. meus D. Ioannes de Anania in cap. primo, de treu-
ga & pace, & in quæſtione noſtra idem etiam tenet in cap.
ſignificauit, in 2. colum. extra de Iudæis, & eſt caſus de
hoc, in dicto cap. ſignificauit, in fin. & licet dicat ibi,
Cardinal. Zabarel. ad finem, quod ſimpliciter lo-
quendo, treuga eſt medium inter bellum, & pa-
cem; Tamen quantum ad propoſitum magis æqui-
paratur bello quam paci, per dictum cap. ſignificauit, in
fine, ſecundum Cardin. ibi, & idem tenet Petrus de An-
char. in conſilio ſuo 89. quod incipit; præmiſſa facti ſerie di-
22 ligenter. † Et pro hoc facit, quod notat. Archi. 24. quæſt.
3. cap. ille, qui dicit, quod treuga eſt ſecuritas perſo-
nis, & rebus tempore guerræ ad tempus præſtita
diſcordia nondum finita, quam lex vocat fœdus,
vel inducias, l. non dubito, & l. poſtliminium, §. indu-
ciæ, ff. de captiuis, & prima diſtin. cap. ius gentium, & hoc
etiam vult gloſſ. in dicto cap. ſignificauit in verbo poſt treu-
gam, & habetur per gloſſ. 2. & per Doctores in cap. 1. extra
de treuga, & pace, & per Petrum de Anchar. in dicto con-
ſilio ſuo 89. & ſic apparet, quod tempore treugę non-
dum eſt finitum bellum, ergo æquiparatur bello,
maxime quantum ad quæſtionē noſtram, vt dixi per
23 dictum c. ſignificauit. † Et hanc opinionem, quod
tempore treugæ non poſſunt per Chriſtianos bo-
na deferri ad infideles, ſicut nec tempore belli, te-
net Hoſtien. in ſumma in titul. de Saracenis, in §. qualiter,
licet in ſumma confeſſorum in tertio libro, quæſt. 33. ver-
ſic. vndecimus caſus, dicatur, quod tempore treugæ
poſſint Chriſtiani cum commerciis adire Alexan-
driam, dum tamen caueant à mercibus prohibitis,
24 allegat dictum cap. ſignificauit. in §. primo. † Quartus
caſus principalis eſt, quando eſt pax cum infideli-
bus, nunquid ſit licitum Chriſtianis deferre ad eos
25 merces, vel alias res tempore pacis, † quæ pax di-
citur, quando eſt finis diſcordiæ, vt notat. Anton.
de Butr. ſecundum Doctores, in cap. primo, extra de
treuga, & pace, & habetur in l. poſtliminij ius. §. in pace, ff.
de captiuis. Et in hoc dicendum eſt: Aut quæritur de
armis, & aliis quæ regulariter ſunt vetitæ, & iſtæ
nullo modo deferri poſſunt ad infideles, per cap. ita
quorundam, extra, de iudæis: qui ſimpliciter prohi-
bet huiuſmodi res ad eos deferri, quod cap. ſecundum
Doctores, ibi, intelligitur etiam tempore pacis; & ita
debet etiam intelligi, l. 2. nemo, Cod. quæ res exportari
non debeant, & hoc apparet ex ratione, ibi poſita, ne
ſcilicet validiores cum huiuſmodi armis, & rebus
reddantur, quæ ratio locum habet etiam tempo-
re pacis: ergo, & eius diſpoſitio, l. à Titio, ff. de verbor.
obligat. & l. illud, ff. ad l. Aquiliam, & cap. inter corpora-
26 lia, extra de translatione prælatorum cum ſimilibus. † I-
mo propter rationem expreſſam in lege fieret ex-
tenſio de caſu expreſſo etiam ad non expreſſum in
quo conueniret ratio expreſſa, quando eſſet ſimi-
lis, vt eſt gloſſ. notabilis in clemen. prima in verbo elegan-
ter de elect. & notat. Cyn. in l. 1. in 3. oppoſitione, C. quæ ſit
longa conſuetudo, & Alber. de Roſato in prima parte ſta-
tutorum in 8. quæſt. & Anton. de Butr. in cap. fin. extra de
conſuetudine, & Dominicus de Sancto Geminiano in cap.
1. de tempore ordin. in 6. & Paulus de Caſtro in l. ſi vero.
§. de viro, ff. ſolut. matrimon. & ibi, Doctor. moderni, &
Paulus de Caſtro in conſilio ſuo 333. & per gloſſ. & Do-
ctor. in dicta l. 1. Cod. de his qui ante apertas tabulas, & Do-
ctores in l. cum mulier, ff. ſolut. matrimon. & in l. his ſolu. C.
27 de reuocat. donat. cum ſimilibus. † Et iſtam opin. tenet
Innoc. in dicto cap. quod olim, qui dicit, quod ceſſante
guerra, non durat canon latæ ſententiæ niſi in li-
gnaminibus, & aliis quæ faciunt ad pugnam, & ita
etiam tenui ſupra in primo caſu principali: vbi de-
claraui arma, & alia huiuſmodi omni tempore eſſe
prohibita deferri ad infideles, Et pro hoc adduco
vnam aliam rationem. Nam ſi tempore pacis lici-
tum eſſet portare arma, vel alia vetita ad infideles,
poſſet contingere, quod infideles facerent pacem
ad hunc finem, vt durante pace poſſent ſe fulcire ar-
mis, & aliis prohibitis, ad hoc vt poſſent pugnare
fortius cum Chriſtianis: & ſic eſſet aperta via frau-
dibus, & lex vel canones prohibentes huiuſmodi
res ad infideles deferri, eſſent ludibrio, quod non
eſt dicendum, vt dixi ſupra in primo caſu principali, ver-
ſic. ego vero teneo ſecundam opin. Aut quæritur de aliis
rebus: quæ non ſunt regulariter vetitæ, vt frumen-
tum, vinum, & aliæ merces: & in hoc videtur eſſe
maior dubitatio: quia textus iuris ciuilis videtur
velle prohibere ſimpliciter omnes huiuſmodi mer
ces. in l. 1. & 2. Cod. quæ res venire non poſſunt, & l. 1. & 2.
C. quæ res exportari non poſſunt, & ſimiliter textus iuris
canonici in cap. ita quorundam, & cap. ſignificauit, & c.
quod olim, & c. ad liberandum in principio extra de Iudæis,
& hoc videtur procedere nedum in mercimoniis
liquidis, ſed etiam aridis, vt eſt gloſſ. notabilis in dicta
l. 1. Cod. quæ res exportari non debent, & not. Azo. in ſum-
ma, Cod. eodem titul. Et idem videtur tenere Hoſtien. in
ſumma in titul. de Saracenis, in §. qualiter verſ. quid ergo de
28 aridis. † Item pro hoc facit; quia non licet Chri-

ſtianis morari cũ infidelibus, *11.q.3.c. ad menſam.* Sed
in contrarium videtur eſſe rext. in cap. quod olim,
de Iudæis, ibi, quamdiu inter vos & illos guerra du-
rauerit, quæ verba ſunt ſuſpenſiua, & ceſſante guer-
ra, videtur ceſſare ſuſpenſio prohibirionis, *argumen-
to l. ſiue manifeſtius, §. tamdiu, ff. de condict. furt. & l. 1. §. fi.
ff. de ventre in poſſeſſ. mitt. & cap. cum ſit, in verbo tan-
29 diu, extra de Iudæis;* † in quibus iuribus habetur,
quod iſtæ dictiones tamdiu, quamdiu, quouſque, &
ſimiles, non ſignificant, perpetuam excluſiooem,
ſed temporalem ſuſpiciooem, quæ finit finita cau-
ſa, *vt ibi, & l. 1. in principio, ff. de curatore furioſi, & l. in
30 delictis, §. ſi detracta. ff. de noxalibus,* † *& ita tenet Bar-
to. in l. fin. ff. ad Tertullianum,* vbi format quæſtionem,
an ſtante ſtaturo, quod quouſque, vel quamdiu fi-
lius maſculus ſupetuixerit, filia non ſuccedat, ſi ma-
ſculus ſupetuixit, & poſtea moritur, ſuperſtire fœ-
mina, admittitur filia fœmina ad ſuccedendum, &
determinat, quod ſic per dictam tationem; & etiam
per alia iura; quia ibi plene diſputat iſtam quæſtio-
nem, Et ita decidit. *Et idem tenet in conſ. 63.* quod inci-
pit, Proponatur, quod pater filium inſtituit; & in
conſilio ſequẽti qood incipit, D. Iacobinus habens,
&c. & idem reoet Bald. *in l. ſi quis filium, C. de inoffi. te-
ſtamento, & in l. in quibus, in verſ. ſed occurrit alia quæſtio,
C. de ſecundis nuptiis, & Iacob. de Alua. & Bald. in cap. 1. §.
quando etiam in titul. Epiſcopum vel Abbatem, in vſibus
feudorum, & Bald. Angel. Rapha. & Imola, & alij in l. ſi
quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de liber. & poſthum. & Bald.
in l. 2. C. de liberis præteritis, & Bald. & alij in l. Gallus, §.
& quid ſi tantum, ff. de liberis, & poſthum. & in l. cum hi,
§. ſi tui. ff. de tranſact. & habetur per Angel. in l. 1. C. quan-
do non petentium partes, & in l. 1. Cod. ad leg. Iul. de adult.*
& ideo ceſſante guerra, & facta pace, ceſſat prohi-
bitio dicti *c. quod olim, extra, de Iudæis.* Item hoc pro-
batur, *in cap. ſignificauit, eod. tit.* ibi, niſi pax eſſet inter
Chriſtianos, & ipſos, vbi text. ponendo formam iu-
ramenti, dicit, quod accedentes ad infideles, etiam
pro redimendis captiuis, debent iurare ſe amplius
in terram Saracenorum non ituros cum mercibus,
niſi pax eſſet inter Chriſtianos, & ipſos; ergo ſi eſt
pax, poſſunt Chriſtiani ad terram Saracenotum, &
31 aliorum infidelium ire cum mercibos. † Item hoc
probatur ratione; nã cauſa prohibirionis deferen-
di merces tempore guerræ ad infideles, eſt; oe ha-
beant ſubſidium, propter quod poſſint facilios pu-
gnare contra Chriſtianos, vt probatur, in cap. ſigni-
ficauit, ibi, aliquod commodum, vel ſubſidium per-
uenire, *& in c. quod olim,* ibi, aliqua rerum ſubſidia,
& ibi, vel alia ſubſidia, *extra de Iudæis,* & probatur
clarius, *in l. 2. Cod. quæ res exportari non debent:* ſed iſta
cauſa ceſſat tempore pacis, quando ſcilicet dictæ
32 res non ſunt aptæ ad bellum, vt dixi. † Item pro-
batur alia ratione, quia regulariter io huiuſmodi
rebus, Saracenis æquiparantur Iudæi, vt probatur
in tubrica de Iudæis, & Saracenis; Imo maior eſt ra-
tio prohibitiua in Iudæis, quam in Saracenis, *vt ha-
betur, 11. quæſt. 3. cap. ad menſam, & notat. per Hoſtien. in
ſumma, in titulo de Saracenis, §. qualiter verſic. licet au-
tem Chriſtiani non debeant:* ſed cum Iudæis licitum
eſt contrahere, & mercari, *vt eſt text. in cap. poſt miſe-
rabilem ibi,* tam in mercimoniis, *& in cap. quanto, ibi,*
ab eorum commerciis abſtinere, *extra, de vſuris, &
ita notat. & tenet Ioan. de Anania in dicto cap. poſt miſe-
rabilem, in fin. prima colum. qui dicit,* ibi probari à con-
trario ſenſu, quod Chriſtiani non peccant commu-
33 nicantes cum Iudæis io mercimoniis. † Nec obſtat,
huic argumento, *cap. cum ſit nimis, in fine, extra de Iu-
dæis,* vbi Papa illam conſtitutionem, quæ loquitur
de Iudæis, vt non poſſint habere publica officia, ex-
tendit ad paganos, & quod not. Ant. de Butr. & Do-
ctores, qui dicunt, per illum text. quod illud quod
eſt ſtatutum in Iudæis non extenditur ad paganos,
niſi expreſſe per ius extendatur, quia illud intelligo
in prohibitis Iudæo, vt ibi, ex quo eſt maior ratio
prohibendi in eo, quam in pagano, ſecus in per-
miſſis Iudæo, quia regulariter videtur eſſe permiſ-
ſum etiam pagano, ex quo eſt minor, vel ſaltem ea-
dem ratio permittendi in Iudæo, qoam in pagano,
ergo permiſſom Iudæo videtur eſſe permiſſuio pa-
gano, *arg. gl. in cap. cum in cunctis, in principio, extra, de e-
34 lectione, cum ibi not. per Doctores;* † Item adduco et-
iam aliam rationẽ, quia etiam in bello iuſto pro in-
fidelibus, fideles obediunt & iuuant infideles, *11. q.
35 3. cap. Iulianus.* † Sic & è cootra licitum eſt Chriſtia-
nis ſine peccato ad defenſionem ſuam vti auxilio
b infidelium, *b* ſicut fecit Paulus, qui ad defenſio-
nem ſuam procurauit Phariſæos, & dixit ſe Phari-
ſæum, *vt habetur actuum, 23. & habetur, 23. q. 3. cap. Ma-
ximinianus, & cap. ſex,* & Machabæi, qui fuerunt viri
ſancti, & pugiles fidei, inierunt pacem cum Roma-
nis, vt mutuo ſe iuuarẽt, *vt habetur lib. Machabaeorum,
cap. 8. & habetur plene per Oldrad. in conſilio ſuo 71.* quod
incipit nunquid Chriſtiani poſſint ſine peccato ad
defenſionem ſuam vti auxilio, ſiue adiutorio infi-
delium, vbi plene diſputat, & tenet, quod ſic in bel-
lo licito; Si ergo poſſunt Chriſtiani cum infidelibus
pacem inire, & eos adiuuare in iuſto bello, multo
magis debent poſſe merces non prohibitas tempo-
36 re pacis ad eos deferre, † Et iſtam opinionem;
quod tempore pacis ſit licitum Chriſtianis deferre
mercimonia non vetita regulariter, puta vinum, o-
leum, & alia lignamina, & arida, tenet expreſſe In-
nocent, *in dicto cap. quod olim, extra, de Iudæis,* qui dice-
bat, quod ceſſante guerra, non durat canon latæ
ſententiæ, niſi in lignaminibus, & aliis quæ faciont
ad pugnam, *vt dicto cap. ſignificauit,* vel diſpendiom
terræ ſanctæ, *vt in cap. ita quorundam, & cap. ad libe-
randum, extra, de Iudæis,* & idem tenet, & firmat ex-
preſſe Anton. de Butr. *in dicto cap. quod olim, & in di-
cto cap. ſignificauit,* Et eandem opinionem tenet Io-
an. de Anania, *in dicto cap. quod olim in principio,* & ita
* tenent communiter * canoniſtæ. † Nec obſtant,
37 iura allegata in contrarium, & primo, *l. 1. & 2. Cod.
quæ res veniri non poſſunt,* quia illæ leges loquuntur,
an poſſit quis emere ab infidelibus, nos è contra,
an Chriſtiani poſſint vendere infidelibus, quod eſt
omnino diuerſum, quia ratio prohibitionis ſit pri-
uatis tantum, non Principi, vel comiti commer-
ciorum, propter excellentiam Imperialis honoris,
vt dicit Bald. *in rubrica, Cod. quæ res veniri non poſſunt;*
ſicut ergo res, de quibus ibi, ſcilicet murices pro
purpura facienda, & ſericum conceditur, vt poſſit
emi per Principem, vel comitem commercio-
rum.

38 tum. † Ita Illuſtriſſimum Dn. Venetum, quod eſt
loco Principis, vel Imperatoris in terris ſuis, vt
not. Bald. *in Rub. ff. de rerum diuiſione. in 2. colum. ante finem, & Iacobinus de Aluarot. in c. 1. in 16. colum. verſ. quaro quid de Duce Venetiarum in titu. quis dicatur dux. Marchio, comes, &c. & faciunt notata per Bart. in l. hoſtes, ff. de captiuis*; poteſt dare licentiam ſuis Venetis, vel
39 aliis, emere prædicta ab infidelibus. † Nec ob-
c ſtat *lex prima, C. quæ res exportari non poſſunt*, c quæ
vult, quod non poſſit portari vel deferri ad Barbaros vinum, oleum, & alia lignamina, quia loquitur de hoſtibus, & ſic quando cum eis eſt guerra, *l. hoſtes, ff. de captiuis, & l. quos nos hoſtes de verb. ſignifi. vult ibi Salicetus, & ita vult etiam Paul. de Caſtr. in l. id, quod apud hoſtes, ff. de legat. primo. Nec obſtat l. 2. eodem titu.* quia illa loquitur in armis, & aliis vetitis, & ſimiliter reſpondetur *ad cap. ita quorundam, & cap. ad liberandam in principio extra de Iudæis.* Et non obſtat, etiam, quod dicit Hoſt. *in ſumma in titu. de Saracenis, §. qualiter, verſicul. quid ergo de Iudæis*, quia loquitur,
40 quando eſt guerra cum infidelibus. † Nec obſtat
etiam *11. q. 3. cap. ad menſam*, quia ibi non loquitur de mercimoniis, ſed de conuerſatione in cibo, & potu, nam hæc conuerſatio eſt prohibita Chriſtianis cum infidelibus, vt habetur ibi, per gl. & Archi. & ita tenet etiam Hoſt. *in ſumma in tit. de Saracenis, in §. qualiter verſ. licet autem Chriſtiani*; qui dicit; quod licet Chriſtiani non debeant manducare cum Iudæis ſub nobis degentibus, *28. quaſt. 1. cap. nullus & cap. omnes*, cum Saracenis tamen ſcilicet nobis ſubditis, poſſumus comedere allegat, *11. quaſt. 3. cap. ad menſam*, & aſſignat rationem diuerſitatis, quia Iudæi propter abuſionem ſcripturarum, & contemptum ciborum noſtrorum, magis videntur fidem noſtram impugnare, *23. quaſt. 4. cap. infideles*, cum aliis autem Saracenis ſcilicet hoſtibus comedere non debemus, niſi prædicatores ſumus, quibus hoc iniungitur ſpeciali priuilegio, vt poſſit quilibet habita Prælati licentia, prædicare, Sed tamen debent abſtinere à carnibus diebus prohibitis, *vt c. quam ſit, de Iudæis*, & argumento de ſententia excommunicationis, *c. cum voluntate, §. 1. & ſic intelligitur, 11. quaſt. 3. cap. ad menſam*, dum tamen illud quod apponitur non ſit Idolis immolatũ; quia tunc ſanctius eſſet mori fame, quam tali cibo veſci. *32.*
41 *quaſt. 4. cap. ſicut ſanctius.* † Sed eſt aduertendum,
quia poſt omnia prædicta iura ciuilia, & canonica condita, & compilata; Nicolaus Papa quartus in quadam ſua extrauaganti, quæ incipit: Olim in generali ſtatuit & innouauit, quod nullus arma, equos lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia Saracenorum loca terræ Ægypti deferre, vel mittere ſiue de ſuis portub. vt eis deferantur extrahere, vel extrahi permittere aut eis aliud auxilium, vel fauorem præſtare, præſumant; aliàs ſint excommunicati ipſo facto; à qua abſolui non poſſint, niſi ſecundum formam eiuſdem extrauagantis; videlicet niſi tantum de bonis propriis in dictæ terræ ſubſidium conuertendum exſoluerint, quantum ad partes prædictas detulerint, vel miſerint, aut deferri, vel de ipſorum portubus deferendã eis, extrahi permiſerint, & nihilominus, quod ſi qui capiuntur, fiant ſerui capientium; & ſimile ſtatuit de omnibus terris Soldano ſubditis, & addidit, quod vltra pœnas ibi adiectas perpetuo ſint infames, & inteſtabiles in actiua, & paſſiua ſignificatione, ita quod teſtari non valeant, nec aliquid ex alieno teſtamento percipere, nec ex teſtamento vel ab inteſtato ſuccedere, nec admitti debeant ad publica officia, & omnes actus legitimi ſint eis penitus interdicti, & poſtquam de hoc conſtiterit, debeant publice denuntiari, & omnia bona eorum ad fiſcum deuolui; Hęc tamen extrauagans habita fuit pro reuocata; quia non fuit poſita *in 6. lib. decret alium*, vt dicitur in eius prœmio; quod videns Bonifacius octauus auctor, & conditor dicti ſexti libri animum mutauit cum quadam alia ſua extrauaganti, quæ incipit, Contra illos. Poſt hoc etiam Clemens quintus renouauit, & abſolutionem præterquam in mortis articulo reſeruauit, in quadam eius extrauaganti, quæ
42 incipit, Multa. † Et reperio, quod Veneti ha-
buerunt ſuper hoc licentiam à Martino Papa quinto; Quantum ad mercimonia, & victualia per plures annos, non autem quo ad arma, & lignamina, vnde non incurrerunt pœnas prædictas, & idem dicendum eſt de aliis qui habuerunt licentiam prædictam, quo ad mercimonia, & victualia.

ANNOTATIONES.

a Apud] *Adde, quod in hac eadem ſpecie cum D. Capolla noſtro conſuluit Alex in conſ. 130. vol. 7. & idem habetur per Abb. & Felin. in cap. quod olim extra de Iudæis, late tradit Boer. deciſione 178. n. 10. Beneuenutus Straccain tract. de mercatura in ſecunda parte num. 40. cum ſeq. & Clar. in §. fin. quaſt. 77. verſ. Chriſtiani, Marquardus de Suſanis in tracta. de Iudæis, cap. 5.*

b Auxilio infidelium] *Hanc quaſtionem examinat Felin. in c. ad liberandam extra de Iudæis, Paris de puteo in tracta. de bello lib. 2. §. pen. nu. 3. Marquard. in dict. tract. cap. 6. in princ. Ant. Corſetus in tracta. de poteſtate regia in 5. & vltima parte, nu. 37. & omnium latiſſime Octauia. Chachera. in ſua diſputatione poſt deciſiones Pedemontanas, per totum.*

c Quæ res exportari non poſſunt] *intellectum harum legum explanat Alciat. lib. 4. diſſ mat. cap. 2. Barnabas Briſſonius ſelectarum lib. 4. cap. 4. & aliqua tradit Iacobus Cuiacius obſeruatio. lib. 9. cap. 9.*

CONSIL. XXXII.

ARGVMENTVM.

An & à quanto tempore ille, qui non reperitur præſumatur mortuus, &:

An maritus habeat vſumfructum bonorum hæreditatis vxori per filium eidem relictæ, an vero vxor illa pro ſe retinere, & de his libere diſponere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Viuere centum annis regulariter quis præſumitur, & quomodo id intelligatur, nu. 4. & 11.*

2 *Mortuum aliquem fuiſſe an probetur per nuntios, qui de eo perquiſierint, & nu. 10. & 12.*

5 Mortuum an præſumatur ille, qui non reperitur, ſaltem quo ad eius ſucceſsionem, & nu. 5. & 9.
6 Veritas per coniecturas probatur, vbi aliter haberi non poteſt.
7 Fama ſola an probet aliquem eſſe mortuum.
8 Iudex ad vnam probationis ſpeciem ſe aſtringere non debet.
10 Iudex, cum de alicuius morte dubitatur, poteſt ex officio mittere nuntios, qui de eo inquirant.
13 Maritus an habeat vſumfructum bonorum hæreditatis per filium matri & eius vxori relicta, an vero vxor illa pro ſe retinere, & de his libere diſponere poſsit, & num. 17.
14 Vxore non volente marito nihil acquiritur, etiam ſi bona eſſent paraphernalia.
15 Mulier triplex patrimonium habere poteſt.
16 Statutum Feltri, quod maritus lucretur fructus bonorum vxoris, quomodo intelligatur.
17 Vſus fructus in his, quæ vſu conſumuntur, proprie non cadit.
Statutum loquens de vſufructu, non comprehendit vſumfructum earum rerum, quæ vſu conſumuntur.
18 Statutum quod eſt contra ius commune, ita debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quam poſsit.
19 Caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis.

CASVS talis eſt: Iacobus filius q. nobilis Viri Domini Victoris de Mezano de Feltro ætatis annorum viginti duorum, volens ire ad ſtipendium & vagari per mundum, fecit teſtamentum, in quo inſtituit matrem ſuam hæredem, & dicit ſe ideo facere dictum teſtamentum, quia intendit vagari per orbem, & hoc fuit, iam ſunt viginti octo anni elapſi. Et quia mater non habebat de eo aliquam notitiam, ſi eſſet viuus, vel mortuus, fecit bis perquirere maxime in ciuitate, & diſtrictu Senarum, vbi dicebatur fuiſſe, & nunquam potuit aliquid intelligere de eius vita, vel morte, vſque in præſentem diem; Imo potius eſt fama, & communis opinio in ciuitate Feltri, quod ſit mortuus, & non viuus. Propter quod de duobus principaliter dubitatur. Et primo an dictus Iacobus præſumatur mortuus, ex eo quod perquiſitus fuit, & nunquam potuit haberi aliqua notitia, quid eſſet de eo, iam ſunt viginti octo anni. Secundo, poſito quod ſic, an eius mater poſſit ſuccedere in omnibus bonis Iacobi filij, & an maritus poſſit excludi, & non habeat vſumfructum dictorum bonorum dicti Iacobi peruentorum ad matrem ſuam ex teſtamento Iacobi filij ſui, maxime ſtante ſtatuto Feltri, ſub rubrica, quod maritus lucretur fructus bonorum vxoris quoquomodo ſibi ſpectantium.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Circa primum dubium, videtur dicendum prima facie, quod dictus Iacobus non præ-
1 ſumatur mortuus, ſed viuere, † quia
a regulariter quis præſumitur viuere *a* centum annis, niſi probetur mortuus: *l. fina. & ibi not. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. an vſuſfructus, in fin. ff. de vſufruct. & not. gloſ. & Doct. in l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemadmod. teſtam. aperiant. & not. per Bart. & Doct. in l. ſi quidem. ad fin. C. ſolut. matrim. & per Canoniſtas, in cap. in præſentia, extra de ſponſalibus, & in c. cum inhibitio de clandeſtina deſpon-*
2 *ſat. cum ſimilib.* † Nec videtur ſufficere, quod mater miſerit nuntios ad inquirendum de vita, vel morte filij, ex quo nuntij non potuerunt aliquid intelligere, ſi erat viuus, vel mortuus, *vt vult gloſſ. in fine, in cap. in præſentia, extra de ſponſalibus, quam ſequitur*
3 *ibi Anto. de Butr. ante fin.* † Sed his non obſtantibus
b *b* puto contrarium eſſe verius de iure. Et fundamentum eſt in hoc, quia ipſe Iacobus, quando fecit teſtamentum, dixit in eo, quod ideo faciebat, quia intendebat vagari per mundum, & ita verum eſt quod incepit vagari, &, vt dicitur, erat ſtipendiarius & poſt diuerſa loca iuerat ad Ciuitatem Senarum, ſecundum quod dicebatur; & quia non habebatur aliqua notitia; fuerunt miſſi nuntii ad inquirendum eum, & nulla potuit vnquam haberi certa notitia de eo, vbi eſſet; & an eſſet viuus, vel mortuus; pro-
4 pter quod dico, quod iudicari debet pro mortuo: † quoniam licet quis præſumatur in dubio viuere, vel poſſe, centum annis, vt dixi: tamen ſi iuuenis lu-
c xurioſus, vel bellicoſus *c* cœpit vagari per mundum, & tunc ab eo tempore, quo de eius vita cœpit dubitari, quinquennium ſit elapſum, nec de eius ſoſpitate aliquid ſit notum, mortem probatam eſſe arbitrandum eſt, hoc enim Imperator in muliere conſtituit, quæ virum tanto tempore expectauit; & licet hoc per leges poſteriores mutauerit; tamen quantum ad matrimonium illud fecit; quæ cauſa eſt maior. ita dicit eleganter Bartolus. *in tractatu ſuo de teſtibus, in capit. quod incipit, mortuum hominem,* & quia nihil ad hoc allegat: ego allego text. *in l. vxores, ff. de diuortiis. & gloſſ. prima in capit. in præſentia, extra de ſponſalibus, facit l. vxor, C. de diuortiis & repudiis,* quæ loquuntur de quadriennio. Et ideo cum in caſu noſtro, ille Iacobus eſſet iuuenis, & dixerit in teſtamento ſe velle eſſe militem, ſeu ſtipendiarium, & velle vagari, & poſtquam cœpit dubitari de eius vita, elapſum ſit, nedum quadriennium & quinquennium, ſed etiam elapſi ſunt decem & octo anni;
5 † & ideo videtur dicendum, quod ſit præſumptio, ipſum Iacobum eſſe mortuum, & talem præſumptionem ſufficere, quo ad ſuccedendum ei in hæreditate ſua; ex quo iſtud non eſt maximi præiudicii, cum ipſe Iacobus ſi viueret, & rediret, poſſet reponi in priſtinum ſtatum, per ea quæ not. Bartulus *in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtament. aperiant. & Anton. de Butr. & Canoniſtæ in capit. in præſentia, extra de ſponſalib.* Et hoc maxime verum eſt in caſu noſtro, in quo tractatur de mor-
6 te, quę eſt de longinquo, & de loco remoto, † quo caſu ſi veritas haberi non poteſt, niſi per coniecturas, ſufficit probare per coniecturas, vt not. Bart. & Ang. *in l. ſi quidem. C. ſoluto matrimon.* Et prædictæ coniecturæ ſufficere videntur, ſcilicet, quod fuerit, prout etiam dixit, vagabũdus, & quod dederit operam rei militari, & quod fuerit iam decem & octo annis requiſitus, & nunquam repertus, nec potuerit haberi notitia de ius vita: & elapſi ſint viginti octo anni, poſtquam receſſit, & ad loca remo-
7 ta tranſiuit per prædicta. † Et ſufficeret ſola fa-
ma

d ma *d* ciuitatis ſuæ, ſecundum gloſſ. Bart. Angel. &
Doctor. *in d. l. ſi quidem, C. de ſolut. matrim.* Sed fama
dicitur eſſe apud ciuitatem Feltri, quod potius ſit
mortuus, quàm viuus; ideo ſufficere videtur. Hæc
tamen omnia ſunt remittenda ad arbitrium boni
8 viri, † vt iudex ſe non adſtringat ad vnam ſpeciem
probationis, *l. 3. §. eiuſdem quoq; principis, ff. de teſtib. vt
tenet Raph. Fulgoſ. in d. l. ſi quidem, in fin.* & ideo iudex
habebit ſe informare de omnibus prædictis, & ſe-
cundum quod ſibi videbitur iudicare, *per dict. §. eiuſ-*
9 *dem quoq; Principis.* † Sed ſtantibus prædictis puto,
quod iudicari debeat potius ipſum mortuũ, quàm
viuum, quantum ad hoc, vt ſuccedi ei poſſit, cùm
non tractetur de maximo præiudicio, ex quo poſſet
Iacobus, ſi viueret, reponi in priſtinum ſtatum, re-
10 ſtituendo ſibi omnia bona ſua. † Poſſet etiam iu-
dex pro ſua clariori informatione mittere aliquem
cum ſuis literis, ad inquirendum de eius vita vel
morte, & facere diligentem inquiſitionem, *argum.
l. 3. §. Nerua filius, ff. de acquirend. poſſeſſ. & l. magis puto, §.
non paſſim, ff. de rebus eorum, & l. cum quidam, §. fin. cum
l. ſeq. l. 2. & l. hoc iure, ff. de verbor. obligat. & hoc vult Bar-
tol. in l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemadmodum teſtament. ape-
riant. & Anton. de Butr. in cap. in præſentia, extra de ſpon-
ſalib.* Et credo, quod facta diligenti inquiſitione, ſi
11 non intelligatur ipſum viuere, præſumitur mor-
tuus per prædicta. † Nec obſtat, dum dixi, quod
quis in dubio præſumitur viuere, vel viuere poſſe
centum annis, *per l. final. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cum ſi-
milib.* quia illud procederet, quando non extarent
aliquæ coniecturæ in contrarium, de quibus ſupra.
12 † Nec etiam obſtat, dum dixi, quod quando nun-
tii referunt, nihil inueniſſe, nec aliquid intelligere
potuiſſe, ſi viuit, vel non, non habetur pro mortuo,
quia reſpondetur ſimiliter illud procedere, niſi fu-
iſſet vagabundus, & ſtetiſſet tanto tempore, quo
nunquam potuit baberi notitia de eius morte vel
13 vita, per ea, quæ dicta ſunt. † Circa ſecundum
dubium, poſito, quod dictus Iacobus non præſu-
-atur viuere, ſed mortuus, an mater eius ſuccedat
ei pleno iure, & ea bona pro ſe retinere poſſit, ita
vt eius marito non acquiratur vſus fructus. Et bre-
uiter dicendum eſt, quod ſic, de iure communi,
quoniam vigore dicti teſtamenti dicti Iacobi, ma-
ter ſuccedit in ſolidum, & ſuccedendo illa bona ac-
quiſita vxori, non ſunt dotalia, nec paraphernalia,
ſi vxor ea non tradidit marito, ſed propria bona
ſunt, nec ea volente in domum mariti transferun-
e tur, *vt l. ſi ego, §. dotis* e *maximè*, ibi, quid enim in-
tereſt, inferantur, *ff. de iur. dot.* Et ideo ſunt bona
propria, vt dixi, non dotalia, nec paraphernalia, vt
habetur per gloſſ. ſecundam, & Doctor. *in l. mari-*
14 *tus, C. de procurat. & in l. final. C. de pactis conuent.* † Et
ideo, ſi vxor non vult, marito nihil acquiritur, & ſi
eſſent bona paraphernalia, *l. hac lege, C. de pactis con-
uentis*, licet eſſet dubium, muliere nihil dicente, vt
habetur per Bartolum, & Doctor. *in l. maritus, ff. ad
legem Falcid. & per Doctor. in dicta l. final. C. de pact. con-
uentis.* Et multò minus acquiritur vſusfructus ma-
rito, quando huiuſmodi bona non eſſent dotalia,
nec paraphernalia, quo caſu non eſt dubium de iu-
re communi, vxore nolente vſumfructum non ac-
quiri marito, nec aliquam poteſtatem adminiſtran-
di, *per dictam l. maritus, cum ibi not. C. de procuratoribus,
& per dictam l. hac lege.* Et iſtud meo iudicio non ha-
15 bet dubitationem ſecundum ius commune, † quo-
niam mulier poteſt habere triplex patrimonium.
Primum eſt dos, cuius vſusfructus ſpectat ad mari-
tum, *l. pro oneribus, C. de iure dot. & l. dotis fructus, ff. de
iure dotium.* Secundum eſt in bonis paraphernali-
bus, & de iſtis eſt dubium. Tertium eſt in aliis bo-
nis, quæ ſunt in dominio vxoris, & in eius admini-
ſtratione, & in iſtis fructus ſunt vxoris, non mariti,
quia iſta non ſunt dotalia, nec paraphernalia, *vt not.
gloſſ. in dicta l. maritus, C. de procuratoribus, & gloſſ. in ru-
brica, C. de pactis conuentis.* Et de iſtis bonis triplicis
generis ponit Bald. in conſilio ſuo, quod incipit:
In Chriſti nomine, amen, quædam ſunt res, quæ
ſunt in Domino, & Dominus Franciſcus de Alber-
gotis de Aretio in conſilio ſuo, quod incipit: In no-
16 mine Domini amen, domina Catharina, &c. † Sed
dubium facit ſtatutum Feltri ſub rubrica, quod ma-
ritus lucretur fructus bonorum vxoris, quoquo-
modo ſibi ſpectantium, quod vt maritus lucretur
fructus omnium bonorum vxoris, & in nigro ſimi-
liter ſtatutum vult, *in verſic. & quod maritus*, vbi di-
citur, quod maritus lucretur fructus omnium bo-
norum paraphernalium vxoris, & aliorum vnde-
cunque eidem vxori venientium, &c. & ſic com-
prehendit, nedum bona dotalia, de quibus non eſt
dubium, vt dixi, ſed etiam bona paraphernalia, &
alia bona vxoris. Et licet hoc verum ſit ſecundum
dictum ſtatutum, vt maritus lucrari poſſit fructus
dictorum bonorum, tamen intelligitur de fructi-
bus prouenientibus ex dictis bonis, non autem, vt
poſſit vti bonis mobilibus, & ipſa conſumere, quia
iſtud non conſiſtit in fructu, *vt in toto titul. ff. de vſu-
fructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, & probatur*
17 *Inſtitut. de vſufructu, §. conſtituitur.* † quia in iſtis non
proprie cadit vſusfructus, vt ibi. Et ideo ſtatutum
loquens de lucro fructuum, non comprehendit v-
ſumfructum earum rerum, quæ vſu conſumuntur,
vt ibi, & maximè ſi nollet cauere de pecunia reſti-
tuenda, *iuxta l. 1. & per totum, ff. vſufruct. quemadmod.
caueat.* Nec poterit dictus maritus adminiſtrare di-
cta bona, ſi vxor noluerit, *vt dixi*; ſed ipſa ſola vxor
poterit adminiſtrare, *vt not. in l. maritus, C. de procu-
ratoribus.* Et poterit dicta bona donare, cui volue-
18 rit, † quia illud ſtatutum, quod maritus lucretur
fructus bonorum vxoris, cùm ſit contra ius com-
mune in bonis, quæ non ſunt dotalia, nec para-
phernalia, vt dixi ſupra, ſequitur, quod debet intel-
ligi, vt minus lædat ius commune, quàm poteſt, *&
l. final. §. in computatione, & ibi per gloſſ. & Doctor. C. de
iure deliber. & per notata in l. 2. C. de noxalibus, & in cap.
cum dilectus, extra de conſuetudine.* Et ideo, cùm ſo-
lum loquatur de fructibus, & non de adminiſtra-
tione, vel donatione, in his ſtandum eſt iuri com-
muni, vt ſcilicet vxor poſſit illa bona adminiſtrare,
19 & donare, † quia caſus omiſſus habetur pro o-
miſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis,
*l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſoluto matrimonio, & l. com-
modiſſime, ff. de liber. & poſthum. cum ſimilibus.* Et ideo
ex prædictis concludo, quod licet ex forma ſtatuti

M 3 mari-

maritus poſſit lucrari fructus dictorum bonorum hæreditatis quondam Iacobi, tamen ſi eius mater & hætes vult ſola illa bona adminiſtrare, & etiam alteri donare poteſt.

Annotationes.

a Præſumitur viuere] *De hac regula tradunt Alexand. in conſil.1.num.42. lib.5. conſil.90. num.9. lib.6. & conſil. 27. in fin. lib.7. Corn. in conſil.341. num.1. volum.1. Dec. conſil. 204. num. 4. & conſil. 575. num. 10. & in l. ſi emancipati, colum. 1. C. de collationibus, vbi etiam Hieronymus Cagnolus num.110. & egregiè Alciat. in tractatu de præſumptionibus, regul. 1. præſumptio. 44. per totam, & latè Antonius Gabriel. communium concluſionum lib. 1. in tit. de præſumpt. concluſ.16. & vlt. num.1. & ſeq.*

b Sed his non obſtantibus] *Ad hoc vide Baldum, in l. & ſi certum, §. ſi vnum, ff. ad Senatuſconſult. Syllanianum, Steph. Aufre ad deciſio. Capell. Tholoſa.312. Pet. de Barb. inter conſilia matrimonialia, conſil.25. num.4. lib.1. & Campeg. in tractat. de teſtib. regul.350. verſ. decimo, vbi multos modos enumerat, quibus mors probatur.*

c Bellicoſus] *Adde Alexandrum de Imola, in conſil. 4. nu. 7. verſic. fortius dicit Bartol. lib.2. & Cephalum in conſ. 65. num.44. lib.1.*

d Sola fama] *An & quando mors per formam probetur, docent Alexand. in conſil.172. num.7. lib.6. Corn. conſil. 104. colum.2. volum.3. Dec. in l. vltima, num. 28. C. de edicto diui Adrian. tollend. Iaſ. in l. cum ea, in fin. C. de tranſactionibus, Crauet. in conſil. 127. num.17. latiſſimè Nicolaus Boër. deciſ.288. per totam, Franciſcus Marcus deciſ. 183. num. 2. 27. & 30. in 2. part. Gozadin. in conſil.68. num.9. & D. Menoch. in tractat. de adipiſcenda poſſeſſione, remed. 4. num.672. vbi declarat.*

e §. dotis] *Adde Alexandrum in conſil.144. colum.2. lib.5. Decium conſil.521. colum. 1. latè Cephal. in conſil. 122. num.14. lib.1. & Ioan. Bolognet. in l.1. §. ſi vir vxori, nu. 75. ff. de acquir. poſſeſſ. & omnium latiſſimè D. Menoch. in ſuo nouiſſimo tractat. de præſumpt. lib.3. præſumpt.8. per totam.*

CONSIL. XXXIII.

Argumentum.

An ſtatutum de pręſcriptione decennii loquens in inſtrumento, locum habeat in chirographo.

Summaria.

1 *Statutum Feltri de præſcriptione decennij an locum habeat in chirographo, & num.4.*

2 *Statutum de præſcriptione decennij eſt contra ius commune.*

3 *Inſtrumenti appellatione an veniat chirographum, & num. 6. 11. & 13.*

4 *Statutum ad alium caſum in eo omiſſum non extenditur, etiamſi ille eſſet iniquus.*

5 *Inſtrumenti nomine venit, quicquid cauſam inſtituit.*

7 *Inſtrumentorum duplex eſt genus.*

8 *Chirographum trino teſte notatum eandem vim habet, ſicut inſtrumentum publicum.*

9 *Lex noua etiam exorbitans à iure communi, loquens in vno æquiparatorum, & in alio locum habet.*

10 *Quando duo comprehenduntur ſub eadem ſignificatione, licet ex lata, & aliud ex ſtricta, attamen illud, quod eſt ſtatutum in comprehenſo ſub ſtricta, locum habet etiam in eo, quod comprehenditur ſub lata.*

12 *Ex proœmio ſtatuti licitum eſt arguere.*

14 *Communis loquendi vſus deduci & probari debet, aliàs ei non ſtatur.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
1 Spiritus ſancti gratia, &c. † Stante
ſtatuto Feltri, ſub rubrica de inſtrumentis tacitè retentis, in quo dicitur in hæc verba: Quia vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt: Statuimus, quod ſi aliqua perſona aliquod publicum inſtrumentum, ſiue præſam, vel ſententiam per decem annos de cætero tenebit, infra quot nullam ſuper hoc querimoniam poſuerit, & debitor iurauerit debitum ſolutum eſſe, & ſatisfactum de debito creditori, quod tunc dicta præſa ſententia ſeu inſtrumentum ſit caſſum & vanum, & nullius momenti, &c. Quæritur, nunquid dictum ſtatutum locum habeat in creditore habente chirographum debiti contra dictorem, qui creditor nihil dixit, iam ſunt
2 viginti octo anni. † Et dubium ſtat in hoc, an illud ſtatutum, quod eſt contra ius commune, *iuxta notata per gloſſ. & Doctor. in cap.1. §. porro, tit. qualiter olim feud. poter. alien.* loquens de inſtrumento, locum habeat in chirographo. Et videtur, quod non,
3 † quia aliud eſt inſtrumentum, aliud eſt chirographum, ſiue ſcriptura priuata, *vt videtur probari in l.1. in princip. C. de iur. calumn. & in l. final. C. de fide inſtrum.* Et maximè ſtante communi vſu loquendi, qui ſit, vt appellatione inſtrumenti non contineatur chirographum, *& not. per Bartolum, in dicta l. 1. C. de iuram. calumn. & ibi etiam Raphaël. Fulgoſ. per l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fundo inſtruct. & l. librorum, §. quod tamen Caſſius, de legat.3. cum ſimilib.* Et licet illud ſtatutum ſit factum ex cauſa, propter negligentiam non petentium, vt dicitur in principio ſtatu-
4 ti, † tamen ſtatutum non debet extendi, etiamſi caſus omiſſus à ſtatuto eſſet iniquus, vt notat ſingulariter Angel. *in l. Gallus, in princip. per illum text. ff.*
5 *de liber. & poſthumis.* † Tamen his non obſtanti-
a bus, *a* contrarium teneo eſſe de iure verius, quod ſic probatur, appellatione inſtrumenti venit, quicquid inſtruit cauſam, *l.1. ff. de fide inſtrum.* Sed chirographum inſtruit cauſam, *vt l. chirographum, ff. de probationib. cum ſimilib. & not. Bart. & Doct. in dicta l.1. C. de*
6 *iuramento calumn.* ergò, &c. † Item, quod appellatione inſtrumenti veniat chirographum, probatur *in l. inſtrumenta domeſtica, C. de probationibus, & in authent. de fide inſtrum. §. ſi tamen quiſque, coniuncto verſic. ſed ſi inſtrumenta,* & hoc videtur ſentire Innocent. *in c. fin. extra de fide inſtrum. & Angel. in authent. de fide*
7 *inſtrum. in §. ſi quis igitur,* vbi dixit, † quod duplex eſt genus inſtrumentorum: vnum, publicum: a-
8 liud, priuatum. † Et hoe maximè verum eſt in chiro-

chitographo ſubſcripto manu trium teſtium, quia
tantam vim habet, ſicut inſtrumentum publicum,
vt habetur *in l.ſcripturas, coniuncta auth.ſi quis vult cau-
tè depouere. C. qui pot. in pign. habeantur, & habetur in l.
fin. C.ſi cert. petat.* Vnde verſus cautio priuata cum
trino teſte notata, hoc ius eſt nacta, quod cautio
publicè facta. Si ergò iſta duo, quantum ad effe-
ctum æquiparantur, videlicet inſtrumentum pu-
9 blicum & chirographum, vt dixi; † ergò lex noua
ſuperueniens etiam contra ius commune, ſeu ex-
orbitans à iure communi, loquens in vno de æqui-
paratis, habebit locum etiam in alio, vt probatur
*in l.ſi quis ſeruo, in fin. cum gloſſ. C. de furtis, coniuncta l. vt
tantum, §.1. ff. de ſeruo corrupto, & not. per Doctor. in l. ſi
vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. & in c. fin. extra de conſue-*
10 *tud. & in c.1. de temp. ordin. in 6.* † Præterea, quando
do duo comprehenduntur ſub eadem ſignificatio-
ne, licet vnum comprehendatur ex lata ſignifica-
tione, & aliud ex ſtricta, tamen illud, quod eſt ſta-
tutum in eo, quod comprehenditur ſub ſtricta, ha-
bet locum, etiam in eo, quod comprehenditur ſub
lata, ita dicit Anton. de Butr. *in dict. c. fin. §. quarto, in
1. fallentia, extra de conſuetudine, allegat gloſſ. in clem. 1.
in verſ. eligatur de electione*, vbi ſtatutum in electione
extenditur ad aliam prouiſionem, quia non diffe-
runt in lata ſignificatione, maximè cum tendant ad
eundem effectum; & ſic intelligitur gloſſ. *in clem. vt
hi, qui de ætat. & qualit. in verſ. eiſdem, facit quod notat*
11 *Bart. in l. Marcellus, §. quid autem, ff. ad Trebell.* † Et id-
eo cum appellatione inſtrumenti ſaltem latè ſum-
pto vocabulo comprehendatur chirographum, *di-
cta l.1. ff. de fide inſtrum.* ergò ſtatutum loquens de in-
ſtrumento, locum habebit in chirographo, maxi-
mè cum tendant ad eundem effectum, & ſit eadem
ratio, imo maior, quæ colligitur ex prooemio ſta-
12 tuti, dum dicit. Quia vigilantibus, &c. † ex quo
prooemio poteſt argui, *l. regula, §. & licet, ff. de iuris,
& facti ignorant. l. fin. cum ibi notatn. ff. de hæredit. inſtit.*
13 *cum ſimilibus.* † Nec obſtant ea, quæ dixi ſupra in
contrarium, videlicet, quod aliud eſt inſtrumen-
tum, aliud chirographum, quia ſaltem ex lata ſigni-
ficatione appellatione inſtrumenti continetur chi-
rographum. *per dictam l.1. ff. de fide inſtrum.* quod ſuffi-
cit in propoſito per prædicta. Nec obſtat, quod
dicitur de communi vſu loquendi, quia illud pro-
cederet, quando ſtatutum eſſet factum ab idiotis;
ſecus ſi à peritis, *vt notat Bald. in cap.1. §.t. in tit. de ſuc-*
14 *ceſſ. feudi, & not. in rubr. ff. de noui operis nunt.* † Et ta-
lis communis vſus loquendi debet deduci & pro-
b bari, *b* aliàs non ſtaretur ei, vt notat Bart. *in dicta l.
1. C. de iuram. calumn. & in l. ſi quis ſeruum, ad fin. ff. de
condit. & demonſt. & in l. libellorum, §. ſi aliud, in fin. ff. de
accuſat. & Angel. in conſil. quod incipit: Statutum exclu-
dens maſculum a ſucceſſione, &c.* Cum ergò non con-
ſtet de iſto communi vſu loquendi, non debet at-
tendi per prædicta, & per gloſſ. *in l.1. in verſ. probatn,
C. quæ ſit longa conſuetudo.* Nec obſtat, quod vltimo
dixi, quod caſus omiſſus habetur pro omiſſo, &c.
quia hic non eſt caſus omiſſus, ex quo contine-
tur ſaltem ſub lata ſignificatione in-
ſtrumenti, vt dixi.

ANNOTATIONES.

a Sed his non obſtantibus] *An in ſtatutis appellatione inſtrumenti priuata ſcriptura contineatur, docent Abb. Felin. & Dec. in Rubr. extra de fide inſtrumentor. Anch. quæſt. 56. in 2. part. Roman. in conſ. 23. nu. 2. Franciſcus Aret. in conſ. 51. nu. 2. Socin. ſen. conſ. 63. nu. 18. 19. & 20. lib. 1. Dec. in c. tertio loco, in 1. not. extra de probat. Felin. in prooemio decretalium, gloſſ. 1. poſt num. 9. Grat. conſ. 74. col. 3. verſ. circa tertium, lib. 2. Tiraquell. de retract. conſanguinit. tit. 1. §. 2. gloſſ. 1. in vlt. quæſt. & declarat Cranet. in tractat. de antiquit. tempor. in 1. part. num. 245. & ſeq. & vide etiam Hieronymum Magoninm in deciſionibus Rotæ Lucenſis, deciſ. 15. num. 2. 3. & 4. & per totam.*

b Deduci & probari] *Adde Caſtr. in conſ. 48. num. 3. lib. 1. Aret. in conſ. 79. num. 1. Dec. in c. tertio loco, num. 3. extra de probat. & conſil. 473. col. 2. & Franciſcum Beccium in conſ. 105. num. 4.*

CONSIL. XXXIIII.

ARGVMENTVM.

An Princeps concedendo villam cum iuriſdictionibus videatur conceſſiſſe merum & mixtum imperium, & præcipuè in præiudicium ciuitatis, ſub qua villa poſita eſt.

SVMMARIA.

1 *Villa non habet merum nec mixtum imperium, & num. 28.*

2 *Iuriſdictio nulla eſt in caſtro vel villa de per ſe, & num. 29.*

3 *Iurium vel iuriſdictionum appellatione ſimpliciter non videtur contineri merum & mixtum imperium, & num. 15. & 31.*

4 *Si aliquid conceditur cum iuriſdictionibus, intelligitur, ſi quas habet, non autem illa intelliguntur de nouo concedi.*

5 *Papa ſi aliquod monaſterium eximat cum ſuis Eccleſiis, intelligitur, ſi ſua ſunt, non autem eas dare cenſetur.*

6 *Eccleſia vel dominus ſi mihi donet caſtrum & omne ius ſuum, intelligitur, ſi quod habet.*

7 *Iuriſdictio an cohæreat territorio vel perſonæ, & num. 14. & 16.*

8 *Regimen ſi committatur in aliqua villa vel caſtro, non intelligitur commiſſum merum & mixtum imperium, ſed ſolum, quando committitur regimen prouinciæ, vel in ciuitate Romana, & num. 32.*

9 *An & ex quibus coniecturis princeps concedendo villam cum iuriſdictionibus merum & mixtum imperium conceſſiſſe intelligatur.*

10 *Oneris & honoris appellatione etiam magiſtratus continetur.*

11 *Ex qualitate perſonæ præſumitur, quod aliàs non præſumeretur.*

12 *Iuriſdictio eſt nomen generale, quod merum & mixtum imperium comprehendit.*

13 *Iuriſdictionis definitio.*

15 *Iuriſdictionis omnimoda appellatione merum & mixtum imperium continetur.*

16 *Imperium cohæret territorio.*

17 *Ciuitates Italiæ habent merum & mixtum imperium, vel ex pace conſtantiæ, vel ex antiqua conſuetudine.*

18 *Villa ſeparata à ciuitate nouo præſide, Rectore, vel magiſtratu indiget.*

19 *Princeps concedendo ciuitatem cum toto eius territorio, & cum omni iuriſdictione, venit etiam merum & mixtum imperium.*

20 *Argumentum de toto ad partem valet.*

21 *Seruitus diuiſo fundo remanet in ſolidum apud quamlibet eius partem.*

22 *Idem debet eſſe de qualibet parte de per ſe, ſicut erat de toto ſimul.*

23 *Per ſequentia declarantur præcedentia.*

24 *Merum & mixtum imperium an longi temporis ſpatio præſcribatur, interueniente ſcientia & patientia domini.*

25 *Si comes concedat omne ius, quod habet in tali fundo, ſi non probetur de iure concedentis, an & quando impediatur præſcriptio.*

26 *Merum & mixtum imperium quanto tempore præſcribatur, & quibus concurrentibus.*

27 *De iure principis vel fiſci tertius opponere nequit, niſi ipſe princeps velit.*

30 *Verbum prouentus omnes fructus comprehendit.*

33 *Conceſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

34 *Princeps priuilegium, quod alteri conceſſit, tollere poteſt.*

35 *Imperator licet non poſſit tollere ius naturale, attamen in aliqua parte ipſum mutare poteſt.*

36 *Apuliæ regnum licet totum ſit feudale Eccleſiæ, attamen ſingularia feuda ſunt de directo Regis dominio.*

37 *Reſponſiones factæ per Sereniſſimum Duc. Dom. Venetiarum quibuſdam capitulis & petitionibus ciuitatis Brixiæ.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Viſo caſu prę-
dicto ad me tranſmiſſo, & viſo in-
ſtrumento inueſtituræ feudi facto
de Bagolino Vallis Sabii per Illu-
ſtriſſ. Duc. Dom. Venetiarum Magnificis DD. Dn.
Georgio, & Petro de Lodrono, cum aliis terris &
locis, & viſis capitulis porrectis per Magnificam ci-
uitatem Brixiæ Illuſtriſſ. Duc. Dom. Venet. de 1427.
videlicet 7. 11. & 21. peracto de 1448. & omnibus di-
ligenter conſideratis: Videtur prima facie dicen-
dum, quod in dicta inueſtitura non fuerit conceſ-
ſum merum nec mixtum imperium, conſiderando
omnia verba dictæ inueſtituræ feudalis, quantum
ad rem hanc pertinet. Nam in primis dum dici-
tur, in inueſtitura dedit, tradidit, & conceſſit in feu-
dum rectum nobile & gentile, ac iure feudi nobi-
lis, & gentilis Bagolinum Vallis Sabii, quod eſt vna
villa, non videtur per hæc verba fuiſſe conceſſum
1 merum aut mixtum imperium, † quia villa non
habet merum nec mixtum imperium, *vt in auth. de
defenſoribus ciuitatum, §. nulla, & not. Bald. in cap. 1. in §.
ad hæc, in 2. colum. in fin. in tit. de pace iura. firman.* qui
2 dicit, † quod in vno caſtro, vel vna villa per ſe non
eſt iuriſdictio, vt not Innoc. *in c. ex literis, extra de iure patr.* niſi concedens illi caſtro vel villæ attribueret
iuriſdictionem, & eam det; & ſit talis, quod dare
poſſit, vt princeps. Sed princeps non dedit per il-
lam inueſtituram, vel per alium modum merum &
mixtum imperium illi villæ Bagolini; ergò in eius
inueſtitura non venit. Secundo hoc videtur pro-
bari, dum dicitur in eadem inueſtitura. Bagolinum
cum onere & honore, &c. quia cum ciuitas Brixiæ
habeat, & habere debeat omnes condemnationes,
ſicut ſolitum eſt, & ciuitas Brixiæ ſolebat habere
condemnationes de maleficiis commiſſis in dicta
villa Bagolini; ergò cum illo onere videtur facta
dicta inueſtitura. Tertio hoc probari videtur, ibi,
dum dicit, habeant, teneant, & poſſideant vel qua-
ſi, iure feudi omnia, & ſingula ſupraſcripta, cum
iuribus, iuriſdictionibus, redditibus, & vſufructi-
3 bus ſuis. † Nam appellatione iurium vel iuriſdi-
ctionum ſimpliciter non videtur comprehendi
merum & mixtum imperium, ſed ſolum ſimpli-
cem iuriſdictionem, *l. imperium, in fin. ff. de iuriſd.*
4 *omn. iudic.* † Quarto, quia dicit, cum iuriſdictio-
nibus ſuis, quę verba intelliguntur, ſi ſuæ ſunt: non
autem per hæc verba videtur Dominium Vene-
tum velle dare iuriſdictionem illi villæ Bagolini, ſi
non habet, vt ſingulariter vult Innoc. *in cap. dudum,*
5 *ante fin. extra de priuilegiis*, qui dicit plus, † quod ſi
Papa eximat Eccleſias, quaſi acceſſorias dicendo,
eximimus tale monaſterium cum talibus Eccleſiis
ſuis, intelligendum eſt, ſi ſuæ ſunt, quia per hæc
verba non intelligitur dare, & hoc tenet etiam An-
ton. de Butr. *in cap. inter dilectos, in fin. 3. col. extra de fide
inſtrumentorum, & hoc etiam vult Dyn. Bald. & Doctor.*
6 *in l. ſi ſic legatum, §. 1. ff. de legat. 1.* vbi dicunt, † quod
ſi Eccleſia vel dominus donat mihi caſtrum, & o-
mne ius ſuum, intelligitur, ſi quod habet, ſed vt di-
xi, villa non habet merum aut mixtum imperium,
ſed ſimplicem iuriſdictionem, ergò, &c. Quinto,
quia dicitur in dicta inueſtitura, cum iuribus iuriſ-
dictionibus ad ipſum Illuſtriſ. Duc. Dom. pertinen-
tibus, ſed Dom. non competit in illa villa merum
& mixtum imperium, quia illud erat apud Prætto-
rem Brixiæ nomine Dominii, pro ciuitate tantum
7 Brixiæ, & non pro villa; † quia ſecundum aliquos
iuriſdictio non cohæret territorio, ſed perſonæ, iu-
xta not. *in l. fin. C. vbi, & apud quem, & pro hoc optimè
facit quod not. Bart. in l. 1. C. de execut. muner. lib. 10.* vbi
8 dicit, † quod cùm committitur regimen alicui in
aliqua villa, vel caſtello, vel terra, non videtur com-
miſſum merum aut mixtum imperium, ſed ſolum,
quando committitur regimen prouincię, *vt in auth.
de defenſorib. ciuit. per totum, & in auth. de mandatis prin.
per totum*, vel quando committitur in ciuitate Ro-
mana, *l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic. præf. vrb.* Sexto hoc
etiam probatur, quia, etiamſi Illuſtriſſimum Duc.
Dom. Venetiarum voluiſſet concedere merum &
mixtum imperium, non potuiſſet, quia, cùm prius
conceſſerit condemnationes communitati Brixiæ,
ſi valeret dicta conceſſio meri & mixti imperii, tol-
lerentur pro indirecto ipſæ communitati dictæ
condemnationes, quod regulariter eſt prohibitum.
9 *c. cum quid vna via, de reg. iur. lib. 6. cum ſimil.* † Sed his
non

non obſtantibus *a* teneo contrarium eſſe verius de
inre, quod ſie probatur. Nam ex natura rei in feu-
dum datæ, quæ eſt Villa, tacite venit merum & mi-
xtum imperium, *vt l.1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect.*
vrbis. Item ex qualitate inueſtientis, quia eſt Prin-
ceps ſuperiorem non recognoſcens, *vt C. de agenti-*
bus in rebus. l. hac ſaluberrima, circa medium, lib. 12. & c. 1.
extra de donat. Item ex qualitate perſonæ vaſallo-
rum inueſtitorum, qui erant nobiles, ac ſtrenui mi-
lites, & conſueti habere talia, quia erant, & ſui et-
iam deſcendentes ſunt potentes Domioi plurium
Caſtellorum, & Villarum; *argum. ſed & ſi ſuſceperit.*
§. ſed etſi proponis, ff. de iudiciis, & l. Titia. §. fi. ff. de aur. &
argen. leg. Item ex affectione concedentis, ex quo
conceſſio fuit facta propter benemerita, & quidem
maxima ipſorum Dominotum, qui fuerunt inue-
ſtiti, vt dicitur in dicta inueſtitura, ex quibus præſu-
mitur in dubio conceſſionem feudi fuiſſe; & eſſe
pleniſſimam, ſcilicet cum mero & mixto imperio,
vt l. & ſi forte. ff. de caſtrenſi peculio, & hoc tenuit Oldrad.
in conſil. quod incipit, ad quaſtionem, qua quaritur, qui
dixit, quod Princeps donando caſtrum, cenſetur
donaſſe iuriſdictionem & imperium, etiam ſi de ea
nihil dictum ſit: & per ſe nō poſſent transferri, quia
cum vniuerſitate transferuntur. *l. in modicis. ff. de con-*
trah. empt. & l. quadam. ff. de acquir. rer. dom. & per Innoc.
expreſſe in c. ex literis, extra de iur. patr. & per Spec. in tit.
de iuriſd. omn. iud. & per Io. And. ibi in addi. & per Bart. in
l. 1. in fin. ff. de iuriſd. omn. ind. & hoc tenet etiam Paul. de
Caſt. in conſil. ſuo. 132. quod incipit; In Chriſti nomi-
ne, amen; Notandum eſt, qnod iſta Imperialis con-
10 ceſſio. † Secundo probatur ex illis verbis, cum o-
nere, & honore, nam illa verba ad Villam relata
poſſunt importare merum & mixtum imperium,
quia cum dicit onere, verificatur in qoolibet, & ſic
etiam io gerendo magiſtratu, vt probatur, *in l. Impe-*
rator Titus, in prin. ibi onere diſpoſito. ff. ad municipales. &
eodem modo, verbum, honore, magiſtratum &
imperium ſignificare poteſt, *vt in rub. & tot. tit. ff. de*
muneri. & honorib. & maxime. in l. vt gradatim. & in l.
honor. eo. tit. & in l. honores. ff. de decurionib. cum ſimilib.
& maxime, vt dixi ex quo iſtud merum imperium
11 conuenit Dominis feudatariis, † quia ex qualita-
te perſonę præſumitur, quod alias noo præſumere-
tur. *l. plenum. §. equitij. ff. d vſu & hab. & l. ex militari.*
ff. de teſtamento militis; & l. ſi quis filio exharedato. §. ir-
ritum. ff. de iniuſto teſtamento. Tertio hoc etiam pro-
batur ex aliis verbis inueſtituræ, ibi cū omnibus iu-
12 ribus iuriſdictionibus, redditibus, &c. † nam no-
men iuriſdictio eſt generale, & comprehendit, me-
rum & mixtum imperium, tamquam eius ſpecies,
vt probatur in authent. de defenſoribus ciuitat. in §. nulla,
in fine, ibi, præter illa ſola, quæ iuriſdictione egent,
& ex ipſa iudicum auctoritate capiunt. *& ibi etiam*
gloſſ. ordin. mag. in verbo. iuriſdictione hoc tenet; & idem
notat. in l. imperium, vbi plene per Doctor. ff. de iuriſdict.
13 *omni. indic. vbi habetur,* † quod iuriſdictio eſt po-
teſtas de publico introducta, cum auctoritate iu-
ris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ, & ſic ioriſdi-
ctio omne imperium includit, & propterea in di-
cta inueſtitura comprehenditur. *leg. Iulianm, ff. de*
leg. 3. & hoc tenet etiam Paulus de Caſtro. in antedi-
cto conſilio ſuo 132. Quarto probatur ex aliis ver-
bis dum dicit, iuriſdictionibus ſuis, ſcilicet Villæ
14 Bagolini, † nam cum iuriſdictio cohæreat terri-
torio, *vt l. fin. & ibi per Bart. & Doctor. Cod. vbi, & apud*
quem; & notat. in l. imperium, ff. de iuriſdict. omn. ind. Se-
quitur, quod iuriſdictio eſt apud villam, tanquam
cohærens territorio, ſcilicet apud Illuſtriſſim. Duc.
Dom. tanquam Dominum, qui ipſam adminiſtra-
re ſolebat, & alij ſimiliter prius duminantes ciuita-
ti Brixiæ, per ſuos Rectores, & propterea conce-
deodo illam iuriſdictionem Villæ, videtur cooce-
dere merum & mixtum imperium. Quinto proba-
tur etiam dum dicitur in dictis verbis, cum iuribus,
& iuriſdictionibus ſuis, apud ipſum Illuſtriſſim. D.
D. Ducem, & Docale Dominium, ratiooe ipſorum
15 quomodulibet ſpectantibus, † oam licet ex ſim-
plici verbo, cū iuriſdictionibus, nō veniret niſi ſim-
plex iuriſdictio, quæ competit iure magiſtratus, *vt*
l. imperium, in fin. ff. de iuriſd. omn. ind. tamen ex quo di-
cit quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus,
venit merum & mixtum imperium, *vt probatur per*
gloſſ. ſingularem, in clem. 1. in verſic. omnimodam, de foro
compet. quæ dicit, quod per illud verbum, omnimo-
dam iuriſdictiooem, ſatis patet, quod illud verbum
iuriſdictio aſſumitur vt genus, & comprehendit
merum & mixtum imperium, *facit ad hoc. l. balliſta,*
cum ibi not. ff. ad Trebell. Sexto idem probatur ex præ-
dictis verbis, quia ſi Dominium concedit iura, &
iuriſdictiones, quæ ſunt ipſius Villæ apud Ducem,
& Dominium, videtur conecdere de neceſſitate
16 merum & mixtum imperium, † quia illud Impe-
rium cohæret territorio, *l. fi. C. vbi, & apud quem con-*
iunct. l. pupil. §. territorium, ff. de verb. ſignif. Et eſt apud
Illuſt. Dnc. Dominium habitu, & exercitio eſt apud
Prætorem ciuitatis Brixiæ nomine Illuſt. Duc. Do-
min. Venet. Si ergo inueſtiuit de omnibus iuribus
ſpectantibus ad Illuſtriſſimom Duc. D. de oeceſſita-
te coucluditur, quod merum & mixtum imperium
cohærens territorio, & exiſtens in habitu, & exerci-
tio, apud Illuſtriſſ. Ducal. Dom. mediante Prætore
ſuo fuit translatum in dictos Dominos de Lodro-
no inueſtitos, *argu. l. tradita, ff. de acquir. rer. dom.* Non
enim negari poteſt, quud Illuſtriſſ. Duc. Dom. Ve-
netiarum habebat merum & mixtum imperium,
in dicta Villa Bagolini, qnam exercebat per ſuos
Prætores, & ideo ſi illud imperium fuit traoslatum
in dictos Dominos inueſtitos, ſequitur, quod ipſi
inueſtiti ita poſſunt per ſuos Iudices exercere illud
imperium, ſicut poterat ante iouestituram D. Ve-
net. *per d. l. traditio.* Septimo hoc etiam probatur ſic,
nam per dictam Inueſtituram conceſſa eſt dicta
Villa, cum iuribus, iutiſdictionibus, &c. & ſic ſepa-
rata eſt propter hoc à iuriſdictione ciuitatis Brix. &
ideo cum dicta ſeparatio tacite facta fuerit, fauo-
17 re inueſtitorum, † ſequitur, quod omnis iuriſ-
dictio, & imperium, qnæ, vel quod in dicta villa
competebat ciuitati Brixiæ, vel ex pace conſtantiæ,
vel ex antiqua conſuetudine, ſecundū ea, *quæ not. per*
gloſſ. magnam, in fin. in authen. de defenſoribus Ciuita-
tum. §. nulla, in fin. fuit attributa, vel attributum di-
18 ctis Dominis vaſallis inueſtitis tali ratione, † quo-
niam facta ſeparatione prædicta, nouo Præſide,
Recto-

Rectote, ſeu Magiſtratu indigebat dicta villa Bago-
lini, *vt l. ſi eadem, ff. de offic. aſſeſſoris*, vbi eſt caſus, & not.
in l. 1. C. de metropoli Beryto. lib 10. alias remanet ace-
phala, & ſine capite, vel ſuperiote, quod minime
credendum eſt, Principem voluiſſe, *argum. 7. q. 1. cap.*
in apibus; & de maio. & obed. c. 2. Cum igitur de ſu-
periore aperte noo ptouiderit, quo ad imperium,
cenſetur Imperium tanſtuliſſe in ipſos Dominos
inoeſtitos, cuius contemplatiooe dictam ſeparatio-
nem fecit, *argu. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator, ff. de leg. 1. &*
l. fideicommiſſa. §. interdum, de leg. 3. & quod not. Bartol.
in l. 2. §. fin. ff. ad Treb. & hanc rationem aſsignat Paul. de
Caſtr. in d. ſuo conſil. 132. Et plos eſt in caſu noſtro, in
quo, vt dixi, Domin. coocesſit omnem iuriſdictio-
19 nem, quæ erat apud ipſum, per prædicta. † Octa-
uo idem ptobatur ſic. Si Illoſtriſſim. Docal. Domin.
ioueſtiſſet dictos Domioos de Lodtono, de ciuita-
te Brixiæ, cum toto eius territotio, & cum omni iu-
riſdictione, quæ eſſet apud Domioium, non eſſet
dubium, quod veniret in merum & mixtum impe-
perium, *l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfecti vrbis, & l. il-*
licitas. §. vniuerſas. ff. de officio præſidis. Ita eodem mo-
do poſt conceſſionem, eodem modo factam de v-
na Villa, quod ad illam, videtur eſſe translatum me-
20 tum & mixtum imperium, † arguendo de toto
ad patteio, *l. quæ de tota, ff. de rei vend.* maxime tenen-
do, quod iuriſdictio cohæreat territorio, vt multi
tenent, *in l. fin. C. vbi, & apud quos*; & etiamſi dicere-
tur, quod oon cohæteat territotio, ſed perſonæ, vt
aliqui alij tenete videntur ibi; idem dicendum eſt,
ex quo Illuſtriſs. Duc. Domin. conceſſit etiam illam
iuriſdictionem, quæ erat apud ipſum, & ſic pro rata
territorij, ſecundum primam opinionem, vel pro
rata iuriſdictionis; ſecundum aliam, tranſiuit in ſoli-
dum in ptæfatos Dominos inueſtitos cum qualibet
21 particula, † ſicut ſeruitus diuiſo fundo remanet
io ſolidum apud quamlibet eius partem, *l. via conſti-*
22 *tui, §. fin. & l. ſi partem, ff. de ſeruit. ruſt. præd.* † & ſic idem
eſſe debet de qualibet parte de per ſe, quod erat
prius de toto ſimul territorio, *vt d. l. ſi eadem. ff. de offi.*
aſſeſſoris. & ita etiam tenet Paul. de Caſtr. *in prædicto*
conſilio. Nono hoc etiam probatur alia ratione, nam
etiamſi eſſet aliqua dubitatio, an Illuſtriſſimum
Duc. Dom. Veoet. voluerit per illam inueſtituram
transferre merum & mixtum imperium; tamen ex
his, quæ poſtea ſequuta ſunt, declaratur eius vo-
luntas; nam dicti Domini de Lodrono inueſtiti
fuerunt ſempet vſi meto & mixto imperio dictæ
inoeſtitutæ, vſque in præſentem diem, ſciente &
patiente Illoſtriſſimo Duc. Dom. Venet. & eius Re-
ctoribus Brixiæ, ex qoa ſcientia, & patientia inter-
ueoiente per viginti annos, & vltra, aperte declara-
tur, quod voluntas Dominij cōcedentis fuit, quod
23 Domini inoeſtiti haberent dictū imperium, † quia
pet ſequentia declarantur præcedētia, *l. ſi ſeruus plu-*
24 *rium, §. fi. de leg. 1. cum ſim.* † Decimo & vltimo pro-
batur etiam alia ratione, nam etiamſi diceretur, in
dicta inueſtitura noo fuiſſe vere conceſſum merum
& mixtum imperiom, tamen ex quo habuerunt ti-
tulum ſaltem putatiuum ptouenientem ex Princi-
pis reſcripto, & fuerūt in poſſeſſione, vel quaſi lon-
go tempote bona fide, pacifice, & quiete, ſciente &
patiente Dominio Venetorum, & ciuitate Brixiæ,
& eius Rectoribus, videtur, quod præſcipſerint
ſpatio longi temporis, *arg. l. viros. C. de apparitoribus.*
lib. 12. & quod not. Cyn. in l. 1. C. de emancipat. liberor. &
hoc etiam tenet Paul. de Caſtr. in d. conſ. in 5. colum. in fin.
25 † Nec obſtat, quod not. Bald. ſecundum Dyn. *in l.*
ſi ſic legatum, §. 1. in fin. ff. de leg. 1. qui dicit, quod ſi Co-
mes donauit mihi omne ius ſuū in tali Caſtro, quod
illa vetba exponuntur omne ius, quod habeo, id
eſt, ſi quod ius habeo; vnde cum ſit incertum, niſi
de iure concedentis ptobetur, ratione incertitudi-
nis impeditur ius poſſeſſionis, & conſeqoenter ef-
fectus præſcriptionis, *l. emptor fundi. ff. pro emptore,*
quia Barto. in d. l. emptor fundi, tenet contrarium, di-
cens, aut vendo, vel concedo, vel trado quicquid iu-
ris habeo; & tunc verum eſt, quod ptopter incerti-
tudinem non acquiritur poſſeſſio, neque præſcri-
bitur, *vt l. latum, ff. de acquir. poſſ.* Aut vendo, vel con-
cedo quicquid iuris habeo in tali fundo, vel in tali
Villa, & trado totum fundum, vel totam Villam, &
tunc poſſideri poteſt, & procedit præſcriptio, quia
credit ſe totum emiſſe, *arg. l. 2. ſed ſi fundum. ff. pro em-*
ptore. Sed ita fuit in caſu noſtro, ſicut in caſu proxi-
26 mo, ergo, &c. † Nec obſt. ſi dicatur, quod merum
vel mixtum imperium non poteſt ptæſcribi, niſi
b ſpatio tanti temporis *b* cuius non extat memoria.
cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verbor. ſignific. & per
not. per Bart. in l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcenda. &
in l. ſi publicanus, § in vectigalibus. ff. de publicanis. Quia
illud ptocedit quando qois vellet præſcribere con-
tra Imperatorem, qui vellet ſe opponete ad hæc;
Secus ſi tractetur de ptæſcribeodo merum & mi-
xtum imperium contra inferiotem, qui acquiſiuiſ-
ſet merum & mixium imperiom, vel ex priuilegio,
vel ex conſuetudine, tunc poſſet præſcribi longo
tempore, cum titulo, & patientia eius, vt not. Bar-
tol. *in dict. l. ſi publicanus. §. in vectigalibus, & idem tenet*
D. Dominicus in capit. 1. de præſcript. in 6. & Doct. in c. il-
lud, extra, de præſcript. & pro hoc gloſſ. in clemen. 2. in ver-
bo Eccleſia, de decimis. Sed in caſu ooſtro ſi ciuitas Bri-
xiæ vult ſe opponete, ex eo, quod dicat habere me-
rum & mixtum impetium, vel ex priuilegio, vel
conſuetudine, quia alitet non poſſet habete regu-
laritet, vt habetur pet gloſſ. *in authen. de defenſori-*
bus. & in §. nulla in gloſſ. magna. in fin. & tunc præſcri-
ptio contra eam locum haboit per viginti annos
& vltra; aut vult ciuitas Brixiæ ſe opponere pro iu-
te Illuſtriſſim. Ducal. Domin. Venet. & etiam non
27 poteſt, † cum non poſſit opponere de iure ter-
tij ipſios Principis, ſeu Fiſci, niſi velit Princeps, *vt*
eſt gloſſ. notabilis in l. hi conſequenter, §. 1. ff. famil. her-
ciſc. & ideo cum Princeps non contradicat, nec ci-
uitas pto eo poteſt ſe opponere. Et per prædicta
teoeo hanc ſecundam partem in fauotem Ma-
gnificorum Dominorum de Lodrono eſſe ve-
riotem. Nec obſtaot argumenta ſupra in contra-
28 rium adducta. † Et primo dum dixi, quod pet
ſimplicem conceſſiooem Villæ, non venit merum
& mixtum imperium; quia Villa non habet ipſum;
quia reſpondetur, qood licet non habeat in ex-
ercitio, & illud ſit apud Dominium Veneto-
rum, mediante perſona Rectoris, Brixiæ, tamen
dicitur

dicitur inhærere territorio. *vt l. fin. C. qui & aduerſus*
quem, & ideo conceſſa Villa, videtur conceſſum il-
lud imperium, quod cohæret territorio. Vel ſi ve-
limus tenere Imperium non cohærere territorio,
ſed perſonæ Principis, vt tenēt aliqui, idem eſt, quia
fuerunt dicti Domini de Lodrono inueſtiti de o-
mnibus iuribus, & iuriſdictionibus illius Villæ ſpe-
ctantibus ad Illuſtriſſ. Duc. Dom. Ven. *vt ſupra ple-*
29 *nius tractatum eſt.* † *Nec obſtat quod not. Bald. in c. 1. §.*
ad hoc in tit. de pace iure firman. dum dicit, quod in Vil-
la vel de Caſtro non eſt iuriſdictio, niſi per Princi-
pem concedatur, quia Innoc. quem ipſe allegat, *in*
cap. ex literis, extra de iure patro. tenet contrarium; &
patet etiam ex his, quæ ſupra dicta ſunt. Nec obſtat
ſecundo de illis verbis, cum honore, & onere; quia
per illa verba non includitur, quod onus ſoluendi
condemnationes tranſeat in inueſtitos, nam ex quo
in eos eſt tranſlata omnis iuriſdictio, videtur eſſe
tranſlatum ius condemnandi, & condemnatiónes
exigendi; maxime quia dicitur in inueſtitura cum
redditibus, & prouentibus, & vſufructibus ſuis; per
quæ verba comprehenduntur etiam ſolutiones
30 condemnationum, † maxime propter illud ver-
c bum prouentibus, quod cōprehendit omnes fru-
ctus prouenientes, vt not. Ioan. An. *in cap. paſtoralis,*
extra de donat. in nouella, & probatur in cap. paſtoralis, in
31 *fin. & ibi Doct. de appellat.* † Nec obſtat tertio, dum
dicitur, quod appellatione iuriſdictionis ſimplici-
ter prolatæ nō venit merum, & mixtum Imperium,
per l. Imperium, in fin. ff. de iuriſd. omn. iud. quia reſpon-
detur, quod imo venit vt ſupra probaui. Et poſito,
quod non veniret ſimpliciter, tamen in caſu no-
ſtro comprehenderetur, ex quo dicitur, cum iuriſ-
dictionibus ad ipſum Illuſtriſſ. Duc. Dom. Ven.
quomodolibet ſpectantibus & pertinentibus; vt
plene ſupra demonſtraui. Nec obſtat quarto dum
dictum eſt, quod illa verba cū iuriſdictionibus ſuis,
intelliguntur, ſi ſuæ ſunt, quia etiamſi hoc conce-
datur; tamen in caſu noſtro certum eſt, quod ſunt
ſuæ, & quod pertinent ad ipſam Villam, tanquam
cohærentes territorio, & ad ipſum Principem con-
cedentem tanquam cohærentē perſonæ, iuxta not.
32 *in l. fin. C. vbi & apud quem.* † Nec obſtat quinto,
dum dixi, quod non competit Imperium ipſi Villæ
nec Dominium in ipſa Villa, ſed Prætori Brixiæ, no-
mine Dominii, vel apud ciuitatem Brixiæ, vel ex
conſuetudine, vel ex priuilegio; & quod quando
committitur regimen in Villa non venit merum &
& mixtum Imperium; vt not. Bart. *in l. 1. C. de excu-*
ſat. munerum lib. 10. Quia ad hoc reſpondetur, ſe-
cundum Paul. de Caſtr. in conſil ſuo 132. quia illud,
quod dixit Bart. in d. l. 1. procedit de iure communi,
ſecundum quod Imperium non erat apud vniuer-
ſitatem ciuitatum vel locorum; ſed apud illam, quę
faciebat Prouinciam, vel erat caput Prouinciæ pro-
ut not. ipſe Bartol. *in l. 1. ff. de damno infecto*; ſed dato,
quod ex priuilegio, vel conſuetudine ſit apud i-
pſam ciuitatem, ſicut olim erat apud vrbem Roma-
nam; tunc commiſſo regimine illius ciuitatis cen-
ſeretur commiſſum Imperium, quod erat apud
eam, *vt l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb.* Nam
in hoc conſiſtit ſpecialitas vrbis Romæ, quoniam
apud ipſam ſolam, tanquam vnam ciuitatem, erat
olim Imperium, quia non ſuberat alicui Præſidi,
alię vero ſic, ideo apud alios non erat, ſed apud Præ-
ſidem cui ſuberant. *l. ex omnibus, cum l. ſequen. ff. de*
offic. Præſid. Cum igitur apud ciuitatem Brixiæ eſſet
Imperium per totum ſuum diſtrictum ſeu territo-
rium, iuxta notat. *in §. nulla, in authen. de defen. ciuit.*
dicendum eſt, quod ſicut in commiſſione regimi-
nis illius ciuitatis, cum ſuo territorio venit Impe-
rium in toto ante ſeparationem, *vt dicto §. cum vr-*
bem, & ita poſt ſeparationem, & ſpecialem com-
miſſionem factam de dicta Villa Bagolini, venit e-
ius Imperium pro illa parte, pro rata territorii. *l. quæ*
de tota, ff. de rei vend. vt etiam dictum eſt ſupra in o-
ctauo argumento, pro parte ſecunda deducto. Nec
etiam obſtat, quod ſexto, & vltimo loco dictum eſt
quod Illuſtriſſ. Duc. Dom. etiam ſi voluiſſet, non
potuiſſet concedere merum & mixtum Imperium,
quia cum prius conceſſerit Illuſtriſſ. Dom. ciuitati
Brixiæ condemnationes per indirectum non debet
33 eas perdere. † Quia reſpondetur, quod illa ver-
ba condemnationes remaneant in communi, ſicut
ſolitum eſt obſeruari, Intelliguntur rebus ſic ſtan-
tibus, *l. quod ſeruus. ff. de cond. & demonſt.* ſed propter
hoc non tollitur, quin poſſit princeps vnam Villam
diſtrictus Brixiæ concedere alteri cum mero, & mi-
34 xto Imperio, & eo maxime, † quia Princeps po-
teſt tollere priuilegium, quod alicui conceſſit vt
not. Bald. ſecundum Nich. de Matarellis *in l. qui ſe*
patris, C. vnde liberi, & Paul. de Caſtr. in conſilio ſuo 156.
in 5. colum. in princip. Item poteſt dici, quod etiam ſi
Illuſtriſſimum. Duc. Dom. non poſſit totū merum
Imperium tollere à ciuitate Brixiæ, ſine eius con-
ſenſu, *arg. l. inuitus cum gloſſ. ff. de fideicom. libertat.* ta-
men potuiſſet vnam villam, & vnum Caſtellum al-
35 teri cum mero, & mixto Imperio concedere, † ſic-
ut dicimus, quod licet Imperator non poſſit tol-
lere ius naturale, tamē poteſt in aliqua parte ipſum
mutare, *vt in §. ſed naturalia Inſt. de iure natur. gent. &*
ciui. Et pro hoc optime facit, quod ſingulariter not.
36 Bal. *in l. 1. C. vnde cognati*; vbi dicit per gl. ibi, † quod
licet maior vniuerſitas, id eſt, totum regnum Apu-
liæ ſit feudale Eccleſiæ, tamen ſingularia feuda in
illo regno ſunt de directo Dominio Regis, & pro i-
pſis habet directam rei vendicationem; & ſic plus
iuris habet in rebus ſingularibus quam in ipſa vni-
uerſitate. Vnde ex prædictis concluditur, quod
Illuſtriſſ. Duc. Dom. Venet. potuit illam Villam
Bagolini, & alias cum mero, & mixto Imperio Ma-
gnificis Dominis de Lodrono concedere; & iſta et-
17 iam fuit eius intentio, † quod patet tum ex prædi-
ctis, tū etiam *ex c. 7. porrecto de 1472.* per Magnificam
Communitatem Brixiæ Illuſtriſſ. Duc. Dom. Ve-
net in quo petitur, quod aliqua Villa, vel vni-
uerſitas ſubiecta vniuerſitati Brixiæ, non poſſit ſe-
parari aut diſſolui; & Dominium reſpondet: pro
præſenti non videtur nobis tempus ad illud capitu-
lum aliud reſpondere, niſi quod, quando nobis
videbitur tempus habile, ad ea omnia delibera-
tionem & prouiſionem faciemus. Per quam re-
ſponſionem apparet, quod Dominium non vult ſe
obligare, quo minus poſſit vnam villam, vel vniuer-
ſitatem

ſitatem ſeparare, ſi ſibi placuerit. Et ideo cum in *alio c.21.* eodem tempore producto velit, quod condemnationes remaneant in cõmuni ſicut temporibus retroactis remanſerunt non includitur, quod Dominium non poſſit vnam villam ſeparare, & iſte ſenſus eſt accipiendus, ne Dominium videatur in continenti velle ſe corrigere contra text. *in l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſt.* Præterea hoc etiam apparet, *ex cap. 11. producto de anno 1448.* in quo petitur quod non fiat gratia alicui contra ciuitatem Brixiæ, & quod ſeruentur conceſſiones factæ Brixiæ, non obſtantibus conceſſionibus, gratiis, Priuilegiis, literis in contrarium emanatis: Et Dominum respondet, quod ſi quæ priuilegia, vel conceſſiones aut gratias fecimus; non poſſumus ſaluo honore noſtro reuocare: ſed in cæteris confirmamus prædicta, & in futurum bonam habebimus aduertentiam, in nõ concedendo alicui quicquam, in præiudiciũ honoris & iuriſdictionis, & cõmodi illius fideliſſimæ Communitatis Brixię, per quę apparet, quod Communitas Brixiæ intendebat reuocare dictum priuilegium inueſtituræ Dominorum de Lodrono, & alia huiuſmodi, & Illuſtriſſimum Duc. Dom. noluit. Siue ergo inſpiciamus voluntatẽ Illuſtriſſimi Dom. ſiue poteſtatem, dicendum eſt, quod in dicta inueſtitura facta Magnificis Dominis de Lodrono continetur merum & mixtum Imperium: Et propterea non poteſt Iudex maleficiorum Brixiæ procedere contra aliquos & Bagolino accuſatos de blaſphemia, & certis iniuriis illatis certis perſonis.

Annotationes.

a Sed his non obſtantibus] *Ad hanc quæſtionem, quæ praclara eſt, an Princeps concedendo caſtrum vel villam, cum iuriſdictionibus, merum, & mixtum imperium conceſſiſſe intelligatur, videndi ſunt Doctores in l. Imperium ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, & in ſpecie Iaſon nu. 11. Curtius Iunior nu. 41. Longouallius. nu. 197. & Gaſpar Vallaſcus num. 35. Paul. de Caſtro in conſ. 187. num. 4. & per totum vol. 2. in nouis, & in antiquis eſt in conſ. 244. Alex in conſ. 35. num. 1. lib. 4. Iaſ. conſ. 45. volum. 1. Afflict. deciſione 122. num. 1. Alciatus in cap. quod ſedem, num. 27. ff. de officio ordinarÿ, vbi opinionem affirmatiuam, quam etiam tenet D. Auctor noſter, com-*
* *munem * eſſe atteſtatur, & ibidem Felin. num. 3. & idem tradunt Pariſius in conſ. 8. nu. 5. & conſ. 9. nu. 14. & per totum volum. 1. Corſetus in ſingularibus in verbo. Princeps 2. Dec. in §. licet cauſam, nu. 1. extra de probatio. & late Moderni Pariſienſes ſuper conſuet. Pariſien. in tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. nu. 48. Didacus Couarruuias practicarum quæſtionum lib. 1. c. 1. nu. 10. D. Decianus in conſ. 43. nu. 1. & ſeq. vol. 3. Rol. à valle in conſ. 42. nu. 17. & ſeq. lib. 2. Fernand. Vaſquius controuerſiarum illuſtrium cap. 3. nu. 9. verſ. 3. colligitur, & hanc diſceptationem diligenter pertractant D. Menochius in ſuo nouiſſimo tractatu de præſumptionibus lib. 3. præſumptione 98. n. 15. & per totam, & Hier. Muſcornius Cyprius in tractatu de iuriſdictione, & Imperio, nu. 17. cum multis ſequentibus.*

b Spacio tanti temporis] *Merum, & mixtum Imperium quanti temporis ſpatio, & quibus concurrentibus præſcribatur, tradit Iaſ. in l. Imperium, num. 2. & ſeq. ff. de iuriſd. omnium iud. Curt. Iun. conſ. 164. nu. 152. latiſſime Ioan. Franciſcus Balbus in tractat de præſcriptionibus in ſecunda parte, quinta patris principalis quæſt. 3. per totam, Didacus Couarruuias in regula poſſeſſor malæ fidei, in 2. parte, §. 3. num. 1. & ſeq. & Hieronymus de Monte in tracta. de finibus regendis cap. 77. per totum, qui alios allegant.*

c Verbum prouentibus] *Prouentuum nomine quid veniat, docet Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu, in verbo prouentus, num. 1. & 5. & egregiè D. Decianus in conſ. 35. nu. 52. & ſeq. vol. 2.*

CONSIL. XXXV.

Argumentum.

Soror nubens indigno, abſq; fratrum ſcientia & voluntate, an dicatur patri, & fratribus iniuriam facere, ob idq; eidem dotis legatum diminui debeat.

Summaria.

1 *Mulier indigno nubendo abſque fratrum licentia, & conſenſu, an ipſis fratribus, & patri defuncto iniuriam facere dicatur, & nu. 8.*
Defuncto an iniuria fieri poßit, & nu. 4.
2 *Mors omnia ſoluit.*
3 *Legatarius ſi cum defuncti vxore concubuerit, mortuo iniuriam intuliſſe dicitur, & legato indignus efficitur.*
5 *Mortuum ſpolians, eum offendere videtur.*
Stante ſtatuto, quod bannitus poßit offendi in ære, & in perſona, occidens bannitum, & poſtea eum ſpolians, de ſpoliatione accuſari poteſt.
6 *Qui corpus mortuum vulnerauit de vulnere non tenetur.*
7 *Verbum videtur, fictionem ſignificat.*
9 *Iniuria facta vni de familia, toti familia facta eſſe dicitur.*
10 *Sororem abſq; fratrum conſenſu nubere non poſſe, licet iure cautum non ſit, tamen id facere eſt contra bonos mores.*
11 *In contrahendis matrimoniis non ſolum quod licet, ſpectandum eſt, ſed etiam quod honeſtum ſit.*
12 *Iniuria facta per ſororem fratribus, & patri defuncto, nubendo indigno ſine eorum conſenſu, an ſit punibilis, & nu. 14.*
13 *Fictio non cadit ſuper eo, quod de natura eſt impoßibile*
15 *Soror nubens indigno abſque fratrum conſenſu, an dotis legato in totum, vel in partem priuari debeat, & nu. 25.*
16 *Arbitri, & arbitratores de bono, & æquo pronunciare debent.*
17 *Actio iniuriarum ex bono, & æquo procedit.*
18 *Arbitri, & arbitratores, qui ex forma ſtatuti de iure, & de facto cognoſcendi facultatem habent, poſſunt ex cauſa, quæ eis iuſta videretur, vni auferre, & alteri tradere.*
19 *Delinquendi materia dari non debet.*
20 *Id, quod eſſet mali exempli, permittendum non eſt.*
21 *Verbum tradere, tertium, qui tradat, præſupponit.*
22 *Legati verba vbi non conueniunt, nec legati diſpoſitio conuenire debet.*

23 Dos

23 *Dos conſtituitur attenta dignitate mariti.*
24 *Legatum tanquam ab indigno, quando auferri & fiſco applicari debeat.*

CASVS.

EGREGIVS vir D. Antonius de Rodulpho de
Verona in ſuo teſtamento legauit Dominæ I-
ſabertæ filiæ ſuæ onbili ducatos quingentos, pro
dote,& quinquagiota pro donariis; & hoc quando
nubet,& viro ſuo tradetur, & in dicta dote inſtituit
eam hæredem: & hæredes voiuerſales inſtituit rres
eius filios maſculos. Poſt mortem dicti D. Antonij,
dicti hæredes teuuerunt penes ſe dictam D. Iſabet-
tam infirmam, & in eius cura morbi quaſi incura-
bilis, expenderunt tam Veronæ, quam extra mul-
tos ducatos: dicta D. Iſabetta poſtea ætatis decem
& oouem annorum, ſine ſcientia,& voluntate fra-
trum vna die ſummo mane receſſit de domo,& iuit
ad domum cuiuſdam ruſtici habitatoris in ciuitate
Veronæ,& cum eo contraxit matrimonium; & an-
te dictum matrimonium dubitantes ipſi frattes de
illo matrimonio futuro, habuerunt ſermonem
cum dicta Domina Iſabetta; quæ negauit conſtan-
ter,& promiſit ipſis fratribus, illud nunquam con-
trahere, & ſi hoc faceret, erat cootenta, amittere
dotem ſuam, quæ caderet lucro ipſorum fratrum;
& hoc dicitur probari per vnum teſtem vtriuſque
partis conſanguineum. Domina Iſabetta nunc agit,
& petit dictum legatum, pro dote ſibi à patre reli-
ctum. Opponitur per fratres,quod non tenentur,
cauſis,& ratiooibus ſupraſcriptis: & ſi in aliquo te-
nentur, noo tenentur ad tantam quantitatem, ex
quo fecit iniuriam patri defuncto & fratribus, nu-
bendo ſioe voluntate, & ſcieotia eorum, & vni ru-
ſtico, ei valde inæquali, & quia fecerunt multas ex-
penſas pto ipſa euranda; Quæritur quid iuris.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Pro declara-
tione huius quæſtionis, tria dubia
meo iudicio ſont neceſſario exami-
nanda. Primum eſt; an dicta D. Iſa-
betta nubendo,ſicut fecit, dicatur feciſſe iniuriam,
vel offenſam q. patri ſuo, & fratribus. Secundum
poſito, quod ſic, an illa iniuria, vel offenſa ſit puoi-
bilis. Tertiom poſito quod ſic, quæ pœna poſſit ei
imponi:& an propter hoc poſſit per arbitros, & ar-
bitratores ſaltem minui legatum dotis ſibi per pa-
1 trem relictæ. † Circa primum dobium: Viderur,
quod nulla iniuria, vel offenſa facta fuerit per D.I-
ſabettam patri ſuo, iam defuncto, quia defunctus
oon videtur poſſe pati iniuriam, vel offenſam; ex
quo nõ eſt in rerum natura: inioria enim, vel offen-
ſa reqoirit paſſionem aliquam; qoæ non videtur
2 poſſe in mortuom cadere, † cum mors omnia
ſoluat; *vt in auth. de nupt. §. deinceps. facit quod habetur
per Cyn. in l, 2. C. qui teſtam. fac. poſ. & ibi per Doct. In con-
trarium videtur probari in auth. de non eligendo ſecundo
nubente, in §. perſpeximus. & in auth. de nuptiis. §. non i-
gitur.* ibi, & defuncti animam contriſtaret; & hoc
tenet gloſſ. *in l. ſororem, C. de his, quib. vt indign. & in
l. fideicommiſſum, Cod. de fideicommiſſ. in quibus dicitur,*
3 † quod ſi cum vxore mortuo viro concubuit lega-
tarius, reputatur indignus; quia videtur offendiſſe
defunctum, ſeu iniuriam ſibi intuliſſe; Item hoc vi-
detur probari, *in l. qui ſepulchra, in princip. Cod. de ſe-
pul. vio. & in l. oſſa, ff. de religioſis, & ſumpt. fu. & ibi hoc*
4 *Salic. vult*; † qui dicit per dicta iura probari, qood
iniuria poſſit fieri poſt mortem, & ſic quod poſt
5 mortem, quis poteſt offendi, & pro hoc dicit, †
qood qui ſpoliat mortuum videtur eum offendere,
dict. l. qui ſepulchra. & ex hoc infert; ſi ſtatutum vult,
quod bannitus poſſit offendi in ære, & perſona, &
interficiat quis bannitum; & poſtea eum ſpoliat,
quod poſſit de ſpoliatione accuſari, quia licentia
offendendi bannitum morte finita eſt, *l. ſi pœna.
ff. de pœnis, & dict. l. qui ſepulchra, & in l. penultim. ff.
de adulter. & Paulus de Caſtr. in dict. l. ſororem, & in
dict. l. fideicommiſſa, & Ioan. de Imola, in l. 2. in princip. in
vltim. colum. ff. de vulg. & pupill. & Bald. in dict. l. ſoro-*
6 *rem*, qui dicit hoc eſſe verum fictè noo verè; † vn-
de qui exanimatum corpus vulnerat non punitur
tanquam de vulnere, qoia corpus mortuum iniu-
riam non ſentit; & tamen lex dicit, qood qoi mor-
tuum ſpoliat dicitur offendere, *dict. l. qui ſepulchra,*
7 *Cod. de ſepulchro violato.* in verbo videntur, † quod
ſignificat fictionem, *vt notat. gloſſ. in l. 1. §. deieciſſe, ff.*
8 *de vi, & vi arm. cum ſimilibus.* † Cum itaque defun-
ctus affici poſſit iniuria, vel offenſa, licet fictè, ſe-
quitur, quod dicta D. Iſabetta affecit patrem de-
functum iniuria, vel offenſa, ex quo nupſit viro in-
ferioris conditionis, cum dedecore ſuo, & fratrum,
a ſicut deponuot teſtes, *vt probatur a in l. 3. §. ſi emanci-
patus, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* & non ſolum dici-
tur offendiſſe patrem, & fratres, ſed etiam totam
9 ſuam familiam † quia quando fit vni iniuria, vel
offenſa, cenſetur eſſe facta toti familiæ, *vt l. 1. 2. 3. &
4. de liber. cauſ. & ita tenet, Cyn. Bald. Angel. & Doctor.
in l. 1. Cod. de raptu virg. & probatur, in l. lex Cornelia,
in princip. & ibi gloſſ. & Angel. ff. de iniuriis, & idem no-
tat. Angel. in l. miles. §. ſocer, in fin. ff. de adulter.* Item quia
nupſit ſine cooſenſu, & prætet, & contra volunta-
tem fratrum, ſine alicuius conſilio, recedendo de
domo, inſalutato hoſpite, quod profecto non fuit
ſecundum bonos mores ciuitatis Veronæ, & cum
10 dedecore ſuo, & familiæ, † quia licet non ſit iu-
re cautum, quod ſoror non poſſit nubere ſine con-
b ſenſu, *b* vel ſcientia fratrum, tamen ſecundum con-
ſuetudinem, & bonos mores ciuitatis debebat hoc
facere, & hoc honeſtum eſt; & ex quo fecit contra-
rium, dicitur dedecus fuiſſe fratribus, & toti fami-
c liæ ſuæ, *c vt probatur in l. ſemper in coniunctionibus, ff. de
11 reg. iur.* † quæ dicit eleganter ſemper in coniun-
ctionibus, id eſt, in matrimoniis contrahendis, non
ſolum, quod liceat ſpectandum eſt, ſed etiam quod
12 honeſtum ſit. † Circa ſecundum, an illa iniuria,
vel offenſa ſit punibilis; & videtur quod non, maxi-
me reſpectu fratrum, quia ex qoo legatum fuit fa-
ctum, & per mortem acquiſitum ipſi D. Iſabettæ;
videtur quod propter iniuriam factam defuncto
non ſit reuocatũ, quia ſicut expreſſe reuocare non
potuiſſet pater defunctus, ex quo non eſt, ita nec ta-
13 cite, † quia fictio non cadit ſuper eo, quod eſt im-
poſſibile de natura. vt not. per Bart. *in l. fin, qui pro
emptore. ff. de vſucapionibus, cum ſimil. & not. per Doct. &*

maxime Paul. de Caſtr. in l. ſororem, C. de his, quibus vt in-
14 *dig. & in l. fideicommiſſum, C. de fideicommiſſ.* † In con-
trarium, videtur quod imo puniatur, & debeat il-
lud legatum auferri, & applicari fiſco, *per l. 1. cum ibi*
not. per Bart. ff. de his quib. vt indig. & per not. in præallegat.
iuribus. Item quia ſi verum eſt, quod iniuriam, vel
offenſam fecerit fratribus, vt dixi in præcedenti du-
bio, ergo ſequitur, quod illa iniuria, vel offenſa eſt
punibilis, *vt l. lex Cornelia, in princ. & per totum titu-*
15 *lum. ff. de iniuriis.* † Circa tertium, qua pœna poſſit
dicta D. Iſabetta puniri, vel in quantum poſſit pri-
uari legato, pro dicta iniuria, vel offenſa; & breuiter
dico, quod non debet habere integram dotem ſibi
relictam; ſed Domini Arbitri, & arbitratores, pro
dicta iniuria, vel offenſa poſſunt & debent minue-
16 re dictam dotem, † nam cum debeant pronun-
tiare de bono, & æquo ſicut eis conuenit, iuxta for-
mam ſtatuti. *coniuncta l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff.*
pro ſocio, cum ibi not. per Pau. & Doct. & per not. per Doct.
in ca. Quintauallis, extra de iureiur. Sequitur, quod pro
dicta iniuria poſſunt D. Iſabettam condemnare in
17 minori dotis quantitate, † quia id ex bono, & æ-
quo procedit, *vt l. non ſolum, §. 1.* ibi. iniuriarum actio
18 ex bono & æquo eſt, *ff. de iniur.* † Item quia dicti
D. Arbitri, & arbitratores habent poteſtatem co-
gnoſcendi, & ſententiandi de iure, & de facto, vigo-
re ſtatuti; & ſic habent poteſtatem auferendi de iu-
re vni, & dare alteri, *iuxta l. ſi de meis, §. recepiſſe, cum*
ibi not. per gloſſ. ff. de arbitris. & per Doctor. in d. §. arbi-
trorum. & in d. cap. Quintauallis, quod intelligo ex a-
liqua cauſa, quæ videtur eis iuſta, vel æqua; quia ſta-
tutum vult, quod hoc debeāt facere, ſecundum eo-
rum bonam conſcientiam, bona fide, & ſine fraude.
Et dico, quod iuſta cauſa eſt auferendi de dicto le-
gato, ex quo fecit dictam iniuriam, vel offenſam fra-
tribus, & in hoc etiā bona fides verſatur, ex quo, id
eſt ęquum, & bonum *per d. l. non ſolum, in princ.* & hoc
poſſunt, & debent facere, cum bona conſcientia,
tum propter iniuriam, & offenſam, tum etiam ne
aliæ ſorores inuitentur ad nubendum, ſicut fecit
19 dicta Domina Iſabetta. † & ſic, ne detur mate-
ria delinquendi, *per l. conuenire, ff. de pactis dotal. &*
l. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis. & l. 1. in princip. ibi, & ſæ-
pe materiam peccandi malis moribus præſtaret,
20 *ff. ad Macedonia.* † quia iſta res eſſet peſſimi exem-
pli, ſi integram dotem haberet, & in nullo debe-
ret puniri, quod non eſt dicendum, *argum. l. ſi quis*
aliquid. §. qui abortionis. ibi, quia mali exempli res eſt.
ff. de pœnis, & l. exemplo pernicioſum eſt. C. de probat. & l.
obſeruandum, ff. de iudiciis, & l. 3. §. ſed ex Senatus. ff. ad leg.
Corn. de Sicar. & l. diuus. in fi. ff. de re iudic. Item me mo-
uent etiam ad hoc verba patris teſtantis, qui in di-
cto legato dotis dixit, quod dictum legatum habe-
ret; quādo nuberet, & marito traderetur; & ſic præ-
ſupponit, quod maritaretur per fratres, vel alios eo-
rum nominibus, dum dicit, & marito traderetur,
quia tradi non dicitur, quando ipſa ſponte, & præ-
21 ter, & cōtra voluntatem fratrum nupta eſt, † ver-
bum enim tradere filiam viro, præſupponit etiam
tertium, qui tradat. *l. traditio, ff. de acquir. rer. dom.* Sicu-
ti conſueuit, *l. ſemper in coniunctionibus, ff. de reg. iur.*
quod non interuenit in caſu noſtro. Et ſic ex quo
verba teſtamenti, ſeu legati non conueniunt lega-
to: videtur quod legatum non debeatur pro tota
22 quantitate, † quia vbi non conueniunt verba le-
gati, nec conuenire debet legati diſpoſitio *l. 4. §. to-*
ties, ff. de damno infecto, & l. hoc accuſare. §. omnibus, ff. de
accuſatio. Præterea me etiam mouet tacita mens i-
pſius patris teſtantis, qui profecto non reliquiſſet
tantam dotem D. Iſabettæ, ſi credidiſſet ipſam nu-
pturam, ſicut fecit ſponte, ſcil. & viro indigno, imo
eam exhæredaſſet potius, vt probatur *in l. 3. §. ſi e-*
mancipatus. ff. de contra tabul. coniunctis dictis teſtium.
23 † Vel ſaltem tantum non reliquiſſet, maxime attē-
ta conditione viri, *argumen. l. cum poſt. §. gener,* ibi, di-
gnitate mariti. *ff. de iure dotium. & l. quaro, in fin. eo. tit.*
facit l. ſi curatores, C. de admin. tut. Et hoc puto verum
eſſe, maxime quia etiam teſtes hoc deponunt; & et-
iam ego, qui cognoui prudentiam dicti teſtato-
ris, iudico; quod nunquam tantam dotem reliquiſ-
ſet, ſi intellexiſſet, quod ipſa deberet nubere ſine
ſcientia, & voluntate fratrum, & tali perſonæ indi-
gnæ. *pro hoc facit gloſ. notabilis in l. tale pactum. §. fina. ff.*
de pactis. & quod not. Bartol. in l. 1. ff. de his quib. vt indig.
Nec obſtat, ſi dicatur, quod imo non eſt indignus
vir, habito reſpectu ad infirmitatem ipſius D. Iſa-
bettæ, quia imo dicendum eſt contrarium, vt de-
24 ponunt ſaltem tres teſtes. † Nec obſtat, quod di-
xi in præcedenti dubio; quod legatum fuit acquiſi-
tum ipſi D. Iſabettæ: ergo non videtur fuiſſe, nec ta-
cite reuocatum, ſed potius, & tanquam ab indigna
auferri debet à fiſco, quia reſpondetur, quod prædi-
cta procedunt, quando legatum fuiſſet purum, &
ſimplex, ſed hic fuit conditionale, prout in eo appa-
ret, *per ea quæ not. Bart. & Doctor. in l. Titio centum, §.*
Titio genero, ff. de conditio. & demonſtrat. cum ſimilibus.
Item, quia fiſcus Veronæ non ſolet ſimilia aufer-
re; hoc enim Veronæ non ſeruatur. Nec obſtat,
dum dixi, quod dictum legatum non poteſt dici
reuocatum, ex quo Dn. Iſabetta deliquit poſt mor-
tem patris, qui licet pater mortuus non poſſit vere
vel ficte reuocare; tamen Domini Arbitri poſſunt,
ex iſta iuſta cauſa dictum legatum minuere. Et ita ſi
eſſem Arbiter & Arbitrator, minuerem ex cauſis
prædictis; & maxime cum ipſa in ſua infirmitate o-
ptime tractata fuiſſet, cum magna impenſa, & vt di-
citur; promiſerit fratribus de non accipiendo dictū
virum, & ipſa poſtea cum dedecore fratrū nupſerit,
25 vt teſtes deponunt. † Sed dubitari poſſet in quan-
tum debeat minuere, & certe hoc relinquēdum eſt
arbitrio, & conſcientiæ Dominorum Arbitrorum,
iuxta formam ſtatuti, ex quo non eſt hoc in ſpecie à
iure determinatum *l. 1. §. 1. ff. de iur. deliber. & c. de cauſis*
extra de offi. delegati. qui debent conſiderare iniuriā,
& offenſam, & conditionem mariti; & vt ſit exem-
plum cæteris ſororibus: ne talia facere audeant, per
prædicta. Ego autem ſi eſſem arbiter, & arbitrator
omnibus conſideratis iudicarem trecentos duca-
tos ſufficere, & pluſquam ſufficere; Relinquo ta-
men conſcientiæ, & arbitrio Dominorum
Arbitrorum, qui ſapientiſſi-
mi ſunt.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a L. 3. §. ſi emancipatus] *Ad hunc text. vide egregiè quæ tradit Iacobus Cuiacius obſeruationum lib.3.c.5.*

b Sine conſenſu] *Adde quæ tradit Ruin.in conſil.144. nu. 20.lib.5.Curt.ſen.conſ.27.nu.3.Dec.in c.Eccleſia S.Mariæ, nu.128. extra de conſtitut. latè Ioan.Corraſius in l. qui liberos. nu.99. C.de ritu nuptiarum, in 2.lectur. & Nenizan.in ſua ſylua nuptial.lib.2.nu.36.*

c Familiæ ſuæ] *Iniuriam factam vni de familia, toti familiæ factam eſſe cenſeri, tradidere Abb. in c. cum oporteat, col. 2. extra de accuſat. & alij, quos adducit Pariſ. in conſil.15.num.28.lib.2.*

CONSIL. XXXVI.

ARGVMENTVM.

Srante Principis decreto, quòd nullus magiſter poſſit dare pannum in ſolutum laboratoribus artis lanæ, ſub pœna tàm dantibus, quàm recipientibus; ſi decretum nunquam fuit obſeruatum, ſed omnes magiſtti contraueniant, an incidant in pœnam.

Er quid, ſi noui magiſtri poſt decretum effecti, illi contraueniant.

SVMMARIA.

1 *Decretum principis ligat contrauenientes ſaltem, poſt duos menſes a tempore publicationis, & num.31.*

2 *Inferior ſuo domino ſuperiori contraueniendi poteſtatem non habet, & num.32.*

3 *Quando in decreto prohibitiuo vtriq; parti pœna imponitur, omnium conſenſus non ſufficit, & nu.25.*

4 *Iuri publico partes renuntiare non poſſunt.*

5 *Delicta tantò ſunt grauiora, quantò diutius infœlicem animam detinent alligatam.*

6 *Decretum principis habet vim legis.*

Ad hoc, vt lex vel principis decretum valeat, & effectum ſortiatur, tria ſunt neceſſaria, & quæ.

7 *An & quando per deſuetudinem lex tollatur, & num. 20. & 21.*

8 *Lex quæ fuit vſu recepta & approbata, an per contrauentionem tollatur.*

9 *Lex quæ fuit publicata, ſed nunquam recepta, & vſu approbata, an per contrauentionem tollatur, maximè quò ad pœnam euitandam, & num.12.*

10 *Si Epiſcopus excommunicauerit omnes portantes perlas, quod à nulla muliere fuerit obſeruatum, an omnes ſint excommunicatæ.*

11 *Statuta Epiſcopi debent obſeruari.*

13 *In continenti, quod legi contrauentum eſt, fit à lege pœnæ executio.*

14 *Quando in ſententia vel lege aliquid præcipitur ſub tali pœna, ipſo iure pœna non imponitur, ſed requiritur ſententia declaratoria.*

15 *Si facta ſit reformatio contraria ſtatuto, quod tamen poſtea ſemper fuerit obſeruatum & practicatum, adhuc ſtatutum valet.*

16 *Interruptum non dicitur, quod ſemper viguit.*

17 *Quilibet ſecundum ius commune, quibus placet, de rebus ſuis vendere poteſt.*

18 *Conſuetudo alicuius loci non ſoluendi decimas, licet non excuſet, tamen ſi eſt conſuetudo vniuerſalis populi vel prouinciæ, quicquid ſcribat Papa, excuſat à peccato.*

19 *Duobus modis quis lege vel conſuetudine non ligatur.*

21 *Tempus non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis.*

22 *Ex proœmio ſtatuti argui poteſt.*

23 *Ab ordine literæ ſeu ſcripturæ argui poteſt.*

24 *Tutela ſecundariò dicitur munus publicum, ſed principaliter eſt priuatum.*

26 *Quando eſt prohibitum dare & accipere, non licet accipere, etiam à ſponte ſoluente.*

27 *An & quando ad hoc, vt lex contraria conſuetudine tollatur, requiratur, quod conſuetudo habeat iuſtum initium.*

28 *Quilibet præſumitur ſcire id, quod publicè notum eſt.*

29 *Capienda eſt interpretatio, ne quis incidat in pœnam.*

30 *Cauſa qualibet excuſat à pœna vel à dolo, ex quo pœna ſequatur, & num.45.*

33 *Si aliqui legi vel decreto contraueniant, errore ducti eo, quia alij contrauenerint, nec puniti fuerint, an incidant in pœnam.*

34 *Si noui magiſtri legi vel decreto contraueniant, videntes veteres contrauenire abſq; moleſtia, an à pœna excuſentur.*

35 *Si quis faciat id, quod faciunt alij, qui eodem iure vtuntur, excuſatur.*

36 *Error communis excuſat à pœna.*

37 *Rector villæ, qui tenuit homines in compedibus, excuſatur à pœna priuatorum carcerum probando, quod ſui maiores idem facere conſueuerunt.*

38 *Notarius ſcribendo in ſolutionibus, quæ fiunt in communi, nomina omnium conſeruatorum Monetæ, licet vnus tantum interuenerit, ob conſuetudinem Peruſii excuſatur.*

Idem in notario, qui vltima die officij ſcribit ſolutiones antea factas.

39 *Falſitas nec pœna eſſe poteſt, vbi eſt bona mens & intentio.*

40 *Excuſatur quis faciendo id, quod publicè licere arbitratur, etiamſi non eſſet introducta conſuetudo per lapſum decennij.*

41 *Faciens actum, qui ſapit vſurariam prauitatem, ſi tamen communiter licitus reputabatur, non dicitur vſurarius, nec tanquam talis puniri poteſt.*

42 *Sante ſtatuto, quod nullus ante pulſationem campanæ certas res portet extra ciuitatem, vel per ciuitatem ſine lumine ire non poſſit, & quis credens, campanam eſſe pulſatam, id faciat, excuſatur.*

43 *Cuſtos animalium, ſi ea dimittit in loco, vbi communiter dimitti ſolebant, & lupus ea comedat, excuſatur.*

44 *Qualibet iuſta cauſa excuſat à pœna legali & arbitrali, ac etiam à mora.*

46 *Culpa lata eſt ignorare, quod omnes ſciunt.*

47 *Culpa lata requiritur ad hoc, vt contrafaciens incidat in pœnam pecuniariam, ſed leuis non ſufficit.*

CASVS.

STANTE quodam decreto Illuſtriſſ. & Excellent. Domini Ducis Mutinæ, contra mercatores,

 & arti-

& artifices, & laboratores artis lanæ, in quo inter cætera continetur in primo capitulo, quod per dictos artifices & principales Mutinæ nullo modo dari poſſit ipſis laboratoribus, aut alicui alteri pro eis, nec per eos laborantes, ſeu alicui pro eis, & eorum nominibus accipi poſſit aliqua panni quantitas, quo quomodo nec pro eorum vſu, nec vendendi cauſa, ſub pœna ſolidorum viginti trium pro quolibet brachio auferenda, tàm à dante; quàm à recipiente, quæ pœna pro duobus tertiis applicetur, & applicari debeat cameræ Ducis; & pro alia tertia accuſatori. Item, quod de cæteris rebus puta, frumento, vino, ac lignis, focularibus, ſpeciariis, & aliis rebus neceſſariis, excepto panno, poſſint dare in ſolutum ipſis laboratoribus pro duabus partibus mercedum ipſorum laboratorum, & pro victu & vſu eorum, vt latius in dicto decreto fit mentio, & continetur. Quo decreto publicato Mutinæ, dicti Magiſtri artis lanæ deſtiterunt, à laborari faciendo certis diebus ſub prætextu, quod non haberent tot pecunias, cum quibus poſſent laborari facere, maximè in tanta quantitate, prout facere conſueuerant, ac etiam, vt poſſent melius lucrari dando in ſolutum de panno, & aliis rebus. Quod videntes ipſi laboratores, & intelligentes, ſe pati maximum damnum, & intereſſe, quia nihil poterant lucrari, non laborando, nec ſuſtentare ſe & familiam ſuam, conuenerunt cum ipſis magiſtris de laborando & de accipiendo panno, & aliis rebus, pro eorum mercede, & ita contenti fuerunt, & ſteterunt, & obſeruauerunt vſque in præſentem diem. Et ſic dictum decretum à tempore, quo fuit conditum & publicatum, nunquam fuit obſeruatum, nec etiam ante ab aliquo de dictis magiſtris vel laboratoribus. Sed de communi concordia omnes, tàm magiſtri, quàm laboratores, qui tunc erant tempore publicationis dicti decreti, nunquam receperunt, nec acceptauerunt dictum decretum, imo ei omnes contrauenerunt vſque in hanc diem. Poſt dictam publicationem decreti per tres, quatuor, aut quinque annos; alii incœperunt facere pannos, & eſſe magiſtri artis lanæ, qui videntes magiſtros antiquos non obſeruare dictum decretum, ſimiliter incœperunt laborari facere, & dare de panno in ſolutum. Nunc verò elapſis tredecim annis accuſati fuerunt omnes prædicti magiſtri, ex eo, quod dicitur, ipſos incidiſſe in pœnam decreti, quia ei contrauenerunt, dando pannum laboratoribus in ſolutum. Modò quæritur de pluribus. Et primò, ſi omnes magiſtri artis lanæ, qui erant tempore publicationis dicti decreti, & de voluntate, & conſenſu laboratorum contrauenerunt dicto decreto, dando de panno in ſolutum, nec vnquam receperunt aut acceptauerunt dictum decretum: Inciderint in pœnam decreti. Secundò, ſi prius per aliquos tantum magiſtros & laboratores contrauentum fuiſſet dicto decreto, & alii poſtea idem fecerint, an illi ſecundi in pœnam inciderint. Tertiò, ſi aliqui magiſtri poſt dictum decretum publicatum effecti ſunt poſt aliquos annos, & ipſi etiam ſimiliter decreto contrauenerunt, inciderint in pœnam.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia, &c. Circa primum
a dubium, *a* an omnes magiſtri, qui erant tempore publicationis, & de voluntate, & conſenſu laboratorum contrauenerunt dicto decreto, nunquam ipſum recipiendo, in pœ-
1 nam inciderint. † Et prima facie videtur dicendum, quod ſic: quia cum illud decretum fuerit publicatum, videtur ligare contrauenientes ſaltem
b poſt duos menſes, *b* *vt in auth. vt facta noua conſtitutiones, & not. per gloſſ. & Doctor. in cap. cognoſcentes, extra de conſtitutionibus, & per gloſſ. in data ſexti libri.* Nec licitum fuiſſe videtur, quod magiſtri & laboratores venerint contra decretum principis prohibitiuum, & præceptum, *cap. 2. extra de maior. & obedient.*
2 † quia inferior non habet poteſtatem contraueniendi ſuo domino ſuperiori, *cap. cum inferior, de maior. & obedient.* & ad inferiores manet neceſſitas obſequendi, *vt in cap. qua in Eccleſiarum, de conſtitutionibus, & in cap. cum laicus, in princip. de rebus Eccleſiæ non*
3 *alien. cum ſimilibus.* † Nec conſenſus omnium etiam laboratorum videtur ſufficere, ex quo in decreto imponitur pœna, tàm magiſtro danti, quàm laboratori recipienti, *argum. gloſſ. in l. quod cuique præſtatur, ff. de regul. iur. in vltima charta, & per id, quod ibi notat Bartol. & in l. ſi quis pro eo, in penult. colum. ff. de fideiuſſoribus.* Et maximè cùm illud decretum fuerit factum pro bono publico illius ciuitatis Mutinæ, *vt patet in eius proœmio, in verſic. nos, qui pro bono eiuſ-*
4 *dem ciuitatis noſtræ, &c.* † & ideo dicto bono, ſeu iuri publico partes ipſæ priuatæ non potuerunt renuntiare, *l. ius publicum, ff. de pactis, cum ſimilibus.* Nec videntur excuſari, etiam ex eo, quod contrauenit
5 ſemper per tredecim annos, † quia tantò grauiora ſunt delicta, quantò diutius infœlicem animam detinent alligatam, *cap. final. extra de conſuetudine.* Sed iſtis non obſtantibus, contrarium credo eſſe de iure verius, videlicet, quod nullus eorum in pœnam
6 inciderit. Et quod hoc ſit verum, probatur; † nam ad hoc vt valeat, & effectum producat lex vel decretum Principis ſeu Ducis, quod habet vim legis, *iuxta notata in l. 5. in fine principij, ff. de verbor. obligat. per Bartolum, & alios, & per Bartolum in l. 2. in fin. ff. de bonorum poſſeſſ. & in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure, & per Baldum & Doctor. in rubric. C. qui admitti, cum ſimilibus.* Tria ſunt neceſſaria: Primum, vt fiat ab illo, qui poteſt legem condere, *16. diſtinct. cap. canones.* Secundum, quod ſit publicata, vt not. *in dicto cap. cognoſcentes, extra de conſtitutionibus,* cum aliis ſupra ad hoc allegatis. Tertium, quod ſit recepta, & vſu approbata, *vt probatur 4. diſtinct. cap. in iſtis, & in §. leges, & in §. hac etiam, in princip.* & ibi hoc not. Archid. qui tenet, iſta tria eſſe neceſſaria, & idem tenet Paulus de Liazariis, & Matthæus in proœmio clementinarum, in §. vniuerſitati. De duobus primis nulla eſt dubitatio; ſed de tertio, quod ſit neceſſarium, vt etiam ſit recepta, & vſu approbata; eſt maior dubitatio, pro cuius declaratione conſidero tres caſus: Vnus eſt, quando non fuit lex vſu approbata, quia nunquam caſus legis euenit, puta, quia nullus laboraſſet, & iſte non eſt caſus noſter,
7 ſed illius quæſtionis, † an per deſuetudinem tolla-

c tollatur lex, de qua habetur per Cynum & Doctor. *in l. final. C. de iure dominij impe. & in proœmio inſtitutionum, in §. igitur, in fin. & ibi per gloſſ. & Doctor. in l. de quibus, ff. de legibus, & per gloſſ. in cap. ſi de terra, extra de priuilegijs, & per gloſſ. 15. quæſtio. vltima, cap. cum*
8 *multa, in verbo connubio, in fin. cum ſimilibus.* † Secundus caſus eſt, quando lex fuit recepta, & vſu approbata, ſed poſtea contrauentum eſt, an nunc tollatur lex, habetur *in dicta l. de quibus, ff. de legibus, & in cap. final. extra de conſuetudine.* Et iſte etiam non eſt
9 caſus noſter. † Tertius caſus eſt, quando lex non fuit recepta, nec vſu vnquam approbata, ſed eius caſus euenit, & fuit contrafactum ſemper; & iſte eſt caſus noſter, quia dicta lex fuit publicata, & nunquam fuit obſeruata. Imo, poſtquam euenit caſus legis, quia incœperunt magiſtri laborari facere, incœperunt contrauenire, & nunquam legem ſeruarunt in hanc vſq; diem; & in hoc modo dubitatur, an ex eo, quod nunquam fuit accepta, nec vſu approbata, ſed ei ſemper fuit contrauentum, illa lex valuerit, ita vt habeat vigorem, maximè quò ad pœnam imponendam: & allegaui Archid. tenentem, quod non, *4. diſtinct. §. final. hoc etiam.* Et idem tenet *gloſſ. ſecunda, in fin. in cap. 2. extra de tregua, & pace,* quæ dicit, quod quando conſtitutio nou eſt moribus vtentium approbata, illi, qui non ſeruant legem, non dicuntur tranſgreſſores legis; & idem tenet Goffred. & Innocent. & Cardinal. Zabarel. & facit pro hac ſententia, *12. diſtinct. cap. 2. & 87. diſtinct. cap. propoſuiſti, in fin.* & hoc tenet quaſi in terminis quæſtionis noſtræ Matthæus in proœmio clementinarum, *in §. vniuerſitati*, vt re-
10 fert ibi etiam Cardin. Zabarel. † Quæſtio autem facti fuit in his terminis: Epiſcopus Tudertinus fecit ſtatutum, excommunicans portantes perlas, quod à nulla muliere fuerat obſeruatum, quærebatur, an omnes eſſent excommunicatæ, & quod non ſint excommunicatæ, allegat *4. diſtinct. cap. non ſit, & cap. ſequent.* quæ probant, legem & conſtitutionem, vt liget, debere eſſe receptam moribus vtentium, pro quo etiam allegat, quod not. Archid. *in dicto cap. in iſtis,* per quod videtur dicendum, mulieres poſſe cogi, vt reciperent, & eam ſeruarent
11 conſtitutionem, † & ſtatuta Epiſcopi debent obſeruari, *de maior. & obedient. ſi quis venerit.* Sic etiam dicendum videtur in caſu noſtro, ex quo nec magiſtri, nec laboratores vnquam receperunt illam legem, ſeu decretum Ducis, non ligauerit eos, licet potuiſſent cogi obſeruare ipſam legem per officiales Ducis, quia in illo decreto circa finem continetur, mandantes vniuerſis & ſingulis officialibus & ſubditis, vt dictum decretum obſeruent, & obſer-
12 uari faciant. † Et licet dictus Matthæus, vt refert Cardin. Zabarel. *in dicto §. vniuerſitati*, dicat, quod imo non ſeruantes, & non recipientes legem, incidant in pœnam, quando pœna eſt expreſſa in conſtitutione, quam ipſo iure, & ipſo facto incurrunt, ſeu incidunt, *argum. cap. veſtra, de locato, & de conſtitutionib. cap. 2. lib. 6. & 11. diſtinct. catholica.* & poteſt
13 eſſe ratio, † quia in continenti, quod contrauentum eſt, fit à lege executio, *facit cap. paſtoralis, §. final. extra de appellat. cum ibi notatis, & quod not. in cap. prætereа, eod. tit. cum ſimilib.* tamen quò ad pœnam, quæ mandatur infligi per conſtitutionem, vel legem, & ſic, quæ ipſo iure non imponitur, ſed per ſententiam, tenet Matthæus prædictus, quod non cadatur in pœnam, *per dictum cap. in iſtis, 4. diſtinct.* quem dicit procedere in hoc vltimo caſu, & idem vult Anton. de Butr. *in cap. 1. extra de tregua, & pace,* & ſecundum iſtam opinionem iſta deciſio eſt de directo quæſtionis noſtræ in fauorem magiſtrorum & laboratorum, quia illud decretum Principis non fuit vſu approbatum nec receptum; & pœna, quæ imponitur in decreto, non imponitur ipſo iure, ſed veniret imponenda per ſententiam, quod patet, quia in eo dicitur ſub pœna viginti ſolidorum, &c.
14 † quæ verba ſub pœna tali non important, vt pœna ſit impoſita ipſo iure, ſed requiritur, vt feratur ſententia, *vt not. gloſſ. in cap. 1. extra de ſagittariis, & in cap. ſicut tuus, extra de ſimo. & in cap. primo, extra de eo, qui furtiuè ordines ſuſcepit, & gloſſ. fin. in cap. cum eſſes, extra de teſtament. & gloſſ. 63. diſtinct. Salernitana, & not. per gloſſ. & Doctor. in cap. primo, extra de locato. & licet gloſſ. videatur dicere contrarium, tamen gloſſ. in cap. relatum, extra de iure patron. illam declarat, & Doctor. in iuribus præallegatis.* Præterea hoc videtur etiam determinare Bald. *in authent. omnes peregrini, circa fin. C.*
15 *communia, de ſucceſſio.* vbi dicit, † quod ſi eſt facta quædam reformatio contraria ſtatuto, tamen ſtatutum ante & poſt fuit ſeruatum, & practicatum, quod cum reformatio non fuerit more vtentium
16 approbata; ſtatutum valet, † quia non dicitur interruptum, quod ſemper viguit, vt tenet Petr. de Anchar. *in cap. canonum ſtatuta, in 145. colum. extra de conſtitutionib.* in repetitione ſua; ſic dicendum vi-
17 detur in caſu noſtro, quia erat ius commune, † ſecundum quod quilibet poſſet vendere de quibuſcunque rebus ſuis, quibus placeret, *l. nec emere, C. de iure deliberand. & l. inuitum, C. de contrahenda emptione,* fuit facta lex noua, vt non poſſint dare pannos in ſolutum, quæ nunquam fuit recepta; ergò re-
18 manemus in diſpoſitione iuris communis. † Vlterius confirmo prædicta, per ea, quæ not. ſingulariter Anton. de Butr. *in cap. parochianos, in vltima colum. in princip. extra de decimis,* vbi dicit, quod licet conſuetudo particularis alicuius loci in non ſoluendo decimas non excuſet, quia non habet iuſtum principium, tamen ſi eſt conſuetudo vniuerſalis populi vel prouinciæ, ſicut in Italia, quicquid ſcribat Papa, ſua lex non eſt moribus recepta, vel de conſuetudine abolita ipſo tolerante, ideo excuſantur à peccato non ſoluendo decimas, per ea, quę habentur *in capit. quia circa, de conſanguinit. & affinit. & in cap. primo, de tregua, & pace, & 4. diſtinct. §. leges, & not. ſuper rubric. de conſuetudine,* per Compoſtellanum & Innocentium in voto continentiæ in orientalibus, *de conuerſione coniugatorum, cap. cum olim.*
19 † Et ſic vult, quod duobus modis quis non ligatur aliqua lege vel conſtitutione; vel quando non eſt vtentium moribus recepta; vel conſuetudine abolita. At in caſu noſtro illa lex Principis non ligat, neque ligauit, ex quo nunquam fuit moribus vtentium approbata, ſcilicet à toto populo Mutinæ, videlicet ab omnibus magiſtris & laboratori-

bus,

bus, *iuxta notata in l. inter omnes, ff. qui ſatiſdar. cogant.*
& in l. 1. §. interdum, ibi, omnes enim auctores, ff. de vſu-
20 *fruct. accreſcend. cum ſimilib.* † Nec obſtat, ſi dicatur,
imo eſt facienda differentia, an lex vel conſtitu-
tio permitiat, vel diſponat, quo caſu per deſuetu-
dinem, id eſt, per non receptionem, & contra-
rium vſum tollitur, & poteſt poni, *exemplum in*
cap. ſtatuimus, extra de maior. & obedient. & ita intelli-
gatur 4. diſtinct. §. leges, & §. final. Aut eſt prohibi-
toria, vel præceptoria, & tunc non poteſt tolli ex
eo, quod non acceptetur, imo ligat, *capit. ſecundo, de*
maior. & obedient. & iſta fuit opinio Hoſtienſ. vt ipſe
& Doctores notant *in cap. 1. de tregua & pace*, & alle-
gat rationem, quia negari non poteſt, quin ſaltem
à principio ad hoc obſeruandum adſtringebantur,
cùm adhuc in deſuetudinem non abiiſſet; ergò &
21 hodie adſtringi debent, † cùm tempus non ſit
modus tollendi vel inducendi obligationes, *l. obli-*
gationum ferè. §. placet, ff. de actionib. & obligationib. nec
in talibus excuſat magiſtrorum auctoritas, *de biga-*
mis, cap. 2. & de decimis, cap. amotis. Quia ad hoc re-
ſpondetur, quod, etiamſi iſta opinio eſſet vera, vt
lex non tollatur, ex eo, quod à popolo non recipi-
tur, ſi eſt prohibitoria, vel præceptoria, ſicut eſt in
caſu noſtro; tamen hoc debet intelligi, & limita-
ri, quando contineret honorem Dei, vel publi-
cum principaliter, *argument. l. ius publicum, cum ibi*
notatis, ff. de pactis, & l. neq; pignus, §. priuatorum, ff. de
regul. iuris, cum ſimilibus. Secus, quando lex præci-
pit, vel vetat, & tendit ad commodum priuatum
principaliter, quia tunc poteſt tolli, quando non
recipitur per eos, ad quorum vtilitatem principa-
liter facta eſt; quia etiam pacto & renuntiatione
tolli poſſit, vt notabiliter dicit gloſſ. *in l. de quibus,*
ff. de legibus, quam in his terminis ſequitur Anton.
de Butr. *in cap. primo, in vltima col. extra de tregua, &*
pace. Sed ita eſt in quæſtione noſtra, quod dictum
decretum, ſiue lex Ducis Mutinæ fuit facta princi-
paliter in fauorem priuatorum, videlicet laborato-
rum, qood paret; quia ad eorum inſtantiam & que-
relam facta eſt, vt probatur ex procemio dicti de-
creti, ibi, eſſetque ad nos per eoſdem laboratores,
22 & mercenarios delata grauis querela. † Ex cu-
ius procemio poteſt argui, *l. regula, §. & licet, ff. de*
iur. & facti ignorant. & l. final. & ibi per Bald. m & alios,
ff. de hæredibus inſtituend. cum ſimilibus. Cum princi-
paliter ad eorum inſtantiam, & pro eorum vtilita-
te hoc factum fuerit, vt ibi dicitur: ſequitur, quod
dicitur, illud decretum principaliter fuiſſe factum,
pro commodo eorum, & ſic ad priuatam vtilita-
tem, *argument. l. ſi quis nec cauſam, cum ibi notatis, ff. ſi*
certum petat. & in l. qui exceptionem, ff. de condict. inde-
bit. & per notata per Baldum in l. final. C. de in ius vocand.
& per Doctor. in l. maximum vitium, C. de liber. præterit.
Nec obſtat, quod dicitur in procemio dicti decre-
ti, ibi: Nos, qui pro bono eiuſdem ciuitatis no-
ſtræ, & ipſorum particularium, & artificum, & la-
borantium, &c. Vbi Dux Mutinæ videtur feciſſe
dictum decretum principaliter ad vtilitatem pu-
23 blicam, & pro bono publico ciuitatis † arguendo
ab ordine literæ ſeu ſcripturæ, *l. generaliter, §. quid er-*
gò, ff. de fideicommiſſ. liber. & c. ſi quis viſo impedimento, de
electione in ſexto, & per notata in authent. hoc amplius. C.
de fideicommiſſ. cum ſimilibus. Quia ad hoc poteſt re-
ſponderi, quod illa verba debent intelligi pro bo-
no ciuitatis, ſcilicet ſecundario, ſed principaliter
pro bono laboratorum, quod patet ex verbis præ-
cedentibus, in quibus dicitur, decretum fuiſſe fa-
ctum ad inſtantiam eorum, ac etiam, quia in veri-
24 tate reſpicit principaliter vtilitatem ipſorum. † Si-
cut dicitur de tutela, quæ appellatur munus publi-
cum: & tamen intelligitur ſecundario, ſed princi-
paliter priuatum, quia eſt inuenta ad pupillorum
vtilitatem, *vt eſt textus, cum gloſſ. Inſtitutio. de excuſat.*
tutorum, in princip. Et forte cum myſterio dicitur
ſimpliciter pro bono ciuitatis, & non dicitur pro
bono poblico ciuitatis, ad ſignificandom principa-
liter, decretum fuiſſe conſtitutum ad vtilitatem la-
25 boratorum, & in conſequentiam ciuitatis. † Nec
obſtat etiam, ſi dicatur, quod dicti magiſtri, & la-
boratores nun potuerunt contrauenire dicto de-
creto; & ſic ipſum non recipere, ex quo eſt impo-
ſita pœna, tàm magiſtro danti pannum, quàm la-
boratori recipienti; ergò ei renuntiare non po-
tuit, nec expreſſe, nèc tacite, *per l. quod cuique, in vl-*
tima charta, in fin. cum his, quæ not. ibi gloſſ. & Bartol. ff.
de regul. iuris, & Bartolus in l. ſi quis pro eo, in penult. co-
lum. verſic. quinto, de fideiuſſorib. & in l. amplius non pe-
ti, in princip. vltima colum. ff. rem ratam haberi, & not.
expreſſe Iacob. de Beluiſ. in authent. vt ſcriptum exemplar,
26 *in fin.* vbi dicit, † qood quando eſt prohibitũ dare,
& accipere, non licet recipere, etiam à ſponte ſol-
uente, *per illum textum, & per l. final. §. primo, C. de re*
militari, & l. deuotum, C. de Metatis, & Epidemet. lib. 12.
facit capit. ſtatutum, §. inſuper, cum ibi notatis, de reſcri-
ptis, in ſexto. Quia reſponderi poteſt, prædicta pro-
cedere, quando lex iam fuiſſet recepta, & moribus
vtentium approbata, quo caſu non poſſent contra-
uenire tacite vel expreſſe. Secus, ſi non fuiſſet re-
cepta, ſicut fuit in caſu noſtro, *4. diſtinct. §. leges*, vt
dicit Lapus in allegatione ſua: Stante conſtitutio-
ne Benedicti in ſimili quæſtione, quando eſt taxa-
tum charitatiuum ſubſidium; & licet dicat, quod
non audeat hoc affirmare, per ea, quæ habentur *in*
cap. primo, in gloſſ. ſecunda de cenſibus, quæ faciunt pro
& contra, ſed reliquit indicio vniuſcuiuſque. Ta-
men iſta opinio tenenda eſt, maximè per ea, quæ
habentur *in capit. primo, extra de tregua, & pace, & per*
ea, quæ ſupra dicta ſunt. Præterea poteſt intelligi illa
pœna appoſita, tàm danti, quàm recipienti, quan-
do aliqui obſeruaſſent dictum decretum, & aliqui
non. Secus, ſi omnes contrauenerunt, anteaquam
vnquam fuit recepta eadem ratione, per ea, quæ
notat Anton. de Butr. *in capit. parochianos, in vltima*
colum. in princip. extra de decimis, l. vbi facit differentiam,
an aliqui contraueniant in non ſoluendo decimas,
27 an omnes, vt ſupra dixi. † Nec obſtat, ſi dicere-
tur, negari non poteſt, quod iſta contrauentio, &
ſic iſta conſuetudo contraueniendi non habuit iu-
ſtum initium, & ſic non videtur valere, etiam ex
tractu temporis, *l. obligationum ferè, §. placet, ff. de a-*
ctionib. & obligationib. & capit. final. in princip. de con-
ſuetu-

ſuetudine. Quia reſpondetur ſecundum Antonium
de Butr. *in dicto cap. primo, ante finem*, quod aliud eſt
ius tolli; & tunc requiritur conſuetudo legitima,
& de iſta non loquimur: Aliud eſt ab initio non
recipi, & tunc nulla requiritur præſcriptio, ſed ſuf-
ficit, quod non fuerit ſciente Principe ab initio non
receptum: ſi hoc Principi conſtet. Idem, etiamſi
dictum decretum fuiſſet factum ad honorem Dei,
vel commodum publicum principaliter: ſi pri-
mum genus tempore decreti editi non receperit,
& ſuperior ſciens patitur; & ſic tacitè conſenſit
huic non receptioni, quo caſu tale ius non ligat,
*4. diſtinct. §. leges, ſecundum Antonium de Butr. in dicto
capit. primo, in vltima colum. extra de tregua & pace.* Sed
in caſu noſtro licet non conſtet expreſſe de ſcien-
tia Principis, videlicet, quod ſciuerit, legem ſuam
28 uon fuiſſe receptam, † tamen præſumitur, quod
d ſciuerit, ex quo publicè notum erat, *d* quod pri-
mi magiſtri deſtiterunt per aliqoos dies à laborari
faciendo; & poſtea contrauenerunt cum labora-
toribus, & dederunt pannum, qui etiam à ſuis ru-
ralibus emptus fuit, *per gloſſ. notabilem, in l. ſi tutor, C.
de periculo tutor. & per gloſſ. in l. 1. in verbo ex hoc, ff. de re-
quirendis reis, & notat Bartolus in conſil. 15. quod incipit:
miſſus in poſſeſſionem, in vltima colum.* Nec obſtat, ſi
dicatur, illæ gloſſæ intelligi debent, quando quis
moratur in loco, in quo publicè ſciebatur, ſed Dux
Mutinæ non ſtetit Mutinæ, ſed Ferrariæ. Quia re-
ſpondetur, quod imo, vt mihi aſſeritur in facto, o-
mni anno poſt dictum decretum, & ante, vſque ad
aduentum Illuſtriſſimi Domini Herculis fratris
ſui, iuit ad ciuitatem Mutinæ, vnde cùm ibi eſſet
notorium publicè, præſumo ipſum habuiſſe noti-
tiam, dictum decretum ſuum non fuiſſe receptum,
& ei contrauentum; maximè per officiales ſuos,
quibus ſub pœna indignationis ſuæ, & arbitrio ſuo
iniunctum erat per dictum decretum, vt illud face-
rent obſeruari, & maximè cùm etiam eſſet publicè
notorium Ferrariæ, quod dictum decretum non
fuerat obſeruatum, per quod præſumitur veniſſe
ad notitiam Principis, *per dictam gloſſ. in l. ſi tutor, C.
de periculo tutor. & per textum in capit. quoſdam, cum
gloſſ. & capit. quanto, extra de præſumptionib. cum ſimili-
bus..* Et ſi iſtud eſſet verum, quod Dux Mutinæ ſci-
uiſſet verè vel præſumptiuè, quod decretum ſuum
non fuerit receptum, & aliter non prouiderit, res
iſta non haberet aliquod dubium per prædicta.
Quinimo, etiamſi neſciuiſſet verè vel præſumpti-
uè, tamen adhuc teneo, quod dicti magiſtri non
inciderunt in aliquam pœnam per prædicta, & ma-
ximè, ex quo fuit publicatum illud decretum cum
illa clauſula, quod officiales ſub pœna, &c. face-
29 rent illud obſeruari, † quia ſcientia & taciturni-
tas officialis, etiamſi non eſſet ſufficiens pro ſcien-
tia Principis, tamen, quia magiſtri & laboratores
crediderunt, quod eſſent officiales & Princeps
contenti, poſtquam nihil vnquam dixerunt, nec
obſeruari fecerunt, veriſimiliter enim credere po-
tuerunt, quod Princeps fuerit contentus, quia ſi
non fuiſſet contentus, officiales incidiſſent in pœ-
nam, quod non eſt credendum, per ea, quæ ha-
beotur, *in l. ſi procurator, ff. de condict. indebiti, & in l.
1. §. ſi procurator, ff. ſi quis ius dicenti non obtemperaue-
rit, & l. merito, ff. pro ſocio, cum ſimilibus.* Et ſic iſta
30 credulitas videtur eos excuſare à pœna, † quia
e quælibet cauſa *e* etiam iniuſta excuſat à pœna vel
à dolo, ex quo ſequatur pœna, *l. igitur, §. primo, ff.
de liberali cauſa, & notat gloſſ. in l. ſi plagij, 2. C. ad le-
gem Falcidiam, de plagiarijs, & in l. prima, in fine, ff. de
abigeis, & gloſſ. ſecunda magna, in fine, in l. prima, §. ſi
procurator. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, cum
31 ſimilibus.* † Nec obſtant argumenta, ſupra pro al-
tera parte deducta, & primò dum dixi, quod lex vel
conſtitutio ligat à tempore publicationis, ſaltem
per duos menſes, quia illud eſt verum, quando eſt
recepta moribus vtentium, aliàs ſecus, vt patet ex
32 prædictis. † Nec obſtat, dum dixi, quod inferior
non poteſt venire contra legem ſuperioris, quia i-
mo poteſt non recipiendo, maximè quando inter-
uenit voluntas eorum, ad quorum vtilitatem prin-
cipaliter facta eſt, vt dixi, facit, qood notat Archid.
11. diſtinct. cap. in his, circa finem. Reliqua argumen-
ta pro prima parte deducta, ſunt ſublata, per ea,
quæ dicta ſunt. Vnde concludo circa primum du-
bium, qnod ex quo dicti magiſtri nunquam rece-
perunt dictum decretum, & omnes à principio
poſt publicationem, elapſis quiboſdam diebus,
contrauenerunt de voluntate & conſenſu labora-
torum, nec Dux Mutinę aut eius officiales vnquam
contradixerunt, quòd in pœnam decreti non inci-
33 derunt. † Circa ſecundum dubium principale,
an ſi prius per aliquos tantum magiſtros & labora-
tores contrafactum fuiſſet dicto decreto, & alii po-
ſtea idem fecerint, an illi ſecundi in pœnam incide-
rint. Et breuiter in hoc puto dicendum ita, quod
ex quo primi incœperunt contrauenire decreto, &
non puniebantur, & officiales Mutinæ, qui tene-
bantur, ſub pœna illud obſeruari facere, & non fa-
ciebant, ducti iſto errore etiamſi eſſet iniuſtus, pu-
ta, quia primi incidiſſent in pœnam, quod non di-
co, ex quo nunquam fuit per aliquem receptum,
vt dixi in præcedenti dubio principali, excuſaren-
tur à pœna dicta, *l. igitur, §. 1. cum alijs ſupra ad hoc alle-
gatis in proximo dubio præcedenti, circa fin.* & pro hoc fa-
cit, quod dicam plenius in ſequenti dubio principa-
34 li, quia dependent ab vno fundamento. † Circa
tertium dubium principale, ſi aliqui magiſtri poſt
dictum decretum publicatum effecti ſunt poſt ali-
quos annos, & etiam ipſi ſimpliciter decreto con-
trauenerunt, an in pœnam inciderint. Et vltra ea,
quæ dicta ſunt in primo & ſecuodo dubio principa-
li, teneo ſine dubio iſtos non incidiſſe in aliquã pœ-
nam, quia iam ipſi noui fuerint magiſtri, & viderint
omnes magiſtros impunè dediſſe pannũ laborato-
ribus per tres aut quatuor annos, non contradicen-
te principe, nec contradicentibus eius officialibus,
veriſimiliter credere potuerunt illud decretũ non
ligare, quia in eo ſtatu, in quo inuenerunt dictos
primos magiſtros, in eo potuerunt iudicare, videli-
cet, vt poſſint dare pannum laboratoribus, *argum. l.
moneor, cum ibi notatis per gloſſ. & Doctor. C. de ſeruis ex-
port. & l. ruptiſſia polla. & ibi Bartol. & alij, ff. de contra-
hend.*

bend.empt. & per notata in cap.ſi iudex laicus de ſententia
35 excommunicationis,lib.6. † Et quia quod alii faciunt,
qui cenſentur eodem iure,ita facere debent,100.diſt.
c.contra morem, & probatur in cap.ſapite, & ibi gloſſ. in
verbo in alijs, extra de cenſibus. Et poſito, quod illi pri-
36 mi erraſſent; † tamen iſte communis error f ex-
f cuſaret ſuperuenientes, ſaltem à pœna, per not. in
l.Barbarius Philippus, ff.de offic.prætor. & in l.1.C.de teſta-
ment. Et hoc probatur per id, quod notat Petr. de
Anchar. in cap. cum venerabilis, per gloſſ.1. in fin.extra de
37 conſuetud. qui dicit, † quod cum quidam Rector
villæ feciſſet plures ponere in compedibus, fuit
contra eum formata inquiſitio, quod ipſe tenuerat
priuatos carceres, contra totum tit. C. de priuatis carce-
rib. Et ipſe probauit, quod ſui maiores ita facere
38 conſueuerunt, & fuit abſolutus. † Et pro hoc et-
iam allego, quod notat Bald.in cap.1.in fin.1.colum.in tit.
de cognit.feudi, vbi dicit eleganter, quod in ciuitate
Peruſii ſunt tres conſeruatores monetæ, & quan-
do fiunt ſolutiones in commune, conſueuit nota-
rius ponere nomina omnium trium, licet vnus ſit
abſens, & tamen propter conſuetudinem ita ſcri-
bentium excuſantur, allegat ea, quæ habentur per
Hoſtienſ.in cap. 5. extra de his, quæ fiunt à Prælato ſine
conſenſu Capituli. Et dicit, quod eadem ratione de-
fenduntur notarii communis Peruſii, qui ſunt ro-
gati vltima die officii, ſi ad illam diem ponunt ſolu-
tiones, quæ fiunt ipſis maſſariis, quia conſuetudo i-
39 pſos excuſat. † Vnde concludit, quod vbi eſt bona
mens & intentio, ibi non poteſt eſſe falſitas, & ſic
nec pœna. Et idem in effectu vult Hoſtienſ.& An-
ton.de Butr. in cap.2.in fin. extra de fide inſtrum. & Dn.
Angel.de Aretio in ſuo tractatu maleficiorum, gloſſ.in verſ.
falſario, in 1.colum.in fin.& facit, quod notat Bal.in l.vni-
ca, in 12.col. verſ.modo ſequitur alia quæſtio, C.de confeſſis.
40 † Et intelligo, prædicta non ſolum, quando eſſet
introducta conſuetudo, pura per decennium, ſed
etiam, quando minore tempore, ita tamen, quod
publicè licere arbitraretur, quia tunc illud facien-
do, non dicitur quis peccare, nec Dominum con-
temnere, nec in pœnam aliquam incidere poteſt,
vt probatur optimè in l. quis ſit fugitiuus, §.apud Labeo.
ibi, quod ei publicè facere licere arbitratur, ff.de adili edicto,
& quod ibi not. Bart. qui dicit per illum text. elegan-
41 ter, † quod ſi quis facit aliquem actum, qui exiſti-
matur communiter licitus, contrarium tamen eſt
in veritate, quia ſapit vſurariam prauitatem, quod
ex hoc non dicitur vſurarius, & ſic non poteſt tan-
42 quam vſurarius puniri. † Item, pro hoc etiam ad-
duco, quod notat Gandinus in ſuo tractatu de malefi-
cys, in rubric. de rebus vetitis extra diſtrictum in l. col. verſ.
item quid ſi in ſtatuto continetur, vbi dicit notabiliter,
quod ſi ſtatuto cauetur, quod nullus de nocte ante
pulſationem campanæ portet certas res extra ciui-
tatem; vel quod nullus poſſit ire per ciuitatem ſine
lumine, & aliquis ſurrexit de mane, credens, cam-
panam eſſe pulſatam, facit contra dictum ſtatu-
tum, nunquid debeat puniri, & tenet, quod non,
dicens, quod ita terminauit Mutinæ Guido de Su-
zana, per dictam l. quis ſit fugitiuus, §. idem Labeo, ſed
43 debuit allegare dictum §. apud Labeonem. † Item al-
lego etiam illud, quod habetur, in l.ſi negotia, ff. de
negot.geſt. vbi dicitur, quod ſi cuſtos animalium di-
miſit animalia in paſcuis, vbi communiter ſolebant
dimitti, & lupus ea comedit, excuſatur, per dictum §.
apud Labeonem, & ita tenet Cyn. in l. nemo, in vltima
quæſt.C.de Epiſcopali audien. & ibi Bald. & Doct. & Abb.
in dicto §. apud Labeonem, & in dicta l. ſi negotia, & ibi,
Doctor. & in l.pignus, C.de pignor. actio. & facit etiam id,
quod notat Bartol. in l.penult. ff. ad leg. Iulian. de adulter.
44 † Item, hoc etiam probatur alia ratione, quia quæ-
libet cauſa iuſta excuſat à pœna legali, vt not. Ioan.
And. in cap. 1. de electio. lib. 6. in nouella. Et excuſat et-
iam à pœna arbitrali, vt notat Bald. in authent. genera-
liter, in 4.colum. in fin. C. de epiſcop. & cleric. & excuſat
etiam à mora, l.ſciendum, ff.de vſuris, & not.Ludouic.de
45 Roma in l. ſi mora, in 3.colum. ff. ſolut.matrimonio. † I-
tem, plus dico, quod non ſolum iuſta cauſa, ſed et-
iam iniuſta excuſat à pœna, ſiue dolus requiratur,
vt l. igitur, §.1.de liberali cauſa, ibi, iuſtis rationibus
ductus, vel non iuſtis, &c. & probatur per gloſſ.
quas allegaui in præcedenti dubio principali. Siue
46 etiam requiratur lata culpa, † quia lata culpa eſt
ignorare, quod omnes ſciunt, l.lata culpa, ff. de verb.
ſignificat. & not.gloſſ.ordi. Inſtitut.quibus mod.rer.contra-
bitur obligat.in §. penult. & habetur per gloſſ. & Bart.in l.
47 quod Nerua, ff. depoſiti. † Sed in caſu noſtro ad hoc,
vt contrafaciens incidat in pœnam pecuniariam,
requiritur ſaltem lata culpa, vt notat Bart. in l.1.§.non
autem, ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, quæ la-
ta culpa dici non poteſt in caſu noſtro, quantum ad
iſtos ſecundos magiſtros, ex quo reperierunt alios
omnes ita publicè feciſſe, per dictum §. apud Labeo-
nem, cum ſimilibus, & ſi poſſet eis ſecundis magiſtris
imputari, quod fuerint negligentes in inquirendo,
ſi illud decretum erat ſublatum, vel non; iſta appel-
laretur leuis culpa, vt not. gloſſ.in dicto §. penult. & per
Bart. in dicta l. quod Nerua, & per Canoniſtas in c. fin. ex-
tra de depoſit. quæ leuis culpa non ſufficeret ad pœ-
nam, etiam pecuniariam imponendam, vt not. Bar-
tol.in dicta l.1.§.non autem, ff.de ſi quis teſtamento liber eſ-
ſe iuſſus fuerit, & Bart.in l.iuſtè poſſidet, in fin.ff.de acquir.
poſſeſſ. & ibi per Doctor. poſt eum. Et ideo ex prædictis
concludo, quod dicti ſecundi magiſtri, qui dede-
runt de panno laboratoribus, non inciderunt ſine
dubio in aliquam pœnam.

ANNOTATIONES.

a Circa primum dubium] Adde, quod in hac eadem cau-
ſa in ſpecie conſuluit Alex.de Imola in conſ.132.lib.1. &
hoc conſilium eſt etiam impreſſum inter conſilia crimi-
nalia eiuſdem D. Capollæ, in conſ.13. & hic per errorem
fuit inſertum.

b Poſt duos menſes] Ad hanc regulam, nempe, quod lex
poſt duos menſes à tempore publicationis ligare incipiat
plures, limitat. 5. & interpretationes tradunt Felin. in
cap. cognoſcentes, nu.21. & ſeq. extra de conſtitutio. &
ibidem Dec.num. 6.&7.& Bero. num.52.& 53. Bene-
dictus Capra in ſuo tractatu regularum, regul.5.& pul-
crè diſtinguit & limitat Ioan. Bolognet. in l. omnes po-
puli, num. 150. & 152. ff. de iuſtitia & iure, Natta in
conſil. 295.num. 5.& conſil.98. num. 2. libro 3. Rimi-
nal. ſen. conſil. 281. num. 9. & Riminal. iun. conſil.118.
num. 10. volum. 1. latè Menoch. in tractatu de arbitrar.
indi-

iudicum, lib.2.cent.2.caſu 185.in princ.& per totum,& Sebaſtianus de Medicis Florentinus in tractatu de legib. in 4.part.cap.24.num.5.& Antonius Gabriel.communium concluſionum, lib. 6. in titul. de legibus & conſtitutionibus, concluſ. 4. per totam.

c Per deſuetudinem] Ad hanc quæſtionem videndi ſunt Doctores in l.de quibus, ff.de legib.vbi Iaſ.num.33.& ſequent.Rol.à Valle in tractat. de lucro dotis, quæſt.99.& conſil.99.num.6.vol.2.vbi alios citat, Capra in tractat. regularum, concluſ.14. num.5.6. & per totam, latè Sebaſtianus de Medicis in d.tracta. de legib.in 4.part.quæſtio.37.& Dominus Burſatus in conſil. 200.num.91.& ſeq. vol.2. Et quantum tempus ad id requiratur, tradunt Aret.in conſil.10.col.2.& Felin.latiſſimè in c.1.de trenga,& pace, colum.3.

d Publicè notum erat] Principem vulgatam locorum conſuetudinem ſcire præſumi, docuere etiam Bald.in l.n.in fin. C.quæ ſit longa conſuetudo, Iaſ.in l.præſcriptione, num.11.C.ſi contra ius vel vtil.publ.Felin.in c.1.in princ. extra de iudic.& alibi, vt per D. Menoch.in ſuo tractat. de præſumpt.lib.2.præſumpt.3.num.4.

e Quælibet cauſa] Amplè Cephal. in conſ. 4. num. 40. & conſ. 64. num. 5. lib.1. Emanuel Soarez lib.receptarum ſententiarum, in verbo dolus, num.3. ampliſſimè Antonius Gabr. commun. concluſ. lib.7.concluſ.8. per totam, & D. Menoch. in tractat.de recuperanda poſſeſſione, remed.5.quæſt.14.num.49.& 59.& ſufficit etiam, quod

* cauſa ſit colorata, vt eſt communis * opinio, de qua atteſtatur Arius Pinell.in l.2. in 2.part.cap.52.num.18. C.de reſcind.vendit.

f Communis error] Adde, quæ ad rem hanc cumulatiſſimè tradit Antonius Gabr.commun.concluſ.lib.1.in tit. de probat.concluſ.8.

CONSIL. XXXVII.

ARGVMENTVM.

An elapſo termino ad probandum, & probatum habendum, inſtrumenta produci poſſint.

SVMMARIA.

1 Inſtrumenta elapſo termino ad probandum, an de iure communi produci poſſint, & num.4.9.13.20.& 27.
2 Dilatio qualibet regulariter eſt peremptoria, & nu.5.
3 Iudicis edictum vel præceptum non debet eſſe deluſorium.
4 Inſtrumenta poſſunt produci vſq; ad concluſionem in in cauſa, & quomodo procedat, num. 7.& 9.
6 Dilatio data ad probandum, intelligitur eſſe data per omne genus probationũ.
8 Terminus datus ad probatum habendum plus includit, quàm terminus ad probandum, & quomodo procedat, num.16.
10 Inſtrumenta edere & producere quis non cogitur, niſi quando eſt vſurus.
11 Intellectus ad text. in cap. cum dilectus, extra de fide inſtrument.
Probatio, niſi data dilatione, fieri non ſolet, licet etiam abſq; dilatione fieri poſſit.
12 Concluſio in cauſa quando dicatur.
14 Communis opinio ſequi debet.
15 Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere.
16 Clauſula ad probatum habendum non ampliat primam ad probandum in alijs terminis, quàm ipſa prima loquatur, ſed tendit ad perfectionem primæ.
17 Dilatio data de partium concordia ſub certo modo, an mutari poſſit abſque ipſarum partium conſenſu, & num.23.
18 Terminus datus ad probandum, & probatum habendum de ſui natura, non excludit inſtrumentorum productionem.
19 Intellectus ad Bart. in l. mancipiorum, ff. de optione legata.
21 Si poſt concluſionem in cauſa ad inſtantiam actoris admittantur articuli rei, concluſioni renuntiatum eſſe videtur.
22 Proteſtatio tollitur per actum proteſtationi contrarium.
24 Inſtrumentorum productio, & teſtium examinatio diuerſa ſunt.
25 Inſtrumenta an elapſo termino ad probandum produci poſſint, attenta diſpoſitione ſtatutorum Plumbini.
Et quid inſpecto tenore compromiſſi, num.26.
Item, quid attentis diuerſis dilationibus partibus aſſignatis ad probandum & probatum habendum, & attento modo procedendi iam obſeruato, num.30.
28 Dilationes fiunt ob publicam vtilitatem, propter lites terminandas.
29 Probationes an dicantur concernere ordinem iudicij, vel deciſoria cauſæ.
31 Caſus omiſſus in compromiſſo remanet in diſpoſitione iuris communis & ſtatutorum.
32 Arbitri in caſu non expreſſo videntur voluiſſe ſequi formam compromiſſi, non autem iuris communis vel ſtatuti.

CASVS.

QVÆSTIO conſulenda ex Plumbino ad me tranſmiſſa, eſt huiuſmodi, vt ex ſcripturis mihi ſub ſigillo exhibitis colligi poteſt. Factum fuit compromiſſum inter Matthæum Magiſtri Franciſci ex vna parte, & Auguſtinum, & Stephanum fratres, cum præſentia & auctoritate Bartholomæi Tutii, curatoris eiuſdem Stephani ex alia parte ſuper quadam domo, in tres arbitros. Renuntiantes omnibus ſubtilitatibus iuris & ineptitudinibus, ſed ſolummodo ex bono & æquo conſilio, non ſeruatis terminis ſtatutariis, nec ſubtilitatibus, & agnoſcendum & ſententiandum de iure tantum. Deinde ſeptimo Martii Matthæus petiit terminum aſſignari partibus ad probandum, & ita Arbitri aſſignauerunt terminum decem dierum dictis partibus ad probandum. Poſtea vndecimo die Martii aſſignauerunt dicto Auguſtino & Bartholomæo terminum trium dierum ad producendum interrogatoria, & eo termino elapſo aſſignauerunt vtrique parti terminum octo dierum ad probandum, & probatum habendum, quicquid volunt & poſſunt in dicta cauſa. Die verò ſextadecima Martii ſupraſcripti Auguſtinus, & Bartholomæus, & Matthæus de communi concordia remanſerunt in hac compoſitione, videlicet quod vnaquæq; pars nominet teſtes ſuos, quos producere intendit in dicta

cauſa;

cauſa; hinc ad octo dies proximè ſequentes, & ipſos feciſſe examinari hinc ad vnum menſem proximè venturum. Poſtmodum die 19. Aprilis fuit data ſecunda dilatio per Arbitros de conſenſu partium duratura per totum illum menſem Aprilis: & ſecunda die Maii publicatus fuit proceſſus. Poſtremo die nono Maii, dum orta eſſet contentio inter partes, ſi Matthæus poterat producere duo inſtrumenta pro iuribus ſuis, quia petebat terminum ad producendum inſtrumenta & iura: Venerunt ad hanc compoſitionem; quod cauſa committeretur ad conſulendum per legum Doctorem, eligendum per Arbitros neutri parti ſuſpectum. Et ſi Dominus Conſultor conſuluerit, viſis actis, & actitatis prædictis, quod dictus Matthæus poſſit producere inſtrumenta, intelligatur, dictum Matthæum obtinuiſſe dictæ cauſæ victoriam: ſi autem conſuluerit, dictum Matthæum non poſſe producere dicta inſtrumenta, tunc intelligatur, dictum Auguſtinum dictam cauſam obtinuiſſe. Qua compoſitione facta die 13. eiuſdem menſis Maii, produxit dicta inſtrumenta, vt ab extra ſuper inſtrumentis deſcriptum reperitur. Nunc ex prædictis eſt videndum, an dictus Matthæus potuerit vel poſſit producere dictà inſtrumenta, maximè ſtantibus omnibus actis, de quibus ſupra. Et viſo primò toto proceſſu, ad me ſub pluribus ſigillis in ſacculo tranſmiſſo. Et viſis duobus ſtatutis Plumbini: vno de libelli oblatione, & litis conteſtatione: alio de interrogationibus, poſitionibus, & probationibus; & viſis duobus ſummariis proceſſus pro vtraq; parte factis, & viſis duobus elegantiſſimis conſiliis: vno clariſſimi legum Doctoris Dn. Franciſci de Plumbino, facto in fauorem dicti Matthæi: & alio clariſſimi etiam legum Doctoris & Comitis Dn. Ioannis Baptiſtæ de Caccialupis, de S. Seuerino, facto in fauorem Auguſtini & Bartholomęi, & ſubſcripto per eximium & præclarum Iuris vtriuſque Doctorem Dominum Bartholomæum, Domini Mariani Socini: Et omnibus diligenter ac maturè conſideratis pro clariori & meliori intelligentia deciſionis prædictæ quæſtionis decidendæ, quatuor in primis ſunt examinanda: Primum eſt, an de iure communi elapſo termino à Iudice vel Arbitro aſſignato, ad probandum & probatum habendum, quicquid partes volunt & poſſunt in cauſa, poſſit vna partium producere inſtrumenta. Secundum eſt, an ſtante dicta dilatione, & elapſa, attenta forma ſtatutorum Plumbini poſſint inſtrumenta produci. Tertium, an inſpecto tenore compromiſſi, poſſint inſtrumenta produci poſt dictam dilationem completam. Quartum & vltimum eſt, an ſtantibus diuerſis dilationibus partibus aſſignatis, & attento modo procedendi, qui fuit per Dominos Arbitros obſeruatus, potuerit & poſſit Matthæus dicta die inſtrumenta producere.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Circa primum
1 dubium, † an de iure communi poſ-
ſint inſtrumenta produci poſt ela-
pſum terminũ ad probandum, &c.
Fuerunt principaliter tres opiniones: Vna fuit in-
diſtinctè, quod non, & iſta fuit opinio Odofredi &
Gulielmi, *in ſpeculo de dilationib. §. videndum, verſ. quid
ſi data eſt dilatio, mouentur per l. mancipiorum, ff. de optio-
ne legata, & l. diffamari, C. de ingenuis manu. & l. ſi ea, C.
qui accuſare non poſ. cum ſimilib. vt refert Io. And. in clem.
ſæpe, in verſ. non obſtante, in gloſſ. ſua, de verb. ſignific.* Et
hanc opinionem videtur tenere Arch. *30. quæſt. 5. c.*
iudicantem, quando dilatio eſt data ad probandum
2 & peremptoriè, † ſed regulariter quælibet dilatio
probatoria eſt peremptoria, *vt l. 1. in fin. C. de dilation.
& l. oratione, §. 1. ff. de feriis, & l. fin. eod. tit. & ibi hac not.
Bart. Bald. & Specul. in dicto verſic. quid ſi data eſt dilatio,
3 & Domini de Rota in deciſ. ſua 30. vel 29.* † aliàs dice-
retur edictum ſeu præceptum iudicis deluſorium,
quod eſſe non debet, *l. ſi prætor, in princ. ff. de iudiciis.*
Et in hanc opinionem etiam videtur eſſe gloſſ. no-
tabilis, *in c. 2. ſuper verſ. voluerit, quæ incip. quid erit, ſi
nec iurat, in tit. ſi de inueſtitura inter domin. & vaſall. lis
oriatur, in vſibus feudorum, per l. mancipiorum, ff. de o-
4 ptione legata.* † Et idem videtur tenere Bart. *in l. ad-
monendi, in 2. colum. in princ. ff. de iureiur.* vbi vult, in-
ſtrumenta poſſe produci vſque ad concluſionem in
cauſa, *vt c. cum dilectus, in princ. extra de fide inſtrum.* vel
vſque ad terminum ſtatutum, & idem etiam tenet
Bart. *in l. mancipiorum, per illum text. ff. de optione lega-
ta, & Ioan. de Imola in cap. licet cauſam, in 13. col. verſ. ad-
uerte, quia dubitatur, extra de probat.* qui hoc tenet, et-
5 iamſi non dictum ſit, & peremptoriè, † quia, vt
dixi, terminus aſſignatus ad probandum dicitur re-
gulariter peremptorius, *dicta l. oratione, & l. fin. ff. de
feriis, cum ſimilib.* Et eandem opinionem ſequitur
& firmat Paul. de Caſtro, *in dicta l. oratione*, vbi di-
6 cit, † quod quando eſt data dilatio ad proban-
dum, intelligitur eſſe data per omne genus proba-
tionis, & ſic tam inſtrumenta, quàm teſtes poſſunt
produci, & ea elapſa, non admitteretur ad produ-
cendum teſtes, vel inſtrumenta ſine iuſta cauſa im-
pedimenti, mouetur per text. *in dicta l. oratione, §. 1.
& per not. per Specul. in d. §. videndum, in verſic. item quid
ſi datus eſt, & ſubdit Paul. in d. l. oratione*, quod licet qui-
dam dicant contrarium, quantum ad inſtrumenta,
tamen illud non habet in ſe rationem, quia ſi po-
tuerunt produci, vt illi fatentur; ergò lapſus dila-
tionis impedit, amplius ea produci, aliàs quid o-
peraretur illa dilatio? vt dicit gloſſ. *in l. 1. §. cum dici-
7 tur, ff. ſi cui plus quàm, per leg. Falcid.* † Et reſpondet
ad c. cum dilectus, extra de fide inſtrum. vbi dicitur, quod
inſtrumenta poſſunt produci vſq; ad concluſionem
in cauſa, quia illud debet intelligi, niſi alius termi-
nus fuerit ſtatutus, *argum. l. ita demum, C. de procurat.*
Et iſta pars videtur in caſu noſtro eſſe clarior, quàm
in terminis præfatorum Doctorum, quia non ſo-
lum fuit aſſignatus terminus ad probandum, ſed et-
8 iam ad probatum habendum: † qui terminus ad
probatum habendum plus includit, *vt not. Bart. An-
gel. & Doctor. in l. damni, §. Sabini, ff. de damno infect. &
per Bart. Bald. & Doctor. in l. ſi quando, C. de teſtibus*, &
habetur plenè per Dominicum de ſancto Gemi-
niano, *in cap. pia, §. 2. ſi quis, de exceptionib. lib. 6.* Imo
plus eſt aſſignatus terminus, nedum ad proban-
dum, & probatum habendum; ſed etiam ad pro-
bandum.

bandum quicquid dictæ partes volunt, & poſſunt:
ex quo videtur, quod comprehendantur ne dum
teſtes, ſed etiam inſtrumenta, vt notat. Specul. in ti-
tul. de dilationibus, §. videndum, verſic. quid ſi data eſt di-
latio, ibi, & idem videtur eſſe, &c. nam per illa ver-
ba videtur aſſignatus terminus per omne genus
probationis, vt ibi ſentit Speculator, cum quo
9 tranſit Ioan. Andr. ibi, &c. † Secunda opinio prin-
cipalis fuit, quod indiſtinctè aſſignato dicto termi-
no ad probandum, & eo elapſo poſſint inſtrumen-
ta produci vſque ad concluſionem in cauſa, per cap.
10 cum dilectus, extra de fide inſtrum. † Et quia quis non
cogitur edere, & producere inſtrumenta, niſi quan-
do quis eſt vſurus. l. 1. §. edenda. ff. de edendo. facit l. iu-
dices, & authen. Iubemus, Cod. de iudiciis; & ita quidam
tenuerunt, vt notat. gloſſ. in clemen. ſæpe, in verſic. non
obſtante, de verbor. ſignificat. & iſtam opin. tenuit Guli. de
monte Landuno. & Paul. in dict. clemen. ſæpe. Et iſtam opin.
tenet Paul. de Caſtr. in rubric. C. de dilatio. vbi dicit, quod
de illa tunc data ad probandum, poſſunt teſtes pro-
duci, & etiam inſtrumenta, de vi verborum: cum
probatio fiat tam per teſtes, quam per inſtrumen-
ta: ſi tamen non fuerint inſtrumenta producta, poſ-
ſunt produci etiam poſt, & hoc etiam tenet Albet.
de Roſato, in l. mancipiorum, in fin. ff. de optione leg. &
potiſſime, quia beneficium à lege conceſſum, per
dictum cap. cum dilectus, non eſt alicui auferen-
dum, cap. indultum, de regul. iur. in 6. Et hoc etiam vi-
detur velle gloſſ. in l. ſi ea qua, C. qui accuſare non poſ-
11 ſunt. † Et pro iſta opinione videtur textus expreſ-
ſus, in d. cap. cum dilectus. Inducendo ipſum hoc mo-
do, regulariter probatio non ſolet fieri, niſi data di-
latione, licet poſſit fieri etiam ſine dilatione, vt no-
tat. Bald. in l. finali, ff. de feriis, & eſt text. in l. in crimine.
& ita Bartol. hoc vult. ff. de adulter. & Bartol. in l. vnius.
§. penult. ff. de quæſtion. & in extrauagant: ad reprimen-
dum in verbo ſine figura iudicij. & libetur per Bald. in l. ſi
quando, & in l. cum à nobis, C. de dilatio. & per Andr. Za-
bar. in cap. in cauſis, in vltim. colum. extra de teſtib. cum ſi-
milib. Et dilatio probatoria eſt in dubio regulariter
peremptoria, ergo dum dicitur, in dicto cap. cum dile-
ctus, extra de fide inſtrument. quod inſtrumenta poſ-
ſunt produci poſt publicationem teſtium, vſque ad
concluſionem in cauſa: ſequitur, quod præſuppo-
nit, dilationem fuiſſe datam, & peremptoriam, &
elapſam, ex quo ſolum excludit concluſionem in
12 cauſa; † quæ eſt quando eſt renuntiatum allega-
tionibus, & omnibus, probationibus, vt dicit ibi gloſ.
& Doct. & not. Bald. & Doct. in authen. Iubemus, Cod. de
iudiciis. & Bald. in l. nec cauſas, in princip. Cod. de appella-
13 tion. cum multis ſimilibus. † Tertia fuit opinio, vt di-
ſtinguamus, aut ius aduerſarij eſt læſum, ſeu factum
deterius, puta quia teſtes perierunt, per quos po-
tuiſſet aduerſarius reprobare inſtrumentum, ſi fuiſ-
ſet productum in termino, & tunc non poſſunt
produci inſtrumenta elapſo termino, aut non eſt
læſum, quia non eſt effectum deterius, & tunc pro-
duci poſſunt. argum. l. mancipiorum, vt not. gloſſ. in cle-
men. ſæpe, in ver. non obſtante, de verbor. ſignific. Et iſtam
opin. ibi ſequitur Ioan. Andr. tanquam æquiorem. & Bald.
& Angel. in l. ſi quis inſtituatur, ff. de hæred. inſtit. & Bald.
in l. 1. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. Et hoc videtur eſſe de
mente Cyn. & Doct. in l. ſi ea qua, in ... C. qui accuſa. non
poſſunt, & Bald. in l. quamdiu 2. ff. de acquir. hæred. & ibi
hoc expreſſe tenet Ioan. de Imola, & idem vult Angel. in l.
ſi rem, §. quolibet tempore, ff. de euict. Et iſtam opin. tenet
Cardinal. Zabarell. in dicta clem. ſæpe, in §. & quia in 15. q.
* qui dicit, quod iſta opinio communiter * appro-
14 batur: † & ideo eam ſequi debemus per notat. in
cap. 1. & in cap. ne innitaris extra de conſtitut. & in capit.
Capellanus extra de feriis, & in l. fin. Cod. de pœna Iudicis
qui male iudicauit; Et eã ego ſequor, & maxime cum
ſit magis æqua; vt dicit gloſſ. in dicta clem. ſæpe in verbo
non obſtante, & idem vult ibi Cardin. Zabar. in §. & quia
in 15. q. & Abb. Siculus in cap. cum dilectus extra de fide in-
ſtrumen. & Ioan. de Imola, in cap. licet cauſam in 13. colum.
extra de probation. Et ideo ſi in caſu noſtro, ius Augu-
ſtini eſſet læſum, & factum deterius, puta quia eſ-
ſent mortui duo teſtes, vt dicitur in conſilio præfa-
ti D. Ioannis Baptiſtæ, per quos potuiſſent illa in-
ſtrumenta reprobari, ſi in termino fuiſſent produ-
cta: tunc dicerem Matthæum non poſſe producere
dicta inſtrumenta de iure communi. Sed quia iſtud
mihi non conſtat, ex proceſſu ad me tranſmiſſo,
15 † & paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere, l.
in lege fundi vendendi, & l. Rutilia Polla. ff. de contrahen.
empt. Concludo, quod de iure communi ille Mat-
thæus poſſet producere dicta duo inſtrumenta, et-
16 iam elapſo dicto termino ad probandum. † Nec
obſtat, quod ille terminus ſit etiam ad probatum
habendũ, quia illa clauſula ad probatum habẽdum;
non ampliat primam ad alios terminos quam lo-
quatur prima clauſula. Si ergo prima ſola videlicet
ad probandum, non tollit poteſtatem producendi
inſtrumenta poſt lapſum termini, vt dixi; Ergo nec
illa ſecunda ad probatum habendum: quia illa ſe-
cunda tendit ad perfectionem primæ, vt patet ex
his quæ not. Bartol. & Angel. in l. damni. §. Sabini, ff. de
damno infecto. Nec etiam obſtant alia verba ſequen-
tia, videlicet quicquid volunt, & poſſunt, quia illa
verba referri poſſunt ad id, quod probari debet, &
poteſt; non autem ad genera probationum, vt de ſe
17 patet. † Nec obſtat dum dicitur quod illa aſſignatio
termini fuit facta per arbitros, de concordia par-
tium, ergo non licet mutare, niſi de partium con-
cordia, per not. per gloſ. & Doct. in l. 1. ff. de prætoriis ſtip. &
per id, quod not. Bald. in l. qualem. alias incipit, dicere. §. vi-
dendum, ff. de arbitriis, & bene facit, c. cæterum, & quod ibi,
not. extra de reſcrip. Quia reſpondetur, quod illud eſt
verum, quando illa aſſignatio termini comprehen-
deret productionem etiam inſtrumentorum, & de
ſui natura excluderet eorum productionem elapſo
termino quia tunc ſine voluntate partium nõ poſ-
18 ſet terminus prorogari, vel alius dari, † Sed quia
de ſui natura ille terminus non excludit productio-
nem inſtrumentorum, & eo elapſo, vt d. c. cum dile-
ctus extra de fide inſtr. ergo concordia partium nõ po-
teſt operari niſi ſecundum naturam termini proba-
torij, & non vltra, l. ſi vni in pr. ff. locati, & l. ſi ſtipulatus
in princip. ff. de vſuris. & quia actus agentium non de-
bent operari vltra intentionem eorum, l. cum omnẽ,
19 in princip. ff. ſi cert. petat. † Nec obſtat etiam prædi-
ctis, quod vult Bartol. in l. mancipiorum, ff. de optione
leg. vbi dixit, quod ſi eſt proceſſum in lite vlterius

poſt

poſt terminum res non dicitur amplius integra, &
non licet inſtrumenta produecere per illum text.
* quia illud dictum communiter * non tenetur, vt
patet ex prædictis; & quia *illa l. mancipiorum* non
probat, quia loquitur in alia materia ſcilicet electio-
nis, *vt dicit Ioan. de Imola, in l. quamdiu 2. ff. de acquir.
hered.* Ac etiam ſi illa doctrina Bartol. eſſet vera, for-
te non procederet in caſu noſtro, quia ille proceſſus
ad vlteriora fuit principaliter, vt in alia dilatione, &
in probando per teſtes: vt patet ex proceſſu; & ex
20 his, quæ in facti narratione dicta ſunt. † Nec et-
iam obſtat dum dicitur, quod dictus Matthæus
fuit negligens in producendo dicta inſtrumenta
poſt lapſum termini octo dierum aſſignati, quia ſte-
tit per quadraginta dies poſt, ad producendum, &
ſic fuit in negligentia latiſſima: & ſic ex longo inter-
uallo vellet producere inſtrumenta,, quod non ad-
mittit Abb. Siculus *in dicto cap. cum dilectus*, vbi vult
quod non concurrant, vt poſſint produci inſtru-
menta poſt terminum: Primum, quod ius aduer-
ſarii non ſit factum deterius. Secundum quod fiat
productio poſt modicum tempus elapſo termino,
quumiam in iſta opinione ſolus vt ita dixerim repe-
* ritur, & communis * ſententia eſt in contrarium,
vt indiſtincte poſſint produci, dummodo ius ad-
uerſarii non ſit factum deterius, *vt ſupra dixi*. Præ-
terea etiamſi opinio Abb. eſſet vera: tamen non
procederet in caſu noſtro, ex quo poſt elapſum ter-
minum octo dierum, ad probandum, & probarum
habendum, fuit data noua dilatio de concordia par-
tium, octo dierum, die ſextadecima Martii, & ter-
tio loco die decimanona Aprilis fuit data alia dila-
tio per arbitros, de conſenſu partium, ad examinan-
dum teſtes, duraturum per totum menſem Apri-
lis, per quas dilationes videtur eſſe remiſſum ius
impoteutiæ producendi inſtrumenta: ſi quia im-
potentia fuiſſet inducta, propter primam dilatio-
nem datam ad probandum, & probatum haben-
21 dum, &c. † Et pro allego, quod not. Domini de
Rota, *in deciſione ſua quarta*. In qua dicunt, quod ſi
poſt concluſionem in cauſa ad inſtantiam actoris
admittuntur articuli rei; tacite videtur eſſe reuoca-
ta concluſio, *per not. in clemen. ſæpe de verbor. ſignific.*
22 † Facit etiam, quod not. *in l. qui aliena. §. fin. ff. de
acquir. hered. & per Bartol. in l. non ſolum, §. morte. ff.
de noui operis nunt.* vbi habetur, quod per actum con-
trarium proteſtationi, tollitur proteſtatio; & ma-
xime cum vltima dilatio ſit facta de conſenſu par-
23 tium, † & ſic non obſtat, quod habetur, *in l. 1. in
fin. ff. de prætoriis ſtip.* Et cum illa vltima dilatio dura-
uerit per totum menſem Aprilis, & inſtrumenta
ſint producta die tertiodecimo Maii, non eſt ve-
rum, quod ſint elapſi quadraginta dies poſt ela-
pſum terminum aſſignatum, ad probandum, ſed
24 ſolum, 13. dies. † Præterea ſi per vltimas dilatio-
nes videtur ſublata impotentia probandi, poſt ela-
pſum primum terminum, & vltima dilatio loqua-
tur tantum de teſtibus examinandis; ſequitur, quod
non videtur tollere potentiam producendi inſtru-
menta, ex quo iſta ſunt diuerſa, vt patet ex diuerſi-
tate titulorum, *ff. C. & extra facit l. ſi idem, C. de codi-
cillis.* Nec obſtat, quod poſt lapſum illorum octo
dierum ſunt dari alii termini de partium voluntate,
& proceſſum eſt in lite ad vlteriora, etiam ad publi-
cationem teſtium, propter quod ſecundum doctri-
nam, *Barto. in l. mancipiorum, ante fin.* nullo modo
Matthæus videtur audiendus: quia illa doctrina,
*Bart. eſt contra cap. cum dilectus, extra de fide inſtrum. &
contra id, quod ipſe not. in l. fin. ff. de ſeruis*, vbi diſtin-
guit, an ius aduerſarii ſit factum deterius, & illam
* diſtinctionem ſequuntur communiter * *Doct. ibi,
25 vt ſupra dixi.* † Circa ſecundum dubium principa-
le, An ſtante dicta dilatione, & ea elapſa attenta
forma ſtatutorum Plumbini poſſint inſtrumenta
produci. Et certe ſi arbitri ſeruaſſent formam ſta-
tuti Plumbini, ſub rubrica de interrogationibus,
poſitionibus, & probationibus, non eſſet dubium,
quod inſtrumenta poſſent produci, quia ſtatutum
illud non vult, quod ſub termino, ſeu dilatione da-
ta ad probandum, includatur dilatio ad producen-
dum inſtrumenta; quia vult, quod primo partes ha-
beant terminum octo dierum vtilium, ad produ-
cendum teſtes, quibus elapſis teneantur infra qua-
tuor dies vtiles ſequentes facere deponere teſtes, &
publicari: &, quod eo termino elapſo, etiamſi non
publicarentur ſint ipſo iure publicati, quibus pu-
blicationibus factis, datur terminus infra tridu-
um vtile, ad opponendum, & obiiciendum con-
tra atteſtationes, & dicta teſtium: Et dictis termi-
nis elapſis vtrique parti ſit aſſignatus terminus tri-
um dierum vtilium immediate ſequentium ad pro-
ducenda iura; & omnia inſtrumenta; & poſt la-
pſum dictorum terminorum intelligatur, quod ſit
concluſum in cauſa. Et ſic ſtatutum vult, vt prius
aſſignentur termini, ad probandum per teſtes; &
ad reprobandum, & poſtea detur terminus ad
producendum inſtrumenta. Vnde ſi iſta forma
ſtatuti fuiſſet ſeruata, elapſis primis terminis, &
vltra, etiam vltimis, qui dati ſunt ad examinan-
dum teſtes, non intelligeretur Matthæus eſſe ex-
cluſus à iure producendi inſtrumenta, ſed quia i-
ſta forma non fuit per arbitros, & partes ſeruata;
ideo ſimpliciter ſuper eo non eſt faciendum funda-
mentum, niſi vt dicam in quarto, & vltimo dubio
26 principali. † Circa tertium principale dubium, an
inſpectu tenore cumpromiſſi, poſſint inſtrumenta
produci poſt dictam dilationem elapſam. Et breui-
ter ego teneo; quod ſic; quia in dicto compromiſſo
partes renuntiauerunt omnib. ſubtilitatibus iuris,
& ineptitudinibus, ſed ſolummodo procedendo ex
bono, & ęquo, non ſeruatis terminis ſtatutariis, nec
ſolemnitatibus. Quæ verba dum dicunt, ſed ex bo-
no & æquo, non ſeruatis ſolemnitatibus, viden-
tur cumprehendere, & ſignificare, vt vltra termi-
num ad probandum poſſint inſtrumenta produci,
quia cum ſit inter Doctores etiam excellentiſſimos
magna contentio, & diuerſæ ſint opiniones, an poſt
terminum datum ad probandum, poſſint inſtru-
menta produci, vt dixi in primo dubio principali, &
conſiſtant prædicta in iuris ſubtilitatibus, ſequitur
quod partes voluerunt, quod iſtæ ſolemnitates non
attenderentur, vel ſubtilitates, *l. fideiuſſor. §. quadam,
& l. Quintus, cum ibi not. ff. mandati*, & quod ſequi de-
27 bemus id, quod eſt bonum, & æquum. † Sed bo-
num

nnm eſt & æquum, vt fiat diſtinctio, de qua dixi in
primo dubio principali, videlicet, aut ius aduerſa-
rii eſt læſum, & factum deterius; puta teſtes mor-
tui ſunt, per quos potuiſſet adnerſarius reprobare
inſtrumenta, ſi fuiſſet productum inſtrumentum
in termino, & tunc non poſſent produci; aut non
eſt leſum, vel factũ deterius eo modo, vt dixi, & tũc
poſſent, quia iſta opinio eſt æqua & æquior, quàm
ſint aliæ opiniones, vt dicit Card. Zab. in clem. ſæpe, §. &
quia, in 15. quæſt. de verb. ſignif. & Abb. Siculus in c. cum di-
lectus, extra de fide inſtrum. & Ioan. de Imola in c. licet cau-
ſam, in 13. col. extra de probat. & eſt etiam bona, quia
* eſt communis * opinio, vt dixi in primo dubio
28 principali. † Nec obſtat, quod dilationes fiant ad
publicam vtilitatem propter lites abbreuiandas, l.
properandum, in princ. C. de iudic. quia illud poſſet pro-
cedere, quando dilatio eſſet data, etiam ad produ-
cendum inſtrumenta, qnod non fuit in caſu noſtro,
vel licet illud eſſet bonũ, tamen non eſſet æquum,
vt ſupra dixi, facit l. in his, ff. de cond. & demonſtr. & quod
ibi not. Bald. Nec obſtat ſecundò, dum dicitur, qnod
partes renuntiauerunt ſubtilitatibus concernenti-
bus proceſſum & ordinem iudicii & ineptitudini-
bus; ſed in aliis videtur eſſe data poteſtas arbitris de
iure tantum, iuxta not. per Bart. in l. in lege, ff. locat. quia
reſpõdetur, quod licet partes voluerint, quod pro-
cederetur de bono & æquo, remotis ſolemnitati-
bus, vſq; ad ſententiam excluſiuè, ſed quod ſenten-
tiarent de iure. Cum ergò in ſententiando tenean-
tur ſeruare ius, ſequitur, quod in reliquis non te-
nentur; argum. l. maritus, C. de procurat. & c. nonne, ex-
29 tra de præſumpt. cum ſimil. † Et ideo non eſt diſputan-
dum, an probationes dicantur concernere ordinẽ
iudicii, vel deciſoria, vt habetur in diſputat. Ioan. Cal-
der. qua incipit: Statuto cauetur, & tradunt Moder-
ni in c. quod clericu, extra de foro compet. qui videntur
velle, quod reſpiciunt deciſoria; & poſſet etiam di-
ci, quod licet illud ſit verum, quantum ad effectum
probationis iam factæ, quia reſpicit deciſoria, ta-
men quantum ad producendum teſtes vel inſtru-
menta, reſpicit ordinem iudicii, non deciſionem,
vt not. gloſſ. & Doct. in l. prolatam, C. de ſententiis, & pro-
batur in terminis, in c. quoniam contra falſam, in princ. ex-
30 tra de probat. † Circa quartum & vltimum dubium
principale, an ſtantibus diuerſis dilationibus parti-
bus aſſignatis, & attento modo procedendi obſer-
uato, potuerit & poſſit Matthæus dicta duo inſtru-
menta producere. Et non eſt dubium, quod arbi-
tri in procedendo hactenus non ſeruauerunt in di-
lationibus ordinem iuris communis, vt patet per not.
in l. iudices, in auth. iubemus, C. de iudic. & in l. 1. C. de dila-
tionib. Nec ſeruauerunt formam ſtatuti, vt patet ex
his, quæ dixi ſupra in ſecundo dubio principali, ſed
potius ſeruauerunt formam compromiſſi, quia
proceſſerunt de bono & æquo, non ſeruatis termi-
nis ſtatutariis, nec ſubtilitatibus. Remanet ergò
dubium, ſi in dictis dilationibus arbitri voluerunt
comprehendere, vt etiam inſtrumenta produce-
rentur, & poſt dilationem non poſſent produci; &
iſte caſus non fuit per Arbitros, nec partes clarè ex-
preſſus. Et ideo oportet interpretari, quomodo
31 intellexerint, & quomodo intelligi debeant. † Et
dico concludendo, quod aut iſte caſus fuit omiſſus,
quia non ſit clarè & expreſſe declaratus, & debet
intelligi, vt remaneat in diſpoſitione iuris commu-
nis, iuxta not. in l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſolut. matri. &
in l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth. & in l. ſi extraneus,
ff. de condit. ob cauſam, & tunc ſit diſtinguendum, vt
ſupra dixi in primo & tertio dubio principali, aut
ius aduerſarii ſit factum deterius, vel non, aut de-
bet intelligi, vt Arbitri in caſu omiſſo, & non ex-
preſſe declarato, intelligantur ſecundum formam
ſtatutorum, iuxta notata per Bart. eleganter, in l. ha-
redes mei, §. cum ita, in 2. col. in princ. ff. ad Trebell. & in l.
vt iuriſiurandi. §. ſi liberi, in princ. 2. col. ff. de operis liber. &
tunc indiſtinctè debemus dicere, quod ſub primis
dilationibus non comprehenditur, vt teneatur in-
ſtrumenta producere, quia ſtatutum hoc non vult,
vt patet ex eo, & ex his, quæ dixi ſupra in ſecundo
dubio principali. Imo eſſet contra formam ſtatuti,
quod vult, vt elapſo termino ad producendum in-
ſtrumenta ſit concluſum in cauſa, & non potuiſſent
dari aliæ dilationes, vt factum fuit, per c. cum dilectus,
cum ibi not. extra de fid. inſtr. Aut intelligitur, quod ar-
bitri noluerint in caſu omiſſo ſeruare ius cõmune,
nec ſtatutũ, ſicut in caſu expreſſo non ſeruauerunt,
32 † ſed voluerunt ſequi ſolum formam compromiſ-
ſi, qnod credo in dubio verius, per l. non diſtingue-
mus, §. de officio, & in l. ſi cum dies, §. plenum, ff. de arbitris,
& tunc cum forma compromiſſi ſit, vt non ſeruen-
tur ſolemnitates, ſed ſolum ex bono & æquo, &c.
& de bono & æquo abſq; iuris ſolemnitate ſit, vt in-
ſtrumenta poſſint produci; ſi ius aduerſarii non ſit
factum deterius, vt dixi in primo & tertio dubio
principali. Concludo, quod dictus Matthæus po-
teſt producere dicta duo inſtrumenta, ex quo ius
aduerſariorum non eſt læſum, nec factum deterius
propter hoc, quia teſtes eorum non perierunt, per
quos potuiſſent reprobare dicta duo inſtrumenta,
ſi in termino aſſignato fuiſſent producta, quia hoc
non conſtat ex proceſſu, vt dixi in primo dubio
principali. Sed ſi ius aduerſariorum fuiſſet læſum,
& effectum deterius, quia teſtes periiſſent, per quos
potuiſſent reprobare dicta duo inſtrumenta, ſi in
dictis terminis producta fuiſſent, tunc iudicarem,
vt inſtrumenta produci nõ poſſent, per ea, quæ dixi
in primo & tertio dubio principali. Sed iſtud vlti-
mum non conſtat mihi ex proceſſu, licet in conſilio
facto in fauorem aduerſariorum Matthæi dictum
ſit.

ANNOTATIONES.

a Inſtrumenta produci] Hunc articulum; vtrum elapſo
termino ad probandum inſtrumenta produci poſſint, la-
tè diſcutit Felin. in c. licet cauſam, num. 37. cum multis
ſeqq. extra de probat. Georgius Natta in repetit. clem. ſæ-
pe, §. & quia, col. 17. & 18. de re iudic. Doctor. in l. admo-
nendi, ff. de iureiur. vbi Curt. nu. 38. & 60. & in l. diffa-
mari, C. de ingenuis & manumiſſ. vbi Contard. nu. 70.
qui opinionem affirmatiuam tuetur, quam etiam com-
* munem * dicit Alex. in l. ſi inſulam, nu. 34. ff. de verb.
oblig. & eam pariter tenet Auguſtin. de Arimino in ad-
dit. ad Ang. de maleſic. in verbo, nec non ad querelam, n.
58. Bellamera deciſ. 745. incip. concluſio. Sed contrarium
tenuere plures, quos citant Felin. & Natta proximè alle-

*gati, & Iaſ. in l. vlt. nu. 39. ff. de feriis Milis in repertorio in verbo termino ad articulandum dato, & Bellamera in deciſ. 74. incip. termini, & deciſ. 744. incip. concluſ. quod articuli, nu. 7. quæ tamen locum non habet abſque dubio, quando inſtrumenta eſſent de nouo reperta vt omnes, not. in d. l. admonendi vbi in ſpecie, Curt. num. 67. qui de communi * opinione atteſtatur, & Ripa, nu. 48. & late D. Menochius in tractatu de arbitrariis iudicum lib. 2. cent. 3. caſu 241. nu. 1. & per totum.*

*

b Eſt vſurus] *Adde Lafranch. in praxi iudiciali, c. 9. de inſtr. productio. num. 4. verſ. ſed quid de inſtrumentis, & late Soc. ſen. in tractatu regularum, reg. 112. inci. edere actori, &c.*

CONSIL. XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Si in publicatione bonorum damnatorum per ſententiam vel ſtatutum reſeruetur ius creditorum, aſcendentium, & deſcendentium, quomodo id intelligatur, &c:

An Princeps, vel alius iudex ordinarius poſſit ſententiam, vel ſtatutum reuocare in præiudicium eorum, quibus eſt ius quæſitum.

SVMMARIA.

1 *Creditorum appellatione continentur hi quibus debetur ex quacunq; actione ex contractu ſiuè purè, ſiuè in diem, ſiue ſub condstione.*

2 *Damnatorum bona quando publicantur, intelligitur reſeruatum ius creditorum, & dotium.*

3 *Ius conuenit etiam ſucceſſioni, & dicitur ius ſuccedendi.*

4 *Copula, &, ponitur inter diuerſa.*

5 *Si in ſententia ſeu ſtatuto ius ſucceſſionis reſeruetur, an intelligatur de omnibus bonis, an de legitima tantum.*

6 *Stante ſtatuto, quod mortuo filio mater in eius bonis habeat vſumfructum, an debeat habere vſumfructum omnium bonorum, an legitima tantum, & nu. 12.*

Et quid ſi ſtatutum dicat, quod debeat habere vſumfructum partis legitimæ.

8 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

9 *Verba in dubio in potiori ſignificatu intelliguntur.*

10 *Verba ſtatuti in dubio debent intelligi ſecundum ius commune.*

11 *Bona damnatorum hodie licet publicentur, attamen deſcendentibus applicantur, ſi extant, & non fiſco.*

13 *An Princeps poſſit ſententiam vel ſtatutum reuocare in præiudicium eorum quibus eſt ius quæſitum, & n. 19.*

14 *Iudex ordinarius inferior à Principe an poſſit ſententiam ſuam reuocare vel mutare.*

Et quid in ipſo Principe. & nu. 27. & 31.

15 *Principes in ſuis territoriis poſſunt nouas leges condere.*

16 *Leges tranſgredi, propter criminum atrocitatem licitum eſt, & nu. 32.*

17 *Presbyterum occidere eſt enorme delictum.*

18 *Sententiæ Principis nullus opponere poteſt.*

20 *Princeps recognoſcens ſuperiorem, non poteſt ius alteri per contractum quæſitum, tollere.*

21 *Contractus regulariter ſunt de iure gentium.*

Ius gentium eſt immutabile.

22 *Princeps, vel Imperator non modo contra contractum aliarum partium venire non poteſt, ſed nec contra proprium cum tertio celebratum.*

23 *Statuta, quæ tranſeunt in contractum, vel quaſi, non poſſunt reuocari in præiudicium alterius, cui ſit ius quæſitum.*

24 *Ciuitas vel Princeps per generale ſtatutum ius alterius tollere poteſt, ſecus per ſtatutum contra particulares.*

25 *Ius ſuccedendi in ſtatutis in dubio intelligitur de iure ſuccedendi ab inteſtato.*

26 *Priuilegium, quando per legem, vel ſtatutum in non ſubditum confertur, reuocari non poteſt.*

27 *Nullus iudex excepto Papa, vel Imperatore, poteſt ſuam vel ſui iudicis ſententiam diffinitiuam reuocare.*

28 *Sententia an contractui, vel vltimæ voluntati æquiparatur.*

29 *Ex vltima voluntate etiam ignoranti ius acquiritur.*

30 *Filius non portabit iniquitatem patris,*

33 *In ſententia confiſcationis an veniant bona ſita ſub aliena iuriſdictione.*

34 *Ius dicendi ſententiam nullam durat triginta annis.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Cum quæſtio ſit coram Illuſtriſſimo Sapientiſſim. atque Iuſtiſſimo Domino, Domino Borſio Eſtenſi Mutinæ, & Regij Duce, ac Marchione Ferrariæ, vel eius Iudicibus diſcutienda: non putaui dignum eſſe longiori oratione vtendum; & ideo pro veritate præſentis conſultationis tria mihi videntur tantum eſſe examinanda. Primum quomodo intelligatur ſententia Domini Poteſtatis Regij, dum in ea dicitur, Inſuper omnia ipſius d. Simonis bona publicamus, & pro publicatis, & confiſcatis haberi volumus, atque mandamus Cameræ Illuſtriſſ. D. D. Noſtri, Saluo iure creditorum aſcendentium, & deſcendentium, in omnibus, & per omnia prout in ſtatutis communis Regij; videlicet de pœna aſſaſſinorum, & homicidæ, continetur. Secundum, An Illuſtriſſ. Nicolaus Ferrariæ Marchio, & Regij Dominus potuerit poſt dictam ſententiam latam, dictum ſtatutum, & dictam condemnationem limitare, & reuocare, quoad aſcendentes, & deſcendentes ipſius d. Simonis, & creditores ſuos ex cauſa dotis, in eorum, vel alterius eorum præiudicium. Tertium eſt de remedio, qualiter poſſit, & debeat prouideri nepotibus ex filio D. Simonis, tanquam deſcendentibus ex ipſo d. Simone, circa dicta bona, & occaſione dotis vxoris ipſius D. Simonis auiæ paternæ dictorum nepotum. In primo dubio mihi dicendum videtur, quod illa condemnationis verba duo principaliter continentur in reſeruatione. Primum eſt, Ius creditorum dum in ea dicitur ſaluo iure creditorum, & iſtud comprehendit vxorem Dom. Simonis, quæ reſpectu dotis ſuæ dicitur fuiſſe tunc credi-

1 ereditrix, & ipſe d. Simon debitor, † præſertim,
cum appellatione creditotum côtineantur hi, qui-
bus debetur ex quacunque actione, ex eontractu,
ſiue pure, ſiue in diem, ſiue ſub coditione, *vt l. credi-
tores, ff. de verb. ſignific. & l. is cui in verſic. quamuis, ff. de
actio. & oblig. & in l. qui in fraudem in princip. ff. qui, & à*
a *quibus cum ſimilibus.* † Et iſtud ſtatutum coouenit
iuri communi ita diſponenti, *vt eſt caſus in auth. bo-*
a *na damnatorum, a & in corpore vnde ſumitur. C. de bo-
nis praſcript.* & ita nunc etiam comprehendit eius
nepotes, ex filio ſuo præmortuo, qui ſibi ſucceſſe-
runt, & ſunt hæredes. Secundum eſt ius aſcenden-
tium, & deſcendentium ipſius Domini Simonis,
quod in ipſa ſententia condemnatoria publicatio-
nis bonotum reſeruatur. Et circa iſtud ſecundum
poteſt fieri dubitatio, an iſtud ius intelligatur de iu-
3 te ſuccedendi, & dico breuiter, quod ſic, † nam ius
eonuenit etiam ſucceſſioni, quia dicitur etiam ius
ſuccedendi, *vt l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. petatur, & not. per
Barto. & Doct. in l. is poteſt, ff. de acquir. hæred.* nec poteſt
intelligi de iure aſcendentium, & deſcendentium
reſpectu alicuius debiti, ſeu crediti, quia de illo iure
dictum eſt in præcedenti, dum dicitur, Saluo iure
ereditorum, & aſcendentinm, & deſcendentium.
4 † Vnde cum poſt illa verba, ſaluo iure creditorum
ſit copula, &, quæ ſolet poni iotet diuerſa, *vt eſt. gloſ.
notabilis in rubric. ff. de iur. & fact. ignor. & in l. 2. Cod. per
quas perſonas nobis acquiritur,* ſequitur, quod illa ver-
ba ſequentia, & aſcendentium, & deſcendentium,
non intelliguntur de iure reſpectu debiti, vel cre-
diti, ſed reſpectu ſucceſſionis, præſertim cum hoc
eonueniat diſpoſitioni iuris communis; *vt eſt text.
in authen. bona damnatorum, & in corpore vnde ſumi-*
5 *tur capit. de bonis reſcripti.* † Item poteſt dubitari an
intelligantur dicta verba de iure ſuccedendi in o-
mnibus bonis ipſius d. Simonis: an vero de iure le-
gitimæ tantum, & videtur, quod intelligendum ſit
de iure tantum legitimæ, nam ſi ipſe d. Simon te-
ſtamentum condidiſſet, & de bonis omnibus teſta-
ri potuiſſet, filium vel nepotes filio præmortuo, in-
ſtituere potuiſſet in legitima tantum, & eos graua-
re onere fideicommiſſi vltra legitimam, *vt habetur
in capit. Raynutius, & capit. Raynaldus, extra de teſta-
mentis, & in l. filiusfamilias, §. libertus, ff. de legat. primo.*
Ergo, non ſibi plus deberi videtur ab inteſtato,
6 † & pro hoc adducitur, *quod notant Bald. Dyn. in di-
cto § libertus*, vbi format quæſtionem: ſtatuto caue-
tur, quod mortuo filio mater in bonis eius habe-
re debeat vſumfructum, an debeat habere omnium
bonorum, vel ſolum legitimæ ipſius filij, & arguit,
quod legitimæ tantum, *per dictum §. libertus*, & eam
7 quæſtionem ſub dubio relinquit. † Item, & tenio
pro hoc adduco, quod notat. Alber. de Roſato *in
ſuo opere ſtatutorum in ſecunda parte principali, quaſt. 116.*
vbi dicit, quod ſtatuto cauetur, quod mortuo filio
mater ſuccedat in vſufructu partis legitimæ; dece-
dit filius inteſtatus ſine liberis, mater non poterit
petere niſi vſumfructum partis legitimæ ſibi debi-
tæ iure naturæ, quia ſi filius feciſſet teſtamentum
potuiſſet vltra legitimam eam grauare onere fidei-
commiſſi; igitur ſtatutum debet intelligi de legiti-
ma debita iure naturæ, non de ea, quæ obuenire
poteſt ab inteſtato, & dicit, quod iſta eſt ſubtilis
quæſtio. Ego autem non dubito, quod imo dicta
verba; Saluo iure aſcendentium, & deſcendentium,
intelligantur de iure ſuccedendi ab inteſtato in o-
8 mnibus bonis; † nam illa verba, ſaluo iure, ſunt
indefinita, ergo indefinite debeot intelligi, ſcilicet
de omni iure ſuccedendi, *vt cap. quoniam nemini, &
ibi per gloſſ. & Doctor. extra de coniugio leproſorum, & 19.
diſtinct. ſi Romanorum, & l. ſi pluribus, cum ibi not. at. per*
9 *Bartolum, & Doctor. ff. de lega. 2. cum ſimilib.* † Secun-
do pro hoc adduco rationem; verba in dubio intel-
liguntur in potiori ſignificatu, *l. 1. §. qui in perpetuum.
ff. ſi ager vectigal. vel emphyt. pet. & l. quæritur hermaphro-
ditus. ff. de ſtatu homin. &* ideo cum illa verba, ſaluo
iure, poſſint i[n]telligi duobus modis, vno ſcilicet iu-
re ſuccedendi in omnibus bonis, alio modo, ſcilicet
iure ſuccedendi in legitima, intelligi debent in po-
tiori ſignificatu de iure ſuccedendi in omnibus bo-
10 nis. † Tertio hoc etiam probatur, nam verba ſta-
tuti in dubio debent intelligi ſecundum ius com-
mune, *vt habetur, in l. finali, §. in computatione. C. de iu-
re deliber. & not. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure,*
Sed iſte intellectus eſt conformis iuri communi,
11 † quia hodie licet bona damnatotum publicen-
tur, tamen ſi extant aſcendentes & deſcendentes il-
lis applicantur bona, & nô fiſco, vt eſt caſus, *in auth.
bona damn. C. de bonis proſcriptorum*, & in corpote vn-
de ſumitur, & ſic dictum ſtatutum in caſu ſuo diſ-
ponit, & vult idem, quod dicta auth. bona damna-
torum; in eorpore vnde ſumitur, & iſtud credo eſſe
veriſſimum. Quarto pro hoc etiam adduco quod
notat *Alber. de Roſato in ſuo opere ſtatutorum, in prima*
12 *parte, in 63. quaſt.* vbi dicit, † quod ſi ſtatuto caue-
tur, quod mortuo filio mater in bonis eius debeat
habere vſumfuctum, quod intelligitur de vſufru-
ctu omnium bonorum, non autem de vſufructu
tantum legitimæ bonorum filij, & maxime fauore
matris, & vltimæ voluntatis: & ſic in caſu noſtro
dicamus; maxime fauore aſcendentium, & deſcen-
dentium, quos ſtatutum voluit admittere, ſicut
eos admittit ius commune. Et licet teſtator potuiſ-
ſet aſcendentes & deſcendentes grauare vltra legi-
timam, non tamen propter hoc ſequitur, quod ſta-
tutum, quod eſt conforme iuri communi, iotelle-
xerit de legitima tantum, cum poſſit intelligi de o-
mnibus bonis, & ſic per hoc non obſt. prima ratio
ſup. in contrarium allegata. Nec obſtat quod dicit
Dyn. *in l. filiusfamilias. §. libertus, ff. de legat. primo*, quia
illud non decidit. Nec etiam multum contradicit,
quod not. Alber. de Roſato, *in ſuo opere ſtatutorum,
in 2. parte, q. 116.* quia ibi loquitur, quando ſtatutum
dicit, quod mater ſuccedat in vſufructu partis le-
gitimę, nos vero loquimur, quando fit mentio ſim-
pliciter de iure aſcendentium, & deſcendentium,
& non de legitima. Ex his itaque concludo, quod
dictum ſtatutum & prædicta ſententia lata, ſecun-
dum dictum ſtatutum intelligitur, & intelligi de-
het, quod fuerit, & ſit reſeruatum ius ſuccedendi
deſcendentibus ipſius D. Simonis condemnati, qui
13 extabant, & de præſenti extant. † In ſecundo du-
bitationis articulo, videlicet, an Marchio Ferrariæ
potuerit poſt d. ſententiam latam dictum ſtatutum,

& dictam condemnationem limitando, reuocare,
quoad aſcendentes, & deſceudentes ipſius D. Simo-
nis, & etiam creditores, ex cauſa dotis in eorum, vel
alterius eorum præiudicium; & videtur, quod ſic,
14 † nam licet regulariter Iudex ordinarius inferior à
Principe non poſſit mutare, vel reuocare ſenten-
tiam ſuam, *vt l. iudex poſteaquam, ff. de re iud. & l. quod
iuſſit, in fi. eod. tit. & l. 1. C. ſententiam reſcind. non poſſ. cum
ſim.* tamen Princeps poteſt, *vt l. pen. C. de ſent. ex peric.*
15 *recitandu.* † Quia Principes poſſunt in ſuo territo-
rio nouam legem condere, *vt l. 2. in fi. ff. de quæſtion.*
16 *& ita not. Aug. in d. l. 2.* † Item quia propter atrocita-
tem criminis licitum eſt leges tranſgredi, *vt not. Inn.
in c. 1. extra de conſt. & Bal. in auth. hodie, in prin. C. de iu-
diciis; & in auth. ſed nouo iure ad fi. 1. col. C. de ſeruis fug. fa-*
17 *cit ad hoc gl. 1. in fi. 35. q. 3. c. extraord.* † ſed occidere pre-
ſbyterum eſt enorme delictum. *vt tex. coniuncta gl. in
cap. 2. qui presbyterum, extra de pœn. & remiſſ.* Et præſer-
tim cum Marchio Ferrariæ fuit, & ſit D. Regij, & in
illo habeat imperium, & ſupremam poteſtatem,
18 † vnde videtur, quod nullus poſſit opponere eius
ſententiæ; *pro hoc gl. notabilis in l. qui habebat. ff. de manu
teſt. & quod not. Bar. in l. relegatorum. §. eſt quoddam iue.*
19 *ff. de interd. & releg.* † Sed ſalua ſemper eius auctori-
tate, & meliori deliberatione, *iuxta l. Claudius, in fi. ff.
qui pot. in pign. hab.* Ego in hoc teneo contrarium, vi-
delicet quod poſtquam d. D. Simon fuit condem-
natus, & eius bona confiſcata, ſaluo iure credito-
rum, & aſcendentium, & deſcendentium, non po-
tuit illud ſtatutum, nec prędicta ſententia per Mar-
chionem Regij dominum, limitari vel reuocari in
præiudicium aſcendentium, & deſcendentium, &
creditorum ipſius D. Simonis. Et primo, quod non
potuit in prędiudicium creditorum reuocari non eſt
20 dubium; † quia Princeps & maxime ille qui ſupe-
riorem recognoſcit, ſicut Marchio Ferrariæ pro ci-
uitate Regij, quam ab imperio recognoſcit, nō po-
b teſt ius alteri, ſibi per contractum quæſitum, b tol-
lere; vt no. An. de But. & Doct. *in c. quæ in Eccleſiarum,*
21 *extr. de conſt.* Et eſt ratio, † quia contractus regulari-
ter ſunt de iure gentium. *l. ex hoc iure gentium. ff. de iu-
ſtit. & iu.* quod ius eſt immutabile, *vt in verſ. ſed natu-
ralia, Inſt. de iure nat. gent. & ciu. & ita not. Cyn. & Bar. &*
22 *Doct. in l. digna vox. C. de legib.* † In tantum, quod non
modo non poteſt Princeps, nec etiā Imperator ve-
nire contra cōtractum partium, ſed nec etiam con-
c tra contractum proprium celebratum cum tertio. c
*vt not. Doct. in d. l. digna vox. C. de legib. & not. Bal. in l. qui
ſe patris. C. vnde liber. & in l. fi. in fi. C. de tranſa. & in l. 1. de
ſucc. feu. in vſib. feu. & per Ant. de Butr. in c. 1. extra de pro-
bat.* & pro hoc etiam faciunt ea, quæ ſtatim dicam
23 de præiudicio aſcendentium, & deſcendentiū. † I-
tem quia ſicut ſtatuta, quæ tranſeunt in cōtractum,
vel quaſi non poſſunt reuocari in præiudicium al-
terius, cui ſit ius quæſitum, *vt not. Bart. in l. omnes. po-
puli, in 4. q. tertia quæſtionu principalu. ff. de inſt. & iur.* ita
nec etiam ius quæſitum alteri ex alieno contractu
non poteſt Princeps tollere, reuocando ſtatutum,
& ſententiam eadem ratione. Secundo principali-
ter dico, quod etiam non potuit tollere ſtatutum
prædictum, nec ſententiam inde ſecutam in præiu-
dicium aſcendentium, & deſcendentiū, quod pro-
24 batur ſic; † nam licet ciuitas, vel Princeps per ſuum
ſtatutum generale poſſit tollere ius alterius, *vt l. ſi
venditor, §. ſi conſtat, ff. communia prædiorum, & l. An-
tiochenſium, ff. de priuilegiis creditorum, & facit l. Lucius,
§. fina. ff. ad municipales:* Tamen faciendo ſtatutum
contra vnum hominem, vel etiam contra quoſ-
dam, non poteſt Princeps, vel ſtatutum tollere ius
alterius, *vt l. toties. §. fin. ff. depoſit. & l. ſi priuatus. ff.
qui, & à quibus, & hanc doctrinam ponit Bart. in d. l. to-
ties. & idem not. Bart. in l. Antiochenſium. ff. de priuilegiis
creditorum, & in l. omnes populi, in vltima q. quinta quæ-
ſtionu principalu, verſ. vltimo quæro, ff. de iuſt. & iur. & in
l. fin. circa princ. ff. de appell. recip. & in conſi. ſuo, quod inci-
pit;* Dubia occurrentia in prin. & eſt in ordine meo
120. & idem not. Flor. *in d. l. venditor, §. ſi conſtat, in fin.
ff. commu. prædio. & ad hoc faciunt not. in proœmio digeſto-
rum:* Et ideo cum Illuſtriſſ. Marchio reuocauerit an-
tedictum ſtatutum, quantum eſt ad præiudiciū cre-
ditorum, & aſcendentium, & deſcendētium, D. Si-
monis de Canoſſa; ſequitur, quod illa reuocatio
non valuit, & per conſequens, nec ſententia, quæ
25 ſecuta fuerat vigore antedicti ſtatuti. † Præterea
hoc etiam probatur alia ratione; nam prædictum
ſtatutum eſt conforme cum iure communi, *vt in
auth. bona damnatorum, C. de bonis proſcr.* & in corpore
vnde ſumitur; & per ſententiam latam vigore dicti
ſtatuti acquiſitum fuit ius deſcendentibus ipſius D.
Simonis condemnati, quod ius eſt ius ſuccedendi
ſibi ſaltem ab inteſtato, *iuxta not. per Bart. & Doct. in
l. is poteſt, ff. de acquiren. hæred. & in dict. l. Gallus. §. &
quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. coniuncta gloſſ. cum
ibi not. Inſtit. de offic. iudicis, §. fin.* Et iſtud ius fuit quæ-
ſitum de voluntate, & conſenſu ipſius Marchionis,
qui ſcripſit literas Prætori Regij, vt dictum D. Si-
monem condemnaret ſecundum formam ſtatuto-
rum Regij, vt in dicta ſententia continetur: Vnde
cum dictum ius ſuccedendi ſit acquiſitum per ſen-
tentiam dictis deſcendentibus D. Simonis forenſi-
bus, ſequitur, quod ipſemet Marchio d. ſententiam
in præiudicium d. iuris acquiſiti reuocare non po-
tuit. Et ipſe hoc adduco, quod not. D. Paul. de Caſt.
26 *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure,* vbi dixit, † quod
quando per legem, vel ſtatutum confertur priuile-
gium in non ſubditum non poteſt reuocari, quia
non videtur in vim legis tranſire, ſed in vim contra-
ctus donationis; *allegat not. per Inn. in c. dilectus, de tem.
ord. in additione.* Item hoc probatur ſic; aut illa ſen-
tentia non fuit rite, neq; legitime lata, & tunc nul-
lum eſſet dubium; aut fuit rite, & recte lata; & tunc
eſt dicendum, quod nec per ipſum Prætorem, qui
eam tulit, nec per ipſum Marchionem, qui, vt dixi,
recognoſcit ſuperiorem Imperatorem pro ciuitate
27 Regij mutari potuit, † nam nullus, excepto Impe-
ratore, vel Papa poteſt ſuam, vel ſui Iudicis ſenten-
tiam diffinitiuam reuocare; *vt habetur in l. 1. C. ſent. re-
ſcin. non poſſ. in cap. cum literis, extra de in integr. reſtitut.
& not. Angel. in l. 2. C. de ſenten. ex periculo recitandis, &
Dominus Martinus Laudenſis in ſuo tractatu de Principi-
bus,* vbi dicit, quod ſpeciale eſt in Papa, & Impera-
tore, vt poſſint ſuam ſententiam diffinitiuam reuo-
care. Nec videtur fuiſſe iuſta cauſa atrocitas crimi-
nis aſſerti per ipſum D. Simonem, ad priuandum
eius

eius deſcendentes, vel creditores iure ſibi quæſito,
per ſententiam, cum illud ius non ſit condemnati,
ſed eius deſcendentium, & creditorum, ex quo i-
ſtud eſt contra ius commune, per dictam auth. bo-
na damnatorum, & maxime cum vltra beneficium
dictæ auth. & ſic iuris communis, interuenerit di-
28 cta ſententia. † Et præſertim cum ſententia æqui-
paretur contractibus, *vt not. Bart. in l. centeſimis, §. fin.*
ff. de verbor. obligat. & facit quod not. Bald. in l. ea demum.
C. de collat. & ideo non videtur, quod de iure illud
ius tolli per ipſum Marchionem potuerit, per id,
quod not. Bartol. *in l. omnes populi, in 4. quæſtione tertia*
quæſtionis principalis, & per id, quod ſupra dictum eſt
de iure creditorum, vel etiam ſi dicamus, quod ſen-
tentia æquiparetur vltimis voluntatibus, *vt l. non eſt*
29 *mirum, ff. de pign. actio. cum ibi not.* † quia ex vltima
voluntate acquiritur ius etiam ignoranti. *l. cum pa-*
ter. §. Surdo, & §. donationis, ff. de leg. 2. cum ſim. Nec de-
lictum D. Simonis condemnati quantumcunque
dicatur atrox videtur fuiſſe iuſta cauſa reuocandi di-
ctam ſententiam, & auferendi bona venientibus ab
30 inteſtato, quia de iure fieri non potuit, *vt dixi.* † Fa-
cit etiam ad prędicta, quod ſcribitur; filius non por-
tabit iniquitatem patris, & totus titulus, *ne filius pro*
31 *patre, & titulus, ne vxor pro marito, cum ſimil.* † Nec
huic ſententiæ refragatur, quod dicitur, quod Prin-
ceps poteſt ſuam ſententiam reuocare, licet infe-
rior non poſſit, quia intelligitur de Imperatore, vel
Papa, aut alio in ſua prouincia non recognoſcente
32 ſuperiorem, vt dixi ſupra. † Nec etiam in contra-
rium concludit, quod dictum eſt ſupra in princ. hu-
ius dubij, ſecundum Innoc. videlicet, quod propter
atrocitatem criminis licitum eſt leges tranſgredi,
quia illud procedit contra delinquentem, non con-
tra alium, cui ſit aliquod ius quæſitum, etiam in bo-
nis delinquentis; *facit ad hoc glo. in l. quinq. legibus, ff. de*
bonis dam. Ex iſtis concluditur, quod lata dicta ſen-
tentia contra D. Simoné, cum reſeruatione iurium
creditorum, & aſcendentium, & deſcendentium,
quod Ill. Marchio Ferrariæ nó potuit de iure reuo-
care dictam ſententiam, & tollere ius creditorum i-
pſius D. Simonis, & ſic ius dotis vxoris ſuæ, vel eius
hæredum. Et de iſto nulla poteſt eſſe dubitatio per
prædicta; Item non potuit eam reuocare, & tollere
ius ſuccedendi in omnibus bonis ipſius Domini Si-
monis quæſitum deſcendētibus eius qui nunc ſunt
eius nepotes ex filio, & ſic dicta ſententia Marchio-
nis non modo fuit nulla, ſed etiam dictis creditori-
33 bus, & deſcendētibus præiudicare non poteſt. † In
tertio dubio principali, videlicet quomodo, & qua-
liter poſſit, & debeat prouideri dictis nepotibus
D. Simonis deſcendentibus, ex ipſo D. Simone, tam
circa dotem vxoris D. Simonis eius auiæ paternæ,
quam etiam circa omnia alia bona, quæ fuerunt i-
pſius D. Simonis, quæ tunc erant in diſtrictu, & iu-
riſdictione Regij, & ſic ſub dictione, & poteſtate i-
pſius Marchionis Ferrariæ. Nam de aliis bonis, quæ
tempore ſententiæ non erant ſub dominio Mar-
chionis, nulla dubitatio eſt, quod in confiſcatione
bonorum facta, vel per ſententiam poteſtatis Re-
gij, vel per ipſum Marchionem cameræ ipſius Mar-
chionis, non venerunt bona iſta in aliena iuriſdi-
d ctione, *d* ex quo in loco in quo ſunt dicta bona,
non eſt idem ius, vel ſimile ſtatutum ſicut eſt Regij;
& ipſe D. Simon non erat ſub eius iuriſdictione,
iux. not. per Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit.
& fide Cath. & per not. D. Ant. de Butr. in c. poſtulaſti, ex-
tra de foro compe. & per Gul. de Cuneo in l. tutelas. ff. de ca-
pitu dimin. & per Bart. in l. fin. §. 2. ff. de publicanis. & per
Abb. de Roſato in 3. part. ſtatutorum, in 2. quæſt. per Ioan.
Andr. in cap. cum ſecundum, de hæreticis, in 6. in nouella; &
pleniſſime per D. Nellum in ſuo tractatu bannitorum, in
1. parte ſecundi temporis, in 17. quæſt. & per D. Pau. de Caſt.
in conſilio ſuo 86. & per Angel. de Aretio in ſuo tractatu
maleficiorum, in gl. in verbo, & eius bona publicamus; ex
quorum dictis euidenter apparet bona, quæ tem-
pore ſententiæ non erant in territorio Regij, nec
ſub iuriſdictione tunc Marhionis Ferrariæ non ve-
niſſe, nec venire in dicta confiſcatione; & licet mul-
tis modis poſſet dictis nepotibus ſuccurri, per Illu-
ſtriſſ. D. Ducem, & Marchionem de iure; videtur ta-
men, quod in primis & melius poſſit per viam nul-
litatis ſuccurri, & prouideri dictis nepotibus, ex
quo ſententia dicti Illuſtriſſ. Nicolai Marchionis,
vt dictum eſt, fuit & eſt nulla. Et iſta nullitas poteſt
etiam nunc intentari coram Illuſtriſſ. Marchione
Ferrariæ, & Duce Mutinæ, & Regij, nam ſi ſenten-
tia eius genitoris fuit nulla, præſertim cum ferri
non potuerit, cōtra ſententiam iam latam per Præ-
torem ſuæ ciuitatis Regij, poteſt nunc dici nulla, et-
34 iamſi ſunt tranſacti viginti anni, † quia ius dicen-
e di nullam ſententiam durat triginta annis. *e* nam
ex quo non reperitur tempus limitatum, infra
quod poſſit agi de nullitate ſententiæ, *vt not. D. Pau-*
lus de Caſtro, in conſilio ſuo 324. dicendum eſt, quod
poſſit agi de nullitate infra triginta annos, *argum.*
l. ſicut. C. de præſcript. trigin. vel quadragin. annor. & vide-
tur eſſe text. in clemen. 1. de re iudic. & ita tenet Angel. de
Aretio in l. ſi expreſſim, verſic. quæro, vidimus ſupra quan-
to tempore. ff. de appell. & idem tenet Gul. de monte Lan-
duno, quem ſequitur Cardinalis Franc. Zabarell. in clem.
1. in 14. q. de re iudic. Et vigore dictæ nullitatis poterit
dicta ſententia Illuſtriſſ. Nicolai Marchionis tan-
quam nulla reuocari. Et debebunt in primis nepo-
tes dicti Domini Simonis conſequi omnia bona
quæcunque ſunt confiſcata per Prætorem Regij,
propter dictam reſeruationem factam in eius ſen-
tentia, ſcilicet ſaluo iure creditorum, & aſcenden-
tium & deſcendentium, ex quo mortuus eſt dictus
Dominus Simon, & ab inteſtato, & cum in hoc ca-
ſu habuerint bona omnia, fruſtra quærendum eſſet
de iure dotis auiæ, ex quo ipſi nepotes eſſent credi-
tores, & debitores, & ſic debitum eſſet confuſum,
iux. not. in l. debitori, C. de pactis, cum ſimilibus. Sed ſi ipſi
non eſſent eius hæredes, vel quia nollent, vel quia
non poſſent; tunc in dictis bonis D. Simonis habe-
rent ipſi nepotes ius hypothecæ contra quoſcun-
que poſſidentes dicta bona, *iuxt. not. in. §. fuerat, Inſt.*
de act. & in l. 1. C. de rei vxor. act. & in l. fin. C. qui potiores
in pignor. hab. cum ſimilib. quod ius hypothecæ cum
deſcendat ex contractu noluit Prætor Regienſis in
ſua ſententia tollere, nec de iure Illuſtriſſ. Ferrariæ
Marchio per ſuam ſententiam auferre potuit per
prædicta.

ANNOTATIONES.

a Auth. bona damnatorum] *Ad materiam & intellectum huius textus videantur Alberic. in tractatu ſtatutorum, in 3.part.quæſt.22. Bart.in conſil.157.lib.1. Dec. in conſil.252.num.5. Iaſ.in l.ſi arrogator, num.15.ff.de adopt. Bernhard.Diaz.in tractat.regularum, regul.54. Hippolit.de Marſil.in repetit.l.vltima,num.189.ff.de iuriſdict. omnium indic. Hieronymus Cagnolus in l.ea ſola, num.7.& ſeq.ff.de regul.iur. Rol.a Valle in conſ.98. num.4.lib.2.& conſ.29.in fin. lib.3. Iulius Clarus receptarum ſententiarum, lib.5.§.fin.quæſt.78.in princ. Cephal.in conſ.79.nu.22.lib.1.& latiſſimè D. Marcus Antonius de Peregrinis Patauinus in ſuo nouiſſimo tractatu de iuribus & priuilegijs fiſci, lib.5. tit.1.num.4. cum multis ſeqq.*

b Per contractum quæſitum] *Ius alteri per contractum quæſitum Principem etiam ex cauſa tollere non poſſe, docuere etiam Alex.in conſ.216.num.4.& ſeq. lib.2.Crot. in conſ.145. num.11. & 12.volum.1. Bellon.in conſil.38. num.7. latè Crauet.in tractat. de antiquitat.tempor.in 1.part.num.55. Mayner.in l.nemo poteſt, num.125.ff.de regul.iur.& eſt communis * opinio, de qua amplè tradit D. præceptor meus Decian.in conſ.25.nu.49.& ſeq. vol.2.Et ad regulam illam,an & quando Princeps ius alteri quæſitum tollere poſſit, multa cumulat Anton. Gabriel. commun. concluſ. lib.3.in tit. de iure quæſito non tollendo, quæſt.1. Fernand. Vaſq. controuerſiarum illuſtrium, cap.5.nu.16.& ſeq. Iulius Ferret. in tract. de ferijs & inducijs iudic.nu.103.D.Menoch.in tractat.de arbitrar. iudic. lib.1. quæſt.48.& in tractat.de præſumpt. lib.2.præſumpt.9.num.5.cum multis ſeqq.*

c Celebratum cum teſtio] *De hoc eſt text.in c.1.vbi Dec. col.1.& cæteri omnes,extra de probat.Rom.conſ.352.nu. 14. idem Dec.in conſ.296.nu.5.& 6.pulchrè Grammat. deciſ.65.nu.26.& 27. Socin.iun.conſ.60 num.15.vol.3. cum alijs, quæ ampliſſimè congerit Peregrinus in d. tractat.de iurib.& priuil fiſci, lib.6.tit.1.nu.8.9.10.& ſeq. & D.Menoch.in d.tractat.de præſumpt.lib.2.præſumpt. 10.num.49.*

d In alia iuriſdictione] *An in publicatione bonorum veniant bona damnati in alieno territorio exiſtentia, tradit idem D. Cæpolla in conſ.17.nu.37. in criminal.Marſil.in repetit.l.fin.num.188.ff.de iuriſdict.omnium iudic. Boſſius in tit. de publicat.bonor.nu.62. Clarus in §.fin. quæſt.78.verſ.ſed hic quæro, & latè declarat Peregrinus in d.tractat.de iurib.& priuileg.fiſci, lib.5.tit.1.nu.117. & ſeqq.*

e Triginta annis] *Nullitas per viam principalis intentionis infra triginta annos, per viam verò exceptionis in perpetuum proponi poſſe, docet Sebaſt.Vant.in tract.de nullitatib.in tit. coram quo nullitas proponi poſſit, num.8.& ſeq.& præter ab eo citatos, Guido Pap.conſil.285.num.3. Maranta in ſuo ſpecul.aur. in 6.part. in 1. actu, nu.154. & ſeq. Crauet.conſ.108. nu.4.& conſ.267.in fin. Ruin. conſ.62.nu.29. & conſ.114.num.16.& 17.vol.5. Cæſar Contard.in l. vnica, in 7.limitat.nu.20.& ſeq. C.ſi de momenta.poſſeſſ.*

CONSIL. XXXIX.

ARGVMENTVM.

An filiafamilias nupta poſſit abſque patris conſenſu teſtamentum facere, omniave ſua mortis cauſa donare: &, an Pacta facta in primo matrimonio de lucrando dimidiam dotis, intelligantur repetita in ſecundo.

SVMMARIA.

1 Filia nupta an abſq; patris conſenſu teſtamentum condere poſſit, vel mortis cauſa omnia bona ſua donare, & num.3.

2 Dos eſt patrimonium filiæ.

3 Filia maritata eſt in patris poteſtate.

4 Filius, qui eſt in poteſtate patris, etiam de illius conſenſu teſtari non poteſt.

5 Ille, qui ob aliquod iuris impedimentum teſtari non poteſt, nec poteſt codicillari.

6 Filiusfamilias non poteſt donare cauſa mortis.

7 Filiafamilias an de dote teſtari poſſit, etiam patre conſentiente.

8 Regula ſtandum eſt, vbi contrarium iure cautum non reperitur.

9 Statutum de teſtamentis mulierum intelligitur de habilibus ad teſtandum.

10 Statutum debet intelligi ſecundum ius commune.

11 Statutum recipit reſtrictionem de habilitate perſonarum.

12 Statuta ad diminuendum augmentum operari non debent.

Producta ad vnum effectum contrarium non debent operari.

13 Pacta facta in primo matrimonio de lucrando dimidiam dotis, an in ſecundo repetita intelligantur, & num.19.

Statutum Taruiſii de pactis dotalibus plenè & doctè declaratur, & num.15.16.25.27.28.31.& 34.

14 Prouiſio legis regulariter hominis prouiſionem non tollit.

15 Pater filiam in ſecundo matrimonio dotare tenetur vſq; ad quantitatem dotis, in primo matrimonio conſtitutam, ſi ipſius patris facultates patiuntur.

17 Verbum, debet, importat neceſſitatem.

18 Renuntiare iuri & fauori ſuo quilibet poteſt.

22 Ex concluſione colligitur, quod narratum eſt, & narratio intelligitur ſecundum concluſionem.

24 Statuentes, quod non dixerunt, nec nos dicere debemus.

26 Matrimonium primum eſt magis fauorabile, quàm ſecundum.

29 Legum interpretationes naturalibus conuenire debent.

Interpretationes, quæ ſunt de iure naturali, locum habent etiam in ſtatutis.

30 Verba debent interpretari ſecundum naturalem curſum & votum parentum.

31 Mulier ignobilis, ſi nobilem in virum accipit, dat maiorem dotem, & facit meliora pacta, & è contra.

32 Statuentes illud voluiſſe dicuntur, de quo, ſi fuiſſent interrogati, veriſimiliter reſpondiſſent.

33 Ex generali licentia ſtatuendi non videtur dari poteſtas condendi leges iniquas.

35 Quando de iure communi vel municipali quæritur, in primis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retrò in eiſdem caſibus vſa fuerit.

Conſuetudo eſt optima legum interpres,

IN Christi nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia, &c. Caſus, ſu-
per quo conſilium petitur, eſt huiuſ-
modi: Quidam magiſter Petrus chi-
rurgus de Teruiſio maritauit vnam
filiam Dominam Catharinam, quæ erat in eius po-
teſtate in primo matrimonio, & dedit nomine do-
tis viro primo quadringentos ducatos, pacto appo-
ſito, quod ſi filia vxor moreretur in matrimonio ſi-
ne liberis, maritus lucraretur dimidiam dotis; & è
contra, ſi maritus præmoreretur, vxor lucraretur
dimidiam. Mortuus eſt maritus ſine liberis, & di-
cta vxor rehabuit dictam dotem quadringentorum
ducatorum, & ducentos ducatos pro lucro dictæ
dotis. Deinde dicta Domina Catharina contraxit
ſecundum matrimonium, & nullam dotem promi-
ſit iſti ſecundo viro, & prius condito teſtamento,
ſecundum formam ſtatuti Teruiſii de ordine ſer-
uando in teſtamentis mulierum nuptarum confi-
ciendis, in quo inſtituit dictum maritum ſecun-
dum ſuperſtitem in omnibus bonis ſuis, mortua eſt
ſine liberis. Maritus hæres inſtitutus petit totam
dictam dotem ſexcentorum ducatorum, vigore te-
ſtamenti dictæ eius vxoris, vel quod ſaltem debet
habere dimidiam dictæ dotis, ſtante ſtatuto Terui-
ſii de pactis dotalibus, & fructibus rerum parapher-
nalium. Ex his quæritur de tribus: Primò, an di-
cta Domina Catharina filiafamilias in ſecundo ma-
trimonio viuente patre, & ſine eius conſenſu po-
tuerit teſtari, vel donare cauſa mortis omnia bona
ſua. Secundò, an pacta facta in primo matrimo-
nio de lucando dimidiam dotis, intelligantur, eſſe
repetita in ſecundo; ita, quod habeant prodeſſe ſe-
cundo viro, licet non ſint facta, ſeu expreſſe repeti-
ta. Tertiò, poſito, quod non, an ſi probaretur,
quod vxor promiſerit ſecundo viro, de lucrando di-
midiam, vel aliam partem ſine conſenſu patris, va-
1 leat dicta promiſſio. † Circa primum dubium vi-
detur dicendum, quod dicta Domina Catharina
nupta in ſecundo matrimonio potuerit teſtari, quia
in teſtamentis mulierum nuptarum conficiendis
eſt data certa forma à ſtatuto Teruiſii, videlicet,
quod fiat teſtamentũ cum præſentia duorum pro-
ximorum vel propinquorum, vel per duos officia-
les D. Poteſtatis, quæ forma fuit obſeruata in dicto
teſtamento D. Catharinæ, quia patre & fratre no-
lentibus intereſſe, fuerunt adhibiti duo officiales,
ſecundum dictum ſtatutum; ergò videtur, quod
debeat valere, *vt cum l. hi, §. ſi prætor. ff. de tranſact. cum*
2 *ſimil.* † Item, quia videtur, quod cùm dos ſit patri-
monium filiæ, *vt l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor.* quod fi-
3 lia poſſit de ea teſtari, etiã de iure communi. † Sed
certe contrarium eſt verius de iure; nam dicta Dn.
Catharina erat tempore teſtamenti in poteſtate pa-
tris, licet eſſet maritata, ex quo non apparet, quod
fuerit emancipata, vel aliter effecta ſui iuris, *vt eſt*
text. & ibi gloſſ. in l. ſi vxor. C. de cond. inſertis, & Inſtitut.
4 *ad Tertull. §. 1. & ibi hoc etiam not. gloſſ.* † Sed filia, quę
eſt in poteſtate patris, non poteſt teſtari, etiam pa-
tre conſentiente, *vt eſt text. in l. qui in poteſtate, ff. de te-*
ſtam. & Inſtit. quibus non licet facere teſtamentum,
in princip. & eſt text. *in l. tam is, §. 1. ff. de donat. cauſa*
mortis, & in l. ſeruum, & ibi not. C. qui teſtam. facere poſ-
ſunt, cum ſimil. & iſtud nullam habet dubitationem;
ergò dictum teſtamentum facere non potuit dicta
domina Catharina. Item, licet in dicto teſtamen-
to ſit clauſula codicillaris, per quam videtur voluiſ-
ſe facere codicillos, & caſu, quo non valeret vt te-
ſtamentum, *vt l. conficiuntur, in princ. cum gloſſ. in verbo*
ſine teſtamento, tamen dicti codicilli non valerent,
5 nec valent, † quia ille, qui non poteſt de iure te-
ſtari, quia habet aliquod impedimentum iuris, non
poteſt codicillari, *vt eſt text. in d. l. conficiuntur, §. 1. ff.*
de iure codicillorum, ſed dicta domina Catharina de
iure teſtari non potuit, quia filiafamilias, vt dixi; er-
gò nec codicillari; & hoc tenet etiam gloſſ. *in dict. l.*
tam is, §. 1. quæ dicit, quod ſicut filiafamilias non po-
teſt teſtari, etiam patre conſentiente, ita nec poteſt
* codicillari, quæ opinio gloſſ. communiter * tene-
tur per Doctor. vbi dicit Bart. *per l. 2. ff. de legat. 1. licet*
Iac. Aret. vt refert Cyn. in l. ſeruum, C. qui teſtam. face. non
poſſunt, & in l. fin. C. de codicill. teneant contrarium, &
in caſu noſtro nulla in hoc eſt dubitatio, ex quo pa-
ter non conſenſit, quod dicta domina Catharina
6 non potuit teſtari, nec codicillari; † nec etiam
donare cauſa mortis, *vt l. tam is, §. 1. ff. de donat. cauſ.*
mort. & habetur, & not. in d. l. ſeruum, & in d. l. qui in po-
teſtate, cum ſimilib. & iſta ſunt veriſſima, & ſine du-
7 bitatione. † Sed duo circa hoc ſunt dubia princi-
paliter: vnum eſt, an ex eo, quod ipſa D. Catharina
habebat in bonis ſolummodo dotem, de ea teſtari
a potuerit, a & breuiter communis * opinio eſt,
* quod non, quia non reperitur iure cautum, quod
filiafamilias poſſit teſtari, etiam de dote ſua, ſicut
non poteſt de cæteris bonis, *argum. c. 2. ibi*, cum nun-
quam inueniatur cautum in iure, *extra ne ſede vacan-*
te, & l. præuaricationis, §. fin. ibi, quia neq; lege aliqua
8 de hac re cautum eſt. *ff. de præuaricat.* † & ideo ſtan-
dum eſt regulæ, quæ vult, quod non poſſit, *vt not. gl.*
in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. imo videtur eſſe cautũ
contrarium, ſcil. quod non poſſit, *vt l. pen. C. qui teſta.*
fac. poſſ. & iſtam opinionem, quod filia non poſſit te-
ſtari de dote, etiam patre conſentiente, tenet Bald.
in l. 2. C. de hered. act. & in l. ſeruum, C. qui teſtam. fac. poſſ.
& idem tenet Ang. & Paul. de Caſtr. in d. l. Seruum, & An-
gel. in l. pen. nemo, C. qui teſtam. fac. poſſ. & idem tenet Dn.
Paul. de Caſtr. in l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. & ita eſt
* communis * opinio Doctorum; & ita vidi aliàs
9 iudicari. † Secundum dubium eſt, an ſtante ſtatu-
to de ordine ſeruando in teſtamentis mulierum nu-
ptarum conficiendis, & eo obſeruato per dictam
dominam Catharinam dictum eius teſtamentum
valuerit; & dico breuiter, quod non, quia illud ſta-
tutum, dum loquitur de teſtamentis mulierum nu-
ptarum, debet intelligi de mulieribus ſui iuris, quę
10 ſunt habiles ad teſtandum, † quia ſtatutum regu-
lariter debet intelligi ſecundum ius commune, *vt l.*
2. C. de noxalibus, & ibi not. gloſſ. in l. fin. §. in computa-
tione, C. de iure deliberand. & ſic de perſonis habi-
11 libus, ſecundum ius commune, † quia ſtatutum
regulariter recipit reſtrictionem de habilitate per-
ſonarum, vt eſt caſus, cum gloſſ. & ibi per Do-
ctores *in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſiis, & in l. vt grada-*
tim, §. ſed ſi lege, ff. de munerib. & honoribus, & in l. 1.

§.1.ff.de conſtituta pecunia. Et hoc maxime verum eſt, quando diſpoſitio ſtatuti continet noui actus conceſſionem: *vt eſt notabilis doctrina Iacob. de Are. & Oldra. & Bartol. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui operis nuntiatione.* Sed in caſu noſtro diſpoſitiò dicti ſtatuti continet conceſſionem noui actus, ſcilicet, quod in teſtamentis mulierum requiratur pręſentia duorum; ergo, &c. Prætetea illud ſtatutum eſt inuentum ad reſtringendum ius commune, videlicet, quod vbi aliàs de iure communi mulieres nuptæ non filiæfamilias etiam habiles ad teſtandum, poſſent teſtari, ſine præſentia proximorum, &c. vult, quod vltra ius commune, addatur iſta ſolemnitas, & aliter teſtari non poſſint, ergo non debet intelligi, vt operetut extenſionem, vt etiam inhabiles filiæfamilias poſ-
12 ſint teſtari, † quia ſtatuta ad diminuendum non debent operari augmentum, *vt l. legata inutiliter. ff. de legat. primo, & de adimendis legatis.* & ſic producta ad vnum effectum, non debent operari contrarium, *vt in cap. cum ſpeciali. §. porro. & in capit. ad noſtram, extra de appellation. cum ſimilibus.* Vnde ex his conclndo, quod teſtamentum dictæ Dominæ Catharinæ quantumcunqne factum cum ſolemnitate dicti ſtatuti, non valuit, nec valet ipſo iure, nec tanquam teſtamentum, neq; tanquam codicilli, neq; tanquã donatio cauſa mortis, ex quo pater non conſentit. Et hæc
13 quantum ad primum dubiũ principale. † Circa ſecundum dubiũ principale, an pacta facta in primo matrimonio, de lucrando dimidiam dotis, intelligantur eſſe repetita in ſecundo, ita, quod habeant prodeſſe ſecundo viro, licet nõ ſit facta, ſeu expreſſe repetita; Et videtur, quod ſic vigore cuiuſdam ſtatuti Teruiſij de pactis dotalibus, in quo ita dicitur ad literam. Et ſi contigerit, mulierem exegiſſe dotem ab hęredibus mariti, & ipſam ſecundo nubere, quod pacta facta in primo matrimonio fieri debeant in ſecundo matrimonio, in quantitate dotis datæ; & vſque ad quantitatem dictæ dotis datæ primo marito; & ſi facta non forent, facta intelligantur, & illi, vel illis, qui in primo matrimonio ſtipulatus fuiſſet dotem, competat ius exigendæ dotis, dummodo non habeat plus, quod habere debeat in primo matrimonio, & ſecundum ſtipulationem primę dotis. Hæc ſunt verba ſtatuti, &c. quibus videtur, quod omnia pacta facta in primo matrimonio, intelligantur in ſecundo, etiam ſi non ſint facta. Sed in caſu noſtro in primo matrimonio D. Catharinæ fuit appoſitum pactum, quod ſi ipſa præmoreretur in matrimonio ſine liberis, quod maritus lucraretur dimidiam dotis, ergo iſtud pactum, licet non ſit appoſitum in ſecundo, debet haberi pro appoſito, vigore ſtatuti; & ſic videtur, quod iſte ſecundus vir debeat lucrari dimidiam dotis, pro quantitate eius dotis datæ primo, vigore ſtatuti; & ſic dimidiam quadringentorũ ducatorum, qui dati ſunt pro dote in primo matrimonio; & hoc eſt, quod facit dubitationem in iſto puncto. Sed contrarium credo, quod ſit verius; & conſidero, quod dictum ſtatutum habet duas partes principalitet, ſecunda pars incipit, ibi, & ſi contingetit mulierem, &c. Prima pars loquitur quando mulier eſt in primo matrimonio: & iſta continet tres partes: Nam in prima vult, quod omnia pacta dicta vel ſcripta in inſtrumentis factis occaſione dotis, ſcilicet, quod totum, vel aliqua pars debeat peruenire, vel reuerti in certis perſonis, vel proximioribus, valeant, proinde ac ſi ipſimet, de quibus fit mentio, ſpecialiter vel generaliter ſtipulati eſſent, & ſic vult iſta prima pars, quod promiſſio de dote valeat pro abſente, ac ſi eſſet pręſens; & ſtipulatus eſſet, vt tollatur dubitatio, an pro abſente poſſit quis ſtipulari, *iuxta not. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri. ff. de verbor. obligat. & Inſtit. eod. titul. §. ſi quis alii,* & vult, quod in dote valeat pactum, ac ſi eſſet præſens ille, pro quo pactum eſt interpoſitum. Et iſte non eſt caſus noſter, tum quia non ſumus in primo matrimonio, ſicut loquitur ibi: tum etiam, quia loquitur quando eſt pactum dictum, vel ſcriptum in ſecundo matrimonio, ſed in caſu noſtro nullum pactum eſt dictum, vel ſcriptum, vt mihi aſſeritur in facto; ergo, &c. Et iſta prima pars nihil ad propoſitum. In ſecunda parte primæ loquitur ſtatutum de ſecunda parte rubricæ, ſcilicet de bonis paraphernalibus, de quibus vult, quod maritus conſtante matrimonio habeat fructus, ſicut fructus rei dotalis, vt tollatur dubitatio: *quam ponit Bartol. & Doct. in l. fin. maritus. ff. ad leg. Falcid. & per Doct. in l. fin. C. de pactis conuentis.* & iſte etiam non eſt caſus noſter. In tertia parte ponitur, quod pacta facta per mulierem dotatam nullo modo poſſint reuocari, nec in præiudicium illius, qui ſtipulatus fuerit dotem, aliquid per dictam mulierem fieri, & ſi factum fuerit, non valeat. Et iſta etiam pars non loquitur in caſu noſtro, quia ibi loquitur dum mulier eſt in primo matrimonio, & nos ſumus in ſecundo. Item ibi loquitur de pacto facto in præiudicium illius, qui ſtipulatus eſt dotem in primo matrimonio, ſed hic ſecundus maritus, poſito, quod teſtamentum non valeat, vt dixi ſupra in primo dubio, non quærit tollere pacta facta in primo matrimonio, quæ ſunt, vt ſi moriatur Domina Catharina in primo matrimonio ſine liberis, maritus lucretur dimidiam, & alia dimidia reſtituatur proximioribus ipſius Dominæ Catharinæ, quia iſte caſus non euenit, quod ipſa Domina Catharina præmortua ſit in primo matrimonio ſine liberis, imo præmortuus eſt maritus, vnde ille caſus non euenit, Præterea non quærit tollere dimidiam, quæ deberetur illo caſu proximioribus ipſius D. Catharinæ; quia ipſe maritus quætit habere niſi dimidiam, & aliam reſtituere, poſito, quod teſtamentum non valeret, ita quod iſta tertia pars ſtatuti non loquitur in caſu noſtro, de quo quæritur. Et ſic tota prima pars principalis, quæ continet tres partes, non attingit caſum noſtrum. Secunda pars principalis dicti ſtatuti, quæ incipit, ibi, & ſi contigerit mulierem, &c. vult, quod ſi contigerit, mulierem exigiſſe dotem ab hæredibus mariti, & ipſam ſecundo nubere, quod pacta facta in primo matrimonio fieri debeant in ſecundo matrimonio, in quantitate dotis datæ, & vſque ad quantitatem dotis datæ primo marito, & ſi facta non forent, facta intelligantur, & illi, vel illis, qui in primo matrimonio ſtipulatus fuerit dotem, competat ius exigendæ dotis, quemadmo-

admodum ipſemet dotẽ ſtipulatus fuiſſet, ſecundũ pacta primę dotis, &c. Et iſta ſecunda pars principalis videtur facere dubiũ, quia videtur velle quod pacta in primo matrimoniu debeant fieri in ſecundo matrimonio, & ſi facta non forent, facta intelligantur, & ſic videtur velle tollere dubitationẽ; An mulier ſecundo loco nubens videatur dediſſe omnia bona ſua in dotem ſecundo viro cum illis pactis de luctandu, quæ erant in primo matrimonio, *iuxta not. in l. mulier bona. ff. de iur. dot.* & per Bar. in ſua diſputatio. quæ incipit; mulier habens amplum patrimoniũ & videtur dicere, quod ſic; & ſecundũ iſtum intellectum videtur velle ſtatutum, quod intelligatur dediſſe ſecundo viro nou omnia bona ſua; & ſic ſexcentos ducatos in caſu noſtro; ſed ſolum vſque ad quantitatem dotis primæ, & ſic quadringentos ducatos, & ſic maritus iſte ſecundus deberer lucrari dimidiam dictæ dotis primæ, & ſic ducentos ducatos, ſicut debuiſſet lucrari primus vir, ſi vxor fuiſſet mortua in primo matrimotio. Sed iſte intellectus non videtur fuiſſe ſtatuentiũ; nam ſtatuentes videntur voluiſſe, quod pacta facta in primo matrimonio, ſcilicet in fauorem patris, vel alterius dotantis, non in fauorem mariti; debeant fieri in ſecundo; & ſi factanũ eſſent, facta intelligantur vſque ad quantitatem dotis primę; nam de marito futuro non erat neceſſe prouiſionẽ facere, ex quo ipſemet ſtipulari, & paciſci poterat, capiendo vxorem, quæ habuit alium virum, & ſibi prouidere in plus, & minus, iuxta voluntatem eius, & vxoris, in caſu quo vxor præmoreretur ſibi in matrimonio ſine liberis, & maxime, quia ſtamtum loquitur in caſu, quo mulier
14 exegiſſet dotem ab hæredibus primi viri, † quia regulariter prouiſio legis non vult tollere prouiſionem hominis, *vt l. maritus, C. de procur. coniuncta l. fin. & quod ibi not. C. de pact. conuent.* Sed bene fuit neceſſe prouidere in fauorem patris, vel alterius dotantis, qui ſtipulatus fuerat, ad ipſum dotem reuerti in totum, vel in parte ſoluto matrimonio per mortem mulieris, nam mortua filia in matrimonio primo pater dotans ſi ſtipulatus fuiſſet dotem ſibi reddi pro dimidia, ſicut fuit in caſu noſtro, lucratus fuiſſet dimidiam, vult quod filia præmortuo primo viro, ſi nubat ſecundo, & exigat dutẽ à primo viro, eodẽ modo debeat lucrari dimidiam; & ſit eiuſdem conditionis in ſecundo matrimonio, ſicut fuiſſet in primo, & fuit neceſſarium hoc prouidere, vt dixi, patri vel alteri dotanti, & non viro ſecundo; quia vir ſecundus poteſt ſibi prouidere paciſcendo, quando capit vxorem; ſed non ſemper pater vel alius dans dotem pro muliere, & paciſcens in primo matrimonio, poteſt paciſci in ſecundo: quia ſi mulier vellet recipere virum ſecundum, patre ignorante, vel eo non conſentiente, ſicut dicitur fuiſſe in caſu noſtro, & non apponere dictum pactum, quod dos reuertatur ad patrem: Statutum voluit prouidere ne filia, vel alia omitteret in ſecundo matrimonio illa pacta, quæ erant in primo in fauorem dotantis;
15 † quia ſicut Imperator prouidet filiæ dotatæ in primo matrimonio, vt mortuo viro teneatur pater vſq; ad eandem quantitatem dotis dotare filiam in ſecundo matrimonio, ſi facultates patris patiantur,
b *vt eſt text. in auth. ſed quamuis,* b *C. de rei vxor. actio.* Ita ſtatutum prædictum voluit prouidere è conuerſo patri dotanti, vt ſicut in dotando in primo matrimonio, appoſuit pactum, quod dos reuertatur ad ipſum pro dimidia, vel alia parte præmortuo primo viro: ita etiam debeat reuerti ſi pręmoriatur vxor in ſecundo matrimonio, ex quo ſemper ſibi prouideri non puſſet; ſicut præciſe fuit in caſu noſtro; quia iſta d. Catharina nupſit ſecundo, patre non conſentiente, & inſtituit maritum in ſolidum; nam ſtatutũ non vult, etiam ſi conſtituiſſet dotẽ ſecundo viro, & feciſſet ei pactum de lucrando totam dotem; quod tamen non fecit, non valuiſſet dictum pactum, nec etiam teſtamentum, in quo inſtituit dictum virum ſuum hæredem vniuerſalem, etiamſi fuiſſet emancipata; quia ſaltem hoc caſu dimidia remaneret ipſi patri; & hoc eſt, quod dicit ſtatutum prædictum in fine, quod illi, vel illis qui in primo matrimonio ſtipulatus fuerit competat ius dotis exigendæ quemadmodum ipſemet dotem ſtipulatus fuiſſet, ſecundum pacta primæ dotis, ex quo ſtatuto oritur actio ex ſtipulatiune à iure municipali, etiam vbi ſtipulalatio non eſſet interpoſita, ſicut oritur mulieri pro dote *vt l. 1. §. 1. C. de rei vxor. actio.* & ſubditur in fine ſtatuti; dummodo pater, vel alius dotans non habeat plus quam habere debeat in primo matrimonio, & ſecundum ſtipulationẽ primę dotis: Sicut dicitur è contra *in d. auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. actio.* quod vſque ad menſuram primæ dotis pater tenetur dare dotem filiæ in ſecundo matrimonio, nam ſicut ibi Imperator voluit pruuidere filiæ in ſecundo matrimotio pro dote, ſic etiam voluit ſtatutum prouidere dotanti, vt in ſecundo matrimotio ſeruẽtur, vel proſint ſibi pacta, ſicut profuiſſent, & ſeruarentur, in primo. Et iſta videtur mihi, quod fuerit intentio ſtatuti, ſcilicet prouidere patri, vel alteri dotanti; qui aliquandu ſibi non poſſet prouidere, quando filia nuberet in ſecundo matrimonio patre ignorante vel contradicente, ſicut fuit in caſu noſtro, & non prouidere marito ſecundo; qui accipiendo vxorem poteſt ſemper ſibi prouidere paciſcendo vt dixi.
16 † Præterea, & ſecundo, quod iſta ſit intentio ſtatuti apparet, quia ſtatutum dicit, quod pacta facta in primo matrimonio debeant fieri in ſecundo, vel ſi non ſunt facta, intelligantur; ſi enim intelligerentur de pactis quantum ad beneficium ſecundi viri; ſequeretur vnum abſurdum; & inconueniens contra *l. nam abſurdum, ff. de bonis liber. cum ſimilibus,* videlicet, quod maritus ſecundus nõ poſſet paciſci de lucrando plus, vel minus, quam fuiſſet pactum in pri-
17 mo matrimonio, † quia dicit, fieri debeant, quod importat neceſſitatem, *vt l. debet, ff. de adil. edict. cum ſimil.* quod eſt falſum; pone enim, quod in primo matrimonio fuiſſet pactum factum, quod maritus primus lucretur totam dotẽ; de conſenſu mulieris, & patris dotantis, dicemus ne, quod ſecundo viro non poſſit facere pactum, quod ipſe lucretur niſi dimi-
18 diam vel quartam? certe non, † quia quilibet poteſt renuntiare iuri & fauori ſuo, *vt l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis, & c. ad apoſtolicam, extra de regularibus.*

Sed

Sed ſtatutũ non vult, quod poſſit, quia dicit fieri de-
beant in ſecundo, quod verbum debeant, importat
neceſſitatẽ, vt dixi, ergo, vt illud verbũ ſtet proprie,
intelligendum eſt, quod ſtatuentes voluerint con-
ſeruare iura, & pacta primi dotantis, quibus potuiſ-
19 ſet per filiam derogari in ſecundo matrimonio; †
quia pacta poſita in primo matrimonio non cenſe-
rentur repetita in ſecundo niſi exprimerentur, *arg.*
20 *l. item quia, §. qui impleto. ff. locat.* † Præterea, & Ter-
tio hoc etiam apparere poteſt alia ratione, quia in
verſ. præcedenti, ibi, & per mulierem dotatam,
vult ſtatutum, quod ſtante primo matrimonio, mu-
lier non poſſit reuocare pacta facta in primo matri-
monio ſcilicet in fauorem dotantis, vt ibi, dicitur,
& ſupra dixi, poſtea continuando, ſequitur in verſ.
Et ſi contigerit, in quo loquitur continuando,
quando mulier eſt in ſecundo matrimonio, & vult,
quod pacta facta in primo matrimonio valeant in
ſecundo. Et ſic vult ibi, quod ſicut in primo matri-
monio, in quo facta ſunt pacta nnn poſſint reuoca-
ri in damnum dotantis, ita etiam in ſecundo matri-
monio, vbi non ſunt facta, habeantur pro factis, ad
hoc vt in omni caſu prouideatur patri, vel alteri do-
21 tanti. † Præterea, & quarto, quod iſte ſit intelle-
ctus illius ſtatuti videlicet, quod illa verba, quod o-
mnia pacta facta in primo matrimonio non intelli-
gantur generalia, ſed ſolum quantum ad patrem,
vel alium dotantem mulierem, patet, quia ſi intelle-
xiſſet generaliter, tam de pactis pro dotante, quam
pro marito, vel nihil amplius dixiſſet, vel conclu-
dendo repetiiſſet, tam de marito, quam de dotante:
ſed hoc non fecit, imo concluſit ſolum de dotan-
te, dum dicit, quod illi, vel illis, qui in primo matri-
monio ſtipulatus fuerit dotem, competat ius exi-
gendæ dotis; ex qua concluſione apparet, quod ver-
ba præcedentia intelliguntur in eo caſu, in quo cõ-
22 cluditur ſcilicet in dotante, † quia ex concluſione
colligitur, & comprehenditur, quod narratum eſt,
& narratio intelligitur ſecundum concluſionem, vt
not. Innoc. & Doct. *in cap. ſuper literis, extra de reſcri-*
23 *ptis, & per Bald. & Doct. in l. edita, C. de edendo.* † Præ-
terea, & quinto; quod dictum ſtatutum nolit in ali-
qua ſui parte, quod maritus lucretur dimidiam, vel
aliquam partem in ſecundo matrimonio, vel primo
probatur, ex quo hoc expreſſe promiſſum non re-
peritur, bene enim ſciuiſſent dicere ſtatuentes faci-
liter, ſi voluiſſent, quod maritus lucretur dimidiam
24 dotis; ſicut habetur in multis locis per Italiam, †
cum ergo hoc non dixeriot nec nos dicere debe-
mus, *arg. l. vnica. §. ſi autem à deficientis*, ibi, nam ſi con-
trarium volebat, nulla erat difficultas exponere, *&*
arg. cap. ad audientiam in fin. extra de decimis, & l. ſi ſer-
25 *uum, §. non dixit prætor, ff. de acq. hæred. cum ſimilibus.* †
Præterea, & ſexto hoc probatur alia ratione; nam
inconueniens eſſet quod ſtatutum voluiſſet proui-
dere, quod maritus in matrimonio ſecundo lucra-
retur dotem, vel partem dotis, vbi non eſt facta ali-
qua promiſſio, & quod vxor in ſecundo matrimo-
nio cogeretur promittere, de lucrando; dum ſtatu-
tum dicit fieri debeant; Et in primo matrimonio nõ
prouideret, quod maritus aliquid lucretur, niſi per
pactum expreſſe eſſet conuentum; & ſic, quod vo-
luiſſet cogere patrem, vel alium dotantem mulierẽ,
quod vir ſecundus lucraretur omnino partem do-
tis, etiam contra voluntatem dotantis, & maritus
primus nihil lucraretur, niſi per dotantem eſſet ex-
26 preſſe promiſſum, quod nõ eſt conueniens, † ma-
xime cum primum matrimonium ſit magis fauora-
bile, quam ſecundum, *vt l. 1. & per totum. C. de ſecund.*
27 *nupt.* † Præterea, & ſeptimo adducitur ad hoc alia
ratio vrgens, nam ſequeretur iſtud inconueniens,
quod ſi mulier haberet filios ex primo matrimonio
& feciſſet pactum cum primo viro de lucrando di-
midiam dotis, quod ſi moreretur in ſecundo; quod
deberet lucrari dimidiam, quod eſſet abſurdum, vi-
delicet, quod ſtatuentes voluiſſent magis diligere
ſecundum virum, quam filios primi matrimonii,
quod eſt contra *l. hac edictali prin. cum ibi not. C. de ſe-*
28 *cund. nupt.* † Præterea, & octauo ſubeſt alia ratio,
quia non eſt veriſimile, quod ſtatuentes voluerint,
quod ſecundus vir ſit in lucro dotis æqualis ſemper
primo viro, quia poteſt eſſe, quod pater dotans fili-
am in primo matrimonio appoſuerit pactum, quod
vir lucretur dimidiam dotis propter optimam con-
ditionem mariti, & quia etiam forte maritus, non
accepiſſet filiam, niſi cum illa conditione, & in ſe-
cundo matrimonio non feciſſet illud pactum, quia
ſecũdus vir nõ eſſet ita bonæ conditionis, ſicut præ-
ciſe dicitur eſſe in caſu noſtro, quia primus vir erat
nobilis, & optimæ conditionis, & familiæ, cui bene
conueniebat pactum, quod præmortua vxore ſine
liberis in matrimonio maritus lucraretur dimi-
diam dotis, & iſte ſecũdus vir eſt ſtipendiarius pau-
per, & filia accepit ipſum in virum ſuum contra vo-
luntatem patris, & ſuorum, vnde nulla ſubeſt ratio
vel æquitas, quod ſtatuentes voluerint, quod vbi
pactum non eſt appoſitum, lucrari debeat dimi-
diã dotis, ad ſimilitudinem primi mariti, *argum.*
29 *l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contra tabul.* † & interpre-
tationes legum naturalibus conuenire debent, *vt*
l. confeſſionibus, in princ. ff. de interrogat. actio. & not. Bald.
in l. 1. C. de ſeruis fugit. & tales interpretationes, quæ
ſunt de iure naturali, habent etiam locum in ſtatu-
tis ſecundum Bald. *in l. quicunque in 4. colu. C. de ſeruis*
30 *fugit.* † *Imo plus dixit Dyn. in l. ſi dolo. ff. ſi quis omiſſ.*
cau. teſtam. quod verba debent interpretari ſecundũ
naturalem curſum, & votum parentum, ſed inter-
pretari aliter, quam ſupra dixi; eſſet contra natura-
lem æquitatem, & contra votum parẽtum, ergo ta-
31 lis interpretatio non eſſet admittenda. † Præter-
ea, & nono hoc probatur alia ratione, nam pacta,
quæ fiunt cum maritis, non ſunt æqualia, quia ſi
nobilis accipit ignobilẽ, non dat ſibi dotẽ, vel par-
uam, imo matrius quandoque in recompenſatio-
nem nobilitatis, eam dotat, & è cõtra ſi maritus eſt
nobilis, & mulier ignobilis, mulier dat ſibi magnam
dotem, & facit meliora pacta, *vt eſt text. cum gloſſ.*
notabili, in l. ſi voluntate. & ibi, not. C. de dotis pro-
miſſione, quæ ergo eſſet ratio, vel æquitas, quod ſta-
tuẽtes voluiſſent, quod ſi pater dotãs filiã vni nobi-
li, dedit dotẽ cum promiſſione de lucro dotis, quod
eadẽ promiſſio cenſeretur eſſe facta ſecundo viro i-
gnobili & pauperi, cui filia nupſiſſet præter, & cõtra
voluntatẽ, & honorẽ patris, & totius familiæ ſuæ?

certe

certe iſta eſſet ſumma iniquitas, & ideo ſtatuentes
32 non præſumuntor hoc voluiſſe, † quia ſi fuiſſent interrogati de tali caſu veriſimiliter noluiſſent ipſum lucrari, ergo nec nos dicere debemus, *vt dicit glo. ſingularis in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactu*. Imo ſi ſtatuentes hoc voluiſſeot, cum hoc eſſet iniquum, non
33 putuiſſent, † quia ex generali licentia ſtatuendi, ſeu ſtatura faciendi, non videtur dari poteſtas ſtatuendi leges iniquas, *vt dicit notabiliter Bald. in l. vnica in princip. C. de monopoliis, & in l. milites circa fin. C. de te-*
34 *ſtamento militis*. † Poſtremo, & decimo hoc etiam probatur ratione inconuincibili, quia, vt mihi aſſeritur in facto, bis iſte caſus fuit de facto in ciuitate Teruiſii, & bis fuit pro iſta parte iudicatum, ergo ab iſto intellectu ſeu interpretatione non eſt receden-
35 dum, † quia ſi de interpretatione legis communis, vel municipalis quæritur, in primis inſpiciendum eſt quo iure ciuitas retro in eiſdem caſibus vſa fuit, optima enim eſt legum interpres conſuetudo, *vt dicit Iuriſconſultus in l. ſi de interpretatione. ff. de legibus*, nam in ambiguitatibus, quę ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuo ſimiliter iodicatarum vicem legis obtinere debere manifeſtum eſt, *vt eſt text. in l. nam & Imperator, ff. de legib. & pro hoc, quod not. in l. de qnibus, eod. tit.* Ex quibus omnibus concludo, quod prædictum ſtatutũ, dum dicit, quod pacta facta in primo matrimonio, &c. debet intelligi de illis pactis, quę ſunt facta in fauorem patris, vel alterius dotantis, & non in fauorem mariti primi, vt debeant fieri in fauotem mariti ſecundi, vel haberentur pro factis. Et ſic, quod maritus dictę D. Catharinæ, non debet lucrari dimidiam, vel aliquam partẽ dictæ dotis, vigore dicti ſtatuti, vbi nulla promiſſio ſibi ſit facta de lucrando. Circa tertiũ & vltimum dubium principale, poſito, quod probaretur, quod vxor promiſerit ſecundo viro de lucrando dimidiam, vel aliam partem ſine conſenſu patris, valeat dicta promiſſio, ſi eſſemus de iure cõmuni, non eſſet magna dubitatio. Sed dicitur mihi, quod eſt ſtatutum in ciuitate Teruiſina, qood non poteſt mulier conſtante matrimonio alienare, vel ſe obligare, ſine conſenſu duorũ vel trium agnatorum: Si iſtud eſſet, non valeret dicta promiſſio niſi ſeruata dicta ſolemnitate, *vt l. cum hi, §. ſi prætor ff. de tranſact.* Et quia dictum ſtatutũ non vidi aliter, non inſiſto circa hoc.

Annotationes.

a Teſtari potuerit] *Filiamfamilias etiam patre conſentiente teſtari non poſſe etiam de dote, tradit etiam Alex. in conſ. 17. nu. 1. vol. 2. & in l. ſenium nu. 3. C. qui teſtam.*
* *face. poſſ. vbi de communi * opinione atteſtatur, & docent omnes in d. l. ſenium, vbi Riminal. num. 3. Ioan. Dilect. in tracta de arte teſtandi, titul. 1. cautela. 1. Iulius Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 18. verſ. ſecundo adde, & Viuim receptarum ſententiarum lib. 1. in verbo, filiusfamilias, nume. 4. an vero poſſit eam donare cauſa mortis patre pariter conſentiente, ſcribit egregie Craue. in conſ. 39. & conſ. 92. per totum, & Didac. Conarruuias in rubr. de teſtamentis in 3. part. nu. 7. 8. & 9.*

b Auth. ſed quamuis] *Ad hunc textum cum materia videatur Dec. in conſ. 35. per totum, Ripa in l. prima, num. 61. & ſequenti. ff. ſoluto matrimon. Crot. in l. ſi conſtante, in 2. repeti. num. 13. ff. eod. tit. Soc. iun. in conſ. 43. num. 19. vol. 1. & Tiraqnel. in tracta. de retractu conuentionali, in fine illius tituli, num. 35. & Deſiderius Guido inter conſilia diuerſorum vltimarum voluntatum, in conſ. 170. num. 36. cum multis ſeqq. vol. 1.*

CONSIL. XL.

ARGVMENTVM.

An l. quoties, C. de rei vendicatione locum habeat in contractu libellario, ſeu emphyteutico.

Item an locum habeat in Eccleſia, &c.

An ſi Eccleſia, duos diuerſo tempore de eadem re inueſtiuerit, ac primo poſſeſſionem tradiderit, & ille mortuus fuerit vel renuntiauerit, poſſit à ſecundo inueſtito rem vendicare, & ſecundæ inueſtituræ contrauenire.

SVMMARIA.

1 *Intellectus l. quoties, C. de rei vendicatione.*
Si res non traditur emptori, vendens adhuc dominus remanet.
2 *Dominium per ſolum titulum abſque traditione non transfertur, & nu. 18.*
3 *Naturale eſt, vt habens fortiora iura præualere debeat.*
4 *An l. quoties, C. de rei vendicatione locum habeat in contractu libellario ſeu emphyteutico, & nu. 12.*
An per ſimplicem contractum libellarium, ſeu emphyteuticum & per inueſtituram cum annulo factam abſque alia traditione poſſeſſio, & dominium in emphyteutam tranſeat, & nu. 6. 17. & 22.
5 *Quando adſunt iura, quæ procedunt ex titulo, & poſſeſſione ſimul iunctis, tunc ille eſt potior, in cuius perſona prius eorum concurſus reperitur.*
7 *Emphyteuta conducenti fundum libellarium datur actio in rem, & quomodo id intelligatur, nu. 24.*
8 *Vaſallus poſtquam eſt de feudo inueſtitus, poteſt tanquam dominus ab omni poſſeſſione quaſi vendicare, & nume. 25.*
9 *Inueſtitura eſt ſignum traditæ poſſeſſionis, & quomodo, num. 27.*
10 *Quotieſcunque per inueſtituram ſimplicem, & abuſiuam acquiritur ius in re, etiamſi rei poſſeſſio non tradatur, attamen inueſtitura de eadem re facta ſine conſenſu primi inueſtiti, penitus eſt nulla, & num. 28. & 29.*
11 *Si dominus aliquẽ de feudo inueſtiuit, licet poſtea ipſum pœniteat, cogitur tamen poſſeſſionem vaſallo tradere.*
13 *In contractu venditionis res, & pretium requiritur.*
14 *Clauium traditio operatur poſſeſſionis tranſlationem.*
15 *Per venditorem dominium pleno iure in emptorẽ transfertur, & nil remanet penes venditorem.*
16 *In contractu emphyteutico ſolum dominium vtile trãſfertur, & nu. 19.*
20 *Emphyteuta & ſuperficiarius æquiparantur in hoc, quod eis datur vtilis rei vendicatio, & nu. 24.*

21 Su-

rie, & in cap. 1. qui ſucceſſores teneantur, & propterea di-
citur in cap. ſi facta, in titulo ſi de feudo fuerit controuerſia;
11 † quod ſi Dominus aliqnem inueſtiuit de feudo,
licet poſtea ipſum pœniteat, tamen cogitur tradere
12 poſſeſſionem vaſallo; † Vnde ex his videtur, qnod
dict. l. quoties, C. de rei vend. non habeat locum in con-
tractu libellario, ſeu emphytentico, vel fendali. Et
ratio diuerſitatis poteſt conſiderari, quia per ſim-
plicem contractum venditionis, non ſecuta tradi-
tione poſſeſſionis veræ vel fictæ emptor non eſt fa-
ctus Dominus rei emptæ. l. traditionibus, C. de pactis;
Sed ſecus videtur in contractu emphyteutico, vel
feudali, quia per inueſtituram ſolum efficitur em-
phyteuta vtilis Dominus, & ſibi competit vtilis rei
vendicatio, vt dixi, ideo primus inueſtitus debet di-
13 ci potior in iure. † Item quia in contractu vendi-
tionis requiritur res, & pretium. l. 1. ff. de contrahen.
empt. & in §. cum autem, Inſtit. de contrah. empt. In con-
tractu vero emphyteutico vltra iſta requiritur in-
ueſtitura: ideo cum hæc ſit quædam ſolemnitas de-
bet aliquid operari. l. ſi quando, ff. de leg. 1. & cap. ſi Pa-
pa. de priuileg. libr. 6. & per conſeqnens operari vtilis
14 dominij translationem, † & ſicut clauium tradi-
tio operatur poſſeſſionis translationem, ita & ipſa
inueſtitura quæ fit per titulum debet operari do-
minij translationem. Item, quia in contractu ven-
ditionis agitur de maiori præiudicio, quam in con-
tractu emphyteutico, vel feudali, merito fuit intro-
ductnm; quod per ſolum titulum ſine poſſeſſione
non tranſeat dominiũ, vt d. l. traditionibus, ff. de pactis,
15 † nam per venditionem transfertur dominium
pleno iure in emptorem, & nihil remanet penes
venditorem, vt in §. venditæ, Inſtit. de rerum diuiſ. ideo
requiritur vera traditio, ſeu ficta; vt ibi not. non ſic
16 in contractu emphyteutico, vel feudali; † quia per
ipſum transfertur ſolum dumitium vtile, & apud
Dominium remanet dominium directum, vt not. in
l. ſicut certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati, & in c.
cum Bertoldus, extra de re iud. Ideo videtur, quod ſuffi-
ciat ſulus titulus cum inueſtitura ad transferendum
17 dominium. † Et ex iſtis videtur prima facie con-
cludendum, quod per ſolam inueſtituram factam
de iure emphyteutico transferatur dominium in i-
pſum emphyteutam, & per conſequens ſi Domi-
nus iterum inueſtit alium, & ei ſecundo tradat poſ-
ſeſſionẽ, quod nihilominus primus ſit porior tan-
quam factus prius Dominus: & ſic non habet lo-
cum, d. l. quoties. C. de rei vend. In contrarium eſt ipſa
veritas, videlicet, quod per ſolum contractum li-
bellarium cum inueſtitura non tranſeat poſſeſſio,
c c neque dominium, quod ſic probatur; primo.
18 † Regulariter per ſolum titulum venditionis, vel
alterius contractus, non transfertur poſſeſſio, neq;
dominium, per l. traditionibus, C. de pactis. & l. ſi ex ſti-
pulatione. ff. de acquir. poſſeſſ. & iſta regula fallit in qui-
buſdam caſibns, qui enumerantur ibi, per gl. & in l. 3.
in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. & Inſtit. de rerum diuiſ. §. ven-
dita. ſed iſte caſus de libello, ſeu emphyteuſi non eſt
de illis; ergo remanet ſub regula, arg. gl. Inſtit. de actio.
19 §. actionum, & in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur. † Se-
cundo quia non reperitur iure cautum, quod per
ſolum contractum emphyteuticum, abſq; alia tra-
ditione transferatur dominium vtile in emphyteu-
tam; ergo ſtandum eſt regulæ prædictæ, quod non
tranſeat, arg. l. 3. §. fin. ibi, quia neque lege aliqua de
hac re cautum eſt. ff. de præuaricatoribus. Tertio, quia
20 reperitur contrarium; † nam emphyteuta, & ſu-
perficiarius æquiparantur in hoc, quia datur eis v-
tilis rei vendicatio l. ſuperficiario, cum l. ſeq. ff. de rei ven.
21 & l. 1. §. fin. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. † & in ſu-
perficiario intelligitur poſt traditionem, quia ante
traditionem non competit, vt l. 1. §. 1. & ibi glo. in ver-
bo actiones, ff. de ſuperficiebus, quæ notabiliter dicit,
quod ſuperficiario non acta traditione, non com-
petit dicta actio in rem vtilis, ergo idem eſt dicen-
dum in emphyteuta, qui quantum ad dominij vtilis
translationem ſuperficiario æquiparauit, vt dixi.
22 † Quarto, quia per ſolam ſimplicem inueſtituram
factam per annulum non transfertur poſſeſſio, niſi
corporaliter in poſſeſſionem mittatur, vel interue-
nerit aliqnis actus verus, vel fictus, ad dominij trãſ-
lationem, vt in cap. ex ore, extra de his, quæ fiunt à maiori
parte capit. & ibi not. per gl. 1. & Doct. & idem not. glo. in c.
per tuas, extra de donat. & in cap. pro illorum, in verbo in-
ueſtiuit, extra de præbendis. & in cap. auctoritate, extra de
inſtitutionibus: & notat. per Doctor. in dictis iuribus, &
in cap. ex literis, extra de conſuetudine, & eſt caſus, vbi hoc
probatur in capit. 1. §. fin. in titul. de noua forma fidelita-
tis in vſibus feudorum, & ita tenet ibi Bald. & probatur
in cap. ſi facta. & ibi hoc notat. D. Iacob de Aluarot. in titul.
ſi de feudo fuerit controuerſia. & idem tenet Iacob. de Ra.
in ſua ſumma, quot modis feudum amittatur. vbi dicit,
quud per inueſtituram verbalem, puta baculi por-
rectionem, quæ abuſiua inueſtitura dicitur ante
traditam poſſeſſionem, nõ dicitur inueſtitus habe-
re ius in re, ſed ad rem, quia minus eſt inueſtituram
facere, quam in poſſeſſionem mittere, vt dict. capit.
ex ore. & dict. cap. per tuas, & idem tenet Odofred. in ſua
ſumma, in rubrica quomodo acquiratur nouum feudum.
& Iacobus Artizoni de Broilo de Verona in ſua ſumma e-
leganti, in rubrica, quando poſſeſſio, vel ius acquiratur in
feudo, & idem ſequitur Bald. in d. c. 1. §. fin. in titul. de noua
forma fidelitatis. & in c. 1. in prin. in tit. quid ſit inueſtitu-
23 ra: Dicens, † quud duplex eſt inueſtitura, vna ſci-
licet abuſiua, quæ non ſubſiſtit in ſubſtantia poſſeſ-
ſionis, ſed in quodam præambulo, ſiue ſigno: nam,
vt eleganter ait Innoc. per talem inueſtituram, et-
iamſi poſſeſſor velit transferre poſſeſſionem, ta-
men non transfert eam, vt not. Ioan. Andr. in d. c. ex
ore. in nouella, & in d. c. auctoritate, & in c. cum M. Ferra-
rienſis, circa fin. extra de conſtit. Alia eſt inueſtitura, per
quam quis mittitur in poſſeſſionem, & iſta eſt pro-
pria, & vera inueſtitura, vt habetnr in dict. c. 1. in prin-
cip. in titul. quid ſit inueſtitura, & ideo dixit Bald. nota-
biliter in dict. cap. 1. §. fin. in princ. quod proprie ſumen-
do inueſtituram accipitur pro perfecta inueſtitura,
ſcilicet poſſeſſione tradita, & ex his apparet, quod
per ſolam inueſtituram factam per annulum ſicut
fuit in caſu noſtro non transfertur poſſeſſio, neque
domininm, ſi non interuenit traditio corporalis.
Quinto in terminis noſtris eſt gloſſ. ordinaria, quæ
decidit hanc quæſtionem, in cap. ſi facta, in gloſſ. 1. in
fin. in tit. ſi de feudo fuerit controuerſia, quæ dicit ſingu-
lariter, quod ſi Dominus vnum inueſtiuit de feudo,

P poſtea

poſtea inueſtiuit aliú de eodem feudo, & ei ſecun-
do poſſeſſionem tradidit, antequam ipſi primo;ille
tenetur ad intereſſe, & ſecundus eſt potior, ſicut ſi
rem vendidiſſet duobus. Ecce ergo quod ibi decidi-
tur quæſtio noſtra: Arguendo de feudo ad emphy-
teuſim, quia gl. ibi arguit de venditione facta duo-
bus ad inueſtituram factam duobus per Dominum
diuerſo tempore, & illam gl. ſequitur ibi D. Iac. de
Aluarotis dicens, quod eam ſequũtur etiam Doct.
per l. quoties. C. de rei vend. & iſtud eſt ipſa veritas, vt
24 patet ex prædictis. † Nec obſtant prædictæ deci-
ſioni, quæ dixi ſupra pro prima parte. Et primo non
obſtat, *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectigalis, vel em-
phyt. pet. & l. ſuperficiario, cum l. ſeq. ff. de rei vend.* in qui-
bus dicitur, quod emphyteutæ & ſuperficiario da-
tur vtilis rei vendicatio, quia debẽt intelligi, quan-
do vltra titulum inueſtituræ interuenit traditio, vel
aliquis actus verus, vel fictus habilis ad translatio-
nem dominij, de quibus habetur, *vt gl. in l. 3. in princ.*
25 *ff. de acquir. poſſeſſ.* † Item non obſtat, *cap. 1. §. rei au-
tem, in tit. de inueſtitura de re aliena facta*, vbi dicitur,
quod rei per beneficium recte inueſtitæ vaſallus
habet vtilem rei vendicationem, quia intelligitur
de inueſtitura per quam transfertur poſſeſſio, non
de abuſiua, per quam poſſeſſio non transfertur, ne-
que dominium, vt dixi plene ſupra in quarto argu-
26 men. pro ſecunda parte. & eſt ratio, † quia in du-
bio verba legis intelliguntur vere, & proprie, non
improprie *l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. & intelligun-
tur in potiori ſignificatu. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager
vectigalis, vel emphyt. peta. & l. quæritur hermaphoditus.
ff. de ſtatu homin. cum ſimilib.* Et eodem modo ego re-
ſpondeo ad gloſſ. *in cap. 1. in tit. de controuerſia inter
vaſallum, & Dominum de beneficio*, quæ dicit, quod
ſtatim, quod vaſallus eſt inueſtitus recte de aliquo
beneficio, competit ſibi rei vendicatio, *quia illa gloſ.
ponit in effectu verba textus, in d. c. 1. §. rei autem prææalle-*
27 *gato.* † Nec obſt. *gloſſ. in capit. ex literis, extra de con-
ſuetudine*, quæ dicit, quod inueſtitura eſt ſignum tra-
ditæ poſſeſſionis, quia illa glo. debet intelligi de in-
ueſtitura propria, & vera interueniente traditione,
vel ſi intelligitur de inueſtitura ſimplici, ſicut vide-
* tur velle; illa gloſſa communit. * reprobatur, quia
* tex. & gloſ. & Doct. communiter * tenent contra-
rium, vt dixi plene ſupra in 4. argumẽto pro ſecun-
28 da par. † Itẽ non obſtat quod quarto loco dictum
eſt pro prima parte, *d. cap. ſi tibi abſenti, de præben. lib. 6.*
quia ibi loquitur in beneficialib. in quibus acquiri-
tur ius etiam ſine poſſeſſione, *vt ibi not.* nos vero lo-
quimur in rebus profanis laicorum, in quibus re-
quiritur traditio poſſeſſionis, vt in eis acquiratur
29 ius in re, vt patet ex prædictis. † Item non obſtat,
*c. 2. in tit. quo tempore miles inueſtituram petere debeat. &
ca. 2. in tit. de feudo dato in vim legis commiſſ. & cap. 1. qui
ſucceſſores teneantur, in vſibus feudorum*, vbi habetur,
quod non valet ſecunda inueſtitura facta ſine con-
ſenſu primi inueſtiti; quia intelligitur quando pri-
ma inueſtitura eſt vera, & propria, per quam tranſ-
fertur poſſeſſio, & acquiritur ius in re, ſecus ſi eſſet
abuſiua, & impropria, puta per traditionem annu-
li, ſicut fuit in caſu noſtro, quia tunc valeret ſecun-
da; ex quo per primam non fuit quæſitum ius in re,

30 ſed tantum ad rem, vt patet ex prædictis. † Item
non ſunt bonæ conſiderationes differentiæ inter
contractum libellarium, & venditionis, quia licet
per contractum emphyteuticum tranſeat ſolum v-
tile dominium, & per venditionem directum, ta-
men eadem ratio in vtroq; quia dominia non tranſ-
feruntur etiam vtilia ſine poſſeſſione, *vt l. traditioni-
bus, C. de pactis. & l. ſi ex ſtipulatione, ff. de acq. poſſeſſione,
cum ſimil.* Nec eſt bonum argumentum; In contra-
ctu emphyteutico requiritur inueſtitura, Ergo de-
bet aliquid operari, quia ſicut in venditione requi-
ritur venditio, ita in emphyteuſi conſtituenda re-
quiritur vel inueſtitura, vel etiam ſufficit ſimplex
locatio perpetualis, *vt l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager
vectigalis, vel emph. petatur.* Et ex iſtis concluditur cir-
ca primum dubium, videlicet, quod per dictam in-
ueſtituram factam in perſonam Iacobini de Hay-
gutiis non fuit translata poſſeſſio, neq; dominium
prædictarũ rerum libellatarum, & per conſequens,
quod *d. l. quoties. C. de rei vend.* habet locum etiam in
Domino libellante rem duobus in ſolidum diuer-
31 ſo tempore. † Circa ſecundum dubium principa-
le, an ſcilicet, *d. l. quoties*, habet locum in Eccleſia bis
alienante duobus in ſolidum; Et videtur, quod non
habeat locum in perſonis Eccleſiaſticis, per notata
per Hoſtien. & Ioan. Andr. *in cap. 2. de his, quæ fiunt à
maiore parte capituli; & per Lud. de Roma in authen. ſimi-
liter, Cod. ad leg. Falcid. & in conſil. ſuo 70.* & facit ratio.
32 † quia Eccleſia eſt cultrix, & auctrix iuſtitiæ, &c.
*vt eſt text. notabilis in cap. 1. §. & ſi clientulus, in titul.
de alienatione feudi.* Sed iſta opinio communiter
* * non tenetur *d* per Doct. *ibi in dict. cap. 2.* Et ratio
d eſt, quia illa ratio in qua fundatur, *dicta l. quoties.* de
qua dixi ſupra in principio primi dubij, ita militat
in Eccleſia, & in Eccleſiaſticis perſonis, ſicut mili-
33 tat in laicis, † ergo debet in omnibus prædictis
locum habere, *l. à Titio. ff. de verbor. obligat. & l. illud,*
34 *ff. ad leg. Aquil. cum ſimilibus.* † Præterea regulariter
omnis lex ciuilis, quæ non reperitur correcta per
iura canonica, intelligitur eſſe approbata de iure
canonico. *vt 10. diſtinct. cap. ſi in adiutorium. & notant
Canoniſtæ in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, extra de conſti-
tut. & in capit. 1. extra de noui operis nuntiat. ſed dicit Ab-
bas Siculus in dicto capit. 2. de his, quæ fiunt à maiore par-
te capituli, quod diſpoſitio dict. l. quoties, Cod. de rei vend.*
non reperitur correcta per aliquem canonem, er-
go non debet corrigi per legem magiſtrorum, &
bene dicit. Nec obſtat, quod Eccleſia ſit cultrix, &
auctrix iuſtitiæ, quia dicitur ſeruare iuſtitiam, ſi ſer-
uat diſpoſitionem legis approbatam per Cano-
nes; nec per iſtam diſpoſitionem dicitur fieri iniu-
35 ſtitia, † quia ſi Eccleſia inueſtiret duos in ſolidum
diuerſo tempore de aliqua re emphyteutica, & ſe-
cundo prius tradat poſſeſſionem, tenebitur primo
ad intereſſe, *vt notat. gloſſ. in capit. ſi facta, in titul. ſi de
feudo fuerit controuerſia, & probatur in capitul. 1. § fin.
cum gloſſ. in titul. de noua forma fidelitatis, cum ſimilibus.*
Et per hæc concludo, quoad ſecundum dubium
principale, quod *dicta l. quoties*, habeat locum et-
iam in Eccleſia, & in perſonis Eccleſiaſticis. Ex
quibus omnibus concludo, quod cum Dominus
Epiſcopus, ſiue eius Vicarius inueſtiuerit ſecun-

do loco

do loco Balducium de Longeua, qui poſſeſſionem dictarum rerum libellatarum accepit, & iterum Epiſcopus inueſtiuerit Ioannem eius filium, qui ſimiliter fuit in poſſeſſione, quod eius filii ſunt potiores in dicto feudo, quam dictus Iacobinus; & per conſequens licet Iacobinus ceſſerit iura ſua Domino Epiſcopo, vt in facti narratione continetur, tamen dicti Perinus, & Fauſtinus filij dicti Ioannis ſunt potiores dicto Iacobino renuntiante, & Do-
36 mino Epiſcopo pro iure vtilis dominij. † Circa tertium dubium poſito, quod *d. l. quoties*, non haberet locum in caſu noſtro; & quod Iacobinus primo inueſtitus fuiſſet potior, quod minime verum eſt; an d. Epiſcopus Brixienſis poſſit vendicare dicta iura libellaria à d. Petrino, & Fauſtino, ſtante caſu præmiſſo, videlicet renuntiatione ſibi ipſi facta per d. Iacobinũ; Et dico breuiter, quod non, quia quando Dominus inueſtiuit duos, vnum primo, & tradidit ei poſſeſſionem; & poſtea inueſtiat alium de eodem, licet ſecunda inueſtitura non valeat, *vt in c. 2. tit. quo tempore miles inueſtituram petere debeat*; Tamen ſecunda inueſtitura incipit habere effectum, quando primus vaſallus mortuus eſt, vel deſinit eſſe vaſallus; quia ius primi vaſalli redüt ad Dominum, *vt eſt gloſſ. multum notabilis, in d. c. 2. in verbo habeat*. Et tunc Dominus non poteſt contrauenire ſe-
37 cundæ inueſtituræ: † pro hoc facit illa regula, Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. *l. vendicantem, ff. de euictionibus*. Et ideo cum Iacobinus primus libellarius renuntiauerit iuri ſuo in manib. Epiſcopi, etiamſi ipſe prius habuiſſet poſſeſſionem, & ſecunda inueſtitura non valuiſſet, incipit nunc effectum habere. Nec Epiſcopus qui tenetur ad intereſſe, ſi alius contrauenit, *vt in d. c. ſi ſacta, & ibi. per gl. in ti. ſi de feudo fuerit controuerſia*, poteſt ipſe contrauenire per dictam *l. vendicantem, & per gl. notabilem, in d. c. 2.* Et ſi dicatur illa renuntiatio facta fuit eo modo & forma, & non aliter, quod Epiſcopus recuperet, & incorporet menſæ Epiſcopali, ita quod decreto aliquem non inueſtiat, Reſponderut, quod talis conditio non potuit apponi in præiudicium ſecundi libellarij per prædicta; Aut ergo oportet dicere, quod illa renuntiatio non valuit, & ſic non poteſt Epiſcopus vendicare vigore dictę renuntiationis; aut valuit, ſed non in præiudicium ſecundi libellarij, & idem per iam dicta. Vel forte, quod renũtiatio valuit & reiicitur illa forma, vel conditio; quia ſtare non poteſt, *arg. eorum quæ habentur, in auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccl.* Vnde ex his omnibus concluditur, quod D. Epiſcopus Brixiæ non poteſt dicta bona libellaria vendicare à d. Petrino, & Fauſtino.

Annotationes.

a L. quoties] *De intellectu, huius legis plura tradunt, Roman. in conſ. 270. num. 1. Guido Papa. deciſ. 22. & deciſ. 309. Soc. ſent. in tractatu regularum, reg. 118. incip. Emptorum. Dec. in l. contractus, nu. 18. ff. de reg. iur. Tiraq. in tractatu de iure conſtituti poſſeſſorij, in 1. par. nu. 21. ampliſſime Antonius Gabr. commun. conclu. libr. 3. in tit. de empt. & vendit. conclu. 2. Antonius Gomeſius variarum reſolutionum tomo 2. num. 20. cum ſeq. Didacus Couar. variarum reſolut. libr. 2. cap. 19. pulchre Ioan. Guterius in 1. parte reſolut. c. 20. & Ioan. Antpachus lib. 2. Epiſtol. iurid. c. 8.*

b Seu emphyteutico] *Quod l. quoties, C. de rei vendic. locum etiam ſibi vendicat in contractu emphyteutico vel feudali tenet idem D. Capolla in Cautela. 130. & defendit Iaſ. in eadem lege, nu. 30. Alciatus in conſ. 589. nu. 1. iuxta Impreſſionem Lugdunenſem, & iuxta Venetam eſt in conſi. 82. lib. 8. Anton. Gabriel commun. concluſ. lib. 3. in tit. de emptione, & vendit. concluſ. 2. nu. 46. Curt. ſen. in tracta. de feud. in 2. part. principali, in 2. membro, in 2. quaeſt. nu. 33.*

c Non tranſeat poſſeſſio] *Idem docet Iaſ. in d. l. quoties, C. de rei vendic. nu. 31. Guido Papa. quaeſt. 304. nu. 1. Bertran. in conſ. 30. nu. 7. 12. & 14. vol. 1. & egregie Affl. deciſ. 299. nu. 2. qui alios citat.*

d Communiter non tenetur] *Idẽ atteſtatur Alex. in conſ. 122. nu. 5. lib. 5. Iaſ. in eadem l. quoties, nu. 19. cum pluribus ſeq. in l. manumiſſiones, n. 9. ff. de iuſtitia. & iure & in l. fin. nu. 19. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Felin. in c. Eccleſia ſancta Maria, nu. 67. verſ. ſimiliter per prædicta extra de conſtitut. & in c. cum olim, col. 3. verſ. & in tantum putauit extra de re iudica. Affl. in c. 1. nu. 28. qui ſucceſ. teneant. Cardinalis Pariſ. in conſ. 11. nu. 20. lib. 4. Didac. in d. 2. lib. variarum reſolutionem, c. 19. nu. 4. & Antonius Gabriel. in d. tit. de emptione, & venditione concluſione 2. nu. 34. & Tiraquel. in tracta de priuil. pia cauſa, priuilegio 107.*

CONSIL. XLI.

ARGVMENTVM.

An ſicut filij ſpurij ex damnato coitu non poſſunt ſibi inuicem ſuccedere; ita etiam deſcendentes ex eis, licet ſint legitimi, inuicem non ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *An filius presbyteri ſeu ſacerdotis matri ab inteſtato ſuccedere poſſit, & è conuerſo, & nu. 4. & 7.*
2 *Filij vulgo quæſiti matri ſuccedunt, & è contra.*
3 *Vulgo quæſiti licet non ſint agnati, attamen cognati ſunt, & quid in natis ex damnato coitu, nu. 7. & 25.*
4 *Filij ex damnato coitu matri non ſuccedunt, & è contra.*
5 *Filius Sacerdotis ex damnato coitu natus eſſe dicitur, & nu. 7.*
Sacerdos matrimonium contrahere non poteſt.
6 *Concubitus ſacerdotis cum muliere ex vtraq; parte eſt punibilis.*
8 *Filij ex damnato coitu non ſunt filij nominandi.*
9 *Patruelis ſeu conſobrinus legitimus, & naturalis, natus pariter ex patre legitimo, & naturali, ſuccedat alteri patrueli vel conſobrino legitimo & naturali, ſed nato ex filio ſacerdotis & ſic ex damnato coitu, & nu. 14. & 16.*
10 *Filij duorum fratrum ſunt in quarto gradu.*
11 *Coniuncti ex perſona fœmininis ſexus ſunt cognati.*
12 *Sexus differentia hodie ſublata eſt.*
13 *Frater fratri ſpurio ſuccedit.*
15 *Spurij nati ex quocunque coitu poſſunt inuicem ſuccedere.*

16 *Filij ſpurij nati ex damnato coitu, an poſſint alijs fratribus, ſeu ſibi coniunctis, ex linea paterna vel materna ſuccedere: & ,*

An deſcendentes ex filijs ſpurijs natis ex damnato & accuſabili coitu, licet ſint legitimi, poſſint ad inuicem ſuccedere, & num. 2.

18 *Radix, vbicunq; aliquo morbo eſt infecta, quicquid ex ea procedit, ſentit ex illo morbo.*

19 *Succedere alteri quis non poteſt, niſi procedant ab vno communi ſtipite, per quem ſint ſibi coniuncti in aliquo gradu.*

20 *Radix & ſtipes, à quo aliqui proceſſerunt, potius inſpici debet, quàm ipſorum perſona, qui proceſſerunt.*

21 *Finis, quando habet neceſſariam conſequentiam ad ſuum principium, iudicamus de fine, ſicut de principio.*

22 *Quando quid prohibetur in vno, videtur etiam prohibitum in omni eo, quod ſequitur ex illo.*

23 *Argumentum ab antecedenti deſtructo valet. Vbi deſtruitur antecedens, conſequens neceſſariò deſtruitur.*


26 *Intellectus ad text. in l. ſi ſpurius, & in l. hac parte, ff. vnde cognati.*

27 *Spurius capitur tribus modis.*

28 *Querela inofficioſi teſtamenti competit illi, qui ab inteſtato ſuccedere poteſt.*

29 *Quando non adſunt agnati vel cognati, qui ſuccedant, fiſcus ſuccedere debet.*

30 *Intellectus ad text. in l. pen. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*



IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In conſultatione præmiſſa duo ſunt dubia principaliter examinanda: Primum eſt, ſi Ioannes & Franciſcus Rana filii alterius Franciſci Ranæ, nati ex Maria & Nicolao Rana coniugibus; poſſint ſuccedere ab inteſtato Antonio Ranæ filio legitimo & naturali alterius Ioannis Ranæ filii dictæ Mariæ, & presbyteri Nicolai Caſabianca; an verò fiſcus ſuccedere debeat non exiſtentibus aliis agnatis vel cognatis, qui ſuccedere poſſint dicto Antonio Ranæ. Secundum dubium eſt, licet non quæratur expreſſe, ſed neceſſarium eſt, vt tollatur omnis dubitatio; an dum dicitur in teſtamento dicti Ioannis Ranæ patris dicti Antonii vltimo loco defuncti, quod poſt mortem matris ſuæ & ſororum affictus ſuarum domorum poſt mortem ſuam vadant, prout inferius ordinabit, & inferius non reperitur, quod aliud ordinauerit, intelligatur, quod illi affictus vadant ad ali-
1 quem. † Circa primum dubium, pro eius declaratione in primis videndum eſt, an dictus Ioannes Rana filius dictæ Mariæ, & dicti presbyteri Nicolai potuiſſet ſuccedere dictæ Mariæ matri ſuæ ab inteſtato, & è contra ipſa potuerit ſuccedere ab inteſta-
2 to dicto Ioanni filio ſuo; & videtur, quod ſic, † quia vulgo quæſiti ſuccedunt matri, & mater eis, *vt Inſtit. ad Orphic. §. nouiſſimè, & de ſucceſſ. cogna. §. vulgò, & l. hac parte, & l. ſi ſpurij, ff. vnde cognat.* & pro hoc ratio aſſi-
3 gnari poteſt, † quia licet non ſint agnati, tamen cognati ſunt, & hanc rationem allegat Iuriſconſultus
4 *in d. l. hac parte, & l. ſi ſpurius, ff. vnde cognat.* † Sed his non obſtantibus, breuiter contrarium dicendum eſt, quia quando filii ſunt nati ex coitu damnato & accuſabili, ſicut ſunt adulterini, inceſti, & nefarii, & ſimiles, ipſi non ſuccedunt matri, nec mater eis ab inteſtato, *vt eſt text. cum gl. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui, in §. fin. & not. gl. notabilis Inſtit. ad Orphic. in §. nouiſſimè, & in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orphic. quam ſequi-*
* *tur ibi Bald. & communiter* * *Doct. & in l. eam quam, in 6. col. C. de fideicom. & Spec. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. verſ. nunquid, & verſ. ſed an nati, &c. & hoc etiam tenet Azo in ſumma, C. de legit. hæred. & Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indig. & Card. Flor. de Zab. & alij Docto. in c. cum haberet. extra de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per*
5 *adulterium.* † Sed filius ſacerdotis dicitur eſſe natus ex coitu damnato & accuſabili, quia ſacerdos non poteſt contrahere matrimonium, *vt in auth. quomodo oporteat Epiſcopos, & not. gl. in d. §. fin. in verbo, participium, & eſt caſus in c. ſane ſacerdotes, extra de clericis con-*
6 *iugatis, cum ſimilib.* † Et nedum matrimonium, ſed etiam concubitus ſacerdotis cum muliere eſt prohibitus, & damnabilis, & accuſabilis, tam ex parte presbyteri, quàm etiam ex parte mulieris, *vt probatur in l. eum qui probabilem, C. de epiſcop. & cleric. & in c. ſi concubina, extra de ſentent. excom. & in toto tit. de vita & honeſt. cleric.* ergò ſuccedere non poſſent ad inuicem
7 ab inteſtato. † Et in terminis noſtris, quod filius ſacerdotis dicatur eſſe natus ex coitu accuſabili, & quod matri ſuccedere non poſſit, nec mater ſibi, tenet expreſſe *gl. in d. §. fin. in ver. participium, & idem tenet Ant. de Butr. & Card. Flor. de Zab. in d. c. cum haberet, extra de eo, qui duxit in matrimonium, &c.* & dicit ibi, Card. ſe
8 ita conſuluiſſe. Et ratio huius deciſionis eſt, † quia licet dicantur ſecundum aliquos cognati & iura cognationis habere mater cum huiuſmodi filiis natis ex ſa-

ex ſacerdore, *vt d. l. hac parte, & l. ſi ſpurius, ff. vnde co-*
gnati: tamen ex quo nati ſunt ex coitu damnato, &
accuſabili, non ſunt ob hoc filii nominandi, & ob
hoc priuantur ſuceeſſione, *vt probatur in dicto §. fin. in*
auth. quibus mod. natur. effic. ſui, & not. glo. in dicto §. no-
uiſſime, Inſtit. ad Orphicianum. Vnde ex his concludo
ſecundum omnes, quod dictus Ioannes Rana natus
ex Maria, & preshytero Nicolao, non potuiſſet ſuc-
cedere ab inteſtato matri ſuæ, nec mater ſibi. Et i-
9 ſtud non habet magnam dubitationem. † Sed
maius dubium eſt, an ſicut natus ex eoitu damnabi-
li, & accuſabili non ſuccedit matri ſuæ, nec è con-
tra, idem ſit dicendum in aliis perſonis deſcenden-
tibus à dicto filio; & ſie an dicti Franciſcus & Ioan-
nes Rana, filii quondam alterius Franciſci Ranæ
fratris vterini dicti Ioannis Ranæ ſpurii patris di-
cti Antonii, de cuius hæreditate agitur, ſuccedere
poſſint ab inteſtato dicto Antonio, & videtur,
quod ſic; quia dicti Franciſcus & Ioannes filii alte-
rius Franciſci ſuperſtites ſunt legitimi, & naturales,
& Antonius Rana, de cuius hæreditate, quæritur
10 fuit ſimiliter legitimus, & naturalis, † & fuerunt
filii duorum fratrum, & ſic in quarto gradu ſibi
coniuncti, *vt Inſtitut. de gradibus, §. quarto gradu*: ergo
ſibi ad inuicem ab inteſtato ſuccedere poſſe viden-
11 tur, *vt dicto §. quarto gradu, cum ſimilibus.* † Item, quia
videtur, quod iſti ſint ad inuicem cognati, cum ex
perſona fœminini ſexus ſint coniuncti, *vt Inſtitut.*
de legitima agnatorum ſucceſſio. tutela. §. primo, & de legi-
tima agnatorum ſucceſſ. in princ. ergo videtur, quod
tanquam cognati in quarto gradu ſibi coniuncti
12 ſuccedere poſſint ad inuicem; † maxime, quia ho-
die ſublata eſt differentia ſexus. *vt l. maximum viti-*
um, C. de liberis præteritis. & l. lege duodecim tabularum,
C. de legitim. hæred. & in authen. de hæreditatibus, quæ ab
inteſtat. deferun. in §. nullam. Item de hoc videtur eſſe
text. *in l. ſi ſpurius, ff. vnde cognati*, vbi dicit Iuriſcon-
13 ſultus Vlpianus, † quod etiam frater ſuccedit fra-
tri ſuo ſpurio, tanquam cognatus, & idem vult Ga-
ius *in l. hac parte, eod. titul.* nam ſi frater ſuccedit fratri
ſpurio, multo magis debent poſſe ſuccedere ad in-
uicem deſcendentes ex legitimo & naturali, filio
etiam legitimo & naturali ex fratre patris vterino,
quia tàm ſuccedentes quàm ille, cui ſucceditur, ſunt
legitimi, & naturales, ergo nihil videtur eſſe, quod
14 impediat talem ſucceſſionem ab inteſtato. † Et i-
ſtam opinionem videtur tenere *Cyn. indiſtincte in*
authent. itaque, C. communia de ſucceſſio. vbi concludit,
quod quando quæritur de ſucceſſione coniuncto-
rum per matrem indiſtincte ſuccedunt, & eis ſucce-
ditur *per dict. l. ſpurius, & l. hac parte. ff. vnde cognati.* Et
idem videtur tenere *in l. ſi qua illuſtris, in 2. quæſt. C. ad*
Orphic. & Angel. in authen. quibus modis natur. effici. ſui.
in §. fina. Et idem tenet expreſſe Dominus Anto-
nius de Roſellis *in ſuo tractatu arboris conſanguinita-*
tis, in 10. colum. vbi dicit, quod iſta inhabilitas, quod
ſpurius non ſuccedat patri, vel matri non extendi-
tur ad aliam ſucceſſionem, videlicet ad alios per
matrem cognatos, & dicit, quod hoc probat text. *in*
l. fin. C. de naturalibus liberis. vbi extenſio fit ad alias
perſonas ratione legitimæ ſobolis, & ſubdit, quod
* iſtam opinionem approbant communiter. * Do-
ctor. videlicet, quod non repellatur alius, quam ille
ſolus, qui natus eſt ex coitu, qui poterat accuſari. I-
mo plus dicit, quod ipſe non ſubmouetur niſi à
ſucceſſione matris; ideo ſuccedet alius de linea ma-
terna, licet non paterna; & quod lex prohibens fi-
lios ſpurios ſuccedere matri non debet extendi ad
alias perſonas; & ita etiam reperio deciſum, & de-
terminatum per quendam Excellentiſſimum Do-
ctorem D. Ludouicum de Sardis de Ferraria in
quodam ſuo tractatu legitimationum, in vltima
parte ſui operis, quæ eſt de ſucceſſione ſpuriorum,
15 vbi dicit, † quod etiam ſpurii, & nati ex quocun-
que coitu poſſunt ad inuicem ſuccedere, quia co-
gnati ſunt, *per d. l. ſi ſpurii, & l. hac parte.* Nec ob-
ſtat, *§. fin. in authent. quibus modis natural. effici. ſui,*
quia ibi loquitur de ſucceſſione parentum: nos lo-
16 quimur de ſucceſſione tranſuerſalium. † Ego
autem in iſto paſſu ſatis difficili, puto eſſe dicen-
dum contrarium, videlicet, quod ſicut filius ſpu-
rius natus ex damnato & accuſabili coitu, non
poteſt patri nec matri ſuccedere, nec pater aut
mater ſibi; vt ſupra concluſum eſt ſecundum o-
mnes, ita non poſſint ſuccedere aliis fratribus,
nec coniunctis per lineam maternam, vel pater-
nam. Imo plus nec deſcendentes ex eis licet ſint le-
gitimi, & naturales, ſicut ſunt in caſu noſtro, poſ-
ſunt ad inuicem ſuccedere: hoc probatur ſic, aut i-
ſti volunt ſuccedere ad inuicem, tanquam agnati,
& clarum eſt, quod non poſſunt, quia agnatio cau-
ſatur à patre, non à matre, vt ſupra dictum eſt, ſed
iſti coniunguntur per matrem, non per patrem,
ergo, &c. aut volunt ſuccedere ab inteſtato, tan-
17 quam agnati, † & tunc licet verum ſit, quod ſint
cognati inſpecto iure naturali, tamen inſpecto iu-
re ciuili, quod reprobat & damnat huiuſmodi coi-
tus, talis cognatio non admittitur, neque recipi-
tur, *vt in §. final. in authent. quibus modis natura. effici.*
ſui. Et licet iſti, qui volunt ſuccedere ad inuicem,
ſint legitimi & naturales, nec ius ciuile dicat, eos
natos eſſe ex damnato coitu: tamen, quia proce-
dunt à ſtipire damnato, ad inuicem ſuccedere non
poſſunt, quod probari poteſt ſic pluribus rationi-
18 bus. † Et primo; vbicunque radix eſt infecta ali-
quo morbo; quicquid ex ea procedit ſentit de illo
morbo, vt patet naturalibus: Sed iſti Ioannes, &
Franciſcus, qui volunt ſuccedere, & Antonius de
cuius hæreditate agitur, proceſſerunt à radice infe-
cta, ſcilicet à dicta Maria concubinaria presbyteri
Nicolai, vt ſupra probatum eſt: Ergo radix infecta
ſuccedere non poſſet, vt ſupra declaraui, ita nec di-
cti Ioannes & Franciſcus procedentes ab eo ſunt
habiles ad ſuccedendum dicto Antonio ſimiliter
19 ex eadem radice infecta procedenti. † Secundo
hoc probatur ſic: quis non poteſt alteri ſuccedere,
niſi procedant ab vno communi ſtipite, per quem
ſint ſibi coniuncti in aliquo gradu; *vt probatur Inſti-*
tut. de gradibus, per totum. & in l. Iuriſconſultus, ff. de gra-
dibus, cum ſimilibus. Sed hic Antonius Rana nepos
presbyteri Nicolai, & dicti Ioannes & Franciſcus,
qui volunt ſibi ſuccedere, non poſſunt dicere,
quod habeant ſtipitem communem, quia dicta
Maria, à qua prædicti Ioannes & Franciſcus, & An-

tonius deſcendunt, non poteſt dici communis ſti-
pes, ex quo pater dicti Antonii, filius dictæ Mariæ,
propter quem dicit, Ioannes & Franciſcus ſibi con-
iunguntur, eſt natus ex damnato coitu, & ſic non
reputatur ſtipes legitimus, vel idoneus, ergo ſequi-
tur, quod non poſſint ad inuicem ſuccedere vigore
dicti ſpurii, qui de iure non facit ſtipitem, & hanc
rationem aſſignant in effectu Odofredus, & Cyn.
20 *in l. final. C. de naturalibus liber.* † Tertio probatur a-
lia ratione, nam potius inſpici debet radix, & ſtipes,
à quo aliqui proceſſerunt, quam perſonæ ipſorum.
quæ proceſſerunt, probatur, nam ad cognoſcen-
dum ſi aliqui ſunt agnati, vel cognati, non conſide-
rantur ipſi ſi ſunt maſculi, vel fœminæ, ſed inſpici-
tur eorum ſtipes, qui ſi eſt maſculus dicuntur agna-
ti, ſi eſt fœmina dicuntur cognati, *vt Inſtitut. de leg. a-
gnat. ſucceſſ. in princip. cum ſimilibus.* Sic dicendum eſt
in caſu noſtro, ſi pater tuus non poteſt ſuccedere
patri, vel matri, quia eſt natus ex damnato coitu, ita
nec etiam tu filius ſuus etiam legitimus, & natura-
lis poteris ſuccedere tibi coniuncto legitimo & na-
turali, mediante perſona patris tui, nec ille coniun-
ctus tibi ſuccedere poterit, potius inſpecta perſona
21 ſtipitis, quam deſcendentium à ſtipite. † Quarto
hoc etiam ſic probatur, quando finis habet neceſſa-
riam conſequentiam ad ſuum principium, iudica-
mus de fine, ſicut de principio, *vt l. 3. §. Seio. ff. de mi-
nor. & l. 1. ff. qui potio. in pignor. habeant. & not. in cap. du-
dum, extra de electione.* Sed hic finis, id eſt, deſcenden-
tes ex ſpurio, vel cognati propter ſpurium, habent
neceſſariam conſequentiam à principio ſuo, ſcili-
cet ſpurio, ergo debet de eis iudicari, ſicut de ſpu-
rio, & ſic ſicut ſpurius non ſuccedit ſuis cognatis,
ita nec illi, qui ſunt cognati propter ipſum debent
22 poſſe ad inuicem ſuccedere. † Quinto probatur
ſic, quando quid prohibetur in vno, videtur id et-
iam prohibitum in omni eo, quod ſequitur ex illo,
*vt probatur 8. diſtinct. cap. quo iure. & ibi gloſſ. allegat ad
hoc iura, facit l. illud. ff. de acquir. heredit.* Sed lex prohi-
bet ſpurium ſuccedere, ergo videtur prohibere
23 omnes perſonas, quæ procedunt ex illo. † Sexto
ad idem hoc ſic probatur, Bonum eſt argumentum
ab antecedenti deſtructo, *vt not. gloſſ. in l. eum qui, in
princ. ff. de Publiciana,* quia vbi deſtruitur antecedens
deſtruitur neceſſario conſequens ex illo: vt ſi ani-
mal non eſt, ergo nec eſt homo. Ita ſi pater tuus,
qui eſt neceſſarium antecedens, ad ſuos deſcenden-
tes, eſt inſucceſſibilis ſuis parentibus, & ſic cogna-
tis, quia natus ex damnato coitu, & ita ipſe vt ante-
cedens à iure in ſuccedendo deſtruitur, ergo o-
mnes exinde deſcendentes, & ſic filii, vel nepotes
ſunt inſucceſſibiles cognatis ſuis prouenientibus ex
24 dicto patre ſuo antecedenti deſtructo. † Septimo,
pro iſta parte videtur eſſe *text. in præallegato. §. fina-
li, in authent. quibus modis naturales efficiant. ſui.* Octa-
uo iſtam opinionem comprobo auctoritate pluri-
morum in vtroque Iure Doctorum Excellentiſſi-
morum, qui hoc idem tenent: Nam Odofredus
primo, & Cynus, *in l. fin. C. de naturalibus liberis*, &
Dynus ſummus iuris ciuilis interpres in ſuo tracta-
tu, quem de ſucceſſionibus ab inteſtato inſcripſit,
tenet iſtam partem, vbi dicit, quod inceſtuoſi, nefa-
rii, & nati ex damnato coitu non poſſunt ſuccedere
ad inuicem aliis fratribus ſuis, vel cognatis, cum be-
neficio legis careant, *allegat dictum §. fina. Item Hoſti-
enſis idem tenet in ſumma ſua, in titul. de ſucceſſionibus ab
inteſt. in vltima colum. per d. §. fin. & in titul. qui filii ſint
legitimi, in §. an vtrumque genus ſuccedat. verſic. ſpurii.
Item idem videtur tenere Ioan. And. in addit. Spec. in tit.
de ſucceſſ. ab inteſt. in addi. qua incipit. Accurſius in l. fina.
Item Bald. hoc expreſſe determinat ſequendo iſtam partem,
in addit. Spec. in titul. de ſucceſſ. ab inteſtat. verſ. ſpuriorum
duæ ſunt ſpecies,* vbi dicit, quod naturales, & ſpurii ea-
dem matre nati, ex complexu, qui non punitur le-
ge ciuili ſibi inuicem ſuccedunt, ſecus ſi lege ciuili
punitur, ſicut eſt in caſu noſtro. Et hæc pars vide-
tur eſſe verior de iure, licet prima videatur habere
in ſe quandam æquitatem, *vt ſentit Ioan. And. in præ-
25 allegato tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. in addit. Specul.* † Nec
obſtat, quod dictum eſt pro altera parte, quod iſti
ſunt ad inuicem cognati, ergo videtur, quod tan-
quam cognati poſſint ſuccedere, quia fateor, quod
ſunt cognati, inſpecto iure naturali, ſed inſpecto
iure ciuili non reputantur cognati, quia improba-
tus eſt de iure ciuili talis coitus, & propterea repel-
luntur à ſuccedendo ſibi ad inuicem ab inteſtato, vt
26 ſupra probaui. † Nec etiam obſtat *l. ſi ſpurius. & l.
hac parte. ff. vnde cognati,* in quibus videtur fundari a-
lia opinio, quia illæ leges non loquuntur in natis ex
damnato, & accuſabili coitu. Sicut in caſu noſtro,
& ideo non eſt mirum, ſi ibi dicitur, quod ſucce-
dant etiam ad inuicem. Et quod iſtud ſit verum pa-
tet manifeſtè, *in dicta l. hac parte,* quia illa lex loquitur
in vulgo quæſito, vt dicit ibi, vulgo quæſiti liberi.
Item hoc patet etiam *in d. l. ſi ſpurius*, quia vult *illa l.
& dicta l. hac parte,* quod mater poteſt petere bono-
rum poſſeſſionem, tanquam cognata in bonis filii
ſui ſpurii, ergo non loquitur in filio nato ex da-
mnato coitu, quia mater ſibi ſuccedere non poteſt,
etiam per bonorum poſſeſſionem, *vt not. gloſſ. in l. ſi
qua illuſtris. C. ad Orphicianum. vt ſupra dixi, circa princi-
pium.* Et quod iſto modo intelligantur illæ duæ le-
ges, tenet etiam Hoſtienſis *in ſumma, in titulo, qui
filii ſint legitimi, in §. an vtrumque genus ſuccedant, ver-
ſicul. imo etiam ſecundum Damaſcenum.* Nec eſt miran-
dum, quod ita intelligatur *dicta l. ſi ſpurius,* quæ lo-
27 quitur, in ſpurio, † quia ſpurius capitur tribus
modis *ſecundum Dyn. in dicto ſuo tractatu de ſucceſſ. ab in-
teſtat.* Nam primo appellantur ſpurii in iure noſtro
vno modo, qui patrem habent incertum, ſicut fi-
lius meretricis, & de iſto loquuntur *dicta l. hac parte.
& l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati.* Secundo modo ſpurius
dicitur, qui habet patrem certum, ſed eum quem
ſecundum Deum & honeſtatem demonſtrare non
licet, vtputa filius presbyteri, vel monachi,
*vt l. vulgo, ff. de ſtatu hominum, & probatur in l. ſi ſu-
ſpecta, §. 1. ff. de inofficioſo teſtamento,* vbi dicitur,
quod filius ſpurius, ſi eſt exhæredatus habet que-
relam inofficioſi teſtamenti, ergo ibi capitur ſpu-
rius pro nato ex non damnato coitu, quia ſi lo-
queretur de nato ex damnato coitu, non habe-
28 ret querelam, † quia illi competit querela, qui
poteſt ab inteſtato ſuccedere, *vt l. cum quando,
C. de inofficioſo teſtamento.* Sed natus ex damnato

coitu

coitu non ſuccedit ab inteſtato, vt dixi ſupra in principio; ergò de illo non loquitur ibi, & de iſto ſpurio nato ex damnato coitu loquitur caſus noſter. Tertio modo dicitur ſpurius, qui natus eſt de ſeruo & libero, *vt C. de ſuis & legit. l. liberam*, & iſte nihil ad propoſitum quæſtionis noſtræ. Concludo itaque ex prædictis, quod de iure dicti Ioannes & Franciſcus Rana non poſſunt ab inteſtato ſuccedere dicto Antonio Ranæ, nec tanquam agnati; quia ſunt coniuncti per lineam fœmininam, ſcilicet Mariam, nec tanquam cognati, quia talis cognatio in ſua radice eſt infecta, nec eſt approbata, imo expreſſe reprobata de iure ciuili; & ſtipitem non habent, qui cognoſcatur de iure ciuili, cum de iure ſtipes, & principium huius cognationis ſit vi-
29 tioſum, & à iure ciuili reprobatum. † Et ideo, ſi non ſunt alii agnati vel cognati, dicti Antonii Ranæ defuncti, qui ad eius ſucceſſionem de iure venire poſſint, fiſcus ſuccedere debet, *vt eſt text. in l. vni-*
30 *ca, C. vnde vir & vxor.* † Circa ſecundum dubium, quia de eo eſt caſus legis apertus, non inſiſtam in allegationibus vel rationibus; nam vbi caſus legis, ibi nulla dubitatio. Dico enim, quod de iſto dubio eſt caſus ad literam, *in l. penult. ſi teſtamentum, C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub cond. fact.* vbi Imperator pulcrè ad rem noſtram loquitur in hæc verba: Si teſtamentum ita ſcriptum inueniatur, ille hæres eſto ſecundum conditiones infra ſcriptas, ſiquidem nihil eſt adiectum, nec aliqua conditio in teſtamento poſita eſt, ſuperuacuam eſſe pollicitationem ſancimus, & teſtamentum puram habere inſtitutionem. Et argumento vtimur, quod Papin. reſpundit, vicos Reipubl. relictos, qui proprios fines habebant, non ideo ex fideicommiſſo minus deberi, quod teſtator fines eorum, & certaminis formam, quam celebrari ſingulis annis voluit, alia ſcriptura ſe declaraturum promiſit, ac poſtea morte præuentus non fecit.

Annotationes.

a Non ſuccedunt matri] *Adde Abb. in cap. per venerabilem, num. 32. extra qui filij ſint legit. & in cap. innotuit, num. 19. extra de electio. Præpoſit. Mediolanenſ. in cap. cum haberet, in fin. extra de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulter. Benedictus Capra in conſil. 1. num. 60. & ſeq. & conſil. 108. num. 23. & ſeq. & alios, quos latè refert, & ſequitur Didac. in epitome de ſponſalib. in 2. part. cap. 8. §. 5. num. 11. & ſeq. & Ioannes Royas in epitome ſucceſſionum, cap. 73. num. 1. & per totum.*

b Dicendum contrarium] *Videndus eſt etiam Dec. in conſil. 85. in fin. & conſil. 311. num. 2. & ſeq. qui alios citat, & alios plures ad rem hanc congeſſi ſupra in conſil. 1. & conſil. 2.*

c Tribus modis] *Declarat etiam Illuſtriſſ. Card. Palaotus in tractatu de nothis & ſpurijs, cap. 16. num. 4. & ſeq. & Ioannes Royas in d. epitome ſucceſſionum, cap. 19. num. 6. 7. & 8.*

CONSIL. XLII.

ARGVMENTVM.

An ſi pater in teſtamento filios inuicem ſubſtituat, ſi ſine liberis deceſſerint, & alter religionem ingrediatur, monaſterium filii loco habeatur, quò ad excluſionem ſubſtituti.

An duæ quartæ, legitima ſcilicet, & Trebelliana detrahi poſſint.

SVMMARIA.

1 *Monaſterium habetur quaſi loco filij, quò ad excluſionem ſubſtituti, & quomodo id intelligatur, & nu. 4. & 12.*

2 *Monaſterium habetur loco hæredis.*

An monaſterium faciat deficere conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis.

3 *An filius, cui facta eſt ſubſtitutio per patrem, ſi deceſſerit ſine filijs, ſi monaſterium ingrediatur, ſit prohibitus teſtari, & num. 6. & 12.*

5 *Vbi non conueniunt verba legis, ibi nec legis diſpoſitio conuenire poteſt.*

7 *Statutum, quod extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, intelligitur de filijs, qui ſuccedunt.*

8 *Priuilegij cauſa ceſſante, & priuilegium ceſſare debet.*

9 *Intellectus ad text. in authent. niſi rogati, C. ad Trebellianam, & in cap. in præſentia, extra de probationib.*

10 *Duæ rationes vincunt vnam.*

Veritas imagine naturæ obumbrari non debet.

11 *Charitas liberorum maximè expreſſa maior eſt, quàm tacita iuris interpretatio.*

13 *Teſtamentum factum per ingreſſum monaſterium, an præteritione ipſius monaſterij rumpatur.*

14 *Filius religionem ingreſſus, & grauatus per fideicommiſſum, ſi deceſſerit ſine filiis, hæreditatem fratribus reſtituere, an de legitima & Trebellianica teſtari poſſit.*

15 *Filius grauatus per fideicommiſſum hæreditatem reſtituere, an poſſit detrahere duas quartas, legitimam ſcilicet, & Trebellianicam.*

16 *A communi opinione in iudicando & conſulendo non eſt recedendum.*

17 *An ſi is, qui erat grauatus de reſtituendo alteri hæreditatem, eundem ſibi hæredem inſtituat.*

Inſtitutus poſſit contra illius teſtamentum venire.

18 *Per ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſuccedituur teſtatori.*

19 *Paternum fideicommiſſum quis acceptare poteſt, & filij hæreditatem repudiare.*

20 *Ex qua perſona quis lucrum ſentit, eius factum improbare non poteſt.*

21 *Filij fratrum an cum patruis pariter ſuccedant patruo per ſtirpem, vel in capita.*

22 *Fructus an in Trebellianicam imputentur.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia, &c. Quidam teſtator in teſtamento ſuo ſibi hæredes inſtituit octo filios maſculos legitimos & naturales, eoſque ſibi in-

uicem

uicem ſubſtituit in caſu, quo aliqui eorum decede-
rent quandocunque ſine filiis legitimis, & natura-
libus. Mortuo dicto teſtatore, deceſſit primus fi-
lius, relictis duobus filiis nepotibus ipſius teſtato-
ris legitimis & naturalibus: Deinde vnus alius ex
filiis dicti teſtatoris ingreſſus fuit religionem; &
ante poſſeſſionem condidit teſtamentum, in quo
inſtituit ſibi hæredes alios fratres ſuos ſupraniuen-
tes, & ſupraſcriptos nepotes ex alio fratre præmor-
tuo ſupraniuentes per ſtirpes. Poſtea vnus alius ex
dictis filiis deceſſit pubes, condito teſtamento; in
quo ſimpliciter inſtituit ſibi hæredes fratres ſuos
ſupraniuentes, & ſupraſcriptos nepotes, per ſtirpes.
Poſtremo alius ex dictis fratribus deceſſit inteſta-
tus relictis aliis fratribus ſuis, & prædictis nepoti-
bus ſuis ex fratre præmortuo: Ex prædictis quæri-
tur de pluribus. Et primo, vtrum dictus filius, qui
fuit ingreſſus religionem, vt ſupra, potuerit diſpo-
nere, & teſtari de omnibus bonis ſibi peruentis ex
teſtamento paterno, vel de legitima & Trebellia-
1 nica, vel de legitima tantum. † Et prima facie vi-
detur dicendum, quod ſic, quia monaſterium ha-
betur quaſi loco filij quo ad excluſionem ſubſtitu-
ti, *vt notat. gloſſ. in authen. niſi rogati*, *C. ad Trebellian. &*
in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. ſed, & hoc præſenti, *col.*
9. & in auth. ſi qua mulier, *C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l.*
ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. oblig. & videtur probari in
2 *d. auth. niſi rogati, & in dict. §. ſed & hoc præſenti.* † Vel
quia habetur monaſterium loco hæredis, *vt dicit*
text. in cap. in præſentia, extra de probat. Vel ſi non ha-
betur loco filij, tamen videtur, quod ſaltem faciat
deficere conditionem, ſub qua filij inſtituti ſunt
grauati de reſtituendo per fideicommiſſum, ſi de-
ceſſerint ſine liberis, *vt probatur in d. auth. niſi rogati,*
& in dict. §. ſed & hoc præſenti, & in dict. cap. in præſentia,
& not. per gloſſ. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. &
habetur per Archid. 19. quæſt. 3. ſi qua; & iſtam opinio-
nem ſimpliciter tenuit Bart. *in dict. auth. niſi rogati, &*
in l. ſi ita quis. §. 1. ff. de legat. 2. vbi ponit de verbo ad
verbum quoddam cõſilium ſuum, in quo allegat ad
hoc multas rationes; & idem tenuit Bartol. *in conſi-*
lio ſuo 11. quod incipit, Narnenſis filium; de quo fa-
cit mentionem, *in dict. §. 1.* & idem tenuit in conſilio
174. quod incipit; Quæritur an monaſterium, & in
conſil. 129. quod incipit; Quæſtio prima eſt, vtrum
ingreſſus. Et iſtam opinionem teneo, eſſe veram,
a *a* quando filius, qui ingreſſus eſt religionem, fuiſ-
ſet mortuus ſine teſtamento, quo caſu ſuccederet
monaſterium, quia tunc haberetur loco hæredis,
vt dicit text. in d. c. in præſentia, extra de probat. & habe-
tur in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccleſ. vel quando
inſtituiſſet monaſterium, quia ſubeſſet fauor reli-
gionis, & vitæ contemplatiuæ, *vt not. Bar. in locis præ-*
alle. Sed quia in caſu noſtro non inſtituit Eccleſiam,
ſeu monaſterium, in quo ingreſſus eſt, ſed fratres
ſuos, & nepotes ex alio filio præmortuo, maior eſt
dubitatio: & Doct. non videntur hoc bene decla-
3 rare. † In hoc ſunt conſiderandi duo caſus. Primus
eſt, an prohibitus fuerit teſtari ex eo, quod fratres
ſui ſint vocati per fideicommiſſum ex teſtamento
primo, quia ipſe qui fecit teſtamentum mortuus eſt
ſine liberis. Secundus eſt, an ex eo, quod monaſte-
rium non fuit inſtitutum, teſtamentum ſit nullum.
In primo caſu videtur dicendum teſtamentum va-
lere, quia ſubſtitutio non valuit ex quo filius ingreſ-
ſus religionem, *vt in authen. de ſanctiſſimis. §. ſed & hoc*
præcit. ibi tales conditiones inualidas, & pro neq;
ſcriptas eſſe; Sed ego teneo contrarium, videlicet,
quod teſtari non potuerit, quia locus fuit fideicom-
miſſo ex teſtamento paterno, quoniam verum eſt
dicere ipſum deceſſiſſe ſine liberis, ex quo liberos
non habuit, & ſic purificata eſt conditio fideicom-
4 miſſi. *l. Iubemus. C. ad Trebellian. cum ſimil.* † Nec ob-
ſtant iura præallegata, quæ videntur velle, quod
monaſterium habeatur loco filij, quia hoc non re-
b peritur iure cautum, *b* quo habeatur loco filij. *vt*
dicit Bart. & Doct. in d. auth. niſi rogati. C. ad Trebell. Nec
obſtat, *c. in præſentia*, vbi dicitur, quod habetur loco
hæredis; quia illud poſſet procedere, quando filius
ingreſſus religionem mortuus fuiſſet ab inteſtato,
vel feciſſet teſtamentum, & monaſterium hære-
dem inſtituit, *iux. not. in auth. ingreſſi. & in auth. ſi qua*
mulier. C. de ſacroſ. Eccleſ. Secus eſt, quando inſtituiſ-
5 ſet alium hæredem, ſicut fuit in caſu noſtro, † quia
dicta verba, quod monaſterium habeatur loco fi-
lij, vel hæredis, ad excludendum ſubſtitutum, non
conueniunt, quando alius fuit hæres inſtitutus; &
ideo nec poteſt legis diſpoſitio conuenire. *l. 4. §. to-*
ties. ff. de damno infecto. & l. hoc accuſare, §. omnibus. ff. de
accuſation. cum ſimil. Nec obſtat, *tex. in auth. de ſanctiſ.*
Epiſ. §. ſed & hoc præſenti, vbi dicitur, quod huiuſmo-
di conditiones ſunt inualidæ, & habentur pro non
adiectis; quia procedit, & intelligi debet, vt dixi,
quando monaſterium inſtituiſſet hæredem, vel
quando fuiſſet mortuus ab inteſtato, & ſic mona-
ſterium potuiſſet ſuccedere; ſed ſecus eſt quãdo in-
greſſus inſtituit alium hæredem, quia tunc eſſet fa-
uor piæ cauſæ, ſeu religionis, & vitæ contemplati-
uæ, quia per dictam conditionem, ſi deceſſerit ſine
liberis, non remouetur filius à vita contemplatiua,
ex quo ante ingreſſum religionis non inſtituit Ec-
6 cleſiam hæredem, ſed alium. † Et hoc in terminis
vult Paul. de Caſtr. *in auth. niſi rogati. C. ad Trebell.* vbi
dicit, quod ſi filius eſt grauatus reſtituere hæredita-
tem, ſi deceſſerit ſine liberis, vel ſine matrimonio,
& antequam ingrediatur monaſterium, fecit teſta-
mentum, & extraneum hæredem inſtituit, non ex-
cluditur ſubſtitutus, poſtquam bona ad monaſte-
rium non deuenerunt, quia d. auth. emanauit du-
plici cõtemplatione, ſcilicet fauore religionis quo
ad animam, & fauore monaſterij quo ad bona, ſed
hic ceſſat fauor monaſterij; ergo non debet ſubſti-
tutus excludi, *argum. l. ſi poſt mortem. §. liberi, ff. de bono-*
rum poſſeſſ. contra tabul. & pro hoc facit l. 2. §. ſed ſi ſint, ff.
ad Trebellianum. & quod ibi not. Bart. qui dicit per illum
7 *text.* † quod ſi ſtatutum dicit, quod filia fœmina
non ſuccedat extantibus maſculis, intelligitur, ex-
tantibus liberis, qui ſuccedant, allegat etiam ad hoc
l. ſiue. §. fin. ff. de iur. pat. & l. ſi ex modica. §. ſi filius. ff. de
bon. liber. & l. 1. §. filium. ff. de contra tab. & idem not. Bar-
tol. in d. §. filium. & Bald. in l. maximum vitium, in ante-
pen. colum. verſ. Item quæro nunquid ſtatutum, C. de liber.
præterit. & in l. fratres, ad fin. C. de inoffic. teſtam. facit ad
hoc, quod not. Paul. de Caſtr. ſecundum Ang. in l. ſi is qui bo-
na, ad

bo, ad fin.1.col. ff.de vulg. & pupill. Item pro hoc facit,
8 † quia ceſſante cauſa priuilegii, ceſſare debet pri-
uilegium, *vt l. Titia, §. vſuras, & ibi Bart. hoc not. ff. de*
legat. 2. ſed cauſa priuilegii, vt ſubſtitutus excluda-
tur, fuit fauor monaſterii, qui in caſu noſtro ceſſat,
9 vt dixi; ergo debet ceſſare eius priuilegium. † Prę-
terea poteſt, & aliter reſponderi, videl. quod text. *in*
auth. niſi rogati, & in corpore vnde ſumitur, & c. in præſen-
tia, de probat. procedunt, etiamſi monaſterium eſſet
inſtitutum ab ingreſſu, quando pater inſtituiſſet fi-
lios, & eis ſubſtituiſſet alium extraneum, ſi ſine filiis
morerentur: Secus ſi ſubſtituiſſet eoſdem filios in-
uicem; ſicut factum fuit in caſu noſtro; quia hic ſub-
eſt duplex ratio pro ſubſtitutis, ſcilicet naturalis, &
10 ciuilis. † Vnde duę rationes vincunt vnam ſcilicet
ciuilem, quia imagine naturę veritas non debet ob-
umbrari, *arg. l. filio. ff. de liber. & poſthum.* eſt & alia ra-
tio, quia in caſu noſtro ſupereſt perſona, quę ex prę-
ſumptione excludit ſubſtitutum, quia ſicut teſtator
prætulit, & pręferre potuit filios animæ ſuæ, & mo-
naſterio in inſtitutione, ita etiam in ſubſtitutione.
Item, quia iſtud fuit patris prudens conſilium, *l. Lu-*
11 *cius, 2. in fin. ff. de hæred. inſtit.* † Item quia maior eſt
charitas liberorum, maxime expreſſa, quam tacita
iuris interpretatio, *vt not. gloſſ. in d. l. Lucius, & in l. pre-*
12 *cibus in vlt. gloſſ. C. de impub. & aliis ſubſtitut.* † Et pro-
pter hoc ſolum, quod teſtator ſubſtituit filios ſuos
inſtitutos Bald. eleganter conſuluit monaſterium
excludi per filios ſubſtitutos in conſ. ſuo 184. quod
incipit. Item reliquit Franciſcæ alias. In Chriſti no-
mine, amen. In hac quæſtione ſunt opiniones, vbi
dicit ſe etiam ita alias conſuluiſſe Taruiſii, & ita fu-
iſſe iudicatum. Vnde ex prædictis concludo quan-
tum ad primum caſum, quod filii primi teſtatoris
ſubſtituti excludunt monaſterium, & inſtitutum ab
ingreſſo religionem, & ſic teſtari non potuiſſe fili-
um in præiudicium fratrum ſuorum ſubſtitutorum
13 in teſtaméto paterno. † In ſecundo caſu, c an ex eo,
c quod monaſterium non fuit inſtitutum, teſtamen-
tum filii fuerit nullum. Et in hoc breuiter eſt dicen-
dum, quod teſtamentum per ingreſſum religionis
non rumpitur, ſi factũ fuit ante ingreſſum, & con-
cedens teſtamentũ cogitauit de ingreſſu monaſte-
rii, tamen debetur legitima, *vt plene not. in auth. ſi qua*
mulier, C. de ſacroſ. Eccleſ. & hoc tenet etiam Paul. de Caſt.
in d. auth. niſi rogati. C. ad Trebelli. Vnde ex prædictis
concluditur, quod licet dictus filius potuiſſet teſta-
ri in præiudicium monaſterii, excepta legitima, quę
monaſterio debetur, vt dixi, tamen non potuit te-
ſtari in præiudicium aliorum fratrum, quantum eſt
14 reſpectu fideicommiſſi: † Sed dubium remanet an
ſaltem potuerit teſtari de legitima, & Trebelliani-
ca: de legitima non eſt dubium, quia illa debetur
ſine onere, nec in ea valet fideicommiſſum, *vt l. quo-*
niam in prioribus, & l. omnium, C. de inoffi. teſtam. & l. iu-
bemus, C. ad Treb. cum ſimil. De Trebellianica idem eſt
dicendum, vt de ea potuerit teſtari regulariter, vt
dicam in ſequenti dubio. Et ideo de dimidia parte
bonorum ſibi à patre relictorum potuit teſtari, de
qua dimidia monaſteriũ debet habere legitimam
& aliæ partes illius dimidiæ ſpectabunt ad fratres,
& nepotes inſtitutos, vigore ſuæ inſtitutionis, alia
dimidia ſpectabit dictis fratribus, vigore fideicom-
15 miſſi relicti in teſtamento paterno. † Secundo
principaliter dubitatur, an alter filius, qui condito
teſtamento inſtituit ſibi hæredes fratres, & nepo-
tes ſuos, per ſtirpes, potuerit detrahere legitimam,
& Trebellianicam. Et gloſſ. *in l. quanquam, C. ad leg.*
Fal. tenet, quod ſic, diſtinguens, aut filius grauatur
pure de reſtituendo hæreditatem, & tunc vna tan-
tum legitima detrahitur: aut ſub cõditione, & tunc
duæ detrahuntur, primò legitima, quæ debetur in
continenti ſine onere, *l. quoniam in priorib. C. de inoff.*
teſta. Alia Trebellianica deducitur tempore aduen-
tus fideicommiſſi propter reſtitutionem, & idem
tenet gloſſ. *in l. Papinianus. §. meminiſſe, ff. de inoffi. teſta.*
& in auth. de hæredib. & Falc. §. ſi quis autem non im-
plens. Et pro iſta opinione eſt hodie caſus *in c. Raynu-*
tius, & c. Raynaldus, extra de teſtam. Et iſta opinio com-
* muniter * tenetur, & eam obſeruat conſuetudo,
d vt poſſint detrahi duæ quartæ, *d* videlicet legitima,
& Trebellianica, quando filius eſt grauatus de reſti-
tuendo hæreditatem ſub conditione, ſi deceſſerit
ſine liberis, vt dicit Bart. *in d. l. quanquam, C. ad leg.*
Falcid. & dicit Ang. ibi, quod ita practicatur per totam Ita-
liam, & dicit idem Ang. in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de
inoff. teſta. quod conſuetudo ita ſeruat, & ita ſeruabis,
& dicit etiam idem Ang. & Ioan. de Imola, *in l. co-*
hæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupil. quod iſta opinio
eſt approbata in iudiciis, & in ſcholis, idẽ dicit Bald.
in l. filium quem habentem, in 15. col. C. famil. erciſ. qui di-
cit, quod ſolet conſulere, quia dicta opinio iuris ca-
nonici eſt approbata de conſuetudine ſecundum
Iacob. Butr. & idem tenet Bartol. *in l. 1. §. interdum in*
fin. ff. ſi cui pluſquam per l. Falc. qui dicit, quod commu-
* niter * teneantur dictæ decretales licet in puncto iu-
ris noſtri non poſſit, niſi vna detrahi, & idem tenet
Ang. *in auth. de hæred. & faber. in §. ſi quis autem non im-*
plens, qui dicit, quod communis conſuetudo eſt, vt
detrahantur duæ quartæ, quando filius eſt grauatus
de reſtituendo ſub conditione vel in diem, & Bald.
in conſ. ſuo 240. quod incipit, quia A. ex prima vxo-
re, tenet iſtam opinionẽ, dicens, quod ita ſæpe con-
16 ſuluit, & ita de facto ſeruatur: † & ideo in præ-
ſenti non inſiſtam circa rationes, ex quo habemus
opinionem communẽ, à qua in iudicando, & con-
ſulendo non eſt recedendum, *vt not. in l. 1. C. de pœ-*
na iudi. qui male iud. & in c. 1. & in c. ne innitaris pruden-
tia tua, extra de conſtit. & in c. Capellanus, extra de feriis,
17 *cum ſimil.* † Tertio quæritur, an dicti fratres ſuper-
ſtites, quibus iſte frater teſtator ex teſtamento pa-
terno erat rogatus reſtituere hæreditatem, ſi de-
ceſſerit ſine liberis, poſſint contrauenire teſtamen-
to ipſius fratris inſtituentis eos, & nepotes ſuos ſibi
hæredes. Et dicendum eſt, aut volunt acceptare fi-
deicommiſſum, ex teſtamento paterno, & repu-
diare hæreditatem ex teſtamento fratris, & poſſunt
impugnare iudicium fratris ſui, quia vigore fidei-
commiſſi relicti in teſtamento paterno dicuntur
ſuccedere ipſi patri, & non fratri fideicommiſſario
18 grauato de reſtituendo, † quoniam per ſubſtitu-
tionem fideicommiſſariam ſuccedit teſtatori, *vt*
notat Cyn. in l. ex tribus, C. de inofficioſ. teſtament. &
Paulus de Caſtr. in l. ſi is qui ex bonis, ff. de vulgar. & pupill.
Et ſic

19 † Er ſic poſſunt paternum fideicommiſſum acceptare, & hæreditatem filii repudiare, *vt l. duo fratres, ff. de acquir. hæred. cum ſimilibus.* Aut volunt acceptare hæreditatem ipſius fratris, & tunc in totum tenentur approbare iudicium ſuum, tam circa illa bona, quæ rogatus erat eis reſtituere ex fideicommiſſo, quam circa legitimam, & Trebellianicam, & de omnibus ipſis bonis relinquere patronũ ſuum ſupraſcriptis nepotibus ſuis ſimul inſtitutis per ſtirpes;
20 † quia ex qua perſona quis lucrum ſentit eius factum improbare non poreſt, *vt l. ex qua perſona. ff. de regu. iuris, & l. cum à matre. C. de rei vend. & ibi de hoc ple-*
21 *ne not.* † Quarto quæritur: Vtrum ſupraſcripti nepotes ex fratre præmortuo ſuccedant ab inteſtato cum aliis patruis ſuis ſupraiuiuẽtibus patruo defuncto ſine liberis. Er dicendum videtur, quod ſic, per ſtirpes, & non per capita, tantum in legitima, & Trebellianica debita ipſi patruo decedenti ab inteſtaro in bonis paternis, per ſtatutum Bergomi in collatione ſexta rubrica de ſucceſſionibus patrui ab inteſtato, quod ita diſponere dicirur ad literam; ipſum tamen non iudi. Sed ita etiam eſſer de iure communi, quoniam ipſi non ſunt vocati per dictam ſubſtitutionem, ergo ſuccedunt ab inteſtato ſolum patruo ſuo in legitima & Trebellianica, vt dictum eſt in præcedentibus dubiis. Er ſicur etiam de iure communi in ſtirpes cum patruis ſuis, quia vbi tractatur de ſucceſſione patrui, vel aui ſuccedunr filii fratrum in ſtirpes, & non in capita, *vt not. per Bart. & Doctor. in auth. poſt fratres. C. de legitimis* * *hæredibus, & iſta eſt communis * ſententia Doctorum.*
22 † Quinto, vtrum iſti filii rogati reſtituere hæreditatem aliis fratribus ſuis ipſis decedentibus ſine liberis, vt ſupra, poſſint retinere Trebellianicam de ſubſtantia patris, vel computare debeanr ſibi fructus perceptos in quartam. Et licet in iſto puncto * variæ ſint opiniones, tamen iſta eſt communis * quod non computentur, *vt not. plene per Doct. in l. iubemus, C. ad Trebellianum.* Sed propter nuntii celeritatem, & etiam ita petentis, ſufficit concluſionis veritas, de qua ſupra.

Annotationes.

a Eſſe veram] *Idem approbat Alexander in conſ. 121. nu. 11. & per totum lib. 2. & eſt recepta omnium ſententia, de qua late tradunt Doctores in auth. niſi rogati C. ad Trebellia. vbi in ſpecie Ripa nu. 37. idem Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus nu. 37. ff. ad Trebell. Didacus Conarr. lib. 1. variarum ſolutio. cap. 19. nu. 78. & 11. & hunc articulum ſuſe pertractant Sfortia Oddus in tractatu compendioſæ ſubſtitutionis in 6. parte art. 6. Dominus Franciſcus Mantica de coniecturis vltimarum volunta. lib. 11. tit. 7. Michael Craſſus in lib. receptarum ſententiarum, §. fideicommiſſum, quæſt. 40. & nouiſſime D. Alexander Trentacinquius Aquilanus in ſuo tractatu de ſubſtitutionibus in prima parte cap. 7.*

b Iure cautum] *Adde quæ ad hoc congerit Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos, num. 46. & 47. C. de reuocan. donatio.*

c In ſecundo caſu] *De hoc articulo tradunt Iaſ. in auth. ſi qua mulier, nu. 17. C. de Sacroſ. Eccleſ. Ripa in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donati. quæſt. 35. nu. 94. Tiraquel. in eadem l. ſi vnquam, in verbo ſuſceperit liberos, nu. 42. C. de reuocan. donatio. Iulius Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 28. verſ. ſed retenta concluſione. Fernand. Vaſquius controuerſiarum illuſtrium, cap. 102. nu 1. & ſeq. Didac. Couarru. de teſtam. ca. 2. num. 5. & Michael Craſſus in §. teſtamentum quæſt. 34.*

d Duæ quartæ] *Idem tradunt omnes in l. in quartam ff. ad leg. Falcid. vbi Berengar. Fern. nu. 324. & in l. Papinianus. §. meminiſſe, ff. de inoffi. teſtam. vbi Cagnol. nu. 9. & 10. Ioan. Bolognet. in Rubr. ff. ad leg. Facil. nu. 71. Didac. in cap. Raynutius, §. 11. num. 5. extra de teſtam. Fernand. Vaſq. de ſucceſsio. progreſſu lib. 3. §. 26. nume. 33. & ſeq. Michael Craſſus in §. Falcidia, quæſt. 4.*

CONSIL. XLIII.

ARGVMENTVM.

Inſula in flumine publico reperta cuius debeat iudicari, an illius qui prope eam poſſeſſionem habet, an vero illius, qui diu eam poſſedit.

SVMMARIA.

1 *Intellectus l. Riparum, ff. de rerum diuiſione, & nu. 4.*
2 *Dominio probato per actorem in petitorio, rei poſſeſſio friuola remanet.*
3 *Malæ fidei poſſeſſor non præſcribit, & nu. 17.*
4 *Inſula in flumine publico nata eſt illorum qui prope illam prædia poſſident.*
5 *Donans vel vendens poſſeſsionem an videatur donare, vel vendere inſulam prope illam exiſtentem, ſed non continuam.*
6 *Hæres quis non præſumitur niſi probetur.*
7 *Dominium vtile cauſatur ex præſcriptione annorum decem.*
8 *Fama, & poſſeſsio iuſtiſsimum dominii errorem, & credulitatem inducunt.*
Fama, & poſſeſsio ad dominii acquiſitionem ſufficiunt.
9 *In inſula multum operatur antiqua poſſeſsio, & præſumitur eſſe illius, qui eam ab antiquo poſſedit.*
10 *Præſcriptio 30. annorum licet non cauſetur dominium, tamen parit exceptionem.*
12 *Inſula quando eſt ſeparata à fundo, licet apprehendatur poſſeſsio fundi vicini, ipſa tamen non videtur apprehenſa, niſi in ſpecie illius poſſeſsio apprehendatur.*
13 *Licet lex det vicino inſulæ proprietatem, non tamen illius poſſeſsionem acquirit abſque apprehenſione.*
14 *Contractus libellarius ſimpliciter dominum in poſſeſsione non conſtituit.*
15 *Ex præſcriptione detrahitur tempus pupillaris ætatis illius contra quem currit.*
16 *Præſcriptio currit tempore peſtis, & belli, quando ius redditum non fuit.*
18 *Poſsidens fundum triginta annis etiam ſine titulo, præſumitur in bona fide, & poſt triginta annos mala fides præſumpta allegari non poteſt.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spititus ſancti gratia. Caſus, ſuper quo Conſilium petitur, eſt in hæc verba: Egregius vir Sylueſter de Landis de anno 1455. emit à Petro de

Baſtia-

Baſtianis quandam poſſeſſionem in ſorte mantici,
coi dicitur eſſe eontigua quædam Sablonaria, quæ
eſt in Arbeſi, prope Ripam, quæ eſt iuxta dictam
poſſeſſionem: & egit de anno 1460. contra nobi-
lem virum Petrum q. Domini Nicolai de Maffæis;
dicens, quod ipſe, & pater ſuus tenuerunt, & poſſe-
derunt dictam Sablonariam iam triginta annis, vel
circa; & petit pronuntiari dictam Ripam ad ipſum
ſpectare, & pertinere iore dominii, vel quaſi, & di-
ctom Petrum nullum ius habere in dicta Sablona-
ri; & nullum ius eſſe accipiendi de dicta arena; & in
futurum deſiſtere ab accipiendo de dicto Sablono
ipſius Sablonariæ: cui libello pro parte dicti Petri,
reſponſum eſt, litem conteſtando, & deinde oppo-
ſitum eſt, qnod imo dicta Sablonaria ſpectat, &
pertinet iure dominii, vel quaſi ipſi Petro, iuſtis ti-
tulis, rationibus, & cauſis; & eſt oppoſita exceptio
præſcriptionis; & pro parte dicti Petri probatum
eſt, quod ipſe, & pater ſuus poſſederunt dictam Sa-
blonariam quadraginta annis, & vltra. Deinde iu-
dicatum eſt petita per dictum Syluestrum fieri de-
bere, potiſſime quia dicitur quod Petrus confeſſus
eſt dictam Sablonariam eſſe contiguam Ripæ con-
tiguæ dictæ 'poſſeſſioni emptæ per Syluestrum:
1 † ergo ad ipſum videtur ſpectare *per l. riparum, ff. de
rer. diui.* & ex qno in proceſſu Petrus non probauit
acquiſiuiſſe dominium dictę Sablonariæ debet ſuc-
2 cumbere: † Nec debet Petro opitulari longa poſ-
ſeſſio in accipiendo de dicto Sablono, quia cum a-
ctum fuerit petitorio; probato dominio per acto-
rem remanet fragilis & friuola poſſeſſio, & ſuccū-
bit dominio tanquā potiori, *vt dicit Io. Cald. in c. cum
dilectus, de cauſ. poſſeſ. & propriet. & Bart. & Doct. in l. na-
3 turaliter, §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſ.* † Nec eſt
completa præſcriptio triginta vel quadraginta an-
norum, nec probatus titulus allegatus, vt dicitur
per teſtium depoſitiones; Præterea dicitur, qnod
Petrus fuit in mala fide, ergo præſcriptio non cur-
rit, *cap. fin. de præſcript. & ibi not. & in cap. mala fidei
poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6.* Qoæritur modo, an fuerit
ioſte iudicatum. Et viſis, & examinatis petitio-
nibus, & reſponſionibus factis per dictas partes,
& viſis omnibus atteſtationibus teſtium, & viſo
toto proceſſo, & dicta ſententia, & omnibus di-
ligenter conſideratis; dicendum eſt ſine dubio,
quod eſt iniuſte iudicatum. Et pro declaratione
duo ſunt principaliter conſideranda. Primum eſt:
ſi Syluester probauit dictam Sablonariam, ſiue in-
ſulam arenariam ad ipſom, vel ad ſoos auctores
ſpectaſſe, & pertinuiſſe, iure dominii, vel quaſi.
Secundum, poſito, quod ſic; An dictos Petrus pro-
4 bauerit ipſam legitime præſcripſiſſe. † Circa pri-
mum dicendum eſt, quod licet regulariter inſula in
a flumine publico nata ſit illorum, qui propè *a* præ-
dia poſſident, *vt l. adeo, §. inſula, ff. de acquir. rer. dom. &
Inſtit. de rer. diui. §. inſula.* Sicuti eſt Ripa *l. riparum. ff. de
rer. diui. & §. riparum. Inſt. eod. tit.* & lex ſit illa, quæ dat
iſtam proprietatē vicino, vt not. Bar. *in l. quo minus, in
10. q. ff. de flum.* tamen non ſeqoitur, quod dicta inſula
ſit dicti Syluestri, qui emit dictam poſſeſſionem ibi
propinquam; quia ad hoc, vt dicta inſola continea-
tur in dicta emptione Syluestri; eſt neceſſarium,
quod fuerit in dominio ſuorum auctorum, qui ſibi
vendiderunt, alias in ipſum non potuiſſent domi-
nium transferre *l. traditio, ff. de acq. rer. dominio.* Sed i-
pſe Syluester hoc non probauit; imo per inſtrumē-
ta producta eſt probatum contrarium, nam dicti
ſui auctores haboerunt cauſam à quadam donatio-
ne, quam fecit de anno 1423. Dominus Daniel de
Maffæis D. Annæ auiæ D. Theodoræ vxoris q. dicti
Petri de Baſtianis, in qua donatione donat ſolum di-
ctas poſſeſſiones quantum ad propoſitum; quas e-
mit dictus Syluester, non autem donat ſibi dictam
5 inſulam arenariam, † qoia donans poſſeſſionem
non videtur donare inſulam, quę non eſt coniuncta
cum Ripa, quæ eſt prope poſſeſſionem, nec eſt de-
porata ad dictam poſſeſſionem; ſicut eſt dicta inſula
arenaria, *arg. l. fin. in princ. cum ibi not. ff. de ſerui. vrba.
præd. & in l. prædiu, §. 1. ff. de legat. 3. & in l. teſtatrix, in
princ. ff. ſi ſeruit. vend. & per l. in vendendo, in princ. cum
gloſſ. 2. ff. de contrah. empt. cum ſimilibus.* Et qnod iſta
fuerit intentio donaotis & donatarii, quod non
comprehendatur dicta inſula arenaria, apparet ex
ſequeotibus; quia nunquam poſſedit donatarius
dictam inſulam arenariam, ſed ſolum poſſeſſiones,
*l. ſi ſeruus plurium, §. fin. in fin. ibi, vel quæ ſequuntur, ff. de
legat. 1.* Nec poteſt dici, quod dominium dictæ in-
ſulæ eadem ratione remanſit penes Franciſcum de
Zachariis auum paternum dictæ dominæ Theodo-
ræ, qui prius donauerat dictas poſſeſſiones prædi-
cto domino Danieli de Maffęis; quia licet dominiū
fuiſſet dictæ inſolæ penes dictum Franciſcum, qui
fuit primus auctor, & dominus dictarum poſſeſſio-
num, tamē non apparet ex proceſſu, quod dicta do-
mina Theodora fuerit hæres dicti Franciſci, & ſic
6 ſucceſſerit in dominio dictæ inſulæ, † & ideo non
præſumitur, quod ſuerit hæres, niſi probetur, *vt eſt
gl. notabilis in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, in fin. in
ver. extiterit. ff. ſolut matrimo. & ibi, per Doct. & not. in l.
1. C. ſi vt ſe ab hæred. abſtin. & in c. filius, extra de teſta. cum
ſimil.* Et propterea cnm non ſit probatum, neq; de-
ductum de dicta ſucceſſione, ex ea ſe fondare non
poteſt, vt dictis iuribus, & *per not. per Barto. in l. cum
qui ita, §. qui ita. ff. de verb. obl.* Ex iſtis itaq; conclodítur
circa primnm dubium, qnod Syluester non proba-
uit dictam inſulam arenariam ad ipſum ſpectare, &
pertinere iure dominii, vel quaſi, ex quo in ea non
habet aliquem titulū, neq; poſſeſſionem. Circa ſe-
cundum, poſito, quod probaſſet dominiū, vel quaſi
fuiſſe apud auctores ſoos, an ſit probatum dictam
inſulam ſpectare, & pertinere dicto Petro, iore do-
minii, vel quaſi, aut vigore præſcriptionis triginta
7 annorum. † Et dico primo, quod probatum eſt do-
minium vtile, quod cauſatur ex præſcriptione de-
cem annorum cum tit. *iuxta not. in auth. niſi triennale,
C. de bon. mat.* Nam Petrus allegauit titulum, videli-
cet patrem ſoum emiſſe dictam inſulam à commu-
ni Veronæ: & probauit ſe, & patrem ſuū poſſediſſe
ſine dubio decem annis, & vltra, vt apparet ex atte-
ſtationibos teſtiū, & dicetur etiam infra, & proba-
uit, quod eſt fama publica, & cōmunis opinio, quod
8 dicta inſula erat domini Nicolai patris ſui, † ex qua
fama & poſſeſſione dictus Petrus fuit in iuſtiſſimo
errore, etiamſi non fuiſſet verum, *per l. cum quidam,*

§. quod

§.quod dicitur, ff.de acqui.hæred. & hęc ſufficiunt ad ac-
quirendum dominium, *vt ſingulariter not. Bart. in l*
Celſus in 2.col. ff.de vſucapio. & Bald. in l.iudicia. C. de rei
vend. qui dicunt, quod ſi pater tuus emit fundum, &
poſſedit decem annis, & deceſſit, & poſſediſti tu fi-
lius, aliis decem annis; & cecidiſti à poſſeſſione, &
non potes inuenire inſtrumentum, vel teſtes, per
quos probetur titulus, & poſſeſſio decem annorum
ſine titulo, non ſufficit. Item titulum pro hærede
non potes allegare, quia ſuus *l.nihil C.pro hærede.* Suf-
ficit allegare titulum, & probare famam, quod res
fuerit patris tui, & poſſeſſionem decem annorum,
& quod crediderıs, patrem tuum ęmiſſe, vel aliter
fuiſſe dominum; ſtabitur dicto tuo, ex quo hæc de-
pendent ex animo tuo, *vt not.per gl.Inſtit.de act.§.alia.*
Et puto, quod ſit tutum, quod Petrus iuret, quod
credidit patri ſuo aſſerenti ſibi emiſſe dictam inſu-
lam arenariam, & eam iuſte, & legitime poſſidere
arg. cap. præſentium de teſtibus, & glo. in cap. innotuit, in
ver.ignorantiam, in fin.extra de electione, & glo.1.in fin. in
l.2.C.de ſeruit.& aqua, & per not.in dicto §.ſed iſta cum ſi-
milibus. Et ipſo Petro ſic, vt ſupra, iurante, teneo,
quod ſatis probauerit de dominio dictæ inſulæ,
9 † & maxime quia in inſula multum operatur anti-
qua poſſeſſio; quoniam in dubio præſumitur eſſe
illius, qui eam ab antiquo poſſedit, *vt dicit Barto. de*
foſſatu, in tract.ātu de alluuione ſuper verbo flumen, verſ.&
ſi quæratur, ibi, vel poteſt probari qualiter ſunt ab
antiquo poſſeſſa. Secundo dico, quod poſito, quod
Petrus non probaſſet dominium vtile per titulum
allegatum, cum poſſeſſione decem annorum, ſal-
tem probauit ſe præſcripſiſſe ſpatio triginta anno-
10 rum, † quę præſcriptio licet non cauſetur dominiú;
tamen cauſatur exceptionem, quę ſufficit ad defen-
dendum ipſum à petitione dicti Syluestri *per l.ſi quis*
emptionis titulo, & l.ſicut, & l.omnes C de præſcriptio.trig.
vel quadrag.anno. Nam probauit Petrus ſe cum pa-
tre ſuo domino Nicolao poſſediſſe dictam inſulam
arenariam, per quadraginta annos, & vltra; & hoc
per Gulielmum q.Bon Seuerii de Sancto Zenone
examinato pro dicto Syluestro, quod à quadraginta
annis, & abinde citra dictus dominus Nicolaus de
Maſſęis poſſedit dictam inſulam: Et idem in effectu
vult Bernardus q.Antonii, qui dicit antequam Illu-
ſtriſſ. Duc. Dom. haberet ciuitatem Brixiæ, & abin-
de citra dictus dominus Nicolaus, & dictus Petrus
eius filius poſſiderunt dictam inſulam. Item Tho-
mæus cimator deponit de poſſeſſione quinquagin-
ta annorum, & plures de triginta ſex annis; & tri-
11 ginta tantum ſufficerent per dicta iura. † Nec ob-
ſtat dum dicitur, quod deberent primo deduci de-
cem anni de dictis quadraginta, ex quibus præſu-
matur auctor dominæ Theodoræ deſiiſſe poſſide-
re, *per glo.in l.1.in fin.C.de ſeruis fugit. & per not.per Dyn.*
in cap.ſiue poſſeſſione, in fin.de reg.iur.in 6. Quia reſpon-
detur, quod iſtud nõ eſt verum in caſu noſtro, quo-
niam illud, quo dicitur *in dicta l.1. & in dicto cap.ſine*
poſſeſſione, procedit quando probaretur, quod au-
ctor dominæ Theodoræ, & Sylueſtri fuiſſet prius in
poſſeſſione dictæ, inſulæ, ſed iſtud non eſt deductū
neque probatum, ergo ſibi non prodeſt, nunc hæc
tantum allegare per not.per Barto. *in l.eum qui ita.ff.*
12 *de verb.obliga.* † Nec ſufficit dicere ſi habebat poſ-
ſeſſionem fundi coniungui Ripæ, quæ eſt proxima
dictæ inſulæ, ergo habebat poſſeſſionem dictæ in-
ſulæ, quia cum ſit ſeparata dicta inſula à fundo dicti
Sylueſtri, nec eſt ei coniuncta, vt in ſententia dici-
tur: ſequitur quod per apprehenſionem poſſeſſio-
nis fundi illa non videtur apprehenſa, niſi appre-
b hendatur *b* in ſpecie poſſeſſio ipſius Inſulæ, *arg. l.*
3.in princip. cum glo. in ver.qualibet, ff. de acquir. poſſeſ. &
ita tenet notabiliter Bartol. *in ſuo tractatu de inſula, in*
verbo communis fit eorum, in princip. Et idem not.Barto.
13 *in l.quo minus in 10.q.ff.de flum.* qui dicit, † quod licet
lex det vicino proprietatem inſulæ, non tamen ac-
quirit vicinus poſſeſſionem inſulæ ipſo iure ſine
apprehenſione, *l.cum hæredes ff. de acquir. poſſeſ. & per*
glo.in l.cum duobus, §.idem reſpondit ſocius, ff. pro ſocio, &
per glo.in l.fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. Nec obſtat ſi dicatur
imo prius adeptus eſt poſſeſſionem, quia de anno
14 1412. locauit dictam inſulam iure liuelli; † nam
contractus liuellarius ſimpliciter non conſtituit
dominium in poſſeſſione ſi non eſt, ex quo non in-
teruenit aliquis actus ad acquirendam poſſeſſio-
nem *iuxta not.in l.3.in princip.ff.de acquir.poſſeſ. facit ca.*
inter dilectos in fin. cum ibi. not. extra de fide inſtrumen.
15 † Nec etiam obſtat dum dicitur; quod debet dedu-
ci pupillaris ætas dictæ dominæ Theodoræ *per l.ſicut*
C.de præſcript.trigint. anno. quia dico, quod ipſa nata
fuit de 1431. quod patet, quia productum fuit per
dictum Sylueſtrum inſtrumentú curatoriæ factum
de ipſa Theodora de 1444. quod inſtrumentum
præſupponit, quod ſaltem tunc erat ætatis trede-
cim annorum, alias non fuiſſet in cura, per ea quæ
habentur *Inſtitu. quibus mo. tut.fi. & Inſtit. de curat. in*
princip. & dictus Sylueſter in quibuſdam ſuis repli-
cationibus confeſſus eſt, quod Ioannes Guliel-
mus pater dictæ dominæ Theodoræ, vixit vſque ad
annum 1439. vnde prædicto tempore currit præ-
ſcriptio; nec conſideratur ætas pupillaris ipſius do-
minæ Theodoræ, quia contra eam non currebat
præſcriptio, ſed contra patrem ſuum maiorem; ſo-
lum ergo videretur deducendum tempus annorum
quadraginta, vſque ad 1444. qui ſunt circa quatuor
anni; quibus ipſa fuit pupilla, & deſiuit præſcriptio,
vt not.per gl.& Doct. *in dicta l.ſicut, C.de præſcript. tri-*
gin.anno. remanebunt adhuc anni triginta ſex, & vl-
16 tra. † Et licet ſint allegatæ aliquæ ſuſpenſiones,
quibus dicitur, quod non fuit redditum ius in ciui-
tate Veronæ, propter peſtem, vel guerram de dicto
tempore, *iuxta not. in cap. ex tranſmiſſa, extra de præ-*
ſcript.& in cap.cum non liceat eod.titu. & in l.naturaliter
per Barto.ff.de vſucap. Tamen dictæ ſuſpenſiones, &
locationes, quæ fuerunt à 1440. vſque ad 1444. non
debent computari; quia omnino pro illo tempore
deducitur pupillaris ætas: *vt ſupra dixi*, bis ergo de-
duci non debet. Item aliæ locationes placitorum
non debent deduci: niſi in ciuitate Veronæ fuerit
tanta peſtis; vel guerra, quod ius in dicta ciuitate
non redderetur in aliquo, *vt vult Barto. in dicta l. na-*
turaliter, & Ant.de Butr. in cap. cum dilecti in princip. vlt.
colum. extra de dolo, & contum. & not. Doct. in dicto cap.
ex tranſmiſſa, & propterea ſi bene conſiderentur di-
ctæ locationes placitorum, non reperientur duo
anni.

anni, qui de iure debeant deduci, & ſic remanebunt adhuc triginta quatuor anni, & etiam ſufficerent, vt dixi, triginta anni, ad repellendum dictum Syluestrum petitorem, *per l. ſicut, & l. omnes, C. de praeſcript. triginta & quadraginta annor. per praedicta.* † Nec obſtat, ſi dicatur, Petrus fuit in mala fide; ergò non
17 patrocinatur ſibi præſcriptio, *per cap. fin. de praeſcript. cum ſimilib.* Quod autem fuerit in mala fide, dicitur probari ex eo, quod dixit, ſe habuiſſe titulum à communi, quod profectò eſt abſurdum dicere, licet ipſum titulum non probet; *per not. per Bart. in l. Celſus, ff. de vſucap. & per ea, quae ſupra dixi.* Item dicitur, quod fuit in mala fide, quia confeſſus eſt, quod dicta inſula eſt contigua dictæ poſſeſſioni Syluestri, quia non valet conſequentia; nam poteſt eſſe fundus vnius, & inſula alterius ex titulo aliquo habito, etiam à non domino, interueniente poſſeſſione decem annorum, *per not. in l. cum notiſſimi, in princip. C.*
18 *de praeſcript. trigint. annor.* † Prætetea habemus caſum de hoc, *in l. fin. C. vnde vi, & ibi, Bart. in fin.* qui dicit ſingulariter per illum text. quod ille, qui poſſedit fundum triginta annis, etiam ſine titulo præ-
c ſumitur eſſe in bona fide, *c* & poſt triginta annoa non poteſt allegari mala fides præſumpta, & idem not. D. And. de Butr. *in c. ſaepe, in 5. col. in fin. verſ. item hoc verum vſq., extra de reſtit. ſpoliat.* Et ideo cùm dictus Petrus continuata ſua poſſeſſione cum poſſeſſione patris ſui, *iuxta not. in l. Pomp. §. cum quis, ff. de acquir. poſſeſſ.* poſſederit dictam inſulam arenariam ſpatio triginta annorum, & vltra, præſcripſit eam, & ſe tueri poteſt ſaltem exceptione. Vnde ex omnibus prædictis concludo, quod cum reuerentia Dn. Conſultoris fuit malè & iniuſtè conſultum & iudicatum contra dictum Petrum.

Annotationes.

a Qui propè] *Adde quae ad hoc tradit idem Dn. Capella in tractatu de ſeruitutibus ruſticorum praediorum, cap. 33. num. 7. & ſeq. & pulcrè Stephanus Forcatulus in Necyomantia iuris dialogo 86.*

b Niſi apprehendatur] *Idem Dominus Capolla in d. cap. 33. num. 12.*

c Eſſe in bona fide] *Hac de re tradunt Alex. in conſil. 71. num. 1. lib. 1. conſil. 203. num. 12. lib. 6. & conſil. 4. num. 3. lib. 7. Iaſ. in §. ſed iſta, num. 100. Inſtitut. de actio. latè Cranet. in tractat. de antiquitat. tempor. in 4. part. verſ. materia iſta, num. 21. cum multis ſeqq. & Rimnal. ſen. in conſil. 288. num. 19. & conſil. 246. num. 25. vol. 2. Alba. in conſ. 64. num. 55. & 56.*

CONSIL. XLIIII.

ARGVMENTVM.

Si primus vaſallus alteri ſubinfeudauerit, & primi bona ob rebellionem publicentur, an feudum veniat in confiſcatione.

SVMMARIA.

1 *Inueſtitura feudales vtile feudi dominium in inueſtitum transferunt.*
2 *Inueſtitura feudi ſimplex abſq. haeredum vel filiorum mentione intelligitur facta pro ſe & deſcendentibus tantum.*
Idem, quando facta eſt pro ſe & haeredibus ſuis, quia intelligitur de filijs maſculis tantum, & num. 19.
3 *Vaſallus an poſſit alteri ſubinfeudare.*
4 *Vaſallus alteri ſubinfeudando in ſubinueſtitum transfert ſuum dominium vtile, & nullum penes ſe retinet.*
5 *Actiones directae ita affixa ſunt oſſibus domini, vt euelli non poſſint, & illa cedi non poſſunt, ſed illarum exercitium.*
6 *Secundus vaſallus à primo inueſtitus, dicitur etiam vaſallus domini immediatus.*
7 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, & num. 20.*
8 *Feudum an veniat in confiſcatione, & fiſco acquiratur; an verò ad illius dominum reuertatur, & num. 10.*
9 *Vaſallus propter rebellionem ipſo iure feudo priuatur.*
11 *Si dominus vnum de feudo inueſtiuit, non poteſt poſtea alium inueſtire in primi praeiudicium.*
02 *Inueſtitura accepta per errorem nocere non debet.*
13 *Sciens ſe poſſidere, & ſe eſſe dominum, ſi eandem rem, tanquam non ſuam conducit, non propterea dominium perdit.*
14 *Tradens tibi rem ſuam, non tanquam ſuam, ſed tuam, dominium non transfert.*
15 *Quis non poteſt rem ſuam proprietatis reſpectu conducere.*
16 *Vaſallus ſimpliciter renuntians vel conſentiens, an filijs praeiudicet.*
In ſimplici conſenſu non abſorbetur ius futurum.
17 *Iure, quod eius fauore introductum non eſt, quis renuntiare non poteſt.*
18 *Alienatio feudi per vaſallum facta, an & quando noceat eius filijs.*
21 *Tradens rem alterius, quam ſuam eſſe putat, dominium non transfert.*
22 *Confirmatio facta per principem, intelligitur ſine tertij praeiudicio.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In cauſa, quæ vertitur inter famoſum artium & Medicinæ Doctorem, Dn. Magiſtrum Paganinum de Zerbis de Verona, & Franciſcum eius fratrem, ſuper decima Gargagnaghi, & Vallis Pulicellæ ex vna parte: & Cameram Veronæ pro Illuſtriſſimo Duc. Dom. Venetiarum ex altera, pro cognitione ac deciſione veritatis, duo principaliter ſunt examinanda: Primum eſt de viribus inueſtiturarum factarum in perſonis dictorum Domini Magiſtri Paganini, & Franciſci fratrum de Zerbis, & ſuorum auctorum & maiorum. Secundum eſt de iuribus Cameræ Veronæ, ſeu Illuſtriſſ. Duc. Dom. Venetiarum. Circa primum comperio, quod de dicta decima fuerunt primo inueſtiti iure feudi ab Epiſcopatu Veronæ, nobiles de Balignano ciues Veronenſes, inter quos fuit Dn. Ioannes de Balignano inueſtitus, de anno 1235. Deinde Vbertus, filius dicti Domini Ioannis de anno 1277. ſimiliter fuit inueſtitus de dicto feudo ab Epiſcopatu Veronæ;

poſtea Ioannes de Balignano filius dicti Vberti er-
iam ſimiliter fuit inueſtitus à Domino Petro de la
1 Scala Epiſcopo Veronæ de anno 1291. † Ex qui-
bus inueſtituris feudi dominium vtile dictorum
feudorum fuit translatum per Epiſcopatum Vero-
næ, in dictos nobiles de Balignano inueſtitos, vt
probatur *in cap. 1. §. rei autem, & ibi, hoc not. gl. & Doct.
in tit. de inueſtitura de re aliena facta in vſibus feudor. &
eſt text. in cap. vnico, in tit. de controuerſ. inter vaſall. & a-
lium de benefic. & ibi, gloſſ. dicit notabiliter,* quod ſtatim
cum vaſallus eſt inueſtitus de aliqua re, habet hanc
poteſtatem, quod tanquam dominus poteſt à quo-
libet quaſi vendicare, & deſenſiones opponere, *per
dictum §. rei autem.* Et quod in vaſallum feudi tranſ-
eat dominium vtile, eſt *gloſſ. ordi. in c. 1. §. præterea, in
ver. alienationes, in tit. de capitulis Corradi, & ibi, hoc Bal.
& Doctor. & idem not. gloſſ. & Doctor. in c. cum Bertoldus,
extra de re iud.* Et ſic concluditur, quod in dictos de
Balignano fuit translatum vtile dominium dicto-
rum feudorum, & directum dominium remanſit
penes Epiſcopatum Veronæ, facit etiam ad hoc *l. 1.
§. qui in perpetuum, cum ibi not. ff. ſi ager vectig. vel em-
phyt. pet. & quod not. in l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum,
2 ff. commodati.* † Et eſt aduertendum, quod in di-
ctis inueſtituris ſimpliciter ſunt inueſtiti dicti no-
biles de Balignano, non facta mentione aliqua de
hæredibus vel ſucceſſoribus ſuis, ex quo ſequitur,
quod intelliguntur inueſtiti pro ſe & ſuis filiis, &
nepotibus tantum, *vt eſt text. in c. 1. §. quia vidimus, &
§. cum verò Corradus, in tit. de his qui feud. dar. poſſ.* Et in
caſu, quo etiam fuiſſent inueſtiti pro ſe & hæredi-
bus ſuis, intelligeretur de filiis, & non de aliis, *vt eſt
text. ſingularis in c. 1. & ſi clientulus, in tit. de alienat. feud.
& not. gloſſ. notabiliter in l. ex facta, §. fin. & ibi, Doctor. ff. ad
Trebell.* Et intelligeretur de filiis maſculis, *vt eſt text.
notandus in c. 1. § profectò,* ibi, ſuiſq; hæredibus, quod
intelligi debet de ſolis maſculis, &c. *in tit. de leg. Cor-
radi.* Et ſic dictum feudum ſolum fuit pro dictis de
Balignano inueſtitis, & pro ſuis filiis & nepotibus,
ſeu deſcendentibus, & non pro aliis. Contigit po-
ſtea, quod dictus Ioannes ſecundus de Balignano fi-
lius Vberti vltimo loco inueſtitus ab Epiſcopatu
Veronæ, inueſtiuit de dicto feudo Bartholomæum
filium Domini Ioannis de Spoluerinis ſororium
3 ſuum pro ſe & filiis ſuis maſculis, † & quia potuiſ-
a ſet dubitari, an valuerit *a* dicta inueſtitura, *per cap.
1. §. ſimiliter, cum ibi not. in tit. de lege Corradi, & per c. 1.
§. 1. in tit. qualiter olim feud. pot. alien. & per c. beneficium,
cum gloſſ. in tit. ſi de feud. fuer. controuerſ. & per not. per gl.
ordi. in cap. 1. §. præterea, in gloſſ. magna, in ver. alienatio-
nes, in tit. de capitulis Corradi, & per not. per gloſſ. & Do-
ctor. in c. qua in Eccleſiarum, extra de conſtit. cum ſimilib.*
fuit dicta inueſtitura confirmata de 1293. per domi-
num Petrum de la Scala Epiſcopum Veronæ, per
quam confirmationem & conſenſum ſublata fuit
omnis dubitatio dictæ inueſtituræ, vt habetur in
dictis iuribus. Et vlterius dictus Dn. Epiſcopus de
conſenſu dicti Ioannis ſecundi de Balignano, inue-
ſtiuit dictum Bartholomæum filium Domini Ioan-
nis de Spoluerinis de dicto feudo pro ſe & ſuis hæ-
redibus, quod intelligitur, id eſt, filiis & deſcen-
dentibus maſculis, vt ſupra dixi: quæ inueſtitura
fuit ſolenniter facta tempore dictæ confirmatio-
nis, & in eòdem inſtrumento de dicto anno 1293.
4 † Ex quibus inueſtituris fuit translatum domi-
nium vtile dictorum feudorum in dicto Bartholo-
mæo de Spoluerinis, & nullum dominium reman-
ſit penes ipſum Ioannem de Balignano; nam cùm
ipſe Ioannes eſſet vaſallus Epiſcopi Veronenſis pro
dicto feudo, & ſic haber vtile tantum dominium,
vt ſupra dixi ſubinueſtiendo dictum Bartholomæ-
um de Spoluerinis, in eum tranſtulit dominium v-
tile, quia iſta natura inueſtituræ feudi, vt ſupra di-
ctum eſt, & apud ipſum Ioannem nullum domi-
nium potuit remanere, ex quo apud eum erat tan-
tum vtile, & illud vtile in Bartholomæum tranſtu-
lit, & quod vaſallus inueſtiendo alium vaſallum
transferat ſuum vtile dominium, & apud primum
vaſallum nullum dominium remaneat, *tenet Bartol.
& Doctor. in l. ex aſſe, ff. ad Trebellianam, per not. ibi, &
in l. 1. §. de illo. eod. tit. & in l. emptor, C. de hæred. vel actio.
vend. & not. Bald. in cap. 1. §. ſimiliter, in fin. de lege Corra-
di, & Specul. in tit. de ceſſione actionis, §. 1. verſic. ſed num-
quid, & verſic. ſed pone, quod emptor.* Item ex dicta in-
ueſtitura facta de nouo per dictum Dominum Pe-
trum de la Scala Epiſcopum Veronę in dictum Bar-
tholomæum de Spoluerinis de dictis feudis de vo-
luntate dicti Ioannis de Balignano, vltra confirma-
tionem factam de inueſtitura facta per eundem Io-
annem in ipſum Bartholomæum de dictis feudis:
fuit acquiſitum aliud ius d. Bartholomæo, videl. ius
exercendi directas actiones nomine Epiſcopi, & E-
piſcopatus Veronæ, quoniam D. Epiſcopus ipſum
Bartholomæum conſtituit procuratorem in rem
ſuam, ita quod poſſit agere ſicut D. Epiſcopus, & in-
ſuper ceſſit idem D. Epiſcopus omne ius & omnes
actiones, quas habebat in d. feudo, per quam ceſſio-
nem non videtur ceſſiſſe vtile dominiũ, ſeu ius vtilis
dominii, nec actiones vtiles, quia omnia iſta iam e-
rat conſecutus d. Bartholomæus de Spoluerinis per
inueſtituram factam in ipſum de dictis feudis per
Ioannem ſecundũ de Balignano, confirmatam iam
per eundem D. Epiſcopum. Sed videtur ceſſiſſe ex-
ercitium directarum actionum, quæ apud D. Epi-
ſcopum remanſerat, vt ipſe Dn. Bartholomæus de
Spoluerinis poſſit exercere etiam actiones directas
nomine ipſius Epiſcopi, & non nomine ipſius Bar-
5 tholomæi, † quia actiones directæ ita ſunt affixæ
oſſibus domini vt euelli non poſſint, *l. quia ergò caſus,
ff. de pecul. l. 3. §. 1. ff. pro ſocio, cum ſimil.* Sed exercitium
directarũ benè poteſt cedi & intelligere, fuiſſe ceſ-
ſum in caſu noſtro, *vt l. ex legato nominis, C. de leg. & i-
bi not. & not. in l. qui ſtipendia, C. procur. & in l. 1. C. de a-
6 ctio. & oblig. & l. emptor, C. de hæred. vel actio. vend.* † In-
ſuper ex dicta inueſtitura facta per D. Epiſcopum in
Bartholomæum de Spoluerinis eſt translatum ius,
ſcilicet, quia ipſe eſt effectus etiam vaſallus imme-
diatus ipſius D. Epiſcopi, & ei iurauit fidelitatem,
vt apparet ex dicto inſtrumẽto inueſtituræ de 1293.
vt in c. fin. per quos fiat inueſtitura, & in tribus titulis ſeqq.
Et ex iſta inueſtitura ſequitur alius effectus, vide-
licet quandocunque ius dictorum feudorum di-
ctorum de Balignano deficeret pluraliter propter
generationem finitam, vel alio modo, quod tunc

rema-

remanerent dicti de Spoluerinis vaſalli ipſius Epi-
ſcopi: & profecto illa inoeſtitura facta per D.Pe-
trum de la Scala in d.Bartholomæum de Spolueri-
nis, poſt confirmationem inueſtituræ factæ de di-
ctis feudis in eundem Bartholomæum per d.Ioan-
nem de Balignano, ita debet intelligi. nam ſi per di-
ctam ſubinfeudationem factam ipſi Bartholomæo
per d. Ioannem confirmatum per D. Epiſcopum
Veronæ, fuit tranſlatum vtile dominium dictorum
feudorum in d.Bartholomæum ſecundum vaſal-
lum, vt ſupra dixi; illa poſtea inueſtitura facta per D.
Epiſcopum in d.Bartholomæum, de dictis feudis
cum iuramento fidelitatis, nihil aliud voluit, niſi
quod, durante iure & inueſtitura dictorum de Ba-
lignano, dictus Bartholomæus de Spoluerinis ha-
beret vtile dominium, & actiones vtiles nomine
ſuo vigore dictæ inueſtituræ factæ in ipſum per d.
Ioannem de Balignano; & exercitium directarum
nomine Epiſcopi, & hoc eſt, quod dicitur in dicta
inueſtitura facta per D. Epiſcopom Bartholomæo,
quod ipſe dominus Epiſcopus proteſtatur, quud
per dictam inueſtituram non vult facere aliquod
præiudicium d. Ioanni de Balignano, nec ſuis hære-
dibus. Sed qoia potuiſſet finire dictum ius feudi in
perſonis de Balignano, quo caſu finita fuiſſet etiam
dicta inueſtitura facta ipſi Bartholomæo de Spol-
7 uerinis per dictum Ioannem de Balignano, † quia
reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptatoris, *vt
in c.1.§.ſi.& ibi glo.& Doct.in tit.de controuer.iu ueſtit.&
l.lex vectigali fundo, ff.de pignu.cum ſim.* Voluit dominus
Epiſcopus Veronæ per dictam ſuam inueſtituram
factam, in perſona d.Bartholomæi, quod extincto
iure dictorum de Balignano, remaneant poſtea ipſe
Bartholomæus de Spoluerinis, & ſui deſcendentes
ſoli inueſtiti ab Epiſcopatu Veronæ: & apud ipſus
tantum ſit illud ius feudi: & ita intelligo dictum in-
ſtrumentum confirmationis, & inoeſtituræ factum
de 1293. quoniam, ſi aliter diceremus, illa inueſtitu-
ra facta per Epiſcupum in Bartholomæum de Spol-
uerinis nihil operata fuiſſet; ex quo fuerat inueſtitus
à d. Ioanne de Balignano *contra l. ſi quando, ff.de leg.1.
cum ſimil.* Poſt hæc accidit, quod dictus Ioannes ſe-
cundus de Balignano, vt dicitur fuit factus rebellis;
& omnia eius bona per dominos de la Scala confi-
ſcata, & deinde ſine filiis, & deſcendentibus mor-
8 tuus eſt. † Per quam confiſcationē, licet dubium ſit
an feudum reuertatur ad dominum feudi, & ſic ad
Epiſcopatum Veronæ, vel veniat in confiſcatione;
& ſic acquiratur fiſco, vt habetur per Bar. *in l.ſi finita
§.ſi de vectigalibus, ff.de damno*, quod tenet, quod non
tranſeat in fiſcum, ſed ad dominum feudi reuerta-
tur: *& ibi per Doct.* tamen in caſu noſtro, puto, quud
nulla ſit dubitatio, quia ex quo d.Ioannes de Bali-
gnano vaſallus Epiſcopi inueſtiuit dictum Bartho-
lomæum de Spoluerinis, tranſtulit in eum vtile do-
minium, & apud Ioannem nullum dominium re-
manſit; ergo in fiſcum non potuit tranſirē ius vtilis
dominii dicti feudi, ex quo non erat apud illum cu-
ius bona confiſcata ſunt, vt de ſe patet. Et præſer-
tim cum d. Bartholomæus fuiſſet etiam inueſtitus
iure feudi à dicto domino Epiſcopo de dictis feudis,
9 † & ſic quamprimum d.Ioannes de Balignano pri-
mus feudatarius fuit priuatus dicto feudo, propter
rebellionem, *iuxta not. in cap. ſi vaſallus culpam, in tit.
ſi de feud.fuer.controuer.& in c.1.ſi vaſallus feudo priuetur,
cui deferatur, & in cap.1.§.denique, in titulo, quæ fuit pri-
ma cauſa amitt. beneficii*, vel propter mortem ſuam ſi-
ne liberis, plenum ius vtilis dominii dicti feudi re-
manſit penes dictum Bartholomæum de Spolueri-
nis inueſtitum ab Epiſcopo, & ſic tranſire non po-
tuit in fiſcum per prædicta. Nec obſtat ſi dicatur,
quod ſaltem debuit in fiſcum tranſire illud ius in-
ueſtiendi, & fidelitatis, quod erat penes dictum Io-
annem de Balignano, quia reſpondetur, quod ſi vel
propter rebellionem, vel propter mortem dicti Io-
annis remanet plenum ius vtilis dominii penes di-
ctum Bartholomæum de Spoluerinis, maxime pro-
pter inueſtituram factam per Epiſcopum Veronæ
in perſona ſua ſequitur, quod illud ius inueſtiendi,
& infeudandi extinctum fuit, & per conſequens in
10 fiſcum tranſire non potuit. † Prætetea non eſt ex-
peditum, quod ius feudi tranſeat in fiſcum, *vt dixi,
per not.per Bart. & Doct. in l.ſi ferata.§. ſi de vectigalibus,
ff.de damn.infect.& per Bald.in l.1. C.de bonis liber. & per
Ang.in l.eorum, in 2.col.ff.de dam.infect. & per d. Paulum
in l.in inſulam, in princ.ff.ſoluto matrim.* qui tenet indi-
ſtincte, quod confiſcatis bonis vaſalli per dominum
temporalem non intelligitur confiſcatom feudum,
quod vaſallus ab Eccleſia detinebat, & de hoc vide-
tur eſſe caſus ad literam, *in cap. filius, verſ. quanquam
etiam in bonis, de pœnis, lib. 6.* Vnde ex his concludo,
quod in fiſcom nullum ios dicti feudi de iure tranſ-
ire potuit, ſed directum ius inueſtiendi remanſit a-
pud Epiſcopatum Veronæ, & vtile ius pleno iure
remanſit penes dictum Bartholomæum de Spolue- 11
rinis: Et quod hoc ſit verum apparet etiam ex his,
quæ ſequuta ſunt, quia omnes deſcendentes ex di-
cto Bartholumæo de Spoluerinis fuerunt ſemper
inueſtiti ab Epiſcopatu Veronæ, videlicet Spolue-
rinus eius filius, domina Anna eius neptis ex dicto
Spoluerino filio à D. Iacobo de Rubeis Epiſcopo
Veronæ de 1391. & filii poſtea dictæ dominæ Annæ
videlicet Nicola, Franciſcus, Paſius, & Spoluerinus
de Campania, qui fratres fuerunt inueſtiti à domi-
no Angelo Barbadico Epiſcupo Veronę de 1408. &
deinde fuerunt inueſtiti per D.Guidonem Mem-
mum Epiſcupum Veronæ de 1411 & etiam poſt
mortem dictorom Nicolæ, Franciſci, & Spolueri- 12
ni, dictus Paſius eorū frater fuit inueſtitus de 1442.
à D.Iacobo de Oratoribus Vicario, & Commiſſario
Reuerendiſſ. D.D.Franciſci tituli S. Clemens preſ-
byteri Card. Venet. S. Romanæ Eccleſiæ Vicecan-
cellarii, & Epiſcopi Veronenſis; Deinde de an-
no 1443. d. Paſius pro pretio trecentorum, &
quinquaginta ducatorum renuntiauit feudis præ-
dictis in manibus d.D.Iacobi de Oratoribus; ad hoc
vt inueſtirentur d.D.Magiſter Paganinus, & Fran-
ciſcus frater de Zerbis, & ita facta dicta renun-
tiatione. dicti fratres de Zerbis fuerunt inueſti-
ti de dictis feudis, per d. D. Iacobum de Oratoribus
Vicarium, & Commiſſarium Epiſcopi Veronen-
ſis, & ſoluerunt d.Paſio dictos trecentos, & quin-
quaginta ducatos. Poſtremo dicti fratres de Zer-
bis fuerunt reinueſtiti de 1455. à D. Hermulao Bar-

bato Epiſcopo Veronenſi de dictis feudis decima-
libus; Ex quibus omnibus inueſtituris apparet ma-
nifeſte, quod dicta feuda fuerunt, & ſunt Epiſcopa-
tus Veronæ reſpectu dominij directi, & reſpectu
iuris inueſtiendi, & dictorum frattum de Zerbis, &
ſuorum auctorum, reſpectu iuris vtilis dominij, &
non Cameræ Fiſcalis Veronæ, à qua nunquam fue-
rant inueſtiti dicti fratres nec auctores, & maiores
ſui, ſub tempore Illuſtriſſ. Duc. Dom. Venetiarum,
nec tempore quo D. de Cararia fuit Dominus Ve-
ronæ, nec etiam tempore quo Dux Mediolani fuit
Dominus Veronæ. Nec obſtant iura allegata pro
Camera Veronæ, & nunc declaro ſecundum du-
bium principale. Et primo non obſtat inueſtitura
facta pet Epiſcopum Veronæ in perſonis Domino-
rum Alberti, & Maſtini fratrum de la Scala Domi-
norum Veronæ de 1332. in qua inueſtiuntur de di-
11 ctis decimis: † quia dico, quod illa inueſtitura fuit
nulla quantum ad dictas decimas, nam ex quo Epi-
ſcopus Veronæ prius inueſtiuerat dictum Bartho-
lomæum de Spoluerinis, vt ſupra dictum eſt, de di-
ctis decimis non potuit in præiudicium ſui, & ſuo-
rum deſcendentium, alium inueſtire, *vt in c. ſi facta
cum ibi not. in tit. ſi de feud. fuer. controuer.* Nec obſtat ſi
dicatur; dictus Bartholomæus, vel Spoluerinus eius
filius fuit inueſtitus à Dominis de la Scala de dictis
feudis, ergo nō poſſunt ipſi, vel ſui ſucceſſores con-
trauenire, *l. poſt mortem, ff. de adoptionibus, coniuncta l. ſi
quis conductionis cum ibi not. C. locati.* Quia responde-
tur, quod illa inueſtitura ſi fuit facta, fuit facta per
errorem, quod patet, quia non conſtat, quod non
tenebatur eam accipere, ex quo prius erat inueſti-
12 tus ab Epiſcopatu Veronæ, † & ideo probato di-
cto errore ſibi non debet nocere dicta inueſtitura,
*l. de ætate, §. qui iuſſo, ff. de inter actio. cum ſimus in da-
mnis euitandis, l. iuris ignorantia, & l. error, ff. de iur. &
fact. ignor. facit, quod no. Barto. in l. ſi rem aliquam in prin.
in primo membro, ff. de acquir. poſſeſſ.* Præterea plus di-
co; quod etiamſi ſcienter fuiſſet inueſtitus, non va-
13 leret dicta inueſtitura; † quia quando aliquis ſcit
ſe poſſidere, & ſe eſſe Dominum vnius rei, & ean-
dem cōducit quaſi non ſuam, propter hoc ipſe con-
ducens non perdit dominium, quia non ſufficit a-
nimus conducentis ad perdendum dominium, *vt
l. ſi qui, §. differentia, ff. de acq. poſſeſſ.* & probatur hoc, et-
14 iam alia ratione † quando quis tradit tibi, rem ſuam
tanquam non ſuam, ſed tanquam tuam, non trans-
fert in te dominium, *vt l. 3. §. ſubtilius, ff. de cond. ob cau-
ſam*, multo minus perdit dominium tradendo fi-
cte, ſcilicet conducendo, vt hæc habentur per Bart.
& Doct. *in d. l. ſi rem aliquam, ff. de acquir. poſſeſſ.* & ideo
cum dicti de Spoluerinis haberent dominium vtile
dictorum feudorum, per inueſtituram, quam ha-
buerant ab Epiſcopo Veronę, & eſſent in poſſeſſio-
ne conducendo iure feudi à Dominis de la Scala,
non potuerunt propter hoc perdere dominium
ſuum, & in Dominos de la Scala transferre per prę-
15 dicta. † Et pro hoc etiam allego, quod not. Barto.
in d. l. ſi rem aliquam, in vltim. col. in prin. qui dicit, quod
quis non poteſt conducere rem ſuam reſpectu pro-
prietatis, *per l. fundo, ff. ad leg. Falcid. & l. cui res, ff. de a-
16 cti. empt.* † Præterea, & alia ratione, illa aſſerta in-
ueſtitura recepta, vt dicitur, per vnum de Spolue-
rinis à D. de la Scala non nocet in caſu noſtro filiis,
& ſucceſſoribus dictorum de Spoluerinis, quia
quando vaſallus pater conſentit aliquid in ſui præ-
iudicium non præiudicat filio, quia in ſimplici con-
ſenſu nō abſorbetur ius futurum, *in l. 1. §. quod ait, ff.
quorum, l.* ſed ius filiorum, & ſucceſſorum d. de Spol-
uerinis erat ius futurum, ergo conſenſus ei non no-
cet ſecundum Bal. qui ita not. *in l. qui ſe patri, in 8. col.
verſ. item quia ſi vaſallus, ibi, Tu vero conſider. C. vnde libe-
ri*, vbi etiam dicit, quod idem eſt ſi pater renuntiat
feudo, quia renuntiatio in iure creando, quod per
mortem creatur, ante mortem facta non conſueuit
obeſſe, *vt not. in l. fi. C. de bonis liber. per gl. quæ incipit, vt
in auth.* & idem etiam dicit quando ſimul conſentit,
17 & renuntiat, † quia iuri, quatenus non eſt eius fa-
uore introductum, renuntiare non poteſt, *l. iubemus
§. ſcientes in gl. quæ incipit, & renuntiet, C. de ſacroſ. Eccleſ.
& l. ſcire Cod. vt in poſſ. leg.* Et ideo in caſu noſtro, cum
dictus Bartholomæus de Spoluerinis, ſiue Spolue-
rinus eius filius fuiſſet inueſtitus de dictis feudis à
Dominis de Scala, & ſic tacite videatur renuntiaſſe
iuri ſuo, vel conſenſiſſe, quod vbi non tenebatur eſ-
ſe vaſallus, ſit vaſallus, talis conſenſus tacitus, &
renuntiatio tacita, non potuit de iure præiudica-
re filiis, & deſcendentib. ſuis, & ſic D. Annæ filiæ di-
cti Spoluerini, & Paſio, & fratrib. & filiis d. D. An-
næ, & per conſequens nec d. Magiſtro Paganino, &
Franciſco de Zerbis, qui ab eis cauſam habuerunt
18 in dictis feudis. † Nec expedit hic intrare illam dif-
ficultatem. An alienatio feudi facta per vaſallū no-
ceat filiis vaſalli, de qua etiam per Bal. & Doct. *in d. l.
qui ſe patri, C. vnde libe. & in c. 1. §. hoc quoq; in tit. de ſuc-
ceſ. feud. cum ſim.* quia illa difficultas procedit in alie-
natione expreſſa, in qua quis promittit non contra-
uenire, vel obligate ex cōtractu, & de nō contraue-
niēdo, puta quia vendit, vel aliter alienat, ſed ſi ſim-
pliciter recipit inueſtituram, vel eam petit, ſicut di-
citur, quod fuit in caſu noſtro, tunc indiſtincte non
nocet filiis, vel deſcendentibus per prædicta, & hoc
voluit Bald. *in d. l. qui ſe patri in 8. col. in verſ. tu vero con-
ſidera. ibi aut renuntiat & promittit, &c.* Poſtremo po-
teſt, & aliter clare reſponderi, quod quantumcun-
que valuiſſet inueſtitura facta per Epiſcopum Ve-
ronæ in Dominos de la Scala de dictis feudis, de
quibus eſt quæſtio, & valuiſſet etiam inueſtitura fa-
cta per Dominos de la Scala de dictis feudis in per-
ſonam Bartholomæi de Spoluerinis, vel in Spolue-
rinum eius filium, & potuiſſet præiudicare etiam
filiis deſcendētibus dicti Spoluerini: Tamen adhuc
dico, quod in caſu noſtro non potuit præiudicari:
19 † quia dicti Domini de la Scala fuerunt inueſtiti
pro ſe, & ſuis hæredibus, vt dicitur in inueſtitura
facta in perſona Domini Alberti, & Maſtini de 1332.
quæ verba intelliguntur ſuis hæredibus, id eſt, filiis
maſculis, *vt in cap. 1. §. & ſi clientulus, in titulo de alie-
nat. feud.* & ideo cum ſint mortui dicti Domini Al-
bertus, & Maſtinus ſine filiis, & deſcendentibus
maſculis, maxime, qui poſſint in feudum ſuccede-
re, ſequitur, quod dictum feudum reuerſum fuit
ad Eccleſiam Epiſcopalem Veronenſem dominam
feudi, & per conſequens fuit reſoluta inueſtitura
per

20 per eos facta in illum de Spoluerinis, † quia reſoluto iure datoris fuit reſolutum ius acceptatoris, *vt in c.1. §. fin. in tit. de controuer. inueſt. & l. lex vectigali fundo, ff. de pignor. cum ſimil.* Et propterea cum poſtea illi de Spoluerinis, puta, domina Anna filia Spolnerini, & eius deſcendentes fuerint inueſtiti ab Epiſcopatu Verunenſi, ad quem dictum feudum fuiſſet pleno iure deuolutũ, fuiſſent legitime inueſtiti, nec amplius tractandum eſſet de inueſtitura dominorum de la Scala, quæ euacuaſſet & extincta fuiſſet, etiamſi à principio valuiſſet. Vnde ex his clare concluditur, quod inueſtitura, quam habuerant illi de la Scala ab Epiſcopatu Veronæ de dictis feudis, ſeu petitio inueſtituræ, quam dicitur feciſſe dictus Bartholomęus de Spoluerinis, vel Spoluerinus eius filius, fuit nulla, nec valuit maxime in præiudicium deſcendentium, & ſi valuit, fuit extincta & ius remanſit penes deſcendentes ex dicto Spoluerino inueſtitos ab Epiſcopatu Veronæ. Nec obſtat etiam inueſtitura, quæ fuit facta per Epiſcopatum Veronæ in perſona Comitis Virtutum de dictis feudis de anno 1389. quia dicta inneſtitura fuit nulla quantum ad dicta feuda, nam in dicta inueſtitura dicirur, quod dicta feuda peruenerãt ad ipſum Epiſcopatum, & fuerant deuoluta iure & canonice, & ſic Comes Virtutum fuit inueſtitutus tanquam de feudis deuolutis ad Epiſcopatum Veronę: Sed dicta feuda, de quibus eſt quæſtio, non fuerant deuoluta ad Epiſcopnm, quin extabat iuueſtitura prius facta per Epiſcopatum Veronę in dictum Bartholomæum de Spoluerinis de anno 1293. & poſtea in Spoluerinnm eius filium, & deinde in dominam Annam filiam Spoluerini, & ſic non poterant eſſe deuolnta ad Epiſcopatum Veronæ, & licet fuiſſent deuoluta reſpectu illorum de la Scala, tamen non fuerunt deuoluta reſpectu inneſtituratum factarum in dictos de Spoluerinis, quæ extabant, & du-
21 rabant, & propterea dicta inueſtitura fuit nulla, † quia quando quis tradit rem alterius quam putat eſſe ſuam, non transfert dominium, *vt l.1. & ibi, hoc not. Bartol. ff. de offic. procur. Cæſaris.* Sed d. Epiſcopus Veronenſis inueſtiendo Comitem Virtutum de dictis feudis tanquam deuolutis ad Epiſcopatum ſuum, inueſtiuit tanquam de re ſua pleno iure, quæ in veritate erat reſpectn vtilis duminii illorum de Spoluerinis, ergo per d. inueſtitutã non fuit tranſlatum dominium vtile, nec ius feudale in dictum Comitem Virtutum. Nec obſtat, quod dicta inueſtitura dicitur confirmata auctoritate Sedis A-
22 poſtolicæ, † quia intelligitur illa confirmatio, vel anctoritas ſuperioris ſine præiudicio tertii, *l.2. §. merito, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & l. nec auus, C. de emancip. liber. & c. ſi gratioſe de reſcript. lib. 6. & not. Cyn. in l. cum oportet, in prin. C. de bonis quæ lib.* Præterea etiamſi valuiſſet dicta inneſtitura facta in perſona Comitis Virtutum, tamen quia fuit facta pro ſe, & liberis, & hæredibus, quæ verba intelliguntur, id eſt, filiis & deſcendentibus maſculis, vt in ſępe allegato *c.1. §. & ſi clientulus, in tit. de aliena. feud.* & d. Comes Virtutum ſit mortuus ſine deſcendentibus, qui ad dictum fendum potuiſſent ſuccedere, ſequitur, quod per eius mortem feudum fuiſſet ad Epiſcopatum deuolntum. Modo cum poſt, & ante, illi de Spoluerinis, & ſui deſcendentes de Campania fuerint ſemper inueſtiti, ſequitur, qnod vel ex primis inueſtituris præcedentibus, vel ex ſequẽtibus, vel melius ex præcedentibns & ſequentibus, dicta feuda ſpectauerunt, & pertinuerunt dictis de Spoluerinis, & poſtea illis de Campania, & fratribus prædictis de Zerbis. Et maxime cum D. de Carraria, qui poſtea fuit D. Veronæ, & Illuſtriſs. Dnc. Dom. Ven. quod adeptum eſt dominium Veronæ iam 58. annis, & nunquam petierint inueſtituram ab Epiſcopatu Veronæ, & prædicti fuerint inueſtiriti, & pacifice poſſederint tam longiſſime, facit ad huc etiam *l. omnes, l. ficus, cum ſim. C. de præſcrip. triginta vel 40. anno. & c. ſi quis per triginta annos cum ibi. no. in ti. ſi de feu. fue. controuer.* Nec etiam obſtat, quod vltimo loco dicitur, quod tempore, quo Illuſtriſs. Duc. Dom. Venetiarum adeptum fuit dominium Veronæ, de 1405. fecit fieri proclama, quod ſi quis recognoſceret feudũ à Camera Veronæ, deberet comparere, & illi fratres de Campania inueſtiti ab Epiſcopatu Veronæ comparuerunt, & dixerũt & profeſſi ſunt, ſe tenere dicta feuda à Camera Veronæ, quia dicta confeſſio fuit erronea, & ſic non valuit per prædicta. Item per ea non potuit transferri dominium in Cameram Veronæ per dictam profeſſionem *per not. per Bart. in l. ſi rem aliquam, ff. de acq. poſſ. & in l.1. ff. de offi. procur. Cæſaris:* & maxime cum agatur etiam de præiudicio Epiſcopatns à quo ipſi erant inueſtiti. Vnde ex prædictis omnibus concludo, quod dicta feuda Garganaghi, & Vallis Pulieellę, de quibus dicti magiſter Paganinus, & Franciſcus fratres de Zerbis ſunt inueſtiti ab Epiſcopatu Veronæ, de iure ſnnt feuda, quæ ſpectant reſpectu proprietatis, & directi dominii ad Epiſcopatum Veronæ tantum, tanquam ad dominum feudi: & reſpectu vtilis dominii ſpectant ad dictos fratres de Zerbis, & non ad Cameram Veronæ, nec ad Illuſtriſs. Duc. Dom. Ven. pto dicta Camera.

Annotationes.

a An valuerit] *De hoc articulo tradunt Curt. iun. in tract. de feudis, in 4. part. num. 83. Clarus in §. feudum, quæſt. 32. docte Moderni Pariſ. ſuper conſuetu. Pariſ. §. 35. nu. 18. Bero. conſ. 122. nu. 16. vol. 1. & alios adducit Burſ. in conſ. 150. nu. 65. & 67. vol. 2.*

b Nullum dominium remanet] *Adde quæ ad hoc tradunt. Bal. in c. cæterum, nu. 12. in fin. extra de iud. Soc. ſen. in conſ. 256. col. 2. in fine vol. 2. & in conſ. 66. nu. 3. & 4. vol. 3. Feli. in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 69. extra de conſtitutio. Bero. in conſ. 74. nu. 7. conſ. 76. nu. 1. & conſ. 77. nu. 6. vol. 1. Burſa. in conſ. 150. nu. 63. vol. 2.*

c Vel veniat in confiſcatione] *Hac de re docent ample Clarus in §. feudum quæſt. 84. AEgidius Boßius in titulo. de publicatione bonorum, num. 52. & ſeq. Rol. a Valle in conſ. 29. lib. 3. & conſ. 78. lib. 4. per totum, & latiſſime Dn. Marcus Antonius de Pergerius Patauinus in tractatu de iuribus & priuilegiis fiſci, lib. 5. num. 106. & ſeq.*

CONSIL. XLV.

ARGVMENTVM.

An prohibita diuiſione feudi intelligitur etiam prohibita diuiſio cauſa commodioris & vberioris culturæ.

SVMMARIA.

1 *Feudatarij poſſunt feuda diuidere, gratia vberioris culturæ.*
2 *Prohibitio alienationis expreſſa iuncta tacita prohibitioni impedit, vt alienatio etiam in caſibus alias permiſſis fieri non poſſit.*
3 *Diuiſio, quæ fit gratia commodioris & vberioris culturæ, non eſt propriè diuiſio.*
4 *Diuiſio illa propriè dicitur, per quam dominium transfertur.*
5 *Prohibita diuiſione non cenſetur prohibita diuiſio, quæ fit gratia commodioris & vberioris culturæ.*
6 *Fructuum diuiſio prohibita eſſe non cenſetur.*
7 *Vaſalli licet feudum alienare non poſſint abſq; domini conſenſu: poſſunt tamen inter ſe diuidere etiam quò ad dominium.*

IN Christi nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Nobiliſſimæ Dominæ, Dominæ Iſabetta, Catharina, & Blanca ſorores, & filiæ Magnifici Dn. Galeatii Marchionis de Malaſpinis, Equitis & Iuriſconſulti, fuerunt inueſtitæ ab Epiſcopatu Vincentiæ de pluribus petiis terrarum iure feudi pro indiuiſo, cum hoc pacto & conditione, quod dictum feudum non poſſit diuidi in plures partes, nec vendi in totum, vel in partem per ipſas vaſallas, vel earum aliquam, nec aliquo modo vendi, alienari, obligari, vel deſcribi. Et ſi contrafieret, cadant à iure ſuo dicti feudi, & ad Dominum Epiſcopum liberè reuertatur. Modò dictæ ſorores vellent diuidere dictas petias terrarum inter ſe per ſepem, vel foſſata, vel aliter cauſa commodioris culturæ, puta, quia vna ipſarum fortè vult dictas terras ad culturam reducere & meliorare, non tamen volunt diuidere dominium. Quæritur, an poſſint, non obſtante dicta inueſtitura, ita quod non cadant à iure ſuo, neque in aliquam pœnam. Et videtur prima facie dicendum, quod non poſſint diuidere, quia per dictam inueſtituram ſunt prohibitæ ſimpliciter diuidere; ergò videtur, quod intelligatur etiam de huiuſmodi actu, qui dicitur diuiſio, *argu. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſtand. & 19.*
1 *diſtinct. ſi Romanorum, cum ſimilib.* † Item, licet aliàs feudatario ſit permiſſa talis diuiſio, *vt l. Gaius, §. fin. ff. de legat. 2. & per not. per gloſſ. in l. iubemus nulli, in princip. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cum ſimilibus.* Tamen ex quo eſt facta prohibitio à domino, vt non poſſit diuidi, ad hoc, vt iſta prohibitio aliquid operetur, dicendum videtur, quod non poſſit, *argum. l. ſi quando, ff.*
2 *de legat. 1.* † Sicut aliàs dicitur in ſimili, nam licet res Eccleſiæ prohibita alienari, poſſit alienari pro cauſa captiuorum, *vt l. ſancimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* tamen, ſi dantur res Eccleſiæ cum pacto, quod non poſſint alienari, non poterunt tunc alienari etiam in cauſa captiuorum, & ſic in caſu a-
a liàs à iure communi permiſſo, *a vt eſt caſus valde notabilis in auth. de alienat. & emphyt. §. ſanctiſſimas, col.*
3 *9.* † Sed his non obſtantibus, contrarium eſt verius, quia dicta diuiſio, quam volunt facere dictæ ſorores gratia commodioris & vberioris culturæ, non eſt propriè diuiſio, *vt l. Gaius, ff. de legat. 2. vt not. Bart. in l. quemadmodum, in 2. col. ad fin. C. de agricolis & cenſitis, lib. 11. per not. per gloſſ. in d. l. iubemus nulli, in prin-*
4 *cip.* & eſt ratio, † quia diuiſio dicitur propriè illa, per quam transfertur dominium directum & vtile, vel vſucapiendi conditio, *vt l. 1. cum ibi not. C. communia vtriuſq; Iud.* Et propterea talis diuiſio non facit diuerſos fundos, imo remanet vnus & idem fundus, ſecundum quod in inueſtitura continetur, *vt not. Bart. in d. l. Gaius, §. fin. per illum text. & in l. 1. ff. de rebus dubijs.* Et ideo cùm in inſtrumento inueſtituræ prohibeatur diuiſio, non intelligitur de iſta, quæ propriè non eſt diuiſio. Item, hoc etiam ſic proba-
5 tur: † Vbicunque eſt prohibita alienatio vel diuiſio, nunquam eſt illa diuiſio prohibita, quæ fit gra-
b tia vberioris culturæ, *b vt eſt text. cum gloſ. notabili in d. l. iubemus nulli, in princ. in verſ. diuidere, C. de ſacroſ. Eccleſ. & ibi, hoc Bart. & Doctor. & Bart. in l. quemadmodum, in 2. col. in fin. C. de agric. & cenſitis, & pro hoc eſt gl. etiam notabilis, in l. Lucius, ff. famil. herciſc.* quæ vult,
6 † quod diuiſio fructuum non cenſeatur eſſe prohibita; & dicitur gratia vberioris culturæ, quando vnus vult fundum colere, & augere, & ampliare, *vt dicit text. in d. l. iubemus, in princ.* & dicitur augere, & quò ad quantitatem, ampliare quò ad pretium, quæ ampliatio fit diligenti cultura, *vt l. non intelligitur, §. diui fratres, ff. de iure fiſci*, vel ampliare dicitur impinguendo, *vt not. duæ gloſſ. in d. l. iubemus, in princ. in ver. augere, & in verb. ampliare.* Sed ita eſt in caſu noſtro, quod dictam diuiſionem volunt facere dictæ ſorores, quia vna vel duæ ipſarum partem ſibi tangentem volunt diligenter colere & meliorare, non diuidendo tamen, quò ad dominium, ſed retinendo dictas petias terrarum, quò ad dominium pro indiuiſo, ſicut in inſtrumento inueſtituræ continetur; ergò non ſunt prohibitæ venire ad huiuſmodi diuiſionem, & iſtud apud me non habet magnam dubitationem. Nec huic concluſioni obſtat, quod dixi ſupra in principio, quod inſtrumentum inueſtituræ prohibet ſimpliciter diuiſionem; ergò etiam iſta videtur eſſe prohibita, cùm diuiſio appelletur. Quia reſpondetur, quod imo non eſt propriè diuiſio, vt ſupra dixi. Nec etiam obſtat, dum dicitur, illa prohibitio diuiſionis debet aliquid operari, *vt l. ſi quando, ff. de legat. 1.* quia dico, quod ſatis operatur in hoc, quia vbi non eſſet dictum pactum, potuiſſent
7 inter ſe diuidere etiam, quò ad proprietatẽ, † quia licet vaſalli non poſſint feuda alienare ſine conſenſu domini, *vt in c. 1. de prohib. feud. alie. per Federicum, in princ. cum ſimil.* tamen inter ſe benè poſſunt aliena-
c re & diuidere, *c etiam quò ad dominum, vt probatur in d. c. 1. §. præterea ducatus, in d. tit. & in c. 1. §. & licet, in tit. de alienat. feud. patrim. & in cap. §. fratri de alienatione feudi, facit l. voluntas, cum ibi not. C. de fideicom. & ita tenet Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 10. quæſt. ff. de verb. oblig. & in l. cum hi, §. ſi vni, ff. de tranſact. & in l. & ideo, in princ.*

*In princ. ff. de cond. furtiua, & Feder. de Senis in conſil. 228. & ita tenent communiter * Doctor.* Et ideo, cùm de iure communi potuiſſent dictæ ſorores feudatariæ inter ſe diuidere, ſatis operatur dictum pactum, quod non poſſint diuidere, quò ad proprietatem vel dominium propter dictum pactum. Et per hoc etiam tollitur ſimile, quod ſupra, fuit in contrariũ allegatum, dum dicitur, quod vbi res eſt prohibita alienari de iure communi, ſi per pactum vel teſtatorem prohibetur alienatio, ad hoc, vt illa alienatio prohibita ab homine aliquid operetur, intelligitur eſſe facta prohibitio, etiam in caſu à iure permiſſo, quia dico, quod ita eſt in caſu noſtro. Nam licet ſit prohibita alienatio de iure communi per feudatarium, tamen non eſt prohibita diuiſio inter eos, vt dixi, & ideo prohibitio diuiſionis facta in dicta inueſtitura, ſatis eſt, quod operetur prohibitionem inter eas, & ſic operetur in caſu alias à iure permiſſo, *per dictum §. ſanctiſsimas, in auth. de alienat. & emphyt.* non autem illa prohibitio diuiſionis deberet extendi ad caſum, in quo non eſt propriè diuiſio, ſicut eſt in caſu noſtro, vt ſupra dixi. Vnde ex his ego concludo, quod dictæ ſorores poſſunt diuidere dictas petias terrarum per ſepes vel foſſatã, vel aliter gratia tantum vberioris vel melioris culturæ, puta, ſi vna tantum vel duæ vellent partem ſuam diligentius colere, vel ad culturam reducere, remanente in communione pro indiuiſo, ſecundum formam dictæ inueſtituræ reſpectu proprietatis ſeu domini vtilis, nec propter hoc cadent à iure ſuo, neq; in aliquam pœnam, quia pro hoc non dicuntur venire contra pacta & conuentiones dictæ inueſtituræ.

ANNOTATIONES.

a Permiſſo] *De hac regula ſcribunt latè Doctor. in l. filiusfam. § diui, ff. de legat. 1. vbi in ſpecie Iaſ. num. 23. 29. & 35. Socin. ſen. in conſ. 49. num. 14. vol. 1. Ruin. in conſ. 34. nu. 2. vol. 1. Rol. à Valle conſ. 7. num. 74. & conſ. 70. num. 72. vol. 3. Cephal. conſ. 121. num. 4. & conſ. 133. num. 62. Burſat. conſ. 185. nu. 28. & conſ. 199. nu. 29. vol. 2.*

b Commodioris culturæ] *Idem docent Alex. in conſ. 25. num. 5. lib. 5. Ruin. conſ. 29. nu. 16. vol. 5. Socin. iun. conſ. 79. num. 6. & 7. vbi de communi * opinione atteſtatur, vol. 1. Pariſ. conſ. 69. num. 17. vol. 2. Rol. à Valle conſ. 80. num. 31. & 33. vol. 1. & Burſat. in conſ. 185. num. 21. volum. 2.*

c Et diuidere] *De hac quaſtione videantur Alex. in conſil. 7. & conſ. 25. lib. 5. per totum, Ruin. in d. conſ. 29. lib. 5. Socin. ſen. in conſ. 165. lib. 2. Felin. in c. quoniam in Eccleſiarum, col. penult. de conſtitut. & in c. prudentiam, col. 2. de officio de legat. latè Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 31. ff. de verb. oblig. Clar. in §. feudum, quaſt. 44. Moderni Pariſ. ſuper conſuetud. Pariſ. §. 13. gl. 6. num. 5. & §. 22. quaſt. 22.*

CONSIL. XLVI.

ARGVMENTVM.

Conceſſio facta de quinquennio in quinquennium cum præſtatione mercedis in alia re, quàm in pecunia numerata, quis contractus cenſeatur.

Melioramenta quæ propriè dicantur, & quomodo cognoſcantur.

Melioramenta facta per conductores in re locata, an æſtimari debeant reſpectu expenſarum, an reſpectu valoris rei, ad hoc, vt deduci debeant.

SVMMARIA.

1 *Contractus in dubio iudicatur, prout ipſius inſtrumenti tenor ſonat.*

2 *Tempus annorum quinq; modicum reputatur.*

Tempus infra decem annos dicitur modicum, & decennium dicitur non modicum.

3 *Prælatus poteſt locare res Eccleſiæ vſq; ad annos triginta, & tunc non dicitur alienare.*

4 *Alienatio rei Eccleſiæ eſt prohibita.*

5 *Partes in dubio videntur velle contrahere, prout in dubio fieri poteſt: Nec videntur eligere viam ad impugnandum id, quod faciunt.*

6 *Prælatus non poteſt de re Eccleſiæ in perpetuum contrahere, vel in emphyteuſim concedere abſq; iuris ſolennitatibus; ſed ſolum vſque ad nouennium, & ſub Sereniſſimo Dominio Venetiarum in quinquennium.*

7 *In incertis non in certis locus eſt coniectura.*

8 *Clauſula, Ad habendum meliorandum, & non peiorandum conuenit emphyteutæ ſeu libellario, non autem ſimplici conductori.*

9 *Clauſula, Quod ſi conductor ſua melioramenta vendere voluerit, teneatur denuntiare locatori, ſolet apponi ſolummodo in inſtrumentu emphyteuſis ſiue libelli.*

Idem de clauſula, quod poſſit donare, num. 11.

10 *Emphyteuta non poteſt ſine domini voluntate ſubſtituere.*

12 *Colonus vel conductor ſimplex non poſſidet, ſed ſecus emphyteuta ſiue libellarius.*

13 *Contractus emphyteuticus ſiue libellarius poteſt appellari locatio perpetualis.*

14 *Actus proteſtationi contrarius ipſam proteſtationem tollit, & num. 21.*

15 *Superficiarius dicitur ille, qui conduxit, vt ibi ædificium imponat.*

16 *Locatio ſimplex eſſe non poteſt, niſi merces conſiſtat in pecunia numerata.*

17 *Contractus quando nomine aliquo nominatur, ſi veritas eſt in contrarium, de eo non eſt curandum, nec contractus vitiatur, vel deſinit eſſe ille, qui in veritate eſt.*

18 *Verba potius deſeruiunt naturæ contractus, quam è conuerſo.*

19 *Contractus emphyteuticus vel libellarius de ſui natura eſt perpetuus.*

20 *In contractu emphyteutico vel libellario pro mercede poteſt interuenire aliud, quàm pecunia.*

22 *Facta locatione ad quinquennium cum pacto, quod finita locatione; alia ſimiliter ad quinquennium fiat, an dicatur vna locatio ad decennium, & ſic ad modicum tempus.*

23 *Vſusfructus alicui legari poteſt, cum conditione, vt quoties omiſſus fuerit, repetitus intelligatur.*

Intellectm ad tex. in l.ſicut in annos, in prin. ff. quibus mod.vſufr.amittat.& nu.28.

24 *Quod lege permittente ſit, in fraudem factum eſſe non dicitur.*

25 *Statuto, quod debitum præſcribatur decennio licet per partes renuntiari non poſſit, paciſci tamen poteſt, quod ſiuita obligatione decimo anno, iterum deberi incipiat.*

26 *Cautela, vt præſcriptio non patrocinetur.*

27 *Diſtributio temporis inducit pluralitatem legatorum.*

Ius, quod quoties amittitur, toties recuperatur, appellatur impræſcriptibile.

28 *Quando quis permittit poſt triginta annos eis elapſis perinde eſt, ac ſi permitteret poſt centum, vel mille annos.*

29 *Locatio facta ad decennium transfert ius in re, & dicitur alienatio.*

Secus quando ſunt duæ locationes quinquennales.

30 *Verba in dubio intelliguntur de primo actu.*

31 *Quando fit mentio de aliquo actu in ſingulari, intelligitur de primo ſequenti.*

32 *Verba indiſtincte poſita indiſtincte debent intelligi.*

33 *Contractus ſuperficiarius quando cenſeatur, & quid ad hoc requiratur.*

34 *Contractus quando non poteſt valere prout eſt nominatus, potius innominatus quam nominatus iudicatur.*

35 *Quando iuxta aliquem contractum apponitur pactum, quod in faciendo conſiſtit, & dubitatur quis nam ſit contractus, an nominatus, vel innominatus, iudicatur ex eo in quo plurimum valet.*

36 *Quando eſt dubium de contractu datur actio præſcriptis verbis, quæ oritur ex contractu innominato.*

37 *Contractus innominati regulariter iudicantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilantur.*

38 *Melioramenta facta per conductores in re locata an aſtimari debeant reſpectu expenſarum, & operarum tantum: an vero vltra illas reſpectu eius quo res plus valet, & nu.41.& 44.*

39 *Expenſæ poſſunt eſſe minores, quam melioramenta, & è contra.*

40 *Copula, &, ponitur inter diuerſa.*

41 *Melioratio an, & quando dicatur vltra expenſas.*

42 *Melioramenta in contractu innominato habente naturam ſimplicis locationis, quomodo cognoſcantur.*

43 *Argumentum à ſolitis, & communiter accidentibus valet.*

45 *Inter bonæ fidei poſſeſſorem, & conductorem in quibus ſit differentia.*

46 *Verba contractus ſimpliciter prolata intelliguntur ſecundum iuris diſpoſitionem.*

47 *Verba contractus in dubio debent interpretari ſecundum illius naturam.*

48 *Verbum, facere, non ſonat in ius ſed in factum.*

49 *Melioratio non conſtruitur, ſed naſcitur ex conſtructo.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus Sancti gratia. Licet Iuriſconſulti conſueuerint ſecũdum ea, quæ propoſita ſunt de iure reſpondere: tamen ego in hac cauſa puto aliter eſſe reſpondendum, ex quo, mea quidem ſententia, dubia non ſunt bene ex quæſtione elicita, nec iuridice per non nullos conſultum; qui ea dubia ſecuti ſunt; vt ex his, quæ dicentur euidenter conſtare põterit. Et propterea tria dubia ex prædicta facti narratione mihi elicienda eſſe videntur. Primum eſt, quis contractus fuerit ille, de quo ſupra fit mentio. Secundum, quam naturam habeat ille contractus. Tertium eſt, an de natura illius contractus ſit, quod melioramenta æſtimari debeant ſecundum quod expenſum eſt, reſpectu expenſarum, & operarum tantum; an vero, quod debeant æſtimari vltra impenſas, & operas: habito etiam reſpectu ad omne id, quod plus valet dictum molendinum vltra fictum quinquaginta minalium frumenti in anno. Circa primum dubium; Videtur, quod dictus contractus ſit contractus ſimplicis lo-
1 cationis: † quia in dubio contractus debet iudicari prout tenor inſtrumenti ipſius ſonat, *vt in cap. porro, extra de priuilegiis, & eſt text. cum gl. fin. in c.vt Apoſtolica de priuileg.lib.6.* & eſt caſus, *in l.fideiuſſores magiſtratuum, §.pro Aurelio ibi, lecta ſubſcriptione.ff. de fideiuſſ.& in capit.1. in fin.ibi, propter tenorem inueſtituræ, in tit.de duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis, in vſib.feud. & ibi per Bald.* Sed dictum inſtrumentorum dicit. Iure & nomine locationis duraturæ vſque ad quinque annos locauit, & ad affictum conceſſit; & in dicto inſtrumento pluries fit mentio de iſto verbo, locauit, ſiue locatione, ergo videtur, quod ſit locatio ſimplex. Item videtur, quod ſit locatio tẽporalis ad modicum tempus, non autem perpetualis, vel ad non modicum tempus; quia, vt dixi, dicta locatio
2 ad quinque annos, † quod tempus reputatur eſſe modicum, *vt probatur in l.ſi filio. §.ſi vir in quinquennium.ff.ſol.matr.& ibi hoc not. Bald. & Angel.& Doct.* &
* eſt ratio, quia ſecundum communem * opinio-
a nem tempus infra decem annos *a* dicitur eſſe modicum, & decennium dicitur nõ modicum, *vt tenet gl. in l.fin. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. & not. Bart. in l.1.§.quod autem ait.ff.de ſuperficiebus*, qui dicit, quod i-
* ra communiter * tenetur per Canoniſtas; & ita tenet Bald. *in l.quacunque, in prin. C.de bonis. quæ liber. & idem tenet Angel.in d.l.ſi filio.§.ſi vir, in quinquennium.ff. ſol.matr. & idem tenet Ioan.de Imola in c. concinebatur, extra de his, quæ fiunt à Præl.ſine conſen. Capit. & D. Iac. de Aluarot.in præludiis feudorum, in penult.colum.per not. in clemen.1.de reb. Eccleſ. non alienan.* & ibi Canoniſtæ; & ideo dicit, quod ſolet tradi conſilium, quod non loces poſſeſſionem tuam, niſi ad nouem annos, quia ſi locares vſque ad decem annos transferres vtile dominium durante locatione. Nec poteſt dici dicta locatio perpetualis, quia de iure communi non dicitur locatio prælati perpetualis, niſi illa, quæ
3 fit ſaltem vltra triginta annos, † quia prælatus poteſt locare res Eccleſiæ vſque ad triginta, nec dicitur tunc alienare; *vt eſt text. in auth. de alie. & emph. §. locationes, col. 9. & ita tenet per illum text. Io. Monac. in cap. hoc conſultiſſimo, in ver. non modicum, de reb. Eccleſ. non alien. & Bald. ponit in l. quacunque, in prin. C. de bonis, quæ liber. & ita vult gloſſ. notabilis, in l.fin. C.de pact. pignor. & l. commiſſoria.* & propterea dixit ibi Angel. quod illi, qui dant in emphyteuſim, maxime rem

Eccleſiæ

Eccleſię dant ſolum pro viginti nouem annis ad re-
nouandum, & hoc ideo faciunt, quia ſi darent per
4 triginta annos, viderentur alienare, † quæ aliena-
tio eſt prohibita. *vt dict. §. locationes. & clem. 1. de reb.*
Eccleſ. non alien. cum ſimilibus. Et ideo Bononienſes
cõmuniter dant in emphyteuſim, vel libellum, vſ-
que ad viginti nouem annos, ad renouandum. I-
tem, quod iſta ſit locatio ſimplex temporalis ad
modicum tempus, & non perpetua, probatur;
5 † nam in dubio partes videntur velle contrahere,
prout de iure fieri poteſt. *vt l. Gallus. §. quidam recte. i-*
bi, qui ex verbis concipi poteſt, & ibi hoc not. Bald. ſecun-
dum, Cyn. & alios. ff. de lib. & poſthumis. Nec videtur e-
ligere viam ad impugnandum id, quod faciunt *l. 3.*
ff. de teſtam. milit. & not. gloſſ. in l. 3. §. filius, in verb. cum. ff.
6 *de liber. & poſthum.* † Sed de iure communi dictus
D. Ioannes Franciſcus Prælatus Eccleſiæ non po-
tuiſſet facere contractum in perpetuum, & in em-
phyteuſim concedere, ſine ſolemnitate iuris, *vt ha-*
betur, in d. clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. & in c. 2. eod. titul.
lib. 6. & in auth. perpetua, C. de ſacroſan. Eccleſ. & 10. q. 2.
perpetua, & 12. q. 2. ſine exceptione, & habetur in auth.
perpetua. C. de ſacroſanct. Eccleſ. ſed ſolum vſque ad no-
uem annos, *vt not. Bald. & Angel. & Doct. in l. ſi filio. §. ſi*
vir in quinquennium. ff. ſol. matrim. licet gloſſ. dixerit con-
trarium in l. codicillis. § inſtituto, ff. de leg. 2. vel hodie in
terris Dominij Venetorum vſque ad quinque an-
nos propter partem captam in Illuſtriſſimo conſi-
lio Rogatorum, quæ vult, quod res Eccleſiæ nõ poſ-
ſint alienari vltra quinque annos, quæ per perſonas
Eccleſiaſticas eſt approbata, *iuxta not. in c. Eccleſia S.*
Mariæ, extra de conſtit. & in c. qua in Eccleſiarum, eod. tit.
Ideo dicendum videtur, quod partes non habue-
runt intentionem, quod locatio duret vltra quin-
que annos, vel ſaltem vltra decem annos, nec vi-
dentur elegiſſe viam, quæ non valeret, ſed potius il-
lam, quæ de iure valeat per prædicta. Præterea hoc
videtur eſſe indubitanter verum: nec videtur eſſe
neceſſarium diſputare de intentione contrahen-
tium, ex quo ex verbis inſtrumenti, apparet eorum
voluntas, & intentio expreſſa ibi, dum dicitur: De-
clarans tamen dictus locator dictis conductoribus
præſentibus, & intelligentibus, & ſic ſibi placere
dicentibus, quod præſens locatio, neq; alia ſequens
noua locatio non ſit, nec eſſe intelligatur perpetua-
lis, ſed ſit, & eſſe intelligatur ſemper locatio ad cer-
tum tempus conſtituta, quæ verba cum ſint clariſ-
7 ſima, non eſt opus interpretatione, † quia in incer-
tis non certis locus eſt cõiecturæ. *l. continuus. § cum*
ita. ff. de ver. obl. & l. ille, aut ille. §. cum in verb. ff. de legat.
3. cum ſim. In contrarium vero videtur, quod imo i-
ſte ſit contractus emphyteuticus perpetualis, vel
ſaltem ad non modicum tempus; & nõ locatio ſim-
plex temporalis, quod ſic probari poſſe videtur ex
verbis dicti inſtrumenti. Et primo, quia in dicto in-
ſtrumento dicitur, quod dicta poſta molendini lo-
catur pro quinque annis, & completis dictis quinq;
annis, ſi dictus D. Ioannes Franciſcus, & eius ſucceſ-
ſores emere noluerint melioramenta, quod tunc
dicti conductores teneantur proſequi affictum, &
de nouo conducere, & ſic de quinquennio in quin-
quennium, quæ verba videntur velle obligare di-
ctos conductores, ad conducendum vltra decem an-
nos; ergo eſt ad non modicum tempus, per ea, quæ
8 ſupra dicta ſunt. † Secundo, quia in dicto inſtru-
mento dicitur, quod datur dicta poſta molẽdini ad
habendum, meliorandum, & non peiorandum,
quæ verba conueniunt emphyteutæ, ſiue libellario
non ſimplici conductori, *vt l. fin. cum ibi not. C. de iur.*
9 *emph. & c. potuit, de locat.* † Tertio; quia dicitur in eo-
dem inſtrumẽto, quod ſi dicti conductores vende-
re voluerint ſua melioramenta, teneant denuntiare
dicto locatori, vel ſuis ſucceſſoribus, &c. quæ clau-
ſula ſolet apponi ſolum in inſtrumentis emphyteu-
ſis, ſiue libelli, vt eſt caſus, *in d. l. fi. C. de iur. emph. & d. c.*
potuit, & hoc tenet Cy. in l. 1. in 1. q. C. de iur. emph. qui di-
10 cit, † quod emphyteuta non poteſt alium loco ſuo
ſubſtituere ſine Domini voluntate, *vt d. l. fi.* ſed con-
ductor ſimplex poteſt, *vt l. viam veritatis. Cod. locati.*
11 † Quarto, quia eſt alia clauſula, videlicet, quod di-
cti cõductores poſſint vendere melioramenta ſua,
& donare, & pro anima iudicare, voluerint quibuſ-
cunq;, exceptis perſonis à iure prohibitis, quæ ſimi-
liter conſueuit apponi ſolum in contractibus em-
phyteuticis, ſiue libellariis, *vt d. l. fi. & in d. c. potuit, de*
locat. Quinto, & vltimo, quia in dicto inſtrumento
locationis dicitur: Cuius rei locatæ poſſeſſionẽ di-
cti conductores in ſe habere vacuam, & expeditam
dixerunt, &c. ex quibus verbis apparere videtur,
quod ipſi conductores ſunt emphyteotæ, ſeu libel-
12 larij, & non ſimplices conductores; † quia ſimplex
colonus, vel cõductor non poſſidet; *vt l. certe, §. ει qui*
rogauit, ff. de precar. Sed emphyteuta ſiue libellarius,
bene poſſidet, *vt habetur, in l. ſi cert. §. ſi duobus vehicu-*
lum, ff. commo. Nec obſt. videtur, quod in inſtrumen-
13 to appelletur locatio, † quia etiam contractus em-
phyteoticus, ſiue libellarius poteſt appellari locatio
perpetualis, *vt probatur in c. 1. §. don.* ibi, niſi locatio ſit
fraudulenta alienatio, ſicut per libellum, *in tit. qual.*
ol feud. pot. aliena. in vſib. feud. Nec etiam obſtare vide-
tur, quod in eodem inſtrumento eſt appoſita clau-
ſula, ſeu proteſtatio, quod dicta locatio intelligatur,
quod ſit temporalis, & non perpetua, quia ſi eſt in
veritate perpetua, quia eſt de quinquẽnio in quin-
quennium, vt dixi, per hoc nõ tollitur, quin ſit per-
14 petua; † quia actus contrarios proteſtationi tollit
ipſam proteſtationẽ. *l. Galien. §. fi. ff. de acq. here. & ha-*
betur, in c. ſolicitudinẽ, in fi. de appel. Item videtur, quod
15 iſte ſit contractus, qui de ſuperficie dicitur, † nam
quando quis conduxit ſolũ, vt ibi artificium impo-
nat, dicitur ſuperficiarius, *vt eſt tex. in l. 1. §. qui ſuper-*
ficiem. ff. de ſuperfic. Sed dicti conductores conduxe-
runt ſolum & aquam, vt facerent ibi ſuperficiem,
videlicet molendinũ & alia ſibi neceſſaria, ergo vi-
detur, quod ſit proprie ſuperficies; Ego autẽ teneo,
quod iſte non ſit contractus locationis ſimplicis,
prout verba inſtrumenti ſonant, nec cõtractus em-
phyteuticus, nec locatio ad non modicum tempus,
vel perpetualis, nec etiam cõtractus ſuperficiarius.
16 Et primo, quod nõ ſit locatio ſimplex patet, † quia
locatio ſimplex non põt eſſe, niſi merces cõſiſtat in
b pecunia *b* numerata, *vt eſt caſus cũ gl. nota in l. 1. § ſi quis*
ſeruum. ff. depoſiti, & eſt tex. cum gl. in l. naturalis. § at cum
do. in 1. & 2. reſponſo, ff. de praſcrip. verbis, & in l. item ſi in
pretio,

pretio.§.quoties,ff.locati.& not.per gl.in l.hic diſtinctio, in
fin.ff.locati.& not.Cyn.in l.1.q. C.de iure emphyt. Sed in
caſu noſtro merces non conſiſtit in pecunia nume-
rata,ſed in fruméto, ergo, &c.Et propterea minor,
quod quæratur, an ſit locatio temporalis, & quod
conſultum ſit per non nullos Doct. quod iſte con-
tractus ſit locatio temporalis; quia nullo modo po-
teſt eſſe locatio:ex quo, vt dictum eſt, merces con-
ſiſtit in frumento, & non in pecuniæ quantitate.
17 † Nec obſtat, quod in inſtrumento dicti contra-
ctus dicatur locauit,& ſæpius dictus contractus ap-
pelletur locatio:quia non eſt curandum de iſto ver-
c bo:quando in veritate eſt alius contractus, *c* vt di-
cit Bart. *in l.1. C. de iur. emph. & eſt caſus in l. inſulam.ff.*
& ibi etiam Bart.de præſcript.verbis,& not. etiam Bart.in
l.naturalis. §.ſed ſi facio, in fin.eod.titul. vbi dicit,quod
quando in contractibus apponitur vnum nomen
contractus; qui non eſt, non per hoc vitiatur con-
tractus,nec deſinit eſſe ille,qui in veritate eſt: vt eſt
18 caſus, *in d.l.inſulam*, & eſt ratio, † quia verba po-
tius deſeruiunt naturæ contractus, quam natura
verbis, ſecundum Bald. qui ita not. *in l. cum enim. C.*
commodati.per d.l.inſulam,& pro hoc facit c.intelligentia,
19 *extra de verb.ſigni.* † Secundo non poteſt dici,quod
ſit locatio perpetualis, ſiue contractus emphyteu-
ticus,ſiue libellarius, qui ſimiliter eſt perpetuus de
ſui natura.*vt eſt text.notabilis, in c.1.§.& ſi clientulus.i-*
bi,ex natura perpetui libelli, & ibi hoc not. Bald. in tit. de
alienat.feud.in vſibus feud. & probatur, in cap.1.§. dona-
re. ibi per libellum coniuncto, ibi, perpetuo con-
cedatur, *in tit. qualiter olim feudum poterat alienari. &*
20 *in authen. perpetua, in prin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* † quam-
uis poſſit in contractu emphyteutico, ſiue libella-
rio, pro mercede interuenire aliud quam pecunia,
vt not.Cyn. in l.1.in 1. quæſt.C.de iure emphyt. Quia di-
ctus contractus fuit temporalis tantum, videlicet
vſq; ad quinquennium,ergo non poteſt dici, quod
ſit locatio perpetualis, vel contractus emphyteuti-
cus, ſiue libellarius per prædicta; & maxime, quia
dictus Dominus Ioannes Franciſcus declarauit in
dicto inſtrumento,cõſentientibus conductoribus,
quod dicta locatio, & ſequens, non ſit, nec eſſe in-
telligatur perpetualis, ſed ad certum tempus con-
ſtituta, per quæ verba apparet manifeſta intentio
contrahentium,quod voluerunt, vt non eſſet loca-
tio perpetualis: Nec obſtat ſi dicatur, imo eſt loca-
tio perpetualis, vel ad non modicum tempus, quia
dicitur, quod finito primo quinquennio ſi locato-
res emere noluerint melioramenta, tunc condu-
ctores teneantur proſequi affictum de nouo con-
ducendo,& ſic de quinquennio in quinquennium,
quæ verba importare poſſunt ſaltem decem annos
propter ſecundum quinquennium, ergo videtur
eſſe ad non modicum tempus, per ea, quæ ſupra di-
cta ſunt. Et ideo videtur,quod declaratio, ſeu pro-
21 teſtatio partium contraria non iuuet, † quia pro-
teſtatio contraria actui non valet, imo actus tollit
proteſtationem contrariam, *l. qui in alien. §. fin. ff. de*
22 *acquir. hered. cum ſimilib.* † Nam ad hoc reſponde-
tur, quod imo dicta declaratio, ſeu proteſtatio par-
tium non eſt contraria facto, Dicere enim, quod
finita locatione per quinquennium fiat vna noua
alia ad quinquennium,non eſt dicere, quod ſit vna
locatio ad decennium, & ſit ad non modicum tem-
pus,ſed eſt ſenſus apertus,quod ſint duæ locationes
temporales ad quinque annos, & vna finita, alia in-
cipiat, & ſic vna cenſetur repetita poſt aliam fini-
tam, & ita nulla ipſarum poteſt dici ad non modi-
cum tempus,vel perpetualis, & pro hoc allego tex.
d qui hoc optime probat, *in l.ſicut in annos, d in prin.*
ibi quoties quis,&c.ff.quib.modis vſusfructus amit. vbi eſt
23 caſus, † quod quis poteſt legare vſumfructum v-
ni, & quoties amiſſus fuerit capitis diminutione,
vel aliter repetitus intelligatur, ad idem eſt tex. *cum*
gloſſ.in l.licet.ff.de vſufruct.leg. Ita in propoſito poteſt
Prælatus locare vſque ad quinque annos, vſque ad
quos poteſt, & quod eis factis intelligatur eſſe fa-
cta alia noua locatio, vſque ad alios nouem annos.
Nec iſtud videtur eſſe factum in fraudem legis,
quia lex communis non vult, quod Prælatus poſſit
locare rem Eccleſiæ ad decem annos, & ſic ad non
modicum tempus,vt ſupra dixi, & Illuſtriſſ. Ducal.
Dom. Venet. non vult, quod poſſit vltra quinque
annos,& ſi valerent dictæ locationes fieret fraus di-
ctis iuribus contra legem, & ſic contra legem fie-
24 ret,*l.contra legem cum l.ſeq ff.de legib.* † quoniam po-
teſt dici, quod iſta non ſit fraus ex quo fit lege per-
mittente *23.q.4.qui peccet,l.Gracchus, Cod.de adulteriis,*
nam lex hoc permittit facere,vt probatur, *in dicta l.*
ſicut in annos,& pro hoc allego, quod not.elegan-
ter Bartol.*in l.nemo poteſt,in pen.col.ff.de lega.primo,*vbi
25 dicit, † quod ſi ſtatutum eſt quod debitum præ-
ſcribatur decem annis, licet huic ſtatuto per partes
renuntiari non poſſit, quia talis præſcriptio eſt in-
troducta in odium non petentis, *vt l.fin.in fin. C.de*
edict. diui. Adria. tollen. cum ſimilib. tamen remedium
eſt, quod inter partes agatur,quod finita dicta obli-
gatione decimo anno, iterũ deberi incipiat, & mo-
uetur,*per dictam l.ſicut in annos in princip.ff.quibus mod.*
vſusfruct.amit.& idem tenet Bald.in teſtatore, in l.ipſis re-
26 *rum, Cod. vt in poſſ. leg.* qui dicit, † quod ſi teſtator
vult, quod præſcriptio non patrocinetur ita dicat,
& quoties præſcriptum erit,toties permitto, nam
ex deſinentia vnius alterius origo proficiſcitur, *vt*
dicta l. ſicut in annos, & pro hoc allego etiam l.ſi vſusfru-
ctus alterius anni,eod.titul.& quod ibi not.Flor. qui dicit
27 per illum text. † quod diſtributio temporis indu-
cit pluralitatem legatorum, & ſic ius, quod quoties
amittitur toties recuperatur, appellatur impræſcri-
ptibile,quod dicit eſſe vtile pro inſtrumentis, vt in
eis agatur, quod toties intelligatur ſublata præſcri-
ptio,quoties poſſet opponi, facit ad hoc, quod no-
tat.Bartol.*in dict.l.ſicut in annos, in fine principij.* Item
pro hoc facit quod notat. Ang. *in l. certiſſimi, in fine*
28 *principij. ff. de verbor. obligat.* qui dicit, † quod ille
qui promittit poſt triginta annos, eis elapſis, eſſet
eadem ratione ſi promitteret poſt centum vel mil-
le annos per illum text.Et licet Bartol. *in l.ſicut,§.ſu-*
peruacuum,ff. quibus modis pignus vel hypo.ſol. intellexerit
dict. l. ſicut annos, quando vſusfructus ſemel ſit ex-
tinctus voluntate vſusfructuarii ad hoc ordinata,
arg.l.ſi. C.de remiſſione pign. nõ ſit verum an examino,
quia non pertinet ad caſum noſtrum. Tamen etiam
ita intelligendo, ibi,probantur ea, quæ ſupra dicta
ſunt

ſunt in caſu noſtro; nam dicta locatio prima finitur
nedum de voluntate conductorum, qui omnes vo-
luerunt, quod elapſo quinquennio incipiat noua
locatio. Nec poteſt dici, quod fiat fraus legi, quæ
prohibet locationem ad longum tempus, & ſic de-
29 cem annorum, † quia, vbi fieret vſq; ad decem vna
tantum locatio, diceretur alienatio, quia trãsferre-
retur ius in re in ipſos conductores *vt l.1.§.qui in per-
petuum cum l.ſeq.ff.ſi ager vectig.vel emph.pen.* quæ alie-
natio eſt prohibita, *vt in clem.1. de rebus Eccl. non alien.
cum ſimil.* Sed quando eſt actum, quod ſint doæ lo-
cationes quinquennales, tunc non transfertur ali-
quod ius in conductores, *vt habetur in d.l.2. & not.gl.
in l.1.§.quod ait in verbo in rem actio, in fin.ff.de ſuperficie-
bus; & habetur in d.clem.1.* & per conſequẽs non dici-
tur alienatio, & ſic non fit contra legem, nec fraus
legi, *per not. in d.clem.cum ſimil.* Item ſi dicatur prædi-
cta procedere quando deberent eſſe ſolummodo
duæ tantum locationes, ſed ex verbis dicti ioſtru-
menti videntur, quod debeant perpetuo fieri loca-
tiones, ſi d. Ioanni Franciſco, & ſuis ſucceſſoribus
videbitur; quia dicitur in inſtrumento, quod in ca-
pita dictorum quinq; annorum, ſi dictus locator, &
ſui ſucceſſores noluerint emere dicta melioramẽta
quod conductores teneantur proſequi dictam rem
ad affictum de quinquennio in quinquẽnium. Re-
ſponderi poteſt pluribus modis; Primo, quod illa
verba de quinquẽnio in quinquennium intelligan-
tur de ſecundo tantum quinquennio & ſic de dua-
e bus tantũ locationibus, quinquennalibus, † quia
30 verba intelliguntur in dubio de primo actu, & ſic
de primo quinquennio ſequenti. *l.bones, §.hoc ſermo-
ne.ff.de ver.ſig.* & hoc videntur velle dicti contrahen-
tes in dicto inſtrumẽto, dum dicitur, quod præſens
locatio, & alia noua locatio ſequens noo ſit, nec in-
telligatur eſſe perpetualis, ſed ad certũ tempus con-
31 ſtituta, † nam dum ſit mentio ſolum de noua loca-
tione in ſingulari numero nõ intelligitur niſi de pri
ma ſequẽti, *l.vbi numerus, ff.de teſt. & l.ſi.ff.ad Treb.cum
ſim.* Secundo quia illa verba quod locatio nõ ſit per-
petualis, ſed ad certum tempus conſtituta habent i-
ſtum ſenſum, quia ſi dicta locatio de quinquennio
in quinquennium, intelligendo nedum de primo
quinquennio futuro, ſed etiam de ſecundo, & ter-
tio, & aliis ſequentibus de iure eſſet, & iudicari de-
beret perpetua: nolunt partes; quod ita intelliga-
tur, ſed quod cenſeatur locatio eſſe facta ſolum pro
ſecundo, quinquẽnio ſequenti, quia partes nolunt
facere actum qui de iure non valeat, *vt l.3.ff. de teſta.
milit.* Sed ſi dicta locatio renouanda de quinquen-
nio in quinquennium etiam pluries nõ cenſeretur
perpetualis, ſed temporalis: tunc intelligatur de o-
mni quinquennio ad volontatem locatoris, & eius
32 ſucceſſorum, † quia illa verba de quinquennio in
quinqoenniũ ſunt indiſtincte poſita: ergo indiſtin-
cte debent intelligi, *19. diſt. ſi Romanorum, & l.de pre-
tio, de publiciana cum ſim.* ex quo ita intelligendo non
eſſet locatio perpetualis, & ſic eorum voluntas, &
diſpoſitio de iure valeret: Sciebant enim cõtrahen-
tes, quod locatio perpetualis de iure fieri non pote-
rat, nec attenta parte capta in Excelſo conſilio Ro-
gatorum, ideo voluerunt, quod intelligeretur ita,

& taliter, quod non eſſet perpetua, & valeret, *vt di-
cta l.3.ff.de teſtam.milit.* Et ex his ego concludo, quod
dictus contractus nullo modo poteſt dici perpe-
tualis ſiue emphyteuticus. Tertio non poteſt dici,
33 quod ſit contractus ſuperficiarius, † quia tunc di-
citur contractus de ſuperficie quando ſuperficia-
rius habet ius in re, & vtilem actionem in rem, *vt l.
1.§.qui ſuperficiem, in fin.ff.de ſuperficiebus, & notat.gloſſ.
fin. in l.fin.eod. titul. & notat. Rofredus in libellu ſuo in tit.
de vtili rei vendicatione,* quæ datur ſuperficiario; & id-
eo ad hoc, vt quis dicatur ſuperficiarius, & ei com-
petat actio de ſuperficiebus eſt neceſſarium, quod
conduxerit ſolum ad non modicum tempus, *vt not.
glo. in dict.l.1.§.quod ait prætor, & ibi Bart.ff.de ſuperficie-
bus.* Sed in caſu noſtro dicti condoctores non ha-
bent ius in re, quia non conduxerunt ad non mo-
dicum tempus ſed ad modicum, *vt ſupra dixi*; ergo
non poſſunt dici ſuperficiarij. Vnde cum iſte con-
tractus noo ſit proprie locatio ſimplex, quia mer-
ces non eſt in pecuoiæ quantitate, nec perpetualis,
nec contractus emphyteuticus ſiue libellarius, nec
ſuperficiarius, quia eſt ad modicum tempus; teneo
quod ſit contractus innominatus, *vt probatur in l.1.
§.ſi ſeruum cum gloſſ.ff. depoſiti, & l. naturalis.§. at cum
do. Secundo reſponſo.ff.de præſcriptis verbis, & argum. l. in-
ſulam; & l.ſi tibi rem vendendam, §.Iul. alias eſt, l.ſi tibi
arca in princip. eodem titul.* Et probatur hoc ratione,
34 † nam quando ſit aliquis contractos, & apponitur
iuxta ipſum pactum in continenti, quod in facien-
do conſiſtit, & dubitatur an ſit ille contractus no-
minatus, de quo ſit mentio io inſtrumento: vel ſit
contractus inoominatus, ſecundum naturam pa-
cti; & contractus non poteſt valere prout nomina-
tus eſt: ſed bene poteſt valere ſecundum naturam
pacti, iudicari debet ſecundum naturam pacti; & ſic
potius contractus innominatus, quam nominatus,
ad hoc vt res potius valeat quam pereat, *vt l. quoties
in ſtipulationibus, ff.de verb.obli. & l.quoties, ff. de reb. dub.
& de verb.ſign.* Sed in caſu noſtro ſi vellemus intelli-
gere, quod iſte eſſet cõtractus ſimplicis locationis,
vel perpetualis, prout prima facie verba contractus
ſonare videntur, non valeret contractus; quia mer-
ces non eſt in quantitate pecuniæ, nec in veritate
dictus contractus eſt perpetuus, vel ad non modi-
cum tempus, *vt ſupra dixi*; Sed intelligẽdo, quod ſit
contractus innominatus, maxime propter illud pa-
ctum incõtinenti appoſitum, quod eſt, vt dicti con-
ductores teneantur facere molendinum à frumen-
to ſuper dicta poſta, cum duabus rotis, & vnam do-
mum à muro pro dicto molendino, contractus va-
lebit, *vt d.l. naturalis.§. at cum do. ff. de præſcriptis verbis
cum aliis ſimilib. ſupra allegat.* Ergo in dubio debemus
potius dicere, quod ſit contractus innominatus,
quam nominatus, vt potius valeat, quã pereat. Item
35 hoc etiam ſic probari poteſt: † quando iuxta ali-
quem contractum nominatum apponitur aliquod
pactum, quod in faciendo conſiſtit: puta conueni
tecum, vt habeas librum meum, cum pacto, quod
vltra hoc vadas pro me Romam, & dubitatur quis
ſit iſte contractus, an venditio, vel contractus inno-
minatus: Iudicandum eſt ex eo, in quo plurimum
valet, *argum. l. quæritur hermaphroditus, ff. de ſtatu hom.*

Si enim

Si enim præualet pretium, iudicabitur venditio; ſi
factum, iudicabitur contractus innominatus, *vt di-
xit not. Alber. de Roſato in l. pacta conuenta, in penult. col.
verſic. item quæro conueni tecum, quod habeam librum, ff.
de contrah. empt. & idem vult Bart. in l. Ariſto. ff. de donat.
& in l. 1. ff. de rerum permut. & idem tenet Bald. in prælud.
feudor. in 7. colum. & Paul. de Caſt. in l. tenetur, §. 1. ff. de a-
ctio. empt. & idem in effectu vult Cyn. in l. cum te, in princ.
C. de pactis inter empt. & vendit. & Angel. in l. quia autem,
§. non ſimpliciter, ff. ſi quis omn. cauſ. teſt.* Sed in dicto
contractu plura interuenerunt, quæ ſapiunt natu-
ram contractus innominati, quàm nominati, quia
omnia pacta appoſita in illo contractu, poſſunt ap-
poni etiam in huiuſmodi innominato, *argu. l. 1. §. ſi
quis ſeruum, ibi, quaſi genus locati & conducti, ff. depoſiti,*
& dicetur in ſequenti dubio principali, & vltra præ-
dicta pacta & conuentiones ſunt duo alia pacta,
quæ magis conueniunt contractui innominato,
quàm nominato, videlicet, vt conductores tene-
antur facere molendinum cum domo, *vt d. l. natu-
ralis, §. at cum domus, ff. de præſcript. verb. cum ſimilib.* Et
quod ſit in poteſtate locatoris & ſuorum ſucceſſo-
rum, emere finito quinquennio melioramenta,
&c. quod etiam conuenit contractui innominato,
per l. ſi vir vxori, ff. de præſcript. verb. ergò debemus iu-
dicare potius contractum innominatum, quàm
nominatum. Item etiam, quia in caſu noſtro di-
cta pacta ſine dubio dicuntur præualere in contra-
ctu innominato, ex quo omnia pacta in eo inſerta
poſſunt conuenire contractui innominato, & nul-
lo modo contractui nominato, videlicet locationi
ſimplici, vel perpetuali, aut ſuperficiario, *vt ſupra
dixi, argum. illud, §. minus, ff. de tribu. & per id, quod ibi*
36 *not. Gul. de Cuneo.* † Præterea, quando eſt dubium
de contractu, datur actio præſcriptis verbis, quæ o-
ritur ex contractu innominato, *vt eſt text. in l. 1. ff. de
æſtimato. actio. & text. cum gloſſ. in l. quoties, ff. de præ-
ſcript. verb. & not. gloſſ. Inſtit. de interdictis, §. fin. & tenet
Bart. in l. 1. ff. de rer. permut.* Sed ſi in caſu noſtro poteſt
eſſe dubium, dicendum eſt, quod oritur contractus
innominatus, & datur actio præſcriptis verbis. Vn-
de ex iſtis concludo, quod prædictus contractus eſt
contractus innominatus; non autem contractus
nominatus locationis ſimplicis vel perpetualis, nec
emphyteuticus, nec ſuperficiarius. Circa ſecun-
dum dubium, quam naturam habere debeat iſte
contractus innominatus; & dico breuiter, quod ex
quo iſte contractus eſt contractus innominatus,
habet naturam contractus nominati, cui aſſimila-
37 tur: † quia regulariter contractus innominati iu-
dicantur ſecundum naturam contractuum nomi-
natorum, quibus aſſimilantur, *vt l. 1. §. fin. & l. fin. &
ibi Bart. hoc not. ff. de rer. permut. & l. naturalis, §. ſed ſi fa-
cio, & ibi, hoc etiam not. Bartol. in ſecundo notabili, ff. de
præſcriptis verb. & l. 1. §. ſi quis ſeruum, & ibi etiam Bart.
ff. depoſiti.* Sed in caſu noſtro dictus contractus in-
nominatus magis aſſimilatur contractui locationis
ſimplicis, quia ibi, in inſtrumento ita nominatur i-
ſte contractus. Item, quia eſt temporalis; ergò non
poteſt aſſimilari locationi perpetuali; nec contra-
ctui emphyteutico ſiue libellario, aut ſuperficia-
rio, quia iſti de ſui natura ſunt perpetui, vel ad non
modicum tempus, vt dictum eſt in præcedenti du-
bio. Item, quia partes declarauerunt, quod inten-
dunt, ſit locatio temporalis, & non perpetualis; er-
gò manifeſtè apparet, quod contrahentes volue-
runt, quod iſte contractus nominatus aſſimilare-
tur potius locationi ſimplici, quàm alteri contra-
ctui. Et quod contractus ſit, & aſſimiletur potius
locationi ſimplici, eſt caſus notabilis, *in d. l. 1. §. ſi quis
ſeruum*, ibi, quaſi genus locati & conducti interue-
nit, *ff. depoſiti, & ibi Bart. hoc etiam not.* Et propterea
omnia verba dicti inſtrumenti, quæ faciunt men-
tionem de locatione temporali, intelliguntur & in-
telligi debent de quaſi locatione, quia propriè eſt
contractus innominatus, *vt dixi*; ſed quia aſſimila-
tur contractui locationis ſimplicis, merito largo
modo & impropriè poteſt dici & nuncupari loca-
tio, & iſto modo intelligenda ſunt omnia inſtru-
menta, quæ loquuntur de locatione temporali ad
fictum dandum in alia re, quàm in pecuniæ quanti-
tate, quia illæ non dicuntur propriè locationes, ſed
ſunt contractus innominati facti ad ſimilitudinem
locationis. Et ſic concludo circa illud ſecundum
dubium, quod iſte contractus innominatus habet
naturam contractus locationis ſimplicis, & debet
in eo iudicari, ſicut iudicaretur de contractu loca-
38 tionis ſimplicis tantum. † Circa tertium & vlti-
mum dubium, poſito, quod iſte contractus habeat
naturam locationis ſimplicis, an de eius natura ſit,
quod melioramenta æſtimari debeant, ſecundum
quod expenſum eſt per conductores reſpectu ex-
penſarum & operarum tantum; an verò, quod de-
beant æſtimari vltra impenſas & operas, habito et-
iam reſpectu ad omne id: quo plus valet dictum
melioramentum, vltra fictum quinquaginta mina-
lium frumenti in anno, de iure, vel ex forma inſtru-
menti. Pro cuius declaratione duo ſunt examinan-
da: Vnum eſt, ſi dicti conductores meliorauerunt
dictam poſtam molendini plus, quàm ipſi expen-
derint. Secundum, poſito, quod ſic, an illud plus
peti poſſit per conductores, tàm de iure communi,
quàm ex forma dicti inſtrumenti. De primo vide-
tur, quod ſic; nam ex quo dictus D. Ioannes Fran-
ciſcus locauit poſtam molendini pro quinquaginta
minalibus frumenti tantum, & facto molendino,
& domo locatur centum & ſexaginta octo minali-
bus frumenti; videtur, quod à quinquaginta mina-
libus frumenti ſupra, ſit melioramentum, & cen-
tum & decem octo minalia frumenti de fictu ſit
melioramentum, licet expenſa facta per conducto-
res, ſit tantum de centum ducatis, vel circa, nec i-
39 ſtud eſt inconueniens: † quia benè poteſt eſſe mi-
nor expenſa, quàm ſit melioramentum, & è contra,
quod minor ſit melioratio, quàm expenſa, *vt eſt tex.
cum gl. in l. in fundo, ff. de rei vend.* & hoc videtur velle
inſtrumentum, dum in eo dicitur bis, quod dictus
locator, ſi emere voluerit dictum molendinum, &
ædificia, & melioramenta facta ſuper dicta poſta
40 pro eo pretio teneantur, &c. † quia copula, &, po-
ſita inter verbum molendinum, & verbum ædifi-
cia, & verbum melioramenta, quæ ſolet poni inter
diuerſa, *vt not. gl. in rubric. ff. de iuris & facti ignorantia,
& in l. 2. C. per quas perſonas nob. acquir.* ſignificat, quod
contra-

contrahentes intellexerunt, aliud eſſe molendinũ,
& ædificia, & aliud melioramenta; & quod locator
teneatur vtrumq; ſoluere, & ſic non ſolum molen-
dinum & ædificia, ſed etiam melioramenta, quæ
ſint vltra molendinum & ædificia, & ſic vltra im-
41 penſas. † In contrarium videtur, quod imo melio-
ramenta in caſu iſto non poſſint eſſe vltra impenſas
& operas; nam cum ibi ſit vas aquæ, & poſta mo-
lendini & dicti conductores ædificando domum, &
fabricando molendinum non fecerint, niſi illud,
quod quilibet alius expertus in ſimilibus feciſſet,
nec aliquid fundo pretioſius acceſſit vltra impen-
ſam, dicendum eſt, quicquid eſt vltra impenſam, eſt
pretium, & valor ipſius vaſis aquæ & poſtæ molen-
dini, non autem melioramentum proueniens vltra
42 impenſam, † quia tunc eſſet melioratio vltra im-
penſam, quando fundus vel locus, in quo impen-
ditur, efficitur pretioſior, quàm ſit impenſa, & plus
fundo accedit, quàm ſit impenſa, *vt eſt text. in l. in
fundo, ff. de rei vend.* ibi, qui pretioſior factus eſt, & ſi
plus pretii fundo acceſſit, vel quando fundus eſt di-
gnus maiori pretio, quàm ſit impenſum, *vt l. ſi fun-
dus, ff. de in rem verſo.* ſed in caſu noſtro dictus fundus
& poſta molendini ædificato molendino & domo,
non eſt pretioſior quàm ſit poſta, & cum molendi-
no ædificato, nec eſt maiori pretio dignus, quia ni-
hil præcipui per dictus conductores factũ eſt, pro-
pter quòd dicta poſta cum dicto molendino ſit effe-
cta pretioſior & maioris pretii, nec ipſi poſtæ plus
acceſſit, quàm ſit impoſitum. Si enim dicti condu-
ctores vſi fuiſſent aliqua induſtria vltra impenſam,
puta in ducendo aliam aquam ad dictum molendi-
num, propter quod prius non potuiſſet volui, niſi
vna rota; & tunc propter adiunctam dictam aquam
voluerentur duę, tunc illud bene diceretur eſſe me-
lioramentũ, & licet in conducendo dictam aquam
expendiſſent ſolum quinquaginta ducatos, & illa a-
qua redderet illam poſtam pretioſiorem in ducen-
tis aureis, tunc illud plus videlicet centum & quin-
quaginta ducati eſſet melioratio, quia iſtud plus
fundo accederet *per dictam l. in fundo, ibi*, & ſi plus
pretii fundo acceſſit, quem ita puto eſſe intelligen-
dum, & iſtud credo eſſe verius. Nec ſequitur; Poſta
molendini eſt affictata pro quinquaginta minali-
bus frumenti; ergo quicquid poteſt affictari plus
hodie propter dictam ædificationẽ, debet dici me-
lioramentum, quia ſi locator conceſſit pro nihilo
ipſis conductoribus dictam poſtam molendini pro
quinque annis cum hoc, quod ibi ædificarent mo-
lendinum & domum, ſicut fecerunt, & promiſiſſet
ſoluere melioramenta, quod totum ipſum molen-
dinum cum poſta & vaſe aquæ eſſet melioramen-
tum, & ſic poſta ipſa nihil valeret, vel videretur eſſe
conceſſa & tranſlata in ipſos, quod eſſet abſurdum,
contra l. nam abſurdum, ff. de bonis liber. cum ſimil. Item
potuiſſet locare dictis conductoribus pro ducentis
minalibus frumenti, & facto molendino non affi-
ctaretur, niſi minalibus ducentis, & expendiſſent
ducatos centum, & in veritate in illis centum duca-
tis eſſet melioratio, & ſi inſpicerentur meliora-
menta, habito reſpectu ad illud, quo plus locari
poſſet factis ædificiis, nullum eſſet melioramen-
tum, quod eſſet *contra l. in fundo, ff. de rei vend. & con-
43 tra l. ſi ſeruus, ff. de in rem verſo.* † Et propterea dico,
f quod ad cognoſcendum *f* meliorationem in con-
tractu innominato, qui habet naturam locationis
ſimplicis, ſicut eſt in caſu noſtro, vt dictum eſt in ſe-
cundo dubio principali, non debemus inſpicere fi-
ctum, qui prius ſoluebatur, quia poſſet eſſe in ni-
mis magna vel minima quantitate, ſed debemus in-
ſpicere in quantum fundus, in quo eſt ædificatum,
eſt factus pretioſior, & fundo acceſſit vltra valorem
fundi, *vt l. in fundo. & d. l. ſi ſeruus.* Et ideo cum in ca-
ſu noſtro poſta molendini coniuncta cum ædificiis
factis, non valeat plus, quàm ſit impenſa, & ipſa po-
ſta ſimul, ex quo nihil aliud extrinſecus fundo, ſeu
poſtæ acceſſit, quàm ipſum molendinũ; ergo quic-
quid valet nunc dictum molendinum vltra impen-
ſam, non eſt melioramentum, ſed eſt pretium &
valor ipſius molendini, quia tantum communiter
valeret illa poſta cum illo molendino per dicta iura.
Nec eſt mirandum, quod illa poſta fuerit affictata
pro quinquaginta minalibus frumenti tantum, &
nunc coniuncta cum ædificio & molendino, affi-
ctetur etiam ducentis minalibus, dato quod im-
penſa ſit ſolum centum ducat. quia poſta de per ſe
ſine ædificio & molendino nihil aut parum valet,
ſed coniuncta cum molendino multum valet, vt de
ſe patet, & ideo huiuſmodi poſtæ ſolent affictari
modico pretio per non valentes facere impenſam
molendini; & finita locatione poſtæ locantur ma-
gno pretio, ergo ita eſt dicendum in caſu noſtro,
44 † per argumentum à ſolitis, & communiter acci-
dentibus, *vt l. certi condictio, §. ſi nummos, ibi, cum quo-
tidie credituri, &c. ff. ſi cert. pet. & l. 1. cum gl. C. de arbitris,
cum ſimilib.* Nec obſtat, quod in inſtrumento dica-
tur, quod molendina & ædificia, & melioramen-
ta facta debeant æſtimari, & ſolui, quia intelligitur
de aliis ſimilibus melioramentis, de quibus ſupra
dixerat; nam cum ſupra dixerit de molendino & æ-
dificiis, & melioramentis; fateor, quod intelligitur
de aliis, quàm ſit molendinum & ædificia propter
copulam, & quæ ponitur in medio, vt dixi, puta ſi
eſt facta impenſa in purgando vas aquæ, vel ipſum
cauando, vel ampliando, vel in ſimilibus; non au-
tem debet intelligi de eo, quo plus valet molendi-
num nunc fabricatum, vltra fictum quinquaginta
minalium frumenti. Et ex his concludo, quod di-
cti conductores non meliorauerunt dictam poſtam
molendini in plus, quàm ipſi expenderint, niſi
docerent, quod ſua induſtria aliquid fundo addidiſ-
ſent vltra impenſam, propter quod fundus eſſet ef-
fectus pretioſior, & maioris pretii, quàm fuerit im-
penſa, & ideo concludo, quod ſibi non debent ſol-
ui, niſi melioramenta facta, ſecundum quod per
eos impenſum eſt, non habita conſideratione ad fi-
45 ctum quinquaginta minalium frumenti. † De ſe-
g cundo *g* poſito, quod dicti conductores melioraſ-
ſent dictam poſtam in plus, quàm impendiſſent in
ea, an illud plus petere poſſent, tàm de iure commu-
ni, quàm ex forma dicti inſtrumenti. Et certe de iu-
re communi videtur mihi clarum, quod non, quia
cum iſte contractus habeat naturam locationis ſim-
plicis, & ſecundum illam debeat iudicari, vt dixi ſu-

pra in primo dubio principali, ſequitur, quod non
debent habere, niſi in quantum expenderunt o-
peris computatis, & non vltra, vt eſt caſus in termi-
nis, *in l.colonus, in princ. quæ eſt l.penult. ff.locat.* vbi text.
vult, quod ſi colonus poſuit vineas in feudo propter
quod fructus denis amplius aureis annuis ager lo-
caretur, dicitur ibi, quod non poteſt conſequi ni-
ſi expenſas, & eſt etiam text. *in l.dominus horreorum, §.
1.eod.tit. & probatur in l.in fundo, in princ. vbi videtur eſſe
caſus de iſta quæſt. ff. de rei vend.* & licet ibi loquatur in
bonæ fidei poſſeſſore, tamen credo, quod idem ſit
in ſimplici conductore, quia ibi loquitur in caſu,
quo bonæ fidei poſſeſſor fecit impenſas in fundo,
vbi alias dominus fuiſſet facturus, & vult, quod non
inſpiciatur, in quantum fundus pretioſior factus
eſt, ſed ſolum impenſa, quando eſt minor, quàm v-
tilitas inde proueniens, pari ratione videtur dicen-
dum in caſu noſtro, in quo dicti conductores fece-
46 runt impenſam de voluntate domini, † & quan-
tum ad hoc puto, quod non ſit differentia inter bo-
næ fidei poſſeſſorem, & conductorem licet, quò ad
alia ſit differentia, *vt habetur per Bald. in c.1. §. ſi vaſal-
lus, in fin. in tit.* hic finitur lex, incipiunt conſuetudi-
nes regni, *& in l.ſumptus, ff.de rei vend. per Doctor. & per
D. Paul. de Caſtr. in conſil. ſuo 321.* Sed ex forma inſtru-
menti videtur eſſe maior dubitatio, quia locator
promittit ſoluere melioramenta, ſed ita poſſunt di-
ci melioramenta vltra impenſam, *vt eſt text. cum gl.
in præallegata l.in fundo*, ergo etiam iſta viderentur
eſſe promiſſa. Sed puto, quod dictum verbum, me-
lioramenta, intelligatur ſecundum formam iuris,
47 † quia verba contractus ſimpliciter prolata ſunt
referenda ad iuris diſpoſitionem, *vt l. damni infecti
quidam, in princ. & quod in ſtipulatione eſt, ff. de damno
infect. & ita not. Bald. ſecundum Iac. de Har. in l.Gallus, §.
quidam recte, ff.de liber. & poſthum. per dictam l.damni in-
fecti.* Sed de iure communi melioramenta coloni
non ſunt, niſi quatenus expendit, ſi in tantum
meliorauit, vel vltra, *vt d.l.colonus, in princ. & l. domi-
nus, §.1. ff.locati*, ergo dictum verbum melioramenta
prolatum in contractu noſtro, qui habet naturam
locationis ſimplicis, vt dixi, debet intelligi, quate-
nus eſt impenſum, & non vltra. Et poteſt ratio aſ-
48 ſignari, † quia verba contractus in dubio debent
interpretari ſecundum naturam contractus, *l. ſi ſti-
pulatus, in princ. ff. de vſuris, & l. ſi vno, in princ. cum ibi
not. ff. locat. cum ſimilib.* hoc etiam videntur ſenſiſſe
contrahentes, ſcilicet de melioramentis, quæ con-
ſiſtunt in facto, videlicet in expendendo & fabri-
cando, non de his, quæ conſiſtunt in iure, puta quę
orirentur ex induſtria, vt in dicto inſtrumento,
dum dicitur in vna parte, & melioramenta facta ſu-
49 per dicta poſta, † quod verbum facta non ſonat in
ius, ſed in factum, *vt l. verbum facere, ff. de verbor. ſignif.*
& in alia parte dicitur, meliorationes conſtructas,
quod verbum, conſtructas, videtur ſimiliter ſonare
in factum, quia ſi intellexiſſent partes de meliora-
mentis, quæ procederent ex induſtria, non dixiſ-
50 ſent meliorationes conſtructas, † quia meliora-
tio non conſtruitur, ſed naſcitur ex conſtructo, *ar-
gum. dicta l. dominus horreorum, §. 1. ibi ædificauerit vel
inſtruxerit, ff. locati, & l. Mercana ibi conſtruenda, C. de
ædific. priuat. coniuncta l. fin. in princ. cum ibi not. C. de iure
emphyt.* Et ex prædictis omnibus concludo, quod
dictus Dn. Ioannes Franciſcus non tenetur ſoluere
pro melioramentis dictis conductoribus, niſi qua-
tenus eſt per eos expenſum, computatis etiam eo-
rum operis, quamuis plus percipiatur nunc de fi-
ctu in maiori quantitate vltra dictam impenſam,
quàm fuerit fictus quinquaginta minalium fru-
menti.

ANNOTATIONES.

a Infra decem annos] *Idem docent Alex. in conſ.17. nu.1. & ſeqq. lib.4. & in l.ſi de eo, §.1. ff.de acquir. poſſ. Soc. ſen. in conſ.32. nu.1. vol.1. Pariſ. conſ.98. num.5. & per totum lib.4. Neuizan. conſ.90. nu.29. ample Guliel. de Redoan. in tractatu de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.6. in rubr. de fruct. Eccleſ. alienan. nu.15. & declarat etiam late Arius Pinellus in l.1. C. de bon. mater. in 3. part. nu.63. & 66.*

b Conſiſtat in pecunia] *Adde Baldum in tractat. de ſtatutis, in verbo contrahere, nu.4. & Fabian. de Monte in tractat. de empt. & vendit. in 2. part. nu.9.2. & [illegible]*

c Eſt alius contractus] *De hoc ſcribunt Dec. in conſ. [illegible] nu.2. conſ.164. num.3. & conſ.305. col.2. Pariſ. conſ.12. col.1. vol.2. & conſ.72. nu.54. vol.4. & alij, quos late refert, & ſequitur Rol. à Valle in conſ.96. num. 38. 39. & ſeqq. vol.1.*

d L. ſicut in annos] *Pro intellectu huius reſponſi vide Franciſcum Duar. lib.1. de iure accreſcendi, cap.9.*

e De primo actu] *Vide, quæ ad hoc late ſcribit Alexand. in conſ.16. per totum vol.4. Iaſ. in l. diuertio, §. quod in anno, nu.12. & ſeqq. & per totum ff. ſolut. matri. in l. duobus, §. ſi ei quis, ff. de iureiur. & in conſ.36. in fin. lib.2. Socin. ſen. in l. hac conditio, num.5. ff. de condit. & demonſt. ample Felin. in c.2. nu.2. cum multis ſeqq. extra de treuga & pace, & Hippol. Marſil. in repetit. Rubr. ff. de fideiuſſor. quæſt.9. & Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 9. nu.6. & ſeqq. ff. de verb. ſignific.*

f Ad cognoſcendum meliorationem] *Adde Marſil. in ſingulari 177. Ruin. in conſ.14. nu.2. & ſeq. vol.1. Felin. in c. cum cauſam, num.28. extra de ſentent. & re iudic. Cagnol. in l. ea eſt natura, nu.11. & 15. ff. de reg. iur. late Tiraq. in tract. de retract. conuen. §.15. gl.1. per totam, Boër. deciſ.44. & deciſ.84. Rol. à Valle in conſ.28. num.11. & ſeq. vol.2. D. Menoch. in conſ.64. vol.1. per totum, & latiſſime in tractat. de recup. poſſeſſ. remed.15. num.500. cum multis ſeqq. & ample declarat Ioſeph. Ludouic. in 1. part. deciſionum Rotæ Lucenſis, deciſ.24. & 58.*

g De ſecundo] *Hac de re videantur Capic. deciſ.93. nu.9. Anchar. Regiem. quæſt.46. in 1. part. Rol. à Valle in conſ. 28. nu.11. & 14. vol.1. Franciſcus Zoanetus in tractat. de empt. & vendit. num.123. cum tribus ſeqq. Guliel. de Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. in §. item aduerte, num.19. & §. conductores, nu.3. & ſeqq. Neguſan. in tractatu de pignor. in 4. memb. 5. partis princ. num.11. Franciſcus Viuius commun. opinionum lib.2. opin.177. Burſat. in conſ. 71. nu.22. & 23. vol.1. & Borgnin. Caualc. in 1 part. ſuarum deciſionum, deciſ.28. num.4. in addit. & deciſ.44. nu.57. 62. & 63. qui alios ampliſſime congerit. Et quæ melioramenta ſint reſicienda iudicis arbitrio relinqui, docet D. Menoch. in tractatu de arbitra. iudic. lib.2. cent. 3. caſu 258.*

CONSIL. XLVII.

ARGVMENTVM.

Si quis fuit inueſtitus de nouennio ad nouennium iam centum annis, an debeat iterum inueſtiri, ne expelli poſſit.

Abbas an & quando poſſit locare res Eccleſiæ abſque conſenſu monachorum & Epiſcopi licentia.

An valeat ſtatutum ſeu conſtitutio Epiſcopi, quod Abbates ſui territorii non poſſint locare res Eccleſiæ vltra annum.

SVMMARIA.

1 *Si quis fuit inueſtitus de nouennio in nouennium iam centum annis, an debeat iterum inueſtiri, ita vt expelli non poſſit.*

2 *Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum.*

3 *Colonus ſeu conductor ad modicum tempus non præſcribit.*

4 *Emphyteuſi finita ob generationem finitam, deſcendentes ſe inueſtiri petere poſſunt: & ſi non inueſtiantur, poſſunt ſe appellare, & eis fit iniuria, ſed limitatur vt ibi.*

5 *Pactum nudum obligat de iure canonico.*

6 *In ore duorum vel trium ſtat omne verbum, & nu. 19.*

7 *Teſtibus ad inuicem contrarijs in tempore fides non eſt adhibenda, nec tunc poſſunt ad concordiam reduci, num. 11.*

8 *Singularitas obſtatiua nocet, & quæ dicatur.*

9 *Ad probandum quemlibet actum duo teſtes requiruntur. Idem ad probandum quemlibet gradum, & nu. 19.*

10 *Contrarietas, quæ non attingit negotium principale, non nocet, licet teſtium fidem minuat, num. 12.*

13 *Affinitas teſtem non repellit, licet is tunc non ſit omni exceptione maior.*

14 *Teſtis vbicunq; poteſt aliquid opponi, non dicitur omni exceptione maior.*

15 *Iuramenti delationi locus non eſt, quando ſemiplena probatio per aliquam præſumptionem eliditur.*

16 *Modicus etiam defectus impedit ſemiplenam probationem in teſte.*

17 *Solicitator ſeu interueniens in cauſa dicitur ad ipſam cauſam affectionem habere, & propterea non eſt integer teſtis.*

18 *Teſtis qui non eſt integer, an ab alio teſte, qui eſt omni exceptione maior, coadiuuetur, & quid, ſi ſint plures, num. 20.*

21 *Abbas regulariter poteſt locare ad modicum tempus res Eccleſiæ, abſq; conſenſu monachorum vel conuentus.*

22 *Modicum tempus dicitur infra decennium, & num. 29. 30. & 41.*

23 *Conſuetudo etiam in alienatione rei Eccleſiæ ſeruanda eſt.*

24 *Pactum appoſitum in locatione eſt pars ipſius locationis.*

25 *Quando aliquis contractus eſt celebratus cum alterius conſenſu, qui ad illum fuit neceſſarius, abſq; voluntate eius, qui conſenſit, diſſolui non poteſt.*

26 *Patris conſenſus ſicut in matrimonio contrahendo requiritur, ita etiam in eo diſſoluendo.*

Statutum per populum conditum à ſuperiore confirmatum non poteſt per populum abſq; ſuperioris conſenſu reuocari, quando is in confirmatione fuit neceſſarius.

27 *Conſtitutio Epiſcopi, quod Abbates non poſſint locare vltra tempus anni, an valeat.*

28 *Statutum ſeu conſtitutio Epiſcopi contra ius commune non valet.*

Quid ſuper caſu omiſſo de iure communi & ſtatutum ſit bonum & honeſtum, num. 37.

29 *Abbas de iure communi poteſt ſine aliqua ſolemnitate & Epiſcopi licentia locare res Eccleſiæ vſq; ad decem annos excluſiuè, & num. 38.*

30 *Conſtitutio Epiſcopi, quæ vertitur in detrimentum Eccleſiarum non valet.*

31 *Conſtitutio Epiſcopi, per quam reſtringitur libera facultas contrahendi, non valet.*

32 *Homines naturaliter proni ſunt ad diſſentiendum.*

33 *Conſtitutio ſynodalis facta per Epiſcopum ſuper alijs, quàm ſuper eius iuriſdictione non valet, niſi hi, quorum intereſt, conſentiant, vel ſint præſentes.*

34 *Conſtitutio, vel ſtatutum diſponens contra ius commune debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quàm fieri poteſt.*

35 *Caſus omiſſus in ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis.*

36 *Locator tenetur conductori ad intereſſe, quando is de locato vti frui non poteſt.*

37 *Statutum debet habere matrem iuſtitiam.*

40 *Res Eccleſiæ vſq; ad triginta annos excluſiue locari poſſunt, & iſtud tempus quantum ad hoc dicitur modicum.*

42 *Statutum ſeu conſtitutio Epiſcopi facta cum conſenſu ſynodi, & ſi contradicet Epiſcopo ſine ratione, valet.*

43 *Statutum Epiſcopi ſuper deciſis de iure canonico cum additione non valet.*

44 *Intellectus ad text. in c. veſtra, extra de locato.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In quæſtione, quæ vertitur inter fratres de Valentia ex vna parte agentes, & Galeatium de Tedoldis de la Capriana de Mantua, & Dominum Abbatem Sancti Andreæ ex altera, coram Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Mantuæ: Viſis omnibus proceſſibus agitatis inter partes, & ſententiis inde ſecutis, duo in primis puto eſſe examinanda, ex quibus apparebit veritas præſentis cauſæ: Primum eſt, an ſit probatum ſufficienter ius actorum videlicet dictorum fratrum de Valentia. Secundum, an exceptiones & defenſiones rei ſcilicet Galeatii ſint legitimæ, ita quod excludant petitionem actorum.

1 † Circa primum dicendum eſt, quod ius deductum per actores, non eſt probatum ſufficienter. Nam dicti fratres de Valentia petunt in ſuo libello Dn. Abbatem condemnari ad inueſtiendum dictos fratres de Valentia more ſolito de petiis terrarũ, de quibus eſt quæſtio. Et fundant petitionem ſuam ex pluribus, quæ de iure non procedunt. Primo enim

ſe fundant in hoc, quia dicunt, ſe fuiſſe inueſtitos de
dictis terris ſpatio centum annorũ à gubernatori-
bus dicti monaſterii S. Andreæ, quod fundamentũ
de iure non procedit, quia omnes inueſtituræ factę,
ſunt factæ ad tempus completum, & maxime vlti-
ma inueſtitura, quæ fuit facta de 1428. quia illa fuit
facta ad nouem annos completos, per quæ verba
apparet, quod ex præcedentibus inueſtitoris non
videatur quæſitum eſſe ius aliquod de futuro dictis
fratribus, & quod finitis nouem annis ſit finitum o-
2 mne ius dictarum locationũ, † quia limitata diſpo-
ſitio limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acq. ver. dom.* Et ideo elapſis dictis nouem annis, quod
fuit de 1437. omne ius dictarũ poſſeſſionum liberè
deuenit in d. monaſteriũ, nec cogebatur, nec cogi-
tur propter prædictas inueſtituras amplas inueſtire
dictos fratres de Valentia. Secundo, videntur velle
ſe fundare tacite in quadam præſcriptione longiſſi-
mi temporis, ex quo dicunt, ſe iam centum annis
fuiſſe inueſtitos, &c. iſtud etiam fundamentũ non
3 procedit, † quia colonus ſeu conductor ad modicũ
tempus, ſicut eſt in caſu noſtro, *iuxta not. in l. fin. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. & in clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* nunquam poteſt præſcribere *l. malè agitur, C. de præſcript. trigint. ann. & ibi not. & not. per Cyn. & Doct. in*
4 *l. competit, C. eod. tit.* † Tertium fundamentum poſ-
ſet allegari, quod etiamſi eſt finita dicta locatio, ta-
men videtur, quod potius debebant inueſtiri dicti
fratres de Valentia, ex quo maiores ſui fuerunt lon-
giſſimo tempore inueſtiti, *per not. gl. & Doctor. in c. bona, extra de poſtb. prælat. & per gl. & Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quot. & æſti. & per Bald. in c. 1. in tit. quemad. feud. ad filiam pertineat in vſib. feud.* qui dicunt nota-
a biliter, ꝙ ſi emphyteuſis eſt finita a propter gene-
rationẽ finitam deſcẽdentes poſſunt petere eos cõ-
firmari, & de facili debent hoc impetrare, & fit eis
iniuria, ſi non fiat ipſis reformatio inueſtituræ, &
ideo poſſunt appellare de iure canonico ad ſuperio-
rem, vt cogat, quod reformatio fiat. Sed ad iſtud re-
ſpondetur duobus modis: Primo, quod prædicta
procedunt, quando hoc peterent, anteq̃ fieret aliis
inueſtitura, & ideo ſi dicti fratres non petierunt in-
ueſtituram renouari in perſonas ipſorũ, antequam
Galeatius eſſet inueſtitus, eis imputandum eſt, quia
inueſtitura prius facta Galeatio de 1438. de iure va-
luit, ex quo tunc locatio facta in illos de Valentia e-
rat finita, & aperta ipſi monaſterio, & ideo non po-
tuit Abbas poſtea venire contra factũ ſuum, *ff. de adopt. l. poſt mortem*, & ſic imputandũ eſt illis de Valen-
tia, quare prius hoc non petierint, *l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. inf. & ſic limitat gl. in d. §. permittitur, & quod not. per Doct. prææallegatos iuribus, & ita reperio D. Paul. de Caſt.* ita limitantem dicta iura in quodam ſuo
conſ. quod incipit: In Chriſti nomine, amen. Pun-
ctus iſtius quæſtionis, cui conſilio ſe ſubſcripſerunt
D. Proſdocimus de Comitibus, D. Ioan. Franciſcus
de Capitibus legiſtæ, & D. Paulus de Dotis. Et pro-
pterea cum dicta prima inueſtitura facta in perſona
Galeatii valuerit per prędicta, ſequitur, quod ſecun-
da inueſtitura potius debuit fieri Galeatio, quàm il-
lis de Valentia, ex quo fuit vltimus conductor, *per gl. in d. §. permittitur cum aliis iuribus ĩ. ad hoc allegatis*, quæ
faciunt pro Galeatio reſpectu ſecundæ ſuæ inueſti-
turæ. Præterea & ſecundo etiam reſpectu primę in-
ueſtituræ & ſecundæ dico, quod non obſtat alia ra-
tione, *gl. in d. §. permittitur*, quia licet Abbas feciſſet
iniuriam d. de Valentia inueſtiendo d. Galeatium,
tamen ex quo de hoc non appellauerunt, ſi ſentie-
bant ſe de hoc grauatos, imputandum eſt eis; debe-
bant enim appellare, *vt videtur ſentire Bart. in d. §. permittitur*, dum dicit, quod poteſt appellari ad ſupe-
riorem, &c. & ita etiam determinat D. Paul. in antè
dicto conſilio. Et propterea dico, quod ex quo d. de
Valentia non appellauerunt infra 10. dies, à die quo
ſciuerunt primam vel ſecundam inueſtiturá factam
in perſonam Galeatii, amplius non debent audiri
per auth. hodie, C. de appell. & c. cum dilecti, in fin. de elect. cum ſimil. facit quod no. Bart. in l. quibus diebus, in fin. princip. ff. de cond. & dem. Vnde iſtud tertiũ fundamentum
ceſſat per prædicta. Quartum fundamentũ princi-
pale eſt, quia dicunt dicti fratres de Valentia, quod
D. Abbas in præſentia d. D. Epiſcopi promiſit inue-
5 ſtire eos, † ex qua promiſſione licet fuerit pactum
nudum, tamen obligat promittentem ſaltem de iu-
re canonico, *vt in c. 1. extra de pact. & 1. quæſt. 7.* quoties
cordis oculos, & quod dicta promiſſio ſit probata,
dicunt, quod hoc apparet ex atteſtationibus duorũ
teſtium, ſcil. Rolandi de Suardis & Nicolai de Ca-
6 tabenis, quæ probatio ſufficit, † quia in ore duorũ
vel trium ſtat omne verbum, *c. cum eſſes, & c. relatum, extra de teſtam. & l. vbi numerus, ff. de teſtib. cum ſimilib.*
Sed iſtud fundamentũ tollitur duobus modis prin-
7 cipaliter. † Primò, quia illi teſtes hoc non probant,
quia eis non eſt fides adhibenda, quia ſunt ſibi adin-
uicem contrarii in tempore, quia Rolan. dicit quod
d. D. Abbas promiſit inueſtire dictos fratres de Va-
lentia, ſunt plures quàm ſeptem anni, & Nicolaus
dicit, quod ſunt plures quàm duo anni, quæ diuerſi-
tas eſt valde magna, & ideo non probant, *vt in c. licet cauſam, extra de probat. & 3. quæſt. 9. nihilominus, & not. gl. de teſtib. contra Suſannam in l. teſtium, C. de teſtib.* Et
quamuis deponant dicti teſtes de facto reiterabili,
tamen non probant, quia aut ipſi deponunt de eo-
dem acto, & de vna & eadem promiſſione, & tunc
non probant aliquo modo, quia ſunt teſtes ſingula-
res, ſibi inuicem repugnantes, quia ſi promiſſio
fuit facta vna die, non potuit eſſe alia, & ſic vnus al-
teri contradicit, & hoc caſu non probant aliquo
modo, nec faciunt aliquam fidem, qui non confe-
8 runt in vnum rei finem, † & iſta ſingularitas dici-
tur obſtantiua, *vt not. Bald. in rubrica de controuerſia inueſtit. in vſibus feudor. & in l. 1. C. de teſtament.* & eſt ra-
tio, quia tantũ probat vnus ſicut alter; ergò dictum
vnius derogat alteri, & è contra, ex quo non eſt da-
re rationem, quare magis credatur vni quàm alteri,
per not. in l. admonendi, ff. de iureiurand. & in l. in bonæ fidei, C. de rebus credit. & iureiurand. aut volumus, quod
deponant de diuerſo actu, & tunc quilibet eſt ſin-
gularis in ſuo dicto, licet non ſit contrarium, &
9 non probant. † quia ad probandum quemlibet a-
ctum duo teſtes requiruntur, *vt extra de teſtib. cap. veniens, & not. per Innoc. in cap. ſeries, eodem tit.* qui dicit,
quod ad probandum quemlibet gradum requi-
runtur duo teſtes, *vt not. Bald. in l. 1. C. de teſtament.*

Nec

10 † Nec obſtat dum dicitur, quod iſta contrarietas
non nocet, ex quo non attingit negotium princi-
pale, *per not. per Innoc. in c. per tuas, extra de teſtib. & per
Bart. in l. eos, ff. de falſ.* quia dico, quod imo iſta eſt ta-
cita diuerſitas de duobus annis ad ſeptem, quod
non poſſunt commodè concordari; non enim eſt
veriſimile, quod fuerint immemores de tempore
quinque annorum; nam ſi fuit tempus duorum
annorum, veriſimiliter alius non dixiſſet de ſeptem:
præſertim cum hoc non ſit longum tempus, & è
contra, ſi fuiſſet tempus ſeptem annorum, alius
non dixiſſet de duobus, † & ideo cùm ſit tanta di-
uerſitas, & ſic manifeſta contrarietas non debent
ad concordiam reduci, *vt 3. quæſt. 9. nihilominus, & 35.
quæſt. 6. de parentela, & not. gl. 4. quæſt. 3. §. ſi teſtes, & gl.*
11 *& Doct. in d. c. in noſtra.* † Sunt etiam in aliis contrarii
dicti teſtes, vt ex eorũ atteſtationibus apparet, quæ
licet non contingat negotiũ principale, tamen di-
minuunt fidem eorum, *per l. 3. §. 1. ff. de teſtib. & in d. c.
in noſtra, cum ſimil.* Vnde ex his apparet, quod iſtud
quartum fundamentum de promiſſione non pro-
cedit propter contrarietatem vel ſingularitatem di-
ctorum duorum teſtium. Item etiam dictis teſtibus
non eſt fides adhibenda ex alio capite, & maxime
Nicolao de Carabenis; tum quia eſt affinis dictorũ
fratrum de Valentia, vt ipſe dicit in ſua depoſitione,
13 † quæ affinitas, licet non habeat teſtem repellere à
teſtificando, *vt not. per gl. in c. accedens, in verſ. ſubeſſe, ex-
tra vt lite non conteſt. & ibi per Doct. & per gl. & Doct. in l.
lex Corn. in princ. ff. de iniur. & per Doct. in l. parentes, C. de
teſtib.* Tamen non eſt omni exceptione maior, quia
eius fides vacillat, & eſt ſuſpecta propter affinitatem
ita quod non poſſit deferri iuramentum in ſupple-
mentum probationis, *vt not. Bart. in l. admonendi, &
Iac. Butr. & Alber. de Roſat. in l. 1. ff. de teſtib.* Et proba-
14 tur ratione, † quia quandocunque teſti poteſt ali-
quid opponi, non dicitur omni exceptione maior,
*vt eſt gl. not. in c. 1. in verb. maiores, extra de conſang. & af-
finit. & in Inſtit. de inutil. ſtipul. §. item verborum, in verb.
idoneos*, quæ dicit relata ad text. quod illi teſtes ſunt
idonei, quibus nulla exceptio poteſt opponi; ſed
hic poteſt opponi iſta exceptio affinitatis, & etiam
contrarietatis, de qua ſupra dixi proxime; ergò non
poſſet deferri iuramentum in ſupplementum pro-
15 bationis per regulam, quæ eſt, † quod vbicunq; ſe-
miplena probatio eliditur per aliquã præſumptio-
nem, tunc non eſt locus delationi iuramenti, *vt not.
per Bart. & Doctor in l. 1. C. qui & aduerſus quos, per illum
text. cum gl. & pro hoc adduco quod dixit Bald. notabiliter
in c. 1. §. ſacramentum, in tit. de conſuet. ratio feudi, vbi ele-
ganter dicit ſecundum Ioan. in apparatu ſuo gloſſ. quem fecit
ante Accurſ. in l. admonendi, ff. de iureiur.* quod teſtimo-
nium vnius teſtis facit indicium, quando eſt proba-
tæ vitæ & opinionis, nec poteſt haberi ſuſpectus fa-
miliaritate, vel alia de cauſa, & exponit Bald. alia de
cauſa iudicis arbitrio committenda, *vt ibi, & l. 3. §. 1.*
16 *ff. de teſtib.* † & ſubiicit notabiliter, quod etiam mo-
dicus defectus in teſte impedit ſemiplenam proba-
tionem vnius teſtis, ſed in caſu noſtro nedum eſt d.
Nicolaus teſtis ſuſpectus familiaritate, quia affinis,
ſed etiam eſt ſuſpectus alia de cauſa, videlicet quia
non concordat cum dicto alterius teſtis, ſcilic. Ro-
landi; imo ei in multis contradicit, *vt ſupra dixi, vt l.
17 qui falſo vel variè, ff. de teſtib.* † Item eſt maximè ſu-
ſpectus alia de cauſa, quia ipſe deponit in ſua teſtifi-
catione, quod ipſe intercellit pro dictis fratribus de
Valentia, coram Illuſtriſſ. Duc. Dn. Marchioniſſa
Mantuæ, & coram Reuerendo D. Epiſcopo, & illis
de conſilio, rogando omnes dictas perſonas, ne pa-
terentur fieri iniuſtitiam dictis fratribus in dicta
cauſa, & quod commendauit dictos fratres D. Ab-
bati, &c. per quæ verba ſine dubio comprehendi-
tur, quod ipſe habet affectionem ad dictam cauſam
pro dictis fratribus, & ſic eſt ſuſpectus, *facit ad hoc l.
ſi ſpadonem, §. fin. in verb. affectauerit, ff. de excuſ. tut.* Vn-
de ex his ſine dubio eſt concludendum, quod d. Ni-
colaus teſtis non eſt omni exceptione maior; imo
eſt valde ſuſpectus, nec ſibi fides adhibenda, quia in
eo nedum eſt vnus modicus defectus, ſed plures &
magni videlicet defectus contradictionis, affinita-
18 tis, & affectionis. † Nec obſtat ſi dicatur, quamuis
d. Nicolaus noo ſit omni exceptione maior, tamen
ex quo habet alium teſtem omni exceptione maio-
rem idem dicentem, ſtandum eſt eius dicto, & pro-
b bat, quia recipit fomentum *b* ab illo, qui eſt omni
exceptione maior, *vt videtur dicere Angel. in l. ſi quis ex
argentariis, §. cogentur, per illum text. ff. de edend. & etiam
Bald. videtur ibi hoc ſentire.* Quia reſpondetur, quod
nec ille text. nec Ang. nec Bald. hoc dicunt, quod di-
ctum vnius teſtis non fide digni ſuppleatur per aliũ
teſtem; ſed per alios fide dignos ſic. Nam dicit ibi
Ang. quod licet teſti deplorato non ſit credendum,
tamen ſi eius teſtimonium confirmatur à fide di-
gnis, ſufficit; non autẽ dicit ab vno fide digno, quia
tunc non ſufficeret, vt ſtatim dicam, *& Bald. in d. §.
cogentur. dicit in hæc verba, facit iſte, §. ad quæſtionẽ*, pro-
baui per teſtes, quorum vnus eſt infamis; eſt hic ar-
gum. quod ſi vni opponitur infamia, quod non ſit
exceptio admittenda, eo quod non releuat excipi-
entem, cum dico, quod teſtes faciant integram fi-
dem, caſus eſt hic, ſi quis ſciat inducere. Ecce quod
Baldus apertè requirit, quod ſit neceſſarium, quod
duo teſtes fide digni ſint, qui habeant integrare fidẽ
teſtis non fide digni, & ſic vous non ſufficeret. *& ita
per Bart. in d. §. cogentur*, ibi etiam cæteri credere de-
bent, vbi Iuriſconſultus loquitur in plurali, & ſic de
pluribus, *vt l. vbi numerus, ff. de teſtib. & l. fin. ff. ad Treb.
& ſic ille text. & Bald. ibi, & Ang.* ſi recte conſideren-
19 tur, aperte dicunt contrariũ, † & eſt ratio in prom-
ptu, quia ad probandum aliquid requiruntur duo
teſtes omni exceptione maiores, *vt not. Innoc. in c. ſo-
nos, de teſtib. & Bald. in l. 1. C. de teſtam.* quia in ore duo-
rum vel trium ſtat omne verbum, *vt in c. cum eſſes, &
c. relatum, de teſtam. cum ſimil. & ſupra dixi, & vult etiam
Bart. in l. admonendi, ff. de iureiur. in 11. col. in fin. verſ. qua-
ro, quid ſi teſtis deficiat, & Anton. de Butr. in cap. licet ex
quadam, in 2. colum. in fin. extra de teſtibus*, ergo vous
teſtis etiam fide dignus non poteſt ſupplere fidem
20 alterius ooo fide digni. † Sed ſi eſſent plures quàm
duo, qui non eſſent in totum fide digni, quandoq;
probant propter numerum, *vt l. 3. §. numerus, ff. de
teſtibus, & ibi gloſſ. notabilis*, quæ dicit, quod licet te-
ſtes non ſint multum boni, quod deficit in fide, ſup-
plet numerus; ſed hic non ſunt niſi duo teſtes, &

non omui exceptione maiores; ergò vnus non po-
teſt ſupplere fidem alterius. Nec obſtat etiam ſi di-
catur, licet d. Rolandi non ſuppleat fidem Nieulai
ad hoc, vt probent, & faciant vnam plenam proba-
tionem, tamen videtur ſufficere, vt faciant ſaltem
ſemiplenam probationem, ita quod poſſit deferri
iuramentum in ſupplementum probationis per ea,
quæ habentur *in l.admouendi, ff.de iureiur.& in l.ſu bo-
næ fidei,& in c.fin.extra eod.tit.* quia dico, quod dictum
Rolandi nullo modo poteſt adiuuare d. Nicol. quia
ex quo diſcordant de tempore, eſt neceſſarium di-
cere, quod aut loquuntur de eodem actu promiſ-
ſionis,& ſunt penitus contrarii, & nulla fides eſt ad-
hibenda eis: aut de diuerſo actu, & tunc non ſunt
conteſtes, ſed ſingulares; & ſic vna teſtificatio non
adiuuat aliam, ex quo ſunt diuerſæ, *vt ſupra dixi.* Et
ex his concludo, quod dictis duobus teſtibus fides
non eſt adhibenda, nec plena, nec ſemiplena, & per
conſequens, quod non eſt probata dicta promiſſio,
& per hoc ceſſat dictum quartum fundamentũ ex
capite promiſſionis nõ factæ. Secundo modo prin-
cipaliter tollitur dictum fundamentum, etiamſi di-
cta promiſſio facta fuiſſet, & ſufficienter probata, &
hoc multipliciter. Et primò, quia illa promiſſio non
valuit; ex eo, quia dicta promiſſio fuit facta, vt di-
citur, per dictum D. Abbatem ſolum, ſine volunta-
21 te & conſenſu ſui eonueutus, † nam licet regula-
riter Abbas poſſit locare ad modicum tempus res
Eccleſiæ ſuæ, etiã ſine voluntate & conſenſu ſuorũ
monachorum & conuentus, *vt probatur in clem. 1. in
fin.de reb.Eccl.non alie.& not. per Io. de Imol.in c. contine-
bant,extra de his quæ fiunt a Prælato ſine conſenſu Capitu-*
22 *li.* † quod modicũ tempus teneo, quod ſit ſine du-
c bio, quando eſt infra decennium, *c per not.in l.fin.ff.
ſi ager vectig. vel emphyt per.& in d.clem.1.& in c.2.de reb.
Eccl.non alie. in 6.de quo dicetur*]. Tamen ſi conſuetu-
do Eccleſiæ eſt, quod Abbas ſolus non locet etiam
ad modicũ tempus, ſed cum conſenſu ſui conueu-
23 tus, illa conſuetudo eſt ſeruanda, † quia conſue-
tudo etiam in alienatione rei Eccleſiæ, quæ eſt ma-
ioris præiudicii, ſeruanda eſt, *vt eſt gl. notab. in l. diu-
turna,& in l.de quibus,ff.de legib.& gl.notab.in rubr.circa
fin. c. quæ ſit longa conſuetudo, & gl. in auth.hoc ius porre-
ctum, C.de ſacroſ.Eccl. & Azo in ſumma eod.tit. hoc tenet,
& Roffredus in ſumma de reb.Eccl.non alie. in §. aliæ autem
res,& Spec.in tit.de locat. §.nunc aliqua, verſ.5. & verſ.6.
& Doctor. in d.auth.hoc ius porrectum, & Cano.in c.nulli,
extra de reb.Eccle. non alien.* Sed conſuetudo eſt dictæ
Eccleſiæ S.Andreæ de Mantua, quod locationes et-
iam ad modicum tempus fiant per Abbatem cum
conſenſu & voluntate ſui conuentus, & patet per
inueſtituras, factas maxime de petiis terrarum, de
quibus eſt quæſtio, tàm in perſonis dictorũ de Va-
lentia, quàm in perſona Galeatii; Ergo cum dicta
promiſſio de locando dictis fratribus de Valentia
fuerit facta per D. Abbatem ſolum, ſine conſenſu
conuentus non valuit. Prętereà etiam, ſi locatio ad
modicum tempus potuiſſet fieri, etiam ſine conſen-
ſu conuentus, ex eo, quod nulla ſubeſſet conſuetu-
do, tamen adhuc dico, quod dicta promiſſio de lo-
cando facta per D. Abbatem ſine conſenſu conuen-
tus non valuiſſet. Nam ex quo prius erat facta loca-
tio Galeatio per Dominum Abbatem, cum con-
ſenſu ſui conuentus ad nouem annos cum pactis,
quod quandocunq; infra tempus dictorũ annorum
nouem exburſaret certam quantitatem pecunię di-
cto monaſterio, quod ipſe Galeatius eſſet liberatus
à dicta locatione, & quod Abbas teneatur ſibi ven-
24 dere dictas petias terrarum, † quod pactũ eſt pars
dictæ locationis, *vt l.fundi parte,ff.de contrah.empt.* ſe-
quitur, quod D. Abbas ſolus non potuit contraue-
nire dictę locationi per ſuam ſimplicem promiſſio-
25 nem alteri factam. † Nam quando aliquis contra-
ctus eſt celebratus cum conſenſu alterius, qui ad il-
lum actum fuit neceſſarius, ſicut fuit in dicta loca-
tione facta Galeatio ex quo erat cum pacto de e-
mendo, & ſic ſapit alienationem, *per clem.1.de reb.Ec-
cleſ.non alie.cum ſimil.* non poteſt diſſolui ſine volun-
tate eius, qui adhibuit conſenſum nou contrahen-
do, *vt l.ſi vt proponis,2.C.de nupt.& auth.ex contrario,in*
26 *fin. C. de repud.* vbi dicitur, † quod ſicut in contra-
heudo matrimonio conſenſus patris exigitur, ita
etiam in diſſoluendo. Et pro hoc adduco, quod
not. Salic. *in l. omnium, C. de teſtam.* vbi dicit, quod
ſtatutum factum per populũ, & confirmatum per
ſuperiorem, non poteſt reuocari per populum ſine
conſenſu ſuperioris, quando conſenſus ſuperioris
fuit neceſſarius in confirmatione, & ita intelligatur,
quod not. Bald.ibi. Et ideo ſicut locatio facta bis dicto
Galeatio, fuit facta per D. Abbatem cum volunta-
te & conſenſu ſui conuentus, quia aliter fieri non
potuit, *vt dixi,* ſequitur, quod in diſſoluendo dictam
locatiunem ſimiliter eſt neceſſarius conſenſus di-
ctorum monachorũ & conuentus; ergo dicta pro-
miſſio de locando facta per D. Abbatem ſolum di-
ctis fratribus de Valentia, per quam derogaretur, ſi
valeret, locationi factæ Galeatio, fuit & eſt nulla, ex
quo non interuenit conſenſus conuentus. Præter-
ea etiam non valuit dicta promiſſio, facta per Dn.
Abbatem, quia fuit facta poſt ius quæſitum dicto
Galeatio propter ſuam inueſtituram, cui D. Abbas
non potuit derogare, etiamſi voluiſſet cum conſen-
ſu ſui conuentus, *vt habetur in l. Gallus.§.& quid ſi tan-
tum,ff.de liber.& poſthu.& in c.continebatur, extra de his
quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, & in c. quæ in
Eccleſiarum, extra de conſtitut. cum ſimil.* Ex prædictis
concluditur, quod dicta promiſſio, ſi facta fuit per
D. Abbatem, non valuit, nec præiudicare potuit di-
cto Galeatio prius inueſtito. Circa ſecundum du-
bium principale videlicet, an exceptiones dicti Ga-
leatii oppoſitæ ſint legitimæ, ita quod repellant
dictos actores cum effectu. Et certe dicendum eſt,
quod ſic, nam Galeatius deduxit principaliter, quod
aliàs de 1438. fuerat inueſtitus de dictis petiis terra-
rum iure locationis ad nouem annos à dicto D. Ab-
bate & conuentu, quæ inueſtitura ſine dubio va-
luit, ex quo fuit facta cum ſolemnitate debita, & e-
rat finita locatio, facta dictis de Valentia, vt paret ex
prædictis. Nec dictæ locationi primæ obſtat con-
ſtitutio ſynodalis, quia illa fuit facta poſt, quia fuit
publicata in ſynodo die 18. Maii de 1455. & in valuis
Eccleſiæ poſita fuit die 13. Auguſti 1456. vt apparet
ex actis, ac etiamſi fuiſſet facta prius, non valuiſſet
in præiudicium Abbatis prædicti S. Mariæ, vt ſta-
tum di-

tim dicam. Item deduxit idem Galeatius, qualiter
fuit inueſtitus iure locationis ſimiliter ad ouuem
annos de 1456. cum ſolemnitatibus debitis, quæ et-
iam ſecunda inoeſtitura valet, ex qno ei nihil repu-
27 gnat, *l. nec non, §. ſed quod eu. ff. ex quib. cauſ. maior.* † Nec
obſtat dum dicitur, quod iſta ſecunda inueſtitura fa-
cta Galeatio fuit nulla, ex qoo fuit facta ſine ſpecia-
li licentia D. Epiſcopi Mantuæ, & hoc propter con-
ſtitutionem ſynodalem, quæ dicit, quod nullus Ab-
bas diœceſis Mantuanæ poſſit ſioe ſpeciali liceotia
Epiſcopi Mantuani locare vltra tempus anni, &
ſi contra fiat, locatio ſit nulla, &c. quæ conſtitu-
tio dicitur valere, *per cap. ſi quis venerit, extra de maior.*
& obed. & per c. 1. de conſecrat. diſt. 3. & de ſent. excom. in c.
à nobis, & not. per gl. & Doct. in c. veſtra, extra de locat. &
per not. per Bald. in l. omnes populi, ff. de inſtit. & iur. cum ſi-
mil. & in hoc ſtat totum fundamentum illorum de
Valentia, quia reſpondetur multis modis: Primo,
quia illa conſtitutio non valuit, nec valet de iure, *vt*
probatur in d. c. veſtra, extra de locat. vbi habetur, qood
non valet conſtitutio Epiſcopi, quæ vult, quod cle-
28 rici teneantur certis perſonis locare res ſuas. † Item
quia ſtatutum Epiſcopi, quod eſt contra ius com-
mune, non valet, *vt dicit gl. in d. c. veſtra, per illum text.*
& probatur in l. formam, C. de offic. præfecti prætorio Orien-
tis & Illyrici, & hoc tenet Feder. de Senis in conſil. 17. quod
incipit: Quæſtio eſt, numquid Epiſcopalis conſti-
tutio, vbi ad hoc allegat multas rationes, & idem
Angel. in ſua diſputatione, quæ incipit: Aſtenſis
miles, *in 26. col. verſ. de ſecundo,* an valeat conſtitutio
ſynodalis, vbi etiam refert de verbo ad verbum ra-
tiones Federici in dicto conſilio, quas non refero
breuitatis cauſa, ſed iſta conſtitutio facta per Epi-
ſcopum, quod Abbas non poſſit vltra annum loca-
re res Eccleſiæ ſine ſpeciali licentia Epiſcopi, eſt
29 contra ius commune, † qoia de iure cõmuni Ab-
bas poteſt ſine aliqua ſolemnitate, & ſine licentia
Epiſcopi locare poſſeſſiones Eccleſiæ, vſque ad de-
cem annos excluſiue, *vt probatur in clem. 1. de reb. Eccle.*
non alien. quia iſtud tempus dicitur modicum, *vt ſu-*
pra dixi, & not. Bald. etiam in l. quæcunq., C. de bonis quæ
liber. & habetur in d. clem. 1. & in l. fin. ff. ſi ager vectig. vel
emphyt. pet. cum ſimil. Ergo conſtitutio prædicta con-
traria dicitur eſſe contra ius commune; ergo non
30 valet. † Item, quia conſtitutio Epiſcopi, quæ ver-
titur in præiudicium vel detrimentũ Eccleſiarum,
non valet, *vt tenet gloſſ. in d. c. omnia, per illum text.* ſed
prædicta conſtitutio eſt in detrimentũ & damnum
Eccleſiæ, quod patet, quia tollit liberam faculta-
tem Abbati & conuentui locandi bona Eccleſiæ, ex
quo oon vult, quod poſſint locare vltra annum ſine
ſpeciali licentia Epiſcopi, vbi de iure communi poſ-
ſent, *argu. d. c. veſtra, & ibi hoc tenent Doctor.* qui dicunt
31 per illum text. † quod non valet conſtitutio vel
ſtatutum Epiſcopi, per quod reſtringitur libera fa-
cultas contrahendi; poſſet enim Epiſcopus recuſa-
re, vbi recuſandum non eſſet, & ſic impedire loca-
tiones Eccleſiæ, quod in ſui damnum redundaret,
vt de ſe patet, & maxime, quia Epiſcopus vellet,
quod locaret Abbas vni, & Abbas vellet locare al-
32 teri, quod facile poſſet cootingere, † quia homi-
nes naturaliter proni ſunt ad diſſentiendum, *vt l. ſi-*
tem ſi vnus, §. principaliter, ff. de arbitr. qood damnum
eſſet Eccleſiæ ſine dubio. Secundo reſpondetur,
quod dicta conſtitutio, etiamſi valeret in præiudi-
cio aliorum, qui fuerunt in ſynodo tempore, quo
facta fuit, & conſenſerunt, tamen non valet in præ-
iudicium dicti D. Abbatis S. Mariæ, qui nunquam
fuit præſens, neque conſentit dictæ conſtitutioni,
33 † quia conſtitutio ſynodalis facta per Epiſcopum
ſuper aliis, quam ſuper iuriſdictione ſua, non valet,
niſi ij, quorum intereſt, conſentiant, vel ad minus
ſint præſentes, *de conſecrat. diſt. 3. c. 2. & extra de his quæ*
fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, c. pen. & fin. & hoc
tenet Innoc. Hoſt. & Doctor. in d. c. veſtra, extra de locat. &
Feder. de Senis in conſil. præallegato, & Ang. in d. ſua diſpu-
tatione in 8. argum. Sed prædicta conſtitutio Epiſco-
pi non eſt ſuper iuriſdictione ſua, ſed ſuper aliis, ſci-
licet contra diſpoſitionem iuris communis, vt di-
xi; ergo non valet in præiudicium dicti D. Abbatis
S. Andreæ, cuius intereſt, qui non fuit præſens di-
ctæ conſtitutioni, nec ei conſenſit; & pro hoc eſt o-
ptimus text. *in c. quod ſuper his, extra de maior. & obed.*
Tertio etiam reſpondetur, quod illa conſtitutio, et-
iamſi valeret in præiudicium dicti D. Abbatis S. An-
dreæ in caſu, in quo loquitur, quod tamen non eſt
verum per prædicta, adhuc eſſet dicendum, quod
dicta conſtitutio non poteſt habere locum in caſu
noſtro, quia in eo caſu non loquitur, nam conſtitu-
tio prohibet ſolum, quod Abbas non poſſit locare
res & bona Eccleſiæ ſuæ vltra anoum ſine ſpeciali
liceotia Epiſcopi, ſed in caſu noſtro ipſe ſolus Ab-
bas non locauit, ſed com conſenſu & voluntate ſui
conuentus; ergo conſtitutio ad iſtum caſum non
debet extendi, ex quo eſt contra ius commune, *vt*
34 *dixi,* † quia conſtitutio vel ſtatutum diſponens
contra ius commune, debet intelligi, vt minus læ-
dat ius commone, quàm poteſt, *& l. fin. §. in compu-*
tatione, C. de iure delib. & ibi per gl. & Doct. & in l. ſi ſerui
veſtri, C. de noxalib. & pro hoc eſt optima gloſſ. in auth. ad
hæc. quæ ab inteſt. deferuntur, in princ. quæ dicit, quod
nunquam debemus intelligere legem, vt corrigat,
ſi ſaluari poteſt, *vt in auth. quib. mod. natural. effic. ſui, §.*
tribus. Intelligam ergò dictam conſtitutionem in
caſu, quo valeat, quando ſolus Abbas locare vellet,
ſecus ſi cum conſenſu & voluntate ſui conuentus.
35 † quia iſte eſt caſus omiſſus in ſtatuto ſeu conſtitut.
ergò remanet in diſpoſitione iuris communis, *vt l.*
commodiſſime, ff. de liber. & poſthu. & l. ſi dotem, in princ.
& ibi not. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi extraneus, ff. de cond. ob
cauſ. Sed de iure communi Abbas cum conſenſu
Capituli poteſt ſine dubio locare vltra annum, *vt in*
clem. 1. de reb. Eccl. non alien. ergo & ſubeſt ratio diuer-
ſitatis, quia quando cum conſenſu conuentus tunc
reputatur eſſe magis integrum iudiciũ, ex quo plu-
rimorum ſententia confirmatur, *vt in c. prudentiam,*
in fin. principij, extra de offic. deleg. cum ſimilib. Quarto
modo poteſt reſponderi dictæ conſtitutioni, vt non
habeat locum in caſu noſtro, etiamſi intelligeretur,
quod Abbas cum conſenſu & volontate ſui con-
uentus non poſſit locare res Eccleſiæ vltra annom,
36 † quia illa ſecunda locatio, quam fecit Abbas Ga-
leatio de 1456. non fuit voluntaria, ſed neceſſaria,
quia ex quo prius locauerat eaſdem petias terrarum

Galeatio pro nouem annis, & non potuit Galeatius
eis vti frui, D. Abbas tenebatur ei ad intereſſe ſuum
vel ad iterum locandum cum eiſdem pactis, *per not.*
in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. & per id
quod not. Bart. & Doctor. in l. ſi ſtipulatus eſſem abs te, eod.
tit. & in l. ſi mihi vſuſfructus in bienninm, ff. de vſuſfruct. le-
gat. Et ita fuit iudicatum, & per D. Vicarium Epi-
ſcopi mandatum ſub pœna excommunic. dicto D.
Abbati, quod deberet, vel locaſſe iterum ſecundum
formam primæ inueſtituræ, vel ſoluiſſe damnum,
& intereſſe dicto Galeatio, vnde cum haberet ele-
ctionem, D. Abbas potuit eligere vnum, videlicet
locationem, *vt l. plerunq. in fin. ff. de iure dot.* & talis e-
lectio neceſſaria & vtilis Eccleſiæ non eſt reproba-
ta per dictam conſtitutionem, imo eſſet damno-
ſum Eccleſiæ, ſi non potuiſſet dictam electionem
facere, & ad intereſſe teneri, vt de ſe patet; ergo
conſtitutio, quæ loquitur ſolum de locatione ad i-
ſtum caſum non extenditur; & ideo cum electio
potuerit fieri per D. Abbatem, ſequitur, quod po-
tuit etiam poſtea in executione ſuæ electionis vali-
de Abbas locationem facere, ex quo eſt neceſſa-
ria, *vt dixi, & pro hoc optime facit l. 3. §. item quæri poteſt,*
& quod ibi not. maxime per Alber. de Roſat. ff. de reb. eorum.
37 † Nec obſtant prædictis reſponſionibus ad dictam
conſtitut. ea quæ in contrarium allegantur. Et pri-
mo non obſtat, quod dicit Bald. *in l. omnes populi, verſ.*
ſed hic dubitatur an Epiſcopi, ff. de iuſtit. & iur. vbi deter-
minat, quod ſi Epiſcopus ſtatuit ſuper caſu omiſſo
de iure communi, & ſtatutum ſit bonum & hone-
ſtum, quia ſtatutũ debet habere iuſtitiam matrem,
l. iuſtitia, §. 1. & l. pen. eod. tit. tale ſtatutum valet, quia
reſpondetur, quod iſtud nil facit pro fratribus de
Valentia, ſed potius contra eos, quia dicta conſtitu-
tio ſynodalis non ſtatuit ſuper caſu omiſſo à iure,
ſed ſuper determinato, & contra determinationem
38 iuris communis. quod patet, † quia de iure com-
muni poteſt Abbas ſolus ſine licentia vel conſenſu
Epiſcopi, aut ſui conuentus locare ad modicũ tem-
pus, *vt in clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. & in c. hoc conſul-*
tiſſimo, ibi ad tempus nõ modicum à contrario ſen-
ſu, *eod. tit. lib. 6. & hoc tenet expreſſe gl. 12. quæſt. 2. aliena-*
tiones in gl. fin. in fin & iſtud non habet dubitationem
39 *vt ſupra dixi.* † Et licet dicatur, quod iſtud modi-
cum tempus, quando ſit, non eſt determinatum à
iure, imo ſunt opiniones maxime apud gloſſatores,
tàm iuris ciuilis, quàm canonici, nam gloſſ. *in l. 1. §.*
quod ait, ff. de ſuperfic. tenet, quod hoc ſit arbitrarium,
& idem tenet gloſſ. *in l. fin. ff. ſi ager vectig. vel emphyt.*
pet. & gl. clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. Si ergo non re-
peritur aliqua determinatio ſuper hoc, ſequitur,
quod ſumus in caſu omiſſo à iure communi; ergo
ſtatutum Epiſcopi ſuper eo valet ſecundum Bald. *in*
d. l. omnes populi. Tamen ad hæc facilis eſt reſponſio,
quia licet fuerint opiniones, quando dicatur mo-
dicum tempus generaliter loquendo, tamen quan-
tum ad caſum noſtrum videlicet, quò ad hoc, an
40 Prælatus poſſit locare res Eccleſiæ, † dico, quod
habemus text. de hoc in terminis, *in auth. de alienat.*
& emphyt. §. locationes, col. 9. quæ vult expreſſe, quod
locari poſſint res Eccleſiæ vſq; ad 30. annos exclu-
ſiue, ita quod non excedat tempus triginta annorũ,
& iſtud tempus appellatur modicum, quantum ad
hoc, & ita tenet per illum text. *gl. Ioan. Monach. in cap.*
hoc conſultiſſimo, in verbo, non modicum, de reb. Eccleſ. non
alien. & Bald. ponit in l. quæcunq. in princ. C. de bonis quæ
liber. & ita etiam tenet gl. notabilis in l. fin. C. de pact. pign.
& leg. commiſ. Et propterea dicit Ang. *in d. l. fin.* quod
illi, qui dant in emphyteuſin, maxime rem Eccleſiæ
dant ſolum pro viginti nouem annis ad renouan-
dum; & hoc ideo faciunt, quia ſi darent per trigin-
ta annos, viderentur alienare, quæ alienatio eſt pro-
hibita, *vt d. §. locationes*, & ideo Bononienſes com-
muniter dant in emphyteuſin vel libellum, vſq; ad
41 viginti nouem annos ad renouandum. † Sed com-
munis opinio eſt, quod modicum tempus ſit infra
decem annos, & decenniũ ſit non modicum tem-
pus, *vt tenet gl. in l. fin. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petat. &*
not. Bart. in l. 1. §. quod autem ait, §. de ſuperfic. qui dicit,
quod ita communiter tenetur per Canoniſtas, & i-
ta tenet Bald. *in l. quæcunq. in princ. C. de bonis quæ liber.*
& idem tenet Ioan. de Imol. in c. continebatur, extra de his
quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capit. & idem tenet Dn.
Iac. de Alua. in prælud. feudor. in penult. col. in princ. per not.
in d. l. fin. & ideo dicit, quod ſolet tradi conſilium,
quod non loces poſſeſſionem tuam, niſi ad nouem
annos, quia ſi locares vſq; ad decẽ, transferres vtile
dominium locatione durante, per quæ omnia ap-
paret, quod reperitur ſatis determinatum, quod ſe-
cundum omnes locatio ad nouem annos dicitur eſ-
ſe ad modicum tempus, licet ſit dubium de maiori
tempore, vt patet ex prædictis. Præterea dictum
Baldi *in dicta l. omnes populi*, probat contrarium, dum
dicit, quod ad hoc, vt conſtitutio valeat Epiſcopi,
requiritur quod ſit iuſta & honeſta, quoniam dicta
conſtitutio Epiſcopi Mantuani non eſt iuſta, quia
contra ius, nec honeſta, quia tollit liberam facul-
tatem Abbati locandi, & ſic contrahendi, quod
42 non eſt honeſtum, *vt ſupra dixi.* † Nec etiam ob-
ſtat, quod not. Petrus de Anch. *in repetit. cap. cano-*
num ſtatuta, de conſtitut. in quæſt. 9. principali, vbi dicit,
quod valet ſtatutum ſeu conſtitutio Epiſcopi, facta
cum conſenſu ſynodi, & ſi contradiceret Epiſcopus,
ſine ratione adhuc valet ſecundum eum; & quod i-
dem not. ibi *in 11. quæſt. princ. verſ. eſt & quartum*, vbi
43 vult, † quod valet ſtatutum Epiſcopi, non ſolum
ſuper caſu omiſſo à iure communi, ſed etiam ſi diſ-
ponat ſuper caſu determinato & deciſo à iure cano-
nico, puta adiuuando & roborando ipſum ius, for-
te cum adiectione pœnæ, & ſimiliter, *vt in c. vt ani-*
marum, §. ſtatutum, de conſtit. lib. 6. & ideo dato, quod
de iure canonico eſſet deciſum, quantum dicatur
modicum tempus in locationibus, tamen Epiſco-
pus potuerit ſtatuere ſuper illa deciſione iuris ca-
nonici ipſam adiuuando & roborando; nam adiu-
uat ipſam deciſionem, quia etiam ipſa permittit ta-
les locationes: ſed vult, quod addatur illa ſolemni-
tas, videlicet licentiæ D. Epiſcopi, quia reſponde-
tur, quod dicta conſtitutio Epiſcopi Mantuani non
valet, vt patet ex prædictis. Nec Petrus de Ancha.
dicit contrarium, dum vult, quod valet conſtitutio
Epiſcopi adiuuando ius commune, quia in caſu no-
ſtro non dicitur adiuuare ius commune, ſed corri-
gere, ex quo tollit libertatem Abbati locandi, *vt ſu-*
pra di-

pra dixi; adiuuare enim eſſet, vt ipſe dicit. addendo pœnam, vel ſimilia; non autem quando prohibet, quod non poſſet contrahi, vbi aliàs de iure communi poſſet, *argum. l. ius ciuile, in princ. ff. de iuſtit. & iure.*

44 † Nec obſtat dum dicitur, quod *c. veſtra, extra de locato*, non facit ad propoſitum, quia ibi ideo conſtitutio Epiſcopi non valuit, quia illa adferebat maximum damnum Abbatiæ & conuentui illius Eccleſiæ, quia illa conſtitutio valebat, quod A[illegible] non poſſet locare, niſi preſbyteris parochialibus, ſed in caſu noſtro conſtitutio Epiſcopi affert maximam vtilitatem Eccleſiæ, quia Epiſcopus videns male gubernari bona Eccleſiarum, & per earum rectores fieri locationes ad plures annos, voluit prouidere, ne eas facere poſſent, niſi cum Epiſcopi licentia. Item, quia *dictum c. veſtra*, auferebat poteſtatem ex toto Abbati poſſendi locare res ſuæ Eccleſiæ aliis, quàm preſbyteris parochialibus, ſed in caſu noſtro non aufert, imo concedit pro rectorum libito, cui volunt adhibita ſui licentia: quia reſpondetur, quod fundamentum *dicti c. veſtra*, conſiſtit in hoc, quia aufert liberam facultatem contrahendi Abbati, & ita etiam aufert in caſu noſtro, nec eſt verum, quod concedat Abbatibus locare, cui volunt, quia ſi requiritur ſpecialis licentia Epiſcopi, vbi de iure non requiritur, non poteſt dici, quod permittit Abbati locare, cui vult. Nec eſt verum, quod dicta conſtitutio afferat maximam vtilitatem Eccleſiis, quia imo affert damnum, ex quo tollit liberam facultatem, *vt ſupra dixi*: non enim poteſt Eccleſiam regulariter damnum pati in locando ad nouem annos, ex quo non transfertur vtile dominium, *vt not. in l. penult. & fin. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petatur, vt ſupra dixi.* Nec etiam obſtat dum dicitur, quod ſicuti D. Abbas non potuiſſet locare ad nouem annos ſine licentia Epiſcopi, ita non potuit compromittere, *vt habetur per gloſſ. & Doctor. in l. 1. C. ſi aduerſus vend.* quia dico, quod ex quo facit primam inueſtituram, ſine dubio licitam, quia non obſtat conſtitutio, quia facta non erat, & non ſeruauit promiſſa, & cum præceptum ſibi factum fuerit, ſub pœna excommunicat. à Vicario D. Epiſcopi, fuit ſibi neceſſarium eligere, vel ſoluere intereſſe, vel locare, quam electionem non prohibet dicta conſtitutio, *vt ſupra dixi.* Prætetea omnibus prædictis reſpondetur alio modo, videlicet quod illa conſtitutio etiamſi valeret, non porrigitur ad caſum noſtrum, *vt ſupra plenè demonſtraui.* ergo non nocet, quia potuit locare ſine licentia Epiſcopi. Ex quibus omnibus concluditur, quod exceptiones dicti Galeatii obſtant, & per conſequens de iure venit pronuntiandum dictis de Valentia non competere aliquod ius in dictis petiis terrarum, etiam vigore dictæ aſſertæ promiſſionis factæ, vt dicitur per D. Abbatem: & dictas locationes factas in perſonam dicti Galeatii valere & tenere, & reuocandas non eſſe.

Annotationes.

a Emphyteuſis eſt finita] *De hac concluſione ample docet Iulius Clarus in §. emphyteuſis, quæſt. 43. & Ampliſſime Anton. Gabriel commun. concluſ. lib. 3. in tit. de iure emphyteutico, concluſ. 1. per totam, Mandoſius in addit. ad Romanum, in conſ. 22. in litera K. & in conſ. 7. in litera G. & D. Cephal. in conſ. 147. num. 5. 21. 22. & ſeqq. vol. 1. Tobias Nonius Perusinus in conſ. 3. per totam, & Hieronymus Gabriel in conſ. 30. nu. 10. vol. 1.*

b Recipit fomentum] *Idem tradit Roman. in conſ. 290. in fin. & conſ. 486. nu. 4. Alex. in conſ. 56. num. 12. vol. 2. Iaſ. in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide cathol. in 2. lectura, col. pen. verſ. 3. fallit, & in 3. lectura, nu. 3. Dec. in c. licet cauſam, nu. 8. extra de probat. Bertrand. in conſ. 42. num. 6. vol. 2. Felin. in c. nobis, in fin. de Simon. Marſil. in l. de minore, §. tormenta, num. 11. ff. de quæſt. in rubr. ff. de fideiuſſo. nu. 287. conſ. 20. nu. 49. conſ. 84. nu. 28. conſ. 115. nu. 30. & conſ. 127. nu. 21. Socin. iun. conſ. 146. num. 12. vol. 1. Pariſ. conſ. 53. nu. 7. conſ. 58. nu. 11. & conſ. 59. nu. 27. lib. 4. & declarant Crauet. in conſ. 9. nu. 2. & conſ. 99. num. 10. Cephal. in conſ. 65. nu. 27. conſ. 169. num. 16. & conſ. 204. nu. 9. & Dn. Menoch. in conſ. 98. num. 15. lib. 1.*

c Infra decennium] *Idem ſupra in conſ. 46. nu. 2. & vide, quæ ibi annotaui.*

CONSIL. XLVIII.

ARGVMENTVM.

Stante ſtatuto, quod quælibet cauſa debeat committi conſilio ſapientis, & alio ſtatuto, quod de contractibus ſimulatis Poteſtas ſit iudex: an quæſtio de contractu ſimulato, conſilio ſapientis committi debeat.

SVMMARIA.

1 *Statutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

2 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

3 *Generi per ſpeciem an & quando derogetur in legibus vel ſtatutis, & num. 8. & 13.*

4 *Stante ſtatuto, quod iudex teneatur ferre quamlibet ſententiam cum conſilio ſapientis: & alio ſtatuto, quod in quibuſdam caſibus iudex ſummarie debeat procedere, adhuc intelligitur repetitum cum conſilio ſapientis, & num. 17.*

5 *Statutum quando procedit per modum regulæ, intelligitur repetitum in omnibus aliis ſtatutis.*

6 *Cauſa appellationis licet delegari non poſſit, iudex tamen melius faciat, ſi alterius conſilio iudicabit.*

7 *Pronuntiare an quis dicatur, ſecundum quod ſibi viſum eſt, ſi pronuntiet de conſilio alterius, & nu. 19.*

9 *Iudex qui cognouit, magis poteſt comprehendere præſumptiones, quam conſultor.*

10 *Quando princeps vel ſtatutum alicui iudici inquiſitionem committit, tunc talis iudex debet ipſe cognoſcere & iudicare.*

11 *Quot capita, tot ſententiæ.*

12 *Cauſa criminalis dicitur, quando pœna venit applicanda fiſco.*

14 *Quando alicui ſpecialiter mandatur poteſtas cognoſcendi de aliquo, quod omnibus iudicibus paribus conuenit, excepto illo, cui ſimpliciter conceſſio facta eſt, intelligitur aliis denegata.*

15 *Stante ſtatuto, quod banniti pro latrocinio non poſſint de ban-*

de banno cancellari, etiam habendo pacem: & alio ſtatuto generali, quod omnes bannitis ſoluendo vnum ſolidum pro qualibet libra ſua condemnationis debeant cancellari: attamen banniti pro latrocinio cancellari non poterunt.

16 *Stante ſtatuto, quod in cauſa hoſpitalis vnus ſit iudex, & alio ſtatuto, quod in cauſis à decem libris citrà vnus tantum iudicet, in cauſis hoſpitalis decem libris infrà quis iudex eſſe debeat.*

18 *Vbi non conueniunt verba legis, ibi nec legis diſpoſitio conuenire debet.*

19 *Intellectus ad textum in cap. 2. extra de corpore vitiatis.*

40 *Statutum diſponens, quod ſtatuta intelligantur, prout iacent & ſonant, non tamen tollit interpretationem legitimam, ſine qua rectè intelligi non poſſet.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Dominus Abundius egit contra Antonium & Raynaldum de Zopo coram Domino Poteſtate Bergomi, & petiit quendam contractum pronunciari fuiſſe fictitium, & ſimulatum, & meticuloſum, lite conteſtata, & proceſſu facto, petitum eſt per illos de Zópo, quod cauſa committatur conſilio ſapientis, vigore ſtatuti trigeſimi tertii poſiti in tertia collatione ſtatutorum Bergomi, in quo dicitur in effectu, quod ſi contingat verti aliqua quæſtio, lis, vel controuerſia coram ordinario, vel delegato, vel ſubdelegato, committatur conſilio ſapientis, & ſi aliter fiat, ſententia non valeat, & allegatur etiam ſtatutum aliud poſitum in prima collatione *capit. 71.* vbi dicitur, quod verba ſtatutorum communis Bergomi intelligantur, prout iacent, &c. Pro parte vero Domini Abundii oppoſitum eſt, quod cauſa non debebat committi conſilio ſapientis, ſed per ipſum Dominum Poteſtatem, coram quo erat agitata, debebat terminari & iudicari ſine alterius conſilio, *& hoc vigore alterius ſtatuti quadrageſimi ſexti poſiti in quarta collatione*, in quo dicitur, quod Dominus Poteſtas, & omnes iudices & conſules iuſtitiæ debeant cognoſcere de contractibus fictitiis & ſimulatis, & eorum pœnis ad inſtantiam cuiuſque, cuius intereſt, & eos caſſare & limitare cognitis probationibus & præſumptionibus, quæ ſibi iuſtæ videbuntur, etiam per præſtationem iuramenti, & condemnari facientem vel producentem in libris 25. &c. Tandem Dominus Poteſtas iudicauit ſine conſilio ſapientis: Ex quo quæritur, an ita iudicare potuerit, an vero debuerit committere conſilio ſapientis: Et tota iſta quæſtio conſiſtit in dictis ſtatutis, videlicet, an illud ſtatutum generale, quod cauſæ & lites, quæ vertuntur coram ordinario vel delegato, debeant committi; comprehendat etiam iſtum caſum noſtrum: & ſic, an aliud ſtatutum de contractibus fictitiis & ſimulatis, quod eſt ſpeciale, intelligatur ſecundum illud generale, an vero è contra illud ſtatutum ſpeciale de contractibus fictitiis &
1 ſimulatis limitet illud generale. † Et primo videtur, quod cauſa debuerit committi propter dictum ſtatutum generale, quod generaliter loquitur; ergo generaliter debet intelligi, *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſtand. & 19. diſtinct. cap. ſi Romanorum.* Secundo, quia illud ſtatutum generale excipit ſolummodo tres caſus, videlilet: Primus eſt, quando procederetur ſecundum formam ſtatuti poſiti ſub rubrica de modo procedendi in ciuilibus cauſis. Secundus, quando eſſet cauſa criminalis, vel quaſi criminaliter intentata. Tertius, quando decretis vel literis Illuſtriſſimæ Dominationis aliter ſtatuetentur; cum ergo ab illa regula, quod cauſæ committantur, excipiantur ſolummodo tres caſus; ergo in omnibus aliis videtur, quod firma regula perma-
2 neat, † quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis, *l. nam quod liquide, §. final. ff. de pen. leg. & notat. in l. 1. ff. de regulis iuris.* Tertio, hoc videtur determinare Bartolus *in l. 1. §. 1. ff. de oper. non. nuntiat.*
3 qui dicit dando regulam, † quod quando eſt vna diſpoſitio in vna lege generali, ſeu in vno ſtatuto, & in alia lege ſeu ſtatuto eſſet alia prouiſio ſpecialis, generi per ſpeciem non detogaretur, imo concurreret, *l. ſenatus, ff. de accuſat.* Secus quando prouiſio ſpecialis & generalis eſſent in eadem lege vel ſtatuto, quia tunc generi per ſpeciem derogaretur, vt habetur *in l. ſanctiones legum, ff. de pœnis, & in l. doli clauſula, ff. de verbor. obligat.* & idem not. Bartol. *in dicta l. doli clauſula.* Sed in caſu noſtro ſunt diuerſa ſtatuta; vnum generale de commiſſionibus cauſarum, aliud ſpeciale de procedendo in cauſis, & ſuper contractibus fictitiis & ſimulatis, &c. ergo videtur, quod ſtatutum ſpeciale non tollat in caſu ſuo ſtatutum generale de commiſſionibus cauſarum; & ſic videtur, quod debuerit cauſa committi, etiam in il-
4 lo caſu ſpeciali. † Quarto, iſtam quæſtionem videtur in terminis decidere Bartol. ſecundum Doctores *in l. prætor, §. cæterũ, differentia, in fin. ff. de vi bon. rapt.* vbi dicit, quod ſtante ſtatuto, quod iudex teneatur dare quamlibet ſententiam cum conſilio ſapientum; demum alio ſtatuto dicebatur, quod iudex in quibuſdam caſibus debeat procedere ſummariè; certè dicit ipſe, intelligitur repetitum, quod iudex det ſententiam cum conſilio ſapientis, & aſ-
5 ſignat rationem, † quia quando ſtatutum vnum procedit per modum regulæ, intelligitur eſſe repetitum in omnibus aliis ſtatutis, *argum. l. regula, circa fin. ff. de iur. & fact. ignor.* Sed illud ſtatutum de conſilio ſapientis procedit per modum regulæ; ergo intelligitur eſſe repetitum in alio ſtatuto. Quinto, hoc idem videtur determinare Bald. *in l. Labeo ait, ff. de arbit. in apoſtillis, in dicta l. Labeo ait, §. hoc edictum in lectura ſua.* Nec prædictæ deciſioni contradicere videtur ſtatutum prędictum, quod loquitur de contractibus fictitiis & ſimulatis, dum vult, quod Poteſtas & iudex cognoſcere, & terminare debeat, quia licet dicat, quod cognoſcere debeat, non tamen per hoc excluditur, quin poſſit iudicare de conſilio alterius. Et pro hoc allego, quod notat Bartolus *in l. 1. §. ſolent, ad fin. ff. quando appell. ſit.* vbi
6 dicit, † quod licet cauſa appellationis delegari non poſſit, & ipſe iudex cognoſcere debeat, vt ibi.

tamen

tamen melios faciet, ſi iudicabit de conſilio alte-
rius, *argum. l. prator, de iuriſdict. omn. iudic.* & pro hoc
etiam allego textum *in cap. 2. extra de corpor. vit. vbi eſt*
7 *text.* † quod quis dicitur pronuntiare ſequendo,
quod ſibi viſum eſt, etiamſi pronuntiauit cum con-
ſilio alterius. Sexto & vltimo pro hoc adduci po-
teſt ſtatutum ſeptuageſimum primum, poſitum in
decima collatione ſtatutorum, vbi dicitur, qood
ſtatuta communis Bergomi ſeruentur ad literam,
prout iacent, & verba ſonant, nullo alio intellecto
adhibito. Sed ſtatutum generale ſonat, qnod o-
mnis cauſa committatur; ergo non debemus adhi-
bere alium intellectum. Sed certe iis non obſtan-
8 tibus credo, quod contrarium ſit verius. † Et pri-
mo, quando ſunt duo ſtatuta, vnum generale, aliud
ſpeciale; & quæritur, numquid ſpeciale intelligatur
a ſecundum generale, *a* ſolet tradi iſta doctrina, aut
eſt eadem ratio & vtilitas, vt intelligatur eſſe facta
repetitio in ſpeciali, & tunc dicendum eſt, quod il-
lud ſpeciale intelligatur ſecundum generale, vigo-
re tacitæ repetitionis, aut non eſt eadem ratio vel
vtilitas; & tunc ſecus eſt, quia tunc generi per ſpe-
ciem intelligitur eſſe derogatum, per regulam: Ge-
neri per ſpeciem derogatur; & iſtam doctrinam po-
nit *Alberic. de Roſat. in ſuo opere ſtatuto, in 1. part. quaſt.*
73. in penult. colum. ſed in caſu noſtro non iubeſt ea-
dem ratio nec vtilitas, quod in caſu ſtatuti ſpecialis
de cognitione contractuum ſimulatorum, quæ eſt
in caſu ſtatuti de commiſſionibus cauſarum: imo
eſt penitus diuerſa; ergo, &c. & quod ſit diuerſa
mens & ratio, probatur; nam intentio ſtatuti de
contractibus fictitiis & ſimulatis fuit, quod Pote-
ſtas & iudices, qui cognoſcunt de contractibus fi-
ctitiis & ſimulatis, debeant iudicare ex probationi-
bus & præſumptionibus, quæ ſibi iuſtæ videbun-
tur, & ſic vult, quod debeant iudicare, ſecundum
quod eis videbitur ex præſumptionibus & proba-
tionibus, ac etiam ex indiciis, quæ iuſte moueant,
& mouere debeant iudicatorem. Sed ſi cauſa debe-
ret committi conſilio ſapientis, non diceretur iu-
dicare, ſecundum quod ſibi videbitur, ſed ſecun-
dum quod videretur conſultori; ergo non videtur
eſſe eadem ratio, quia ſtatutum voluit, quod iſta
poteſtas eſſet penes Poteſtatem & iudices, & non
penes conſultores, & ratio mentalis poteſt eſſe,
quod cum in iſta cauſa procedatur, & terminetur
per præſumptiones & indicia, melius poterit co-
gnoſci & terminari per iudices, quia in cauſa pro-
9 ceſſerunt, quàm per conſultores, † quia magis
poteſt iudex, qui cognouit, comprehendere præ-
ſumptiones, quàm conſultor, *argumento l. 3. §. eiuſ-*
dem quoq; principis, ff. de teſtib. ibi tu magis ſcire potes,
& l. de minore, §. plurimum, ff. de quaſtionibus, ibi, nam
ex ſermone, & ex ea, qua quis conſtantia, qua tre-
10 pidatione quid diceret, &c. † Secundo probatur,
quandocunque Princeps vel ſtatutum committit
alicui iudici inquiſitionem, tunc talis iudex debet
ipſe cognoſcere, & iudicare per ſe, & non per a-
lium, *vt eſt caſus in cap. final. extra de offic. delegat. & ibi*
de hoc plene notat. ſed in caſu noſtro ſtatutum vult,
quod de contractibus fictitiis & ſimulatis Poteſtas
& iudices poſſint & debeant procedere, & caſſare,
& irritare, prout eis videbitur, etiam ex præſum-
ptionibus & indiciis, & ſic, quod poſſint inquiſi-
tionem facere ex dictis indiciis; ergo videtur, quod
ipſi, & non per conſultores debeant in hac cauſa
pronuntiare. Tertio, hoc probatur alia ratione,
nam ſtatutum prædictum volt, quod Dominus Po-
teſtas & iudices debeant pronuntiare ſuper contra-
ctibus ſimulatis, prout eis videbitur; ſed certum
eſt, quod aliud eſt videre conſultoris, & aliud eſt
11 videre Poteſtatis ſeu iudicis, † quia quot capita,
tot ſententiæ, *vt not. gloſſ. plene in l. Barbarius. ff. de of-*
fic. prator. & in cap. quia diuerſitatem, in princip. de con-
ceſſio. prabend. & ibi not. Et ideo, cum ſtatutum ve-
lit, quod Poteſtas & iudices debeant iudicare ſe-
cundum videre ſuum, non debet intelligi, quod
voluerit, quod debeant iudicare ſecundum velle
alterius, & ſic conſultoris. Quarto hoc etiam pro-
batur; nam ſtatutum de commiſſionibus cauſa-
rum excipit, & vult, quod locum non habeat in ſta-
tutis & cauſis criminalibus, vel quaſi, quæ crimina-
liter aguntur; ſed in caſu noſtro fuit actum etiam
criminaliter pro crimine ſeu quaſi, quia fuit peti-
tum, quod condemnarent dicti de Zopo in libris
20. Imperialibus Communem Bergomi; & ita v-
12 nus eorum condemnatus eſt, † quia quando agi-
tur contra vnum, & pœna tota venit applican[illegible]
b ſco, tunc dicitur cauſa criminalis, *b* & crimi[illegible]
ter intentari, *vt eſt textus cum gloſſ. notabili in l. 3. §. ti-*
tius, ff. de ſepul. viol. & not. in rubric. extra de iudic. [illegible]
13 &c. † Quinto, hoc etiam prob[illegible]
reperiuntur duo ſtatuta; vnum generale, & [illegible]
ſpeciale; quando ſpeciale eſſet co[illegible] ius co[illegible]mu-
ne, tunc derogat generali, *ita dicit Dominus P[illegible] de*
Caſtr. in l. coharedi, §. qui patrem, de vulgar. & pupill. &
allegat not. per Dynum & Bartolum in l. 1. §. dixerit ali-
quis, ff. de publicanis, ſed in caſu noſtro ſunt duo ſta-
tuta, vnum generale de commiſſionibus cauſarum,
aliud ſpeciale ſuper contractibus ſimulatis, & iſtud
ſpeciale eſt contra ius commune in multis, & ma-
xime dum dicit, quod poſſit condemnare etiam
per præſtationē ſacramenti, & in lib. 20. Commu-
nem Bergomi; ergo tale ſtatutū ſpeciale non debet
intelligi ſecundum generale, imo ipſum debet de-
14 rogare generali. † Sexto, hoc idem probatur alia
doctrina eleganti & ſingulari, quam ponit Ange-
lus *in repetit. l. ſi vacantia, in 9. colum. in fin. C. de bon. va-*
cant. lib. 10. vbi magiſtraliter dando regulam dicit,
quod quando alicui ſpecialiter mandatur poteſtas
cognoſcendi de aliquo, quod omnibus iudicibus
paribus vel minoribus, excepto illo, cui conceſſio
eſt ſimpliciter facta, intelligitur aliis eſſe denega-
ta, *per l. conſulta diualia, C. de teſtam. & l. repetita, C.*
de Epiſc. & cleric. & l. cum prator, de iudic. vnde ſi per ſta-
tutum iudices habent poteſtatem cognoſcendi de
cauſis, & inſinuationibus teſtamentorum, & iſti
iudices ſint pares, & vni cauſa iſta ſpecialiter com-
mittatur, omnibus aliis intelligitur denegata, & di-
cit, quod ita de conſuetudine obſeruatur; ſed ſi ſint
alii iudices maiores, generalem iuriſdictionem ha-
bentes, & cauſa inſinuationum vni inferiori com-

mittatur,

mittatur, non intelligitur maioribus denegata iu-
riſdictio, *argumento §. interim, & §. audient de defect.*
ciuit. & dicit, quod ita vidit de conſuetudine obſer-
uari, ſed in caſu noſtro per dictum ſtatutum de con-
tractibus ſimulatis eſt data poteſtas Domino Pote-
ſtati & iudicibus cognoſcendi & terminandi, ſe-
cundum quod eis viſum fuiſſet, & ſic iudicibus ma-
ioribus; ergo omnibus aliis inferioribus ſeu mino-
ribus, ſicuti ſunt conſultores, videtur eſſe denega-
15 ta dicta poteſtas cognoſcendi. † Septimo, pro
hoc etiam adduco, *quod not. Dynus & Angel. & Ioannes*
de Imol. in l. talis ſcriptura, §. fin. ff. de legat. 1. vbi dicunt,
quod ſi primo emanauit vnum ſtatutum, quod
banniti pro robaria ſtratarum non poſſint cancel-
lari de banno, etiam habendo pacem ab inimicis,
& deinde emanat aliud ſtatutum generale, quod o-
mnes banniti ſoluendo vnum ſolidum pro quali-
bet libra ſuæ condemnationis, debeant cancellari
de banno, quod banniti pro robaria prædicta ſol-
uendo, & habendo pacem, non habebant cancel-
lari, quia ſtatutum generale limitatur, & diſtingui-
tur per ſpeciale, allegat *l. doli clauſula, de verbor. obli-*
gat. & l. ſanctio legum, ff. de pœnis. Ita etiam in caſu no-
ſtro videtur dicendum, cum ſtatutum de commiſ-
ſionibus cauſarum ſit generale, & ſtatutum de con-
tractibus ſimulatis ſit ſpeciale, & detur noua proui-
ſio in illo ſpeciali, quod illud deroget generali, &
non è contra facit, *quod not. in l. ſub conditione, ff. de he-*
16 *red. inſtit.* † Octauo, *pro hoc allego textum, & quod i-*
bi not. Bart. in l. in ſacris, C. de proximis ſacrorum ſcrinior.
lib. 12. nam Bartolus dicit, quod ibi eſt caſus huius
quæſtionis, ſtatutum dicit, quod hoſpitale miſeri-
cordiæ non poſſit conueniri, niſi coram iudice San-
cti Petri. Aliud ſtatutum dicit, quod iudex Portæ
eburneæ ſolus habeat cognitionem ſolum à decem
libris infra; modo quæritur, an hoſpitale poſſit pro
cauſis à decem libris infra coram iudice Portæ e-
burneæ conueniri; & dicit, quod ſic per illum text.
quia illud ſtatutum diſponens, quod hoſpitale de-
beat agere vel conueniri coram iudice Sancti Petri,
habet locum in aliis cauſis, quarum cognitio ſpe-
cialiter alii iudici demandata non eſt per formam
legis vel ſtatuti. Ita dicendum etiam in caſu noſtro,
quod ſtatutum loquens de commiſſione cauſarum
non debet intelligi, quod habeat locum in cauſis
ſimulatis, quarum cognitio ſpecialiter demandata
eſt Domino Poteſtati ex forma alterius ſtatuti.
Non obſtat prædictis ratio prima, quam ſupra pro
alia parte deduxi, valet, quod ſtatutum de commiſ-
ſionibus cauſarum eſt generale; ergo debet gene-
raliter intelligi, quia procederet, niſi per aliud ſta-
tutum intelligeretur eſſe limitatum, vt plene pro-
baui. Secunda ratio etiam non obſtat, dum dixi,
quod illud ſtatutum generale de commiſſionibus
cauſarum excipit tres tantum caſus; ergo in aliis fir-
ma remanet regula, quia fateor iſtud verum, niſi a-
libi reperiretur alia exceptio, ſed in dicto ſtatuto
ſpeciali de contractibus fictitiis & ſimulatis cenſe-
tur eſſe facta exceptio in caſu ſuo ab illo ſtatuto ge-
nerali, vt dixi; ergo, &c. Nam illud ſtatutum ge-
nerale, licet excipiat tres caſus, non tamen tollit,
quin in alio ſtatuto poſſit excipi alius caſus, maxi
me cum in dictis tribus exceptionibus non ſit ap
poſita dictio taxatiua tantum, *iuxta not. in l. rationes,*
& in authent. quod obtinet, C. de probat. Nec etiam ob-
ſtat tertia ratio, dum dixi, ſecundum Bartol. quod
quando eſt vna diſpoſitio generalis in vna lege, &
ſpecialis in alia vna non tollit aliam, *vt not. Bart. in l.*
1. §. 1. ff. de nou. oper. nuntiat. quia illa regula non pro-
cedit in caſu noſtro per rationes ſupra allegatas, &
maxime; quia ſtatutum noſtrũ eſt contra ius com-
mune, vt dixi ſupra in quinta ratione pro Domino
17 Abundio. † Nec vlterius obſtat deciſio Bartoli *in*
l. prætor, §. cuiq; differentia, ff. vi bon. rapt. & Bald. in l. La-
beo, ff. de arbitris, vbi volunt, quod ſtante ſtatuto,
quod omnes cauſæ committantur, ſi alio ſtatuto
prouidetur, quod in certis cauſis procedatur ſum-
marie, intelligitur etiam in iſto ſecundo ſtatuto,
quod cauſa debeat committi, ex quo primum ſta-
tutum eſt per viam regulæ, quia poſito, quod illa
doctrina ſit vera, tamen non habet locum in caſu
18 noſtro, † quia vbi non conueniunt verba legis, i-
bi nec legis diſpoſitio, *l. hoc accuſare, §. omnibus, ff. de*
accuſat. & l. 4. §. toties, ff. de dam. infect. Sed verba ſta-
tuti de contractibus fictitiis & ſimulatis non poſ-
ſunt conuenire, quod committatur cauſa conſilio
ſapientis, quia ſtatutum dicit, quod Poteſtas de-
beat iudicare ſecundum quod ſibi videbitur, &c.
ſed non poſſet iudicare ſecundum quod ſibi vide-
bitur, ſi deberet committere cauſam conſilio ſapi-
entis, quia aliud eſt videre ſuum, aliud eſt videre
conſultoris, vt ſupra dixi in prima & tertia ratione
19 pro Domino Abundio. † Nec huic obſtat textus
in cap. 2. de corpore vitiatis, dum dicit, quod debeat,
prout ei viſum eſt cum conſilio ſuffraganeorum,
&c. nam non refertur illud verbum, viſum fuerit,
ad conſilium ſuffraganeorum, ſed ad ſe ipſum Ar-
chiepiſcopum, quia non tenetur ſequi eorum con-
ſilium ſecundum Hoſtienſ. & Dn. Antonium de
Butrio. Et ſic vult ibi, quod debeat habere conſi-
lium à ſuffraganeis, ſed in exequendo deberet ex-
equi, ſecundum quod ſibi viſum fuiſſet, & non ſe-
cundum quod viſum fuiſſet ſuffraganeis. Et ſic ibi
potius probatur contrarium, ſecundum iſtum in-
tellectum, videlicet, quod quando quis debet iu-
dicare, ſecundum quod ſibi videtur, etiam vbi te-
neretur habere conſilium ſapientis, non teneretur
20 illud ſequi. † Vltimo non obſtat ſtatutum, quod
dicit, quod ſtatuta Bergomi intelligantur, proue
iacent, & verba ſonant, quia pro hoc non tollitur
c interpretatio legitima, c ſine qua non poſſet recte
intelligi, *vt not. Bald. in l. 3. in fin. C. de liber. præterit. &*
habetur per Bart. & Doctor. in l. omnes populi, ff. de iuſtit.
& iure. Ex his itaque concluditur, quod Dominus
Poteſtas potuit & debuit iudicare ſine conſilio ſa-
pientis; & eius ſententia ex hoc, quod cauſam
non commiſerit conſilio ſapien-
tis, non poteſt dici
nulla.

ANNOTATIONES.

a Intelligatur ſecundum generale] *De hac docent etiam Alex. in conſ. 65. nu. 7. vol. 7. in l. Neſennius in prin. ff. ad leg. Falc. & in l. 1. §. hoc autem, col. vltim. ff. de noui oper. nunt. & ibidem Iaſ. nu. 12. idem Iaſ. in l. Titia textores, nu. 27. & 28. ff. de legat. 1. & in conſ. 12. col. 2. lib. 3. Dec. in c. 1. col. 5. & ibidem Ripa, nu. 92. extra de reſcrip. idem Dec. in conſ. 44. nu. 2. & 7. Crot. conſ. 50. nu. 19. vol. 1. Bero. conſ. 86. nu. 17. vol. 3. Curt. iun. conſ. 294. nu. 73. vol. 3. ample Octanian. Chacheran. in deciſionibus Pedemontanus deciſ. 167. nu. 15. 16. & ſeq. & Rol. à Valle in conſil. 62. nu. 30. vol. 3.*

b Cauſa criminalis] *Hac de re quando cauſa criminalis dicatur, tradunt Doctores in l. tranſigere, ff. de tranſact. & in §. ſupereſt Inſtit. de actio. vbi Iaſ. nu. 11. Gomeſ. nu. 18. & Benincaſ. num. 115. Iul. Clarus lib. 5. recepta. ſent. §. fin. quaſt. prima, D. Menoch. in tract. de arbitra. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 265. egregie & ſubtiliter Iacobus Concenatius lib. 1. quaſtio. iur. c. 7. Franciſcus Duarenus lib. 1. diſputatio. anniuerſa. cap. 35. Ludouicus Charondas, lib. 3. veriſimli. iur. cap. 18. Ioan. Robert. lib. 4. ſenten. iuris, ca. 9. & Ioan. Gillotus Iſagog. in iuris ciuilis ſanctionem, cap. 1.*

c Interpretatio legitima] *Idem aſſerunt Alex. in conſ. 80. nu. 5. col. 1. conſ. 192. nu. 3. & conſ. 211. nu. 5. lib. 6. Pariſ. in conſ. 36. nu. 52. lib. 3. Ripa in l. 1. nu. 26. ff. ſi cert. petat. & plures citat Chacheran. in dicta deciſione 167. num. 18. & Rol. à Valle in tractatu de lucro dotis, quaſt. 25. nu. 2. & 3.*

CONSIL. XLIX.

ARGVMENTVM.

Legatum factum Eccleſiæ campeſtri, vt detur ſacerdoti, qui ibidem celebret diuina officia, ſi Eccleſia illa deſtruatur, & alibi ædificetur, an debeatur.

SVMMARIA.

1 *Eccleſia cum ſuperioris auctoritate deſtrui, & alibi ædificari poteſt.*

2 *Si domus tibi obligata comburatur: & alia eò loci reſtituatur, in ea idem iuris habes.*

3 *Intellectus ad tex. in l. filia, §. à Titia, ff. de cond. & demonſt. & nu. 22.*

4 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius loco ſubrogatur, & nu. 23.*

5 *Verba in dubio debent intelligi nedum de eo, quod eſt de præſenti, ſed etiam de eo, quod erit de futuro eiuſdem conditionis, & nu. 24.*

6 *Eccleſia ſi deſtruatur, & ad alium locum ſuperioris auctoritate transferatur omnia ſua priuilegia retinet, & antiqui clerici ibidem remanent.*

7 *In dubio pro Eccleſia eſt iudicandum.*

8 *Eccleſia deſtituta ſeu deſtructa auctoritate ſuperioris, etiam eius priuilegium extinguitur.*

9 *Legatum collegio relictum, eo diſſoluto, non debetur.*

Re extincta, licet alia ipſius loco ſubrogetur tamen in legato vel obligatione non venit.

10 *Mutata forma, mutata eſt ſubſtantia rei.*

11 *Res ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.*

12 *Si Princeps alicui conceſſit, vt poſsit pedagium colligere de rebus tranſeuntibus ſuper ponte, & ille pons in alio loco mutetur, pedagium colligere non poteſt.*

13 *Verba in dubio intelliguntur de primo actu.*

14 *Conditio voluntaria in teſtamento appoſita, debet adimpleri in forma ſpecifica.*

15 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*

16 *Ceſſante labore, ceſſat etiam legatum ipſius laboris contemplatione relictum.*

17 *Prouiſio teſtatoris legis prouiſionem tollit.*

18 *Papa non præſumitur in dubio defuncti voluntati derogare voluiſſe in tertij præiudicium.*

19 *Papa poteſtatis plenitudine in dubio vti non præſumitur, niſi aliter dilucide appareat.*

20 *Subſtantia vbi non eſt, ibi nec qualitas eſſe poteſt.*

21 *Intellectus ad tex. in l. vlt. ff. de pignoribus.*

22 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus Sancti gratia. Viſis omnibus
ſcripturis & toto proceſſu ad
1 me tranſmiſſis. † Quæſtio videtur
in hoc conſiſtere; An legatum factum
vni Eccleſiæ campeſtri, videlicet Sancti Andreæ
de Paraleto cum cōditione, quod in dicta Eccleſia,
vel ad dictam Eccleſiam debeat ſtare, & habitare
vnus ſacerdos continue, qui diuinum celebret
officium, locum habeat, ſi illa Eccleſia eſt deſtituta,
& deſtructa propter inundationes aquarum, & vna
alia Eccleſia ſub eodem nomine loco illius ſit ædificata
alibi per vnum milliare, cum auctoritate ſuperioris,
quod fieri potuit, *vt de conſecra. diſt. 1. cap. tribus.*
In qua Eccleſia nouiter conſtructa ſtat Sacerdos
continue, & celebrat diuinum officium, ita vt
legatum relictum Eccleſiæ deſtitutæ, & deſtructæ
debeatur Eccleſiæ nouiter ædificatæ. Et prima facie
videtur dicendum, quod ſic, & primo per text.
2 *in l. fi. ff. de pigno.* vbi dicitur, † quod ſi domus quam
tibi licuit ex pacto conuento vendere, combuſta
eſt: deinde à debitore tuo reſtituta eſt, idem in noua
domo iuris habes: ad idem eſt tex. *in l. ſeruitutes, §.
ſi ſublatum, ff. de ſerui. vrba. prædior. & in l. ſi teſtamento,
& in l. eum debere columnam, in fin. eod. tit.* Sic videtur
dicendum in Eccleſia, vt idem iuris habeat noui-
3 ter ædificata ſicut prima. † Secundo hoc videtur
probari clarius, *in l. filia, §. à Titia, ff. de cond. & demonſt.*
vbi vult, quod ſi legatur Agathæ ancilla, & teſtator
Agatham vendidit, & aliam ancillam emit, cui nomen
Agathæ impoſuit, in legato venit illa ſecunda
Agatha nouiter acquiſita poſt teſtamentum, quia
propter nomen idem ſibi impoſitum, videtur eſſe
ſubrogata loco primæ: & ſic propter identitatem
nominis videtur idem iudicandum eſſe ſecundum
Dyn. *in l. pater, §. Tuſculanus de leg. 2.* & ideo cum idem
nomen ſit impoſitum Eccleſiæ nouiter conſtructæ,
quod erat Eccleſiæ deſtitutæ, videtur idem eſſe
4 iudicandum. † Tertio quia ſubrogatum ſapit naturam
eius in cuius locum ſubrogatur, *cap. Eccleſia,
extra vt lite pendente, & l. ſi cum, §. qui iniuriarum, ff. ſi
quis caut. cum ſimilibus.* Sed iſta ſecunda Eccleſia fuit

S ſubro-

ſubtogata loco primæ, ergo, &c. Quarto hoc vide-
tur probari, *in l. ſi donata, §. ſi ſponſus, ff. de donat. inter*
5 *virum, & vxor.* † Quinto facit quia verba in dubio
videntur intelligi nedum de eo, quod eſt de præ-
ſenti, ſed etiam de eo, quod erit de futuro eiuſdem
conditionis, *vt l. ideoque, ff. de liber. & poſthum. & l. cu-*
ius ædificium. & l. ſi ſeruitus, ff. de ſerui. vrb. prædio. & l. for-
6 *ma, §. quamquam, ff. de cenſibus.* † Sexto hoc videtur
tenere Innoc. *in cap. cum ex iniuncto extra de noui. o-*
peris nunt. vbi dicit, quod ſi deſtruatur Eccleſia, &
transferatur ad alium locũ auctoritate Superioris,
retinet omnia priuilegia ſua, per not. *in cap. 1. extra*
ne ſede vacant. & in c. quia monaſterium de relig. domib.
Et antiqui Clerici remanent ibi clerici. *7. quæſt. 1. pa-*
ſtoralis 19. quæſt. 3. quæ ſemel, & idem etiam tenet
Anton. de Butr. & Doct. *in dict. cap. cum ex iniuncto,*
& ideo cum dicta Eccleſia ſit in alium locum tranſ-
lata de auctoritate Superioris, videtur, quod gau-
deat eodem priuilegio, & quod Sacerdos, qui ſtat
in Eccleſia nouiter conſtructa, & ibi celebrat, dica-
tur eſſe Sacerdos primę Eccleſię, & gaudere debeat
eius priuilegiis, & bonis. Septimo hoc videtur pro-
bari propter applicationẽ reddituum Eccleſiæ de-
ſtitutæ factam Eccleſiæ nouiter ædificatę per Supe-
7 riorem. † Octauo, & Vltimo hoc videtur ſuadere
ratio communis quæ eſt, quod in dubio pro Eccle-
ſia iudicandum eſt, *l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fu-*
ner. & eſt gl. notab. 14. q. 2. ſuper prudentiam. Sed his non
obſtantibus teneo contrarium eſſe verius de iure,
8 quod probatur pluribus modis: Et primo, † quia
regulariter deſtituta, ſeu deſtructa Eccleſia auctori-
tate Superioris, deſtruitur etiam eius priuilegium,
vt 16. q. 5. & hac ſcripſimus, & 25. q. 2. §. vlt. & not. gloſſ. &
Doct. in c. Abb. in fin. extra de verb. ſign. & not. gl. in dict. q.
& hac diximus, & Innoc. & Doct. in cap. cum ex iniuncto,
extra de noui. operis nuntia. Sed dicta prima Eccleſia,
cui fuit factum legatum, eſt deſtituta & deſtructa
auctoritate Superioris, &c. ergo non debet gaude-
9 re aliquo priuilegio. † Secundo de hoc videtur
eſſe caſus in terminis, *in l. pater, §. Tuſculanus, ff. de le-*
gat. 3. vbi ſi legatur Collegio cuiuſdam templi, Col-
legio diſſoluto non debetur. Tertio idem proba-
tur, *in l. ſi ita legatum, §. fin. ff. de legat primo, & in l. fide-*
iuſſor. §. Lucius, ff. de pignoribus, & in l. qui vſumfructum
in princip. ff. de vſufructu. In quibus iuribus proba-
tur, quod re extincta, licet alia loco ipſius ædifi-
cetur, vel ſubrogetur, tamen in legato vel obliga-
10 tione, non venit, quia alia res eſt. † Quarto hoc
probatur alia ratione, mutata forma, mutata eſt
ſubſtantia rei, *l. Iulianus, §. ſed & ſi quis, ff. ad exhiben-*
dum, & maxime cum mutetur de loco ad locum,
11 ſicut fuit in caſu noſtro. † Quinto, quia res ſemel
extincta amplius non reuiuiſcit, *l. qui res, §. aream,*
ff. de ſolut. cum ſimilibus. Sexto pro hoc allego quod
in ſimili notat. Bald. *in rubrica, ff. de rerum diuiſ. in 12.*
12 *col. in fin. verſicul. ſed an mutato alueo, vbi dicit,* † quod
ſi princeps conceſſit mihi, quod poſſim colligere
pedagium de rebus tranſeuntibus ſuper tali pon-
te, ſi mutatur pons in alio loco, non debetur peda-
gium, de rebus tranſeuntibus ſuper alio ponte no-
uiter conſtructo; quia dicitur eſſe alius pons. *l. fin. ff.*
de ſerui. ruſti. præd. & dixi in tractatu meo de ſeruitu-
13 tibus in titul. de alueo. † Septimo probatur quia
in dubio verba intelliguntur de primo actu, *l. Bo-*
ues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignification. & l. pater, §.
pater certam, ff. de legat. ſecundo. Octauo probatur ex
verbis ipſius teſtamenti; nam teſtator voluit, quod
legatum illud deberetur Eccleſiæ primæ ſub con-
ditione, quod in dicta Eccleſia debeat ſtare vnus
ſacerdos continue, qui diuinum officium celebra-
ret: quæ verba ſignificant in loco primæ Eccleſiæ,
& requirit inclusionem illius loci, & non alterius.
l. 1. §. in flumine, ff. de fluminibus, & l. ſi qui, §. fin. coniun-
cta l. 2. §. 1. ff. de religio. & ſumpt. funer. Sed nulli eſt du-
bium, quod alius eſt locus, in quo eſt Eccleſia no-
ua, à loco in quo erat Eccleſia, cui eſt factum lega-
tum, nec ſacerdos qui celebrat diuinum officium
& habitat in noua, poteſt dici habitare, & celebra-
14 re in Eccleſia prima, cui factum eſt legatum. † No-
no hoc probatur quando conditio voluntaria eſt
appoſita in teſtamento debet adimpleri in forma
ſpecifica, *l. qui hæredi, in princip. & l. Mænius, ff. de con-*
ditio. & demonſtrat. & notat. Bartol. in l. Gallus, §. & quid
ſi tantum. in 2. column. in princip. ff. de liber. & poſthum.
Sed ſi deberetur tale legatum Eccleſię nouiter con-
ſtructæ, & ſacerdoti ibi commoranti, & celebran-
ti, non impleretur conditio voluntaria teſtamen-
ti in forma ſpecifica: quia conditio fuit appoſita, vt
presbyter etiam commoraretur continue, & cele-
braret in Eccleſia prima, ergo ſi non adimpletur
ceſſat legatum, maxime cum defecerit per ſuperio-
rem quo minus in prima Eccleſia eſſet Sacerdos,
vt notat. per Anton. de Butr. in cap. Abbate, in fin. extra de
15 *verbor ſignificat.* † facit ad prædicta regula quæ di-
cit, Ceſſante cauſa ceſſat effectus, *l. adigere, §. quam-*
uis, ff. de iur. patr. & cap. cum ceſſante extra de appell. &
notat. gloſſ. in materia noſtra in cap. Abbate, in fin. extra
de verbor. ſignificat. cum ſimilibus. Et maxime cum ceſ-
ſet cauſa finalis, vt dictis iuribus; nam in caſu no-
ſtro cauſa finalis legati fuit, vt in dicta Eccleſia pri-
ma ſtaret continue ſacerdos, & celebraret diui-
num officium; quia forte ibi parentes ſui fuerunt
ſepulti, & propter hoc habebat ibi affectionem,
vt probatur, *in l. 1. §. ſed ſi rem verſic. & alias videamus*
ibi, in qua habet patronus affectionem vel oppor-
tunitates cœli, vel quod illic educatus ſit, vel paren-
tes ſepulti, *ff. ſi quid in fraudem patron. vbi eſt text. no-*
tabilis. Cum ergo nullus ſacerdos in illa prima Ec-
cleſia fuerit, nec ſit, nec eſſe poſſit, quia eſt deſtitu-
16 ta auctoritate Superioris, † & ſi ceſſat ibi, labor
ſacerdotis, debet ceſſare etiam legatum eius labo-
ris contemplatione relictum, *l. ſcio, in princip. & quod*
ibi notat. ff. de annuis legat. & notat. Bartol. in l. fin. in 5.
colum. ff. de Collegiis illicitis. Nec poteſt dici in caſu
noſtro, quod illud legatum ſit deuolutum ad ſupe-
riorem, qui applicuit dictos redditus Eccleſiæ no-
uiter conſtructæ, *vt vult Bartol. in dicta l. fin. in 5. co-*
lumn. de colleg. illicit. quia illud procederet quando
teſtator ſimpliciter legaſſet Eccleſiæ ſed in caſu no-
ſtro ademit illi Eccleſiæ, ſi non ſeruetur conditio,
& in frataleam tranſtulit, & ſic proinde eſt, ac ſi il-
li Eccleſiæ nunquam legaſſet, maxime cum ſit ſine
17 ſpe refectionis, *vt dicta l. ſi ita, aſſcriptum;* † diſpo-
ſitio enim teſtatoris ſpecialis tollit prouiſionem
com-

communem legalem, l.fin.C.de pact.conuent.& l.maritus, C.de procurat.cum ſimilibus, & ideo ceſſante cauſa legati, non potuit ſuperior conuertere dictum legatum in alios vſus, contra voluntatem defuncti, qui aliter diſpoſuit, clement. quia contigit, de relig. do-
18 mib. & ibi nota. † Nec Papa præſumitur voluiſſe derogare in dubio voluntati defuncti in præiudicium tertii videlicet fratalex, l.2.merito, & §.ſi quis à principe, ff. ne quid in loco publ. & l. nec auus, C. de emancip.liber.& capit.quamuis in fine. de reſcript.in 6.cum ſimilibus, & pro hoc tenet Bald.in l.ſi teſtamentum in principio.C.de teſtament.qui dicit arg.illius text.quod non licet Papæ alterare vſum illorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta, ad hoc facit, quod not. 12.
19 quæſtio.2.cap. non liceat Papa, † Poteſt tamen ſi vult de plenitudine poteſtatis, qua nunquam videtur vti contra ius, niſi appareat clauſula non obſtante &c.ita clare, quod appareat de eius mente, quod intendit vti ſupremo iure poteſtatis ſupremæ, & ita debet intelligi, quod nota. in capit. quia contingit de relig. domi. in clement. prima ſuper verbo Apoſtolicæ ſedis. Decimo etiam probatur ex aliis verbis teſtamenti, dum dicit bis, quod ſi caſus accideret, quod dicta Eccleſia vacaret presbytero diuinum officium ibi celebrante, voluit & mandauit, quod pro eo tempore, quo ibi non habitabit, & non celebrabit vnus presbyter diuinum officium, fratalea aurificum Ciuitatis Vincentiæ habere debeat redditus dictarum poſſeſſionũ, &c. per quæ verba teſtator adimit legatum factum primæ Eccleſiæ, ſi non ſeruabitur dicta conditio, & transferetur in frataleam aurificum, & ſic eſt perinde ac ſi dictæ Eccleſiæ datum non fuiſſet, vt l.ſi ita aſſcriptum, in prin.ff.de libe.& poſthum. ſed illa conditio non ſeruatur, quia verum eſt dicere dictam Eccleſiã vacare presbytero ibi commorante, & celebrante, quia nullus ibi presbyter eſt, & ſatis dicitur vacare presbytero ex quo Eccle-
20 ſia eſt penitus deſtituta, & nullus ibi habitat, † nam ſi non eſt ſubſtantia, ibi non eſt nec eſſe poteſt qualitas, l. eius qui in prouinciam, & ibi not.ff.ſi cert. pet. Et iſtam partem puto eſſe veriorem. Nec obſtant ar-
21 gumenta ſupra in contrarium deducta. † Et primo non obſtat l.ſin.ff. de pigno. quia ibi loquitur, quando domus fuit reædificata in eodem loco, vt patet ibi in verbo reſtituta. Item quia ibi remanſit area, ſuper qua fuit ædificata, quæ eſt maxima pars domus l.qui res, §. aream. ff. de ſolut. Sed in caſu noſtro fuit
22 Eccleſia in alio loco ſeparato ædificata. † Nec obſtat ſecundo l.filia, §.à Titia, ff. de conditio.& demonſtr. quia ibi ſola impoſitio nominis ancillæ, non eſt illa, quæ faciat legatum valere, ſed quia teſtator retulit ſe ad tempus futurum, quo moreretur, vt patet ibi, cum moriar, & ideo ſatis eſt ibi, quod tempore mortis teſtatoris reperiatur vna ancilla nominata Agatha, licet alia fuerit tempore teſtamenti, & ita intellexit illum text. Ant. de Butr. & Doctor. in capitu. quoniam Abbas, extra de offic. delegat. & ita ſentit etiam ibi Bartol. qui dicit, quod ibi teſtator non retulit ſe ad certam perſonam, quia ſi ſe retuliſſet non fieret extenſio ad aliam etiam eiuſdem nominis. Sed in caſu noſtro teſtator retulit ſe ſimpliciter ad Eccleſiam, quæ tunc erat tempore teſtamenti l.ſi ita, ff.de aur.& arg. legat. & retulit ſe ad certam Eccleſiam, & propterea non debet fieri extenſio ad aliam, quæ etiam ſit eiuſdem nominis. Præterea ille §. à Titia, loquitur, quando per teſtatorem fuit impoſitum idem nomen Agathæ, antequam moreretur, & ſic antequam fuiſſet quæſitum aliquod ius hæredi, iuxta l. omnium, cum ibi not.C. de teſtamentis. At in caſu noſtro fuit impoſitum idem nomen Eccleſiæ nouiter conſtructæ poſt mortem teſtatoris per octuaginta annos, & ſic poſtquam fuit ius quæſitum fratalex aurificum, per tanslationem factam per teſtatorem, quod fieri non potuit in præiudicium fratalex, cui, vt dixi, erat & eſt ius quęſitum per not. per Barto. & Doctor. in l. Gallus, §.& quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.& per l. ſi poſt mor-
23 tem, §.fin.cum ibi not.ff. de contra tab. cum ſimil. † Nec obſtat regula: Subrogatum ſapit naturam, &c. quia illa regula procedit niſi eſſet prouiſum per teſtatorem in caſu deficientis primę Eccleſię, ſicut factum fuit, vnde ceſſat diſpoſitio iuris communis, vbi habetur expreſſa voluntas defuncti, vt dixi. Et ſimiliter reſpondetur ad l.ſi donato.§.ſi ſponſus.ff.de donat.inter vir.& vxo. Præterea, ibi annulus ſubrogatur loco alterius annuli ex voluntate coniugũ, hic vero non fuit facta ſubrogatio de voluntate teſtatoris imo eſt
24 præter voluntatem ſuam. † Nec obſtat dum dixi, quod verba intelliguntur in dubio nõ ſolum in eo, quod eſt de pręſenti, ſed etiam de futuro, l.ſi ſeruitus. ff.de ſeruit.vrb.præd. quia ibi loquitur, quando oratio eſt indefinita, vt ibi notat. Sed in quæſtione noſtra verba ſint ſpecialia relata ad certum locum, qui erat tempore teſtamenti, ergo ad alium non extenditur, vt l.ſi ita, ff.de aur.& arg.leg. & ſentit Bart. in l.filia, §. à Titia, ff. de conditio.& demonſtrat. Nec obſtat doctrina Innocent. & Docto. in cap. cum ex iniuncto, extra de noui operis nunciat. vbi vult, quod quando fit translatio de vna Eccleſia ad aliam cum auctoritate ſuperioris, durant eius priuilegia, & remanent clerici eiuſdem Eccleſiæ, quia reſpondetur, quod illa non poteſt procedere quando teſtator prouidit in caſu quo non celebraret in prima Eccleſia, vt fuit in caſu noſtro, quia illa prouiſio ſpecialis teſtatoris tollit prouiſionem generalem iuris communis, vt ſupra dixi. Nec obſtat applicatio reddituum facta per ſuperiorẽ de prima Eccleſia ad ſecundam, quia illa applicatio non valuit in quantum fuit facta per Vicarium Epiſcopi, per clemen. quia contigit de religioſ. domibus Et in quantum auctoritate Papæ factum fuiſſet non valeret etiam ex eo, quia Papa ignarus de hoc, quia ſupplicantes etiam erant ignari de hoc legato, vt dicunt in reſponſione poſitionum, non videtur in dubio voluiſſe ſubuertere voluntatem defuncti in præiudicium fratalex, cui erat ius quæſitum, vt dixi ſupra in nono argumento pro hac vltima parte deducto. Nec obſtat vltima ratio dum dixi, quod in dubio iudicandum eſt pro Eccleſia, l. ſunt perſonæ, ff.de religioſis, quia reſpondetur, quod non ſumus in caſu dubio, ſed certo de voluntate teſtatoris, & ſi eſſet aliquod dubium, tamen contra Eccleſiam eſt iudicandum, ex quo iſti redditus pro dimidia debent dari pauperibus, pro alia dimidia fratalex, & ſic etiam loco pio. Et ideo cùm locus

pius concurrat cum alio loco pio, ceſſare debet priuilegium Eccleſiæ ſeu loci pii, *iuxta not. in authent. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi habetur, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio ſuo contra alium priuilegiatum, *facit l. non ſolum, §. de vno, ff. de rit. nupt. & quod ibi not. & quod not. in c. literas, extra de præſumpt. cum ſimilibus.* Vnde ex his concludo, quod dictum legatum non debetur Eccleſiæ nouiter conſtructæ, ſed redditus debent remanere penes frataleam aurificum diſpenſandi, vt in teſtamento continetur.

Annotationes.

a Deſtructa Eccleſia] *Idem docet Bart. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, num. 11. ff. de verb. oblig. & ibidem Alex. num. 13. & Iaſ. nu. 30. idem Alex. in l. ſi grege, ff. de legat. 1. Felin. in c. cum dilecta, num. 97. & ſeq. extra reſcript. & in c. cum acceßiſſent, num. 56. extra de conſtitut. & latè Albertus Brunus in tractatu de refect. concluſ. 4. nu. 15. 27. 28. & per totam.*

b Priuilegiatus] *Dec. latè in c. 1. num. 5. de probat. Ripa in l. 1. num. 14. ff. de edendo, amplè Bernard. Diaz. in tractatu regularum, regul. 219. incip. Eccleſia, & Tiraquell. in tractat. de priuilegijs piæ cauſæ, priuileg. 26. verſic. ſed quod primo loco.*

CONSIL. L.

Argumentum.

An filius natus ex matrimonio putatiuo, nempe ex muliere ignorante virum habere aliam vxorem, quantum ad patrem legitimus dicatur, ita vt ei ſuccedere poſſit.

Legitimatio facta abſq; citatione & mentione legitimorum, & abſque cauſæ cognitione, an valeat.

Summaria.

1 *Filius natus ex matrimonio putatiuo, nempe ex muliere ignorante virum habere aliam vxorem, an quò ad patrem legitimus intelligatur, ita vt ei ſuccedere poſſit, & quæ requirantur, num. 2. 3. 15. 20. 24. 28.*

4 *Matrimonium quando in faciem Eccleſiæ contractum dicatur.*

6 *Illegitimitatis ius eſt inductum ad inſtar ſeruitutis.*

Partim ſeruus, & partim liber quis eſſe non poteſt, & idem pro parte legitimus, & pro parte illegitimus.

7 *Legitimatio adoptioni æquiparatur.*

8 *Adoptari quis non poteſt pro parte.*

Patria poteſtas eſt indiuiſibilis.

9 *Quis non poteſt eſſe in duplici ſtatu contrario.*

10 *Legitimatio quid ſit.*

11 *Reſtitutio quid dicatur.*

Omnes homines liberi dicuntur ex priſtina & primæua natura.

12 *Oppoſitum in oppoſito ita operatur, ſicut propoſitum in propoſito.*

13 *Emancipari quis non poteſt, quò ad vnum actum tantum.*

14 *Diſpenſari quis poteſt, vt licet ſit in totum legitimus ſeu legitimatus, tamen niſi in certa parte ſuccedere poſſit.*

15 *Intellectus ad text. in cap. ex tenore, extra qui filij ſint legitimi.*

16 *Opinio, quæ pluribus & melioribus rationibus, ac plurium auctoritate fundatur, tenenda eſt.*

17 *Intellectus ad text. in l. Paulus, ff. de ſtatu hominum.*

18 *Errans vel ignorans non videtur conſentire.*

19 *Intellectus ad text. in l. vulgo quæſiti, ff. de ſtatu hominum.*

21 *Vbicunq; ſumus in caſu, in quo nulla facta eſt prouiſio per ius ciuile, & de eo ſint opiniones, ad Papam ſpectat deciſio: & ſi per Papam caſus deciſus reperiatur, illi ſtandum eſt etiam in foro ſeculari, & in terris imperij.*

22 *Quando ius canonicum, ad quod ſpectat ius matrimonij ſuper eius fœdere & radice diſponit, illi ſtandum eſt etiam in foro ciuili & temporali, etiam quò ad ſucceßiones, quæ veniunt in conſequentiam.*

25 *Scientia eſt quid facti, & ideo debet probari ab eo, qui dicit, filium eſſe illegitimum, eò, quia parentes ſciebant impedimentum, & debet probari ante filij natiuitatem, num. 26.*

26 *Probatio illegitima pro non facta habetur.*

27 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe.*

28 *Intellectus ad text. in c. cum inhibitio, extra de cland. deſponſat.*

29 *Ad probandum matrimonium quæ ſufficiant.*

In legitimatione an requiratur aliqua cauſæ cognitio.

31 *Legitimatio eſt actus voluntariæ iuriſdictionis.*

32 *Pater poteſt bona ſua in mare proijcere.*

33 *In legitimatione an agnatorum citatio requiratur.*

34 *In legitimatione an comitis mentio fieri debeat filiorum legitimorum & naturalium ipſius patris legitimantis, quando filius de patris voluntate legitimatur.*

35 *Princeps comiti poteſt concedere authoritatem legitimandi in præiudicium filiorum legitimorum & naturalium, licet de illis mentio aliqua non fiat.*

36 *Qualitas vel forma non poteſt eſſe ſine ſubſtantia.*

Comes non habet poteſtatem vtendi clauſula, non obſtante, &c. derogando iuri communi.

37 *Voluntas proferentis declaratur etiam ex verbis nulliter prolatis.*

38 *Voluntas teſtatoris per teſtamentum etiam irritum probatur.*

1 IN Christi nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. † Circa primum dubium, an Petrus filius Galuani natus ex Domina Margarita, ignorante Galuanum habere D. Magdalenam vxorem, fuerit legitimus tanquam natus ex matrimonio putatiuo; ita, quod patri ſuo ſcienti ſe habere dictam Dn. Magdalenam vxorem, ſuccedere potuiſſet. Primò videtur, quod licet ſit legitimus, quò ad matrem ignorantem, & eius bona; tamen quò ad patrē ſcientem legitimū impedimentū videtur, quod ſit illegitimus, *arg. l. Paulus, alter incipit.*

cipit, eum qui, & l.vulgo. ff. de ſtatu homin. & ita tenet
gloſſ.in l.qui contra.Cod. de inceſt. nnpt. quam ſequitur ibi
Cyn.& Rayn.& Salic.& Bartol.& Paul. de Caſtro in l.a-
unnculo, ff. de conditio. ſine cau. & Bartol. idem videtur
ſentire in dicta l.Paulus, aliter, eum qui. Et idem tenue-
runt Hug. & Laut. gloſſatores antiqui Ioris cano-
nici, vt not. gloſſ. in cap. cum iubibitio in verbo ambo pa-
rentes, extra de cland. deſpon. & gloſſ.34. quaſt.1. capit.2.
& pro hac opinione facit gloſſ. in clement.1. in ver. ſcientes
de conſanguin.& affinit. & gloſſ.in l.ſi adulterium cum in-
ceſtu.§.fratres in verbo alias, in fin.& quod ibi, notat Bar-
tol. in vltim. colnm. ff. ad leg. Iul. de adulter. facit etiam l.
2 ſancimus. C. de pœnis cum ſimilibus. † Secuodo etiam
ſi ignorantia vtiius ex parentibus ſufficeret de iure
canonico, vt in capit. ex tenore extra qui filij ſint legiti-
mi cum ibi not. per not. per gloſſ. & Doct. in c.cnm inhibi-
tio extra de cland. deſpon. tamen videtur, quod illud
debuerit tantum procedere quoad ſpiritualia tan-
tum, vel quoad temporalia & ſie ad ſuccedendum
in terris Eccleſiæ, non autem in terris Imperij, vt
not.Cyn.Rayn.& Salic. in dict.l.qni contra, C.de inceſt.
nnpt.& ideo cum ciuitas Paduæ, in qua hæc quæſtio
vertitur, non ſit de terris Eccleſiæ, videtur, quod
3 non ſit ſtandum iuri canonico. † Tertio poſito,
quod eſſet ſtandum etiam iuri canonico volenti, vt
ſnfficiat, quod alter ex parentibns ignorauerit im-
pedimentum matrimonij, tamen adhuc videtur,
qood ille Petrus non fuerit legitimus nec patri ſoc-
cedere potuiſſet, quia multa requiruntur ad hoc,
quæ non videntur interueniſſe. Primum.quod ma-
ter ignorauerit impedimentum, quod non dicitur
foiſſe in caſu noſtro, quoniam Galuanus pater im-
pedimentum ſciens de eo eertiorauit matrem Pe-
tri in conuiuio, vt dicunt plures teſtes, & ſic cum v-
terqne ſciuerit videtur ſecondom omnes, quod Pe-
trus fuerit indiſtincte illegitimus. Secundum re-
quiritur etiam vbi altera fuiſſet ignorans, quod il-
lud impedimētum fuerit conſanguinitatis, vel affi-
nitatis, quia de eo tantum loquitur, dictum c.cnm in-
hibitio extra de clandeſtin. deſponſa. ſed in caſu noſtro,
illud impedimentum non fuit conſanguinitatis, vel
affinitatis, ſed alterius matrimonij. Tertium requi-
ritur, quod matrimonium cum ſecunda fuerit con-
tractum in facie Eccleſiæ, vt probatur, in cap. ex tenore,
ibi in facie Eeclesiæ, extra qui filij ſint legitimi, & ibi,
hoc tenet Ioan. And. & Canoniſta, & in dict.c. cnm inhibi-
4 tio, † & in facie Eccleſiæ dicitur matrimonium
contractum, vel quando fit io Eccleſia vocatis affi-
nibus, & amicis nemine excepto, vel quando fiunt
banna in Eccleſia, iuxta dictum capitul. cum inhibitio.
Vel etiam quando ſecundum conſuetudinem lo-
ci fuiſſet deſpooſata domi publice conuocatis, &
præſentibus affinibus, & amicis, vt not. Doctor. in di-
cto capitul. ex tenore, & in dicto capit. cum inhibitio. Sed
in proceſſu non apparet, quod fuerit dictum ma-
trimonium eelebratum in facie Eccleſiæ aliquo de
illis tribus modis: ergo non fuit legitimus filius di-
ctus Petrus quoad patrem, nec quoad matrem.
5 † Sed his non obſtantibus, a teneo contrarium
a eſſe verius de iure. Et primo præſuppono, qood
licet matrimonium eſſe non potuerit cum dicta
Margarita, ex quo Galuanus habeat vxorem, vt di-
cit gloſſ. in dicta l.qui contra Cod. de inceſtis, nnpt. & pro-
batur in l.diuus, ff. de ritu nupt. tamen noo eſt dubium
ſecundum omnes, quod quando alter ex parenti-
bus ignorat impedimentum, quoad ignorantem
filius eſt legitimus, & ei poteſt ſuccedere, vt habe-
tur, per gloſſ. & omnes Doctor. in dicta l. qui contra, Cod.
de inceſtu.nnpt. & in dicto capit. ex tenore, & in dicto cap.
cum inhibitio de clandeſtin. deſponſat. hoc præſoppoſi-
6 to arguitur ſic. † Ius illegitimitatis eſt introdu-
ctum ad inſtar ſeruitutis, vt in auth. quibus modis na-
tura.efficia.ſui, § natura ſi qnidem, & notat. Ioan. de Zo-
chis, in cap. peruen. clemen. §.1. in 87. colum. extra qui fil.
ſint legiti. Sed non poteſt eſſe partim ſeruus, & par-
tim liber. vt probatur, in l.ſi duobus, ff. de ſtatu liber. &
eſt caſus apertus, in l.ſi pariter, in fin. ff. de liberali cau-
ſa, ibi, minime autem prætor pati debeat vt pro par-
te quis ſeruus fiat. Ergo eadem ratione, quis non
poteſt eſſe pro parte illegitimus, imo dicitur eſſe
monſtrum ſi eſſet partim legitimos, & partim il-
legitimus, & ita tenet gloſſ.fin.in terminis 34.qnaſt.1. ca-
pit.2. & gloſſ.Bernardi, in dicto cap. cum inhibitio de clan-
7 deſtin. deſponſ. † Secundo hoc ſie probatur; legiti-
matio æquiparatur adoptioni, vt eſt gloſſ.in l. filios &
ibi, Bartol.Cod.de municipus, & originarin libr.10. & ita
etiam notat. Bald. in capit. cæterum in antepenultim. co-
lum. in fin. extra de Iudicin, & hoc etiam tenet Iacob. de
Zochis, in cap.per venerabilem in 81. colum. & in 7. quaſt.
principaliter, verſicul. quinto legitimatio eſt ſimilis ado-
8 ptioni, extra qui filij ſint legitimi. † Sed adoptari quis
non poteſt, vt ſit pro parte adoptiuus filius, & pro
parte non, quia patria poteſtas eſt indioiſibilis, vt
notat Bald. in l. Senium, Cod. qui teſtam. facere poſſnnt.
Ergo eadem ratione dictus Petrus, qui eſt legiti-
matus à lege propter ignorantiam matris, vt l. qua
in prouincia, §. diuus, ff. de ritu nuptia. quia matrimo-
nium fuit putatiuum, & non verum, vt l.ſi cum do-
tem, §.fin. ff. ſolnto matrimon. non potuit eſſe pro par-
te legitimatus, ſcilicet quo ad matrem, & quo ad pa-
9 trem non. † Tertio hoc etiam probatur, quis non
poteſt eſſe in duplici ſtatu contrario, vt eſt pulcher
text. in l.prima, §.primo, in fin. Cod de latina liber. tollen.
& ita tenet Bald. in l.ſeruum, in penultim. colum. Cod. qui
teſtam. facere poſſunt, & ponderanda eſt litera, in dicto
§.1. in fi. quia loquitur etiam de ſtatu contrario mo-
mentaneo, vt patet ibi, quis enim patiatur talem eſ-
ſe libertatem, ex qua in ipſo tempore mortis io ea-
dem perſona ſimul libertas, & ſeruitium concur-
rant? facit text. Inſtitut. de libertinis, §. libertinorum vſ-
que ad fin. illius titul. Ergo eadem ratione quis non
poteſt eſſe ſub duplici ſtatu ſcilicet legitimitatis, &
illegitimitatis, maxime cum procedat argumen-
tum de iure illegitimitatis ad ius ſeruitutis, vt dixi
in primo argumento pro hac ſecunda parte dedu-
cto, Imo magis hoc debet eſſe in caſu ooſtro, quam
illo, quia ſi ſibi prohibetur ne ſit iſta duplicitas con-
traria etiam io vno momento, multo magis debet
prohiberi, ne ſit perpetuo donec Petrus vixerit.
10 Quarto probatur etiam alia ratione. † Legitima-
tio eſt natalium reſtitutio per quam quis priſtinæ
naturæ reſtituitur, vt in authent. qnibus modn natural.
effic.ſui, §.ſi qnis ergo, & in authent. qnibus modis natural.
effic.legi. §.multa, & not. per Bartol. & Doctor. in l.Gallus,

§. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. & not. Anton. de Roſelli in ſuo tractatu legitimationum, in primo lib. in
11 *7. q. cauſæ finalis vel effectiue.* † Et reſtitutio dicitur in priſtinum ſtatum repoſitio, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio. ff. de minoribus.* Sed primæua, & priſtina natura fuit, vt omnes homines liberi, & legitimi naſcerentur, *l. ex hoc iure gentium, ff. de iuſtitia, & iure, & habetur in præallegatis iuribus.* Nec reperitur, quod ſecundum primæum ius naturæ quis eſſet pro parte liber, & pro parte ſeruus, vel pro parte naturalis, & pro parte non vt ibi. Ergo ſimiliter dicendum eſt in legitimatione, maxime quando eſt facta à lege,
12 vt eſt in caſu noſtro. † Sexto probatur ſicut operatur propoſitum in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito, *l. & ſi contra tabulas, ff. de vulg. & pupil. & l. fin. §. fin. ff. de legat. 3. & l. hoc genus, ff. de cond. & demonſtrat. & notat. Bartol. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obligat.* Sed patria poteſtas non poteſt diſſolui quoad quædam, & quoad quædam remanere, quia patria poteſtas eſt indiuiſibilis ita in diſſol-
13 uendo, ſicut in contrahendo, † quia non poteſt emancipari quoad vnum actum tantum, *vt not. Bald. in dict. l. ſeruum, quem ſequitur Paulus de Caſtr. in l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. licet Bartol. dixerit contrarium, in l. 1. §. in filius, ff. ad Trebell.* Ergo eadem ratione dicendum videtur, quod ſicut ſi quis eſt vere legitimus in totum non poſſet diſſolui, & effici quoad quædam illegitimus, quia ſi hoc non poteſt fieri, quo ad patriam poteſtatem, quod eſt minus; non poterit fieri quo ad illegitimitatem, quod eſt maius, *authen. multo magis, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & l. quanto magis, ff. de iureiur. cum ſimilibus*, ita à principio non poteſt quis effici pro parte legitimus, & pro parte ille-
14 gitimus, † licet poſſit diſpicari, quod licet in totum ſit legitimus, tamen non poſſit ſuccedere niſi in certa quantitate, quando hoc ageretur expreſſe, *vt not. eleganter Paulus de Caſtr. in l. pactum, quod dotali, in fin. Cod. de collat. & in dicta l. qui in poteſtate, ff. de teſtam.*
15 *& in l. ſolet prætor. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* † Septimo pro deciſione huius quæſtionis allego caſum in terminis, *in cap. ex tenore, extra qui filij ſint legitim.* vbi dicitur, quod filius natus ex muliere ignorante patrem habere aliam vxorem reputatur legitimus fauore prolis etiam quantum ad patrem, quia ei ſuccedere poteſt, vt ibi dicitur, ad idem facit optime, *text. in cap. 2. eodem titul. coniuncto capit. cum inhibitio verſicul. pari modo*, ibi, ſi ambo parentes à contrario ſenſu, *extra de clandeſtin. deſponſat.* Octauo, & vltimo probatur hæc ſententia auctoritate; nam hanc opinionem, quod filius ſit legitimus etiam quo ad patrem ſciẽtem, & quo ad ſuccedendum ſibi dummodo mater fuerit ignorans, & è contra tenet *gloſſ. Ioan. 34. quæſt. 1. cap. 2. & gloſſ. Bernardi, in cap. cum inhibitio, extra de clandeſtin. deſponſ. Item tenet Goffredus in ſumma in titulo, qui filij ſint legitimi, circa fin. & Ioan. Andr. & omnes Canoniſtæ, in dicto capit. ex tenore, & in dict. cap. cum inhibitio, & ſic de iure canonico iſtud non*
* *habet dubium. Et idem tenent communiter* * *legiſtæ videlicet primo Iacob. de Arena, in l. qui contra, Cod. de inceſt. nupt. per l. ſi duobus, ff. de liber. cauſ. Idem tenet Bald. in dicta l. qui contra, ſequendo Iacob. de Aret.* dicens hoc eſſe not. dignum, & plus ponit exemplum. Berta accepit in maritum quendam Sacerdotem, qui fingebat ſe laicum, & ipſa mulier hoc credebat, quia erat Sacerdos Anglicus, & mulier erat Peruſina, nati ex hoc matrimonio erunt legitimi, & ſui in poteſtate, quod dicit eſſe mirabile: E contra ponit aliud exemplum, quædam monialis de Francia, venit ad ciuitatem Peruſinam, & quidam ignorans eam monialem, accepit eam in vxorem, & nati ſunt inde filij. Vel Berta habebat alium virum, de quo ignorabatur, & ego ignorans accepi eam de facto, nam filij qui naſcuntur propter ignorantiam, ſunt legitimi, & ſuccedunt parentibus. Si ergo ſuccedunt parentibus, & ſunt ſui, & in poteſtate patris, patre ſciente, *vt dicit Bald.* ergo habemus claram, & apertam eius deciſionem pro hac parte, *& idem tenet etiam Specul. in titulo, de ſucceſſio. ab inteſt. verſicul. ſed numquid ſpurii, quem ſequitur etiam ibi Ioan. Andr. in additionibus. & idem tenet Paulus de Caſtro. in l. qui in poteſtate, in fin. 1. colum. ff. de teſtamentis, qui ſequitur opin. gloſſ. in cap. cum inhibitio, extra de clandeſtin. deſponſ.* quæ vult, quod quis non poſſit eſſe pro parte legitimus, & pro patre illegitimus, & idem tenet Rapha. Fulgoſ. *in l. auunculo, in penultim. colum. ff. de conditio. indebit. vbi ſequitur opin. qua ponitur in dicto capit. ex tenore, & in dicto capitul. cum inhibitio, & idem tenet Andr. de Roſellis in ſuo tractatu legitimationum, in titulo de matrimon. putatiuo.* Et idem tenet etiam ſolemnis Doctor Dominus Ludouicus de Garſis de Ferraria in quodam ſuo eleganti tractatu, *in titulo de legitimatis per reſcriptum, in ſecunda quæſtione, & idem clarius, & apertius tenet in titulo præcedenti de matrimonio putatiuo, vbi ſequitur opinionem gloſſ. in dicta l. qui contra, & in dicto capitul. cum inhibitio*, & dicit, quod verior eſt opinio gloſſ. in dicto capitul. cum inhibitio, M. hoc fauore ipſorum filiorum, *vt dicit dictum capitul. ex tenore*, ibi, in fauorem prolis, quia ipſi in nullo peccarunt, *Cod. de natural. liber. l. legem, & ff. de decurionibus, l. ſpurii in princ.* Subdit tamen, quod in vtilitatem parentis non putat eos legitimos reputari ne ex ſuo dolo lucrentur. Et iſtam partem teneo eſſe de iure veriorem, & ſequendam eſſe, tam
16 de iure ciuili; quam de iure canonico; † tum quia fundatur melior, & pluribus rationibus, *vt dicit alibi gloſſ. notabilis, in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebellian. & notat. capitul. Capellanus*, ibi poſterior ſententia meliori, & ſubtiliori ratione nititur, *extra de feriis*, tum etiam quia plurium tam legiſtarum, quam Canoniſtarum auctoritate comprobatur, *iuxta notat. in capitulo primo, & in capitul. ne innitaris extra de conſtitut. & in l. fin. Cod. de pœna Iudic. qui male iudic. cum ſimilibus.* Nec obſtant rationes, & iu-
17 ra in contrarium deducta. † Et primo non obſtat, *l. Paulus aliter incipit eum qui, & l. vulgo. ff. de ſtatu homin.* quia illa iura non probant illud, ad quod allegantur, nam l. Paulus loquitur, quando filius contrahit matrimonium patre ignorante, quo caſu filius natus ex filio non eſt iuſtus filius, & eſt ratio, quia lex percipit, quod filius cum conſenſu patris matrimonium contrahat, *vt ibi, & l. ſi vt propoſuis, Cod. de nuptiis, & Inſtitut. eodem titul. in princip.* Si ergo eo ignorante contractum fuit ſine conſen-
18 ſu, † quia qui ignorat vel neſcit non videtur conſentire.

tire, l. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omn. Iudic. coniun-
cta l. mater, ff. de inoffic. teſtament. Imo ille text. pro-
bat, quod ignorãtia patris eſt quæ cauſatur illegiti-
mitatem nepotis; in caſu, vero noſtro ignorantia
excuſat, vnde ſunt caſus diuerſi, & propterea de v-
no ad alium non fit bona illatio, *l. Papinianus exuli.*
19 *ff. de minor. & l. fin. ff. de calum. cum ſimilibus.* † *Lex au-*
tem, vulgo. ff. de ſtatu homin. ſimiliter non facit, quia
loquitur in vulgo quæſito, qui poteſt patrem mon-
ſtrare vel non poteſt, quia dicitur ſpurius, ibi enim
non tractatur, an filius dicatur legitimus, vel non
propter ſcientiam vel ignorantiam delinquentis;
quia ibi, vtroque nomine ille, qui fuit pater, deli-
quit, licet in vno caſu intelligatur quis fuerit pa-
ter, alio non; & ſic ibi ignorantia non excuſat de-
linquentem; at in caſu tractatur de illa ignorantia,
quæ eſt in altero de coniugibus, & eam excuſat,
quia credebat vere matrimonium contrahere, vel
20 contraxiſſe, ſicut in caſu noſtro. † Nec obſtat au-
ctoritas Hugon. & Laurent. quia expreſſe reprob-
tur, *per gloſſ. Ioan. 34. quæſt. 1. cap. 2.* quæ dicit, quod o-
pinio Hugon. & Laurent. eſt falſa, & eam reprobat
etiam gloſſ. *in dicto cap. cum inhibitio, & communiter*
* * *Canoniſtæ ibi, & in cap. ex tenore, extra qui filij ſint le-*
gitimi. Nec obſtat gloſſ. *in clem. 1. in ver. ſcienter de con-*
ſanguin. & affinit. quia illa loquitur quoad puniien-
dum delinquentem, quia ſolus ſciens punitur non
ignorans: nos vero loquimur de faciendo illegiti-
mum filium, qui non deliquit. Si enim tractare-
mus de puniendo parentes, ſtandum eſſet illi gloſſ.
& ita ſupra dixi. Et eodem modo reſpondetur ad
gloſſ. *in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fratres, & quod ibi*
not. Bart. ff. de adulter. & ad l. ſancimus, Cod. de pœnis cum
ſimilibus. Nec obſtat ſecundum fundamentum in
contrarium adductum, videlicet, quod licet de iu-
re canonico quis non poſſit eſſe pro parte legiti-
mus, & pro parte illegitimus, & quod filius ſucce-
dat patri ſcienti ſi mater fuit ignorans, *per cap. ex te-*
nore cum ſimilibus, qui fil. ſint legit. tamen hoc videtur
procedere in foro canonico, vel in terris Eccleſiæ,
vel quo ad ordines, &c. Quia ad hoc reſpondetur
tripliciter. Primo quia illæ rationes, quæ ſunt pro
iure canonico, militent etiam in foro ciuili; *vt ſupra*
demonſtraui; ergo etiam in foro ciuili ſtandum eſt,
per not. in cap. per venerabilem, & in cap. tanta extra qui
21 *fil. ſint legit.* † Secundo modo reſpondetur, quod
indiſtincte, ſit ſtandum iuri canonico etiam in ter-
ris Imperij, & quo ad ſucceſſiones, licet Cyn. Rayn.
& Salic. tenuerunt contrarium, *in dict. l. qui contra, C.*
de inceſt. nupt. quod probatur ratione, vbicunque ſi-
mus in caſu in quo non eſt facta prouiſio per ius ci-
uile, & ſunt opiones de iure ciuili: ſpectat deciſio ad
Papã, & ſi reperitur apud Canoniſtas eſſe caſus de-
ciſus per Papam, illi deciſioni ſtandum eſt in omni-
bus etiam in ſorro ſeculari, & in terris Imperij, *vt eſt*
caſus in c. per venerabilem, in §. is vero ibi, cũ aliquid fue-
rit difficile, ambiguum eſt iudicium ſedis Apoſtoli-
cæ recurrendum, &c. *extra qui filij ſint legit. & ibi hoc*
not. Doct. ſed de iure ciuili iſte caſus non inuenitur
nec reperitur deciſus, *vt not. gl. in l. qui contra. C. de in-*
ceſt. nupt. quæ dicit, Item quid erit de filiis ipſorum?
Reſpondeo non eſt cautum lege. De iure autem
Canonico hoc eſt deciſum in terminis, *in c. ex teno-*
nore, & in cap. 2. qui filij ſint legitimi, & in cap. fin. de clan-
deſtin. deſponſat. vt dixi ſupra in 7. argumento. Ergo de-
ciſioni iuris canonici ſtandum erit indiſtincte, & i-
22 ſta eſt ratio inconuincibilis. † Tertio modo po-
teſt reſponderi; quando ius canonicum, ad quod
ſpectat ius matrimonij, *vt habetur in clemen. diſpen-*
dioſam de iudiciis cum ſimilibus, diſponit ſuper fœde-
re matrimonij, & ſuper eius radice, ſtandum eſt il-
li iuri etiam in foro ciuili, & temporali quoad ſuc-
ceſſiones, quæ veniunt in conſequentiam, *vt notant*
Canoniſtæ, in cap. tanta, extra qui filij ſint legitimi. & not.
Petr. de Anchar. in repetitione, cap. canonum ſtatuta, in 29.
colum. extra de conſtitutio. ſed in caſu noſtro ius cano-
nicum diſponit ſuper fœdere matrimonij, & eius
radice; declarando matrimonium eſſe putatiuum,
quod filij ſint legitimi, & quod patri etiam ſcienti
ſuccedere poſſint, ergo illi ſtandum eſt indiſtincte;
Et iſtam opinionem, quod ſit ſtandum iuri cano-
nico etiam in foro ciuili, tenet Bald. *in l. & ſi contra,*
C. de nupt. & Petr. de Anchar. in dicto cap. canonum ſtatu-
ta, in 29. colum. vbi in terminis quæſtionis noſtræ i-
dem tenet ſequendo opinionem Bald. & idem te-
net Bald. *in l. qui contra, C. de incert. nupt.* & hoc eſt te-
24 nendum per prædicta. † Nec obſtat etiam ter-
tium fundamentum principale in contrarium ad-
ductum, dum dixi, quod etiam de iure canonico, ſi
ei ſtandum eſt, tria requiruntur, quæ in caſu non
dicuntur interueniſſe. Primum, quod mater igno-
rauerit impedimentum, & dicitur, quod dicta Mar-
garita ſciuit; quia Galuanus in quodam conuiuio ſi-
bi hoc dixit, quia illi teſtes ſunt ſingulares ſi bene
conſiderentur, ideo non probant, *cap. bona memoria*
Maguntina de electione, & c. licet cauſam de probat. cum ſi-
25 *milib.* † Et ideo cum talis ſcientia ſit facti, iſte, qui
vult dicere iſtum filiũ eſſe illegitimum, debet pro-
bare ſcientiam, vt not. Bald. *in d. l. qui contra in vlt. col.*
verſ. extra hoc pone, & maxime cum Margarita ſit de
ciuitate Paduæ, & Galuanus habuerit vxorem in di-
ſtrictu Bergomenſi, & valde remota à ciuitate Pa-
duæ; iuxta not. per eundem Bal. *in d. l. qui contra in ver.*
26 *præcedenti.* † Et ideo cum illa probatio nõ fuerit le-
gitima habetur pro non facta, *l. 4. §. condemnatum, ff.*
de re iud. & l. quoties, ff. qui ſatiſd. coga. cum ſim. Item et-
iam ſi probarent illi teſtes ſufficienter; tamen hoc
non ſufficeret; quia talis ſcientia requiritur ante-
quã naſceretur d. Petrus eius filius; quia ſi fuiſſet Pe-
trus antea natus ſcientia ſuperueniens non noceret
ipſi filio iam ante legitimo. Sufficit enim, quod na-
tus fuerit eo tempore, quo per matrem reputare-
tur legitimum matrimonium; *vt probatur in d. c. ex te-*
nore ibi, & dum ipſa coniux legitima ipſius putare-
tur, dictum R. ſuſceperit ex eadem, &c. Sed quod
iſta ſcientia fuerit in matre, antequam naſceretur
dictus Petrus, non fuerit aliquo modo probatum;
quia teſtes non deponunt quo tempore dicta ſigni-
ficatio facta fuit dictæ Margaritæ per Galuanum
in vno conuiuio; & ſic potuit eſſe poſt natiuitatem
Petri, & ante, ergo illa probatio non concludit,
27 † quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contin-
git, *l. non hoc, C. vnde cognati; & l. neque naturales, C. de*
prob. cum ſimilibus. Cum itaque dicta ſcientia matris

de vxore Galuani ſit fundamentum intentionis a-
gentium, ad ipſos ſpectat onus probandi eam, vt
not. eleganter Bart. *in l. in illa ſtipulator ſi regulariter, &*
in l. hoc iure ff. de verb. oblig. & oon ſit ſufficieoter pro-
bata debent ſuecumbere, quia actore oon proban-
28 te, &c. *l. qui accuſare, C. de edendo, cum ſimilibus.* † Se-
cundum quod dicitur eſſe neceſſarium, vt filius ſit
legitimus, etiã de iure canonico dicitur eſſe, qood
ſit impedimentum conſanguinitatis, *vt probatur in c.*
cum inhibitio, extra de cland. deſpon. non eſt verum, i-
mo Docto. dicunt idem eſſe in alio impedimeoto,
puta quia alter ex parentibus eſſet coniugatus, *&*
probatur in d. cap. ex tenore, & licet capitulum cum
inhibitio, loquatur ſolum de impedimẽto conſan-
guinitatis vel affinitatis, tamẽ habet locum in quo-
cunque alio impedimento ſecundum Hoſt. *in dicto*
cap. ex tenore, quia eſt eadem ratio fauorabilis. & di-
cit Hoſt. quod quamuis illud *c. cum inhibitio*, ſit odio-
ſum & pœnale, tamen fauorabile eſt, quia fauore
animarum inductum, & ideo noo debet reſtringi,
ſed dilatari, vt euitentur pericula, & puniantur pa-
* rentes mandatum Eccleſiæ contemnentes: *& ita*
29 *etiam tenet Io. An. ibi & communiter* * *Doct.* † Ter-
tium quod dicitur qood requiritur, vt in facie Ec-
cleſiæ fuerit contractum matrimonium, quod in
caſu noſtro non videtur fuiſſe probatum, ergo Pe-
trus non fuit legitimus, *dicto c. ex tenore.* Ad hoc re-
ſpooderi poteſt, quod licet non fuerit probatum de
contractu matrimonii celebrati à prin. nec de de-
ſponſatione, tamen, quia probatum eſt quod Gal-
uanus tenuit ipſam pro vxore per quadraginta an-
nos, vel circa, & ipſa tenuit eum pro marito, & ita
publice tenebatur, & portabat annulum tanquam
vxor, & ſtabat cum eo in menſa, & thoro, & in o-
mnibus aliis, ſicut faciunt vxores cũ viris, iſtud ſuffi-
d cit, *d* licet non probatur de principio matrimonii,
& de deſpunſatione, vt ſingulariter Innoc. *in c. illud,*
extra de præſump. qui addunt etiam ſimile de matri-
monio ſpirituali, vt ſi aliquis diu ſteterit in Eccleſia, vt
Clericus, vel Rector, & probat per famam viciniæ
ita eſſe, ſufficit, & item tenent ibi Doctor. commu-
* niter * & idem etiam tenet Bal. ſequendo Innoc.
in l. fine poſſidetis, C. de prob. facit l. ſi filius, & quod ibi not.
C. de pet. hæred. & l. qui in aliena. §. ſed ſi non adierit. ff. de
acqui. hæred. cum ibi not. Et ideo etiam ſi per decem vel
viginti annos habebatur, & tenebatur Margarita à
Galuano pro vxore, & ita publice, & communiter
habita eſt, ſufficit ad præſumẽdum, & probandum
ipſum fuiſſe in facie Eccleſiæ deſponſatam, per prę-
dicta. Vnde ex prædictis tribus concludo circa pri-
mum dubium, quod dictus Petrus filius fuerit legi-
timus filius Galuani, & potuiſſet ei ſuccedere, &
eodem modo alter Petrus filius dicti Petri natus ex
legitimo matrimonio potuit inſtitui à Galuano auo
ſuo, tum quia ex perſona propria nullum erat viti-
um, quia natus ex vero & legitimo matrimonio,
tum etiam ex perſona patris, qui fuit legitimus filius
Galuani natus ex matrimonio putatiuo ignorante
30 matre ſua. † Circa ſecundum dubium principale;
An priuilegium legitimationis factum, vt ſupra
abſque mentione, & citatione ipſorum legitimo-
rum, & agnatorum viuente patre, & petente, ſinę
cauſæ cognitione valeat. Si recte inſpiciantur ver-
ba priuilegii Comitis legitimantis, & inſtrumen-
tum legitimationis iſtud dubium erit clarum. Nam
in hoc dubio tria poſſunt conſiderari, Primum eſt,
An in huiuſmodi legitimatione requiratur, vt ali-
qua cauſæ cognitio interueniat, & in hoc breuiter
31 teneo, quod non, † quia legitimatio dicitur eſſe
actus voluntarię iuriſdictionis, quia fit inter volen-
tes, *vt in auth. quibus mod. natura. effic. ſui. §. generaliter,*
& l. fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & ita not. Iac. de
Bel. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui, in §. filiũ, in fin. 2. col.
& idem tenet Card. Zab. in c. per venerabilem, extra qui
* *filij ſint legitimi*, qui dicit, quod eſt communis * opi-
nio, vt ſit voluntariæ iuriſdictionis, *& hoc ſequitur*
Iac. de Zochis in d. cap. per venerabilem, §. 1. in 66. col. Et
hoc eſt verum quando legitimatio fit viuente pa-
tre, & conſentiente, ſicut fuit in caſu noſtro, quia
tunc poteſt fieri etiam inuitis venientibus ab inte-
ſtato, & hoc etiam tenet Bald. *in prima rubr. Codicis*
in pen. col. & Iac. de Zochis in d. cap. per venerabilem, §. in
81. col. Et ideo non requiritur aliqua cauſæ cognitio,
ex quo fit ioter volentes, & conſentientes tantum,
ſcilicet inter patrem, & filium, *arg. l. 2. cum ibi not. ff. de*
offic. procouſ. & leg. & l. 2. ff. de offic. præſid. & maxime cũ
non requiratur, vt agnati vel venientes ab inteſtato
citentur, vt ſtatim dicam, ergo cauſæ cognitio non
requiritur maxime cum oullus poſſit lædi, *l. in cauſa,*
§. cauſa cognita, ff. de mino. cum ſimilibus. Nec obſtat ſi
tu dicis: Imo præiudicatur venientibus ab inte-
ſtato, quia hoc non eſt verum, quia nondum habe-
bant aliquod ius tempore legitimationis, *vt not. Bar.*
32 *in l. poſt emancipationem, ff. de liber. cau. leg.* † nam cum
pater poſſit booa ſua proiicere in mare, *vt not. in l. 1.*
C. de inoffic. donat. multo magis poteſt per actum ciui-
lem, & permiſſum eſt, *& ita tenet Bald. in prima rubr.*
Codicis in pen. col. facit, quod not. Barto. & Doct. in l. Gal-
33 *lus, §. & quod ſi tantum, ff. de liber. & poſthu.* † Secun-
dum eſt, quod conſiderari debet in hac legitimati-
e one, An fuerit neceſſaria citatio agnatorum *e* ſeu
filiorum Galuani, Et licet videatur prima facie di-
ceodum, quod ſic, *per l. fin. ff. de natalib. reſtituend.* ta-
men illud procedit, quando fit legitimatio mortuo
patre, ſed cũ in caſu noſtro dicta legitimatio facta
fuit patre viuente, & volente, & petente, dicen-
dum eſt, quod alii non ſunt citandi, ex quo princi-
paliter legitimatio tangit patrem, qui poteſt diſpo-
nere de bonis ſuis, ſicut vult, *vt dixi, vt per Barto. in*
l. cum adopt. ff. de adoptio. & ita tenet Bartol. in l. Gallus, §.
& quid ſi tantum in vlt. col. ff. de liber. & poſthum. quem
ſequuntur ibi Docto. & idem tenet Benedictus de
Plumbino ſequendo Bartol. *in l. diuus, ff. de iure annu-*
lorum aureorum, & idemmet Bald. in l. nam ita diuus. ff.
de adopt. & in prima rubr. Codicis in princip. col. & idem
tenet Auge. in auth. quibus modis natura. effici. ſui, §. ſi quis
igitur fuerit in fin. & ita tenent Canoniſtæ in dicto cap. per
venerabilem, extra qui filij ſint legit. & idem ſentit Feder.
de Senis in conſ. ſuo 54. in princ. etiam ſi eſſent filii legitimi
34 *eius aui patris.* † Tertium eſt, quod debet conſide-
rari in hac legitimatione facere mentionem Comi-
tis, de exiſtentia filiorum legitimorum, & naturali-
um ipſius patris legitimantis. Iſta quæſtio ponitur
per Iaco. de Zochis, *in c. per venerabilem, §. 1. in 14. col. in*
princip.

princip. extra qui filij ſint legitimi, & dicit, quod licet non requiratur citatio filiorum, patre impetrante legitimationem pro filio, debet tamen in impetratione legitimationis fieri mentio de confratribus legitimis, non tamen de aliis venientibus ab inteſtato, quia potuit illos priuare bonis ſuis, & hoc dicit etiam tenere D. M. de Roſellis *in ſuo tractatu legitimationum, & illud tenet in ſecundo lib. de cau. formali in verſ. ſecundo requiritur, allegat tex. §. ſi quis igitur non habens in auth. quibus mod. natura. efficiat. legit.* & aſſignat rationem, quia cauſa principis eſt magis induſtria ad legitimandum, quando non habet filios, quam quando habet, & forte ſi ſciret patrem habere filios legitimos, & naturales non legitimaret, &c. Ideo cum in caſu noſtro non fecerit Galuanus mentionem de filiis legitimis, & naturalibus, videtur, quod illa legitimatio fuerit ſubreptitia, & ſic non valeat. Ego tamen hoc non obſtante teneo, quod legitimatio valuerit: pro cuius intelligentia præmitto, quod Impetator in priuilegio conceſſo Comiti appoſuit clauſulam generalem non obſtante, *vt toto tit. 5. quib. mod. natura. effic. legit. & tit. quib. mod. natura. effician. ſui*, & ſpecialem videlicet non obſtante, §. *ſi quis ergo filios*, &c. vbi habetur, quod debet fieri mentio de filiis patris, & apponitur circa principium priuilegii, alia clauſula ſpecialis, videlicet vt poſſit legitimare, etiamſi pater haberet deſcendentes, Et ideo videtur velle, quod ſufficiat legitimare etiam ſi pater habet filios legitimos, & naturales, etiamſi de eis non fuerit facta
35 mentio. † & hoc princeps facere, & concedere potuit *iuxta not. in l. quoties, & in l. reſcripta, C. de precibus Imp. offe. & in l. fin. C. de diuerſis reſcript.* & hoc ſufficeret pro deciſione noſtra. Sed vlterius dico, quod etiam vbi fuiſſet opus facere mentionem, tamen ſatis eſſet in caſu noſtro, ex quo Comes dixit in legitimatione: Non obſtantibus legibus quæ dicunt, quod venientes ab inteſtato ad hæreditatem aſcendentium, & deſcendentium agnatorum, & cognatorum ipſius debeant ad hanc legitimationem citari vel requiri, &c. per quam clauſulam apparet, quod intentio Comitis fuit derogare etiam venientibus ab inteſtato in caſu, quo fuiſſet, & ſic non poteſt dici legitimatio ſubreptitia, ex eo, quod forte ſi ſciuiſſet de filiis legitimis, & naturalibus, non legitimaſſet, quia per illa verba apparet manifeſte, quod intentio ſua fuit ipſum Petrum legitimare, etiamſi extarent alii venientes ab inteſtato quia ex quo facit mentionem de qualitate, & forma citationis, & requiſitionis derogatiuè, videtur præſupponere eius ſubſtantiá, & ſic ipſos filios vel agnatos,
36 † quia qualitas vel forma non poteſt eſſe ſine ſubſtantia, *l. eius qui in prouincia circa finem. ff. ſi cert. pet. & ibi not.* Nec obſtat ſi dicatur, quod Comes non habuerit poteſtatem vtendi clauſula non obſtante, derogando iuri communi, *vt eſt glo. ſingularis in ca. fin. de hæreticis lib. 6. & no. Io. de Imola, & Doct. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. cum ſim.* Quia fateor verum eſſe, quod vti non potuit ex ſe illa poteſtate, nec erat opus reſpectu derogationis, ex quo per Impetatorem in ſuo priuilegio fuerat derogatum, vt dixi, tamen illis verbis derogatoriis videtur fuiſſe vſus, ex eo, quod Imperator iam derogauerat, & ſic potius illa verba ſunt declaratoria derogationis, quá inductoria derogationis: Et caſu quo nullo modo valerent illa verba derogatoria, tamé negari non poteſt, quod ex illis verbis quantumcunque nullus reſpectu derogationis inducendæ, quæ non fuit neceſſaria, vt dixi, non fuerit declarata voluntas Comitis, quod habuerit intentionem animo legitimandi Petrum, et-
37 iam exiſtentibus aliis filiis vel cognatis, *vt dixi.* † Nec eſt mirandum, quod ex verbis nulliter prolatis declaretur voluntas proferentis illa verba, quia iſtud vult Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, in 2. col. in prin. ff. de verb. oblig.* vbi dicit, quod confeſſio appoſita in contractu inutili probat, *l. iubemus, C. de ſacr. eccl. cũ ſimil. & idem vult Bart. in l. decem, in fi. ff. de verb. oblig. & probatur per gl. & ibi hoc vult Raph. & ita etiam dixi in l. qui bis idem, ff. de ver. ob. & in l. ſcire debemus, §. ſi. c. tamen, & hoc etiam melius probatur in l. fin. ff. de reb. eor. & ibi Bart.* hoc vult quaſi in terminis, qui dicit per illum
38 text. † quod per teſtamentum quantumcunque initum probatur voluntas teſtatoris, vt ibi, *& l. qui à patre. ff. de confir. tutor.* Vnde ex prædictis concludo, quod dicta legitimatio valuit de iure, non obſtantibus ſupra ſcriptis in contrarium allegatis. Hæc tamen legitimatio non eſt neceſſaria in propoſito noſtro, ex quo ipſe Petrus filius fuit legitimus filius, & habilis ſine alia legitimatione hominis ad ſuccedendum patri, vt dixi in primo dubio principali. Circa tertium, & vltimum dubium: An ſaltem relicta matri valeant, nó aliter in præſenti declarare conſtitui, quia non expedit, ex quo Petrus nepos tam ex perſona ſua tantum, quam etiam ex perſona patris ſit habilis ad ſuccedendum auo ſuo, vt patet ex primis duobus dubiis præcedentibus.

Annotationes.

a Sed his non obſtantibus] *Idem reſponderunt Benedict. Capra in conſ. 116. per totum, Dec. conſ. 153. nu. 1. & ſeq. Ruin. in conſ. 51. n. 16. & 17. lib. 5. Iaſ. in conſ. 156. & conſ. 168. vol. 4. Curt. iun. in conſ. 27. num. 6. & conſ. 64. per totum, Soc. iun. in conſ. 29. nu. 33. 34. & ſeq. & conſ. 63. per totum vol. 3. Bero. conſ. 166. nu. 2. 6. & 9. vol. 2. Didacus Couarr. in epitom. de ſponſal. in 2. part. c. 8. § 1. n. 2. & ſeq. fuſè. Antonius Gabriel. commun. concluſio. lib. 5. in tit. de legitimat. concluſ. 4. per totam, & Burſat. in conſ. 98. num. 18. & 19. vol. 1.*

b Quo ad vnum actum] *Tradit plene Aret. in l. placet, ff. de acquir. hæred. Soc. ſen. in l. 1. §. in filiis in 3. not. nu. 3. ff. ad Trebel. Crauc. in conſ. 273. num. 13. & Aſcanius de clement. in tractat. de patria poteſtat. c. vlt. nu. 98. & 99.*

c Poſſint diſpenſari] *Corn. in conſ. 9. nume. 5. vol. 4. Gozad. conſ. 92. num. 5. Ruin. conſ. 79. num. 10. vol. 3. & alii, quos ampliſſime congerit Antonius Gabriel. commun. concluſio. lib. 5. in tit. de legitimat. concluſ. 8. per totam, & Burſat. in conſ. 1. nu. 26. vol. 1. Menoch. in conſ. 306. nu. 23. & 25. & conſ. 390. nu. 53. vol. 4.*

d Iſtud ſufficit] *Idem Abb. Butr. Imol. & Felin. in cap. illud, de præſumpt. Bal. inter conſil. matrimonialia, conſ. 3. nu. 21. & inter eadem Iacob. Leon. conſ. 50. num. 1. & 4. & latiſſime Burſat. in conſ. 98. num 8. vol. 1. & licet in contrarium inclinent Alciat. in tractat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 5. Pariſ. in conſ. 59. num. 4. vol. 4. & Grammat.*

mat.conſ.26.n.6.in ciuil.attamen concurrente decennij, vel maioris temporis interuallo, prout loquitur etiam D. Auctor noſter, priorem ſententiam abſq; dubio veriorem eſſe, omnes præcitati conſentiunt, vt præter illos Alex. in conſ.150.col.4.verſ.conſtat autem, lib. 5. & cæteri, quos amplè cumulat Tiraquell. in tractat. de præſcriptionib. §.1.gl.4.verſ.ſexto.

e Citatio agnatorum] *Idem Alex. in conſ.2.num.15.vol.1. & alij, quos adducit Antonius Gabriel.commun. concluſ. lib.2. in tit. de citationibus, concluſ.1. num.130.& ſeq.Burſat.in conſ.10.num.5.vol.1. communem dicit Bereta in conſ.29.num.14.& conſ.31.num.1. & declarant Decian. in conſ.88. num. 33. & ſeq. vol.2. & Burſat.in conſil 390.num.40.vol.4.*

f De exiſtentia filiorum legitimorum] *De hac concluſione videatur amplè Antonius Gabriel. commun. concluſ.lib.6. in tit. de legitimat. concluſ.7. & Hieronymus Gabriel.in conſ.23.num.8.& 9.vol.2.*

CONSIL. LI.

ARGVMENTVM.

Quæ requitantur ad ptobandam pretii modicitatem, & pactum de rettouendendo.

Item, pluta de ſimulatione contractus, & quæ præſumptiones ad illam inducendam ſufficiant.

Et de intellectu ad text. in cap. ad noſtram, extra de empt. & vendit. & cap. illo vos, extra de pignot.

SVMMARIA.

1 *Ex tractatu mutui venditionem præcedente maxima ſimulationis contractus ſuſpicio oritur.*

2 *Teſtes, quibus pars nolle vti dixit, non probant.*

A ſententia, à qua non eſt appellatum, recedi non poteſt.

3 *Cultura prædia meliorantur.*

4 *Quod naturali ratione manifeſtum eſt, alia probatione non indiget.*

5 *Teſtis conſanguineus vel affinis eſt ſuſpectus, maximè ſi conſanguinitatem vel affinitatem celauerit.*

6 *Teſtibus in inſtrumento deſcriptis potius, quàm alijs ſtandum eſt, & num.49.*

7 *Teſtis ſingularis non probat.*

Idem, ſi ſit alijs contrarius.

8 *Præſens & cohærens alicui in dubio, intellexiſſe præſumitur.*

9 *Teſtes deponentes per eundem præmeditatumq; ſermonem non probant.*

Præſumptiones plures falſitatis in teſtibus.

10 *Semel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.*

11 *Quæ ſenſui naturali non conueniunt, credenda non ſunt.*

12 *Primo dicto teſtis cum iuramento ſtandum eſt.*

13 *Enormitas pretij, contractum eſſe ſimulatum, præſumi facit.*

Enormitas pretij quomodo probetur.

14 *Confeſſioni alicuius contra ſe ſtandum eſt.*

15 *Producens ſcripturam in iudicio omnia in eo contenta vera eſſe fateri videtur.*

16 *Enormitas pretij quæ dicatur, & num.42.*

17 *Pluralitas non præſumitur, & num.44.*

18 *Scriptum ſeu chirographum etiam manu alterius cum teſtium ſubſcriptione, qui eam recognoſcant, probat.*

19 *Actus licet ex aliquibus præſumptionibus illicitus iudicari poſsit; attamen ſi à bono viro factus ſit, omnes ſuſpiciones tolluntur, & præſumptio contraria oritur, & num.52.*

20 *Inſtrumento in dubio ſtandum eſt, & pro eo præſumitur, & num.48.& 69.*

21 *Præſumptio præſumptionem tollit, & num.53.& 79.*

Contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per partis confeſſionem.

22 *Sententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, per partis confeſſionem tollitur.*

23 *Teſtibus pluribus ſtandum eſt, etiamſi omnes pro vera tantum parte eſſent examinati.*

24 *Contraria allegans non eſt audiendus.*

25 *Addere non eſt impugnare.*

26 *Contrarietas quò ad diuerſos effectus allegari poteſt.*

27 *Allegans turpitudinem ſuam audiri non debet, ſecus ſi per viam exceptionis allegetur, vel per doli replicationem tollatur, & num. 29.*

28 *Pro alienationibus rerum emphyteuticarum de iure niſi quinquageſima debetur, & conſuetudo contraria reprobatur.*

30 *Doli vel fraudis exceptio doli replicatione tollitur, quando excipiens tractat de lucro captando, & replicans de damno euitando.*

31 *Verba enuntiatiua non probant.*

Confeſſus in alio iudicio poteſt negare, quod prius confeſſus fuerat.

32 *Electio æſtimatorum parte citata fieri debet, aliàs ipſorum relatio non probat.*

Item, partis pariter citatio & præſentia requiritur, quando æſtimatoribus iuramentum defertur.

33 *Æſtimatio rei venditæ ad effectum reciſionis contractus ob læſionem, debet referri ad tempus venditionis, & num.38.*

Æſtimatores non poſſunt æſtimare rei valorem de præterito.

34 *Ratio teſtis, ſe ſcire rem tantum valere, quia eſt vicinus, & habet rem notam, an ſit bona.*

35 *Teſtis rem æſtimans, debet ſe referre ad communem æſtimationem, aliàs non probat æſtimationem, & num.37.*

36 *Teſtis ignorans conditionem, qualitatem, & quantitatem rei ſeu poſſeſſionis, eam æſtimare non poteſt, etſi de æſtimatione deponat, non probat.*

39 *Teſtes de alieno auditu non probant.*

40 *Teſtis in cauſa principali ſuper vno capitulo examinatus, non debet poſtea in cauſa appellationis ſuper eodem examinari.*

41 *Teſtes quando de rei valore ſeu æſtimatione deponunt, & ſunt varij, quibus credendum ſit.*

43 *Pactum de retrouendendo contractus ſimulationis præſumptionem inducit.*

Secus ſi eſſet appoſitum ex interuallo poſt venditionem,

quia

gula tunc præſumptionem ſimulationis non inducit, & num 65.

45 *In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.*

46 *Teſtis vtens verbis inſolitis, eſt ſuſpectus.*

47 *Res quælibet in dubio libera eſſe præſumitur.*

49 *Teſtibus dignioribus & deponentibus id, quod magis rationi conſonat, potius quàm alijs credendum eſt.*

Quando notarius & teſtes in inſtrumento deſcripti pro eo deponunt, & alij non deſcripti contradicunt, inſtrumento ſtandum eſt.

50 *Mediator an ſit idoneus teſtis.*

Teſtis aliàs inhabilis pro vtraq; parte examinatus approbatus cenſetur, & probat.

51 *Verbum, velle, liberam voluntatem ſignificat.*

54 *Præſumptio ſimulationis contractus oritur, quando contrahens eſt ſolitus ſimiles contractus celebrare.*

55 *Pacta inſolita in contractu appoſita ſimulationis præſumptionem inducunt.*

56 *Qui ponit poſitiones vel capitula, videtur affirmare, prout in poſitionibus vel capitulis continetur.*

57 *Ex ſolo tractatu mutui contractum præcedente, an contractus ſimulatus eſſe præſumatur.*

Contractus in dubio celebratus fuiſſe intelligitur ſecundum tractatum præcedentem.

58 *Multa tractantur, quæ ad effectum non perducuntur.*

59 *Enormitas pretij ſola an ſufficiat ad præſumendum contractum ſimulatum vel pignoratitium.*

60 *Contractus an & quando potius venditionis vel pignoratitius in dubio dijudicetur.*

61 *Intellectus ad text. in c. ad noſtram, de empt. & vendit. & num. 70. 72. & 80.*

62 *Ex ſeparatis non fit bona illatio.*

63 *Enormitas pretij, & pactum de retrouendendo, an ſufficiant ad inducendum præſumptionem ſimulationis contractus, an verè requiratur etiam, quod emptor ſit ſolitus fœnerari, & num. 68. & 74.*

64 *A communi opinione in conſulendo & iudicando non eſt recedendum.*

66 *Pactum legis commiſſoriæ pignori ada[illegible]um, poſt illud ex interuallo ſuſtinetur.*

67 *Renuntiatio non numeratæ pecuniæ ſi fuit in continenti, non valet, ſecus ſi ex interuallo.*

Idem de renuntiatione Velleiani.

71 *Quæ non probant ſingula, multa iuuant.*

73 *Intellectus ad text. in c. illo vos, extra de pignoribus, & num. 80.*

75 *Dictio, maximè, quandoq; abundat.*

76 *In dubio in meliorem partem inclinari debet.*

77 *Contrahentes in dubio ita videntur velle contrahere, vt contractus valeat.*

78 *Nemo præſumitur, ſe in continenti velle corrigere.*

81 *Mutuum an & quando præſumatur, vel non.*

NON admireturis, qui in hac cauſa iudicaturus eſt, ſi fortaſſe longior ſibi viſus fuerim, præſertim, cùm in aliis meis conſiliis non multitudine argumentorum, nec longa oratione vti conſueuerim; ſicut nonnulli, vt multa dixiſſe videantur, facere conſueuerunt: quoniam multitudo & varietas teſtium id poſtulat & requirit, ac etiam ipſius cauſæ magnitudo ad id me impellit, & neceſſario cogit. Agitur etenim non ſolùm de non mediocri pecuniario damno, ſed etiam, quod magis faciendum eſt, de viri optimi fama, & æſtimatione ab impiis linguis tuenda & conſeruanda. Scriptum eſt enim: Plus valet bonum nomen, quàm diuitiæ multæ. Conabor tamen, quantum in me erit breuius dicere, quàm tanta res dici poſſet. Et quia rei geſtæ ordo ſatis clarè ex proceſſu apparet, nec ea in re vlla eſt inter partes controuerſia: facti narrationem omittam, & ſolùm in primis tres tantum quæſtiones eliciam; quibus examinatis, totius rei veritas, & partis conuentæ iuſtitia euidenter ac apertiſſimè conſtabit. Prima igitur, & principalis quæſtio erit, an ex parte actorum aliquæ præſumptiones ſimulationis ſint probatæ. Secunda, ſi ex parte rei ſint probatæ præſumptiones, ex quibus contractus venditionis, de quo agitur, præſumi ac iudicari debeat verus contractus venditionis. Tertia, nunquid illæ aſſertæ præſumptiones ſimulationis ex parte actorum deductæ, ſint ſufficientes ad præſumendum & iudicandum illum contractum venditionis fuiſſe ſimulatum & pignoratitium, maximè ſtantibus præſumptionibus deductis pro parte conuenta.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Circa primam quæſtionem, an ſint probatæ aliquæ præſumptiones ſimulationis. Et dicitur pro parte actorum, quod ſunt probatæ plures præſumptiones. Prima eſt tractatus mutui: dicitur enim pro parte actorum, quod ante contractum venditionis fuit habitus ſermo de mutuo, videlicet, quod Ioannes Dominicus emptor in domo ſua obtulit, venditoribus velle mutuare centum & decem ducatos, & quod fieret ſibi inſtrumentum venditionis, vt ſex teſtes examinati in cauſa appellationis deponere videntur, videlicet primus teſtis actorum, qui vocatur Ioannes Thomaſii de Gongotto. Secundus, Matthæus de Marola, quæ eſt villa. Quintus, Matthæus q. Bartholomæi. Sextus, Ioannes Fanzulo de Caſtro-Francho. Octauus, Iacobus de Teſino, habitator Collalti. Eſt etiam alius ſeptimus Matthiatius de Vatarino, qui idem deponit, ſed non de eodem loco, ſed dicit, in monaſterium monialium prædicti venditores conuenerunt cum Ioanne Dominico emptore, vt ipſe mutuaret ducatos centum & decem dictis fratribus; & ipſi fratres fecerunt inſtrumen-
1 tum puræ venditionis, † & ex hoc tractatu mutui præcedente venditionem videtur argui magna ſuſpicio ſimulationis contractus, *vt probatur in l. emptione, ſecundum intellectum Odofredi, quem ſequitur ibi Bald. C. plus valere quod agitur, & ſequitur etiam Ioan. de Imol. in c. ad noſtram, & ibi Doct. extra de empt. & vendit.* & dixi plenè in tractatu meo ſimulationis in prima præſumptione. Sed certè, ſi atteſtationes dictorum teſtium rectè conſiderentur, nulla fides erit eis adhibenda: Nam duo ex prædictis teſtibus penitus
2 ſunt reiiciendi, † tum quia pars actorũ dixit, quod non vult vti, *argu. l. quæritur, §. fin.* ibi, remittentibus enim actiones ſuas, &c. *ff. de ædil. edicto.* Tum quia

Iudex

Iudex appellationis pronuntiauit, vt illis teſtibus vti
non poſſit, maxime pro parte, ſicut de vno vti vo-
lebant, à qua ſententia recedi non poteſt, ex quo
non appellauerunt, *l. ab eo. C. quomodo, & quando iu-
dex, & per not. in l. 1. C. de relationibus.* Tum denique,
quia in veritate falſum depoſuerunt in omnibus, &
maxime dum Matthæus dixit, quod moniales exi-
uerunt clauſtrum, & venerunt ad ſonum campanæ
ſuper porticu, quod expreſſam falſitatem cum do-
lo continet: quia moniales nõ exiuerunt clauſtrum,
imo nec videri per teſtes potuerunt, vt deponunt
teſtes examinati pro parte emptorum. Item dum
dicit, quod facta fuit venditio de medietate poſ-
ſeſſionis, & omnes alii teſtes dicunt de tota poſſeſſi-
one, & ita inſtrumentum loquitur. Item dum di-
cit, quod illa dimidia poſſeſſio erat tempore vendi-
tionis quadringentorum ducatorum, & ſic tota fu-
iſſet pretii octingentorum ducatorum, quod eſt
falſiſſimum, & contra depoſitiones omnium teſti-
3 um. † Item quia dicit falſum, videlicet quod poſ-
ſeſſiones quanto magis laborantur, tanto magis de-
teriorantur, quia imo eſt contrarium, quia melio-
rantur, *vt probatur in l. non intelligitur, §. duo fratres ibi.*
Sicut enim diligenti cura pretia prædiorum ampli-
antur. *ff. de iure fiſci, & not. glo. in l. iubemus nulli. in princ.
in verbo augere, C. de ſacroſ. Eccleſ. & probatur per tex. in
§. ſi quis autem à non domino*, ibi, pro cultura & cura.
4 *Inſt. de rer. diuiſ.* † & iſtud naturali ratione ita eſſe cõ-
prehenditus, ideo alia probatione non indiget. *l.
vbi autem non apparet, §. illud ibi*, ſed ipſa natura mani-
feſtum eſt, *ff. de verb. oblig. & not. Bald. in cap. 1. in 7. col.
in titul. an agnatus vel filius*, &c. Item, quia primo di-
xit dimidiam poſſeſſionum venditarũ valere 400.
ducat. poſtea interrogatus, dixit, poſſeſſionẽ vendi-
tam valere tempore venditionis in ratione ſex. du-
cat. pro campo, & ſic eſſent circa 300. ducat. Ite-
rum interrogatus dixit valere in ratione quatuor
ducat. pro campo, & ſic ducentorum ducatorum.
Ecce ergo maximam contradictionem, quia in eo-
dem capitulo variauit, & falſa expreſſe dixit, *l. qui fal-
ſa vel varia, ff. de teſtibus*, & ſic quinque expreſſas falſi-
tates dixit. Similiter Ioannes Fangulo dixit falſum
in pluribus. Primo, dum dicit, quod vendita fuit
ſolum dimidia poſſeſſionis. Secundo, quia dicit,
quod oblatio fuit facta per Ioannem Dominicum
ſuper dicta poſſeſſione, alii omnes dicunt, quod fu-
it in domo Ioannis Dominici. Tertio, quia dicit,
quod illi oblationi factæ ſuper poſſeſſione plures
alii teſtes fuerunt præſentes, & ipſi examinati di-
cunt de alio loco, ſcilicet in domo Ioannis Domini-
ci in ciuitate Vincentiæ, & ſic diſcordat in loco, ſic-
ut teſtes Suſannæ, *vt dicit gloſſ. in l. teſtium, C. de teſtib.*
Quarto, quia dicit, quod tunc nulla fuit facta men-
tio de melioramentis, & alii teſtes dicunt contrari-
um. Quinto, quia æſtimat poſſeſſionem valuiſſe
tempore venditionis octingentis ducatis, & alii di-
cunt de 400. Sexto, quia dicit, quod dicti, em-
ptores deteriorauerunt dictam poſſeſſionẽ in du-
catis ducentis, & omnes alii dicunt, quod meliora-
uerunt, quæ omnia ſunt expreſſe falſa. Ex quibus
concluditur, quod dictis duobus teſtibus nulla fi-
des eſt adhibenda, Ioanni Thomaſio primo teſti,
non eſt adhibenda fides, quia dicit, quod dictus Io-
annes Dominicus promiſit mutuare centum du-
catos dictis venditoribus, & quod dicta poſſeſſio
fuit vendita dictis centum ducatis, quod eſt peni-
tus falſum, & contra inſtrumentum venditionis,
& contra omnes alios teſtes. Item quia dicit, quod
dicta venditio fuit facta per Rigum, & Zugnum, &
ipſis duobus fuit facta promiſſio. Alii vero teſtes
dicunt, quod fuerunt tres fratres venditores præ-
ſentes. Item quia dicta poſſeſſio confinat cum hæ-
redibus D. Danielis de Doctis, cum nullus de dictis
vocetur d. Daniel ſed d. Bartholomæus, & d. Pau-
lus. Item quia ſuper generalibus dicitur recte re-
ſpondiſſe, & tamen mentitus eſt, quia eſt germa-
nus conſanguineus, vel affinis Zugni, vt probatum
eſt per teſtes reprobatorios videlicet per 2. q. & 11.
5 in fine proceſſus cauſæ appellationis. † Item, pro-
pter conſanguinitatem, & affinitatem eſt ſuſpectus,
maxime cum ipſam celauerit, *vt l. lege Iul. cum ibi not.
per gl. & Doct. ff. de teſt. cum ſimilibus.* Matthæo Ricio,
qui eſt ſecundus teſtis in ordine proceſſus, non eſt
etiam fides adhibenda, maxime, quia dicit, quod di-
cta poſſeſſio eſt peiorata ducentis ducatis, & alii te-
ſtes deponunt, quod eſt valde meliorata. Item, quia
neſcit nominare aliquem conteſtem, quando in
domo Ioannis Dominici fuit facta dicta promiſſio
mutui, & venditionis, & ſecundum alios teſtes
fuerunt alii ſex præſentes, qui fuerunt examinati
pro actoribus, & tribus ciuibus duobus mortuis,
& vno viuo vt in inſtrumento continetur: non e-
nim eſt veriſimile, quod totam rei ſeriem ita lon-
gam dicere recordatus fuerit, & non fuerit recor-
datus de aliquo ex dictis nouem conteſtibus, qui
dicuntur fuiſſe præſentes, *argum. l. non eſt veriſimile, ff.
6 quod metus cauſa, cum ſimilibus.* † Iacobo de Teſino
8. teſti nulla fides eſt adhibenda, quia dicit, quod
per notarium, qui ſcripſit inſtrumentum venditi-
onis fuit facta mentio de promiſſione venditionis,
& ipſe notarius, & alius teſtis, qui eſt deſcriptus in
inſtrumento dicunt contrarium, quibus eſt ſtan-
dum, per ea quæ habentur per gloſſ. & Doct. *in c. in
noſtra, extra de teſtibus, & per Cyn. in l. in bonæ fidei, in vlt.
quæſt. de rebus cred. & iur. & per Bartol. in l. admonendi,
in 13. colu. & ibi Docto. ff. de iur. & per Barto. in l. 1. ante fin.
principii, ff. de ventre inſpi. & per Ant. de Butr. in cap. cum
dilecti, in 5. col. in princ. in ver. notabili extra de electione*, &
maxime cum iſte teſtis ſit perſona vilis, & pauper:
notarius vero & alius conteſtis ſunt perſonæ di-
gniores ditiores, *arg. l. 3. in princ. cum ibi not. ff. de teſtib.*
Matthiacio, qui eſt ſeptimus teſtis in ordine pro-
ceſſus minor fides eſt adhibenda, quia loquitur ſo-
lum de tractatu mutui facto in monaſterio, & o-
mnes alii dicunt, quod fuit in domo Ioannis Do-
7 minici: † vnde oportet, vel quod ſit ſingularis, &
ſic ei non credendum. *c. cum dilecti, in fin. de electione,
cap. licet cauſam, de probation. cum ſimil.* vel quod ſit a-
liis contrarius. Ideo non credendum, *vt habetur per
gloſſ. in dicto c. in noſtra, de teſtib.* Præterea contrari-
atur omnibus aliis prædictis teſtibus in quantum
dicit, quod in monaſterio fuit facta mentio mutui,
& in eo fuit concluſus mercatus, & alii dicunt,
quod fuit concluſus in domo Ioannis Dominici.

Item, quia dicit, qood contractus ſuit eelebratus
in præſentia monialium, quod eſt falſum, quia ipſæ
erant clauſæ, nec videri per teſtem poterant, vt di-
cunt alii teſtes. Item, quia dicit, quod ante contra-
ctum venditionis, & in ipſo contractu, & poſtea
promiſit Ioannes Dominicus retrouendere, &c. &
hic, dum dicit, in ipſo contractu contradicit oota-
rio, & alii teſti in inſtrumento deſcripto, qui depo-
nunt contrarium, quibus magis eſt credendum, *vt*
dixi. Nec poteſt dici, quod forte notarius & alius
non intellexerit, quia iſte teſtis dicit, quod omnes
iſti erant cohærentes notario, qui fecit inſtrumen-
8 tum, † & propterea ſic, erant omnes præſentes, &
notario cohærentes, ipſe veriſimiliter & alius ſuus
conteſtis hoc intellexiſſent, *per l. diem proferre, §. co-*
ram, cum ibi not. ff. de arbitris, & l. coram, ff. de verb. ſignif.
& per Bart. in l. 1. §. tutor, ff. de auct. tut. & per Bald. in l.
teſtium, C. de teſtib. & per Bald. & Doctor. in l. haredes pa-
lam, in princ. ff. de teſtibus, & per Bald. in l. 1. C. de bonis
poſſeſſ. ſecundum tabulas, & per Ioan. de Imola, in l. 2. §. vo-
luntate, ff. ſoluto matrim. & per Ant. de Butr. in cap. per ne-
nit, 2. extra de teſtib. Et ſic ex prædictis apparet ſin-
gulariter, quod prædictis ſex teſtibus, qui de tra-
ctatu mutui deponunt, non eſt fides adhibenda ſu-
per dictu mutuo, nec ſuper aliis propter eorum fal-
ſitates, *per not. in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. & in c. frater-*
nitatis, extra de hereticis. Sed vltra prædictas ſingulas
falſitates & oppoſitiones ſunt etiam aliæ falſitates,
9 & vrgentes præſumptiones. † Prima eſt, quia ipſi
ſex teſtes, ſi eorum dicta ſuper tractatu mutui con-
ſiderentur, videntur dicere vnum & eundem præ-
meditatum ſermonem, *vt probatur in l. 3. §. 1. ff. de te-*
ſtib. & ibi not. & maximè cùm deponant de actu iam
duodecim annis elapſis. In quo prǽſumeretur igno-
rantia, *l. peregre, in princip. ff. de acquir. poſſeſſ.* Secun-
da eſt, quia in caſu principali ſuper iſto capite, quod
contractus fuiſſet pignoratitius, & ſic de iſto mu-
tuo, quod fuit primum capitulum, nullus teſtium
examinatorum in cauſa principali ſciuit deponere,
quia verum non eſt: poſtea actores, qui ſuccubue-
runt in cauſa appellationis, examinauerunt ſex a-
lios teſtes, qui dicunt, ſe fuiſſe præſentes, antequam
fieret inſtrumentum venditionis, & tempore in-
ſtrumenti: non enim debet iudicare quilibet ſanæ
mentis, quod in hac cauſa tàm ardua actores, qui
debent venire inſtructi de iuribus ſuis, *l. qui in alte-*
rius, ff. de reg. iur. & l. ſi quando, C. de dilat. non recorda-
ti fuerint examinare teſtes, qui fuiſſe dicuntur præ-
ſentes in omnibus, & adduxerunt alios teſtes, qui
de hoc nihil ſciuerint, nemo ſanæ mentis profecto
hoc probabit, vt dicit Iuriſconſultus *in l. ſi ita quis, in*
fin. ff. de euict. Sed quia in cauſa principali ſuccubue-
runt, adduxerunt in cauſa appellationis dictos te-
ſtes ſubornatos & falſos, vt ſua militia coadiuuarét.
Tertia falſitatis præſumptio eſt, quæ ex numero te-
ſtium cauſatur; non enim eſt veriſimile dictos ſex
teſtes, qui ſunt ex diuerſis villis Vriandi, ita conue-
nerint in ſimul, & omnes venerint hac de cauſa ad
domum Ioannis Dumini, inter quos erat etiam pe-
corarius venditorum, & quod omnes iuerint ad
monaſterium, ad quod partes duxerunt pro teſti-
bus tres nobiles ciues Vincentiæ, videlicet clariſſi-
mum Doctorem D. Vincentium de Scledo, nobi-
lem virum Nicolaum de Pagiarinis, & Magiſtrum
Matthęum de Nanto factorem tunc dictarum mo-
nialium; non enim ſolent tot teſtes in huiuſmodi
inſtrumentis adhiberi, vt de ſe patet, nec fruſtra ad
monaſterium tot ruſtici diuerſarum villarum ve-
niſſent, ſi res eos non tangebat, nec pro teſtibus e-
rant neceſſarii, nec ob aliam cauſam ibi eſſe pote-
rant. Et ideo cum fruſtra ibi fuiſſent, non eſt cre-
dendum ipſos fuiſſe ibi præſentes, *argu. l. ſi ita quis,*
ibi, ſi non eſt fruſtra, ff. de euict. & l. 3. §. 1. ibi nec fruſtra ad-
dicitur, ff. de iureiur. Quarta falſitatis præſumptio eſt,
quia dictus notarius, & alius ſuus conteſtis in in-
ſtrumento deſcriptus, contradicunt dictis teſtibus,
non ſolum contra eorum atteſtationes, maximè in
quantum dicunt, pactum de retrouendendo fuiſſe
factum, ſed etiam in quantum dicunt, ſe fuiſſe præ-
ſentes, quia verè nunquam fuerunt præſentes, vt
patet ex prædictis. Quinta eſt falſitatis prǽſumptio,
quia duo eorum ſunt expreſſe falſi, & propterea
pars actorum noluit eis vti, vt ſupra dixi: ideo cùm
in multis, cum aliis prædictis non conueniant, non
carent alii teſtes & actores falſitatis ſuſpicione: non
enim falſum dixiſſent, niſi ſubornati extitiſſent, vt
10 de ſe patet, † & ideo, qui ſemel malus ſemper prę-
ſumitur malus in eodem genere mali, præſertim v-
nu & eodem tempore, *vt l. ſi cui, §. eiſdem. ff. de accu-*
ſat. & in c. ſemel malus, de reg. iur. in 6. Sexta falſitatis
præſumptio eſt, quia non eſt veriſimile, ſi dicti ven-
ditores quærebant vendere, vt dicunt omnes te-
ſtes, quod Ioannes Dominicus obtuliſſet ſibi mu-
tuare pecuniam, & peteret ſibi fieri inſtrumentum
venditionis; non enim credendum eſt, aliquem vo-
luiſſe detegere turpitudinem ſuam, & turpiter fa-
cere. ſi poterat parte petente honeſtè facere, etiam
parte altera petente mutuum; imo qui volunt hu-
ius contractus ſimulatos facere, etiam parte altera
petente mutuum, vt occultent ſuam ſimulatio-
nem, nolunt, quod de mutuo aliquid dicatur, ſed
tantum de venditione ſecundum Hoſt. & Doct. *in c.*
ad noſtram, de empt. & vend. Septima prǽſumptio falſi-
tatis eſt, quia non eſt credendum, ſi dicti venditores
quærebant vendere; emptor voluerit pignus con-
trahere in ſui præiudicium. Octaua prǽſumptio eſt
falſitatis, quia non poteſt credi, quod ſi venditores
petunt vendere dimidiam dictarum poſſeſſionum,
vt dicitur producat. 250. quod voluerint pro ſua v-
tilitate vendere totam poſſeſſionem pro centum &
decem ducatis tantum, non conducendo eam. I-
mo faciendo, quod emptores inueſtiantur à mo-
11 nialibus, ſicut factum fuit, † profecto iſta non
ſunt credenda, nec in ſanum & naturalem intelle-
ctum cadere debent, quia non conueniunt ſen-
ſui naturali, *argument. l. confeſſionibus*, ibi, quia falſæ
confeſſiones naturalibus conuenire debent, *ff. de*
interrogat. actio. & l. ſi is cuius, in fin. ibi, ſi id, quod in
confeſſione veniet ius, & natura recipere poteſt,
eodem titul. & l. cui pactio, ibi, naturalem habent in-
tellectum, *ff. de ſeruis exportandis.* Nona præſum-
ptio falſitatis eſt, quia Iacobus Cararius de Geon-

torto depoſuit in primo ſuo dicto in cauſa princi-
pali, quod fuit ille, qui concluſit mercatū, & quod
voluit Ioannes Dominicus, quod poſſeſſio vende-
retur ſibi liberè; & licet poſtea in cauſa appellatio-
nis voluerit aliquantulum à dicto ſuo recedere, ta-
12 men non potuit, † quia primo ſuo dicto cum ſa-
cramento ſtandum eſt, *vt not. gloſſ. fin. & Doctor. in ca-
pit. cum cauſam ſecundam, extra de teſtibus, & gloſſ. pen. in
fin. in cap. veniens ſecundo, eod. tit. & not. Doctor. in capit.
in tua, eod. tit.* & maximè cum ſuper vltimo capitulo
primæ examinationis dixerit, ſe nihil aliud ſcire,
quàm ſupra teſtificatus eſt, & ſic apparet, quod ſi
poſtea alia dixit, & aliter in ſecunda depoſitione
mentitus eſt, & eius primo dicto tanquam vero
ſtandum eſt per prædicta. Decima præſumptio
eſt, quia pecuniæ numeratio non interuenit, ſed
pretium fuit pro debito venditorum, vt dicetur in
fine conſilii. Vnde ex prædictis concluditur circa
primam ſimulationis præſumptionem, videlicet
tractatus mutui, non eſſe aliquo modo probatum;
quia teſtibus ſuper ea deponentibus non eſt cre-
dendum, nec quantum ad tractatum mutui, nec
13 quantum ad alia. † Secunda præſumptio ſimula-
tionis allegata eſt; Enormitas pretii: quia dicitur,
quod dicta poſſeſſio fuit vendita centum & decem
ducatis, & probatum eſſe dicitur tempore vendi-
tionis valere ducat. 800. vt dicitur conſtare. Pri-
mò, per quandam accuſationem, quam fecit dictus
Ioannes Dominicus, in qua ipſe dicit, dictam poſ-
14 ſeſſionem eſſe valoris octingentorum ducat. † cui
aſſertioni & confeſſioni contra ſe ſtandum eſſe vi-
detur, *l. de ætate, §. primo,* ibi, fides enim ei contra ſe
habebitur, *ff. de interrogat. actio. & l. ſi patronus, §. pri-
15 mo, ff. de dona.* † quoniam producens ſcripturam in
iudicio, videtur fateri omnia, quæ in ea continen-
tur, *vt not. Innocent. in cap. cum venerabilis, extra de ex-
cept. & in cap. cum olim, de cenſibus. & Bald. in l. 1. in vlti-
ma colum. in princip. C. de edendo. & in l. 1. in penult. col. C.
de confeſſis.* Secundò dicitur, hoc eſſe probatum per
duos æſtimatores aſſumptos ex officio iudicis, *iuxta
not. per Bart. in l. 2. C. de reſcind. vendit.* qui ſimiliter de-
ponunt de valore octingentorum ducat. Tertiò
dicitur, quod ſunt plures alii teſtes, qui deponunt
ſaltem de valore quadringentorum ducat. qui va-
lor etiam ſufficit ad hoc, vt dicatur enormitas pre-
16 tii, † quia enormitas dicitur illa, quæ eſt prope di-
midiam iuſti pretii, & probat tex. *in c. ad noſtram,* ibi,
quæ vix dimidiam iuſti pretii contingebat, *extra de
empt. & vendit.* ſed dictus valor, ſiue ſit octingento-
rum ducat. ſiue quadringentorum omnino eſt, ne-
dum prope dimidiam iuſti pretii, ſed etiam mul-
tum vltra, habito reſpectu ad pretium centum &
decem ducat. quo dicitur res fuiſſe vendita; & ſi i-
ta eſſet, res nullum haberet dubium, quod eſſet e-
normitas pretii; ſed res ita non ſe habet, & ideo
pro declaratione huius dubii duo ſunt principaliter
examinanda; Primum eſt, quanto pretio verè fue-
runt venditæ omnes illæ petiæ terrarum, de quibus
teſtes deponunt. Secundum eſt, de probatione va-
loris, facta de dictis petiis terrarum. Super primo
aduertendum eſt, quod venditio facta dicto Ioanni
Dominico pro ſe & fratre ſuo de dictis petiis terra-
rum fuit facta in veritate de ducentis, & viginti
quinq; ducat. computata poſſeſſione, quam vendi-
tores recognoſcebant iure libelli à Domino Bar-
tholomæo de doctis, & iſtud eſt probatum per plu-
res teſtes, qui deponunt de ſaldis factis inter Ioan-
nem Dominicum, & dictos venditores, qui dixe-
runt, & confeſſi ſunt in ſaldo, ſe eſſe debitores vl-
tra pretium 225. ducat. quo fuit empta dicta poſſeſ-
ſio de Grontotto à dictis fratribus, & de alia poſſeſ-
ſione non poteſt intelligi, niſi de illa, de qua eſt
quæſtio, *per c. cum Ioannes Eremita, cum ibi not. extra de
17 fide inſtrum.* † & quia pluralitas venditionum non
præſumitur, maxime cum non allegatur per alte-
ram partem, *vt not. per Bald. & Doctor. in l. 2. C. de erro-
re Aduocatorum, & in l. 2. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum ta-
bul.* Qui teſtes probant dictam confeſſionem fa-
ctam parte præſente, & ſic concludit, *l. 1. cum ibi not.
C. de confeſſis, & c. fin. extra eod. tit.* Et præſertim cum
ſint plures examinati in cauſa principali, videlicet
Nicolaus de Marano, qui deponit de præſentia &
auditu, & ſe ſubſcripſiſſe dicto ſaldo, & recognouit
ſuam ſubſcriptionem, *iuxta l. 2. §. fin. & l. ſi quis ex ſi-
gnatoribus, ff. quemad. teſtament. aper.* & prædicta dicit
fuiſſe in domo dicti Ioannis Dominici, & dat pro
conteſte Zilium de Licho, qui ſimiliter idem depo-
nit, Iacob. etiam Callata, & Gaſparinus teſtes idem
18 dicunt. † Adeſt etiam liber dicti Ioannis Domini-
ci cum dictis ſaldis ſcriptis etiam manu alterius, qui
cum dictis teſtibus recognoſcentibus ſuas ſubſcri-
ptiones & dictum ſaldum, & deponentibus ſe præ-
dicta audiuiſſe, probant ſine dubio, *per l. inſtrumen-
ta, cum ibi not. per gloſſ. & Doctor. C. de probat. & per Bald.
in l. rationes, C. de probat. & per Ant. de Butr. & Abb. Sicu-
lum in cap. 2. de fide inſtrum.* & maxime cum ſit proba-
tum per plures teſtes dictos Ioannem Dominicum
& fratrem fuiſſe, & eſſe bonos, & legales mercato-
res, & in libris ſuis non fuiſſe repertam aliquam de-
19 ceptionem, † & ideo, licet actus ex aliquibus præ-
ſumptionibus poſſit iudicari illicitus; tamen ſi eſt
factus à bono viro, tolluntur illæ ſuſpiciones, & o-
ritur præſumptio contraria, ſcilicet, quod contra-
ctus ſit licitus, *vt eſt text. cum gloſſ. in 7. quæſt. 1. in cap. o-
mnes, & gloſſ. 1. in cap. niſi eſſent, extra de præbendis, & ibi
Doctor. & facit text. cum gloſſ. in l. quod ſi nolit, §. qui man-
cipium, & quod ibi ſcripſi, ff. de ædil. edict.* Et aduerten-
dum, quod per dictum ſaldum ſcriptum in dicto li-
bro fit mentio de dicto inſtrumento emptionis fa-
ctæ per dictum Ioãnem Dominicum, & concludit
20 apertè, quod fuit de 225. ducat. † Nec obſtat, quod
inſtrumentum dicat de 110. ducat. cui in dubio ſtan-
dum eſt, quia pro eo eſt præſumptio, *l. cum precibus,
C. de probationibus, cum ſimil.* quia reſpondetur, quod
iſta præſumptio eſt iuris tantum, non iuris, & de
iure, ideo tollitur per alias præſumptiones contra-
21 rias, de quibus ſupra, † quia vna præſumptio tol-
lit aliam, *cap. literas, extra de præſumptionib. & l. non ſo-
lum, §. de vno, ff. de ritu nupt. & l. Diuus, ff. de in integr.
reſtitutio.* Imo plus, etiamſi ex dicto inſtrumento
oriretur præſumptio iuris, & de iure, tamen ad-
mitteretur probatio in contrarium per confeſ-
ſionem partis, *vt eſt gloſſ. notabilis in authent. de æ-
qualitate dotium, in §. illud, in verbo, ſcribat, colum.*

7. &

7. & alia ſimilis, in l.in contrarium, & ibi iu princ. in verbo
nullo, C. de non numerata pecunia. & not. Doct. in auth.
ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. & in caſu noſtro in c.
22 *u qui fidem, extra de ſponſal.* † Et pro hoc facit, quia
licet pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam
præſumatur, *l. Herẽnius, §. Gaia, ff. de euict.* tamẽ ſi pars,
pro qua lata eſt, confiteatur illam ſententiam eſſe
iniuſtam, vel iniquam, vel non numeratam pecuni-
am, ſtabilitur cõfeſſioni, vt tollitur illa præſumptio,
vt ſimpliciter not. Innoc. & Doct. in c. quia plerique extra de
immunitate Eccleſiarum, & Ant. de Butr. idem not. in cap.
cum Bertoldus, verſ. nouus caſus de re iud. & in c. fin. de præ-
ſump. & in c. cum ceſſante, in 3. col. verſ. fallit de appellat. Et
propterea in caſu noſtro dicendum eſt eadem ra-
tione, quod licet oriatur præſumptio ex inſtrumen-
to, quod pretiũ fuerit ſolum de 110. duc. quia de iſto
pretio loquitur inſtrumentum, tamen ſi partes cõ-
fitentur poſt factum pretium fuiſſe de 225. ducat. il-
li confeſſioni ſtandum eſt, quia tollit præſumptio-
nem, quæ ex inſtrumento oritur, & iſtud non ha-
bet dubium. Nec obſtat dum dicitur quod dicti te-
ſtes dicunt vnus in domo, alius in camera, alius in
apotheca, quia imo omnes prædicti teſtes dicunt in
domo Iuannis Dominici, & licet Zibus dicat in ca-
mera, tamen non contradicit, quia dicit quod fuit
in domo in camera, &c. quia camera eſt in domo,
& ſic eſt locus contentus in domo, vt de ſe patet. Et
licet Federicus ſecundus teſtis examinatus in cauſa
principali pro emptoribus dicat, quod audiuit præ-
dicta ad ſtationem dicti Iuannis Dominici, tamen
propter hoc non contrariatur aliis teſtibus, quia lo-
quitur de alio ſaldo, quod patet, quia nihil dicit de
dictis 225. ducat. pro poſſeſſione vendita ſicut alii
dicunt. Item iſte dicit, quod remanſerunt concor-
des, quod dicti Rigus, & Zugnus eſſent debitores
Ioannis Dominici in 400. libris, & plus, & alii di-
cunt ... c. libris. Item dat iſte alios conteſtes
quam ... ident, & ſic ex iſtis actibus ſeparatis appa-
ret, quod loquitur de alio ſaldo, *vt probatur in l. 1.*
ibi diuerſitate factorum ſeparationem recipere, *C.*
ſi vnus ex pluribus appellauerit. Præterea etiam ſi poſ-
ſet, dicit aliqua diuerſitas in iſto teſte ab aliis, quæ
in effectu vere nulla eſt, vt dixi, tamen non nocet
dictis aliorum quatuor teſtium prædictorum, qui
23 clare loquuntur, & in omnibus concordant, † quia
pluribus teſtibus ſtandum eſt, etiam ſi ſunt omnes
pro vna tantum parte examinati *vt not. gloſſ. ordi. &*
Doct. in cap. in noſtra extra de teſtibus. Nec obſtat, quod
inſtrumentum venditionis ſolum dicat pretio cen-
tum, & decem ducat. quia illud fuit in inſtrumento
expreſſum ad inſtantiam venditorum, nec coge-
rentur ſoluere decimam, quæ eſt magnum tolo-
neum, ſeu laudemium monaſterio, pro dicta ven-
ditione, vt deponit Nicolaus de Marano primus
teſtis emptorum in cauſa principali, & hoc maxime
cum de iure communi debeat ſolui niſi quinquage-
ſima, & de conſuetudine in quibuſdam lucis, & mo-
naſteriis, & Eccleſiis exigitur decima *in l fin. C. de in-*
24 *reemph.* † Nec obſtat dum dicitur quod emptores
non debent audiri, quia dicunt inſtrumentum ven-
ditionis verum, & nunc dicunt ſimulatum, & alle-
gant contraria, *l. 1. C. de furtis, & c. ſolicitudinem, in fin.*
extra de appellat. cum ſimilib. Quia poteſt reſponderi,
quod ipſi emptores non dicunt contractum ſimu-
latum, ſed quod inſtrumentum loquitur de 110. duc.
& dicunt addendos eſſe alios 115. duc. qui fuerunt o-
25 miſſi in inſtrumento ratione prædicta, † quia ad-
dere non eſt impugnare, *per not. in c. cum Ioannes E-*
remita, ff. de fide inſtrum. Præterea poteſt dici etiam-
ſi iſta eſſent contraria reſpectu generis, videlicet in-
ſtrumentum eſſe ſimulatum, & nõ eſſe ſimulatum:
tamen reſpectu ſpeciei non ſunt contraria, quia po-
teſt eſſe verum, & non ſimulatum reſpectu pigno-
ris, & poteſt eſſe ſimulatum reſpectu quantitatis
26 pretii, & iſta non repugnant, † quia quo ad diuer-
ſos effectus poteſt allegari contrarietas, *l. Papinianus*
§. ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtam. & not. Barto. &
Docto. in l. 1. C. de furtis, potius enim ſunt ſeparata,
quam contraria, ex quibus ſeparatis non licet argu-
ere, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. & l. fin. ff. de calumniat.*
27 *cum ſimilib.* † Nec obſtat, dum dicitur, quod dicti
emptores allegantes dictam turpitudinem ſuam
non debent audiri, quia dicunt decepiſſe moniales
vt l. creditoribus, C. de ſeruo pig. dato ma. & l. cum confitea-
ris, c. de reuocandis donat. & per not. per Bart. in l. poſt con-
28 *tractum, ff. de donat.* † Quia reſpondetur, quod iſta
non fuit fraus vel turpitudo, ex quo de iure non de-
betur niſi quinquageſima, & conſuetudo contraria
reprobatur, *vt eſt caſus in l. fin. C. de iure emphyt.* licet
illa conſuetudo contraria ſeruetur in multis locis,
ſed nunquam mihi placuit, quia eſt contra ius, *vt ibi.*
29 † Item licet eſſet turpitudo, tamen poteſt allegari
per viam exceptionis, ex quo non allegatur ad in-
tentionem allegantis fundandam, ſed ad partem
aduerſam repellendam. facit ad hoc *quod not. in l. cum*
mulier, ff. ſol. matrim. Item poteſt aliter reſponderi:
ſi opponitur emptoribus exceptio turpitudinis, &
ipſi replicant quod excipiens fuit cauſa dictæ turpi-
tudinis, illa exceptio doli to... replicatione doli,
vt eſt caſus in l. penult. C. ſi minor ſe maiorem dixerit, &
not. Barto. & Doct. in dict. l. cum mulier, ff. ſolut. matrimo.
30 † Item, & aliter reſponderi poteſt, quando excipi-
ens de fraude, vel dolo tractat de lucro captando,
& replicans de dolo, de damno euitando, exceptio
doli tollitur replicatione doli, *dicta l. cum mulier, &*
ibi Doct. & in l. viro atque vxore, eod. titulo. Sed vendi-
tores excipientes de dolo emptorum tractant de
lucro, quia volunt reſcindere contractum, empto-
res de damno, ergo, &c. Concludo itaque ex præ-
dictis, quod dictæ poſſeſſiones vere venditæ fue-
runt 225. ducat. licet inſtrumentum dicat de 110.
ducat. Super ſecundo de valore dictarum poſſeſſio-
num, quod probatum ſit in proceſſu cauſæ principa-
lis, & appellationis, & dicitur fuiſſe probatum de
valore octingentorum ducat. vel ſaltem 400. vt ſu-
pra dictum eſt. Sed ego credo, quod non ſit pro-
batus ſufficienter dictus valor etiam 400. ducat. Et
primo non eſt verum, quod per dictam accuſatio-
nem factam per Ioannem Dominicum, in qua di-
cit, illam poſſeſſionem eſſe valoris 800. ducat,
31 † quia illa verba valoris 800. ducat. fuerunt enun-
tiatiuè prolata, & non principaliter propter ſe, &

ideo non probant, l. ex hac ſcriptura, & ibi not. ff. de do-
natio. & not. in l. ex his verbis, C. de teſtam. militis. Imo
plus etiam confitens in alio iudicio poreſt negare,
quod ptius confeſſus fuerat, vt eſt gloſſ. notabilis in au-
then. item ſi poſſeſſor, in fin. Cod. qui poti. in pigno. habean-
tur, quam ſequitur Angel. in l. 1. Cod. de confeſſis, & in l.
cum fideicommiſſum, ff. eodem titul. & Bartol. in dicta au-
thent. item ſi poſſeſſor, quæ gloſſ. loquitur etiam inter
eaſdem perſonas: & licet de hoc ſit dubium quan-
do eſt inter eaſdem perſonas, per not. in l. is apud quem
Cod. de edendo; tamen in caſu noſtro nulla eſt dubi-
tatio, tum quia interueniunt aliæ perſonæ in hoc
iudicio, tum ex parte actorum quam reorum, tum
etiam, quia illa confeſſio eſt per verba enuntiati-
ua, quæ ſine dubio in alio iudicio poteſt reuocari
nec fidem facit per prædicta. Item illa confeſſio lo-
quitur de tempore accuſationis, quæ fuit ante em-
ptionem per plures annos, & ſic nihil probat de va-
lore tempore venditionis, per ea quæ notant. in l. 2.
Cod. de reſcinden. vendit. Secundo non probant dicti
duo æſtimatores, quia ſimiliter æſtimauerunt di-
32 ctam poſſeſſionem valere 500. ducat. † Primo
ratione electionis ſactæ de eis, quia electi fuerunt
parte non citata ad videndum eos eligi, ex quo in e-
lectione poterat lædi. l. nam ita diuus, ff. de adoption.
& l. de vno quoque, ff. de re iudic. & per not. in l. hac e-
dictali. §. his illud, Cod. de ſecundis nuptiis, & in l. ſi quis
arbitratu, ff. de verbor. obligation. & in l. Theopompus, ff.
de dote prælegata. Secundo, quia non fuit pars alte-
ra citata, neque præſens quando ſuit delatum eis
ſacramentum, per l. ſi quando cum ibi notat. Cod. de te-
ſtibus. Tertio ratione æſtimationis; quia viderunt
illi æſtimatores, & examinauerunt dictam poſſeſ-
ſionem & deponunt valuiſſe iam duodecim an-
nis 800. ducat. quæ teſtificatio, & æſtimatio de iure
33 non procedit, † quia æſtimatio debet referri ad
tempus venditionis, per l. ſi voluntate, in fin. Cod. de re-
ſcindend. venditio. & cap. cum cauſam 2. ibi venditionis
tempore extra de teſtibus, & notat. Bald. in l. 2. in 9. quæſt.
Cod. de reſcind. venditio. tales autem æſtimatores de
præſenti non poſſunt inſpicere, vel æſtimare ſu-
per loco, id quod erat de præterito, iam ſunt duo-
decim anni, ergo eorum probatio non eſt neceſſa-
ria neque concludens, argument. ff. de negotio geſto-
rum, l. cum actum, & Cod. de probat. l. matrem cum ſimi-
libus, & ita tenet expreſſe Angel. in l. pretia rerum, ff. ad
leg. Falcid. qui reprobat dictam practicam eligendi
æſtimatores ad probandum valorem rei venditæ
in præteritum, & ſic valorem præteritum; & idem
tenet Angel. in l. 2. Cod. de reſcinden. venditio. qui dicit,
quod iſta practica æſtimatorum non valet vnam
feſturam, quando tractatur de æſtimando rem, ha-
bito reſpectu ad tempus venditionis, ſicut eſt in ca-
ſu noſtro, quia æſtimatores non habent peritiam
de præterito tempore, ex eo, quod nunc vadant
ad examinandum locum. Quarto ratione men-
dacij; ſunt enim de mendacio ſuſpecti, ex quo de-
ponunt de tanto valore, cum pars principalis ſo-
lum dicat de valore 400. ducat. & teſtes multi di-
cant de multo minori pretio per notat. per gloſſ. &
Doctor. in capit. in noſtra de teſtibus. Nec probant et-
iam alij teſtes examinati tam in cauſa principali,
quam appellationis pro parte venditorum. Et pri-
mo breuiter perquiramus teſtes examinatos pro
venditoribus in cauſa principali qui de valore de-
ponunt. Primus teſtis nihil de valore deponit.
34 † Secundus teſtis Syluester Baptiſtæ deponit in ef-
fectu de valore, videlicet quod adiuuando vnum
campum cum alio, valent ducat. quatuor pro quo-
que campo, & aſſignat rationem, quia ſcit, quia eſt
homo de dicta villa, & cognoſcit dictas petias ter-
ræ; quæ ratio licet videatur eſſe bona, vt videatur
ſentire Bald. in l. 2. Cod. de reſcind. venditio. in 21. quæſt.
& tenet expreſſe Angel. de Aretio. Inſtit. de actio. §. ſi quis a-
gens. Tamen ego non teneo illam rationem con-
cludere, quia in his, quæ ſenſu tantum percipiun-
tur, debent teſtes rationem concludentem aſſigna-
re, vt notat. in l. ſolam, Cod. de teſtibus, & in cap. cum cau-
ſam 1. extra de teſtibus. Vel ſic in his, quæ non intel-
ligũtur ſine ſyllogizatione primo diſcurſu rationis
teſtes debent aſſignare rationem concludentem,
vt not. in dictis iuribus. Sed quod res immobilis valeat,
tantum percipitur ſenſu, & non poteſt intelligi ſi-
ne diſcurſu rationis, videlicet conſiderando quali-
tatem rei, & fructus ex ea prouenientis, vt l. ſi quos,
Cod. de reſcind. venditio. & l. ſi fundum per fideicommiſ-
ſum, in princip. ff. de legat. primo, & per gloſſ. & Doctor. in
l. 2. Cod. de reſcinden. venditio. & ſi eſt libera, vel ſubdi-
ta aliquibus oneribus, vt in authen. ſicut alienatio, Cod.
de Sacroſanct. Eccleſ. & quibus periculis ſubiaceat; iuxta
notat. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebellian. & per gloſſ. notabi-
lem in l. mortis cauſa capimus. §. fin. ff. de donat. cauſa mor-
tis cum ſimil. Et ideo teſtes debent rationem conclu-
dentem allegare. Sed illa ratio, quia eſt vicinus, &
habet rem notam, non concludit verum pretium,
35 † quia teſtes debent ſe referre ad communem æ-
ſtimationem, vt not gloſſ. & Doct. in l. 2. C. de reſcin. ven-
dit. & in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. & cap. cum cauſa de
empt. & vendit. Hæc autem ratio, quia habent rem
notam, non concludit communem æſtimationem;
nam poſſunt habere notam ſecundum ſuam æſti-
mationem, & non ſecundum æſtimationem com-
munem; & ideo cum talis æſtimatio non referat ſe
ad communem æſtimationem non probat, vt not. gl.
Bart. & Doct. in l. 2. C. de reſcind. vendit. & Anton. de Butr.
& Doct. in cap. cum cauſa extra de emptio. & venditio. &
hoc in effectu tenet Bart. de Saliceto, in dict. l. 2. Cod. de re-
ſcind. vend. qui vult, quod teſtes debent deponere de
æſtimatione, ſecundum quod communiter æſti-
mantur, aliter non probant æſtimationem veram,
& hoc etiam ſentit Bar. & Doct. in d. l. 2. & Canoniſta
in d. c. cum cauſa, qui dicunt quod difficile eſt proba-
re valorem rei immobilis; ex quo debet haberi con-
ſideratio ad communem æſtimationem. Si enim ex
eo, quod quis eſt vicinus, & habet notam rem im-
mobilem, poſſet probare de valore rei; facilis eſſet
probatio, quod non eſt dicendum, quia multi ſunt
vicini, qui poſſeſſiones vicinorum cognoſcũt, non
tamẽ propter hoc ſciunt communem valorem rei;
id eſt, quantum communiter ab aliis æſtimarentur;
& iſtud teneo verius eſſe, & maxime in caſu noſtro,
36 † quia dictus teſtis inſtitutus dixit, quod neſcit
quantitatem camporum, nec ſcit quot ex dictis pe-
tiis terrarum erant boſchiuæ tempore venditionis,
nec

nec quantum ſoluerint de libello monaſterio, ex quo apparet non eſſe verum, ipſum teſtem habere dictam poſſeſſionem notam, quo ad ipſam æſtimandam ſecundum communem valorem, ex quo neſcit conditionem, & qualitatem, & onera dictæ poſſeſſionis, *per text. in auth. ſicut alienatio, C. de ſacroſ. Eccleſ. & per gloſſ. in l. mortu cauſa capimus, §. fin. ff. de donat. cauſa mortu, & per not. in l. 1. §. ſi heres, ff. ad Trebell. & in l. 2. Cod. de reſcind. venditio. cum ſimilibus*, & de hoc non eſt dubitandum; eſt etiam pauper, & nihil habet in bonis, vt dicit ſuper generalibus, propter quod ei minus eſt credendum, *l. 3. in princip. ff. de te-*

37 *ſtibus.* † Tertius teſtis Nicolaus q. Ioannis Scolaro nihil probat de valore dictæ poſſeſſionis; nam interrogatus ſuper ſeptimo capitulo de valore reſpondit, ſe nihil ſcire: & licet poſtea dicat, quod ſi dictæ poſſeſſiones eſſent ſuæ, non daret nunc, nec dediſſet tunc tempore venditionis pro ducat. 400. tamen iſta teſtificatio non probat, ex quo neſcit de communi æſtimatione, ſed de ſua tantum affectione particulari, *vt l. pretia rerum, & ibi Doctor. ff. ad leg. Falcid. & not. glo. & Doct. in l. 2. C. de reſcind. vend. & gl. & Doct. in c. cum cauſam 2. de teſtib. & Doct. in c. cum cauſa de empt. & vendit.* Item quia dicit, quod neſcit quantitatem camporum, nec quę & quot erant boſchiuæ, pratiuæ, vel aratoriæ tempore venditionis, ergo ſi neſcit eius poſſeſſionis quantitatem, & qualitatem non poteſt iuſte æſtimare, vt dixi circa atte-

38 ſtationem præcedentem. † Quartus teſtis Baptiſta Iacobi de Grontorto nihil probat, quia dicit, quod neſcit quantum valeret dicta poſſeſſio tempore venditionis, quia dict. teſtis de valore debet referri ad tempus venditionis, *vt eſt text. in l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend. & l. non intelligitur, §. diui fratres, ff. de iure fiſci, & c. cum cauſam 2. extra de teſtib. & c. cum cauſa in fin. de empt. & vend. & not. Bald. in l. 2. in 21. q. & ibi Doct. C. de reſcind. vend.* Imo iſte teſtis probat contra venditores, quia dicit, quod nunc tempore teſtificationis eſt valoris 40. ducat. ſed meliorata eſt dicta poſſeſſio multum, & deponit idem teſtis & etiam per teſtes emptorũ probatum eſt; ergo tempore venditionis non valebat 400. ducat. Quintus teſtis Zampetrus de Grontorto nihil probat, quia dicit, quod ſi tempore venditionis dicta poſſeſſio fuiſſet ſua, illam non dediſſet pro duc. 400. quia loquitur de ſua particulari affectione, & non de communi æſtimatione, *vt d. l. pretia rerum, ff. ad leg. Falc. vt dixi, ſuper quarto teſte.* Eſt etiam iſte teſtis germanus conſanguineus dictorum venditorum ideo minor fides eſt adhibenda, per ea quæ habentur, *in lege Iulia. ff. de teſtibus, & in c. in literis de teſtibus cum ſimil.* Sextus teſtis Angelus dictus, Caſamata nihil dicit de valore poſſeſſionis. Septimus teſtis, eſt Ioannes Antonij de Scledo dicit, quod de dimidia dictæ poſſeſſionis voluit dare 250. ducat. propter quod non ſequitur, quod res tantum valuerit, quia potuit habere illam voluntatem, vel propter affectionem, vel quia non bene intelligebat valorem rei, vnde eius affectio, vel error, vel eius ſola opinio non concludit communem æſtimationem eſſe pro illo pretio, *per not. in d. l. 2. C. de reſcin. vend. & in iuribus præalleg.* Octauus teſtis eſt Iacobus Ioannis Naſcij, qui dicit, quod tempore, quo fuit vendita dicta poſſeſſio erat valoris 500. ducat. non probat, quia non allegat bonam & concludentem rationem, quia dicit, quod dicto pretio emiſſet, & de præſenti emeret, & ſic ſe refert ad ſuam particularem voluntatem, & affectionem, quod non ſufficit, vt ſæpe dictum eſt; & licet dicat, quod illam poſſeſſionem bene cognoſcit, non tamen propter hoc concludit dictum ſuum, vt dixi ſupra ſuper atteſtatione ſecundi teſtis. Dixit etiam vnum aliud, ex quo oſtenditur non dicere veritatem, videlicet quod ſi eſſet vnus, qui eſſet aptus ad agriculturam, valeret mille ducat. nam in hoc eſt ſingularis, ideo non eſt credendum, *l. iuriſiur. C. de teſtib. & c. tum dilecti extra de electione cum ſim.* Et contradicit in hoc omnibus aliis teſtibus vtriuſque partis, ideo ei fides non eſt adhibenda, *per not. per gl. & Doct. in c. in noſtra extra de teſtib.* Item deprehenditur in eo alia falſitas, qui dicit, quod dictæ petiæ terrarum erant maioris valoris tempore venditionis, quam nunc, quoniam alij quaſi omnes teſtes dicunt contrarium, quod ipſi emptores multum eas meliorauerunt, & plus nunc valent. Nonus teſtis magiſter Bartholomæus de Cogolo, qui deponit, quod ſuo iudicio poſſeſſio vendita valeret, adiuuando vnum campũ cum alio duc. quatuor in bono foro, & emeret dictus teſtis ſi haberet denarios; nõ probat, tum quia non loquitur de communi æſtimatione, ſed de ſua particulari affectione, *dict. l. pretia rerum, ff. ad leg. Falc. cum ſim.* tum quia non refert ſe ad tempus venditionis, ſed poſt, dum dicit; valeret, quod non ſufficit, vt *l. ſi voluntate, C. de reſcind. vendit.* cum aliis ſupra in depoſitione quarti teſtis dictum eſt. Nec ſufficit dum interrogatus de ratione dicit, quia ipſe cognoſcit dictam poſſeſſionem: quia iſta ratio non concludit, vt dixi ſupra ſecundo teſte, & maxime quia loquitur de cognitione temporis præſentis, & non temporis venditionis, quod non ſufficit, vt ſæpe dictum eſt ſupra. Decimus teſtis Nicol. Andreæ nihil penitus probat; quia non loquitur de valore iſtius poſſeſſionis; vnde ex ſeparatis non fit bona illatio, *l. Papinianus exuli, in prin. ff. de mino. & l. fin. ff. de calumn. & l. ſi maritus, C. de dona. inter vir. & vx.* ac etiã quia nihil dicit de communi valore, ſed quod tãto pretio, voluit vnam petiam terræ emere vnde non probat. Et ex iſtis apparet, quod per teſtes venditorum examinatos in cauſa principali non eſt probatus valor aliquis certus dictæ poſſeſſionis venditæ, & ſic non eſt probata enormitas pretij dictæ venditionis. Sed nec in cauſa appellationis probatum eſt; nam primus teſtis Ioannes Thomaſij de Grontorto examinat. ſuper ſecundo capitulo dicit, quod tempore dictæ venditionis, & ante & poſt, dicta poſſeſſio erat valoris 500. duc. Interrogatus de cauſa ſcientię, quia ipſe cognoſcit dictas petias terrarum, & propterea non probat communem valorem, *vt dixi ſupra*, circa ſecũdum teſtem cauſæ principalis. Item aſſignat aliam rationem, quia audiuit ab illo de Scledo, qui voluit dare 250. ducat. pro dimidia, quæ ratio ſimiliter non eſt bona per prædicta. Secundus teſtis eſt Matthæus Facij, qui etiam non probat, quia dicit, quod dictæ petiæ terrarum tempore venditionis erant valoris ſex ducat. pro campo ſecundum

communem æſtimationem, quia ita audiuit dici à
39 pluribus, † quoniam teſtes de valore rei deponen-
tis non debent deponere de auditu alieno ſed de
ſuo ſenſu, *vt not. Bar. & Doct. in l. hæredes palam, §. fin. ff.
de teſtamentis, & Doct. in l. teſtium, C. de teſtibus, & in c.
cum cauſam cap. extra de teſtibus*, & dixi ſupra circa ſe-
cundum teſtem cauſæ principalis. Item ei non eſt
credendum, quia dicit, quod poſſeſſiones poſt di-
ctam venditionem ſunt peioratæ, quia per multos
teſtes vtriuſque partis probatum eſt contrarium,
quibus eſt ſtandum, *per not. in c. in noſtra, de teſtib. cum
ſi.* Tertius teſtis, qui eſt Syluester Baptiſtæ de Gron-
torto videtur deponere de valore quingentorum
duc. referendo ſe ad communem valorem, & æſti-
mationem, dicens quod non credit, quod ſit ali-
quis campus ita triſtis, qui non ſit valoris quinque
duc. & etiam ſex vno cum alio, ei tamen non eſt cre-
dendum, quia in prima ſua atteſtatione facta in cau-
ſa principali, dixit de quatuor duc. pro campo, cre-
do tanquam contrarius ſibi non eſſe credendum *l.
qui falſa vel varia, ff. de teſtib.* Item quia falſum dixit in
40 multis, vt ſupra dixi. † Item quia fuerat examina-
tus ſuper dicto capitulo in cauſa principali, non de-
bebat iterum examinari, per ea quæ habentur *in l.
per hanc, C. de temp. appel. & in c. fraternitatis de teſtibus,
& in clem. teſtibus, de teſtibus*. Quartus teſtis Domini-
cus Nicolai dicit, quod illæ petiæ terrarum erant
tempore venditionis, & nunc valoris 500. ducat.
ſed non probat quia non reddit rationem conclu-
dentem, circa verum & communem valorem rei,
vt ſupra de aliis dictum eſt. Quintus eſt Matthæus
q. Bartholomæi. Sextus eſt Ioannes Fannulo de qui-
bus non eſt curandum, tum quia venditores dixe-
runt ſe nolle vti: tum quia per Iudicem appellatio-
nis eſt pronuntiatum, vt eis non poſſint vti, tum
denique, quia ſunt in multis falſarii, vt ſupra ple-
ne probaui. Alii de valore nihil dicunt. Concludi-
tur itaque ex prædictis, quod per teſtes examina-
tos, tam in cauſa principali quam appellationis in
fauorem venditorum, non eſt probatus verus valor
dictæ poſſeſſionis, & per conſequens nec enormi-
tas pretii probata eſt. Sed extant duo teſtes exami-
nati in cauſa appellationis in fauorem emptorum,
videlicet Quintus teſtis Bertus Iacobi, qui deponit
de valore 300. duc. & Octauus Philippus de Ploue-
glanis ciuis Vincentiæ, qui dicit, quod dicta poſ-
ſeſſio non valuit tempore venditionis 25. duc. Et ex
prædictis apparet, quod teſtes non probant tum
quia non reddunt veram rationem & concluden-
tem, tum quia ſunt aliqui falſarii, tum denique quia
ſunt ad inuicem contrarii. Et ideo non eſt eis ſtan-
41 dum. † Sed poſito, quod eis credendum eſſet, quod
minime concedo, tamen dico, quod ſtandum eſſet
teſtibus qui minorem ſummam deponerent, vel
b ſaltem mediocrem, *b* quæ eſt ſumma trecentorum
ſeu quadringentorum duc. *vt not. in l. diem proferre, §.
ſi plures, ff. de arbitris, & in cap. fin. de arbitris lib. 6. & ele-
ganter per Anto. de Butr. in conſ. ſuo 58.* Quo caſu etiam
ſi eſſet probata illa ſumma valoris duc. 400. tamen
propter hoc non eſſet probata enormitas pretii,
quia dicta poſſeſſio fuit empta pretio ducentorum,
& viginti quinq; ducat. & habet onus ſoluendi 32. li-
bras annuatim de libello, quod onus inſpecto quod
debetur Eccleſiæ ſeu monaſterio, à quo non poteſt
liberari, niſi cũ vtilitate Eccleſiæ iuxta not. in auth.
ſed & permutare, *& in auth. perpetua. & in auth. hoc ius
porrectum. C. de ſacroſ. Eccleſ.* valet centum, & quinqua-
ginta duc. & ſic emptores debent vltra ducentos, &
viginti quinq; duc. detrahere centum, & quinqua-
ginta pro onere libelli, qui ſunt in ſumma trecenti,
42 & ſeptuaginta quinq; aurei. † ſi ergo valuiſſet tem-
pore venditionis quadringentis ducatis tota poſſeſ-
ſio, non deducto onere, ſicut omnes teſtes depo-
nunt, nõ eſſet læſio niſi in 25. ducat. in quadringen-
tis, & ſic in ſexta decima parte, quod non ſufficit ad
hoc, vt dicatur, & ſit enormitas pretii, quoad præ-
ſumptionem ſimulationis contractus inducendã.
Sed requiritur quod ſit prope dimidiam iuſti pretii,
*vt in c. ad noſtram extra de emp. & vend. vt dixi plene in li-
43 bello meo de contractibus ſimulatis in vlt. parte.* † Tertia
præſumptio allegatur: quæ dicitur eſſe orta ex pa-
cto de retrouendendo *iuxta not. in c. ad noſtram extra
de emp. & vend. & in c. illos vos extra de pign. & per gl. &
Doct. in c. conqueſtus de vſuris, & per Doct. in l. 3. C. plus va-
lere quod agitur cum ſimilib.* Super qua aſſerta præ-
ſumptione eſt conſiderandum, quod etiamſi eſſet
probatum, quod factum fuerit illud pactum de re-
trouendendo per Ioannem Dominicum poſt di-
ctum contractum venditionis, ex interuallo, de hoc
diſputare non eſſe neceſſe, quia tale pactum factũ
c ex interuallo *c* poſt emptionem ſi eſſet factum, non
inducit aliquam præſumptionem ſimulationis, i-
mo potius eſſet quædam gratia, & liberalitas, vt ple-
ne dixi, in tractatu meo de ſimulatione contractus
in 4. & 12 præſumptione ſimulationis, & infra dice-
tur. Videndum eſt ergo, ſi eſt probatum dictum pa-
ctum de retrouendendo fuiſſe factũ tempore ven-
ditionis, vel modicum ante vel non. Et breuiter diſ-
currendo per dicta teſtium in cauſa principali, dico
non eſſe probatum aliquo modo. Primus enim te-
ſtis actorum nihil dicit, imo dicit contrarium, quod
Ioannes Dominicus emit libere, vt dicetur infra.
Secundus teſtis eſt Syluester Baptiſtæ, qui dicit ſu-
per quinto capitulo ſe nihil ſcire de dicto pacto de
retrouendendo, ſed quod ſemel audiuit dicere Io.
Dominicum, quod quandocunque d. Zugnus ſibi
reſtitueret ſuas pecunias de pretio venditionis, ipſe
Ioannes Dominicus reſtitueret ſibi poſſeſſiones ſu-
as, & dicit, quod hoc fuit in Villa de Grontorto, nec
recordatur de tempore, quæ verba nõ concludunt
pactum illud fuiſſe factum tempore venditionis, i-
mo poſt, ex quo in villa non fuit facta dicta con-
uentio. Item dicit, quod illa verba protulit Io. Do-
minicus abſente parte, ergo non probat *l. certum, §. ſi
quis abſente, ff. de confeſſ.* Tertius teſtis eſt Nicolaus q.
Ioannis nihil etiam probat quia dicit, quod neſcit ſi
illa verba prolata per Ioan. Dominicum de reſtitu-
endo poſſeſſionem fuerunt ante venditionem vel
poſt, quia non concludit per ea quæ not. *per Bart. in l.
non ſolum, §. ſed vt probare, ff. de noui operis nunția. & per
not. in l. cum actum, ff. de negot. geſt. cum ſimilib.* Nec ob-
ſtat dum dicitur imo præſumitur, quod illa promiſ-
44 ſio fuerit tempore venditionis. † quia pluralitas a-
ctuum non præſumitur *per c. cum Io. Eremita, cum ſi.*

not.

not. extra de fide inſtrum. quia conceditur, quod pluralitas actuum non præſumitur, ſed non præſumitur, quod vna promiſſio quæ eſt diuerſa à contractu venditionis, magis fuerit tempore venditionis, quã poſt, ex quo iſte actus eſt ſeparatus ab ipſa venditione, & fieri poteſt tunc, & poſt, & ideo cum hoc ſit fundamentum intentionis actoris, debet hoc expreſſe probare per ea, quæ habentur per Bart. *in l. in illa ſtipulatione ſi Kalen. ff. de verb. oblig.* Prætetea ſibi non eſt adhibenda fides tum quia eſt ſingularis *l. iuriſiurandi, ff. de teſtib. & c. licet cauſam, de probat.* tum etiam quia allegat conteſtem Marconum, qui examinatus dicit ſe nunquam fuiſſe præſentem, & ſic deprehenditur manifeſta falſitas huius tertii teſtis. Quartus teſtis Baptiſta Iacobi nihil probat, quia dicit ſe nihil ſcire ſuper hoc. Quintus teſtis Zampetrus ſimiliter nihil probat, quia deponit, quod poſt venditionem audiuit in Villa Grontorti Io. Dominicum dicere quandocunque reſtitues mihi pecunias meas, & ſolues melioramenta, reſtituam tibi poſſeſſionem tuam, ſicut tibi promiſi: quæ verba ſicut tibi promiſi, nõ includunt de neceſſitate tempore venditionis, quia illa promiſſio, de qua loquitur teſtis, fuit facta iam nouem annis, & ſic per tres annos poſt venditionem factam, & ideo cum hoc, quod promiſſio de retrouendendo ſit cauſa intentionis fundandæ ipſorum actorum ad ipſos ſpectat probare, ita quod concludat, *vt not. Bart. in l. in illa ſtipulatione ſi Kalen. & l. hoc iure, ff. de verb. oblig.* & clarum eſt hoc non eſſe probatum per ea quæ not. Bar. *in d. §. ſed vt probari, vt dixi ſuper tertio teſte.* Sextus teſtis Angelus eadem ratione non probat, quia deponit de promiſſione facta poſt venditionem per quatuor annos, dicendo ſicut tibi promiſi, & maxime quia Zugnus dixit, io te rengratio, quaſi præſupponat ipſum Ioan. Dominicum non fuiſſe obligatum,

45 † quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit *l. rem legatam, ff. de adimend. legat.* Septimus teſtis Ioannes Antonii nihil deponit de hoc, nec etiam Octauus teſtis fuit de hoc interrogatus. Nonus teſtis Magiſter Bartholomæus, etiam non probat, primo dum dixit, quod hoc audiuit à Zugno ſe habere pactum de retrouendendo non probat *l. nullus, ff. de teſtib. & l. omnibus, C. eo tit.* ſecundo dum dixit, quod audiuit à Ioanne Dominico nemine præſente à paucis diebus citra, quod quando Zugnus daret ſibi denarios ſuos reſtitueret ſibi poſſeſſionem, non probat tum quia eſt ſingularis, tum quia non loquitur de tempore venditionis ſed de 12. annis poſt. Decimus Nicol. Andreæ dixit ſe nihil ſcire. Vndecimus & vltimus Nurius non probat quia dicit, quod audiuit Ioannem Dominicũ promittere Zugno, & fratri, Rendi me i miei denari, & paga me di meglioramẽti, te rendero la poſſeſſione, & dicit, quod fuit poſt venditionem, quod etiam patet, quia iam erãt facta melioramenta, ideo non concludit de pacto de retrouendendo tempore venditionis, vt patet ex prædictis. Eſt etiam alius teſtis examinatus in cauſa appellationis frater Baptiſta Eremita qui dicit, quod Melchior pater Ioan. Dominici, & Ioan. Dominicus dixerunt Zugno, & Bartholomęo, vt non dubitarent, qui quando ipſi reſtituerent ſuas pecunias, reſtituerent eorum poſſeſſiones, quia iſte teſtis nihil concludit de tempore venditionis, vt ſupra dictum eſt: imo præſupponit contrarium, quod venditæ erat iam poſſeſſio dum dicit, quod reſtitueret poſſeſſionem, &c. Præterea ſibi nulla fides eſt adhibenda, quia in eo comprehenditur euidentiſſima falſitas: quoniã dicit, Melchior erat præſens, & dixit, illa verba dixit etiam Melchior, quoniam Melchior erat mortuus tempore vẽditionis, vt apparet ex inſtrumento venditionis dum dicitur Ioan. Dominicus, & Bertus q. Melchioris. Itẽ, quia dicit quod hoc fuit ante, iam ſunt 14. anni, & plures, & non erant tempore ſuæ depoſitionis niſi 13. Ideo tanquã falſario expreſſo non eſt credendũ *per l. qui falſa, vel varia, ff. de teſtib.* Super atteſtationibus teſtiũ examinatorum non inſiſtam, quia omnes ſunt falſarii, vt probaui ſupra, ſuper prima præſũptione de mutuo, nam omnes fuerunt ſubornati, vt ibi dixi, & addo, quod non eſt veriſimile, quod cum fundamentum huius litis conſiſtat in hoc de mutuo, & de pacto de retrouendendo, actores induxiſſent teſtes 11. in cauſa principali, qui nihil ſciunt de hoc, & poſtea inuenerint octo teſtes, qui dicunt omnes fuiſſe præſentes tempore, quo fuit concluſa vẽditio in domo Ioannis Dominici, & tempore, quo immediate poſt fuit facta inueſtitura apud monaſterium monialiũ: ex hoc ſolo arguitur euidentiſſima falſitas, iuxta ea quæ habentur *in l. per hanc, C. de temp. appell. & in c. fraternitatis de teſtib. & in clem. §. teſtib. de teſtib. cum ſimil.* Itẽ, quia ſeptimus teſtis Matthiãnis dicit in fine primi Capituli interrogat. quando fuit facta dicta promiſſio de retrouendendo, dicit quod fuit facta ante contractum venditionis in ipſo cõtractu venditionis, & poſtea, quæ verba non ſunt verba vnius ruſtici, ſicut eſt ipſe, ſed vnius Aduocati, vel procuratoris

46 docti, † ex hoc enim, quod loquitur id quod teſtis ruſticus dicere neſciret veriſimiliter, & ſic vſus eſt verbis inſolitis, eſt ſuſpectus, & præſumitur inſtructus, & ſubornatus ipſe pariter cum aliis, per ea quæ habentur per glo. & Docto. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de cond. inſt.* Vnde ex prædictis concluditur,

d quod pactum de retrouendendo *d* non eſt probatũ maxime quod factum fuiſſet tempore venditionis vel ante vel poſt in continenti. Et quod hoc ſit verũ, quod dictum pactum non interuenerit, & quod vẽditio fuerit pura, & vere ſine illo pacto de retrouen-

47 dendo patet ex pluribus. † Primo quia in dubio res præſumitur libera niſi contrarium probetur *vt l. altius, C. de ſeruitut. & not. gloſſ. vti frui in fine princip. in verb. poſſeſſores, ff. ſi vſusfr. petatur.* Secundo probatur ex inſtrumento, in quo dicitur, quod vendiderunt pro libero, & expedito alodio, nam dum dicit libero & expedito, ſignificantur, quod non erat aliquod pactum de retrouendendo, quia non diceretur liberum alodium ſi eſſet dictum pactum, *arg. c. de multa in ver. libere ſũ ibi not. extra de preb. & per c. 1. cum ibi not. de reg. iur. in 6.* Item quia in eodẽ inſtrumento dicitur quicquid emptoribus perpetuo placuerit faciendũ, non enim eſſet perpetuo ſi quandocunque poſſent venditores retroemere *per l. 1. cum ibi not. ff. pro ſocio.* Item quia in eodem inſtrumento excipitur ſolum ius monaſterii, cum dicitur in duobus locis illius

inſtrumenti, ſaluo iute monaſterii: cum ergo exci-
piatur ſolum illud ius omne, aliud videtur excluſiſ-
ſe, *arg. cap. uonne, extra de præſumpt. & l. cum prætor in*
48 *princ. ff. de iud. & l. maritus, C. de procur.* † Et maxime
cum in dubio præſumatur pro inſtrumento, & ve-
rum & non ſimulatum præſumatur, *l. cum precibus,*
C. de probat. cum ſimilibus. Tertio hoc etiam probatur
ex atteſtatione notarii, qui ſcripſit inſtrumentum,
& alterius teſtis deſcripti in inſtrumento, qui de-
ponunt, quod nullum pactum de retrouendendo
fuit appoſitum nec nominatum tempore vendi-
tionis, quibus magis eſt credendum cum deponant
49 pro inſtrumento. † Tum quia digniores *l. 3. in princ.*
ff. de teſtibus, tum quia deponunt id quod magis con-
ſonat rationi, vt not. Bald. *in l. qui accuſare, in fin. C. de*
eden. & quando notarius & teſtis in inſtrumento
deſcriptus deponunt pro inſtrumento, & alii non
deſcripti in inſtrumento dicunt aliter, ſtandum
eſt inſtrumento, vt not. plene per Bart. *in l. 1. §. ſi quis*
neget, ff. quemad. teſta. aperiantur, & per Doct. in l. in exer-
cendis, C. de fide inſtrum. & per Canoniſtas, in cap. cum Io-
annes Eremita, extra de fide inſtrum. cum ſimilibus. Quar-
to hoc probatur, ex atteſtatione Iac. Carari primi
teſtis actorum examinati in cauſa principali, qui de-
ponit aperte, quod fuit ille, qui concluſit merca-
tum de dicta poſſeſſione, cum illa declaratione, vt
illa venditio eſſet libera, & ſine aliqua conditione,
50 & ſic ſine pacto de retrouendendo. † Nec poteſt
opponi contra perſonam, quod fuerit mediator
iuxta not. per Bart. *in l. deferre, §. idem decreuerunt, ff. de*
iure fiſci, ex quo pro patre actorum fuit examinatus,
& ſic eius perſona per eos videtur approbata, *vt l. ſi*
quis teſtibus, C. de teſtibus, quæ eſt canonizata, 4. q. 3. ſi quis
teſtibus. Nec obſtat, quod examinatus pro parte re-
orum aliquantulum in hoc deuiauerit, à primo di-
cto, quia ſtandum eſt primo dicto, *vt not. gloſſ. fin. &*
Doct. in cap. cum cauſam 1. extra de teſtibus, *vt ſupra dixi.*
Quinto hoc probatur ex atteſtationibus aliorum
duorum teſtium, videlicet ex dicto Baptiſtæ Iacobi
4. teſtis examinati pro parto actorum in caſu prin-
cipali, qui ſuper generalibus interrogatoriis dixit,
quod Zugnus habuit dicere verſus d. Ioannem Do-
minicum, ſi volebat ſibi reſtituere poſſeſſionē ſuam
qui reſpōdit: e non ſon lecco di queſta poſſeſſione,
&c. quæ verba ſi recte & ſane conſiderentur, præ-
ſupponunt nullum pactum de retrouendendo præ-
ceſſiſſe, quia ſi præceſſiſſet, non dixiſſet Zugnus, ſi
51 volebat Ioannes Dominicus reſtituere, † quia
verbum velle ſignificat liberam voluntatem & non
obligatam, *vt l. cum quidam, & ibi per Barto. ff. de leg. 2.*
& l. fideicommiſſaria libertas, ff. de fideicom. lib. & probatur
in l. 1. ibi quem vellet, C. qui teſtam. face. poſſ. & not. per
Bart. in l. conteſſimus, §. fin. ff. de verb. oblig. Item ex dicto
6. teſtis Angeli dicti Caſamata, qui dicit, quod dum
Ioan. Dominicus dixiſſet, quando tu mi renderai li
miei denari, ti renderò la tua poſſeſſione, Zugnus
reſpondit, io te rengratio, quæ verba agendi gratias
ſignificant, quod non erat Ioan. Dominicus obli-
gatus, quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit,
52 *l. rem legatam in fin. ff. de adim. leg.* † Sexto idem pro-
batur, ex optima fama dictorum emptorum, quia
plures teſtes deponunt, quod ſemper fuerunt boni,
& legales mercatores, qui non ſunt ſoliti facere
niſi contractus licitos, ergo pro eis præſumitur,
quod contractum fecerint licitum ſine dicto pacto,
quod poſſet inducere aliquam ſuſpicionem ſimula-
tionis, *vt eſt gloſſ. notabilis in c. niſi eſſent, extra de praben.*
& eſt text. cum gloſſ. 7. quæſt. 1. omnes. Septimo, quia
fuit mutata poſſeſſio in noua recognitione facta
per emptores à monaſterio præſentibus vendito-
ribus de fructibus ad pecuniam, quod non eſt cre-
dendum venditores ruſticos conſenſiſſe, ſi pactum
de retrouendendo interueniſſet, quia ruſtici ſolent
facilius ſoluere fictus de fructibus poſſeſſionis,
quam de pecunia, facit in ſimili quod not. *gloſſ. in l.*
vnica, C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, & quia ru-
ſtici non ſolent habere pecunias, *vt not. in Inſt. de act.*
§. item Seruiana. Octauo, quia dicti emptores fece-
runt multa melioramenta, vt probatum eſt per te-
ſtes, quæ veriſimiliter non feciſſent, ſi pactum de
retrouendendo interueniſſet, vt de ſe patet. Nono
hoc probatur etiam ex ſaldo facto poſt, in quo ſe
conſtituunt venditores vltra dictam poſſeſſionem
venditam de 170. lib. vel circa, nulla facta mentione
de illo pacto. Item fecerunt ſimiliter aliud ſaldum,
in quo conſtituerunt ſe debitores de maiori ſum-
ma, nulla habita mentione de illo pacto, quod veri-
ſimiliter non feciſſent ſi pactum illud interueniſſet
arg. l. Proculo, cum ibi not. ff. de prob. & arg. eorum quæ not.
per Bart. & Doct. in l. quæ dotis, ff. de ſolut. matr. Decimo
hoc probatur aperte ex reſponſione actorum facta
poſitionibus reorum, nam nona poſitio dicit, quod
dicti fratres legitime vendiderunt dicto Io. Domi-
nico dictam poſſeſſionē, &c. Et venditores reſpon-
dent, quod credunt, vt in inſtrumento emptionis
continetur, & eodem modo ſe referunt ad inſtru-
mentum in 12. 17. 20. 21. 23. & 53. poſitionibus, ex
quibus reſponſionibus apparet manifeſte, quod illa
venditio fuit vera, & non ſimulata, neque cum pa-
cto de retrouendendo, cui confeſſioni ſtandum eſt,
contra reſpondentes, *l. de ætate, §. 1. ff. interrog. act. cum*
ſimilibus. Vndecimo & vltimo, hoc probatur ex vr-
gentiſſima præſumptione, quia dicti venditores,
qui ſunt actores in cauſa principali fecerunt exami-
nari 11. teſtes ſuper dicto pacto de retrouendendo
facto tempore venditionis, & modicum ante, &
nullus eorum ſciuit aliquid dicere, quia non fue-
runt præſentes tempore venditionis: Et poſtea in
cauſa appellationis inuenerunt ſex teſtes, qui di-
cunt ſe fuiſſe præſentes tam dictæ venditioni, quam
etiam inueſtituræ, & dicto pacto de retrouenden-
do tunc, vt dicitur, interpoſito, quod profecto in-
ducit maximam ſuſpicionem falſitatis, quia non eſt
veriſimile quod omiſiſſent in cauſa principali teſtes
qui fuerunt præſentes, & alios feciſſent examina-
re, vt dixi ſupra in ſecunda præſumptione falſitatis,
& mentem cuiuslibet prudentis, & recti Iudicis
mouere debet ad ita credendum, maxime ſtantibus
aliis decem præſumptionibus, de quibus ſupra pro-
xime dixi, & ſtantibus falſitatib. de quibus expreſſe
conuincuntur dicti teſtes examinati in cauſa appel-
lationis pro actoribus; Iudex enim debet, &c. *arg. l.*
3. §. eiuſdem quoq; principis, ff. de teſtib. per text. in c. præter-
ea, in fin. extra de teſtib. & c. licet cauſam. verſ. ex præmiſ-
ſis,

extra de probat. cum ſim. Vnde ex prædictis concludi-
tur, quod pactum de retrouendendo non eſt pro-
batum interueniſſe tempore venditionis, vel ante,
aut in cõtinenti poſt, nec contractum fuiſſe pigno-
53 ratitium, & ſimulatum, † & ſi aliqua præſumptio
poteſt inſurgere ex dictis atteſtationibus teſtiũ exa-
minatorum pro parte actorum, illa præſumptio eſt
penitus ſublata, primo per alias præſumptiones vr-
gentiores, *vt c. literas extra de præſump. & l. diuus, ff. de in
integ. reſtit. & l. non ſolum, §. de vno, ff. de ritu nup.* Secun-
do eſt ſublata per alias probationes contrarias, &
veriores, & digniores, & negotio aptiores, & vero
proximiores, *vt d. c. licet cauſam in verſ. ex præmiſſis ex-
tra de probat. & d. c. præterea, in fin. de teſtibus, & l. ob car-
men, §. ſi teſtes, ff. de teſtib.* Tertio eſt ſublata per con-
feſſionem alterius partis factam tam per concluſio-
nem ſaldi, quam per reſponſionem factam poſitio-
nibus reorum, vt ſupra dictum eſt cui confeſſioni
ſtandum eſt. *per l. generaliter, C. de non num. pecu. & per
54 ea quæ dicta ſunt ſupra.* † Quarta præſumptio ſimu-
lationis adducitur pro parte actorũ videlicet, quod
venditores fuerint ſoliti ſimiles contractus facere,
*per l. vniuerſorum, ff. de pign. act. & l. qui ſemiſſn, ff. de vſuris
cum ſimil. & per not. per Hoſt. & Doct. in c. ad noſtram ex-
tra de empt. & vend. & Doct. in l. 3. C. plus valere,* quod a-
gitur, in hoc non puto eſſe inſiſtendum, quia mani-
feſte eſt probatum cõtrarium per plures teſtes exa-
55 minatos pro parte venditorum. † Quinta præſum-
ptio allegatur videlicet quod pacta in ſolida fuerint
apposita in illa vẽditione, ex quibus arguere inten-
dunt contractum ſimulatum per ea quæ habentur
per glo. Bald. Angel. & Doct. *in l. ſi quis ſub conditione,
ff. de condit. inſtit. cum ſimilibus.* Sed certe in hoc errant
vehementer, quia ſi recte & diligenter legatur in-
ſtrumentum, nullum in eo reperietur pactum inſo-
litum; Imo pars aduerſa confeſſa eſt in ſuo ſecundo
capitulo, quod nullum pactum inſolitum ſit appo-
ſitum in dicto inſtrumento venditionis, dicit enim
in dicto ſecundo capitulo, quod dictus contractus
fuit celebratus cũ clauſulis, & obligationibus con-
ſuetis apponi in venditionibus communibus, quæ
56 verba capituli affirmant ita eſſe, † quia ille qui po-
nit poſitiones vel capitula, videtur affirmare, vel
negare prout in poſitione, vel capitulo continetur,
*vt not. Bartol. in l. 2. §. quod obſeruari, in 3. col. in fin.. C. de
iur. calum. & Bald. in l. vnica, in antepen. col. C. de confeſſis,
& Bald. in c. 1. in princ. in pen. 9. eod. tit. de controuerſia in-
ueſt. & Doct. in c. fin. de iuram. calum. lib. 6. cui confeſſioni
in iudicio facta per ſcripturam ſtandum eſt, l. cum precum,
C. de liberali cauſa, l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. quod fact. &
l. iura, C. de omni agro deſerto, libr. 12. cum ſimil.* Sexta, &
Vltima præſumptio eſt allegata videlicet, quia dici-
tur pro parte emptorum, quod licet inſtrumentum
loquatur de pretio 110. duc. tamen vere fuit de 225.
ergo allegant ſimulationem, & ideo faciliter etiam
poteſt præſumi, quod ſit ſimulatio in alio; per ea,
quæ dicta ſunt in quarta præſumptione, Iſta etiam
aſſerta præſumptio eſt vana & friuola, ex quo con-
ſtat de confeſſione partis aduerſæ ita eſſe; & per ea,
quæ dixi ſupra circa ſecũdam ſimulationis præſum-
ptionem allegatam. Vnde ex iſtis omnibus conclu-
ditur, quod vere nulla pręſumptio ſimulationis, vel
contractus pignoratitij eſt probata pro parte ven-
ditorum, imo eſt probatum cõtrarium ex parte em-
ptorum. Circa ſecundam partem principalem vi-
delicet ſi ex parte reorũ ſint probatæ præſumptio-
nes, ex quibus contractus venditionis, de quo agi-
tur, præſumi ac iudicari debeat verus contractus
venditionis, & breuiter dico, quod ſic. Sunt enim
decẽ præſumptiones vrgentes, & probationes con-
cludentes de quibus ſupra proxime dixi: & ex illis
ſatis clare conſtat illum contractum fuiſſe verum
contractum venditionis. Circa tertiam partẽ prin-
cipalem, numquid illę ſex aſſertę præſumptiones ſi-
mulationis ex parte actorum deductę ſint ſufficien-
tes ad præſumendum & iudicandum illum contra-
ctum venditionis fuiſſe ſimulatum, & pignorati-
tium, maxime ſtantibus præſumptionibus, & pro-
57 bationibus deductis pro parte conuentorum † Et
Primo videamus, numquid ex ſolo tractatu mutui
præſumatur contractus pignoratitius, & ſimulatus,
& videtur, quod ſic, quia in dubio contractus intel-
ligitur celebratus ſecundum tractatum anteceden-
tem ipſum contractum, quando poſt tractatum in
continenti celebratus eſt contractus ſecundum In-
noc. *in c. grauis extra de depoſito, & Doct. in l. pacta nouiſ-
ſima, C. de pactis, & Bald. in l. multum intereſt, in fin. 1. col.
C. ſi quis alteri vel ſibi, & Angel. de Peruſio in l. ſi quis arbi-
tratu, ff. de verb. oblig. cum ſimilib.* Sed per omnes teſtes
cauſæ appellationis dicitur fuiſſe probatum de tra-
ctatu mutui, & venditionem fuiſſe in continenti
ſubſecutam, ergo præſumi videtur contractus pi-
gnoratitius, & ſimulatus, *per not. in l. empt. C. plus vale-
re quod agitur. & in c. ad noſtram extra de emp. & vend. &
in c. ille vos extra de pigno.* ſed certe in caſu noſtro non
eſt de hoc curandum, quia non eſt probatus aliquis
tractatus mutui, & quod de mutuo fuerit habita
mentio, vt ſupra plene declaratum eſt ſuper prima
præſumptione ſimulationis allegata. Item quia illa
verba, quæ dicunt teſtes dixiſſe Ioan. Dominicum,
non probant tractatum mutui, quia tractatus mu-
tui eſſet quando inter partes tractaretur & agere-
tur, quod eſſet mutuum, *vt dicunt Doct. in locis præalle.*
ſed dicta verba hoc non dicunt, ſed quod vendito-
res volebant vendere, & quod Io. Dominicus dixit
volo tibi mutuare iſtos denarios, & poſtea fecerunt
contractum emptionis, vnde nõ poteſt eſſe tracta-
tus, ex quo non apparet aliquid de mutuo vendito-
res dixiſſe, *vt probatur in c. ſi.* ibi tractatum communi-
ter habuiſtis, *extra de his quæ ſiunt à maiori parte capi-
tuli, & c. cum inter vniuerſos circa princ. extra de electione,
& c. cum inter canonicos, §. cæterum eod. tit. cum multis ſi-
milibus,* & maxime hoc apparet de contrario, quia i-
mo tractatus præcedit, & ſecutus eſt contractus
ſimpliciter de venditione ſine aliqua contradictio-
ne; vt dicit primus teſtis examinatus in cauſa princi-
pali pro venditoribus. Item etiam ſi fuiſſet aliquis
tractatus præcedens, quod tamen eſt falſum, vt di-
xi; tamen ſimplex tractatus mutui non inducit ſu-
ſpicionem fraudis vel ſimulationis, niſi fuiſſet con-
uentum inter partes in illo tractatu, quod eſſet con-
tractus mutui; licet inſtrumentum fieret de vendi-
tione, & ita intelliguntur allegata in contrarium;
Secus ſi ſimpliciter fuit tractatum de mutuo, quia

hoc

hoc non ſufficeret ad inducendum præſumptio-
58 tiem ſimulationis; † quia multa tractantur quæ
non veniunt ad concluſiotiem, nec ad finalem effe-
ctum, *vt l. ſi ex cauſa, §. nunc credendum, in fin. ff. de mino. & l. eleganter in princ. ff. de condit. indebit. & l. ſi voluuta-
te, C. de reſcind. vendit. & cap. dudum de rebus Eccleſ. non a-
lien. lib. 6. & ita eleganter determinat Bald. in l. multum
in 1. colum. in fin. Cod. ſi qui alteri vel ſibi.* Item quia vna
ſimplex præſumptio regulariter nõ ſufficit ad præ-
ſumendum contractum ſimulatum, vel pignorati-
tium, vt ſtatim dicam: Ideo iſta prima præſumptio
59 tractatus mutui allegata nihil valet. † Secundo vi-
deamus, numquid ſufficiat ſola enormitas pretij ad
præſumendum contractum pignoratitium & ſi-
mulatum, & dicitur pro parte actorum, quod ſic *per
text. cum gloſſ. in cap. ad noſtram in ver. dimidiam extra
de empt. & venditio. vbi gloſſ. dicit*, quod modica quan-
titas pretij eſt argumentum doli, *l. cum hi. §. modus,
ff. de tranſact. cum ſimilibus. Item pro hoc allegatur id quod
notat. Bartol. in l. qui habebat, in fin. ff. de legat. 3. & in l. le-
gata ſuppellectilia, §. ſuppellectile, ff. de ſuppellect. leg. &
60 in l. rem legatam. iu fin. ff. de adimendu leg.* † In quibus
locis & iuribus habetur ger gloſſ. & Bartol. quod ſi
dubitatur, an contractus fuiſſet pignoratitius, vel
veræ venditionis, ſi pretium non commenſuratur
valori rei, præſumitur pignus; ſi vero commenſura-
tur valori rei. præſumitur venditio. Item allegatur
per hoc Bartol. *in l. dedi, ff. de condit. ad cauſ.* qui vide-
tur idem dicere. Sed in caſu noſtro pretium non
dicitur commenſurari cum valore rei, ergo deber
præſumi contractus pignoratitius, & ſimulatus, &
non veræ venditionis. Sed certe mirandum eſt de
his, qui hoc dicunt, quia non eſt aliquod dubium,
quod ſola modicitas pretij ſiue enormitas non in-
ducit præſumptiooem pignoris, vel ſimulatæ ven-
ditionis, *vt probatur aperte, in l. ad reſcindendam, & in l.
dolus, & ibi, eſt gloſſ. Cod. de reſcind. vend. & probatur in
cap. ad noſtram extra de empt. & vendit. & in cap. ille vos
extra de pignor. & ibi omnes Doctor. hoc tenent, facit et-
iam ad hoc l. interpoſitas, & quod notat. Bald. Ang. & Do-
ctor. Cod. de tranſact. & dixi plene in tractatu meo de ſi-
61 mulatione contractus.* † Nec obſtat text. cum gloſſ.
in cap. ad noſtram, quia ibi, non dicitur, quod ſola
modicitas pretij concludat contractum eſſe præ-
ſumendum, & iudicandum ſimulatum, ſed vult
quod ſit vnum argumeotum ad hoc, quod argu-
mentum non ſufficit niſi aliæ præſumptiunes con-
currant. Nec obſtat, quod notat Bartol. *in l. qui habe-
bat de leg. 3.* & in aliis ſupra allegatis, quia Bartol. non
dicit, quod ex paruitate pretij præſumatur contra-
ctus pignoratitius, quia iſtud eſſet abſurdum dice-
re, quod vbicunque res venditur pro modico pre-
tio, ſit præſumendum pignus, quia eſt contra iura
prædicta cum ſimilibus. Sed Bartol. dicit, quod ſi
res ſit pignorara pro tanto pretio, quo veriſimili-
ter non ſit illam redempturus, lex præſumit, ſit
quædam alienatio. Vult itaque quod paruitas pretij
pro quo res eſt pignorata faciat præſumi pigno-
rantem non habere animum luendi, & ſic habuiſſe
pignorantem animum alienandi, non autem vult,
quod paruitas pretij venditionis faciat præſumi a-
nimum pignorandi rem venditam, quia iſta ſunt
penitus diuerſa, & ſeparata, nec in eis eſt eadem ra-
tio. Ideo de vno caſu ad alium non eſt arguendum,
62 † quia ex ſeparatis non fit bona illatio, *l. Papinianus
63 exuls in princ. ff. de mino. cum ſimilib.* † Tertio, & vlti-
c mo, videndum eſt, An iſta duo ſimul *e* videlicet e-
normitas pretij, & pactum de retrouendendo fa-
ciaot præſummare, & iudicari cõtractum pignora-
titium, & ſimulatum. Et licet iſta quæſtio non ſit
neceſſaria in caſu noſtro, quia nullum iſtorum eſt
probatum, vt ſupra plene declaratum eſt, tamen, vt
omnes dubitationes penitus tollantur, & vt clau-
datur os volentibus tenere contrarium, qui paſ-
ſim conſilia ſua reddere cõſueuerunt, decreui hanc
quæſtionem etiam ſecundum veritatem decidere,
quã alias pleniſſime tractaui in dicto tractatu meo
de ſimulatione contractus in vltima parte, vbi re-
mota omni affectione, quæ tunc nulla ſubeſſe po-
terat, pro veritate & iuſtitia concluſi illa duo tanto
non ſufficere, ſicut per Eccellentiſſ. vtriuſque Iuris
Doctores & primos legum atque canonum inter-
* pretes veritatis communiter * vidi eſſe conſultum
& per optimos iudices cauſatum lõgo tempore ex-
64 pertos fuiſſe iudicatum, † & ab ea tanquam com-
* muni * opioione in conſulendo & iudicando non
eſt recedendum, *per l. minime. ff. de legib. & per ea quæ
habentur per Innoc. & Doct. in c. 1. & in c. ne innitaris ex-
tra de conſtit. & Ioan. mo. in c. cupientes, §. denique de ele-
ctione in 6. & per Doct. in cap. Capellanus extra de feriis &
not. per Bart. & Doctor. in l. fin. C. de pœna Iudicis qui male
indica. & Bald. in c. 1. § iudices in tit. de pace iur. firmanda,
& Aug. in l. cum quidam. §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred.
cum ſimil.* in hac itaque quæſtione an iſta duo ſcilicet
enormitas pretij. & pactum de retrouendendo ſuf-
ficiat, ad præſumendum contractum ſimulatum,
prius eſt conſiderandum, quando illud pactum de
65 retrouendendo dicatur interueniſſe. † Si enim in-
teruenilſet ex interuallo poſt cõtractum venditio-
nis perfectum, tũc nihil nocere poſſet ad inducen-
dam ſimulationis præſumptionem, quia cum iſtud
pactum ſit noua conuentio. quæ non eſt pars primi
contractus non videtur poſſe pactum prius perfe-
ctum alterare, *l. iuris gentium. §. quinimo. ff. de pactis, &
l. lecta, ff. ſi cer. pet. & c. officij à contrario ſenſu extra de ele-
ctione*, & ideo cum contractus venditionis prius ha-
buerit primordium veritatis, & ſuperueniendi
tempore, ex nouo pacto non poteſt dici effectus
ſimulatus, & illicitus, *in cap. factum legitime de regul.
iuris libr. 6. & l. cum filius, §. hæres de leg. 2.* & pro hoc,
quod interuallum temporis faciat ceſſare omnem
66 ſuſpicionem ſimulationis, & fraudis, † probatur
*argum. eius quod dicitur de pacto legis commiſſoria in pi-
gnoribus reprobato, vt in toto tit. C. de pact. pignor. & le. co-
mi. & in cap. ſignificante de pigno.* nam ſi illud pactum
fiat ex interuallo poſt pignus conſtitutum valet, &
tenet, *vt l. Titius, ff. de pignor. actio. ibi per Doct. & maxi-
me per Salic. & per not per Barto. in l. quamuis alias incipit
Calpodius, ff. de ſolut. & Anton. de Butr. & Doctor. in dicto
67 cap. ſignificante.* † Item pro hoc facit, quod in ſimi-
li dicimus de renuntiatione non numeratæ pecu-
niæ, quia ſi eodem modo, vel inſtrumento fiat non
valet, ſed ſi fiat ex interuallo bene valet ſecundum
Barto. *in l. ſi ex cautione, C. de non numer. pecu. & per not.*

per

per Anton. de Butr. in c. fin. de ſolut. Interuallum enim
temporis tollit ipſam præſumptionem, & ſuſpicio-
nem, quæ erat, quod pecunia non fuiſſet numerata.
Item ſimile habemus de renuntiatione Velleiani,
quæ poteſt fieri ex interuallo non in continenti, *l. ſi*
mulier, C. ad Velleianum. Item ſimile dicimus de con-
tractu meticuloſo. *vt l. 2. & l. pen. C. de cond. ob turpem*
cauſ. & ibi, per Bart. & Doct. & facit l. 4. §. ſi ab ignoto, ff.
de manu, & l. doli. §. diuerſum, ff. de nouat. & quod not. per
Bald. in l. 1. C. ſi ſeruus extero. & ſic concluditur, quod
pactum de retrouendendo appoſitum ex interual-
lo poſt contractum venditionis nihil poteſt nocere
venditioni, nec aliquid ſimulationis præſumptio-
nem iudicare, vt etiam ſupra dictũ eſt in 3. præſum-
68 ptione ſimulationis. † Sed ſi pactum de retrouen-
dendo fuiſſet appoſitum tempore contractus ven-
ditionis, & in hoc fuerunt opiniones. Quidam e-
nim voluerunt, quod iſta duo pactum de retrouen-
dendo. & enormitas pretij ſufficerẽt, ad præſumen-
dum contractum ſimulatum, & hoc videtur pro-
bari, *in cap. illo vos ibi*, ex duobus tamen, &c. *extra de*
pigno. vbi videtur probari, quod duæ præſumptio-
nes ſufficiant ad præſumendum contractum ſimu-
latum, vel in fraudem conceptum; & quod duæ
præſumptiones probent, videtur eſſe *gloſſ. ordina-*
ria, in l. 2. §. 1. in verbo legitimu, ff. de excuſ. tut. & ibi per
Nich. de Neapoli, & per Bald. eleganter, in l. ſi quis ex ar-
gentariis, §. 1. ff. de edendo, & per. Bart. in l. 1. §. idem Corne-
lio, ff. de quæſtionibus, & pro iſta opinione videtur eſſe text.
in cap. ad noſtram extra de empt. & vendit. ibi, quod pa-
tet, ex eo, vbi text. videtur innuere, quod hæc duo
tantum ſufficiant, & hanc opin. videtur tenere gl.
in cap. conqueſtus extra de vſuris, & Innoc. & Ioan. Ant. in
d. c. ad noſtram, & Archid. 14. q. 3. plerique & idem vi-
detur ſentire Anton. de Butr. *in d. c. ad noſtram, & i-*
dem tenet Alb. de Roſato in l. emptione, C. plus valere, quod
agitur, & Ioan. de Imola in d. c. ad noſtram, & ita conſuluit
d. Ioan. de Caſtellione, cui conſilio nonnulli ſe ſub-
ſcripſerunt. Ego autem, licet prædicta ſit magna au-
ctoritas, tamen, vt dixi, ſemper tenui contrarium,
& teneo, quod prædicta duo non ſufficiant. & hæc
pars eſt verior & noſtris temporibus communiter
* * obſeruata, & in iudiciis & in ſcholis, & eſt etiam
tutior, & in caſu noſtro ſine aliquo dubio eſt am-
plectenda. Quod ſic probatur; ex forma contractus
noſtri venditionis non apparet, quod ſit ſimulatus,
vel pignoratitius, ergo hoc dicere non debemus,
argum. c. illo vos cum gl. in ver. ex forma de pign. & argum.
69 *c. in ciuitate in ver. ex forma de vſuris.* † Secundo hoc
probatur. In dubio ſtandum eſt inſtrumento, nec
contractus præſumitur ſimulatus vel vſurarius ſed
verus, & licitus, *l. precibus. C. de probat. & l. ſed ſi mari-*
tus, in fin. ff. qui, & à quibus, & c. fin. de renunt. lib. 6. facit.
l. merito. ff. pro ſocio. & ita not. Bart. in conſ. ſuo quod inci-
pit, Petrus Nichole. & Bald. in l. rog. iſti. §. ſi tibi, in fin ff. ſi
cert. pet & in c. 1. § ſi inſtrumentum, in tit. de nouis feudo-
rum. Tertio probatur, hoc non reperitur cautum,
quod illa duo tantum ſufficiant, vt vult etiam Ant.
de Butr. *in c. illo vos. extra de pign. in 2. col.* ergo hoc di-
cere nõ debemus, *arg. l. prauar. §. fi. ff. de præuaric. & 31.*
q. vlt. C fin. & 23. di. præterea cum ſimi. Nec obſtat ſi di-
catur, Ant. de But. dicit *in d. c. illo vos*, quod licet non
habeamus text. expreſſum, quod ex ſola paruitate
pretij præſumatur contractus ſimulatus, tamen ſa-
tis ex ratione decretalis ad noſtram, debet præſumi
contractus ſimulatus, ex quo pretium non æquiua-
let rei & eſt pactum reſolutum appoſitum, maxime
ſi cõſueuerit emptor vſuras exercere, quia debet di-
ctum d. An. de But. intelligi ſecundum tex. quẽ alle-
gat, *in d. c. ad noſtrã*, de quo dicetur infr. in 7. arg. Item
quia dicit maxime debet intelligi, vt dicam infra re-
70 ſpõdendo ad gl. *in c. conqueſtus extra de vſuris.* † Quar-
to ad idem probatur. De iure canonico duo tantum
iura reperiũtur, ex quibus videtur probari in mate-
ria noſtra, an & quando præſumatur contractus ſi-
mulatus, & in fraudem vſurarum conceptus, videli-
cet. *c. ad noſtram de empt. & vend. & c. illo vos extra de pig.*
in quibus ſe fundant Doct. omnes qui tenent con-
trariam ſententiam, ſcilicet quod illa duo ſola ſuffi-
ciant, ſed illa c. requirũt alias præſumptiones, quam
illa duo, vt infra dicã declarando illa c. in 7. & 8. arg.
Ideo non probatur. Quinto hanc ſententiam tenet
gl. *in l. dolus. C. de reſc. vend.* quæ dicit, quod ſola parui-
tas pretij non ſufficit ad præſumendum dolum, &
ſic fraudem vel ſimulationem, *d. l. dolus.* ſed coniun-
cta cum aliis ſic, & ſic cum loquatur in plurali nu-
mero, ibi, cum aliis requiruntur ſaltẽ paruitate pre-
tij duæ aliæ præſumptiones, *arg. l. vbi nu. ff. de teſt. cum*
ſim. Sexto hoc videtur tenere *gl. in l. 2. §. 1. in verbo le-*
git. ff. de exec. tut. quæ dicit, quod duę præſumptiones
71 plenam faciunt fidem cum aliis indiciis, † quia quę
non proſunt ſingula multa iuuant, *l. inſtru. & l ratio-*
nes. C. de fide inſtru. Et ſic dum dicit cum aliis indiciis
gl. vult aperte quod duæ præſumptiones non ſuffi-
72 ciunt, *& pro hoc tex. in d. l. inſtr. cum gl.* † Septimo pro
iſta opinione eſt caſus, *in c. ad noſtram de empt. & vend.*
licet allegetur in contrarium, & induco illum text.
ſic: nam ibi erant tres pręſumptiones, ex quibus Pa-
pa ſe fundat. Vna eſt paruitas pretij, vt paret ibi dum
dicit, quæ vix dimidiam iuſti pretij contingebat. A-
lia eſt de pacto de retrouendendo, vt probatur ibi,
vt quandocunque vſq; ad nouennium daret 60. vn-
cias aureorum. Tertia eſt præſumptio potiſſima vi-
delicet quod emptor non teneatur reſtituere do-
mos, & oliuas vſq; ad ſeptẽnium, ibi, venditori, qui
ibi appellatur debitor, quia in veritate eſt debitor;
ex quo contractus eſt pignoratitius, vſurarius, cum
ex hoc inſurgat vna mala præſumptio, videlicet
quod emptor vellet ſaltem lucrari fructus omnes
vſque ad ſeptennium, vt plene dixi in tractatu meo
ſimulationis in 10. pręſumptione. Et ideo cũ ibi ſint
tres præſumptiones, & ſic vna potiſſima vltra pa-
ctum de retrouendendo, & enormitatem pretij, ſe-
quitur quod ibi eſt caſus de iſta quæſtione, & ſic nõ
73 probat pro opinione contraria. † Octauo dico,
quod hæc opinio probatur, *in c. illo vos extra de pign.*
quod pro alia parte allegatur, vt patet ibi ex duobus
tamen, quæ ex pacto fuerunt expreſſa, nam ibi præ-
ſupponitur primo, quod pactum de retrouẽdendo
fuerit appoſitũ, & iſta eſt vna præſumptio: ſecundo,
ꝙ fructus percepti deberent in ſoluẽda pecunia nu-
merari, quod pactũ conuenit naturę pignoris, *l. 1. &*
2. C. de pig. act. & l. 1. C. de diſtract. pig. & iſta eſt ſecunda
præſumptio vehemẽs. Tertio quod vltra ſummam
receptam

receptam 60.ſolidi deberent perſolui,& eſt iſta ter-
tia præſumptio. Et ſic licet dicat ex duobus, tamen
comprehendit etiam tertium ſcilicet pactum de re-
trouendendo, imo potius videtur ſe principaliter
fundare in aliis duobus concurrente tamē pacto de
retrouendendo,& ideo ibi probatur, quod ſimplex
pactum de retrouendendo non ſufficit, ſi eſt con-
iunctum cum vna alia præſumptione, & ſic in ve-
ritate ille text. probat iſtam ſecundam opinionem
74 eſſe veriorem. † Et iſtam opinionem tenuit Iac.de
Ar. & Cy. *in. l. emptione. C.plus valere quod agitur in 4.
q.& Bal.ibi idem tenet & in c.1. in tit.de feudo dato in vim
legis commiſſ. in vſibus feudor. & hanc opinionem tenet Io.
An.in d.c.ille vos, & Pet. de Anchar. in dicto. c.ad noſtram,
& Card. Flo. Zabarella in dicto. c. ad noſtram, & dicto. c.
ille vos.* qui dicit ſe ita conſuluiſſe in quæſtione facti.
Et hanc ſententiam tenet egregius, & ſolemnis
Doctor, & in materia vſurarum ſummus Interpres
D.Laurentius de Rodulphis de Florentia *in ſuo ele-
ganti tractatu de vſuris, quem poſuit in c.conſuluit extra de
vſuris in. 60. q.* vbi refert,quod præclarus Doctor, &
magnus practicus Dominus ſuus d. Laurentius de
Pinu dicebat *in dict.c.ille vos,* in practica ſeruari quod
illa tria requirantur, ſcilicet pactum de retrouen-
dendo, & paruitas pretii, & quod emptor ſit ſolitus
fœnorari, *vt dicitur in.l.& c.ille vos,in fi.Et in hac opinio-
ne videntur fuiſſe d.Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 325.* quod in-
cipit: In Christi nomine, in cauſa mota per Domi-
nam Dorotheam in 2.& 5.col.& ſubdit, quod com-
* muniter * Doctores dicunt, quod ſufficiunt illæ
tres præſumptiones de quibus ſtatim dixi, & ita
conſulendo expreſſe tenuit excellens Iuris Cano-
nici Doctor, & ſuo tempore primarius D. Iacobus
de Zochis de Ferraria, & ita etiam vidi ſæpius alios
famoſiſſimos Doctores conſulere, & iudicare, & id-
eo. vt dixi, hæc ſententia verior eſt equior,& tutior.
Nec obſtant allegata in contrarium, quia ex præ-
dictis patet reſponſio excepta glo. *in cap. conqueſtus
de vſuris*, ad quam poteſt reſponderi, quod ibi ver-
75 bum præcipue abundat, † ſicut dictio maxime
quandoque abundat, vt eſt glo. *in l.fin. in verbo maxi-
me ſupra de teſta.ma.* Vel ſecundo poteſt reſponderi
ad illam glo. quod verbum illud præcipue non a-
bundet, ſed intelligatur ſecundum *c. ad noſtram &
ca.ille vos*, in quibus interuenerunt aliæ præſumpti-
ones, vt dixi, quia gl. debet intelligi ſecundum text.
quem allegat, vt not.Bart. *in.l.non ſolum, §.ſi liberatio-
nis.ff.de liber.leg.* Vel tertio modo poteſt reſponderi
intelligēdo eam, prout iacet, & vt intelligunt Doct.
qui eam allegant pro contraria opinione, quod illa
glo. cum reuerentia ita intellecta non diceret ve-
rum. quia nō probaretur aliquo iure, imo iura, quæ
ipſa allegat probarent contrarium, & iſtæ tres re-
ſponſiones ſimiliter dari poſſunt ad id, quod dicit
An. de Butr. *in cap.ad noſtram, ad fin.de emptio.& vendi.*
dum intelligit quando paruitas pretii concurrit cū
pacto de retrouendendo, maxime ſi pactum eſt de
retrouendendo poſt certum tempus. Et iſtam par-
tem ego ſequor tanquam veriorem, & ita ille. qui in
76 hac cauſa diiudicaturus eſt debeat, eam ſequi, † quia
æquior, & tutior, quoniam in dubio in meliorem
partem debemus interpretari, & *in c. eſtote miſericor-
des, & ibi not. extra de reg. iur. & not. gl. in c. nauiganti, ex-
tra de vſuris, facit l. merito. ff. pro ſocio. cum ſimil.* Et ſi in
prædicta quæſtione in contrarium ſumpta eſſe poſ-
ſet aliqua dubitatio, tamen in caſu noſtro firmiter
teneo, quod nulla ſit penitus dubitatio, quatuor
potiſſime rationibus. Prima eſt, quia ſubeſt vna ve-
77 hemens præſumptio in contrarium, † nam con-
trahentes in dubio videntur vel ita contrahere, vt
contractus valeat, & id facere, quod de iure facere
poſſunt, *vt l. ſi procurator, & ibi not. ff. de cond. indeb. &
not. gl. c. 2. in fi. in l. Gaius in prin. ff. ſol. matri.* ſed ſi actum
fuiſſet, quod eſſet pignus, & quod emptor tenetur
retrouendere venditori, non valeret venditio in
præiudicium monaſterii, quod ſimpliciter conſen-
ſit venditioni, vt libere inueſtirentur emptores, nō
autem vt eſſet pignus, per ea quæ habentur *in l. fi. C.
de iure emph. & in c. potuit extra de locato.* non ergo iu-
dicare debemus pignus, ſed venditionē veram. Se-
cunda ratio eſt, quia inueſtitura facta per moniales
dictis emptoribus de conſenſu, & voluntate vendi-
torum, fuit appoſitum pactū, quod ſi dicti empto-
res inueſtiti vellent vendere, teneantur denuntiare
monialibus, & ſi emere voluerint ſibi prius vende-
re, ſicut etiam eſt de iure communi, ſine pacto, *ad
d. l. fin. C. de iure emphyt.* nam ſi venditores habuiſſent
pactum de retrouendendo, nec ipſi, nec emptores
paſſi fuiſſent illud pactum apponi, quia fuiſſet con-
trarium pacto de retrouendendo, quod fuiſſet
tunc appoſitum, quod tamen non eſt verum, vt dixi,
78 † & dictæ partes fuiſſent in eodem inſtanti ſibi con-
trariæ contra *l. 1. C. de furt.* & immediate reuocaſſent
illud, quod fecerant, quod non eſt credendum. *l.
nam ad ea. ff. de cond & demo.* Ne ergo iſtę abſurditates
ſequantur, iudicandum eſt, quod fuerit verus con-
tractus venditionis. Tertia ratio & potiſſima eſt,
quia in quantum illa duo ſcilicet pactum de retro-
uendendo, & enormitas pretii ſufficerent ad pręſu-
mendum contractum vſurarium, quod minime ve-
rum eſt, iſtud eſſet, niſi vigore cuiuſdam præſum-
ptionis à lege introductæ, *vt probatur in dicto c. ille vos
in fin.* ibi præſumeretur vehementer, *de pignorib.* &
procederet vbi nulla præſumptio vel probatio eſſet
in contrarium, non autem quando eſſent præſum-
79 ptiones, vel probationes in contrarium, † quia tunc
ſicut vna præſumptio tollit aliam, ita duæ vel plures
præſumptiones alias tollunt, *vt c. literas de præſump. &
l. diuus. ff. de in integr. reſtit.* ſed in caſu noſtro nedum
ſunt plures præſumptiones contrariæ, imo etiam
probationes teſtium, & confeſſio partis aduerſæ,
quæ confitetur illud, quod in inſtrumento contine-
tur: Cum ergo decem præſumptiones, & probati-
ones cum confeſſione aduerſarii ſint claræ in fauo-
rem emptorum, quod illa emptio fuerit vera, &
pura, & ſine pacto de retrouendendo, vt ſupra di-
ctum eſt, & adſint etiam duæ rationes præcedentes,
ceſſat omnis præſumptio ſimulationis, ſi quæ fuiſ-
ſet in contrarium. Et ſic ſumus extra caſum dictæ
quæſtionis: quæ ſolum procedit vbi non ſunt aliæ
præſumptiones in contrarium, quæ ſunt in caſu no-
ſtro. Quarta ratio eſt, vt dicamus, quæſtionem pre-
dictam procedere vbi eſſet certe, & clare probatum
de dictis duobus, ſcil. de pacto, de retrouendendo,
& de

& de enormitate pretii, ſed in caſu noſtro hoc non eſt clarè probatum, imo nullo modo probatum, & eſt probatum potius contrarium, ideo ſine dubio ceſſat diſputatio prædictæ quæſtionis, & omnis du-
80 bietas in caſu noſtro. † Poteſt etiam alia ratio aſſignari, quæ eſt notabilis, quia prædictum *cap. ad noſtram, & c. ille vos*, loquuntur in emptione voluntaria, & vbi pretii & pecuniæ numeratio realiter intercesſit, ſed in caſu noſtro fuit verè datio in ſolutum, quæ etiam venditio appellari poteſt, quia fuit illa venditio facta pro parte debiti, in quo venditores tenebantur emptori, vt ſupra dixi, & hoc probatur *in l. ſi prædium, C. de euict. & in l. eleganter, in princ. ff. de pignor. actio. & in l. quoties, ff. de iure dot. cum ſimilib.* & ſic pecunia non fuit per emptores ſoluta, & ſic creditor non tàm vltro, quàm ſui debiti conſequendi
81 cauſa deſcendit. † Vnde non ſic faciliter præſumitur mutuum, quando pecunia non interuenerit, ſed ſolum compenſatio debiti, ſicut fuit in caſu noſtro. quia mutuum pecuniæ datione contrahitur, *l. 2. ff. ſi cert. pet.* & licet dicatur, quod fuerit emptio, verum eſt in effectu, ſed propriè fuit datio in ſolutum, *vt probatur dictis iuribus*. Cùm ergò caſus noſter ſit valde diſſimilis à caſu Capituli ad noſtram, & *c. ille vos*. Ideo non debemus illa iura ad caſum noſtrum extendere, maximè cum nõ ſubſit eadem ratio, & ita comperio fuiſſe conſultum per D. Raphaelẽ Fulgoſium in conſil. ſuo in ordine meo 186. aliàs 133. quod incipit: In quæſtione coram Dn. Capitaneo Trigeſti, quod dicit, eſſe notatu digniſſimum. De aliis tribus præſumptionibus 503. quod ſcilicet emptores ſoliti facere ſimiles contractus, & quod pacta in inſtrumento emptionis fuerint inſolita, & quod emptores dicant, contractum ſimulatum reſpectu quantitatis pretii non eſt aliud dicendum, quia illæ penitus non ſunt probatæ, vt nocere poſſint, vt ſupra declaratum eſt, nec etiam pars aduerſa in eis ſe fundat, ſed in prædictis duobus tantum. Vnde ex prædictis omnibus concluditur, quod iudicandum eſt, dictum contractum venditionis fuiſſe verum, & purum, & non pignoratitium, vel ſimulatum, & per conſequens benè iudicatum, & malè appellatum, & partem aduerſam in expenſis condemnari debere per iura vulgatia. Super reconuentione autem decreui nihil ſcribere, non quia emptores iuſtitiam non foueant, ſed quia ex proceſſu apparet clarè & manifeſtè, quid ſit iudicandum, ac etiam, quia ſatis longus extiti in præcedentibus.

ANNOTATIONES.

a Enormitas dicitur illa] *Idem docent Rom. in conſ. 304. in princ. Dec. in conſ. 167. num. 4. verſ. accidit etiam, Iaſ. conſ. 2. nu. 4. lib. 4. Grat. conſ. 157. nu. 6. lib. 2. & latè Cagnol. in l. 2. nu. 57. C. de pact. inter empt. & vend. verum hoc iudicis arbitrio relinqui voluere Andr. Sicul. in conſ. 51. col. 2. lib. 1. Berthand. conſ. 236. nu. 4. lib. 2. Socin. iun. conſ. 104. nu. 4. lib. 3. & D. Menoch. in tractat. de arbitra. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 217. nu. 4. & ſeq.*

b Vel ſaltem mediocrem] *Alex. in conſ. 64. num. 9. lib. 2. latè Pantal. de crem. in l. 2. C. de reſcind. vend. nu. 341. & Fran. Hercul. in tract. de probanda negatiua, nu. 253.*

c Ex interuallo] *Pactum de retrouendendo ex interuallo appoſitum, contractus ſimulationem non arguere reſponderunt etiam Abb. in conſ. 79. col. 7. verſ. tertio me monet, lib. 2. Alex. conſ. 38. nu. 3. lib. 5. Corn. conſ. 133. col. 3. verſ. & quamuis nonnulli, lib. 1. & conſ. 24. col. 3. verſ. videtur quod pactum, lib. 3. Bertrand. conſ. 109. col. fin. lib. 3. contrarium tamen tenuere Innoc. in c. grauis, ante fin. extra de depoſ. Bald. in auth. hoc iuſ. col. pen. verſ. ſed pone quod ſuper, C. de ſacroſ. Eccleſ. in l. cum fidem, in fine, C. de non num. pecu. & in conſ 322. col fin. lib. 3. Cranet. conſ. 156. nu. 18. Natta conſ. 198. nu. 11. Tiraquell. in tractat. de retractu conuentio. in præfat. nu. 8. 9. 10. & 13. & Iacob. Nouell. in tractat. regular. regul. 153. in 1. ampliat. ſed hoc iudicis arbitrio relinqui, docet D. Menoch. in d. tract. de arbitra. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 13. nu. 4.*

d Pactum de retrouendendo] *Quomodo pactum de retrouendendo probetur, & an coniectura ſufficiant, videatur Caſtr. in conſ. 143. vol. 2. in nouis & in antiquis eſt in conſ. 280. Dec. conſ. 18. nu. 5. latè Gozad. in l. 2. nu. 355. C. de pact. inter empt. & vendit. & ibidem Cagnol. nu. 180. Rol. a Valle conſ. 50. nu. 7. & per totum, lib. 4. & Celſus Hugo. conſ. 58. nu. 9.*

e Iſta duo ſimul] *Adde, quæ ſupra annotaui in conſ. 9. in litera F. & præter ibi citatos Cagnol. in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. nu. 50. & ſeq.*

CONSIL. LII.

ARGVMENTVM.

An venditio facta per maiorem vnà cum minore, qui ex ſtatuto Veronæ alienare non poteſt, valeat & teneat, ita vt maior obligetur; an verò & ipſe ſtatuti exceptione vti poſſit.

SVMMARIA.

1 *Si ſunt duo correi, an ſit vna & eadem obligatio, & num. 3.*

An ſi ſunt duo correi, & obligatio alterius reſpectu ſit nulla, etiam quò ad alterum nulla eſſe dicatur, & num. 4.

2 *Fideiuſſor interuenire non poteſt, vbi contractus ſeu obligatio principalis non tenet.*

5 *Sicut quis ſolus poteſt rem alienam vendere, & ſe obligare de euictione, & ad pœnam dupli, & tenet obligatio etiam vendendo rem, quæ vendi non poteſt, ita etiam poteſt ſe obligare cum illo, qui obligari non poteſt.*

6 *An interueniens in contractu minoris nullo tanquam fideiuſſor teneatur.*

7 *An ille, qui vendidit rem minoris, qui ex forma ſtatuti Veronæ alienare non poteſt, videatur intercedere tanquam correus principalis, an tanquam fideiuſſor.*

8 *Inſtrumento in dubio ſtandum eſt, nec præſumitur ſimulatum, niſi probetur.*

9 *Primò nominatus in inſtrumento attenditur, & dicitur principalis.*

10 *Qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo.*

11 *An exceptio, quæ competit vni ex correis, etiam alteri competat.*

12 *Pœna dupli in ſolidum contra plures correos committitur, ſi nullus defendat.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. In iſta quæſtio-
a ne *a* duo ſunt examinanda. Pri-
mum eſt an dicta venditio facta per
Bartholomæum Faelam valuerit re-
ſpectu perſonæ ſuæ. Secundum ſi valuit, an excep-
tio, quæ comperit ſeu competiit Michaeli minori
ex forma ſtatuti Communis Veronæ, de minori-
bus, quod alienare non poſſint ſine trium agnato-
rum, ſeu cognatorum præſentia, competat etiam
ipſi Bartholomæo, qui ſimul & in ſolidum vendi-
1 dit. † Circa primum dubium videtur dicendum
quod dicta venditio non valuerit, quia aut Bartho-
lomæus fuit, & eſt correus, aut eſt fideiuſſor, ſi eſt
correus, & tunc cum ſit vna obligatio, ſeu identi-
tas obligationis *l.3.* §.1. ibi cum vna ſit obligatio, *ff. de
duobus reis*, & circa idem ſeu eandem rem, quia ean-
dem petiam terræ in ſolidum vendiderunt. *vt l. 2. in
principio*, ibi eandem pecuniam *eodem titulo, ff. de duo-
bus reis*, & ſimultas obligationis, quia ſimul obliga-
ti ſunt, *vt l. duos reos*, §. *fin. eodem tit.* & ſimultanea
vtriuſque obligationis extinctio, *vt d. l. 2. in fin.* vide-
tur dicendum, ex quo contractus prædictus ex per-
ſona alterius correi, ſcilicet Michaelis minoris ſit
ipſo iure nullus, ex forma ſtatuti, quod etiã ex per-
2 ſona Bartholomæi correi debeat eſſe nullus. † Si
eſt fideiuſſor idem multo magis, quia ſi non valet
obligatio principalis vigore ſtatuti, quod præſumit
dolum vel metum interueniſſe in contractu mino-
ris, & prohibet contractum fieri, & per conſequens
etiam obligationem naturalem oriri, non potuit
fideiuſſor accedere *vt l. 1. & 2. ff. de fideiuſſ. & not. Bart.
eleganter in l. cum lex eod. tit.* & ideo ſicut non tenetur
principalis Michael minor, ita nec etiam Bartholo-
mæus eius fideiuſſor ſecundum Barto. *in dicta l. cum
lex*, & ideo videtur, quod ſicut contractus venditio-
nis, & ſic principalis non valuit, ita nec etiam acceſ-
ſorium ſcilicet pactum euictionis, vel pœnæ dupli,
vt eſt gloſſ. ſingularis in l. ſi patronus, in §. *patronum, ff. ſi
quid in fraudem patroni*. Sed contrarium eſt dicendũ,
3 tenendo quod ſint duo rei, † nam licet dicatur
quod ſit vna obligatio, illud eſt verum quantum ad
hoc, vt vnius ſolutio liberet alium, *vt l. in duobus*, §.
fin. ff. de duobus reis, tamen in veritate duo ſunt in per-
ſona cuiuſque correi, *vt eſt text. in l. eandem*, §. *fin. in fi.*
ibi nihilominus in cuiuſque perſona propria ſingu-
lorum conſiſtit obligatio. *ff. de duobus reis*, & ibi hoc
etiam tenet gloſſ. cum qua Docto. communiter
* * tranſeunt, & eſt gloſſ. ordinaria, quæ hoc etiam
expreſſe firmat *in l. qui hominem*, §. *primo in verbo com-
munis, ff. de ſolut.* quæ dicit, quod licet ſit obligatio
duorum correorum communis, vt ibi, quia venit
communicanda ſi ſocii ſunt, tamen verè ſunt duæ
obligationes, & vnicuique ſua ſibi propria quæſita
eſt, *dicta l. eandem*, §. *fin. & d. l. 3. in fin. ff. de duobus reis.*
Et ideo cum ſint duæ obligationes duorum correo-
rum, & proprie in perſona cuiuſque, & ſint diui-
duæ, quia poteſt exigi ab vtroque pro parte *vt eſt
text. in l. 3.* §. *1. verſ. partes autem à ſingulis, ff. de duobus reis,*
4 † ſequitur, quod licet in perſona vnius non valeat,
neque teneat obligatio, tamen tenet, aut tenere
poteſt in perſona alterius, cum vterque ſit æque
principalis, *vt probatur in l. ſi ſponſus*, §. *generaliter, verſ.
quod ſi aliarum, ff. de donat. inter virum, & vxor.* vbi eſt
text. notabilis de hoc, & ad hoc allego etiam quod
5 nota. Barto. *in l. ex duobus in 13. q. ff. de duobus reis.* † Et
per hoc concluditur, quod ſicut quis ſolus poteſt
vendere rem alienam, & ſe obligare de euictione,
& ad pœnam dupli, & valet obligatio, *vt eſt text cum
gloſſ. in fin. in l. rem alienam, ff. de contrahen. empt.* etiam
vendendo rem illius, quæ vendi nõ poteſt, *vt eſt text.
cum gloſſ. in l. fin, C. de prædiis minorum*, ita etiam po-
teſt ſe obligare tanquam correus, cum illo, qui ob-
ligari non poſſet ipſo iure, & licet alteri non tenea-
tur, tamen ipſe, qui obligari poſſet, vendendo rem
propriam, poteſt obligari vendendo rem alienam
6 tanquam correus. † Tenendo autem quod iſte
Bartholomæus fuiſſet fideiuſſor, eſt maior dubita-
tio, & videtur, quod etiam iſto caſu teneatur, ex
quo nullum regreſſum habere poteſt contra mino-
rem, ex forma ſtatuti per *l. 2. cum ibi not. C. de fideiuſſo-
ribus minorum*. Tamen in hoc verius eſt dicere, quod
b *b* non teneretur, ex quo ſtatutũ prohibet minorem
contrahere, & præſumit dolum, vel metum, *vt eſt
caſus in l. cum lex, & ibi hoc not. eleganter Bart. & Doct. ff.
7 de fideiuſſoribus*, & iſtud teneo. † Sed dubium eſt,
numquid d. Ioannes videatur interueniſſe tanquã
correus principalis, an tanquam fideiuſſor, & vide-
tur, quod tanquam fideiuſſor, & ſit color quæſitus,
nam iſte fundus venditus erat ipſius Michaelis mi-
noris, & venditus fuit propter minorem, ad quem
ſpectabat onus maritandi ſororem ſuam, & non ad
Bartholomęum, vt de ſe patet, & ideo cum iſte con-
tractus fieret gratia minoris tantum, & ad ipſum
debebat tota pecunia peruenire, videtur quod
fuerit color quæſitus, quia cum ipſe minor non
poſſet vendere, ſtante prohibitione ſtatuti, & ipſe
Bartholomæus non potuiſſet ſe obligare tanquam
fideiuſſor, quia non valuiſſet obligatio per dictam *l.
cum lex, ff. de fideiuſſoribus*, actum videtur fuiſſe tacite,
quod adhibeatur ipſe Bartholomęus tanquam cor-
reus principalis, ad quem hæc res nihil ſpectabat, vt
hæc probantur per text. notabilem *in l ſed Iul.* §. *pri-
mo, ff. ad Maced. & in l. quamuis*, §. *ſi cum eſſet. ff. ad Velleia-
num*. Ego tamen ſtante caſu præmiſſo, & aliter non
c docto, teneo contrarium, *c* nam primo ex inſtru-
mento non conſtat aliquis color quæſitus, neque
8 ſimulatus, † imo in dubio ſtandum eſt inſtrumen-
to, neque præſumitur ſimulatum niſi probetur
l. cum precibus, C. de probat. cum ſimilibus. Et ideo cum
inſtrumentum dicat, quod Bartholomæus tan-
quam correus principalis vendiderit, non debe-
mus præſumere ſimulationem, niſi appareat, &
maxime cum ex inſtrumento etiam appareat con-
9 trarium. † nam ipſe Bartholomæus fuit principa-
lis venditor, & ad ipſum principaliter Ioannes ha-
buit reſpectum, & ad minorem ſecundario, quod
patet, quia primo Bartholomæus nominatur in in-
ſtrumento tanquam primus venditor, pro hoc eſt
text. *in cap. ſi quis iuſto impedimento*, ibi, is qui primo
in inſtrumento vel literis procuratoris extiterit
nominatus, *de electione, libro 6. & in authent. hoc
amplius, in fine, ibi*, vt vnus quiſque eorum prius
nominatus, *& ibi Baldus, Cod. de fideicommiſſ.* Item,
quia

quia pecunia fuit numerata vtrique, vt patet ex inſtrumento, vnde non poteſt dici, quod ipſe Bartholomæus ſit tanquam fideiuſſor, cum etiam ipſi pecunia numerata fuerit iuxta nota. per Bartol. *in l. reos in principio, ff. de duobus reis.* Item quia licet in dubio Michael frater teneatur dotare ſororem ſuam, & non Bartholomæus auunculus; tamen potuiſſet ex aliqua obligatione, vel contractu, vel ex mera liberalitate ſe obligare pro parte ad dictam dotem ſicut feciſſe videtur; & ideo licet illa tota pecunia perueniſſet ad ipſum minorem pro dotando ſororem ſuam; tamen ex quo fuit numerata vtrique correo, neque conſtiterit ipſi Ioanni, quid inter dictos correos ageretur, non præſumitur ipſum Ioannem fraudem, vel ſimulationem cõmiſiſſe cum Bartholomæo maiore; niſi fraus vel ſimulatio probaretur per ipſum Bartholomæum, *vt l. quoties, §. qui dolo, ff. de prob.* & maxime ſi conſtaret ipſum Ioannem non quæſiuiſſe colorem, ſi credidiſſet dictam poſſeſſionem ſibi venditam, fuiſſe ipſius Bartholomæi tantum vel vtriuſque ſcilicet Bartholomæi, & Michaelis minoris, & iſtud non haberet aliquod dubium; imo etiamſi ſciuiſſet, fuiſſe & eſſe Michaelis minoris, & credidiſſet quod Bartholomæus potuiſſet ſe obligare tanquam correus principalis, etiam ipſe vendendo, dato, quod de iure contrarium eſſet; nihilominus propter hoc excuſaretur, vt non præſumatur fuiſſe ipſe Ioannes in fraude quæſiti coloris,
10 aut ſimulationis, † quia quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo, vel fraude, *vt eſt tex. notabilis in l. igitur, §. & generaliter ibi,* quoties quis iuſtis rationibus ductus vel non iuſtis, ſine calliditate tamen putauit, *ff. de liber. cau. & eſt tex.* ad literã de colore quæſito, coniuncta gl. notabili, *in l. 1. in fin. ff. de abigen,* ibi, ſi non color quęſitus eſt ſed vere putauit ſua ductus iuſtis rationibus, & gl. ſingulariter ibi dicit, idem ſi non iuſtis, ſed quoquo modo ſua credit etiam errore iuris, cum ceſſet dolus, *vt dicta l. igitur, & eſt ſimilis text. cum gloſſ. in l. plagij la ſecunda, C. ad leg. Flaniam de plagiariis,* & facit etiam ad hoc *gloſſ. fin. in cap. 1. in § fin. in titul de lege Corradi in vſibus feudorum.* Et ideo ſi fuiſſet ſibi dictum ab aliquo viro fide digno, cui credere veriſimiliter potuiſſet, *vt eſt gloſſ. notabilis in l. Titio fundus, ff. de condit. & demonſtrat.* præſumendum eſſet, quod ita credidiſſet, ſiue iuſte ſiue iniuſte, imo etiamſi credidiſſet ductus aliter iniuſtis
11 rationibus per prædicta. † Circa ſecundum dubium. Poſito, quod dicta venditio valuerit ex perſona ipſius Bartholomæi, an exceptio, quæ competebat ipſi Michaeli minori vigore dicti ſtatuti, cõpetat ipſi Bartholomæo. Et dico breuiter, quod ſi eſſet fideiuſſor, quod in dubio non præſumitur, ſecundum ea, quæ ſupra dixi, & clarum eſſet, quod ſic *per l. cum lex, ff. de fideiuſſ.* Aut eſt correus principalis nullo colore quæſito, & tunc cum non ſint ſocij, & obligauerint ſe ex cauſa onèroſa, dicendum eſt, quod non, per ea quæ notat Bartol. *in l. ex duobus in 14. & vltima q. ff. de duobus reis.* Et licet pecunia dicatur ad Michaelem tantum perueniſſe, tamen per hoc non pręſumitur color quæſitus per ea, quæ dixi ſupra in præcedenti dubio, nec propter hoc iuuari poteſt exceptione competenti Michaeli minori, maxime cum non agatur ad ipſam pecuniam, quam Michael minor habuit, & reſtituit, ſed agatur ad expenſas, damna, & intereſſe, & pœnam dupli,
12 † quæ in ſolidum committitur, quia nullus defendit, *iux. l. ex clauſula, ff. iudicatũ ſolut,* & Bartholomæus eſt correus, ex quo in ſolidum exigi poteſt, *vt l. 3. §. 1. ff. de duob. reis.* Concludo itaque ex prædictis, quod cum venditio quantum ad Bartholomæum valuerit, & ipſe ſit correus, & non fideiuſſor, neque color præſumatur quæſitus, & promiſit de euictione, & pœna dupli, quod ipſe tenetur ad omnia prædicta, ex quo non defendit, neque defendere voluit, aut potuit etiam ſi Ioannes ſciuiſſet fundum ſibi venditum eſſe Michaelis minoris tantum, *per l. ſi fundum ſciens, C. de euict.*

Annotationes.

a In iſta quæſtione] *Adde quod in hac eadem cauſa vertente inter Dominum Ioannem Scloppum, & Dominum Bartholomæum Faelam ciues Veronenſes, contrarium conſuluit Alexander de Imola, in conſ. 66. libr. 4. ſed Authorem noſtrum melius conſuluiſſe apparet ex his, quæ ad rem hanc tradunt Fabian. de Monte in tractatu de emptione, & venditione in ſexta quæſtione, princ. nu. 53. 54. & 55. Hippolit Marſil. in rubric. de fideiuſſoribus, num. 62. Ancharan. Regiens: quæſtione 45. num. 10. & ſeq. in ſecunda parte, Natta conſ. 362. num. 14. libro 2. Laurent. de Pinu conſil. 71. num. 2. & ſeq. Laurent. Syluan. conſ. 84. num. 3. libr. 2. Pariſ. conſ. 16. num. 113. & 118. vol. 2. Gerad. Mazol. conſil. 25. num. 5. Franciſc. Beccius conſ. 45. num. 49. vol. 1. Crauet. in tracta. de indemnita. mulier. num. 18. 19. & ſeq. Ronchegall. in l. reos, in princip. num. 27. ff. de duobus reis, & late Borgnin. Caualcan. in tracta. de tutore, & curatore, num. 172. Octauius Simoncellus in tractatu de Decretis, libr. 2. tit. 5. nu. 28. & 29. & D. Decian. in conſ. 72. nu. 5. ſeq. vol. 2.*

b Non teneretur] *Idem Crotus conſil. 195. num. 11. & ſeq. volum. 3. late Plotus, in l. ſi quando, num. 262. 263. & 265. Cod. vnde vi, Fernand. Vaſq. libro 3. §. 30. requiſito 42. num. 19. Proſper Carauita Ritu 200. num. 3. Iac. Machel. patrocin. 58. colum. 1. & 2. & ampliſsime Borgnin. Caualcan. in prima parte ſuarum deciſionum fori Finizanen. nu. 2. & 7. cum pluribus ſequentibus.*

c Teneo contrarium] *Adde quæ ad idem docent Roman. in conſ. 114. nu. 3. Alexan. conſ. 33. nu. 11. lib. 4. Ludo. Bolognin. conſ. 44. nu. 7. & 8. Ruin. conſ. 140. nu. 8. vol. 1. & conſ. 19. nu. 9. vol. 4. Marſil. in rubr. de fideiuſſo. nu. 65. & nu. 370. cum aliis congeſtis per Tiraq. in tracta. de retractu conſangui. §. 31. gl. vnica, nu. 9. & D. Decian. in conſ. 72. nu. 5. vol. 2.*

CONSIL. LIII.

ARGVMENTVM.

Si fratres patri ab inteſtato ſuccedant, & vnus ex illis decedens vnum fratrem ſolummodo hæredem inſtituat, quomodo bona diuidi debeant inter alios fratres excluſos & filios alterius fratris inſtituti, ſtante ſocietate ſimpliciter inter ipſos fratres contracta.

Bona per vnum ex fratribus ſtante communione acquiſita, ſi is vnum tantum fratrem hæredem inſtituat, quomodo dinidi debeant inter eos, & eorum nepotes filios fratris inſtituti.

Bona & lucra per fratres in communione permanentes acquiſita, an cum nepotibus ex alio fratre æqualiter ſint diuidenda, quando ille frater habuit plus in bonis, quàm cæteri.

Societas an in dubio contracta eſſe intelligatur inter patruos & eorum nepotes pupillos, & quomodo lucra inter eos diuidantur.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio bonorum quomodo facienda ſit inter patruos & nepotes, quando omnes fratres patri ab inteſtato ſucceſſerunt, & vnus ex ipſis fratribus decedens, vnum tantum hæredem inſtituit, qui quidem inſtitutus nulla facta diuiſione deceſſit, relictis poſt ſe filijs & fratribus.*

2 *Hæreditas & legata non ſunt communicanda, quando ſimpliciter ſocietas inter fratres contracta eſt.*

3 *Quando in ſocietate dictum eſt, quod quæſtus & lucra ſint communia, de lucro ex hæreditate vel legato proueniente non intelligitur.*

4 *In ſocietate omnium bonorum, an hæreditas vel legatum communicari debeat.*

5 *Societas omnium bonorum in dubio contracta eſſe non intelligitur, niſi exprimatur.*

6 *Bona acquiſita per vnum ex fratribus, qui vnum ſolum ex ipſis inſtituit, quomodo diuidi debeant inter alios fratres excluſos, & eorum nepotes filios fratris inſtituti, ſtante communione inter eos.*

7 *Inſtrumentorum verba ſemper inſpici debent.*

8 *Verba acquiſitionum, ad communem, & cuiuslibet eorum vtilitatem, intelliguntur, vt bona pro virili & reſpectu numeri perſonarum diuidantur, & num. 11.*

9 *Si pater mandat in teſtamento, quod filij ſui æqualiter diuidant, illa verba intelliguntur, vt quis non vtatur perceptione alicuius pecuniæ, quæ eſſet præcipua vnius filiorum tantum.*

Si pater mandat, vt filij æqualiter diuidant, vel omnia inuicem communicent, intelligitur mandaſſe, vt etiam bona propria æqualiter diuidant.

10 *Species tantum operatur, quò ad ſpeciem, quantum genus, quò ad genus.*

Verbum communiter, vel communis, quando refertur ad bona, intelligitur, vt bona ipſa ſint communia.

11 *Verbum cuiuslibet eſt diſtributiuum ſimplex.*

Verbum diſtributiuum attribuit rem vel actum cuilibet in ſolidum, & num. 12.

12 *Si teſtator mandat, vt quilibet hæredum det Titio centum, quilibet cenſetur in ſolidum grauatus, licet in ſolidum non ſit hæres.*

13 *Bona & lucra acquiſita per fratres, ſtantes in communione, an cum nepotibus ex alio patre æqualiter ſint diuidenda, quando vnus habet plus in bonis, quàm alius, & num. 27. & 29.*

Societas generalis omnium bonorum, ex quibus contracta eſſe præſumatur, & num. 15. & 17.

14 *Si fratres maiores in vna tantum ſpecie bona communicent, in illa ſolummodo intelligitur contracta ſocietas.*

16 *In generali ſocietate non attenditur, quis plus vel minus lucretur.*

17 *Societas inter fratres an intelligatur contracta pro virili, an verò proportione & quantitate bonorum cuiuslibet, & num. 19.*

18 *Lucrum attribuitur perſonæ vel rei, cum qua negotiatur.*

Lucri partes tunc debent eſſe æquales, quando æqualiter pecunia ad lucrum eſt collata, alias lucrum pro pecuniæ quantitate diſtribui debet.

20 *Per præcedentia ſequentia declarantur.*

21 *Si vnus fratrum habet bona paraphernalia vxoris, quorum fructus venerunt in communione cum alijs fratribus, efficiuntur communes, quatenus conſumpti ſunt, ſecus verò ſi extent.*

22 *Societas an in dubio contracta eſſe intelligatur per patruos, cum eorum nepotibus pupillis ſimul habitantibus, & num. 27.*

23 *In incertis non in certis locus eſt coniectura.*

24 *Velle homines non credimus, niſi id, quod dicunt.*

Quando de aliquo actu fuit confecta ſcriptura, eatenus præſumitur geſtum, quatenus ſcriptum reperitur.

Voluntatem talem quis habere, vel habuiſſe præſumitur, qualem verba declarant.

25 *Pupilli in ſocietate tacita, vel incidenti non comprehenduntur, niſi eorum nomine, vel cum tutoris authoritate contracta fuerit.*

Pupillus, ſicut expreſſe conſentire non poteſt, ita nec tacite.

26 *Pupillus poteſt ratum habere, quod ſuo nomine vtiliter geſtum eſt.*

28 *Si filius mortuo patre ex pecunia paterna aliquid lucratur, id non imputat, neq; confert, niſi inter fratres eſſet contracta ſocietas.*

29 *Si patrui ex pecunia communi inter eos & nepotes pupillos aliquid lucrentur, an nepotes ex eo lucro aliquid habere debeant, & quantum.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus Sancti gratia. 1 † Super primo dubio, quo quæritur, quomodo & qualiter diuidi debeant inter dictos nepotes, & duos patruos ſuos illa decem talenta, quæ extabant tempore mortis dicti Titii patris dictorum patruorum, & aui dictorum nepotum, videlicet, an dicti nepotes debeant habere vnam dimidiam, & dicti patrui aliam dimidiam, an verò dicti nepotes vnam tertiam partem, & dicti patrui alias duas partes. Videtur mihi dicendum eſſe, nepotes debere habere dimidiam, quia dicta decem talenta fuerunt bona Titii aui paterni, vt dixi, dictorum nepotum, quæ ab inteſtato deuenerunt in quatuor filios æqualiter, videlicet cuilibet eorum pro quarta parte, *vt in auth. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur, in §. 1. & in auth. in ſucceſſione, C. de ſuis & legit.* Poſtea vnus dictorum fratrum ſcilicet

Sempro-

Sempronius reliquit partem ſuam Seio fratri ſuo,
& patri dictorum nepotum in vita ſua, & poſt eius
mortem dictis nepotibus, vt ſupra in facti narratio-
ne exponitur, quod facere potuit etiam non relin-
quendo aliquid aliis ſuis fratribus, ex quo inſtituti
& ſubſtituti non ſunt turpes perſonæ, *l. fratris, & l.
fratres. C. de inoffi. teſta.* & ſic illa quarta pars fuit pri-
mo quæſita dicto Seio, & poſt eius mortem dictis
nepotibus, & ſic Seius in vita ſua habebat dimidiam
hæreditatis paternæ, & alii duo fratres aliam dimi-
diam, & poſt mortem Seii eius filii ſimiliter habue-
runt dimidiam ſibi de iure ſpectantem de bonis di-
cti Titii aui ſui, videlicet vnam quartam partem,
quæ ſpectabat dicto Seio eorum patri, ab inteſtato
per mortem Titii, & aliam quartam partem ex te-
ſtamento dicti Sempronii eorum patrui, & iſtud
non habet dubium. Nec ex eo, quod dicti tres fra-
tres communicauerunt fructus dictorum, & lucra,
videtur dictus Seius communicaſſe illam quartam
bonorum ſibi à Sempronio fratre ſuo ſibi relictam,
2 † quia hæreditates vel legata non ſunt communi-
canda, quando ſimpliciter ſocietas contracta eſt in
l. coire ſocietatem cum ſex legibus ſequentibus, &
maxime *in l. nec adiecit. ff. pro ſocio. facit c. ſi duo fratres
in eadem cauſa in tit. de duob. fratrib. de nouo beneficio in-
3 ueſtitis,* † imo etiam ſi expreſſe fuiſſet dictum, vt
quæſtus & lucri ſocii eſſent, intelligerent de lucro,
quod ex quæſtu venit, & non ex legato, vel hæredi-
tate, *vt l. ſed ſi adiiciatur. ff. pro ſocio. & habetur per Bart. in
4 l. quæſitum. §. fin. in 2. col. ff. de fundo inſtructo.* † Nec
obſtat ſi dicatur, imo quando eſt contracta ſocietas
omnium bonorum, venit in illa ſocietate commu-
a nicandū etiam legatum vel hæreditas *a* relicta vni
ex ſociis, *vt l. ſi ſocietatem vniuerſarum. ff. pro ſocio. & l. 3.
§. 1. eo. tit.* quia in caſu noſtro mihi non apparet con-
tractam fuiſſe ſocietatem omnium bonorum inter
5 dictos fratres, † quia illa in dubio *b* non intelligi-
b tur contracta, niſi ſpecialiter ſeu expreſſe hoc dica-
tur, videlicet quod ſit ſocietas omnium bonorum,
*vt probatur in dicta l. 3. §. 1. & ibi gloſſ. ſuper verbo ſpeciali-
6 ter. & not. gloſſ. 1. in d. l. ſi ſocietatem vniuerſarum.* † Su-
c per ſecundo *c* dubio principali, an bona acquiſita à
tempore mortis dicti Sempronii per dictos fratres
vſque in præſentem diem tam per dictos fratres,
quam per dictum Seium, de quibus apparent in-
ſtrumenta eo modo, quo dictum eſt ſupra, veni-
ant diuidenda per tertium, an vero pro dimidia. Ita
quod vna dimidia ſit dictorum nepotum, & alia di-
7 midia dictorum fratrum patruorum ſuorum. † Ego
dico conſideranda eſſe verba inſtrumentorum ac-
quiſitionum *iuxta l. fideiuſſores magiſtratuum, §. pro Au-
relio,* ibi, lecta ſubſcriptione, *ff. de fideiuſſ. & l. ſi quis ſti-
pulatus ſit Stichum aut Pamphilum, in princip.* ibi, inſpi-
ciendus erit ſermo ſtipulationis, *ff. de verbor. oblig. &
l. ad probationem dominii, ibi,* ſed quem tenor ſcri-
pturæ deſignat, *C. de probat. cum ſimil.* Nam inſtru-
menta acquiſitionum facta per dictos fratres di-
cunt, ſtipulando ad communem eorum, & cuiuſ-
libet eorum vtilitatem, & ipſorum trium filiorum
8 nomine, † quæ quidem verba ſunt intelligenda
in primis, dum dicunt ad communem eorum vtili-
tatem, ſcilicet pro tertia parte pro quolibet, inſpe-
cto numero perſonarum, & quantitatis bonorum,
quæ tangat plus vnus, quàm alii, *vt probatur in l. Lu-
cius, in princ. ff. ad Trebel. & in l. fin. §. Lucius, ff. de legat.
ſecundo, vbi eſt idem text. facit l. quoties, §. hæredes, ff. de
hæred. inſtit. & pro hoc facit optime quod not. Bartol. in l.
9 cum pater, §. dulciſſimis, de legat. 2.* qui vult, † quod
ſi pater mandat in teſtamento, quod filii ſui tempo-
re diuiſionis æqualiter diuidant, illa verba intelli-
guntur, vt quis non vtatur perceptione alicuius
pecuniæ, quæ eſſet præcipua vnius filiorum tantum,
& idem vult Paul. de Caſtr. *in dicta l. Lucius, in princip.*
Sed dictæ poſſeſſiones fuerunt emptæ ex pecunia,
& fuit actum, quod emerint de illa pecunia ad com-
munem vtilitatem, vnde intelligo non facta per-
ceptione alicuius partis pecuniæ, quæ magis ſpe-
ctant Seio, quam aliis fratribus ſuis. Item quia Bart.
vult quod *in dicto §. dulciſſimis, in fin.* quod ſi pater
mandat, quod filii diuidant omnia æqualiter, vel, o-
mnia inuicem communicent, intelligitur mandaſſe
quod etiam bona propria æqualiter diuidant, *per
dictam l. fin. §. Lucius, ff. de legat. ſecundo, & per d. l. Lucius
in princip. ff. ad Trebellia.* Sequitur quod in caſu noſtro
idem debet eſſe, quando ipſi fratres ſtipulati ſunt e-
mendo ad communem eorū vtilitatem, quantum
10 ad dicta bona per ipſos empta. † quia tantū opera-
tur ſpecies quo ad ſpeciem, quantum genus, quò
ad genus, *l. ſi duo, in princip. ff. de adminiſt. tut. & l. ſi cho-
rus, ff. de legat 3.* Item pro hoc facit, quia quando ver-
bum communiter, vel communis refertur ad bona,
ſeu res tunc importat, quod ſint communia ipſa
bona. *vt dicta l. Lucius, & dicto §. Lucius, ſecundum Bart.
in l. quintus, ff. de annu. legat. Intelligendo viriliter, vt ſupra
11 dixi.* † Item quod illa verba ad communem eorum
vtilitatem intelligantur viriliter, & reſpectu nume-
ri perſonarum, & non reſpectu quantitatis patri-
monii, quam haberet vnus plus, quam alii, proba-
tur ex aliis verbis ſequentibus, ibi, & cuiuslibet e-
orum vtilitatem, quæ verba cum ſint diſtributiua
ſimplicia, *vt notat. Bartol. & alii in l. hoc articulo quiſ-
quis, ff. de hæred. inſtit. & Paul. de Caſtr in l. ſi quis in fun-
di vocabulo. §. fin. ff. de legat. 2.* attribuit rem vel actum
cuilibet in ſolidum, quia iſta eſt natura verbi diſtri-
butiui, *& ita vult Paul. de Caſtro, in d. §. fin.* qui dicit,
12 † quod ſi ego teſtator dico, quilibet hæredum det
Titio centum, cenſetur quilibet grauatus in ſolidū
ad dandum centum, licet non ſit quilibet hæres in
ſolidum, propter naturam illius diſtributiui, quili-
bet, quod eſt aptum in ſolidum cuilibet attribuere,
ſcilicet pro parte ſua, *l. nō diſtinguemus, §. cum in plures,
ff. de arbitris,* Vnde ex his concludo, quod verba di-
ctorum inſtrumentorum acquiſitionum ſimul iun-
cta, quæ dicunt, ad communem eorum. & cuiusli-
bet eorum vtilitatem, debemus intelligere, quod
illa bona acquiſita ſint communia cuiuslibet & tan-
quam communia debent diuidi pro parte virili, vi-
13 del. pro tertia parte cuiuſq;. † Super tertio dubio
principali, quo quæritur, quomodo ſint diuidenda
illa quindecim talenta, quæ ſuper lucrata fuerunt
per dictos tres fratres à tempore mortis dicti Sem-
pronii, vſque ad mortem dicti Seii inter dictos ne-
potes filios dicti q. Seii, & alios duos patruos ſuos.
Et breuiter dico negari non poſſe, dictos tres fra-

tres contraxiſſe ſocietatem inter ſe, ex quo omnes
erant maiores viginti quinque annis, & omnes ne-
gotiabantur, & exercebant in mercantiis cõmuni-
ter, & lucra communicabant, *vt notat Bartol. in l. Ti-*
tium aut Mæuium, §. altero in vltima colum. ff. de admi-
niſtrat. tuto. & in l. ſi patruus, circa fin. Cod. communia v-
triuſque iudic. Et ſi indifferenter omnia commu-
d nicarunt *d* præſumitur ſocietas generalis contra-
14 cta. † Sed ſi in vna ſpecie communicauerunt in
illa tantum ſpecie præſumitur contracta ſocietas,
vt l. cum duobus, §. ſi fratres, ff. pro ſocio, vt dicit Bald. in
tract. de duobus fratribus in additionibus, ad Bartol. in pe-
nult. col. verſic. Sed quid ſi fratres habitant ſimul & ſi-
15 mul negotiantur; † Et maxime cum in actibus
nedum vniformibus, ſed etiam in difformibus in ſe
varietatem habentibus communicauerint bona, &
lucra eorum, & ſic indifferenter, & indefinite, quia
ex iſtis actibus indifferentibus, & promiſcuis præ-
16 ſumitur generalis ſocietas contracta, † nec in præ-
dictis conſideratur an vnus plus lucretur, vel ex-
pendat, quam alter; quia in ſocietate generali hoc
non attenditur, *l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio, & ita te-*
net Bald. in dicto tract. de duobus fratribus, in verſic. quod
autem dicit Bartol. Et ita volunt etiam Doctores, in di-
cta l. ſi patruus. & Bartol in dicto §. altero, in penultim. co-
17 *lum. qui dicit ſecundum Oldra.* † quod in ſimul ha-
bitatio, lucrorum in vnum collatio, & non reddi-
ta ratione de eo, quod ſuperlucretur, inuicem fa-
cit præſumere ſocietatem, *argum. l. procul. ff. de pro-*
bat. Cum dicti tres fratres vixerint ad vnum pa-
nem, & vnum vinum, & omnes redditus, & omnia
lucra inuicem communicauerint, videtur inter eos
fuiſſe contracta ſocietas. Sed dubium ſolum re-
manet, an iſta ſocietas videatur contracta pro viri-
li, an vero pro dimidia, videlicet pro vna dimidia,
quo ad Seium, quia habebat dimidium illorum bo-
norum, & aliam dimidiam habebant alij duo fra-
tres. Et videtur pro portione bonorum vnicui-
18 que ſpectanti, † quia pars lucri debet attribui pe-
cuniæ, vel rei, cum qua negotiatum eſt, *vt l. 1. Cod.*
pro ſocio. & Inſtit. eod. tit. in §. 2. quia tunc æquæ par-
tes lucri eſſe debent, quando æqualiter pecuniam
contulerunt, *vt eſt text. cum gloſſ. 1. in l. ſi non fuerit in*
princ. ff. pro ſocio. & ita vult Bartol. in ſuo tractatu de duo-
bus fratribus in princip. in 2. quæſt. & in l. illud, C. de col-
lat. & in l. 1. §. nec caſtrenſe, in 3. colum. in fin. ff. de collat.
bonor. quia lucrum debet attribui etiam pecuniæ,
& pro quantitate pecuniæ, *vt hæc etiam habentur, in*
l. 1. Cod. pro ſocio, & per Bald. in l. omnino, §. imputari in
4. colum. in princip. Cod. de inoffic. teſtam. & in l. certum,
19 *ad fin. 1. colum. Cod. famil. hercisc. cum ſimilibus.* † In
contrarium videtur, quod imo videatur contracta
e ſocietas æqualiter pro virili portione *e* non atten-
ta quantitate bonorum, quæ dicitur ſpectare plus
vni quam alij, per *l. ſi non fuerit in princip. ff. pro ſocio. &*
ita videtur velle Bartol. in l. Titium aut Mæuium, in §. al-
tero, in fin. ff. de adminiſt. tut. Et hoc teneo eſſe verius
in caſu noſtro, tum quia, vt dicitur communicaue-
runt omnia lucra, & fructus inuicem, tum etiam
quia quicquid acquiſiuerunt de pecunia ſuperlu-
crata ex dictis bonis, acquiſiuerunt per inſtrumen-
ta pro portione virili, vt declaraui ſupra in proximo
præcedenti dubio principali, & per ea quæ dicit
Bartol. in dicto §. altero, in vltim. colum. ex illis enim em-
ptionibus, & communicatione bonorum æquali-
ter facta declaratur animus ipſorum fratrum, quod
voluerunt omnia lucra æqualiter pro virili portio-
20 ne communicare, † quia per præcedentia etiam
intelliguntur ſequentia, *l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de*
legat. primo cum ſimilib. Nec obſtant allegata in con-
trarium, quia non procedunt, maxime quando ha-
bitauerunt inuicem, vixerunt ad vnum panem, &
vinum, & communicarunt omnia lucra, declaran-
do per inſtrumenta, quod lucra diuidantur virili-
ter, vt dixi ſupra in præcedenti dubio principali,
quod notat. *Bartol. in l. quintus, ff. de annuis legatis.*
21 † Nec obſtat quod notat Bald. *in cap. ſi duo fratres,*
ad fin. 1. colum. in titul. de duobus fratribus de nouo bene-
ficio inueſtitis in vſibus feudorum, qui dicit, quod ſi v-
nus fratrum habebat bona paraphernalia vxoris, &
fructus dictorum bonorum communium vene-
runt in communione, efficiuntur communes qua-
tenus cõſumpti ſunt, ſed ſi quid ſupereſt, quod non
ſit conſumptum circa perſonas, pertinet ad vxo-
rem, *l. vbi Cod. de iure dict. l. fin. Cod. de pactis conuentis,*
& dicit Bartol. ita conſuluiſſe; quia ibi loquitur de fru-
ctibus rerum vnius fratris, vel eius vxoris, non ali-
ter diſpoſitis; ſed ſi fructus bonorum vnius fratris
fuerunt poſiti in mercantia communi cum aliis fru-
ctibus communibus, & pecunia redacta ex illa
mercantia pro parte fuerit conuerſa in emptione
prædiorum per dictos fratres nomine communi,
& pro virili, vt dixi, ſequitur quod idem iudican-
dum de reliquo dictæ mercantiæ ſeu mercantia-
rum, per ea, quæ ſupra dixi. Vnde concludo, quod
illa quindecim talenta, quæ ſuperlucrati ſunt dicti
tres fratres, debent diuidi æquali pro virili portio-
tione in tres partes æquales inter dictos nepotes,
22 & dictos duos patruos ſuos. † Super quatro, &
vltimo dubio principali, vtrum dicta quinque ta-
lenta quæſita ſeu ſuperlucrata poſt mortem dicti
Seij in ſocietate contracta per dictos patruos cum
dicto Regulo ſint, & eſſe debeant præcipua dicto-
rum patruorum. Videndum eſt primo an dicta ſo-
cietas fuerit in effectu etiam contracta cum dictis
f nepotibus pupillis, *f* an vero ſolum inter dictos pa-
truos, & Regulum; Et in hoc dicendum eſt, quod
ſocietas non fuit, nec cenſetur fuiſſe contracta cum
dictis pupillis duplici ratione; Prima eſt quia inſtru-
mentum ſocietatis ſolum loquitur inter dictos pa-
truos, & Regulum; & nulla fuit facta mentio de di-
ctis nepotibus, ergo cum eis non eſt facta ſocietas,
23 *l. ſi patruus, C. communia vtriuſq. iudicij*, † quia in in-
certis non certis locus eſt coniecturæ, *l. continuus, §.*
cum ita, ff. de ver. obl. & l. ille aut ille §. cum in verb. ff. de leg.
3. nam quando de aliquo actu fuit confecta ſcriptu-
ra, eatenus præſumitur geſtum, quatenus reperi-
tur ſcriptum, & non vltra, *ſecundum Paul. de Caſtr. in*
24 *l. cum proponebatur, ff. de legat. 2.* † Nec credimus ho-
mines velle, niſi id quod dicunt, *l. ex his, ff. de excuſ.*
tut. & c. ad audientiam de decimis ſecundum Bald. in l. vo-
luntatis, in princ. C. de fideicommiſſis; & talem quis præ-
ſumitur voluntatem habere, vel habuiſſe, qualem
verba declarant, *l. Labeo, §. idem tubero, ff. de ſuppellect.*

*leg.& not.gloſſ. in l.recuſati in princ.ff.de acquir.hæred.*ſed
verba inſtrumenti ſocietatis comprehendunt ſo-
lum dictos patruos, & Regolum, ergo non com-
25 prehendnnt dict. nepotes. † Secuoda ratio eſt, quia
etiamſi eſſet ſocietas non expreſſa, ſed incidens, vel
tacita, tamen non comprehenderentur pupilli, *vt
l.vt in conditionibus,ff.pro ſocio,* quia ſicut expreſſe con-
ſentire pupillus noo poſſet, vt ibi, *coniuncta l.qui ad
certum, ff.locati,* ita nec tacite, *vt not.Bart.in d.l.Titium
aut Mæuium, in §. altero, & in d.l.ſi patruus, & ibi Doct.
& Bald.in d.ſuo tracta.de duobus fratribus, in pen. col.verſ.
quid ſi alter eorum eſt pupillus.* Niſi fuiſſet contracta
nomine pupilli cum auctoritate tutoris, *vt probatur
in d.l.vt in conditionibus in fine,* ibi, ſine tutoris aucto-
ritate certa, à contrario ſenſu, *ff.pro ſocio, & ita vult
Bald.in dicto tractatu in 5.col.in fin.verſ.* Item dic; quod
26 ſi vnus eſt maior. † Vel niſi nomine etiam pupil-
lorum geſtum eſſet vtiliter, quo caſu poterit ha-
bere ratum, *vt l.ſi pupilli, in princ.ff.de nego.geſt. & ita
tenet Bald. in dicto ſuo tracta. in pen. col.verſ.ſed quid ſi al-
ter eorum eſt pupillus, in fin. & idem tenet Pan. de Caſt. in
conſilio,* quod incipit: In Chriſti nomine, ex præ-
miſſo themate. Et Ludo.de Roma in conſ.ſuo 440.
quod incipit: Com iſti fratres. Si ergo dicti patrui
contraxerunt ſocietatem cum dicto Regulo, nec
nominati fuerunt dicti pupilli nepotes, nec in li-
bris rationum mercantiæ nominati ſunt, nullo mo-
do poteſt dici, quod cum dict.s nepotibus contra-
cta fuerit ſocietas, etiam per conſenſum tutoris, per
ea quæ not. Barto. *in d.l.ſi patruus circa medium,* quia
dicit, quod cum occurriſſet de facto fecit videri li-
brum rationom, in quo continebatur, hic eſt liber
mei talis. & fratris mei, &c. & idem dicit Bald. *in di-
27 cto ſuo tractatu in 2. col. in fin.* † quid ergo de lucro
dictæ ſocietatis vltra partem tangentem Regulo,
dico illud totum locrum eſt, & eſſe debet dicto-
g rum patruorum, g & non nepotum, *vt dicta l.ſi pa-
truus, & ibi hoc not.Bart. & alii, & Bart. in dict. §. altero
in 2.col. verſ.quæro, quia ſi patruus vel pater, & Bald in di-
cto ſuo tracta.in 3.col.in prin.licet Bald. aliter dixerit vari-
ando in c.1.in titu.de beneficio fratris, & ita etiam vult Bal.
in l.omni modo, §. imputari, in 4.col.in verſ.iuxta prædicta
28 quæritur filius lucratur, &c. C. de inoffic.teſtam.* † qui
dicit, quod ſi filius cum pecunia paterna mortuo
patre lucratur aliquid. certum eſt, quod non impu-
tat nec eonfert, niſi eſſet ſocietas inter fratres, *vt di-
29 cto §. altero.* † Æquum tamen eſſe putarem, quod
ex quo dicti patrui lucrati fuerunt cũ pecunia com-
muni ipſorum nepotum, qui etiam habebant ma-
iorem partem, & ipſi patrui ſe exercuerunt cum di-
cta pecunia, & mercibus communibus, & dicti ne-
potes non, quod vltra partem tangentem dicto Re-
gulo de lucro, de reliqoo lucro ſit attribuenda ali-
qua pars ipſis nepotibus locripto bonis, quæ ſpe-
ctabant eiſdem nepotibus, & alia pars ſit attribuen-
da ipſis patruis, pro reliquo bonorum ſpectantium
dictis patruis, & pro indoſtria, & opera, & labo-
re ſuo, *iuxta not.per Bar.& alios in l.cum oportet, in prin-
cip.C.de bonis quæ liber.& per Bart. in ſuo tractatu de duo-
bus fratribus in 2.colum. & per Bald. in cap.1. de beneficio
fratris, & per id quod not. Salic. in l.certum, C.famil.her-
ciſc.* qui dixit, qood de rigore nihil eſt tribuendum
pecuniæ, ſed de æquitate ſic. Sed ſi dubitaretur
quantom ſit attribuendum pecuniæ, & quantum
operæ & induſtriæ, Salic. *in dicta l.certum,* elegit me-
diam viam, ne diſcordia generetur inter fratres, oe
qui lucratus eſt, lugeat lucrum eius induſtria acqui-
ſitum, & ne detur occaſio negligendi ſibi commiſ-
h ſa, totum hoc relioquit arbitrio Iudicis, h nec di-
cit medietatem lucri communicandam, ſed iudicio
arbitrorum relinqueodum, & poteſt eſſe ratio, quia
multoties lucrum venit ex fortuna potius, quam
induſtria, & multoties magis creditur perſonæ, &
fidæ perſonæ quam pecuniæ, *arg.l.ſi quis ſtipulatus ſit
Stichum aut Pamphilum in fin.* ibi plerunq; idonei, tam
patrimonio quam fide exiſtimantur, *ff.de verbo oblig.
& per id quod not. Ange. in l.prætoriæ, in fin. ff. de prætoriis
ſtipul.* Et iſtud puto in hoc caſu tenendum, cum a-
gatur quæſtio inter fratres, & oepotes etiam de hæ-
reditate paterna, quia non rigor iuris, ſed æquitas,
& ſententia humanior tenẽda eſt, *vt l.non nunquam,*
ibi, ſed benignior diuerſa eſt ſententia, &c. *ff.de col-
lat.bonorum.* In qoantum autem debeat Iudex ex bo-
no & æquo arbitrari, puto quod debeat arbitrari
tertiam partem lucrorum factorum poſt mortem
Seii ſpectare dictis nepotibus, aliam tertiam vni pa-
truo, & aliam tertiam alteri patruo, ex quo maxime
ipſi poſuerunt operam, & induſtriam ſuam, & ne-
potes oon: Et ex quo etiam iſta fuit intentio Seii
patris dictorum nepotum, qui ſimiliter habebat di-
midiam dictorum bonorum, & tamen voloit, quod
lucra efficerentur communia pro virili portione in
tres tantum partes æqualiter inter ipſos fratres di-
uidendas, vt dixi ſupra in ſecundo & tertio dubio
principali. Et ita teneo per Iodicem, vel Arbitrum,
vel Arbitratores eſſe iudicandum.

ANNOTATIONES.

a Vel hæreditas] *Idem docet Petrus de Vbald. in tracta.de
duobus fratribus in 3. parte, nu.32.& in 5. part.in princ.
nu.2. Crot.conſ.40.nu.6. vol.1. & conſ.322.col.1.vol.2.
Natta.conſ.100.num.2.in fin.Craue.conſ.26.nu.8.Bero.
conſ.190.num.6.7.8.& 9. volum.1. Rol. à Valle conſ.91.
nu.25.lib.1.& Menoch.conſ.12.num.18.lib.1.& hoc ve-
rum eſt, etiamſi hæreditas vel legata deferantur illi, qui
omnino ab inteſtato erat ſucceſſurus, vt ſe habere com-
munem Doctorum opinionem atteſtatur Iaſ. in l. hæc
verba, nu.52. & ſeq. ff. de legat.1.& Bero in d.conſ.190.
num.9.lib.1.& quamuis Alex. in conſ. 48.num.4.& 5.
volum.2.& Ludouic. Bolognin. in conſ.7.colum.2.verſ.
ſecundo ad idem, dicant id procedere in expreſſa omni-
um bonorum ſocietate, ſecus vero in tacita, attamen
* magis recepta * Doctorum ſententia eſt in contrari-
um, quod imo idem ſit de tacita, ſicut de expreſſa, vt
tradidere Ancbar. in conſil.302.num.2. Corn. conſil.58.
num.volum.4 Dec.conſ.68.num.2.conſ.548. col.2.& in
Rubr. C.qui teſtam.face.poſſ. nu.18. & 19. & 20. ample
Rubeus Alexand.conſ.87 per totum. Purpurat.conſ.403.
num.19.& ſeq.vol.2.Craue.in d.conſ.26.nu.8.Riminal.
Iun.conſ.466.nume.29 .& ſeq. vol.4. Rol. à Valle in d.
conſ.91.num.28.vol.1. Tobias Nonius conſ.64.num.7.8.
& ſeq.Cephal.conſ.340.num.6.lib.3.& D.Decian.conſ.
36.num.4. & ſeq. vol.1. ſecus tamen eſt in ſocietate ſim-*

pl.i, vt etiam dicit D. Auctor noſter, & omnes præcitati Doctores affirmant, & Antonius Gomeſius variarum reſolut. tom. 2. de contract. lib. cap. 5. num. 4.

b In dubio] *Idem D. Capolla in conſ. 42. nu. 6. lib. 1. conſil. ciuilium iam impreſſorum, Grat. conſ. 128. num. 2. vol. 1. Natta conſ. 358. num. 4. lib. 2. Cephal. conſ. 635. num. 6. lib. 5. Decian. conſ. 36. num. 3. vol. 1. & conſil. 97. num. 2. vol. 2.*

c Super ſecundo] *Faciunt ea, quæ tradunt Bart. in l. 2. C. pro ſoc. & in l. ſi patrum vbi omnes, C. communia vtriuſq. iud. Alex. conſ. 78. num. 3. vol. 2. Soc. iun. conſ. 24. num. 5. vol. 2. & alij, quos referunt & ſequuntur Burſat. conſ. 118. num. 1. vol. 1. & Menoch. conſ. 122. num. 20. lib. 2.*

d Societas generalis] *Ad contrahendam ſocietatem generalem omnium bonorum tria ſaltem requiri, tenuere etiam Aucha. in conſ. 302. n. 2. Roma. conſ. 291. n. 1. & ſeq. Iaſ. conſ. 2. col. 5. & conſ. 3. col. 2. lib. 3. Dec. conſ. 21. n. 2. Soc. Sen. conſ. 160. nume. 2. vol. 2. Rube. Alexandr. in d. conſ. 87. & conſ. 95. n. 1. Crane. conſ. 286. num. 1. & alij plures quod citant, Cephal. conſ. 243. n. 13. & ſeq. lib. 2. & conſ. 340. num. 12. lib. 3. Decian. conſ. 84. nume. 5. vol. 2. & conſ. 81. numero 5. vol. 3.*

e Pro virili portione] *Ad idem Corn. in conſ. 187. n. 6. vol. 3. & conſ. 310. nu. 6. vol. 4. Soc. ſen. conſ. 160. num. 17. vol. 2. Dec. conſ. 66. col. pen. & conſ. 68. col. 2. Purpurat. in l. ſi paſcenda numero 38. C. de pact. Didac. Couarru. variarum reſolutio. lib. 3. capitulo 2. numero 4. verſ. quinto infertur.*

f Pupillis] *Dec. conſ. 21. n. 4. & 5. Pariſ. conſ. 86. num. 2. 3. & ſeq. vol. 1. ample Decian. conſ. 85. num. 16. & ſeq. vol. 2. & conſ. 36. n. 16. & 18. vol. 3. & Menoch. conſ. 12. num. 11. & ſeq. libro 1.*

g Dictorum patruorum] *Late Pariſ. poſt Bald. Dec. & alios per eum allegatos in conſ. 86. nu. 11. 12. & 13. vol. 1. & Decian. conſ. 39. nu. 14. vol. 1.*

h Arbitrio iudicis] *Soc. iun. conſ. 74. num. 10. & ſeq. lib. 2. Didac. variarum reſolutio. lib. 3. c. 2. nu. 2. D. Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſu. 125. nu. 2. & 3. & conſ. 12. nu. 23. vol. 1.*

CONSIL. LIIII.

ARGVMENTVM.

An pater poſſit filiabus ſuis ſubſtituere in eo, quo dotes legitimam excedunt, etiam ſi dotes ſint minus legitima.

Legitima, vel eius ſupplementum in quibus bonis tradi debeat, an in pecunia, vel in ſpeciebus, & an in vna re tantum vel pluribus, & ad quos ſpectet electio, ad filios, vel ad hæredes.

Creditum fabricæ per teſtatorem in priuata ſcriptura redactum, an factum cenſeatur in fraudem filiorum, vt minor ſit eorum legitima.

De intellectu duorum ſtatutorum Bononiæ, alterius ſub Rubrica de ſucceſſionibus liberorum, & alterius ſub rubrica de dotibus reſtituendis, & an ex forma dictorum ſtatutorum dotes filiabus per patrem datæ ſibi in legitimam imputentur.

Item an veſtes, & alia iocalia per patrem data filiæ quando nupſit eis in legitimam imputentur.

SVMMARIA.

1 *Filius vel filia, cui minus legitima relinquitur, ſupplementum petere poteſt.*

2 *Extraneus in vltimis voluntatibus quis dicatur.*

3 *Iuſſus teſtatoris contra leges non valet, & licite negligi poteſt.*

Diſpoſitiones quæ dicantur probroſæ ſeu illicitæ.

4 *Grauamen legitimæ apponi non poteſt.*

Pater an poſſit filiabus ſubſtituere in omni eo quod dotes excedit, etiam ſi dotes ſint minus legitima.

5 *Statutum habetur pro lege communi in ſuo municipio, ſeu ciuitate.*

Quod lege permittente fit, valet & tenet.

6 *Teſtator prohibens ſupplementum legitimæ, an in caſu quo petatur eidem ſubſtituere poßit, & ſic an illa ſubſtitutio cenſeatur adiecta loco pœnæ, necne.*

7 *Declaratione in re clara opus non eſt.*

Propter affectionem & neceßitudinem plura fiunt.

8 *Principalis intentio eſt attendenda.*

9 *Legitimæ ſupplementum licet ipſo iure debeatur, intelligitur tamen ſi petatur, alias non debetur.*

10 *Intellectus ad text. in l. prima, in fine, C. de his quæ pœnæ nomine.*

11 *Nemini iniuriam facit qui ſuo iure vtitur.*

12 *Pœnæ nomine quando aliquid relictum eſſe dicatur.*

13 *Lucrum non capere. & damnum ſentire. non eſt par eademque ratio.*

14 *In neceßitatibus nemo liberalis exiſtit.*

Contrariorum eadem eſt diſciplina.

15 *Sufficit, ſi vel in paucis amicis laboribus conſulamus.*

16 *Legatum adimi non poteſt, niſi illi, cui relictum eſt.*

Item, non poteſt in teſtamento transferri niſi quod eſt relictum.

Priuatio præſuppoint habitum.

17 *Legitima vel eius ſupplementum in quibus bonis tradenda ſint, an in pecunia, vel ſpeciebus, & an electio ſpectet filiis vel hæredibus, & nu. 20. & 21.*

18 *Intellectus ad text. in l. ſcimus, §. ſancimus, C. de inoffici. teſtam.*

19 *Legitima vel eius ſupplementum an peti poßit de ſingulis rebus hæreditariis, vel in vna re tantum.*

21 *Quarta Epiſcopalis ſi debetur in vna vel duabus rebus, cuius ſit electio, an prælati Eccleſiæ inſtituta, an Epiſcopi, cui quarta debetur.*

22 *Filius poteſt eligere, & retinere rem per eum venditam pro ſua legitima.*

23 *Creditum fabricæ Monaſterii redactum per teſtatorem in ſcriptura priuata. an cenſeatur factum in fraudem filiorum, vt minor eſſet eorum legitima.*

24 *Conſuetudo teſtatoris attenditur.*

Delinquere in dubio quis velle non præſumitur.

Dolum, qui dicit dolum, probare debet.

25 *Pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit.*

Nullus amor vincit paternum.

Nullus

Nullus præſumitur immemor ſalutis æternæ.
26 *Breuitas temporis fraudem arguit.*
27 *Dotes datæ per patrem filiabus, an eis in legitimam computentur, ex forma ſtatutorum Bononiæ.*
Intellectus ad ſtatuta Bononiæ alterum ſub Rubrica de ſucceſſionibus liberorum, & alterum ſub Rubrica de dotibus reſtituendis.
28 *Leges legibus, & ſtatuta ſtatutis concordari debent.*
29 *Filia dotata eſſe dicitur, quando in teſtamento ſibi relinquitur.*
30 *Dos dotatæ filiæ per patrem, ipſius filiæ patrimonium cenſetur.*
31 *Legitima filiæ debetur in bonis patris, quæ eius mortis tempore reperiuntur.*
Dos in teſtamento non debetur, niſi poſt mortem teſtatoris, & tempore eius mortis dicitur eſſe in bonis hæreditatis.
32 *Veſtes, iocalia, & alij nuptiales apparatus, filiæ per patrem dati, quando nupſit, an ſibi in legitimam imputentur.*
Donatio inter viuos filiæ per patrem facta, an & quando ei in legitimam imputetur.
33 *Intellectus ad text. in l. ſi quando, §. generaliter, C. de inoffic. teſtam.*
34 *Si pater, qui mittit filiam in monaſterium, ponit pecuniam ſuper altari, illa pecunia filiæ in legitimam imputatur.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Viſis duobus
ſtatutis in materia ſucceſſionis ex teſtamento, & ab inteſtato, & vno ſtatuto de dotibus reſtituendis, &c.
cum duobus capitulis in eo contentis; & viſa facti
narratione, & dubiis exinde elicitis, & omnibus diligenter
conſideratis, & præſuppoſitis; dicam, quid
ſentio, iuris eſſe ſuper dictis dubiis mihi exhibitis.
Super primo dubio, quo quæritur, ſi petatur à filia
teſtatoris, & obtineatur ſupplementum legitimæ
aut dotis maternæ, non obſtante prohibitione teſtatoris,
an in euentum conditionis habeat locum
ſubſtitutio facta per teſtatorem in eo, quod excedit
dotem dictæ filiæ nuptæ, vigore ſtatuti de ſucceſſione
liberorum ad me tranſmiſſo. Videtur dicen-
1 dum, quod non, † quia tàm de iure communi filius
vel filia, cui relinquitur minus legitima, poteſt
petere ſupplementum legitimæ, *vt l. ſcimus, in princ.
& l. omnimodo, in princ. & l. quoniam in prioribus, & l. ſi
quando, §. generaliter, C. de inoffic. teſtam.* quàm etiam
ex forma antedicti ſtatuti diſponentis, quod inſtitutis
aliquibus filiabus teſtatoris, vel extraneis vniuerſaliter,
contra ipſas vel ipſos poſſit agi ad ſupplementum
legitimæ, &c. non obſtante conditione,
vel grauamine, vel dilatione à teſtatore appoſita,
quæ ipſo iure ſint, & intelligantur ſublata reſpectu
legitimæ; ſed in caſu noſtro filius fratris teſta-
2 toris fuit vniuerſaliter inſtitutus, † qui in materia
noſtra hîc dicitur extraneus, ex quo non teſtatoris
iuri, id eſt, poteſtati ſubiectus erat, *vt eſt text. Inſtit. de
hæredum qual. & diff. in §. ſui autem, in fin. aliter in §. cæteri
facit, l. vnica, §. extraneum, & quod ibi not. C. de rei vxor.
act. & eſt text. cum glo. 1. in l. ſi extraneus, in princ. ff. de
cond. ob. & l. ſi mihi & tibi, in princ. ff. de verb. oblig. & not.
gloſ. in l. vnica, C. de imponenda lucra. deſcript. lib. 10. in ver.
inter extraneos, in fin. & ibi Bart. hoc not.* Vel extraneus
dicitur, etiam omnis, qui non eſt de aſcendentibus
vel deſcendentibus, *vt not. gl. in d. l. vnica, in d. verb. inter
extraneos, in princ. & ibi etiam Bart. pro hoc optimè facit
text. in §. hodie, in verſ. ſi verò pater naturalis, coniuncta
gloſſ. in verbo conuenerunt*, quæ loquitur de filio fratris,
*Inſtit. de adopt. & idem vult Bald. in l. ſi emancipati,
in 2. col. ad fin. in 3. oppoſit. C. de collat.* quod extraneus
dicitur à filiatione & ordine liberorum, vel à ſuitate,
vt emancipatus, &c. ſicut eſt dictus filius fratris
hæres vniuerſaliter inſtitutus; ergò contra eum filia
poteſt petere ſupplementũ legitimæ vigore ante
dicti ſtatuti. Cùm ergò tàm lex communis, quàm
municipalis diſponat, in caſu noſtro filiam poſſe
petere ſupplementũ legitimæ, & teſtator videatur
illud ſupplementum prohibuiſſe, dum iuſſit, eſſe
contentam de ſibi relictis, pro omni eo & toto,
quod petere poſſet ratione legitimæ, &c. Videtur
quod illa prohibitio fuerit facta contra legem, &
propterea ſubſtitutio poſtea facta de ſupplemento
legitimæ, ſi quod petitum retentum fuerit, videtur
non valuiſſe, *per text. in l. vnica, in fin. ibi, vel legibus in-
3 terdictum, C. de his, quæ pœn. nom.* † vbi dicitur, quod
iuſſus teſtatoris præcipientis id, quod legibus eſt interdictum,
non valet, nec eſt de neceſſitate ſeruandum,
& ſine vllo damno poteſt negligi, & non ſeruari.
Et hoc videtur tenere Bart. *in l. 1. ff. de his quæ pœnæ
nomine*, qui declarat, quando dicantur diſpoſitiones
probroſæ ſeu illicitæ; & dicit, quod quando venit
aliquid in diſpoſitione, quod ſit reprobatũ moribus,
vel iure ciuili, vel prætorio, *l. 1. & l. filius, ff. de
cond. inſt.* & inter alia exempla ponit vnum, quaſi in
terminis noſtris, videl. quando relinquitur aliquid
filio infra legitimam, & adiicitur quod ſi plus petat,
4 cadat à dicto legato, dicta adiectio non valet, † quia
grauamen non poteſt imponi legitimæ, *d. l. quoniam
in prioribus, C. de inoffic. teſta.* Sed contrariam ſententiam
teneo de iure eſſe veriorem; nam pater poteſt
filiabus ſuis ſubſtituere in omni eo, quod dotes excederet,
quas pro eis deſtinaſſet in caſu non exiſtentium
liberorum maſculorum, etiamſi dotes minus
quàm legitima ſibi debita fore reperiantur; & hoc
vigore ſtatuti poſit. *ſub Rubr. de ſucceſſio. liberor. patris
vel matris, &c. circa fin.* Et licet prohibitio petitionis
ſupplementi legitimæ ſit prohibita à lege ciuili &
municipali, tamen illa ſubſtitutio facta à teſtatore
de illo ſupplemento in caſu, quo illud petatur &
obtineatur, non eſt à lege prohibita, imo expreſſe
permiſſa, *vt dixi.* Vnde teſtator vtendo dicta poteſtate
ſubſtituendi ſibi à ſtatuto conceſſa, dicitur fa-
5 cere ſecundum legem, & iuridicè, † quia lex municipalis
habetur pro lege communi in ſuo municipio
ſeu ciuitate, *l. omnes populi, ff. de inſtit. & iur.* &
quod fit, lege permittente valet, *l. Gracchus, C. de adulterijs.*
Nec obſtat, ſi dicatur, licet teſtator potuiſſet
ſimpliciter ſubſtituere, tamen non potuit in caſu,
quo fuit ſub conditione, quæ eſt à lege prohibita,
ſicuti videtur fuiſſe facta in caſu noſtro, videlicet
ſub conditione, ſi non fuerit filia contenta dote, &
petierit, & obtinuerit ſupplementum legitimæ,
quod

6 quod eſt contra legem, *vt dixi.* † Quia reſponde-
tur, quod in caſu noſtro non videtur illa ſubſtitutio
facta ſub nomine pœnæ, quia diſpoſitio turpis, vel
legibus interdicta, videtur præceſſiſſe, quia teſtato-
ris intentio non fuit velle expreſſe prohibere peti-
tionem ſupplementi legitimæ, & in caſu, quo pete-
retur, apponere loco pœnæ dictam ſubſtitutioné,
ſed bene erat ſua intentio, quod ſi deberetur ali-
quid pro ſupplemento legitimæ, velle in illo ſubſti-
tuere, propter maximam affectionem, quam habe-
bat teſtator in dictum filium fratris hæredem in-
ſtitutum, quia, vt dicitur, aſſerit in teſtamēto, quod
perſumme deſiderat ipſum nepotem ſuum conſer-
uari in honore, conditione, & augmento bonorū,
per quæ teſtatoris verba ſatis clare apparet, quod
voluit ſibi relinquere totum illud, quod potuit, *arg.
l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ibi, ſed & mens patris, & ibi, vel
charitas, & neceſſitudo. ff. de leg. 1. & ibi gloſſ. fin. in verſ.
quinto. & l. pen. in prin.* ibi, & charitatem eius cui fi-
deicommiſſum datum erit. *ff. de alimen. & cib. leg. &
gloſſ. 1. in l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. cum ſimil.* ſed quia
teſtator dubitabat tam in iure, quam in facto, vide-
licet an illud, quod eis reliquerat, aſcenderet ad ſu-
am legitimam, & an vellent, & poſſint petere ſup-
plementum, vt patet ex verbis teſtamenti, ibi, ſi i-
pſi peterent & obtinerent aliquid, &c. & ibi, quod
ſic eſſet declaratum ſibi dari & tradi, &c. quæ verba
7 præſupponunt rem dubiam, † quia in re clara de-
claratione opus non eſt. *l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff.
cum ibi not. per Barto. & alios. ff. de leg. 3. & l. continuus. §.
cum ita. ff. de verb. oblig.* Noluit incipere à ſubſtitutio-
ne, ipſum faciendo ſimpliciter in ſupplemento le-
gitimæ per filias petito, quia dubitabat, ſi debeba-
tur, *vt dixi*, ſed voluit ſolum ſubſtituere in caſu, quo
declaretur ſibi deberi vltra relicta dictis filiabus,
quia ſi nullum ſupplementum fuiſſet debitum, te-
ſtator noluit, nec potuiſſet ſubſtituere in ſupple-
mento, quod non deberetur, quia ſubſtitutio non
potuiſſet fieri de eo, quod non erat. *l. traditio. ff. de ac-
qui. rer. dom. & argu. l. eius qui in prouinciam ante fin.* ibi
quoniam tunc non poſſunt videri cum ibi not. *ff. ſi
cer. pet.* Principalis ergo intentio teſtatoris non fuit
velle priuare filias ſi nollent, ſupplementa legitimę
eis debita, ſi quod debebatur vltra relicta eis facta,
ſed voluit principaliter prouidere nepoti in quan-
tum potuit, ſubſtituendo ipſum filiabus in illo ſup-
8 plemento, ſi quod deberetur. † Et ideo cum prin-
cipalis intentio ſit attendenda. *l. ſi quis nec cauſam. ff.
ſi cert. pet.* Sequitur quod illa teſtatoris diſpoſitio
non cenſetur fuiſſe facta contra legem, videlicet
quod filiæ non poſſint petere ſupplementum legi-
9 timæ, † quia licet ipſo iure debeatur ſupplemen-
tum legitimæ, *vt l. ſcimus in princ. C. de inoffic. teſtam.*
tamen ſi non peteretur, non deberetur, at dicit ibi
gloſ. in verbo ipſo iure, quā tenet ibi Paul. de Caſtr.
& ideo nec ſubſtitutio cenſetur eſſe facta pœnę no-
10 mine. † Poteſt etiam aliter reſponderi ad *d. l. 1. in
fin. C. de his, qua pœna nomine*, quia loquitur in duo-
bus caſibus principaliter. Primo quando teſtator
aliquid iubet fieri, vel non fieri, & ſi non ſeruetur
iuſſus, grauat non ſeruantem in dando de ſuo, puta
pecuniam, vel rem alteri, vt patet ibi pecunias dari
pręcipue, vel aliam pecuniariam pœnam inferri: &
infra ibi, vel ſi aliquid aliis ab eo dari, &c. Secundo
loquitur quando teſtator grauat non obſeruantem
in eo, quod ſibi reliquerat, & hoc dupliciter, vel
adimendo, vel in alium transferendo, *vt patet in d. l.
1. ibi* tam in adimendis, & ibi quam in præcipiendo
ad alias perſonas ea transferri: & hoc etiam vult
Pau. de Ca. *in d. l. 1. in prin.* Sed in caſu noſtro nullum
illorum caſuum interuenit: Nam primus non eſt,
quia locum habet quando relinquitur aliquid vni,
& grauatur de faciendo, vel non faciendo, & ſi con-
tra fit, præcipit aliquid dari: Sed in quæſtione no-
ſtra teſtator nihil de ſuo reliquit, ſeu relinquere vo-
luit, ſed ſolum illud, ad quod tenebatur, ſcilicet do-
tes, & legitimam, ſeu eius partem, quæ erat debita
iure naturæ, vt habetur *in auth. nouiſſima. C. de inoffic.
teſtam.* & ſubſtituit in ſupplemēto legitimæ, ſi quod
peterent, & obtinerent vltra relicta in teſtamento,
quod facere potuit vigore ſtatuti, vnde non videtur
11 hoc eſſe pœna, vel nomine pœnæ relictum, † quia
nemini iniuriam facit, qui ſuo iure vtitur, vt in re-
gula iuris. Nec obſtat ſi dicatur licet poſſit ſubſti-
tuere cum ſubſtitutio ſit de re, quæ erat ipſarum fi-
liarum quod videtur eſſe factum nomine pœnæ, ſi-
cut quando teſtator grauat hæredem, vel legatariū
de dando aliquid de ſuo, quod non ſpectabat ad te-
ſtatorem, *vt dicta l. 1. C. de his qua pœna nomine*, quia ibi
loquitur, quando teſtator poteſt grauare hæredem,
vel legatarium, quia ipſum honorauerat, *l. ab eo. C. de
fideicommiſſis.* Vnde iſta poteſtate grauādi, quæ com-
menſuratur cum relicto: & emolumento relicto,
non poteſt vti quando præcedit illud, quod eſt le-
ge prohibitum, quia tunc dicitur eſſe relictum pœ-
12 næ nomine, † quia per illud relictum aufertur in
effectu lucrum ſeu emolumentum, quod ſibi prius
reliquerat, & ſic cēſetur propter hoc pœna, vt pro-
batur *in d. l. vnica, C. de his quæ pœna nomine in fin. con-
iuncta gloſſ. fin. ſuper verbo ſeruabitur in prin. quæ ſubaudit
ſcilicet emolumentum & l. 1. ibi lucrum aliquod, ff. de his
quæ pœna nomine*, & quia iſtud relictum nomine pœ-
næ, videtur eſſe contra legē, vt dixi, ergo non valet.
Sed in caſu noſtro poteſtas grauandi non proceſſit
ab eo, quod filias honorauerit, quia eis debitum
tantum relinquit, ex quo non dicitur reliquiſſe ni-
ſi legitimam imo minus, ſed proceſſit ex vigore ſta-
tuti dantis poteſtatem, vt poſſit grauare filias etiam
in ſupplemento legitimæ per eas petito & debito.
Vnde ſubſtituendo non aufert lucrum, ſeu emolu-
mentum aliquod eis relictum, & ſic non poteſt di-
ci relictum nomine pœnæ. Nec obſtat ſi dicatur,
plus videtur eſſe, auferre per ſubſtitutionem illud,
quod erat debitum filiabus, quam illud, quod non
13 erat debitum, ſed à teſtatore relictum. † quia non
eſt par eademque ratio, lucrum non capere, & da-
mnum ſentire, *l. fi. C. de codicillis*, quia reſponderētur il-
lud eſſe verum, quando auferretur ex eo, quod pe-
tiit, & fecit contra voluntatem teſtatoris, vbi alias
non abſtuliſſet. Sed in caſu noſtro non ideo ſubſti-
tuit, quia filiæ peterent ſupplementum legitimę in
pœnam, Sed quia non potuit vti poteſtate ſubſti-
tuendi, niſi in caſu quo peteretur, & deberetur ſup-
14 plementū legitimæ. † Vnde ſicut in neceſſitatibus,
nemo

nemo liberalis exiſtit, *l. rem legatam, in fin. ff. de adi-*
mend. legat. ita nec illiberalis, vt contrariorum ea-
dem ſit diſciplina, *l. & ſi contrarium, in fin. ff. de vulg. &*
pupill. & l. fin. ff. de legat. 3. Nam intentio teſtatoris
fuit, quod ſi illud, quod teſtator filiabus reliquit,
ſufficiebat pro integra legitima, non intendebat v-
ti poteſtate ſubſtituendi vltra dotes in ſupplemen-
to legitimæ, ſibi à ſtatuto conceſſa, ſed ſi non ſuffi-
cerent vſq; ad integram legitimam, voluit vti pote-
ſtate ſibi à ſtatuto tributa in ſubſtituendo, vnde de
15 hoc filiæ conqueri non poſſunt, † quia ſufficit, ſi
vel in paucis laboribus amici conſulamus, *vt l. inte-*
ri, C. de negot. geſt. & habetur per gloſſ. in c. 1. in princ. in tit.
quib. mod. feud. amitt. & propterea ſubſtitutio non vi-
detur fuiſſe nomine pœnæ. Item, ſecundus caſus
principalis, *d. l. vnica, C. de his, quæ pœna nomine,* non
interuenit in caſu noſtro, quando adimitur illud,
quod eſt relictum, vel in alium transferetur, quia
hic non poteſt cadere ademptio, vbi nihil relictum
16 eſt de eo, quod adimitur, † quia legatum nulli ad-
imi poteſt, quam cui relictum eſt, *l. legatum nulli, ff.*
de adimendis legatis. Similiter transferri non poteſt
in teſtamento, niſi illud, quod eſt relictum, *l. ſicut,*
& l. translatio, & l. legatum ſub conditione, ff. de adimend.
legat. & quia priuatio præſupponit habitum, *l. de-*
cem, de verb. oblig. & l. manumiſſiones, ff. de inſtit. & iure.
Vnde ex prædictis concludo circa primũ dubium,
quod illa ſubſtitutio facta per teſtatorem, non cen-
ſetur fuiſſe facta nomine pœnæ, ita quod non va-
17 let, quia imo valuit. † Super ſecundo dubio,
a quomodo, & in quibus bonis tradenda ſit por-
tio legitimæ dictis filiabus, non acquieſcentibus di-
ctæ diſpoſitioni teſtatoris: & an electio bonorum
pertineat ad filias, vel ad hæredem. Iſtud dubium
quotidianum poteſt habere multas diſtinctiones:
Prima eſt, dum quæritur, in quibus bonis tradenda
ſit portio legitimæ, videlicet, an in pecunia, an in
ſpeciebus, vt in bonis mobilibus & immobilibus
hæreditatis, & in hoc dicendum eſt, quod debet
ſupplementum legitimæ fieri ex ipſa ſubſtantia pa-
tris, ſeu ex rebus hæreditariis, *vt eſt caſus in l. ſcimus,*
in § repletionem. C. de inoffic. teſtam. & ita tenet Guliel. de
Cuneo, Bald. & Paul. in d. l. ſcimus, in princ. & Bart. in l.
ſuus quoq;, in fin. principij. ff. de hæred. inſtit. & Bald. in l.
cum alienam, in verſ. extra quæritur, C. de legat. & Bald.
in l. cum amplius, §. fin. in fin. ff. de leg. 1. & ibi Paul. de Caſt.
& Ang. in l. ſi pater, in pen. col. in princ. C. de inſtit. & ſub-
ſtit. ſub cond. fact. facit l. ſi in emptione, ff. de minor. & l. quæ
tutores, §. 1. C. de adminiſtr. tut. & in auth. neq; virum quod
ex dote, §. 1. & l. libertas qui ſoluendo, ff. de bonis libertor.
in qoibus patet, quod debet haberi conſideratio
affectionis, quam quis habet ad bona paterna.
18 † Nec obſtat *d. l. ſcimus*, ibi, vel aliam rem, vel pe-
cunias, quia ibi loquitur, quando ſemel conſenſit
habere pecuniam; ſed nos loquimur, quando fi-
lius non conſentit, ſecundum Guliel. de Cuneo, &
Paul. de Caſtr. *in d. l. ſcimus, in princ.* vel poſſet et-
19 iam ibi loqui in pecunia hæreditaria. † Secunda
dubitatio eſt, an illud ſupplementum poſſit peti de
ſingulis rebus hæreditariis, an in vna re tantum, *gl.*
format iſtam quæſt. in c. Raynaldus, quæ incipit, imo, *ex-*
tra de teſtament. & tenet, quod de ſingulis rebus
poteſt detrahi legitima, & ſic etiam ſupplementum
legitimæ, quod ſapit eius naturam. Alia eſt opinio,
quod non debent diuidi & ſeparari ſingula corpora
hæreditaria, propter incommodam ſeparationem,
per l. non amplius, §. fin. cum ibi not. ff. de legat. 2. & maxi-
mè ſi malitioſe hoc peteretur in damnum hæredis,
vt not. Bart. *in l. Marcellus, in §. res quæ, ff. ad Trebell. &*
Ang. in l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſtit. Tertia eſt opinio,
quod de rigore iuris poſſit petere legitimam in ſin-
gulis rebus hæreditariis, *per d. l. ſcimus, in princ.* in ver-
bo ipſo iure, quæ lex reſecat ipſo iure legitimam de
bonis hæreditariis, vt ibi, ſicut Falcidia reſecat ipſo
iure, *l. Plautius, & l. linea Margaritarum, ff. ad leg. Falcid.*
dummodo hoc non fiat malitioſe, *vt dixi*, ſed de æ-
quitate non debet habere in omnibus rebus hære-
ditatis partem ſuam propter incommodam ſepa-
rationem, ſeu diuiſionem, *arg. l. 2. C. quand. & quib.*
quarta pars debetur. Et ita tenet Oldra. vt refert Paul. de
Caſtr. qui eum ſequitur in d. l. ſcimus, in princ. in 2. notabi-
li, & in verſ. ſecundo not. argumentum. Et ita etiam in
effectu vult Bald. *in l. filium quem habentem, in 16. col.*
verſ. vlterius quia de tali quæſt. C. famil. erciſ. & Raph. Cu-
man. in conſil. ſuo 49. quod incipit, filius à patre, cui
conſilio etiam ſe ſubſcripſit Dn. Proſdocimus de
Comitibus; & iudex de hoc habebit arbitrari, an in
vna re vel duabus debeat habere ſupplementum le-
gitimæ, *per d. l. ſcimus, in princ.* ibi, viri boni arbitratu
20 *ſecundum Oldr. Gul. de Cuneo, & Paul. & alios ibi.* † Ter-
tia dubitatio eſt, ſi ſupplementum legitimæ poteſt
& debet detrahi in vna re vel duabus, cuius erit ela-
tio illius rei, vel duarum, an filii vel hæredis, & Cyn.
ſecundum Iac. & Aret. *in auth. res quæ, in fin. C. commu-*
nia de legatis, tenet, quod electio ſit filii, quia eſt cre-
ditor, quantum ad hoc. Ideo competit ſibi electio,
arg. l. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pig. & per §. quamob-
rem, cum gl. in auth. de reſtit. & ea quæ parit, col. 4. & idem
tenet Bald. in l. poteſt, ff. de legat. 1. qui dicit, quod filius
poteſt eligere legitimam in vna re vel duabus, quia
ſic permittitur creditori. Et idem tenet Bald. *in d. l.*
ſcimus, in princ. in pen. col. in verſ. ſecundo nota, quod pater
inſtituit, C. de inoffic. teſtam. ſubdit tamen, quod legi-
tima non debet minutim fieri in diuerſis rebus, ſed
in re mediocri arbitrio boni viri, *l. 2. C. quand. & quib.*
21 *quarta pars debetur, ſecundum Guliel. de Cuneo.* † Sed
Dn. Petrus de Peruſio frater Bald. in ſuo tractatu
quartarum canonicarum, in quinta & vltima quæ-
ſtione tertii capituli quartæ epiſcopalis, format ſi-
milem quæſtionem de quarta epiſcopali, an ſi de-
betur in vna vel duabus rebus, cuius ſit electio, an
prælati Eccleſiæ inſtitutæ, an Epiſcopi, cui quarta
debetur, & arguit pro & contra. Et tandem conclu-
dit, quod electio ſit Epiſcopi, quia fauorabilior eſt
cauſa Epiſcopi, quò ad canonicam, quæ prouenit ex
iure ſpeciali propter onera, quæ Epiſcopus ſuſti-
net, quàm ſit cauſa Eccleſiæ hæredis inſtitutæ, quæ
prætendit cauſam merè lucratiuam ratione inſtitu-
tionis, & in nullo oneroſam; ergò magis debemus
fauere Epiſcopo; facit in ratione ſui, quia fauores
iuxta regulam iuris debeant ampliari: Ita videtur
dicendum de filio in legitima, quia fauorabilior
eſt cauſa ſua, quàm extranei hæredis inſtituti, qui
tractat de mera cauſa lucratiua, vt ſit electio filii
vel

vel filiarum, & non nepotis ex fratre hæredis inſti-
tuti. Sed ipſe D. Petrus poſtea ſubiicit, quod com-
* munis * opinio quorundam eſt in contrarium vi-
delicet, quod electio ſit Eccleſiæ hæredis inſtitutæ:
Ego autem teneo, quod ſi non cōcordant hæredes,
& filiæ, in quibus rebus ſit detrahendum ſupple-
mentum legitimæ, quod ſit in arbitrio Iudicis, qui
conſideratis rebus hæreditariis, & earum qualitate,
& quantitate ſupplementi legitimæ, quæ an in vna
re vel duabus aut pluribus ſit detrahendum, & an
magis in vna quam in alia, *vt eſt caſus in d. l. ſcimus in
princip.* ibi viri boni arbitratu, &c. id eſt, Iudicis *l. con-
tinuus, §. cum ita, ff. de verbo. obliga.* & quod iſta opinio
ſit æquior, *prout dicit etiam Ioan. & Hoſti. cap. Raynaldus
extra de teſtamentis, & D. Petrus de Vbaldis in loco præ-
allegato, & iſta fuit etiam opinio Old. quem ſequitur Paul.
22 de Caſtr. in d. l. ſancimus.* † Bene tamen fateor, quod
ſi filius hæres inſtitutus & grauatus de reſtituendo,
prius vendidiſſet vnam rem, valeret de æquitate
venditio, & electio illius rei facta pro ſua legitima
valeret, & ita intelligo, quod not. Bald. *in d. l. filium
quem habentem, & in l. poteſt, ff. de legat. 1. & Raph. Cu-
manus in d. conſ. 49. cum ſimilibus.* Sed in dubio quando
cōmode poſſet fauere tam filio, vel filiæ, quam hæ-
redi extraneo inſtituto, cui magis fauere debeat in
arbitrando, & puto, quod magis fauere debeat fi-
liæ petenti, quia ipſa tractat de legitima ſibi debita,
vel quaſi debita, vt not. per gl. & Doct. *in l. ſi emanci-
pati, C. de iuris & facti ignoran. & in auth. nouiſſima, C. de
inoffic. teſtam. cum ſimilibus, &* hæres tractat de mera
cauſa lucratiua, per ea quæ dixi ſupra de quarta ca-
nonica Epiſcopali, ſecundum Petrum de Vbaldis
de Peruſio. Et hoc quantum ad ſecundum dubium
23 principale. † Super tertio dubio principali, An
dicta ſcriptura facta ad creditum dictæ fabricæ cen-
ſeatur facta in fraudem filiarum, & vt Minus eſſet
portio legitimæ, & quod per conſequens in com-
putando legitimam debeat includi aſſertum debi-
tum dictæ fabricæ dicti monaſterii, & ſororum,
non obſtante dicta ſcriptura, & cancellatione. Præ-
ſuppoſito, quod dicta cancellatio fuerit facta de
voluntate teſtatoris, teneo breuiter, quod non fu-
erit facta in fraudem legitimæ, ſed quia iſta fuerit
vera intentio teſtatoris etiam à tempore, quo factæ
fuerunt illæ expenſæ, & ſcriptæ in libro, quia, vt aſ-
ſeritur, ille teſtator erat vir catholicus, & diues, &
habebat deuotionem ad illas moniales, ſeu earum
monaſterium, & maxime propter filiam, quam ha-
bebat in illo monaſterio, & non habebat filios ma-
ſculos, vnde ex conditione ſuæ perſonæ, & quanti-
tate bonorum, & carentia filiorum maſculorum
iudicandum eſt feciſſe fieri illam ſcripturam can-
cellationis bono & vero animo, & bona fide, &
non in fraudem, *arg. l. ſi ſeruus plurium, in §. fin. ff. de le-
gat. primo, & l. pen. in princip.* ibi tam ex facultatibus
defuncti, & charitate eius, &c. *ff. de alimentis, & cib.
24 leg. & l. ſi filia in fin. ff. de legat. tertio.* † Item quia con-
ſuetus erat teſtator expendere de bonis ſuis in ope-
ris piis *arg. l. qui ſe miſſas, ff. de vſuris, & l. vel vniuerſorum
ff. de pig. act. & l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re militari.*
Item quia in dubio, quis non præſupponitur velle
delinquere, *l. merito, ff. pro ſocio, & not. Bart. in l. ii po-
teſt, ff. de acqui. hered.* Item quia ille, qui dolum dicit,
dolum probare debet, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.*
Item quia dolus, vel fraus non præſumitur maxime
in dicto teſtatore contra filiam, quam præſumitur
25 dilexiſſe, † quia pietas paterni nominis conſilium
pro liberis capit *l. nec in ea, §. ius occidendi in fin. ff. ad leg.
Iul. de adult.* quia nullus amor vincit amorem pater-
num *l. fin. in princip. C. de cura. furio.* Et maxime cum eſ-
ſet infirmitate oppreſſus non præſumitur fuiſſe im-
memor ſuæ ſalutis æternæ *l. fin. C. ad leg. Iul. repetun-
darum.* Nec obſtat, quod dictus teſtator fecerit ſcri-
bere prius in ſuo libro dictum monaſterium pro
debitore, quia reſpondetur, quod hoc poſſet facere
aliquod dubium, quando ſolum feciſſet ſcribere il-
lud, quod pro ipſo monaſterio de ſuo expendebat,
an tunc tempore ſcripturæ voluerit donare, ſed
quia etiam expendebat de redditibus monaſterii
voluit, vt intelligeretur quantum expendebat, &
ne remanere poſſet debitor monaſterii. Item po-
teſt reſponderi, quod licet non voluiſſet à principio
donare, tamen ex cancellatione valeret ſaltem, vt
ex nunc, licet voluerit oſtendere, quod valuiſſet do-
26 natio, vt ex tunc. † Item non obſtat breuitas tem-
poris, quo poſtea mortuus eſt, *l. ſi ventri. §. in bonis de
priuilegiis cred.* quia reſpondetur, quod illa breuitas
temporis non arguit fraudem, nec ad propoſitum
facit, imo arguit contrarium, quia ſi erat infirmus
voluit exercere actum pium pro anima ſua, *l. ſanci-
mus, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Item nec obſtat, ſi dicatur qua-
re non fecit de hoc mentionem in ſuo teſtamento,
vel in alio inſtrumento publico? quia reſpondetur,
quod hoc non putauit eſſe expediens, ex quo de il-
lis expenſis non apparebat alia ſcriptura, niſi per li-
brum ſuum. Vnde viſum fuit ſibi ſufficere tollere,
ſeu declarare in eodem libro, *arg. l. nihil tam naturale,
27 ff. de regul. iur.* † Super Quarto dubio principali, an
dotes datæ per patrem dictæ filiæ nuptæ compu-
tentur in legitima. Iſtud dubium dependet ab in-
telligentia duorum ſtatutorum, quæ videntur ad
inuicem contraria, vnum eſt *ſub rubrica de ſucceſſioni-
bus liberorum* in verſ. filiabus autem, ibi, in qua legi-
tima vel ſupplemento legitimæ tales filiæ, vel de-
ſcendentes quæ dotatæ fuerint ab ipſo teſtatore do-
tem datam, & augmentum dotis, ſi quod ab eo
datum reperietur, ſibi debet imputari & ſic vult
hoc ſtatutum, quod dos in legitimam imputetur.
Aliud ſtatutum eſt *ſub Rubrica de dotibus reſtituendis in
in vltimo capitulo* mihi exhibito in quo vult, quod
nepos ex filia non debeat dotem maternam in le-
gitimam ſibi imputare, & ſubdit in fine, & quod ſu-
pra dictum eſt de dictis nepotibus locum habeat in
dictis filiabus, & ſic vult, quod filiæ nō debeant do-
tem ſibi in legitimam imputare: & ſic iſta ſtatuta vi-
dentur inuicem contrariari, Ego autem dicta ſtatu-
28 ta puto eſſe concordanda, † nam ſicut leges legi-
bus concordantur *vt l. vnica, C. de inof. dot. & c. cum ex-
pediat de elect. libr. 6.* ita ſtatuta ſtatutis ſunt concor-
danda, *vt not. Bald. in l. hi qui ad ciuilia in vlt. col. in princ.
C. de appell.* Ideo dicta ſtatuta cōcordando, ſic intelli-
go, quod primum ſtatutum loquatur, quando tra-
ctatur de ſucceſſione ex teſtamento, vt patet in Ru-
brica in fine, quæ dicit, condito teſtamento, & in
princi-

principio nigri, dum dicitur, ordinamus, quod ſi
pater vel mater vel alius aſcendens deceſſerit con-
dito teſtamento; & in illa parte, in qua loquitur de
dote imputanda, ibi, ſi quæ dotatæ fuerint ab ipſo
teſtatore. Statutum vero ſecundum de dotibus re-
ſtituendis loquẽs ſimpliciter, debet intelligi quan-
do tractatur de ſucceſſione ab inteſtato. Item ſtatu-
tum primum loquitur quando filiæ fuerunt dotatæ
in teſtamento patris, vt patet in dicto verſ. filiabus,
29 ibi. ſi quæ dotatæ fuerint ab ipſo teſtatore; † nam
b filia dicitur eſſe dotata *b* quando in teſtamento ſi-
bi relinquitur, vt habetur per Bart. *in l. quod autem. ff.
de iur. dot. & in l. qui pupillam in prin. ff. de adul.* qui dicit,
quod ſi dos eſt conſtituta in teſtamento dicitur eſſe
dotata à patre idem not. Bart. *in l. cum in plures. §. 1. ff.
admin. tut. & Bald. in l. non ſicut, C. de bon. quæ liber. &
Pet. de Anch. in conſ. 166.* Secundum vero ſtatutum lo-
quitur in dote data per patrem inter viuos, vt patet
in princ. dum loquitur de nepote, qui non tenetur
imputare dotem maternam in legitima, & ſic in do-
te iam data filiæ matri ſuæ prædefunctæ, & patet in
fine, dum dicit, & quod ſupradictum eſt de nepoti-
bus, locum etiam habeat in dictis filiabus: Et ſic lo-
quitur de datis per patrẽ filiæ inter viuos, & ſic con-
iungendo iſtas duas cõcordias ſimul, poteſt aſſigna-
30 ri ratio differentiæ; † quia quando pater dedit dotẽ
filiæ, & ipſa viuit, vel mortua eſt ante mortem pa-
tris, dos videtur exiuiſſe extra patrimonium patris,
& effectum patrimonium filiæ, vigore dicti ſtatuti,
*l. Pomp. Philadelphus, ff. familiæ hercíſ. & l. 3. §. ſed verum,
ff. de minor.* & ita vult ſtatutũ tollendo dubitationes,
quæ habentur per Bar. & Doct. *in l. in quartã, ff. ad leg.
Fal.* vt patet ex eodem ſtatuto in principio, dum di-
cit; Inſuper etiam ſtatuimus, & ordinamus, ad tol-
lendum dubium inter Doct. iuris ciuilis, &c. Nam
cum ſtatutum velit, quod præſumatur, vel fingatur
31 dos eſſe patrimonium filiæ, & non patris, † & legi-
tima debeatur filiæ de bonis patris, quæ reperiãtur
tempore mortis patris, *vt l. cum quæritur, C. de inoff. te-
ſta.* noluit ſtatutum, quod illa dos deberet in legiti-
mam imputari, ſed eſſet præcipua filiæ, licet de iure
communi eſſet contrarium, *vt l. quoniam nouella, C.
de inoffi. teſta.* Sed quando pater teſtator in teſtamen-
to reliquit dotẽ filiæ, non debetur ſibi dos, niſi poſt
mortem teſtatoris, *l. omnium, C. de teſta.* & ideo tem-
pore mortis reperitur eſſe in hæreditate, ſicut alia
bona teſtatoris, *l. ſi tibi hoc, §. cum ſeruus, ff. de leg. 1. cum
ibi notatis*; & ideo illã debet imputare in legitimam,
ex quo in vita patris non fuit ſeparata à patrimonio
patris, *arg. l. ſi tamen in prin. & §. repletionem, C. de inoffic.
teſtam.* Et ideo videtur concludendum, quod dotes
datæ per patrem filiæ nuptę in vita ſua non debeant
in legitimam imputari, ſed illæ dotes, quæ relictæ
ſunt filiæ domicellæ per teſtatorem debent in legi-
timam imputari. Et per hæc patet reſponſum ad ea,
quæ dicuntur in quinto ſequenti dubio principali,
32 quod aliter examinare nõ expedit. † Super Vltimo
dubio an veſtes coſani, & apparatus dati filiæ nuptæ
quando nupſit in ipſa legitima computentur. Vide-
tur dicendum, quod ſic, quia quicquid capit filius,
vel filia à patre inter viuos. puta dos, & donatio pro-
pter nuptias, videtur quod debeat in legitimam im-
putari, *vt l. quoniam nouella & l. omnimodo, C. de inoffic.
teſtam.* In contrarium videtur, quia quando dona-
tio inter viuos ſit à patre filio, vel filiæ, & valet in
continenti donatio, tunc in legitimam non impu-
e tatur, *e* niſi ſit dictum, *argu. l. ſi quando, §. ſi. C. de inoffi.
teſtam. & ita vult Bart. in l. in quartam, ff. ad leg. Falc.* Si
vero donatio non tenuit à principio, ſed fuit morte
confirmata, tunc Bar. tenuit, quod in quartam de-
bet imputari, *in d. l. in quartam per l. filium quem haben-
tem, C. famil. hercíſ.* & ratio poteſt eſſe, quia tunc non
valet donatio, vt contractus, ſed quaſi vt legatum,
*vt not. gl. in l. ſi. C. de vſuc. pro donato. & in l. filia, C. famil.
hercíſ.* Et ideo concludendũ videtur; quod ſi de con-
ſuetudine eſt, quod dictæ veſtes cẽſeantur donatæ,
& quod donatio valuerit à principio, non expecta-
ta morte patris, & ſic ſequuntur naturam dotis, quæ
tranſit in filiam in continenti, *vt not. in l. 2. C. de inoffi.
donat.* idem ſit iudicandum quod de dote, *arg. in l. in-
ter ſocerum, §. anni inter,* ibi, nec ſeparatur portio dotis
additamẽn cauſa data. *ff. de pact. dota.* & ideo ſicut do-
tes imputantur in legitimam, ita imputabuntur ve-
d ſtes, & alia iocalia; *d* ſed vbi eſſet conſuetudo, quod
illa donatio veſtium morte confirmaretur, idem eſ-
ſet dicendum, vt debeant in legitimam imputari, *vt
not. Bart. in d. l. in quartam.* Sed ſi ſumus in dubio, quia
pater dedit ſimpliciter filiæ, nec apparet an animo
donandi, vel non, & tunc in dubio debent in legiti-
33 mam imputari. † Nec obſtat, *l. ſi quando, §. genera-
liter, C. de inoſ. teſtam.* quæ videtur dicere, quod ſit ne-
ceſſe, quod dicatur expreſſe, quod in legitimam im-
putetur, quia loquitur, quando conſtat, quod pater
donauit, ſed cum ſimpliciter tradit non eſt neceſſe,
quod dicat, quod in legitimam imputentur, & ita
vult Bat. *in l. 1. § ſi parens. ff. ſi quis a parente fuerit manu,
arg. l. cum quo ad leg. Fal. & ita tenet Paul. de Caſtr. in d. §.
34 generaliter. & ideo dicit Bart. in d. §. ſi parens,* † quod ſi
pater qui mittit filiam in monaſteriũ, & ponit cer-
e tam quantitatem pecuniæ ſuper altari, *e* quod illa
pecunia ſic ſimpliciter data cõputatur in legitimam
quia datur ad ſimilitudinem dotis, quæ computa-
tur in legitimam: Et ita puto in dubio alio non ap-
parente de conſuetudine, vel per inſtrumentum,
quod illæ veſtes debeant in legitimam imputari.

ANNOTATIONES.

a Super ſecundo dubio] *De hoc articulo late Doct. in l. in
quartam, ff. ad leg. Falc. vbi Picm, nu. 132. & Ripa. num.
112. Emanuel Soarez in repet. l. quoniam in prioribus in
ti ampliat. nu. 7. & 8. C. de inoff. teſta. D. Menoch. in tra-
cta. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 163. Anton. Gabriel.
commun. concluſ. lib. 6. in tit. de legit. concluſ. 3. Michael
Craſſus in libr. recept. ſentent. in § legit. quæſt. 16. & no-
uiſſime D. Petr. Anton. de Petra Placentinus in tract. de
fideicom. quæſt 15. nu. 90. & ſeq.*

b Dicitur eſſe dotata] *Et idem reſpondit Bald. in conſ. 73.
lib. 4. Ruin. conſ. 34. nu. 7. vol. 4. vbi de communi opinio-
ne atteſtatur & conſ. 42. nu. 3. eod. lib. Crot. conſ. 35. nu.
51. Alciat. conſ. 271. num. 10. iuxta impreſſionem Lugdu-
nenſem, & iuxta Venetam eſt in conſ. 20. lib. 9. Ripa in
rubr. ff. ſol. matr. nu. 61. & in l. 2. §. ſi ſponſa, num. 6. ff. de
priuileg. credit. Portius Imolenſ. conſ. 85. nu. 34. & alios
plures congerit Tiraq. in tract. de retractu conuentiona-
li ad fin. illius tit. nu. 39. & 40. & ample Ioſeph de Ludo.*

in deciſionibus Rotæ Peruſinæ in 1. part. deciſ. 21. num. 9. & ſeq. ac ferè per totam.

c Non imputatur] *Ita omnes Doctor. communiter * in*
* *l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. vbi Picus nu. 187. & Ripa nu. 143. & 160. & ſeq. Ioan. Corraſius in l. filium quem habentem, nu. 106. cum ſeq. C. famil. herciſc. Didac. Couarru. in c. Raynaldus, §. 2. num. 6. extra de teſtam. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 30. nu. 253. & ſeq. Michaël Craſſus in §. legitima, quæſt. 22.*

d Et alia iocalia] *Bart. in l. 1. §. nec Caſtrenſe, nu. 9. ff. de collat. Alex. in conſ. 27. nu. 10. lib. 5. Fernand. Vaſq. in d. §. 30. nu. 266. & Craſſus in d. §. legitima, quæſt. 23. nu. 2.*

e Super altari] *Communem * dicit Alex. in d. l. in quar-*
* *tam, nu. 24. & ibidem Ripa nu. 155. Vaſquius in d. §. 30. nu. 251. & Craſſus in d. quæſt. 23. nu. 4.*

CONSIL. LV.

ARGVMENTVM.

An ſi contractum fuerit matrimonium ſub promiſſione de non reuocando legatum marito factum, poſſit tale legatum, non obſtante promiſſione, & matrimonio ſequuto reuocari.

Arbitri & arbitratores an ſequi debeant iuris rigorem vel æquitatem, & quomodo, & quam auctoritatem habere intelligantur ex ſtatuto Veronæ lib. 2. cap. 122. de compromiſſis inter coniunctos faciendis; & plura egregia de illius ſtatuti interpretatione, vel contra eum teſtis eſſe poſſit: Vitricus an pro priuigno.

An & quando teſtes à lege prohibiti teſtificari in ipſorum vel alterius fauorem, volentes vel inuiti ad teſtimonium admittantur.

SVMMARIA.

1 *Promiſſio & pactum de non reuocando legatum an valeat & teneat, ita vt legatum reuocari non poſſit, & num. 4. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 22. 27. 29. & 35.*
Et quid quando legatum deducitur in contractum, nu. 19. & 21.

2 *Libelli forma ſemper inſpici debet, & ei contra libellantem ſtandum eſt, & num. 4.*

3 *Legatum an reuocari poſſit.*
Nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua recedere non liceat, & num. 12. & 14.

5 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

6 *Alteri ſtipulari nemo poteſt, ſecus quando verba executiua ſunt collata in perſonam ſtipulantis, & quomodo, num. 7. & 9.*
Et quid ſuper obſeruantia teſtamenti, eodem num. 6.

8 *Mater an pro filia ſtipulari poſſit, & è conuerſo.*

10 *Nemo poteſt cedere id, quod non habet.*

11 *Legatum dicitur vltima voluntas, & num. 15.*

13 *Gloſſa ſemper intelligitur ſecundum legem, quam allegat.*

14 *Libertates de ſupremis iudicijs quis conſtringere non poteſt, ſed eorum liber ſtylus eſſe debet.*
Vltima voluntas eſt ambulatoria vſq; ad mortem.

15 *Pactum per quod inducitur votum captandæ mortis, eſt à lege improbatum.*

16 *Pactum contra ſubſtantiam actus eſt nullum.*
Pactum de non reuocando procuratorem eſt nullum.

17 *Promiſſio etiam iurata de non veniendo contra propriam voluntatem non valet.*

18 *Teſtamentum, vel vltima voluntas an aliquo remedio ita fieri poſſit, vt reuocari nequeat.*

20 *Vltima opinio gl. vel Doct. in dubio approbata eſſe cenſetur, & num. 64.*

23 *Contractus innominatus ſi fiat ſuper prohibito, & alter ex parte ſua adimpleuit, an etiam alter ex parte ſua adimplere teneatur, & num. 36.*

24 *Matrimonij cauſa dicitur iuſta.*
Intellectus ad text. in l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. & demonſt.

25 *Promiſſio de non reuocando legatum an tantum importet, quantum promiſſio poſt mortem.*
Promiſſio poſt mortem valet, & quomodo, & quis contractus eſſe dicatur.

26 *Donatio cauſa mortis poteſt reuocari.*

27 *Pactum de non reuocando teſtamentum non valet.*
Intellectus ad doctrinam Bald. in l. ſancimus, in fin. C. de teſtam.

28 *Tranſitus de legato ad contractum quis dicatur.*

30 *Erubeſcimus, cum ſine lege loquimur.*

31 *Confeſſio facta in teſtamento alicui præſenti & acceptanti, quod eſt eius debitor, an valeat & teneat, nec reuocari poſſit.*
In vltimis voluntatibus poteſt contrahi.

32 *Confeſſio facta in teſtamento perinde eſt, ac ſi facta eſſet inter viuos.*
Actus inter viuos in teſtamento fieri poſſunt.

33 *An in teſtamento per teſtatorem contractus cum alio fieri poſſit, non faciendo aliquam immixtionem cum inſtitutione vel legatis.*

34 *Inſtitutio vel legatum an teſtamenti tempore, vel poſt, in contractum deduci poſſit.*

37 *Arbitri & arbitratores an ſequi debeant iuris rigorem vel æquitatem, & quomodo, num. 39. & 40.*

38 *Ex promiſſione de non reuocando legatum, an ſaltem naturalis obligatio oriatur, & num. 52.*
Vbi de bona fide agitur, non conuenit de iuris apicibus diſputare.
Plerunque ſub auctoritate ſcientiæ iuris pernicioſe erratur.

39 *Nuda promiſſio abſq; ſtipulatione ſufficit in curia mercatorum, vbi cauſa de bona æquitate decidi debet, & quomodo intelligatur, num. 43. & 53.*

40 *Arbitratores an præſcriptionem reijcere poſſint, & nu. 54.*

41 *Quando habemus iuris rigorem ſcriptum, & æquitatem non ſcriptam, tunc iuris rigorem, & non æquitatem ſequi debemus, & num. 42.*
Æquitas quando rigori præferatur.

42 *Cum dicitur, quod iudex pronuntiet de æquitate, intelligitur de æquitate ſcripta & approbata.*

43 *Clauſula ſtatuti Veronæ de compromiſſis, lib. 2. c. 122. quod arbitri poſſint bona fide terminare, quomodo intelligatur.*

44 *Bonum & æquum arbitrium quodnam dicatur.*

45 *Propter clauſulam ſtatuti Veronæ de compromiſſis, quod arbitri poſſint bona conſcientia terminare, an poſſint à iure redire.*

46 *Clauſula ſtatuti, quod arbitri poſſint procedere ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, non facit, quod poſſint contra ius pronuntiare. ſi Papa mandat procedi ſine figura iudicij, ſemper legitimæ exceptiones ſalua eſſe intelliguntur.*

47 *Ob clauſulam ſtatuti, omni iuris ſolemnitate omiſſa, arbitri non poſſunt contra iuris determinationem pronuntiare vbi tractatur de iuſtitia vel iniuſtitia cauſæ.*

48 *Clauſula tàm de iure, quàm de facto, non dat arbitris facultatem tollendi ius alteri quæſitum: Et licet propter illam poſſint facere præter legem, non tamen poſſunt facere contra legem.*

49 *Clauſula ſtatuti, ſi & prout ſibi melius videbitur, non facit, vt contra ius ſcriptum poſſit pronuntiari.*

50 *Liberum arbitrium terminandi ſi alicui datum eſſet, non ob id poſſet parti iniuſtitiam facere.*

51 *Malignandi occaſio dari non debet.*

Deceptus, an quis dicatur, ſi ſibi non ſeruentur promiſſa, à lege tamen improbata.

55 *Quod lege permittente fit, pœnam non meretur.*

56 *Scienti dolus non infertur.*

57 *Teſtes domeſtici de his, quæ domi fiunt, idonei ſunt.*

58 *Duo teſtes etiam ad probandum maleficium ſufficiunt.*

Ex verbis iniurioſis oritur iuſta cauſa reuocandi legatum.

59 *Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat à dolo.*

60 *Promiſſio de inſtituendo aliquem hæredem, vel ei aliquid relinquendo, non obligat etiam militem.*

Miles habet poteſtatem teſtandi, quomodo vult, & quomodo poteſt.

61 *Vitricus an pro priuigno teſtis eſſe poſſit, & an contra eum, & num. 62. & 68.*

Vitricus, nouerca, & ſocer habentur loco parentum.

Parentes pro liberis etiam volentes teſtes eſſe non poſſunt.

62 *Socer non poteſt eſſe teſtis pro genero.*

Vitricus non poteſt inuitus cogi ad teſtificandum contra priuignum.

63 *Teſtis debet deponere pro vtraq; parte.*

64 *Intellectus gloſſ. & Bart. in l. lege Iulia, ff. de teſtib. & num. 65. & 66.*

65 *Teſtis prohibitus à lege teſtificari, an & quando admittatur ad teſtificandum, declaratur, & num. 66.*

66 *Liberti neq; volentes contra patronum ad teſtimonium admittuntur.*

67 *Domeſticus an pro domeſtico teſtificari poſſit.*

69 *Vitricus qui ſimpliciter pro priuigno deponit, an præſumatur inuitus vel volens depoſuiſſe.*

Quando quis non poteſt cogi ad aliquid faciendum, ſi illud facit, oportet, quod manifeſte appareat, quod volens fecerit, alias inuitus feciſſe præſumitur.

70 *Velle non videtur, qui obſequitur imperio magiſtratus.*

71 *Mater an & quando poſſit dotem ſtipulari pro filia.*

72 *Pluralitas bonorum non præſumitur, & ei, qui eam allegat, incumbit probatio.*

73 *Quando aliquid promittitur, vel relinquitur ſub certa conditione, niſi illa conditio in ſpecie purificetur, & probetur, non debetur id, quod eſt promiſſum, vel relictum.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Etſi ſuperioribus diebus ſpectatiſſ. & ſapientiſſ. Dn. Arbitri & Arbitratores, coram vobis ſæpius & clariſſimè allegauerim, & oſtenderim, officium veſtrum eſſe in pronuntiando petita per Sigiſmundum Guadagninum contra Matthæum eius nepotem fieri non debere; tamen vt ea, quæ dicta ſunt, diligentius videre, & examinare poſſitis, ac etiam, ſi quempiam conſulere volueritis, ipſe iura & rationes partis noſtræ intelligere poſſit. Decreui, vobis morem gerendo, ſummatim in ſcriptis redigere, & ſolum ea deducere, quæ cauſam noſtram euidentiſſimè adiuuant. Ex quibus luce meridiana clarius intelligi poterit, partem aduerſam iniuſtè & indebitè Matthæum clientulum meum conueniſſe, & ipſum neceſſariò abſoluendum eſſe, & abſolui debere. Et ſicut tria petuntur principaliter pro parte aduerſa, ita ſuper tribus tantum eſt diſputandum: Primò, ſuper tribus millibus ducatis olim relictis per Baptiſtam Guadagninum in ſuo teſtamento, videlicet legatis filiis Sigiſmundi eius fratris, tàm natis, quàm naſcituris, cum quibuſdam conditionibus, de quibus in teſtamento fit mentio, & infra dicetur, quod legatum dicitur, quod ipſe Baptiſta promiſit non reuocare, & tamen ipſum poſtea reuocauit. Secundò, ſuper aliis mille ducatis, quos dicitur etiam, Baptiſtam promiſiſſe velle relinquere dictis filiis dicti Sigiſmundi, & tamen non reliquit. Tertiò, ſuper aliis mille ducat. quos dicitur promiſiſſe pro ſupplemento dotis Dominæ Ioannæ in caſu, quo calculatis rationibus Sigiſmundi Guadagnini, olim tutoris ſui, appareret, bona dictæ Ioannæ non aſcendere ad ſummam duorum millium ducat. De primo, videlicet, de tribus millibus ducat. dicitur in libello Dn. Octauiani pro parte aduerſa, quod dum tractaretur matrimonium Ioannæ & Sigiſmundi Guadagnini iunioris inter Baptiſtam Guadagninum, & D. Philippam matrem dictæ Ioannæ, & Baptiſta perſuaderet dictæ D. Philippæ, quod conſentiret. dixit, quod poterat hoc facere, quia reliquerat filiis dicti Sigiſmundi tria millia ducat. Et tunc dicta Dn. Philippa reſpondit, non potreſti voi reuocar queſto teſtamento, ò veramente queſto legato. Et Baptiſta dixit: Io ve prometto, che no'l reuocarò mai. Et ſic dictam promiſſionem de non reuocando prædictum legatum dicta Domina Philippa acceptauit nomine dictæ Ioannæ eius filiæ, vt ipſa Ioanna haberet maritum locupletem pro oneribus matrimonii ſuſtinendis,
1 & propter illud conſenſit. † Modò eſt quæſtio, ſi dictus Baptiſta potuit reuocare dictum legatum trium millium ducat. ſicut in ſecundo teſtamento reuocauit, ita quod non poſſit de eo aliquid peti per dictam Ioannam, nec per Sigiſmundum eius maritum, nec per Benedictum fratrem dicti Sigiſmundi: non obſtante dicta promiſſione de non reuocando dictum legatum. Et in hoc pendet tota difficultas ſuper iſtis tribus millibus ducat. Et in primis pro clariori intelligentia volo diſtinguere i-

ſtam promiſſionẽ de non reuocando legatũ, *arg. tex. inſtit. quib. mo. teſt. infir. in §. alio*, ibi, ſed quia ſanè commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationib. diſtingui. Nam illud legatum factum erat filiis Sigiſmundi maſculis, tam natis quã naſcituris, & inſpecto rempore teſtamenti, & promiſſionis ſupra ſcriptæ de non reuocando, & mortis Baptiſtæ teſtatoris, & etiam pręſenti tempore erant, & ſunt duo filii maſculi, videl. ſupra ſcriptus Sigiſmundus iunior, & Benedictus eius frater, & illud legatum ſtantibus duobus filiis tantũ ſuperſtitibus intelligebatur eſſe factũ vtriq; pro dimidia, & ſic videbatur reliquiſſe Sigiſmundo iuniori 1500. & Benedicto alios 1500. Modo hac diſtinctione præmiſſa, dico, quod reſpectu perſonæ dicti Benedicti, & 1500. ducat. eis relictorum, conſtat manifeſte, quod nulla eſt facta promiſſio de nõ reuocando dictum legatum alicui acceptanti nomine ſuo, nec etiã ſibi Benedicto facta eſt, quia dicta D. Philippa, cui eſt facta dicta promiſſio de non reuocando, acceptauit dictam promiſſionem nomine Ioannæ eius filiæ tantum, vt ipſa Ioanna haberet virum locupletem, ſecundũ quod dicitur in libello, & non acceptauit pro Benedicto, quia Benedictus non debet ſuſtinere onera matrimonii Ioannæ cognatæ ſuæ, vt habetur *in l. pro one-*
2 *ribus, C. de iur. dot. cum ſimil.* † & hoc procedit ſi velimus conſiderare formam libelli ſeu petitionis, cui eſt ſtandum, *vt l. cum precum, C. de lib. c. cum ſimil. & dicetur infra.* Item ſi velimus cõſiderare dicta teſtium, nam ipſi deponunt, quod d. D. Philippa acceptauit dictam promiſſionẽ de non reuocando pro Ioanna eius filia, & Sigiſmundo eius genero tantum, & ſic ſiue conſideremus petitionem, ſiue dicta teſtium, non reperietur, quod acceptauerit dictam promiſſiooem pro Benedicto. Et propterea dictum legatum 1500. duc. factum d. Benedicto nun eſt corro-
3 boratum aliqua promiſſione, † ergo ſine aliqua dubitatione dicendũ eſt, quod ipſe Baptiſta potuit reuocare dictum legatum, quantum eſt reſpectu ipſius Benedicti, *vt probatur in l. ſi quis in principio teſtamenti, in princ. ff. de leg. 3. & ibi pleniſſime per Bart. & Doct. & in l. ſi mihi & tibi. §. in legat. ff. de leg. 1. & in l. cum duobus, in §. idem reſpondit ſocietatem. ff. pro ſocio.* In quibus habetur, quod nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua recedere non liceat, & quod in legatis vltima voluntas præualet, & legata præcedentia mutari, vel adimi etiam in toto poſſunt, & ſic nouiſſima ademptio ſpectanda eſt, & iſtud nullam poteſt habere dubitationem. Sed circa alius 1500. ducatos relictos dicto Sigiſmundo iuniori oritur dubitatio, ſi dictum legatum potuit reuocari, ſtante dicta pro-
4 miſſione de non reuocando. † Et inſpiciendo formam libelli, ſeu petitionis partis aduerſæ, cui eſt ſtandum contra petentem, ſeu libellantem, *vt dicta l. cum precum. C. de libera. can. & ibi gl. ordinaria*, quæ dicit, quod ſi aliqois porrigit libellum, & aliquid dicit contra ſe in libello ſtatur dicto contra ſe, *& ita not. D. Card. Florent. Zabar. in c. examinata, in prima col. extra de iudiciis*, qui dicit, quod illa gl. non eſt alibi. concordat text. *in l. cura. C. de omni agro deſerto lib. 11.* vbi dicitur, quod deſiderium apud acta poblicatum corrigi non poteſt. Ad idem eſt text. *in l. 2. ibi cum ex his*, quæ libello complexa es, declaretur. *C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. & ibi habetur per Bald. & Doct.* Debemus de neceſſitate concludere, quod dictum legatum 1500. ducatorum relictũ dicto Sigiſmundo iuniori etiam non debetur: nam in libello dicitur, quod dicta D. Philippa acceptauit dictam promiſſionem de non reuocando legatum pro filia ſua tantum, & in cooclusione libelli, cui ſtandum eſt contra libellantem, vt habetur, *in l. edita. C. de edendo*, per Bald. & Doct. petitur, quod hæres Baptiſtæ condemnetur ad dandum dictum legatum dicto Sigiſmundo, ſed certum eſt, quod ſecundum ea, quæ dicuntur in libello, promiſſio de nõ reuocando non fuit acceptata per D. Philippam nomine Sigiſmundi, ergo legatum potuit reuocari, per ea quæ dicta ſunt de Benedicto, & ſic dictum legatum reuocatum non poteſt deberi Sigiſmundo, quia, vt dixi, pro ipſo non fuit acceptata promiſſio, nec poteſt etiam deberi dictæ Ioannæ, quia ſibi nullum factum eſt legatum. Vnde cum in concluſione libelli petatur, quod Matthæus Guadagninus condemnetur ad dandum, & ſoluendum tria millia ducatorum pro dictis legatis, ſequitur quod abſolutio debet fieri, quia, vt dixi, legatum fuit relictum Sigiſmundo, & reuocari potuit, quia nullus acceptauit pro eo promiſſionem de non reuocando, nec etiam debetur dictæ Ioannæ pro qua Domina Philippa eius mater acceptauit dictam promiſſionem, quia ſibi non fuit relictum. Nec etiam poteſt dici, quod debeatur dictum legatum Sigiſmundo pro intereſſe Ioannæ eius vxoris, quia intereſſe Ioanoæ nou fuit petitum, ſed ſolummodo legatum: Et iudex, ſeu arbiter, vel arbitrator non
5 debet reum condemnare in non petitis, † quia ſententia debet eſſe confurmis libello. *l. fundum. ff. commun. diuid. & capit. licet Eli de Simon.* imo fatuus eſt iudex, qui pronuntiat in plus, quam petitum ſit, vt dicit Impetator, *in l. final. C. de fideicommiſſ. liber.* Et licet petitum eſſet intereſſe, illud non fuit probatum, nec aliquo modo poſſet dici, quod intereſſe Ioannæ ſit de 1500. pro hoc, vt maritus ſuus habeat 1500. ducatos, vt infra dicetur. Vlterius etiam dicitur, quod ſi eſſet facta promiſſio dictæ Dominæ Philippæ, acceptanti nomine Ioannæ filiæ ſuæ, & Sigiſmuodi eius generi, vt videntur dicere teſtes, quod tamen non debet attendi, ſed ſolum id, quud in libello dicitur, vt ſupra probatum eſt, non propterea valuiſſet dicta promiſſio ex perſona ipſius Dominæ Philippæ ſtipulantis, ſeu acceptantis pro
6 filia, & geoero, † quia regula eſt, quod alteri ſtipulari nemo poteſt, *vt l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verborum obligat. & inſtitut. de inutil. ſtipulat. §. ſi quis alii, & §. alteri, & gloſſ. in dicto §. alteri, & in dicto §. ſi quis alii*, excipit multos caſus, ſed iſte noo eſt de illis, ergo, &c. *argu. gloſſ. notabilis. Inſtitut. de euictio. §. actionum, in gloſſ. magna.* & hanc ſeorentiam tenet in terminis Bald. *in l. ipſis rerum in final. C. vt in poſſeſ. legat.* Vbi dicit, quod nullus poteſt ſtipulari ſuper obſeruantia teſtamenti, vt factum fuit, *in l. huiuſmodi, in princ. de legat. primo*, quia nemo poteſt alteri contrahere, niſi ſit publica perſona, vel loco publi-

publicæ perſonæ adhibitus, ſed promiſſio, de qua
eſt quæſtio, fuit ſuper obſeruantia teſtamenti, vide-
licet ne poſſet reuocari quantum ad legata, ergo,
7 &c. † Et licet dicatur quod imo potuerit ſtipula-
ri, quia verba obligationis, & executiua fuerunt
collata in perſonam ſtipulantis vt habetur *per gloſſ.
in dict. l. huiuſmodi in princ. & per gloſſ. in l. cum qui. §. Iu-
lianus alias, in §. ſi quis inſtituerit. ff. de conſtit. pecunia, &
per Bart. in l. ſtipulatio iſta, in §. alteri. ff. de verbor. obligat.*
& videtur probari, *in l. quæcunq; gerimus coniuncta gloſ.
ff. de act. & oblig.* Reſpondetur, quod in caſu noſtro,
verba executiua non ſunt collata in perſonam ſti-
pulantis, ſed in perſonam illius, pro quo ſtipulatus
eſt: quia dicendo promittis mihi non reuocare le-
gatum relictum tali: verba obligatiua ſunt collata
in perſonam ſtipulantis, ſed executiua in perſonam
illius, pro quo ſtipulatus eſt, quia vult, & intendit,
quod executio legati fiat ſecũdum formam legati,
quæ eſt, quod legatum præſtetur legatario, & non
ſtipulanti; & ſic quod executio fiat in perſonam le-
gatarij, & non ipſius ſtipulantis. Vnde cum verba
executiua in effectu fuerint collata non in perſo-
nam ſtipulantis, ſed illius, pro quo eſt facta ſtipula-
tio; ſequitur, quod non valuit, vt probatur manife-
ſte, *in dicta l. cum qui. §. ſi quis conſtituerit*, vbi Vlpianus
Iuriſconſultus dicit; quod ſi mihi conſtitueris Sem-
pronio te ſoluturũ non teneberis. *ff. de conſti. pecunia.
& not. gloſſ. in dicta l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. ff. de
verbor. obligat. & ibi hoc not. Bartol. & idem not. expreſſe
D. Paul. de Caſtr. in dicta l. cum qui. §. item ſi mihi conſti-
tuas. & not. gloſſ. in l. 1. ff. de ſtipul. ſeruorum. & not. Bart.
in l. quæcunque gerimus, ff. de actio. & obligat.* vbi dicit,
quod ſi ſtipulor mihi, vt illi des, illa ſtipulatio nullo
modo valet, & ita vult gloſſ. etiam ibi. Nec dicta ſti-
pulatio poteſt dici, quod valeat ex eo quod ſit facta
8 per dominam Philippam matrem Ioannæ, † quia
mater non poteſt pro filia ſtipulari, nec filia pro
matre, vt habetur *in l. debitor. §. fin. & ibi not. ff. ad Tre-
bellian. & not. Bartol. in terminis, in l. quod dicitur in vl-
tim. colum. ff. de verb. oblig. & in dicta l. ſtipulatio iſta. §. ſi
ſtipuler in vltim. colum. eod. titul.* Et ideo ſiue ſtipulata
fuerit, & promiſſionem Baptiſtæ acceptauerit pro
filia ſua, & non valuit; multo minus ſi acceptauit
pro Sigiſmundo eius genero: quia ſi mater non po-
teſt ſtipulari pro filia, multo minus pro genero, per
9 prædicta. † Nec prædictis contradicit *gloſſ. in l. hu-
iuſmodi, in princ. ff. de legat. primo*; quia illa gloſſ. intel-
ligitur per Docto. quando verba obligatiua, & exe-
cutiua ſunt collata in perſonam ſtipulantis, & ita
eam intelligit Barto. *in dicto §. ſi ſtipuler. in verſic. ſextus
modus. & D. Paul. de Caſtr. in dicta l. cum qui. §. item ſimi-
li in verſic. ſecundus caſus eſt. ff. de conſtit. pec.* quo caſu ſi
ille, qui ſtipulatur, non eſt procurator, ille pro quo
eſt facta ſtipulatio, non poteſt agere niſi ſibi ceda-
tur actio per ſtipulantem, & ita etiam loquitur glo.
in dicta l. huiuſmodi, in quantum loquitur de ceſſio-
ne, & eodem modo loquitur gloſſ. *in dicta l. cum qui,
in §. Iulianus. ſuper ver. non tenetur. ff. de conſtit. pecu.* quæ
dicit, quod ſi conſtituo tibi, me ſoluturum alij,
quod ille alius non poteſt agere, quia verba execu-
tiua non ſunt collata in perſonam ſtipulantis, & ſic
illa gloſſ. allegata pro parte aduerſa probat contra

eam. Item eodem modo intelliguntur ea, quæ ha-
bentur per Barto. *in d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & l. quæ-
cunq; gerimus cum ibi not. per gl. ff. de actio. & obl. & l. pen.
ff. de neg. geſt.* ſed quando verba executiua non ſunt
collata in perſonam ſtipulantis, licet verba obliga-
tiua ſic, vt fuit in caſu noſtro; tunc non valuit ſtipu-
latio, nec potuit acquiri actio ſtipulanti, ex quo in
perſonam ſui non ſunt collata verba executiua, nec
Ioannę eius filiæ, nec Sigiſmundo eius genero; quia
mater, vel ſocius non poteſt ſtipulari pro filia, vel
genero, quando verba executiua non ſunt collata
in perſonam ſtipulantis, vt dictum eſt ſupra. Ex qui-
bus omnibus concluditur, quod ſiue Domina Phi-
lippa ſtipulata fuerit nomine Ioannæ eius filiæ, ſiue
etiam pro Sigiſmundo eius genero, quod dicta ſti-
pulatio de iure nõ valuit, nec per eam inutilem fuit
acquiſita ſibi actio. nec filiæ, nec genero prædictis.
Et ideo nullam ceſſionem facere potuit de actione,
quæ ſibi non fuit quæſita: Et ex hoc etiam conclu-
ditur, quod ceſſio facta per Dominam Philippam
filiæ, & genero prædictis fuit nulla, & per conſe-
quens filia & gener prædicti non potuerunt agere
contra dictum Matthæum ex perſona eorum, quia,
vt dixi, nulla fuit eis quæſita actio, nec ius aliquod
ex dicta ſtipulatione. Nec etiam potuerunt agere
vigore ceſſionis ſibi factæ per Dominam Philip-
pam; quia illa fieri non potuit, ex quo ſibi Dominæ
Philippæ nulla actio fuit quæſita per ſuam ſtipu-
10 lationem, vt dictum eſt; † quia nemo poteſt ce-
dere id, quod non habet, iuxta not. *in l. manumiſſio-
nes, de iuſtit. & iur. & l. decem de verbor obligat. cum ſimi-
11 libus.* † Præterea, quod dicta promiſſio de non
reuocando dictum legatum trium millium duca-
torum non valuerit, etiam ſi fuiſſet facta Dominæ
Ioannæ, & Sigiſmundo iuniori; & etiam Benedi-
cto eius fratri, & ſic non ſubeſſet prædicta dubita-
tio, an quis potuerit alteri ſtipulari, probatur ex a-
lio capite: Et in hoc videtur pendere aliqua diffi-
cultas, nam cum legatum dicatur vltima voluntas,
vt habetur, *in l. iubemus nulli, in fin. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. & habetur per textum coniuncta gloſſ. notabili in ver.
in omni vltima voluntate in authent. de heredi. & fal. in
§. fin. colum. 1.* ſequitur, quod nemo poteſt promit-
tere de non reuocando, quia ſi promiſſio de non
reuocando legatum valeret, ita quod amplius non
poſſet reuocari, non poſſet dici quod vltima volun-
tas deberet valere in legatis, *vt dicit text. in l. ſi mihi
& tibi, §. in legatis, de legat. 1.* Quia tale pactum eſt im-
probatum à iure, quod probatur primo manifeſte,
in l. ſi quis in princip. teſtamenti, in princip. ff. de legat. 3.
12 & aſſignatur ibi ratio per iuriſconſultum, † quia
nemo poteſt imponere ſibi legem à qua recedere
non liceat, & probatur, *in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis,
ff. de leg. primo.* Vbi dicitur, quod in legatis nouiſſimæ
ſcripturæ valent: & quod poteſt præcedens lega-
tum in totum adimi, & quod nouiſſima ademptio
ſpectanda eſt: ſed Baptiſta Guadagninus poſt di-
ctam promiſſionem, de non reuocando legatum,
ipſum reuocauit in ſecundo & vltimo ſuo teſta-
mento, ergo ademptio vltima valuit, & ei ſtandum
eſt. Secundo, quod dictum pactum non valuerit
notat in terminis gloſſ. *in dicta l. ſi quis in princip. teſt.*

quæ dicit not. neminem poſſe ſibi legem impone-
re, vt ab ea recedere non poſſit. Et dum dicit legem
intelligitur, id eſt, præceptum ex conuentione, vel
pacto, vt probatur *in l. legem in prin. cum gloſſ. C. de pact.*
Item dicitur, *in d. l. ſi quis in princ. teſtamenti per glo. not.*
quod quantumcunque dicat teſtator nolo me poſ-
ſe reuocare hoc meum teſtamentum, nihilominus
poteſt reuocare, ſi modo hoc exprimat in vltima
voluntate, quæ gl. intelligitur etiam de legato, non
13 ſolum de inſtitutione. † quia gloſſ. ſemper debet
intelligi ſecundum legem, quam allegat ita not. di-
xit Bartol. *in l. non ſolum, §. ſi liberationis, ff. de liber. lega.*
& idem not. Ioan. And. in cap. cum tu, extra de teſtibus &
Rapha. Fulgoſ. in l. patronus, ff. de probat. & idem dicit D.
Signorolus de Homodeis in quodam ſuo conſilio, quod in-
cipit, Chriſti Saluatoris nomine inuocato, circa
medium, ſed gloſſ. *in dict. l. ſi quis in princ. teſtamenti*, al-
legat eandem legem in princ. ergo ſecundum eam
intelligitur, ſed illa lex loquitur in legatis, ergo &
gloſſ. debet intelligi, quod loquatur de legatis. Ter-
tio tenet in terminis, & expreſſe alia gloſſ. Accur-
ſij, in dict. l. ſi mihi, & tibi, in §. fin. ſuper verbo non valebit;
ff. de leg primo. nam in text. dicitur, quod in legatis in-
terdum non poſterior, ſed præcedens ſcriptura va-
let, & gloſ. intelligit, niſi expreſſe prioris voluntatis
dicat ſe pœnitere; poſtea ſubdit, quod ſi in princi-
pio dixit, vt non liceret ſibi pœnitere, reſpōdet, ni-
hilominus poteſt pœnitere, ſi exprimat qualitatem
illius primæ voluntatis in ſecunda, & non eſt du-
bium, quod illa glo. loquitur in caſu illius, §. fin. qui
loquitur in legatis, ergo ibi gloſſ. in terminis, & ex-
preſſe vult, quod etiam in legatis, quis ſibi non poſ-
ſit imponere legem, à qua recedere non liceat.
14 † Quarto, quod dictum pactum non valuerit, pro-
batur per rationem, quia in legatis ſeu vltima vo-
luntate nemo poteſt ſibi legem imponere, vt ab ea
recedere non liceat; vt dicit Iuriſconſultus, *in dict. l. ſi*
quis in princ. teſtamenti in princ. Item quia nec liberta-
tes de ſupremis iudicijs quis conſtringere poteſt, vt
dicit tex. *in l. cum duobus, in §. idem reſpondit ſocietatem,*
ff. pro ſocio. Item quia ſupremæ voluntatis debet eſſe
liber ſtylus, id eſt, diſpoſitio libera, vt eſt text. *in l. 1.*
cum gloſſ. ſuper ver. ſtylus, & ibi per Doctor. C. de Sacroſ. Ec-
cleſ. Item eſt alia ratio, quia vltima voluntas defun-
cti debet eſſe ambulatoria vſque ad mortem, vt eſt
text. *in l. 4. in fin. ff. de adimen. legat. & in cap. cum Martha*
15 *circa princ. extra de celebrat. miſſar.* † Item eſt alia ra-
tio, quia dictum pactum cenſetur eſſe contra bo-
nos mores, quia inducit votum captandæ mortis,
vt habetur *in l. fin. C. de pact. & per Barto. in l. ſtipulatio*
hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. & probatur per
rationes prædictas. Item hoc probatur alia ratione
inconuincibili; Nam legatum ſiue diſpoſitio, quæ
fit de legato in teſtamento, vel codicillis, dicitur vl-
tima voluntas, vt habetur *in l. iubemus, §. fin. C. de ſa-*
croſanct. Eccleſ. & per text. coniuncta. gloſſ. notabili in ver.
omni vltima voluntate in auth. de Her. & Falcid. §. fin. col.
1. & ſic eſt ambulatoria vſque ad mortem vt dict. l. 4. de ad-
im. lega. Vnde ſi diſpoſitio, quæ fit de legato, dicitur
eſſe vltima voluntas, & debet eſſe ambulatoria vſ-
que ad mortem, eſt impoſſibile, quod per pactum
vel ſtipulationem poſſit fieri, quod non poſſit re-
uocari; quia ſi debet eſſe legatum, debet eſſe in po-
teſtate legantis, poſſe reuocare quandocunque vult
vſque ad mortem, *vt dict. l. 4. vt d. l. ſi mihi, & tibi, §.*
in legatis de legat. 1. ſed ſi valeret pactum de non reuo-
cando, voluntas defuncti non eſſet ambulatoria,
nec eſſet expectanda vltima voluntas; & ſic nō poſ-
ſet dici legatum. Vnde eſſet oppoſitum in obiecto,
videlicet quod ſit legatum, & quod non poſſit re-
uocari, eſt enim neceſſe fateri, quod ſi eſt legatum
ſit in libertate legantis illud reuocare vſq; ad mor-
tem, *per d. l. 4. de adimen. leg. & per d. l. ſi mihi, & tibi, §.*
in legatis de leg. 1. & per dict. l. ſi quis in princip. teſtamenti
de leg. 3. cum alijs ſimilib. ſupra alleg. Et pro hoc eſt text.
in l. cum precario, ff. de precar. per quem dicit ibi ele-
16 ganter Bartol. † quod pactum contra ſubſtantiam
actus eſt nullum. Et pro hoc etiam dicit quod ſi fa-
cio te procuratorem, hoc acto, quod mihi non li-
ceat te reuocare, quod hoc pactum non valet, quia
eſt contra ſubſtantiā procuratoris. Item dicit, quod
idem dicimus in omnibus, quę dependēt ex volun-
tate mea non poſſum facere, ne poſſim voluntatem
meam exercere. Notādum eſt, quod dicit in omni-
bus, quæ dependent ex voluntate mea non poſſum
facere, ne poſſim voluntatem meam exercere: ſed
certum eſt, quod legatum dependet ex voluntate
legantis, *vt d. §. in legatis, & d. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. & d.*
l. 4. de adi. leg. cum ſimil. ergo non potuit Baptiſta per
pactum facere, quod non poſſit ſuam voluntatem
exercere, & ſic reuocare legatum. Et in hoc bene
conſiderent Domini Arbitratores, quia iſta eſt ve-
17 ritas, ſicut Deus eſt Deus. † Quinto hoc etiam pro-
batur auctoritate Ioannis gloſſatoris decretorum,
c. vltim. voluntat, 13. q. 2. vbi gloſſ. dicit quod ſi aliquis
iurauit, quod non veniret cōtra voluntatem ſuam,
nihilominus poterit venire, non obſtante promiſ-
ſione, etiam iurata, & fundat ſe per *d. l. ſi quis in princ.*
teſtamenti de lega. 3. quia nemo ſibi poteſt imponere,
&c. quæ lex loquitur in legatis, vt dixi, ergo & gloſſ.
prææallegata quæ allegat illam legem debet intelligi
etiam in legatis, ſecundum quod intelligitur lex,
18 quam allegat, *vt ſupra dixi.* † Sexto hoc etiam pro-
batur auctoritate Cyn. *in l. 1. in vlt. q. C. de ſacroſ. Eccleſ.*
vbi quærit, an ſic poſſit fieri teſtamentum, vel vlti-
ma voluntas, quod reuocari non poſſit. Et in effe-
ctu, ibi tenet quod non, etiam ſi interueniat iura-
mentum, & idem tenet Bart. *in d. l. ſi quis in prin. teſta.*
de leg. 3. vbi in effectu concludit, quod nullum ſit da-
re remedium, quod poſſit fieri teſtamentum, vel vl-
tima voluntas, ita quod nō poſſit reuocari, & idem
ipſe not. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbo. ob-*
lig. Et idem not. *in l. cum duobus, §. idem reſpondit, ff. pro*
ſocio, & ibi tenuit Albert. Galeot. in ſua Margarita in tit.
de teſtam. verſ. pone quod quidam fecit, & idem not. Bald.
in repet. l. 1. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi concludit, quod
non poteſt fieri teſtamentum etiam ad pias cauſas,
ita & taliter quod non poſſit reuocari, & idem et-
iam tenuit Bald. *in c. 2. de feud. dato in vim legis commiſ-*
ſoria in vſibus feudorum. & in l. ex teſtamento, C. de fidei-
commiſſ. Et idem tenet Angel. *in l. has conſultiſſima, in*
§. penultim. Cod. de teſtamentis, & idem not. gloſſ. ordina-
ria, & ibi Bald. & D. Iacobus de Aluarot. in c. 1. §. item ſa-
cramenta in titul. de pace iur. firmand. Et idem not. Salic.
in l. ſan-

in l.ſancimus in 7.q. C. de teſtamentis. Et idem tenet Bald. Angel.& D. Paul. de Caſtr. in l. hæredes palam, §.fin.ff.de teſtamentis. Vbi dicunt notabilirer, quod ſi aliquis fecir teſtamentum, & dixit, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure donationis, quam facio tibi præſenti & acceptanti, quod propter hoc non vitiatur teſtamentum, niſi teſtator reuocauerit teſtamentum, quia valet reuocatio etiam quantum ad illam clauſulam; pro quo facit, quod not. Bart. *in l.1. in 15. quæſt. ff. de iur. codicillorum.* Sed dictus Baptiſta reuocauit primum teſtamentum, in quo erat legatum dictorum trium milliũ duc. & in ſpecie reoocauit dictum legatum, vt probatũ eſt per teſtes, ergo quamuis promiſſio de non reuocando dictum legatum, & donatio in caſu reuncationis eſſet facta legatariis præſentibus, & acceptantibus, nihilominus dicta reuocatio valuiſſet, per prædicta. Et idem etiam in terminis de legato, qood non poſſit fieri, ita quod non poſſit reuocari tenet Bald. vbi aperte decidit iſtam quæſtionem pro Matthæo Guadagnino, *in d.l. ſancimus, in fin.* vbi vult ſecũdum omnes Doct. quod nullo modo quis poſſit ſe obligare ad iudicij immutabilitatem ſtando in finibus vltimæ voluntatis, videlicet qund legatum remaneat, vt legatum irreuocabiliter, *& ita tenent omnes Doct. in iuribus præalleg. & Bart. in l. Lucius, §. quiſquis de leg 2. & in l. cum qui de-*
19 *cedens, §. codicillis de leg. 3.* † Sed quando legatum vel vltima voluntas deducitur in contractum, transferendo legatum vel vltimam voluntatem in contractum, huiuſmodi promiſſio non reuocat inſtitutionem vel legatum, & ſi contingat me reuocare ex nũc tibi dono tantum: in hoc bene ſunt opiniones, & Bal. *in d.l. ſancimus, in fin. C. de teſtamentis,* dicit quod aliqui ſequentes opinionem Dyn. faciunt differentiam inter inſtitutionem & legatum, quia tale pactum de non reuocando inſtitutionem, etiam deductum in contractum donationis non valet, quia tollit liberam teſtamẽti factionem, *vt l. pactum quod dotale, & l. cauſa donationis, C. de pactis,* ſed pactum de non reuocando legatum dedueendo in cõtractum, vt ſupra, bene valet; ſed ipſe Bald. in fi dicit, quod alij tenent contrarium, videlicet quod dictũ pactum de non reuocando, ſiue ſit circa inſtitutionem ſiue circa legatum, etiam ſi deducatur in contractum, vt ſupra, non valet, quia eſt cootra bonos mores, quia facit non eſſe liberi arbitrij, quod eſſe non debet, vt
20 *d.l. pactum, C. de pact. & d.l.1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* † Et iſta vltima opinio videtur eſſe opinio Bald. quia in dubio quando gl. vel Doct. referunt plures opiniones, nec vnam expreſſe approbant, vltima præſumitur approbata tanquam ſua, ita dicit Bald. notabiliter, *in auth. ex teſtamento, in prin. 2. col. C. de collat.* qui dicit, quod idem dicunt Doct. de dictis Innoc. quod vltima opinio præſumatur approbata tanquam ſua. Idem quod vltima opinio in dubio cenſeatur eſſe Doct. referentis, tenet Bald. *in l. ſi mater, C. ne ex delictis defunct. & in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Treb.* vbi de hoc eſt gl. ordinaria & ibi per Docto. & ponitur et-
21 iam per Bart. *in l. bona fides, ff. depoſiti.* † Vnde ſiue velimus, quod illa opinio vltima relata per Bald. *in d.l. ſancimus, in fin.* fuerit opinio Bal. videlicet, quod pactum de nõ reuocando inſtitutionem, vel legatum etiam dedueendo in contractum, vt ſupra, non valeat, ſiue velimus, quod opin. Bald. fuerit, quod dictum pactum de uon reuocando vltimam voluntatem tranſeundo ad contractum, vt ſupra, non valeat in inſtitutione, ſed in legato ſic, tamen in vtroque caſu Bal. vult manifeſte ibi, qood ſi eſſet pactũ de non reuocando legatũ, non tranſeundo ad contractum, hoc modo promitto non reuocare legatum, nec fuit proceſſum ad illa verba, & ſi cõtingat me reuocare, ex nũc dono tibi tantundẽ, &c. qund tale pactum non valeret. Et ita vult etiam Dyn. *in c. quod ſemel placuit, in fin. de reg. iur. libr. 6.* & in hoc concordant omnes Doct. ſed in caſu noſtro licet fuerit pactum de non reuocando legatum per Baptiſtam Guadagninum; tamen non tranſiuit de legato ad contractum, nec deduxit legatum in contractũ dicedo, & ſi contingat me reuocare legatum, ex nũc tibi dono tantundem, ergo ſine aliqua dubitatione eſt dicendum, quod dictum pactum, ſeu dicta promiſſio de non reuocando, nõ valuit ſecundum Bal. & omnes Doct. in omnibus iuribus ſupra alleg. qui io hoc conueniunt, licet non conueniant quando legatum eſt deductum in contractum, vt dictum eſt
22 ſupra. † Et idem quod conuentio facta cum hærede, vel cum legatariis de non reuocando teſtamentum, vel legatum non valeat, tenuit Cy. *in d.l.1. in 11. quæ verſ. vlt. quæro ibi, & idem eſſet in legatariis. C. de ſacroſ. Eccl.* Vltimo eandem ſententiam, quod cõuentio, vel ſtipulatio facta per teſtatorẽ hæredi inſtitutio, vel legatarius, etiam tranſeundo ad contractum, non valeat, tenet in terminis Bart. *in l. ſi quis in princ. teſtam. in prin. col. ff. de leg. 3.* & dicit quod ita conſuleret, quia tales cõtractus inter viuos à iure reprobati, & eſſent facti ſub impoſſibili conditione de iure, vel ſub conditione turpi, ergo ſunt nulli ipſo iure, *vt l. impoſſibilis, & l. generaliter. ff. de verbor. obligat.* Et ex iſtis omnibus clare, & euidentiſſime conſtat, quod dicta promiſſio facta de non reuocando dictum legatum trium millium ducatorum, etiamſi fuiſſet facta ipſis legatariis præſentibus, & acceptantibus, quod de iure non valuiſſet, & ſic quod dictum legatum potuiſſet de iure reuocari, ſicut reuocatum eſt: non obſtantibus his, quę in contrarium per Dominos aduocatos partis aduerſę deducta ſunt, quæ per prædicta ſublata ſunt. Sed vt res clarior efficiatur Dominis Arbitris, & Arbitratoribus, vel in iure conſultis, ſingulariter reſpondebitur ad cotum iu-
23 ra, rationes, & auctoritates. † Et primo dictum fuit pro parte aduerſa, quod illa promiſſio de non reuocando legatum prædictum fuit deducta in contractum inoominatum, videlicet faciam, vt facias, vel non facias. Nam Domina Philippa promiſit tradere filiam ſuam in vxorem Sigiſmundo nepoti Baptiſtæ, ſi ipſe Baptiſta promitteret de non reuocando dictum legatum, & ſic ex parte Dom. Philippæ fuit promiſſio de faciendo, & ex parte Baptiſtæ de non faciendo, & ſic fuit contractus innominatus facio, vt non facias, modo cum Dom. Philippa impleuerit ex parte ſua, quia tradidit filiam ſuam in vxorem Sigiſmundo, & ſic fecit, quod promiſit, dicitur quod etiam Baptiſta cogebatur adimplere, quod promiſit, *per l. naturalis, §. quod ſi faciam, ff. de*

præſcript. verb. & per l. ex placito, C. de rerum permut. & habetur, in l. ſi pecuniam, in princ. ff. de condit. ob cauſam. Ad hoc data fuit reſponſio, & veriſſima, quia ille contractus innominatus, ſi innominatus eſt, fuit celebratus ſuper prohibito, vt pleniſſime probatũ eſt ſupra, ideo non valuit, quia prohibita eſt conuentio, vel ſtipulatio de non reuocando legatum. Et licet vi. us impleuerit ex parte ſua in hoc caſu; tamen ipſi agenti obſtat exceptio. *vt eſt gloſſ. ſingularis in l. cum donationis, C. de tranſact. ſecundum Ang. in l. impoſſibi..., ff. de verbor. obliga.*

24 † Secundo fuit allegatum quod illa conuentio ſiue contractus innominatus fuit ex cauſa iuſta, ſcilicet matrimonii contrahendi, *vt habetur in l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. & demonſt.* Reſponſum eſt & recte, quod licet cauſa matrimonii ſit iuſta, tamen conuentio ſeu promiſſio de non reuocando legatum eſt iniuſta, vt dixi, ergo licet ſit adimpletum ab vno ex cauſa iuſta, tamen alius non cogitur adimplere ex cauſa iniuſta, & id quod eſt reprobatum à iure. Præterea *d. l. Titio centum, §. 1.* loquitur in matrimonio, videl. vt ad ipſum quis poſſit inuitari ſpe præmii liciti, nec à iure improbati, poteſt enim ibi intercedere pecunia ex vtraque parte, vt dos, & donatio propter nuptias, ſecus in aliis, quæ ſunt prohibita à iure, ita dixit Bart. ſingulariter *in d. l. cum donationis, Cod. de tranſact.*

25 † Tertio allegatum fuit, quod illa promiſſio de non reuocando legatum tantum importat, quantum promitto poſt mortem meam id, quod in legato relinquitur, ſed talis promiſſio valet, *vt eſt gloſſ. notabilis in l. fin. C. de pact.* quæ vult, quod ſi per ſtipulationem promittam tibi bona mea poſt mortem, quod erit donatio, & valebit. In hoc argumento fuit negatum antecedens, quia non eſt verum, quod promiſſio de non reuocando legatum tantum importet, quantum ſi diceretur, promitto poſt mortẽ meam tantum, quia ſi quis promittit de non reuocando legatum, ſtat in finibus vltimæ voluntatis, quia vult, quod ſit legatum, & quod valeat vt legatum, & ſic tanquam vltima voluntas, & non tanquam contractus, cum legatum dicatur eſſe vltima voluntas, vt dixi ſupra in quarto argumento principali, ſed ſi quis dicat promitto tibi poſt mortem meam tantũ, tunc bene eſt contractus, & non vltima voluntas, qui contractus poteſt incipere deberi ab hærede, *vt in toto tit. vt actiones ab heredibus, & contra heredes.* Et iſte contractus eſt contractus donationis cauſa mortis, & iſto modo intelligitur glo. *in d. l. fin. C. de pact.* quæ dicit, quod dicta promiſſio erit donatio cauſa mortis, vel inter viuos, vnde illa glo. recte intelligendo non loquitur in caſu noſtro, quando vult, quod valeat illa promiſſio tanquam donatio, quia in caſu noſtro ſi valeret promiſſio, valeret vt legatum, & non vt donatio, quod fatetur etiam pars aduerſa in concluſione ſui libelli, in qua petit condemnari Matthæum Guadagninum, ad dandum & ſoluendum dictum legatum, ſed illa promiſſio non valuit, vt ſæpe dictum eſt, ergo nec legatum debetur. Prætera etiam ſi eſſemus in caſu dictæ glo. nihilominus non contradiceret prædictis, quia illa promiſſio de dando poſt mortẽ eſſet donatio cauſa mortis, *vt dixi, & vt dicit gloſſ. in d. l. fin. & ibi hoc not. Doct. & not. & tenet Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta in verſ. quæro aliquis vult facere, ff. de verb. oblig.* Et in caſu noſtro non poſſet dubitari, quod non eſſet donatio cauſa mortis, ſi eſſemus in caſu dictæ gloſſ. quia teſtes dicunt, & maxime Bartholomæus Placentinus notarius examinatus pro parte aduerſa, quod quando Baptiſta promiſit de non reuocando dictum legatum, d. Philippa & Iacobus Guaſtauerzia rogauerunt dictum Baptiſtam, quod vellet de iſta promiſſione, vel legato facere donationem inter viuos. Et ipſe Baptiſta hoc ſemper facere recuſauit, & ſic conſtat manifeſte, quod voluit donare inter viuos.

26 † Et ideo ſi diceremus, quod illa promiſſio de non reuocando legatum fuiſſet donatio cauſa mortis, quo caſu nulli dubium, quod potuiſſet eam reuocare, *vt habetur in toto titu. ff. de donat. cauſ. mort. & in l. non omnes in princ. ff. ſi cert. petat.* Et hoc in terminis tenet Barto. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* vbi tenet, quod ſi eſſet facta promiſſio ſecundum gloſſ. *d. l. fin. C. de pact.* quod illa promiſſio tanquam donatio cauſa mortis poſſet reuocari.

27 † Quarto fuit allegatum, quod licet non poſſit promitti de non reuocando teſtamentum, *vt l. pactum quod dotale, C. de pact. & l. cauſa donationis, C. de tranſact.* quia tolleret liberam teſtamenti factionem *vt dicitur in d. l. pactum quod dotale, & habetur in l. fin. C. de pact. & habetur in l. ſi quis in princ. teſtamenti de legat. 3. & in multis aliis locis ſuperius allegatis.* Poteſt tamen promitti de non reuocando legatum, quia per hoc non tollitur libera teſtamenti factio, & ſic dictum fuit per hoc, quod licet promiſſio de non reuocando inſtitutionem non valeat, tamen promiſſio de non reuocando, legatum valet, & ad hoc allegabatur dictũ Bald. quod ita videtur diſtinguere ſecundum Doct. partis aduerſæ, *in l. ſancimus in fin. C. de teſtam.* Sed certe ex his, quæ dicta ſunt ſupra, apparet quod hoc non eſt verum in iure, nec etiam Bald. ibi hoc vult, ſi recte conſideretur, imo dicit contrariũ manifeſte, quod patet, quia ibi formando quæſtionem, ſi poteſt quis ſe obligare ad iudicii immutabilitatem, & in princ. dicit indiſtincte, quod non, quia eſt contra bonos mores. Et ſic loquitur tam de promiſſione de non reuocando legatum, quam de non reuocando inſtitutionem, quod patet quia poſtea ſubdit, quod alii ſequẽtes Dy. faciunt differentiam inter legatum, & inſtitutionem. Poſtea tertio, & vltimo loco dicit, quod alii dicunt contrarium, ſcilicet contra illam diſtinctionem, quia eſt contra bonos mores, & cum iſta vltima opinione tranſit, quia in dubio vltima opinio recitata videtur eſſe approbata per eum, *vt dixi ſupra in 6. argu. principali.* Ita, quod Bald. *in d. l. ſancimus,* tenet contrarium eius quod allegatur per Doctores partis aduerſæ. Præterea etiam ſi Bald. approbaret expreſſe aliam opinionem, adhuc etiam contradiceret, quia Bald. loquitur in princip. quod regulariter quis non poteſt ſe obligare ad iudicii immutabilitatem, ſed tranſeundo ad contractum tunc bene dicit Bald. quod aliqui faciunt differentiam in hoc caſu inter legatũ, & inſtitutionem, ſed vbi non fit tranſitus de legato ad contractum, Bald. ibi manifeſte vult, quod non valeat promiſſio de non reuocando etiam legatum.

Et ſic

Et ſic in omni caſu Bald. *in d. l.ſancimus*, vult ſecun-
dum omnes Docto. quod ptumiſſio de non reuo-
cando etiam legatum non valeat, niſi tranſeat ad
contractum,& ita intellexit etiam Dyn.*in c. quod ſe-
mel placuit,in fin.de reg.iur.in 6*.Et ſi dicatur imo in ca-
ſu noſtro partes non ſteterunt in finibus vltimę vo-
luntatis; quia fecerunt contractum innominatum,
videlicet faciam vt nō facias,vt dixi ſupra in reſpon-
ſione ad primum argumentum partis aduerſæ, Re-
ſpondetur, quod hoc non eſt verum, quia licet di-
catur, quod interuenerit contractus innominatus
ſuper dicto legato; tamen non ſequitur quod di-
ctum legatum ſit translatum in contractum ſed eſt
contractus confirmatorius legati,& ſic legatum ad-
huc remanet in finibus vltimæ voluntatis, vt ſupra
dixi,ſed Doct.nō intelligunt, quod de legato tranſ-
eamus ad contractum, quando eſt ſolum promiſſio
de non reuocando legatum, quia tunc remanemus
in finibus vltimæ voluntatis, ſed quando omittitur
legatum,& facimus contractum & volumus, quod
contractus valeat in caſu quo legatum non valeret.
Et ideo Bal.*in d.l.ſancimus, & Dy.in d.c. quod ſemel pla-
cuit,in fin.& Barto.in d.l.ſi quis in prin. teſta.& Doct.in l.*
28 *haeredes palam,§.fin.* quando loquuntur, † quod de
legato tranſimus ad contractum, ponunt exēplum,
promitto non reuocare teſtamentum,vel legatum,
& ſi contingat me reuocare, ex nunc tibi dono tan-
tum, & ſic loquntur in caſu, quo contractus valet,
& legatum non,& iſte eſt proprie tranſitus de lega-
to ad contractum, ſecus quando eſt ſolūmodo pro-
miſſio de non reuocando. Nec obſtat etiam ratio
ſuperius allegata, dum dicitur, quod promiſſio de
non reuocando inſtitutionem ideo non valet, quia
tollit liberam teſtamenti factionem, ſed in legato
ſecus:quia ceſſat iſta ratio, quia reſpondetur, quod
illa non eſt ſola ratio, quia promiſſio de non reuo-
cando vltimam voluntatem nō valet, ſed ſunt mul-
tæ aliæ, videlicet quia nemo poteſt ſibi imponere
legem,&c. Et quia vltima voluntas eſt ambulatoria
vſque ad mortem,& quia vltima voluntas debet eſ-
ſe libera. Et quia talis promiſſio etiam in legatis eſ-
ſet cōtra bonos mores,vt dixi plenius ſupra in quar-
to argumēto pro Matthæo Guadagnino. Et ideo li-
cet non ſubeſſet illa ratio, ne tollatur libera teſta-
menti factio, quæ videtur conuenire inſtitutioni,
tamē ex quo ſubſunt aliæ rationes finales quæ con-
ueniunt legato, ſatis eſt, *vt habetur in §.affinitatis Inſti.*
29 *de nupt.* † Quinto allegatum fuit per Doctores par-
tis aduerſæ,quod aliud eſt,quādo promiſſio de non
reuocando fit eo tempore. quo fit teſtamentū, quo
caſu loquitur gl.*in l.haeredes palam, §.fin. de teſta. & ibi
per Doct*. Aliud eſt quando poſt teſtamētum factum
ex interuallo fit promiſſio de non reuocando; & i-
ſte caſus noſter, quia ante promiſſionem de nō re-
uocando, teſtamentum erat factū antè per annum,
& dicitur,quod de hoc caſu non lóquuntur Docto.
Sed parcat mihi reuerentia eorum, quod ſit diffe-
rentia an promiſſio de non reuocando legatum fiat
tempore teſtamenti, an poſt, non probatur lege,
30 † & ſic erubeſcimus cum ſine lege loquimur, *vt in
auth.& de trien.& ſemiſ.§.cōſideremus col.3.& in bullam,
C.de colla.*Nec etiam iſta differentia ptobatur ratio-
ne, quia illę rationes, quæ prohibent, quod promiſ-
ſio de non reuocando legatum non valeat ita, mili-
tant quando promiſſio fit poſt factum teſtamētum,
ſicut quando fit tempore teſtamenti. Et ideo iſta ra-
tio differentiæ potuiſſet omitti, quia eſt ſine ratio-
31 ne. † Sexto allegata fuit doctrina Bar. quam ponit,
*in l.Lucius,§.quiſquis,ff de leg.2.& in l.cum quis decedens,
§.codicillis de leg.3.*vbi Bart.dicit, quod ſi aliquis con-
fitetur in teſtamento alicui præſenti & acceptanti,
quod eſt debitor ſui;talis confeſſio valet,nec poteſt
reuocari;*vt habetur plene per Cyn.& Doct.& c.l.general.
C.de non num.pecu.*Et dicit,quod ratio eſt, quia in vl-
timis voluntatibus poteſt contrahi, vt habetur *in d.
l.haeredes palam,§.fin de teſtam.* & dicta confeſſio facta
in teſtamento habet vim cuiuſdam confeſſionis fa-
ctæ inter viuos, nec poterit reuocari. Nec obſtat di-
cit ipſe, quod vltima voluntas eſt ambulatoria; quia
illud eſt verum in vltimis voluntatibus diſpoſitiuis,
& quæ ſtant mere in vltimæ voluntatis finibus, ſed
iſta confeſſio habet vim confeſſionis emanatæ in-
ter viuos; ergo.&c. Sed ad hoc fuit reſpōſum, quod
licet iſtud dictum eſſet verum, de quo tamen dubi-
tatur per Doct.*in d.l.gener.C.de non num.pecun.*tamen
non cōtradicit prædictis,nec caſui noſtro,imo pro-
bat contra partem aduerſam: nō enim eſt dubium,
quod ſi in teſtamento aliquis cōfitetur ſe eſſe debi-
torem alterius, ipſo præſente,& acceptante, quod
confeſſio eum obligat;ſeu probationem inducit,*vt*
32 *habetur in l.1. C.de confeſſis.* † Et licet illa confeſſio ſit
facta in teſtamento,tamen hàbetur perinde ac ſi eſ-
ſet facta inter viuos: quia actus inter viuos poſſunt
fieri in teſtamento,*vt habetur in d.l.haeredes palam,§.fi.*
ſed iſte non eſt caſus noſter, videlicet ſi actus inter
viuos poſſit fieri in teſtamento, ſed quæſtio noſtra
eſt:ſi per cōtractum poteſt fieri, quod legatum non
reuocetur;ſed in quantum dicit Bart.quod tunc de-
mum vltima voluntas eſt ambulatoria,quando ſtat
in finibus merè vltimæ voluntatis, & non quando
confeſſio habet vim confeſſionis emanatæ inter vi-
uos,probat contra Doct.partis aduerſæ, quia in ca-
ſu noſtro partes ſteterunt in finibus vltimæ volun-
tatis, vt dixi ſupra in reſponſione ad tertium argu-
mentum. Item in quantum dicit Bar.quod tunc de-
mū confeſſio facta in vltima voluntate,non eſt am-
bulatoria,quando habet vim confeſſionis emanatę
inter viuos; probat cōtra partem aduerſam,quia in
caſu noſtro illa promiſſio de non reuocando ſi di-
ceretur,ꝙ eſſet donatio,eſſet donatio cauſa mortis,
& non inter viuos ergo ambulatoria vſq; ad mortē,
vt dixi plene in reſponſione ad tertiū argumentum,
33 ergo, &c. † Et vt clarius intelligantur prædicta,&
concordentur etiam dicta omnium Doctor.diſtin-
guo tres caſus. Aliquando quæritur,an in ipſo teſta-
mento tempore, quo fit, poſſit fieri per teſtatorem
vnus contractus cum alio,puta venditionis,aut do-
nationis non faciendo aliquam cōiunctionem, vel
immixtionē cum inſtitutione vel legatis, & in hoc
erat ratio dubitandi, quia videbatur contractus a-
ctus extraneus,& impertinēs ipſi teſtamento, & ſic
propter hoc videbatur, quod non valeret, & quod
teſtamētum vitiaretur,*per l.cum antiquitas, C.de teſta.
coniuncta l.verba contraxerunt,& geſſerunt de verb.ſignif.*

tamen

tamen gloſſ. & omnes Doct. in d. l. hæredes palam, §. ſi a. te-
nent, quod iſte contractus, qui nihil habet commu-
ne cum vltima voluntate, poteſt fieri, & interſeri
teſtamento, & ita intelligitur quod ponit Bartol. *in
d. l. Lucius, §. quiſquis de leg. 2. & in d. l. cum quis decedens,
§. codicillis de leg. 3.* vbi loquitur de illo, qui in teſta-
mento confitetur, ſe eſſe debitorem alterius, & iſte
34 non eſt caſus noſter. † Aliquando, & ſecundo ca-
ſu quæritur, an tempore teſtamenti, vel poſt, poſſit
inſtitutio vel legatum deduci in contractum, & de
inſtitutione non eſt dubium ſecundum Doct. quia
omnes tenent, excepto Dyn. *in c. quod ſemel placuit, in
fin. de reg. iur. lib. 6.* quod promiſſio de non reuocan-
do inſtitutionem, etiam deducta in contractum
non valet, imo ipſemet Dyn. etiam idem concludit
in conſilio ſuo 9. quod incipit, Quæſtio talis eſt Ti-
tius, vt refert Bartol. *in d. l. ſi quis in princ. teſtamenti, &
Bald. in l. cum antiquitas, C. de teſtam.* De legato autem
licet aliqui dubitauerint, vt refert Bald. *in d. l. ſanci-
* mus, C. de teſta.* tamen communis opinio * eſt, quod
etiam in legato promiſſio de non reuocando dedu-
cta in contractum non valeat, *vt plene dixi ſupra in 6.
argum. principali.* Et in reſponſione ad 4. argumen-
tum partis aduerſæ. Sed tamen iſte adhuc non eſt
caſus noſter, quia non fuit in caſu noſtro legatum
deductum in contractum, vt plenius ſupra dixi.
35 † Aliquando, & tertio, quæritur an valeat promiſ-
ſio ſeu conuentio, quod legatum; vel inſtitutio non
poſſit reuocari, & iſte eſt proprie caſus noſter: Et in
hoc omnes Doctor. nemine excepto, dicunt quod
iſta promiſſio non valet, per rationes, quas dixi ſu-
pra, maxime in quarto argumento principali, ma-
xime quia eſſet conuentio contra naturam actus, &
ideo non valet, *vt dicit Bartol. in l. cum precario, ff. de
precar.* & quia eſt contra legem, quia lex improbat
talem conuentionem, & iſtud eſt ipſa veritas. Et ſi
diceretur iſtud poſſet procedere, quando eſſet ſim-
plex promiſſio de non reuocando, ſed in caſu no-
ſtro dicta promiſſio fuit deducta in contractum in-
nominatum, ex iuſta cauſa ſcilicet matrimonij con-
trahendi: Reſpondetur, quod licet ex vna parte vi-
delicet D. Philippæ, eſſet iuſta cauſa promiſſionis,
videlicet dandi filiam ſuam in vxorem Sigiſmundo,
tamen ex quo ex parte Baptiſtæ fuit promiſſio im-
probata à iure, non debet obſeruari, vt probatur
36 manifeſte, *in l. cum donationis, C. de tranſactio.* † Se-
ptimo, & Vltimo fuit allegatum pro parte aduerſa,
quod licet non valet dicta promiſſio de non reuo-
cando legatum, tamen ex quo fuit adimpleta pro-
miſſio ex altera parte, ſcilicet D. Philippæ, poteſt a-
gi actione de dolo, *vt habetur in l. cum propones cum
ibi not. C. de dolo.* Ad hoc oſtenſum fuit, quod illud
procederet, quando ille, qui non poteſt adimplere
per culpam ſuam, promiſit id, quod nõ erat impro-
batum à iure, puta dare ſeruũ, vel ſimilia, ſed quan-
do promiſſio eſſet improbata à iure, ſicut eſt in caſu
noſtro tunc promittens nõ cogitur adimplere, imo
agenti, qui adimpleuit ex parte ſua, obſtat exceptio,
*vt eſt text. cum gloſſ. ſingulari in dict. l. cum donationis, C.
de tranſactio. & ibi per Bartol. & Doct.* Et ita not. Ange.
qui dicit illam gloſſ. eſſe ſingularem ad hoc, *in l. im-
poſſibilis, ff. de verbo. oblig.* Ex quibus omnibus euiden-
tiſſime, & manifeſtiſſime conſtat, quod dicta pro-
miſſio facta per Baptiſtã Guadagninum D. Philip-
pæ, etiam ſi fuiſſet facta Sigiſmundo eius genero le-
gatario, de non reuocando legatum ſibi relictum
ob cauſam matrimonij; non valuit, & eſt penitus à
37 iure improbata. † Sed circa prędicta Domini Ad-
uocati partis aduerſæ intelligentes, quod de iure di-
cta promiſſio de non reuocando legatum nun va-
luit, & fuit nulla; recurrũt ad refugium miſerorum;
quia dicunt, quod licet de iure dicta promiſſio non
valeret; tamen vos qui eſtis arbitri, & arbitratores,
cum poteſtate cognoſcendi, & terminandi bona fi-
de, & pro veſtra bona conſcientia, & ſummariæ de
plano abſque ſtrepitu, & figura iudicij, & omni iu-
ris ſolemnitate omiſſa; tam de facto, quam de iure
ſi & prout vobis melius videbitur, ſecundum for-
mam ſtatuti Communis Veronæ de compromiſſis
inter coniunctos faciendis, poteſtis iudicare; & ter-
minare de æquitate, quod dictum legatum trium
millium duc. reuocatum debeatur propter dictam
38 promiſſionem de non reuocando, † quia ex illa
promiſſione dicitur, quod orta eſt ſaltem naturalis
obligatio, *per l. 1. in prin. ff. de pact. & l. Stichum, §. natu-
ralis, ff. de ſolut.* Et ideo cum debeatis procedere bo-
na fide, videtur, quod non ſint ſequendi apices iuris
nec eius rigor, *vt eſt caſus in l. ſi fideiuſſor, §. quædam, ff.
mandati*, vbi dicitur, quod vbi de bona fide agitur,
non conuenit de apicibus iuris diſputare, & ibi hoc
not. gl. & Bart. quia plerunq; ſub auctoritate ſcien-
tiæ iuris perniciosè erratur, vt dicit tex. *in l. ſi ſeruum,
§. ſequitur de verb. oblig.* Ad hoc etiam fuit allegatum
39 id, quod not. Bar. *in l. quintus, ff. mandati,* † vbi dicit,
per illam l. quod in curia mercatorum, vbi poteſt decidi
de bona æquitate, non poteſt opponi iſta exceptio,
quod non interuenerit ſtipulatio, ſed quod fuerit
facta promiſſio per pactum nudum. Item quia præ-
dictum ſtatutum dicit, bona conſcientia, dictum eſt
quod poteſtis iudicare ſicut vultis, quia à veſtra ſen-
tentia non poteſt reclamari, *per gl. notabilem in c. ſta-
tutum, §. aſſeſſorem de reſcript. lib. 6.* Item quia, in eo-
dem ſtatuto dicitur omni iuris ſolemnitate omiſſa,
allegatum eſt pro parte aduerſa, quod non debetis
ſequi rigorem iuris, ſed ſolum æquitatem natura-
lem, quæ dicitur eſſe orta ex dicta promiſſione, de
non reuocando, per ea, *quæ notat. Bartol. in l. filiusfa-
milias, in princip. ff. de donat, & in l. 1. ff. de teſtam. milit. &
per id quod nota. in l. cum quis, Cod. de iur. & fact. ignor.*
40 † Item allegata fuit doctrina Angel. *in l. 1. C. de præ-
ſcript. trigiata annorum*, vbi dicit, quod arbitratores
poſſunt reiicere præſcriptionem. Vltimo fuit alle-
gatum, quod non poteſt negari, quod dicta D. Phi-
lippa non fuerit decepta per dolum Baptiſtæ, ſi di-
ctum pactum de non reuocando non deberet va-
lere: Sed certe his non obſtantibus, dicendum eſt
ſine aliqua dubitatione, quod ex quo dicta promiſ-
ſio de non reuocando legatum non valuit, & eſt à
iure reprobata, vt ſupra pleniſſime dictũ eſt, quod
nec etiam de æquitate nec de bona conſcientia, va-
leat, nec poteſtis Matthæum in aliquo condemna-
re, etiam attenta poteſtate vobis attributa per di-
41 ctum ſtatutũ, quod ſic clariſſime probatur. † Nam
vbi habemus iuris rigorem ſcriptum, & æquitatem
non

non ſcriptam, (ſicut eſt in caſu noſtro, quia lex de-
terminat, quod dicta promiſſio non valet de iure,
nec æquitatem ſcripram in contrarium habemus)
debemus ſequi rigorem iuris ſcriptum, & non æ-
quitatem, quæ non reperitur ſcripta, *vt habetur in l.*
placuit per gloſſ. & Doct. Cod. de Iudic. & habetur in l. 1.
Cod. de legib. & in cap. ne innitaris prudentiæ tuæ, extra
de conſtitution. Et habetur per gloſſ. in cap. ſi propter tua de-
bita. in verbo vacabunt, in fin. de reſcript. libr. 6. quæ di-
cit, quod æquitas eo ſolo caſu rigori præfertur, in
quo ſcripta reperitur, in aliis non, & ita etiam vult
Bald. *in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iur.* vbi dicit per illum
42 text. † quod cum dicitur, quod Iudex pronun-
tiet de æquitate intelligitur deſcripta, & approba-
ta; Et ideo dicit eleganter D. Paul. de Caſtr. *in dict. l.*
placuit, quod ſi non eſt æquitas ſcripta, licet rigor
ſcriptus, videretur non æquus, nec eſſe ſeruandus,
hoc tamen ad nos non pertinet, ſed ſeruare debe-
mus rigorem ſcriptum, nec debemus de capite no-
ſtro propter æquitatem, quam eſſe putamus; à iure
ſcripto recedere; quia ſic omnes leges poſſent abo-
leri, & ſubdit, quod eſt not. contra præſumptuo-
ſos, & temerarios aſſerentes contrarium, contra iu-
ra ſcripta, propter æquitatem capitis eorum, dicen-
tes non curamus de veſtris legibus, ſed imus per æ-
quitatem, quam tamen non cognoſcunt, nec diſ-
cernunt; ſed credunt cognoſcere, Et ideo ſcribit
Beatus Hieronymus in parabolis, & habetur *in cap.*
ne innitaris extra de conſtitutio. Ne innitaris pruden-
tiæ tuæ, prudentiæ ſuæ innititur, qui ea, quæ ſibi a-
genda vel dicenda videntur, patrum decretis præ-
ponit. Vnde cum in caſu noſtro habeamus legem
ſcriptam, quod promiſſio de non reuocando lega-
tum non valuerit, nec æquitas ſcripta dicat contra-
43 rium, non debetis à iure ſcripto diſcedere. † Et li-
cet ſtatutum dicat quod poſſitis bona fide termi-
nare, non tamen propter hoc debetis à iure ſcri-
pto recedere vt dicit Bartol. *in l. ſi fideiuſſor, §. qua-*
dam. ff. mandati. Nam dicit ibi quod licet in curia
mercatorum debeat iudicari de bona æquitate o-
miſſis ſolemnitatibus, tamen hoc non debet intel-
ligi, habito reſpectu ad iura ciuilia, quia hoc eſſet,
contra l. bona fides, ff. depoſiti, ſed debet intelligi de his,
quæ veritatem negotij non tangunt, vt ſi eſſet in-
tentata actio directa, & competebat vtilis vel lis
non fuiſſet conteſtata. Et idem dicit in effectu Bar-
44 tol. *in dict. l. bona fides, ff. depoſiti.* † Præterea quod
hoc ſit verum, probatur manifeſte per doctrinam
Bald. *in l. qui procuratorem, ff. de procur.* vbi dicit, quod
bonum, & æquum arbitrium eſt illud, quod eſt iuri
conforme, & quod lex reputat bonum, & æquum,
argum. ff. de poſtulan. l. 1. §. pueritiam, in verbo, ratus, & in
l. fideicommiſſa. §. quinque de leg. 3. & pro hoc l. 1. cum gloſſ.
ius eſt ars, ff. de inſtit. & iur. & l. ſi me, & Titium, in fin. ff.
45 *ſi cert. pet.* † Item licet ſtatutum dicat, quod poſſi-
tis pro veſtra bona conſcientia terminare; non ta-
men propter hoc poteſtis à iure recedere vt eſt glo.
notabilis in clem. 1. de iur. patron. qua contra dicit gloſſ. in
dict. cap. ſtatutum, in §. aſſeſſorem de reſcript lib. 6. & com-
* *muniter * tenetur, vt habetur per D. Angel. de Aretio In-*
ſtit. de actio. §. in bona fidei. Sed Bald. in l. 1. Cod. de rebus
credit. dicit aut ſumus in his, quæ ſunt parui præiudi-
cij, & loquitur gloſſ. *in d. §. aſſeſſorem.* Aut in his quæ
ſunt magni præiudicij, & loquitur gl. *in d. cle. 1.* vnde
cum hic tractetur de magno præiudicio ſtandum
46 eſt determinationi *gloſſ. in d. clem. prima.* † Item li-
cet ſtatutum dicat, quod poſſitis cognoſcere, & ter-
minare ſummariè de plano abſque ſtrepitu, & fi-
gura iudicij, &c. non tamen propter hoc poteſtis
contra ius pronuntiare, vt eſt text. *coniuncta gloſſ. in*
clem. ſæpe, in verbo defenſiones, de verbor. ſignif. & not. Bar-
tol. in auth. ad reprimendum in ver. videbitur expedire. Et
ideo dixit Feder. de Senis, quod ſi Papa mandat pro-
cedi ſine figura iudicij, ſemper legitimæ exceptio-
nes intelliguntur eſſe ſaluæ, ita dixit Feder. de Senis
47 in conſi. ſuo 52. † Item licet etiam prædictum ſta-
tutum dicat omni iuris ſolemnitate omiſſa, non ta-
men propter hoc poteſt pronuntiari contra iuris
determinationem, vbi tractatur de iuſtitia vel in-
iuſtitia cauſæ, vt probatur *in l. bona fides, & ibi hoc no-*
ta. Bart. ff. depoſiti, & idem not. Bart. in dict. l. ſi fideiuſſor.
§. quadam, ff. mandati. Sed in caſu noſtro non tracta-
tur de iuris ſolemnitate, ſed de iuſtitia cauſæ, quæ
48 per dicta verba non videtur eſſe ſoluta. † Item li-
cet dicatur in eodem ſtatuto, tam de facto, quam de
iure, non propter hoc tamen videtur eſſe data po-
teſtas tollendi ius alteri quæſitum: Et non ſolum
per illa verba, imo nec per quæcunque alia verba,
vt ſingulariter not. Bart. *in auth. ad reprimendum, ver-*
bo videbitur expedire, circa finem: Sed nulli dubium eſt,
quod ex quo dictum legatum potuit reuocari, non
obſtante promiſſione de non reuocando, & eſt re-
uocatum, & mortuus eſt Baptiſta teſtator, qui reli-
quit dictum legatum Matthæo; quod in dicto lega-
to fuit, & eſt ius quæſitum ipſi Matthæo, ſecundum
not. *per Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de liber. &*
poſthum. Et ſic vos Domini Arbitri non poteſtis au-
ferre ſibi ius quæſitum in dicto legato, vigore ver-
borum, in dicto ſtatuto comprehẽſorum. Imo plus
propter dicta verba, licet poſſit Iudex, vel Arbiter
facere præter legem, non tamen poteſt facere con-
tra legem, ita notabiliter dixit Bar. in conſ. ſuo quod
incipit, Ludouic. Philippi de ciuitate caſtelli, quod
dictum fuit etiam Lapi in allegationibus ſuis; & ita
refert Ludo. de Roma, & eum ſequitur *in Rubric. de*
49 *arbitr. in 11. col. verſic. item ſi ſtatutum dicat.* † Item, &
vltimo, licet dicatur in eodem ſtatuto, ſi, & prout
vobis melius videbitur, non tamẽ propter hoc po-
teſtis contra ius ſcriptum pronuntiare; quia illa ver-
ba ſtatuti referũtur ad appoſitionem pœnæ in ſen-
tentia apponendę, & non ad poteſtatem terminan-
di, vt apparet ex verbis ſtatuti. Et poſito quod etiam
referrentur ad poteſtatem terminandi, non tamen
propter hoc videtur vobis data poteſtas ſententian-
di contra iura: vt not. Bartol. *in auth. ad reprimendum*
in ver. videbitur expedire, & habetur in auth. ſed hodie, C.
50 *de iudic.* † Imo plus dicit Barto. in d. ver. videbitur
expedire; quod etiam ſi eſſet datum liberum arbi-
trium terminandi alicui; non poſſet propter hoc
partis iniuſtitiam facere, per ea quæ habentur, *in*
dicta clement. ſæpe de verborum ſignificat. & in l. filiusfami
51 *lias, in prin. ff. de donationibus.* † Suadet etiam hoc
æquitas; Nam ſi aliter diceremus, quod vos Ar-
bitratores poſſetis iudicare contra ius; ſequeretur
quod

quod daretur occaſio malignandi, quod eſſe non
debet, vt habetur, *in l. iuriſgentium §. ſi paciſcar, & §.
generaliter, & in l. ſi vnus, §. illud, ff. de pactu.* Et ex præ-
dictis concluditur, quod ex quo ius improbat di-
ctum pactum de non reuocando legatum, quod
nec etiam poteſtis contra ius iudicare ex poteſtate
52 vobis per ante dictum ſtatutum attributa. † Nec eſt
verum, quod ex dicta promiſſione de non reuocan-
do fuerit orta naturalis obligatio, quia eſt contra
ius, vt ſæpe dictum eſt, *vt l. iuriſgentium, §. prætor ait,
& in §. generaliter, ff. de pact. & in §. Marcellus, in eadem l.*
vbi dicit, quod eſt, ſi ſtipulatio ſit interpoſita de his,
de quibus paciſci non licet, ſeruanda non eſt: Sed
omnimodo reiiciẽda: illud ergo quod dicitur, quod
ex pacto oritur naturalis obligatio, intelligitur niſi
pactum ſit reprobatum à iure, vt in dictis iuribus.
53 † Nec etiam poteſtis contra ius pronuntiare, licet
ſecundum bonam fidem procedere debeatis, nec
ſequi apices iuris, *vt eſt text. cum gloſſ. & ibi Bart. in d.
l. ſi fideiuſſor, §. quadam, ff. mandati.* Et licet vbi proce-
ditur de bona æquitate in curia mercatorum non
poſſit opponi exceptio, quod non interuenerit ſti-
pulatio, vt not. Bart. *in l. quintus, ff. mandati*, non tamẽ
propter hoc concluditur, quod vbi promiſſio et-
iam per ſtipulationem ſit improbata a iure, quod
arbitratores poſſint illam cõtra ius approbare. Nec
obſtat gloſſ. *in c. ſtatutum, §. acceſſorem de reſcriptis lib. 6.*
quæ loquitur de conſcientia, quia reſponſum eſt ſu-
pra. Nec verba dicti ſtatuti dum dicunt, omni iuris
ſolemnitate ommiſſa. Nec ea quæ not. Bart. *in l. fili-
usfamilias, in princ. de donat. & in l. 1. ff. de teſtam. milit.*
quia procedunt in his quæ concernunt ſolemnita-
tem iuris, non autem iuſtitiam cauſæ, vt ſupra clare
54 probatum eſt. † Neque obſtat doctrina Ang. *in l.
1. C. de præſcrip. triginta annorum*, vbi dicit, quod arbi-
tratores poſſunt reiicere præſcriptionem, quia con-
trarium *not. Bart. ſingulariter in auth. ad reprimendum,
in fin.* vbi dicit, quod in his, quę à iure iam facta ſunt,
& ſtabilita, & ſic vbi ius eſt alteri quæſitum, non po-
teſt arbiter, vel arbitrator, qui habet liberum arbi-
trium, & poteſtatem cognoſcendi de iure, & de fa-
cto, tollere, vel immutare, ſed tenetur ſequi, & idẽ
not. d. Io. de Imola ſequendo Bart. *in l. ſi ſic in princ. de
leg. 1. Et idem ſequitur d. Ang. de Aret. Inſt. de act. in §. in bo-
na fides in pen. col. & idem not. Ant. de But. in c. 1. in pen. col.
verſ. aduerte tamen, quod remedia, extra de conſtitut. &
idem not. Ludouic. de Roma. in rubr. de arbitris, in 1. colum.
Et idem not. Ang. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca.* quan-
do præſcribens fuit bona fide, & iſta eſt vera &
* communis * ſententia Doct. † Nec obſtat quod
55 vltimo loco fuit allegatum, quod negari non poſſit,
quod dicta D. Philippa non fuerit decepta dolo
Baptiſtę ſi dictum pactum de non reuocando debet
valere, ex quo dedit filiam ſuam in vxorem Sigi-
ſmundo nepoti Baptiſtæ, propter dictam promiſ-
ſionem de non reuocando, quod aliter non feciſ-
ſet, quia reſpondetur, quod non poteſt dici dece-
pta ſi nõ obſeruetur ſibi pactum, vel promiſſio quæ
eſt à lege improbata, & ideo Matthæus iuſte con-
trauenire poteſt dictæ promiſſioni, quia quod lege
permittente fit, pœnam non meretur, *l. Gracchus, C.
de adulteris.* Nec poteſt dici, quod ipſa remanſerit

decepta, quia dum quæſiuit quod Baptiſta faceret
donationem inter viuos, & ipſe nunquam facere
voluit, vt dicunt teſtes, ex quo apparet quod Domi-
na Philippa ſciebat, & intelligebat, quod nolebat
56 Baptiſta facere promiſſionem irreuocabilem. † &
ſic ſcienti dolus non infertur, vt dicit Imperator in
l. cum donationis, C. de tranſaction. Nec etiam ex par-
te dicti Baptiſtæ poteſt dici, quod fuerit dolus, ex
quo noluit facere donationem inter viuos ſi reuo-
cauit dictum legatum, ex quo ius ſibi permittebat
ipſum reuocare, etiam ſine cauſa, ſed quanto magis
in caſu noſtro poteſt dici, quod non fuerit in dolo
in faciendo dictam promiſſionem de non reuocan-
do legatum, & poſtea ipſum reuocando, quia ſi ſi-
ne cauſa potuiſſet de iure reuocare dictum legatũ,
non obſtante dicta promiſſione de non reuocan-
do, vt dictum eſt ſupra, quanto magis debemus di-
cere, quod potuerit cum cauſa, quia Sigiſmundus
ſenior eius frater, pater alterius Sigiſmundi, cuius
contemplatione dictus Baptiſta fecit dictam pro-
miſſionem, de non reuocando dictum legatum, di-
xit poſt dictam promiſſionem multa verba iniurio-
ſa dicto Baptiſtæ, & voluit etiam ipſum verberare,
57 vt dicunt teſtes, † quibus eſt credendum, licet ſint
de domo in his quæ fiunt in domo, vt eſt caſus, *in l.
conſenſu, §. ſerui, C. de repudiis, & not. Bart. in l. ſi quando
ad fin. C. vnde vi.* Et ex hac cauſa fuit motus ad reuo-
candum dictum legatum, vt probatum eſt per tres
teſtes, qui ad hoc ſufficiunt, etiam ſi de iure plures
requirerentur, ex quo ſecundum formam ſtatuti
Arbitratores poſſunt iudicare omni iuris ſolemni-
58 tate omiſſa. † Nam hoc caſu etiam ad proban-
dum maleficium ſufficiunt duo teſtes. vt not. Bart.
in l. filiusfamilias, in princip. ff. de donat. quæ cauſa fuit
iuſta, vt habetur, *in l. 3. in fin. ff. de adimen. legat.* licet
promiſſio dicatur fuiſſe facta pro Sigiſmundo iu-
niore, quia illa promiſſio fuit facta contemplatio-
ne ipſius Sigiſmundi ſenioris, & ad eius petitionẽ,
vt dicitur in libello Domini Octauiani. Et ad hoc
faciunt ea, quæ habentur, *in l. ſed ſi plures, §. in arroga-
to, ff. de vulg. & pupil. & in l. qui proprio, §. procurat. vt in
59 cæteris. ff. de procurat.* † Vnde cum ex dicta cauſa, quæ
eſt iuſta, *per dictam l. 3. in fin. de adimen. legat.* etiam ſi
fuiſſet iniuſta, excuſat ipſum Baptiſtam a dolo, quia
quotieſcunq; mouetur quis ad aliquid faciendum
ex aliqua cauſa, vel ratione, ſiue iuſta ſiue iniuſta,
non præſumitur fuiſſe in dolo, quia cauſa etiam in-
iuſta excuſat à dolo, *vt eſt text. ſingularis in l. igitur, §. &
generaliter, ff. de liber. cum & eſt gloſſ. in l. prima, in fin. ff. de
abigeis, & eſt gloſſ. etiam ſimilis in l. plagis la ſecunda, C.
ad leg. Flauiam de plagiariis, pro quibus facit gloſſ. fin. in c.
1. §. fin. in titulo de lege, Corradi, in vſibus feud.* Et ideo ex
his apparet, quod Baptiſta non fuit in aliquo dolo,
vel fraude in promittendo de non reuocando lega-
tum: & ipſum poſtea reuocando nec etiam D. Phi-
lippa poteſt dici, quod fuerit decepta, ex quo ſcie-
bat quod Baptiſta nolebat facere donationem inter
viuos, & ex quo promiſit dicto Baptiſtæ reuocare
dictum legatum. Et ex prædictis omnibus apparet
manifeſte, quod ſiue velimus ſequi formam iuris,
ſiue formam ſtatuti de compromiſſis, & ſic ipſam
æquitatem, dicta promiſſio de non reuocando le-

gatum valuit, & ſic potuit dictum legatum per Baptiſtam reuocari, & per conſequẽs nihil debetur vigore dictæ promiſſionis Benedicto, nec Sigiſmundo iuniori. quibus erat relictum nec etiam Ioannæ filiæ D. Philippæ: Et per hæc remanet expeditum
60 primum dubium de tribus millibus ducat. † Nunc modo videamus de ſecundo principali dubio, videlicet de promiſſione facta per d. Baptiſtam Guadagninum, de relinquendo etiam mille ducat. filiis dicti Sigiſmundi an valuerit, ita quod obligatus fuerit eis omnino relinquere, & ſi non reliquerit, an Matthæus hæres dicti Baptiſtæ eis teneatur, vigore dictæ promiſſionis, Et ſuper hoc paucis eſt agendum, quia iſtud nullam habet dubitationem, quod dicta promiſſio non valuit nec obligare potuit Baptiſtam, nec matrem eius hæredem, quia promiſſio de inſtituendo aliquem hæredem, vel ei relinquendo non obligat, etiam militem, qui habet poteſtatem teſtandi quomodo vult, & quomodo poteſt, *vt l. milites, C. de teſtam. milit. & l. 1. ff. eod. tit.* & quod non obliget etiam militem eſt caſus, *in l. diuus Traianus, ff. de teſta. milit. & Inſt. de milit. teſtam. §. plane.* Imo, & fortius etiam ſi quis promitteret hæredem inſtituere imperatorem, talis promiſſio nõ obligaret, *vt l. fin. ff. de teſta.* Præterea ſi quando proceditur ad vlteriora, dicendo tibi relinquo, & promitto non reuocare relictum, non valet, vt pleniſſime dictum eſt in præcedenti dubio, quanto minus ſi ſolũmodo eſt facta promiſſio de relinquendo, ſine promiſſione de nõ reuocando, certe multo minus arg. not. *in l. quanto magis, ff. de iureiur. & in auth. multo magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et in hoc dubio etiam habenda eſt conſideratio, quæ habita eſt in præcedenti, quia ex alio capite etiam dicta promiſſio non valuit, quantum eſt ex perſona Benedicti, quia pro eo nullus eſt ſtipulatus, nec dictam promiſſionem acceptauit, & ſic quantum eſt pro dimidia dictorum mille ducat. quæ fuerunt promiſſa relinqui dicto Benedicto, nulla eſt dubitatio, quod non valuit, vt patet ex his, quæ dicta ſunt in præcedenti dubio, imo etiam pro aliis quingentis ducatis non valuit ex hoc capite dicta promiſſio, ex perſona Sigiſmundi iunioris, quia negari hoc non poteſt, quod licet Domina Philippa acceptaſſet dictam promiſſionem, pro dicto Sigiſmundo, & ſic verba obligatiua fuiſſent collata, in perſonam Dominæ Philippæ ſtipulantis, tamen verba executiua fuerunt collata in perſonam ipſius Sigiſmundi, & Benedicti quia dicitur, quod dixit Baptiſta, ego promitto vobis etiam relinquere alios mille ducatos dictis Sigiſmundo, & Benedicto, vnde illa ſtipulatio, & acceptatio facta per d. Dominam Philippam non valuit, per ea, quæ dicta ſunt ſupra in præcedenti dubio. Nec poteſt dicere dicta Domina Philippa, quod fuiſſet decepta propter dictam promiſſionem de illis mille ducat. quia dictam promiſſionem non quærebat ipſa Domina Philippa, ſed ſolum promiſſionem de non reuocando legatum trium millium ducat. ſed Baptiſta ſponte ſe obtulit pro illis mille ducat. vt dicitur per teſtes, ergo, &c. Item quantum ad iſtos mille ducat. habenda eſt alia conſideratio, videlicet ſi dicta promiſſio eſt probata, vel non, nam de ea teſtificentur ſolummodo duo teſtes videl. Iaco. Guaſtauerzia, & Vitricus dicti Sigiſmundi iunioris, & quidam Faconus Guarini. Nam ſi poteſt Vitricus eſſe teſtis, vel ſi ſibi fides non eſt adhibenda, quia non ſit omni exceptione maior, ſequitur quod non erit dicta aſſerta promiſſio probata. Sed de hoc dicetur in ſequenti dubio principali. Et ex his quæ ibi dicentur apparebit, quod etiam iſta promiſſio non eſt ſufficienter probata, Ita quod ex omni capite ſine dubio dicendum eſt, quod d. Matthæus non tenetur ad dandum dictos mille ducat. Sigiſmundo, & Benedicto vigore ante dictæ aſſertæ promiſſionis, & in hoc nullo modo poteſt eſſe dubium per prædicta. Vltimo videamus de tertio dubio principali, videlicet de aliis mille ducat. qui petuntur pro ſupplemento dotis duorum millium ducat. vigore vnius promiſſionis, quæ dicitur eſſe facta per Baptiſtam Guadagninum D. Philippæ acceptantis nomine Ioannæ eius filiæ, & Sigiſmundi Iunioris eius generi. Et in hoc tria ſunt examinanda principaliter. Primum ſi dicta promiſſio eſt legitime, & ſufficienter probata. Secundum, an illa promiſſio in quantum eſſet probata valuerit, ita quod obliget promittentem, & eius hæredem. Tertium ſi conditio, quæ dicitur appoſita fuiſſe in dicta promiſſione, ſit probata, quod extiterit. Circa primum, quod dicta promiſſio non ſit probata patet, quia duo tantũ teſtes, videlicet Iacobus Guaſtauerzia vitricus, & Faconus Guarini teſtificantur de ea: ſed Bartholomæus Placentinus notarius teſtificatur contrarium. Et Iacobu Guaſtauerziæ non eſt adhibenda fides, quia vitricus, vt ſtatim dicetur, ergo remanent ſolummodo duo teſtes, vnus pro, & alter contra, & remanet vnus tantum teſtis faciens pro dicta promiſſione, cui ſoli non eſſet credendum etiam ſi Placentinus non diceret contra, *vt l. iuriſiurandi cum ſimilibus, C. de teſtibus.* Et in hoc conuenimus cum Clariſſimis Aduocatis partis aduerſæ, quod ſi dictus Iacobus Guaſtauerzia eſt idoneus teſtis, & omni exceptione maior, quod ſit probata dicta promiſſio per ea quæ habentur per Bart. *in l. admonendi, ff. de iureiur. & per Cyn. in l. in bona fidei, in fin. C. de rebus cred. & iureiur.* Sed ſi non eſt idoneus teſtis, nec omni exceptione maior, quod nullo modo ſit
61 probata dicta promiſſio. † Vnde hoc dubium pendet ſolum in hoc, an dictus Iacobus Guaſtauerzia vitricus productus per priuignam potuerit eſſe teſtis, pro ipſa priuigna, & ei ſit credendum. Et certe dicendum eſt, quod non. Primo, quia vitricus, & nouerca habentur loco parentum, vt eſt caſus *in §. ſacrum Inſtitut. de nupt.* ſicut ſocer etiam habetur loco parentis, *vt l. qui à parentis, ff. ſolut. matrimo.* vnde ſicut parentes non poſſunt eſſe teſtes pro liberis, etiam volentes, vt eſt caſus, *in l. parentes, C. de teſtibus, & l. teſtis idoneus, ff. de teſtibus*, ergo nec vitricus, vel nouerca aduerſus priuignum. Item quia id iuris eſt de vitrico aduerſus priuignum quantum ad teſtificandum, quod eſt de ſocero aduerſus generum, vt eſt caſus, *in dicta l. Iulia.* quæ parificat in hoc prædi-
62 ctas perſonas. † Sed certum eſt, quod ſocer non poteſt eſſe teſtis pro genero, *vt habetur per gloſſ. ordinariam,*

nariam in l.teſtis idoneus,ff.de teſtibus, ergo. Item quia
vitricus non poteſt teſtificari, pro priuigno; quia ſi
non poteſt inuitus cogi ad teſtificandum contra
eum, vt eſt caſus, *in l.lege Iulia.ff. de teſtibus*, ergo nec
pro eo; quia per hoc cogeretur etiam teſtificari
63 contra priuignum; † quia teſtis debet deponere
pro vtraque parte, vt habetur *in auth. ſed iudex*, *C.de
Epiſcop.& Cleric.* Et per iſtam rationem ita determi-
nat, *gloſſ.in dicta l.lege Iulia.ff. de teſtibus*, à qua opinio-
ne gloſſæ non poteſtis vos Domini Arbitri recede-
re, attenta forma ſtatuti primi ſecundi libri ſtatu-
64 torum Communis Veronæ.. † Et licet dicatur
quod imo illa non eſt opinio gloſſ. quia dicit in fin.
ſed *argu.contra*, *C. de legibus l. quod fauore*: quia vltima
opinio gloſſ.in dubio videtur eſſe per ipſum appro-
bata, vt habetur per gloſſ. & Docto. *in l. qui filium*, *§.
Sabinus ad Trebel.* & dixi ſupra in primo principali
dubio, tamen hoc non eſt verum in caſu illius gloſſ.
ibi vltima opinio ponitur aduerſatiue, & dubitati-
ue dicendo, ſed argumentum contra. Et quod pri-
ma opinio, ibi recitata in gloſſa ſit opinio Accur-
ſij, & non vltima, tenet Albericus de Roſato, *in l.pa-
rentes, C.de teſtibus*, circa medium, & elegans Doctor
Dominus Albericus Maleta, in quodam ſuo tracta-
tu ſolemni de teſtibus, *in 61. colum. in verſic.circa ter-
tium*. an volens admittatur, & probatur, quia ipſe-
met gloſſator Accurſius format eandem quæſtio-
nem, *in l.pridem*, *C.de quæſtionibus*, & ibi primo, præ-
mittit illam opinionem, quæ dicitur eſſe vltima, *in
dicta l.lege Iulia. videlicet de dicta l.quod fauore*, *C.de legi-
bus*. Deinde ſecundo, & vltimo loco affirmando po-
nit aliam opinionem dicendo, ſed certe non ideo,
quod non contra eum admittatur, eueniſ, quod
non pro eo; ſed quia vt teſtis eum pro vtraque par-
te dicere oportet, *allegat dictam authen.ſed iudex*, *Cod.
de Epiſcop. & Cleric. & dicta l.lege Iulia.* Et ſic ibi iſta eſt
opinio Accurſij, manifeſte, quam ibi eam appro-
bat, & ideo dicendum eſt, quod iſta etiam fuerit o-
pinio eiuſdem gloſſatoris, *in dicta l.lege Iulia.* Et quod
iſta fuerit opinio Accurſij hoc modo intellecta, vi-
delicet quod ſimplex fauor non eſt ille, qui faciat,
quod volens poſſit vel non poſſit vitricus admit-
ti, ſed quia debet pro vtraque parte deponere, in-
telligit Rayn. de Forliuio, *in dicta l. lege Iulia. ff. de te-
ſtibus*. Et idem quod vitricus, & aliæ perſonæ do-
meſticæ, quæ enumerantur, *in dicta l. lege Iulia.* non
poſſint teſtificari pro priuigno, & aliis perſonis do-
meſticis, ibi enumeratis, quando fuerunt producti
pro priuigno, ſicut fuit in caſu noſtro, vel pro aliis
perſonis domeſticis ibi enumeratis, tenet expreſ-
ſe Cyn. ſecundum Petrum de bella Pertica, *in l. et-
iam in 4.& vltim.q.* idem ipſe tamen ſic dicit, quod ſi
ego volo, tamen producere non poſſum. Et idem
in terminis tenet elegans Doctor Albericus Maleta
laudans in ſuo ſolemni tractatu, *de teſtib.in 60.colu.ad
fin.in verſic.circa ſecundum*, qui dicit quod hoc vult gl.
in dicta l. lege Iulia. & dicit, quod idem tenet Arch.
4.quæſt 3.in capit.lege Iulia. Nec prædictis contradicit
Bartol. *in dict.l.lege Iulia.* in principio, qui dicit, quod
illa lex innuit, quod illi qui enumerantur, ibi poſ-
ſunt admitti volentes ad teſtificandum, quia Barto.
loquitur quando producuntur contra perſonas, ibi
enumeratas, quia ſi dicitur ibi, quod inuiti non
coguntur teſtificari contra illas perſonas, Bartol.
colligit quod illa l. à contrario ſenſu innuit, quod
volentes contra eas poſſunt admitti, quia ceſſat fa-
uor teſtium, ne cogantur inuiti. Nos vero loqui-
mur numquid pro eis poſſint admitti, & in hoc ca-
ſu non ceſſat ratio domeſticitatis ſeu affectionis.
65 † Nec etiam obſtat diſtinctio Bartol. quam ponit,
in l. in legibus, *ff. de teſtibus*, & ponunt Doctor. *in dicta
l. lege Iulia.* vbi dicunt, aut ſimplex fauor teſtis im-
pedit, ne cogatur teſtificari, quo caſu volens teſtifi-
care poteſt; Aut eſt fauor, & reuerentia cauſa impe-
ditiua teſtificandi, & tunc nec volens poſſit admit-
ti; quia loquitur quando teſtes producuntur contra
perſonas enumeratas, *in dicta l. lege Iulia.* Nos vero
loquimur quando teſtis producitur ad teſtifican-
dum pro perſonis enumeratis, *in d. l. lege Iulia.* vt et-
iam ſtatim dicetur. Et vt prędicta clarius intelligan-
tur eſſe vera, dum quæritur an perſonæ enumera-
tæ, *in dicta l.lege Iulia. ff. de teſtibus*, *& 4. quæſt.3.§. item
lege Iulia.* poſſint teſtificari, & per conſequens, an vi-
tricus poſſit teſtificari in cauſa ſui priuigni, eſt ita di-
ſtinguendum. Aut quæritur numquid vnus poſſit
contra alterum teſtificari; Aut vnus pro altero. Pri-
mo caſu dicendum eſt, aut quæritur an inuitus poſ-
ſit cogi ad teſtificandum contra alterum, & certum
eſt, quod non, *vt dicta l.lege Iulia.* & ratio eſt fauor i-
pſius teſtis, ne cogatur dicere teſtimonium contra
ſuum domeſticum. Item poteſt eſſe alia ratio, ſci-
licet fauor coniuncti, contra quem producitur, ſci-
licet fauor reuerentiæ, ſi ei reuerentia per teſtem
debetur, ſicut debet libertus patrono ſecundum
Doctor. Aut quæritur an volens poſſit teſtificari
contra alterum, & tunc cum producatur per ad-
uerſarium, eſt ſubdiſtinguendum, aut teſtis eſt per-
ſona cuius impedimentum eſt ſolus ſuus fauor, vi-
delicet ne cogatur contra domeſticum ſuum ferre
teſtimonium, & tunc poteſt contra eum teſtifica-
ri, & ſic ſuo fauori renuntiare, *vt l. ſi quis in conſcri-
bendo*, *Cod.de pact. cum ſimilibus*, *& ita intelligitur gloſſ.
4. quæſt.3. in capit. item lege Iulia.* quæ dicit, quod per-
ſonæ, quæ ibi enumerantur, poſſunt volentes con-
tra ſe teſtificari, vt eſt ſocer, & vitricus, & ſimiles,
& ita etiam intelligitur Bartol. *in dicta l. lege Iulia.* in
principio, qui dicit, quod illa lex innuit, quod illi,
qui enumerantur ibi, poſſunt admitti, ad teſtifican-
dum cōtra volentes, quia ceſſat ratio fauoris ipſius
teſtis impeditiua, & in hoc caſu talis teſtis poterit
deponere etiam pro eo contra quem producitur,
quia teſtis debet deponere pro vtraque parte: *vt in
auth.ſed iudex*, *Cod. de Epiſcopis*, *& Clericis*, quia ceſſat
ratio domeſticitatis, ex quo per alteram partem
productus eſt. Aut teſtis eſt talis perſona, cuius im-
pedimentum non eſt ſolum fauor ſuus, ne cogatur
teſtificari contra domeſticum, ſed etiam eſt reue-
rentia, ſicut eſt in liberto, & tunc nec volens, nec
inuitus poteſt teſtificari contra patronum: inuitus
non poteſt, quia ſubeſt duplex ratio impeditiua, ſci-
licet fauor ipſius teſtis, ne cogatur, &c. & fauor re-
uerentiæ, quæ concernit perſonam illius contra
quem producitur, volens etiam nō poteſt quia licet
fauori ſuo poſſit renuntiare, *vt d.l.ſi quis in conſcriben.*

tamen

tamen non poteſt renuntiare fauori alterius, con-
tra quem producitur, qui eſt fauor reuerentiæ, &
ita intelligitur gloſſa, ſiua. ſuper verſic. cogantur, *in*
66 *d.l.lege Iulia.* quæ dixit, † quod nec liberti volentes
admittuntur ad teſtificandum contra patronum,
per l.liberti aduerſm, C.de teſtib. & ita intelligitur quod
not. Bart. & omnes Doct. *in dicta l.lege Iulia. & in l.in*
legibus, ff. de teſtibus, nam illa diſtinctio, aut ſubeſt
ſimplex fauor teſtis deponentis, aut ſubeſt fauor, &
reuerentia, procedit ſolum quando vna perſona de
enumeratis ibi, producitur contra aliam, ſecundũ
Alberi. Maletam, *in dicto tractatu de teſtibus, in 60.col.*
ad fin. verſic. circa ſecundum, & ita etiam loquuntur Doct.
ſi recte inſpiciantur in d.l.lege Iulia. & in d.l.in legiб. Item
procedit illa diſtinctio quando teſtis domeſticus
producitur, non per perſonas de quibus habetur,
in dicta l.lege Iulia. ſed per eius aduerſarium, ſecus ſi
produceretur per illas perſonas, quia tunc nullo
modo valeret, nec eſſet teſtis idoneus, vt nota. Cyn.
in l.etiam in 4. & vlt. q. C.de teſtib. & etiam ſtatim dice-
tur. Secundo caſu principali dum quæritur, An
quis poſſit produci in teſtem pro perſonis enume-
ratis, *in dicta l. lege Iulia.* & tunc iſta productio fieri
ſolet per illum in cuius fauorem producitur, & non
per aduerſarium, quia nemo produceret teſtem
contra ſe ipſum, *argu. l. cum de indebito, in princ. ff. de*
probationib. & tunc eſt diſtinguendum, Aut produ-
citur inuitus, aut volens. Si inuitus certum eſt, quod
non poteſt cogi ad teſtificandum duplici ratione.
67 † Prima reſpectu domeſticitatis, quę concernit fa-
uorem aduerſarii in repellendo teſtẽ domeſticum,
vt l.etiam, C.de teſtib. Alia ratione ſcilicet fauore ipſi-
us teſtis, quia licet principaliter producatur in fa-
uorem ſui domeſtici, tamen quia cogitur teſtificari
pro vtraque parte, *vt dicta auth. ſed iudex*, cogere-
tur teſtificari contra eum inuitus contra, *d. l. lege Iu-*
lia. & hoc eſt quod voluit gloſſ. prima in dicto §. leg.
Iulia. in principio, ſuperius allegata. Si vero volens
produceretur ad teſtificandum pro illis, & tunc li-
cet ceſſet fauor ipſius teſtis, ex quo volens venit ad
teſtificandum, tamen nõ ceſſat ratio domeſticitatis
impeditiua, quæ eſt introducta in fauorẽ illius con-
tra quem producitur, *vt d.l.etiam, C.de teſtib.* Et quod
hoc caſu videlicet, quod quis non poſſit teſtificari
etiam volens pro perſonis enumerans, *in d.l.lege Iu-*
lia. etiamſi domeſticus pro domeſtico etiam vo-
lens, quando eſt productus per ipſum domeſticũ,
tenet expreſſe Cyn. ſecundum Petrum, *in d.l.* etiam
in vltima quæſtione, ibi ipſe tamen ſic dicit, quod ſi
ego volo ipſum producere non poſſum, & ita etiã
tenet Alberi. Maleta, *in antedicto verſ. ſui tractatus in*
60. colum. ad fin. Nec in hoc caſu quando producitur
domeſticus pro domeſtico volens, habet locum
prædicta diſtinctio, an ſubſit ſimplex fauor: an fa-
uor et reuerentia ſimul, ſed ſolum quando teſtis
producitur per aduerſarium ſui domeſtici, & con-
tra ipſum domeſticum ſuum, *vt not. Cyn. ſecundum*
Iac. de Aret. in d.l. etiam in vlt. q. & Alberi. Maleta in loco
68 *præallegato, & patet per prædicta.* † Et per iſtam di-
ſtinctionem veriſſimam, quæ concordat omnia iu-
ra in hac materia, concluditur, quod cum dictus
Iacobus Guaſtauerzia vitricus productus fuerit pro
priuigna ad teſtificandum pro ea, quod ſi fuit vo-
lens, nõ eſt teſtis idoneus ratione domeſticitatis, &
affectionis præſumptæ, per prædicta. Si vero fuit
inuitus multo minus eſſet idoneus, quia tunc ſub-
eſſet duplex ratio impeditiua. Prima prædicta ratio
domeſticitatis, & alia, fauor ipſius, ne cogatur etiam
pro aduerſario contra domeſticum deponere, quia
debuit, vt dixi pro vtraque parte deponere. Et quia
in hoc vltimo caſu conuenimus cum præclariſſimis
Dominis Aduocatis partis aduerſæ, quod dictus Ia-
cobus Guaſtauerzia non ſit teſtis idoneus, ſi inuitus
69 depoſuit. † ſed tamen inficiantur, quod inuitus
depoſuerit: ideo examinandum eſt, an inuitus vel
volens depoſuerit. Et certum eſt, quod ex proceſſu
& eius teſtificatione non apparet, quod volens vel
inuitus teſtificatus fuerit, ergo eſt dicendum, quod
inuitus fuerit teſtificatus, quia quando quis non
poteſt cogi ad aliquod faciendum, niſi velit, ſi illud
facit, oportet, quod manifeſte appareat, quod vo-
lens fecerit, alias inuitus feciſſe præſumitur, *vt pro-*
batur in auth. presbyteros, la ſecunda ibi, in ſcriptis de-
clarauerint talem adminiſtrationem propria vo-
luntate ſuſcepiſſe, *C.de epiſc. & cleric.* & ibi in termi-
nis tenet nota. Cyn. qui dicit, quod per illum text.
dat conſilium quidam magnus Doctor Dominus
Bartholomæus de Capua, quod cum illæ perſonæ,
quæ inuitæ ad teſtimonium admitti non debent,
quæ enumerantur. *ff. de teſtibus l.lege Iulia. cum l. ſeq.*
deponunt volentes, redigatur in ſcriptis, quod vo-
luntarie ſic teſtificantur, nam ſi hoc non fieret, præ-
70 ſumerentur inuitæ deponere. † quia non videtur
velle qui obſequitur imperio magiſtratus, *vt ff. de*
reg. iur. l. non videtur §. 1. & l.non poteſt. & optime proba-
tur in d. auth. presbyteros la ſecunda, ita dicit ibi Cyn. &
idem tenet ibi Barto. ad literam qui dicit, quod fe-
cit ita de facto obſeruare in Ciuitate Piſarum, &
idem tenet Bald. *in l.2. C. de bonis auct. iud. poſſ. & idem*
tenet Ioannes de Platea Inſtitut. de excuſ. tuto. §. idem &
in milite circa principium vltima colum. & hanc opin. Cyn.
ſequitur etiam Rayn. de Forliuio in dicta l. lege Iulia. ff. de
teſtib. & etiam Bald. in effectu in l.alia, C.de his quibus vt
indig. circa fin. ibi, & hoc niſi ſit talis teſtis, de quo,
&c. à qua opinione tantorum virorum non eſt re-
cendendum, licet aliqui tenuerint contrarium. *iu-*
xta nota. in l.fin. C. de pœna iudic. qui mal. iudic. Vnde ex
his patet, quod dictus Iacobus Guaſtauerzia ſiue te-
ſtificatus fuerit inuitus, ſiue etiam volens, non eſt
idoneus teſtis, ex quo fuit productus pro priuigna,
& pro ea teſtificatus eſt. Circa Secundum an illa
promiſſio de ſupplendo dotem facta, vt dicitur, per
Baptiſtam Guadagninum D. Philippæ acceptanti
nomine filiæ ſuæ, & eius genero, etiam ſi fuiſſet le-
gitime probata, valuerit, & quod obligauerit Ba-
ptiſtam, & Matthæum eius hæredem. Et dicendum
71 eſt quod non. † nam licet mater in cauſa dotis fa-
uore matrimonii poſſet ſtipulari pro filia, *vt habetur*
in l.Gaius, ff. ſolut. matrimo. tamen illud intelligitur,
quando verba obligatiua, & executiua ſunt collata
in perſonam matris ſtipulantis, ſecus ſi verba tan-
tum obligatiua eſſent collata in perſonam eius, &
executiua in perſonam filiæ, vel alterius, vt plene
dixi ſupra, in primo dubio principali. Sed in caſu

noſtro in dicta promiſſione, quæ dicitur facta, licet verba obligatiua fuerint collata in perſonam matris ſtipulantis, tamen verba executiua fuerunt collata in perſonam alterius, videlicet in perſonam eius generi vel filiæ, dum dicitur, quod promiſit ſupplere dotem, & ſic ſoluere filiæ vel genero pro dote; ergò illa ſtipulatio non valuit, vt paret ex dictis ſupra in primo & principali dubio. Circa tertium & vltimum dubium, an conditio, quæ dicitur fuiſſe appoſita in dicta aſſerta promiſſioue, quæ eſt, ſi calculatis rationibus dictæ Ioannæ, bona dictæ Ioannæ non aſcenderent ad ſummam duorum millium ducatorum, de ſuo ſupplere promiſit. Et dicitur pro parte aduerſa, quod ſic: quia ſunt calculatæ rationes, & ſententiatum eſt, quod Sigiſmundus ſit debitor dictæ Ioannæ in 4215. libris, excepta domo ipſius Ioannæ, & quibuſdam debitoribus, & maximè Iacobo de Pompeio, qui eſt debitor dictæ Ioannæ in trecentis ducatis; quæ bona & iura aſcendunt ad ſummam mille ducatorũ tantum, quia dictum nomen debitoris Iacobi de Pom-

72 peio, parum aut nihil valet. † Et ſi quis velit contrarium dicere, videlicet, quod plura bona reperiantur, tenetur hoc probare, *argum. gloſſ. notabilis, in l. cum de lege, ff. de probationibus, & per ea, quæ habentur in l. fin. §. 1. C. de iure deliberand.* Sed certè contrarium eſt verius, quia dicta ſententia non probat, quod nihil aliud ſit in nobis, niſi illud, quod in ea continetur; quia illæ rationes non fuerant factæ ad illum finem, vt cognoſceretur, quantum eſſet in bonis, dictæ Ioannæ; ſed ſolum, vt intelligeretur, in quantum ipſe Sigiſmundus eſſet debitor Ioannæ,

73 olim pupillæ ſuæ; ergò non probat. † Præterea, quando aliquid promittitur, vel relinquitur ſub certa conditione, niſi illa conditio in ſpecie purificetur, & probetur, non debetur, id quod eſt promiſſum vel relictum, vt habetur *in l. qui heredi, in princ. ff. de condit. & demonſtrat. coniuncto cit. ff. & C. de condiione cauſa data, cauſa non ſecuta.* Et ſic non procedit in hoc caſu gloſſa, *in dicta l. cum de lege, ff. de probationibus.* Et id, quod habetur *in dicta l. fin. §. 1. C. de iure deliberand.* Præterea, ſi inſpiciatur valor domus, & nomina debitorum ipſius Ioannæ, de quibus fit mentio in dicta ſententia; etiam bona dictæ Ioannæ aſcendunt ad ſummam mille & quingentorum ducatorum, & vltra: & ita etiam exiſtimabat Baptiſta Guadagninus eo tempore, quo dicitur feciſſe dictam promiſſionem, vt teſtificatus eſt Bartholomæus notarius Placentinus. Et licet dicatur, quod illa nomina debitorum ſunt inania, hoc non eſt probatum; ergò in dubio hoc non præſumitur, *argum. l. ſi defunctus, cum ibi notatis, C. arbitrium tutelæ.* Et ex iſtis concluditur, quantum ad tertium & vltimum dubium principale, quod dictus Matthæus hæres dicti Baptiſtæ non tenetur vigore dictæ aſſertæ promiſſionis aliquid ſoluere dictę Ioannæ, nec Sigiſmundo eius marito, pro ſupplemento dotis ſuæ.

Bartholomæus Cæpolla I. V. D. & Aduocatus conſiſtorialis die penult. Auguſt. 1457.

ANNOTATIONES.

a Deducitur in contratium] *De hoc artic. videantur Roman. in conſil. 171. in princ. & conſ. 193. nu. 1. & ſeq. Abb. conſ. 42. col. vlt. lib. 2. Alex. in conſ. 25. nu. 6. lib. 3. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, in princ. & ibidem Iaſ. nu. 7. ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 247. nu. 8. verſ. & in terminis, in quibus loquitur, & conſ. 293. per totum, Ruin. conſ. 120. & conſ. 182. nu. 10. & ſeq. vol. 1. Curt. iun. conſil. 56. num. 5. verſ. primus eſt, Affict. in c. ſi quis inueſtierit, nu. 76. de feud. dat. in vim leg. commiſſo. Crauet. in rubr. ff. de legat. 1. nu. 135. & 137.*

b Promitto poſt mortem meam] *Latè Dec. in l. vltima, num. 11. C. de pactis, vbi etiam amplè Bolognet. num. 119.*

c Vbi habemus rigorem ſcriptum] *Ad hoc notabile dictum, nempe quod rigori ita demum æquitas præfertur, quando reperitur ſcripta, non autem, quando inuenitur ex capite iudicum ignorantium, quæ magis dicitur iniquitas, adde ea, quæ tradunt Caſtr. in l. Neſennius, nu. 5. ff. de negot. geſt. Salicet. in l. bona fides, ff. depoſiti, Roman. conſ. 149. num. 3. Corn. conſ. 157. col. 2. vol. 2. Curt. ſen. conſ. 84. nu. 10. Marcus Blancus in tractat. de compromiſſis, quæſt. 1. num. 46. Federic. Scot. conſ. 1. in fin. vol. 2. Didac. variarum reſolut. lib. 1. c. 1. & latè Dn. præceptor meus Decian. conſ. 36. nu. 41. & ſeq. vol. 1. Et ita æquitas debet eſſe ſpecialis, & non generalis, Corn. in d. conſ. 157. col. 2. verſ. & licet gloſſ. Goz. ad. in l. 2. num. 165. vbi additio. C. de pact. inter emptor. & vendit. & Vincent. Francus deciſ. 219. num. 6.*

d Et licet ſtatutum dicat] *De huiuſmodi clauſulis ad interpretationem ſtatuti de compromiſſis, & de auctoritate arbitrorum, videantur Alex. in conſil. 113. num. 12. conſ. 181. in fin. conſil. 189. num. 17. & conſ. 175. num. 9. vol. 6. Iaſ. in §. bonæ fidei. num. 41. Inſtit. de actio. conſ. 105. nu. 5. vol. 1. & conſil. 150. num. 2. verſ. non obſtat, vol. 2. Dec. conſ. 449. num. 21. Corne. conſ. 221. num. 28. volu. 2. & conſ. 283. in princ. volum. 3. Petr. de Vbald. in tractat. de duobus fratribus, in 8. part. quæſt. 28. num. 29. verſ. duodecimo, Felin. in c. dilecti, num. 2. extra de iudic. Pariſ. de Puteo in tractat. de ſyndicatu, in cap. vtrum iudex, volum. 4. Ruin. conſil. 38. nu. 11. volum. 5. Curt. iun. conſil. 2. num. 62. & 63. & conſ. 294. num. 74. & ſeq. vol. 3. Bello. conſil. 25. num. 9. Maranta in ſuo ſpeculo aureo, in 4. part. diſtinct. 9. & 11. num. 12. & ſeq. Natta conſ. 143. num. 6. & ſeq. lib. 1. conſ. 252. vol. 2. & conſ. 585. volu. 3. Marcus Blanc. in tractat. de compromiſſ. quæſt. 1. per totum, Octauia. Cacheran. in deciſionibus Pedemont. deciſio. 1. num. 1. & ſeq. Plotus in l. ſi quando, num. 702. verſ. & quod plus eſt, C. vnde vi, Bero. conſil. 97. num. 3. & ſeq. vol. 3. Rol. a Valle conſ. 7. nu. 30. & ſeq. vol. 3. Rimin. iun. conſ. 237. nu. 62. vol. 3. Franciſcus Beccius conſil. 47. num. 15. D. Decian. conſ. 51. num. 91. & ſeq. volu. 2. & de ſimilib. clauſulis ample D. Menoch. in tractat. de arbitra. iud. lib. 1. quæſt. 8. & 9.*

CONSIL. LVI.

ARGVMENTVM.

Filiæ quomodo, & in qua quantitate arbitrio communium amicorum dotari debeant, ex forma ſtatuti Brixiæ de ſucceſſionibus ab inteſtato.

An ſe-

An ſorores vtrinque coniunctæ ſuccedant ab inteſtato fratri ſuo infanti, excluſo fratre primi matrimonii ex latere patris tantum, ſtante dicto ſtatuto Brixiæ.

An in ſtatutis fratris appellatione veniat fratre vtrinq; coniunctus, an verò etiam frater ex vno latere tantum.

An legitima matri debeatur de bonis filii ſui infantis, extante alio fratre ex diſpoſitione prædicti ſtatuti.

SVMMARIA.

1 *Legitima an per ſtatutum minui poſſit.*

Legitima de iure antiquo erat quarta pars, nunc verò eſt triens vel ſemis, iuxta numerum liberorum.

2 *Illud, quod eſt de iure ciuili, per aliud ius ciuile tolli poteſt.*

Statutum dicitur ius ciuile ſuæ ciuitatis.

3 *Legitima an per ſtatutum in totum tolli poſſit.*

Legitima alimentorum loco ſuccedit.

4 *Succeſſio & ius legitimæ eſt de iure poſitiuo.*

5 *Statutum an in dubio videatur velle filiabus legitimam tollere vel minuere fauore maſculorum.*

Excluſio ſimpliciter facta a ſucceſſione & hæreditate paterna, in dubio legitimam non comprehendit, niſi de ea ſpecialiter fiat mentio, & idem in renuntiatione, & num. 41.

6 *Hæreditatis vel ſucceſſionis appellatione legitima non comprehenditur.*

Legitima debetur tanquam æs alienum, & abſq; aliquo onere.

7 *Statutum excludens filias à ſucceſſione vel hæreditate aſcendentium, an videatur eas excludere à legitima, & num. 8.*

Statutum in dubio debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit.

8 *Legitima eſt tertia pars eius, quod debetur ab inteſtato.*

9 *Dos filiabus in quanta quantitate, & an minor legitima arbitrari & conſtitui poſſit à communibus amicis, ex forma ſtatuti Brixiæ de ſucceſſionibus ab inteſtato, & num. 13. & 20.*

10 *Dos, quæ alterius arbitrio debetur filiabus, conſtituenda eſt ſecundum patris facultates, ac iuxta ipſius patris ac vtriuſq; coniugis dignitatem, ac numerum liberorum: & eſt etiam attendenda honeſtas perſonarum, qualitas puellæ, an ſit virgo vel vidua, & regionis conſuetudo.*

11 *Dotes filiarum an conſtitui debeant inſpecto tempore mortis patris, an nubilis ætatis, tàm de iure communi, quàm ex ſtatuto Brixiæ, & num. 12.*

12 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

13 *An ſi varia eſt regionis conſuetudo in dote conſtituenda, ſit attendenda, maior media, vel minor ſumma, vel quæ, & num. 15. 16.*

14 *Minimum in dubio eſt attendendum.*

15 *In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.*

16 *Si eſt diuerſa regionis conſuetudo in dotis conſtitutione recurritur ad ius commune.*

17 *Si aliquis promiſit dotem reſtituere in omnem caſum, & euentum dotis reſtituendæ, iſta indefinita loquutio non derogat ſpeciali conſuetudini obtentu liberorum introductæ.* 3+3

18 *Si aliquid committitur conſilio ſapientis, poterit ille ſapiens omnia facere, quæ ſunt de more & conſuetudine ciuitatis.*

20 *Legitima an de iure communi miner legitima taxari poſſit.*

21 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

22 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

23 *Sorores vtrinq; coniunctæ an ſuccedant ab intrſtato fratri ſuo infanti, excluſo fratre primi matrimonij, ex latere patris tantum ſtante ſtatuto Brixiæ de ſucceſſionibus ab inteſtato, & num. 32.*

Mater de iure communi ſuccedit filio ab inteſtato, pariter cum alijs filijs defuncti vtrinq; coniunctis.

24 *Statutum ſimpliciter loquens de fratribus, vel fratrum filijs, an intelligatur de fratribus vtrinq; coniunctis, vel etiam ex vno latere tantum, & num. 27. & 32.*

25 *Statuta, quando diuerſimode poſſunt intelligi in dubio ſecundum ius commune, interpretantur.*

26 *Statutum vocans ſimpliciter proximiores ad ſucceſſionem, intelligitur ſecundum quod ius commune eos admittit.*

27 *Verba in dubio ſunt accipienda in potiori ſignificatu.*

Lex vel ſtatutum ſimpliciter loquens de dominio, intelligitur de directo tanquam potentiori.

28 *Vbi ſit mentio de ſententia in dubio, intelligitur de definitiua, & non de interloquutoria.*

Iuriſdictio, vbi ſimpliciter nominatur, in dubio intelligitur de ordinaria, & non de legata.

Iudicis appellatione de ordinario intelligitur.

29 *Verbum, probabitur, in dubio intelligitur de plena probatione.*

30 *Caſus omiſſus eſt in ſtatuto, quod eſt contra ius commune, habetur pro omiſſo, ac remanet in diſpoſitione iuris communis.*

31 *Extenſio in correctorijs fieri non poteſt.*

32 *Sororibus regulariter legitima non debetur.*

Matri minus debetur legitima, quàm filio.

33 *Vbicunq; conueniunt verba legis vel ſtatuti, ibi & conuenit eius diſpoſitio.*

34 *Appellatione fratris maſculi ex linea paterna venit, ita frater ex parte patris tantum, ſicut frater vtrinq; coniunctus.*

35 *Ex verbis præcedentibus & ſequentibus ſtatuti licitum eſt arguere.*

36 *Statutum regulariter debet extendi ad caſum penitus non diuerſum, ſi poteſt comprehendi ſub verbis ſtatuti, etiam improprijs.*

37 *Quando prouiſio legis vel ſtatuti eſt relata ad vnum caſum, ratione publicæ vtilitatis, continet etiam alium, qui eſt idem etiam per fictionem.*

38 *Statutum excludens fœminas ſtantibus maſculis, eſt principaliter inductum fauore agnatorum maſculorum, & propter publicam vtilitatem.*

39 *In incertis non in certis locus eſt coniecturis.*

40 *Legitima an debeatur matri in bonis infantis filij ſui, ſtante ſtatuto Brixiæ, quomodo ſucceſſiones deferantur.*

42 *Facilius tollitur ius quærendum, quàm ius quæſitum.*

Difficilius tolluntur iam facta, quàm impediantur facienda.

43 *Ratio vnica ſtatuti habetur pro expreſſa.*

44 *Statutum trahitur ad alium caſum non expreſſum ex identitate rationis, & non dicitur fieri extenſio, ſed comprehenſio.*

Stando rationi non dicitur à verbis recedi.

IN CHRISTI nomine, ac innocata Spiritus ſancti gratia. Stante ſtatuto Brixiæ, quod qualibet hæreditas & ſucceſſio aſcendentium maſculorum, ſeu fœminarum deſcendentium ab inteſtato deferatur maſculis, quibuſcunq; deſcendentibus per ordinem ex linea maſculina, excluſis ſemper fœminis, qui maſculi teneantur alimentare dictas fœminas, vſque quo ibunt ad maritum, & eas dotare tempore nubilis ætatis, ſecundũ facultates arbitrio amicorum communium. Et alio ſtatuto ſub rubrica, quomodo ſucceſſiones deferantur. Contingit, quod quidam pręclarus Doctor ciuis Brixienſis deceſſit, nullo condito teſtamento, relictis duobus filiis, vno maſculo, & alia fœmina monacha, quæ habuit à patre pro dote, vel loco dotis tantum, quod aſcendit ad inam legitimam; & relictis vxore ſecunda, & vno filio maſculo infante, & quatuor filiabus ex ea, videlicet duabus pupillis, & duabus puberibus. Deinde mortuus eſt dictus infans in ætate infantili. Ex prædictis quæritur de tribus: Primum eſt, an dictæ quatuor ſorores filiæ ex ſecundo matrimonio debeant dotari arbitrio communium amicorum ſaltem vſq; ad legitimam, an verò poſſint dicti communes amici taxare minus legitima, & vſque ad quantam ſummam. Secundum, an dicta vxor ſecunda & dictæ quatuor ſorores debeant eſſe hæredes dicti infantis defuncti, excluſo filio primi matrimonii, maximè conſiderato ſtatuto Brixiæ ſub rubrica, quomodo ſucceſſiones deferantur. Tertium, poſito, quod dictæ ſorores, & dicta eius mater non ſint hęredes dicti infantis, ſed hęreditas ſpectet dicto filio ex primo matrimonio, an ſaltem legitima debeatur eius matri in bonis dicti infantis, conſiderato dicto ſtatuto, quomodo ſucceſſiones deferantur. Circa primum dubium, vtrum dicti communes amici poſſint arbitrari dotes dictarum ſororum eſſe minus legitima. Duo ſunt in primis conſideranda: Vnum, an ſtatuentes per dictum ſtatutum de ſucceſſione aſcendentium potuerint tollere legitimam filiabus, vel eam minuere. Secundum, poſito, quod ſic, an in dubio dicti ſtatuentes voluerint vigore dicti ſtatuti minuere, vel tollere legitimam filiabus, & dare communibus amicis licentiam arbitrandi dotem minus legitima, & vſq;
1 ad quantam ſummam. † De primo non eſt diſputandum, ſi legitima poteſt minui vel tolli per ſtatuentes, quia non eſt dubium, eam minui poſſe, quia cum quantitas legitimæ ſit inuenta à iure ciuili, & primo taxata vſq; ad quartam partem, *vt l. cum quæritur, C. de inoffic. teſtam.* & hodie vſq; ad tertiam partem vel dimidiam, iuxta numerum liberorum, *vt in auth. nouiſſima. & in corpore vnde ſumitur, C. de inoffic. teſtam.* & ſic mutata fuerit, & aucta de iure ciuili. Similiter potuit per dictos ſtatuentes etiam minui:
2 † quia illud, quod eſt de iure ciuili, poteſt minui per aliud ius ciuile, *vt l. ius ciuile, ff. de iuſtit. & iur. & §. ſed naturalia, in fin. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. facit l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* ſed dictum ſtatutum Brixiæ dicitur eſſe ius commune Brixiæ, *l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. & §. omnes populi, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.* ergò potuit minuere legitimam, vt not. Cyn. & Doctor. *in l. ſancimus, C. de nuptiis, & Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, verſ. 2. eſt videndum, ff. de cond. & demonſt. & Bald. in auth. nunc autem, C. de Epiſc. & cler. & Doctor. in auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſta.*
3 *& iſtud non habet dubium, vt dixi.* † Sed maius dubium eſt, an ſtatutum poſſit in totum tolle-
a re legitimam, *a* & videtur, quod non, quia legitima ſuccedit loco alimentorum, vt not. Cyn. *in d. l. ſancimus, C. de nupt.* & alimenta ſunt de iure naturali, ergò per ſtatutum non videtur poſſe tolli, *per §. ſed naturalia, Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. cum ſimil. facit l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur.* Doctores tamen tenent
* contrarium communiter, * videlicet, quod per ſtatutum in totum poſſit tolli legitima, vt not. Dyn. *in c. indultum, de reg. iur. in 6. & Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſt. & per Bald. in l. filium quem habentem, C. famil. herciſ. & in l. maximum vitium, C. de liber. præterit. & in l. cum lege, C. de Epiſc. & cleric.* qui dicit, quod ita conſuetudo obſeruat per Italiam, & idem ipſe tenet *in l. 1. §. ius naturale, ff. de inſtit. & iur. & Ang. in auth. de hæred. & fal. in princ. in 4. colum. & idem tenet Paul. de Caſtr. in auth. nouiſſima, C. de*
* *inoffic. teſtam.* qui dicit, quod iſta communis * opinio, & idem ipſe tenet *in l. 1. C. de inoffic. dotib.* vbi ſi-
* militer dicit, hanc eſſe communem * opinionem, & idem tenet Ludouic. de Roma *in l. ſi ſequens, §. hæredibus, ff. ad Sillania. & idem tenet Feder. de Senis in conſ. 75.* quod incipit, Caſus talis eſt, ſtatuto ciuitatis Peruſii, & in conſil. 265. quod incipit, Factum, ex quo petitur iure conſilium; & Oldra. in conſ. 107. & in conſ. 125. & Ant. de Butr. & Canoniſtę *in c. Raynutius, extra de teſtament.* Et pro iſta opinione videtur text. *in l. fin. in fin.* ibi legum auctoritate non cenſeri, *ff. de ſuis & legit. & in d. c. Raynutius,* ibi, ſecundum Tuſculanæ ciuitatis conſuetudinem. Et aſſignatur ratio,
4 † quia ſucceſſio & ius legitimę eſt de iure poſitiuo, vt probatur *in l. 1. ff. de teſtamentis. & in auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſta. coniuncta l. cum quæritur, eod. tit.* Ergò poteſt tolli per aliud ius poſitiuum, & ſic per ſtatutum, *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* Prætereа quod legitima debeatur filio de iure ciuili poſitiuo, probatur *in l. lege duodecim tabularum, C. de legit. hæredib. & in auth. de triente & ſemiſſ. §. 1. & in l. maximum, C. de liber. præter.* Ergò per ſtatutum, quod ius ciuile eſt, poteſt tolli, *l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. cum ſimilibus.* Item, ſi poteſt minuere, vt dixi, ergò poteſt etiam in totum tollere, quia ſi non poſſet minuere, quia per hoc etiam tolleretur minuendo vſq; ad minimum, *l. quod de bonis, §. fin. ff. ad leg. Falcid.* Et iſtam partem ego teneo in caſu noſtro, in quo poteſt ſubeſſe ratio aliqua, puta, propter conſeruationem bonorum in familia agnatorum, *l. 1. §. ſed ſi ſeruus, ff. de ventre inſpiciendo, vt not. Bald. in l. cum lege, C. de Epiſcop. & cleric.* nec vlterius in hoc me extendo; tum quia iſta

eſt contra-

* eſt communis * opinio, vt dixi, tum quia non eſt
5 principalis quæſtio noſtra. † De ſecundo, poſito,
quod ſtatuentes potuerint minuere, & etiam in to-
tum tollere legitimam; an in caſu noſtro vigore di-
cti ſtatuti voluerint tollere legitimam filiabus, ex-
tante maſculo, & dare communibus amicis licen-
tiam arbitrandi dotem minus legitima, & vſque ad
quantam ſummam debeant arbitrari. Et primò vi-
detur dicendum, quod dicti ſtatuentes noluerint in
dubio tollere legitimam, quia excluſio facta ſim-
pliciter à ſucceſſione & hæreditate paterna; in du-
b bio non comprehendit legitimam, *b* niſi ſpeciali-
ter fiat mentio de legitima, vt eſt caſus notabilis *in l.
ſi quando, §. & generaliter, ibi niſi ſpecialiter, &c. C. de in-
offic. teſtam. & per illum text. idem dixit Gulıel. de Cuneo,
quem ſequitur Angel. in l. de his, in fin. ff. de tranſact.* qui
dicunt, quod ſi filiæ fuit relictum aliquid pro dote
in teſtamento paterno, & ipſa refutauit bona pater-
na, & ſe vocauit tacitam & contentam dicto lega-
to; & deinde videt, ſe non habere legitimam, non
obſtante dicta quietatione, poterit petere ſupple-
mentũ legitimæ, niſi ſpecialiter ſit dictum in quie-
tatione, quod ſit contenta pro ſua legitima, &c. &
idem tenet Bald. & Paul. de Caſtr. & Doctor. *in d. l.
ſi quando, §. & generaliter, & idem tenet Angel. in l. ſi pro-
ponas, §. ſi hæreditatem, ff. de inoffic. teſtam.* vbi dicit *per
dictum §. & generaliter*, quod ius agendi ad ſupple-
mentum legitimæ non perditur, niſi nominatim a-
ctum ſit. Et idem tenet Ludouic. de Roma *in l. 1. §.
ſi quis ita, in 10. colum. verſic. vnde ego infero, ff. de verb. ob-
ligat.* Sed in dicto ſtatuto Brixienſi fit ſimpliciter ex-
cluſio fœminarum ab hæreditate & ſucceſſione pa-
terna, vt patet ibi, quælibet hæreditas & ſucceſſio,
& ibi excluſis ſemper fœminis, nec ibi fit mentio
ſpecialis, nec nominatim de legitima; ergò videtur,
quod non ſint filiæ excluſæ à legitima per dictum
ſtatutum. Præterea ſtatutum vocat filios maſculos
ad hæreditatem & ſucceſſionem paternam vel ma-
6 ternam, & ab illa excludit filias; † ſed appellatio-
ne hæreditatis vel ſucceſſionis non comprehendi-
tur legitima, quia illa debetur filio, etiamſi non ſit
hæres vel ſucceſſor, vt not. per Bald. & Doctor. *in l.
cum à matre, C. de rei vend.* quia legitima debetur tan-
quam æs alienum, & ſine aliquo onere, *l. Papa, §.
quarta, ff. de inoffic. teſtam. coniuncta l. ſcimus, in princ. C.
7 de inoffic. teſtam. cum ſimilibus.* † Ergò ſtatutum ex-
cludens filias à ſucceſſione & hæreditate aſcenden-
tium, non videtur excludere à legitima. Et iſtam
opinionem videtur tenere Salicet. *in authent. res quæ,
C. communia de legatis.* Pro qua facit ratio, quia ſta-
tutum in dubio debet intelligi, vt minus lædat ius
commune, poteſt, *vt eſt gloſſ. notabilis in l. fin. § in com-
putatione, C. de iure delib. & ibi hoc not. Doctor. & proba-
tur in cap. cum dilectus, & ibi Canoniſtæ extra de conſue-
tudine, & not. in l. 2. C. de noxalibus.* Sed intelligendo
ſtatutũ, quod voluerit tollere ſolam ſucceſſionem
& hæreditatem, & non legitimam, minus lædit ius
commune; ergò talis ſenſus ſtatuti eſt amplecten-
8 dus. † Sed in contrarium, quod per dictum ſtatu-
tum videatur velle tollere legitimam, probatur ſic:
legitima eſt tertia pars eius, quod debetur ab inte-
ſtato, *l. cum quæritur, & l. parentibus, & l. quæ nuper, C. de
inoffic. teſta. & c. Raynutius, ante fin. extra de teſta.* Sed ex
forma ſtatuti ab inteſtato non ſuccedunt filiæ, ergò
c non poteſt eis deberi legitima *c* ex eo, quod non
debetur, & hoc tenet Bald. *in l. maximum vitium, in
vlt. col. a princ. C. de lib. præt. & Bart. hoc vult in effectu in
l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demo. & Bald.
in conſ. quod incipit: Antiquum ſtatutum ciuitatis Peruſii,
in 1. col.* Præterea ad idem hoc probatur, nam ſtatu-
tum facit tria: Primò enim defert ſucceſſionem &
hereditatem filiis maſculis. Secundò excludit filias.
Tertiò vult eas dotari. Cùm ergò non prouideatur
ſibi, niſi de dote, dicendum eſt, quod noluit proui-
dere de legitima, quia ita ſciuiſſent de legitima ex-
primere, ſi voluiſſent, ſicut de dote expreſſerunt ſta-
tuentes, *arg. l. vnica, §. ſin autem ad defic. ibi*, nam ſi con-
trarium volebat, &c. *C. de cad. toll. & l. ſi ſeruum, §. non
dixit prætor, ff. de acq. hær. & c. ad audientiam, extra de de-
cim. cum ſimil.* Et iſtud ego teneo per prædicta. Nec
obſtant allegata in contrariũ, quia tolluntur per ea,
9 quæ proximè dicta ſunt. † Sed poſito, quod ſtatutũ
illud potuerit & voluerit tollere legitimã filiabus,
an ſimiliter voluerit dare arbitrium communibus
amicis arbitrandi dotem filiabus minus legitima, &
vſq; ad quantam ſummam poſſint vel debeant arbi-
trari. Et in hoc pendet tota vis præſentis conſulta-
tionis, circa quod conſideranda ſunt verba ſtatuti;
nam in primis, quantum ad rem noſtram dicunt,
quod maſculi teneantur alimẽtare fœminas, vſque-
quo iuerint ad maritum, de quo nulla eſt ad præſens
quæſtio. Deinde dicitur, quod teneatur eas dotare
tempore nubilis ætatis; ex quibus verbis ſequitur
de dote danda tractandũ non eſſe, niſi tempore nu-
bilis ætatis, & dotem eſſe conſiderandam eo tantũ
10 tempore. † Poſtea ſubiicitur ſecundum facultates
arbitrio communiũ amicorum, *iuxta l. cum poſt, §. ge-
ner, ff. de iur. dot. & l. ſine generalis, in princ. eod. tit. & l. ſi fi-
lia, ff. de leg. 3. & l. ſi cum eo, cum gl. in ver. videtur, C. de dot.
promiſſ. & 30. q. 5. c. nullum ſine dote, cum gl. & c. 1. cum gl. in
ver. iuxta modum, extra de adulter. & auth. ſed quamuis,
in fin. C. de rei vxor. act.* In quibus iuribus habetur do-
tem, quæ arbitratu alterius debetur, ſecundum fa-
cultates patris eſſe conſtituendam; & arbitrium
d communium amicorũ verſari debet in multis; *d* &
primò, vt per eos habeatur etiam cõſideratio in di-
cta dote conſtituenda ex dignitate patris & nume-
ro liberorum, vt eſt text. qui optime declarat *in d. l.
ſi filia, ff. de legat. 3.* & ibi Bartol. decidit quæſtionem
noſtram, qui dicit, illam legem facere ad q. ſtatuta
ſunt in Italia, quod filiæ fœminæ non ſuccedant,
ſed maſculi teneantur dotare, dos fœminæ erit ar-
bitrio boni viri, inſpectis dignitatibus & facultati-
bus teſtatoris, & numero liberorum, vt ibi; & quod
habeat reſpectus numeri liberorũ, facit quod not.
Iac. de Aret. Alb. de Roſat. & Bald. *in l. qui filiabus, §. 1.
ff. de legat. 1.* Item debet haberi conſideratio dignita-
tis mulieris & mariti, *vt l. quæro, ff. de iure dot. & dict. l.
cum poſt, §. gener. eod. tit. & not. gloſſ. in l. ſi cum ea, C. de
dotis promiſſ. & gloſſ. in cap. 1. extra de adulteriis.* Et ſic
debet haberi conſideratio nobilitatis mariti, *vt not.
gloſſ. 30. quæſt. 5.* nullum ſine dote. Item. pro hone-
ſtate perſonarũ conſtituenda eſt dos, *vt l. ſi furioſi, ibi,
tàm opinione perſonæ, C. de nupt. cum qua concordat*

l.ſam de mentis, C. de Epiſc. audient. & eſt text. cum gloſſ. in auth. de reſtitut. & ea qua parit, §. quamobrem, in ver. meriti, quæ incipit ſubandi, col. 4. Item, & qualitas puellæ, an ſit virgo vel vidua, eſt conſideranda, vt not. Ant. de Butr. in c. 1. extra de adult. licet loquatur in fœmina deflorata, ſed quantum ad caſum noſtrum, eſt caſus in auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. actio. Item attendenda eſt conſuetudo regionis ſiue loci, vt not. Ant. de Butr. in cap. 1. extra de adulterijs, per l. 1. in princ. ff. de ſinminib. & c. certificaui, extra de ſepulturis poſt hoc, l. ſi prius, §. placuit, & l. in ſumma, in princip. ff. de aqua pluu. arcend. & l. ſemper in ſtipulationibus, ff. regul. iur. &
11 l. nummis, ff. de leg. 3. † Et habenda eſt ſuper prædictis conſideratio per communes amicos ſecundum tempus, quo filiæ maritantur, & dotes conſtituuntur, iam de iure communi, vt d. l. filia, ff. de leg. 3. vbi qualitates, de quibus, ibi, referuntur ad verbum,
12 conſtitui oportet, † ideo debet determinari ſecundum tempus illius verbi, l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalibus, & l. Titius, ff. de teſtam. milit. quam etiam ex forma dicti ſtatuti Brixiæ, quia illæ qualitates ſecundum facultates arbitrio amicorum communium referuntur ad verbum dotare tempore nubilis ætatis; ergò ſecundum illud debent arbitrari per dicta iura. Et ideo in propoſito communes amici in arbitrando dictas dotes non conſiderabunt tempus mortis patris, ſed tempus, quo filiæ erunt nubilis ætatis. Vnde, ſi tempore mortis patris fuiſſent multa bona, plures liberi, dignitas, & honeſtas filiæ, vel è contra, & tempore nobilis ætatis eſſet contrarium, puta, quia bona fuiſſent diminuta, mortui eſſent aliqui filii ſine culpa hæredum, iuxta l. non amplius, §. 1. ff. de legat. 1. vel filia fuiſſet minus honeſta, vel è contra, communes amici debent dotem arbitrari, ſecundum illud tempus nubilis ætatis. In caſu itaq; noſtro communes amici debebunt arbitrari maiorem dotem dictis filiabus, propter mortem vnius infantis fratris, ex quo alius tantum frater maſculus ſupereſt, quàm feciſſent, ſi di-
13 ctus frater mortuus non fuiſſet. † Sed ſi quærimus, vſq; ad quantam ſummam debeant vel poſſint arbitrari, dico, eos debere arbitrari omnibus prædictis conſideratis, ſecundum conſuetudinem ciuitatis Brixiæ, ſi qua ſibi eſt conſuetudo, per c. certificari, extra de ſepulturis, cum aliis ſupra ad hoc allegatis, & in prædictis verſatur dictum arbitrium communium amicorum. Nec debet attendi, quod aliqui contra conſuetudinem dotem conſtituerint, vt l. certa, C. locati, & l. nemo, §. temporalis, cum gloſſ. ff. de re-
14 gul. iur. † Si verò mos regionis, id eſt, Brixiæ nun appareat, quia varius fuit, tunc videtur ad id, quod minimum eſt, ſummam eſſe redigendam, per l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. & l. nummis, ff. de legat. 3. & l. qui concubinam, §. 1. eod. tit. & l. ſi ita relictum, in princ. de legat. 2. & l. tutor qui repertorium, §. ex cæteris, ff. de execut. tut. & c. ex parte, extra de conſtitut. & hoc videtur etiam procedere in dote, quia Bart. in d. l. ſemper in ſtipulationibus ponit exemplum in dote. In contrarium videtur, quod imò in dubio maior ſumma ſit
15 inſpicienda, † quia in ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt, l. in ambiguis, ff. de reg. iur. & ff. de iur. dot. & l. 1. cum ibi not. ff. ſolut. matrim. facit l. ſi ego, §. ſi res. ibi, ſed benignius eſt fauore dotium, ff. de iur. dot. Item videtur, quod non debeamus inſpicere ſummam maiorem vel minorem, ſed mediam per gloſſ. notabilem, in l. cum in eo. ff. de pact. quæ allegat ad hoc l. ita, & l. pen. ff. mand. pro hoc facit quod not. Bald. in l. 1. verſ. ſed pone quod teſtator, C. de verb. ſignific. facit text. Inſtit. quibus ex cauſ. manu. non licet, §. fin. ibi, ideo nos mediam viam, &c. & gl. in c. ſcientes, extra de cenſib. cum ſimilib. Item videtur, quod imo debeat obſeruari, quod præcedentibus annis proximis obſeruatum eſt, l. alimenta, §. 1. ff. de alimentis & cib. leg. & per id quod not. Bald. in l. binos, circa fin. C. de aduocat. diuerſ. iudicior. Item videtur, quod imo debeamus recurrere ad ius commune, vt not. Bart. in l. 2. §. nec cogitur, ad fin. ff. ſolut. ma-
16 trim. & Bald. qui dicit, † quod ſi in ciuitate conficiuntur inſtrumenta ſuper dote diuerſimode, propter iſtas contrarietates & diuerſitates recurrimus ad ius commune, per l. nemo, §. temporales, ff. de reg. iur. & idem not. Bald. in l. non ſolum, ff. de iur. dot. vbi dicit per gloſſ. notabilem, ibi, quod ſi eſſet vna conſuetudo contraria alteri, tunc eſſet recurrendum ad ius commune, per l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. Quid dicendum? Ego teneo, ſi de conſuetudine conſtat, ſecundum illam communes amici dotem debent arbitrari, conſideratis his, de quibus ſupra dictum eſt, per d. c. certificari de ſepulturis, cum ſimilib. ſupra allegatis, & per l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de adil. edict. & per id quod not. Bald. in l. 2. C. de bon. quæ
17 liber. qui dicit, † quod ſi aliquis promiſit dotem reſtituere in omnem caſum & euentum reſtituendæ dotis, iſta indefinita locutio non derogat ſpeciali conſuetudini obtentu liberorum introductæ, imo ſecundum eam intelligitur per dictum §. quia aſſidua. Pro hoc etiam quod not. Bart. in l. illa conſtitutio, ff.
18 de hæred. inſtit. qui dixit, † quod ſi aliquid committitur conſilio ſapientis, ille ſapiens poterit omnia facere, quæ ſunt de more & conſuetudine ciuitatis per illum §. quia aſſidua, plura alia per me ibi ſcripta ad hoc poſſent adduci, ſed breuitatis cauſa
19 ea omitto. † Sed ſi conſuetudo contraria modò reperitur, quia aliqui arbitrati ſunt maiorem dotem, aliqui minorem, iuxta l. nemo, §. temporales, cum gloſſ. ff. de reg. iur. tunc dico, eſſe animaduertendum, nam ſi plures arbitrati ſunt vno modo, ſecundum illum modum eſt arbitrandum, arg. l. ſemper in ſtipulat. in verb. frequentatur, ff. de reg. iur. Sed ſi non appareret, plures vno modo arbitratos eſſe, ſed varii variè arbitrati ſunt, aliqui vno modo, alii alio modo, tunc inſpicerem id, quod proximis annis per aliquos obſeruatum eſt, per l. mella, §. 1. ff. de alimen. & cibar. leg. Sed ſi proximis annis variis modis declaratum eſt, nec conſtet, plures eſſe vno modo arbitrantes, quàm alio, tunc puto, recurrendum eſſe ad ius commune, per ea, quæ ſcribit Bart. in l. 2. §. nec cogitur, ad fin. ff. ſolut. matri. & Bald. in l. non ſolum, ff. de iur. dot. quod ius commune in effectu, quantum ad dotem, diſponit, idem quod ſtatutum, vt probatur in l. cum poſt. §. gener. & §. ſeq. & l. quæro, & l. ſi ne generalis, ff. de iur. dot. & l. ſi cum ea. C. de dot. promiſſ. cum ſimil.
20 † Dubium adhuc remanet, quomodo intelligatur ius commune, & per conſequens ſtatutum, id eſt, vſq; ad quam ſummam debeat quis dotem arbitrari, ari

H,an vſq; ad legitimam, vel ad maiotem,aut mino-
rem ſummã. Et videtur, quod debeat taxari vſq; ad
21 legitimam ſaltem, † qoia dos ſuccedit loco legiti-
mæ,per ea, quæ habentur,*in l.ſancimus.C.de nupt. &*
per Bald.in l.generaliter.C.de Epiſc. & Cler.cum ſim. Et li-
cet ſit ſublara legitima pet ſtatutum per viam ſuc-
cedendi,vt dixi ſupra circa prin.tamen quantum ad
dorem recipiendam oon videtur eſſe ſublata, I-
mo loco legitimæ ſublatæ per viam ſuccedendi vi-
detor eſſe ſubrogata dos,& iſta videtur fuiſſe inten-
tio ſtatuẽtium, ergo deber eſſe in dubio ſecundum
22 vires legitimæ, † quia ſubrogatum ſapit naturam e-
ius,in cuius locum ſubrogatur,*l.ſi eum,§.qui iniuria-*
rum.ff.ſi quis caut.cum ſim. quod ego intelligo eſſe ve-
rum in dubio,& regulariter, & iſto modo intelligo
Bald.*in l.fin.C.de dotis promiſ.& Salic.in auth.res quæ.C.*
commu.delegat.& in auth.nouiſſ.in 11.q.C.de inoffic.teſta.
qui videntur velle, huiuſmodi ſtatutũ debere intel-
ligi,dummodo ſit vſq; ad vires legitimę,& ita etiam
intelligo omnes alios Doct. ita dicentes, tamen ex
qualitare,& dignitate patris,& filię,& mariti,& cõ-
ditione,& hooeſtate filię,& ex numero liberorum,
& facultatibus,poterunt communes amici arbitra-
ri, & plus & minus iuxta prædictas eonditiones, &
qualitates, & in iſtis dependet, & cooſiſtit facultas
communium amicorum arbitrandi, quia illis con-
ſideratis, apparet, quod non debet dos arbitrari v-
no & eodem modo quandoconque, ſed aliquando
plus, aliquando minus, per prædicta, & propterea
non poſſumus figere pedes firmos in interpretatio-
ne dicti ſtatuti,licer plures conſuluerint quod indi-
ſtincte dos debeat regulari ſecundum legitimam,
quibus nolui me ſubſcribere, nec idem conſulere,
quia eſſet tollere bonas conſuetudines locorum, in
quibus patuę dotes conſtitui conſueuerunt,& con-
fuſionem inducere.Et hoe modo,vt dictum eſt, pu-
to huiuſmodi ſtatuta eſſe interpretanda, ſalua ſem-
per meliori declaratione, *iuxt. l. Claudius,in fin.ff.qui*
pot.in pign. hab. & in caſu noſtro in dubio putarem,
quod poſſent communes amici arbitrari dotes di-
ctarum filiarum, etiam vltra legitimam, ſi verũ eſt,
quod pater habeat vnum tantum filium maſculum,
& quatuor filias,& nõ minores facultates quam re-
liqoerit tempore mortis, & alii filiæ Monachæ do-
tem ſecundum legitimam conſtituerit,ſed ſi habuit
tempore dotis cõſtitutæ filię Monachę dictos duos
filios maſculos, & quatuor aot qoinque filias,pota-
rem, ꝙ communes amici in dubio poſſent arbitra-
ri dotes etiam vltra legitimã filiabus ſpectantem,ex
quo motrous eſt vnus filius ante conſtitutionẽ do-
tis,arguendo ab his, quæ acta ſunt per patrẽ,& ſic à
voluntate patris defuncti,*arg.l.ſi ſeruus plurium,§.fin.*
de leg.1.& l.cum certum,ff.de vino,& oleo leg.cum ibi not.
23 † Circa ſecundum dubium, *e* Ao dicta ſecunda v-
e xor, & dictæ quatuot ſotores debeant eſſe hæredes
dicti infantis defuncti earum fratris vtrinqoe con-
ioncti,excluſo filio primi matrimonij fratre defun-
cti ex linea tantum paterna, cõſiderato ſtatuto Bri-
xiæ ſub Robrica qoomodo ſucceſſiones deferãtur.
Et oon eſt aliquod dubium,quod de iure commoni
mater ſoccedit filio ab inteſtato pariter cum alis fi-
liis defuncto vtrinque coniunctis, *vt eſt tex.in auth,*
de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur, §. conſequent, & in
auth. defuncto. C. ad Tertul. Solom ergo remaner du-
bium,an in caſu noſtro ſtatutum excludat matrem,
& filias etiam vtrinque coniunctas infanti defun-
24 cto. † Et videtur primo dicendum,qood ooo,quia
cum prædictum ſtatotum vocet ſimpliciter ad ſuc-
cedendom etiam filio morienti in pupillari ætare,
non exiſtentibus aſcendentibus maſculis, fratrea
vel filios fratrũ maſculos, videtur quod debeat io-
telligi de fratribus, qui ſiot vtrinque cooiuncti de-
functo;& non de fratribus coniunctis ex lioea tan-
tum parerna, quando extant fratres, vel ſorores v-
25 trinque coniuncti, † quia ſtatuta qoando diuerſis
modis poſſunt intelligi,in dubio regulariter debẽt
intelligi ſecũdum ius cõmune, ita vt minos lædaot
ius commune quam poſſunt,*vt eſt gl.notabilis,in l.fin.*
§.in computatione,C.de iur.deliber. & ibi per Doct. & l.2.
cum ibi, not.C.de noxal.& c.cum dilectus extra de conſuet.
& not.in l.ſi vero,§.de viro,ff.ſol.matr.cum ſim. Sed præ-
dictum ſtatutum vócans fratres poteſt intelligi tam
de fratribus vtrinqoe coniunctis, quam etiam de
cooionctis ex vno patente tantum, vnico tantum
vinculo;Ergo vt minus lędat ius commune,videtur
debere intelligi ſecundom ius commune de fratre
vtrinq; coniuncto tantum,& ſi non eſt frater vtrin-
que coniunctus,ſed ſorotes ſint vtrinq; coniunctæ,
illæ præferantur ſecundum ius cõmune. Et pro hac
ſententia facit quod ſcribit Pet. de Aoch. in repeti-
tione,*c.canonum ſtatuta, in 156.col. verſ.* Occurrunt a-
liæ quæſtiones circa iſtam interpretationẽ, ibi, per
26 prædicta non puto,*extra de conſtit.* vbi dicit, † ſtante
ſtatuto, quod decedenti ab ıoteſtato ſuccederent
proximiores ex lioea paterna, quidam habens fra-
trem patruelem tantum, & alium ex vtroq; paren-
te deceſſit,quod illud ſtatutum admitteodo ſimpli-
citer proximiores conſanguineos, debet intelligi,
ſecundum quod ius commuoe eos admittit, vt re-
digatur ad intellectum iuris, licet quidam cõſulue-
27 rit contrarium,& non bene ſecundum eum. † Se-
cundo quod illud verbom fratribus à ſtatuto prola-
tum,intelligatur tantum in caſu noſtro de fratribus
vtrinque coniunctis, probatur, quia verba in dubio
ſunt accipienda in potioti ſignificatu.*l. quæritur her-*
maphroditus.ff.de ſtat.hom.cum ibi not. facit ad l.domum.
& l.in huiuſmodi, ff. de contrah.empt. & propterea lex,
vel ſtatutum ſimplicitet loquens de dominio in-
telligitur de directo tanquam potentiori, *l.1. §. qui*
in perpetuum.& ibi Bartol. & Doctor. ff.ſi ager vectigalis,
28 *vel emphyt.petat.* † Sic etiam vbi fit mentio de ſen-
tentia in dubio intelligitur de diffinitiua tanquam
potiori, & non de interlocotoria, vt probatur *in l.*
quod iuſſit,in fin.ff.de re iudic.& eſt gloſſ.notabilis in l.1.§.
biduum.ff.quando appella. ſit. & gloſſ.in c.cum olim.& i-
bi An.de Butr.& Doct.extra de teſtib. Similiter in dubio
iuriſdictio intelligitur de ordinaria tanquã digniori
& porentiori,& non de delegata:*vt eſt gloſſ.in l.in bero*
canere.ff.de iuriſd.omn.iud.& in l.à diuo Pio in prin.in glo,
magna.ff.de re iud.& in l.ſi.in ver.in iudicio.C.de libert.&
eor.liber. & hoc etiam not. Card. Flor. in c.ſignificaſti in 2.
notab. extra de foro compet. & in c.quoniam Abbas in an-
tepe.col. extra de offi. deleg. ſimiliter oomine iudicis de
ordinario nõ delegato intelligitur, *vt no.gl.in d.l.ſi.in*
verſ.

verſ. in iudicio, quæ eſt ſingularis ſecundum Card. in d. cap.
quoniam Abbas. & idem tenet in cap. ex inſinuatione in
primo notabili, de appel. & in c. 2. in 12. q. de officio iudicis.
29 † Sic etiam verbum probabitur intelligitur de ple-
na probatione ſecundum Bal. in c. ad noſtram, c. per il-
lum text. in verbo conſtiterit, extra de iureiur. cum aliis ſi-
milibus. Sed verbum frater vtrinque coniunctus eſt
potentius, quam verbum frater ex vno tantum pa-
rente, vt probatur in auth. defuncto, & in corpore vnde
ſumitur, C. ad Tertullianum, & in auth. itaq; C. commu-
nia de ſucceſſ. Ergo cum illud verbum frater ſit prola-
tum ſimpliciter à ſtatuto, videtur intelligendum in
potiori ſignificatu de fratre tantum vtrinque con-
30 iuncto. † Tertio hoc idem videtur probari, quia
quando ſtatutum eſt contra ius commune, caſus o-
miſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſi-
tione iuris communis. l. ſi cum dotem in princ. ff. ſolut.
mat. & l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſam. & probatur in
c. 1. §. ſtrenuus autem in tit. de feud. cognit. in vſib. feud. &
ita etiam vult ſtatutum, de quo diſputatur in fin. vbi
hæc verba habentur. In aliis vero caſibus omiſſis in
præſenti ſtatuto ſuccedant ſecundum ius commu-
ne. Sed iſte caſus, quando frater decedens relinquit
fratrem maſculum ex vno tantum parente, & ſoro-
res ex vtroque parente cum matre, non exprimitur
in ſtatuto, ergo videtur quod ſit ſtandum iuri com-
31 muni. † Quarto ad hoc etiam adducitur ratio,
quia licet verbum frater ſimpliciter prolatum an
ſtatutum poſſet extendi etiam ad fratrem coniun-
ctum ex vnico tantum vinculo ipſi defuncto, tamen
videtur quod iſta extenſio fieri non poſſit in cor-
rectoriis, ſicut eſt in caſu noſtro per ea, quæ haben-
tur, in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. ſi ve-
ro. §. de viro, ff. ſolut. matrimo. & in cap. cum dilectus ex-
tra de conſuetudine per D. Anto. de Butr. & per ea quæ ha-
bentur per d. l. in cap. 1. de temp. ordi. lib. 6. cum ſimilibus.
32 † Sed his non obſtantibus teneo contrarium eſſe
verius de iure, videlicet quod mater aut ſorores in-
fantis defuncti in aliquo non ſuccedant, ſed ſolum
alter frater ſuperſtes ſuccedat in totum, vigore di-
cti ſtatuti. Circa cuius declarationem duo ſunt prin-
cipaliter conſideranda. Primum ſi ſtatutum potuit
priuare matrem, & ſorores ſucceſſione, & de iſto
non eſt diſputandum, quia ſtatutum poteſt priuare
ne dum ſorores, & matrem, ſed etiam filios ſucceſ-
ſione, & eis tollere etiam omnem legitimam, vt di-
33 xi in præcedenti dubio principali. † Ergo multo magis
poteſt priuare ſorores, quibus non debetur legiti-
ma regulariter, l. fratris, & l. fratres, C. de inofficio. teſtam.
& etiam matrem, cui minus debetur legitima quam
filio, arg. l. nam & ſi parentibus cum ibi not. ff. de inoffic.
teſtam. cum ſimilibus. Secundum eſt, An dictum ſta-
tutum voluerit vocare etiam fratrem coniunctum
defuncto ex vno tantum parente, & matrem, & ſo-
rores vtrinque coniunctas excludere, & vt dixi, te-
34 neo quod ſic, quod ſic probatur, † vbicunque
conueniunt verba legis vel ſtatuti quæſtioni, de
qua agitur, ibi & conuenit legis, & ſtatuti diſpoſitio
l. hos accuſare, §. omnibus. ff. de accuſat. & l. 4. §. toties, ff.
de damno infecto. facit. l. non aliter, ff. de lega. 3. Sed in ca-
ſu noſtro verba ſtatuti conueniunt, vt vocetur di-
ctus frater ſolus, quod patet; quia ſtatutum vocat
ſolum ad ſuccedendum, quando non extant defun-
cto aſcendentes maſculi fratres, vel filios fratrum
maſculos ex linea paterna, vt patet circa princ. ibi,
& fratres vel frater, & filij maſculi, vel filius maſcu-
lus ex linea paterna fratrum, vel fratris præmortui,
& ſic ſtatutum tria requirit in fratre, ad hoc vt ſuc-
cedat excluſis fœminis. Primum, quod ſit frater.
Secundum, quod ſit maſculus. Tertium, quod ſit
ex linea paterna fratris defuncti. Sed in dicto fratre
coniuncto ex vno tamen parente concurrunt illa
tria, videlicet quia erat frater, & maſculus, & ex li-
35 nea paterna ipſius infantis defuncti, † quia appel-
latione fratris maſculi ex linea paterna comprehen-
ditur, ita frater ex parte patris tantum ſicut frater
vtrique coniunctus, vt de ſe patet, & probatur, in
capit. quod dilecto, & in capit. fin. extra de conſanguini-
tat. & affinitat. & per text. gloſſ. & Doctor. in l. fratris, C.
de inoffic. teſtam. & per text. cum gloſſ. in verſ. minores in
auth. de conſanguineis & vterinis, §. 1. colum. 6. ergo cum
verba ſtatuti in omnibus conueniant in perſona di-
cti fratris ſuperſtitis, debet in eo conuenire, & lo-
36 cum habere ſtatuti diſpoſitio. † Secundo hoc idẽ
probatur ex verbis præcedentibus, & ſequentibus
in dicto ſtatuto à quibus licitũ eſt arguere, l. ſi ſeruum
plurium, §. fin. de legat. primo, nam in eodem ſtatuto
dum prius ſit mentio de aſcendentibus ſuccedenti-
bus, requirit, quod ſint aſcendentes maſculi, & ex
linea paterna, & in ſequentibus ſimiliter vocat pa-
truos ad ſuccedendum, quando non extant fratres,
& filij fratrum ex linea paterna, vocat & ſorores ex
linea paterna, vna cum germanis conſanguineis. Et
apparet, quod ſtatuentes voluerunt fratrem voca-
re, dummodo ſit maſculus ex linea paterna fratris
defuncti. Nec ſtatutum requirit, quod ſit vtrin-
que coniunctus: Si enim ſtatuentes voluiſſent ſo-
lum vocare coniunctos ex vtroque parente, vbi ex-
tarent filiæ fœminæ vtrinque coniunctæ, bene ſci-
uiſſent hoc exprimere, arg. l. vnica, §. ſin autem à defi-
cientu, ibi nam ſi contrarium volebat, &c. C. de cadu. tol-
len. & l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de acquir. hæred. &
cap. inter corporalia, extra de translatione prælat. & capit.
37 ad audientiam, extra de decimis, cum ſimilib. † Tertio
hoc etiam probatur, ſtatutum regulariter debet ex-
tendi ad caſum penitus non diuerſum, ſi poteſt
comprehendi ſub verbis ſtatuti, etiam improprijs,
vt not. Cyn. in l. 2 in fin. C. quæ ſit longa conſuetudo, &
Petr. de Anch. in repetitione, cap. canonum ſtatuta, in 190.
col. extra de conſtitut. Sed in caſu noſtro coniunctus
ex parte patris tantum, poteſt comprehendi in ver-
bis ſtatuti loquentis de fratre maſculo ex linea pa-
terna, etiam proprie, vt dixi, nec iſte eſt caſus pe-
nitus diuerſus à fratre vtrinque coniuncto, ergo
ſtatutum ad ipſum fratrem coniunctum ex parte
38 patris tantum extenditur. † Quarto hoc etiam ma-
gis probatur aperte, quando prouiſio legis, vel ſta-
tuti eſt relata ad vnum caſum, ratione publicæ vtili-
tatis, continet etiam alium, qui eſt idem etiam per
fictionem, vt eſt caſus notabilis, in l. Gallus, §. & quid
ſi is in fin. ff. de liber. & poſthum. nam inuentio ſeu con-
ſilium Galli, ibi poteſt æquiparari ſtatuto, & ſic le-
gi municipali, per l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. cum
veniat ad derogationem iuris antiqui ſcilicet legis
duodecim tabul. vt Inſt. de legat. §. poſtremo, quia in-
tereſt reipublicæ ne teſtamenta rumpantur, fit ibi
exten-

extenſio ad alium caſum; *vt probatur in dicto §. quid ſi*
38 *n, in fin.* † Sed prouiſio dicti ſtatuti reſpectu agna-
torum, cuius fauore principaliter eſt introductum,
l.1.§.antepenultim.ff.de ventre inſpiciendo, & not. Cyn.in
l.1.Cod.de adulteriis,& Bald.in l. qui in poteſtate, C. de in
ius voc.& in l.maximum, C.de liber.præter.& Petr.de An-
char. in capitul. canonum in ſtatuta 203.colum.extra de
conſtitut. Et hoc ſtatutum eſt inuentum propter pu-
blicam vtilitatem, vt conſeruetur agnatio, vt eſt ca-
ſus, *in dicta l. 1.§. antepenult.* ibi intereſt enim reipu-
blicæ partum non ſubiri, vt ordinum dignitas, fa-
miliarumque ſalua ſit, *ff.de ventre inſpic.* Ergo debet
continere etiam iſtum caſum, ſi non fuiſſet expreſ-
ſus; ſed cum ſit expreſſus, vt dixi etiam de iſto fratre
in ſtatuto, ceſſat omnis dubitatio. Nec obſtant ar-
gumenta ſupra, in contrarium deducta. Et primo,
dum dixi, quod ſtatutum in dubio debet interpre-
tari ſecundum ius commune. Reſpondetur verum
eſſe in caſu dubio, & in caſu in quo ſtatutum non
loquitur. Sed hic ſumus in caſu certo, de quo loqui-
39 tur ſtatutum, † ergo in incertis non certis locus
eſt coniecturæ, *l.continuus, §.cum ita, ff. de verbor. obli-*
gat.& l.ille aut ille, §.cum in verbis de legat.tertio, cum ſi-
milibus. Et per hoc etiam ceſſat, quod ſecundo dixi
videlicet, quod verba in dubio intelliguntur in po-
ſteriori ſignificatu, quia non ſumus in caſu dubio.
Ceſſat etiam tertium argumentum dum dixi, quod
caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris com-
munis, quia illud procedit vbi eſſet omiſſus, ſed in
caſu noſtro eſt expreſſus, vt dixi. Et ſimiliter ceſſat
quartum, & vltimum argumentum dum dicitur,
quod in correctoriis etiam fit extenſio per identi-
tatem rationis, quia iſta non eſt propriè extenſio,
ſed caſus noſter in verbis ſtatuti comprehenditur,
aliter etiam poſſet reſponderi, ſed ſufficit in præ-
40 ſenti iſta reſponſio ex quo eſt clara. † Circa Ter-
tium dubium principale, poſito, quod dictæ ſoro-
res, & dicta eius mater non ſint hæredes dicti infan-
tis, ſed hæreditas ſpectet dicto filio ex primo ma-
trimonio, ſicut in præcedenti dubio concluſum
eſt; an ſaltem legitima debeatur matri in bonis di-
cti infantis. Conſiderato dicto ſtatuto quomodo
ſucceſſiones deferantur: Vidi aliàs plura conſilia
Excellen. Doctorum, qui conſuluerunt in ciuita-
te Bergami in ſimili ſtatuto, & etiam in caſu ſtatu-
ti noſtri Brixiæ, quod matri ſaltem debeatur legi-
tima: Ego vero nolui vnquam me ſubſcribere, nec
pro illa parte conſulere, quia dicta ſtatuta videntur
mihi ſatis clare diſponere contrarium, non cauil-
lando ea. Nam negari non poteſt, quod ſtatutum
extantibus fratribus, vel fratre, vult quod mater,
vel ſoror in aliquo non ſuccedat, vt dictum eſt in
primo dubio, vt patet ibi dum dicitur, tunc in to-
tum ſuccedant dicti fratres, vel fràter. Si non ſucce-
dit ab inteſtato in aliqua parte, ergo ſibi nulla legi-
tima debetur, quia legitima eſt portio portionis
quæ debetur ab inteſtato, *l.cum quæritur, & l. paren-*
tibus, Cod.de inoffic.teſtament. Ergo nulla legitima de-
beri poteſt, ſi ab inteſtato nihil debetur vt dixi in
primo dubio. Nec eſt verum, quod ſtatutum dum
vocat fratres in totum intelligatur de ſucceſſione,
& non de legitima, quia iſta interpretatio eſt con-
tra prædicta. Et eſt etiam contra ſtatutum expreſſe,
quia primo extantibus aſcendentibus, vel fratri-
bus, vel patruis maſculis ex linea paterna, mater
non vocatur à ſtatuto, ſed poſtea illis non extanti-
bus, & extantibus germanis conſanguineis maſcu-
lis ex linea maſculina eos vocat in dimidia, matrem
in quarta, ſorores in alia quarta, & cum aliis vlterio-
ribus vocat matrem in tertia. Et ſic vel in legitima
vel minus, ergo quando extat frater defuncti, ille
debet in totum præferri, nam ſtatutum non vult,
matrem in aliquo admitti etiam in legitima, & iſtud
41 videtur mihi clarum. † Nec obſtat ſi dicatur re-
nuntiatio generalis, quæ fit per filium hæreditati
paternæ, non intelligitur eſſe facta de legitima, niſi
expreſſe dicatur, *per l. ſi quando, §. & generaliter. C.de*
inoffic.teſtam.cum ibi not.per Doct.& per not.per Ang.in l.
de his, ff. de tranſact.cum aliis ſimilibus ſupra in primo du-
bio ad hoc allegatis, quia prædicta procedunt quando
legitima iam fuiſſet debita, & ſic eſſet ius quæſitum
filio vel filiæ per mortem patris, quo caſu in dubio
filia renuntiando hæreditati paternæ, non videtur
renuntiare ſupplemento legitimæ iam ſibi debitæ,
& quæſitæ, ſed nos loquimur quando ſtatutum diſ-
ponit in caſibus, in quibus nondum erat ius quæſi-
42 tũ in legitima; & eſt ratio, † quia facilius tollitur ius
quærendum quam ius quæſitum, *vt not.in l.Gallus, §.*
& quid ſi tantum, ff.de liber.& poſthum. & ſic difficilius
tolluntur iam facta quam impediantur facienda, *l.*
patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alien.iur. Præterea
poteſt aliter reſponderi, quod contraria procedunt
in dubio, ſed nos ſumus in caſu claro, ſi verba ſtatuti
conſiderentur, ergo non eſt opus interpretatione,
43 *l. ille aut ille, §. cum in verbis de legat. 3. cum ſimil.* † Et
ſi eſſet aliqua dubitatio illa tollitur, ex præſumpta
ratione ſtatuti, quæ cum ſit vnica tantum, vt ſcilicet
fauore reipublicæ ſalua ſit agnatorũ dignitas; & bo-
na conſeruentur in familia agnatorum, quæ per
maſculos conſeruatur, *vt dicta l. prima, §. antepenult.*
ff.de ventre inſpiciend. & not.per Cyn. & Doctor. in l.1. C.
de adulter. & per Bald, in l.maximum vitium, Cod.de libe.
præt. & hoc patet etiam ex dicto ſtatuto, quod ſem-
per præfert maſculos deſcendentes ex linea pater-
na. Ergo illa ratio cum ſit vnica, vt dixi, habetur
pro expreſſa, *vt not.gloſſ.& Bald. & Paul.de Caſtr. in l.*
quamuis, Cod. de fideicommiſſ.& Bald.in l.maximum vi-
tium: C.de liber.præter.& Paul.de Caſtr. hoc not. in termi-
nis huiuſmodi ſtatuti, in l.ſi vero, §.de viro, ff. ſolut. matri-
44 *mon.& per eundem in conſilio ſuo 336.in 2.colum.* † Sed
ſi dicta ratio fuiſſet expreſſa in ſtatuto, traheretur
etiam ſtatutum ad alium caſum in ſtatuto non ex-
preſſum, in quo ſubeſſet eadem ratio, etiam ſi ſe-
queretur correctio iuris communis, *vt eſt gl.in cle.1.*
in verſic. eligatur de electione, & Bald. hoc expreſſe vult in
auth.quas actiones, C.de ſacroſ. Eccl. & hoc tenet etiam
Alber.de Roſato in prima parte ſtatutorum, *q.9. in*
2. colum. qui dicit, quod ſtando rationi non dicitur
à verbis recedi, ex quo ratio eſt in ſtatuto ſcripta,
per ea quæ habentur, *in l.1.C. quæ ſit longa conſuetudo;*
Et idem eleganter tenet Paul. de Caſtr. in conſilio
prædicto vbi dicit, quod hoc caſu non dicitur fieri
extenſio de caſu ad caſum, quia vt inquit Bal. ſubti-
liter, *in l.de quibus, ff.de legib. & fuerunt originaliter ver-*

ba Petri

ba Petri & Cyn. in l. iura non in ſingulis in lectura, ff. de legib. quando in pluribus caſibus eſt eadem ratio, tunc vna & eadem ratio numero decidit omnes caſus non per extenſionem, imò ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium comprehendit; ſed quando ſunt omnes ſpecies differentes, tamen ſimiles, tunc iſta eſt extenſio, quæ eſt quædam progreſſio de termino ad terminum per adæquationem, iſta ſunt verba pulcra, & vera, & ſubtilia, *ſecundum Paul. in d. conſil.* Sed ita eſt in caſu noſtro, quod ratio, quæ habetur pro expreſſa in ſtatuto, eſt generalis, & ita eſt apta comprehendere, & comprehendit legitimam in excluſione, ſicut hæreditatem, vt de ſe patet. Ergò ſtatutum intelligitur etiam legitimam tollere voluiſſe.

ANNOTATIONES.

a Tollere legitimam] *Partem affirmatiuam cum auctore noſtro tenent Dyn. in c. indultum, de reg. iur. in 6. Caſtr. in auth nouiſſima, & ibidem Salic. num. 20. C. de inoffic. teſtam. & communem dicit Abb. in conſ. 63. in princ. & conſ. 75. vol. 1. Calcan. conſ. 37. nu. 2. Dec. conſ. 19. nu. 5. & conſ. 525. num. 5. Barb. conſ. 77. vol. 4. Corn. conſ. 150. vol. 1. conſ. 115. & conſ. 210. lib. 3. conſ. 207. vol. 2. & conſ. 1. vol. 4. per totum, Socin. ſen. conſ. 5. vol. 1. & conſ. 288.*
* *vol. 1. vbi hanc opinionem * communem dicit, Capella*
* *Tholoſa deciſ. 437. & eam magis communiter * approbatam eſſe dicit Ganaula 12. l. centurio, nu. 108. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. ample Vinius in lib. receptar. ſententiarum opin. 316. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. creatio. §. 20. num. 303. Ioſeph. Ludouic. in deciſionibus Rotæ Peruſinæ deciſ. 21. num. 50. & 71. Ioan. Campeg. de ſtatut. nu. 33. & ſeq. Georgius Natta de pact. num. 27. Albert. Brun. in tract. ſtatut. exclud. fœmin. artic. 1. num. 14. & 15. qui alios allegat. Contrarium tamen multi tenuere, quos enumerat Bologuet. in l. in quartam, num. 270. ff. ad leg. Falcid. Tobias Nonius Peruſin. in conſil. 13. num. 7. Roderic. Soarez. in l. quoniam in prioribus, in 2. limitat. ſuper l. regia, C. de inoffic. teſtam. ſed tamen hæ opiniones conciliantur, quod prima procedat, quando rationabilis ſubeſt cauſa, vt hic: ſecunda verò, quando non ſubeſt, vt tradit Dec. in l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur. Curt. iun. conſil. 10. col. 2. Michael Craſſus de ſucceſſionib. in §. legitima, quæſt. 42. Illuſtriſſimus D. Albertus Bologuet. olim Cardinalis ampliſſ. in tractat. de lege iur. & æquitat. artic. 1. nu. 20.*

b Non comprehendit legitimam] *De hac regula ampliſſimè diſſerit Anto. Gabriel. commun. concluſ. lib. 6. in tit. de legitima, concluſ. 8. num. 2. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo ſuſceperit liberos, num. 115. C. de reuoc. donat. & docet etiam D. Guidus Pancir. Regiens in conſ. 124. nu. 20. & ſeq. & conſ. 125. nu. 19.*

c Non poteſt eis deberi legitima] *Idem tenuere multi, quos citat, & ſequitur Soc. ſen. in conſ. 288. col. 8. verſ. vltimo loco, vol. 2. Crauet. conſ. 11. nu. 13. & Boër. deciſ. 188. nu. 7. & plures ad ſatietatem in vtranq; partem recenſet Tiraquell. in tractat. de iure primogenio. quæſt. 55. nu. 3. cum multis ſeqq. & in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num. 110. C. de reuocand. donat. ampliſſimè D. Menoch. in tractat. de arbitra. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 139. per totum.*

d Verſari debet in multis] *Quæ attendi debeant in arbitranda & conſtituenda congrua dote, docent ex multis Crauet. conſ. 236. nu. 4. conſ. 552. nu. 23. & conſ. 684. nu. 7. Pariſ. conſ. 62. col. vlt. lib. 1. Rol. à Valle conſ. 86. nu. 16. vol. 1. & ample D. Menoch. in d. caſu 149. nu. 22. & ſeq. vbi nu. 24. declarat hoc ſtatutum Brixiæ. ſuper quo reſpondit D. Auctor noſter, ſuper quo reſpondit etiam Rum. conſ. 27. nu. 10. & 11. vol. 3. & de hoc etiam docet Didac. in tit. de ſponſalib. in 2. part. c. 3. §. 9. nu. 3. & Antonius de Padilla Hiſpanus in repetit. auth. res quæ, nu. 17. C. communia de legat.*

e Circa ſecundum dubium] *Idem reſpondit Alex. in conſil. 144. nu. 1. & ſeq. lib. 6. Rum. conſ. 28. col. 1. lib. 3. Roman. conſ. 411. nu. 1. & ſeq. Caſtr. conſ. 348. in antiquis, & in nouis eſt in conſil. 196. vol. 1. Iaſ. in l. tres fratres, nu. 18. ff. de pact. & alij, quos refert Tiraquell. de vtroq; retractu, tit. 1. §. 14. gloſſ. 2. nu. 11. Marcus Mantua conſ. 86. nu. 18. & amplè Albert. Brun. in tractat. ſtatut. exclud. fœmin. propter maſcul. artic. 12. nu. 257. & ſeq. vbi & alios contrarium tenentes commemorat.*

CONSIL. LVII.

ARGVMENTVM.

An per illa verba, ſi legatarii morerentur ſine deſcendentibus maſculis ex ipſis, vel ex altero ipſorum legitimè deſcendentibus, & filii ſine filiis, bona deueniunt in conſortium, legatarii videantur inuicem ſubſtituti, & ſic:

An ſubſtitutio reciproca facta vltimo morienti comprehendat omnia bona, vel vltimi defuncti tantum.

An ille, qui ſuccedit honorato, per teſtatorem grauari poſſit.

Legitima matris in bonis filii per fideicommiſſum grauati, quanta eſſe debeat ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis vſq; ad quartum gradum, mater non ſuccedat, ſed ſolam legitimam habeat.

SVMMARIA.

1 *A legatario regulariter fidei committi poteſt.*
2 *Verba conditionalia regulariter non diſponunt, fallit, vt num. 20. & 23.*
Filij poſiti in conditione an cenſeantur diſpoſitiuè vocati, an verò illis intelligatur reſeruatum ius ab inteſtato, & num. 8.
3 *Verba, ex nunc, prout ex tunc, quæ ſignificent.*
4 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium, cenſetur facta vltimo morienti.*
Quando ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, an omnes cenſeantur inuicem ſubſtituti, & num. 11.
5 *Alternatiua, vel, aliquando reſoluitur in coniunctam.*
6 *Subſtitutio fideicommiſſaria ſimpliciter facta, ac & quando cuilibet de per ſe facta eſſe cenſeatur.*
7 *Teſtator ex conſanguinitate præſumitur prædilexiſſe.*
8 *Subſtitutio directa debet fieri expreſſe, & non per coniecturas.*

Secu-

ſtcus in fideicommiſſaria, quæ etiam tacitè & per coniecturas fieri poteſt.

10 *Verbum, lego, eſt verbum obliquum.*

11 *Verbum, relinquo, eſt verbum commune.*

12 *Intellectus ad text. in l. Titia Seio, §. Seia, ff. de legat. 2.*

13 *Subſtitutio facta pluribus inſtitutis poſt mortem omnium in tota hæreditate, facit, vt inter illos cenſeatur inducta reciproca ſubſtitutio.*

14 *Intellectus ad text. in l. Lucius, §. Gaio, ff. ad Trebell. & in l. fin. §. filium, ff. de legat. 2.*

15 *Intellectus ad text. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*

16 *Nominati in teſtamento præſumuntur prædilecti à teſtatore.*

17 *Ius legitimarum hæreditatum inter eos videtur conſeruatum, in quibus cadere poteſt.*

18 *Hæreditas filij quantum ad matrem dicitur legitima ſucceſsio, & econtra.*

19 *Ex ſeparatu non fit bonaillatio.*

Subſtitutio quando eſt facta pluribus in rem, vt vltimo morienti ſuccedatur, teſtator videtur eos inuicem ſubſtituiſſe.

21 *Legata & fideicommiſſa hodie æquiparantur.*

Legata & fideicommiſſa etiam ex tacita mente teſtatoris, & ex coniecturis relinqui poſſunt.

22 *Intellectus gloſſ. in l. Lucius 2. ff. de hæred. inſtitut.*

24 *Ea, quæ non proſunt, ſingula multa iuuant.*

25 *Pater præſumitur benè diſponere pro filijs ſuis.*

Pietas paterni nominis plerunq; conſilium pro liberis capit.

26 *An ille, qui ſuccedit honorato, per teſtatorem grauari poſsit, & num. 28.*

Quem non honoro, onerare non poſſum.

27 *A legatario an legari vel fideicommitti poſsit, & nu. 29.*

30 *Legatarius certę partis bonorum nullam detrahit Falcidiam vel Trebellianicam.*

Trebellianicam nemo detrahere poteſt, niſi ille, qui eſt hæres directus.

31 *Legitima matris in bonis filij quanta eſſe debeat, ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis vſq; ad quartum gradum mater non ſuccedat, ſed habet legitimam duntaxat.*

32 *Ab inteſtato, in quibus bonis dicatur ſuccedi illi, qui alteri grauatus eſt, hæreditatem reſtituere.*

33 *Argumentum à contrario ſenſu eſt validum in iure, fideicommiſſarius dicitur teſtatori, & non hæredi grauato ſuccedere.*

34 *Id quod ex fideicommiſſo debetur, deducitur tanquam æs alienum.*

35 *Mater de iure communi filio ſuccedit pariter cum alio filio vtrinq; coniuncto.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Difficultas primi dubii conſiſtit in hoc: An nobilis & ſtrenuus miles d. Philippus de la Molza, relinquendo in codicillis ſuis poſſeſſionem ſuam, ſitam in territorio Caſtelluculi, diſtrictus Mantuæ, alteri prius relictam in hęc verba: videlicet dictum legatum mandauit deuenire debere in & ad Zachariam, & Antonium conſanguineos ſuos. Salua ſemper, & reſeruata conuentione, ſeu additione inf[...]a ſcripta, videlicet, quod ſi prædicti Zacharias & Antonius fratres decederent ſeu morerentur ſine hæredibus maſculis ex ipſis, vel altero ipſorum legitimè deſcendentibus, vel ipſi hæredes in pupillari ætate, vel quandocunq; ſine filiis maſculis ex ipſis, vel aliquo ipſorũ legitimę deſcendentibus morerentur, tunc, & ex nunc, prout ex nunc, voluit & mandauit prædictus D. Philippus, dictam poſſeſſionem in totum deuenire debere in & ad conſortium S. Mariæ. Et ſic ex nunc, prout ex tunc, caſu prædicto adueniente, prædictus D. Philippus prædictam poſſeſſionem dicto conſortio iure legati reliquit, atq; legauit, &c. Videatur dictus D. Philippus, dictos Zachariam & Antonium, & eorum hæredes maſculos, videlicet, ſecundum Zachariam & Philippum iuniorem inuicem ſubſtituiſſe, ita vt mortuo ſecundo Zacharia ſine deſcendentibus maſculis Philippus eius frater admittatur ad totum dictum legatum dictæ poſſeſſionis. Et pro huius difficultatis declaratione duo ſunt examinanda: Primum eſt, an per dicta verba dictus D. Philippus codicillator voluerit dictos Zachariam & Philippum fratres inuicem ſubſtituiſſe in dicto legato. Secundo, poſito, quod ſic, an illud
1 in caſu noſtro facere potuerit. † Circa primum dubium, an per illa verba, ſi legatarii morerentur ſine deſcendentibus maſculis ex ipſis, vel altero ipſorum legitimè deſcendentibus, & filii ſine filiis, deueniat in conſortium, videantur inuicem ſubſtituti, ita quod cõiunctim excludantur, & ſic, an ſubſtitutio reciproca facta vltimo morienti, comprehendat omnia bona, vel bona vltimi defuncti, licet à legatario regulariter fideicommitti poſſit, *vt l. vt hæredibus, in princ. ff. de legat. 2. & Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis*: tamen prima facie videtur dicendum in caſu noſtro, quod ipſe codicillator noluerit, quia prædicti Zacharias & Philippus fratres non ſunt vocati diſpoſitiuè per codicillatorem, ſed conditionaliter tantũ videntur nominati, dum in codicillis dicitur, quod ſi prædicti Zacharias & Antonius decederent ſine hæredibus maſculis ex i-
2 pſis deſcendentibus, &c. † quæ verba conditionalia regulariter non diſponunt, *l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*, & ideo ipſi hæredes non videntur ſubſtituti, ſed videtur eius reſeruatum ius legitimarum hæreditatum in ſuccedendo ab inteſtato, ſecundum gloſſ. ordinariam, *in l.*
* *Lucius 2. ff. de hæred. inſtit. quæ communiter * tenetur per Doctor. vt dicit Paul. de Caſtr. in conſ. ſuo 354. & in conſil. 234.* qui dicit, quod opinio dictæ gloſſ. eſt commu-
* nis * ſententia Doctor. & iſtam opinionem ſemper ſui ſecutus, tàm in legendo, quàm in conſulendo, & ita alias iudicari feci, licet multi alii tenuerint contrariũ, quod non examino, ex quo in iſto puncto non erit fundamentum mecum in deciſione huius dubii. Item, quia codicillator videtur reliquiſſe fideicommiſſum à primis legatariis, & non ab eorum hæredibus, conſortio tantum ſub duplici conditione alternatiua, videlicet, ſi ipſi primi legatarii deceſſerint ſine hæredibus maſculis, vel eorum filii ſine filiis, vt not. Bart. eleganter *in l. centurio, in vlt. quæſt. 3. quæſt. principalis, ff. de vulgar. & pupill.*

& in l. ſed & ſi ſit. ff. de legat. 3. etſi non videtur hære-
des inuicem ſubſtituiſſe, ex quo eos non onerauit
ſibi aliquid relinquendo, l. ab eo, C. de fideicommiſſ. Et
hoc teuendo effectus huius eſſet, quod ſi eſſemus in
caſu, quo aliqua Trebellianica detrahi poſſet de fi-
deicommiſſo, detraherent prius vocati ſcilicet le-
gatarij, & non eorum hæredes; & pro hoc facit o-
ptime quia codicillator dixit; & caſu adueniente di-
ctæ ſubſtitutionis ipſe ex nunc prout ex tunc relin-
3 quebat dicto Conſortio, † quæ verba ex nunc pro-
ut ex tunc ſignificant ita; ſcilicet dictio ex nunc ſi-
gnificat actum verbi prolati; & dictio ex tunc ſigni-
ficat effectum verbi conſummati, vt dicit Bal. in c. 1.
in 5 col. in fin. in tit. de milite, & vaſallo, qui contumax eſt,
in vſibus feudorum, & per Bart. in l. ſi is qui pro emptore, in
§. quaſi principali verſ. ſecundo ad aliud de facto contingens
ff. de vſucap. pro emp. & per Bald. in auth. contrarium roga-
tus in princip. C. ad Treb. & in l. Gallus, §. nunc de lege in
princ. ff. de liber. & poſth. & per Ang. in l. 1. in fin. C. de codi-
cillis, & in d. l. Gallus in prin. & in l. huiuſmodi, ff. de verb.
oblig. & per Lud. in l. lecta, ff. ſi cert. pet. & per Canoniſtas
in c. præterea extra de appel. cum multis ſimil. Et ſic prin-
cipium relictum eſt ab ipſis primo nominatis, ſcili-
cet legatarijs, & finis & effectus eſt, tempore, quo
morerentur ipſi vel eorũ hæredes ſine deſcenden-
tibus maſculis, & ſic ſubſtitutio ſolum videtur eſſe
facta primo nominatis in legato, non autem hære-
dibus ſuis, vel eorum hæredibus. Sed his non ob-
ſtantibus teneo quod d. Dominus Philippus codi-
cillator per dicta verba codicillorum voluerit non
ſolum ſubſtituere conſortium legatariis primò no-
minatis, ſed etiam voluerit hæredes legatariorum,
& eorum hæredes inuicem ſibi ſubſtituere. Quod
4 poteſt ſic probari, † nam quando ſubſtitutio eſt
facta poſt mortem plurium videtur eſſe facta vlti-
mo morienti, vt l. codicillis in prin. ff. de vſufructu legato,
& ibi, hoc not. Bart. Sed quando eſt facta ſubſtitutio
a vltimo morienti, a omnes cenſentur inuicem ſub-
ſtituti, vt l. Titia Seio, §. Seia. ff. de legat. ſecundo. In caſu
autem noſtro ſubſtitutio videtur eſſe facta vltimo
morienti, quod patet, quia illa ſubſtitutio habet du-
os gradus. Primus eſt in perſonis Antonij, & Zacha-
riæ legatariorũ, puta ſi deceſſerit Zacharias & An-
tonius ſine hæredibus deſcendentibus ex ipſis, vel
altero ipſorum, & iſte gradus in illa alternatiua, vel
altero ipſorum intelligitur, ſi omnes habuerint, vel
habere potuerint deſcendẽtes ex eis, & deceſſerint
omnes; vel nullos habuerint, vel ſi vnus tantum i-
pſorum habuerit, vel habere potuerit deſcenden-
tes & illi deceſſerint, etiamſi alius nõ habuiſſet, vel
habere non potuiſſet deſcendentes, ſubſtitutio lo-
5 cum habeat, † quia illa alternatiua relata ad præ-
cedentia verba ſine hæredibus, eſt negatiua, & re-
ſoluitur in coniunctam, & vtrunque requiritur, vt
diſpoſitiones locum habeant, vt probatur in l. ſi is qui
ducenta, in §. cum ita, & in §. vtrum, ff. de rebus dubiis, &
ſentit Bart. in l. quidam teſtamento, ff. de vulg. & pup. &
ibi hoc expreſſe not. Ang. Secundus gradus eſt in perſo-
nis hæredum legatariorum, qui ſimiliter debet in-
telligi, cum ſit formatus ſub eadem conditione al-
ternatiua negatiua. Et reſoluendo illas alternatiuas
negatiuas in affirmatiuas à contrario ſenſu, vult te-
ſtator, quod ſi dicti Antonius, & Zacharias more-
rentur cum hæredibus deſcendentibus ex eis, vel
aliquo eorum, quod conſortium non admittatur
ex ſubſtitutione. Et ſic vult ad hoc vt conſortium
admittatur ex ſubſtitutione, vtrumque locum ha-
beat, & ſic in vtroque ſit purificata conditio, ſcilicet
quod moriantur dicti duo legatarij ſine aliquo hæ-
rede deſcendente, & ſimiliter ſi habuerint hære-
des deſcendentes, & illi omnes morerẽtur ſine ali-
quo hærede, quod tunc admittatur conſortium, &
ſic conſortium eſt ſubſtitutum in caſu, quo nullus
reperiatur hæres ex deſcendentibus legatariorum
vel eorum hæredum; quod habere locum non po-
teſt, niſi vltimo moriente, quia tunc demum ſciri
poteſt, an omnes mortui fuerint ſine deſcendenti-
bus. Si ergo mortuus eſt vnus videlicet Zacharias
frater Antonij etiam ſine hæredibus deſcendenti-
bus, non vocat conſortium; quia alius ſcilicet An-
tonius eius frater potuiſſet mori cum hæredibus
deſcendentibus, ſicut fecit, & ſic vtrumque non
interuenit, vt d. lex ſi is qui ducenta, §. 1. Similiter i-
dem eſt dicendum de Zacharia ſecundo filio d. An-
tonij; nam licet ſit mortuus ſine hæredibus deſcen-
dentibus maſculis ex eo; tamen quia Philippus eius
frater poſſet mori cum liberis, & ſic non haberet
locum ſubſtitutio facta de conſortio; Ideo interim
conſortium non admittitur, quia debet exſpecta-
re, vt ſcilicet moriatur etiam Philippus ſine liberis;
tunc ipſi vltimo morienti tantum ſuccedet, & ita
vult Ang. in effectu, in d. l. quidam teſtamento, ff. de
6 vulg. & pup. † Et per hoc non obſtat, l. fin. §. filiam,
ff. de leg. 2. & l. Lucius, §. Gaio, ff. ad Treb. vbi videtur pro-
bari, quod quando ſubſtitutio eſt ſimpliciter facta
duobus per fideicõmiſſum, videtur cuilibet de per
ſe facta ſubſtitutio. Quia hic apparet de contrario
propter alternatiuam negatiuam, quæ reſoluitur in
7 coniunctam, vt not. Ang. in d. l. quidam teſtam. † Item
quia ex conditione perſonarũ, quibus reliquit, ve-
riſimile eſt, ipſos conſortio ſubſtituto prædilexiſſe,
ex eo, quod ipſi ſunt conſanguinei ipſius codicilla-
toris, argu. eorum quę habentur per Bart. & Ang in d.
l. quidam teſtam. Concludo itaque, quantũ ad iſtam
maiorem propoſitionem, quod ſubſtitutio facta de
conſortio cenſetur fuiſſe facta tantum vltimo mo-
8 rienti ſine liberis. † Si ergo eſt facta tantum ſubſti-
tutio vltimo morienti, videndũ eſt ſi teſtator pro-
pter hoc videtur voluiſſe ſubſtituere hæredes di-
ctorũ legatariorum, & hęredes hæredum inuicem;
an vero videatur eis reſeruaſſe ius legitimatum hæ-
reditatum. Et dico quod videtur eos voluiſſe inui-
cem ſubſtituere per d. l. Titia Seio, §. Seia, ff. de l. 2. & ita
vult ibi Bart. & Paul. de Caſt. in l. pen. cũ quidam, C. de im-
puber. & aliis ſubſtitut. vbi dicit de hoc eſſe caſum ſin-
gularem in dicto §. Seia. Nec obſtat d. l. cum quidam,
vbi ſubſtitutio non cenſetur fieri inuicem, etiam
per illa verba ſi omnes, vel vterque in pupillari æta-
te deceſſerit, quia ſecundum Pau. de Caſtr. ibi, illa l.
9 cum quidam, loquitur in ſubſtitutione directa, † quę
debet fieri expreſſe, & nõ per coniecturas, vt l. iube-
mus, C. de teſtam. & non poſſet in caſu noſtro, vel, in
dict. l. cum quidam, dici facta expreſſe, ſed ſolum per
coniecturas, quod eſſe non poteſt, quando eſt dire-
cta ſub-

cta ſubſtitutio, *vt dixi per di.l.iubemus.* Sed ſecus eſt in
fideicommiſſaria, quæ fuit in caſu noſtro, vt paret
ex verbis codicillorum, quia fideicommiſſaria ſub-
ſtitutio bene poteſt fieri, & reſultare ad inuicem
per hæc verba, ſi ambo, ſi vterque, vel ſi omnes de-
ceſſerint ſine liberis, volo quod hæreditas mea re-
ſtituatur tali, nam tunc inuicẽ videotur tacite ſub-
ſtituti, & ſic duo gradus facti vnus tacitus ad inui-
cem, alter expreſſus, & iſte eſt caſus ſingularis in di-
cto §. Seia, quia fideicommiſſaria ſubſtitutio bene
poteſt fieri tacitè, & per coniecturas, *l.cum propone-
retur. ff. de leg.2. & ibi hoc vult gloſſ. fin. in fin.* ibi poſita
dum ſignat pro contraria, *d.l.iubemus. C. de teſtamen-
tis*, & non ſoluit, ſed Doctores antiqui ſoluebant
hoc modo, vt dixi, & probatur, *in l.vnum ex familia.
§.fin.de legat.2.& ibi not.& in l.nutu.ff.de legat.3.& dicit
D.Pau.de Caſt.in dicta l.cum quidam.* qui tunc habebat
de facto cõſulere ſuper iſto facto in ardua quæſtio-
ne tranſmiſſa de Bononia, an inuicem videantur ta-
cite ſubſtituti per hæc verba, ſi omnes decederent
ſine liberis, volo bona mea inter pauperes diſtri-
bui, ſicut fuit in caſu noſtro in effectu, vt ſupra de-
claraui, quæ quæſtio ſecundum eum deciditur, *per
d.§.Seia, & ita tenet etiam Paul.de Caſt.in conſil.ſuo 354.*
quod incipit: In Chriſti nomine amen. Duo ſunt vi-
10 denda. † Nec obſtat, ſi dicatur etiam ſi iſta opinio eſ-
ſet vera, tamẽ in caſu noſtro fuit ſubſtitutio directa,
quia codicillator in fine dixit, ex nunc prout ex tunc
legauit atque reliquit, quæ verba videntur eſſe di-
recta, *arg. tit.de legatis ff.& C.& Inſt.& tit. de fideicom-
miſſis.coniuncta l.ſi idem. C.de codicillis.* quia reſponde-
tur, quod imo verbum hoc legauit, eſt verbum ob-
liquum, & non directum, *vt probatur in. l.cum ex filio
in prin.& ibi hoc not.Bal. ff. de vulg.& pupill.* & maxime
cum iſtud legatum deberet habere effectum quan-
tum ad conſortium, niſi poſt mortem omnium, vt
dixi, & ſic debet capi de manu alterius, vt dixi pro-
pter illa verba, ex nunc prout ex tunc, & probatur,
11 *in d.l.cum ex filio.circa fin.* † verbum etiam, relinquo,
eſt verbum commune, *vt not.in.l.his verbis in prin.ff.de
hæred. inſt.& per Doct. in l.centurio, de vulg. & pup.* Nec
obſtat. *l.vel ſingulis. ff. de vulg.& pup.* vbi quando ſub-
ſtitutio fit vltimo morienti teſtator videtur inter
eos reſeruaſſe ius legitimarum hæreditatum, quia
illa lex procedit in ſubſtitutione pupillari, quæ eſt
directa. *l. verbis ciuilibus. ff. de vulg & pup.* ſed nos lo-
quimur in ſubſtitutione fidecommiſſaria, & ratio-
nem differentiæ aſſignaui, quia directa debet fieri
expreſſe, fideicommiſſaria poteſt fieri tacite, & per
coniecturas comprehendi, & ita tenet Pau.de Caſt.
in dicto conſ. 354. vel poteſt reſponderi vt dicetur
12 etiam infra in verſ. præterea. † Nec obſtat ſi dica-
tur, quod dicta lex Titia Seio. in §.Seia, non probat
dictam opinionem, quia ſecundum Bal. *in l.ab eo.C.
de fideicommiſſis*, non probat, quoniam ibi grauatus
fuerat honoratus. Vel ſecundum Io.de Imola, *in l.
centurio.ff. de vulg. & pup. & in cap. Raynutius extra de
teſtam. aliter reſpondetur ad d.§. Seia*, quod ibi præce-
debat diſpoſitio facta ſuper certa re duobus, nam ſi
grauatur alter ipſorum, qui vltimo deceſſerit, ad
reſtituendam illam rem tertio, quoniam tunc vide-
tur fideicommiſſum reciprocum eſſe inductum in-
ter illos duos, ſcilicet, vt præcedens intelligatur
grauatus de reſtituendo partem ſuã ſuperſtiti, me-
rito ille ſuperſtes, cum vltimo decederet, potuit in
totum grauari, *per.d.§.Seia.* Iſte tamen intellectus i-
dem in effectu videtur eſſe cum intellectu Bal. *in d.
l.ab eo.* Quoniam ad hoc poteſt reſponderi, quod li-
cet, *in d.§.Seia*, loquatur text.de his, qui erant hono-
rati legato, tamẽ idem eſt dicendum in caſu noſtro,
quia ex quo teſtator non vocauit conſortium, niſi
omnibus mortuis ſine hæredibus deſcendentibus
maſculis, & tunc vltimo morienti ſubſtituerit, vide-
tur quod vno prius moriente, alter admittatur, &
ſic viderentur inuicẽ ſubſtituti, ex quo videtur hoc
poſſe comprehendi ex coniecturis, ex tacita mente
defuncti, dum voluit vocari conſortium, niſi o-
mnes morerentur ſine deſcendentibus maſculis, vt
ſupra dixi: & idem vult Paul. de Caſt. *in l.vel ſingulis.
ff.de vulg.& pup.* Præterea ſubeſt alia ratio manifeſta,
per quam colligitur, quod iſta fuerit mens tacita i-
pſius codicillatoris, quia dixit quod omnibus lega-
tariis morientibus ſine deſcendentibus, vel ſui de-
ſcendentes ſine deſcendentibus, reliquit tunc con-
ſortio, & voluit quod tunc dicta poſſeſſio in totum
13 deuenire deberet in dictum conſortium, † nam
ex quo voluit, vt in totum deueniret dicta poſſeſſio
in conſortium, omnibus aliis deficientibus, vno de-
ficiente ſine deſcendentibus, alter, qui ſupereſt, de-
bet admitti iure ſubſtitutionis, quia alias non poſ-
ſet in totum deuenire in conſortium, ſi deueniret
pars primi morientis ad patrem, & in portione vlti-
mi morientis nõ reperiretur tota, Et iſta fuit inten-
tio Bart *in l. quidam teſtamento. ff. de vulg & pup.& ita
etiam voluit Bart.in d.l. Titia Seio.in §.Seia. in fin.ff.de le-
gat.2.* Et idem tenet Bal.*in d. l. vel ſingulis.ff. de vulg. &
pup.* qui dicit, quod vbi vltimus moriens fuit roga-
tus de reſtituẽdo toto, tacite apparet, quod teſtator
voluit in eum confluere partes reliquorum, & ita
loquitur. *§.Seia. aut non totum, & loquitur l.vel ſingulis
& idem tenet ipſe Bal.in d.§. Seia in fin & Pau. de Caſt.in
d.conſil.ſuo 354.& in d.l.vel ſingulis.* & ibi etiam hoc te-
net Ang. qui ſubdit, quod ſemper vidit practicari
ſubſtitutionem reciprocam intelligi, quando per
mortem vltimi totum debet peruenire ad ſubſtitu-
14 tum, ſicut fuit in caſu noſtro. † Nec obſtat *l.fin.§ fili-
am.ff.de legat.2.& l.Lucius.§.Gaio.ff.ad Treb.& l.hæredes
mei.in.§.cum ita eod. tit.* vbi eſt facta ſubſtitutio vlti-
mo morienti de tota hæreditate, quia etiam in his
caſibus, non videtur inuicem facta ſubſtitutio, licet
vltimus moriens ſit grauatus de reſtituendo totam
hæreditatẽ, & hoc videtur tenere Ang *in l. cum qui-
dam.ff.de vulg.& pup.* Quia *in dicta l. Lucius, in §.Gaio.*
non erat expreſſum, quod tota hæreditas relicta il-
lis, quibus eſt facta ſubſtitutio deueniat in ſubſtitu-
tum, ſed ſimpliciter, vt voluit Bart. *in d.l. quidam te-
ſtamento.ff.de vulg.& pup.* Vel poteſt aliter reſponde-
ri, quod ibi erant grauati ſimpliciter poſt mortem
eorum. In caſu autem noſtro erant grauati copula-
tiue omnes, quæ copula colligitur ex alternatiua
negatiua, vt dixi, & ita intellexit etiam, *Ang.in dicta.
l.quidam.teſtamento.ff. de vulg.& pup.* & eodem modo
15 poteſt reſponderi, *ad.l.fin.§.filiam.ff.de legat.2.* † Non
obſtat *l.hæredes mei.§.cum ita ff.ad Treb.* vbi ſuccedens

vltimo morienti non capit omnia bona, ſed ſolum
partem vltimi morientis, quia ibi ſupererat perſo-
na, quæ ex tacita mente defuncti excludebat ſubſti-
tutum, quia filius primus moriens reliquit filium,
qui excludit ſubſtitutum, quia non eſt veriſimile,
quod teſtator voluerit excludere nepotem ex filio,
propter nepotem; *vt ibi etiam not. per Bartol. & alios*
Doct. Vnde ſi non fuiſſet ſuperſtes ille nepos; illa li-
tera à cõtrario tacite vult, quod ſubſtitutus habuiſ-
ſet totum, & inſtituti viderentur fuiſſe tacite ſubſti-
tuti inter ſe, *arg. d. l. Titia, Seio. §. Seia. de leg. 2.* Sed in ca-
ſu noſtro non ſupereſt perſona, quæ ex tacita men-
te defuncti excludat ſubſtitutum; quia mater Za-
chariæ vltimo loco defuncti, ſola proximior ſuper-
eſt; quia præſumitur teſtator magis dilexiſſe con-
ſanguineos ſuos, & eorum hæredes quam matrem
16 prædictam; † tum quia illi ſunt in teſtamento no-
minati, *arg. l. 1. cum ibi not. C. de impuber. & aliis ſubſtit.*
& l. Publius Mævius, §. 1. ff. de condit. & demonſt. tum quia
ipſi ſunt conſanguinei codicillatoris, & non mater,
& maior affectio habetur in conſanguineos, quã in
extraneos vt de ſe patet. Nec obſtat etiamſi dice-
retur, non ſequitur, codicillator voluit, vt vltimo
moriente, poſſeſſio in totum deueniat in Conſor-
tium; ergo propter hoc videtur deſcendentes ex le-
17 gatariis inuicem ſubſtituiſſe, † quia in his, in qui-
bus poteſt cadere ius legitimarum hæreditatum, il-
lud videtur inter eos conſeruatum; *vt l. vel ſingulis. ff.*
de vulg. & pup. coniuncta l. pen. C. de impuber. & aliis ſub-
ſtit. In aliis vero extraneis, quibus eſſet facta ſubſti-
tutio cum expreſſione nominis collectiui; ſi diuer-
ſis temporibus morerentur, non cenſeretur reſer-
uatum ius legitimarum hæreditatum, ex quo inter
eos non eſt. Vnde portio primi ſine hærede dece-
dentis, ſtabit in ſuſpenſo, & penes hæredes illius; &
ſi poſtea alter ſine liberis morietur, ambas ex ſubſti-
tutione habebit ſubſtitutus, vt ſingulariter dicit
Paul. de Caſtr. *in l. qui duos, in fin. 1. col. ff. de vulg. & pup.*
qui dicit hoc eſſe menti tenendum; quia eſt ſubtile,
& à nemine declaratum. Ex quibus videbitur, quod
aut ſit reſeruatum ius legitimarum hæreditatum; &
ſic mater etiam admittetur cum altero filio ab inte-
18 ſtato, † quia etiam hæreditas filij quantum ad ma-
trem, *vt l. 2. in fin. cum l. ſeq. ff. vnde legitimi, & habetur*
per gl. & Doct. in l. 1. in princ. C. qui admitti ad bon. poſſeſſ.
poſ. & per Salic. in rubr. C. vnde legitim. Vel quod hære-
ditas ſtet in ſuſpenſo pro parte Zachariæ vltimo lo-
co defuncti, donec videatur, ſi alter eius frater mo-
rietur ſine liberis, & ſic interim debet illa pars de-
uenire ad hæredes Zachariæ, & ſic etiã ad matrem.
Quia ad hoc reſponderi poteſt, quod *d. l. vel ſingulis.*
& d. l. pen. loquuntur in ſubſtitutione directa non in
fideicommiſſaria; & loquuntur quando ſimpliciter
fuit facta ſubſtitutio, ſecus ſi de omnibus bonis. Ad
dictum D. Pauli qui loquitur etiam in fideicommiſ-
ſaria ſubſtitutione facta extraneis, Reſponderi poſ-
ſet eodem modo, vt dixi in ſecunda ſolutione præ-
cedenti; quia in caſu D. Pauli non fuit facta ſubſtitu-
tio de omnibus bonis ſicut in caſu noſtro. Præterea
etiam quando non eſſet facta ſubſtitutio de omni-
bus bonis vltimo morienti per fideicommiſſum, &
appareret teſtatorem noluiſſe ſubſtitutum admitti,
niſi omnes eſſent mortui ſine liberis, vt fuit in caſu
noſtro videntur inuicem ſubſtituti, vt ſupra dixi ſe-
cundum Paul. de Caſt. *in d. l. pen. C. de impuber. & aliis*
ſubſt. & in conſ. ſuo 354. cum ſimilib. ſupra ad hoc allegatis.
Præterea etiam poteſt dici quod ſubſtitutio nõ fuit
facta extraneis in caſu noſtro, ex quo fuit facta fra-
tribus & cõſanguineis. Et ſic doctrina dicti D. Pauli
in d. l. qui duos, in quantum loquitur de extraneis; li-
cet ſit multum dubitabilis, apud me tamen nõ ob-
ſtat, quia loquitur in alio caſu quam in caſu noſtro,
vt patet ex prędictis, & ſic nõ concludit contra præ-
19 dicta, † quia ex ſeparatis nõ fit illatio, nec ex eis eſt
arguendum *l. Papinianus exuli. ff. de minor. cum ſim.* Poſtre-
mo poteſt confirmari prædicta concluſio, quod fi-
lij legatariorum videantur inuicẽ ſubſtituti, alia ra-
tione; quia quando ſubſtitutio eſt facta in rem, &
vltimo morienti ſuccedatur; teſtator videtur vo-
luiſſe eos inuicem ſubſtituere vt habetur per Bald.
& Salic. *in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtitut.* ſed ita
eſt in caſu noſtro, quia codicillator dixit, quod poſ-
ſeſſio in totum deueniat in Conſortium, &c. & ſic
eſt ſubſtitutio in rem, & quocunq; vadit res trans-
it cum onere fideicommiſſi, ſicut lepra ſequitur le-
proſum; vt not. gl. *in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb.* &
maxime hoc procedit quando ſubſtitutio eſt facta
vltimo morienti in omnibus bonis, ſicut fuit in ca-
ſu noſtro in tota poſſeſſione, per ea, quæ dicta ſunt
20 ſupra. † Nec obſtat prædictæ concluſioni, quod di-
xi ſupra in principio, quod illa verba ſi deceſſerint
ſine hæredibus maſculis ex eis, vel aliquo eorũ de-
ſcendentibus, vel ipſi hęredes ſine deſcendentibus,
&c. ſunt conditionalia, ergo nõ diſponunt, quia re-
ſpondeo, quod licet verba conditionalia regulari-
ter non diſponant, *vt l. ſi quis ſub condit. ff. ſi quis omiſſa*
cauſa teſta. tamen hæc regula fallit, quando appare-
ret de contraria voluntate defuncti, qui voluerit, vt
diſponerent, quia tunc bene poſſunt diſponere, vt
probatur, *in l. ſi ita ſtip. in prin. ff. de ope. lib.* & iſtud eſt
de mẽte Bar. qui loquitur in caſu quæſtionis noſtræ;
in l. centurio in vlt. q. tertiæ quæſtionis principalis. ff. de vulg.
& pup. & de mente Bal. in l. maximum vitium. C. de liberis
præteritis, qui dicit, *per dictam l.* ſi ita, quod verba con-
ditionalia aliquando rediguntur in diſpoſitionem
ex mente legis; & probatur, *hoc in l. fideicommiſſ. §.*
cum eſſet. ff. de legat. 3. & ibi hoc not. Bald. & in mul-
tis aliis iuribus, in quibus habetur, quod verba con-
21 ditionalia aliquando diſponunt; † & maxime iſtud
locũ habet in caſu noſtro, quia ſumus in fideicom-
miſſis ſeu legatis, quæ hodie æquiparantur. *l. 1. cum*
ibi not. ff. de leg. 1. & l. 1. C. communia de legatis cum ſimil.
quæ poſſunt fieri etiam tacite ex præſumpta mente
defuncti; quæ mens poteſt colligi etiam per conie-
cturas, *l. cum proponeretur. ff. de lega. 2. vt ſupra dixi.* Sed
per coniecturas poteſt comprehendi, vt codicilla-
tor voluerit eos inuicem ſubſtituere, ex quo ſubſti-
tuit vltimo morienti; & voluit, quod tota poſſeſſio
deueniret ad conſortiũ per ea, quæ dicta ſunt ſupra
22 † Nec obſtat gloſſ. *in l. Lucius 2. ff. de hæred. inſtitut.*
quia illa loquitur, quando ſimpliciter eſſet facta
ſubſtitutio in primo gradu, ſi hæres inſtitutus de-
ceſſerit ſine liberis, quia tũc liberi nõ videntur ſub-
ſtituti, ex quo ſunt ſimpliciter poſiti in conditione.

Secus

Secus quando etiam deſcendentes in ſecundo gra-
du ſunt nominati, vt in caſu noſtro, quia tunc vi-
dentur inuicem ſubſtituti, & grauati tacite vt nota.
Barto. *in dicta l. centurio in vltima quaſtione tertia quæ-
ſtionis principalis, ff. de vulg. & pupil. & in l. ſed & ſi ſic, ff.
de legat. tertio*, licet Bald. dubitauerit, & non decide-
rit, quia pendebat tunc de facto, *in l. vnica in §. pro ſe-
cundo, C. de cadu. toll.* & probatur hoc ex his, quæ di-
23 cta ſunt ſupra. † Nec obſtat ſi diceretur, verba con-
ditionalia de per ſe non diſponunt, & ſic poſito in
conditione non ſunt inuitati ex teſtamento, *per di-
ctam l. ſi quis ſub conditione.* Item grauati ſolummodo
non videntur inuitati, *l. ab eo, C. de fideicommiſſis*, quia
dato quod eſſet verum in quolibet caſu de per ſe, ta-
men quando hi duo caſus ſimul concurrunt, vt eſt
in quæſtione noſtra, videntur hæredes deſcenden-
tium in ſecundo gradu inuitati, & grauati per fidei-
24 commiſſum, quia † & quæ non proſunt ſingula,
multa iuuant, *iuxta not. in auth. itaque, C. communia
de ſucceſſ. & in l. inſtrumenta, C. de probat. cum ſimilibus
facit l. cohæredi, §. fin. ff. de vulg. & pupil. & l. etiam, §. ſi li-
bertus, ff. de bonis liber. & l. proculus, ff. de vſufruct. & ita
reperio ſolemnem Doctorem Du. Iac. Petrutium de Peruſio
alias ſaluaſſe opi. Barto. in dicta l. centurio, & facit etiam
l. baliſta, cum ibi not. ff. ad Trebell.* Et ego ſuſtinendo
hanc ſuam rationem, aſſigno aliam rationem diffe-
rentiæ in hoc, an ſimul illæ diſpoſitiones condi-
tionales concurrant, an vero ſit vna tantum, quia
ſi eſt vna tantum, nunquam reteſt ſubſtituti, nec teſta-
toris ſi grauato mortuo cum liberis, liberi non ſuc-
cedant, ratio, quia ſubſtitutus remanet omnino
exclusus, deficiente conditione teſtamenti, nec in-
tereſt teſtatoris, quia confidit de voluntate primi
25 inſtituti, † qui præſumitur bene diſponere pro
ſuis filiis, *arg. l. Lucius 2. in fin. ff. de hæred. inſtit.* quia ple-
runque pietas paterni nominis conſilium pro libe-
ris capit, *vt l. nec in ea. §. ius occidendi, in fin. ff. de adulte-
riis.* Secus quando duæ diſpoſitiones conditionales
ſimul concurrunt in eadem diſpoſitione fideicom-
miſſaria, quia intereſt ſubſtitui expreſſe, vt ſucce-
dentes in ſecundo gradu inuicem ſint ſubſtituti, ad
hoc, vt ſuccedendo vltimo morienti, habeat totum
fideicommiſſum, quod non haberet, ſi poſiti in ſe-
cundo gradu conditionaliter non eſſent ſubſtituti,
& alii ſuccederent, vel poſſent alienare, nec eſſet
ſatisfactum intentioni teſtatoris maxime in caſu
noſtro, in quo voluit, vt tota poſſeſſio relicta de-
ueniret in conſortium, ſi etiam vltimus morere-
tur ſine liberis, ex coniectura ergo defuncti vide-
tur dicendum, quod teſtator, vel codicillator volu-
erit, poſitos in conditione in ſecundo gradu inui-
cem ſubſtituere, ad hoc vt tota poſſeſſio poſſit per-
uenire in conſortium, ſi vltimus moreretur ſine de-
ſcendentibus maſculis. Et iſtud videtur ſatis ratio-
nabile, & æquũ. Nec obſtat, dum dixi ſecundo loco
quod imo codicillator videtur fideicommiſſum re-
liquiſſe à primis legatariis, & non ab eorum hære-
dibus, ſub duplici conditione, ſi ipſi primo legatarũ
deceſſerint ſine hæredibus, deſcendentibus vel ipſi
hæredes ſine hæredibus, &c. *vt not. Bart. in dicta l.
centurio, & in l. ſed & ſi ſic, ff. de legat. 3. & Bald. in l. pre-
cibus in penul. colum. in fin. C. de impuber. & aliis ſubſtit.*
quia licet iſta ſit vna via iudicandi voluntatem de-
functi, tamen alia in caſu noſtro videtur verior, ma-
xime cum iſta concurrant, videlicet quod vltimo
morienti ſit facta ſubſtitutio, & quod teſtator ex-
preſſe voluerit, vt tota poſſeſſio relicta deueniat in
conſortium, ſi omnes morerentur ſine liberis, &
vnus mortuo ſuperfuerit, qui ex præſumpta men-
te defuncti excluderet ſubſtitutum, & etiam alium,
puta matrem defuncti, per ea, quæ plene ſupra di-
cta ſunt. Et his concurrentibus in caſu noſtro te-
neo, quod tutius ſit iſtam opinionem ſequi, tan-
* quam magis communem, * & conſonam iuri, &
voluntati defuncti codicillantis, & ſic concludo i-
26 ſtam fuiſſe mentem codicillantis. † Circa Secun-
dum dubium poſito, quod in dubio præſumen-
dum ſit, codicillatorem voluiſſe dictos deſcenden-
tes in ſecundo gradu inuicem ſubſtituere, an ipſe
potuerit hoc facere: Et dubium facit, *l. ab eo. C. de
fideicommiſſis*, vbi habetur, quem non honoro non
poſſum onerare. Sed dictus Zacharias iunior vlti-
mo loco mortuus, non fuit honoratus aliquo lega-
to, quia fuit nominatus ſub conditione, quæ diſpo-
ſitionem nõ inducit, *d. l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis
omiſſa cauſa teſtam.* Et ſi quid habuit de bonis codi-
cillantis, quo ad dictam poſſeſſionem, videtur po-
tius habuiſſe à fortuna, vel à caſu, quam à teſta-
tore, ergo in eo non potuit grauari, *l. ſed & ſi ſic, ff. de
legat. 3. vt habetur etiam per Bald. in l. ab eo. C. de fideicom-
miſſis, & in l. vnica, in §. pro ſecundo, C. de caducis tollen. &
in conſ. ſuo 116.* in ordine meo, quod incipit. Quidam
Petrus Pucii Gafoli. Item aliud poſſet etiam aliqui-
27 bus facere dubium, † quia à legatario legari non
poteſt, licet poſſit per fideicommiſſum relinqui, *vt
Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis in prin-
cip.* Sed hic videtur relictum à legatariis, vt dixi, ſe-
cundum Barto. *in l. centurio, ff. de vulg. & pup.* ſecun-
dum vnam opinionem, de qua ibi. Sed ego teneo
contrarium, quod imo potuit grauare, quia ſi vide-
tur eis relinquere, vt plene dixi in præcedenti du-
bio principali, ergo poteſt eos grauare, *per dictam
l. ab eo, & l. 1. in fin. C. communia de legatis.* & ſic ceſſant
28 omnia argumenta in contrarium formata. † Præ-
terea, quod poſſit grauari ille, qui ſuccedit hono-
rato per teſtatorem, videtur eſſe text. *in auth. de re-
ſtitutione fideicommiſſi, in §. manifeſtum igitur facio*, ibi,
nulla data licentia ei viro honeſto nepoti meo, ne-
que his, qui ſiue ex hoc teſtamento, ſiue ex teſta-
29 mento nepotis mei, &c. *colum. 9.* † Nec obſtat,
dum dixi, quod à legatario legari non poſſit, quia
illud eſt verum de iure antiquo, ſed hodie poteſt le-
gari, quia à quocunque, qui commodum quomo-
docunque habet, legari, & fideicomitti poteſt, *vt l. 1.
§. fin. C. communia de legatis, & ita not. gloſſ. Inſt. de ſingu-
lis rebus per fideicommiſſum relictis in prin. & gloſſ. in verb.
benigna, in l. Stichus, & ibi Bart. ff. de aliment. & cib. legat.
& not. in l. 1. ff. de legat. primo.* Vnde ex his concludo,
quod dictus codicillator voluit & potuit ſubſtitue-
re dictos filios legatariorũ, & ſic honorare, & gra-
uare, ita vt dicta portio poſſeſſionis, quæ fuit reli-
cta legatariis, quæ poſtea deuenit in Zachariam vl-
timo loco defunctũ, deuenire debeat in Philippum
eius fratrem ſuperſtitem. Et pro hoc concluditur ad

primum dubium, ſupra in fine quæſtionis ſupra po-
ſitæ, videlicet, quod legitima aliqua non debetur
matri dicti Zachariæ, ex quo illa portio, quæ erat
Zachariæ, non dicitur amplius eſſe de bonis ipſius
Zachariæ defuncti, cum illa portio debeatur in to-
tum ipſi Philippo, vigore ſubſtitutionis fideicom-
30 miſſariæ ſiue legati, per ea, quæ dicta ſunt; † præ-
ſertim cum legatarius certæ partis bonorum nul-
lam detrahat Falcidiam vel Trebellianicam alteri,
ad quem peruenit dictum legatum poſt mortem e-
ius, *vt l. cum ex filio, in princ. ff. de vulg. & pupil. & ibi hoc
not. Bald.* qui ſubdit, quod regula eſt, quod nemo
poteſt detrahere quartam, niſi ille, qui eſt hæres di-
recto, *vt l. cohæredi, §. cum filia, in fin. § eod. tit. & l. 1. § in-
de Neratius, & ibi plenè not. ff. ad Trebel. & ita tenet etiam
Bart. in d. l. cohæredi, in §. qua ita.* & maximè etiam, quia
codicillator voluit, vt tota dicta poſſeſſio veniat ad
conſortium, propter quod videtur Trebellianica
prohibita, etiam hæredi, *vt not. Bart. in l. centurio, in
3. quæſt. princip. in 3. col. in princ. & in conſil. ſuo 61.* quod
incipit: In quæſtione propoſita. Et quia eſt dubita-
bile iſtud, & non tangit de neceſſitate quæſtionem
noſtram, quia non ſumus in hærede grauato, ideo
31 in hoc me vlterius non extendo. † Sed poſito,
quod debeatur matri legitima, quia non cenſeatur
facta ſubſtitutio per dictum codicillatorem, de qua
ſupra, ſed ſolum ſit teſtamentum ipſius Antonii pa-
tris q. Zachariæ: quæritur, an ſi portio Zachariæ
fuit trecentorum ducatorum; legitima matris de-
beat eſſe tertia tantum de quinquaginta ducat. de il-
lis trecentis; an verò de centum & quinquaginta.
Dubium oritur ex ſtatuto de ſucceſſionibus ab in-
teſtato, quod vult, vt extantibus maſculis vſque ad
quartum gradum mater ei non ſuccedat, ſed habe-
re debeat duntaxat in bonis prædictorum ſuorum
deſcendentium debitum bonorum ſubſidium, vi-
delicet tertiam partem portionis, quæ eiſdem ab
inteſtato obueniret, quia dicitur pro parte matris,
quod debet habere tertiam dimidiæ, quæ dimidia
eſt centũ & quinquaginta ducat. & tertia eſt quin-
quaginta ducat. quia bona filii tempore mortis e-
rant trecentorum ducat. Sed certè hoc non eſt ve-
rum, imo legitima eſt ſolummodo de bonis, quæ
fideicommiſſo non ſubiacent, tàm de iure commu-
32 ni, quàm etiam ex forma prædicti ſtatuti, † quia
de iure communi, quis dicitur vni grauato de reſti-
tuendo hæreditatem vel fideicommiſſum ſuccede-
re ab inteſtato in ea tantum parte, quam retinere
poteſt, puta propter Falcidiam vel Trebellianicam,
non autem in eo, quod alteri reſtituere teneatur, vt
probatur *in l. quanquam, C. ad leg. Falcid.* ibi ad ſucceſ-
ſioné inteſtati pertinere; & ibi, ab inteſtato ei ſuc-
ceſſit, &c. Nec obſtat, ſi dicatur, illa litera bene di-
cit, quod illud, quod poteſt retineri per Falcidiam
vel Trebellianicam, dicitur pertinere ad cauſam in-
teſtati, non tamen per hoc negat, quia etiam alia
33 bona, quæ debent reſtitui, non pertineant. † quia
dico, quod hoc negatur à contrario ſenſu, quod ar-
gumentum eſt validum in iure, *l. 2. §. huius rei, ff. de
offic. eius, cui mand. eſt iur.* Et quod hoc ſit verum, pro-
batur manifeſtè per rationem; nam ille, cui debe-
tur, fideicommiſſum dicitur ſuccedere teſtatori, &
non hæredi grauato, quia bona grauati non veni-
unt in fideicommiſſo, vt eſt caſus *in l. cohæredi, in §.
cum filia, in verſ. nec in fideicommiſſo, ff. de vulg. & pup. &
ibi hoc not. Doct. & idem not. Cyn. in l. ex tribus, in vlt. quæ-
ſtio. C. de inoffic. teſta. & Bart. in l. qui cum tutorib. in princ.
ff. de tranſact. & in l. 1. in vlt. col. in princ. C. de pact. & Iac.
Butr. & Bald. ibi in 7. oppoſit. & idem tenet Bald. in l. fin.
ante fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. precibus, in vlt. chart. in
princ. verſ. procedo vlterius, C. de impub. & aliis ſubſtit. &
in l. 1. in princ. 2. col. ff. de vulg. & pup. & Paul. de Caſtr. in l.
ſi is qui, circa princ. eod. tit. cum ſimilib.* non poteſt ergò
dicere mater Zachariæ, quod portio aliqua ab inte-
ſtato filii obuenerit in bonis filii, de his, quæ veni-
unt reſtituenda per fideicommiſſum, quia illa bona
cenſentur eſſe Antonii q. teſtatoris, & non Zacha-
riæ hæredis. Statutum enim loquitur de tertia par-
te portionis, quæ obueniret eiſdem aſcendentibus,
ſicut eſt mater, ſed bona, quæ debent per fideicom-
miſſum reſtitui, non ſunt huiuſmodi, vt dixi, ergò
34 ſolum in legitima, quæ filio debetur. † Item, pro
hoc facit *l. irritum, & l. in imponenda, C. ad leg. Falcid.* v-
bi dicitur, quod illud, quod debetur ex fideicom-
miſſo, tanquam æs alienum deducitur, & ſic non
computatur in bonis filii grauati de reſtituendo, fa-
cit etiam ad hoc *l. 1. C. de bon. mater. ſud. poſſ.* Nec po-
teſt dici, quod matri debeantur quinquaginta, quia
ſequeretur, quod tantum haberet, quantum frater
agnatus defuncti, quia quilibet eorũ haberet quin-
quaginta, quod eſt contra mentem ſtatuti, quod
voluit ab inteſtato magis fauere cognatis, quàm
matri, vt patet in princ. ſtatuti. Nec ſtatutum ali-
35 quid operaretur in caſu iſto, † quia pariter & æ-
qualiter de iure communi admitteretur mater cum
filio vtrinq; coniuncto, *vt in auth. defuncto, C. ad Ter-
tullia.* & in corpore vnde ſumitur, & ſic in iſto ca-
ſu non eſſet differentia inter ius commune & ſtatu-
tum, quod eſt expreſſe contra mentem dicti ſtatuti,
& contra *l. ſi quando, ff. de legat. 2. cum ſimil.* Et ſic con-
cludo, quod cum ab inteſtato mater de iure com-
muni ſuccederet filio, pariter cum alio filio ſuo v-
trinq; coniuncto, & ſic in quinquaginta, ipſa vigo-
re ſtatuti debebit habere tertiam partem de quin-
quaginta, & ſic ſexdecim ducatos, & duas tertias
vnius ducati. Sed quia de Trebellianica non quæ-
ritur in caſu noſtro; ideo de ea nihil dico.

ANNOTATIONES.

a Vltimo morienti] *De hac quæſt. quæ eſt de apicibus iu-
ris, tradunt latiſſimè Ant. Gabr. commun. concluſ. lib. 4.
in tit. de ſubſtitut. concluſ. 1. Mantica de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 7. tit. 7. per totum, Didac. Couarr. in c. Raynu-
tius, § 8. extra de teſtam. Doctor. omnes in l. hæredes mei,
§. cum ita, ff. ad Trebell. vbi Ripa nu. 16. Soc. iun. num. 11.
& ſeq. & egregriè Zancus in 6. part. num. 105. & per to-
tum, Sfortia Oddus Peruſin. in tractat. compendioſæ ſub-
ſtitutionis, in 5. part. quæſt. 1. artic. 6. & nouiſſimè D. A-
lex. Trentacinq. Aquilanus in tractat. de ſubſtitut. in 9.
part. cap. 2.*

CONSIL. LVIII.

ARGVMENTVM.

De materia paſcuorum, ac iure & hone-
rantia

rantia paſculandi, plura egregia explicantur, & in ſequentibus ſummariis continetur.

SVMMARIA.

1 *Honorantia proueniens ex re promiſcua & communi, debet eſſe communis pro rata.*

Pedagium, quod ſoluitur per tranſeuntes per viam, quæ eſt communis inter duos comitatus, pro rata inter eos diuidi debet.

2 *Conſuetudo habet vim pacti, legis, vel priuilegij.*

3 *Honorantia paſculi debetur illi, qui in terris dominium habet.*

Honorantia vnde dicatur.

4 *Nemo dat, quod non habet.*

5 *Seruitus realis eſt illa, quæ à re rei debetur.*

Honorantia paſculandi dicitur obligatio perſonalis.

6 *Ex obligatione perſonali non poteſt agi, niſi contra concedentem vel obligantem.*

7 *De natura ſeruitutis eſt pati, non exigere.*

Pedagium colligere à tranſeuntibus per pontem, quæ ſeruitus dicatur, & an ponte deſtructo debeatur.

8 *Iuriſdictio vniuerſalis an cohæreat territorio.*

9 *An ſi vnus recedit de collegio vel vniuerſitate, poßit petere partem bonorum illius collegij vel vniuerſitatis.*

10 *Ille, qui ſentit onus, etiam commodum ſentire debet.*

Honorantia paſcuorum ſi alicui debeatur, an eidem competat in terris aratorijs, quæ ſolebant eſſe paſcua.

11 *Ex ſeparatis non fit bona illatio.*

12 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

13 *An ille, qui habet ius paſcui ſeu honorantiam, prohibere poßit, ne aliquid de terris paſcuorum aretur, & facere, vt minor beſtiarum numerus per incolas teneatur, & num. 17.*

14 *Contra conſuetudinis formam nihil faciendum eſt.*

15 *Fraus præſumitur, quando quis magna ex parte vel in toto læditur.*

16 *Seruitus ſi debeatur certis fundis, & illi augeantur, pro aucta ſeruitus non de[illegible], & num. 30.*

Si aliquid relinquitur [illegible]ebeatur certo perſonarum numero, & ille augeatur, numero aucto aliquid non debetur.

18 *In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.*

19 *Fidelium multitudo quando excreuit, etiam Epiſcoporum numerus creſcere debet.*

Nihil eſt adeò magnum, vt, ſi in plures partes diuidatur, paruum, ac ferè nihil non efficiatur.

20 *Augmentatio quando eſt intrinſeca, illud, quod eſt ſtatutum, in re augmentata in augmento intrinſeco locum habet.*

21 *Augmentatio quando de re aliqua fit ſimpliciter, & non ſecundum quid, illud, quod eſt ſtatutum in principali, etiam in augmento tacitè ſtatutum & repetitum eſſe cenſetur.*

22 *Ille, qui habet poteſtatem aliquid inducendi, habet etiam facultatem augendi: & è contra, qui habet poteſtatem minuendi, etiam in totum tollendi poteſtatem habet.*

23 *Idem iuris eſt de toto, quò ad totum, ſicut de parte, quò ad partem, quando ſubeſt eadem ratio.*

24 *Ea, quæ de conſuetudine licita ſunt, extenduntur de ſimilibus ad ſimilia, vbi eadem æquitas ſubeſt.*

25 *Ratio dicta & facta regulat.*

26 *Sicut operatur propoſitum in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito, & è conuerſo.*

Commune vel vniuerſitas poteſt in vno tantum remanere & conſiſtere.

27 *Contrariorum eadem eſt diſciplina, quando ſubeſt eadem ratio.*

28 *Regula, Quod vna via, de reg. iur. in 6. quomodo intelligatur.*

29 *Vna præſumptio aliam tollit.*

30 *Intellectus ad text. in l. non modus, C. de ſeruit. & aqua.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Pro intelligentia & declaratione dubiorum infra ſcriptorum præmitto primò, quod origo huius paſculi, de quo quæritur, potuit eſſe altero de duobus modis: Vno modo, quod honorantia dicti paſcui fuiſſet in totum communis & hominum Caſtioni, ex conſuetudine, vel ex forma ſtatutorum dicti loci, & quod commune vendiderit, vel aliter alienauerit dimidiam dictæ honorantiæ paſcui illis de Confaloneriis, qui poſtea vendiderunt illis de Scouolo pro certa parte dictam honorantiam, vt in dictis ſuis inſtrumentis emptionum continetur. Alio modo poteſt eſſe, quod dictũ commune & homines ab origine exegerint in totum aliquam honorantiam à forenſibus ducentibus animalia ad paſculandum in territorio, ſeu pertinentia Caſtioni, ex eo, quia omnes poſſeſſiones, ſeu pro maiori parte totius territorii Caſtioni erant communis & hominum dictæ villæ. Verum, quia illi de Confaloneriis, qui primo erant de dicta villa, incœperunt acquirere, & habere quaſi dimidiam partem terrarum dictæ villę Caſtioni, conuenerunt cum dicto communi, quod dicta honorantia diuideretur in octo partes ſeu Colonellos, quarum quatuor eſſent dicti communis, & aliæ quatuor dictorum de Confaloneriis, vt in inſtrumentis dictarum emptionum continetur, & forte etiam dicta diuiſio fuit facta prius inter dictum commune, & alios plures habentes dimidiam partem poſſeſſionum dictæ villæ Caſtioni, & illa dimidia aliorum deuenit poſtea ad dictos de Confaloneriis, & deinde à dictis de Confaloneriis deuenerunt in alios, & maximè ad illos de Scouolo pro vno Colonello cum dimidio, vt in dictis inſtrumentis continetur: & iſtud fortè eſt verius, prout etiam mihi aſſeritur in facto, & maximè,
1 quia † ex quo illa honorantia prouenit ex re promiſcua & communi, debuit eſſe communis pro ra-
2 ta, *a* vt dicit in ſimili Bald. de pedagio, quod ſoluitur per tranſeuntes per viam, quæ eſt communis inter duos comitatus, *in l. ſi plures, in 4. col. in verſ. fuit quæſtio inter duos comitatus, C. de condict. indeb.* Secundò præmitto, quod illa honorantia paſcuis fuit, & eſt de eo, quod ſupererat dicto communi, & hominibus, & dictis de Confaloneriis conſortibus dictæ villæ, vltra exigentiam & neceſſitatem eorum pro ſuis animalibus ſeu beſtiis; non autem erat indifferenter pro toto territorio villæ Caſtioni, quod pa-

ret, quia in primis dictum commune, & homines
cum eorum beſtiis paſculabant, & nihil ſoluebant,
& ſecundum temporum exigentiam modo plures,
modo pauciores forenſes commune prædictũ ad-
mittebat, ita quod introitus dicti paſculi modo cre-
ſcebat, modo diminuebatur, & eius introitus per
dictum commune debebatur pro rata cuique ha-
benti ius in dicto paſculo, & reſiduũ remanebat in
communi, & ita ſemper fuit obſeruatum de con-
ſuetudine antiqua, cuius initii non extat memoria,
2 vt in facti narratione dicitur, † quæ conſuetudo
habet vim pacti, ſeu legis vel priuilegii, *vt in c. ſuper
quibuſdam. §. preterea, extra de verb. ſign. & in c. 1. de præ-
ſcrip. lib. 6. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. &
æſti.* His itaq; præſuppoſitis, ad primum dubium,
dum quæritur, an illi de Scouolo habeant aliquod
ius in ſolo dicti territorii vigore acquiſitionum, ſu-
arum, & breuiter dicendum eſt, quod non, Nam
licet illa honorantia paſculi à principio deberetur
dictis de Confalonerus, ex eo quia habebant pro
magna parte dominium dictarum poſſeſſionum in
dicta Villa, & territorio Caſtioni, vt dictum eſt in
primo euidentiali, tamen ex quo dicti de Scouolo
non habent poſſeſſiones proprias ſaltem pro rata
vnius colonelli, cum dimidio, videretur eſſe dicen-
dum, quod de iure non deberent habere aliquam
3 partem dictæ bnnorantiæ paſculi, † ex quo illa
honorantia debetur Domino ſuperiori qui habet
dominium in terris dictæ Villæ Caſtioni, *arg. l. 1. ibi,*
quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt. *ff. com-
mun. prædior.* & propterea appellatur honorantia pa-
ſculi, ſeu berbarici, quia in honorem ſeu pro hono-
re dabatur Dominis poſſeſſionum prædictarum:
Et forte etiam ſi dictæ terræ, quæ pro maiori parte
ſunt nigræ locabantur forenſibus, tamen vltra pen-
ſionem debitam tenebantur pro paſcuis honoran-
tiam dominis ſoluere & propterea in inſtrumentis
appellatur honorantia, quia debetur dominis in
ſignum honoris, & præeminentiæ, *arg. l. 2.* ibi, ho-
norificentiam debitam eſſe præſtandam, *C. de offi. di-
uer. iud.* Et ſi dicti de Confalonerus primo vendide-
runt poſſeſſiones, quas habebant in dicta Villa, po-
ſtea non potuerunt vendere dictam honorantiam,
quæ per dictam venditionem poſſeſſionum fuerat
extincta, ex quo debetur, vt dixi, propter domini-
um prædiorum. Et ideo dicti de Scouolo, & alii, qui
emerunt dictam honorantiam à dictis de Confalo-
neriis, ſi non habent dominium dictarum poſſeſſi-
onum, & volunt habere dictam honorantiam, non
poſſunt ſe fundare in titulo emptionum ſuarum ſi
factæ ſunt poſt venditionem poſſeſſionum ipſorũ
de Confalonerus, quia non potuerunt transferre
in emptores aliquod ius dictæ honorantiæ, ex quo
4 non erat apud venditores, vt dixi, † quia nemo dat
quod non habet. *l. traditio. ff. de acquir. rer. domin.* ſed ſi
dicti de Scouolo, & alii ſimiles emptores prætendunt
habere aliquod ius dictæ honorantiæ, nó poſ-
ſunt habere niſi iure præſcriptionis, *per l. clausbus. ff.
de contrahen. empt.* & ſic poſſunt ſe fundare ſolum in
præſcriptione cauſata à dictis titulis, & in longiſſi-
ma quaſi poſſeſſione exigendi dictã honorantiam
quamuis non habeant, vel habuerint aliquas poſ-
ſeſſiones in dicta Villa ſeu territorio Caſtioni, quæ
præſcriptio an fuerit & ſit iuridica, non examino,
quia de hoc non ſum requiſitus. Cum itaq; iſtud ius
honorantiæ paſculi non poſſit competere dictis de
Scouolo, ex eo quod habeant poſſeſſiones, ſed ex
præſcriptione tantum, quæ non requirit, quod ipſi
habeant dominium terrarum in dicta Villa Caſtio-
ni, ſequitur quod vigore dictarum emptionum, illi
de Scouolo nũ habent aliquod ius in ſolo dicti ter-
ritorii, ſed ſolum quoddam ius exigendi dictam ho-
norantiam locatam, & locandam per dictum com-
5 muné Caſtioni. † Secundo iſtud etiam probatur
alia ratione, nam iſtud ius non poteſt dici, quod ſit
ſeruitus realis, quia illa debetur à re rei, *vt l. 1. ff. com-
munia prædio.* nec fuit perſonalis, vt eſt vſusfructus
& vſus, ſed potius quędam obligatio perſonalis, per
ea, quæ habentur per gloſſ. & Doct. *in l. vt pomum. ff.
de ſeruit. rit. generali. & in l. pecorum. ff. de ſeruit. ruſt. prædio.
& per gloſſ. Bart. in l. mella. §. fin. ff. de alim. & cib. leg.* &
manifeſte colligitur ex ijs, quæ dixi in tractatu meo
ſeruitutum in primo lib. certa prin. vbi tractatur de
ſeruitute reali in verſ. quomodo cognoſcatur quan-
do ſint ſeruitutes reales, & ideo cum ſit obligatio
perſonalis tantum, illa debetur à perſona perſonæ,
reſpectu tamen rei, propter quam habetur dicta
honorantia, & non in ipſa re, ex quo dicti de Sco-
uolo non habent poſſeſſiones in dicta Villa Caſtio-
6 ni, † & propterea cum ſit obligatio perſonalis, non
poteſt agi niſi contra concedentem, vel obligantem
*vt l. fin. ff. de contrahen. empt. & not. Bart. & alij Doctores
in d. l. vt pomum, & dixi in dicto tractatu meo in loco præ-
allegato.* & ſic non poſſet agi per illos de Scouolo, ni-
ſi contra dictũ commune, & homines qui conſue-
uerunt gubernare, & locare dicta paſcua, & exigere
penſionem, ſeu honorantiam à conducentibus be-
ſtiamina ad paſculandum in dicta Villa, qui conceſ-
ſerunt dimidiam dictę honorantię, ſcilicet pro qua-
tuor colonellis dictis de Confaloneriis auctoribus
illorum de Scouolo, & promiſerunt, ſibi dare dimi-
diam dictæ honorantiæ, vt facere conſueuerunt.
Tertio quod dicta honorantia nó ſit ſeruitus realis,
vel prædialis, licet debeatur propter rem, vel præ-
dium, ſed ſit tantum quædam obligatio perſonalis,
7 vel iuriſdictio, probatur † quia de natura ſeruitutis
eſt pati, non exigere, *vt l. quoties, §. fin. ff. de ſeruit. & l. 3.
§. dare. ff. de vſufr. & per hanc rationem dixit Bal. in l. ſi plu-
res in. 4. col. verſ. vidi dubitari verum, &c. C. de cond. inſer.*
quod colligere pedagium à tranſeuntibus per pon-
tem non dicitur eſſe ſeruitus debita colligenti, ſed
quædam iuriſdictio circumſcripta loco, & ideo di-
cit, quod ponte deſtructo ſine ſpe refectionis, non
poſſet exigi vectigal à tranſeuntibus, quia locus in
quo erat iuriſdictio limitata, id eſt, ipſe pons in rerũ
natura eſſe deſijt, & ſi in loco veteri reficiatur pons,
tunc ius vectigalis ipſo iure reuocatur, ſiue reſtitui-
tur in integrum, *l. ſi locus, § fin. ff. quemad. ſeruit. amit.*
& ſic in propoſito cum dicta honorantia paſculi, &
ius exigendi eam à communi non ſit ſeruitus ſed iu-
riſdictio, non dicuntur illi de Scoolo habere ali-
quod ius in ſolo dicti territorii, ſed actionem per-
ſonalem contra dictum commune, ad exigendum
8 dictam honorantiam pro parte ſibi tangente, † &
licet

licet ſit magna queſtio, an iuriſdictio vniuerſalis co-
b hæreat territorio, *b* vt habetur, per Bartol. & alios
Doct. *in l.1.ff. de iuriſd. omn. Iud. & in l. fin. C. vbi & apud
quem, & per Bart. in l.1.§. cum vrbem, ff. de offic. præf. vrb.
& in l. pater, ff. de ſeruit. leg. & in l. inter eos. ff. de acqui. rer.
dom.* & plene per eundem Bart. in conſ. ſuo quod in-
cipit: Quæritur, an iuriſdictio, & per Bald. *in c.1.§. ad
hac in 2. col. in prin. tit. de pace iur. firmand. & in auth. ha-
bita in vltim. col. c. ne filius pro patre, & per Angel. in l.1.§.
cui mandatum, ff. de offic. eius cui mand. eſt. iur. & per Bald.
in l. imperium de iuriſd. omn. Iud. & per Ang. in l. more eod.
tit. & per Bald. in l. data opera in 17. col. C. qui accuſari non
poſſ. & per Ludo. de Roma in l.3. in fin. prin. ff. de acquir. poſſ.
& per Paul. de Caſtr. in conſ. ſuo 192. & in multis alijs locis,*
tamẽ quantum ad propoſitum; cum iſta iuriſdictio
noſtra exigendi honorantiam, quæ competit dictis
de Scouolo non ſit iuriſdictio vniuerſalis, ſed quæ-
dam iuriſdictio particularis, tam reſpectu ipſius iu-
riſdictionis, qoam reſpectu territorij Villæ Caſtio-
ni, quia noo debetur niſi pro parte, pro qua cõmu-
ne locat forenſibus paſcua, ſequitur quod dicta iu-
riſdictio potius dicitur cohærere perſonæ, nec di-
cantur propterea illi de Scouolo habere ius in re, id
eſt, in territorio, licet illa honorantia non poſſit eſ-
ſe ſine territorio, ſicut dicitur etiã de iuriſdictione
vniuerſali, quæ non poteſt eſſe ſiue ſubiecto inani-
mato, id eſt, territorio, ſine quo per ſe iuriſdictio ni-
hil ageret, *vt l.2.§. poſt originem, ff. de origi. iur. vt dicit
Bald. in d.c.1.§. ad hoc in prin. 2. col. in tit. de pac. iur. firm.* &
maxime cum illi de Scouolo non habeant poſſeſ-
ſiones proprias in dicto territorio Villæ Caſtio-
ni: Sed debeatur pro ficto exacto ex poſſeſſioni-
bus aliorum, vt patet ex vno inſtrumento emptio-
nis dictorum de Scouolo, ibi dum dicit, & tam Pæ-
ſinorum, quam ipſorum nobilium de Confalone-
riis. Nec obſtant verba eiuſdem inſtrumẽti, ibi ho-
norantiæ herbatici ſeu paſculi territorij de Caſtio-
no, & ibi, cui toto paſculo, & territorio Caſtioni,
quia licet ibi fiat mentio de toto territorio Caſtio-
ni, tamen propter hoc non videtur eſſe attributa a-
liqua iuriſdictio in territorio, ſed ſolum illa verba
ſunt prolata ad declarandum, propter quem locum
debeatur dicta honorantia, *vt ſupra dixi*; Et ex prædi-
ctis ſequitur deciſio, ad aliod de quo quæritur in
primo dubio, videlicet, quod dicti de Scouolo non
poſſunt prohibere homines de Caſtiono, vt nõ fa-
ciãt inter ſe diuiſiones terrarũ, quæ ſunt dicti com-
munis, & hominũ in dicto territorio Villæ Caſtio-
ni, & quod dicti de Caſtiono non tenentur aſſigna-
re aliquam portionem de dictis terris dictis de Sco-
uolo, reſpectu dominij, vel alterius iuris, niſi reſpe-
ctu honorantię in quantum paſcua dictarum terra-
rum per dictum commone, & homines locarentur
forenſibus, vt dicam in ſequẽti dubio. Circa ſecun-
dum dubium principale, ao ex quo dicti de Scouo-
lo facti ſunt cioes Mantuani, & nõ conferunt ad o-
nera, cum dicto communi; poſſint petere partem a-
liquam eius, quod percipitur de cõmuni, & gaude-
re aliqoibus emolumentis ipſius communis, præci-
pnè cum habitent in dicto loco Caſtioni; Dicen-
dũ eſt, quod iſta qoæſtio determinatur per gl. ordi-
9 nariam, *in l.1.ff. de colleg. & illicitis*, quæ ponit, † An ſi
vnus recedit de Collegio vel voiuerſitate poſſit pe-
tere partem bonorum, quæ ſunt de Collegio, & di-
ſtinguit; Aut collegia, vel vniuerſitates habent ali-
quid proprium, & ſingulorum eſt; & quicunq; re-
cedit, partẽ ſuam petit & habere debet, ſcilicet cum
ex collatione ſingulorum habet quid commune, *l.
2.§. viarum, ff. ne quid in loc. publ.* Sed vbi Collegio vel
vniuerſitati nõ legatur niſi iis, qui ſunt in Collegio,
& qui de Collegio ſunt habent partem; ergo cum
quis recedit de Collegio vel vniuerſitate, nihil de-
bet habere, quia non eſt ſingulorum, ſed Collegia-
torum, *l. ſicut, §. ſi quid. ff. quod cuiuſque vni. not. & alle-
gat etiam alia iura, & idem tenet Bart. in l. fi. eod. tit. ff. de
Colleg. illicit. in vlt. col.* qui dicit plus, quod quando v-
niuerſitas habet aliqua ad commoditatem vnioer-
ſitatis, nec reſpiciũt commodum ſingulorum princi-
cipaliter, vt ſunt redditus, prædia paſcua, & nemora
quæ habentur ab vniuerſitatibus, ex quib. ooera v-
niuerſitati in incũbentia perſoluũtur, & iſto caſu ſi
aliquis recedit nihil inde debet habere, & aſſignat
rationem, quia tex. *in d.l.1. eo. tit. in fin.* dicit quod ille
qui recedit debet recipere illud, quod ei competit
ex ratione; Sed hic ex ratione nihil ſibi cõpetit, ſed
competit ipſi vniuerſitati, *l. in tantum, §. vniuerſitatũ,
ff. de rer. diuiſ. & l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur, ff. de in
ius voc.* & dicit, quod ita obſeruatur de facto, Sed in
caſu noſtro illud, de quo quæritur, an illi de Scouo-
lo poſſint habere partem ſuam, erat commune vni-
uerſitatis Caſtioni, quod reſpiciebat principaliter
ad cõmodum vniuerſitatis, quia erant prædia ipſius
vniuerſitatis, & in communi tenebantur, & princi-
paliter pro vtilitate communis, nec fuerunt acqui-
ſita ex collatione priuatorum, & maxime illorum
de Scooolo, ergo ipſi de Scouolo, qui ſunt effecti
ciues, nec conferunt ad onera cum dicto communi
non debent aliquid habere; & facit etiam ratio,
10 † quia ille qui ſentit onus debet ſentire etiam com-
modum, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. cum ſimilib.*
Circa tertium dubium, An ipſi de Scouolo poſſint
conſequi vigore inſtrumentorum ſuorum aliquid
ex eo, quod percipitur à communi de terris, quæ a-
rantur; præſertim cum nec ipſi, nec ſui auctores vn-
quam aliquid habuerint, ſed ſemper totũ illud re-
manſerit dicto communi à tanto tempore ſupra,
cuius initij memoria non exiſtit; Dicendũ eſt, quod
non; vt patet ex his, quæ dicta ſunt in proximo præ-
cedenti dubio; & probatur etiam alia ratione, quia
vigore dictorum inſtrumentorum non ſunt illi de
Scouolo conſecuti niſi certam partem honorantiæ
paſculi tantum; & ideo cum illud, qood percipitur
ex aratione terrarum non ſit, nec eſſe poſſit de ho-
norantia paſcui, ſequitur quod in illo non poſſunt
11 habere ius vigore dictorum inſtrumentorũ, † quia
ex ſeparatis non fit bona illatio, *l. Papinianus exuli. ff.
de mino. & l. fin. ff. de calumniato. cum ſimil.* Item alia ra-
tione probatur, quia in dictis inſtrumentis emptio-
num cõtinetur, qualiter emerunt dictam partẽ ho-
norantiæ, quæ dictis de Confaloneriis debebatur,
tam de iure & conſuetudine, quam de facto; ſed de
iure & de conſuetudine, ſeu de facto nihil debeba-
tur dictis de Cõfaloneriis, ex his, quæ percipiebao-
tur ex aratione poſſeſſionum dicti communis Ca-
ſtionis,

ſtioni, quando illi de Conſaloneriis erant ciues, nec
ſuſtinebant onera & factiones cum communi Ca-
ſtioni, ergo nihil de prædictis exactis ex aratione di-
12 ctorum prædiorum debent habere, † Nec obſtar
ſi diceretur: Subrogatũ ſapit naruram eius in cuius
locum ſubrogatur. *l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis
caut. & c. Eccleſia extra vt lit. pend.* Et ſi cum ex dictis
tertis perciperetur honorantia paſculi, & nunc lo-
co eius ſit ſubrogatus redditus procedens ex ara-
tione, videtur quod ſit ſubrogatus cum ſua cauſa, vt
ſicot illi de Scouolo deberent habere partem ſuam
de hooorantia, ira de dictis redditibus, quia reſpoo-
detur, nõ eſſe verum, quod ſint ſubrogati dicti red-
ditus loco honorantiæ, imo ſemper fuit conſuetu-
du quod redditus, qui, colliguntur ex aratione præ-
diorum, ſiot communis, ſiue aliqua tantum prædia,
ſiue plura ararentur, quia nunquam fuit limitata
quantitaris prædiorum, quæ deberent tanrum ara-
ri, quantitas prædiorum, ex quibus honorantia pa-
ſcui deberet percipi, ſed ſolum habebatur reſpectus
ad neceſſitarem arandi, quæ neceſſitas cum ſit aucta
propter argumentum familiarum, quæ excreue-
runt in dicto communi, de neceſſitate debet augeri
numerus camporum, qui debenr arari per ea, quæ
13 dicam in ſequenti dubio principali. † Circa quar-
c tum & vltimum, c An ipſi de Scouolo poſſint pro-
hibere ne aliquid de dictis terris aretur, & quod mi-
nor numerus beſtiarum teneatur per incolas, & ha-
bitãtes in dicta terra Caſtioni: licet multa in vtram-
que partem poſſent adduci, tamen quia veritas ſtat
in paucis, dicam breuiter quid ſentio. Et prima fa-
cie videtur dicendum, quod non, quia dicti de Sco-
uolo emerunt dictam honorantiam, quæ debeba-
tur ſecundum ius. & conſuetudinem, & de facto
dictis de Conſaloneriis auctoribus ſuis, ſed de con-
ſuetudine vel de facto debebatur aliqua pars hono-
rantiæ, quia non arabantur tot terræ, nec teneban-
tur tot beſtiamina ſicut de præſenti, ergo ſimiliter
ſecundum dictam conſuetudinem hodie facien-
dum eſſe videtur. Secundo boc videtur etiam pro-
14 bari de iure, † quia nihil contra formam conſue-
tudinis faciendum eſt, *vt l. praſes. C. de ſeruit. & aqua
cum ibi notatis.* Tertio de hoc videtur eſſe caſus, *in l.
an in totum. C. de ædifi. priua.* ibi in ottum conuertere
facit, *l. circa. & l. excepto. C. locati. & l. nam Imperator. ff.
de legib. cum ſi.* Quarto hoc videtur probari ratione,
nam ſi eſſet in poteſtate cõmunis arare omoes ter-
tas vltra ſolitum, & tenere beſtiamina vltra ſoli-
tum, eſſet ſimiliter in poteſtate totam dictam ho-
norantiam auferre, quod eſſe non debet. *arg. l. quod
de bonis. §. fin. in fin. ff. ad leg. falcid. facit cap. cum quod vna
15 via cum ibi notatis de regul. iur. lib. 6. cum ſi.* † Quinto
probatur alia ratione, nam ex illa multiplicatione
beſtiarum, & arationis præſumi videtur fraus, ex
quo læditur honorantia illorum de Scouolis, ne
dum in magna parte, ſed etiam in toto. *per text. in l.
omnes, §. Lucius. ff. de iis quæ in fraud. cred. & not. per Bart.
in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & in l. fin. ad
fin. ff. de prato. ſtipul. & Bal. in c. 1. §. item ſacramenta in 3.
col. in fin in tit. de pace iur. fir. & eſt glo. & ibi An. de Bu. &
Caiio. in c. veniens extra de iureiur. & not. An. de Bu. in cap.
16 cum contingat in 2. col. eo. tit. cum ſi.* † Sexto hoc etiam

videtur probari, *in l. non modus. C. de ſeruit.* vbi habe-
rur, quod ſi ſeruitus debetur certis fundis, licet illi
fundi ſiot augmentati, tamen non debetur ſerui-
tus pro augmentatis, vt dicit ibi Bald. ſecundum Pe.
quod ſi quis prumiſerir, vel reliquerit cuilibet Ca-
nonico vnius Eccleſiæ pro anniuerſario, ſi poſtea,
eſt augmentarus oumerus Canonicorum, non de-
berur illi augmentato, & ita tenet ibi Paul. de Caſt.
dicens, quod ſi quis legauit religioſis cuiuſdam loci
quolibet anno tanrum pro quolibet, ſi augerur po-
ſtea numerus, nõ debet augeri præſtario, facit quod
not. Iac. Bu. *in l. fin. C. de ſacroſ. Eccle.* vbi pooit de pi-
ſtore, qui promiſit coquere panem vni familiæ, quę
poſtea creuit, ao teoeatur coquere pro familia au-
cta, de qua quæſtione dixi pleniſſime in tractatu
meo de ſeruitut. *in 1. lib. in tit. de furno. & facit quod not.
Alber. de Roſa. in l. rutilia pola. ff. de contrah. emp. & quod
17 not. per Ang. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb. prædio.* † Sed
contrarium de iure putu eſſe verius & ratio funda-
mentalis eſt, quia dictum ius, ſeu facultas arandi
non habuit origioem, nec proceſſit à conceſſione
ab aliquo ipſi communi facta, ſed ſolum erat libera
18 poteſtas ipſius communis arandi terras ſuas, † quia
in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter, *l. in re
mandata. C. mand.* & poterant ab ipſo principio pro
libito voluntatis omnia arare, vel partem, & qoo
gerebat negotium proprium & non alienum, & ſu-
per eis poterat tenere multa & pauca beſtiamina,
pro eius voluntare, *vt probatur in d. l. in re mandata. &
in l. etiam. §. 1. ff. ſolut. matrim.* Sed quia territorium
erat amplum, & paucæ familiæ parum, arabatur de
dictis terris per homines dicti communis & pauca
beſtiamina tenebantur, & aliquando plus, & ali-
quando mious, ſecundum eorum neceſſitatem, vt
dicitur in facti narratione vt in euidentialibus circa
primum dubium deductis, & reliqua prædia, quæ
non poterant coli, aut paſculari per homines dicti
communis, locabantur Fonenſibus pro paſcuis, ex
qua locatione colligebatur dicta honorantia, & ſic
dicta honorantia debebatur niſi de eo, quod ſuper-
eſſet dicto communi, & hominibus vltra neceſſita-
tem arationis terrarũ, & paſculi beſtiarum ſuarum
nec quantitas camporum, quæ deberent arari, nec
numerus beſtiarum erat taxatus, ſed erat in plus &
minus ſecundum neceſſitatem dicti communis, vt
dixi. Cum ergo dictum commune creuerit in fami-
liis, ita quod etiam creuit neceſſitas arandi plures
campos, & tenẽdi plura beſtiamina, ſequitur, quod
debet etiam creſcere facultas & puteſtas arandi plu-
res campos & tenendi plura beſtiamina, ex quo di-
cta quantitas arandi, & beſtiamina non limitantur
aliquo termino vel numero, & ſecundum quantita-
d tem neceſſitatis, & ideo aucta oeceſſitate d debet
etiam augeri numerus, & ſic creſcente populo de-
bent creſcere redditus, quia magis iodigere videtur
*arg. c. fin. cum ibi not. per gloſſ. & Doct. extra de Eccleſ. ædifi-
19 cand. & 16. quæſt. 1. in c. præcipimus.* † vbi habetur quod
quando multitudo fidelium excreuit, creſcere de-
bet etiam numerus Epiſcoporum, & ratio poteſt
aſſignari, quia illud, quod erat prius magnum diui-
ſum inter paucos, ſi diuiditur nunc inter plures, effi-
citur paruum, *vt probatur in c. M. Ferrarienſis in prin. ex-
tra*

na de conſtit. quia nihil eſt adeo magnum, quod ſi in
plures partes diuidatur non fiat paruum & quaſi ni-
hil, *vt dicit gl. notab. in auth. vt Iud. ſine quoquo ſuffragio,*
in ſi.prin.col.2. & ſic cum ſit neceſſe diuidere dictas a-
rationes, & beſtiamina inter plures, quam olim, ſe-
quitur qood debet fieri augmentatio, ne ad nihi-
lum deueniatur, & ad neceſſitatem deducantur de
re propria cum durũ ſit de re ſua damnum pati, & a-
liis ſubuenire, & ſic ſitientibus agris ſuis, agri vici-
norum abundẽt, quia prima caritas incipit à ſe ipſo.
20 † Secundo probatur ſic quando augmentatio eſt
intrinſeca, illud quod eſt ſtatutum in re augmẽtata,
habet locum in augmẽto intrinſeco, vt elegant. di-
cit Bald. *in l. non modus circa fin. C. de ſeruit.* ſed poteſtas
quam habebat commune, & homines Caſtioni in
arando, & tenendo beſtiamina; ex quo illud cõmu-
ne eſt augmentatum intrinſece, *l. proponebatur. ff. de*
iud. in nouis familiis & hominibus cenſetur eſſe ex-
tenſa ad dictas nouas familias, ex quo illæ familiæ
dicuntur eſſe augmentum intrinſecũ dicti commu-
21 nis. † Tertiò probatur; quando fit augmentatio de
aliqua re ſimpliciter & non ſecundum quid, tunc
illud quod eſt ſtatutum in principali tacite cenſetur
eſſe ſtatutum in augmento, & in eo repetitum, *l. &*
ſi dotu. & ibi hoc not. Cy. & Bal. C. de iur. dot. & probatur
in l. inter ſocerum. §. cum inter, ff. de pact. dot. & in auth. ſed
iam neceſſe. C. de don. ante nup. & in corpore vnde ſumitur
in auth. de æquali. dot. in §. aliud, verſ. quod autem 1. col. 7.
Sed in caſu noſtro dicta augmentatio Villæ Caſtio-
ni fuit facta de dictis hominibus ſimpliciter, & non
ſecũdum quid; ergo illa poteſtas arandi, & retinen-
di beſtiamina pro ſuo vſu, & neceſſitate, quæ erat a-
pud homines dictæ Villæ, cenſetur etiam eſſe apud
eius augmentũ, id eſt, familias, quæ de nouo excre-
uerunt; ex quo illud augmentum eſt ſimpliciter, &
non ſecundũ quid; quia quoad omnia ſunt de dicto
22 communi. † Quarto probatur ſic; ille qui habet po-
teſtatem inducẽdi aliquid, puta vectigal, habet po-
teſtatem augẽdi, *vt dicit Ang. in conſ. ſuo 203. in pen. col.*
ſic eſt è contra, ille qui habet poteſtatem minuendi
habet poteſtatem etiam in totum tollendi, *vt proba-*
tur in l. quod de bonu. §. fi. ff. ad leg. Falc. ſed dictum com-
mune habuit poteſtatẽm inducendi dictam hono-
rantiam paſculi, & eã augendi, & minuendi, pro ne-
ceſſitate cõmunis, & hominum ipſius Villæ Caſtio-
ni; vt in narratione facti; ergo ſimiliter habet pote-
ſtatem tollẽdi in totum dictam honorantiam, cre-
ſcente dicta neceſſitate communis, & hominum.
23 † Quinto probatur; idem iuris eſt de toto quo ad
totum, ſicut de parte quo ad partem, quando ſubeſt
eadem ratio, *l. quæ de tota. ff. de rei vend.* ſed commune
habuit poteſtatem, & facultatem in parte minuẽdi
dictam honorantiam, augendo numerũ beſtiarum,
& arando plures campos, & ſic minuendi in parte
dictam honorantiam, iuxta eius neceſſitatem, ergo
ſimiliter debet habere poteſtatem in totũ minuen-
24 di. † Sexto probatur ſic, ea quæ ſunt licita ex con-
ſuetudine, extenduntur de ſimilibus ad ſimilia, vbi
eadem æquitas ſubeſt. *l. de quib. ff. de legib. ſecundũ Bald.*
in l. 2. in 2. col. C. de patribus qui filios diſtraxerunt, & idem
vult Bal. in l. 2. in 15. col. in verſ. ſed nunquid. C. de ſeruit. &
aqua, & l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. & ſic mens eſt illa,
quæ extendit conſuetudinem, & ſimiliter eam re-
ſtringit, quando actus exercitati ſunt indifferentes,
quia tunc reſtringitur ad id, quod eſt de ratione,
25 † quia ratio regulat dicta & facta, *l. ſi qui animo. ff. de*
acq. poſſ. vt dicit not. Bal. in d. l. de quib. in 18. col. in fi. ſed in
caſu noſtro illud poſſe arare terras cõmunis, & re-
nere beſtiamina plus, & minus, eſt ſecundum con-
ſuetudinem inſpecta neceſſitate, vt dictũm eſt; & ſi-
militer honorantia paſculi eſt in plus & minus ex
cõſuetudine: vt apparet etiam ex dictis inſtrumẽtis
emptionum, & eadem æquitas & ratio, quæ funda-
tur ſuper neceſſitate hominum dicti cõmunis, ſub-
eſt in communi & hominibus, qui ſunt de præſenti,
ſicut erat in communi & hominibus, qui reperie-
bantur tempore dictorum inſtrumentorum: ergo
illa eadem æquitas, & ratio facit extendere dictam
conſuetudinem arandi, & retinendi beſtiamina, &
26 reſtringere dictam honorantiam. † Septimo pro-
batur ſic: ſicut operatur propoſitum in propoſito;
ita operatur oppoſitum in oppoſito. & è contra. *vt*
l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & ibi hoc not. Bar. in 3. col. in
prin. ff. de verb. obl. & Card. Zab. in c. cognoſcentes in 5. no-
tab. extra de conſt. & in c. 1. in 25. notab. de poſtul. præl. ſed
in oppoſito ſi decreſcerent familiæ dicti cõmunis
etiam vſq; ad vnam tantum, in quo commune in v-
no poſſit remanere, & ſtare nomen vniuerſitatis, *vt*
eſt tex. in l. ſicut, in §. fi. in fin. ff. quod cuiuſq; vni. nomine &
habetur 65. Dyn. in c. ſi ſorte, & per gl. in c. gratum extra de
poſtulat. prælato augeretur dicta honorantia paſculi
ceſſante neceſſitate arandi, & retinendi beſtiamina
in dicto communi. Similiter in propoſito è contra,
ſi augetur dictum commune in maxima parte, de-
27 bet diminui dictum paſculum. † Octauo. & Vlti-
mo probatur; contrariorum eadem eſt diſciplina, &
natura per contrarium, vt contraria eodem modo
operentur contrarium effectum, *l. 1. ff. de his qui ſunt*
ſui vel alieni iuris, & not. Bar. in d. §. ſacram, & Card. Zab.
in d. c. cognoſcẽtes, & not. Dy. in c. qui ſentit onus de reg. iur.
lib. 6. quod intelligit quando eſt eadem ratio cõtra-
riorum, & idem vult Bar *in l. in fundo circa pri. ff. de rei*
ven. & vbi verba. & mens non reſiſtunt vt not. glo. *in*
cle. 1. in verſ. ſeruari de ſent. excom. cum ſimil. Sed in quæ-
ſtione noſtra eſt eadem ratio, & mens in diminuen-
do honorantiam, quæ eſt in augendo, per contra-
rium; ſcilicet neceſſitas arandi. & retinendi beſtia-
mina; ergo ſicut quãdo eſt modica neceſſitas creſcit
honorantia; ita per cõtrarium, quando eſt maxima
neceſſitas, propter multitudinem hominum, debet
decreſcere dicta honorantia, ſicut etiam in præter-
itum conſueuit creſcere, & decreſcere; facit quod
not. per Cyn. & Doct. *in l. ſi pater puella, in fi. C. de inoff.*
teſtam. & quod not. per gloſſ. Bart. Angel. & Doct. in l. ſi fa-
mil. C. famil. hercisc. Et iſtam partem puto eſſe veriſſi-
mam. Nec obſtant argumenta ſupra in contrarium
deducta, quia primum, ſecundum, & tertium argu-
mentũ, quod fundatur ſuper cõſuetudine, faciliter
tollitur; quia illa conſuetudo non fuit, nec eſt limi-
tata vno certo modo, ſed fuit variabilis, pro neceſ-
ſitate temporis; ergo effectus variabiles potuit pro-
28 ducere, vt ſupra plene demõſtraui. † Nec ob. quar-
tũ argumentum, dũ dicitur; ſic eſſet in poteſtate mi-
nuere, eſſet etiam in poteſtate in totũ tollere; & ſic
quod

quod vna via conceſſum eſſet illis de Scouolo, per aliam ſibi tolleretur, *per c. cum quid vna via, de reg. iur. in 6.* quia reſpoodetur, quod illa regula debet intelligi, qoando ratio prohibitionis conſiſtit in termino, ſecus ſi in modo, vt dicit eleganter Bald. *in l. ſcire oportet, §. 1. ſi mater per illum text. ff. de tutor. & curat. dat. ab ijs.* Sed in caſu ooſtro ratio prohibitioois non conſiſtit in termino, ſed in modo, ſcilicet ſecundum naturam neceſſitatis communis, & hominum dictæ villæ, vt dixi. Nec obſtat quintum argumentum, dum dixi, quod ex multiplicatione beſtiarum & arationis, videtur præſumi fraus, ex quo illi de Scouolo lędantur in tota honorantia ſibi data, quia reſponderur, quod illud non procedit, vbi conſtat de ratione in contrarium videlicet, quod hoc ſit propter neceſſitatem hominum, ex quo creuit di-
29 cta vniuerſitas, † & ſic vna præſumptio tollit aliam. *l. non ſolum. §. de vno, ff. de ritu nupt. & l. diuus, ff. de ritu nupt. & c. literas, extra de præſumpt. cum ſimilibus.*
30 † Nec obſtat etiam ſextum & vltimum argumentum, *de l. non modus, C. de ſeruit. & aqua, & de his, quæ not. ibi per Cyn. & Paul. de Caſtr.* quia ibi loquitur, quando erat limitata iuriſdictio, vel ſeruitus reſpectu certorum prædiorum. Sed in caſu noſtro non erat limitata, ſed incerta pro varietate neceſſitatis temporum, vt dictum eſt. Vel ſecundo poteſt reſponderi, quod ibi loquitur, quando ſit augmentum extrinſecè, ſecus ſi intrinſecè, ſicut eſt in caſu noſtro, & ibi dicitur per Bald. vt ſupra dixi in ſecundo argumento, facto pro dicto communi. Vel tertio poteſt aliter reſponderi, quod *dicta l. non modus,* cum ibi notatis, loquitur de ſeruitute, vel iure, quod alicui conceditur, quia tunc regulæ non debent extendi vel reſtringi vltra vel citra id, quod conceſſum eſt. Sed in caſu noſtro non agitur de conceſſione aliqua, facta ipſi communi & hominibus in arando & ſeminando terras ſuas, & in retinendo beſtiamina, ſed agitur de ſua libera poteſtate, quæ fuit in arando & retinendo beſtiamina pro ſua neceſſitate, & in relinquendo reliquum dictarum poſſeſſionum pro paſcuis forenſium, pro quibus honorantia paſculi exigi conſueuit. Si ergò ſuperuenit neceſſitas propter augmentum familiarum dicti communis, ſequitur, quod poſſunt dictas terràs pro neceſſitate ſua arare, & ſimiliter plura beſtiamina tenere, etiamſi non remaneret aliquid, quod poſſet concedi forenſibus ad paſculandum, & ſic nulla bonorantia poſſit haberi, niſi manifeſtè appareret, quod hoc facerent in fraudem dictorum de Scouolis, quod in dubio oon eſt præſumendum per prædicta.

ANNOTATIONES.

a Pro rata] *Adde text. in l. teſtatrix, §. fin. vbi Alber. ff. ſi ſeruit. vendic. Calcan. in conſ. 34. nu. 6. verſ. & quia plura, & Crauet. conſ. 154. nu. 1. Didac. Conarr. practicar. quæſtio. c. 37. col. 1. latè & egregiè de hac paſcuorum diuiſione quomodo fieri debeat, D. Menoch. in tractat. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 3. caſu 246. per totum, & Hieronymus de Monte in tractat. de finib. regundis, c. 72. nu. 20. & 21.*

b Cohæreat territorio] *Adde ampliſſimè Menoch. in tractat. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. in princ. & per totum.*

c Circa quartum & vltimum] *De hoc amplè tradit idem D. Capolla in tractat. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 9. nu. 40. & 41. & Didac. pract. quæſt. c. 37. nu. 2. & 3.*

d Aucta neceſſitate] *Videantur Iaſ. in l. 3. C. de verb. ſignific. Dec. conſ. 335. per totum, Crauet. conſ. 95. num. 4. & alij, quos congerit & ſequitur Cæſar Vrſillus in magnis addit. ad Afflict. deciſ. 290. nu. 8.*

CONSIL. LIX.

ARGVMENTVM.

Filia alterius ex duobus fratribus in communione exiſtentibus, cui ab auo in teſtamento dos relicta, & à patre exhibita fuit, à quo dotata eſſe videatur.

Dos per auum nepti relicta, & per patrem ſoluta de bonis inter ipſum & alium fratrem communibus, mortua muliere, cui reddi debeat, &:

De intellectu l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio.

SVMMARIA.

1 *Mulier dicitur dotata ab auo vel à patre, quando ſibi aliquid pro dote reliquit in teſtamento.*

2 *Dos in teſtamento relicta, licet eius quantitas expreſſa non ſit, debetur arbitrio boni viri, inſpecta teſtatoris & patrimonij qualitate.*

3 *Dos nepti data vel relicta ab auo, eo mortuo, ad quem redire debeat, maximè ſi mulier moriatur fratribus in communione exiſtentibus, & num. 5.*

4 *Illud, quod datur per auum nepoti, dicitur aduentitium, & non profectitium.*

6 *Intellectus ad text. in l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio.*

7 *Fratres in communione exiſtentes de mandato patris, dicuntur ſocij.*

8 *Diuiſio poteſt infra certum tempus hæredibus per teſtatorem prohiberi.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In quæſtione præcedenti prius eſt coosiderandū, à quo dicatur habuiſſe dotem filia prædicti Marci, an ab ipſo Marco patre ſuo, qui eam maritauit, & dotem dedit de boois communibus, vel ab ipſo Marco & fratribus, ex quo de bonis communibus ipſorum dos data eſt, an verò à Bonturella auo dictæ filiæ maritatæ. Et teneo, quod intelligatur habuiſſe dotem ab ipſo Turella auo ſuo, qui fecit teſtamentum, in quo iuſſit, quod dotes filiarum dictorum filiorum ſuorum & hæredum dentur, & ſoluantur de toto communi totius hæreditatis & bonorum ipſius teſtatoris, per quæ verba mulier neptis videtur eſſe dotata ab
1 ipſo auo: † quia mulier dicitur dotata *a* à patre
a vel auo, quando reliquit ſibi aliquid pro ea dotanda, vel pro dote, vt not. Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demonſtr. & in l. qui pupillum, ff. de adult. & in l. non eſt matrimonium, ff. de rit. nupt. & Bald. in conſil. 36.* quod incipit: Quidam fecit teſtamentum. Sed in dicto teſtamento aui relinquitur, quod

filiæ

filiæ filiorum ſuorum dotentur de bonis commu-
2 nibus hæreditaris, & ipſius teſtatoris, † & licet
non exprimatur quantitas, tamen intelligitur arbi-
trio buni viri, inſpecta qualitate teſtatoris, & patri-
monij, *l.cum poſt, § gener, ff. de iure dot. & l.quaero, eo.tit. & l.filia de legat.3.* & ſic valet proinde ac ſi fuiſſet ex-
preſſa quantitas, *vt dicto §. gener*, ergo debemus di-
cere, quod dicta mulier filia Marci dicitur fuiſſe do-
tata ab auo ſuo, & ſic dos ſua ab auo eſt profecta.
3 † Hoc præmiſſo, & præſuppoſito, quod dos præ-
dicta ab auo proceſſerit, ad quem redire debeat pro
dimidia, quæ eſt per maritum reſtituenda: Et in hoc
eſſet in primis inſpicienda forma promiſſionis de
reſtituendo dictam dotem factam tempore dotis
traditæ, ſecundum formam ſtatuti Baſſiani de dote
reſtituenda, vxore præmortua; Sed (vt mihi aſſeri-
tur in facto,) non conſtat de aliqua promiſſione fa-
cta, quia nullum inſtrumentum dotis confectum
fuit, vnde recurrendum eſt ad aliam partem ſtatuti,
quæ vult, quod mortua vxore in matrimonio ſine
liberis vir lucretur dimidiam dotis, & aliam dimi-
diam dotis, & aliam dimidiam reſtituere teneatur
illis perſonis, ad quas de iure dos peruenire debe-
ret. Sed de iure communi dicunt Doctores, quando
moritur neptis in matrimonio poſt mortem aui,
ſicut fuit in caſu noſtro: tres caſus ſunt conſideran-
di: aut dos eſt data. vel promiſſa per auum contem-
platione filij patris neptis, & tunc ad patrem neptis
redire debet, & iſte eſt caſus, *in l.dedit dotem, alias incipit, dotem, ff. de collat. bonorum.* Aut dedit vel promi-
ſit contemplatione neptis, & tunc ad patrem re-
dire non debeat, nec ad auum; quia non ſupereſt,
ſed ad illos qui ſunt hæredes neptis, *vt l.anus, quæ ita debet intelligi, ff.de iur.dot.* Aut ſumus in dubio, cuius
contemplatione dotem dederit, & tunc in dubio
videtur dediſſe filij contemplatione, & ſic ad filium
dos redire debet, *per dict. l.dedit dotem, & per l.quintus.§.fin.ff de annuis legatis, & ita no. & tenet Iac. de Aret. & Bald. & Alb. de Roſat. & communiter Doct. in d.l.dedit dotem, & pro hoc eſt gloſſ.in l.qui in aliena, §.interdum, ff.*
4 *de acquir.hæred.* qui vult. † quod illud, quod datur
per auum nepoti dicitur aduentitium non perfuo-
ctitium, & ita not. Bart. *in auth. ex teſtamento, C.de ſe-*
5 *cundis nuptiis.* † In caſu vero noſtro teneo, quod
dos debeat redire indiſtincte ad hæredes ipſius ne-
potis cuiuſcunq; contemplatione fuerit relicta, &
hoc propter verba teſtatoris, quæ dicunt, quod do-
tes filiarum dictorum filiorum dentur, & ſoluantur
de toto communi totius hæreditatis, & bonorum
ipſius teſtatoris ita, & taliter quod per totũ dictum
tempus annorum viginti omnia ſint communia,
cum omnibus introitibus, & expenſis, oneribus, &
honoribus quarumcunque rerum, & nunquam in-
ter eos valeant vel poſſint diuiſionem facere. Nam
cum teſtator voluerit, quod dotentur neptes de bo-
nis communibus ipſius teſtatoris, & quod omnia
ſint communia inter filios, cum oneribus, & ho-
noribus vſque ad viginti annos, & adhuc ſimus in-
fra viginti annos, ſequitur quod illud onus dotan-
di fuit commune, & ſic etiam lucrum, quod perue-
nit ex dicta dote, maxime infra viginti annos debet
eſſe commune omnium dictorum fratrum vigore
dicti teſtamenti, *per l.non aliter, ff.de leg.3. & l.in condi-*
6 *tionibus primum locum, ff. de cond. & demonſt.* † Et de
iſta quæſtione dico quod eſt caſus in terminis, *in l.ſi ſocius pro filia, in verſ. caeterum ſi innumeratam dotem, ff.pro ſoc.* vbi dicitur, quod ſi plures ſunt ſocij, inter quos
conuentum eſt, quod dos de cõmuni conſtituere-
tur, & vnus ſocius maritauit vnam filiam, & ei do-
tem dedit de bonis communibus, ſi poſtea filia in
matrimonio defuncta pater dotem recuperaſſet,
dos ſocietati reddi debet: quoniam dictum pactum
de dote de communi conſtituenda, ſic de æquitate
interpretandum eſt, & hoc procedit quando dos
recuperatur durante ſocietate. Secus ſi ea diſſoluta,
vt ead. l. ſi ſocius pro filia in fin. & ita gl. ibi intelligit in
verbo recuperaſſet, quæ dicit ſcilicet durante ſocie-
tate, alioquin contrarium. Sic enim eſt in caſu no-
ſtro, quia teſtator iuſſit, quod bona ſua eſſent com-
munia inter filios cũ omni ratione vſque ad viginti
7 annos, † & ſic ſocij ſunt in illa hæreditate, *per not. in l.ſi patrem, C. communia vtriuſq. iudicii, & in l.ſi Titium aut Manium, §.altero, ff.de adminiſt.tut. & per Bart.in ſuo tract.de duob.fratrib.* & teſtator grauauit eos, quod
dotentur filiæ filiorum de bonis cõmunibus ipſius
teſtatoris. quod grauamen debet interpretari, quod
ſi durante ſocietate dos vnius filiæ defunctæ in ma-
trimonio recuperetur, debet reddi ſocietati, & eſſe
communis, ex quo durat adhuc ſocietas inter dictos
fratres. Nec obſtat ſi dicatur, quod imo non durat
ſocietas inter eos, quia iam eſt facta diuiſio, vt patet
ex inſtrumẽto, in quo bona aſſignantur diuiſim di-
ctis fratribus tanquam ſua, quia dico, quod in dicto
inſtrumento non ſit aliqua vera diuiſio, ſed tranſa-
ctio, vt in eodem inſtrumento dicitur, vt patet, ibi,
dum dicit, & hæc non intelligatur diuiſio, ſed tranſ-
actio, & quod tempore diuiſionis, videlicet vſque
ad annos quatuor vel quinque dicta tranſactio lau-
detur, & approbetur per dictos fratres, per quæ
verba apparet, quod dicti fratres per dictum inſtru-
mentum non intenderunt facere diuiſionem, ſed
8 poſt tantum viginti annos. † Et in caſu quo etiam
expreſſe voluiſſent decidere, dico quod non potuiſ-
ſent, & adhuc duraret in effectu ſocietas propter
prohibitionem dicti teſtatoris quæ de iure fieri po-
tuit, *vt not.gloſſ.in l.fin.C.commun.diui.per l.fin.C.de rebus alien. non alien. & eſt caſus in l.4. ſi quis ita in princ. ff. de cond.inſtit. & ibi hoc not. Ang.* qui dicit not. quod te-
ſtator poteſt prohibere hæredes, ne diuidant hære-
b ditatem infra certum tempus, *b* & dicit quod de
hoc plenius fuit interrogatus, & ita reſpondit *per illam l.* & ita ego ſæpe conſului, quia eſt veriſſimum,
quia eſt caſus maxime quæſtionis noſtræ, *in d.l.4.*
Vnde ex his concludo, quod cum dicta dos data fi-
liæ Marci vnius ex dictis fratribus, mortua dicta fi-
lia in matrimonio, debeat pro dimidia reddi illis
perſonis, ad quas de iure communi debetur, & de
iure communi debetur omnibus fratribus, & filijs
dicti teſtatoris aui dictæ filiæ defunctæ vt dixi. Se-
quitur, quod dictus Marcus ſolus non debet recu-
perare dictam, dotem ſed ipſe pariter cum omni-
bus alijs fratribus ſuis, inter quos dicta dimi-
dia dotis debet eſſe communis
per prædicta.

Annotationes.

a Dicitur dotata] *Vide quæ ſupra annotaui in conſ.53. in litera B.*

b Ad certum tempus] *Idem tradunt Alex. in conſ.18. nu. 3.lib.2.& conſ.110. nu.10.lib.3.Dec. in l.1. in princ. C.de pact.in conſ.265.in prin.conſ.282.nu.1. & conſ.349.nu. 2.qui alios citat Iaſ.in l.ſi non ſortem,§.ſi centum nu.4. ff.de cond.indeb.qui dicit, quod in hoc nemo eſt, qui diſſentiat, & in §.quadrā.nu.4.Inſt.de action. Ruin.conſil. 135.nu.1.lib.2.Rubeus Alexan.conſ.27.nu.1.Grammat. dec.7.in prin.Ioan.Dilect.de arte teſtandi tit.8. Caute.8. nu.3. & hanc ſententiam ab omnibus receptam eſſe, atteſtatur etiam Grat.conſ.66.nu. 24.lib.2. Clarus, in §. teſtamentum quaſt. 67.& Boerius deciſ.87.nu.2.*

CONSIL. LX.

In eadem cauſa vbi ample tractatur de intellectu l. ſi ſocius pro filia, ff.pro ſocio.

SVMMARIA.

1 *intellectus ad tex.in l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſocio, & n. 4.5.6.& per totum.*

2 *Si teſtator filios hæredes inſtituat, ac mandet vt in communione permaneant; dicuntur ſocij hæreditatis tantum, & non omnium bonorum.*

3 *Socij omnium bonorum hæreditatem alteri relictam ſimul percipiunt; ſecus vero ſi non omnium bonorum, ſed hæreditatis tantum ſocij exiſtant.*

7 *Pactum factum ſuper vno caſu ad alium non extenditur.*

Caſus omiſſus regulariter remanet in diſpoſitione iuris communis, & nu.14.

8 *Dos nepti per auum conſtituta, in dubio filij contemplatione conſtituta eſſe intelligitur.*

9 *Intellectus gl.in l.ſi ſocius pro filia,ff.pro ſocio.*

10 *An & quando vnus ex ſocijs poſſit de communi filiæ ſuæ dotem conſtituere,& ſoluere.*

13 *Hæres, qui hæreditatem adiuit contra factum defuncti venire non poteſt.*

14 *Vbi ſubeſt eadem ratio, idem ius ſtatuendum.*

IN Christi nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Quia tria dubia
videntur prima facie poſſe fieri
contra concluſionem factam in præcedenti
conſilio, circa intellectum,
legis ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio, a Ideo vltra ea, quæ
a per me conſulta ſunt, decreui, pro ampliori declaratione,
ea apertius declarare. † Primum dubium
1 eſt, quia illa l. videtur habere locum in ſocietate omnium
bonorum tantum, vt dicit ibi gloſſella prima
in verbo ſocius, quæ ſubaudit omnium bono-
2 rum, quæ ita videtur intelligere illum text. † Sed
in caſu noſtro non videtur, quod fuerit ſocietas omnium
bonorum inter dictos fratres, ſed ſolummodo
fuerint ſocij in bonis paternis, de quibus teſtator
diſpoſuit, *vt l.cum duob.§. Pap.§. alias incipit fra-*
3 *tres.ff.pro ſocio*. Et ratio differentiæ, † quia quando
plures ſunt ſocij omnium bonorum, tunc & hæreditas
& legatum etiam relicta vni communioni acquiritur,
*vt l.3.§.1.ff.pro ſocio. & l.ſi ſocietatem vniuerſarum
eo. tit. & d.l.cum duob.§.fin.* ſed quando ſunt ſocij
bonorum ſimpliciter, puta in hæreditate paterna
indiuiſa, & non in omnibus bonis; tunc hæreditas
vni relicta ſibi tantum acquiritur, non autem ſocietati,
vt d.§. Pap. & propterea videtur, quod cum filia
d. Marci dotata de communi fuerit, dos illa fuerit
effecta patrimonium ipſius filij, *l.3. §. ſed verum, ff.de
mino*. Si poſtea mortua eſt in matrimonio ſine liberis;
dimidia de iure cōmuni debet ad patrem ſuum
ſcilicet Marcum redire, *vt dixi per d.l.dedit dotem*, nec
d.dos, quæ acquiritur patri, per viam ſucceſſionis,
videtur communicanda cum alijs fratribus ſuis, ex
quo nō ſunt ſocii omnium bonorum, ſed paterno-
4 rum tantum, *per d.§.Pap.* † Secundum eſt, quia *d.l.ſi
ſocius pro filia*, loquitur quādo inter ſocios conuenit,
vt dos de cōmuni conſtitueretur, & ſic pactum hoc
fuit per partes appoſitum, vt patet, ibi, ſi forte conueniſſet
inter ſocios, & ibi, dixi pactū, &c. & ibi, pactum
ex æquitate, &c. Sed in caſu noſtro non interuenit
aliquod pactū, quia dicti fratres nullam conuentionem
ſuper hoc fecerunt, ſed teſtator ſolum
fuit ille, qui ſuper hoc diſpoſuit, ergo videtur quod
non ſimus in caſu, *d.l.ſi ſocius pro filia, ff.pro ſocio per l.ſi*
5 *vero, §.de viro, ff.ſol. matr.cum ſimil.* † Tertium quod
obſtare videtur eſt, quia omnes d.fratres non habebant
nec habent filias ſed ſolum d. Marcus, & vnus
alius frater, ſed *d.l.ſi ſocius pro filia*, videtur loqui quādo
omnes ſocij habent filias, vt videtur probare ibi,
vtique ſi non de alterius tantum filia conuenit, er-
6 go. † Sed iſtis non obſtantibus firmiter teneo id
quod in conſilio meo præcedenti concluſum eſt;
Et ad primum dubium reſpondetur duobus modis
principaliter, primo quod, *d. l. ſi ſocius pro filia*, non
loquitur in ſociis omnium bonorum, ſed in ſociis
tantum ſimpliciter puta bonorum paternorū, quæ
indiuiſa retinebant, *iuxta l.cum duobus, §. Pap ff.pro ſocio,
quod patet ex verbis d.l.ſi ſocius pro filia.* Nam ibi, Iuriſconſoltus
in verſ.cæterum dum deciditur, quod
pater defuncta in matrimonio filia, dotem, quam
recuperauit, debet ſocietati reddere: fundat ſe in
pacto, vt patet ibi, pactum ex æquitate, ſic nobis
interpretantibus; & loquitur de pacto, per quod
inter ſocios conuenit, quod dos de communi conſtitueretur,
vt ex illo textu manifeſte apparet, quia
de alio pacto ibi, nulla fit mentio; Ergo non poteſt
intelligi, quod loquatur de ſocietate omnium bonorum,
quia ſi ibi fuiſſet ſocietas omniū bonorum,
& ſine pacto de conſtituenda de communi dote, vigore
d. ſocietatis vniuerſalis; dos quæſita patri per
ſucceſſionem ab inteſtato acquiretur ſocietati, *per l.
3.§.1.ff pro ſocio cum aliis ſimil.ſupra alleg.* Cum ergo Iuriſconſultus
fundat ſe in d.pacto apparet, quod non
loquitur in ſocietate omnium bonorum, præterea
hoc etiam patet ex eo, quod tex.ibi, dicit pactum ex
æquitate ſic nobis interpretantibus. Nam ibi, vult
dicere Iuriſconſultus, quod licet illud pactū de conſtituenda
dote de communi nihil dicat de dote reſtituēda,
& cui acquiri debeat; & de rigore iuris pactum
ſuper hoc ſimpliciter factū, ſcilicet quod ſocij
debeant filiam vnius ſocij dotare de communi, non
debeat extendi ad alium caſum non expreſſum, ſcilicet
cui debeat reſtitui ſoluto matrimonio per
7 mortem filiæ dotatæ; † quia pactum factum ſuper
vno ca-

vno caſu non extenditur ad alium, *l. ſi vnus*, §. *ante omnia*, *ff. de pact.* & quia regulariter caſus omiſſus re-
manet in diſpoſitione iuris communis, *l. ſi cũ dotem,*
in princ. ff. ſol. mat. & l. commodiſſime, ff. de libe. & poſth. &
8 *in l. ſi extraneus, ff. de cond. ob cauſam.* † & de iure com-
muni dos conſtituta per auum filiæ, in dubio vide-
tur conſtituta contemplatione filij patris ſui, *vt d. l.*
b *dedit dotem, b* & ſic mortua filia dos ad patrem redi-
re debet: Tamen ex æquitate Iuriſconſultus, *in d. l. ſi*
ſocius pro filia, determinat contrarium, & fundat ſe in
æquitate, quæ cauſatur ex dicto pacto de dote ex
communi conſtituenda: quia æquum eſt, quod ex
quo dos de communi ſocietate perfecta eſt, ex pa-
cto inito inter ſocios, ita etiam dos reddere deberet
ad ſocietatem, & ita eſt interpretandum ex quadam
æquitate, quod dicti ſocij ita voluerunt tacite inter
ſe conuenire, quod dos ſocietati reddatur, & hoc
eſt quod voluit Iuriſconſultus, ibi, pactum ex æqui-
tate ſic nobis interpretantibus, quaſi dicat licet de
rigore iuris illa dos deberet eſſe tantum patris filiæ
dotatæ, tamẽ de æquitate propter dictum pactum,
videtur tacite actũ inter dictos fratres ſocios, quod
dos ſocietati reddatur, quia ita tacite videatur volu-
iſſe ex d. pacto, Et ex hoc apparet quod ibi non lo-
quitur de ſocietate omnium bonorum, quia tunc
de rigore iuris dos, quæ ab inteſtato deferretur pa-
tri deberet acquiri ſocietati, *vt d. l. 3. §. 1. cum ſimil. ff.*
pro ſocio, & ideo cum ibi dicat, quod de æquitate ac-
quiritur ſocietati propter dictum pactum non de
iuris rigore, ſequitur, quod de neceſſitate oportet
intelligere, quod ibi non erat ſocietas omnium bo-
norum, quia tunc acquireretur vigore ſocietatis, &
de iuris rigore, non autem vigore pacti, & de æqui-
9 tate, vt ibi dicitur. † Vnde ex iſtis videtur, *gloſſ. 1. in*
d. l. ſi ſocius pro filia, dum intelligit illam legem, quod
loquatur in ſocietate omnium bonorum de neceſ-
ſitate non procedat. Sed quia auctoritas gloſſæ ma-
gna eſt, nec ſit credendum, quod non intellexit il-
lum text. propterea credo, quod illa gloſſ. poſſit ſal-
uari, vt bene dicat nec contradicat deciſioni de qua
ſupra, nam in illa, *l. ſi ſocius pro filia*, primo dicitur in
genere, & ſimpliciter quod ſocius pro filia dotem
promiſit, & intelligitur de pecunia communi, vt
patet ad fin. ibi, non eſſe referendam pecuniam ſo-
cietati: & quęritur, nunquid ſocius poſſit agere pro
ſocio ad quantitatem dictæ dotis, ſoluto matrimo-
nio, & iſta eſt prima quæſtio, & deciditur in fine ibi,
verum in propoſito, cum diſtinctione de qua ibi.
10 † Et quia in hoc poterat opponi, quod imo d. ſo-
cius non potuit promittere, neque ſoluere de com-
muni dotem filiæ ſuæ: *vt probatur in l. cum duobus, §.*
Pap. ff. pro ſocio, & not. gloſſ. fin. in d. l. ſi ſocius pro filia, ideo
gloſſ. 1. ibi dum dicitur ſocius, ſubaudiatis omnium
bonorum, quia tunc dos de communi bene potuit
promitti, & ſolui vni ex filijs, *vt l. 3. §. 1. ff. pro ſocio, &*
l. cum duobus, §. fin. & l. ſi ſocietatem vniuerſarum eo. tit. Et
ſic gloſſ. in hoc bene dixit, quia intelligitur in caſu,
in quo nihil erat conuẽtum inter ſocios de dote de
communi danda filiæ vnius ex ſocijs. Deinde Iuri-
ſconſ. volens tollere iſtam dubitationẽ, dum quæ-
rit, an ſocius poſſit agere pro ſocio, ad repetendam
quantitatem dotis datæ filiæ vnius ex ſocijs, ponen-
do alium caſum. ſubiicit exemplum, dicens, ſi forte
conueniſſet inter ſocios, vt dos de communi con-
ſtitueretur, & iſta eſt ſecunda quæſtio, in qua deter-
minatur, quod dos debeat reddi ſocietati, & in iſta
ſecunda quæſtione oportet de neceſſitate intellige-
re, quod non erant ſocij omnium bonorum, per ea,
quæ ſupra dicta ſunt, & ad iſtum ſecundũ caſum ſeu
quæſtionem glo. 1. quæ ſubaudit omniũ bonorum,
non debet referri, ſed ad primum quando ſimplici-
ter fuit contracta ſocietas ſine pacto de dotando de
communi. Et hoc ſentit, *gloſſ. ibi in verſ. conſtitueretur,*
quæ dicit, quod prima quæſtio deciditur infra in
verſ. verum in propoſito, & interim de pacto dicit
quem effectum habeat, ibi, dixi pactum: vbi decidi-
tur ſecunda quæſtio de pacto. Et ſic ſunt duo caſus,
primus, quãdo ſunt duo ſocij ſimpliciter ſine aliquo
pacto de dotãdo, & tunc ad hoc, vt vnus ſocius poſ-
ſit dotare de communi, requiritur, vt ſint ſocij o-
mnium bonorũ, & iſte eſt caſus, *in d. l. ſi ſocius pro filia.*
quem gl. 1. ita intellexit, & bene alius caſus eſt, quan-
do ſunt duo ſocij ſimpliciter, cum pacto, quod dos
debeat dari de communibus bonis, & tunc etiam ſi
non ſint ſocij omnium bonorum, dari debet dos de
communi, & dos, quæ debet reſtitui ſoluto matri-
monio, per mortem filiæ durante ſocietate, debet
reſtitui ipſi ſocietati vigore dicti pacti, quod ita ex
æquitate teneo, interpretetur, & iſte eſt caſus, qui
ponitur, & deciditur in verſ. dixi pactum, &c. & ad i-
ſtum caſum glo. non refertur, nec referri poteſt per
prædicta, & credo, quod iſte ſit verus intellectus il-
lius gloſſæ, & text. qui communiter male intelligi-
tur per Doctor. reprobantes illam gloſſ. vel eam ſe-
11 quentes quo ad d. ſecundum caſum. † Secundo
modo principaliter poteſt reſpõderi ad d. primum
dubium, videlicet, quod in caſu noſtro ceſſat indi-
ſtincte, etiam ſi tota illa l. ſi ſocius pro filia loquere-
tur in ſocietate omnium bonorum, quia poteſt di-
ci, quod iſta ſit ſocietas omnium bonorum, vt appa-
ret ex verbis dicti teſtamenti, ibi, dum dicit, quod
ſtare debeant in cõmunione omnium, & quorum-
cunque bonorum, & ibi, & quod omnia ſint com-
munia, & ibi, & ita, & taliter, quod per dictum tem-
pus annorum viginti omnia ſint communia, cum
oneribus, & honoribus quarumcunque rerum, per
quæ verba apparet, quod teſtator voluit, quod eſſẽt
ſocij omnium bonorum, vt *l. 3. §. 1. ff. pro ſocio, & l. ſi ſo-*
cietatem vniuerſarum, & l. cum duobus, §. fin. eo. tit. Et per
hæc ceſſat primum dubium ad *d. l. ſi ſocius pro filia.*
12 † Ad ſecundum vero dubium dum dicitur, quod
d. l. ſi ſocius pro fil. in ſecundo caſu loquimur tantum,
quando pactum fuit conuentum inter ſocios, quod
in caſu noſtro non fuit. Reſpondetur, quod imo et-
13 iam in caſu noſtro tacitũ pactum interuenit. † quo-
niam ex quo dicti fratres adiuerunt hæreditatem
ſimpliciter videntur approbare teſtamentum pa-
tris, & perinde ac ſi inter fratres eſſet expreſſe con-
uentum, de ſtando in communione omnium bo-
norum, & quod omnia eorũ bona eſſent commu-
nia, & quod dotes dentur filiabus de communi *arg.*
l. apud Iul. §. fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur, coniuncta l.
fin. C. de iure delib. & l. cum à matre, C. de rei vend. cum
14 *not. in dict. iurib.* † Non obſtat *l. ſi vero, §. de viro cum*

materia, ff. ſolut. matr. quia dico, quod ibi loquitur in his, quæ ſunt contra ius commune. Sed deciſio *d. l. ſi ſocius pro filia*, eſt pręter ius commune, & ſubeſt eadem ratio in caſu iſto, ſicuti & in illo; ergò idem ius *l. à Titio, ff. de verb. oblig. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. & c. inter corporalia, extra de tranſlat. prælat. cum ſimil. vt not.*
15 *in d. §. de viro.* † Ad tertium & vltimũ dubium, dum dicitur, quod *l. ſi ſocius pro filia* loquitur, quando omnes ſocii habent filias. Reſpondetur, quod non eſt verum, imo loquitur etiam, quando vnus tantum ſociorum habebat filiam, vt patet ibi, non intereſſe, quod alter ſolus filiam habuit, vbi eſt text. expreſſus de hoc. Non obſtat text. ibi, vtiq; ſi non de alterius tantum filia conuenit, quia ibi loquitur, quando ſocii habent filias, pactum eſſet iniquum, quod filia vnius tantum ſocii dotetur de communi, quia non eſſet paritas inter eos, & hoc voluit gloſſ. ibi in verbo vtiq; ibi, & not. de æqualitate. Sed ſi vnus tantum ſocius haberet filam, non reputaretur inæqualitas, neque pactum iniquum, quod illa de communi dotetur, & ita loquimur ibi, dum dicit, non intereſſe, quod alter ſocius filiam habuit. Ex iſtis apparet, quod non obſtant dicta dubia: Et propterea ſto in opinione & deciſione, de qua dixi in præcedenti conſilio, quod per prædicta remanet magis iuſtificatum & confirmatum, & declarata *d. l. ſi ſocius pro filia* clarius, quàm per Doct. & ſcribentes.

ANNOTATIONES.

a L. ſi ſocius pro filia] *De interpretatione & materia huius text. videatur Alex. conſ. 154. nu. 4. & ſeq. lib. 2. Dec. conſ. 66. nu. 3. Corn. conſ. 58. nu. 10. vol. 4. Ruin. conſ. 103. col. 1. vol. 1. Cephal. conſ. 160. num. 14. lib. 2. & alij, quos ampliſſimè congerunt D. Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 127. nu. 3. Ant. Gabr. commun. concluſ. lib. 3. tit. de iure doc. concluſ. 2. Rol. à Valle conſ. 91. per totum vol. 1. Tobias Nonius Peruſin. conſ. 64. nu. 3. & ſeq. Iacob. Bereta conſ. 19. nu. 9. & 10. Rimineal. iun. conſ. 366. & conſ. 466. vol. 4. & Borgnin. Caualc. deciſ. 11. nu. 17. & ſeq. in 2. part.*

b L. dedit dotem] *Hac de re fuſe tradit Anton. Gabr. commun. concluſ. lib. 3. in tit. de iur. dot. concluſ. 5. Doctor. omnes in l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. vbi in ſpecie Ripa nu. 204. & Bolognet. nu. 365. Corraſ. in l. frater à fratre, nu. 68. ff. de cond. indeb. D. Menoch. in conſ. 183. nu. 10. 32. & per totum lib. 2. & ampliſſimè in ſuo nouiſſimo tractatu de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 17.*

CONSIL. LXI.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio facta de filia ſub conditione non poteſtatiua, quæ ex facto & voluntate alterius dependet, & in cuius defectum, alius eſt inſtitutus, an & quando valeat egregiè explicatur.

Et de intellectu text. in l. paterfamilias teſtamento, ff. de hæredibus inſtituendis.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum, in quo filia eſt heres inſtituta ſub conditione, non poteſtatiua, & in eius defectum alius eſt inſtitutus, an valeat.*
2. *Teſtator an videatur voluiſſe, quod filia ſub conditione inſtituta, deficiente conditione, non ſit hæres.*
3. *Notarius, qui teſtamentum ſcripſit, ſecundum teſtatoris mentem ſcripſiſſe præſumitur.*
4. *Nemo quid dicit, quod prius mente non cogitauerit.*
   Voluntatem talem quis habuiſſe præſumitur, qualem verba declarant.
5. *Teſtator vel contrahentes aliquid impoſſibile voluiſſe non præſumuntur.*
6. *Teſtator ſi filiam inſtituat ſub conditione, non poteſtatiua dependente ex facto alterius, veluti quod eius maritus & ſocer expellant concubinam, an illa voluntas ſit iuſta & licita, & num. 12. 14. 17. 20. 23.*
   Intellectus ad text. 12. l. paterfamilias teſtamento, ff. de hæredibus inſtituendis, & nu. 24. & 26.
7. *Nemo ex alterius facto exhæredari poteſt.*
8. *Pœna priuationis hæreditatis quando apponitur obedienti propter inobedientem, non committitur, nec apponi poteſt.*
9. *Mandata iniuſta & iniqua teſtatoris ſeruanda non ſunt.*
10. *Pœna quos debent tenere auctores, & num. 13.*
11. *Hæres propter ſuam & non alterius negligentiam & defectum hæreditate priuari poteſt.*
15. *Intellectus ad text. in l. ſi ita fuerit, ff. de manum. teſtam.*
16. *Legatum libertatis facilius conſeruatur, quàm hæredis inſtitutio, tanquam magis fauorabilis.*
   Libertatis fauore multa contra iuris communis regulas legiſlatores ſtatuerunt.
17. *Inſtitutio ſub conditione vel poteſtate alterius valet, & ea deficiente deficit hæredis inſtitutio.*
18. *Conditio fruſtra expectatur, cuius nihil operatur euentus.*
19. *Inſtitutio ſub conditione cauſali fieri poteſt.*
20. *Intellectus ad text. in l. hoc articulo quiſq;, ff. de hæredib. inſtit. & num. 21.*
21. *Verbum, quiſq;, licet ſit collectiuum, attamen inſtitutionis fauore, vt diſtributiuum aſſumitur.*
22. *Verba teſtatoris vbi ſunt clara, interpretatio cadere non poteſt.*
25. *Priuatio præſupponit habitum.*
27. *Hæres quando aliquis inſtituitur, cui poteſt acquiri hæreditas, quò ad proprietatem tantum, & alteri acquireret vſumfructum, tunc poteſt ſibi adimi hæreditas, quò ad vſumfructum ſub conditione, quæ dependet poteſtate & facto illius, cui vſusfructus acquiri debet.*
28. *Hæreditas vxori relicta eidem pleno iure acquiritur.*
   Mariti communiter de vxorum voluntate habent vſumfructum bonorum paraphernalium, & num. 33.
29. *Concubinatus de iure canonico eſt prohibitus.*
   Separatio thori ob concubinatum fieri poteſt.
30. *Vxores indignantur, quando mariti tenent concubinas.*
31. *Teſtator hæredem, ſi non facit, quod præcipit, hæreditate priuare poteſt.*
34. *Concordia maritalis omni lucro præferri debet.*
35. *Ratio vnica quando aſſignari poteſt, perinde eſt, ac ſi fuiſſet expreſſa.*
36. *Conditio per teſtatorem filiæ inſtitutioni adiecta, quod eius gener concubinam expellat extra territorium, & an tanquam impoſſibilis ſit reijcienda.*
   Difficultas in aliquo faciendo quando non noceat.

In

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiri-
tus ſancti gratia. Ex ſic præſcripta facti
narratione, pro clariori deciſione, qua-
tuor dubia principaliter ſunt diſcutienda.
Primum eſt: An dictum teſtamentum, in quo filia
eſt hæres inſtituta ſub conditione, & in eius defe-
ctum alius eſt inſtitutus, valeat. Secundum, poſito,
quod ſic, an teſtator voluerit, quod filia non ſit hæ-
res deficiente conditione. Tertium, poſito, quod
ſic, an d. voluntas teſtatoris ſit iuſta, & de iure vali-
da. Quartum, poſito, quod ſic, an verum ſit, quod
d. coodnio defecerit, ita quod voluntas teſtatoris
1 debeat effectum habere. † Circa Primum dubium,
videtur dicendum, quod dictum teſtamentum ſit
nullum ipſo iure, ex quo filia in poteſtate fuit ſub
conditione non poteſtatiua inſtituta, & in eius con-
ditionis defectu ooo fuit exhæredata, *per l. ſi pater, C.
de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. cum ſimil.* Tamen con-
trarium eſt verius, quia hodie ſufficit, quod filia ſit
hæres inſtituta ſub conditione, maxime cum in eius
defectū alius ſit inſtitutus, & grauatus poſt certum
tempus eidem reſtituere, quia in legitima videtur
fuiſſe pure inſtituta, ſubducto omni grauamine, vt
eſt caſus, *in l. ſcimus, §. cum autem, C. de inoffic. teſta. & ibi
hoc tenet Bart. & Doct. & idem tenet Bart. in l. ſuus quoq.
ff. de hæred. inſtit.* vbi hoc plene examinat, & idē not.
* Barto. & communiter * Doct. *in dicta l. ſi pater, &
Bald. in l. quoniam in prioribus C. de inoffic teſtam.* Et ideo
* cum iſta ſit communis * opinio, licet Ray. fuerit in
contraria ſententia omiſſis diſputationibus, eam ſe-
quor vt communem iuxta not. *in l. fin. C. de pœna iu-
dic. qui male iud. & in c. ne innitaris, extra de conſtit. cum
2 ſimil.* † Circa ſecundum, an teſtator voluiſſet, quod
filia non ſit hæres conditione deficiente, & videtur
dicendum, quod non, quia talis inſtitutio facta de
nepote in defectum conditionis videtur eſſe nulla
per *l. paterfamilias teſtamento, ff. de hæred. inſtit.* & dice-
tur in ſeqoenti dubio: ergo teſtator non videtur
hoc voluiſſe, *per l. non ſolum in fin. ff. de actio. & obligat.
& per l. an inutilis in prin. ff. de acceptil.* Sed certe con-
3 trarium apparet ex teſtamento, † quia notarius
qui ſcripſit teſtamentum, præſumitur ſcripſiſſe ſe-
cundum voluntatem teſtatoris, vt eſt gloſſ. notab.
in l. ſciendum in fin. ff. de verborum obligat. quæ dicit per
illum text. quod ex quo aliquid inuenitur ſcriptum,
præſumitur voluiſſe ſcribens; ſic *in auth. contra qui
propriam, C. de non nume. pecun.* & hoc vult etiam Bart.
in l. ſi quis filiabus, ff. de teſtam. tuto. qui dicit, quod no-
tarius ſcribendo teſtamentum præſumitur poſuiſſe
verba importantia voluntatem teſtatoris, per nota.
4 *in d. l. ſciendum.* † Facit ad hoc optime, *l. Labeo, §.
idem Tubero, ff. de ſupellect. leg.* vbi dicitur, quod nemo
quid dicit, quod prius mente non cogitauit, *& gloſſ.
1. in l. recuſari, ff. de acquir. hæred.* quod talem volunta-
tem alicuius eſſe præſumimus, qualem verba decla-
5 rant, *per d. §. idem Tubero,* & iſtud eſt veriſſimū. † Non
obſtat, *l. non ſolum in fin. ff. de actio. & oblig.* quia ibi lo-
quitur quando conditio impoſſibilis apponitur, &
apponens ſcit ipſam eſſe impoſſibilem, vt patet ibi
in fin. quam ſciunt eſſe impoſſibilem, & eodem
modo loquitur, *l. an inutilis, in princip. ff. de acceptil.* ibi
ſcientes prudenteſque oullius eſſe momenti, quo
caſu non ſubeſt voluntas contrahentis, vel teſtato-
ris, vt dicitur in dictis iuribus; ſed in caſu noſtro
nō apparet, quod teſtator intellexerit illam condi-
tionem eſſe impoſſibilem de iure, quæ etiam in ve-
ritate non eſt, vt dicetur in ſequenti dubio, vel ſal-
tem eſt dubitabile; ergo in dubio eſt præſumen-
dum, quod teſtator ita voluerit prout ſcriptum eſt;
maxime cum illa conditio in ſe ſit honeſtiſſima, &
tendat ad concordiam, & honeſtatem maritalem.
6 † Circa tertium, poſito, quod iſta fuerit voluntas
teſtatoris prout in teſtamento ſcriptum eſt, an illa
voluntas ſit iuſta, & licita. Et prima facie videtur
dicendum, qood non, per text. *in l. paterfamilias te-
ſtamento, ff. de hæred. inſtit.* vbi videtur eſſe caſus de iſta
quæſtione pro hac parte negatiua, nam ibi dicitur
quod ſi aliquis inſtituit duos hæredes, & iuſſit eos
in diebus certis facere monumentum, & appoſuit
conditionem, ſi quis eorum ita non fecerit, omnes
exhæredes ſunto, dicitur ibi, quod, vno eorum
non faciente monumentum, nec hæreditatem ad-
eunte, alter ſolus faciens monumentum erit hæres,
7 & ſubditur ratio, † quia nemo ex alterius facto
exhæredari poteſt. Et ſic vult ille text. quod ex fa-
cto vnius alter non debet priuari hæreditate; & ſi
teſtator habuiſſet hanc voluntatem priuandi vnum
hæredem, propter factum, vel non factum alte-
rius; talis voluntas diceretur illicita ſecundum Bar.
ibi, & Doct. Sed ita videtur fuiſſe in caſu noſtro,
quia teſtator voluit, quod d. filia ſua ſit priuata hæ-
reditate paterna, ex facto mariti, & ſoceri ſui, in ca-
ſu, quo infra menſem nō expulerint de domo quan-
dam concubinam, ergo videtur, quod talis volun-
8 tas teſtatoris non ſit licita, nec iuſta. † Item hoc
etiam videtur velle Bal. *in l. 1. in 5. oppoſit. C. de his quæ
pœna nomine,* vbi dicit, quod quando io teſtamento
apponitur pœna priuationis hæreditatis obedienti
propter inobedientem, tunc talis pœna non poteſt
apponi, *per dict. l. paterfamilias teſtamento,* vbi dicit,
eſſe caſum ſingularem; Ex quo not. arg. quod ſi te-
ſtator dat executores ad faciendum capellam, & ſi
non fecerint damnat hæredem ad præſtanda mille;
quod tale præceptum non valet tanquam irratio-
9 nabile, & iniuſtū. † Iniuſta enim, & iniqua man-
data teſtatoris ſeruanda non ſunt; & regula, *l. 1. C.
de his quæ pœna nomine,* habet locum, quando pœna
apponitur iuſte; ſecus ſi iniuſte; vt, quia inſtitutus
exhæredatur propter culpam cuiuſdam tertij, *per
10 dictam l. paterfamilias teſtamento,* † quia pœnæ ſuos
debent tenere auctores, & non alios, *l. ſancimus, C.
de pœnis* & etiā ſubdit, quod eſt argumentum, quod
ſi teſtator reliquit mihi fundum iubens patri meo,
quod me non moleſtet, & ſi moleſtet priuat me,
quod non valet. Item hoc etiam verſ. tenere D. Pau.
de Caſt. *in dicta leg. 1. circa princip. C. de his quæ pœna no-
11 mine in verſ. circa ſecundum,* vbi dicit, † quod hæres
poteſt priuari hæreditate propter ſuam negligen-
tiam, vel defectum, ſed propter oegligentiam,
vel defectum cohæredis, vel alterius verbo tantum
priuare non poteſt; vt eſt caſus, *in dicta leg. paterfa-
milias teſtamento,* quia non eſt iuſtum, vt alter patia-
tur pœnam de culpa alterius, ſed ſi priuauit facto,
quia propter culpam vnius cancellauit omnia no-

nomina hæredum:& tunc valet priuatio, *vt l. cancellauerat, C. de his quæ in teſtamento delentur.* Et pro iſta differentia, an hæres priuetur verbo, vel facto facit, *l. ſancimus cum ibi not. C. de teſtam.* Idem etiam videtur tenere d. D. Paul. *in l. Lucius, §. tres hæredes. ff. ad Trebel.* vbi vult, quod quando relinquitur aliquid vni, qui poteſt ſibi acquirere, ſi teſtatur mandat ſibi controuerſiam non fieri per hæredem, alias transfert in alium, & priuat primum, talis priuatio nõ valet, quia non poteſt primus priuari propter culpam alterius, *per illam l. notabilem paterfamil. teſtam.* Sed ita videtur fuiſſe in caſu noſtro, quia dicta filia fuit hæres inſtituta, & ſibi hæreditatem acquirere poterat, & fuit priuata in caſu, quo maritus eius ſocer non expellerent infra menſem concubinam: & ſic propter culpam mariti & ſoceri. & ſic videtur, quod talis priua-
12 tio non valuerit. † Sed his non obſtantibus contrarium credo eſſe verius de iure videlicet quod dicta voluntas teſtatoris & inſtitutio fuit licita & iuſta. Et in primis pro declaratione conſiderandi ſunt duo caſus principales. Primus caſus eſt, quia aliquando teſtator inſtituit vnum pure, & poſtea in defectum alicuius conditionis, quæ dependet ex poteſtate alterius, in pœnam adimit illam inſtitutionem. Secundus eſt; aliquando teſtator inſtituit vnum ſub conditione, quæ dependet ex voluntate, vel poteſtate tertij, & in defectum cõditionis inſtituit alium; In primo caſu, quãdo inſtitutio eſt facta pure & in defectum conditionis, quæ dependet ex poteſtate alterius, alius fit hęres inſtitutus, & ſic hęreditas fuit data pure, & ademptio fuit facta ſub cõditione: Dicendum eſt; quod ſi ille, qui erat inſtitutus pure, erat capax hæreditatis, & ſibi eam potuiſſet acquirere, & tunc regulariter illa ademptio non valet, & inſtitutus pure remanet hæres, & iſte eſt proprie caſus, *in d. l. paterfamilias teſtament. ff. de hæred. inſtit.* vbi dicitur, quod erant duo hæredes inſtituti ſimpliciter, & grauati, vt monumentum facerent, & poſtea appoſita conditio, ſi qui eorum monumentum non fecerint, omnes ſint exhęredes. Et ratio huius deciſionis eſt, quia poſtquam quis eſt hæres inſtitutus pure, & ſic mortuo teſtatore eſt ſibi ius in hæreditate quæſitum, non debet ex alterius facti grauari, vel exhæredari, & hoc eſt, quod dicitur, *in dict. l. paterfamilias teſtamento*, ibi reſpondi neminem ex alterius facto exhæredari poſſe, &c. & probatur, *in l. ſancimus, in fin. C. de pœnis*, vbi dicitur,
13 † quod peccata ſuos debent tenere auctores, nec pœna alterius eſt protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum, vt dicit etiam text. *in capit. quæ ſunt, in fin. extra de his, quæ fiunt ex maiori parte capituli*, & propterea talis voluntas teſtatoris dicitur illicita, & iniuſta, & ſic non valet; & ita tenet Bartol. *in dict. l. paterfamilias teſtamento*; in prima ſolutione quanti contrarij, & idem tenet ibi Angel. qui dicit, quod ille caſus non eſt alibi. Et in hoc caſu loquitur Bald. & d. Paul. *in l. vnica in quinta oppoſit. C. de his quæ pœna nomine, & d. Paul. in l. Lucius. §. tres hæredes, fin. ad Trebellian.* Et ita procedunt ea, quæ dicta ſunt ſupra pro alia parte, quæ loquuntur in hoc
14 caſu tantum. † In Secundo caſu principali quando inſtitutio eſt facta ſub conditione, quæ dependet ex poteſtate alterius, & in eius defectum alius eſt inſtitutus, ſicut fuit in caſu noſtro, & tunc dicendum eſt aliter, videlicet quod d. inſtitutio conditionalis, & in eius defectum alia inſtitutio facta, valet vt probatur *in l. ſi ita fuerit in princ. ff. de manumiſſ. teſtamento*, vbi habetur, quod in legato libertatis facto ſub conditione, quæ etiam dependet ex facto tertij, illa conditione per tertium non adimpleta, deficit legatum libertatis; & ſic ibi apparet, quod teſtator propter vnum non adimplentem conditionem, poteſt alteri non dare, licet non poſſet datum adimere, *vt dict. l. paterfamil. teſtamento*, ſecundum Bart. qui ita tenet ibi in prima ſolutione quartæ oppoſit. & ita etiam ibi tenet Angel. circa. princ.
15 † Nec obſtat ſi dicatur, *illa l. ſi ita fuerit in princ. ff. de manu. teſt.* loquitur in legatis, in quibus procedit illud; quod dixi: Sed ſecus videtur eſſe in hæreditate, ſeu in inſtitutione hæreditatis, *per dict. l. paterfamil. teſtamento*, vt tenet Bar. ibi in ſecunda ſolutione quartæ oppoſit. quam ſolutionem videtur in dubio ſequi, ex quo eſt vltima *argum. gloſſ. notabilis in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. & per id quod not. Bald. de dictis, Innoc. in auth. ex teſtamento. C. de collationibus; & videtur etiam ſequi D. Benedict. de Plumbino in d. l. ſi ita fuerit in princ.* Quia reſpondetur, quod imo deciſio, *d. l. ſi ita fuerit*, licet loquatur in legatis, tamen habet locum etiam in hæreditate ſecundum Angel. *in d. l. ſi paterfamil. teſtamento*, & ſecundum Bart. ibi in prima ſolutione præallegata. Et hoc probatur ratione, nam text. *in d. l. ſi fuerit*, loquitur in legato libertatis, quod legatum deficit ex culpa, vel defectu vnius non implentis conditionem, ſub qua relicta eſt ipſa libertas alteri; Ergo multo magis idem dicendum
16 eſt in inſtitutione hæreditatis facta. † quia regulariter facilius conſeruatur legatum libertatis, quam hæredis inſtitutio, *vt l. Pap. §. fin. ff. de inoffi. teſta. & not. per gl. Inſtit. de donat. §. fin. in verbo regulas.* Nec mirum quia legatum libertatis eſt magis fauorabile, quam hæredis inſtitutio, vt probatur, *in l. pen. §. ſed cum veteres. C. de neceſſariis hæred. inſtit. & eſt caſus in l. libertas. ff. de regul. iur. in pen. char. in prin.* vbi dicitur, quod libertas omnibus rebus fauorabilior eſt; & propterea eius fauore antiquos legislatores multa, & contra communes regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt; *vt dicit Imperator Inſt. de donat. §. fin. ad fin. facit ad hoc l. inter pares. ff. de re iud. & c. ex literis extra de probat. cum ſim.* Cum ergo hoc permittatur in legato libertatis, vt poſſit fieri ſub conditione, quæ dependeat ex poteſtate tertij, quæ cõditio ſi deficiat ex culpa illius tertij, deficit legatũ libertatis, & ſic lex non vult ipſum conſeruare; ergo multo magis idem eſt dicendum in hęredis inſtitutione, quæ, vt dixi, regulariter non ita faciliter conſeruatur, nec eſt ita fauorabilis, ſicut legatum libertatis, *argu. auth. multo magis. C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. quanto magis. ff. de iureiur. & per not. in c. cum*
17 *in cunctis in prin. per glo. & Doct. extra de electione.* † Et quod iſta opinio ſit vera, videlicet quod poſſit fieri inſtitutio ſub cõditione quæ dependeat ex facto vel poteſtate alterius, & ea deficiente deficiat hæredis inſtitutio; allego tria iura hoc manifeſte probantia quæ nõ fuerunt hactenus per Doct. ad hoc ponderata. Et primo allego tex. *in l. ſi quis inſtituatur hæres in*

dicm,

dem, §.1. Item ſi conditioni, ibi, veluti inſtitutione
collata in alterius factum. *ff. de hæred. inſtit.* vbi eſt tex.
quod valet inſtitutio hæredis facta ſub conditione,
quæ ſit collata in alterius factum, & ſic quæ depen-
der ex facto alterius, & licet ibi non dicatur de defe-
ctu d. conditionis; tamen ſatis eſt, quod ibi dicatur,
quod d. conditio debet expectari, ergo vult, quod ſi
purificabitur conditio, valebit inſtitutio; & ſic defi-
cier etiam inſtitutio, quia niſi hoc eſſet, cõditio non
18 deberet expectari, † fruſtra enim expectatur con-
ditio cuius euentus nihil operatur. *l. aliquando, §. fin.
ff. ad Vellean.* Præterea hoc etiam probatur, *in dict. l. ſi
quis heres inſtituatur*, §. 1. alio modo, vbi quoad validi-
tatem inſtitutionis conditionalis, equiparatur con-
ditio, quæ dependet ex facto alterius conditioni ca-
ſuali, puta ſi ille Conſul factus fuerit; & ſic illæ duæ
conditiones in inſtitutione appoſitæ procedunt à
19 pari, vt ibi dicitur, † Sed nulli dubiũ, quod inſtitu-
tio poteſt fieri ſub conditione caſuali, & valet inſti-
tutio, & ea conditione deficiente deficit inſtitutio,
vt *l. ſi quis ita ſcripſerit, ff. de hæred. inſtit. & l. ſi pater. & l.
ſi quis hæredem, C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. cum
ſimil.* ergo eodem modo debet valere inſtitutio fa-
cta ſub conditione, quæ dependet ex poteſtate, ſeu
facto tertij, *per argu. à pari 32. q. 5. c. præcipit, in fin. & c.
Chriſtiana religio.* † Secundo ego allego tex. *in l. hoc
artic. quiſque, ff. de hæred. inſtit.* vbi habetur, quod ſi te-
ſtator dixit, Titius & Seius quanta quiſque eorum
ex parte hæredem me habuerit ſcriptum, hæres mi-
hi eſto, niſi omnis habeat ſcriptum hæredem teſta-
torem neutrum hæredem fore; & ſubditur ratio,
quoniam ad omnium factum ſermo refertur, in
quo teſtatoris mens eſt inſpicienda, & ſic vult ibi
tex. quod dicta inſtitutio, quæ dependet ex poteſta-
te tertij, valet, & deficit inſtitutio; illo tertio nolen-
te adimplere, ſi iſta fuit voluntas defuncti, vt patet
ibi, in quo puta teſtatoris mentem inſpiciendam:
Tamen ſubditur, quod humanius eſt, eum qui te-
ſtatorem hæredem ſcripſerit, & ſic conditionem
adimpleuerit, in tantam partem ei hæredem fore,
licet alius hæredem teſtatorem nõ ſcripſerit; & hoc
non eſt ex eo, quod illa voluntas teſtatoris ſit illici-
ta, vt ſcilicet reſpectu alterius non implentis, alius
21 qui adimpleuit non ſit hæres; † ſed ex eo quia licet
verbum illud quiſq; ſit proprie collectiuum, & ſe-
cundum propriam ſignificationem intentio teſta-
toris fuerit, quod vno nõ ſcribente hæredem teſta-
torẽ; nullus ſit teſtatoris hæres; tamen fauore inſti-
tionis illud verbũ quiſq; quod eſt collectiuum aſſu-
mitur vt diſtributiuũ, & ſic verbum impropriatur,
vt adimplens voluntatem ſit hæres; licet alius non
impleuerit; & hoc probatur ibi; ſed humanius eſt:
& ita ſenſit ibi Bar. Ang. & Doct. in ſummario, quod
ſummatur hoc modo, nomẽ quiſq; proprie eſt col-
lectiuum, ſed fauore inſtitutionis, vt diſtributiuum
aſſumitur, & ſic vult ibi text. *in d. l. hoc artic.* quod vbi
non eſſet verbum quiſq;, quod poſſit impropriari,
& præciſa eſſet voluntas teſtatoris, quod vna hære-
dum non adimplente, alter non eſſet hæres, valeret
talis voluntas, & diſpoſitio, & hoc important illa
verba ibi; In quo puto teſtatoris mentem inſpicien-
dam; & ibi, ſed humanius eſt, &c. nam ſi volũtas te-
ſtatoris non valeret, in quantum vellet, ꝙ vno non
adimplente alter non ſit hæres; non dixiſſet inſpici-
endam voluntatem defuncti & quod humanius eſt
interpretari, quod adimplẽs ſit hæres; quia imo illa
voluntas teſtatoris eſſet inualida, nec per humani-
tatem, ſed de iuris rigore fieret d. interpretatio: pro
hoc optime facit, *l. ſi ſeruitus, in pr.* ibi ſed humanius
eſt verbo generali. *ff. de ſeru. vrb. præd.* Nec obſtat ſi
dicatur, ergo eodem modo fauore teſtamenti faci-
enda eſt interpretatio, vt propter factum, vel nõ fa-
ctum tertij inſtitutio hæredis non deficiat; Quia re-
ſpondetur, quod in caſu noſtro non fuit facta inſti-
tutio cõditionalis per aliqua verba, quæ poſſint im-
propriando ad hoc trahi, ſicut fuit, *in d. l. hoc articu.*
quiſq; quoniam in caſu noſtro verba teſtatoris fue-
runt clara in hoc, videlicet quod marito & ſocero
filiæ teſtatoris nõ expellẽtibus de domo concubinã
infra menſem, quod tunc primo loco ſibi hæredem
22 inſtituebat Petrum eius nepotem ex fratre; † vn-
de cum teſtatoris verba ſint clara, non poteſt cade-
re interpretatio, *vt l. ille aut ille. §. cum in verbis de leg. 3.*
23 *& l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. cum ſim.* † Terno
allego tex. apertum, *in l. ſi quis Sempronium, in princ. ff.
de hære. inſt.* vbi dicitur quod valet inſtitutio facta ſub
conditione, ſi Titius Capitolium aſcẽderit; & quod
alias inſtitutus non poteſt eſſe hæres niſi aſcenderit
Capitolium, & ſic ibi probatur manifeſte, quod
poteſt fieri inſtitutio ſub cõditione, quę dependeat
ex poteſtate & facto tertij, qua deficiente, deficit in-
ſtitutio. Et ideo cum in caſu noſtro fuerit facta in-
ſtitutio de filia ſub conditione, ſi maritus & ſocer
expulerint infra menſem concubinam; & ſic ſub
conditione quæ dependet ex facto & poteſtate ma-
riti & ſoceri; vt dicam in ſeqnẽti dubio; ſequitur ex
prædictis, ꝙ illa inſtitutio fuit licita, & valida, & per
conſequẽs etiam fuit valida, & licita voluntas teſta-
toris, dum in teſtamento ſubdit, quod ſi prædicta
ſeruata non fuerint infra menſem, tunc & eo caſu
primo loco ſibi hæredẽ inſtituit Petrum nepotem
ſuum, ex quo dicta voluntas teſtatoris eſt certa &
24 clara. † Nec obſtat ſi dicatur licet valeat inſtitutio
conditionalis, tamen non valuit ademptio in defe-
ctum conditionis, *per l. paterfam. teſta. ff. de hæred. inſtit.*
ſupra ſæpius, quia reſpõdetur, quod in caſu noſtro,
nulla eſt ademptio hæreditatis, ſed eſt nõ datio pro-
pter defectum conditionis vt dicit Bar. ibi in prima
ſolutione quartæ oppoſit. & ſic eſt duplex inſtitutio
conditionalis; vna de filia ſi expelletur concubina;
Alia de nepote, ſi non expelletur concubina, & ſic
in defectum primæ cõditionis, & ſic deficiente pri-
ma conditione non admittitur filiæ inſtitutio, quia
nunquam fuit hæres, quia ſi pendente conditione
non fuit hæres filia, *vt l. cedere diem. ff. de ver. ſign. & l. ſi
quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtatur.* multo mi-
nus poteſt dici, quod fuerit hæres deficiente condi-
tione, *vt in toto tit. ff. de condit. inſtit. & c. de inſt. & ſubſt.
ſub cond. factis.* excepta tamen legitima, in qua rema-
net hæres deducta dicta conditione; vt dixi ſupra
in primo dubio; ſed de ea hic non quæritur, ſed de
reliquo hæreditatis d. teſtatoris; ſi ergo filia nun-
quam verè fuit hæres vltra legitimam, tum propter
pendentiam conditionis infra menſem, tum etiam

propter eius defectũ poſt menſem; ſegnitur, quod
non poteſt dici, quod per teſtatorem ſit adempta d.
25 filiæ hæreditas. † quia priuatio præſupponit ha-
bitum *l. decem. ff. de verb. oblig. & l. manumiſſiones. ff. de
iuſt. & iur. cum ſimil.* ſed potius in defectum condi-
tionis dicitur hæreditas non data, & nepos teſtato-
ris hæres inſtitutus in defectũ d. conditionis; & pro-
pterea in teſtamento congrueuter dicitur, quod ſi
prædicta non fecerint, tunc eo caſu primo loco ſibi
hæredem inſtituit Petrum eius nepotem, & ſic di-
citur primo loco ad denotandum, quod inteotio
teſtatoris fuit nõ adimere hæreditatem filiæ, ſi con-
ditio non adimpletur, ſed ei non dare; & primo lo-
eo nepotem hæredẽ inſtituere, & profecto in hoc
26 illud teſtamentum fuit conſulto factum. † Et ex
prædictis apparet, quod non obſtat ſæpe, *d. l. pater-
familias teſtamento. ff. de hæred. inſtit.* quia illa loquitur
quando quis fuit hæres inſtitutus pure, & poſtea
fuit ſibi adempta hæreditas ſub cõditione, quæ de-
pendet ex facto & poteſtate alterius, quo caſu non
valet vt pater ibi, neque exhæredari poſſe; & etiam
dixi ſupra pro prima parte huius tertij dubij; & ita
loquitur Bal. *in l. 1. C. de his quæ pœn. nom. & Doct.* ibi de
hac materia ſcribentes, & ita procedunt ea quæ di-
xi ſupra in d. prima parte; & ſic non obſtant quia lo-
quuntur in alio caſu penitus diuerſo. Et hæc ſuffici-
unt pro vera deciſione huius quæſtionis. Sed ta-
men vltra prædicta fortius volo dicere, quod licet
regulariter inſtituto non poſſit adimi hęreditas ſub
conditione, quæ dependeat ex facto tertij, *per d. l. ſi
paterfamil. teſtamento.* Tamen teneo, quod in caſu
noſtro talis ademptio valeret; qood ſic probatur
27 † quando aliquis hæres inſtituitur, cui poteſt hære-
ditas acquiri quoad proprietatem tantum, & alteri
acquireret vſumfructum, ſicut contingeret hodie
in filiofamil. hærede inſtituto, *vt l. cum oportet. C. de
bonis quæ liber. cum ſimil.* tunc poteſt ſibi adimi hære-
ditas, quantum ad vſumfructum ſub conditione,
quæ dependet à poteſtate, & facto illius, cui vſus-
fructus debet acquiri, *arg. auth. excipitur cum ibi not.
C. de bonis quæ liber. & l. Lucius. §. tres hæredes cum ibi not.
ff. ad Treb.* & eſt ratio; quia tunc quis non grauatur
ex facto alterius, ſed ex facto ſuo proprio, ſed in ca-
ſu noſtro ſi d. hæreditas fuiſſet relicta pure d. filiæ,
fuiſſet acquiſitus vſusfructus marito ſuo, vel ſocero
28 ex forma ſtatuti; vt mihi aſſeritur in facto, † & li-
cet vbi non eſſet ſtatutum; pleno iure acquireretur
hæreditas vxori, *vt l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dotium*, ta-
men quia cõmuniter mariti de voluntate vxorum
habent vſumfructum bonorũ paraphernalium, *vt
not. in l. maritus. ff. ad l. Falcid. & l. fin. C. de pact. conuent.*
Ergo ſequitur, quod reſpectu vſusfructus, qui po-
tuiſſet acquiri marito, vel ſocero, potuit adimi hæ-
reditas, per teſtatorem d. filiæ, in defectum con-
ditionis, quæ dependebat ex facto mariti vel ſoceri;
quia in effectu videtur talis ademptio facta potius
marito, vel ſocero, quam filiæ; Et quod iſta fuerit
intentio teſtatoris apparet, quia ipſe inſtituit nepo-
tem ſuum in defectum dictæ condinonis, & graua-
uit nepotem de reſtituendo d. hæreditatẽ poſt mor-
tem dictorum generi ſui, & patris eius d. filię, & eius
deſcendentibus ſecundum ordinem primæ inſtitu-
tionis factæ de filia, & ſic in effectu voluit priuare
generum, & eius patrem in eorum vita vſufructu
ſuæ hæreditatis ob eorũ culpam, & defectum, quod
quidem iuſtiſſimum fuit, *arg. d. l. paterfamil. teſtamen-
to. ff. de hæred. inſt.* ibi neminem ex alterius facto, à
contrario ſenſu. Et prudens videtur fuiſſe patris
teſtatoris conſilium, ex quo voluit omni ex parte &
filiæ, & nepotibus prouidere, *vt dicit text. in l. Lucius
2. in fin. ff. de hæred. inſti.* Primo enim voluit prouidere
filiæ & dare cauſam, quod maritus ſuus, & ſocer ex-
pellerent concubinam de domo, quæ cauſa fuit ho-
29 neſtiſſima, & iuſtiſſima, † quia concubinatus eſt
de iure canonico prohibitus & dicitur, *vt 32. quæſt. 1.
in coniugio, & 1. quæſt. 5. præcipit. & c. præceptum, & not.
gl. in l. in concubinatu. ff. de concub.* interim, quod poteſt
fieri ſeparatio thori, propter concubinatum, vt ha-
30 betur in dictis iuribus, *& in c. 2. ne diuortiu.* † Et indi-
gnantur vxores, quando viri tenent coocubinas, *vt
probatur 32. quæſt. 6. indignantur. & c. ſi ducturi eſtis vxo-
res.* In tantum quod nihil granius vxori fieri poteſt,
vt de ſe pater, voluit etiam prouidere filiæ & nepo-
tibus in hæreditate, quia pro tempore, quo vſusfru-
ctus deſinit eſſe apud generum, vel eius patrem per
eorum mortem, voluit quod hæreditas deberet re-
ſtitui filiæ, & eius deſcendentibus. Et viuentibus
genero & eius patre, quibus debebat acquiri vſuſ-
fructus, voluit teſtator punire eos, & non filiam
eius deſcendentes, & prouidere, quod donec viue-
rent dicti gener, & eius pater, filia non haberet hæ-
reditatem, nec eis vſumfructum acquireret; ſed vo-
luit, quod eſſet hæres nepos ex fratre ipſius teſtato-
ris. Et ſic filia non dicitur priuari ex facto alterius,
quia imo habebit legitimam ſuam ſine onere, *per l.
ſcimus. §. cum autem, C. de inoffic. teſtam. vt dixi ſupra in 1.
dub.* Et in reliquis bonis in effectu dicuntur priuari
maritus ſuus, & ſocer propter eorum culpam, & de-
31 fectũ, † quod facere potuit teſtator, *per not. in auth.
excipitur. C. de bo. quæ lib. & per l. Lucius, §. tres hæred. cum
ibi not. ff. ad Treb. & ſic non obſtat d. l. paterfamil. teſt. cu[m]
32 alijs ſimil. ad eam allegatis. ff. de hæred. inſtit.* † Nec ob-
ſtat ſi dicatur, Imo priuatur etiam filia, quia non ef-
ficitur hæres in ſolidum directo, vbi fuiſſet, niſi cul-
pa vel defectus mariti & ſoceri interueniſſent, ergo
videtur obſtare, *d. l. paterfamil. teſtamen.* Quia reſpon-
detur quod quantum ad effectum remanet hæres
pro eo tempore, quo ſibi pleno iure poteſt acqui-
rere, ſcil. poſt mortem mariti & ſoceri quia in legi-
tima remanet hæres directo, vt dixi, in reliqua par-
te bonorũ erit hæres per fideicommiſſum, effectu
enim quodam hæres, *vt eſt text. in l. ſi filius in fi. ff. quod
cum eo.* Et ſi dicatur, nonne poterat teſtator pater in-
ſtituere hæredem filiam, cum condinone, quod v-
ſusfructus non acquireretur eius viro, nec ſocero,
niſi expellerent concubinam, *iuxta auth. excipitur, &
in corpore vnde ſumitur cum ibi not. C. de bonis quæ liber.*
& ſic filia ex facto mariti damnum non pateretur?
Reſpondetur, quod illud ſumma cum ratione fecit
teſtator, videlicet propter concordiam maritalem
conſeruandam, nam teſtator cogitauit, ſi reliquum
hæreditatis filiæ relinqueret, cum hoc quod vſuſ-
fructus non acquireretur viro vel ſocero filiæ, im-
33 mediate inſurgeret diſcordia, † quia communiter

mariti

mariti volũt habere vſumfructum etiam bonorum
Paraphernalium vxoris, & communiter habent, *vt
not. in l. maritus. ff. ad leg. Falcid. & l. in fin. Cod. de pactis
conuentis.* Ne ergo diſcordia poſſit oriri inter filiam,
& eius maritum, vel ſocerũ, propter vſum fructum
dictæ hæreditatis; voluit prouidere quod non ac-
quireretur marito vel ſocero, ſed nepoti teſtatoris
34 ex fratre, † & ſic propter concordiam maritalem
conſeruandam, quæ omni lucro præferri debet, *vt
dicit tex. notabilis in l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſt.
ſub cond. factis qui tex. probat*, quod d. volũtas teſtatoris
eſt licita ob d. cauſam nec alia cauſa poteſt excogi-
tari, per quã teſtator motus fuerit ad ita inſtituen-
dum nepotem, & non filiam in vita generi & eius
35 patris: † Ergo perinde eſt ac ſi illa ratio fuiſſet ex-
preſſa in teſtamento, *vt eſt gl. notabilis in l. quamuis. C.
de fideic. & ibi hoc not. Bald. & Doct. & idem not. Bald. in l.
quoties eo. tit. & in l. maximum vitium in 4. col. C. de liber.
præteritis.* Vnde ex prædictis concludo circa tertium
dubiũ principale, quod d. diſpoſitio & voluntas te-
ſtatoris fuit licita, & de iure valida, tũ quia fuit con-
ditionalis, tum etiam quia fuit facta in odium, & da-
mnum in effectu generi ſui, & eius patris propter
eorum culpam & defectum & nõ in odium, ſed fa-
36 uorem filiæ & eorum deſcendentiũ. † Circa quar-
tum & vltimum dubium; an ſit verum, quod condi-
tio, ſub qua fuit filia hæres inſtituta & in cuius defe-
ctum fuit nepos teſtatoris ex filia inſtitutus, defece-
rit ita, quod voluntas teſtatoris debeat effectum ha-
bere; Et videtur dicendum quod non, quia illa con-
ditio de expellenda cõcubina extra territorium Si-
binici videtur eſſe quodãmodo impoſſibilis, & ſic
propter eius difficultatem non deficiat, ſed potius
reiiciatur, & habeatur pro non adiecta, *per l. facta. §.
ſi ſub condit. ff. ad Treb.* Tamen ego dico, quod contra-
rium eſt verius, nam licet in curando, quod concu-
bina non ſtet in territorio Sibinici, videatur eſſe a-
liqualis difficultas; Tamen non eſt tanta difficultas,
quæ habeat nocere quoniam hoc poteſt de iure fie-
ri, vt patet ex his quæ not. Bal. Gul. de Cuneo. & Dd.
*in l. 2. C. de ſumma Trin. & fide Catho. & per gl. notabilem
in c. 1. in ver. expellant de vſuris in 6.* & præſertim cũ ſint
nobiles & Doct. dicti gener & eius pater qui veriſi-
militer poſſent eam expelli facere de territorio Si-
binici vbi habitant. Et negari non poteſt, quod ſal-
tem hoc clariſſimum eſt in expellendo eam de do-
mo, quia in hoc nulla eſt difficultas imo facile eſt, &
iuridicum, per ea, quæ habentur per gl. & Doct. *in l.
non aliter. ff. de vſu. & hab. & in d. l. 2. C. de ſumma Trinit.
& fid. Catho.* & quia fornicatio eſt, eã in domo tene-
re, *vt 32. q. 1. In coniugio tum ſim. vt dixi in præcedenti du-
bio.* Nec obſtat dũ dicitur quod gener teſtatoris ob-
tulit ſe paratum, ſed eius pater noluit; quia reſpon-
detur, quod nemo ſanæ mentis exiſtimaret, quod ſi
filius vnius coniugatus & habens filios tenens con-
cubinam, ſi vult eam expellere de domo, & hone-
ſte viuere, & cum vtilitate d. hæreditatis; quod pa-
ter ſuus nobilis & Doctor egregius noluerit. Vnde
deridenda eſt hæc opinio, quia ratione caret, ſicut
Celſus alibi eleganter ſententiam Proculi deridet,
vt refert Vlp. in l. ſed an vlt. §. 1. ff. de neg. geſt. Præterea po-
ſito, quod eſſet verum, quod pater generi noluerit
quod expelleretur, tamen voluntas teſtatoris debet effectum habere; quia d. hæredis inſtitutio facta de filia fuit ſub cõditione copulatiuè tam reſpectu generi, quam eius patris, & ſimiliter inſtitutio facta de eius nepote in defectum conditionis concernebat ita perſonam patris generi ſicut ipſum generũ; quia dicitur in teſtamẽto, Inſtituo filiam, ſi gener & eius pater expellerent de domo concubinam, &c. & ſi prædicta non fecerint, &c. inſtituo nepotem. Si ergo deficiat conditio reſpectu generi ſiue reſpectu eius patris, ſiue reſpectu vtriuſque quod veriſimilius eſt; dicitur de facto cõdictio; & nepos remanet hæres primo loco inſtitutus, *per l. ſi hæreds plures. ff. de cond. & demon. & probatur expreſſe in l. hoc artic. quiſq. ff. de hæred. inſtit.* inducendo, ſicut dixi in tertio dubio principali proxime præcedenti. Vnde ex prædictis omnibus concludo, quod dicta inſtitutio conditionalis facta de filia & in eius defectum facta de nepote valet, & quod volũtas teſtatoris fuit, quod genero vel eius patre non expellente concubinam infra menſem à die notificationis de domo, quod primo loco eſſet hæres nepos ſuus ex fratre; & quod illa voluntas fuit licita & iuridica, & honeſta & non impoſſibilis, vel difficilis; & quod propter culpam generi vel eius patris, vel vtriuſque defecit; & propterea dictus nepos ex fratre remanet primo loco hæres grauatus de reſtituendo, vt in teſtamẽto continetur; & per conſequens dictus nepos poteſt dictam hæreditatẽ, excepta legitima à dicta filia poſſidente, auocare & conſequi; ſecundum tenorem dicti teſtamenti.

ANNOTATIONES.

a Circa primum dubium] *Adde late Iul. Clar. in 5. teſtamentum quæſt. 39. Ant. Gome. 5. variar. reſolu. lib. 1. c. 12. nu. 59. & ſeq. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 3.*

CONSIL. LXII.

ARGVMENTVM.

De filia renuntiante bonis paternis, & maternis, an & quando fideicommiſſo paterno renuntiaſſe dicatur, & an aliquibus remediis contra ipſam renuntiationem adiuuari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Remiſſio ſeu pactum patri per filiam factum de non ſuccedendo, an de iure ciuili valeat, & iuramento firmetur, & quod de iure canonico, nu. 2.*

3 *Legitima filiorum eſt tertia pars bonorum, quæ eis ab inteſtato debentur.*

Legitima an debeatur filiæ quæ ab inteſtato ex forma ſtatuti ſuccedere non poteſt.

4 *Renuntiatio ſucceſſionis debet fieri, viſis & cognitis verbis teſtamenti, & quomodo id intelligatur, nu. 7.*

Soror renuntians omni iuri quod habet in paterna hæreditate, ſibi non præiudicat quo ad relicta ſibi in teſtamento paterno, ſi non fuerit ſibi oſtenſum & lectum teſtamentum.

5 *Renuntiare quis in dubio non intelligitur iuri, quod ſibi competere ignorat.*

6 *Filia renuntians bonis paternis, & maternis an videatur renuntiaſſe fideicommiſſo, ſi illud ſciat, licet non dicatur, viſis & cognitis verbis teſtamenti.*
7 *De intellectu l. de his, ff. de tranſactio.*
8 *Filia renuntians bonis paternis, & maternis an intelligatur etiam fideicommiſſo renuntiaſſe, & ab eo ſit excluſa, ſi tempore renuntiationis factum erat fideicommiſſum, & pater poſtea decedens fideicommiſſum non mutauerit, & nu. 10.*
9 *Intellectus ad tex. in l. qui liberis, §. teſtamento, ff. de bono. poſſ. ſecund. tabul.*
Teſtamentum per arrogationem fit irritum.
11 *Teſtamentum effectum non ſortitur niſi poſt teſtatoris mortem.*
12 *Renuntiationis cauſa ceſſante, an videatur ceſſare ipſa renuntiatio.*
13 *Renuntiatio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
14 *Iuramentum rebus in eodem ſtatu permanentibus intelligitur.*
15 *Filia ſi renuntiauit ſucceſſioni paterna, an ex teſtamento ſuccedere poßit non obſtante renuntiatione, ſi frater, cuius contemplatione facta eſt renuntiatio, obierit, & nu. 17.*
16 *Semel excluſus perpetuo manet excluſus.*
18 *Filia, quæ renuntiauit bonis paternis, & maternis, an poßit dicere ſe læſam ex dicta renuntiatione, & contra eam adiuuari remedio l. ſecunda, C. de reſcinden. vendit. & nu. 19.*
20 *Filia nullum ius formale habet in bonis patris eo viuente.*
21 *Filia, quæ bonis paternis renuntiauit, an poßit contra eam adiuuari, allegando, quod ipſa renuntiatio ſit ſimulata.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus Sancti gratia. Quæſtio iſta de qua quæritur, eſt multum vulgaris. An remiſſio facta per d. Luciam cum iuramento patri ſuo de omni & toto eo, quod ad eam ſpectaret, aut ſpectare, & pertinere poſſet in bonis, & de bonis paternis, & maternis ex ſucceſſione ex teſtamento, pro legitima ſeu debita iure naturæ Falcidia, vel Trebellianica, & qualibet alia ratione, vel cauſa pro quingentis ducatis ſibi in dotem datis, valuerit & tenuerit; ita vt excludatur à ſucceſſione fideicommiſſi ſeu à ſubſtitutione fideicommiſſaria, per quam vocata fuit ad dimidiam hæreditatis paternæ, ſi Bernardinus eius frater mortuus fuerit ſine deſcendentibus ma-
1 ſculis. † In quo quidem dubio duo iura principaliter ſunt conſideranda. Vnum eſt ius ciuile, ſecundum quod illa remiſſio ſeu pactum factū per filiam patri, vt dote contenta non habeat regreſſum ad bona paterna, non valet, vt eſt caſus, *in l. pactum de tali inſtrumento, C. de collat. & in l. pactum quod dotale, C. de pact. & l. qui ſuperſtites, ff. de acquir. hæred. & l. ex eo inſtrumento cum gloſſ. C. de inutil. ſtipul. & cap. 2. quamuis de pactis lib. 6. & not. in l. fin. C. de pactis, & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. & not. gloſſ. in cap. 1. §. hoc autem notandum in verbo legibus, in titu. de his qui feudum dare poſſunt.* Et talis remiſſio & pactum non valet de iure ciuili, etiamſi iuramentum interuenit, *vt l. non dubium, C. de legibus, & tenet gloſſ. in l. qui ſuperſtites, ff. de acquir. hæred. & in d. l. pactum dotale, C. de*
2 *collat.* † Secundum eſt ius canonicum, quod diſponit expreſſe, quod ſi interuenit iuramentum in tali remiſſione ſeu pacto, omnino ſeruari debet, cum vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum, dummodo nec vi, nec dolo fuerit formatum, vt eſt caſus in terminis, *in capit. quamuis de pact. lib. 6.* & iſtud non habet dubium, ſi ita contingit in caſu noſtro; & præſertim reſpectu legitimæ, tum quia ſibi non debebatur ex quo fuerat, vt dicitur, dotata à patre; quia vt arbitror ſtatutū eſt in ciuitate Vincentiæ, quod extantibus filiis maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, ſed
3 debeant dotari, † quia legitima eſt tertia pars bonorum, quæ debentur ab inteſtato filiis, *vt l. parentibus, C. de inoffic. teſtam.* ſi ſunt quatuor filij, *auth. infra vt not. in auth. nouiſsima, C. de inoffic. teſtam.* & ideo ſi ex forma ſtatuti filia non ſuccedit ab inteſtato ſibi non debetur legitima, *vt not. per Bartol. in l. fin. ff. de ſuis & legi. & per Bald. in l. ſi quis poſthumos, §. ſi filium, ff. de liber. & poſthum. & per Bald. & Ange. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum eod. titul.* tum quia renuntiauit omni iuri, quod ſibi ſpectare ac pertinere poſſet, aut potuiſſet in bonis paternis & maternis ex ſucceſſione teſtamento pro legitima, & quacunque alia ratione vel cauſa, per quæ verba apparet quod ipſa eſt excluſa à legitima quæ ſibi debebatur iure naturæ, *vt l. ſi quando, §. fin. C. de inoffic. teſtam. & ibi hoc not. per Doct. & per Gul. de Cuneo in l. de his, ff. de tranſact.* Et ſic non eſt opus quærere, an illa dos ſit ſufficiens pro legitima & an dicatur renuntiaſſe pro modica dote vel competenti. Et ſimiliter ceſſat alia dubitatio an illa renuntiatio extendatur etiam ad bona paterna vel materna vltra legitimam, ex quo illa renuntiatio eſt ita generalis, & vltra legitimam poſſit pater diſponere, prout vult, *l. parentibus, & ibi hoc not. Paul. de Caſtr. Cod. de inoffic. teſtam.* Sed alia ſunt, circa quæ poſſet dubitari. Primum eſt, An illa renuntiatio valeat quantum ad ea, quæ in teſtamento paterno continentur, maxime quantum ad ſubſtitutionem
4 fideicommiſſariam. Et videtur quod non, † quia non dicitur in renuntiatione ſeu remiſſione, viſis & cognitis verbis teſtamenti, &c. *vt not. Bart. in l. ſub prætextu la prima in princip. Cod. de tranſact. per l. de his, ff. de tranſact. & l. 2. §. Pap. ff. quemadmodum teſtam. aperian. & ita tenet Gul. & Bald. in dict. l. de his qui dicunt,* quod ſi fratres maritauerunt ſororem, & fecerunt, quod ipſa vocaret ſe contentam dote, & renuntiaret omni iuri, quod habet in hæreditate paterna, iſta renuntiatio non nocet ſibi, quantum ad relicta ſibi in teſtamento, niſi fuiſſet ſibi oſtenſum vel lectum teſtamentum, & idem tenet Feder. de Senis in conſ. ſuo 191. quod incipit: Quæritur an Domina
5 Margarita, † & ratio poteſt aſſignari quia quis in dubio non videtur renuntiaſſe iuri, quod ignorat ſibi competere, *l. mater, in fin. ff. de inoffic. teſtam. & l. legitimam, ff. de pet. hæred. & not. Bartol. in conſil. ſuo 108.*
6 *quod incipit; Quidam Petrus.* † Sed teneo contrarium eſſe verius præſupponēdo quod Domina Lucia ſciuerit ſe fuiſſe ſubſtitutam in teſtamento paterno, vt mihi aſſeritur, nam quando quis renuntiat bonis

paternis,

paternis, maternis ex ſucceſſione ex teſtamento
vel alia quacunque ratione, &c. & ſcit, quod in te-
ſtamento continetur quantum ad ſe ipſam, puta di-
ctam ſubſtitutionem, valet dicta renuntiatio, et-
iam ſi nõ dicatur in ea, viſis & cognitis verbis teſta-
menti, quia paria ſunt, quod illa verba fuerint in
inſtrumento renuntiationis prolata, vel quod pro-
betur aliter ſcientia de fideicommiſſo, *vt l. 1. & l. cum*
7 *proponas, C. de pact.* † Nec obſtat, *l. de bis, ff. de tranſ-
act. cum simil.* quia illud quod dicitur ibi, inſpectis &
cognitis, intelligitur ſcilicet per oculos intellectus,
*vt not. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 4. 5. & 6. quæſt.
ff. de verb. oblig. & not. per Doct. in l. de bis, ff. de tranſact.*
8 † Secundum dubium poteſt oriri, an ex eo, quod
pater mortuus eſt, non mutato ſuo teſtamento præ-
dicto, in quo ipſa Domina Lucia fuit ſubſtituta,
poſſit ipſa ſuccedere vigore dictæ ſubſtitutionis,
non obſtante dicta remiſſione ſeu renuntiatione
per eũ facta, & videtur prima facie dicendum quod
ſic, nam ex eo quo pater non mutauit dictam ſub-
ſtitutionem factam ante renuntiationem, videtur
voluiſſe, quod filia ſua D. Lucia poſſit ſuccedere
non obſtante dicta renuntiatione, quia ſi voluiſſet
eam ſuccedere per fideicommiſſum, debebat ipſam
ſubſtitutionem fideicommiſſariam reuocare, *arg. l.
qui liberis, §. teſtamento, ff. de bono. poſſeſ. ſecundum tab. &
arg. l. ſi mater, §. eandem, ff. de except. rei ind. & c. cum in-
ter, cum ibi not. extra de renuntiat.* Vnde ex noua teſta-
toris voluntate videtur vocata, cui non videtur re-
nuntiaſſe etiam per illa verba omne ius, quod ha-
bet vel habere ſperat arg. eorum quæ not. *Bart. in d.
§. duo fratres, in 6. quæſt.* Ego tamen teneo cõtrarium,
quia teſtator non curauit nec curare debuit reuo-
care teſtamentum, ex quo D. Lucia eius filia ei re-
nuntiaret, in quantum poſſet habere aliquid ex eo.
Et ideo non eſt verum, quod pater moriendo non
mutato dicto teſtamento voluerit de nouo filiam
ad fideicommiſſum venire, ſed videtur voluiſſe mo-
ri cum dicto teſtamento, & cum dicta renuntiatio-
ne d. Luciæ filiæ, & ſic perſeuerare in eadem volun-
tate, niſi expreſſe appareret mutata, arg. cap. maio-
res in fin. extra de baptiſmo, & hoc tenet Dominic.
de Sancto Geminiano, *in c. quamuis, in fin. de pact. lib.
6. & ſic non obſtat d. l. ſi mater, §. eandem & d. c. cum inter.*
9 † Nec obſtat *l. qui liberis, §. teſtamento, ff. de bon. poſſ. ſe-
cund. tab.* quia ibi teſtator bis poſt teſtamentum ſta-
tum ſuæ perſonę mutauerat & noua voluntas teſta-
toris interuenit, nam primo dedit ſe in arrogationẽ
& ſic teſtamentum eſt factum irritum, *vt Inſtit. qui-
bus mod. teſtamen. infir. §. alio quoque modo, & Inſtitut. de
hered. quæ ab inteſt. deferuntur in princ. cum gloſſ. in ver. ir-
ritum.* Poſtea iterum mutauit ſtatum, quia effectus
eſt ſui iuris, & ſic potuit condere teſtamentum, quo
caſu ſi declarauit voluntatem ſuam, quod vult mo-
ri ſecundum teſtamentum, quod prius fecerat an-
tequam daret ſe in arrogationẽ iudicio retenti, vi-
detur rediſſe ad teſtamentum, *vt dicta l. qui liberis, §.
teſtamento verſic. plane*, quod non fuit in caſu noſtro,
quia teſtator non mutauit ſtatum poſt teſtamen-
tum, nec noua voluntas eius fuit neceſſaria, nec et-
iam interuenit, ideo videtur mortuus ſolum priori
voluntati, quæ erat etiam ante renuntiationem, id-
eo illa verba, remiſit omne ius, quod ad eam ſpe-
ctare, aut pertinere poſſet, extenduntur ad ea, quæ
in dicto teſtamento continentur; ex quo illud ius
fideicommiſſi in eo teſtamento ſibi relicti ad ipſam
ſpectare potuiſſet, ex cauſa ſubſiſtente de præſen-
ti tempore remiſſionis per textum cum glo. & Do-
ctor. *in l. quod ſeruus, ff. de conditio. ob cauſam & per not.
per Bart. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6. quæſt. ff. de
verbor. oblig. & per Baldum in capit. 1. in tit. Imperator Lo-*
10 *tharius in vſibus feud.* † Nec obſtat ſi dicatur imo fi-
lia poteſt ſuccedere patri vigore dicti teſtamenti, &
ſubſtitutionis in eo contentæ, non obſtante dicta
renuntiatione, *argum. l. fin. ff. de pact. & l. ſtipulatio hoc
modo concepta, ff. de verb. oblig.* quia niſi hoc diceremus
impediretur teſtamentũ patris, quod eſt abſurdum,
*per not. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, & ita vult Bal.
in l. pactum in 3. quæſt. C. de collat.* Quia reſpondetur
quod illud poſſet procedere ſi loqueremur de te-
ſtamento futuro poſt renuntiationem, nam pater
bene potuiſſet teſtari de nouo, & ſubſtituere filiam
ſuam dicendo, quod vult teſtamentum ſuum valere
non obſtante renuntiatione filię, non autem poteſt
procedere in teſtamento iam facto, cui pater fecit
per filiam renuntiari, & ſic non impeditur patri te-
11 ſtamenti factio. † Nec obſtat ſi dicatur, teſtamen-
tum prædictum non habuit effectum niſi demum
mortuo teſtatore, *vt l. omnium, cum ibi not. per gloſſ. C.
de teſtam.* cum quo teſtamento voluntas ipſius de-
functi durauit vſque ad eius mortem, ergo ipſa Do-
mina Lucia videtur vocata vltimo loco ex ipſo te-
ſtamento, non obſtante ſua renuntiatione prius fa-
cta, quia erat in poteſtate ſua ipſam inſtituere, non
obſtante dicta renuntiatione, *vt dixi.* Quia reſpon-
detur, quod ex quo teſtator non fecit nouum te-
ſtamentum, nec apparet de noua voluntate ſua, in
dubio non præſumitur mutata, ſed videtur voluiſſe
mori cum dicto teſtamento, & cum dicta renunti-
atione ei facta quantum ad ſubſtitutionem, *vt ſupra*
12 *declaraui.* † Tertium dubium *b* poteſt oriri, quia
b videtur quod dicta remiſſio ſeu renuntiatio fuerit
facta reſpectu Bernardini fratris ſui, qui tunc etiam
ex forma ſtatuti ſuccedebat in vniuerſum ius, cum
eſſet maſculus, & Lucia ſoror contenta eſſe debe-
bat dote ſua, vnde ceſſante cauſa renuntiationis vi-
delicet ipſo Bernardino fratre mortuo ſine deſcen-
dentibus maſculis, videtur quod ipſa renuntiatio
ſit exinanita, & eius effectus extinctus per regulam
quæ dicit; Ceſſante cauſa ceſſat effectus, *l. adigere, §.
quamuis, ff. de iure patronat. & capit. cum ceſſante, extra
de appellatio. cum ſimilibus, & ita tenet Bald. in l. 1. in ver-
ſic. tertium, C. qui admitt.* vbi dicit, quod deficiente
cauſa finali renuntiationis, renuntiatio eſt inualida
13 vel caduca. † Item, quia renuntiatio prædicta in-
telligitur facta rebus ſic ſtantibus, id eſt, manenti-
bus in eodem ſtatu, in quo erant tempore factæ re-
nuntiationis, *l. quod Seruius, ff. de condition. ob cauſam,*
fauore enim fratris videtur renuntiaſſe, ſecundum
Bald. *in l. pactum quod dotale. in 4. quæſtio. C. de collatio.*
quem ſequitur ibi Paulus de Caſtr. & Bald. *in l. li-
berti libertæq. in penult. colum. in fin. C. de operis libertor.*
& Bald.

& Bald.in conſil.117.quod incipit, Quadam puella, & in l.
14 *clari circa principium,C.de fideicomiſſ.* vbi dicit, † quod iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus per nota.*in d.l.quod Seruius,& idem vult Angel.in conſil.194. & Ioan.de Lignano in c. quia propter extra de elect. & Dominus Dominicus in cap.quamuis in vlt.col.de pact.lib.6.* qui
15 dicit, † quod licet filia renuntiauerit ſucceſſioni paternæ, tamen ex teſtamento patris poteſt ſuccedere non obſtante renuntiatione,quando frater eſt defunctus, cuius contemplatione facta fuit renuntiatio, ex nouo iure, *argumento cap. ad noſtram de iureiurando cum ibi notat.& extra de renuntiatio. cap. cum inter, & ff.de rei iudic. l.ſi mater, §.eandem.* Sed in hoc etiam teneo contrarium eſſe de iure verius, videlicet, quod dicta renuntiatio firma remanet etiam mortuo dicto Bernardino fratre dictę Dominæ Luciæ ſine deſcendentibus maſculis, quia non eſt verum, quod cauſa finalis renuntiationis fuerit ſuper exiſtentia dicti Bernardini, vel ex eo deſcendentibus Dominæ Luciæ ante renuntiationem fecerat teſtamentum, in quo ſubſtituebat dictam Dominam Luciam pro dimidia,ſi Bernardinus filius moreretur ſine deſcendẽtibus maſculis, cui teſtamento fecit pater Dominam Luciam renuntiare, & ſic noluit, vt ipſa non ſuccederet.etiamſi Bernardinus moreretur ſine deſcendentibus maſculis; & quod hoc ſit verum,quod pater ſenſerit, vt Domina Lucia filia ſua renuntiaret fideicomiſſo ſibi relicto in ſuo teſtamento, patet,quia in illo tãtum fideicommiſſo ipſa Domina Lucia fuit vocata, & ideo, vt renuntiatio aliquid operetur, debet intelligi de dicto fideicommiſſo, quia aliter illa renuntiatio nihil operaretur, in quantum loquitur de teſtamento, *argum. l.ſi quando de leg. 1. & cap.ſi Papa de priuilegiis*
16 *libr. 6.* † Præterea cum illa renuntiatio ſit facta ſimpliciter & generaliter, ex quo ipſa Domina Lucia ſemel eſt excluſa à ſuccedendo patri, licet poſtea filius idemque frater ſit mortuus ſine deſcendentibus maſculis non poteſt amplius admitti, *argum.cap.1.§.quæro etiam cum ibi not. in tit. Epiſcopum vel Abbatem,& per not.per Bald. in l. ſi quis poſthumos.§. ſi filium.ff.de liber.& poſthum.in fin.1.quæſt.* Et per hæc ceſſat vna ratio, quæ poſſet in contrarium allegari, quare teſtator non videatur ita dilexiſſe filiam ſicut neptem ex filio: vt habetur per Bartol. *in l. ſi cum dotem, ad fin. princ. ff. ſolut. matrimon.* quia illud poſſet procedere in dubio, ſed hic ſumus in caſu certo, ex quo, vt dixi, pater fecit Dominam Luciam renuntiare teſtamento ſuo iam facto, in quo ita dilexerat filiam ſicut neptem ex filio: quoniam forte voluit, vt filius ſuus poſſet teſtari, vel quod ius commune locum haberet, videlicet vt mortuo filio, filia ſua ſibi ſuccederet, & ſic conſeruare voluerit ius legitimarum hæreditatum. *iuxta. l. vel ſingulis. ff. de vulgar. & pupil.& in l.Lucius.2.in fin.ff. de hæred.inſtit.* & iſtam
17 credo fuiſſe intentionem dicti teſtatoris. † Nec obſtat quod not. Bald. *in l. pactum in 4. quæſt. Cod. de collat.* quia ibi loquitur quando filia renuntiauit patri propter fratres, qui ſupraviuebant, & deceſſerunt patre viuo, *argum.l.iubemus. C.ad Trebellian.* hic vero deceſſit filius poſt mortem patris. Nec obſtant alia, quæ deducta ſunt ſupra in contrarium, quia loquuntur quando conſtat vel præſumitur, quod cauſa finalis ipſius renuntiationis fuerit ſuper exiſtentia filiorum maſculorum teſtatoris, ſed hic apparet, quod iſta non fuit ſola ratio, *vt ſupra dixi*
18 ergo, &c. † Quartum dubium poſſet etiam excogitari, An dicta Domina Lucia poſſit dicere ſe fuiſſe læſam in dicta renuntiatione, & ei contrauenire per beneficium, *l. 2. Cod. de reſcinden. venditio. vel alio remedio.* Et breuiter dico quod non, quia cum eſſet maior vigintiquinque annis tẽpore renuntiationis: non poteſt venire per reſtitutionem in integrum, quæ competit minoribus, *in toto titulo. ff. de minorib. & l. item & poſtea. §. ſi minor cum ibi notat. ff. de iure iurand.* Nec per beneficium *dicta l. 2. nec per beneficium, l.maioribus. Cod. communia vtriuſque iudic.* quia illa iura loquuntur, quando venditio vel alius contractus eſt reſpectiuus, hoc eſt reſpectu alicuius dati, vel recepti, & in illo dato vel recepto interuenit læſio in dimidia iuſti pretij, vel fraus vel dolus. Secus ſi remiſſio vel renuntiatio ſit ex mera liberalitate, vel ſi in dato, vel accepto non fuit læſio, vel deceptio; quia tunc illa iura non haberent locum, vt eleganter vult Bartol. *in conſilio ſuo 108. quod incipit, Quidam Petrus. vt dicitur, fecit teſtamentum:* Vbi loquitur in terminis quæſtionis noſtræ de muliere maritata, & dotata, quæ renuntiauit hæreditati paternæ & maternæ,niſi appareret, dicit ipſe, quod intentio remittentis erat remittere totum, & remiſit multo plus quam valebat. Vnde cum in caſu noſtro dicta Domina Lucia renuntiauerit hæreditati paternæ, & maternæ animaduertens ſe fuiſſe ſufficienter dotatam iuxta vires paternas,& verum ſit,quod fuerit ſufficienter dotata, *iuxta.l.cum poſt.§.gener.& l.quæro.ff.de iur.dot.& l.ſi filia.ff.de leg.at.tertio;* videtur quod non poſſit conqueri, etiam ſi hæreditas paterna eſſet multum ampla, quia reſpectus & cauſa renuntiationis fuit, quia ſufficienter dotata, &c. quo caſu exiſtente videtur reliquum remiſiſſe ex mera liberalitate, & ideo non poteſt habere locum, *l.2. C. de reſcinden. venditio. nec l.maioribus. Cod. communia vtriuſque iudic.* & iſtud procedit etiam quantum ad legitimam,quæ tamen ſibi non debetur, *vt ſupra dixi in prima dubitatione.* Quantum vero ad alia bona vltra legitimam relicta in inſtitutione, & quantum ad bona relicta Dominæ Luciæ per fideicommiſſum, nulla eſt dubitatio quia pater non tenebatur eam ſubſtituere ſi nolebat. *l parentibus. Cod. de inoffici. teſtamento,& hoc caſu poteſt procedere cap. quamuis de pactis libro ſexto.* † Nec poteſt allegari, quod 19
interuenerit dolus præſumptus,vt probatur in dicto capitulo quamuis, vbi textus videtur innuere, quod pater non præſumatur induxiſſe filiam vi vel metu, vel dolo, niſi appareat; quia non ſic enormiter læditur filia à patre ſicut à fratre: ſi à fratre dotaretur, quia in caſu noſtro pater dotauit filiam de ſuo & voluit quod dote contenta non haberet amplius ad bona ſua regreſſum; & erat pater potuit illi auferre bona ſua per teſtamentum, ſi dos ſufficiebat ad legitimam, vel ſi non ſufficiebat, parum reſtabat: nimirum ſi per contractum potuit renuntiare bonis ſuis, non enim auferebat filiæ id, quod erat ipſius filiæ, ſed id, quod [illegible]m
erat

erat, ſi non abſtuliſſet, quod facilius fieri poteſt, *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, cum ibi*
21 *notatis*, † potiſſimè cum per alium modum poſſet auferre, & ſic nullam iniuriam faciebat filiæ, quæ nullum ius formale habet in bonis patris eo viuente, *l.1.§.ſed an impuberi, ff. de collat. bonor. & l.fin.ff.de liberis agnoſc. & quod notatur per gloſſ. in authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Baldum in l. poſt emancipationem, ff. de liberat. legat.* Vnde poteſt dicere pater, meum, non tuum tibi denego auxilium, *iuxta notata in l. aßiduis, C. qui potiores in pignore habeantur, & ita dicit, & tenet Paul. de Caſtr.* quaſi in terminis quæſtionis noſtræ in conſil. ſuo 175. quod incipit: In Chriſti nomine, amen; Contra ſuperius
22 conſulta *in 3. colum.* &c. † Quintum & vltimum dubium etiam eſſe poſſet: An dicta domina Lucia poſſit ſe iuuare, eò quod iura ceſſa valent plus, quàm ſint ſexcenti ducati, & vltra, & ſic, quod fingatur ſimolata. Reſpondeo, non. Nam *l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mandati*, habet locũ in his, quibus iura ceduntur pro tuitione rerum, quas poſſident ipſi, quibus ceduntur, vel pro tuitione rerum, quas tradunt ipſi, qui cedunt: non habent locum dictæ leges, vt expreſſe dicit *in d. l. ab Anaſtaſio, vt not. & dicit Bart. in dicto conſil. 108. quod incipit: Quidam Petrus*, & ita fuit in propoſito: Ideo non poteſt allegari ficta ſimulatio.

Annotationes.

a L. de his] *De intellectu & materia huius textus videantur Socin.iun.conſil.116. num.66. & 74. & conſil. 190. num.33.35.58.& 53.volum.1.nec non conſil.98.num.11. & 13. volum.2.Gerard. Mazzol.inter conſilia eiuſdem, Socin.iun.conſil.144. num.35.volum.3.Pariſ.conſil.12. num. 81. & conſil. 15. num.77. lib.2. Natta conſil. 145. num.6.Portius Imolenſ.conſil.19. num.58. & Octauianus Cacheran. deciſ.112.num.2.6.8.10.& 13. amplè Dn. Menoch.in tractatu de adipiſcenda poſſeßione, remed.4. num.109. cum multis ſequentibus, Ioannes Gaterius variarum reſolut. part.3.cap.2. & Iacobus Cuiacius obſeruat.lib.3.cap 37.*

b Tertium dubium] *Ad idem Geminian.in cap.quamuis, colum.vlt.de pact.in 6o.& ibidem Francus colum.5.verſic.tertio limita. & Georgius Natta num.24. Bald.conſil.437.colum.2.vol.1.& in l.pactum quod dotali, quaſt.4.C.de collat.& ibidem Dec.num.9. poſt Caſtrenſem & Salicetum ibidem, Alexand. in conſil. 29. num.3. in fin. lib.3. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta, num.11. ff. de verbor.obligat. & ibidem Crot.num.33.Dec.conſil.370. colum.vlt.conſil.433.num.2.conſil.506.colum.1.& conſil.568.nu.4. Gulielmus de Benedict. in cap. Raynutius, in verbo duas filias, num.297.extra de teſtam. Calcan. conſil.33.num.23.verſic.tunc reſpondetur, Rum. conſil. 204.num.3. lib.1. Boer. deciſ.204.num.27. Pariſ.conſil. 26.num.20.vol.3. Afflict.in cap.ſi quis inueſtierit, num. 25.de feudo dato in vim legis commiſſoriæ, Crauet. conſil.42.colum.2.conſil.241.num.7.& conſil.251. colum. 3.verſic.ſecundo etiam, & Didac.in cap.quamuis, de pactis, in 6. in 3.part.§.3.num.4.*

CONSIL. LXIII.

IN EADEM CAVSA.

SVMMARIA.

1 *Declaratio ad text. in l. Paulo Callimacho, §.1. ff. de legat.3.& num.3.11.& 19.*
2 *Tenor ſtipulationis & verborum ſemper eſt inſpiciendus.*
3 *Tenor inueſtituræ derogat naturæ feudorum.*
Renuntiationis verba ſimpliciter prolata ad fideicommiſſum non referuntur.
4 *Verbum, infinitum, omne tempus ſignificat ſecundum naturam verbi, cui adijcitur.*
5 *Renuntiationis verba quando ſunt prolata in futurum, comprehendunt etiam fideicommiſſum de futuro.*
6 *Verbum pertinere latißimum eſt, & comprehendit etiam ea, quæ eſſe poſſunt.*
7 *Verbum, poteſt, coniunctum cum infinitiuo, futurum etiam ſignificat, quia eſt extenſiuum.*
8 *Remittens ius, quod habet, vel habere ſperat, intelligitur remittere ius, quod habet vel ſperat ex cauſa ſubſiſtente de præſenti.*
9 *Debitum ex cauſa fideicommißi dicitur debitum ſpe, debitum verò ex teſtamento non dicitur debitum, nec re, nec ſpe.*
10 *Renuntians iuri quod habet vel habere ſperat, intelligitur etiam renuntiaſſe fideicommiſſo, quando in renuntiatione de teſtamento fit mentio.*
12 *Renuntiationis clauſula, Ex omni alia ratione vel cauſa, &c. quando ad aliam cauſam quàm fideicommiſſi referri non poteſt, etiam ius fideicommißi comprehendit.*
Cauſa vel ratio ſola, quando aßignari poteſt, habetur pro expreſſa.
13 *Fideicommiſſarius dicitur ſuccedere teſtatori, & non heredi grauato.*
14 *Clauſula, Ex qualibet alia ratione vel cauſa, ſignificat omnem cauſam, quæ excogitari poſſet.*
15 *Scientia teſtamenti in filia renuntiante bonis paternis & maternis, an & quando præſumatur.*
16 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, & quomodo id intelligatur, & num.17.*
Præſens an præſumitur ſcire, & intelligere.
18 *Præſens alicui actui præſumitur etiam, quod fuerit præſens actui immediatè ſequenti, quando de eius commodo agitur.*
20 *In dubio contra fiſcum eſt pronuntiandum.*
21 *Mulier amplè renuntians bonis paternis & maternis, & ſic etiam fideicommiſſo, iurans non contrauenire, an abſolutionem à iuramento petere poßit.*
Vis vel metus in dubio non præſumitur.
Sola patris præſentia metus præſumptionem non inducit.
22 *Dolus in dubio non præſumitur, niſi probetur.*
23 *Abſolutio an iuramento, an & quando concedenda non ſit.*
24 *Agens ante petitam abſolutionem à iuramento incidit in periurium, nec amplius audiri debet.*
25 *Iudex ſecularis an de abſolutione a iuramento cognoſcere poßit, ſcilicet an concedenda ſit, nec ne, vel an illius cognitio & relaxatio ſpectet ad iudicem Eccleſiaſticum, & num.27.*

26 *Lex ciuilis in quantum canonibus non obuiet eſt approbata de iure canonico.*

27 *In incertis non in certis locus eſt coniecturis.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Conſului proximis diebus Vincentiæ, quod ſi mulier dotata à patre fecit ei finem, remiſſionem, tranſactionem, & vocationem de ſoluto, & pacto de aliquo vlterius non petendo, de omni iure, & actione, & de omni & toto eo, quod ad eam ſpectaret, aut ſpectare & pertinere poſſet, aut potuiſſet in bonis, & de bonis paternis, & maternis, & ſucceſſione teſtamento, pro legitima ſeu debita iure naturæ, Falcidia, vel Trebellianica, & qualibet alia ratione, vel cauſa pro dicta dote quingentorum aureorum liberans & abſoluens dictum eius patrem, & eius hæredes ab omnibus & ſingulis, quæ prædictorum occaſione, aut alia quacũque ratione, vel cauſa, petere & conſequi poſſet, vltra ſuam dotem prædictã de bonis paternis, & maternis, per Aquilianam ſtipulationem, &c. Conſului inquam, quod ſtante dicta renuntiatione, dicta mulier non poteſt ſuccedere patri vigore fideicommiſſi facti in teſtamento paterno, quia illa renuntiatio eſt finis, extenditur
1 etiam ad illud fideicommiſſum. † Nunc vero fit dubitatio, *per l. Paulo Callimacho. §. 1. ff. de leg. 3.* vbi videtur eſſe caſus ad literam in contrarium. reiecta vltima ſolutione ibi, quæ facit differẽtiam inter contractum, & vltimam voluntatem, *per l. qui Roma. §. duo fratres, ff. de verb. obl.* quia illa ſolutio non videtur vera; quoniam Bart. *in dicto. §. duo fratres & in d §. 1.* reprobat eam, tenendo, quod *in §. duo fratres,* non fuerit bene pronuntiatum, vt tenet etiam Io. An. *in addit. Spec. in tit. de teſtamentis, in §. in primis & Doct. com-*
* *muniter* * *videntur hoc ſequi in d. §. duo fratres.* Sed hoc non obſtante teneo recte conſuluiſſe per ea quę di-
2 xi in cõſilio meo. † Et præſertim attentis verbis dictæ renũtiationis factæ per Aquilianã ſtipulationẽ, &c. cuius tenor ſemper eſt inſpiciendus, & ſecundum eum iudicandum, *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, aut Pamphilum in princ.* ibi, quærentibus reſpiciendus erit ſermo ſtipulationis. *ff. de verb. obl. & l. fideiuſſores magiſtratuũ. §. pro Aurelio,* ibi, lecta ſubſcriptione fideiuſſionis, *ff. de fideiuſſ. & l. ex his verbis,* ibi, cum igitur lecto teſtamento animaduertimus. *C. de dona. inter vir. & vxor. & c. porro extra de priuileg. & c. cum olim,* ibi, nos igitur publico inſtrumento arbitrium continente diligenter inſpecto, *extra de arbitris, & c. 1. in fin.* ibi propter tenorem inueſtituræ, *in tit. de duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis in vſibus feud.* & ibi Bald.
3 qui dicit, † quod tenor inueſtituræ derogat naturæ feudorum ſimiliter in caſu noſtro tenor ſtipulationis derogat quandoq; naturæ contractus, ſuper quo apponitur, & præcipuè in caſu noſtro, nam licet regulariter verba renũtiationis ſimpliciter prolata non referrẽtur ad fideicommiſſum, *per d. l. Paulo Callimacho. § 1. ff. de leg. 3. & per l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verb. obl.* tamen propter dicta verba renun-
a tiationis, quæ ſunt latiſſima a debet referri etiam ad fideicommiſſum; quod patet primo ex illis verbis, de omni & toto eo, quod ad eam ſpectaret, aut ſpectare, & pertinere poſſet, aut potuiſſet, in bonis paternis, &c. nam illa verba comprehendunt tempus præteritũ, dum dicit potuiſſet, & præſens dum dicunt ſpectare & futurum dum dicunt aut ſpecta-
4 re aut pertinere poſſet, † quia illud infinitum ſpectare ſignificat omne tempus, ſcilicet præſens, præteritum, & futurum ſecundũ naturam verbi cui adicitur, *vt eſt gl. notabilis in l. 5. §. ſtipulatio in verbo daturum, in fi. de verb. obl.* & adeo cum adiciatur illi verbo poſſet, aut potuiſſet, ſignificat tempus præteritum,
5 & futurum. † Et ideo cum illa verba renuntiationis ſint prolata etiam in futurũ de eo, quod ad eam ſpectare poſſet, ſequitur, quod comprehendunt etiam fideicommiſſum, quod erat de futuro & ad ipſum renuntiantem ſpectare poterat, *vt l. verbum erit. ff. de verb. ſignific. & l. ſi ita ſcripſiſſet, in fin. ff. de leg. 2. & l. ſi à colono, in fin. ff. de verbor. obliga. & l. 2. §. deinde ait*
6 *prætor. ff. ne quid in loco publico cum ſimil.* † Secundo hoc etiam patet ex illo verbo pertinere poſſet, quia verbum pertinere latiſſime patet, & non ſolũ comprehendit ea, quæ noſtri dominij, vel iuris ſunt, ſed etiam ea, quæ eſſe poſſunt, *vt l. verbum illud pertinere.*
7 *ff. de verb. ſignific.* † Tertio hoc probatur ex illo tantum verbo poſſet, & etiamſi eſſet verbum præſentis temporis, puta poteſt, idem ſignificaret, quia verbum poteſt coniunctum cum infinitiuo, etiam, ſignificat futurum, quia verbum poteſt eſt extenſiuum, *vt l. ſi ita quis teſtamento in princ. ff. de leg. 2. & ibi hoc not. Bart. & Doct. & idem not. Bart. in l. ſi ita. ff. de aur. & argen. legato. & in l. 1. ff. de iniuſto teſtamento,* vbi dicit, quod verbum poteſt habet virtutem extenſiuam, *per d. l. ſi ita quis teſtamento & idem tenet Bart. in l. de rebus. ff. de arbitris.* Et licet Bart. *in l. poſt emancipationem. §. 1. in fin. ff de liber. leg.* de hoc dubitauerit, dũ dixit, ſi diceretur remittit omne ius, quod habet, vel habere debet, vel poteſt, quid importent dicta verba, cogita tamen, *in l. qui Roma. §. duo fratres in 6. colum. ff. de verbor. obligat.* Determinat iſtam quæſtionem æquiparãdo iſta verba, Remittit omne ius, quod ha-
8 bet vel habere ſperat, vel quod habere poteſt. † vbi dicit, quod cum iſtud verbum poteſt ſit extenſiuum, & trahatur ad futura, *d l. ſi ita quis.* Intelliguntur illa verba de iure, quod quis ſperat, vel poteſt habere ex aliqua cauſa ſubſiſtente de præſenti, *per textum cum gloſſ. in l. quod Seruius ff. de condit. ob cauſam,* nam ibi dicitur donec matrimonium contrahi poteſt: intelligitur ex cauſa ſubſiſtente de præſenti, & ſic tenet quod in hac renuntiatione veniat fideicommiſſum, quod habere poterat ex cauſa ſubſiſtente de præſenti ſcilicet teſtamenti, quod erat factum tempore renuntiationis, à quo dependebat fideicommiſſum de futuro: Secus ſi cauſa de præſenti non ſubſiſtebat, quia tunc non veniret illud ius de futuro; ſicut eſt ius ſuccedendi ab inteſtato, & idem tenet Bartol. *in d. l. quod Seruius vbi dicit,* quod illa verba, remitto omne ius quod habeo vel habere ſpero, intelligitur ex cauſa de præſenti re vel ſpe, & ibi hoc etiam tenet Paulus de Caſtr. & idem vult Bartol. *in l. ſi vxor. §. diuis. ff. de adulteriis & in dicta l. poſt emancipationem. §. 1. ff. de liberat. leg.* loquendo; quando quis remittit omne ius, quod habet vel habere ſperat, quia idem eſt quando dixit quod

xit quod habere poteſt, vt dixi ſecundum Bart. *in d.*
§. duo fratres in 6. quæſt. & idem vult Bart. in l. qui cum tu-
9 *toribus.ff. de tranſact.* vbi declarat, † quod illud, quod
debent per fideicommiſſum, dicitur debitũ ſpe; ſed
illud, quod debetur ab inteſtato, non dicitur debitũ
re, nec ſpe, & idem tenet Bart. *in l. ñ poteſt in 4. col. in*
prin. verſ. ſed circa hoc quæro. ff. de acq. hær. vbi dicit quod
fideicommiſſum dicitur debitum ſpe, etiam ante
mortem teſtatoris, vel hæredis, ſecus dicit in ſubſti-
tutione directa pupillari, & ibi hoc optime decla-
rat, & idem vult Bart. *de ſubſtitutione pupillari, in d. §.*
duo fratres in 7. quæſt. & idem tenet expreſſe Bal. in c. 1. in 3.
col. in fin. in verſ. ſed iuxta hoc ego quæro in tit. Imperator
10 *Lotharius ante ianuam beati Petri, in vſib. feudor.* † vbi
dicit quod ſi quis fecerit refutationem de omni iu-
re, quod habet vel habere ſperat, venit etiam fidei-
commiſſum, ſi in aliqua parte inſtrumenti, reſuta-
tionis, eſt facta mentio teſtamẽti, vel codicillorum
in quibus hoc fideicommiſſum contineatur, alias
non, *l. 1. C. de pactis, & l. de his. ff. de tranſact.* ſed in caſu
noſtro fuit facta mentio de teſtamento, in quo il-
lud fideicommiſſum erat relictum, vt patet in re-
nuntiatione, ibi, teſtamento, &c. & idem dicit Bal.
in d. c. 1. 4. col. verſ. ſed pone quod in inſtrumẽto con-
tinetur, quãdo verba renuntiationis dicerent facit
refutationem de omni iure, quod habet vel habere
poteſt faciendo differentiam, *vt dixi* ſecundum Bar.
inter ſubſtitutionem fideicommiſſariam, & dire-
ctam pupillarem, † & ideo licet renuntiando ſim-
pliciter hæreditati, non videretur renuntiaſſe fidei-
commiſſo, *vt d. l. Paulo Callimacho. §. 1. ff. de legat. 3. & d.*
§. duo fratres, intelligendo, quod ibi fuit male pro-
nuntiatũ, & habetur *in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſ-*
act. Tameo hoc non procedit, quando renuntiatio
eſſet facta de omni iure, quod ſpectaret. vel ſpecta-
re, aut pertinere poteſt, & ſic per verbum poteſt,
quod eſt præſentis temporis, & habet virtutem ex-
tenſiuam, & multo minus in caſu noſtro in quo eſt
verbum poſſet, quod eſt futuri temporis, vt patet ex
12 prædictis. † Quarto principaliter hoc probatur
per alia verba ſequentia, ibi, & qualibet alia ratione
vel cauſa, quæ verba ſunt generalia, & debent refer-
ri ad fidei commiſſum, nam cum nulla alia cauſa
b *b* poſſit eſſe, ad quam illa clauſula referretur, ſequi-
tur, quod ad illam cauſam fideicommiſſi debet re-
ferri, & perinde eſt ac ſi illa cauſa fideicommiſſi no-
minatim fuiſſet expreſſa, *l. 2. ff. de liber. & poſthum. &*
ita determinat Bart. in d. §. duo fratres in 6. quæſt. in fin. &
pro hoc facit l. fundus qui. ff. de fundo inſtruct. & gloſſ. nota-
bilis in l. pediculis. §. idem cum quæreretur in ver. videri. ibi,
ſed quid ſi non habebat, & *l. librorum. §. quod tamen*
Caßius, ibi, qui nihil aliod quam libros habent. *ff. de*
leg. 3. & quod not. Bal. in l. eam quam, in pen. charta ad fin.
verſ. quæro Dominus Sabaudiæ in fin. illius verſ. C. de fidei-
commiſſis, cum ſimil. Quod autem hic nulla alia cauſa
ſubeſſet, præter cauſam fideicõmiſſi, ad quam poſ-
ſet referri, patet, quia illa renuntiatio in verbis præ-
cedentibus loquitur de bonis paternis, & maternis
ex ſucceſſione, & teſtamento, pro legitima, Falci-
dia, Trebellianica, & ad iſta non refertur clauſula
ſequens, *l. doli clauſula. & l. ſtipulationes cõmodiſſimum.*
ff. de verb. oblig. vnde illa clauſula ſequens, & qualibet
alia ratione, ſi e debet referri ad alia, de neceſſitate
refertur ad fideicommiſſum, quia nulla alia cauſa
erat, nam de centum libris ſibi legatis in teſtamen-
to non poteſt intelligi, quia illas habuit, oportet
ergo quod referatur ad fideicommiſſum, præſertim
cum illud fideicommiſſum dicatur eſſe de bonis pa-
13 ternis teſtatoris, † quia ille qui ſuccedit per fidei-
commiſſum dicitur ſuccedere teſtatori, & non hæ-
redi grauato de reſtituendo, *vt l. vnum ex familia, in*
prin. ff. de leg. 2. & l. cohæredi. §. cum filia verſ. nec fideicom-
miſſo ff. de vulg. & pupill. & not. Cyn. in l. ex tribus in fin. C.
de inoff. teſtam. & Bart. in l. qui cum tutoribus, & Bald. in
l. 1. in princ. 2. colum. ff. de vulg. & pupill. & in l. fin. ante fin.
C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. precibus, in vltim. charta in princ.
verſ procedo vlterius. C. de impub. & aliis ſubſt. & in cap. 1.
in pen. colum. in tit. Imperator Lotharius, & Paul. de Caſt.
14 *in l. ſi is qui. ff de vulg. & pup.* † Præterea ex dicta clau-
ſula, & qualibet alia ratione vel cauſa, probatur alio
modo, nam illa verba generalia ſignificant omnem
cauſam quæ excogitari poſſit, & pro hoc allego glo.
notabilem, *in l. ſi pupilli. §. idem ait in verbo ipſo geſtu*, ibi
ſi autem aliquo modo. *ff. de neg. geſtis & quod not. Ang.*
in conſ. ſuo 201. quod incipit, In nomine Domini & ſua ma-
tris, viſo themate ſupra ſcripto in 4. colum. qui dixit per
illam gloſſ. quod iſta verba quouis modo, denotant
ex ſignificatu ipſorum omnem deſcriptionis ſor-
mam, ideſt quaſcunq; formas, & modos excogita-
biles. Item pro hoc allego, *text. cum gloſſ. in clem. 1. in*
verbo quauis de re iud. quæ vult, quod iſta verba alia
quauis cauſa, important omnem cauſam ſpecialem,
quaſi ſpiritualem, ciuilem, criminalem & mixtam.
Item ad hoc adduco, *text. in cap. ſi Apoſtolica*, ibi vel
alia quauis, *de preben. lib. 6. & quod ibi not. D. Dominicus*
qui dicit per illum text. quod per dicta acerba qua-
uis alia, intelligitur tolli omnis conſtitutio, etiam i-
pſius loquentis, & etiam corrigendo. Ita videtur eſ-
ſe dicendum in propoſito, vt dicta clauſula & alia
quacunq; ratione vel cauſa, intelligatur, cuiuſcunq;
generis, & modi ſit; & per conſequẽs comprehen-
dit etiam fideicommiſſum, & ſic illa clauſula non
poteſt referri ad dotem tantum quam habuit per
prædicta, & idem etiam probatur in verbis ſequen-
tibus. ibi liberans & abſoluens, &c. dum dicit ab o-
mnibus & ſingulis, quæ prædictorũ occaſione, aut
alia quacunque ratione vel cauſa petere poſſet vltra
dotem, quæ verba etiam ſunt ſatis clara, *vt conſtat ex*
15 *prædictis.* † Sed circa prædicta vnum eſt, quod *vi-*
detur facere dubium, quia videtur, quod caſu, quo
ſit neceſſaria ſcientia mulieris renuntiantis de di-
cto fideicommiſſo, iuxta not. *per Bartol. in dict. §. duo*
fratres, in 6. quæſt. & ibi per Doctor. & per not. in l. de his,
C. de tranſactio. cum ſimil. non ſit probata eius ſcien-
tia quamuis in teſtamento patris ſui dicatur, quod
teſtator legauit ipſi d. Eliſabeth ibi præſenti triginta
duos ducatos auri, &c. quia licet fuerit præſens di-
cto legato; tamen non ſequitur, quod fuerit intel-
ligens, vel quod fuerit præſens tempore ſubſtitu-
16 tionis factæ de ea, † quia non probat hoc eſſe, &c.
l. neque natales, C. de probat. & l. non hoc, C. vnde legiti-
mi, quia imo per illa verba teſtamenti, quæ aſſe-
runt ipſam fuiſſe præſentem legato ſcilicet ibi, pro-
batur eius ſcientia, quia ſi fuit præſens, ergo ſciens

l.diem proferre, §.coram, & *ibi hoc not.Doct.ff. de arbitris,*
& *l.coram,ff.de verb.ſig.* & *ibi hoc etiam tenet Bart.* & *l.1.*
& *ibi Bartol. C.de errore aduocatorum,* & *idem vult Bald.*
per illum tex.in verſ.interfuerint,in c.1. circa princ.in tit.ſi
de inueſtit.inter Dom. & *vaſallos oriatur.* & *in c.1.in tit. de*
content.inter dom. & *vaſal.de inueſti.*&c idem etiam co-
adiuuat dictum vnius teſtis, qui dicit ipſam fuiſſe
præſentem; Et licet in teſte deponente de alio præ-
ſente non inferatur, quod ipſe fuerint intelligens,
quia poterat eſſe à lõge, vt not.Bar.*in l.1.§.1.ff.de auct.*
*tu.*tamen Bald.in dictis duobus capitulis ſupra alle-
gatis dicit contrarium, quod credo verius in caſu
noſtro, ex quo loquimur de pręſentia certi loci, pu-
ta cameræ, in qua ſi notarius & teſtis dicunt ipſam
fuiſſe præſentem, veriſimiliter debet intelligi; & in-
telligentem; maxime cum tractetur de commodo
ſuo, quia iſtud eſt de communiter contingentibus,
17 † vnde illud quod dicitur nõ probat hoc eſſe, quod
ab eo cõtingit abeſſe, intelligitur ſi frequenter con-
tingit abeſſe, ſecus ſi frequenter contingit adeſſe, &
ita vult gl.*in d.l.non hoc,* dum dicit, quia plerunq; ab-
eſſe contingit, & ibi hoc no.Bal.*in fi.* & *idẽ vult gl.in l.*
neq; naturales.C.de probat. Nec obſtat ſi dicatur licet
fuerit præſens tempore, quo legabatur ſibi, non ta-
men ſequitur de neceſſitate, quod fuerit præſens
tempore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ ſibi factæ
18 poſt; per d.regulam nõ probat hoc eſſe, &c. † quia
ex quo immediate poſt fuit facta dicta ſubſtitutio,
& vno quaſi contextu, præſumitur quod fuerit præ-
ſens ex quo etiam ſimiliter de ſui commodo tracta-
tur, *arg.tex.cum gl.not.in l.ſi ventri.§.in bonu, in fin.ff.de*
priuileg.cred. & *per id quod not.Bart.in l.ſi prædium,in fin.*
C.de prædiis mino. & *per not.per Cy.Bar.* & *Doct.in l.2. C.*
de repudian.hære. & *per Bar.* & *alios in l.poſt contractum.*
19 *ff.de donat.cum ſim.* † Et ex iſtis patet reſponſio, *ad l.*
Paulo Callimacho.§.1.ff.de leg.1. quia non habet locum
quando verba renuntiationis fuiſſent ita generalia,
vt comprehenderent futura, vt fuit in caſu noſtro,
& iſta eſt reſponſio indubitabilis: poteſt etiam alio
modo reſpõderi quod *in d.l.Paul.Callimacho.§.1.* vult
Iuriſconſultus, quod per verba de quibus ibi, de iu-
ris rigore videtur renuntiatum fideicommiſſo, vt
dicitur in verſ. ibi mihi ab omni voluntate, &c. ſed
de ęquitate nõ, vt patet ibi, placuit humanius inter-
pretari, & ita vult ibi gl.in prima ſolutione, quæ hu-
manitas & æquitas locum habet, quando filia con-
20 currit cum fiſco † quia in dubio contra fiſcum eſt
pronuntiandum, *l.non puto.ff.de iure fiſci*, quæ æqui-
tas ceſſat, ex quo non concurrit cum fiſco, ſed cum
nepte ex filio. Alię ſolutiones etiam poſſent accom-
modari; ſed prima eſt ſine dubitatione, ideo cõten-
tus eſſe volo iſtis duabus reſponſionibus & ſic ceſ-
21 ſat primum dubium principale. † Secundum prin-
cipale dubium eſt, poſito, quod illa renuntiatio va-
luerit ipſo iure, an ſaltem illa mulier, quæ renuntia-
uit & iurauit non contrauenire, poſſit cõtrauenire,
maxime petendo abſolutionem à iuramẽto; & cer-
te neſcio videre ex quo capite poſſit contrauenire,
vel petere abſolutionem à iuramento; quia illa re-
nuntiatio nõ fuit per vim, vel metum extorta, quod
conſtet mihi, nec in dubio præſumitur interueniſſe
ex quo patri renuntiauit, quia ſola patris præſentia

hanc præſumptionem non inducit, vt *l. ſi patre.ff. de*
ritu nup. & *ita not.gl. in c.fin. in ver. metu regio, extra qui*
cleric. vel vouentes el.1. & *probatur hoc in c.quamuis de pa-*
ctis lib.6. & *in auth.ſacramẽta puberum.C.ſi aduerſus vend.*
22 † & maxime quia illatio vis vel metus præſuppo-
neret dolum qui in dubio non pręſumitur niſi pro-
betur, *l. quoties.§. qui dolo.ff. de probat.* nec in alterius
detrimentum interuenit, & erat maior quando re-
nuntiauit, ergo valet renuntiatio & iuramentum,
nec poteſt contrauenire, *vt d.c.quamuis,* & *dixi in alio*
23 *conſ.meo.* † Nec eſt cõcedenda abſolutio à iuramen-
to duabus rationibus principaliter. Prima eſt, quia
non eſt læſa propter dictam renuntiationem, quo-
niam habuit dotem competẽtem, vt mihi aſſeritur,
iuxta.l.cum poſt.§.generi, & *l.quæro,ff.de iure do.cum ſim.*
Item habuit legatum centum librarum ſibi factum.
Item habuit dotẽ maternam; quam mater ſibi poſt-
ea reliquit vnde propter hoc nulla eſt lęſio; ideo re-
nuntiatio valuit nec poteſt contrauenire etiam ſe-
cundum formam ſtatuti Vincentiæ, ſi eſt ſimplici-
ter dotata, &c. Nec poteſt cõqueri de renuntiatio-
ne facta fideicommiſſo, quia nec in hoc fuit læſa, ex
quo erat in poteſtate patris illud fideicommiſſum
non relinquere; vel ipſum relictum reuocare, *l.pa-*
rentibus.C.de inoffi.teſta.coniuncta. l. ſi quis in princ.teſta.
cum ibi not.ff.de leg.3. vt dixi etiam in alio conſil.meo. Ex
nullo ergo capite poteſt in aliquo iudicio contra-
uenire, nec petere abſolutionem à iuramento, ex
quo nulla iuſta cauſa relaxationis ſubeſt per not. *in*
c.1. & *in c.debitores extra de iureiur.* & *in c.cum contingat*
eo. & *per not.per Fed. de Senis in conſ.291.quod incipit: Fa-*
24 *ctum propono eſſe tale.* Debitor, &c. † Secunda ratio
eſt quare nõ debet abſolui à iuramento, eſt, quia, vt
mihi dicitur, in foro ſeculari contrauenit ante peti-
tam abſolutionem, quia veniendo prius contra, in-
cidit in periurium; vnde non debet amplius adiu-
uari, *l.auxilium. §. in delictis. ff. de mino.* & *ita not. Ioan.*
An.in c.debitores ſuper glo..pen. in fin. & *idem tenet Feder.*
de Senis in prææallegato conſil.291.in fin.Idem tenet Cardin.
in d.cap.debitores, in fin. & *Ludo. de Roma in ſuo ſingulari.*
375. & *idem tenet Bald.in l.rogaſti.§.ſi tibi. verſic.ſed quid*
ſi eſt appoſitum.ff.ſi cert.pet. & *habetur per Laurentium de*
Rodulphis in ſuo tractatu de vſuris ſuper cap. conſuluit in
25 *122.* & *124.quæſt.* † Tertium dubium principale eſt,
an Iudex ſecularis poſſit cognoſcere, ſi dicta mulier
eſt abſoluenda à iuramento, & ipſam abſoluere à
dicto iuramẽto; an vero Iudex Eccleſiaſticus poſſit
mittere inhibitoriam Iudici ſeculari. Et videtur
quod Iudex ſecularis poſſit cognoſcere & relaxare,
per ea quæ not. Bald.*in l.nec patronus. C.de operis liber-*
torum, vbi videtur velle, quod Iudex ſecularis poſſit
declarare iuramentum non extendi ad talem ca-
ſum, vel actum & hoc ibi ſequitur Bartol.de Salice-
to, & Bald.*in l.ſi quis ad declinandum, C.de Epiſc.* & *cle-*
* *ric.*Quia in hoc communis opinio * eſt in contra-
rium; quia cognitio, & relaxatio iuramenti ſpectat
ad Iudicem Eccleſiaſticum, *vt in cap. licet mulieres de*
reg.iur.in 6. & *not.per Anton.de Butr.* & *Doct.in c.cum ſit*
generale de foro compet. qui tenet quod hoc, an iura-
mentum liget vel non; vel an debeat relaxari; ſpe-
ctet ad Iudicem Eccleſiaſticum, & habetur *in c.vene-*
rabilem per Inno. & *alios,* & eſt caſus, *in c.fin.de foro com-*
peten.

petent. lib.6. & ibi hoc not. per Ioan. Andr. in nouell. & ibi per Doctor. & poteſt mittere inhibitoriam Iudex Eccleſiaſticus iudici ſeculari, ex quo pendet iudicium coram iudice ſeculari, *vt not. Fed. de Senis in antedicto conſil.291. & Ant. de Butr. in c.ſuam, extra de ordin. cogni.* Nec obſtat, quod dicit Bald. & alii *in d.l. nec patronus,* quia Bald. non loquitur de iudice ſeculari relaxan-
26 te, ſed de lege ciuili, & iſta ſunt diuerſa, † quia lex ciuilis, in quantum non obuiet canonibus, eſt approbata à iure canonico, *vt 10. diſtinct. ſi adiutorium, & c.ſeq. vt not. Canoniſtæ in c. quæ in Eccleſiarum, & in c. Eccleſia S. Mariæ, extra de conſtitut.* Item poteſt intelligi Bald. parte volente, per ea, quæ not. Fed. de Senis in conſil. ſuo 265. quod incipit: In nomine Domini, amen. Factum tale eſt. Statutum ciuitatis Peruſii. Item, poteſt intelligi, vbi res eſſet clara,
27 † quia in incertis non in certis, &c. *l. continuum, §. cum ita, de verb. oblig. & l. ille aut ille, §. cum in verbis, de legat. 3.* Sed vnum eſt, quod facit maius dubium, quia Feder. de Senis *in d. conſil. 265.* videtur velle, quod etiam iudex ſecularis poteſt relaxare iuramentum, & compellere partem ad relaxandum, quem etiam ſequitur Ludo. de Roma *in 374. ſingulari, quod incipit: Vbi iuramentum eſt licitum.* Quia poteſt reſponderi, quod loquitur, quando iuramentum eſt contra formam ſtatuti, & ita loquitur Feder. in illo caſu. Secus ſi non eſſet contra ſtatuta, imo ſecundum ſtatutum Vincentiæ, quod vult, vt dixi, vt non poſſit venire contra huiuſmodi renuntiationem. Præterea poteſt aliter reſponderi, videlicet, quod loquatur in caſu claro & certo, quod patet, quia loquitur de compulſione ad relaxandum; non de cognitione relaxationis in caſu dubii, quia iſtud ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, *vt d. c. fin. de foro compet. lib.6. & in aliis iuribus ſupra ad hoc allegatis.* Poſtremò poteſt aliter reſponderi, quod Feder. non loquitur de relaxatione iuramenti, ſed de compulſione ad relaxandum iuramentum, quia pars poteſt relaxare, vt ibi dicit; ergò poteſt partem compellere ad iſtam relaxationem faciendam, vbi hoc eſt certum iuramentum debere relaxari, ſed vbi eſt dubium, non poteſt cognoſcere neque relaxare, quia iſta iuriſdictio eſt Eccleſiaſtica, & ſpectat ad forum Eccleſiaſticum, *vt d. c. fin. de foro compet. in 6. cum ſimil.* Vnde ex prædictis concludo, quod dicta mulier non debet abſolui à iuramento, & caſu, quo dubitaretur, ſi debet abſolui, vel non, iudex Eccleſiaſticus poteſt mittere literas inhibitorias iudici ſeculari, vt non procedat in cauſa principali, nec ſuper abſolutione à iuramento.

ANNOTATIONES.

a Quæ ſunt latiſſima] *Ad hoc faciunt, quæ amplè congerit Ant. Gabr. commun. concluſ. lib.4. in tit. de fideicom. concluſ.1. Ioſeph. Ludouic. deciſ.19. in 1. part. & Borgnin. Caualc. deciſ.36. in 1. part. per totum.*

b Nulla alia cauſa] *Et hæ opiniones conciliantur, nempe, vt verba generalia renuntiationis comprehendant etiam ius fideicommiſſi, quando nulla alia extat cauſa, ob quam renuntians ius habere poſſit, quàm fideicommiſſi, ſecus autem, quando alia ſubeſt cauſa, cuius caſus nondum euenit, vt ſcribunt omnes in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. vbi Bart. num.19. Cret. nu.126. & ſeq. Ripa num.78. & 79. Alex. conſ.102. num.6. lib.6. Dec. conſ.287. in fin. Grat. conſ.17. num.47. & conſ.60. num.6. lib.1. Ruin. conſ.84. num.7. conſ.119. num.11. & conſ.152. num.9. lib.2. ac conſ.92. num.21. lib.3. Curt. iun. conſ.101. num.7. Alba. conſ.74. num.11. Gozad. conſ.45. num.18. Pariſ. conſ.71. nu.14. lib.3. Crauet. conſ.368. nu.9. & 13. Rol. à Valle conſ.34. num.92. vol.4. D. Menoch. conſ.359. num.12. vol.4. & Rimin. iun. conſ.204. num.38.72. & per totum vol.2.*

CONSIL. LXIIII.

ARGVMENTVM.

Priuilegium conceſſum filiis & hæredibus, an intelligatur, quod filii ſint hæredes patris, an verò interpretetur, id eſt, deſcendentibus.

SVMMARIA.

1 *Cauſa finalis dictum reſtringit.*

2 *Hæredis verbum in priuilegio an intelligatur de deſcendentibus tantum, licet non ſint hæredes, an verò vtrumq; requiratur, & num.4. & 6.*

3 *Interpretatio legis ſpectat ad principem, qui eam condidit.*

4 *Verba priuilegii & conceſſionis, facta filiis & hæredibus, an intelligantur, vt filii ſint hæredes patris, & num.7.*

5 *Copula, &, duo diuerſa coniungit.*

. *Copulæ natura eſt, vt copulatorum concurſum, & vtrumq; verum eſſe requirat.*

7 *A propria verborum ſignificatione non eſt recedendum.*

8 *Ad veritatem copulatiuæ requiritur, quod vtraq; pars ſit vera.*

Filiorum appellatione an contineantur nepotes.

9 *Priuilegium principis debet latiſſimè interpretari contra ipſum principem concedentem.*

10 *Sequentia declarant præcedentia.*

11 *Viuens non habet hæredem.*

12 *Numerus pluralis ſaltem in duobus verificatur.*

13 *Si teſtator filio ſuo ſubſtituerit, ſi deceſſerit ſine liberis, bona deueniant in Sempronium, vel eius filios & hæredes, an intelligatur, id eſt, deſcendentes.*

14 *Duæ cauſæ finales quando conſiderantur, vna tantum ſufficit.*

15 *Hæreditati tunc quis ſe immiſceri dicitur, quando facit actum, qui citra ius & nomen hæredis fieri nequit.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia, Viſo proceſſu, tàm in cauſa principali, quàm appellationis facto inter ſpectatiſſ. militem, & Doctorem Dn. Ludouicum de Portis, ex vna parte agentem, & eximium Doctorem Dominum Franciſcum, & Simonem, & Ioannem fratres, & filios q. Ser Petri de Chadamuſto, de laude ex altera parte conuentos; & viſis omnibus ſcripturis ad me ſub ſigillo miſſis, & viſis

 allega-

allegationibus in ſcriptis pro vtraque parte, & viſa ſententia ſuperori delata per Magnificum D. Poteſtatem Vincentiæ, ex Conſilio Clariſſimi Doctoris D. Franciſci de Caſtignolis, & omnibus diligenter conſideratis per me Bartholomæum Cæpollam I. V. D. cui præſens cauſa appellationis commiſſa eſt conſulenda per Magnificum D. Poteſtatem Vincentiæ. Duo mihi principaliter dubia videntur eſſe examinánda. Primum eſt, an ſi probatum ex parte dicti D. Ludouici, quod dicti D. Franciſcus, & fratres fuerint & ſint hæredes Ser Petri patris ſui: quia ſi ſunt hæredes tenentur ſoluere fictum domus locatæ Ser Petro eorum patri. Secundum eſt, an dictus D. Ludouicus rite petierit in reliquis dictos fratres condemnari. Circa primum dubium plura adducta ſunt ex parte D. Ludouici ad probandum, quod dicti fratres ſint hæredes patris. Et in primis, quod dicti fratres habent prouiſionem Illuſtriſs. Duc. Dom. Ven. & exigunt à Camera Fiſcali pro dicta prouiſione, quæ fuit eis per Excelſum Duc. Dom. Ven. in hæc verba, Intelligimus, & volumus, quod in eius filios, & hæredes deuenire ſcilicet dictam prouiſionem patri eorum prius conceſſam. Et dicitur pro parte dicti Domini Ludouici, quod illa verba in eius filios, & hæredes ſignificant quod dicta prouiſio deueniat in filios dicti Ser Petri, qui ſunt hæredes dicti Ser Petri q. eorum patris; pro parte vero dictorum fratrum de Chadamuſto dicitur, quod illud verbum hæredes intelligitur, id eſt, deſcendentes, & potiſſime iſta ratione, quia illa prouiſio fuit eis conceſſa propter eorum fidem tantum. Dum dicitur ibi: Vadit pars, quod reſpondeatur ei, quod attenta fide illius familiæ ad ſtatutũ noſtrum, &c. & honorem noſtri Dominũ, &c. nam iſta ratio, ſuper qua fundatur conceſſio facta, filus nõ eſt, quia ſint hæredes patris, ſed quia ipſi filii fuerunt fideles, & ſic cauſa finalis fuit fides eorum. Ergo etiamſi non ſint patris hæredes debetent habere prouiſio-
1 nem, † quia cauſa finalis reſtringit dictum, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. & l. quod dictum, ff. de pact. cum ſimilib.* Item quia illa conceſſio, ſeu prouiſio eſt ad bene placitum Illuſtriſs. Duc. Dom. Ven. ergo videtur, quod non tranſeat ad filios tanquam hæredes. Item quia Dominium noluit, quod pater eorum poſſet obligare, vel alienare dictam prouiſio-
2 nem. † Et ex iſtis coniecturis videtur apparere de intentione Illuſtriſs. Duc. Dom. Ven. vt voluerit, quod verbum, hæredes, intelligatur, id eſt, deſcendentes, vt eſt filius fratris defuncti, & ſic vt comprehendat nepotes, & alios deſcendentes, donec durauerit beneplacitum Illuſtriſſimi Duc. Dóm. Vent. Et pro hoc allegatur Bart. *in l. ſi is qui ducenta, §. vtrum*
3 *in 10. col. ff. de rebus dubiis in repetit. ſua.* † Et ſuper iſto fundamento prouiſionis ſatis dubio, licet eſſet pro eius declaratione recurrendum ad Principem, & ad Illuſtriſſimum Conſ. X. quod illam prouiſionem conceſſit, quia ad ipſum ſpectaret interpretatio, *l. Neratius, ff. de reg. iur. & c. cum veniſſent cum ibi not. per gl. & Doct. extra de iudic. cum ſimil.* Tamen poſtquam de hoc eſt litigatum coram Magnifico D. Poteſtate Vincentiæ, & mihi cauſa commiſſa conſulenda; dicam illud, quod de iure ſentio, verum eſſe, ſalua ſemper interpretatione Illuſtriſſimi Duc. Domi
4 Venet. & eius Excellent. Conſ. X. † Mea quidem eſt ſententia quod dicta prouiſio intelligatur fuiſſe, & eſſe conceſſa dictis filiis de Chadamuſto hæredibus q. eorum patris, & acceptando dictam prouiſionem, & bona, & exigendo, videantur fuiſſe, & eſſe hęredes patris, quod probari poteſt multis modis. Et primo quia verba ſecundum propriam eius ſignificationem intelligantur velle, quod filii ſint hæredes patris, dum dicitur in conceſſione in eius
5 filios, & hæredes, † quia illa copula, &, duo diuerſa copulat, & coniungit, *vt not. gloſſ. in rub. ff. de iur. & fact. igneran. & in l. 2. C. per quas perſonas nobis acquiratur*, & quia natura copulæ eſt, vt requiratur concurſus copulatorum, & vtrumque verum eſſe, *vt l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos in princ. ff. de verbor. oblig. cum ſimilibus.* Cum ergo dicatur in conceſſione prouiſionis, quod deueniat in eius filios, & hæredes, requiruntur iſta duo videlicet quod ſint
a filii, & quod ſint hæredes *a* patris, † Nec poteſt
6 dici, quod illud verbum, hæredes, intelligatur, id eſt, deſcendentes, licet non ſint hæredes, quia iſtud eſt contra propriam verbi ſignificationem, *vt patet*
7 *in toto titu. ff. & C. de hæred. inſtit.* † à qua verborum ſignificatione in dubio non eſt recedendum, *l. non aliter, ff. de leg. 3.* & quod illa verba in filios, & hæredes intelligantur quod filii ſint hæredes, tenet Bart. in conceſſione emphyteuſi facta vni pro ſe, & filiis, & hæredibus, *in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi. ff. de operis libertorum per text. in auth. de non alienandis, §. emphyteuſim vero, & Bart. idem in effectu vult, in l. ex facto, §. fin. ff. ad Treb. & Bald. in l. liberti libertaque. C. de operis libert. & in l. Gaius, ff. ſolut. matrim. & Paul. de Caſtr. in terminis videtur decidere iſtam quaſt. in d. l. ex facto, §. fin. ff. ad Treb.* qui dicit, quod quando in conceſſione apponitur verbum liberos, & verbum hæredibus, puta concedo tibi, & liberis tuis, & hæredibus ad hoc, vt verbum hęredibus aliquid operetur, intelligitur, quod vtrumque concurrat, videlicet quod ſint liberi, & hæredes, *l. ſi quando, ff. de legat primo, & cap. ſi Papa, de priuileg. liber. 6. cum ſimilib. & idem vult Paul. de Caſtr. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis.* Cum igitur in dicto priuilegio dicat, volumus in eius filios & hæredes deuenire ad beneplacitum noſtri Dominũ; Videtur, quod ex quo erat facta mentio de filiis, ad hoc vt verbum hæredes aliquid operetur, intelligatur, quod vtrumque requiratur, ſcilicet quod ſint filii,
8 & quod ſint hæredes, † quia ad veritatem copulatiue requiritur quod vtraque pars ſit vera, *vt l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos, ff. de verb. oblig.* Nec obſtat ſi dicatur, imo verbum, & hæredes, debet intelligi id eſt deſcendentes, & ſic aliquid operatur, quia appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes, *vt Inſtit. qui dar. tut. poſſ. §. final. & l. quod ſi nepotes, ff. de teſtamen. tut.* quia dico, quod imo appellatione filiorum comprehenduntur etiam nepotes in materia fauorabili, *vt l. Senatus, ff. de ritu nupt. & l. in iſta interpretatione, ff. de verbor. ſignifi. & not. gloſſ. in l. filij appellatione, eod. tit. & not. Bart. in l. liberorum, ff. de verb. ſignifi.* ſed illa prouiſio Illuſtriſſimi Duc. Dom. Ven. eſt fauorabilis, vt de ſe patet, ergo comprehen-
9 dit etiam nepotes, † & maxime cum ſit prouiſio, & priuile-

priuilegium Principis quod priuilegium debet la-
tiſſime interpretari contra Principem conceden-
tem, *vt l.beneficium, ff.de conſtit. princip.* & ibi hoc not.
Barto. quando ſcilicet priuilegium reſpicit ius con-
cedentis, ſicut eſt in caſu noſtro, vt not. Barto. *in d.l.
beneficiũ, & ibi Doct. & Archi. 16. quæſt. 1. frater, & not. per
Doct. in c. cauſamque extra de reſcript.* & quod appella-
tione filiorum in priuilegio Principis fiat latiſſima
interpretatio, vt comprehendat nepotes, tenet Bar.
in d.l. liberorum, ff. de verb. ſignifi. Et ideo cum illa ver-
ba priuilegii, ſeu prouiſionis, dum dicunt, & in eius
filios, comprehendant etiam nepotes, vt dixi, ſequi-
tur, quod illud verbum hæredes, vt aliquid opere-
tur non debet intelligi de deſcendentibus ſed quod
10 filii ſint hæredes patris. † Et quod iſte ſit ſenſus il-
lius prouiſionis, & quod iſta fuerit intẽtio Illuſtriſſ.
Duc. Do. Ven. probari poteſt per ſequentia, *argu. l. ſi
ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1.* nam in mandato, quod
faciunt Rectores Vincentiæ nomine Illuſtr. Duc.
Dom. Ven. dicunt, det, & ſoluat Sp. D. Camerarius
Vincentiæ filiis, & hæredibus q. Ser Petri de Cha-
damuſto pro ſua prouiſione, &c. quæ verba non
poſſunt intelligi, niſi quod ſint filii & hæredes pa-
tris, quia illud verbum hæredibus ita ſonat manife-
ſte, nec poteſt intelligi de hæredibus, id eſt, deſcen-
11 dentibus filiorum, quia eis non fit ſolutio, † &
quia viuens non habet hæredem, *l. 1. ff. de hæred. vel
actione ven.* Nec poteſt intelligi verbum hæredibus,
id eſt deſcendentibus filiorum, quia ſimiliter non
tractatur de ſolutione facienda eis, ex quo filii vi-
uunt, *iuxta not. in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber &
poſthum.* & licet ſit vnicus filius filii, pro quo etiam
videtur facta ſolutio, tamen non comprehenditur
ſub nomine hæredis, ſed ſub nomine filii, *vt ſupra
dixi*, imo nec poteſt comprehendi ſub nomine hæ-
12 redibus, † quia numerus pluralis, regulariter ve-
rificatur in duobus ſaltem, *l. vbi numerus, ff. de teſtib.
& l. fin. ff. ad Treb.* nec poteſt intelligi, & hæredibus, id
eſt, deſcendentibus ipſius Ser Petri, quia iſto modo
intelligendo fruſtra fuiſſet appoſitum verbum hæ-
redes, in conceſſione ſeu declaratione prouiſionis,
vt dixi, contra l. ſi quando, ff. de leg. 1. cum ſimil. Oportet
ergo, vt intelligatur illud verbum hæredes appoſi-
tum in priuilegio vel verbũ hæredibus appoſitum
in illo mandato, id eſt, quod filii ſint hæredes Ser
13 Petri patris ſui. † Nec obſtat dum allegat Barto.
*in l. n qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubiis in 10. col. in re-
pet. ſua vbi ponit*, quod ſi teſtator ſubſtituit ſic: Si filius
meus deceſſerit ſine liberis, bona mea deueniant in
Sempronium vel eius filios, & hæredes, & dicit
quod verbum hæredes intelligitur, id eſt, deſcen-
dentes, quaſi dicat non ſolum vocatur Semproni-
us, ſed etiam nepotes, & alii deſcendentes, quia li-
cet iſte intellectus eſſet verus, tamen non conclu-
dit contra prædicta, quia quando quis ſubſtituitur,
& efficitur hæres fideicommiſſarius, non eſt dubi-
um, quod eo mortuo ſuccedunt ei ſui hæredes, *vt in
toto titu. ff. & C. de hæred. inſtitu.* & ideo non erat opus,
vt vocarent hæredes ſubſtituti, quia omnino, veni-
ebat, *vt dixi*, Ideo ad hoc, vt aliquid operetur illud
verbũ hæredes, poſſunt intelligi, id eſt, deſcenden-
tes, ad declarandum, vt intentio teſtatoris ſit, quod
vadat de hærede in hæredem, ſeu de hærede, in ſuos
deſcendentes. Item quod iſta fuerit intentio Illuſtr.
Duc. Dom. Vent. probare videtur, quod illa con-
ceſſio eſt facta per contracambium poſſeſſionum a-
miſſarum per Ser Petrum eorum patrem. Nec ob-
ſtat dum dicitur, quod imo cauſa prouiſionis fuit
fides eorum, vt in parte dicitur, quia cõcedo, quod
fides fuit etiam cauſa principalis, ſed etiam amiſſio
bonorum fuit alia cauſa principalis, vt apparet in
parte. Nec obſtat ſi dicatur, imo amiſſio bonorum
fuit cauſa impulſiua, quia ſi reſpicitur pars in medio
concludendi ponitur ratio amiſſionis bonorum,
ergo eſt cauſa finalis, ex qua oritur concluſio, id eſt,
prouiſio per not. per Barto. *in l. ſi prius, ff. de noui operis
nuntiat. & in l. certi conditio in princ. ff. ſi cert. pet. cum ſi-
14 milibus.* † Et ideo cum fuerint duæ cauſæ finales
ſufficit vna tantum, *vt not. per gloſſ. in §. affinitatis Inſtit.
de nuptiis, & not. per Bart. in l. liberorum, §. notanter, ff. de
his, qui notant. infam. & in l. ita ſtipulatus la grande, ff. de
verb. oblig. cum multis aliis ſimilib.* &c. Vnde ex his con-
cludo, quod illa prouiſio intelligitur conceſſa filiis,
15 & hæredibus, qui ſint hæredes patris, † & per con-
ſequens, quod prædicti filii acceptauerint dictam
prouiſionem, videntur ſe immiſcuiſſe in dicta hæ-
reditate, ex quo iſtud nõ potuit fieri citra ius, & no-
men hæredis, *vt l. pro hærede, in princ. & §. Papinianus
in fin. ff de acquir. hæred.* Sunt etiam multæ aliæ ratio-
nes animum meum ad hoc mouentes, quas breui-
tatis cauſa omitto. Circa ſecundum dubium, an
dictus Dominus Ludouicus rite petierit in reliquos
dictos fratres, condemnari & breuiter dico, quod
non, & propterea ſunt abſoluendi ab obſeruatio-
ne, rationibus & cauſis animum meum mouenti-
bus, quas ſimiliter breuitatis cauſa omitto. Ex
prædictis itaque omnibus concludo, & dico, offi-
cium Domini Poteſtatis, vel iudicare debentis, eſſe
in pronuntiando, ſententiando, & declarando, &
quod ita pronuntiet, ſententiet, & declaret, bene
fuiſſe & eſſe iudicatum per Magnificum Dominum
Poteſtatem Vincentiæ de Conſilio Clariſſimi Do-
mini Franciſci de Caſtignolis de Padua, & male fu-
iſſe, & eſſe appellatum per dictos fratres de Laude;
Et quia habuerunt iſtam cauſam litigandi, quod ab-
ſoluat ipſos fratres de Laude ab expenſis. Et ita vt
ſupra, &c.

ANNOTATIONES.

a Et quod ſint hæredes patris] *Adde quæ cumulat Cla-
rus in §. feudum quæſt. 9. verſ. quandoq; & tertio, Octa-
uianus Chacheran. in deciſionibus Pedemontanis. deciſ.
23. num. 33. Martinus Treccia de ſub feud. lib. 3. quæſt. 37.
ample Burſat. in conſ. 3. in princ. conſ. 49. nu. 59. & 82,
vol. 1. & conſ. 295. nu. 11. 12. & 13. vol. 3.*

CONSIL. LXV.

ARGVMENTVM.

De interpretatione ſtatuti Veronæ lib. 2.
cap. 20. quod duo notarii in teſtamentis
intereſſe debent.

An teſtamentum ſcriptum ſeparatim per
notarium, & ad illius interrogationem

per teſtatorem ſimplici verbo confirmatum valeat.

An teſtamentum, in quo loco ſecundi notarii ſacerdos interuenit, valeat, nec ne.

SVMMARIA.

1 *An teſtamentum per notarium ex alterius relatione extra thalamum teſtatoris conſcriptum, & ab ipſo teſtatore ſimplici verbo ad notarij interrogationem confirmatum valeat, nec ne, & num.3.4.6.*

2 *Paria ſunt aliquid ex ſe dicere, vel interroganti reſpondere, & num.7.*

Paria ſunt nuncupare & ſcribere, vel alij ſcribendum committere.

3 *Quaſtioni & tormentis ſubiectus non debet ſpecialiter interrogari, an ipſe vel alius delictum commiſerit.*

8 *Teſtamentum, in quo loco ſecundi notarij, qui ex ſtatuto Verona adhiberi debet, ſacerdos interuenit, ſub prater, quo ſecundus notarius non inueniretur, an valeat, & num.24.*

9 *Vbi non conueniunt verba legis vel ſtatuti, ibi nec eius diſpoſitio conuenire poteſt.*

10 *Lex vel ſtatutum in caſu poßibili debet intelligi.*

11 *Annullatio actus pœna ſaltem largo modo dici poteſt.*

12 *Neceßitas non habet legem, & num.48.*

Neceßitas legi non ſubiacet.

Quod non eſt licitum in lege, neceßitas legem facit.

13 *Neceßitas in re excuſat, ſecus in delictis.*

Ob neceßitatem quadam permittuntur, qua ex voluntate non permitterentur.

14 *Vaſallus in caſu neceßitatis feudum vendere poteſt, etiam inuito domino, ſaluo tamen iure domini.*

15 *Intellectus ad text. in l. hac conſultißima, §. at cum humana fragilitas, C. qui teſtam. fac. poſſ. & num.39.*

16 *Caſus omiſſus in ſtatuto habetur pro expreſſo, ſi ſtatuentes ita veriſimiliter reſpondiſſent, ſi de eo fuiſſent interrogati.*

17 *Sacerdoti magis quàm alteri credendum eſt.*

Peritis in arte quando ſtandum eſt, duo ſunt adhibendi, & ſi duo in prouincia non reperiuntur, vnus ſufficit, & num.49.

18 *Auctores cadis teſtatoris ſi non reperiuntur, non obeſt haredibus, & num.50.*

19 *Stante ſtatuto, quod notarius non matriculatus teſtamentum facere non poßit, ſi tempore peſtis alius haberi non poteſt, teſtamentum nihilominus valet, & num.51.*

Teſtamentum poteſt inſinuari coràm alio iudice, quàm iudice inſinuationum teſtamentorum, quando propter peſtem illud officium vacat.

20 *Statutum ſi vult, quod nullus contractus per minorem factus valeat, niſi de eo duo notarij rogentur, ſi tempore peſtis vnus tantum reperitur, & ſolus contractum ſcripſit, valet & tenet.*

21 *Teſtamentum factum coram duobus teſtibus ab infirmo in itinere peregrinationis valet, ſi plures non inueniuntur.*

22 *Mater ſi tempore peſtis ad ciuitatem non iuerit, pro petendo tutore filio ſuo excuſatur.*

Praſcriptio tempore peſtis non currit.

23 *Teſtamentum factum tempore peſtis, vel in carceribus Tyranni, ſine ſeptem teſtibus valet, & contra, num.32.*

24 *Vbicunq; eſt tradita certa forma à lege vel ſtatuto, illa non ſeruata, actus eſt nullus.*

25 *Forma quando requiritur adeſſe rei, ſi tempore, quo res fit, non ſeruatur, actus eſt nullus ipſo iure.*

26 *Dictio, in, ſignificat actum loci ſeu rei.*

Solemnitas, qua requiritur ante factum, vel in ipſo facto, dicitur eſſe de forma, & ſi non ſeruetur, actus ipſo iure non valet.

27 *Forma certa in teſtamentis condendis quando eſt inuenta à lege vel ſtatuto, ſi illa forma etiam propter facti impotentiam non ſeruatur, teſtamentum non valet.*

28 *Intellectus ad text. in l. fin. C. de teſtam.*

29 *In ore duorum vel trium ſtat omne verbum ſecundum ius diuinum.*

30 *Illi, qui ſunt in bello vel loco hoſtili, poſſunt teſtari cum duobus teſtibus.*

31 *Ratio vbi in lege eſt expreſſa, licitum eſt legem extendere, vbi eſt eadem ratio.*

33 *Statutum Verona lib. 2. cap. 20. quod duo notarij in vltimis voluntatibus interueniant, qua ratione nitatur.*

34 *Sacerdos an loco notarij in teſtamentis interuenire poſſit. & num.35.*

Sacerdos dicitur perſona publica.

Sacerdotis praſentia falſitatis timorem ceſſare facit, & num.40.

35 *In caſu neceßitatis, loco notarij, ſacerdotis, vel Epiſcopi non debet adhiberi alia honeſta perſona, qui cautionem de vſuris abſentium nomine recipiat.*

36 *Subrogatus in alterius locum debet eſſe eiuſdem qualitatis forma certa, quandocunque eſt tradita à lege cum decreto anullatiuo, non ſufficit etiam de partium conſenſu ſolemnitatem obſeruare, niſi in forma ſpecifica obſeruetur.*

37 *Quando lex vel ſtatutum procedit anullando, illud dicitur de forma ſubſtantiali.*

38 *Teſtamentum propter defectum vnius teſtis eſt nullum.*

41 *Statutum recipit interpretationem paßiuam & intrinſecam.*

42 *Non probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

43 *An ſufficiat quærere in loco ſolito notarium, qui in teſtamento adhiberi debet.*

44 *Diligens inquiſitio pracedere debet, vt quis non reperiri dicatur, & excuſetur is, qui denuntiare tenetur.*

45 *Dies mortis eſt incerta.*

Plures haberi non poſſe, eo ipſo probatur, quo contrarium probatum non eſt.

46 *Teſtator diligens eſſe debet, & ſe non auctore ad extremum vita ſua exitum.*

47 *Mors inopinata quando teſtatorem excuſet.*

48 *Neceßitas circa neceſſaria teſtamenti non excuſat.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Stante ſtatuto Veronenſi, quod in confeſſione cuiuſlibet teſtamenti nuncupatiui, & cuiuſlibet alterius voluntatis vltimæ intereſſe debeant duo notarii, quorum vnus ſcribat

bat, & alter ſe ſubſcribat, aliter autem non valeat te-
ſtamentum nec quælibet vltima voluntas. Quidam
Zampetrus de Malſeſeno diſtrictus Veronæ graui-
ter infirmus condidit teſtamentum, vt dicitur, in
hac forma, quia notarius, quibuſdam teſtibus præ-
ſentibus, dum incepiſſet ſcribere in camera cubi-
culari teſtamentum, exiuit camera, ſub prætextu,
quod in camera non bene videret, & non audi-
ens teſtatorem, ſcripſit teſtamentum, prout ſibi di-
cebat quidam vocatus Romanus, qui ibat ad teſta-
torem, & reuertebatur ad notarium, referendo ea,
quæ dicebat teſtator velle, nullo intelligente, qoid
ſibi teſtator dicebat nec etiam ſcitur, ſi ſecum lo-
quebatur, niſi quod ibat ad lectum, & poſtea reuer-
tebatur extra cameram ad notariũ, & dicebat, ſcri-
bas ſic, quia teſtator ſic vult. Quo teſtamento ſic
ſcripto, prout retulit dictus Romanus, dum non eſ-
ſet alius ootarius in Malſeſeno, miſerunt pro vno
ſacerdote, qui veniret ad ſe ſubſcribendum dicto
teſtamento, loco alterius notarii deficientis, qui ſa-
cerdos, & duo alii teſtes ſuperuenerunt, & omnes
intrarunt cameram, & notarius legit dictum teſta-
mentum dicto Zampetto, coram teſtibus, & illo
ſacerdote, quo lecto interrogauit notarius, vultis
ſic? qui reſpoodit ſic. Deinde teſtator poſt vnam ho-
ram mortuus eſt. Nunc quæritur de duobus prin-
cipaliter. Primo numquid illud teſtamentum nul-
lum ſit, ex eo quod notarius non audiens teſtato-
rem, ſcripſit teſtamentũ, prout ſibi dicebat Roma-
nus, licet recitauerit ipſum poſtea coram teſtatore,
qui interrogatus ſi volebat ſic, reſpondit ſic. Secun-
do an ſaltem illud teſtamentum dicatur nullum, ex
eo quod non fuit adhibitus ſecundus ootarius, qui
ſe ſubſcriberet, ſed ſolũ ille ſacerdos ſub prætextu,
1 quo non reperiebatur alius notarius. † Circa pri-
mum dubium Videtur quod dictum teſtamen-
tum valeat, licet ad interrogatiooem notarii teſta-
tor dixerit, quod ſic, per text. *in l. hac conſultiſſima, §. at cum humana fragilitas, C. qui teſtam. facer. poſſ. & hoc videtur tenere gloſſ. in l. caſus, C. de teſtam. & in l. iubemus in gloſſ. quæ incipit not. regulam eo tit. Item pro hac opinio-*
2 *ne facit l. Pamphilo. §. propoſitum de legat. 3.* † Item quia
paria ſunt aliquid de ſe dicere vel interroganti re-
ſpondere, nec eſt neceſſe omnia verba interrogan-
tis repetere, *vt Inſt. de inutil. ſtipul. §. præterea in fi.* Item
quia paria ſunt nuncupare & ſcribere, *vt d. l. iubemus, & l. heredes palam in princ. ff. de teſtam.* ſed ille qui po-
teſt ſcribere, poteſt alii ſcribendum committere,
3 *vt in auth. & non obſeruato eo. C. de teſta.* ergo, &c. † Et
hanc opinionem tenuit Azo. Martinus Silimani
poſt Cyn. & Ang. *in d. leg. iubemus,* quando teſtator
non multum erat grauatus. quia poterat articulate
loqui, & idem tenet Bald. *in l. heredes palam in princ. in vlt. colum. ff. de teſtam.* & maxime quando interro-
gatio eſt facta à tabellione, ſicut fuit in caſu noſtro,
vt not. Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de teſtam. §. 1. verſ. quid
4 *ſi u, & Bald. in d. l. iubemus.* † Sed his non obſtanti-
bus teneo contrarium de iure, nam ad hoc vt teſta-
mentum ſcriptum per notarium, & lectum teſta-
tori, qui reſpondit quod ſic, valeat, requiritur quod
ſit ſcriptum de voluntate teſtatoris primo, & de-
inde legatur, vel recitetur teſtatori, *vt eſt caſus in l. hac conſultiſſima, §. vt cum humana fragilitas, C. de teſta. & not. Bald. in d. l. iubemus, & Pau. de Caſt. in conſ. ſuo. 363. quod incipit. In Chriſti nomine amen.* Viſo puncto, &
allegationibus, & ratio eſt, ne detur materia falſum
committendi, quæ potiſſime in teſtamentis, & in
vltimis voluntatibus fugienda eſt, *l. fin. C. de fideicom-
miſ.* quia faciliter teſtator mortis cogitatione turba-
tus, interrogatus de pluribus, dicit quod ſic, qui ex
ſe nullo modo hoc dixiſſet, & ita tenet Ioan. An. *in addi. Spec. in tit. de teſtam. §. in primis in addit. quæ incipit. pileus,* qui dicit etiam ſi ootarius adhibitus non à te-
ſtatore, ſed à propinquis, & ad eorum inſtantiam
ſcripſit teſtamentum, & inſtitutionem poſtea de i-
pſis poſtea legit coram teſtatore, & interrogauit, an
ita vellet, & reſpondit quod ſic, iſtud non ſufficit;
quia de facili infirmus, & quaſi mortuus, reſpondit
quod ſic, & ita etiam tenet D. Paul. de Caſt. *in d. conſ.*
5 *363.* † Facit qnod dicitur de illo, qui ſubiicitur quæ-
ſtioni, qui non debet ſpecialiter interrogari, ſi ipſe
vel alius tale homicidium commiſerit, quia magis
ſuggerentis, quam requirentis eſt, ſed generaliter
quis id fuerit, vt Diuus Adrianus reſcripſit, & eſt
tex. *in l. 1. §. qui quæſtionem, ff. de quæſtiomb. & ibi hoc vult Bart. & idem vult gloſſ. & Bart. in l. prius. de Sillanian.* Sed
in caſu noſtro non apparet, notarium prius ſcri-
pſiſſe teſtamentum de voluntate teſtatoris, imo ap-
paret contrarium, quia notarius quando ſcribebat
teſtamentum, erat extra cameram teſtatoris, & qui-
dam dictus Romanus erat ille, qui exibat, & intra-
bat cameram, dicendo notario, ita ſcribas, quia ſic
teſtator vult, & ſic notarios, quando ſcripſit, non in-
tellexit voluntatem teſtatoris, niſi per relationem
dicti Romani, quæ non ſufficit, *per d. §. at cum huma-
na fragilitas,* & præſertim cum ille Romanus ſit valde
ſuſpectus, quia depoſuit in cauſa, & in hoc dicit cõ-
trarium, & reprobatur per alios teſtes, & etiam in
pluribus aliis, vt patet ex dictis aliorum teſtium, &
ſic oon eſt credendum ipſum retuliſſe voluntatem
defuncti, *arg. cap. defleat peccator, cum ibi not. extra de reg. iur. & per not. in c. fraternitatis, extra de hæreticis, & per gloſſ. pen. in c. damnamus, in fin. extra de ſumma Trin. & fid. Catholica facit illud Virgilii.* Et crimine ab vno
diſce omnes. Et maxime hoc verum, cum ipſe te-
ſtator tempore quo dicitur feciſſe teſtamentum,
erat in extremis, vt dicit Dominus Henricus pri-
mus teſtis, *in princip. & in 14. cap.* etiam dicit, quod
multum angebatur, & neſcit, an iam amiſerit ſen-
ſum, & intellectum, & idem dicit Tertius teſtis
Apollonius, & Quintus teſtis Montus Aleſii; &
Sextus teſtis, *ſuper 9. cap.* & ideo cum eſſet ita infir-
mitate granatus, & in extremis propinquus morti,
& teſtes neſciãt, ſi amiſerat ſenſum vel intellectum,
mortoo ſimilis eſt, & propterea eius teſtameotum
noo valet, *per dict. l. iubemus cum ibi not. in princ. & quæ*
6 *dicta ſunt ſupra in prin.* † Nec obſtant ſupra in con-
trariom allegata, & primo, *l. hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas. C. qui teſtament. face. poſſunt,* quia
imo ille text. probat contrarium, ex quo non ap-
paret, qood notarius primo ſcripſerit teſtamen-
tum ſecundum voluntatem teſtatoris; Nec obſtat
gloſſ. *in l. caſus, & in l. iubemus. C. de teſtamen.* quia de-
bet intelligi ſecundum *d. §. at cum humana fragilitas,*
videlicet

videlicet quod tunc ſufficiat reſponſio facta per te-
ſtatorem ad interrogationem notarij quando con-
ſtaret, de mente teſtatoris, antequam eſſet interro-
gatus, quod ita volebat facere, ſecundum Io. An.
in d. §. in primis, & Paul. de Caſt. in præalleg. conſ. ſuo qui
dicunt, ita loqui. l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de leg. 3. & di-
cit Pau. de Caſt. in d. conſ. quod iſta verba ſunt valde
notabilia, & cum magna diſcretione dicta. Et ſic pa-
7 tet reſponſum ad dictum §. propoſitum. † Nec
obſtat dum dixi, quod paria ſunt dicere vel reſpon-
dere vel nuncupare & ſcribere, &c. quia illud non
procedit in infirmo, quādo eius teſtamentum ſcri-
bitur, niſi prius ſecundum mentem teſtatoris fuerit
ſcriptum, quod non fuit ſcriptum in caſu noſtro, Et
huc modo etiam reſpondetur ad auctoritatē Petri
Cy. & Ang. & aliorum Doct. quia ita debent intel-
8 ligi per prædicta. † Circa ſecundum dubium: An
ſaltem illud teſtamentum dicatur nullum, ex eo
quod non fuit adhibitus ſecundus notarius, qui ſe
ſubſcriberet, ſed ſolum ille ſacerdos ſub prætextu,
quod nō reperiebatur alius notarius, quia in ſentē-
tia lata in hac cauſa pro validitate teſtamenti, multa
in vtramque partem deducta ſunt, vt clarius veritas
in omnibus haberi poſſit, decreui hanc quæſtionem
ſatis quotidianam, & vtilem plenius attingere, arg.
l. legatis, in princ. ibi, & plenius rogo, quæ ad hæc ſpe-
ctant, attingas: quotidiana in ſunt. ff. de liber. leg. præ-
ſertim cum ſæpe in iudicijs verſetur. l. fin. cum non ſo-
lum in prin. ibi, & ſemper in iudicijs verſentur, C. de
bonis quæ liberis, & quia eſt de lacte, & lana, vt dicit gl.
in ſimili in clem. dudum, in §. huiuſmodi de ſepulturis. Et
quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideo
ad partes arguere conſtitui. Et Primo pro parte af-
firmatiua, quod teſtamentum valeat non obſtan-
te, quod non fuerit ſeruata ſolemnitas ſtatuti, in ad-
hibendo ſecundum notarium, qui ſe ſubſcribat te-
9 ſtamento. probatur † vbi non conueniunt verba
legis vel ſtatuti, ibi non poteſt conueniri diſpoſitio.
l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. l. hos accuſare. §. omnibus. ff.
de accuſat. & l. quod conſtitutum. ff. de teſtam. milit. cum
ſimil. ſed verba dicti ſtatuti de ſecundo notario non
poſſunt conuenire, quando niſi ſolùm vnus notari-
10 us poteſt haberi; ergo, &c. † Secundo probatur:
lex vel ſtatutum debet intelligi in caſu poſſibili non
impoſſibili, quia de natura legis eſt, quod ſit hone-
ſta, iuſta, & poſſibilis ſecundum naturam. 4. diſt. cap.
erit autem lex facit. l. impoſſibilium, ff. de regul. iur. & ſi
propter impoſſibilitatem legis quis tranſgreditur,
fruſtra imputaretur ei ad pœnam 15. quæſt. 1. cap. non
eſt, vt not. gloſſ. in d. cap. erit autem lex. Sed in caſu noſtro
præſupponitur impoſſibilitatem fuiſſe habēdi no-
tarium, ſecundum tempus conditi teſtamenti, ergo
ſtatutum non videtur in hoc caſu impoſſibili intel-
ligendum, & ſi non ſeruetur forma, non debet dici
11 teſtamentum eſſe nullum, † quia annullatio actus
poteſt dici ſaltē largo modo pœna per not. per Doct.
in l. prætor, in §. 1. ff. de noui oper. nunt. & in l. non dubium,
C. de legibus, & per Canoniſtas in cap. cognoſcentes, extra
de conſtit. & per Ioan. And. in cap. fin. de electione in 6. cum
12 ſimilibus. † Tertio probatur ad idem. Neceſſitas
non habet legem, de conſecrat. diſt. 1. capit. ſicut & diſt.
5. 6. peruenit, in fin. arg. l. 1. & ibi hoc not. Bart. & alii Doct.
C. de oper. liber. & l. 1. ff. de offic. conſul. & not. gloſſ. & Doct.
in cap. querelam, de iur. iur. & gloſſ. de conſecra. diſt. 5. cap.
diſcipulos, & neceſſitas legi non ſubiacet, extra de ob-
ſeruat. ieiunior. c. 2. in fin. & cap. quando de conſuetudine,
& not. gloſſ. in cap. quod non eſt licitum extra de reg. iur.
& quod non eſt licitum in lege, neceſſitas legem fa-
cit, vt d. cap. quod non eſt licitum in lege. Et ideo neceſ-
ſitas non eſt ſubiecta humanæ conſtitutioni, imo
excuſat, quod contra eam fit, 4. diſt. c. ſanctum, licet
nulla neceſſitas excuſet à diuina conſtitutione vt 32.
quæſt. 5. cap. Ita ne, vt not. ſingulariter gloſſ. in d. c. ſicut de
13 conſecra. diſt. 1. † Et neceſſitas quæ reperitur in re
excuſat, quia illa non habet legem: Sed in delictis
puta in adultero, neceſſitas non excuſat l. palam. ff.
de ritu nupt. vt eſt gloſſ. nota. 48. diſtinct. c. quoniam multa.
Et propterea etiam quædam permittuntur propter
neceſſitatem, quæ ex voluntate non permitteren-
tur, vt not. gloſſ. in l. cum fidei, per illum text. ff. de fidei-
14 com. libertat. † Facit quod not. Bal. in cap. 1. §. aut ſi li-
bellario in tit. quib. mod. feud. amit. vbi vult, quod vaſal-
lus in caſu neceſſitatis poſſit feudum vendere, et-
iam inuito Domino, ſaluo tamen iure Domini. Vn-
de cum ſtatutum noſtrum de ſecundo notario ad-
hibendo ſit conſtitutio humana, & neceſſitas in re
interuenerit, quia ille ſecundus notarius, non po-
tuit haberi, videtur, quod iſta neceſſitas excuſet.
15 † Quarto hoc probari videtur, in l. hac conſultiſſima,
§. at cum humana fragilitas, C. qui teſtam. facer. poſſ. vbi
inter alia ſpecialia in teſtamento cæci hoc introdu-
ctum eſt, quod adſit notarius, qui teſtamētum ſcri-
bat, & ſe ſubſcribat vt ibi: & tamen vult ibi Impe-
rator, ſi cæcus eſſet in loco, in quo tabulatum co-
pia quærentibus non daretur, tali caſu ſufficit ad-
hibere aliam perſonam literatam, quæ dictum te-
ſtamentum ſcribat, & ſubſcribat, & licet ibi ſit ſpe-
cialiter in cæco, quo ad ordinationem teſtamenti,
non eſt ſpeciale, quo ad neceſſitatis excuſationem.
16 † Quinto probatur alia ratione, quando in ſtatuto
vel lege non eſt caſus expreſſus de quo quæritur, &
ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati veriſimiliter, idem
ſtatuiſſent in caſu non expreſſo, ille caſus habetur
pro expreſſo, vt eſt gloſſ. valde notabilis in l. tale pactum,
§. fin. ff. de pact. & eſt gloſſ. in clem. 1. de reſcript. & probatur
in l. Titius, § Lucius, & ibi Pau. de Caſt. in fin. ff. de liber. &
poſth. & in l. ex facto in prin. ibi me enim, ff. de vulg. & pup.
facit text. in auth. de triente & ſemiſſe, §. illud quoque, &
quod not. Bald. in rubr. C. de collat. in verſ. ſequitur vlti-
mum. Sed ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, quid
ſi nō poſſet haberi niſi vnus notarius, nunquid ſuf-
ficiat, & veriſimiliter dixiſſent, quod ſic, propter
neceſſitatem, quæ non habet legem, & maxime
quando ſacerdos eſſet loco notarii abſentis ſubro-
gatus, quia ratio ſtatuti fuit veriſimiliter propter
falſitates euitandas, arg. l. fin. C. de fideicommiſſ. quæ
falſitas euitari videtur, ſubrogando Sacerdotem,
17 † cui non minus, imo magis credendum eſt, quam
alij non ſacerdoti, arg. capit. cum eſſes. & quod ibi not.
extra de teſtam. Sexto hoc videtur probari, in auth.
de non alienandu, in §. quod autem, colum. 2. vbi dicitur,
quod quando ſtandum eſt peritis in arte, duo de-
bent adhiberi, & ſi duo non reperiuntur in pro-
uincia, vnus ſufficit propter neceſſitatem, vt eſt ca-
ſus ibi

ſus ibi notabilis: Et ita vult Bar. per illum tex. in prooe-
mio digeſtorum, in fine principij, & in l. 1. in fin. ff. de ventre
inſpic. & in l. ſi in rixa, circa fin. ff. ad leg. Corneliam de ſi-
cariis, & in l. 1. in fin. C. de ponderator. lib. 10. & Anton. de
Butr. in c. propoſuiſti extra de probat. & Bart. & Doct. in l.
1. §. fin. ff. de verb. obli. Sic etiam videtur intelligendum
ſtatutum vt adhibeantur duo notarij ſi poſſunt ha-
beri; alias vnus tantum ſufficiat, qui teſtamentum
18 ſcribat. † Septimo hoc etiam probatur, in l. ſi ideo,
C. de his quib. vt indignis, vbi dicitur, quod ſi vltro cę-
des teſtatoris non eſt deſiderata, ſi cædis auctores
reperiri non potuerunt, non obeſt hæredibus, in
quibus nulla culpa detegitur, & ibi Bald. qui iſtam
legem inducit ad multas quæſtiones ſolemnes; er-
19 go, &c. † Octauo hæc ſententia facit, l. ſi vacantia,
C. de bonis vacantib. lib. 10. & quod ibi not. Ang. de Pe-
ruſio, qui dicit per illũ text. quod ſi dictat ſtatutum,
quod nullus notarius non deſcriptus in matricula
audeat facere aliquod teſtamentum, & ſi fecerit pu-
niatur, & contingat, quod tempore mortalitatis,
non poterat haberi notarius deſcriptus in matricu-
la, ad ſcribendum teſtamentum, propter quod alius
non deſcriptus in matricula tale teſtamentum ſcri-
pſit, valebit, per illum tex. & per l. vbi abſunt, ff. de tut. &
curat. datis ab his, & l. 1. ff. de offi. præfecti Vrbis, & in auth.
de defenſoribus ciuitatum, §. interim & l. 1. ff. de offic. Con-
ſulis. Et idem dicit, quando eſt vnus Iudex inſinua-
tionum teſtamentorum, & propter mortalitatem
vacat illud officium, poterit teſtamentum coram a-
lio Iudice inſinuari, per dicta iura, & idem dicit in a-
20 liis quæſtionibus ſimilibus. † Item quaſi in termi-
nis pro hac parte videtur decidere etiam, Angel. in
dicto §. quid autem in auth. de non alienandis, vbi ci, it
per illum text. quod ſi ſtatutum vult, quod nu' us
contractus per minorem factus valeat, niſi duo n o-
tarij rogentur, ſi tempore mortalitatis, non re pe-
riebatur niſi vnus notarius, & manu illius con tra-
ctus eſt ſcriptus valebit, pro quo allegat etiam, l. ſ. n.
21 C. de teſtam. † Item dicit, quod ſi teſtamentum de-
bet fieri coram ſeptem teſtibus, & quidam dum ie-
rat Romam ad Indulgẽtiam, infirmatus eſt in quo-
dam Caſtro, & ibi fecit teſtamẽtum coram duobus
teſtibus, quia plures non erant, valebit, arg. l. milites,
C. de teſta. milit. & idem vult Ang. in auth. omnes peregrini
in princ. C. communia de ſucceſſionibus facit etiam l. 1. ff. de
bonor. poſſeſ. qua ex teſtam. milit. Item pro hac parte fa-
cit, quod nota. Bartol. in l. 2. & in l. cum nauiculario-
rum, C. de nauiculariis lib. 11. & in l. 1. §. ſi plures in 2. quæſt.
22 ff. de exercitoria cum ſimilibus. † Item pro hac parte
facit, quia ſi mater non venit ad ciuitatem tempo-
re peſtilentiæ, vt petat tutorem filio, excuſatur pro-
pter neceſſitatem, vt not. Salic. in l. cum à matribus, C.
qui petant tuto. & Flor. in l. caſus, C. de teſtam. & Paul. de
Caſtro in conſi. 370. in fin. Item quia tempore peſtilen-
tiæ non currit præſcriptio, vt notat. Bartol. in l. natu-
raliter, ff. de vſucap. & Angel. in l. cum notiſſimi, §. imo et-
iam illud, Cod. de præſcript. triginta annorum, & Anton.
de Butr. cum non liceat extra de præſcript. & in cap. cum
dilecti extra de dolo & contum. & Abbas Siculus in cap.
ex tranſmiſſa, extra de præſcript. & Proſdocimum etiam i-
23 bi, † Item quia teſtamentum factum tempore pe-
ſtis, vel quando eſt in carceribus Tyranni ſine ſe-
ptem teſtibus, valet, vt not. Bald. in l. fin. C. de teſtamen.
24 † Sed in contrarium adducuntur iura, & rationes:
Et in primis præmitto vnam vulgarem, quæ vult,
quod vbicunque eſt tradita certa forma à lege, vel
ſtatuto, illa non ſeruata, actus eſt nullus, l. cum hi, §.
ſi prætor, & ibi Doct. hoc not. ff. de tranſact. & l. teſtamen-
tum, C. de teſtament. l. 1. §. præterea, ff. de tutelis, & ration.
diſtract. & l. fin. ff. de diuortiis. & notat. gloſſ. in l. non in-
telligitur, §. Diuus Adrianus, ff. de iure fiſci, & habetur per
gloſſ. & Doctor. in clemen. 1. de iure patr. & tenet Domi-
nic. de Sancto Gemin. in capit. 1. poſtulat. prælat. in 6. & i-
dem tenet Paul. de Caſtr. in l. non dubium, Cod. de legibus,
quod procedit etiam ſi actus ſit fauorabilis, vt not.
Bal. in d. l. ſi teſtamentum per l. qui Rom. §. Flauius Hermeſ.
ff. de verb. oblig. Sed iſta forma, quod in confectione
cuiuslibet teſtamenti, vel alterius vltimę voluntatis
adhibeãtur duo notarij, quorũ vnus ſcribat, alter ſe
ſubſcribat, eſt tradita à ſtatuto, ergo ſi non eſt ſerua-
ta, actus eſt nullus per prædicta. Et intelligo, quod
25 actus eſt nullus ipſo iure, † quia qñ forma requiri-
tur ad eſſe rei, & tempore quo res fit, ſi nõ ſeruatur,
actus eſt nullus ipſo iure, vt not. Doct. & maxime Bald.
in l. vniuerſa, C. de precib. Impe. offeren. quoniam iſta for-
ma, quod adhibeatur ſecundus notarius requiritur
tempore teſtamenti, vt patet dum dicit in ſtatuto,
adhibuerint duo notarij in confectione teſtamen-
26 ti, &c. † nam dictio, in, ſignificat tactum loci ſeu
rei, l. 1. §. in flumine, ff. de fluminibus, & idem not. Bald. in
l. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe, qui dicit
quod ſolemnitas, quæ requiritur ante factum, vel
in ipſo facto; iſta ſolemnitas dicitur eſſe de forma,
& niſi interueniat, actus ipſo iure non valet; ergo,
&c. Sed circa hoc non oportet laborare, vel inſi-
ſtere, quia ſtatutum non ſolum dat illam formam,
ſed etiam procedit vltra; ponendo clauſulam an-
nullatiuam; dicit enim, aliter autem non valeat te-
ſtamentum nec quælibet vltima voluntas; & ſic in-
tentio ſtatuti eſt, quod niſi ſecũdus notarius ſe ſub-
ſcribat, teſtamentum ſit nullum ipſo iure: & in hoc
de ſe nulla eſt dubitatio, quia ſtatutum eſt clarum.
Sed illud quod facit dubium eſt, quia dicitur, quod
tempore conditi teſtamenti ſuberat neceſſitas, quia
non potuit haberi niſi vnus notarius, qui ſcripſit
teſtamentum; vnde ſtante illa neceſſitate dicitur,
quo teſtamentum potuit fieri cum vno tantum no-
tario, quia neceſſitas non habet legem per ea, quæ
plene dixi ſupra pro prima parte principali. Illis ta-
men non obſtantibus teneo contrarium eſſe verius
27 de iure, quod probatur pluribus modis. † Et pri-
mo probatur ſic, quandocunque eſt inuenta forma
à lege, vel ſtatuto in teſtamentis condendis, quæ
maxime fit, vt obuietur fraudibus, vel falſitatibus,
quæ poſſent fieri, ſi illa forma non ſeruatur, etiam
propter impotentiam facti, puta quia non poteſt
de facto haberi numerus ſeptem teſtiũ, teſtamen-
tum non poteſt fieri, & ſi fit non valet, nec neceſſi-
tas impotentiæ facti excuſat; vt eſt text. ad literam, qui
non poteſt cauillari in l. conficiuntur. §. 1. codicillis in verſic.
quidem, ff. de iure codicillorum. & eſt text. cum gloſſ. nota-
bili in l. diuus, §. codicillos in verſ. facere cod. titul. & eſt gl.
etiam ſimilis in authent. de triente, & ſemiſſe, §. & quod
ſæpe, in verbo neceſſitates. Sed ita eſt in caſu noſtro,
quia

quia à ſtatuto Veronenſi eſt inuenta forma in teſta-
mentis, quod adhibeantur in eorum confectione
duo notarii, quorum vnus ſcribat teſtamentum, al-
ter ſe ſubſcribat, ad obuiandum fraudibus, & falſi-
taribus quæ poſſent fieri, *arg. l. fin. C. de fideicom. & pro-*
batur in l. hac conſultiſſima in fin. C. qui teſtam. face. poſſ.
Ergo etiam ſi verum eſſet, quod non potuiſſet ha-
beri de facto ſecundus notarius, qui ſubſcriberet,
quia vnus ſolus reperiebatur, ibi, qui poſſet haberi,
tamen teſtamentum coram vno tantum notario
ſcribente fieri non potuiſſet. Secundo iſtud proba-
tur vide infra, *in l. fin. C. de teſtamen.* per latam à ſpe-
ciali, nam ibi ſecundum communem ſententiam
ibi, vt ſpeciale vt teſtamentum factum coram quin-
que teſtibus valeat, quando teſtamẽtum fit in iure,
& fit à ruſtico; ergo in contrarium debet eſſe ius
commune, in cæteris ſolẽnitatibus, & ſic in ſecun-
do notario, qui debet adhiberi ex forma ſtatuti no-
ſtri, *per l. ius ſingulare, & l. quod vero contra, ff. de legib.*
cum ſim. Nec obſtat ſi dicatur iure conceditur illud
priuilegium indiſtincte vbi ſubeſt neceſſitas, vt vi-
detur per Bart. *in d. l. fin. ibi.* Ideoque ad Dei humani-
tatem reſpicientes, quia illa verba non videntur vel-
le ſe referre ad ius diuinum, quia ſi hoc eſſet, ſuffi-
28 cerent duo aut tres tantum teſtes, † quia ſecun-
dum ius diuinum in ore duorum vel trium ſtat o-
mne verbum, *cap. cum eſſes & cap. relatum extra de te-*
29 *ſtam. & c. licet vniuerſis, de teſtib. cum ſimil.* † Secundo i-
ſtud videtur probari aperte, *in l. caſus in fin. C. de te-*
ſtam. vbi dicitur, quod licet neceſſitas caſus morbi
contagioſi puta lepræ, vel peſtilentiæ ſit iuſta cauſa
mutandi teſtes, tamen non eſt iuſta cauſa tollendi
obſeruationem teſtamenti, vt ſufficiat minor nu-
merus teſtium; quam à iure ſit introductum. Et ſic
neceſſitas, quæ tollit de facto potentiam, non ha-
bendi perfectum numerum teſtium, non excuſat
quia teſtamentum ſit nullum, ſi forma teſtamenti
quantum ad teſtes non ſeruetur. Sed forma ſtatuti
Veronenſis in teſtamentis adhibita eſt huiuſmodi,
ergo propter impotentiam facti, quia de facto non
poſſit haberi niſi vnus notarius, non excuſat. Tertio
vide ſupra in alia charta. † Quarto probatur etiam
per arg. à ſpeciali. Nam ſpeciale in his qui ſunt in
30 bello, in loco hoſtili, vt poſſint teſtari ſine ſolemni-
tate numeri teſtium & ſic coram duobus tantum,
licet non ſint milites, puta ſi ſunt legati, vel cancel-
larij, vel mercatores, vel alij ſimiles, qui propter ex-
ercitum, ſeu bellum venerunt vt eſt caſus notabilis,
in l. vnica, ff. de bonorum poſſ. qua ex teſta. milit. Si eſt ſpe-
ciale in exiſtente in bello fauore militiæ, ſicut etiam
in multis aliis datur fauor militiæ, *vt l. 1. ff. de teſta-*
men. milit. cum ſimilib. Ergo in contrarium debet eſ-
ſe ius commune in his, qui non moriuntur in bello
31 *per d. l. ius ſingulare. & l. quod vero contra.* † Nec obſtat
text. *in d. l. vnica,* ibi, cum eadem, quæ videntur velle
quod vbi eſt eadem ratio impotentiæ non habendi
numerum teſtium, in teſtamento, ibi, debeat eſſe
idem ius, vt ſufficiat fieri coram duobus teſtibus, *vt*
ibi not. in gloſſ. & maxime cum ratio ibi ſit expreſſa in
lege, quo caſu licitum eſt legem extendere, *vt not. in*
l. his ſolu, C. de reuocand. donatio. cum ſimilib. Quia re-
ſpondetur, quod illa ratio fundatur in periculo bel-
li, vt patet, ibi, cum eadem pericula experiantur. Et
ideo, vbi ceſſat illa ratio periculi, ſicut eſt in caſu no-
ſtro, ceſſat etiã diſpoſitio illius leg. *l. adigere, §. quam-*
uis, ff. de iure patronatus, & l. cum clericis, C. de Epiſc. &
cleric. & c. cum ceſſante de appellat. cum ſimilib. Vnde ex
his apparet, quod *in d. l. vnica,* concurrebat duplex
fauor, ſcilicet fauor militiæ, & neceſſitas periculi,
ſicuti etiam habetur, *in l. milites, C. de teſtamento*
milit. Et ideo cum in caſu noſtro vnus tantum fa-
uor ſcilicet neceſſitatis allegetur, non ſufficit teſta-
ri ſine ſolemnitate legis, vel ſtatuti, *arg. gloſſ. in l. libe-*
rorum, §. notantur, ff. de his qui notan. infam. & in §. affi-
32 *nitatis. Inſt. de nupt. cum multis ſimilib.* † Quinto, pro-
batur hoc auctoritate plurium Doctorum qui te-
nent, quod teſtamentum factum tempore peſtis,
b *b* quo non poſſunt haberi teſtes ſeptem, propter
dubiũ contagionis non valet: nam hoc tenet Bart.
in d. l. vnica, ff. de bonor. poſſeſ. quæ ex teſtam. milit. qui dicit
not. text. ibi qui in procinctu, &c. qui facit ad id quod
fuit tempore mortalitatis, quia fuit magnum præ-
lium inter Deum, & homines, & ideo propter ta-
lia bonum eſſet prouidere, vt vltimæ voluntates, &
non ſolemniter factæ valerent, quoniam neque te-
ſtes, neque notarii reperiri potuerunt. Et licet qui-
dam dicant, quod Bart. velit contrarium, tamen re-
cte intuendo tenet partem negatiuam, dum dicit,
quod bonũ eſſet facere legem, &c. ergo vult, quod
ſi non emanet noua & certa prouiſio Principis ſu-
per hoc teſtamentum non tenet, & ita intellexit
eum Lud. de Roma, *in repet. auth. ſimiliter in 62. col. in*
34. priuilegio pię cauſæ in vltimis voluntatib. *C. ad l.*
Falc. Et idem in terminis vult Ang. expreſſe, *in l. con-*
ficiuntur, §. 1. ff. de iure codicillorum, qui dicit, quod ille
text. fuit millies practicatus anno magnæ mortali-
tatis, nam teſtatores copiam teſtium propter mor-
talitatem habere non poterant, vnde quærebatur,
an tale teſtamentum poſſet probari per duos teſtes.
Similiter caſus occurrit in viatoribus decedentibus
in ſyluis, qui coram duobus vel tribus teſtib. nudo
verbo teſtantur, & quæſitum fuit, an per talia im-
pedimenta ſubueniatur teſtatoribus, vt eorum te-
ſtam. conſiſtant, ſicut ſubuenitur militibus teſtan-
tibus in libello: & determinatum fuit quod non,
per text. *in d. l. conficiuntur, §. 1. ff. de iure codicillorum, &*
per l. fin. C. de teſta. Et ideo in Peruſio anno dictę mor-
talitatis emanauit ſtatutum, vt poſſit probari per
duos teſtes etiam non rogatos. Et iſtam partem,
quod teſtamẽtum non valeat, tenet etiam Raph. &
Pau. de Caſt. *in d. l. fin. C. de teſta. & Pau. de Caſt. Fran. de*
Aret. & d. Alex. in l. caſus eo. tit. Et Lud. de Roma, *in re-*
pet. auth. ſimiliter in 62. col. in 34. ſpeciali priuilegio vl-
timæ voluntatis, *C. ad l. Falc.* & hanc ſententiam vi-
detur etiam tenere Bal. *in l. executorum in 4. col. C. de*
* *execut. rei iudic.* & iſta eſt communis * ſententia Do-
ctorum, & ita teneo etiam in caſu noſtro, qui eſt ſi-
33 milis in effectu. † Nec obſtat vna ratio quæ in con-
trarium allegatur in ſententia lata pro teſtamento,
videlicet quod mens ſtatuti fuit, vt ſecundus notari-
us adhibeatur, magis vt per ſuam ſubſcriptionem
præſtet fidem, & atteſtationem, & propter eius di-
gnitatem, & confidentiam à ſtatuto præſtitam faci-
at ceſſare falſitatis timorem, quam quod vigore of-
ficii

ficij tabellionatus aliquid debeat præſtare, quod patet per verba ſtatuti, & dum dicit, duo notarij intereſſe debeant, quorum vnus ſcribat, alter ſe ſubſcribat, quod quidem verbum ſubſcribere denotat quod non vt notarius, ſed vt teſtis interueniat, vt not. per Dd. *in l. Domitius Labeo, ff. de teſta. & in l. hac conſultiſſima, §. at cum humana fragilitas maxime per moder-*
34 *nos, C. qui teſta. fac. poſſ.* † Et nulli dubium dicitur eſſe quod præſentia Sacerdotis, & eius ſubſcriptio in atteſtando, & remouendo omnem timoris falſitatem, eſt quædam idonea perſona, & à iure non minus, publica, quam perſona notarii, cum ſacerdos dicatur perſona publica, *l. 1. §. ius publicum, ff. de iuſt. & iur.* & quandoq; vicem notarii ſupplet: *vt in c. quanquam de vſuris lib. 6.* & vbicunq; eius perſona eſt adhibita, maxime cum ſubſcriptione, facit ceſſare timorem falſitatis, vt dicit Ant. de Bu. *in c. cum eſſes extra de teſta. allegat. l. ex tat, ff. quod metus cauſ.* Sed quando ſecundus notarius adhiberetur, vt ingereret ſe tanquam notarius, & officium tabellionatus haberet exercere, putat ille Iureconſultus, ex cuius conſilio lata eſt ſententia, quia iſte ſecundus notarius haberet redigere voluntatem reſtatoris vna cum alio notario in ſcriptis, & protocollo ſuo, eam annotare, tunc bene dicendum eſſet, quod etiam in caſu neceſſitatis non ſuppleret vicē notarii, & hoc modo poteſt intelligi Bal. *in l. executorem, C. de execu. rei*
35 *indi.* vbi dixit, † quod in caſu neceſſitatis loco notarii vel Sacerdotis vel Epiſcopi non debet admitti alia honeſta, & fide digna perſona, quæ cautionem de vſuris recipiendis nomine abſentium recipiat, quia per liberam perſonam non poteſt acquiri alter *l. 2. C. per quas perſonas nobis acquiritur.* Nam iſta ratio non concludit aliquo modo, primo enim fatetur, q, niſi eſſet adhibitus ſacerdos, qui ſe ſubſcriberet, teſtamentum non valeret, quod eſt verum vt patet ex prædictis. Nec eſt verum, quod ſubrogatio ſacerdotis ſufficiat pro ſecundo notario, quia ſtatutum hoc non dicit, imo dicit contrarium, quia concedendo, & mandando, quod debeant interuenire duo notarii, & iſte ſacerdos non eſt notarius, ergo videtur excludere ſacerdotem non notarium, *l. cum prætor in prin. ff. de iud. & l. ſi maritus, C. de procur. & c. nonne de præſump. cum ſimil.* Et iſta fuit intentio Bal. *in d. l. executorem in 4. col. in fin.* qui dicit, quod non debemus quærere rationem, vbi habemus text. expreſſum, *l. proſpexit, ff. quid & quib. &* vbicunq; non eſt ſeruata forma illius quicquam non valet teſtamentum, & ſic Bal. non fecit illam differentiam, an notarius adhibeatur, vt teſtis, vel vt notarius, ſed ſolum ſe fundat, quia non ſeruatur forma ibi tradita, Et prædicta differentia ſi bene conſideretur, eſt potius verbalis, & impoſita verbis, & non rebus, quod eſſe non debet, *l. 2. in fin. C. commu. de leg. & c. commiſſa de elect. lib. 6.* & maxime quia ſtatuentes magis confiſi ſunt de notario, quam de ſacerdote, ex quo notarii ſunt iurati, quia iurant exercere officium ſuū legaliter. Et ſi ſtatuentes conſideraſſent ſecundum notarium pro teſte tantum, & non pro notario, dixiſſent quod adhiberetur vnus qui ſe ſubſcribat, non reſtringendo ſe ad notarium, ſicut fecit Imperator, *in l. hac conſultiſſima, §. & cum humana fragilitas, in verſ.* *ſed quia tabularius, C. qui teſt. fac. poſſ.* Cum ergo dixerint de notario, videntur excludere non notarium, *per d. l. cum prætor, in prin. & c. nonne, cum ſimil.* Et quod non ſufficiat ſubrogatio ſacerdotis loco ſecūdi no-
36 tarii probatur, † cum ſubrogatus in loco alterius debet eſſe eiuſdē qualitatis, *vt l. parabolam, & ibi hoc not. Bal. C. de Epiſ. & Cle.* Item alia ratione, nā quandocunque eſt tradita certa forma à lege, & eſt decretū annullatium, non ſufficit etiam de conſenſu partium obſeruare dictā ſolemnitatem in effectu, niſi ſeruetur in forma ſpecifica exemplum, ſi lex vel ſtatutum dicit, quod notarius in inſtrumento debeat apponere nomen contrahentis, & patris, & avi, alias non valeat, & notarius appoſuit nomen notiſſimū, puta Galloppreſſus, certe licet aliàs, vbi non eſſet decretum annullatiuum, ſufficeret, & valeret, *per l. hac conſultiſſima cum gloſſ. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Tamen vbi eſt appoſitum decretū annullatiuum non valet, *vt ſingulariter not. Bald. Raph. & Io. de Imol. in l. 1. ff. de lib. & poſth.* Et ſequitur Ang. de Aret. *inſt. de actio. in §. triplici. in verſ. quæro an libellus conſenſu partium, &c.*
37 † qui dicunt etiam eleganter, quod quando lex vel ſtatutū procedit vltra annullando, ſicut facit in caſu noſtro, illud eſt de forma ſubſtantiali, & non de probatione, vel demonſtratione, quæ forma & ſolemnitas non poteſt imitari, allegat *l. teſtamentum, §. 1. cum ibi not. ff. de teſtam.* & ex hoc apparet falſam eſſe rationem prædictam, cum ſua ratione in conſilio allegatam, videlicet quod in ſtatuto velit, quod ille ſecundus notarius adhibeatur loco teſtis, & probationis, & nō vt notarius quoad ſolemnitatem actus, & in hoc bene conſideret, qui iudicaturus eſt.
38 † Nec eſt mirandum, ſi propter defectum vnius notarii teſtamentum debeat eſſe nullum etiam ſi adhiberetur pro teſte, quia etiā propter defectum vnius teſtis teſtamentum eſt nullum, *l. ſi vnus, C. de teſta.* imo etiam in teſtamento in ſcriptis, vbi omnes teſtes interueniſſent, & ſe ſubſcripſiſſent, ſi tamen vnus non appoſuiſſet ſigillum ſuum, non valeret teſtamentū. *l. ad teſtium, §. ſi quis, ff. de teſta. & d. l. ſi vnus.*
39 † Nec obſtat. *l. hac conſultiſſima, §. at cum humana fragilitas*, quia eſt propter aliam ſolemnitatem quæ adhibetur ibi. Item quia Imperator hoc ibi expreſſit, vt ſufficiat alius, qui ſe ſubſcribat. Si ergo hoc non expreſſiſſet, non ſufficiebat, & ita eſt dicendum in caſu noſtro. Bene enim ſtatuentes ita ſciuiſſent exprimere, ſi voluiſſent, ſicut fecit ibi Imperat. Cum ergo hic non expreſſerint, dicendum eſt, quod ipſi noluerunt, *l. 1. §. ſin autem à deficientis, C. de caduc. tollen. & l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de acq. hered. & c. inter corporalia, extra de translat. Prælat. & c. ad audientiam,*
40 *extra de decimis, cum ſimil.* † Nec obſtat dum dicitur, quod ceſſat præſumptio falſitatis, vbi adeſt ſacerdos, quia illud procedere poſſet vbi non eſſet data certa forma in contrarium, maxime cum decreto
41 annullatiuo, vt eſt in caſu noſtro. † Nec obſtat dum dicitur quod ſtatutum recipit interpretationem paſſiuam, & intrinſecam, vt not. Bart. *in l. 1. §. l. Falc. ff. ad l. Falc. cum ſim.* quia reſpondetur, quod iſtā non eſt interpretatio paſſiua, ex quo non habemus legem, quæ velit, quod vbicunque notarius, qui debet ſe ſubſcribere, non poſſit haberi, ſufficiat adhibere a-

lium non notatium, ſed ſolum in caſu, *d. l. hac con-*
ſultiſſima. Ergo noo debemus trahere ad alios caſus
actiue vel paſſiue, *arg. l. ius ſing. ff. de legib.* Vlterius et-
iamſi ſufficeret in caſu neceſſitatis ſubrogare ſacer-
dotem, quod tamẽ eſt falſum, adhuc credo dictum
teſtamentum non valere; quia non cõſtat, nec pro-
batum eſt de iſta neceſſitate cõcludenter, & neceſ-
ſario, nã licet teſtes dicant, quod alius notarius non
habitat in Malſeſeno, nec in aliquo loco vicino qui
potuiſſet haberi ante mortẽ teſtatoris, quæ fuit per
vnam horam vel circa poſt cõditum teſtamentum;
tamen iſta probatio non concludit, quia licet non
habitent; tamen quandoq;, & ſępiſſime in dictis lo-
cis reperiuntur notarij vt etiam teſtes deponũt; Vn-
de poſſibile eſt, qood nullus aderat, eſt quod aliquis
notarius adeſſet, etiam in Malſeſeno, licet ibi non
habitaret. Ergo illa probatio, nõ potuit haberi alius
notarius, qui ibi habitat, nec in locis circũuicinis,
42 non concludit, † quia non pobat hoc eſſe, quod ab
hoc contingit abeſſe, *l. non hoc, C. vnde cogn. & l. neque*
natales, C. de prob. & præſertim cum iſtud, ꝙ notarius
ſecundus non potuerit tunc reperiri, ſit fundamen-
tum hæredis ſubſtituti, ergo per ipſum debet pro-
43 bari vt not. Bar. *in l. in illa ſtip. 1. Kal. ff. de ver. obl.* † Nec
obſtat ſi dicatur ſufficit quæſiuiſſe in loco ſolito in
quo conſueuerunt eſſe notarij, *argu. l. 2. §. adeundi. ff.*
quando appell. ſit & no. Card. Zab. in c. paſtoral. §. præterea
extra de offi. ordin. quia illud procederet, quãdo quis
haberet locum ſolitũ audientiæ, vt Index in ſuo tri-
bunali; Secus in aliis, vt notario, qui debet inquiri
non demum domi ſuæ, ſed in foro, & in aliis locis
in quib. veriſimiliter poſſet inneniri. Præterea mo-
ueor alia ratione, quia non conſtat, quo teſtator vel
notarius aliquis pro eo fecerit diligentem inquiſi-
tionem ſaltem in Malſeſeno, vel in locis vicinis, ſi e-
rat alius notarius; & ideo non excuſatur nec teſta-
mentum valet, & pro hoc optime facit, *l. 3. §. Nerua*
filius, ibi, & tamen ceſſat interim diligens inquiſitio.
ff. de acq. poſſ. & quod not. Bar. in d. l. in illa ſtipu. ſi Kal. in fi.
ff. de verb. obli. & Card. Zab. in c. paſtor. §. præterea extra de
44 *offic. ordin.* vbi volunt, † quod vbi tractatur, an quis
potuerit haberi vel reperiri, &c. debet prius præce-
dere diligens inquiſitio, aliàs non excuſatur facit et-
iam quod not. Bart. *in l. ſemel, C. de re militari lib. 12. &*
gl. notab. in l. ſi ea, C. de his quib. vt indign. qua vult ſecun-
dum Bal. & Sal. ibi, quod ad hoc vt quis excuſetur ſi
non denuntiauit necem defuncti, quando erat oc-
cultum, & neſciebatur quis occiderit, requiritur
quod prius faciat diligẽtem inquiſitionem, & idem
vult Bal. & Sali. *in l. ſi ideo eod. tit. & etiam pro hoc allego*
tex. in d. l. hac conſultiſſ. § at cum humana fragilitas in verſ.
quærentib. Nec obſtat dum dicitur, quod ibi potius
dicitur hoc, denotando naturam loci, quam impo-
nendi neceſſitatem inquirendi, vbi natura loci, &
temporis anguſtia non pateretur, quia per prædicta
apparet, quod ille tex. debet intelligi vt præſuppo-
nat diligentiam interuenire debere in inquirendo,
& vocando, aliàs nullus non quæſitus, nec vocatus
veniret, &c. Et diligentia talis debet eſſe in loco in
quo neceſſitas, & anguſtia tẽporis patiatur, ſed hoc
non fuit factũ etiam in Malſeſeno nec alibi; nec ſci-
ri poterat, quod deberet mori infra vnam horam;
45 † quia dies mortis eſt incerta, *l. 1. ff. de cond. & demon.*
Nec obſt. quod dicit Bar. *in l. cõficiuntur in prin. in an-*
tepe. q. ff. de iure codicil. vbi vult, quod iſtud, non poſſe
haberi plores; probatur eo ipſo quod non probatur
contrarium, quia eſt fundata intentio negantis, *per*
l. cum de leg. ff. de prob. quia iſtud non eſt verũ per præ-
dicta, nec obſtat *d. l. cum de leg.* quia tex. cum gloſ. ibi
intelligitur procedere propter ſolemnitatem ſcri-
pturæ inuentarij, de quo *in l. fi. C. de iure delib. vt not.*
Ioan. de Imol. in rubr. ff. de nou. ope. nunt. in fi. & propterea
forte Bart. in d. l. conficiuntur in princip. dixit, quod tu-
tius eſt, quod notarius ſcribat in teſtamento præ-
ſentibus teſtibus, cum facta inquiſitione plures ha-
46 beri non poſſent, quod nõ fuit in caſu noſtro. † A-
lia etiam ratione moueor, etiam ſi fuiſſet facta dili-
gens inquiſitio, & plures haberi non potuiſſent; ni-
hilominus non valeret teſtamentum, quia ex quo
teſtator ſciebat, vel ſcire debebat ſolemnitatem ſta-
tuti, & erat in loco, in quo in vna hora non poterat
habere niſi vnũ notarium, debebat eſſe diligens, &
ſe non coarctare ad extremum vitæ ſuæ, *per l. fideiuſ-*
ſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſd. cogan. & l. 2. §. quod dixi-
mus, cum §. ſequenti, ff ſi quis. Et ſi aliter diceretur; da-
retur materia fabricandi falſum in teſtamẽtis, quia
ſemper poſſet expectari extremum vitæ, quo tem-
pore maxime de nocte non poſſunt incõtinenti ha-
beri teſtes, etiã in ciuitate nec vnum notariũ, & poſ
ſet falſitas committi, *contra l. fi. C. de fideic. & l. hac con-*
ſultiſſ. in fi. C. qui teſta. facere. Et ſufficerent duo teſtes,
contra l. fi. C. de teſta. Et ideo ſtatutum noſtrum de ſe-
cundo notario adhibendo, non debet intelligi, vt
non debeat obſeruari quando vellet ſe reſtringere
ad vltimum vitæ ſpiritũ, ne detur materia illudendi
ſtatutum. & falſum committendi, *arg. Inſt. vi bon. rap.*
§. 1. ibi, ſed ne dum talia excogitentur, &c. *& gl. in §.*
quamquam de vſur. in 1. & Io. de Imo. in l. 3. in 2. col. ibi, &
pro tanto faciliter poſſet illudi, *ff. de teſtam. & arg. eius*
quod not. Io. de Imo. in l. ſi vero, §. de viro. in tertio caſu prin-
47 *cipali in verſ. fallit ſecunda reg. ff. ſol. matr.* † Nec obſtat
gl. *in auth de triente & ſemiſſe, §. illud quoq;*, quę videtur
velle non eſſe imputandum teſtatori, ſi ſe anguſta-
uerit vſq; ad extremum vitæ ſpiritum, quia mors in-
opinata plerunq; venire ſolet ſecundum illam gloſ.
quam ſequitur ibi Ang. & Bal. qui dicit, quod breui-
tas temporis ſuperueniens ex poſt facta tam in con-
tractibus bonæ fidei, quam in vltima volũtate, non
habet actum vitiare quando culpa non præceſſit,
quia illa gl. & Dd. intelliguntur, quãdo mors inopi-
nata venit, *vt dicit ibi gl.* Secus ſi fuiſſet infirmus tri-
bus, aut quatuor, vel ſex diebus, quibus potuiſſet
prouidere, & non fecit, ſicut in caſu noſtro, vt pro-
batum eſt in proceſſu: Ergo cum mors nõ fuerit in-
opinata, & potuiſſet notarius inquiri, & ſic fuerit in
culpa; caſus mortis ſuperueniens non excuſat. Po-
ſtremo in hanc ſententiam etiam me inclinat, quia
dictum teſtamentũ non caret ſuſpicione falſitatis,
ex quo notarius ipſum ſcripſit extra cameram, pro-
ut ſibi dictabat, ſeu dicebat Romanus teſtis, qui in
multis etiam reprobatur, *vt dixi, in præcedenti dubio*
principali. Suadet etiam ſententia alias lata in ſimili
cauſa contra teſtamentum, &c. Et hanc partem ſe-
quor tanquam tutiorem, ne detur materia illudẽdi
ſtatutum.

ſtatutum , & falſum committendi per prædicta. Nec obſtant rationes ſupra in cõtrarium deductæ. Et primo dum dixi, quod vbi non cõueniant leges, &c. quia hic potuiſſet cõuenire ſi teſtator voluiſſet, vt dixi. Et per hoc ceſſat ſecundum argumentũ dum dixi, quod lex vel ſtatutum debet intelligi de poſſi-
48 bili, quia iſte fuit caſus poſſibilis. † Et ſimiliter ceſſat tertium argumentũ, dum dicitur neceſſitas non habet legem quia intelligitur de neceſſitate, quæ euitari nõ poteſt; hic autem poterit euitari; imo plus
* ſecundum communem * ſententiam in teſtamento hoc eſt plus, vt neceſſitas circa neceſſaria teſtamenti non excuſat, *vt eſt caſus in l. caſus, & ibi Doct. C. de teſta. & probatur, in l. ſi. eod. tit. vt ſupra dictum eſt.* Nec obſtat, *l. hac conſultiſſ. §. at cum humana fragilitas, C. qui teſta. facere poſſ.* quia ibi probatur contrarium, ex quo Imperator ibi expreſſit, quia ſi in illo caſu non expreſſiſſet de ſubſcriptione alterius loco nõ ſufficeret. Nec debet illa deciſio extẽdi ad aliud teſtamentum; ex quo ibi eſt ſpeciale in teſtamẽto cęci, in quo adhibetur maior ſolẽnitas, quam in aliis teſtamentis vt ibi, & quia maxime ſtatutum vult contrarium cum decreto annullatiuo, & ideo non ſufficit alium
49 ſubrogare; *vt ſupra dixi* † Nec obſtat, *tex. in auth. de non alienand. §. quod autem, & quod ibi not. Aug. cum ſim. ſupra ad hoc allegatis*, quia illud ideo ibi procedit, quia lex in ſpecie hoc permittit quod vnus ſufficiat vbi duo periti in arte haberi non poſſunt. Præterea ibi loquitur in contractibus, nos vero loquimur in vltimis voluntatibus, & ſic caſus ſunt diuerſi & ex ſeparatis non fit bona illatio, *l. Papin. exuli, ff. de minor. cum ſimil.* Nec obſtat dum dicitur bonum eſt argumẽtum de contractibus ad vltimas voluntates, *l. ſeruorum ſiij, §. cum qui chirographum, ff. de leg. 1.* quia illud verum quando eſt eadem ratio in vtroq; aliàs ſecus, *vt ibi not.* Sed nulli dubium quod ratio diuerſa eſt in teſtamento, in quo requiruntur ſeptem teſtes, *l. hac conſultiſſ. C. de teſta.* & in contractibus duo regulariter ſufficiũt, *l. vbi numerus, ff. de teſtib.* & ratio eſt, quia maius periculum falſitatis eſt in teſtamentis, maxime quando teſtatores ſunt infirmi quàm in contractibus, *arg. l. fin. C. de fideic. & l. hac conſultiſſ. in fin. C. qui*
50 *teſta. face poſſ. & not. gl. in c. cum eſſes extra de teſta.* † Nec obſtat, *l. ſi ideo cum ibi not. C. de his quib. vt indig.* quia illa lex intelligitur, quando non fuit in culpa, & præceſſit diligens inquiſitio, *vt ſupra dixi.* Nec obſtat ſi dicatur ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, &c. quia credo, quod ſi fuiſſent interrogati idem dixiſſent videlicet vt teſtamentum non valeret per prædicta.
51 † Nec obſtat quod not. Ang. *in l. ſi vacant. C. de bonis vacantib.* quia loquitur in aliis caſibus, & ſi loqueretur etiam in caſu noſtro nõ obſtaret, ex quo ſe contentauit, & nullam fecit inquiſitionem, & ſtatutum habet decretum annullatiuum. Et per hæc patet reſpõſum ad omnia ſupra in contrariũ deducta. Concludo itaque, quod dictum teſtamentum maxime quãtum ad ſubſtitutionem eſt nullum. Et propterea non fuiſſe recte iudicatum in fauorem D. Tarſiæ vxoris Lucilli Barbetij.

ANNOTATIONES.

a Circa primum dubium] *Hac de re ample tradunt Iulius Clar. in §. teſtamentum quæſt. 37. verſ. ſed quid ſi notarius. Anto. Gabr. commun. concluſ. lib. 4. in tit. de teſtam. concluſ. 2. Didac. Couar. c. cum tibi, nu. 4. & 5. extra de teſtam. Roder. Soarez allegat 1. num. 28. Fernand. Vaſq. controuerſiarum illuſtrium, lib. 3. c. 101. nu. 4. & de ſucceſ. creat. §. 4. nu. 31. Paul. Leonius Epiſc. Ferrar. in l. 1 § ſi quis ita nu. 52. cum multis ſeqq. ff. de verb. oblig. & Michael Craſſus recept. ſentent. §. Inſt quæſt. 17.*

b Teſtamentum factum tempore peſtis] *Late Ripa in tract. de peſte in priuileg. vlt. volunt. in princ. & per totum Clar. in §. teſtam. quæſt. 56. verſ. Et hæc quidem Anto. Gabr. commun. conclu. lib. 4. in tit. de teſtam. concl. 8. Didac. Conar. in Rubr. de teſta in 3. part. nu. 21. & ſeq. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 22. nu. 35. & alij quot congerit Michael Craſſus in §. teſtam. quæſt. 54. nu. 5.*

CONSIL. LXVI.

ARGVMENTVM.

Compromiſſum de iure, & de facto cum renuntiatione appellationis ac reductionis inter communitatem & monaſterium cum ſuperiori licẽtia, an valeat.

Quando petitur reductio ad arbitrium boni viri ſententiæ latæ inter clericum, & laicum, vel in integrum reſtitutio, quis iudex eſſe debeat.

SVMMARIA.

1 *Compromiſſum factum inter communitatem, & monaſterium cum ſuperioru licentia, de iure & de facto an valeat.*
2 *Syndicus monaſterij habens generale mandatum ad compromittendum, non poteſt compromittere cum renuntiatione appellationis, & reductionis.*
3 *Læſio ex eo ipſo reſultat, quod appellari non poſſit.*
4 *Clauſula de iure, & de facto quid importet.*
5 *Compromiſſum factum de re Eccleſiaſtica abſque ſuperioru licentia an & quando valeat.*
6 *Si non valet principale fundamentum, nec etiam quod ſuper ædificatur.*
7 *Sententia arbitralis ſuper eo, quod in compromiſſo non continetur, non valet.*
8 *Iudex quis eſſe debeat reductionis ſententia arbitralis lata inter clericum, & laicum de re Eccleſiaſtica.*
Sententia lata ſuper compromiſſo nullo perinde eſt, ac ſi facta non fuiſſet.
9 *Reſtitutio in integrum coram iudice rei, & in eius domicilio petenda eſt.*
10 *Reus in dubio ille eſſe dicitur, qui eſt in poſſeſſione.*
11 *Petens principaliter reſcindi, quod contra ſe factum eſt, vel ſibi poſſeſſionem reſtitui, dicitur actor.*
12 *Productio ad arbitrium boni viri, ob enormem læſionem ſemper peti poteſt, quacunque verborum cautela non obſtante.*
13 *Dolus ex enormi læſione præſumitur.*
14 *Reductio ad arbitrium boni viri, quando petitur; ille eſt iudex competens, qui fuiſſet iudex rei in cauſa principis ante compromiſſum.*

CASVS.

DVM eſſet orta controuerſia inter præclaram communitatem Clugię, & monaſterium Sanctæ Crucis de Venetiis de quibuſdam terrenis lata

fuit ſententia per D. Poteſtatem Clugiæ in fauorem
d. communitatis, à qua pro parte Monaſterii extitit
appellatum ad D. Auditores Venetiarum, qui cau-
ſam intromiſerunt, & per Conſilium de Quadra-
ginta fuit deciſa, & poſtea Auditor poſuit monaſte-
rium in poſſeſſione ponẽdo confinia, propter quod
d. communitas Clugiæ habuit recurſum ad D. Ad-
uocatores, qui laudarunt dictam miſſionem in poſ-
ſeſſionem, & aſſignationem confinium; & ita ſuc-
ceſſiue per nouem Aduocatores laudatum, & con-
firmatum eſt, tandem vnus poſtea Aduocator in-
tromiſit illum actum miſſionis in poſſeſſionem, &
aſſignationem terminorum factã per dictum Au-
ditorem, propter quam intromiſſionem dictæ par-
tes tractauerunt venire ad compromiſſum; & Re-
uerendiſſimus Dominus Patriarcha dedit licenti-
am dicto Monaſterio, vt poſſit compromittere de
iure, & de facto in quoſcunque. Qua licentia habi-
ta Syndicus dicti Monaſterii, & Syndici dictæ com-
munitatis compromiſerunt in duos laicos nobiles
Venetos, promittentes non contrauenire in forma
ſatis ampla, nec appellare, nec petere reductionem
ad arbitrium boni viri, renuntiantes omnibus au-
xiliis, & beneficiis tam iuris canonici, quam ciuilis,
& municipalis, qui arbitri tulerũt ſententiam con-
tra dictum Monaſterium, tam ſuper his de quibus
erat quæſtio quam etiam ſuper aliis, in damnum di-
cti monaſterii: propter quam ſententiam citatum
eſt dictum monaſterium coram Iudice petitionum
Venetiis ad inſtantiam dictæ cõmunitatis Clugiæ,
petentis confirmari dictam ſententiam iuxta mo-
rem Venet. qui eſt, vt non cognito de iuſtitia, vel in-
iuſtitia ſententiæ, ſi arbitri iurant non fuiſſe in ali-
quo errore, mittunt ſententiam executioni. Reue-
rendiſſimus D. Patriarcha ad inſtantiam d. mona-
ſterii mittit inhibitoriam dictis Iudicibus petitio-
num, ne procederent ad confirmationem, & exe-
cutionem dictæ ſententię cum iſta cognitio ſpectet
ad eum. Nunc quærit, quid iuris videlicet ad quem
ſpectet iuriſdictio dictæ ſententiæ arbitralis, an ad
Dominos Iudices Petitionum, An vero ad Reue-
rendiſſimum Patriarcham Venet.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Pro declara-
tione præſentis conſultationis, duo
ſunt in primis examinanda. Primum
eſt, an dictum compromiſſum de iu-
re valuerit. Secundum ſiue valuerit ſiue non, quis
1 debet eſſe Iudex de dicta ſententia lata. † Circa
a primum dubium *a* videtur prima facie dicendum
quod dictum compromiſſum valuerit maxime fa-
ctum cum licentia Reuerendiſſimi D. Patriarchæ
Superioris dicti monaſterii, ex quo eſt factum non
de re ſpirituali ſed temporali, licet Eccleſiaſtica, *vt
in c. dilecti, & in c. expoſita, & in c. contingit, & ibi per
Doct. extra de arbitris, & per gloſſ. & Doct. extra de iudicijs
cap. decernimus, & ita tenet Feder. de Senis in conſ. 120.
quod incipit: Super eo, quod quæritur vtrumquid compromiſ-
ſum, & idem tenet Bald. in l. 1. ff. de iudiciis, & Salic. in l. ſi
qui ex conſenſu, C. de Epiſc. audien. cum multis ſimilibus,*
& ita audio, quod quidam conſuluerunt. Sed tamen
ego teneo, quod ex alio capite non tenuerit dictum
compromiſſum, & præſertim, quia in eo renuntia-
tum eſt appellationi, & reductioni ad arbitrium bo-
ni viri, & omnibus priuilegiis, & auxiliis iuris ciui-
2 lis, & cũ pœna, & aliis clauſulis ſtrictiſſimis. † Nam
Syndicus dicti monaſterii etiam habens generale
mandatum ad compromittendum, non videtur ha-
bere poteſtatem huiuſmodi compromiſſum faci-
endi, quia per tale compromiſſum lęderetur mona-
ſterium eo ipſo, quod eſſet factum cum renuntia-
tione appellationis & reductionis, &c. *vt probatur in
l. minor 25. annis filioſam. §. 1. qui incipit, minores, ff. de mi-
no. & ibi hoc tenet gl. fin. ſuper ver. deſiderant in prin.* quæ
3 dicit, † quod læſio apparet ex eo, quod appellari
non poteſt, *l. 2. C. de arbitr. & idem tenet Bart. in 1. con-
ſtit. in 1. col. in fin. & idem tenet Ant. de Butr. in c. Quinta-
uallis extra de iur. iur. & idem ſentit Bart. in d. §. minores
& in conſ. ſuo 7. & 8. quod incipit; Quæritur, an ſtatutum,
& idem tenet Io. de Imol. in l. 1. in pen. col. ff. ſol. matri.* Nec
prodeſt licẽtia dicti Reuerendiſſimi D. Patriarchæ,
dum dat ſibi poteſtatem compromittendi de iure,
4 & de facto, † quia illa licentia compromittendi
b de iure & de facto *b* debet intelligi in proceden-
do, & in omittendo ſolemnitatem iuris ciuilis, non
autem quod iura alterius partis lędantur vt not. Bar.
*in auth. ad reprimen. in ver. videbitur expedire & per Lud.
de Roma in rubr. de arbitr. in 11. colum. in verſ. idem ſi ſta-
tutum dicit, & per eundem Bart. in ſuo conſ. 173.* quod in-
cipit: Punctum quęſtionis vertentis iuxta An. agen-
tem, vbi dicit, quod videtur eſſe remiſſus ſolus ri-
gor iuris; allegat notata, *per gl. in l. verum. §. ex facto in
verbo reducere. ff. de mino.* Item illa licentia compro-
mittendi de iure & de facto intelligitur, vt non ſer-
uetur ordo iuris, quaſi dicat ad inſtar arbitratoris à
lege deputati, *vt not. Bal. in l. ſolum in fin. C. de teſtib. per
no. per Inno. in c. Quintauallis, de iureiur. & per no. in clem.
prima de offic. de leg. & per ea quæ habentur per Bart. in l.
filiusfamilias, ff. de donat.* non autem poteſt iudicare
contra ius, & credere teſti non reddenti bonam ra-
tionem, vel nullam ſecundum Bal. *in dict. l. ſolam in
fin. & idem tenet Lud. de Roma in l. prima in fin. prin. ff. de
verbor. obligat. & idem tenet D. meus D. Io. de Anania in c.
pen. extra de accuſat.* Et ideo cum Syndicus dicti mo-
naſterii fecerit dictum compromiſſum de iure &
de facto, renuntiando appellationi; & reductioni,
&c. non videtur dicta licentia ſe extendere ad hu-
5 iuſmodi compromiſſum. † Nec obſtat ſi dicatur,
licentia dicti Domini Patriarchæ non fuit neceſ-
ſaria, *per cap. dilecti, extra de arbitr. & per gloſſ. in cap. ſi
diligenti de foro compet.* & per conſequens, ſi non fuit
ſeruata forma dictæ licentiæ nihilominus debet
valere compromiſſum, *per not. per gloſſ. in l. vinum in
gloſſ. magna in fin. ff. ſi cert. pet. cum ibi not.* quia reſpon-
detur, quod licet regulariter poſſet de re Eccleſia-
ſtica fieri compromiſſum ſine licentia, & aucto-
ritate ſuperioris, *per dict. c. dilecti*, tamen hoc non
procedit, quando prælatus vel eius Syndicus vellet
compromittere in Arbitratorem de facto, quia
nullus adminiſtrator poteſt hoc facere, quia eſſet
gratis remittere, *vt not. Ang. in l. ſi plures, ff. de pact. idem
vult Abb. in capit. 3. de tranſact.* quod limitat, niſi gra-
tis cogeretur remittere, *vt dict. l. ſi plures*, quia tunc
poſſet

poſſet compromittere de iure & de facto, *ſecundum
Angel.ibi.* Et ideo ſi de iure non potuit Syndicus, nec
etiam moniales facere compromiſſum in arbitra-
torem de iure & de facto, ſequitur, quod illa licẽtia
Domini Patriarchæ fuit neceſſaria; & ideo non po-
tuit Syndicus comptomittere, niſi ſecundum licen-
tiam ſibi conceſſam, videlicet vt omittatur ordo iu-
ris, non autem vt pars lædatur, & ſic vt non poſſit
appellari, & peti reductio ad arbitrium boni viri, &
cum aliis clauſulis de quibus in dicto compromiſ-
ſo. Imo forte poſſet dici; quod ſi Reuerendiſſimus
D. Patriarcha expreſſiſſet, quod non poſſet appella-
ri, &c. non valeret dicta ſententia; per ea quæ dicta
ſunt ſupra. Cum itaq; dictum compromiſſum non
potuerit fieri per Syndicum monaſterij eo modo,
quo factum eſt. Nec licentia ei data de compro-
mittendo ſe extendat ad dictum compromiſſum: &
eius forma non fuerit obſeruata, ſequitur, quod il-
lud compromiſſum fuit nullum, *l. cum his, §. ſi prætor,
ff. de tranſact.* & per conſequens ſententia non valuit,
6 quæ dependet à dicto compromiſſo, † quia ſi non
valet principale fundamentum, ergo nec, quicquid
ſuper ædificatur prima *q. 1. cum Paulus, & c. principa-
tus, & probatur in l. non diſtinguemus, §. de offic. coniuncta
7 l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. cum ſimil.* † Præterea
ex alio capite dicta ſentẽtia fuit nulla; quia in ea iu-
dicatum eſt ſuper his, de quibus non erat quæſtio,
nec in compromiſſo continebatur, *per d. l. non diſtin-
guemus, §. de offic.* Et propterea cum dicta ſententia
fuerit nulla, quia lata à Iudice incompetenti, ſequi-
tur, quod nullo modo poteſt, nec debet per Iudices
petitionum confirmari, nec executioni mandari, *vt
in c. at ſi clerici extra de iudic. & in toto tit. c. ſi à non com-
pet. iud. cum ſimil.* Et ex hoc ſequitur, quod citatio fa-
cta per dictos Iudices petitionum tamquam com-
8 miſſa à Iudicibus incompetentibus nõ valet. † Cir-
e ca ſecundum dubium e principale, quis debet eſſe
Iudex competens in cognoſcendo de dicta ſenten-
tia, ſi valuit vel non; vel ſi eſt reducenda ad arbi-
trium boni viri, vel ſi aduerſus eum peteretur reſti-
tutio in integrum; Et breuiter dicendum eſt, quod
ſi compromiſſum non valuit, & per conſequens
nec ſententia, vt ſupra cõcluſum eſt; ſequitur quod
eſt perinde ac ſi non eſſet iudicatum, *vt d. l. 4. §. con-
demnatum, ff. de re iud. & l. non putauit, §. non quaũ, ff. de
contra tab.* & ideo Iudices petitionum non poſſunt
eſſe iudices, quia Iudices ſunt de ſententiis arbitro-
rum; ſed in caſu noſtro etiam ſi omnes eſſent laici,
non diceretur ſentẽtia lata per arbitros, *per d. §. con-
demnatum cum ſimil.* Et ideo cognitio nullitatis ſpe-
ctat ad D. Patriarchã, per ea, quæ ſtatim dicam. Se-
cundo ſi peteretur reſtitutio in integrum, per di-
ctum Syndicum quia monaſterium eſſet læſum et-
iam ſi compromiſſum de iure valeret, *iuxta l. ſi minor
9 vigintiquinque annis, §. minores, ff. de minor.* † illa in in-
tegrum reſtitutio deberet peti coram Iudice rei, &
in eius domicilio, *vt l. 2. & ibi hoc not. Bartol. Bald. &
Doct. C. vbi, & apud quem. & not. Feder. de Senis in conſil.
ſuo 173.* quod incipit Petrus Rector Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ, & not. *Ang. in l. qui certo loco, ff. de condit. in-
debit.* Sed in hac cauſa reus erat monaſterium, quia
ante compromiſſum erat poſitum in poſſeſſione
per vnum Auditorem, & ſtetit in poſſeſſione; pro-
pter quam commune Clogiæ habuit recurſum ad
Aduocatores, & propter hoc eſt factum compro-
10 miſſum: † nam ille dicitur eſſe reus in dubio qui
eſt in poſſeſſione, *vt eſt gl. notabilis in l. de pupillo, §. ſi. in
gloſſ. fin. in 3. ſo ff. de noui operis nuntiat.* & maxime cum
commune Clogiæ fuerit illud, quod conquereba-
tur de dicta miſſione in poſſeſſionem, *per no. per Bar.
& Doctor. in dict. l. de pupillo, in §. fin: vbi dicit notabiliter,*
11 † quod quando quis principaliter petit reſcindi,
quod eſt factum contra ſe, vel petit poſſeſſionem
ſibi reſtitui, tunc dicitur actor, *l. in trib. ff. de iud.* quæ
lex fuit facta propter hoc, non attento, quis poſſi-
deat; pro hoc eſt gl. *in c. dilectus filius Abbas extra de re-
ſcript.* & ibi per Doct. ſed dictum commune Clogiæ
petebat principaliter reſcindi per Dominos Aduo-
catores illud, quod erat factum per Auditorẽ con-
tra ſe, & tenuram reuocare, & poſſeſſionẽ ſibi reſti-
tui; ergo ſequitur, quod commune Clogiæ fuit a-
ctor, & monaſteriũ fuit reus. Et ideo reſtitutio co-
ram Iudice rei, & ſic monaſterij, & per conſequens
coram D. Patriarcha eſt facienda, & non coram Iu-
dicibus petitionum, vel aliis Iudicibus laicis. Tertio
ſimiliter dicendum eſt, ſi dictum monaſterium vel-
let petere reductionem ad arbitriũ boni viri, quod
poſſet, ſi illa ſententia valeret, non obſtante renun-
tiatione appellationis, & reductionis factæ in dicto
12 compromiſſo; † quia communiter obſeruatur
quod non obſtante quacunque cautela verborum
d *d* poſſet peti reductio ad arbitriũ boni viri propter
enormem læſionem; quia non eſt veriſimile, quod
compromittentes hoc ſenſerint, quod arbiter poſ-
ſit eos enormiter lædere, *arg. ff. de tranſact. l. cum Aqui-
liana, & ff. mand. l. credit. §. Lucius*; videntur enim par-
tes hæc verba adieciſſe ſpe futuræ æquitatis arbitrij,
& ita in terminis tenet Bal. *in l. cum autem in 2. col. C.
de arbi. & idem tenet ipſe Bal. in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.
& idem in effectu vult Paul. de Caſt. in l. ſi quis arbitratu in
vlt. col. in prin. ff. de verb. obl.* qui dicit quod etiam ſi eſ-
ſet dictum in compromiſſo, quod poſſet in magna,
& maxima quantitate lædere, tamen hoc non ob-
ſtante poſſet peti reductio: *Idem not. Hoſt. in c. 2. extra
de arbit.* qui dicit nullo pacto, nec aliqua lege effici
13 poſſe, vt renuncietur arbitramento doloſo; † &
dolus præſumitur quando eſt læſio in magna quan-
titate, *Inſt. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. cred. &
not. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum in 6. col. ff. pro ſo-
cio, & in l. fin. ff. de prat. ſtip. & Ant. de But. in c. veniens, &
ibi gl. fin. extra de iureiur. & idem not. ipſe Ant. de But. in c.
cum contingat in 6. col. eo. tit. & idem tenet Pet. de Anch. in
c. canonum ſtatuta de conſt. & in c. 2. de pact. in 6. & in con-
ſil. ſuo quod incipit.* Statuto ciuitatis cauetur; & Bal. *in
c. 1. §. item ſacramenta in 3. col. in fin. in tit. de pace iura. fir-
mand. & Paul. de Caſt. in conſil. incipiendo Dn. Theodora.*
14 † Nam ſi petitur reductio ad arbitrium boni viri
Iudex competens eſt ille, qui fuiſſet Iudex rei, in
cauſa principali ante compromiſſum factum, *vt no-
ta. Bart. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum in 4. colum. verſic.
quæro quis erit Iudex, ff. pro ſocio, & idem tenet Anton. de
Butr. in c. Quintauallis extra de iureiur. & Feder. de Senis
in conſil. ſuo 273. quod incipit: Petrus Rector Eccleſiæ*, vbi
plene diſputat iſtam quæſtionem, & per Anton. de

Butr. in cap. fin. in 11. colum. extra de foro compet. & plene per Card. in c. expoſita, in 8. quæſt. extra de arbitriis, & per Bart. Bald. & Doctor. in l. 2. C. vbi & apud quem, & per Angel. in l. qui certo loco, ff. de condict. indebit. & per Salicet. in l. cum antea, C. de arbitr. & per Canoniſt. in d. cap. Quintauallis. Et ideo, cùm dictum monaſterium eſſet reus, vt dixi, ſequitur, quod recurſus ad ſuperiorem etiam per viam reductionis ad arbitrium boni viri poteſt & debet fieri coram iudice rei; & ſic monaſterii, & per conſequens coram Domino Patriarcha, non autem coràm iudicibus laicis. Et ideo ſi iudices petitionum volunt ſe intromittere, quomodocunque de dicta ſententia, poteſt Reuerendiſſimus Dominus Patriarcha eis licitè inhibere ad inſtantiam dicti monaſterii, vel dicentis ſententiam nullam ex compromiſſo nullo, vel aliter, vel petentis reſtitutionem in integrum aduerſus dictam ſententiam, vel petentis aut petere volentis reductionem ad arbitrium boni viri per prædicta, *& per not. per Feder. de Senis in conſil. 291.*

ANNOTATIONES.

a Circa primum dubium] *Compromiſſum in laicum de Eccleſiaſtica factum, an & quando valeat, tradunt Roman. in conſ. 173. & conſ. 299. vbi Mandoſius in additio. Alex. conſ. 91. col. 1. lib. 2. & conſ. 75. num. 44. lib. 4. & in l. quoties, nu. 5. C. de iudic. & ibidem etiam Iaſ. col. pen. Dec. in c. 2. nu. 4. extra de iudic. Felin. in cap. cum ſit numero 3. extra de foro compet. Grat. conſ. 87. nu. 10. vol. 1. Ruin. conſ. 66. nu. 11. vol. 4. ample Viuius in lib. receptar. ſentent. opin. 120.*

b A iure, & de facto] *De iſta clauſula tradit idem D. Capolla in conſ. 54. nu. 48. in hoc eod. vol. vbi vide, quæ annotaui in litera D. & præter ibidem citatos de eadem doctr. Corn. in conſ. 114. nu. 6. & ſeq. vol. 2.*

c Circa ſecundum dubium] *Reductionis ad arbitrium boni viri quis ſit iudex competens, tradit Lanfranc. de Oriano in tractat. de arbitr. in 7. diuiſ. nu. 43. Practic. Ferrar. ſiue Papienſ. in forma libelli, quo agitur ad pœnam ex compromiſſo, verſ. nec reductio, nu. 5. & per totum, Alex. conſ. 131. nu. 1. vol. 2. Afflict. deciſ. 51. vbi Mandoſius in additionib.*

d Cautela verborum] *Amplè idem D. Cepolla in conſ. 34. lib. 1. conſilior. ciuilium iam editorum per totum, Dec. conſ. 11. nu. 6. conſ. 36. num. 6. verſ. & in ſtatuto, conſ. 60. col. 2. conſ. 533. & conſ. 587. in fin. Iaſ. in l. quidam cum filium, nu. 25. ff. de verb. oblig. Socin. ſen. conſ. 120. col. penult. verſ. non omitto, vol. 2. Curt. iun. conſ. 79. circa fin. verſ. ſic etiam à ſtatuto, Lanfranc. de Oriano in tracta. de arbitris, in vlt. part. quæſt. 14. Boer. deciſ. 284. num. 18. Crauet. conſ. 142. nu. 3. Rol. à Valle conſ. 59. nu. 26. lib. 1.*

CONSIL. LXVII.

ARGVMENTVM.

De interpretatione conſtitutionis patriæ fori Iulii de ſucceſſionibus ab inteſtato, &:

An nepos ex fratre ex parte patris tantum admittatur ad ſucceſſionem patrui, vnà cum alio patruo vtrinque defuncto coniuncto.

SVMMARIA.

1 *Nepos admittitur ad ſucceſſionem patrui defuncti, vnà cum alio patruo ab inteſtato, ex forma conſtitutionis patriæ fori Iulij.*

Et quid de iure communi.

2 *Et quid, ſi nepos eſt filius fratris coniuncti ex vno latere tantum, an admittatur cum patruo vtrinq; coniuncto, & num. 4. 7. & 16.*

3 *Caſus omiſſus à ſtatuto habetur pro omiſſo, ac remanet in diſpoſitione iuris communis.*

4 *Statutum ex procemio & præfatione intelligi, & interpretari debet.*

Procemium eſt cauſa finalis legis vel ſtatuti.

Ex procemio principalis ſtatuti intentio demonſtratur.

5 *Statutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

6 *Illud, quod dictum eſt in vno æquiparatorum, & in reliquis locum habet.*

8 *Dictio, etiam, implicat caſum ſimilem.*

9 *Vbicunq; habetur ratio agnationis tantum, & non cognationis ibi, non habetur differentia fratrum vel agnatorum vtrinq; coniunctorum, vel ex vno latere tantum.*

10 *Cognati vbi propter agnatos à ſtatuto excluduntur, ibi frater vtrinq; coniunctus non excludit conſanguineū coniunctum ex parte patris tantum, & num. 15.*


11 *Statutum, quando derogatiuè ſe habet ad ius commune, ab ipſo iure communi interpretationem non recipit, ſed ſimpliciter, prout iacet intelligi debet.*

12 *Differentia vtrinq; coniunctorum, & ex vno latere tantum de iure communi, non habet locū in ordinatione teſtamenti, ſed ſolum in ſucceſſione ab inteſtato.*

13 *Statutum diſponens de ſucceſſione inteſtati, videtur ſuccedere loco diſpoſitionis teſtatoris.*

14 *Agnatus ita dicitur filius ex vno parente tantum, ſicut ex vtroq;*

17 *Per ſequentia declarantur præcedentia.*



CASVS.

DOMINICVS ſupraſcriptus habuit dictos tres filios ex duabus vxoribus, videlicet, Philippum & Gaſparinum ex vna vxore, & Candidum ex alia: & mortuus eſt, relictis dictis eius filiis hæredibus. Deinde dictus Candidus habuit vnum filium, videlicet, dictum Matthæum, & mortuus eſt ſuperſtite ipſo Matthæo eius filio & hærede. Demum moritur dictus Philippus frater vtrinq; coniunctus dicti Gaſparini, & frater ex parte patris tantum dictiq. Candidi patris dicti Matthæi ſine filiis, & nullo condito teſtamento, ſuperſtitibus dictis Gaſparino & Matthæo. Orta eſt lis inter dictum Gaſparinum & Matthæum ſuper hæreditate dicti Philippi, quam dictus Gaſparinus dicit in ſolidum ad ſe ſpectare & pertinere: præfatus verò Matthæus dicit debere admitti ad medietatem dictæ hæreditatis Phi-

tus Phi-

tis Philippi, vigore conſtitutionis huius patriæ, ſub
rubrica de ſucceſſionibus ab inteſtato. Quæritur
an virtute dictæ conſtitutionis præfatus Matthæus
debeat admitti ad ſucceſſionem dicti Philippi in ſi-
mul cum dicto Gaſparino.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spi-
1 ritus ſancti gratia. † Non eſt dubium,
quod vigore dictæ conſtitutionis filius
fratris admittitur, ad ſuccedendũ pariter
cum patruo ſuo fratre defuncti, vt patet in verſ. &
ſi cum dictis aſcendentibus aut defuncti fratribus
extarent etiam filii maſculi fratrum defunctorum:
tunc ipſi etiam quicunque ſint, ad ſucceſſionem
defuncti admittantur in ſtirpem cum patruis ſuis
prædictis, & dictis proximioribus aſcendentibus.
Et idem eſt etiam de iure communi, *vt in auth. ceſſan-*
2 *te, C. de legit. hæred.* & in corpore vnde ſumitur. † Sed
dubium ſolum remanet, An dictus Matthæus de-
beat admitti ad ſuccedendum pariter cum dicto
Gaſparino, non obſtante, quod ipſe Matthæus ſit
coniũctus Philippo patruo ſuo ex parte patris tan-
tum, & Gaſparinus ex vtroq; parente erat coniun-
ctus dicto Philippo, Et de iure communi nulla eſ-
ſet dubitatio, quod Gaſparinus qui erat frater vtrin-
que coniunctus Philippo ſolus deberet ſuccedere,
excluſo dicto Matthæo filio fratris dicti Philippi ex
parte patris tantum, vt probatur, *in d. auth. ceſſante,*
& in corpore vnde ſumitur videlicet in auth. de hæred. quæ
ab inteſt. deferuntur in §. reliquum verſ. ſi autem defuncto,
& hoc expreſſe tenet Bar. in l. poſt cõſanguineos, §. legitima,
ff. de ſuu. & legitimis, & Iac. de Belu. in auth. de hæred. quæ
ab inteſt. §. ſi vero, & Paul. de Caſtr. in conſ. ſuo 357. So-
lum ergo remanet dubium, an vigore dictæ con-
ſtitutionis, dictus Matthæus admittatur pariter
cum dicto Gaſparino patruo ſuo, non obſtante,
quod ipſe Matthęus ſit ſolum coniunctus Philippo
defuncto ex parte patris tantum. Et prima facie vi-
dêtur, quod non, quia ſtatutum loquitur ſolum in
caſu quando frater defuncti ſuccedit pariter cum
aſcendentibus, quo caſu ſuccedit ipſe frater, licet ſit
ex parte patris tantum pariter cum alio fratre vtrin-
que coniuncto, vt patet in ſecunda parte principali
in verſ. Et ſi dicto aſcendenti, vt ſupra defuncto, ibi
tunc, ſi ſuſceperint aſcendentes maſculi ex linea
maſculina, & dicto defuncto ſuperſint fratres eius
maſculi ex vtroque parente, vel ex parte tantum
coniuncti, &c. Sed iſte non eſt caſus noſter quia hic
non tractatur de ſucceſſione fratris defuncti cum
aſcendentibus, ſed de ſucceſſione fratris cum filio
fratris defuncti: Ergo ſumus in caſu non expreſſo à
3 ſtatuto, † & propterea videtur dicendum quod
caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, & remaneat in
diſpoſitione iuris communis, *vt l. ſi cum dotem in prin.*
ff. ſolut. matrim. & in l. commodiſſime, ff. de liber. & poſth.
vbi dicit ſingulariter Angel. per illum text. quod ſi
vna lex noua emanat ad corrigendum vnam legem
antiquam, quantumcunque antiquiſſimam, ſi non
prouidet niſi in vno caſu, non porrigitur ad alium,
quantumcunque ſimilem, & eandem rationem ha-
bentem, & idem vult, *in d. l. Gallus, §. idem credendum.*
Præterea dicta conſtitutio determinat aperte circa
finem, dum dicit: & in caſibus per hanc conſtitu-
tionem expreſſe omiſſus ſtetur diſpoſitioni iuris
communis; ſed caſus noſter no videtur eſſe expreſ-
ſus à ſtatuto, ergo ſtandum eſt iuri communi, quod
vult, *vt dixi*, vt patruus vtrinque coniunctus præ-
4 feratur. † Sed his non obſtantibus contrarium
videtur eſſe verius de iure. Et primo hoc probatur
ſic: Statutum intelligi debet, & interpretari ex pro-
œmio ipſius, & eius præfatione, *vt probatur l. regula,*
§. & licet, ibi, nam initium conſtitutionis generale
eſt, *ff. de iur. & fact. ignor. & l. fin. ff. de hæred. inſtitut. &*
ibi hoc not. Bald. & idem vult Bald. in l. cum hi in princ. ff.
de tranſact. qui dicit, quod procœmium eſt cauſa fina-
lis ipſius legis, vel ſtatuti, & idem vult Bald. *in pro-*
œmio feudorum in fin. 3. colum. & Bald. in l. ſi quis in con-
ſcribendo in fin. 3. colum. C. de pactis, & eſt ratio, quia ex
procœmio demonſtratur principalis intentio ſtatu-
ti, *vt not. Bald. in l. vt liberis, C. de collat. & in l. ſi patruus,*
C. communia vtriuſque Iudic. Sed procœmium dictæ
conſtitutionis vult conſeruare bona in maſculos, vt
honor familiæ poſſit conſeruari, &c. & dictus Mat-
thæus eſt ita maſculus, & de familia, ſicut Gaſpari-
nus, licet ipſe Mathæus ſit ex parte patris tantum
coniunctus Philippo defuncto, ergo videtur vt ſta-
tutum ſequens declaretur ſecundum intentionem
5 procœmii. † Et maxime cum dicta conſtitutio ſit
generalis, & generaliter loquatur de maſculis, &c.
vt dicta l. regula, §. initium, de iur. & fact. ignor. cõtinuãta
l. in fraudem, §. fin. ff. de teſtamen. milit. cum ſimilibus. Di-
cendum ergo videtur, quod illa conſtitutio, dum
loquitur de filio fratris intelligatur ſiue ſit coniun-
ctus ex parte patris tantum, ſiue ex vtroque paren-
te, ex quo procœmium generale adaptatur ad iſtum
caſum. Secundo hoc probatur, negari non poteſt,
quod dicta conſtitutio vult, quod ita ſuccedat de-
functo frater coniunctus ex parte patris tantum,
ſicut frater vtrinque coniunctus pariter cum aſcen-
dente defuncti, vt patet in ſecunda parte in verſ.
& ſi defuncto aſcendenti; & in tertia parte in verſ.
& ſi cum defuncti aſcendentibus, aut defuncti fra-
tribus, vocantur ita filii fratrum cum patruis, ſicut
vocantur cum aſcendentibus, ibi cum patruis ſuis
prædictis, & dictis proximioribus aſcendentibus,
& ſic ex illa tertia parte conſtitutionis quoad ſuc-
cedendum ab inteſtato æquiparantur filii fratrum,
ita quando ſuccedunt cum patruis, ſicut quando
6 ſuccedunt cum aſcendentibus, *vt ibi*, † ergo illud
quod eſt dictum in vno de æquiparatis, habet lo-
cum in reliquis, *vt l. ſi quis ſeruo in fin. cum gl. C. de furtis,*
& in l. vt tantum, §. 1. ff. de ſeruo corrupto. & not. in d. l. ſi
quis ſeruo per Doctor. & in l. ſi vero, § de viro, ff. ſolut. ma-
trimo. & dixi pleniſſime in libello meo, de æqui-
paratorum argumentatione. Et ideo ſicut frater
coniunctus ex parte patris tantum, admittitur ad
ſuccedendum cum aſcendentibus; Ita etiam filius
fratris debet admitti ad ſuccedendum, licet ſit ex
parte patris tantum, vel cum patruo, vel cum aſcen-
7 dente. † Tertio hoc videtur probari manifeſte per
textum dictæ conſtitutionis in tertia parte in fine,
ibi, cum patruis ſuis prædictis; nam dum dicit pa-
truis prædictis, refert ſe ad patruos, de quibus ſu-
pra fuerat facta mentio in ſecunda parte principali.

Sed in illa parte ſecunda conſtitutionis fuerat facta
mentio, non ſolum de pattuis, id eſt, fratribus de-
functi vtrinque coniunctis, ſed etiam de couiunctis
ex parte patris tantum, quos voluit paritet vocari
debere, Ergo in tertia parte vult filios fratris vocari
cum pattuis etiam coniunctis defuncto ex vno la-
tere tantum. Et ſi dicatur, conſtitutio nihil dicit de
filijs frattum coniunctis ex parte patris rautum, ſed
de frattibus tantum deſuncti, ergo ſumus in caſu o-
miſſo à ſtatuto, Ergn ſtandum eſt iuti communi ex
forma dictæ conſtitutioois in fine, & etiam ex diſ-
poſitione legali, vt ſupra dixi. Reſponderi poteſt
quod illa conſtitutio æquiparat filios fratrum de-
functi frattibus defuncti quò ad ſuccedendum, vt
patet, ibi, aut deſuncti frattibus extarent etiam filij
8 maſculi frattum deſunctorum, † quia illa dictio
etiam habet implicare caſum ſimilem, *l. etiam, & l. etiam, C. ſi tutor vel curator interuenerit cum ſimilib.* ergo
ſicut fratet coniunctus ex parte patris tantum ad-
mittitur finalitet eſt dicendum in filio ſratris de-
9 functi. † Quarto hoc etiam probatur, vbicunque
habetur tatio tantum agnationis, & non cognatio-
nis: ibi non habetur differentia fratrum vel agna-
totum vtrinque couiunctotum, & ideo in materia
a feudntum, a in quaadmittuntur ſolum agnati, &
non cognati, ita ſuccedunt maſculi coniuncti de-
defuncti ex parte patris tantum, ſicot coniuncti ex
vttoque parente, *vt not. Bald. & Iacob. de Aluar. in c. 1. in tit. de gradib. ſucced. in feud. & idem tenet Aut. de Roſel. in ſuo tract conſang. in 12. col. in verſ.* Ideo dicunt Do-
ctot. in materia feudotum. Sed in dicta couſtitu-
tione habetur ratio tantum maſculorum agnato-
rum, & non fœminarum, vel cognatotum, quò ad
ſuccedendum, vt dicitur in prooœmio dictæ con-
ſtitutionis, ergo non debet haberi differentia vtrin-
que coniunctotum, à coniuncto ex parte patris
10 tantum. † Quinto hanc quæſtionem videtur de-
cidete in terminis Antonius de Roſellis, *in dicto ſuo tract. in 12. col. circa fin. num. 31. in verſ. & idem credo.* vbi
dicit quaſi in terminis quæſtionis noſtræ, quod vbi
per ſtatuta excluduntur cognati ptoptet agnatos, il-
lo caſu frater vttinque coniunctus, non excludit
conſanguineum tantum coniunctum ex parte pa-
11 tris tantum, quod dicit eſſe ſingulare. † Sexto
hoc probatur quãdo ſtatutum ſe habet ad ius com-
mune derogatiuè, non recipit interpretationem à
iure communi ſed ſimplicitet debet intelligi prout
iacet, quia verbis ſtatuti nihil addere vel detrahere
debemus, *C. de iuſti. confirmanda, §. hic igitur cum ſimilibus, vt ſingulariter not. Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. præterit. in pen. colum. & Bald. in l. ſi adulta, C. hæredit. act. & Bald. in l. ita pudor circa fin. C. de adult. & Pau. de Caſt. in d. l. maximum vitium & in auth. vnde ſi parens ad fin. C. de inoffic. teſtamen. & in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib. & Petr. de Anch. in repet. c. canonum ſtatuta in 150. colum. extra de conſtitut. & ſentit Bald. in l. properandum in prin. in 4. col. circa prin C. de iud.* Sed iſta con-
ſtitutio patriæ eſt contta ius commune, & venit de-
rogatiue ad ius commune, vt de ſe patet, & proba-
tur *in d. l. maximum vitium.* Ergo dum loquitur de fi-
lijs fratrum maſculis, ſimpliciter debet intelligi tam
de coniunctis ex parte patris tantum, quam de con-
12 iunctis ex vtroque parente. † Septimo, & Vltimo
hoc probatur alia ratione, nam illa differẽtia vtrin-
que coniunctorum, &c. non habet locum in ordi-
natione teſtamenti, ſed ſolum in ſucceſſione ab in-
teſtato de iure communi, vt probatur, *in auth. de conſang. & vter. in §. ſi igitur, in princ. col. 6. & hoc tenet ſingulariter Bald. per illum text. in conſ. ſuo 160. quod incipit. Ti-*
13 *tius deceſſit inſtituto filio maſculo, in prin.* † Sed ſtatutum
diſponens de ſucceſſione inteſtati, videtur ſuccede-
re loco diſpoſitionis teſtatoris, *arg. l. conficiuntur, ff. de iure codicillorum.* Et ideo ſicut in diſpoſitione teſtato-
ris non attenditur differentia duplicis vinculi. ita vi-
detur eſſe dicendum etiam in diſpoſitione ſtatuti,
maxime cum in eo conſideretur principaliter agna-
14 tio tantum, & non duplicitas vinculi, † quia ita eſt
agnatus filius ex vno parente tantum, ſicut ex vtro-
que parente, *vt Inſt. de legi. agna. ſucceſ. § 1. & Inſti. de l. agnat. tut. §. 1.* & ita pluries alios conſulendo tenue-
15 runt, † quod huiuſmodi ſtatuta excludentia fœ-
minas, & agnatos propter agnatos maſculos intel-
ligantur non ſolum, quando ſunt maſculi vtrioque
coniuncti, ſed etiam quando ſunt maſculi ex parte
patris tantum, quia iſti concorrunt cum maſculis
vttinque coniunctis defuncto. Et maxime hoc pro-
cedere debet in caſu noſtro, quia ſtatutum dum vo-
cat frattes defuncti maſculos, nõ facit differentiam
16 an ſit ex vnico, vel duplici vinculo. † Nec obſtat
ſi dicatur, ſtatutum non facit differentiam vinculo-
rum, quando tractatur de excluſione fœminarum
tantum, quia ſiue ſint ex latere patris tantum, ſiue
ex vtroque parente fœminæ excluduntur, vt patet
in ſecunda parte conſtitutionis, ibi, vel ex vtroque
parente, vel ex patre tantum filiæ, & cognati exclu-
dantur. Sed vbi concurrunt agnati maſculi vtrinq;
coniuncti, & agnati ex parte patris tantum, ſtatu-
tum nihil diſponit. Ergo remanemus in iure com-
muni, vt dictum eſt. Quia reſpondetur quod per
verba ſequentia in tertia parte conſtitutionis decla-
ratur, quod illa conſtitutio locum habet etiã quan-
do ſimul concurrunt, ibi, cum patruis ſuis prædi-
ctis, loquendo enim de patruis prædictis, id eſt, de
frattibus defuncti in plurali numero ſequitur, com-
prehendit illa conſtitutio nedum ſratres vtrinque
coniunctos, ſed etiam illos qui ſunt ex parte patris
tantum, ex quo de illis ſupra dictum eſt in ſecunda
17 parte, † quia per ſequentia declarantur præceden-
tia, *l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1.* Et per hoc etiam
non obſtat aliud argumentũ, dum dixi ſupra in prin.
quod dicta conſtitutio in ſecunda parte non loqui-
tur, niſi quando fratres defuncti ſuccedunt cum a-
ſcendentibus, nõ quando ſuccedunt inter ſe, vel cũ
filijs fratris defuncti, ſicut eſt in caſu noſtro, quia
ſufficit, quod in tertia parte ſequenti extendit con-
ſtitutio etiam ad ſratres, & filios ſrattum defuncti.
Nec obſtat etiam dum dixi, quod illa conſtitutio ad
fin. vult, quod in caſibus per illam conſtitutionem
expreſſe omiſſis ſtetur diſpoſitioni iuris commu-
nis, quia iſte caſus noſter nõ eſt expreſſe omiſſus, ſed
comprehenſus in dicta tertia parte conſtitutionis,
vt ſupra declaraui, & ſic ceſſat etiam dictum Angeli
in d. l. Gallus in princ. ff. de liber. & poſthu. nam conſtitu-
tio illa vult, quod ille caſus ſtet in diſpoſitione iuris
commu-

communis, qui ſit expreſſe omiſſus in illa conſtitutione. Sed caſus noſter non eſt expreſſe omiſſus, ex quo nedum quantum ad mentem, ſed etiam quantum ad verbum, eſt comprehenſus in dicta tertia parte ſtatuti coniuncta, & ſecunda. Et ideo ex omnibus prædictis videtur concludendum, quod dictus Matthæus admittatur pariter cum dicto Gaſparino patruo ſuo ad ſucceſſionem Philippi, licet ipſe Matthæus ſit coniunctus ex parte patris tantum, & Gaſparinus ex vtroq; parente.

Annotationes.

a In materia feudorum] *Idem docent Alexan. conſ. 9. nu. 14. lib. 5. Curt. iun. in tractat. de feudis in 3. part. princ. quaſt. 6. Dec. conſ. 444. nu. 6. & 7. Soc. ſen. conſ. 89. num. 13. vol. 5. & alij plures, quos congerit Tiraq. in tractatu de retractu conſanguinit. §. 14. gloſſ. 2. num. 10. & ſeq. & Mantica de coniecturis vltimar. volnutat. lib. 8. tit. 13. num. 5.*

CONSIL. LXVIII.

ARGVMENTVM.

An ſi eſt commiſſa cauſa ſuper meritis cauſæ, intelligatur etiam commiſſa cauſa nullitatis, &:

An, ſi appelletur à ſententia, quæ fuit pronuntiata nulla, & pronuntietur poſtea bene fuiſſe iudicatum, appellatus debeat in expenſis condemnari.

Item, an, quando vtraque pars eſt victrix & victæ indiuerſis capitulis, aliqua earum debeat in expenſis condemnari, & quæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia quando fuit nulla, & ab ea etiam fuit inter-*
* *poſita appellatio; licet pronuntietur appellantem fruſtratorie ſeu male appellaſſe, ſi tamen ſententia pronuntietur nulla, an appellatus debeat, in expenſis condemnari, & nu. 3. & 14.*

2 *Appellationis verbo venit etiam nullitas, & nu. 8.*

4 *Commiſſio facta ſuper meritis cauſa non comprehendit nullitatem, ſed ſolum negotium principale.*

Merita cauſa qua dicantur.

5 *Communis vſus loquendi attendi debet.*

Stylus curia eſt attendendus.

6 *Commiſſio Principis eſt ſtricti iuris.*

7 *Si committitur quaſtio proprietatis, poſſeſſionis quaſtio commiſſa eſſe non videtur.*

8 *An commiſſa cauſa appellationis videatur commiſſa cauſa nullitatis.*

9 *Homini fide digno facile credendum eſt.*

10 *Officialibus ſeu nuntiis Principis ſine literis credendum non eſt.*

11 *Mandati forma diligenter eſt obſeruanda.*

12 *Expenſa cum expenſis compenſari debent, quando quilibet eſt victus, & victor, & quomodo procedat, numer. 17.*

13 *In ſententia diffinitiua non debet in expenſis condemnari niſi ille qui reportat ſententiam finalem contra ſe, & nu. 17.*

15 *Victus victori in expenſis regulariter condemnari debet.*

16 *Appellans, quando in cauſa appellationis ex eiſdem actis ſuccubuit, regulariter debet in expenſis condemnari.*

17 *Victor quis vere in cauſa dicatur, quando ſunt plures articuli, ſiue capitula, & vterque in diuerſis obtinuit.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Caſus ſuper quo Conſilium petitur eſt huiuſmodi: Orta quæſtione & lite coram Arbitris, de quadam dote petita per Auguſtinum Braſadolam, in actione iniuriarum ciuiliter intentata per Ser Leonardum à Sale contra Auguſtinum Braſadolam de Tridento, de quibuſdam verbis iniurioſis, Auguſtinus porrexit certa capitula, vt dicitur iniurioſa contra ipſum Ser Leonardum, dicens incidiſſe articulum criminalem, in dicta actione iniuriarum, & propterea debere ſuperſederi in ciuili, & ipſum Ser Leonaroum capi debere & detineri & ad torturam poni. Tandem Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus D. Dominus Dux Auſtriæ commiſit Spectabili legum Doctori Domino Bartholomæo de Gozadinis Poteſtati Tridenti dictas cauſas decidendas, videlicet quod in eo ſtatu in quo cauſa prædicta in prænominato iudicio arbitrario agitata, & per arbitros indeciſa dimiſſa eſt: ac etiam ex eiſdem actis abſque nouo proceſſu ipſam audiat, in eaque exceptionibus friuolis & ſubterfugiis, & dilationibus friuolis ſecluſis, ſecundum formam iuris, & ſtatutorum Ciuitatis Tridenti procedat, ac per ſententiam diffinitiuam decidat eandem faciendo, quod ſic decreuerit firmiter obſeruari vt de dicta commiſſione patet per literas Principis 19. Septembris 1465. ſcriptis. Deinde die vltima Decembris 1465. Idem Sereniſſimus Princeps ſcripſit eidem Dom. Poteſtati Tridenti eique mandauit, vt ſi vigore dictæ commiſſionis ſibi factæ nil hactenus exorſum eſt, retenta nihilominus penes ſe commiſſione cum proceſſu expectet quoad ſibi fideles Principis dilectos d. Leonardum de Filſech & D. Sigiſmundum de Thono, non vt Iudices ſiue Commiſſarios, verum vt videant & audiant in cauſa huiuſmodi procedi, adiunxerit. Qui duo adiuncti, ſicut præmittitur, venerunt Tridentum, & dictus Dn. Poteſtas vna cum eis dictam cauſam criminalem auditis ipſis adiunctis ſemper præſentibus vſque ad ſententiam excluſiue & facta trina monitione ad audiendam ſententiam Dn. Poteſtatis, datus fuit libellus recuſatorius & ſuſpenſionis per Auguſtinum contra ipſnm D. Poteſtatem, qui eum non admiſit. His ita peractis dum eſſet terminus & hora ad proferendam ſententiam conſtitutus vnus dictorum coadiutorum videlibet Dn. Leonardus dixit ſe habuiſſe tunc literas à Principe & commiſſionem non aſſiſtendi proceſſui vel ſentētię, niſi interesſet alius tertius nobilis cū eis ad audiendū procedi, dixeruntq;

D.Po-

D.Poteſtati, vt deberet ſuperſedere donec alter tertius intereſſet, proteſtãtes ſe nolle intereſſe, niſi etiam ille tertius intereſſet, quæ quidem commiſſio aſſerta non fuit facta ipſi D.Poteſtati ex commiſſione Principis ſcripta, nec aliqua commiſſio circa prædicta in ſcriptis fuit D.Poteſtati ex parte Principis oſtenſa. Et propterea D.Poteſtas die ſexto menſis Martii. 1466. requiſitis dictis duobus adiunctis ad inſtantiam partis tulit ſententiam ſuam diffinitiuam, in qua ſententiauit, & abſoluit dictum Ser Leonardum à Sale à petitione criminali dicti Auguſtini & d. Auguſtinum in expenſis legitimis condemnauit d. Ser Leonardo, quam quidem ſententiam d. Ser Leonardus laudauit, & d. Auguſtinus dixit eſſe nullam iniquã & iniuſtam, & ab ipſa tanquam nulla & iniuſta, & iniqua viua voce appellauit ad Illuſt.Principem. Oppoſitum deinde fuit per Ser Leonardum, quod Auguſtinus non poterat appellare ad Principem, & quod libellus appellatorius Auguſtini non debebat admitti: idem Princeps commiſit quatuor Spect. Doctoribus videlicet D. Antonio de Trilacho, Domino Melchiori de Facinis, D. Hieronymo Muſato, & D. Calapino de Calapinis: vt conſilium ſuum in ſcriptis ſuper infra ſcriptis capitulis Principi præbere deberent, videlicet quod ſuper meritis cauſæ ciuilis ſit iudicandum. Deinde an in ipſa cauſa appellationis Princeps Iudex competens eſſe poſſit. Et an ipſa appellatio ſit admittenda; Et ſi de iure eſſe reperiretur quid ſuper meritis cauſæ procedendum & iudicandum, de qua commiſſione patet ex literis Principis ſcriptis die 9. menſis Maij 1466. Hi quatuor Doctores conſuluerunt abſolutionem fiendam ab obſeruatione iudicii in cauſa ciuili de dote, & condemnandum eſſe Auguſtinum in expenſis in fauorem Ser Antonii à Stile, & Melchioris Zizati. Item conſuluerunt dictum Auguſtinum abſolui debere ab actione iniuriarum intentata per Ser Leonardum à Sale contra dictum Auguſtinum, & abſoluerunt Ser Leonardum ab expenſis in dicta cauſa iniuriarum factis, & ipſum Auguſtinum abſoluerunt ab expenſis in cauſa dotis, quia vtraque pars fuit victrix, & victa: & in hoc non eſt quæſtio. Item conſuluerunt D. Principem eſſe Iudicem in cauſa appellationis, & debere admittere appellationem interpoſitam per ipſum Auguſtinum à ſententia abſolutoria lata per D.Poteſtatem Tridenti ſuper cauſa criminali. Item ſuper meritis cauſæ criminalis cõſuluerunt dictum Ser Leonardum eſſe abſoluendum à dictis criminibus, & à petitis per dictum Auguſtinum in iudicio criminali. Item dicti D. Melchior, & D.Hieronymus Muſatus conſuluerunt ſententiam d. D. Poteſtatis fuiſſe & eſſe nullam, ex eo, quod non ſeruauit formam commiſſionis in expectando dictum tertium adiunctum, vt dicebatur. Item conſuluerunt dictum Ser Leonardum eſſe in expenſis condemnandum factis per dictum Auguſtinum à dicta ſententia D. Poteſtatis citra, ex eo quod illa ſententia D.Poteſtatis fuit nulla: quia ratione nullitatis, vt dixerunt pars, in cuius fauorem fuit lata tanquam temere litigator, qui fuit in ignorantia iuris debet in expenſis condemnari. Prædicti vero alii Doctores videlicet D. Antonius de Trilacho, & D. Calapinus de Calapinis abſoluerunt, ſiue conſuluerunt, abſoluendum dictum Ser Leonardum à Sale etiam ab expenſis factis poſt ſententiam latam per D. Poteſtatem, poſito etiam, quod dicta ſententia D. Poteſtatis fuiſſet nulla, quia merita ipſius cauſæ dictis quatuor Doctoribus fuerunt ſibi commiſſa, & non ipſa nullitas, & in meritis cauſæ criminalis ipſe Ser Leonardus obtinuit, & fuit abſolutus, vnde merito erat abſoluendus, & fuit abſolutus etiam ab expenſis ipſe Auguſtinus, quia ſententia Domini Poteſtatis fuit nulla, quia non ſeruauit vt dicitur commiſſionem de tertio adiuncto. Abſoluerunt itaque dictum Leonardum ab expenſis, quia vtraque pars fuit victrix & victa, videlicet Auguſtinus victus fuit in meritis cauſæ, & Ser Leonardus in nullitate reſpectu formæ, vt dicitur, non ſeruatæ. Et ſic præfati quatuor Doctores in omnibus conuenerunt, præterquam in expenſis factis à dicta ſententia Domini Poteſtatis citra, quia d. Antonius de Trilacho, & D. Calapinus de Calapinis conſuluerunt abſoluendum dictum Ser Leonardum à dictis expenſis, Domini vero Melchior de Facinis, & Dominus Hieronymus Muſatus dictum Ser Leonardum in dictis expenſis conſuluerunt eſſe condemnandum. Modo ſtantibus præmiſſis quæritur de duobus. Primo qui Doctores melius conſuluerint in dictis expenſis factis à ſententia D.Poteſtatis citra. Secundus, an dictus Auguſtinus debeat in expenſis condemnari factis in cauſa criminali tam in principali, quam in
1 cauſa appellationis primæ, & ſecundæ. † Circa primum dubium videtur dicendum, quod melius conſuluerint illi Doctores, qui dixerunt Ser Leonardum debere in expenſis condemnari à ſententia Domini Poteſtatis Tridenti citra, quia quandocunque ſententia eſt nulla, & ab ea etiam eſt appellatum, licet appellans fruſtratorie appellet, & pronuntietur contra appellantem ipſum male appellaſſe, vel fruſtratorie appellaſſe, quia ſententia eſt nulla, tamen appellatus pro quo fuit lata ſententia nulla, debet in expenſis condemnari, quia temeritas videtur fuiſſe ex cauſa appellati, qui ſe oppoſuit, & contra dixit, *arg. l. ſi mater, §. fin. cum l. ſeq. & l. & an eandem, §. actiones, ff. de excep. rei iud. coniunct. l. eum quem temere, ff. de iudi. & hoc tenet Bald. & Sal. in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſe, & Io. de Imol. in l. ſi expreſſim, ff. de appell. & Ang. de Aret. ibi, in verſ. quæro*, quid ſi Iudex pronuntiet male appellatum, quia ſententia eſt nulla; qui dicit plus, quod omni caſu quando ſententia declaratur nulla per iudicem, appellatus de-
a bet in expenſis condemnari. † Siue appellans dicit appello ſimpliciter, quia nullitas etiam venit, *l. Carmelia pia, ff. de iur. patr. & l. quadam mulier, ff. famil. hercis.* Siue dicat: Dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello. *iuxta notat. in l. prima, C. quando prouoc. non eſt neceſſe per gloſſ. & Doctor.* Siue dicat: Dico ſententiam nullam, & iniquam, & iniuſtam. Sicut dixit dictus Auguſtinus, quia his omnibus caſibus eſt deducta nullitas, & ideo cũ ſuper nullitate pronuntiatur, quomodocunq; pronuntietur, appellationem non tenere, ſiue dicat appellationem iniuſtam, ſiue dicat temere, vel fruſtratorie, aut ſuper-

uacue

uacue appellatum, *iuxta l. ſi conſtat, & l. ex conſenſu, §. fin. ff. de appel. & l. eos in prin. C. eo. tit.* apparet manifeſte
quod appellans obtinuit. Et ideo videtur, cum illi
duo Doctores conſuluerint dictam ſententiam D.
Poteſtatis in cauſa criminali in fauorem Ser Leon-
ardi latam fuiſſe nullam, ipſe videbatur in expenſis
condemnandus, & forte iſta fuit ratio principalis
eorum, licet eorum conſilium non viderim. Præ-
terea hoc poteſt alia ratione cõprobari, nam ſi bene
conſiderētur dicti duo Doctores, quantum ad cau-
ſam criminalem exceptis expenſis, conſuluerunt
circa quatuor. Primum eſt dictam ſententiam D.
Poteſtatis eſſe nullam. Secundum quod Illuſt. Prin-
ceps ſit Iudex competens in illa appellatione cauſæ
criminalis. Tertium quod appellatio dicti Auguſti-
ni ſit admittenda, & iſta tria fuerunt, & ſunt contra
Ser Leonardum. Quartum, & Vltimum fuit in me-
ritis cauſæ criminalis, in quibus conſuluerunt Ser
Leonardum abſolui debere, & hoc ſolum vltimum
fuit in fauorem Leonardi; Vnde videtur, quod ex
quo in pluribus ſuccubuit dictus Ser Leonardus,
quod in expenſis debeat condemnari; quia iudican-
dum videtur pro eo pro quo plura concurrant, *arg.
l. quæritur hermaphoditus, ff. de ſtatu homin. & arg. eorum
quæ not. Barto. & Docto. in l. Ariſto. ff. de donat. & Bald. in
præludiis feudorum in 7. col. verſ.* Pro intellectu horum
circa primum quæro, an feudum poſſit dici gratia,
& per Ang. in l. quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis o-
3 *miſſa cauſa teſtam. cum ſimilibus.* † Sed his non ob-
ſtantibus teneo alios duos Doctores, qui conſulue-
runt dictum Ser Leonardum in expenſis abſolui
debere melius de iure conſuluiſſe. Et pro declara-
tione in primis conſiderandum eſt, Auguſtinum
contra ſententiam D. poteſtatis latam contra ipſam
in cauſa criminali, duo tantum remedia intentaſſe.
Vnum nullitatis: quia dixit illam ſententiam nul-
lam, aliud fuit remedium appellationis circa meri-
ta cauſæ, quia dixit illam ſententiam iniquam, & in-
iuſtam. Item conſiderandum eſt Illuſtriſſ. Princi-
pem non commiſiſſe illis quatuor Doctoribus a-
liquid ſuper nullitate ſed tantum in caſu, quo ſit Iu-
dex competens & appellatio admittenda, quod ſu-
per meritis cauſæ procedendum & iudicandum,
4 † nam illa verba ſuper meritis cauſæ, non compre-
hendunt niſi negotium principale, non autem nul-
litatem, *vt probatur in c. auditis in princ.* dum dicit au-
ditis & intellectis meritis cauſæ, coniunctis his, quę
in illo capitulo continentur, *extra de præſcript. & pro-
batur, in l. ſi. in fin.* ibi quia negotiorũ merita partium
aſſertione panduntur, *Cod. ſi per vim, vel alio modo; &
probatur per gloſſ. in c. cum contingat. quæ incipit: ſed qua-
liter*, ibi quia cauſarum merita partium aſſertione
panduntur, *extra de reſcript. & per gloſſ. in c. ſacro in ver.
conſliterit extra de ſent. excom.* Et hoc etiam patet ex
ſenſu verborum, quia merita cauſæ ſunt illa, quæ
reſpiciunt negotiũ principale, & iſte eſt etiam com-
munis vſus loquendi, etiam peritorum, vt merita
cauſæ intelligãtur ſuper negotio principali, & non
ſuper nullitate vel ſuper proceſſu, & communis ſty-
5 lus curiarum, † qui communis vſus debet attendi,
*l. librorum, §. quod tamẽ Caſſius, ff. de leg. 3. & l. Labeo, ff. de
ſuppell. leg. & ibi per Bar. cum ſim. & ſimiliter ſtylus curiæ
debet attendi vt l. 3. in fin. & ibi hoc not. Bar. ff. de teſtib. &
Bart. & Doct. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. & in l. de quibus in 7.
col. ff. de leg. & Bal. in l. 1. in fi. C. vt quæ deſunt aduoc. part.
Et Cyn. in l. 2. in 4. q. prima quæſt. principalis, C. quæ ſit lon-
ga conſuet.* Et ideo cum Princeps commiſerit ſuper
6 meritis cauſæ conſulendum, † & huiuſmodi com-
miſſio ſit ſtricti iuris, *vt c. p. & g. extra de off. deleg. con-
iuncta l. non diſtinguemus. §. de offi. ff. de arbit.* Sequitur,
quod non videtur fuiſſe commiſſa nullitas, præſer-
tim cum iſta commiſſio ſuper meritis ſit præiudi-
cialis cauſæ nullitatis; quia abſorbet cauſam nullita-
tis, in caſu pronuntietur bene iudicatum, ſicut fa-
ctum fuit; Ideo non videtur eſſe cõmiſſa cauſa nul-
litatis, ne commiſſio videatur in ſe repugnantiam
7 continere, † Sicut dicimus quando eſt commiſ-
ſa quæſtio proprietatis non videtur commiſſa quæ-
ſtio poſſeſſionis, quæ principaliter intentatur, *vt eſt
text. cum gloſſ. in l. ſi de proprietate, C. ſi à non competenti
Iudice, & ita not. Domin. de Rota in deciſ. ſua 383. quæ in-
cipit:* Item ſi committatur Auditori cauſa, *& not. in
cap. 2. extra de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in cap. 1. extra de
ſequeſtrat. poſſ. & fruct.* & iſtud apud me non habet
8 dubitationem. † Nec obſtat quod commiſſa cau-
ſa appellationis videtur commiſſa etiam cauſa nul-
litatis, *vt not. Archid. Ioan. Andr. & Dom. Dominicus
in cap. 1. de appell. in 6. & Bald. in l. 1. verſic. quæritur an is
cui delegata eſt cauſa, &c. C. quando prouocare non eſt ne-
ceſſe & Ang. de Aret. in l. ſi expreſſim verſic. quæro quan-
do delegatur nullitas, ff. de appell. & Bald. in l. præſcriptio-
ne in 14. column. in princ. C. de precib. Imper. offeren.* vbi di-
cit quod Iudex impetratus ſuper iniquitate cogno-
ſcit etiam de nullitate; quia illa venit incidenter,
per l. Carmelia pia. ff. de iur. patro. cum ſimilibus. Quia re-
ſpondetur, quod prædicta procedunt quando de-
legatur ſimpliciter appellatio, quę incidenter com-
prehendit etiam nullitatem, *vt dict. l. Carmelia pia, &
l. quædam mulier. ff. famil. hercisc. & per not. in dict. l. 1.*
Secus ſi cõmittantur merita cauſæ, ſicut fuit in ca-
ſu noſtro, quia iſta verba merita cauſæ non compre-
hendũt nullitatem, imo ſunt quodãmodo oppoſi-
ta, vt ſupra dixi. His itaq; præmiſſis mihi videtur de
iure dictos Doctores, qui conſuluerunt Ser Leon-
ardum in expenſis cauſæ criminalis à ſententia D.
Poteſtatis citra condemnandum non recte cum
reuerentia conſuluiſſe; nam fundare non potue-
runt ſe in nullitate ſententiæ, duabus potiſſimum
rationibus. Prima eſt, quia non videtur fuiſſe nul-
la ex eo, quod non expectauit tertium aſſertum ad-
iunctum à Principe; quia licet D. Leonardus Fil-
ſech ſit nobilis & Principis Conſiliarius Digniſſi-
mus, & fide dignus cui' regulariter ſit credendum,
9 † homini etenim fide digno facile credendum eſt,
vt not. gl. in l. Titio fundus, ff. de condit. & demonſt. tamen
in quãtum loquatur de mãdato Principis ſibi facto
credere Poteſtas ei non tenebatur, *per tex. & ibi Bal.
& Doctor. in l. vnica, C. de mandatis Princip. & l. prohibi-
tum. Cod. de iur. fiſci libr. 10. & ita not. ibi Bartol. qui dicit*
10 *per illum text.* † quod Officialibus Principis non
creditur ſine literis, & ibi hoc etiam not. Bald. & i-
dem tenet *Ang. in l. conſentaneum in vlt. col. C. quomodo
& quando Iudex*, qui dicit quod licet regulariter cre-
datur nuntio: tamen nuntio Principis non creditur
ſine

ſine literis, *per d. l. vnicam niſi ſit Cardinalis, & per text. 97. diſt. nobiliſſimus & ita etiam vult, Io. An. in c. ad Apoſtolica de re iud. lib. 6.* Et iſta etiam eſt intentio dicti Illuſt. Principis, vt non credatur dictis ſuis conſiliarijs per D. Poteſtatem Tridenti niſi cum literis ipſius Principis, ex quibus poteſt argui de eius voluntate, *l. ſi ſeruum plurium, §. fin. ff. de leg. 1.* nam poſt latam ſententiam per D. Poteſtatem ſcripſit Princeps Domino Poteſtati & D. Sigiſmundo de Thono, qui fuit vnus de dictis duobus adiunctis, vt quędam ipſi Domino Capitaneo per ipſum D. Sigiſmundū ex parte principis referenda, fidem credulam illa vice tantum adhiberet, ergo videtur Princeps velle, quod alia vice ſine literis ei credere non debeat in his, quæ dependent ex mandato Principis: Si ergo dictus D. Poteſtas noluit credere D. Leonardo alteri adiuncto de mandato Principis, de quo non conſtat etiam adhuc, vt mihi aſſeritur, non fuit in culpa, & propter hoc ſententia ſua non fuit nulla. Secunda ratio eſt, etiam ſi fuiſſet nulla, tamen ex quo illa nullitas non fuit commiſſa, ſuper ea non debuerunt illi
11 duo Doctor. conſulere, nec in ea ſe fundare, † quia forma mandati diligenter eſt obſeruanda, *l. diligenter, in prin. ff. mandati c. cum dilecti, extra de reſcript. & c. cui de non ſacerdotali, in fin. de præb. in 6. & l. nō diſtinguemus, §. de offic. ff. de arbitr.* Non enim potuit Ser Leonardus habere iniuſtam cauſam litigandi propter nullitatem ſententiæ, de qua non erat diſputaturus, ſed tantum ſuper meritis cauſæ, in quibus cauſam iuſtam fouebat, ſecundum quod dicti quatuor Doctores conſuluerunt. Sed circumſcripta nullitate. Dico, quod res ſatis clara dici poteſt, quod nullo modo Ser Leonardus debuit in expenſis condemnari, à ſententia D. Poteſtatis citrà: quia cum tria ſint per Principem commiſſa dictis Doctoribus ſuper cauſa criminali, videlicet ſi Princeps eſt Iudex competens: & ſi appellatio eſt admittenda, & quid ſuper meritis cauſæ ſit iudicandum: & omnes illi quatuor Doctores conſuluerunt ſuper meritis iudicandum eſſe pro Ser Leonardo, videlicet ipſum debere abſolui; licet conſuluerint Principem eſſe Iudicem competentem, & appellationem debere admitti; tamen ipſe Ser Leonardus non debuit in ex-
12 penſis condemnari, † ſaltem debebat hinc inde
a fieri computatio, *a* ex quo quilibet videtur fuiſſe victor, & victus, *arg. c. Rayn. & c. Raynaldus, extra de teſtamentis, & hoc videtur tenere gloſſ. in l. generaliter. §. ſed iuramento in verbo diſpend. C. de reb. credi. & iur. iuran. & ita tenet Spec. in tit. de expenſis. §. nunc videndum verſ. fin.* qui dicit compenſationem eſſe faciendam quando vterque eſt victor, & victus, & idem tenet Innoc. & Doct. *in c. finem litibus extra de dolo & contu. & Bal. in auth. generaliter. C. de Epiſ. & cler. & in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudic. & in l. eos. §. cautione ver. ſed quid ſi Iudex appellationis. C. de appell.* vbi dicit, quod ſi Iudex reſcindit ſententiam in quinque, & in alijs quinque confirmat, non fiet condemnatio expenſarum, quia vterque eſt in pari cauſa. Et plus dicit, quod ſi vnus vicit in octo, alter in duobus, non debet haberi proportio numeri, ſed ſolum an & quatenus quis habuit iuſtam cauſam litigandi, *l. qui ſolidum, in prin. ff. de leg. 2.* Et ideo cum in caſu noſtro ita habuerit iuſtam cauſam litigandi Ser Leonardus propter merita cauſæ ſicut Auguſtinus propter competentiam Iudicis, & admiſſionem appellationis, & etiam propter nullitatem ſententiæ D. Poteſtatis, caſu quo fuiſſet nulla; nō debemus conſiderare proportionem numeri, ſed iuſtam cauſam litigandi vtriuſque, & maxime cum expenſæ non fuerint factæ veriſimiliter maiores propter dicta tria pronuntiata in fauorem Auguſtini, quam fuiſſent factæ propter ſola merita cauſæ, vt de ſe patet. Et per hoc patet, quod non obſtat, quod dixi ſupra in contrarium, videlicet ex eo, quod in pluribus iudicatum eſt pro Auguſtino debuit in expenſis Ser Leonardus condemnari, quia iſta pluralitas non attenditur, maxime cum illud ſolum in quo obtinuit Ser Leonardus præponderet alijs tribus, in quibus obtinuit Auguſtinus, *argu. l. quæritur hermaphroditu, ff. de ſtat. hom. cum ſimil.* vt dicetur in ſequen-
13 ti dubio principali. † Et quia in ſententia diffinitiua non debet condemnari in expenſis, niſi ille, qui reportat contra ſe finalem ſententiam, vt eleganter dixit Bal. *in l. eos. §. fin. in fin. C. de appellat.* Sed ita eſt, quod Auguſtinus ſolus reportauit contra ſe ſententiam finalem, ſcilicet ſuper meritis cauſæ, quæ imponit finem liti. Ergo ipſe ſolus deberet in expenſis condemnari, & non Ser Leonardus, vt dicetur in ſequenti dubio principali. Nec obſt. ſecundo quod dixi, appellatum qui ſuccubuit appellationi ex eo quod ſententia fuit nulla, debere in expenſis condemnari, quia illud non poteſt procedere in caſu noſtro, tum quia ſententia non fuit nulla, tum quia nullitas non fuit commiſſa nec ſuper ea, coram dictis quatuor doctoribus diſputari debuit, vt ſupra dixi. Præterea etiam ſi ſententia fuiſſet nulla, & ſuper ea potuiſſet iudicari: tamen ex quo etiam eſt cognitum, & diſputatum, atque conſultum ſuper meritis cauſæ in fauorem Ser Leonardi, debuit ſaltem expenſarum compenſatio fieri, *vt ſupra dixi.*
14 † Quod enim dicitur, quando pronuntiatur ſententia, etiamſi pronuntietur fruſtratoriè fuiſſe appellatum, appellatus debet in expenſis condemnari, procedit, quando non pronuntiatur ſuper meritis cauſæ, quia illa nullitas abſorbet illam fruſtratoriam appellationem, *vt patet per prædicta.* Secus ſi ſuper meritis cauſæ fuit pronuntiatum, vel conſultum, ſicut fuit in caſu noſtro, quia tunc ſaltem deberet fieri hinc inde compenſatio per ea, quæ dicta ſunt ſupra. Et ex iſtis concludo circa primum dubium, quod dicti duo Doctores, qui conſuluerunt Ser Leonardum eſſe in expenſis condemnandum, non rectè conſuluiſſe. Circa ſecundū, an dictus Auguſtinus debuerit, & debeat in expenſis condemnari factis in cauſa criminali, tam in principali, quam in cauſa appellationis primæ & ſecundæ, & in expenſis factis corā dictis quatuor Doctoribus, quam etiam poſt in hoc nouo iudicio. Et videtur prima facie dicendum, quod non, quia ex quo fuit Auguſtinus victor, & victus; videtur quod non debeat in expenſis condemnari, per ea quæ dicta ſunt in præcedenti dubio. Ego tamen teneo contrarium, videlicet, quod in omnibus expenſis condemnari debeat. Et primo in expenſis factis in cauſa principali,

pali, non videtur eſſe dubium, quia fuit victus & condemnatus in expenſis per D. Poteſtatem, & re-
15 cte, † quia victus victori regulariter in expenſis condemnatur, *vt l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudic. & ibi hoc not. per Doctor. & c. finem litibus, cum ibi not. extra de dolo & contum.* Nec poteſt dici, ſententia illa fuit nulla; ergò in expenſis non potuit condemnari, quia imo non fuit nulla, neq; de iſta nullitate fuit facta commiſſio, *vt dixi in præcedenti dubio.* De expenſis verò factis poſt illam ſententiam D. Poteſtatis, vſq; ad exhibitionem dictorum quatuor conſiliorum factam Principi, ſimiliter dico, ipſum Auguſtinum in expenſis debere condemna-
16 ri, † quia quando appellans ſuccumbit in cauſa appellationis, regulariter debet in expenſis condemnari, *vt eſt gl. in l. fin. ff. de appell. & eſt gl. 2. quæſt. 6. omnino, & Innoc. in c. ſæpe, extra de appell.* quod procedit,
b quando ex eiſdem actis *b* ſuccubuit, quia tunc præſumitur iniuſte litigaſſe, *vt not. Ioan. Ant. in c. iuris ignorantia, de reg. iur. in 6. & Bart. in l. properandum, § ſin autem reus, C. de iudic. & in l. generaliter, in §. ſed iuramento, C. de reb. credit. & iureiur. & in l. tutores qui poſt, §. tutor, ff. de admin. tut. & in l. fin. ff. de re iud. & Matth. de Mataſela. in 82. notab.* & aſſignant rationem, quando quis ſuccumbit ex eiſdem actis in cauſa appellationis, nō poteſt habere iuſtam cauſam litigandi, quia cum videbat acta primę cauſæ, debebat intelligere, ſe nō fouere iuſtam cauſam, & ſi non intellexerit, errauit in iure, quo non excuſatur, *c. iuris ignorantia, de reg. iur. in 6. cum ſimil.* Sed in caſu noſtro Auguſtinus fuit condemnatus, vel conſultum per dictos quatuor Doctor. ipſum debere condemnari in meritis cauſę ex eiſdem actis factis ante ſententiam; ergo non habuit iuſtam cauſam litigandi, & ideo debuit & debet in expenſis vtrinſque cauſæ condemnari. Et præſertim cum ſuccubuerit in meritis cauſæ, tàm in cauſa principali, quàm in cauſa appellationis, & in cauſa principali fuit in expenſis recte condemna-
17 tus. † Nec obſtat quod obtinuerit in cauſa appellationis, ſaltem in duobus, videlicet Illuſtr. Principem eſſe iudicem competentem, & appellationem ſuam admitti debere, propter quod videtur, quod ſaltem debeat fieri compenſatio expenſarum hinc inde, ex quo vterq; eſt victor & victus, *vt dixi in præcedenti dubio.* Quia reſpondetur, quod illud procederet, quando vterq; eſſet victor & victus in diuerſis capitulis principalibus, quorum vnus non haberet dependentiam ab alio, nec vnum capitulum eſſet præiudiciale alteri, puta, quilibet viciſſet in aliqua quantitate ſummæ, vel in aliqua re. Sed ſecus eſt, quando vnum capitulum eſt præiudiciale alteri, quia tunc ille ſolus intelligitur vincere, qui vincit in præiudiciali, quia alterum conſumitur cum eius finali victoria; imo plus in ſententia diffinitiua omnia capitula confunduntur, *vt l. cum quærebatur, ff. iud. ſolut.* & ille ſolus intelligitur vincere, qui vicit in diffinitiua, & ſibi debentur expenſæ finalis victoriæ, & omnium incidentium & emergentium, in quibus iuſte litigauit, & licet ante diffinitiuam ſententiam in ſingulis capitulis victus victori poſſit in expenſis condemnari, tamen in ſententia diffinitiua non debet condemnari, niſi ille, qui reportat contra ſe finalem ſententiam, *vt eleganter not. Bald. in l. eos. §. cautione, in fin. C. de appell.* ſed ita fuit in caſu noſtro, quia capitulum, ſuper quo iudicatum eſt in fauorem Ser Leonardi, eſt præiudiciale aliis duobus capitulis, ſuper quibus fuit conſultum in fauorem Auguſtini, & etiam capitulo nullitatis ſententiæ, ſi nulla fuiſſet, & ipſa nullitas commiſſa, & in ſententia diffinitiua obtinuit in meritis cauſæ ipſe Ser Leonardus ſolus; ergò ſolus intelligitur victor, quantum ad expenſas, in quibus Auguſtinus debet ſibi condemnari. De expenſis verò huius cauſę poſt dicta conſilia, ſi Auguſtinus ſuccumbit in meritis cauſæ, ſicut ſuccumbere debet ſine dubio, in expenſis debebit condemnari per prædicta.

ANNOTATIONES.

a Fieri compenſatio] *An & quando expenſa cum expenſis compenſari debeant, docet Alex. conſ. 54. in fin. lib. 5. & conſ. 212. nu. 5. lib. 7. & in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 25. ff. de verbor. obligationib. Doctor. in l. properandum, §. ſin autem, C. de iudic. vbi Iaſ. numer. 10. idem Iaſ. in §. bonæ fidei, in 5. memb. Inſtit. de actio. Bertran. conſ. 20. nu. 1. vol. 1. Lanfranc. in tit. de expenſis, nu. 12. & alij, quos citat Sebaſt. de Medicis in tract. de compenſat. in 1. part. quæſt. 10. nu. 10.*

b Ex eiſdem actis] *Doctor. in l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudic. vbi Iaſ. num. 42. Alex. conſ. 138. in fin. lib. 2. & conſ. 179. in fin. lib. 7. Panor. in c. finem litibus, num. 25. de dolo & contum. Felin. in conſ. 23. Corn. conſ. 181. vol. 3. cum alijs ample deductis per Borgninum. Caualc. deciſ. 15. num. 5. 6. & 7. in 1. part. vbi egregie declarat.*

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS MATERIARVM, DECISIONVM, ET QVÆSTIONVM MEMORABILIVM;

Quæ in ſecundo libro Reſponſorum ciuilium Bartholomæi Capellæ Veronenſis Iureconſulti clariſſimi continentur;

Ad laboris leuamen ac ſtudioſorum vtilitatem Alphabetica ſerie, ac diligenti calculo per DONATVM SALVTELLVM, Iureconſultum Veronenſem collectus & concinnatus.

A

ABBAS regulariter poteſt locare ad modicum tempus res Eccleſiæ abſq; conſenſu monachorum, vel conuentus conſ.47 nume.21

Abbas de iure communi poteſt ſine aliqua ſolemnitate, & Epiſcopi licentia locare res Eccleſiæ vſq; ad decem annos excluſiue conſ.47 nu.29

Abſentes de ciuitate ad ciuitatem biennii vacationem non habent, nec Reipublica abeſſe dicuntur conſ.23 nu. 15

Abſolutio à iuramento an & quando concedenda non ſit conſ.62 num.23

Actio quæ competit contra emptorem nauis pro mercibus, an etiam competat contra procuratorem generalem ſocietatum, pro quibus facta eſt emptio nauis conſ. 14 num.18

Actio iniuriarum ex bono, & æquo procedit conſ.35 num. 17

Actiones directæ ita affixæ ſunt oßibus domini, vt euelli non poßint, & illæ cedi non poſſunt, ſed illarum exercitium conſ.44 num.5

Actor ſi in poſſeſſorio probet quaſi poſſeßionem iuris corporalis an in petitorio releuetur ab onere probandi, quando hæc duo iudicia ſunt cumulata in eodem libello conſ.10 nume.6

Actor ſequitur forum rei etiam in interdicto vti poßidetis conſ.24 num.50

Actor etiam clericus, vel Epiſcopus ſequitur forum rei conſ. 24 num.56

Actor ſequitur forum rei, etiam ſi ſit quæſtio inter clericum, & laicum conſ.28 nu.1

Actus inter viuos in teſtamento fieri poſſunt conſ.54 nu.32

Actus licet ex aliquibus præſumtionibus illicitus iudicari poßit, attamen ſi à bono viro factus ſit, omnes ſuſpiciones tolluntur, & præſumptio contraria oritur conſil.51 num.19

Actus proteſtationis contrarius ipſam proteſtationem tollit conſ.46 nu.14 & 21

Addere non eſt impugnare conſ.51 nu.25

Adoptari quis non poteſt pro patre conſ.50 n.8

Aduerſatiuæ natura eſt repetere qualitatem appoſitam in præcedenti. Idem in dictione, quamuis conſ.27 nu.12

Aequitas eſt fundamentum interpretandi leges conſ.20 num.34

Aeſtimatio rei venditæ ad effectum reſcißionis contractus ob læſionem debet referri ad tempus venditionis conſ.51 nu. 33 & num.38

Aeſtimatores non poſſunt æſtimare rei valorem de præterito conſ.51 num.33

Affinitas teſtem non repellit, licet is tunc non ſit omni exceptione maior conſ.47 nu.13

Agens patiente nobilius eſt conſ.3 nu.7

Agens ante petitam abſolutionem à iuramento incidit in periurium, nec amplius audiri debet conſ.62 nu.24

Agendi modus ſemper inſpiciendus eſt conſ.14 nu.19

Agnatus ita dicitur filius ex vno parente tantum, ſicut ex vtroq; conſ.66 nu.14

Alienatio feudi per vaſallum facta, an & quando noceat eius filiis conſ.44 nu.18

Alienatio rei Eccleſiæ eſt prohibita conſ.46 nu 4

Pro alienationibus rerum Emphyteuticarum de iure niſi quinquageſima debetur & conſuetudo contraria eſt probatur conſ.51 num.28

Alieno iuri derogare velle in dubio quis non præſumitur conſ.12 num 14

Alimenta iudicis officio petuntur quando quis non habet vnde ſe alat conſ.8 nu.2

Allegans turpitudinem ſuam audiri non debet ſecus ſi per viam exceptionis allegetur, vel per doli replicationem tollatur conſ.51 nu.27 & nu.29

Allegans ſe ſpoliatum per literas, & petens eas reuocari, an teneatur reuocationem petere cenſeatur, ad hoc vt dicatur actor vel reus, & an id principaliter, vel incidenter facere intelligatur, & quomodo nume.8 & 10 conſil.29 nume.1

Allegans alterius poſſeßionem eſſe vitioſam, obtinere debet, quando altera pars nihil dicit conſ.10 nu.59

Alteri per Alterum iniqua conditio inferri non debet conſ. 15 num.21

Noſtrum ſine facto noſtro, à nobis auferri non debet.

Alteri

Alteri ſtipulari nemo poteſt ſecus quando verba executiua ſunt collata in perſonam ſtipulantis, & quomodo conſ. 54 nu 6 & nu.7 & 9
Et quid ſuper obſeruantia teſtamenti nu.6
Alternatiua, vel, aliquando reſoluitur in coniunctiuam conſi.56 nu 5
Anullatio actus pœna ſaltem largo modo dici poteſt conſi. 64 num.11
Appellatione fratris maſculi ex linea paterna venit ita frater ex parte patris tantum ſicut frater vtriuque coniunctus conſ.55 nu.34
Appellationis verbo venit etiam nullitas conſi.67 n.2 & n.8
Appellans quando in cauſa appellationis ex eiſdem actis ſuccumbit regulariter in expenſis condemnari debet conſ. 67 num.26
Apuliæ Regnum licet totum ſit feudale Eccleſiæ, tamen ſingularia feuda ſunt de directo Regis Domino conſ.34 n.36
Argumentum à verbis factum narrantibus non eſt validum conſi.10 nu 36
Argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis validū eſt conſ. 19 num.11
Argumentum à contrario ſenſu ſumi non debet quando abſonus intellectus reſultaret conſi.31 nu.11
Argumentum de toto ad partem valet conſi 34 nu.20
Argumentum ab antecedenti deſtructo valet conſi.41.nu.23
Vbi deſtruitur antecedens, conſequens neceſſario deſtruitur ibid.
Argumentum à ſolitis, & communiter accidentibus valet conſi.46 nu.43
Argumentū à contrario ſenſu eſt validū in iure conſ.56 n.33
Arma gerens malum animum habere præſumitur conſ.16 num.19
Arma etiam ſi deponantur, non tamen ipſorum timor ceſſare dicitur, maxime ſi ſunt in poteſtate deponentium conſ.16 nu.30
Armorum terror eſt iuſta cauſa metus conſi.16 nu.18
Articulus proprietatis admittitur vbi de poſſeſſione agitur ſi articulanti prodeſſe poteſt conſi.10 nu.25
Aſſertioni magni viri creditur abſq; iuramēto conſi. 8 n.22
Auctores cadis teſtatoris ſi non reperiuntur non obeſt heredibus conſi.64 nu.18 & nu.50
Augmentatio quando eſt intrinſeca illud quod eſt ſtatutum in re augmentata in augmento intrinſeco locum habet conſil.57.num.20
Augmentatio quando de re aliqua fit ſimpliciter, & non ſecundum quid, illud quod eſt ſtatutum in principali etiam in augmento tacite ſtatutum & repetitum eſſe cēſetur conſil.57 num.21

B

BELLI tempore factum eſſe dicitur, quod ante vel poſt immediate factum eſt conſi.31 n.19
Beneficium quod habeo propter te, etiam te inuito vti poſſum conſi.15 nu.17 & nu.34
Bona acquiſita per vnum ex fratribus qui vnum ſolum ex ipſis inſtituit, quomodo diuidi debeant inter alios fratres excluſos, & eorum nepotes filios fratris inſtituti, ſtante communione inter eos conſi.52 nu.6
Bona damnatorum hodie licet publicentur, attamen deſcēdentibus applicantur ſi extant, & non fiſco conſi 38 n.11
Bona Eccleſia Regni ſubiecta non ſunt conſi.3 nu.34
Bona Eccleſiæ, vt tributaria efficiantur, fieri non poteſt conſil.3 nu.35
Bona & lucra acquiſita per fratres ſtantes in communione, an cum nepotibus ex altero fratre æqualiter ſint diuidenda, quando vnus habet plus in bonis quam alius conſ. 52 nu 13 & nu. 27 & 29
Bona laicorum deſcripta in cataſtro communis pro collectis, vel tributis an ſi transferantur in Eccleſiam tranſeant cū illo onere ſoluēdi collectas, vel tributa cōſ.3 n.33.36 & 46
Bona pro collectis ſunt hypothecata, & cum illo onere ad quoſcunque transferuntur con.3 n.43
Bona pro quibus ſoluitur tributum, pro ipſo obligata atque hypothecata ſunt conſ.3 nu.42
Bonum & æquum arbitriū quoduā dicatur. conſ.54 n.44
Breuitas temporis fraudem arguit. conſ.53 nu.26

C

CASVS omiſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis conſ.21 nu.14 conſ.19 n. 26 conſ.59 nu.7 & 14 & conſ.32 nu.19
Caſus omiſſus à ſtatuto habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis, conſ.20.nu.10. & nu.20. & conſ.47 nu.35 ac conſ.55 nu.30 & conſ.66 nu.3.
Caſus omiſſus in compromiſſo remanet in diſpoſitione iuris communis, & ſtatutorum conſ.37 nu.3
Caſus omiſſus a ſtatuto habetur pro expreſſo, ſi ſtatuentes ita veriſimiliter reſpondiſſent, ſi de eo fuiſſent interrogati conſ.64 nu.16
Caſtri cuſtodiam ſi quis aſſumpſerit vſque ad ſex menſes, & fideiuſſorem dederit, ſi finitis ſex menſibus in cuſtodia remanſerit, & caſtrum deperdatur, fideiuſſor non tenetur conſ.26 un.7
Cauſa qualibet Principis motiua habetur pro iuſta conſ.22 num.12
Cauſa ſemper debet attendi conſ.27 nu.22
Cauſa appellationis licet delegari non poſſit, iudex tamen melius faciet ſi de alterius cōſilio iudicabit conſ.48 nu.6
Cauſa criminalis dicitur quando pœna venit applicanda fiſco conſ.48 nu.12
Cauſa vel ratio ſola quando aſſignari poteſt habetur pro expreſſa conſ.62 nu.12
Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat à dolo conſ.54 nu.59
Cauſa finalis dictum reſtringit conſ.63.nu.8
Cauſa qualibet excuſat à dolo, vel à pœna, ex quo pœna ſequatur conſ.36 nu.30 & nu.45
Cautela vt filius in legitima grauari poſſit conſ.13 nu.22
Cautela vt fideiuſſores liberentur ante debiti ſolutionem. conſ.26 nu.3
Cautela vt filius, qui ex contractu ſuo poteſt conueniri, & carcerari, non teneatur niſi in quantum facere poteſt conſ.27 nu.37
Cautela vt præſcriptio non patrocinetur conſ.46 num.26
Ceſſante cauſa finali, & diſpoſitio ceſſare debet conſ.9 nu.17
Ceſſante cauſa ceſſat effectus conſ.49 nu.15
Ceſſante labore, ceſſat etiam legatum ipſius laboris contemplatione relictum conſ.49 nu.16
Ceſſio vbi non valet, exceptio contra exigentem ex illa ceſſione opponi poteſt conſ.11.nu.15
Charitas liberorum maxime expreſſa maior eſt, quam tacita iuris interpretatio conſ.42 nu.11
Chriſtianis cum infidelibus morari, & cōuerſari an liceat conſ.31 nu.28 & nu 40
Chriſtianis infidelium auxilio vti ad ſuam defenſionem licitum eſt conſ.31 nu.35
Chriſtus vbi non eſt principium ibi nullius boni operis poteſt eſſe fundamentum conſ.19 nu.1
Chirographum trino teſte notatum eandem vim habens ſic vt in-

ut inſtrumentum publicum conſ.33 nu.8
Citatio generalis etiam Clericum comprehendit conſ.30 n.5
Per citationem generalem videntur vocati, qui vocari poſſunt conſ.30 nu.11
Citatus & contumax etiam coram alio iudice conueniri poteſt, & ſic iudicium a citatione non incipit, quando citatus eſt contumax conſ.14 nu.32
Ciuitas vel Princeps per generale ſtatutum ius alterius tollere poteſt ſecus per ſtatutũ contra particulares cõſ.38 n.24
Ciuitatis intereſt, ſubditos habere locupletes conſ.19 nu.15
Ciuitates aliæ præter Romanam habentur loco priuatorum conſ.23 nu.2
Ciuitates Italiæ habent merum & mixtum imperium vel ex pace conſtantiæ, vel ex antiqua conſuetudine conſ.34 numo.15
Clamans ne interficiatur mortis timorem habere conijcitur conſ.16 nu.22
Clauium traditio operatur poſſeſſionis tranſlationem conſ.40 num.14
Clauſula ſicuti tibi videbitur & placuerit, liberum arbitriũ ſignificat conſ.15.nu.29
Clauſula in fine appoſita refertur ad omnia quando alia ratio non ſubeſt conſ.17 n.16
Clauſula pro & ſe hæredibus, in materia feudali intelligitur de hæredibus ſanguinis conſ.24 num.19
Clauſula in fine appoſita ad omnia præcedentia refertur conſ.27 nu.13 & nu.50
Clauſula non ſe aſtringent &c. in libello poſita qui importet conſ.28 nu.11
Clauſula ad probatum habendum, non ampliat primam ad probandum in aliis terminis quam ipſa prima loquatur, ſed tendit ad perfectionem primæ conſ.37 num.16
Clauſula ad habendum meliorandum, & non peiorandum conuenit emphyteutæ, ſiue libellario, non autem ſimplici conductori conſ.46 nu.8
Clauſula quod ſi conductor ſua melioramenta vendere voluerit teneatur denunciare locatori, ſolet apponi ſolummodo in inſtrumentis emphyteuſis, ſiue libelli cõſ.46 n.9
Item in clauſula quod poſſit donare nu.11
Clauſula ſtatuti Veronæ de compromiſſis libro 2. capit. 122. quod arbitri poſſint bona fide terminare quomodo intelligatur conſ.54.nu.43
Clauſula ſtatuti quod arbitri poſſint procedere ſummariè de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, non facit quod poſſint contra ius pronuntiare, ſi Papa mandat procedi ſine figura iudicij, ſemper legitimæ exceptiones ſaluæ eſſe intelliguntur conſ.54 nu.46
Clauſula tam de iure quam de facto, non dat arbitris facultatem tollendi ius alteri quæſitum, & licet propter illam poſſint facere præter legem, non tamen poſſunt facere contra legem. conſ.54 nu.48
Clauſula ſtatuti, Si, & prout ſibi melius videbitur, non facit vt contra ius ſcriptum poſſit pronũtiari conſ.54 n.49
Clauſula ex qualibet alia ratione vel cauſa, ſignificat omnẽ cauſam quæ excogitari poſſet conſ.62 nu.04
Clauſula de iure & de facto, quid importet conſ.65 nu.4
Clauſula inſolita fraudis ſuſpicionem inducit conſ.10 n.44
Cũ clauſulam ſtatuti omni iuris ſolemnitate omiſſa, arbitri non poſſunt contra iuris determinationẽ pronuntiare vbi tractatur de iuſtitia vel iniuſtitia cauſæ conſ.54 nu.47
Clericus an in feudo ſuccedere poſſit conſ.24 num.23
Clericus citatus à iudice laico ad contradicendum tenuta,
coram eo comparere non tenetur, & ſi compareat, dicitur potius actor quam reus conſ.28 nu.17
Coacte & per metum quis feciſſe dicitur quando in continenti cum ſuit in libertate reclamauit conſ.16 nu.41
Cognatio vel affinitas per illicitum coitum contrahitur quo ad impediendum matrimonium, non quo ad ſucceſſionem conſ.1 nu.5
Cognatio ex linea materna nõ paterna deſcendit cõſ.1.n.21
Cognatio eſſe non poteſt vbi nuptiæ prohibitæ ſunt conſ.1. num.22
Cognatio inter eos inter quos ſunt prohibitæ nuptiæ eſt de iure improbata conſ.2 nu.17
Cognatio inter prohibitos, nuptias inuicem contrahere licet quo ad impediendum matrimonium conſiſtat, tamen quo ad ſucceſſionem nulla eſt conſ.2 nu.18
Cognati vbi propter agnatos à ſtatuto excluduntur, ibi frater vtrinque coniunctus non excludit conſanguineum coniunctum ex parte patris tantum conſ.06 nu.10 & nu.15
Colonus vel conductor ſimplex non poſſidet ſed ſecus emphyteuta ſiue libellarius conſ.46 nu.12
Colonus ſeu conductor ad modicum tempus non præſcribit conſ.47 num.3
De collegio vel vniuerſitate recedens an poſſit petere partem bonorum illius collegij vel vniuerſitatis conſ.57 n.9
Collecta quæ dicatur conſ.3.nu.5
Collectæ pedagia, & vectigalia an ab aliquo quam ab imperatore imponi poſſint conſ.3 num.19
Commodans cum aliquo iniuriam & metum, an remittere dicatur conſ.16 nu.33
Familiaritas maior eſſe dicitur in cibo quam in loquela.
Commode viuere quis dicitur, ſecundum conditionem ſuam licet ſit pauper conſ.27 nu.40
Comes cui legitimandi priuilegium à Principe conceditur, poteſtatis plenitudinem non habet conſ.22.nu.15
Commiſſa cauſa appellationis an videatur commiſſa cauſa nullitatis conſ.67 nu.8
Commiſſio principis eſt ſtricti iuris conſ.67.num.6
Commiſſio facta ſuper meritis cauſæ non comprehendit nullitatem ſed ſolum negotium principale conſ.67 nu.4
Comparens ad citationem generalem dicitur reus voluntarius conſ.30 nu.4 & nu.7. & 10
Comparens ad defenſam, ſi vltra illam aliquid petat, dicitur actor conſ.30 nu.6
Compromiſſum factum de re Eccleſiaſtica abſque ſuperioris licentia an & quando valeat conſ.65.nu.5
Compromiſſum factum inter communitatem, & monaſterium cum ſuperioris licentia de iure, & de facto an valeat conſ.65.nu.1
Commune vel vniuerſitas poteſt in vno tantum remanere & conſiſtere conſ.57 nu.26
Communis loquendi vſus deduci, & probari debet, alias ei non ſtatur conſ.33 n.14
Communis vſus loquendi attendi debet conſ.67.nu.5
Communis opinio ſequi debet conſ.37 nu.14
A communi obſeruantia & practica non eſt recedendum conſ.14 nu.34
A communi opinione in iudicando & conſulendo non eſt recedendum conſ.42 nu.16 & conſ.51.nu.64
Conceſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus conſ.34 n.33
Concilia generalia tanquam Euangelia ſeruanda ſunt, & contra illa non valet nec tenet conſuetudo vel conſtitutio conſ.4 num.8
Concluſio in cauſa quando dicatur conſ.37 nu.12

Concluſio

Concluſio libelli ſemper eſt attendenda conſ.29 nu.4
Cõcordia maritalis omni lucro præferri debet conſ.60 n.34
Concubinatus de iure canonico eſt prohibitus conſ.60 n.29
Concubitus ſacerdotis cum muliere ex vtraque parte eſt punibilis conſ.41 nu.6
Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, an intelligatur de liberis maſculis, & fœminis, an vero de maſculis tantum. conſ.17 nu.1. & nu.12
Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, quando non teſtatur de hereditate conſeruanda, ſed de fideicommiſſo noniter quærendo conſ.17 nu.5
Conditio fruſtra expectatur, cuius euentus nihil operatur. conſ.18 num.12. & conſ.60 nu.18.
Conditio habetur pro impleta, quo ad illum per quem non ſtetit vt impleretur conſ.18 nu.13
Conditio l. diffamari datur illi, qui eſt in poſſeſſione, & ſic reo conſ.24 nu.52
Conditio voluntaria in teſtamento appoſita, debet impleri in forma ſpecifica conſ.49 nu.14
Conditio per teſtatorem filiæ inſtitutioni adiecta, quod eius gener concubinam expellat extra territorium, an tanquam impoſſibilis ſit reijcienda. conſ.60 nu.36
Conducens nauim pro vehendis rebus Venetias, & ibi ſit deſtinata ſolutio, an ſi non conducatur, locator Venetiis conueniri poſſit ad pretium vel ad intereſſe conſ.14 nu.8
Confeſſio nocet confitenti conſ.9 num.7
Confeſſioni alicuius contra ſe ſtandum eſt. conſ.9 nu.14 & conſ.51 nu.14 & nu.24
Confeſſio facta in teſtamento perinde eſt ac ſi facta eſſet inter viuos conſ.54 nu.32
Confeſſio facta in teſtamento alicui præſenti, & acceptanti quod eſt eius debitor, an valeat, & teneat, nec reuocari poſſit. conſ.54 num.31
A confeſſione facta in libello recedendum non eſt. conſ.28 nume.10
Confeſſoria actio quando & cui competat conſ.10 nu.4
Confeſſus contractũ ſed nullum, ſibi non præiudicat. conſ.9 nu.15
Confeſſus in alio iudicio poteſt negare quod prius confeſſus fuerat. conſ.51 nu.31
Confirmatio cenſetur facta cum omnibus qualitatibus quas habebat res confirmata conſ.24 n.14
Confirmatio facta per principem intelligitur ſine tertij præiudicio conſ.44 nu.22
Coniuncti præſumuntur ſcire facta coniuncti conſ.9 nu.26
Coniuncti ex perſona fœminini ſexus ſunt cognati conſil.41 num.11
Coniunctorum appellatione ſpurius non continetur. conſ.2 num.19
Coniunctorum effectus talis eſt, qualis eſt eorum natura. conſ.24 num.31
Conſilio ſapientis ſi aliquid committitur, poterit iſte ſapiẽs omnia facere, quæ ſunt de more & conſuetudine ciuitatis conſ.55 nu.18
Conſtitutio Epiſcopi quod Abbates non poſſit locare vltra tempus anni an valeat conſ.47 nu.27
Conſtitutio Epiſcopi, quæ vertitur in detrimentum Eccleſiarum non valet conſ.47 nume.30
Conſtitutio Epiſcopi, per quam reſtituitur libera facultas contrahendi non valet conſ.47 nu.31
Conſtitutio ſynodalis facta per Epiſcopum ſuper aliis, quam ſuper eius iuriſdictione non valet, niſi ſi quorum intereſt conſentiant, vel ſint præſentes conſ.47 nu.33
Conſtitutio, vel ſtatutum diſponens contra ius commune debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quam fieri poteſt conſ.47 num.34
Conſuetudo eſt optima legum interpres conſ.9 nu.12 & conſ.39 nu.35
Conſuetudo eſt Vincentiæ quod de campis redactis ad prata decima non ſoluatur conſ.11 nu.22
Conſuetudo, quod decima de aliquibus fructibus non ſoluatur valet conſ.11 nu.30
Conſuetudo eſt in Vincẽtino & Patauino diſtrictu, quod de pratis decima non ſoluatur, idem de campis reductis ad prata. ſecus eſt de Veronenſi conſ.12 nu.27
Conſuetudo, vt de aliquibus decima non ſoluatur, an induci poſſit, & contra quot conſ.12 nu.31
Conſuetudo vel præſcriptio quadraginta annorum in præiudicium Eccleſiæ in decimis non valet, & quid in aliis conſ.13 nu.31 & 36
Conſuetudo in decimis valet, & attenditur conſ.13 nu.37
Conſuetudo iuriſdictionem tribuere poteſt conſ.14 num.35
Conſuetudo ducendi vxorem ad domum viri quantum tẽpus exigat conſ.18 nu.14
Conſuetudo vt probetur requiritur, quod ita ſit in decennio obſeruatum, & iudicatum fuerit conſ.23 num.13
Conſuetudo alicuius loci non ſoluenti decimas, licet non excuſet, tamen ſi eſt conſuetudo vniuerſalis populi, vel Prouinciæ quicquid ſcribat Papa excuſat à peccato conſ.36 nu.18
Conſuetudo Regni non debet interpretari contra vtilitatem totius Regni conſ.20 nu.27
Conſuetudo etiam in alienatione rei Eccleſiæ ſeruanda eſt conſ.49 nu.23
Conſuetudo teſtatoris attenditur conſ.53 n.24
Conſuetudo regionis in dote conſtituenda ſi eſt varia an ſit attendenda maior, media, vel minor ſumma, aut quæ conſ.55 nu.12 15 & 16
Conſuetudo regionis ſi diuerſa eſt in dotis conſtitutione recurritur ad ius commune conſ.55 nume.16
Conſuetudo habet vim pacti, legis, vel priuilegij conſ.57 num.2
Contra conſuetudinis formam nihil faciendum eſt conſ.57 num.14
Quæ de conſuetudine licita ſunt extenduntur de ſimilibus ad ſimilia conſ.57 nu.24
Contractus ſpecies niſi cognoſcatur eius natura intelligi non poteſt conſ.3 nu.2
Contractus libellarius an ad tempus fieri poſſit conſ.9 nu.1 & nu.9
Contractus libellarius an in ſcriptis debeat celebrari conſ.9 nu.3 & nu.11 & 12
Contractus regulariter claudicare non debent conſil.13 num.33
Contractus, vel ſtipulatio quando ſuper re interponitur quæ de ſui natura ad filios & heredes tranſit, ſi filii, vel heredis mentio fiat, talis contractus, vel ſtipulatio pro ſuperuacua habetur conſilio 15. numero 4. & numero 15
Contractus an fiat ſimpliciter pro ſe, vel pro ſe & deſcendentibus maxima eſt differentia conſ.15 nu.12
Contractus metu celebratus propter malos mores improbatur conſ.16 num.5
Liberum arbitrium eſt ſupremus theſaurus à Deo homini elargitus.
Contractus ex conuentione legem accipiunt conſ.24 nu.39

Contractus natura intelligi non poteſt, niſi actionis nomen cognoſcatur conſ.24 nu.57
Contractus regulariter ſunt de iure gentium conſil. 38 num.21
Contractus libellarius ſimpliciter dominium in poſſeſſione non conſtituit conſ.43 nu.14
Contractus in dubio iudicatur, prout ipſius inſtrumenti tenor ſonat conſ.46 nu.1
Contractus emphyteuticus ſiue libellarius poteſt appellari locatio perpetualis conſ.46 nume.13
Contractus quando nomine aliquo nominatur ſi veritas eſt in contrarium, de eo non eſt curandum, nec contractus vitiatur, nec deſinit eſſe qui in veritate eſt conſil. 46 num.17
Contractus emphyteuticus, vel libellarius de ſui natura eſt perpetuus conſ.46 nu.19
Contractus ſuperficiarius quando cenſeatur, & quid ad hoc requiratur conſ.43 nu.33
Contractus quando non poteſt valere, prout eſt nominatus, potius innominatus quam nominatus iudicatur conſ. 46 nu.34
Contractus innominati regulariter iudicantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilãtur conſ.46 nu.37
Contractus an & quando potius venditionis, vel pignoratitius in dubio dijudicetur conſ.51 nu.60
Contractus in dubio celebratus fuiſſe intelligitur ſecundum tractatum praecedentem conſ.51 nu.57
Contrahentes in dubio ita videntur velle contrahere, vt cõtractus valeat conſ.51 nu.77
Contractus innominatus ſi fiat ſuper prohibito, & alter ex parte ſua adimpleuit, an etiam alter ex parte ſua adimplere teneatur conſ.54 nu.23 & 36
Ex contractu agere non poteſt ille, cuius fauore eſt celebratus, ſi in eius perſona, vel alterius eius nomine non eſt cõcepta promiſſio conſ.5 nu.9
In contractu emphyteutico, vel libellario pro mercede poteſt interuenire aliud quam pecunia conſ.46 n.20
Contrarietas quae non attingit negotium principale nõ nocet, licet teſtium fidem minuat conſ.47 nu. 10 & 12
Contrarietas quo ad diuerſos effectus allegari poteſt conſ.51 nu.26
Contraria allegans non eſt audiendus conſ.51 nu.24
Contrariorum eadem eſt diſciplina conſ 20 num.36
Contumax vt audiatur ſuam contumaciã purgare, & expenſas ſoluere debet conſ.14 num.33
Conueniri quis poteſt in loco vbi aſſidue conuerſatur, licet ibi domicilium non habeat, etiam pro contractibus alibi geſtis conſ.14 nume.24
Conueniri quis poteſt in loco vbi ex parte vtriſque contractus adimpleri debuit, & declaratur num.20 conſ.14 num.9
Conueniri quis non poteſt vbi contractus non eſt celebratus conſ.14 nu.9
Copula, &, ponitur inter diuerſa. conſ.46 nu. 40. & conſil. 38 nu.4
Copula, &, principaliter coniungit non acceſſorie, ſecus in dictione, cum conſ.29 nu.9
Copula, &, quãdo ponitur inter genus, & ſpeciẽ limitationis cauſa prout, id eſt, poſita eſſe intelligitur conſ.15 nu.10
Copula, &, de ſui natura eſt repetitiua qualitatis praecedẽtis conſ.27 nu.9
Copula, &, duo diuerſa coniungit conſ.63 nu.5
Copula natura eſt coniũgere ea quae ſunt eiuſdem generis & qualitatis, maxime quando eſt continuatiua, & coniũcta cum dictione, ſi. conſ.27 num.10
Copula natura eſt, vt copulatorum concurſum, & vtrunque verum eſſe requirat conſ.63 nume.5
Ad copulatiuae veritatem requiritur, quod vtraque pars ſit vera conſ.63 nu.8
Correi ſi duo ſunt, an ſit vna, & eadem obligatio conſ.52 nu 1 & 3
Correi an ſi duo ſunt, & obligatio alterius reſpectu ſit nulla, etiam quo ad alterum nulla eſſe dicatur conſ. 52 nu. 1 & 4
Creditum fabricae monaſterii redactum per teſtatorem in ſcripturam priuatam, an cenſeatur factum in fraudem filiorum, vt minor eſſet eorum legitima conſ.53 nu.23
Creditorum appellatione continentur ſi quibus debetur ex quacunque actione ex contractu ſiue pure, ſiue in diem, ſiue ſub conditione. conſ.38 nu.1
Culpa patris per quam filius eſt exhaeredatus filio non nocet conſ.1 nu.11
Culpa lata eſt ignorare quod omnes ſciunt conſ.36 nu.46
Culpa lata requiritur ad hoc vt contrafaciens incidat in poenam pecuniariam, ſed leuis nõ ſufficit. conſ.36 nu.47
Cultura praedia meliorantur conſ.51 num.3
Cuſtos animalium ſi ea dimittit in loco, vbi communiter dimitti ſolebant, & lupus ea comedat, excuſatur conſ.36 num.43

D

Damnatorum bona quando publicantur intelligitur reſeruatum ius creditorum & dotium conſ.38 n.2
Debitor pro aliquo fundo, ſi ex eo fructus percipit, ad intereſſe per partes limitatum tenetur, nec vſura dicatur conſ. 4 num.34
Debitor neceſſarius legando creditori animo computandi id egiſſe cenſetur conſ.5 nu.24
Debitor pignoris dominus remanet conſ.6 nu.9
Debitum lucri dotis ex forma ſtatuti eſt neceſſarium. conſ.5 num.15
Debitum ex cauſa fideicommiſſi dicitur debitum ſpe, debitum vero ex teſtamento non dicitur debitum nec re nec ſpe. conſ.62 n.9
Deceptus an quis dicatur, ſi ſibi non ſeruentur promiſſa à lege tamen improbata conſ.53 nu.50
Decima eſt ius ſpirituale quam laicus praeſcribere non poteſt conſ.11 nu.2
Decima foeni an ſolui debeat de pratis, quae erant agri aratorij de quibus decima ſoluebatur, ſi de pratis in locis decima ſolui non ſolet conſ.12 nu.19 & 24
Decima de quibus ſolui debeat conſ.12 num.20
Decima an in totum vel in parte praeſcribi poſſit conſil.12 num 21
Decima de pratis reductis ad culturam ſolui debet. conſ.12 num.23
Decima foeni an debeatur ex pratis, quae prius erant agri aratorij, ſtante conſuetudine, quod de agris aratoriis decima debeatur non autem de pratis antiquis conſil.13 num.30
Decimae iniuſte petenti ſolui non debent, ſed Eccleſiae parochiali conſ.11 nu.13
Decimae in totum vel in partem praeſcribi non poſſunt. conſ. 11 nu.19 & nu.26
Decimae de quibus debeantur conſ.11 nu.21
Decimae contra laicum praeſcribi poſſunt conſ.11 nu.24

Decima

Decima propter ſpiritualia præſtantur conſ.12 nu.9
Decimam poſſidens à tanto tempore citra cuius non extat memoria in contrarium, ante cõcilium Lateranenſe, & ſic licite poſſidere præſumitur conſ.12 nu.30
Decimarum appellatione non veniunt nonalia conſ.12 n.25
Decimarum infeudatio hodie eſt reſtringenda conſ.12 nu.6
Decimarum priuilegio ſimpliciter conceſſo non veniunt decima, in cuius poſſeſſione alicuim inueniatur conſil.12 num.26
Decimarum alienatio abſque Epiſcopi conſenſu eſt prohibita. conſ.25 num 3
Declaratio l.ſi quis inceſti, C.de inceſtis nuptiis, conſ.2.n.21
Declaratio ad dictũ Caſt.in l.ſi ita quis, §.ea lege, ff.de verb. obl. conſ.6 nu.7
Declaratio ad tex.in c quia circa, extra de priuilegiis. conſ.12 num.29
Declaratio ad doctrinam Bart. in l. Gallus, §. etiam. ff. de liberis & poſthumis, & in l.fin.ff. ad Trebell. conſ.17 num.37
Declaratio ad deciſionem Rotæ Romanæ 461. in antiquis. conſ.26 num.12
Declaratio ad ſtatutum Veronæ de tenuta recuperanda lib. 2.cap.65 conſ.29 nu.15
Declaratio ad tex.in l.Paulo Callimacho §.1.ff.de leg 3.con. 62 nu 1.3.11.& 19
Declaratione in re clara opus non eſt conſ.55 num.7
Decretum Principis ligat contrauenientes ſaltem poſt duos menſes à tempore publicationis conſ.36 nu.1 & nu.31
Decretum Principis habet vim legis conſ.36 nu.6
An ad hoc vt lex vel Principis decretum valeat & effectum ſortiatur, tria ſunt neceſſaria, & quæ ibid.
In decreto prohibitiuo vtriq; pœna imponitur, omniũ conſenſus in contrauenicndo non ſufficit conſ.36 nu.3 & 25
Defuncto an iniuria fieri poſſit conſ 35 nu 1 & 4
Delicta tanto ſunt grauiora, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam. conſ. 36 nu.5
Delinquere nemo præſumitur. conſ.22 nu.19 & conſ. 53 num.24
Delinquendi materia dari non debet conſ.35 nu 19
Deportatus ſi a Principe reſtituitur quo ad bona alteri quæſita reſtitutus non intelligitur conſ.19 nu.32
Deſcendentes ex filiis ſpuriis nati ex damnato coitu, licet ſint legitimi an poſſint adinuicem ſuccedere conſ.41 n.16
Per deſuetudinem an & quando lex tollatur. conſ.36 nu. 7 20 & 21
Determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariter determinare conſ 17 nu.14
Deus licet omnia poſſit Virginem tamen proſtitutam reintegrare non poteſt conſ.24 nu.33
Dicens ſe ſpoliatũ aduerſarium poſſidere præſumit conſ.29 num.2
Dicta Doctorum & glo. debent intelligi ſecundum legem quam allegant conſ.2 nu.23
Dictio, &, poteſt exponi prout id eſt conſ.1 nu.20
Dictio, tamquam, eſt impraprietatis conſ.9 nu.31
Dictio, etſi, eſt continuatiua, & repetitiua caſus, & qualitatis præcedentis conſ.17 n.47
Dictio, quaſi, non eſt expreſſiua veritatis conſ.21 nu.4
Dictio, nihil, eſt vniuerſalis negatiua, & omnem diſsimilitudinem excludit conſ.22 nu.21
Dictio, ſed etſi, de ſui natura aduerſatur his, quæ ſunt eiuſdem generis conſ.27 num.11
Dictio, maxime, quandoque abundat conſ.51 nu.75
Dictio, in, ſignificat actum loci vel rei conſ.64 nu.20
Dictio, etiam, implicat caſum ſimilem conſ. 66 nu.2
Dictiones, tamdiu, quandiu, & quouſq;, perpetuam excluſionẽ non ſignificant, ſed temporalem ſuſpenſionẽ conſ.31 num.29
Dies mortis eſt incerta conſ.64 nu.45
Diffamans dicitur vere actor conſ.24 nu.58
Differentia vtrinque coniunctorum & ex vno latere tantũ de iure communi non habet locum in ordinatione teſtamenti, ſed ſolum in ordinatione ab inteſtato conſ. 66 nu.12
Difficilius tolluntur iam facta, quam impediuntur facienda. conſ.55 nu.42
Difficultas in aliquo faciendo quãdo non noceat. conſ. 60 num.36
Dilatio qualibet regulariter eſt peremptoria. conſ.37 nu. 2 & 5
Dilatio data ad probandum intelligitur eſſe data per omne genus probationis conſ.37 nu.6
Dilatio data de partium concordia ſub certo modo, an mutari poſſit abſque ipſarum partium conſenſu conſ.37 nu. 17 & 23
Dilationes ſiunt ob publicam vtilitatem, propter lites terminandas conſ.37 n.28
Diligens inquiſitio præcedere debet vt quis non reperiri dicatur & excuſetur is, qui denuntiare teneatur conſ.64 num.44
Diſparitas perſonarum vbi reperitur, verba ad perſonas relata ſecundum perſonæ conditionẽ intelliguntur. conſ. 17 nu.44
Diſpenſari quis poteſt, vt licet ſit in totum legitimus, ſeu legitimatus tamen niſi in certa parte ſuccedere poſſit. conſ. 50 nu.14
Diſpenſatio debet fieri cum cauſa legitima, alias non valet. conſ.22 nu.4
Diſpoſitio expreſſa, quando de facili eſſet deluſoria, tunc ad alium caſum etiam non expreſſum extendi debet, ne talis efficiatur conſ.30 nu.10
Diſpoſitiones, quæ dicantur probroſæ ſeu illicitæ. conſ.58 num 3
Diſtributio temporis inducit pluralitatem legatorum conſ. 46 num.27
Diuerſitas perſonarum facit quod nõ obſtet exceptio rei iudicatæ conſ.14 num.28
Diuiſio feudi eſt permiſſa conſ.11 num.8
Diuiſio quæ fit gratia commodioris, & vberioris culturæ nõ eſt proprie diuiſio conſ.45 num.3
Diuiſio illa proprie dicitur, per quam dominium transfertur. conſ.45 nu.4
Diuiſio bonorum quomodo facienda ſit inter patruos & nepotes, quando omnes fratres patri ab inteſtato ſucceſſerunt, & vnus ex ipſis fratribus decedens vnum tantum hæredem inſtituit, qui quidem inſtituens nulla facta diuiſione deceſſit, relictis pro ſe filiis & fratribus conſ.52 n.1
Diuiſio poteſt infra certum tempus hæredibus per teſtatorem prohiberi conſ.58 num.8
Diuiſione prohibita non cenſetur prohibita diuiſio, quæ fit gratia commodioris & vberioris culturæ conſ.45 num.5
Doli vel fraudis exceptio, doli replicatione tollitur, quando excipiens tractat de iure captando, & replicans de damno euitando conſ.51 nu.30
Dolus ex enormi læſione præſumitur conſ.65 num.13
Dolus in dubio non præſumitur niſi probetur conſ.62 n.22

Dolus & malitia alicui opitulari non debet conſ.12.nu.35
Dolus perſpicuus indiciis probari debet conſ.11.num.31
Dolum qui dicit dolum probare debet conſ.53 nu.24
Domeſticus an pro domeſtico teſtificari poſſit conſ.54 nu.58
Domicilium decem annorum ſpatio continuatur conſil.19 num.35
Dominia etiam vtilia ſine poſſeſſione non transferuntur conſ.41. num.30
Dominio probato per actorem in petitorio, rei poſſeſſio friuola remanet conſ.43 num.2
Dominium vtile cauſatur ex præſcriptione annorum decē. conſ.43 nu.7
Dominium per ſolum titulum abſq; traditione non transfertur conſ.40 nu. 2 & 18
Dominum vtile cauſatur ex præſcriptione annorum decem conſ.43 nn.7
Donans vel vendens poſſeſſionem an videatur donare, vel vendere prope illam exiſtentem, ſed non coniunctā conſ. 43 nu.5
Donatio facta patri & filiis, mortis cauſa filiis acquiri dicitur conſ.15 n.24
Donatio facta patri, & filio cuius contemplatione facta eſſe dicatur conſ.15 nn.22
Donatio ſi facta fuit alicui pro ſe hæredibus & deſcendentibus, an donatarius rem donatam alienare poſſit in filiorum præiudicium conſ.15 nu.16 & 22
Donatio inter viuos filiæ per patrem facta, an & quando ei in legitimam imputetur conſ.53 nu.32
Donatio cauſa mortis poteſt reuocari conſ.54 nu.26
Donationis natura eſt, vt res donata nedum donatario, ſed & eius filiis & hæredibus acquiratur conſ.15 nu.1
In donatione facta patri & filiis nullum ius habent filii, ſed tantum ſpem conſ.15 nu.25
In donatione cauſa mortis dominus patri, & pater filio donaſſe intelligitur, quæ licet à patre ante mortem reuocari potuerit, tamen ſi in ea vſque ad mortem perſeuerauerit, confirmatur conſ.15 nu.26
Dos datur filiæ non ſolum, vt nubere poſſit, ſed vt vir matrimonii onera ſuſtinere valeat conſ.8 nn.6
Dos quanta eſſe debeat iudicis officio relinquitur inſpecta viri, & vxoris qualitate conſ.8 nn.11
Dos conſtituitur attenta dignitate mariti conſ.35 num.23
Dos data filiæ per patrem, ipſius filiæ patrimonium cenſetur conſ.53 nn.30
Dos filiabus in quanta quantitate, & an maior legitima arbitrari, & conſtitui poſſit à communibus amicis, ex forma ſtatuti Brixiæ de ſucceſſionibus ab inteſtato conſ. 55 nu.9 & 15 & 20
Dos quæ alterius arbitrio debetur filiabus, conſtituenda eſt ſecundum patris facultates, ac iuxta ipſius patris, ac vtriuſq; coniugis dignitatem, ac numerum liberorum, & eſt etiam attendenda honeſtas perſonarum, qualitas puellæ, an ſit virgo & vidua, & regionis conſuetudo con. 55 nn.10
Dos in teſtamento relicta non debetur niſi poſt mortem teſtatoris, & tempore eius mortis dicitur eſſe in bonis hæreditatis conſ.53 nu.31
Dos eſt patrimonium filiæ conſ.39 nu.2
Dos ſuccedit loco legitimæ conſ.55 nu.21
Dos in teſtamento relicta, licet eius quantitas expreſſa non ſit, debetur boni viri arbitrio, inſpecta teſtatoris, & patrimonii qualitate conſ 58 nn.2
Dos nepoti data, vel relicta ab auo, eo mortuo ad quem redire debeat, maxime ſi mulier moriatur fratribus in communione exiſtentibus conſ.58 nn.3 & 5
Dos nepoti per auum conſtituta in dubio filii contemplatione conſtituta eſſe intelligitur conſ.59 num.8
Dos an & quando vnus ex ſociis poſſit de communi filiæ ſuæ dotem conſtituere, & ſoluere conſ.59 nn.10
Dotandi onus an ad hæredes tranſeat etiam extraneos conſ.8 nu.15
Dotem conſtitutam fuiſſe eſt quia facti conſ.5 nu.3
Dotem habere mulieris intereſt, vt melius tractetur a viro conſ.8.nu.3
Dotes datæ per patrem filiabus, an eis in legitimam computentur, ex forma ſtatutorum Bononiæ conſ.53 num.27
Dotes filiarum an conſtitui debeant inſpecto tempore mortis patris, an nubilis ætatis, tam de iure communi, quam ex ſtatuto Brixiæ conſ 55 nn.11 & 12
Dotis contractus eſt titulus conſ.5 nn.8
Duæ contrariæ naturæ in eodem ſubiecto ſtare non poſſunt conſ.24 nn.32
Duæ rationes vincunt vnam conſ.42 num.10
Duæ cauſæ finales quando conſiderantur conſ.63 nu.14
Duo teſtes etiam ad probandum maleficiū ſufficiunt conſ. 54 nu.58
Ex verbis iniurioſis oritur iuſta cauſa reuocandi legatum.
Duobus modis quis lege vel conſuetudine non ligatur conſ. 36 num.19

E

Ea quæ ſunt de natura contractus poſſunt per partes immutari conſ.9 nume.10
Ea quæ non proſunt ſingula multa iuuant conſ.56 nn.24
Ea quæ de conſuetudine licita ſunt, extenduntur de ſimilibus ad ſimilia, vbi eadem æquitas ſubeſt conſ. 57 nu.24
Eccleſia ſoluit ordinaria tributa conſ.3 nn.40
Eccleſia eſt iuſtitiæ cultrix & auctrix, nec iniuſtitiam fieri patitur, licet Laicus ſæpe obuiet ei, & iuſtitiæ conſil.25 num.18
Eccleſia non debet eſſe de præda ſolicita, nec cum alterius iactura locupletari conſ.25 nu.19
Eccleſia vel dominus ſi mihi donet caſtrum, & omne ius ſuū intelligitur, ſi quod habet conſ.34 nume.6
Eccleſia eſt cultrix & auctrix iuſtitiæ conſ.40 nu.32
Eccleſia cum ſuperioris auctoritate deſtrui, & alibi ædificari poteſt conſ.49 num.1
Eccleſia ſi deſtruatur, & ad alium locum ſuperioris auctoritate transferatur, omnia ſua priuilegia retinet, & antiqui clerici ibidem remanent conſ.49 nn.6
Eccleſia ſi duos in ſolidum diuerſo tempore de re emphyteutica, & ſecundo prius poſſeſſionem traderet, primo inueſtito ad intereſſe tenetur conſ.40 nn.35
Eccleſia deſtituta ſeu deſtructa auctoritate ſuperioris etiam eius priuilegium extinguitur . conſ.49 nn.8
Eccleſia vel Epiſcopus ſi duos in ſolidum diuerſo tempore de eadem re inueſtierit, & poſſeſſionem primo tradiderit, qui poſtea mortuus ſit, vel renuntiauerit, an poſſit à ſecundo inueſtito rem vendicare conſ.40 nn.36
Electio facta ex falſa cauſa an valeat conſ.27 nu. 42
Electio extimatorum parte citata fieri debet, alias ipſorum relatio non probat conſ 51 nn.32
Item partis pariter citatio & præſentia requiritur, quando exiſtimatoribus iuramentum defertur ibidem
Emancipari quis non poteſt, quo ad vnum actum tantum conſ.50 nn.13

Emen

Emens fructus alienius poſſeſſionis ad vitam pro minori pretio, licet vltra duplum lucretur, quia multo tempore ſupervixit tamen ob dubium euentum vſuram committere non dicitur conſ.13 nu.34

Emphyteuta, & ſuperficiarius æquiparatur in hoc, quod eis datur vtilis rei vendicatio conſ.40 nu 20.& 24

Emphyteuta non poteſt ſine domini voluntate ſubſtituere con.46 nu.10

Emphyteuta conducendi fundum libellarium datur actio in rem, & quomodo id intelligatur conſ.40 nu. 7 & 24

Emphyteuſi finita ob generationem, deſcendentes ſe inueſtiri petere poſſunt, & ſi non inueſtiantur poſſunt ſe appellare, & eis fit iniuria, ſed limitatur, vt ibi conſ.47 num.4

Emptor nauis mercibus onerata ſi nauis patronum & gubernatorem confirmet, an teneatur ex mala ipſius patroni gubernatione ſaltē ante dictam ratificationem ſiue poſt conſ.14 nu.13

Emptor alienius rei ex venditoris culpa emptionem præcedente actione vtili tenetur, ſi venditor ſoluendo non ſit. conſ.14 nu.16

Enormitas pretij contractum eſſe ſimulatum præſumi facit conſ.51 nu.13

Enormitas pretij quomodo probetur

Enormitas pretij quæ dicatur conſ.51 nu 16 & 45

Enormitas pretij ſola an ſufficiat, ad præſumendum contractum ſimulatum vel pignoratitium conſ.51 nu.59

Enormitas pretij & pactum de retrouendendo an ſufficiant ad inducendum præſumptionem ſimulationis contractus, an vero requiratur etiam, quod emptor ſit ſolitus fœnorari conſ.51 nu.63 68 & 74

Epiſcopus decimas de nouo in feudum concedere non poteſt conſ.12 nu 30

Epiſcopus feudum antiquum de nouo infeudare poteſt. conſ. 24 num.9

Epiſcopus non poteſt alterare feudi naturam in damnum Eccleſiæ etiam propter bene merentes vaſallos conſ.54 n.26 & num.31

Epiſcopus vel prælatus non poteſt de nouo infeudare illud quod non erat ſolitum infeudari conſ.24 nu. 27

Epiſcopus feudi naturam alienando, illud de nouo concedere dicitur conſ.24 nu.28

Epiſcopus an teneatur inueſtire agnatos, qui ſunt de agnatione inueſtiti, quando in inueſtitura dicitur de feudo antiquo. conſ.24 num.36

Epiſcopus regulariter ſub Archiepiſcopo conuenitur. conſ.24 num.43

Epiſcopus ſi excōmunicauerit omnes portantes perlas, quod à nulla muliere fuerit obſeruatum, an omnes ſint excommunicatæ conſ.36 nu.10

Errans vel ignorans videtur cōſentire conſ 50 nu.18

Error iuris an decima perſcriptionem impediat, maxime per Laicos conſ.11 num.16

Error veritate comperta cedere debet conſ.17 num.39

Error communis excuſat à pœna conſ.36 nu.36

Errorem reuocare non poteſt poſtquam quis ceciderit à iure ſuo conſ.12 nu.17

Erubeſcimus cum ſine lege loquimur conſ.54 num.30

Eſſentia certa vbicunque negotium licitum facit qua deficiente negotium improbatur, ibi verborum cautiones in inſtrumentis poſita ſubſiſtentiam non docent conſ.24 num.24

Exceptio firmat regulam in non exceptis. conſ.9 nu. 34 & conſ.20 nu.22. ac conſ.42 nu.2

Exceptio litis pendentiæ quando obſtet conſ.14 nu.1

Exceptio litis pendentiæ ex vno in alio non inducitur, ſicuti nec exceptio rei iudicatæ conſ.14 nu.38

Exceptio competens vni ex correis, an etiam alteri competat. conſ.51 nu.18

Excommunicatus reſtitutionem, & reuocationem tenutæ petere non poteſt, quando eſt actor, ſecus quando eſt reus. conſ.28 nu.5 & 7

Excluſio ſimpliciter facta à ſucceſſione & hereditate paterna in dubio legitimā non comprehendit niſi de ea ſpecialiter fiat mentio, & idem in renunciatione conſ.55 nu.5 & 41.

Excuſationem habens ex aliquo actu, non intelligitur excuſatus ab eo, qui de facili expediri poteſt conſ.23 nu.19

Excuſatur quis faciendo id, quod publice licere arbitratur, etiamſi non eſſet introducta conſuetudo per lapſum biennij. conſ.36 num.40

Excuſſio neceſſaria non eſt contra principalem debitorem quando notorie conſtat non eſſe ſoluendo conſ.14 nu.17

Exercens vnum iuriſdictionis actum in quaſi poſſeſſione totius iuriſdictionis eſſe intelligitur conſ.11. nu.18

Exiſtens in poſſeſſione decima aliorum, fructuum, an etiam decimam fœni exigere poſſit, nunquam exegit, & præcipue in pratis quæ erant terra aratoria de quibus decima ſoluebatur. conſ.11. num.17

Exiſtens in poſſeſſione alicuius partis ſubſtantialis intelligitur eſſe in poſſeſſione totius conſ.12 nu.18 & 75

Exiſtens in poſſeſſione decima aliquorum fructuum, an & in omnium poſſeſſione eſſe cenſeatur. conſ.12 num.22 & num.33

Exiſtēs in poſſeſſione, ſi petat, an dicatur actor vel reus. conſ. 28 nu.18 & 20

Expenſa poſſunt eſſe minores, quā melioramenta, & è contra conſ.46 nu.39

Expenſa cum expenſis compenſari debent conſ.67 nu.12

Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt nihil operatur, ſallit, vt nu.8. & 14 conſ.15 num.3

Per exploratores probatur quem non veniſſe in Italiam. conſ.17 nu.28

Extenſio de caſu expreſſo ad non expreſſum fit quando in lege ratio expreſſa reperitur conſ.31 nu.26

Extenſio in correctoriis fieri non poteſt conſ.55 nu 38

Extraneus an mulieri dotem ſtipulari poſſit conſ. 8 nu. 26

Extraneus in vltimis voluntatibus quis dicatur. conſ. 58 num.2

F

FACTA non præſumuntur niſi probentur conſ.5 nu.4

Pro factis antiquis præſumitur conſ.10 nu.35 & 39

In factis antiquis de quibus teſtes haberi non poſſunt teſtimonium de auditu cum fama ſufficit con.25 nu.8

Factores in loco vbi habitant conueniri non poſſunt niſi pro contractibus ibi celebratis conſ.14 nu 3

Facilius ſuccurritur tractanti de damno euitando, quā tractanti de lucro capiendo conſ.12 nu.37

Facilius aliquid conſeruatur filiis inſtitutis in perſona ſibi relicta, quam alteri per ſubſtitutionem acquiratur conſ. 17 nu.22

Facilius tollitur ius quærendum quam ius quæſitum. conſ. 55. nu.42

Faciens actum, qui ſapit prauitatem vſurariam, ſi tamen licitus reputabatur, non dicitur vſurarius, nec tanquam talis puniri poteſt conſ.36 n.41

Falſa latinitas eſt reiicienda conſ.10 nu.43
Falſitas nec pœna eſſe poteſt, vbi eſt bona mens & intentio. conſ.36 nu.39
Fama in ſactu antiquis valet conſ.25 num.9
Fama ſola an probat aliquem eſſe mortuum conſ. 37 nu.7
Fama & poſſeſſio iuſtiſſimum dominij errorem, & credulitatem inducunt conſ.43 nu.8
Fama & poſſeſſio ad dominij acquiſitionem ſufficiunt. ibidem.
Familiaritas maior eſſe dicitur in cibo, quam in loquela. conſ.16 nu.33
Familia Comitum de Sancto Bonifacio in maxima exiſtimatione ſemper extitit conſ.8 nu.13
Familia de la Turre eſt nobiliſſima, & viget in quatuor Italia locis conſ.27 nu.2
Fauori ſuo particulari quilibet renuntiare poteſt. conſ. 12 num.32
Fœmina in inueſtitura non nominata in feudo non ſuccedunt. conſ.13 nu.7
Feudatarius an poſſit infeudare abſque licentia Domini Papa vel Epiſcopi conſ.11 n.1 4 6 & 7
Feudatarius an laico decimas infeudari poſſit de conſenſu Epiſcopi conſ.11 nu.6
Feudatarius an poſſit alteri decimam infeudare abſque licentia Papa, Epiſcopi, vel Abbatis, & quomodo conſ. 12 num.1 & 6
Feudatarius qui feudi naturam alterauit an cadat à iure ſuo conſ.12 n.16
Feudatarij poſſunt feuda diuidere gratia vberioris cultura. conſ.45 nu.1
Feudi inueſtitura in perpetuum finiri non ſolent. conſ. 13 num.11
Feudi naturalis curſus eſt, & ſit maſculinum conſil.12 num.15
Feudi alienatio ſi eſt expreſſe prohibita, etiam infeudatio prohibita eſſe intelligitur conſ.11 nu.9
De Feudi natura regulariter fœmina vel extraneus in feudo non ſuccedit, niſi ſpecialiter actum ſit, & qua ſit ratio. conſ.13 nu.15
Feudorum liber eſt approbatus conſ.12 num.2
Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis an ad extraneos extendatur conſ.11 nu.10
Feudum ad Eccleſiam reuerſum an alteri infeudari poſſit & quid agendum ſit vt poſſit conſ.12 nu.10
Feudum decimale eſt hodie odioſum & prohibitum conſ.12 num.11
Feudum denuo alteri conceſſum pro ſe & hæredibus intelligatur etiam de fœminis, quando antiquitus pro maſculis tantũm conceſſum erat conſ.12 nu.13
Feudum ſimpliciter conceſſum, in perpetuum datum intelligitur & quomodo conſ.13 nu.20
Feudum emens iure proprio, ſine alicuius requiſitione illud alienare poterit conſ.15 nu.28
Feudum alienans iure proprio, illud etiam iure proprio ſi conceſſum eſſe videtur ibidem
Feudum nunquam dicitur eſſe paternum, vel antiquum, niſi inter eos quorum principium connexum eſt in vno ſtipite feudali conſ.24 nu.2
Feudum dicitur paternum, vel antiquum quod fuit illius parentis, qui fuit genitor agnatorum communis ibidem
Feudum in dubio an præſumitur antiquum vel nouũ. conſ. 24 nu.5
Feudum dicitur nouum quo ad illum qui primus feudum acquiſiuit conſ.24 nu.12
Feudum proprie dicitur paternum vſque ad quartum gradum ab inde vero ſupra dicitur antiquum conſ.24. n.16
Feudum etiam ſi centum annis ab vna linea collaterali fuerit poſſeſſum, quo ad aliam lineam nouum eſſe poteſt. conſ.24 num.18
Feudum nouum, an feudi antiqui naturam aſſumat, ſi in inueſtitura dicatur de feudo antiquo conſ.24 n.20. & 22
Feudum conceſſum certo generi perſonarum, ad alias perſonas non extenditur conſ.44 num.40
Feudum an veniat in confiſcatione, & filio acquiratur, an vero ad illum dominum reuertatur conſ. 44 nu. 8 & 10
Fictio non cadit ſuper eo, quod de natura eſt impoſſibile con. 35 num.13
Fideicommiſſarius dicitur ſuccedere teſtatori, & non heredi grauato conſ.62 n.13
Fideiuſſor an & quando & quomodo liberetur, ſi debitor creditori contractum prorogauerit vtputa continuando ſocietatem conſ.26 nu.11 17 19 & 21
Fideiuſſor habet beneficium excuſſionis, quando non renũtiauit beneficio auth. præſente C. de fideiuſſ. conſ. 26 n.18
Fideiuſſor interuenire non poteſt vbi contractus, ſeu obligatio principalis non tenet conſ.51 nu.2
Fideiuſſores ſemel liberati, iterum niſi ex nouo conſenſu non poſſunt obligari conſ.26 nu.13
Fidelium multitudo quando excreuit, etiam Epiſcoporum numerus excreſcere debet conſ 57 nu.19
Filia maritata à patre abſque aliqua dotis promiſſione, an petere poſſit ſe dotari de bonis eiuſdem patris conſ.8 nu.1
Filia indigne nubendo patrem offendit conſ.8 num.5
Filia nupta a patre abſq; dote quo iuris remedio ſe à patre dotari, petere poteſt conſ.8 num.8
Filia pro quanta dotis quantitate dotari debeat. conſ. 8 num.10
Filia maritata à patre abſque dote an à fiſco de bonis patris confiſcatis ſe dotari petere poſſit conſ.8 nu.14 & 16
Filia nupta an abſque patris conſenſu teſtamentum condere poſſit vel mortis cauſa omnia bona ſua donare conſ.39 nu.1 & 3
Filia maritata eſt in patris poteſtate conſ. 39 nu 3
Filia dotata eſſe dicitur quando in teſtamento ſibi relinquitur conſ.53 num.29
Filia renuntians bonis paternis, & maternis, an videatur renuntiaſſe fideicommiſſo, ſi illud ſciat, licet non dicatur viſis, & cognitis verbis teſtamenti conſ.61 nu.15 & 17
Filia renuntians bonis paternis, & maternis an intelligatur fideicommiſſo renuntiaſſe, & ab eo ſit excluſa, ſi tempore renuntiationis factum erat fideicommiſſum, & pater poſtea decedens, fideicommiſſum non mutauerit conſ.61 nu.8 & 10
Filia ſi renuntiauit ſucceſſioni paterna, an ex teſtamento ſuccedere poſſit, non obſtante renuntiatione, ſi frater, cuius contemplatione facta eſt renuntiatio, obierit conſ. 61 nu.15 & 17
Filia quæ renuntiauit bonis paternis, & maternis, an poſſit dicere ſe læſam ex dicta renuntiatione, & contra eam adiuuari remedio l. ſecunda C. de reſcindend. vendit. conſ.61 num.18 & 19
Filia nullum ius formale habet in bonis patris eo viuente conſ.61 num.20
Filia quæ bonis paternis renuntiauit, an poſſit contra eam adiuuari allegando quod ipſa renuntiatio ſit ſimulata conſ.61 nu.21

Filij illegitimi nati ex damnato coitu patri ſuo etiam inceſtuoſo ſuccedere non poſſunt, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato. conſ.1 nu.2

Filij nati omnes ex coitu qui accuſari poteſt patri ſuo non ſuccedunt conſ.1 nu.3

Filij illegitimi patri inceſtuoſo non ſuccedunt conſ.1 nu.29

Filij tanquam nefarij matri vel patri ſuccedere non poſſunt vbicunque parentes de adulterio, ſtupro, vel inceſtu accuſari valent conſ.2 nu.10

Filij ordine ſucceſſiuo vocati eſſe intelliguntur quando de eis in inſtrumento mentio habetur conſ.15 nu.6

Filii vulgo quaſiti matri ſuccedunt, & è contra conſ.41 num.2

Filii ex damnato coitu matri non ſuccedunt conſ.41 nu.4

Filii vulgo quaſiti licet non ſint agnati, attamen cognati ſunt, & quidem patris ex damnato coitu. conſ.41 nu.3 17 & 25

Filii ex damnato coitu non ſunt filii nominandi. conſ.41 num.8

Filii duorum fratrum ſunt in quarto gradu conſ.41 nu.10

Filii ſpurii nati ex damnato coitu an poſſint aliis fratribus ſeu ſibi coniunctis ex linea paterna vel materna ſuccedere. conſ.41 nu.16

Filii poſiti in conditione an cenſeantur diſpoſitiue vocati, an vero illis intelligatur reſeruari ius ab inteſtato conſ.56 num.2 & 8

Filii fratrum, an cum patruis pariter ſuccedant patruo, per ſtirpem vel in capita conſ.42 nu.21

Filius, cui facta ſit ſubſtitutio per patrem ſi deceſſerit ſine filiis, ſi monaſterium ingrediatur, ſit prohibitus teſtari. conſ.42 nu.3.6 & 12

Filius deportatus licet ſuccedere non poſſit, non nocet nepoti. conſ.1 nu.9

Filius hæreticus non obſtat nepoti orthodoxo in ſucceſſione. conſ.1 num.10

Filius inceſtuoſi, patruo ſuccedere non poteſt conſ.2 nu.25

Filius non portabit iniquitatem patris conſ.38 nu.30

Filius qui eſt in poteſtate patris, etiam de illius conſenſu teſtari non poteſt conſ.39 nu.4

Filius religionem ingreſſus & grauatus per fideicommiſſum ſi deceſſerit ſine filiis, hæreditatem fratribus reſtituere, an de legitima & Trebellianica teſtari poſſit conſ.42 num.14

Filius grauatus per fideicommiſſum hæreditatem reſtituere, an poſſit detrahere duas quartas legitimam ſcilicet & Trebellianicam conſ.42 nu.15

Filius natus ex matrimonio putatiuo nempe ex muliere ignorante virum habere aliam vxorem, an quo ad patrē legitimus intelligatur, ita vt ei ſuccedere poſſit, & quæ requirantur. conſil. 50 num. 1. 2.3.5.15.20.24 & 28

Filius vel filia, cui minus legitima relinquitur, ſupplementum petere poteſt conſ.53 nu.1

Filius presbyteri ſeu ſacerdotis an matri ab inteſtato ſuccedere poſſit & è conuerſo conſ.41 nu.1.4 & 7

Filius poteſt eligere & retinere rem per eum venditam pro ſua legitima conſ.53 num.22

Filiorum appellatione an contineantur nepotes conſil.63 num.8

Filius ſacerdotis ex damnato coitu natus eſſe dicitur. conſ. 41.num.5 & 7

Filiusfamilias non poteſt donare cauſa mortis. conſil.39 num.6

Filiusfamilias an de dote teſtari poſſit etiam patre conſentiente conſil.39 num.7

Filiis eſt ius quæſitum ex contractu paterno conſ.15 nu.13

Filiis quando aliquid acquiritur per patrem cum hoc quod ſint hæredes, an id in eos præiudicium per patrem alienari poſſit. conſ.15 nu.31

Filiis quando ius quæſitum eſt reuocabiliter, per patrem illud alienari poteſt, ſecus ſi irreuocabiliter conſil.15 num.33

Finis quando habet neceſſariam conſequentiam ad ſuum principium iudicamus de fine ſicut de principio conſ.42 num.21

Finito tempore conductionis libelli, an eiuſdem tacita recōductio cenſeatur conſ.9 num.2 & 4

Forenſis contra forenſem agere poteſt coram iudicibus forenſium Venetiarum etiam pro contractibus alibi geſtis, ex ſtatuto, & inueterata conſuetudine Venetiarum conſ.14 nu.33

Forma quando requiritur adeſſe rei, ſi tempore quo res fit non ſeruatur, actus eſt nullus ipſo iure conſ. 64 nu.15

Forma certa in teſtamentis condendis quando eſt inuenta à lege, vel ſtatuto, ſi illa forma etiam propter facti impotentiam non ſeruatur, teſtamentum non valet conſ.64 num.27

Forum quis ſortitur ratione deſtinatæ ſolutionis & declaratur nu.12 & 20 conſ.14 num.5

Forū quis non ſortitur ex procuratoris domicilio niſi pro cōtractibus in eo loco per ipſum procuratorem celebratis. conſ.14 nu.4 & 22

Frater inceſtuoſus, an, ſicut fratri pariter inceſtuoſo ſuccedere non poteſt, ita filius legitimus & naturalis ex altero eorum patruo ſuccedere poſſit conſ.1 nu.7.13 & 29

Frater fratris ſpurio ſuccedit conſ.41 nu.13

Fratres inceſtuoſi etiam ex eodem patre ſibi inuicem non ſuccedunt, quia inter eos nulla eſt agnatio, cognatio, vel affinitas. conſ.1 nu.1

Fratres inceſtuoſi ſibi inuicem non ſuccedunt, nec agnatione, aut cognatione conſ.2 nu.13 & 22

Fratres in communione exiſtentes, de mandato patris dicuntur ſocij conſ.58 num.7

Fratres maiores ſi in vna tantum ſpecie bona communicēt, in illa ſolummodo intelligitur contracta ſocietas conſ.52 num.14

Fratris appellatione an ſoror contineatur. conſ. 21 nu.1.5 & 11

Fratrum vnus ſi habet bona paraphernalia vxoris, quorum fructus venerunt in communione cum aliis fratribus, efficiuntur communes quatenus conſumpti ſunt, ſecus vero ſi extent. conſ.52 nu.21

Fraus præſumitur quando quis magna ex parte, vel in toto læditur conſ.57 num.15

Fructus per coniecturas probari poſſunt ſicuti intereſſe futuri lucri, & qualiter id fieri poſſit conſ.4 nu.24

Fructus 20. annorum verum prædij valorem conficiunt. conſ.5 num.16

Fructus an in Trebellianicam imputentur. conſ.42 nu.22

Fructuum diuiſio prohibita eſſe cenſetur conſ.45 nu. 6

G

Generi per ſpeciem an & quando derogetur in legibus, vel ſtatutis conſ.48 nu.3.8 & 13

Gloſſa ſemper intelligitur ſecundum legem, quam allegat. conſ.54 nu.13

Grauatus facto iudicis, & appellans, an dicatur actor vel reus

rem conſ.29 nu.17
Grauamen legitima apponi non poteſt conſ.53 n.4.4
Pater an poſſit filiabus ſubſtituere in omni eo quod dotes excedit, etiam ſi dotes ſint minus legitima. conſ.31.nu.1
Guerra tempus, quod nam ſit

H

HAEREDITAS paterna infanti delata, & non adita, an ad quoſcunque tranſmittatur conſ.7 nu.1
Hæreditas non adita per infantem tranſmittitur vt adeūda. conſ.7 nu.4
Hæreditas filii quantum ad matrem dicitur legitima ſucceſſio, & è contra conſ.56 n.18
Hæreditas vxori relicta eidem pleno iure acquiritur. conſ.60 num.28
Hæreditas & legata non ſunt communicanda quando ſimpliciter ſocietas inter fratres contracta eſt conſ.52 nu.2
Hæredis verbo etiam extranei comprehenduntur. conſ.15 num.11
Hæredis verbum in priuilegio an intelligatur de deſcendentibus tantum, licet non ſint hæredes an vero vtrunque requiratur. conſ.63 nu.2.4.& 6
Hæreditati tunc quis ſe immiſcere dicitur, quando facit actum, qui citra ius, & nomen hæredis fieri nequit conſ.65 num.15
Hæreditatis vel ſucceſſionis appellatione legitima non comprehenditur conſ.55 nu.6
Hæreditatem infantis quis adire poteſt, amiſſa hæreditate prius ad eum tranſmiſſa. conſ.7 nu.5
Hæres tenetur approbare factum defuncti conſ.15 nu.32
Hæres quis non præſumitur niſi probetur conſ.43 n.6
Hæres qui hæreditatem adiuit contra factum defuncti venire non poteſt conſ.59 nu.13
Hæres propter ſuam & non alterius negligentiam & defectum hæreditate priuari poteſt conſ.60 n.11
Hæres quando aliquis inſtituitur, cui poteſt acquiri hæreditas, quo ad proprietatem tantum, & alteri acquireret vſumfructum, tunc poteſt ſibi adimi, hæreditas quo ad vſumfructum ſub conditione, quæ dependet à poteſtate, & facto illius, cui vſusfructus acquiri debet conſ.60 nu.27
Homines naturaliter proni ſunt ad diſſentiendum. conſ.47 num.32
Homini fide digno facile credendum eſt conſ.67 nu.9
Honorantia paſculi debetur illi, qui in terris dominium habet conſ.57 nu.3
Honorantia vnde dicatur ibidem
Honorantia proueniens ex re promiſcua & communi, debet eſſe communis conſ.57 num.1
Honorantia paſculandi dicitur obligatio perſonalis. conſ.57 num.5
Honorantia paſcuorum ſi alicui debeatur, an eidem competat in terris aratoriis, quæ ſolebant eſſe paſcua. conſ.57 nu.10

I

IACTARE ſuum nemo præſumitur conſ.9 nu.27
Idem debet eſſe in qualibet parte de per ſe, ſicut erat in toto ſimul conſ.34 num.22
Idem iuris eſt, in toto quo ad totū, ſicut de parte quo ad partem quando ſubeſt eadem ratio conſ.57 nu.23
Id quod ex fideicommiſſo debetur, deducitur tanquam æs alienum conſ.56 nu.34
Id quod eſſet mali exempli permittendum non eſt conſ.35 num.20
Ille cui præter ſortem aliquid nomine intereſſe poſt certum tempus promiſſum eſt, id petere non poteſt, niſi ex licitis cauſis intereſſe probetur. conſ.4 nu.22
Ille qui nec vi, nec clam, nec precario poſſidet in ſua poſſeſſione ſeruari debet conſ.10 nu.13
Ille qui probauit ſe eſſe in poſſeſſione, elapſis decem annis adhuc in illa perſeuerare præſumitur niſi contrarium probetur. conſ.11 nu.23
Ille qui diffamat dicitur vere actor conſ.24 nu.55
Ille qui petit ſe admitti ad aliquod beneficium ſingulare, debet probare illud, quod eſt cauſa beneficii conſequendi. conſ.27 nu.5
Ille qui ob aliquod iuris impedimentum teſtari non poteſt, nec poteſt codicillari conſ.39 nu 5
Ille qui ſentit onus, etiam commodum ſentire debet conſ.57 num.10
Honorantia paſcuorum ſi alicui debeatur, an eidē competat in terris aratoriis, quæ ſolebant eſſe paſcua.
Ille qui habet poteſtatem aliquid concedendi, habet etiam facultatem augendi, & è contra, qui habet poteſtatem minuendi etiam in totum tollendi poteſtatē habet conſ.57 nu.22
Illegitimi vitium quod eſt in patre non nocet filio etiam quo ad ſucceſſionem, niſi extaret legitima ſoboles conſ.1 nu.8 & 31
Illegitimitatis ius eſt inductum ad inſtar ſeruitutis conſ.50 num.6
Illud quod dictum eſt in vno æquiparatorum, & in reliquis locum habet conſ.66 nu.6
Illud quod datur per auum nepoti dicitur aduentitium & non profectitium conſ.58 nu.4
Illud quod eſt de iure ciuili per aliud ius ciuile tolli poteſt conſ 54 nu 2
Statutum dicitur ius ciuile ſuæ ciuitatis
Illud quod eſt cauſa belli ſemper probare debet conſ.27 num.6
Illi qui ſunt in bello, vel loco hoſtili poſſunt teſtari cum duobus teſtibus conſ.64 nu.30
Imperator an priuilegium concedere poſſit, vt legitimatus ſubſtitutum excludat conſ.22 num.2 & 7
Imperator habet plenitudinem poteſtatis conſ.22 nu. 10
Imperator in dubio videtur ſe referre ad ius commune conſ.22 num.16
Imperator poteſt legitimare in præiudicium ſubſtitutorum, & etiam contra præſumptam mentem teſtatoris, quod procedit etiam adita hæreditate, ante dominij acquiſitionem conſ.22 nu.29
Imperator licet non poſſit tollere ius naturale, attamen in aliqua parte ipſum mutare poteſt conſ.34 num.35
Imperium cohæret territorio conſ.34 nu.16
Indefinita æquipollet vniuerſali. conſ.19 n.9.& conſ.38 n.8
Indefinita in ſtatutis non æquipollet vniuerſali conſ. 20 nu. 14 & 17
Indefinita quando æquipollet vniuerſali, id non fit proprie, ſed per extenſionem conſ.20 num.15
Iniquitas non eſt extendenda conſ.21 nu.9
Iniuria facta vni de familia, toti familiæ facta eſſe dicitur conſ.35 nu.9
Iniuria facta per ſororem fratribus, & patri defuncto, nubendo indigno ſine eorum conſenſu, an ſit punibilis. conſ. 35 nu.12 & 14
Inſignia nobilium della Turre per aliquos ſunt variata non variata tamen Turri conſ.27 num.3

Inſtitutio

Inſtitutio ſub conditione caſuali fieri poteſt conſ.60 nu.19
Inſtitutio ſub conditione, vel poteſtate alterius valet, & ea deficiente deficit heredis inſtitutio conſ.60 nu.17
Inſtitutio vel legatum an teſtamenti tempore, vel poſt, in contractum deduci poteſt conſ.54 nu.34
Inſtrumentum factum a notario non exiſtente in matricula notariorum, an probet contractum eſſe libellarium, quando pars illum talem eſſe confitetur conſ.9 nu.13
Inſtrumentum in dubio ſolemne præſumitur conſilio 10 num 30
Inſtrumentum quando antiquiſſimum exiſtit, non eſt neceſſe probare illum, qui ſcripſit, fuiſſe notarium, cum talis præſumatur conſ.10 nu.31
Inſtrumentum emphyteuſis licet non appareat, tamen per longam canonis ſolutionẽ omnia ſolemniter acta iudicantur. conſ.25 nu.7
Inſtrumentum in dubio ſimulatum, vel vſurarium nõ præſumitur conſ.10 nu.32
Inſtrumenta confeſſionata licet executioni mandari debeant, hoc fit ad petitionem creditoris, non tertij, cuius etiam interſit, niſi ſit in inſtrumento nominatus conſ.5 num.10
Inſtrumenta elapſo termino ad probandum an de iure communi produci poſſint conſ.37 nu.1. 4. 9. 13. 20. & 27
Inſtrumenta poſſunt produci vſque ad concluſionem in cauſa, & quo modo id procedat conſ.37 nu.4. 7 & 9
Inſtrumenta edere & producere quis non cogitur, niſi quando eſt vſurus conſ.37 nu 10
Inſtrumenta an elapſo termino ad probandum produci poſſint, attenta diſpoſitione ſtatutorum Plumbini conſi.37 num.25
Et quid inſpecto tenore compromiſſi nu.26
Item quid attentis diuerſis dilationibus partibus aſſignatis ad probandum, & probatum habendum, & quid attento modo procedendi iam obſeruato ibi.nu.30
Inſtrumenti appellatione an veniat chirographum conſ.33 nu. 3.6.11.& 13
Inſtrumenti nomine venit quicquid cauſam inſtruit conſ. 33 num.5
Inſtrumento in dubio ſtandum eſt, & pro eo præſumitur conſ.51 nu.20. 48 & 49
Inſtrumento in dubio ſtandum eſt, nec præſumitur ſimulatum, niſi probetur conſ.51 nu.8
Ex inſtrumento duæ præſumptiones, ſeu probationes oriuntur, altera quod verum, altera quod ſit ſolemne conſ.10 nu.33
Ex inſtrumento omnia probantur, quæ ex eo colligi poſſunt conſ.10 nu.34
Inſtrumentorum verba ſemper inſpici debent conſ.52 nu.7
Inſtrumentorum duplex eſt genus conſ.33 nu.7
Inſtrumentorum productio, & teſtium examinatio diuerſa ſunt conſ.37 nu.24
Inſula in flumine publico nata eſt illorum, qui prope illam prædia poſſident conſ.43 nu.4
Inſula quando eſt ſeparata à fundo, licet apprehendatur poſſeſſio fundi vicini, ipſa tamen non videtur apprehenſa niſi in ſpecie illius poſſeſſio apprehendatur conſil.43 num 12
In inſula multum operatur antiqua poſſeſſio, & præſumitur eſſe illius, qui eam ab antiquo poſſedit conſ.43 nu 9
Inſula proprietatem licet lex det vicino, non tamen illius poſſeſſionem acquirit abſque apprehenſione conſ.43 nu.8
Intellectus l.hac parte.l.ſi ſpurius, & l. Modeſtinum.ff.vnde cognati conſ.1 nu.6.
Intellectus l.vltima in pen.reſpon.C.de natural.liber.conſ.1 nu.14 & 30
Intellectus l.ſi ſpurius.ff.vnde cognati conſ.1.nu.19 & 26
Intellectus §.fin. in auth.quib.mod.natur.effic.ſui conſ.2 num.9
Intellectus l.hac parte.ff.vnde cognati conſ.2 num.12
Intellectus l.non facile.§.ſciendum.ff.de gradibus conſil. 2 num.18
Intellectus Barto.in l.reſcripto.ff.de muner.& hono. conſ.3 num.39
Intellectus l.ſi cum venderet.ff.de pignorat.actio. conſil.6 nume.1
Intellectus l.Gaius in fin.ff.ſol.mat. conſ.8 nu.22
Intellectus l.cum te.C.de pact.inter empto.& vendit. conſ. 9 nu.18 & 23
Intellectus text.in cap.cum in tua extra de decimis conſ.11 num.27 & 29
Intellectus cap prohibemus extra de decimis conſil.12 nume.8
Intellectus l.ſeruus.& l.filius.C. de pact. & l.vltima.ff.eod. tit. conſ.15 nu.37
Intellectus l.ſi viua matre.C.de bonis mater. conſilium 17 nume.30
Intellectus l.fin C.de inſtitutio.& ſubſtitut. conſ.17 nu 36
Intellectus gloſſ.in l.cum in te. Cod.de donatio. ante nupt. conſ.18 num.16
Intellectus.l.filius decurio, & l.Paulus in princ. & §.1.ff.de legationibus conſ.23 nu.5
Intellectus tex.in cap.1.ſi de feudo fuerit controuerſia conſ. 24 num.17
Intellectus ad dictum Bald. in c.1. de beneficio feudi paterni conſ 24 num.34
Intellectus l.ſub ſpecie.C.de re iudi.& l.Imperatores.ff.eod. titu. conſ.25 num.15
Intellectus l.ſub prætextu.C.de tranſact. conſ.25 n.16
Intellectus l.ſi fideiuſſor renunciauerit.ff.de fideiuſſ. conſ.26 nume.20
Intellectus ad tex.in l.ex facto.§.ſi quis autem.ff.ad Trebellianum conſ.27 nu 14
Intellectus ad text.in authen.præterea.C.vnde vir & vxor conſil.27 num.35 & 38
Intellectus glo.in l.non cogendum.§.fina.ff.de procur.conſil. 29 num.12
Intellectus.l.ſi tribus.ff.de iudiciis conſ.29 nu.13
Intellectus cap.dilecti extra de exceptio. conſ.29 nu.14
Intellectus ad ſtatutum Veronæ lib.2.cap.65 de tenuta recuperanda conſ.30 nu.2
Intellectus l.1.& 2.C.quæ res venire non poſſunt conſil.31 nume.37
Intellectus l.1.& 2.C.quæ res exportari non poſſunt. conſ.31 nume.39
Intellectus cap.ad menſam 11.q.3 conſ.31 n.40
Intellectus ad tex.in cap.cum dilectus extra de fide inſtrumentorum conſ.37 nu.18
Intellectus ad Bart. in l.mancipiorum. ff. de optio. legatã conſ.37 num.19
Intellectus l.quoties.C.de rei venditione conſ.40 nu.1
Intellectus cap.ſi tibi abſenti de præbendis in 6.conſ.40 n.28
Intellectus ad tex.in l.ſi ſpurius, & in l.hac parte.ff.vnde cognati. conſ.41 num.26
Intellectus ad tex.in l.pen. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. conſ.41 nu.30

Intellectus ad text. in authent. niſi rogati. C. ad Trebellianum, & in c. in præſentia, extra de probat. conſ. 42 nu. 9

Intellectus l. riparum, ff. de rerum diuiſione conſ. 43 num. 1 & 4

Intellectus ad tex. in l. ſicut in annos in princ. ff. quibus mod. vſuſfr. amitt. conſ. 46 nu. 23 & 28

Intellectus in c. veſtra, de locato. conſ. 47 nu. 44

Intellectus ad tex. in cap. 2. extra de corpore vitiatis conſ. 48 num. 19

Intellectus ad text. in l. filia. §. à Titia, ff. de cond. & demon. conſ. 49 nu. 3 & 22

Intellectus ad text. in l. vltima. ff. de pignoribus conſil. 49 num. 21

Intellectus ad text. in c. tenere extra qui filij ſint legitimi conſ. 50 num. 15

Intellectus ad tex. in l. Paulus. ff. de ſtatu hominum conſ. 50 num. 17

Intellectus ad tex. in l. vulgo quæſiti. ff. de ſtatu hominum conſ. 50 nu. 19

Intellectus glo. & Bart. in l. lege Iulia. ff. de teſtibus conſ. 54 nu. 64 65 & 66

Intellectus ad tex. cap. cum inhibitio extra de clandeſtina deſponſa. conſ. 50 num. 28

Intellectus ad tex. in cap. ad noſtra de empt. & vendi. conſ. 51 nu. 61 70 72 & 80

Intellectus ad text. in c. illo nos, extra de pignoribus conſ. 51 num. 73 & 80

Intellectus ad tex. in l. 1. in fin. C. de his quæ pœna nomine conſ. 53 nu. 10

Intellectus ad tex. in l. ſcimus, §. ſancimus, C. de inoffic. teſt. conſ. 53 nu. 18

Intellectus ad tex. in l. ſi quando. §. generaliter. C. de inoffic. teſtam. conſ. 53 num 35

Intellectus ad ſtatuta Bononiæ alterum ſub Rubr. de ſucceſſoribus liberorum, alterum ſub Rubr. de dotibus reſtituendis conſ. 53 num. 27

Intellectus ad tex. in l. Titia Seio. §. Seia. ff. de leg. 2. conſ. 56 num. 12

Intellectus ad tex. in l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. conſ. 54 nu. 24

Intellectus ad tex. in l. Lucius, §. Gaio. ff. ad Trebell. & in l. fin. §. filium. ff. de leg. 2. conſ. 56 n. 14

Intellectus ad doctrinam Bal. in l. ſancimus in fin. C. de teſtamen. conſ. 54 nu. 27

Intellectus ad tex. in l. hæredes mei. §. cum ita, ff. ad Trebell. conſ. 56 nu. 15

Intellectus glo. in l. Lucius ſecunda. ff. de hæred. inſtitu. conſ. 56 num. 22

Intellectus ad tex. in l. non modus, C. de ſeruit. & aqu. conſ. 57 num. 30

Intellectus ad tex. in l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. conſ. 58 nu. 6 & conſ. 59 nu. 1. 4. 5. 6. & per totum

Intellectus glo. in l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio conſil. 59 num. 9

Intellectus ad tex. in l. paterfamilias teſtamento, ff. de hæredibus inſtituendis conſ. 60 n. 6

Intellectus ad tex. in l. ſi ita fuerit, ff. de manumiſſ. teſtam. conſ. 60 num. 15

Intellectus l. de his. ff. de tranſactio. conſ. 61 nu. 7

Intellectus ad tex in l. qua liberis. §. teſtamento, ff. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabul. conſ. 61 nu. 9

Intellectus ad text. in l. hoc articulo quiſque, ff. de hæred. inſtitu. conſ. 60 nu. 20 & 21

Intellectus ad text. in l. hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas. C. qui teſtamen. face. poſſunt conſ. 64 nu. 15

Intellectus ad tex in l. fin. C. de teſtamen. conſ. 64 num. 28 & 39

Interpretatio legis ſpectat ad principem qui eam condidit conſ. 63 num. 3

Interpretationes legum naturalibus conuenire debent conſ. 20 num. 32

Interdictum vti poſſidetis pro iure in corporali competere poteſt conſ. 10 num. 8

Interdictum vti poſſidetis eſt interdictum retinendæ conſ. 10 num. 14

Interdictum retinendæ contra quem detur conſil. 10 nu. 17

Interdicto retinendæ poſſeſſionis agens quid probare debeat conſ. 10 num. 15

Interdicto retinendæ ſufficit turbatio verbalis conſil. 10 num. 16

Interdicto vti poſſidetis quando ex vtraque parte ſufficienter probatum eſt, pro qua ferenda ſit ſententia conſil. 10 num. 23

Interdictum vti poſſidetis datur etiam contra diffamantem ſuper poſſeſſione alicuius conſ. 24 num. 49

Interdictum vti poſſidetis an & quando competat contra diffamantem conſ. 24 num. 51

Intereſſe extra rem non conſideratur conſ. 4 num. 17

Intereſſe lucri ceſſantis an & quando peti & probari poſſit conſ. 4 num. 20 & 23

Intereſſe lucri captandi peti non poteſt conſ. 4, num 18

Intereſſe vbi à lege taxatur, à iudice taxari non poteſt conſ. 4 num. 30

Intereſſe nomine ille cui præter ſortem poſt certum tempus aliquid promiſſum eſt, id petere non poteſt, niſi ex licitis cauſis intereſſe probetur conſ. 4 n. 28

Interrogatoria in quibus dicitur an teſtis credat id, de quo depoſuerit, iudex cancellare debet conſ. 10 nu 21

Interuenient in contractu minoris nullo tanquam fideiuſſor teneatur conſ. 51 nu. 6

Interruptum non dicitur quod ſemper viguit conſil. 36 num. 16

Inueſtitura locationis perpetualis de decima, an vno nummo facta valuerit conſ. 25 num. 1 & 4

Inueſtitura eſt ſignum traditæ poſſeſſionis, & quomodo, conſ. 40 num. 9 & 27

Inueſtitura quotuplex ſit conſ. 40 nu. 23

Inueſtitura accepta per errorem nocere non debet conſ. 44 num. 12

Inueſtitura ſecunda non valet ſine conſenſu primi inueſtiti, & quomodo id intelligatur conſ. 40 nu. 29

Inueſtitura feudi ſimplex abſque hæredum vel filiorum mentione, intelligitur facta pro ſe, & deſcendentibus tantum conſ. 44 num. 2

Item quando facta eſt pro ſe, & hæredibus ſuis, quia intelligitur de filiis maſculis tantum ibidem

Inueſtituræ feudales vtile feudi dominium in inueſtitum transferunt conſ. 44 num. 2

Inueſtituræ tenor ſemper eſt attendendus conſ. 24 nu. 6

Inueſtituræ tenor feudorum naturæ derogare poteſt, & ipſe ſemper eſt inſpiciendus conſ. 13 nu. 13 & 28

Italica prædia non ſunt tributaria, ſed ſolum prouincialia conſ. 3 num. 23

Italorum more maſculi fœminis præferuntur conſ. 17 nu. 10

Iudex qui cognouit, magis poteſt comprehendere præſumptiones, quam conſultor conſ. 48 num. 9

Iudex

Iudex ordinarius inferior à Principe an poſſit ſententiam ſuam reuocare, vel mutare conſ.38 nu.14
Et quid in ipſo Principe nu.27 & 31
Iudex ad vnam probationis ſpeciem ſe adſtringere non debet conſ.32 nu.8
Iudex cũ de alicuius morte dubitatur, poteſt ex officio mittere nuntios, qui de eo inquirant conſ.32 nu.10
Iudex quis eſſe debeat, quando petitur teſtes examinari ad perpetuam rei memoriam. conſ.24 nu.55
Iudex in primis in cauſarum deciſione leges municipales inſpicere debet conſ.19 nu.3
Iudex, ſi duo diuerſo iure poſſideant, vt quia vnus naturaliter & alter ciuiliter, ſuper vtriuſque iure & poſſeſſione pronuntiare poteſt conſ.10 nu.12
Iudex cognitionem ſuam ad vnam tantum probationis ſpeciem alligare non debet conſ.8 nu 25
Iudex quis eſſe debeat reductionis ſententia arbitralis lata inter clericum, & laicum de re Eccleſiaſtica conſ.65 num.8
Iudex ſecularis an de abſolutione à iuramento cognoſcere poſſit, ſcilicet an concedenda ſit, nec ne, vel an illius cognitio, & relaxatio ſpectet ad iudicem Eccleſiaſticum conſ.62 nu.25, & 27
Iudicis appellatione de ordinario intelligitur conſilio 55 num.28
Iudicis edictum, vel praceptum non debet eſſe deluſorium conſ.37 nu.3
In iudicis arbitrio poſitum eſt qui teſtes melius probent conſ. 10 num,28
Iudiciũ à procuratore incipere poteſt, maxime quando dominus non eſt praſens conſ.14 nu.21
Iudei & Pagani officia habere non poſſunt. conſil.31 num.33
Iura non debent eſſe impoſita verbis ſed rebus conſilio 24 num.38
Iura conſanguinitatis, vel agnationis à patre procedũt conſ. 1.num.8
Iuramenti delationi locus non eſt quando ſemiplena probatio per aliquam praſumptionem eliditur conſ.47 nu.5
Iuramentum de rebus in eodem ſtatu permanentibus intelligitur conſ.61 nu.14
Iuri publico partes renuntiare non poſſunt conſ.36 nu.4
Iuri, quod eius fauore introductum non eſt, quis renuntiare non poteſt conſ.44 nu.17
Iuriſdictio vbi ſimpliciter nominatur, in dubio intelligitur de ordinaria. & non delegata conſ.55 nu.28
Iuriſdictio nulla eſt in caſtro vel villa de per ſe conſ.34 nu. 2 & 29
Iuriſdictio an cohareat territorio, vel perſona conſ.34 nu.7 14 & 16
Iuriſdictio vniuerſalis an cohareat territorio conſ.57 nu.8
Iuriſdictio eſt nomen generale, quod merum & mixtum imperium comprehendit conſ.34 nu.12
Iuriſdictionis diffinitio conſ.34 nu.13
Iuriſdictionis omnimoda appellatione merum & mixtum imperium continetur conſ.34 nu.15
Iurium vel iuriſdictionum appellatione ſimpliciter non videtur contineri merum vel mixtum imperium. conſ.34 num.3.15 & 31
Ius ſuccedendi in ſtatutis in dubio intelligitur de iure ſuccedendi ab inteſtato conſ.38 nu.25
Ius gentium eſt immutabile conſ.38 nu.21
Ius paſcendi, ſeu paſculandi eſt ius incorporale conſ.10 nu.2
Ius dicendi ſententiam nullam quanto tempore duret conſ. 10 nu.57. & conſ.38 nu.34
Ius patronatus eſt temporale ſpiritualibus annexum, quod per laicum Eccleſia, vel loco religioſo, ſed non alteri concedi poteſt conſ.11 nu.5
Ius patronatus eſt temporale ſpirituali annexum, & alteri abſque Epiſcopi licentia donari poteſt conſ.12 nu.5
Ius patronatus eſt mixtum & fauorabile conſ.12 nu.11
Ius decimarum conceſſum laicis eſt reſtringendum conſ. 12 num.25
Ius, quod quoties omittitur toties recuperatur, appellatur impraſcriptibile conſ.46 nu.27
Ius omne quadraginta annorum ſpatio tollitur conſ. 25 num.21
Ius metitur ex perſona actoris conſ.27 num.1
Ius conuenit etiam ſucceſſioni, & dicitur ius ſuccedendi conſ.38 nu.3
Ius legitimarum hareditatum inter eos videtur conſeruatum, in quibus cadere poteſt conſ.56 nu.17
Iuſſus teſtatoris contra leges non valet, & licite negligi poteſt conſ.53 nu.3
Iuſtus metus praſumitur, quando quis è loco aufugere nõ poteſt, eo quia aduerſarius ei ſe armis opponit conſ.16 num.27

L

Laicus habens ius patronatus abſque Epiſcopi licentia illud concedere poteſt conſ.11 nu.3
Laici decimas ante Concilium Lateranenſe obuentas abſq; animarum periculo detinent, poſtea vero minime conſ. 12 num.4
Laici ex feudo antiquo decimas ſine peccato retinent conſ. 12 num.8
Legatio quando dicatur de longinquo, vel propinquo conſ. 23 num.11
Legatus vacatione bienny non gaudet, vbi aly ſufficientes non reperiuntur ibidem
Item niſi prima legatione pro priuatis non pro Republica functi eſſent conſ.23 nu.15
Legatus qui primo legationem procurauit, bienny vacationem non meretur conſ.23 nu.17
Legatum aliquod ſi relinquatur alicui, qui ſit ſine officio, cui incumbit onus probandi hanc negatiuam, quod ſit ſine officio conſ.27 nu.7
Legatum factum pro victu intelligitur pro toto tempore vita legatary conſ.27 nu.18
Legatum relictum ob certam cauſam, ſecundum illam cauſam determinatur conſ.27 nu.19
Legatum ſi factum eſt alieni conſortio, vt eligat pauperem de familia teſtatoris, & ei det fundum, an ſi vnus reperiatur extra prouinciam ille debeat perquiri, & eligi, conſ.27 num.23.26 & 32
Legatum tamquã ab indigno, quando auferri & fiſco applicari debeat conſ.35 nu.24
Legatum collegio relictum, eo diſſoluto non debetur. conſ. 49 nu.9
Legatum adimi non poteſt niſi illi cui relictum eſt. conſ.58 num.16
Item non poteſt in teſtamento transferri niſi quod eſt relictum ibidem
Legatum an reuocari poſſit conſ.54 nu.3
Legatum dicitur vltima voluntas conſ.54 nu.10 & 15
Legatum libertatis facilius conſeruatur quam haredis inſtitutio, tamquam magis fauorabilis conſ 60 nu.16

Legata & fideicommiſſa hodie æquiparantur conſilio 56 num.21
Legata & fideicommiſſa etiam ex tacita mente teſtatoris & ex coniecturis relinqui poſſunt ibidem
Legatarius certa partis bonorum nullã detrahit Falcidiam vel Trebellianicam conſ.56 num.30
Legatarius ſi cum defuncti vxore concubuerit, mortuo iniuriam intuliſſe dicitur, & legato indignus efficitur. conſ.35 num.3
A legatario an fideicommitti poſſit. conſ.56 num.1 & 27 & 29
Legati verba vbi non conueniunt, nec legati diſpoſitio conuenire debet conſ.35 num.22
Legatio quæ de facili poteſt expediri excuſationem non habet conſ.23 nu.19
Excuſationem habens ab aliquo actu non intelligitur excuſatus ab eo, qui de facili expediri poteſt.
Legationem procuraſſe in dubio quis præſumitur quando eſt pauci momenti conſ.23 nu.18
Legem nemo ſibi imponere poteſt à qua recedere non licet. conſ.54 nu.3 12 & 14
Legem fraudandi via aperiri non debet conſ.31 nu.9
Leges legibus, & ſtatuta ſtatutis concordare debent. conſ.53 num.28
Leges ad ea quæ raro accidunt non adaptantur conſ.23 num.8
Legum interpretationes naturalibus conuenire debent. conſ.39 num.29
Leges transgredi propter criminum atrocitatem licitum eſt. conſ.38 nu.16 & 32
Legi vel decreto ſi noui magiſtri contraueniant, videntes veteres contrauenire abſque moleſtia, an à pœna excuſentur. conſ.36 nu.34
Legi vel decreto ſi aliqui contraueniant errore ducti, eo quia alij contrauenerint, nec puniti fuerint, an incidant in pœnam. conſ.36 num.33
Legi in continenti quod contrauentum eſt, fit à lege pœnæ executio conſ.36 nu.13
Legitima an matri debeatur, ſi filia infans non adita patris hæreditate deceſſerit conſ.7 num.2
Legitima vel eius ſupplementum in quibus bonis tradenda fiat, an in pecunia, vel ſpeciebus, & an electio ſpectet filiis vel hæredibus conſ.53 nu.17.20 & 21
Legitima vel eius ſupplementum an peti poſſit de ſingulis rebus hæreditariis, vel in vna re tantum conſ.53 num.19
Legitima filiæ debetur in bonis patris, quæ eius mortis tempore reperiuntur conſ.53 nu.31
Legitima an per ſtatutum minui poſſit conſ.55 nu.1
Legitima de iure antiquo erat quarta pars, nunc vero eſt triens vel ſemis iuxta numerum filiorum. ibidem
Legitima an per ſtatutum in totum tolli poſſit conſ.55 nu.3
Legitima alimentorum loco ſuccedit ibidem
Legitima eſt tertia pars eius, quod debetur ab inteſtato. conſ.55 num.8
Legitima an de iure communi minor legitima taxari poſſit. conſ.55 num.20
Legitima an debeatur matri in bonis infantis filij ſui, ſtante ſtatuto Brixiæ quomodo ſucceſſiones deferantur. conſ.55 num.40
Legitima matris in bonis filij quanta eſſe debeat, ſtante ſtatuto quod extantibus maſculis vſque ad quartum gradum, mater non ſuccedat, ſed habeat legitimam duntaxat. conſ.56 num.31
Legitima filiorum eſt tertia pars bonorum, quæ eis ab inteſtato debentur conſ.61 num.3
Legitima an debeatur filiæ, quæ ab inteſtato ex forma ſtatuti ſuccedere non poteſt ibidem
Legitimæ ſupplementum licet ipſo iure debeatur, intelligitur tamen ſi petatur, alias non debetur conſ.53 nu.9
Legitimati naturæ, & antiquæ ingenuitati reſtituuntur. conſ.22 num.25
Legitimati, an & quãdo ſubſtitutos excludũt conſ.22 n.26
Legitimatio adoptioni æquiparatur conſ.50 num.7
Legitimatio quid ſit conſ.50 num.10
Legitimatio eſt actus voluntariæ iuriſdictionis. conſ.50 n.30
In legitimatione an agnatorum citatio requiratur. conſ.50 num.33
In legitimatione an comitis mentio fieri debeat filiorum legitimorum & naturalium ipſius patris legitimantis quando filius de patris voluntate legitimatur conſ.50 num.34
Læſio ex eo ipſo reſultat, quod appellari non poteſt. conſ.65 num.3
Lex vel ſtatutum in caſu poſſibili debet intelligi. conſ.64 num.10
Lex quantumcunque dura ſeruanda eſt conſ.18 num.1
Lex loquens in vno excluſo non extenditur ad alium. conſ.21 num.10
Lex vel Principis decretum ad hoc vt valeat, & effectum ſortiatur, tria ſunt neceſſaria, & quæ conſ.36 nu.6
Lex quoties, C. de rei vend. an locum habeat in contractu emphyteutico vel libellario conſ.40 nu.4 & 12
Lex vt contraria conſuetudine tollatur, an & quando requiratur, quod conſuetudo habeat iuſtum initium conſ.36 num.27
Lex cum avus, ff. de conditio. & demonſtration. non habet locum niſi quando relinquitur fideicommiſſum à filio non ab alio conſ.17 nu.6
Lex ciuilis inquantum canonibus non indicat eſt approbata de iure canonico conſ.62 nu.26
Lex vel ſtatutum ſimpliciter loquens de dominio intelligitur de directo tamquam potentiori conſ.55 nu.27
Lex quæ ſunt vſu recepta, & approbata an per contrauentionem tollitur conſ.36 nu.8
Lex quæ fuit publicata, ſed nunquam recepta, & vſu approbata an per contrauentionem collatur, maxime quo ad pœnam euitandam conſ.36 num.9
Lex noua etiam exorbitans à iure communi loquens in vno æquiparatorum, & in alio locum habet conſ.33 nu.9
Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. conſ.23 num.7
Lex vbi non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus ibidem
Lex illa dicitur æqua, quæ fit pro vtilitate communi. conſ.20 nu.35
Lex vbi non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. conſ.20 num.3
Lex vel ſtatutum generaliter & indiſtincte loquens generaliter debet intelligi conſ.20 nu.2 & 38
Lex de filio illegitimo mentionem faciens regulariter intelligitur de vulgo quæſito conſ.2 nu.5
Libelli forma ſemper inſpici debet, & ei contra libellantem ſtandum eſt conſ.54 nu.2 & 4
Libellus ſi fuit primo porrectus, an poſſit alius libellus de nouo porrigi conſ.10 num.9
Liber non dicitur, cui aliquid obſtat conſ.16 nu.31
Liberalis nemo in neceſſitatibus exiſtit conſ.15 nu.9

Liberum

Liberum arbitrium eſt ſupremus theſaurus, à Deo homini elargitus . conſ.16 nu.5
Libertati priſtina quis reſtitutus eſſe non dicitur, niſi ſit ita data libertas vt difficilis ſit eius perſecutio conſil.16 num.39
Libertates de ſupremis iudiciis quis conſtringere non poteſt ſed eorum liber ſtylus eſſe debet conſ.54 nu.14
Liberum arbitrium terminandi ſi alicui datum eſſet, non ob id poſſet parti iniuſtitiam facere conſ.54 nu.50
Liberti neque volentes contra patronum ad teſtimonium admittuntur conſ.54 nu.66
Libertatis fauore multa cõtra iuris regulas legislatores ſtatuerunt conſ.60 nu.16
Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum conſ.24 nu.37.& conſ.26 nu.6.ac conſ.47 nu.2
Linea triplex eſt conſi.7 nu 11
Linea quid ſit conſ. 7 nu. 12
Lis pendere non dicitur quando lata eſt ſententia conſ.14 num.27
Litis pendentia cum principali, non inducit litis pendentiam cum fideiuſſore, & idem eſt in duobus reis debendi conſ.14 num.30
Locatio, emphyteuſis, vel venditio facta vno nummo non valet quando res eſt digna maiori pretio conſ.25 nu.4
Locatio facta vno nummo valet, quando tempore inueſtitura aliquid datur • conſ.25 nu.5
Locatio ſimplex eſſe non poteſt, niſi merces conſiſtat in pecunia numerata conſ.46 nu.18
Locatio facta ad decennium transfert ius in re, dicitur alienatio, ſecus quando ſunt dua locationes quinquennales conſ.46 num.29
Locationis contractus à loci conſuetudine interpretationem recipit conſ.12 nu.34
Locator tenetur conductori an intereſſe, quando bis re locata vti frui non poteſt conſ.47 nu.36
Lucrum attribuitur perſona vel rei, cum qua negotiatur conſ.52 nu.18
Lucri partes tunc debent eſſe aquales, quando aequaliter pecunia ad lucrum eſt collocata, alias lucrum pro pecunia quantitate diſtribui debet ibidem.
Lucrum non capere, & damnum ſentire non eſt par eadẽq; tatio conſ.53 nu.13

M

Macula patris regulariter filio non obeſt in his, qua per filium patri non quaruntur. conſilio 1.num.12. 25 & 32
Malignandi occaſio dari non debet conſ.54 num.51
Mandata iniuſta & iniqua teſtatoris ſeruanda non ſunt. conſ.60 num.9
Mandati forma diligenter eſt obſeruanda conſ.67 nu.11
Mandatum quis acceptare dicitur, ſi accepit literas, & non contradicit conſ.14 nu. 26
Mariti communiter de vxorum voluntate habent vſumfructum bonorum paraphernalium conſ.60 n. 28 & 33
Maritus pro dote ſibi non ſoluta an aliquid vltra ſortem petere poßit conſ.4 nu.2.4.5.12.13.15 & 16
Maritus eſt dotis dominus conſ.5 nu.8
Maritus, qui vxorem duxit abſque dote, dotem petere non poteſt, nec mulierem de domo expellere conſ.8 nu.4
Maritus an habeat vſumfructum bonorum hareditatis per filium matri, & eius vxori relicta, an vero vxor illa pro ſe retinere, & de his libere diſponere poßit conſ.32 num. 13 & 17
Maſculinum genus concipit fæmininum, & an & quando id procedat ex propria vocabuli ſignificatione, vel interpretatione conſ.21 nu.2 & 3
Materia legatorum an de ſola Ciuitate Romana intelligatur & an de ſola legatione de longinquo. conſ.53 nu.1.3. 6.9.& 10
Mater in hareditate filij tertiam partem pro legitima habere debet, & reliquum agnati proximiores ex ſtatuto Colonienſi. conſ.7 nu.7
Mater an a filij ſucceßione excludatur patruis magnis extantibus ex ſtatuto Ferraria conſ.7 nu.9
Mater admittitur ad ſucceßionem filii defuncti, vna cum ipſius ſorore, excluſo fratre patruele, qui eſt in quinto gradu. conſ.20 num.8
Mater eſt in primo gradu, ſoror in ſecundo conſ.19 nu.12
Mater an pro filia ſtipulari poßit, & e conuerſo. conſ.54 num.8
Mater an & quando dotem poßit ſtipulari pro filia. conſ.54 num.75
Mater de iure communi filio ſuccedit pariter cum alio filio vtrinque coniuncto conſ.56 nu.35
Mater de iure communi ſuccedit filio ab inteſtato pariter cum aliis filiis defuncti vtrinq; coniunctis conſ.55 nu.23
Mater ſi tempore peſtis ad ciuitatem non iuerit, pro petendo tutore filio ſuo excuſatur conſ.64 nu.22
Matrem per tacitam pupilarem excludi teſtatorem voluiſſe, ex quatuor colligitur conſ.17 nu.20
Matri minus debetur legitima quam filio conſ.55 nu. 32
Matrimonium liberum eſſe debet abſque aliquo metu, alias inde malus exitus euenire ſolet conſ.16 nu.2
Matrimonium metu contractum ipſo iure non valet, etiam de iure naturali conſ.16 num.4
Matrimonium poſt minas contractum, ob earum terrorem factum eſſe cenſetur conſ.16 num 25
Matrimonium primum eſt magis fauorabile, quam ſecundum conſ.39 nu.26
Matrimonium quando in facie Eccleſia contractum dicatur conſ.50 nu.4
Matrimonii cauſa dicitur iuſta conſ.54 nu.24
Mediator an ſit idoneus teſtis conſ.51 num.50
Melioratio an & quando dicatur vltra expenſas. conſ.46 num.41
Melioratio non conſtruitur, ſed naſcitur ex conſtructo. conſ.46 num.49
Melioramenta in contractu innominato habente naturam ſimplicis locationis quomodo cognoſcãtur conſ.46 n.42
Melioramenta facta per conductores in re locata, an æſtimari debeant reſpectu expenſarum, & operarum tantum, an vero vltra illas reſpectu eius, quo res plus valet, conſ.46 num.38.41 & 44
Mentio quando ſit de aliquo actu in ſingulari, intelligitur de primo ſequenti conſ.46 nu.31
Merces ad infideles à Chriſtianis an & quando licite transferri poſſunt, & qua illa ſint conſ.31 nu.3 & 6
Merces ad infideles tempore trepidationis belli an licite deferri poßint conſ.31 nu.13 & 18
Merita cauſa qua dicantur conſ.67 nu.4
Merum & mixtum imperium an longi temporis ſpatio praſcribatur, interueniente ſcientia, & patientia domini. conſi.34 nu.24
Merum & mixtum imperium quanto tempore praſcribatur, & quibus concurrentibus conſ.34 n.26
Metus qualis eſſe debeat, vt matrimonium ex eo contractum

…ctum non valeat conſ.16 nu.6
Metus quotuplex ſit conſ.16 nu.7
Metus an ſit iuſtus, & qui cadat in conſtantem, iudicis arbitrio relinquitur conſ.16 nu.10
Metus qui in conſtantem virum cadit, ex coniecturis probatur conſ.16 nu.11
Metus iuſtus eſt, ſi quis in adulterio vel ſtupro reperiatur, licet de iure occidi non potuiſſet conſ. 16 n.17
Metus an & quando purgatus ſit, vt matrimonium valeat. conſ.16 num.32
Metus an purgatus præſumitur quando quis ſtat in domo ſponſæ, poſteaquam ex ea diſcedere potuit ibidem & num.43
Metus idem durare præſumitur etiam quando aliquid poſt illum incontinenti ſit conſ.16 nu.38
Metus per actum ſequentem purgatus non dicitur quando durat eadem ſuſpicio conſ.16 nu.40
Miles habet poteſtatem teſtandi quomodo vult, & quomodo poteſt conſ.54 nu.60
Minatoria verba iuſtum timorem inducunt conſ.16 nu.24
Minimum in dubio eſt attendendum conſ.55 num.14
Modicus etiam defectus impedit ſemiplenam probationem in teſte conſ.47 nu.16
Modicum tempus dicitur infra decennium. conſ.47 nu.22 29.30 & 41
Monaſterium habetur loco hæredis conſ.42 nu.2
An monaſterium faciat deficere conditionem ſi deceſſerit ſine liberis ibidem
Monaſterium habetur quaſi loco filij, quo ad excluſionem ſubſtituti, & quomodo id intelligatur conſ.42 num.1.4 & 12
Mors omnia ſoluit conſ.35 num. 2
Mors inopinata, quando teſtatorem excuſet conſ.64 nu.47
Mortuum ſpolians, cum offendere videtur conſ.35 num.5
Mortuum aliquem fuiſſe an probetur per nuntios, qui de eo perquiſierunt conſ.32 nu.2. & nu.10 & 12
Mortuum corpus vulnerans, de vulnere non tenetur. conſ. 35 num.6
Mortuus an præſumatur ille, qui non reperitur, ſaltem quo ad eius ſucceſſionem conſ.32 nu.3.5 & 9
Mulier maritata per ſtatutum à ſucceſſione excluſa extantibus maſculis, poteſt petere ſe dotari conſ.8 num.7
Mulier poteſt eſſe ſine dotalibus inſtrumentis conſ.5 num.8
Mulier an videatur omnia bona ſua in dotem dediſſe, ita vt vir dimidiam poſt eius mortẽ lucrari poſſit ex forma ſtatuti. conſ.5 nu.1.7 & 11
Mulier maritum hæredem inſtituens, & grauans hæreditatem reſtituere ſi deceſſerit ſine liberis, an dimidium quod ex ipſo ſtatuto lucratus erat compenſare voluiſſe intelligitur. conſ.5 nu.13
Mulier triplex matrimonium habere poteſt conſ.32 nu.15
Mulier indigne nubendo abſque fratrum licentia & conſenſu, an ipſis fratribus, & patri defuncto iniuriam facere dicatur conſ.35 nu.1 & 8
Mulier ignobilis ſi nobilem in virum accipit, dat maiorem dotem, & facit meliora pacta, & è contra conſilio 39 num.31
Mulier dicitur dotata ab auo, vel à patre, quando ſibi aliquid pro dote reliquit in teſtamento conſ.58 nu.1
Mulier ample renuntians bonis paternis & maternis, & ſic etiam fideicommiſſo, iurans non contrauenire, an abſolutionem à iuramento petere poſſit. conſ.62 n.21
Mulieri an debeantur vſuræ pro dote ſibi non reſtituta conſ. 4 nu.3 & 15
Mulieri pro dote ſibi poſt annum non reſtituta, tantum debetur, quantum ſua intereſt, dotem ipſam reſtitutã non fuiſſe conſ.4 nu.21
Mulieres licite pactum inire poſſunt, vt ſi eis dos non reſtituatur, aliquid ſoluatur pro pœna conſ.4 num.14
Multa tractantur, quæ ad effectum non producuntur conſ. 51 num.58
Munus reale, vel perſonale quomodo cognoſcatur conſil.3 num.16
Munera ordinaria, & extraordinaria quæ dicantur conſ.3 num.14
Mutata forma mutata eſt ſubſtantia rei conſ.49 nu.10
Mutuum an & quando præſumatur, vel non conſilio.51 num.81

N

NArrata in concluſione libelli an quis mutare poſſit conſ.29 num.5
Natus ex concubina dicitur inceſtuoſus conſ.1 nu.1
Natus ex ſeruo & libera eſt ſpurius conſ.2 nu.6
Natus ex ſeruo & ſerua, licet ſit matrimonium, ſpurius eſt conſ.2 num.7
Item natus ex concubina, & de qua intelligi poſſit.
Nati ex damnato coitu, auo vel auia non ſuccedunt ab inteſtato quoties eis obſtant legitimi filij conſ.1 nu. 27
Naturale eſt, vt habens fortiora iura præualere debeat conſ. 40 num.3
Nauis dominus, & eiuſdem magiſter, & gubernator ſunt ad inſtar principalis & fideiuſſoris, quo ad eos qui ſecum eius occaſione contrahunt conſ.14 num. 29
Neceſſitas non habet legem conſ.64 nu.12 & 48
Neceſſitas legi non ſubiacet ibidem
Neceſſitas in re excuſat, ſecus in delictis conſ.64 nu.13
Ob neceſſitatem quædam permittuntur, quæ ex voluntate non permitterentur ibidem
Neceſſitas circa neceſſaria teſtamenti non excuſat conſ. 64 num.48
Negatiua vbicunque eſt cauſa intentionis alicuius, ſiue agentis, ſiue excipientis, ei qui negat, incumbit onus probandi conſ.27 nu.4
Negatiua, ſi quis ſine liberis deceſſerit, in teſtamento prolata, in dubio fideicommiſſarij fauore præſumitur conſ.2, num.8
Negatiua per libri inſpectionem probatur conſ.10 nu.49
Nemini iniuriam facit qui ſuo iure vtitur conſ.53 nu.12
Nemo in facto proprio errore præſumitur conſ.9 nu.25
Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habet conſ.14 nu.6. & conſ.15 nu.19
Nemo dat quod non habet conſ.15 nu.19. & conſ.57 nu.4
Nemo præſumitur ſe incontinenti velle corrigere conſ.51 num.78
Nemo poteſt cedere id quod non habet conſ.54 nu.10
Nemo ex alterius facto exhæredari poteſt conſ.60 n.7
Nemo quid dicit, quod prius mente non cogitauerit conſ.60 num.4
Nominati in teſtamento præſumuntur prædilecti à teſtatore conſ.56 nu.16
Non eſt opus, vt quis exſpectet vt prius percutiatur conſ.16 num.20
Non debet eſſe in poteſtate creditoris obligare fideiuſſorem, niſi in quantum fideiuſſor ipſe conſentiat conſ 26 nu.2
Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum conſ.27 nu.43

Non pro-

Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingat abeſſe conſ.50 n. 27.& conſ.64 nu. 42
Non probat hoc eſſe quod ad hoc contingat abeſſe quomodo id intelligatur conſ.62 nu.16
Nepos legitimus ex filio ſpurio auia ſuccedit, quando filius & eius pater matri ſuccedere poterat conſ.1 nu.28
Nepos admittitur ad ſucceſsionem patrui defuncti vna cum alio patruo ab inteſtato ex forma conſtitutionis Patriæ Fori Iulij conſ.66 nu.1
Et quid de iure communi.
Nepos ſi eſt filius fratris coniuncti ex vno latere tantum, an admittatur cum patruo vtrinque coniuncto conſ.66 nu. 2.4.17.& 16
Neptis ex filio ex manifeſta teſtatoris voluntate fideicommiſſum expiare facit conſ.17 nu.7
Neptis ex filio an excludat filiam teſtatoris ab inſtitutione excluſam ſed dotatam, quando teſtator ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine liberis, inſtituit poſthumū, & ipſis non ſuperuiuentibus eorum liberos maſculos, & ſi nullus maſculus ſupereſſet, ſubſtituit filiam ſuam dotatam conſ.17 num.40
Nicolai PP. IIII.extrauagans de exportantibus merces, & res alias ad infideles. conſ.31 nu.41
Nogarola familia eſt antiquiſsima & nobiliſsima inter alias totius Italiæ. conſ.8 nu.12
Nomina debitorum in dubio in dotem data non intelliguntur conſ.5 nu.12
Nominati in teſtamento præſumuntur prædilecti à teſtatore conſ.56 nu.16
Noſtrum ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt conſ. 15 num.21
Notarius in dubio præſumitur rogatus, vt inſtrumēto clauſulas conſuetas apponat, etiamſi expreſſe dictum non fuerit conſ.6 nu.5
Notarius in matricula non deſcriptus, notarius non præſumitur conſ.10 nu.46
Notarius ſcribendo in ſolutionibus, quæ fiunt in communi, nomina omnium conſeruatorū monetæ, licet onus tantum interuenerit, ob conſuetudinem Peruſii excuſatur conſ.36 num.38
Idem in notario, qui vltima die officij ſcribit ſolutiones antea factas ibidem
Notarius qui teſtamenta ſcripſit, ſecundum teſtatoris mentem ſcripſiſſe præſumitur conſ.60 nu.3
Notoria eſſe dicuntur quæ per acta conſtant conſilio 11 num.14
Nuda promiſsio abſq; ſtipulatione ſufficit in curia mercatorum, vbi cauſa de bona æquitate deduci debet, & quomodo intelligatur conſ.54 num.39
Nullus iudex excepto Papa vel Imperatore, poteſt ſuam vel ſui iudicij ſententiam diffinitiuam reuocare conſ.38 num.27
Nullus amor vincit paternum conſ.53 nu.25
Nullus præſumitur immemor ſalutis æternæ conſ.53 nu.25
Nullitas & in integrum reſtitutio an in eodem libello poſſit cumulari conſ.10 nu.40
Nullitati ſententiæ latæ ſuper competentia iudicis pars renuntiaſſe videtur, litigando exſpectando ſententiam ſuper meritis cauſæ conſ.14 n.36
Numerus pluralis ſaltem in duobus verificatur conſ.63 num.62
Numerus ſuppleat, quod in fide deficit. conſ.8 nu.23
Nuntiare alicui intelligitur, ſi ille, cui debet nuntiari, eſt in eodem territorio. conſ.27 num.29
Nundinas cum infidelibus exercere tempore belli, Chriſti fidelibus non licet. conſ.31 nu.8

O

OB clauſulam ſtatuti, omni iuris ſolemnitate omiſſa, arbitri non poſſunt contra iuris determinationem pronuntiare. vbi tractatur de iuſtitia vel iniuſtitia conſ. 54 num.47
Obligatio bonorum in inſtrumentis publicis ſemper apponi ſolet conſ.6 num.6
In obſcuris quod veriſimilius eſt inſpici debet conſil. 20 num.30
Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari conſ.20 nu.6
Officij dignitas veriſimiliter nocere non debet conſilio 27 num.16
Officialibus, ſeu nuntijs principis ſine literis credendum non eſt conſ.67 nu.10
Omnis regula patitur exceptionem conſ.13 nu.8
Omnis intellectus qui non ſonat in auribus vulgi eſt extraneus & non tenendus conſ.20 nu.38
Omnis lex ciuilis, quæ per iura canonica correcta non reperitur, regulariter de iure canonico dicitur approbata conſ.40 num.34
Omnia facta magiſtri nauis præſtare tenetur qui eam præpoſuit, eſtq; in electione contrahentis agere contra ipſum præponentem, vel contra magiſtrum conſ.14 nu.15
Omnia quæ acquirimus, & quæ noſtra ſunt & liberis noſtris ex voto paramus. conſ.15 nu.2
Onera matrimonij poſſunt regulari & eſſe tribus temporibus conſ.18 nu.7 & 10
Oneris & honoris appellatione etiam magiſtratus continetur conſ.34 num.10
Onus reale vna cum rebus tranſit ad quoſcunque conſ.3 num.37
Onus ordinarium certum & perpetuum tranſit cum ipſa re etiam ad Eccleſiam, ſecus de onere extraordinario conſ. 3 num.38
Opinio melioribus rationibus comprobata ſequi debet licet aliqui Doctores contrarium teneant conſ.2 nu.24
Opinio gloſſæ Accurſii tenenda eſt in dubio, vbi contrarium per ſtatutum diſpoſitum non reperitur ex ſtatuto Veronæ & quomodo intelligatur conſ.28 nu.19 & 20
Opinio vltima in dubio tenenda eſt conſ.13 nu. 29.& conſ. 28 num.19
Opinio, quæ pluribus & melioribus rationibus, ac plurium auctoritate fundatur, tenenda eſt conſ.50 num.16
Ab opinione per Doctores approbata non eſt recedendum conſ.6 num.2
Oppoſitum in oppoſito ita operatur, ſicut propoſitum in propoſito conſ.50 num.12
Origo naturalis attenditur conſ.24 num.54
Originalis contractus inſpicitur, & ab eo contractus ipſe denominatur conſ.26 num.19.
Oſculum eſt ſignum pacis & amoris conſ.16 nu.35
Oſculum conſenſum voluntarium ſignificat conſ.16 nu.36

P

PAcis ſignum eſt manus tangere conſ.16 nu.34
Pacis tempore an ad infideles merces transferri licitè poſſint, & quæ, cum pluribus ſequentibus conſ.31 nu.24
Pacta quæ in tributis fiunt, ſeruanda ſunt conſ.3 nu.26
Pacta facta in primo matrimonio de lucrando dimidiam dotis, an in ſecundo repetita intelligantur conſ.39 nu. 13 & 19

Pacta ſolita in contractu appoſita ſimulationis præſumptionem inducunt conſ.51 nu.55

Pactum, vt aliquid præter ſortem pro damno emergente ſoluatur licitum eſt conſ.4 nu.16 & 19

Pactum de retrouendendo de iure communi non reddit contractum vſurarium conſ.9 num.36

Pactum nudum obligat de iure canonico conſ.47 num.5

Pactum appoſitum in locatione eſt pars ipſius locationis conſ.47 nu.24

Pactum legis commiſſoriæ pignori adiectum, poſt illud ex interuallo ſuſtinetur conſ.51 num.66

Pactum de retrouendendo contractus ſimulationis præſumptionem inducit conſ.51 num.43

Secus ſi eſſet appoſitum ex interuallo poſt venditionem, quia tunc præſumptionẽ ſimulationis nõ inducit, & n.65

Pactum per quod inducitur votum captandæ mortis eſt a lege improbatum conſ.54 nu.15

Pactum contra ſubſtantiam actus nullus eſt conſ.54 nu.16

Pactum de reuocando procuratore eſt nullum ibidem

Pactum de non reuocando teſtamentum non valet conſ.54 num.27

Pactum quando iuxta aliquem contractũ apponitur, quod in faciendo conſiſtit, & dubitatur quis nam ſit contractus, an nominatus, vel innominatus iudicatus ex eo, in quo plurimum valet conſ.46 nu.35

Papa in his, quæ in veteri teſtamento prohibita ſunt, vt in vſuris diſpenſare non poteſt conſ.4 num.10

Papa plenitudine poteſtatis, niſi ex cauſa, vti non debet conſ.22 num.5

Papa habet plenitudinem poteſtatis in beneficialibus conſ.22 num.6

Papa ſupremum ius diſpenſare poteſt, ſecundum plenitudinem poteſtatis conſ.22 num.9

Papa vel Imperator in dubio non videtur vti poteſtate abſoluta ſed ordinaria conſ.22 num.17

Papa ſi aliquod monaſterium eximat cum ſuis Eccleſiis, intelligitur ſi tuæ ſunt, non autem eas dare cenſetur conſ.34 num.5

Papa non præſumitur in dubio defuncti voluntati derogare voluiſſe in tertii præiudicium conſ.49 num.18

Papa poteſtatis plenitudine in dubio vti non præſumitur, niſi aliter dilucide appareat conſ.49 nu.19

Parentes pro liberis etiam volentes teſtes eſſe non poſſunt conſ.54 num.61

Pares curiæ quam iuriſdictionem habeant, & quæ ad hoc requirantur conſ.24 nu.47 & 48

Paria ſunt ſententiam eſſe nullam vel non latam conſil. 10 num.54

Paria ſunt non habere, vel modicum, vel minus ſufficienter habere conſ.27 num.36

Paria ſunt, quod quis non ſit hæres inſtitutus, vel quod ſit inſtitutus in modico conſ.27 nu.37

Paria ſunt literarum reuocationem petere, vel reuocationem tenuta conſ.29 nu.7

Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere conſil.37 num.15

Paria ſunt aliquid ex ſe dicerè, vel interroganti reſpondere conſ.64 num.2 & 7

Paria ſunt nuncupare, & ſcribere, vel alij ſcribendum committere ibidem

Partes in dubio videtur velle contrahere, prout in dubio fieri poteſt, Nec videntur eligere viam ad impugnandum id quod faciunt conſ.46 num.5

Paſcuum de quo decima ſoluebatur, ſi efficitur aratorius ager, de eius fructibus decima ſolui debet conſ.11 num.21

Pater ad dotandum filiam naturali vinculo tenetur conſ.8 num.17

Pater qui mittit filiam in monaſterium ſi ponit pecuniam ſuper altari, illa pecunia filiæ in legitimam imputatur conſ.53 num.34

Pater filiorum iura diminuere aut alienare non debet ſed augere & conſeruare conſ.15 nu.18 & 35

Pater an poßit filiabus ſubſtituere in omni & quod dotes excedit, etiamſi dotes ſint minus legitima conſ.53 nu.4

Pater filiam in ſecundo matrimonio dotare tenetur vſque ad quantitatem dotis in primo matrimonio conſtitutam ſi ipſius patris facultates patiantur conſ.39 nu.15

Pater ſi mandat in teſtamento quod filij ſui æqualiter diuidant, illa verba intelliguntur vt quis non vtatur perceptione alicuius pecuniæ, quæ eſſet præcipua vnius filiorum tantum conſ.52 nu 9

Pater ſi mandat vt filii æqualiter diuidant vel omnia, ſimulcum communicent, intelligitur mandaſſe vt etiam bona propria æqualiter diuidant conſ.52 num.9

Patris conſenſus ſicut in matrimonio contrahendo requiritur ita etiam in eo diſſoluendo conſ.47 nu.26

Pater poteſt bona ſua in mare proijcere conſ.50 nu. 32

Pater præſumitur bene diſponere pro filiis ſuis conſilio 56 num.25

Pietas paterni nominis plerumque conſilium pro liberis capit

Patrem, præſumendum non eſt, teſtamenti poteſtate filias ſuas priuare voluiſſe conſ.17 num.26

Paternum fideicommiſſum quis acceptare poteſt, & filij hæreditatem repudiare conſ.42 nu.19

Patria poteſtas eſt indiuiſibilis conſ.50 nu.8

Patrui magni ſunt in quinto gradu de iure ciuili, & in tertio de iure canonico, conſ.7 num.14

Patrui ſi ex pecunia communi inter eos & nepotes pupillos aliquid lucrentur, an nepotes ex eo lucro aliquid habere debeant & quantum conſ.52 nu.29

Patruelis ſeu conſobrinus, & naturalis, natus pariter ex patre legitimo, & naturali, ſuccedit alteri patrueli vel cõſobrino legitimo, & naturali, ſed nato ex filio ſacerdotis, & ſic ex damnato coitu conſ.41 nu.9.14 & 16

Pax quæ dicatur conſ.31 nu.25

Pedagium quod ſoluitur per tranſeuntes per viam, quæ eſt communis inter duos comitatus, pro rata inter eos diuidi debet conſ.57 nu.1

Pœna dupli in ſolidum contra plures correos committitur, ſi nullus defendat conſ.51 nu.12

Pœna conuentionalis quantitati adiecta an exigi poßit, vel in fraudem vſurarum appoſita cenſenda ſit conſ.4 nu.13

Pœna differentibus aut mittentibus merces ad infideles tẽpore belli quæ ſit conſ.31 nu.12

Pœna priuationis hæreditatis, quando apponitur obedienti propter inobedientiam, non committitur, nec apponi poteſt conſ.60 nu.8

Pœna ſuos debent tenere auctores conſ.60 nu. 10 & 13

Pœnæ nomine quando aliquid relictum eſſe dicatur. conſ.53 num.12

Periti in arte quando ſtandum eſt, duo ſunt adhibendi, & ſi duo in prouincia non reperiuntur, vnus ſufficit. conſ.64 num.17 & 49

Ex perſona quæ quis lucrum ſentit, cum factum improbare non poteſt conſ.42 nu.20

Petens

Petens renocationem tenuta offerendo libellum dicitur actor conſ.29 nn.11

Petens principaliter reſcindi, quod contra ſe factum eſt, vel ſibi poſſeſſionem reſtitui dicitur actor conſ.65 nu.11

Petens renocationem tenuta, & ſe mitti in poſſeſſionem an ſit actor vel reus & nu.6.15.& 16. & de qua poſſeſſione intelligatur & nu.13 conſ.28 num.2

Petens ſe admitti ad aliquod beneficium ſingulare, debet probare illud, quod eſt cauſa beneficij conſequendi conſ. 27 num.5

Petens pronuntiari ſententiam nullam, qua fuit prouocata à parte aduerſa, dicitur in conſequentiam, & incidēter petere, & quomodo id intelligatur conſ.28 nn.16

Petitionis forma quo ad iuriſdictionem inſpici debet, non qualitas defenſionis merita cauſa tangentis conſ. 24 num.45

Petitorium & poſſeſſorium an ſimul intentari, ſeu cumulari poßint in corporalibus conſ.10 num.1 & 5

Petitorum & poſſeſſorium quando accumulantur in eodem libello, an ſi actor non probat in petitorio, in poſſeſſorio ſuccumbere debet conſ.10 n.7

Petitorium & poſſeſſorium quando ſimul ratione ordinis vel prælationis cumulari non poſſunt, tamen ſi non opponatur, eorum cumulatio ſuſtinetur conſ.10 nu.8

Petitorium & poſſeſſorium poſſunt cumulari diuerſis reſpectibus conſ.10 nn.11

Pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit. conſ. 53 nn.25.& conſ.56 nn.25

Pignoris dominium remanet penes dominum conſ.19 nn. 2

Poſitiones qui ponit vel capitula videtur affirmare prout in poſitionibus vel capitulis continetur conſ.51 nu.56

Poſſeßio defuncti tranſit in hæredem etiam abſque apprehenſione actuali ex ſtatuto Verona conſ.29 nu.6

De poſſeſſorio & petitorio an in eadem ſententia pronuntiari poßit conſ.10 nn.60

Poßidens fundum triginta annis etiam ſine titulo præſumitur in bona fide, & poſt triginta annos mala fides præſumpta allegari non poteſt conſ.43 nu.18

Poßidentes & ſoluentes pretium rei poſſeſſa videntur titulo poßidere, etiam ſi de inſtrumentis non appareant. conſ.10 num.29

Poteſtas conceſſa prælato vel vaſallo infeudandi cum ſuis qualitatibus data conceditur conſ.13 nu.25

Poteſtatem habens aliquid inducendi habet etiam facultatem augendi, & è contra qui habet poteſtatem minuendi etiam in totum tollendi poteſtatem habet conſ. 57 num.22

Practica quando quis non intelligit conſentire in iudicem. conſ.24 num.58

A præcedentibus teſtamenti verbis arguere licitum eſt. conſ. 17 num.24

Pretium ab homine taxatum attendi debet, nec vltra quicquam peti poteſt conſ.4 nu.31

Pretium in actione ex contractu loco rei ſuccedit. conſ. 14 num.10

Prælatus de nouo alteri infeudare non poteſt, ſed ſolum antiqua feuda alijs concedere conſ.13 nn.24

Prælatus poteſt locare res Eccleſiæ vſque ad annos triginta, & tunc non dicitur alienare conſ.46 nu.3

Prælatus non poteſt de re Eccleſiæ in perpetuum contrahere vel in Emphyteuſin concedere, abſque iuris ſolemnitatibus, ſed ſolum vſque ad nouennium, & ſub Sereniſſimo Dominio Venetiarum in quinquennium conſ.46 nu.6

Presbyterum occidere eſt enorme delictum conſ.38 nn.19

Præſcribi an poßit quod de certis fructibus decima non ſoluatur conſ.11 num.28

Præſcriptio triginta annorum licet non cauſetur dominium tamen parit exceptionem conſ.42 num.10

Præſcriptio tempore peſtis non currit conſ.64 nu.22

Præſcriptio contra ignorantes non currit conſ.25 nn.23

Præſcriptio non currit tempore peſtis, & belli, quando ius redditum non fuit conſ.42 nn.16

Ex præſcriptione detrahitur tempus pupillaris ætatis illius contra quem currit conſ.43 num.15

Præſens & coherens alieni in dubio intellexiſſe præſumitur. conſ.51 num.8

Præſens an præſumatur ſcire & intelligere conſ.62 nu.16

Præſumptio cadit ſuper re dubia & incerta, non ſuper certa. conſ.24 nn.13

Præſumptio præſumptionem tollit. conſ.51 nu.20.53 & 79 & conſ.57 nn.29

Contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per partis confeßionem ibidem

Præſumptio ſimulationis contractus oritur quando contrahens eſt ſolitus ſimiles contractus celebrare conſ.51 nu.54

Præſumptiones ex quibus matrimonium violentū, & meticuloſum præſumitur conſ.16 nu.12

Prætor in materia bonorum poſſeßionis fundatur ſuper æquitate conſ.2 nn.14

Primo dicto teſtis cum iuramento ſtandum eſt conſilio 51 num.12

Primo nominatus in inſtrumento attenditur & dicitur principalis conſ.51 nn.9

Principale fundamentum ſi non valet, nec etiam quod ſuper ædificatur conſ.65 nn.6

Princeps in his, quæ ſunt de iure ciuili & poſitiuo habet ſupremam poteſtatem, & eius plenitudine vti poteſt. conſ. 22 num.8

Princeps legum eſt dominus & non morum conſ.22 nn. 11

Princeps an & ex quibus coniecturis concedendo Villam cū iuriſdictionibus merum & mixtum Imperium conceſſiſſe intelligatur conſ.34 nn.9

Princeps an in dubio plenitudine poteſtatis vti videatur. conſ.22 num.14

Princeps in dubio non videtur dare materiam delinquendi.

Princeps concedendo ciuitatem cum toto eius territorio & cum omni iuriſdictione, venit etiam merū, vel mixtum Imperium conſ.34 nu. 19

Princeps priuilegium, quod alteri conceßit, tollere poteſt conſ.34 nn.34

Principes in ſuis territorijs poſſunt nouas leges condere. conſ. 38 nn.15

Princeps recognoſcens ſuperiorem, non poteſt ius alteri per contractum quæſitum tollere conſ.38 nn.20

Princeps vel Imperator non modo contra contractum aliarum partium venire non poteſt, ſed nec contra proprium cum tertio celebratum conſ.38 num.22

Princeps Comiti poteſt concedere auctoritatem legitimandi in præiudicium filiorum legitimorum & naturalium licet de illis mentio aliqua non fiat conſ.50 nn. 35

Princeps an poßit ſententiam vel ſtatutum renocare in præiudicium eorum, quibus eſt ius quæſitum conſilium 38 num.13 & 19

Principis voluntas habetur pro cauſa iuſta conſ.12 num.13

Principalis intentio eſt attendenda conſ.53 num.8

Priuatio

Priuatio praſupponit habitum conſ.53 nu. 16 & conſ. 28 num.9

Priuilegium Principis debet latiſſime interpretari contra ipſum Principem concedentem conſ.63 n.9

Priuilegium quod incipit nimis eſſe nociuũ illis,contra quos conceſſum eſt,debet reuocari. conſ.12 nu.36

Priuilegium quando per legem vel ſtatutum iu non ſubditum confertur,reuocari non poteſt. conſ.38 nu.26

Priuilegij cauſa ceſſante,& priuilegium ceſſare debet conſ. 42 num.8

Priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio conſ.49 nu.25

Probatio euidens vbicunque requiritur, contra id quod lex praſumit, licet praſumptiones, & coniectura ſufficiant, illa tamen ex inſtrumenti verbis procedere debent conſ. 17 num.18

Probatio euidens requiritur contra id quod ius commune diſponit, coniectura etiam ex teſtamenti verbis prouenientes non ſufficiunt conſ.19 nu.19

Probatio illegitima pro non facta habetur conſ.50 nu.26

Probatio niſi data dilatione fieri non ſolet,licet etiam abſq; dilatione fieri poßit conſ.37 nu. 11

Probationes an dicantur concernere ordinem iudicij vel deceſſoria cauſa conſ.37 nu. 29

Probationibus veriſimilibus eſt inhærendum conſ. 27 nu.41

Ad probandum quemlibet actum duo teſtes requiruntur, & idem ad probandum quemlibet gradum. conſ.47 nu.9 & 19

Procurator nemo inuitus eſſe cogitur conſ.14 nu.7

In dubio quis inuitus procurator eſſe praſumitur.

Procurator in eo loco conueniri poteſt, vbi eius dominus poſſet, ſi ibi reperitur conſ.14 nu.28

Producens chirographum omnia in eo contenta vera eſſe confiteri videtur conſ.9 nu 6

Producens ſcripturam in iudicio omnia in eo contenta vera eſſe fateri videtur conſ.51 nu.15

Producta ad vnum effectum contrarium non debent operari conſ.59 num.12

Producentis chirographum, omnia in eo contenta vera eſſe confiteri videtur conſ.9 nu.6

Ex proœmio ſtatuti illud interpretari debet conſ. 20 num.12

Prohibitio alienationis expreſſa iniuncta tacita prohibitioni, impedit vt alienatio etiam in caſibus alias permiſſis fieri non poßit conſ.45 nu.2

Prohibita diuiſione non cenſetur prohibita diuiſio, qua fit gratia commodioris & vberioris cultura conſ.45 nu.5

Prohibitum in vno, videtur etiam prohibitum in omni eo, quod ſequitur ex illo conſ.41 num.2

Promiſſio & pactum de non reuocando legatum an valeat, & teneat, ita vt legatum reuocari non poßit conſ.54 n. 1.4.11.12.13.14.15.16.22.27.29.& 35

Et quid quando legatum deducitur in contractum ibi. nu.19 & 21

Promiſſio etiam iurata de non veniendo contra propriam voluntatem non valet conſ.54 nu.17

Promiſſio de non reuocando legatum an tantum importet, quantum promiſſio poſt mortem conſ.54 nu.25

Promiſſio de inſtituendo aliquem heredem, vel ei aliquid relinquendo non obligat etiam militem conſilio 54 num.60

Ex promiſſione de non reuocando legatum an ſaltem naturalis obligatio oriatur conſ.54 nu.38 & 52

Promiſſio nuda abſque ſtipulatione ſufficit in curia mercatorum, vbi cauſa de bona aquitate decidi debet, & quomodo intelligatur conſ.54 nu.39. 43 & 53

Promittere, & ſoluere, paria ſunt conſ.8 num.28

Pronuntiare an quis dicatur ſecundum quod ſibi viſum eſt, ſi pronuntiet de conſilio alterius conſ.84 nu.7 & 19

Propoſitum ſicut operatur in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito, & è conuerſo conſ.57 nu.26

Prorogatio termini facta per creditorem debitori, ſine fideiuſſoris conſenſu, vel eo ignorante, an noceat ipſi fideiuſſori & liberatus intelligitur conſ.26 nu. 1.4.5.8.9.10. & 16

Proteſtatio tollitur per actum proteſtationi contrariũ conſ. 37 num.22

Prouiſio vbicunque in aliquo caſu nulla facta eſt per ius ciuile, & de eo ſunt opiniones ad Papam ſpectat deciſio, & ſi per Papam caſus deciſus reperiatur, illi ſtandum eſt etiam in foro ſeculari, & in terris Imperij conſ.50 nu.26

Prouiſio legis regulariter hominis prouiſionem non tollit conſ.39 nu.14

Prouiſio teſtatoris legis prouiſionem tollit conſ.49 nu.17

Prouocatus & comparens ex clauſula iuſtificatoria, ſi quis ſenſerit ſe grauatum &c. an dicatur actor vel reus conſ. 30 nu.1.3 & 9

Prudens patris conſilium eſt, vt nepotem vel neptem à portione filio relicta non excludat conſ.17 nu. 25

Pupillus poteſt ratum habere quod ſuo nomine vtiliter geſtum eſt conſ.52 nu.25

Pupilli in ſocietate tacita, vel incidenti non comprehendũtur niſi eorum nomine, vel cum tutoris authoritate contracta fuerit conſ.52 nu. 25

Pupillus ſicut expreſſe conſentire non poteſt ita nec tacite.

Q

QValis eſt partium habitudo, tale ipſum totum ſeu cõpoſitum iudicare debemus conſ.24 nu. 4

Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi conſ.55 nu. 12

Qualitas vel forma non poteſt eſſe ſine ſubſtantia conſil.50 num.36

Ex qualitate & numero perſonarum, & ex armorum genere probabilis metus praſumitur conſ.16 nu 76

Ex qualitate perſona praſumitur quod alias non praſumeretur conſ.34 nu.11

Quarta Epiſcopalis ſi debetur in vna vel duabus rebus cuius ſit electio, an prælati Eccleſia inſtituta, an Epiſcopi, cui quarta debetur conſ.53 nu.21

Qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo conſilio 58 num.10

Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio conſ.40 num.37

Quem non eſſe ſoluendo probatur per excuſſores, qui bona non reperiunt conſ.27 nu.29

Quæ non probant ſingula, multa iuuant conſ.51 n.71

Quæ ſenſui naturali non conueniunt, credenda non ſunt conſ.51 num.11

Querela ſi contra Epiſcopum proponatur Archiepiſcopus eſt iudex conſ.24 nu.42

Querela inofficioſi teſtamenti competit illi qui ab inteſtato ſuccedere poteſt. conſ.41 nu.28

Quæſtioni & tormentis ſubiectus non debet ſpecialiter interrogari an ipſe vel alius delictum commiſerit conſ. 64 num.5

Qui con-

Qui contra matrimonium non reclamauit conceſsiſſe præſumitur conſ.16 nu.37

Qui corpus mortuum vulneraneris de vulnere non tenetur conſ.35 num.6

Qui olim poſſedit & hodie poßidere præſumitur conſ. 12 num.28

Qui ponit poſitiones vel capitula videtur affirmare prout in poſitionibus vel capitulis continetur conſ. 51 nu.56

Quilibet in traditione rei ſuæ quodlibet onus imponere poteſt conſ.3 nu.29

Quilibet ſecundum ius commune quibus placet de rebus ſuis vendere poteſt conſ.36 nu.17

Quilibet præſumitur ſcire id, quod publicè notum eſt conſ. 36 num.28

Quilibet iuſta cauſa excuſat à pœna legali, & arbitrali, ac etiam à mora conſ.36 nu.44

Quis non poteſt eſſe in duplici ſtatu contrario conſil.50 num.9

Quis non poteſt rem ſuam proprietatis reſpectu conducere conſ.44 nu.15

Quis adire, & adhibere non debet ad aliquem actum, aliū, qui non ſit in prouincia, vel in proxima conſ.27 nu.24

Quod lege permittente fit, in fraudem factum eſſe non dicitur conſ.46 nu.24

Quod naturali ratione manifeſtum eſt, alia probatione non indiget conſ.51 nu.4

Quod lege permittente fit, pœnam non meretur conſ. 14 num.58

Quot capita tot ſententiæ conſ.48 nu.11

R

RAdix & ſtipes à quo aliqui proceſſerunt potius inſpici debet quam ipſorum perſonæ qui proceſſerunt conſ.41 nu.20

Radix vbicunque aliquo morbo eſt infecta, quicquid ex ea procedit, ſentit ex illo morbo conſ.41 nu. 18

Ratio vnica quando reddi poteſt, illa habetur pro expreſſa conſ.20 num.13

Ratio ſtatuentium, qui voluerunt vt mulier iam eſſet traducta, vt maritus lucretur dotem conſ.18 num.6

Ratio dicti declarat, & ampliat dictum conſ.27 num.20

Ratio & cauſa prohibitionis deferendi merces ad infideles quæ ſit conſ.31 nu.38

Ratio ceſtis, ſe ſcire rem tantum valere, quia eſt vicinus, & habet rem notam an ſit bona conſ.51 num.34

Ratio vnica ſtatuti habetur pro expreſſa conſ.55 nu.43

Ratio dicta, & facta regulas conſ.57 nu.25

Ratio vnica quando aßignari poteſt, perinde eſt ac ſi fuiſſet expreſſa conſ.60 nu.35

Ratio vbi in lege eſt expreſſa licitum eſt legem extendere vbi eſt eadem ratio conſ.64 nu.31

Ratio eadem vbi ſubeſt, ibi idem ius ſtatuendum conſ. 59 num.14

Ratione dubij euentus redditur licitum, quod alias illicitū eſſet conſ.13 nu.35

Ratione ignorantiæ, quando quis ſe excuſare vult, & validare actum inualidum, tunc ignorantia non præſumitur, niſi per aliquas coniecturas conſ.27 num.30

Recipiens chirographum, confiteri videtur illum veritatem continere conſ.9 num.5

Rector villæ, qui tenet homines in compedibus, excuſatur à pœna priuatorum carcerum probando, quod ſui maiores idem facere conſueuerunt conſ.36 num.37

Recuſans aliquam deſponſare, ſi poſtea conſentiat, id metu feciſſe præſumitur conſ.16 num.23

Redemptionis captiuorum cauſa an tempore guerræ omnes res etiam alias vetitas ad infideles deferre licitum ſit conſ.31 num.8

Reductio ad arbitrium boni viri, quando petitur, ille eſt iudex competens, qui fuiſſet iudex rei in cauſa Principis ante compromiſſum conſ.65 nu. 14

Reductio ad arbitrium boni viri ob enormem læſionem ſemper peti poteſt quacunque verborum cautela non obſtante. conſ.65 num.14

Re extincta licet alia ipſius loco ſubrogetur, tamen in legato, vel obligatione non venit conſ.49 nu.9

Regimen ſi committatur in aliqua villa, vel caſtro, non intelligitur commiſſum merum & mixtum imperium, ſed ſolum quando committitur regimen prouinciæ, vel in ciuitate Romana conſ.34 nu.8 & 38

In Regnū omnia Imperatoris poteſtas an collata ſit. conſ. 3 num.22

Regula quod vna via de reg. iur. in ſexto, quomodo intelligatur conſ.57 nu.28

Reformatio ſi facta ſit contraria ſtatuto, quod tamen poſtea ſemper fuerit obſeruatum, & practicatum, adhuc ſtatutum valet conſ.36 nu.15

Regulæ ſtandum eſt vbi contrarium iure cautum non reperitur conſ.39 num.8

Relaxatus per curiam adhuc metum habere præſumitur ne iterum compellatur conſ.16 nu.40

Remedium ne quas alienando dominium transferat conſ.6 num.4

Remittens ius quod habet, vel habere ſperat, intelligitur remittere ius quod habet, vel ſperat ex cauſa ſubſiſtentia de præſenti conſ.62 nu.8

Remiſsio, ſeu pactum patri per filium factum de non ſuccedendo. an de iure ciuili valeat, & iuramento firmetur, & quid de iure canonico conſ.61 nu.1 & 2

Renunciationis natura eſt, vt cum ſua cauſa, & cum ſuis vitijs facta eſſe intelligatur conſ.24 num.15

Renunciare iuri, & fauori ſuo quilibet poteſt conſil. 39 num.18

Renuntiatio non numeratæ pecuniæ, ſi fuit in continenti non valet, ſecus ſi ex interuallo conſ.51 nu.67

Idem de renuntiatione Velleiani ibidem

Renuntiatio ſucceſsionis debet fieri viſis & cognitis verbis teſtamenti & quomodo id intelligatur conſ.61 num. 4 & 7

Renuntiare quis non intelligitur in dubio iuri quod ſibi competere ignorat. conſ.61 num.5

Renuntiatio intelligitur rebus ſic ſtantibus conſ.61 num.15

Renuntians iuri quod habet, vel habere ſperat, intelligitur etiam renuntiaſſe fideicommiſſo, quando in renuntiatione de teſtamento fit mencio conſ.62 nu.10

Renuntiationis verba quando ſunt prolata in futurum cōprehendunt etiam fideicommiſſum de futuro conſil. 62 num.5

Renuntiationis verba ſimpliciter prolata ad fideicommiſſum non referuntur conſ.62 num.3

Renuntiationis cauſa ceſſante an videatur ceſſare ipſa renunciatio conſ.61 nu.12

Renuntiationis clauſula ex omni alia ratione, vel cauſa &c. quando aliam cauſam quam fideicommiſsi referre nō poteſt, etiam ius fideicommiſsi comprehendit conſ.62 num.12

Repetitio ſimpliciter facta cum qualitate in præcedentibus poſita

poſita facta intelligitur conſ.17 nu.15 & 46
Reſponſiues facta per Sereniſſ. Dnt. Dom. Venetiarum quibuſdam capitulis, & petitionibus ciuitatis Brixia conſ. 34 nu.37
Res conſueta in feudum concedi vſque ad tertiam generationem, ſi in infinitum concedatur, conceſſio non valet conſ.24 nu.29
Res Eccleſia vſque ad triginta annos excluſiue locari poſſunt, & iſtud tempus quantum ad hoc dicitur modicum conſ.47 num.40
Res emphyteutica ſi ad Eccleſiam reuertatur, alteri de nouo in emphyteuſim dari poteſt conſ.24 num.8
Res facile reuertitur ad ſui naturam conſ.24 num.35
Res filio acquiſita patris contemplatione dicitur profectitia conſ.15 nu.23
Res qua priuatis probibita ſunt, Principi non ſunt prohibita conſ.31 nu. 4
Res quando eſt obligata, ſeu hypothecata, cum illo onere tranſit ad quoſcunque conſ.3 nu.48
Res qualibet in dubio libera eſſe praſumitur conſ.51 nu.47
Res ſemel exſtincta amplius non reuiuiſcit conſ.49 nu.11
Res vetitas ad infideles transferre non licet, etiamſi non mala intentione id fiat conſ.31 nu.5
Reſcriptum Principis ius alteri quaſitum ſine cauſa tollere non poteſt conſ.22 nu.3
Reſoluto iure datoris reſoluitur ius accepturis conſil. 15 num.20
Reſoluto iure datoris reſoluitur ius accepturis conſ.44 nu.7
Reſtitutio in integrum coram iudice rei, & in eius domicilio petenda eſt conſ.65 nu.9
Reſtitutio quid dicatur conſ.50 nu.11
Reſtitutio in integrum propter inſtrumenta de nouo reperta contra ſententiam, qua tranſit in rem iudicatam, intra quantum tempus peti poſſit conſ.25 n.20
Reſtitutio in integrum infra quadriennium peti debet, & poſt longi, vel longiſſimi temporis praſcriptionem peti non poteſt. conſ.25 nu.22
Reſtitutio in integrum infra quadriennium à die ſententia peti debet conſ.25 n.24
Reus dicitur ille qui ſuper actoris libello litem conteſtatur conſ.28 num.4
Reus in dubio ille eſſe dicitur qui eſt in poſſeſſione conſ. 65 nume.16
Rex Neapolis an ſubditis ſuis onus imponere poſſit ſoluendi tributum omni anno in perpetuum conſ.3 nu.18
Rigorem iuris ſcriptum & aquitatem nō ſcriptam quomodo habemus, tunc iuris rigorem, & non aquitatem ſequi debemus conſ.54 nu.41

S

Sacerdos matrimonium contrahere non poteſt conſ.41 numer.5
Sacerdos an loco notarij in teſtamentis interuenire poſſit conſ.64 num.34 & 35
Sacerdos dicitur perſona publica ibidem
Sacerdotis praſentia falſitatis timorem ceſſare facit conſ. 64 num.34 & 40
Sacerdoti magis quam alteri credendum eſt conſ.64 n.17
Saraceni & Iudai, quo ad mercium deferendarum prohibitionem aquiparantur conſ.31 nu.32
Scientia teſtamentis in filia renūtiare bonis paternis & maternis, an, & quando praſumatur conſ.62 nu.15
Scientia eſt quid facti, & ideo debet probari ab eo qui dicit filium eſſe illegitimum, eo quia parentes ſciebant impedimentum, & debet probari ante filij natiuitatem conſ. 50 nu.25 & 26
Sciens ſe poſſidere, & ſe eſſe dominum, ſi eandem rem tanquam non ſuam conducit, non propterea dominium perdit conſ.44 n.13
Scienti dolus non infertur. conſ.54 nu.56
Scire vel ſcire debere paria ſunt conſ.26 nu.22
Scholarem non eſſe matriculatum probatur ex inſpectione matricula conſ.10 nu.47
Scriptum ſeu chirographum etiam manu alterius cum teſtium ſubſcriptione, qui eam recognoſcant, probat conſ. 51 num.18
Semel excluſus perpetuo manet excluſus conſ.61 nu.16
Semel malus ſemper praſumitur malus in eodē genere mali conſ.51 nu.10
Semper vincit ille qui habet priora iura conſ.10 nu.24
Sententia abſque petitione & litis conteſtatione nulla eſt conſ.10 num 53
Sententia abſque dilationibus, probationibus, & cauſa cognitione nulla eſt conſ.10 nu.54
Sententia, in qua vltra petita pronuntiatur, eſt nulla conſ. 10 nume 55
Sententia debet eſſe conformis libello conſ.10 nu.56
Sententia nulla, ſi fuerit confirmata, & ſententia confirmatoria in rem iudicatam tranſiuerit, vlterius de nullitate queri non poteſt conſ.14 nu.38
Sententia illa maxime ſpectanda eſt, qua maiori nititur aquitate conſ.20 num.33
Sententia arbitralis an per inſtrumenta de nouo reperta retractetur per reſtitutionem in integrum conſ.25. num. 10 & 14
Sententia arbitralis tranſactionis vim habet conſil.25 num 11
Sententia confiſcationis an comprehendat bona ſita ſub aliena iuriſdictione conſ.38 nu.33
Sententia vt per inſtrumenta de nouo reperta retractetur, ſpeciale eſt in cauſa fiſci Eccleſia, & quomodo conſil.25 nume.13 & 17
Sententia interlocutoria regulariter habens vim diffinitiua, ſicut ipſa quantum ad omnia regulatur conſ.30 nu.8
Sententia Principis nullus opponere poteſt conſ.38 nu. 28
Sententia an contractui, vel vltima voluntati aquiparatur conſ.38 nu.28
Sententia qua in rem iudicatam tranſiuit, per partis confeſſionem tollitur conſ 51 nu.22
Sententia debet eſſe conformis libello conſ.24 num.5
Sententia quando fuit nulla, & ab ea etiam fuit interpoſita appellatio, licet pronuntietur appellantem fruſtratorie ſeu male appellaſſe, ſi tamen ſententia pronuntiatur nulla, an appellatus debeat in expenſis condemnari conſ. 67 nu.1.3 & 14
Sententia arbitralis ſuper eo, quod in compromiſſo non continetur an valeat conſ.65 nu.7
Pro ſententia praſumitur poſt biennium ſeu poſt lapſum fatalium ſine actorum productione vel in factis multum antiquis conſ.10 nu.38
Separatio thori ob concubinatum fieri poteſt conſ. 60 num.29
Ex ſeparatis non fit bene illatio conſ.1 nu.15. conſ.56 nu. 19. & conſ.57 nu.1e
Sequentia declarant pracedentia conſ.63 n.10
Sequentibus pracedentia declarantur conſ.16 nu.44
Seruitus diuiſo fundo remanet inſolidum apud quamlibet eius

eius partem conſ.34 num.21
Seruitus realis eſt illa, quæ à re rei debetur conſil.57 nume.5
Seruitus ſi debeatur certis fundis, & illi augeantur, pro au-ctu ſeruitus non debetur conſ.57 nu.16
Sexus differentia hodie ſublata eſt. conſ.41 nu.12
Syndicus monaſterij habens generale mandatum ad compromittendum non poteſt compromittere, cum renuntiatione appellationis, & reductionis conſ.65 nu.2
Syndicum aliquem fuiſſe qui tanquam ſyndicus comparuit non probatur ſi de ſyndicatu non apparet, etiamſi in ſententia illum ſyndicum dicatur fuiſſe, & illa eſt nulla. conſ.10 num.52
Singula quæ non proſunt multa iuuant conſ.8 nu.24
Singularitas obſt.:tiua nocet, & quæ dicatur conſil.47 nume.8
Socer non poteſt eſſe teſtis pro genero conſ.54 nu.62
Societas an in dubio contracta eſſe intelligatur per patruos cum eorum nepotibus pupillis in ſimul habitantibus. conſ.52 num.22 & 27
Societas inter fratres an intelligatur contracta pro virili, an vero proportione & quantitate bonorum cuiuslibet. conſ.57 num.17 & 19.
Societas generalis omnium bonorum ex quibus contracta eſſe præſumitur conſ.52 nu.13.15 & 17
Societas omnium bonorum in dubio contracta eſſe non intelligitur niſi exprimatur conſ.52 num.5
In ſocietate omnium bonorum an ſocietas vel legatum communicari debeat conſ.52 nu.4
Socij omnium bonorum hæreditatem alteri relictam ſimul percipiunt, ſecus vero ſi non omnium bonorum, ſed hæreditatis tantum ſocij exiſtunt conſ.59 nu.3
Solicitator ſeu interueniens in cauſa, dicitur ad ipſam cauſam affectionem habere, & propterea non eſt integer teſtis. conſ.47 nu.17
Solemnitas quæ requiritur ante factũ, vel in ipſo facto, dicitur eſſe de forma, & ſi non ornatur actus ipſo iure non valet. conſ.64 nu.26
Solutiones libelli trium aut quatuor annorum dominum in quaſi poſſeſſione libelli conſtituunt, in qua conſeruãdus eſt donec in plenario iudicio aliud conſtiterit conſ.9 nume.8
Soror nubens indigno abſque fratrum conſenſu an dotis legato in totum, vel in partem priuari debeat conſ.35 nu. 15 & 25
Soror renuntians omni iuri quod habet in paterna hæreditate ſibi non præiudicat quo ad relicta ſibi in teſtamento paterno, ſi non fuerit ſibi oſtenſum, & lectum teſtamentum. conſ.61 num.4
Sororem abſq; fratrum conſenſu nubere non poſſe, licet iure cautum non ſit, tamen id facere eſt contra bonos mores. conſ.35 num.10
Sorores vtrinque coniunctæ an ſuccedant ab inteſtato fratri ſuo infanti, excluſo fratre primi matrimonij ex latere patris tantum, ſtante ſtatuto Brixiæ de ſucceſſionibus ab inteſtato. conſ.55 nu.23 & 32
Sororibus regulariter legitima non debetur conſ.55 nu.32
Species in ſua ſpecie tantum operatur, quantum genus in genere ſuo conſ.3 nu.31
Species tantum operatur quo ad ſpeciem, quantum genus quo ad genus conſ.52 num.10
Sponſa proprie eſt illa, quæ eſt per verba de futuro. conſ.18 nume.8
Sponſa poteſt etiam dici illa, quæ eſt per verba de præſenti. conſ.18 num.9
Sponſa bene dicitur quando ad domum viri traducitur. conſ.18 nume.11
Sponſa incontinenti ducenda non eſt, ne vileſcat, ſed deſiderata ſit charior conſ.18 nu.15
Spurius non eſt agnatus fratri patris ſui, nec eius filius. conſ. 1 nu.17 & 24
Spurius capitur tribus modis conſ.41 num.27
Spurij nati ex quocunque coitu poſſunt inuicem ſuccedere, conſ.41 num.15
Spurij ex damnato coitu à matris ſucceſſione repelluntur. conſ.2 num.2 & 8
Spurij fratres, vt ſibi inuicem ſuccedant, oportet, vt inter illos ſit cognatio à iure ciuili non improbata conſ.2 nume.15
Stante ſtatuto, quod vxores bannitorum perpetuo ſint bannitæ, locum non habet finito banno mariti per eius mortem, vel alio modo conſ.13 nu.18
Stante ſtatuto, quod exiſtente patruo aui materni non ſuccedat, quia ſuccedere poterit conſ.21 n.13
Stante ſtatuto, quod quandiu filius maſculus ſuperuixerit, filia fœmina non ſuccedat, ſi maſculus ſuperuixit, & poſtea mortuus eſt, fœmina ſuccedit conſ.31 nu.30
Stante ſtatuto, quod nullus ante pulſationẽ campanæ certas res portet extra ciuitatem, vel per ciuitatem ſine lumine ire non poſſit, & quis credens campanam eſſe pulſatam id faciat excuſatur conſ.36 num.42
Stante ſtatuto, quod mortuo filio, mater in eius bonis habeat vſumfructum, an debeat habere vſumfructum omnium bonorum an legitimæ tantum conſ.38 n.6 & 12
Et quid ſi ſtatutum dicat quod debeat habere vſumfructum partis legitimæ ibidem
Stante ſtatuto, quod iudex teneatur ferre quamlibet ſententiam de conſilio ſapientis, & alio ſtatuto, quod in quibuſdam caſibus iudex ſummarie procedere debeat, adhuc intelligitur repetitum de conſilio ſapientis conſ. 48 num.4 & 17
Stante ſtatuto quod bannitus poſſit offendi in ære & in perſona, occidens bannitum, & poſtea eum ſpolians de ſpoliatione accuſari poteſt conſ.35 nu.5
Stante ſtatuto, quod in cauſa hoſpitalis vnus ſit iudex, & alio ſtatuto, quod in cauſis à decem libris citrà vnus tantum iudicet in cauſis hoſpitalis decem libris infrà quis iudex eſſe debeat conſ.48 nu.20
Stante ſtatuto, quod banniti de latrocinio non poſſunt de banno cancellari, etiam habendo pacem, & alio ſtatuto generali, quod omnes banniti ſoluendo vnum ſolidum pro qualibet libra ſua condemnationis debeant cancellari, tamen banniti pro latrocinio cancellari non poterunt conſ.48 nu.15
Stante ſtatuto, quod notarius non matriculatus teſtamentum facere non poſſit, ſi tempore peſtis alius haberi non poteſt, teſtamentum nihilominus valet conſ.64 nu.19
Statutum ſui natura eſt ſtricti iuris conſ.21 nu.6
Statutum quod eſt contra ius commune debet interpretari, vt minus lædat ius commune, quam fieri poſſit conſ.21 nu.7. & conſ.55 nu.7
Statutum excludens fœminas licet bonum videatur, tamen iniquum eſt. conſ.21 nu.8
Statutum excludens fœminas propter maſculos, licet ſit fauorabile reſpectu ſuccedere debentis, reſpectu tamen excluſi eſt odioſum conſ.21 nu.10

Statutum ſi dicat, quod mater non ſuccedat, poterit nihilominus filia ſuccedere conſ.21 nu.12
Statutum ſimpliciter loquens non dicitur contra libertatē Eccleſia conſ.29 nu.17
Statutum Feltri, quod maritus lucretur fructus bonorum vxoris, quomodo intelligatur conſ.32 nu.16
Statutum quod eſt contra ius commune ita debet intelligi, vt minus lædat ius commune quam poßit conſilio 32 num.18
Statutum loquens de vſufructu non comprehendit vſumfructum earum rerum, quæ iure conſumuntur conſil.32 num.17
Statutum Feltri, in præſcriptione decennij an locum habeat in chirographo conſ.33 nu.1 & 4
Statutum in præſcriptione decennij eſt contra ius commune. conſ.33 num.2
Statutum ad alium caſum in eo omiſſum non extenditur etiamſi ille eſſet iniquus conſ.23 num.4
Statutum Epiſcopi debet obſeruari conſ.36 nu. 11
Statuta, quæ tranſeunt in contractum, vel quaſi, non poſſunt reuocari in præiudicium alterius, cui ſit ius quæſitū conſ.38 num.23
Statutum de teſtamentis mulierum intelligitur de habilibus ad teſtandum conſ.39 nu. 9
Statutum debet intelligi ſecundum ius commune conſ.39 num.10
Statutum recipit reſtrictionem de habilitate perſonarum conſ.29 nu.11
Statuta ad diminuendum augmentum operari non debent conſ.39 nu. 12
Statuentes, quod non dixerūt, nec nos dicere debemus conſ. 39 num.24
Statuentes illud voluiſſe dicuntur, de quo ſi fuiſſent interrogati veriſimiliter reſpondiſſent conſ.39 nu.18
Statutum quod extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, intelligitur de filiis, qui ſuccedunt conſ.42 nu.7
Statuto quod debitum præſcribatur decennio licet per partes renuntiari non poßit, paciſci tamen poteſt, quod finita obligatione decimo anno, iterum deberi incipiat conſ.46 num.25
Statutum ſeu conſtitutio Epiſcopi contra ius commune non valet conſ.47 nu.28
Quod ſuper caſu omiſſo de iure communi ſtatutum ſit & bonum, & honeſtum nu.37
Statutum debet habere matrem Iuſtitiam conſ.47 nu.37
Statutum ſeu conſtitutio Epiſcopi facta cum conſenſu ſynodi, & ſi contradicet Epiſcopo ſine ratione, valet conſ. 47 num.42
Statutum Epiſcopi ſuper deciſis de iure canonico cum additione non valet conſ.47 nu.43
Statutum generaliter loquens generaliter debet intelligi conſ.48 num.1
Statutum quando procedit per modum regulæ intelligitur repetitum in omnibus alijs ſtatutis conſ.48 num.5
Statutum ſi vult, quod nullus contractus per minorem factus valeat niſi de eo duo notarij rogentur, ſi tempore peſtis vnus tantum reperitur, & ſolus contractum ſcripſit, valet, & tenet conſ.64 nu.20
Statutum Veronæ lib.2.cap.20.quod duo notarij in vltimis voluntatibus interueniant, qua ratione nitatur conſ. 64 num.33
Statutum recipit interpretationem paßiuam & intrinſecam. conſ.64 nu.45
Statutum ex procemio, ex præfatione intelligi, & interpretari debet conſ.66 nu.4
Statutum generaliter loquens generaliter debet intelligi conſ.66 num.5
Statutum quando derogatiue ſe habet ad ius commune, ab ipſo iure communi interpretationē non recipit, ſed ſimpliciter prout iacet intelligi debet conſ.66 nu.11
Statutum diſponens de ſucceßione inteſtati, videtur ſuccedere loco diſpoſitionis teſtatoris conſ.66 nu.13
Statutum diſponens, quod ſtatuta intelligantur vt iacent, & ſonant, non tamen collit interpretationem legitimā, ſine qua recte intelligi non poſſet conſ.48 num.20
Statutum habetur pro lege communi in ſuo municipio, ſeu ciuitate conſ.53 num.5
Statutum in comprehenſo ſub ſtricta ſignificatione locum habet etiam in eo, quod comprehenditur ſublata, quando duo comprehenduntur ſub eadem ſignificatione; licet vnum ex lata, & aliud ſub ſtricta conſilio 33 num.10
Statutum per populum conditum à ſuperiore confirmatum non poteſt per populum abſque ſuperioris conſenſu reuocari, quando is in confirmatione fuit neceſſarius conſ.47 num.26
Statutum an in dubio videatur velle filiabus legitimā tollere vel minuere fauore maſculorum conſ.55 nu.5
Statutum excludens filias à ſucceßione vel hæreditate aſcendentum an videatur excludere à legitima conſ.55 num.7
Statutum in dubio debet intelligi, vt minus lædat ius commune quam fieri poßit ibidem
Statutum trahitur ad alium caſum non expreſſum ex identitate rationis, & non dicitur fieri extenſio ſed comprehenſio conſ.55 nu.44
Statutum ſimpliciter loquens de fratribus, vel fratrum filiis an intelligatur de fratribus vtrinque coniunctis, vel etiam ex vno latere tantum conſ.55 num.24
Statuta, quando diuerſimode poſſunt intelligi, in dubio ſecundum ius commune interpretantur conſilio 55 nume.25
Statutum vocans ſimpliciter proximiores ad ſucceßionem intelligitur ſecundum quod ius commune eos admittit. conſ.55 num.26
Statutum regulariter debet extendi ad caſum penitus non diuerſum, ſed poteſt comprehendi ſub verbis ſtatuti etiā improprijs conſ.55 num.36
Statutum excludens fœminas ſtantibus maſculis, eſt principaliter inductum fauore agnatorum maſculorum, & propter publicam vtilitatem conſ.55 nu.38
Stylus curiæ eſt attendendus conſ.67 nu.5
Subſtitutio facta poſt mortem plurium, cenſetur facta vltimo morienti conſ.56 nu.4
Quando ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, an omnes cenſeantur inuicem ſubſtituti ibidem nu.14
Subſtitutio fideicommiſſaria ſimpliciter facta, an & quando cuilibet de per ſe facta eſſe cenſeatur conſ.56 nu.6
Subſtitutio directa debet fieri expreſſe, & non per coniecturas conſ.56 nu.9
Secus in fideicommiſſaria, quæ etiam tacite & per coniecturas fieri poteſt ibidem
Subſtitutio facta pluribus inſtitutis poſt mortem omnium, in tota hæreditate, facit, vt inter illos cenſeatur inducta reciproca ſubſtitutio conſ.56 num.13
Subſtitutio quando eſt facta pluribus in rem, vt vltimo morienti

morienti ſuccedatur, teſtator videtur eos inuicem ſubſtituiſſe. conſ.66 nu.19

Subſtitutio ſimpliciter facta de extraneo intelligitur ſub cõditione, ſi deceſſerit ſine liberis, in qua neptis ex filio ſubſtitutum excludit, etiamſi non eſſet patruus. conſ.17 num.2 & 27

Subſtitutio facta his verbis, & eos inuicem ſubſtituo, intelliguntur ſub conditione ſi deceſſerint ſine filiis. conſ.22 num.1

Subſtitutio quando fit de maſculis & eorum hæredibus, ſub hæredum nomine etiam fœmina ſubſtituta cenſentur. conſ.17 num.24

Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. conſ.14 nu.51 & conſ.17 nu.41

Subrogatum in alterius locum debet eſſe eiuſdem qualitatis. conſ.64 num.36

Subſtantia vbi non eſt, ibi nec qualitas eſſe poteſt. conſ.49 num.30

Subſtantiale pactum ſi non ſeruatur, quod eſt actum reſcinditur conſ.9 num.20

Item, ſubſtantiale dicitur quod contractus naturam tribuit ibidem

Succeßio, & ius legitima eſt de iure poſitiuo conſ.55 nu.4

Succeßionis ius ſi in ſententia ſeu ſtatuto reſeruetur an intelligatur de omnibus bonis, an de legitima tantũ. conſ.38 num.5

Succedere alteri quis non poteſt, niſi procedat ab vno communi ſtipite, per quem ſint ſibi coniuncti in aliquo gradu. conſ.41 num.19

Sufficit ſi vel in paucis amici laboribus conſulamus. conſ.33 num.15

Suorum appellatione non venit ſpurius conſ.2 nu.20

Superficiarius dicitur ille, qui conduxit vt ibi ædificium imponat conſ.46 nu.15

Suſpirans vel plorans tempore contracti matrimonij illud non ſponte feciſſe præſumitur conſ.16 nu.28

Suſpicio probabilis tormentorum idem operatur, quod ipſorum illatio conſ.16 n.9

T

Taxa generalis per Regem impoſita quomodo appellari debeat. conſ.3 nu.1 & 8

Taxa generalis cuius natura ſit conſ.3 num.13

Tempus belli ſuſpectum, an vt de bello iudicari debeat conſ.31 num.14

Tempus non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis conſ.36 num.21

Tempus annorum quinque modicum reputatur conſ.46 num.2

Tempus infra decem annos dicitur modicum, & decennium dicitur non modicum ibidem

Tempore trepidationis belli datiariis, & gabellariis remiſſio fieri debet conſ.31 num.15

Tenor ſtipulationis & verborum ſemper eſt inſpiciendus conſ.61 num.2

Tenor inueſtituræ derogat naturæ feudorum conſ.62 n.3

Tenuta fit non ſolum facto, ſed etiam verbo. conſ.28 num.2 & 14

Tenuta dicitur illa quæ fit ex primo & ſecundo decreto conſ.28 num.8

Tenuta verbalis per literas conſtituta dicitur conſ.29 nu.3

Terminus datus ad probatum habendum plus includit, quã terminus ad probandum, & quomodo procedat num.16 conſ.57 num.8

Terminus datus ad probandum, & probatum habendum de ſui natura non excludit inſtrumentorum productionem conſ.37 num.18

Teſtamentum factum tempore peſtis, vel in carceribus Tyranni ſine ſeptem teſtibus valet conſ.64 num.23

Teſtamentum factum coram duobus teſtibus ab infirmo in itinere peregrinationis, valet, ſi plures non inueniuntur conſ.64 num.21

Teſtamentum in quo loco ſecundi notarij, qui ex ſtatuto Veronæ adhiberi debet, ſacerdos interuenit ſub prætextu, quod ſecundus notarius non inueniretur, an valeat conſ.64 nu.8 & 24

Teſtamentum effectum non ſortitur niſi poſt teſtatoris mortem conſ.61 num.11

Teſtamẽtum per notarium ex alterius relatione extra thalamum teſtatoris conſcriptum, & ab ipſo teſtatore ſimplici verbo ad interrogationem confirmatum, an valeat nec ne conſ.64 num.1.3.4.& 6

Teſtamentum poteſt inſinuari coram alio iudice, quam iudice inſinuationum teſtamentorum, quando propter peſtem illud officium vacet conſ.64 nu.19

Teſtamentum in quo filia eſt hæres inſtituta ſub conditione non poteſtatiua, & in eius defectum alius eſt inſtitutus, an valeat conſ.60 nu.1

Teſtamentum vel vltima voluntas an aliquo remedio ita fieri poßit, vt reuocari nequeat conſ.54 nu.18

Teſtamentum factum per ingreſſum monaſterij an prætertione ipſius monaſterij rumpatur conſ.42 num.13

Teſtamentum non extare, vel factum non fuiſſe probatur adhibita diligenti inquiſitione conſ.27 nu.28

Teſtator legando fundum Eccleſiæ, diſponere poteſt vt pro eo onera & collectas ſoluere teneatur, licet alias eſſet exempta conſ.3 nu.28

Teſtator præſumitur magis diligere nepotem ex filio in portione eidem filio relicta, quam alium filium. conſ.17 nu.3 & 21

Teſtator quam charitatem habet ad filium, eandem continuatam habet ad nepotes, & pronepotes ex eo conſ.17 num.4

Teſtator ſi filiabus ſuis filios ſuos maſculos prætulit, an eos pariter nepotibus ſuis prætuliſſe videatur conſ.17 num.9 & 28

Teſtator in ſubſtitutione reſpectum habere videtur ad ſtatutum ſuæ ciuitatis excludens fœminas propter maſculos. conſ.17 num.11

Teſtator ſi poſthumos nondum natos filiabus ſuis prætulit, multo magis eos nepotibus prætuliſſe videtur conſ.12 nu.12 & 35

Teſtator quod in vno expreßit, in alio vero omiſit, noluiſſe præſumitur conſ.17 nu.23

Teſtator non præſumitur ſe velle in continenti corrigere conſ.17 num.29

Teſtator ſi legat alicui conſortio fundum, vt eligatur nobilis pauper, qui ſit ſine officio, an intelligatur de illo, qui habet officium ad modicum tempus, tenue & debile, an de illo, qui habet perpetuũ, & ex quo commode viuere poſſit conſ.27 nu.15 & 34

Teſtator ſi mandat, vt quilibet hæredum det Titio centum, quilibet cenſetur in ſolidũ grauatus, licet in ſolidum non ſit hæres conſ.52 nu.12

Teſtator ſi filio ſuo ſubſtituerit, ſi deceſſerit ſine liberis, bona deueniant in Sempronium, vel eius filios & hæredes, an intelligatur, id eſt, deſcendentes conſ.63 nu.13

Teſtator ſi filios hæredes inſtituat, ac mandet, vt in communione permaneant, dicuntur ſocij hæreditatis tantum, & non omnium bonorum conſ.59 nu.2

Teſtator in dubio an præſumatur voluiſſe legitimarum ſubſtitutos excludere conſ.22 nu.20

Teſtator in dubio videtur velle teſtari ſecundum quod ius diſponit conſ.22 nu.22

Teſtator fingitur cogitaſſe quod lex diſponit conſilio 22 num.23

Teſtator prohibens ſupplementum legitimæ, an in caſu, quo petatur, eidem ſubſtituere poſſit, & ſic an illa ſubſtitutio cenſeatur adiecta loco pœnæ, nec ne conſ.55 nu.6

Teſtator ex conſanguinitate præſumitur prædilexiſſe conſ. 56 num.7

Teſtator an videatur voluiſſe, quod filia ſub conditione inſtituta deficiente conditione non ſit hæres conſilio 60 num.2

Teſtator vel contrahens aliquid impoſſibile voluiſſe nõ præſumitur conſ.60 num.5

Teſtator ſi filiam inſtituat ſub conditione poteſtatiua dependente ex facto alterius, velut ſi quod eius maritus, & ſocer expellant concubinam, an illa voluntas ſit iuſta, & licita conſ 60 num.6.12.14.17.20.& 23

Teſtator hæredem ſi non facit quod præcepit, hæreditate priuare poteſt conſ.60 nu.31

Teſtator diligens eſſe debet, & ſe non coarctare ad extremum vitæ ſuæ exitum conſ.64 nu.46

Teſtatoris mens ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato, & ſic ſecundum ius commune regulatur conſ.22 nu.24

Teſtis qui deponit per verbum credit, non videtur affirmare conſ.10 nu.18

Teſtis qui in eodem inſtanti dicat ſe ſcire, & credere, an probat conſ.10 nu.19

Teſtis de credulitate interrogari non debet, poſtquã de certa ſcientia depoſuit conſ.10 num.20

Teſtis vnius dicto ſtatur quando tractatur de eius facto conſ. 16 num.4

Teſtis qui non eſt integer, an ab alio teſte, qui non eſt omni exceptione maior coadiuuetur, & quid ſi ſint plures, nu. 20 conſ.47. num. 18.

Teſtis conſanguineus, vel affinis eſt ſuſpectus, maxime ſi conſanguinitatem, vel affinitatem celauerit conſ. 51 nu.15

Teſtis ſingularis non probat conſ.51 nu.6

Idem ſi ſit alius contrarius ibidem

Teſtis rem æſtimans debet ſe referre ad communem æſtimationem, alias non probat æſtimationem conſ 51 num. 35 & 37

Teſtis ignorans conditionem, qualitatem, & quantitatem rei, ſeu poſſeſſionis, eam æſtimare non poteſt, & ſi de æſtimatione deponat non probat conſ.51 nu.36

Teſtis alias inhabilis examinatus pro vtraque parte approbatus cenſetur, & probat conſ 51 nu.50

Teſtis in cauſa principali ſuper vno capitulo examinatus, non debet poſtea in cauſa appellationis ſuper eodem examinari. conſ.51 nu.40

Teſtes quando de rei valore ſeu æſtimatione deponunt, & ſunt varij quibus credendum ſit conſ.51 nu.41

Teſtis vtens verbis inſolitis eſt ſuſpectus conſ.51 nu.46

Teſtis debet deponere pro vtraque parte conſ.64 nu.63

Teſtis prohibetur à lege teſtificari, an & quando admittatur ad teſtificandum, declaratur nu.66 conſ.54 nu. 65

Teſtes domeſtici de his, quæ domi fiunt idonei ſunt. conſ.54 num.57

Teſtes de alieno auditu non probant conſ.51 nu.59

Teſtes deponentes per eundem præmeditatumq́; ſermonem non probant conſ.51 num.9

Teſtes quibus pars nolle vti dixit, non probant. conſil.51 num.2

Teſtis, vbicunque poteſt aliquid opponi, non dicitur omni exceptione maior conſ.47 nu 14

Teſtes producti ſuper poſſeſſorio, ſuper petitorio poſſunt interrogari conſ.10 n.26

Teſtes valde nobiles etiam ſingulares probant. conſilio 8 num.21

Teſtes valde nobiles etiam attinentes probant. conſ.8 num. 18 & 20

Teſtibus veriſimilia deponentibus credendum eſt. conſ.8 num.19

Teſtibus de metu deponentibus, maximè quando pro eo ſunt aliqua coniectura, magis creditur quam contrarium aſſerentibus conſ.16 nu.29

Teſtibus adinuicem contrariis in tempore fides non eſt adhibenda, nec tunc poſſunt ad concordiam reduci. conſ.47 num.7 & 11

Teſtibus in inſtrumento deſcriptis, potius quam aliis ſtandum eſt conſ.51 nu.6 & 49

Teſtibus pluribus ſtandum eſt, etiamſi omnes pro vna tantum parte eſſent examinati conſ.51 nu.23

Teſtibus dignioribus, & deponentibus id quod magis rationi conſonat, potius quam aliis credendum eſt. conſ.51 num.49

Quando notarius & teſtes in inſtrumento deſcripti pro eo deponunt, & alij non deſcripti contradicunt, inſtrumento ſtandum eſt ibidem

Titulus ex patientia, aut negligentia non præſumitur. conſ. 5 num.6

Titulus nullus pro non titulo habetur conſ.10 nu.51

Tractatus ad decipiendum fieri ſolet conſ.16 num.13

Ex tractatu mutui venditionem præcedente maxima ſimulationis contractus ſuſpicio oritur conſ.51 nu.1

Tradens tibi rem ſuam non tamquam ſuam, ſed tuam, dominium non transfert conſ.44 nu.14

Tradens rem alterius, quam ſuam eſſe putat dominium non transfert conſ.44 num.21

Tranſactio per inſtrumenta de nouo reperta non reſcinditur. conſ.25 nu.12 & 16

Tranſitus de legato ad contractum quis dicatur. conſ.54 num.28

Trebellianicam nemo detrahere poteſt niſi ille, qui eſt hæres directus conſ.56 nu.30

Treuga an potius paci vel bello æquiparatur conſ.31 nu.21

De treuga, & guerra idem eſt iudicium ibidem

Treuga quid ſit conſ.31 nu.22

Treuga tempore an merces ad infideles transferre liceat. conſ.31 nu.20 & 23

Tributum quid ſit conſ.3 nu.3.4 8.10 & 12

Tributum quare præſtetur conſ.3 nu.9 & 38

Tributum poteſt eſſe in pecunia conſ.3 nu.11

Tributum regulariter munus ordinarium dicitur. conſ.3 num.15

Tributum eſt mere reale conſ.3 num.17

Tributi natura quæ ſit conſ.3 nu.6 & 18

Tridenti eſt conſuetudo, vt mulieri in reſtituenda dote moram paſſa debeantur quinque pro centenario, & vltra. conſ.4 num.26

Tutela ſecundario dicitur munus publicum, ſed principaliter

tur eſt priuatum conſ.36 nu.24
Tutor, cui permittitur rem pupilli obligare, vt creditori cui primo erat obligata ſoluatur, id cum eiuſdem qualitatibus non grauioribus facere poteſt. conſ.13 nu.26

V

VAſallus vel emphyteuta an rem redimendo à pœna excuſatur conſ.11 num.12
Vaſallus laicus an poßit feudum laicale alteri infeudare. conſ.12 num.3
Vaſallus laicus decimam habens ante Concilium Lateranenſe, an de conſenſu Epiſcopi illã alteri infeudare poßit conſ.12 num.17
Vaſallus an poßit infeudare abſque licentia domini. conſ.13 num.1
Vaſallus regulariter poteſt de re, de qua fuit inueſtitus, alium vaſallum facere, & quomodo procedat. conſ.13 n.2.7.& 9
Vaſallus, an alteri infeudare poßit alia lege, quàm ipſe habuerit, & an valeat infeudatio conſ.13 nu.5 & 8
Vaſallus ſecundus à primo inueſtitus dicitur etiam vaſallus Domini immediatus conſ.44 n.6
Vaſallus in feudo pro ſe & filiis maſculis inueſtitus, alteri infeudando pro ſe & filiis maſculis & fœminis, an feudi naturam alteraſſe dicatur conſ.13 num.23
Vaſallus qui feudi naturam alterauit, an cadat à iure ſuo. conſ.13 num.27
Vaſallus de feudo pro ſe & heredibus maſculis inueſtitus, ſi alium pro ſe & heredibus maſculis & fœminis inueſtiuit, an valeat ſecunda inueſtitura, ſaltem quo ad maſculos tantum, an in totum vitietur conſ.13 nu.28
Vaſallus poſtquam eſt de feudo inueſtitus, poteſt tamquam Dominus ab omni poſſeſſore quaſi vendicare. conſ.40 num.8 & 25
Vaſallus an poßit alteri ſubinfeudare conſ.44 nu.3
Vaſallus alteri ſubinfeudando in ſubinueſtitum transfert ſuum dominium vtile, & nullum penes ſe retinet. conſ.44 num.4
Vaſallus propter rebellionem ipſo iure feudo priuatur. conſ.44 num.9
Vaſallus ſimpliciter renuntians, vel conſentiens, an filiis praiudicet conſ.44 nu.16
Vaſalli licet feudum alienare non poßint abſque domini conſenſu, poſſunt tamen inter ſe diuidere, etiam quo ad dominium. conſ.45 nu.2
Vaſallus in caſu neceßitatis feudum vendere poteſt etiam inuito domino, ſaluo tamen iure domini conſ.64 nu.14
Vectigal eſt de reſeruatis Principi conſ.3 nu.30
Velle non videtur qui obſequitur imperio magiſtratus conſ.54 num.70
Velle homines non credimus niſi id quod dicunt conſilio 52 num.24
Vindemiæ tempore factum eſſe dicitur quod parum ante illam fit conſ.31 num.17
Vendere rem alienam ſicut quis ſolus poteſt, & ſe obligare de euictione, & ad pœnam dupli, & tenet obligatio etiam vendendo rem, quæ vendi non poteſt, ita etiam poteſt ſe obligare cum illo, qui obligare non poteſt conſ.51 num.5
Vendens rem minoris, qui ex forma ſtatuti Verona alienare non poteſt, an videatur intercedere tanquam correum principalem, an tanquam fideiuſſor conſ.51 num.7
Venditor qui primo rem alteri vendidit ſub pacto, ne res alteri vendatur, facta venditione, quo remedio vti poßit contra ſecundum emptorem conſ.8 num.8
Venditio ſub pacto aliquo facto, eo non ſeruato, an reſcindatur conſ.9 nu.16
Vendens ſub aliqua conditione vel pacto, an præſumatur, quod alias eſſet venditurus conſ.9 nu.19.22 & 23
Venditionis contractus cum pacto de retrouendendo an videatur vſurarius ſtante ſtatuto Coneglani conſ.9 nu.33
Venditione ſub cõditione facta, vt alteri res alienari nõ poſſit, ſi alienatur dominium non transfertur, ob obligationem generalem in inſtrumento appoſitam conſ.6 n.3
Venetiarum ciuitas eſt loco ciuitatis Romanæ quia non recognoſcit ſuperiorem conſ.23 nu.14
Veneti à Martino Quinto Summo Pontifice licentiam habuerunt deferendi mercimonia, & victualia ad infideles per plures annos conſ.31 num.42
Venetorum dominium in terris ſuis eſt loco Principis vel Imperatoris conſ.31 nu.38
Verbum, in perpetuum, an mutet heredum qualitatem in feudo conſ.11 nu.11
Verbum in perpetuum, intelligitur ſecundum ſubiectã materiam conſ.12 nu.12
Verbum ſucceſſoribus, in materia feudali intelligitur de filiis maſculis, idem de verbo heredibus conſ.13 nu.6
Verbum in perpetuum, quomodo in feudis intelligatur, & an de heredibus extraneis conſ.13 nu.16 & 19
Verbum generaliter prolatum, generaliter debet intelligi. conſ.19 num.4
Verbum vnum capitur propriè & impropriè ſecundum ſubiectam materiam conſ.17 nu.45
Verbum communiter, vel communis, quando refertur ad bona intelligitur, vt bona ipſa ſint communia conſ.32 num.10
Verbum diſponere, licet regulariter ad vltimam voluntatẽ referatur, tamen eſt generalis, & omnem alienationem inter viuos comprehendit conſ.15 nu.27
Verbum heres maſculinus, in materia feudi intelligitur de deſcendente ab inueſtito conſ.24 nu.41
Verbum prouentus, omnes fructus comprehendit conſ.34 num.30
Verbum debet, importat neceßitatem. conſ.39 nu.17
Verbum facere, non ſonat in ius, ſed in factum. conſilio 46 num.48
Verbum velle, liberam voluntatem ſignificat. conſilio 51 num.51
Verbum cuiuslibet, eſt diſtributiuum ſimplex. conſilio 52 num.11
Verbum diſtributiuum attribuit rem vel actum cuilibet in ſolidum ibidem & n.12
Verbum probabitur, in dubio intelligitur de plena probatione. conſ.55 nu.29
Verbum, lego, eſt verbum obliquum conſ.56 nu.10
Verbum, relinquo, eſt verbum commune conſ.56 nu.11
Verbum quiſque, licet ſit collectiuum, attamen inſtitutionis fauore vt diſtributiuum aſſumitur conſ.60 nu.21
Verbum remanere, quid importat conſ.9 nu.30
Verbum infinitum omne tempus ſignificat ſecundum naturam verbi cui adiicitur conſ.62 nu.4
Verbum pertinere latißimum eſt, & comprehendit etiam, ea quæ eſſe poſſunt conſ.62 nu.6
Verbum poteſt coniunctum cum infinitiuo, futurum etiam ſignificat, quia eſt expreßiuum conſ.62 nu.7
Verbum videtur, fictionem ſignificat conſ.35 num.7
Verbum tradere, tertiũ qui tradet præſupponit conſ.35 n.21

Ff 3 Verba

Verba ſunt ciuiliter intelligenda maxime in materia ciuili, conſ.2 num.16

Verba quando in iudicem diriguntur iudicis officium oritur, & non actio conſ.8 nu.9

Verba de præcedenti aliquando in futurum trahuntur ex coniecturis conſ.8 nu.20

Verba dedit & tradidit in inſtrumento, an ſi res eſt alibi, dominij traditionem importent. conſ.9 num.29

Verba narratiua probant inter præſentes & non contradicentes conſ.10 num.37

Verba quando ſunt obſcura, vt nullum intellectum ſuſtinere poſſit ſcriptura, an valeant conſ.10 nu.45

Verba inueſtitura debent intelligi ſecundum naturale & potentiùs ſignificatum conſ.12 nu.15

Verba vbi non conueniunt, ibi nec diſpoſitio conuenire debet conſilio 7. num.13. & conſilio 42 num. 5. conſilio 48 num.18

Verba legis vel ſtatuti vbi conueniunt, ibi & conuenit eius diſpoſitio conſ.55 nu.33

Verba pro ſe & ſucceſſoribus in perpetuum, an in feudis intelligantur de maſculis & fœminis, & de extraneis, an vero de maſculis & diſcendentibus tantum conſ.13 nu. 10 & 14

Verba debent aliquid operari, ne fruſtra appoſita eſſe videantur conſ.13 nu.12 & 21

Verba in dubio ſecundum contractus naturam intelligũtur conſ.13 nu.17

Verba inſtrumenti & contractus ſint conſideranda conſ.15 num.5

Verba debent aliquid operari conſ.15 num.7

Verba intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi conſ.15 num.30

Verba teſtamenti in dubio debent intelligi ſecundum ius commune conſ.17 num.34

Verba vt ſupra ſunt relatiua ad caſum præcedentem conſ. 17 num.48

Verba non ſunt Iudaice ad corticem intelligenda conſ.18 num.5

Verba enuntiatiua inter contrahentes præſumptionem inducunt conſ.24 nu.11

Verba ambigua in libello poſita, an proferens poſſit declarare conſ.28 nu.12

Verba in dubio in potiori ſignificatu intelliguntur conſ. 38 num.9

Verba ſtatuti in dubio debent intelligi ſecundum ius commune conſ.38 nu.10

Verba debent interpretari ſecundum naturalem curſum & votum parentum conſ.39 nu.30

Verba potius deſeruiunt naturæ contractus, quam è conuerſo conſ.46 num.18

Verba in dubio intelliguntur de primo actu conſ.42 nu.30

Verba indiſtincte poſita indiſtincte debent intelligi. conſ.46 num.32

Verba contractus ſimpliciter prolata intelliguntur ſecundũ iuris diſpoſitionem conſ.46 num.46

Verba contractus in dubio debent interpretari ſecundum illius naturam conſ.46 nu.47

Verba in dubio debent intelligi, nedũ de eo, quod eſt de præſenti, ſed etiam de eo, quod erit de futuro eiuſdem conditionis conſ.49 nu.5 & 24

Verba in dubio intelliguntur de primo actu conſilio 49 num.13

Verba enuntiatiua non probant conſ.51 nu.31

Verba acquiſitionum, ad communem & cuiuslibet eorum vtilitatem, intelliguntur, vt bona pro virili, & reſpectu numeri perſonarum diuidantur conſilio 52 num. 8 & 11

Verba in dubio ſunt accipienda in potiori ſignificatu conſ. 55 num.27

Verba conditionalia regulariter non diſponunt, fallit, vt num. 20 & 23. conſ.59 nu.2

Verba ex nunc prout ex tunc, quæ ſignificant. conſilio 56 num.3

Verba teſtatoris vbi ſunt clara, interpretatio cadere non poteſt conſ.60 nu.28

Verba priuilegij & conceſſionis facta filiis, vt hæredibus, an intelligantur, vt filij ſint hæredes patris conſilio 63 num. 4 & 7

Veritas imagine naturæ obnubilari non debet conſ.42 num.10

Veritas per coniecturas probatur, vbi aliter haberi nõ poteſt conſ.32 num.6

Veſtes, iocalia, & alij nuptiales apparatus, filiæ per patrem dati quando nupſit, an ſibi in legitimam imputentur. conſ.53 num.32

Verum præſumitur quod in inſtrumento continetur, niſi contrarium probetur conſ.24 nu.9

Victus victori in expenſis regulariter condẽnari debet. conſ. 62 num.15

Victor quis vere in cauſa dicatur, quando ſunt plures articuli ſiue capitula, & vterque in diuerſis obtinuit. conſ. 67 num.17

Vulneratus & percuſſus iuſtum habet mortis timorem, conſ.16 num.21

Vltima opinio glo. vel Doct. in dubio approbata eſſe cenſetur. conſ.54 nu.20

Vltima opinio glo. eſt tenenda conſ.28 num.14

Vltima voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem. conſ. 54 num.14

Vltima declarant priora.

Vna & eadem ſubſtitutio debet eodem modo & non diuerſo iure cenſeri conſ.17 nn.13

Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariter determinare conſ.17 nu.14

Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. conſ.17 num.42

Vnaquæque ciuitas ſibi ius proprium ſtatuere poteſt. conſ. 19 num.2

Vna poſſeſſio aliam non impedit, quando ſunt diuerſæ. conſ. 50 num.22

Vna præſumptio tollit aliam conſ.57 nu.29

Vnum verbum capitur proprie, & impropriè, ſecũdum ſubiectam materiam conſ.17 nu.45

Vnum & idem feudum poteſt eſſe antiquũ quo ad aliquos, & nouum quo ad alios conſ.42 nu.1 & 28

Villa non habet merum nec mixtum Imperium conſ.34 num.1

Villa ſeparata à ciuitate nouo præſide, Rectore, vel magiſtro indiget conſ.34 nu.18

Villa an competat in integrum reſtitutio conſ.10 nu.41

Vinum extra diſtrictum exportare prohibiti, nec vuam ſalam exportare poſſunt conſ.31 nu.7

Vitricus an pro priuigno teſtis eſſe poſſit, & an contra eum. conſ.54 num.61.62 & 68

Vitricus & nouerca, & ſocer habentur loco parentum ibidem

INDEX.

Vitricus non poteſt inuitus cogi ad teſtificandum contra priuignum conſ.54 nu.62

Vitricus qui ſimpliciter pro priuigno deponit, an præſumatur inuitus, vel volens depoſuiſſe conſ.54 nu.69

Quando quis non poteſt cogi ad aliquid, ſi illud facit, oportet quod manifeſte appareat, quod volens fecerit, alias inuitus præſumitur.

Viuere centum annis regulariter quis præſumitur, & quomodo id intelligatur, nu.4 & 11. conſ.32 n.1

Viuens non habet hæredem conſ.63 nu.11

Voluntas coacta voluntas eſt conſ.16 nu.3

Voluntas ex facto intelligitur conſ.16 nu.15

Voluntas legis vel teſtatoris per indirectum tolli non debet. conſ.27 nu.39

Voluntas proferentis declaratur etiam ex verbis nulliter prolatis conſ.50 nu.37

Voluntas teſtatoris per teſtamentum etiam irritum probatur conſ.50 nu.38

A voluntate teſtatoris expreſſa recedendum non eſt, niſi alia ipſius voluntas euidenter probetur conſ.17 num.8

Voluntatem talem quis habere vel habuiſſe præſumitur, qualem verba declarant conſ.52 nu.24 & conſ.60 nu.4

Vſura eſt quicquid ſorti accedit, & quomodo id procedat. conſ.4 nu.1 & 29

Vſura debetur ex obligatione depoſiti, ex mora vel ex pacto. conſ.25 nu.14

Vſuram nec Papa nec Imperator concedere poteſt conſ.4 nu.6

Vſurarum prohibitio in omni foro eſt eadem conſ. 4 nu.11

Vſuſfructus in his quæ vſu conſumuntur propriè non cadit. conſ.32 nu.17

Vſuſfructus alicui legari poteſt, ſub conditione, vt quoties omiſſus fuerit repetitus intelligatur conſ.46 nu.23

Vulgo quæſiti patrem incertum habent conſ.2 nu.4

Vulgo quæſiti licet non ſint agnati, attamen cognati ſunt, & quid in natis ex damnato coitu conſil.41 nu.3. 19, & 25

Vxor marito non ſuccedit de iure communi extante cognato in quarto gradu conſ.7 nu.3 & 6

Vxore non volente marito nihil acquiritur, etiam ſi bona eſſent paraphernalia conſ.32 nu.14

Vxores indignantur, quando mariti tenent concubinas, conſ.60 nu.30

F I N I S.

417

CONSILIA
CRIMINALIA
CELEBERRIMI, AC PRÆSTANTISSIMI IVRIS VTRIVSQVE INterpretis

DOMINI BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ VERONENSIS,

Liber Tertius.

DE NOVO DILIGENTISSIME A DIuerſis doctiſſimiſq; Auctoribus recognita, & ampliata, characterumq; varietate diſtinctis allegationibus, ornatius edita.

ADDITIS QVOQVE SVMMARIIS, AC INDICE Conſiliorum elaboratiſſimis.



Cum Gratia & Priuilegio Cæſar. Maieſt.

FRANCOFORTI,
Apud Nicolaum Baſſæum, Bibliopolam.
M. D. XCIX.

REPERTORIVM CONSILIORVM D. BARTHOLOMAEI CAEPOLLÆ I. V. D. EXCELLENTIſſi. nouiter in lucem editum.

QVOMODO Cognoſcatur quod aliqnis auxilium vel fauorem præſtiterit homicidio vt inde puniri poſſit, conſi. 1. iocip. ſcio magnifice.

An ſtatntum quod punit præſtantes auxiliũ cooperationi ad delictum committendum vltimo ſupplicio comprehendat eos qui armati aſtiterunt, ſed nihil amplius ſecerunt. conſili. 2. inci. ſuper caſu homicidij.

An qui eſt in poſſeſſione eũdi per viam & in ea turbetur poſſit turbantem æqualiter accuſare. conſil. 3. in. lp. in cauſa querelæ.

An poſſit aliquis domum ſuam armata manu intrare late. conſil. 4. inci. viſa querela producta.

An ſtatutum permittens bannitum impune occidi cõpręhẽdat ſeu intelligatur quod etiam poſſit offendi ab vxore & filio & alia coniuncta perſona. conſi. 5. incip. caſus talis.

An per ſecundum bannum intelligatnr receſſum à primo &an qui eſt abſolutus ſed non cancellatus iuxta ſtatu. quod permittit bãnitum impune occidi poſſit ioterfici. conſili. 6. incipi. veritas primi dubij.

Bannitus & non legitime de banno cancellatus an poſſit impnne occidi ſtante ſtatuto quod bãnitus à quinquaginta libris ſupra &c. &an hoc ſtatutum locum habeat quãdo pœna venit parti applicanda & non fiſco. conſil. 7. incipit quidam fuit Paduæ.

An poſſit bannitus impune occidi infra 15. milliaria vltra territorium in quo maleficium cõmiſit iuxta ſtatu. quod permittit &c. vt hic conſi. 8. incip. dicendum eſt breuiter.

An debitor priuati ratione delicti cedendo bonis poſſit ab ipſo liberari. conſil. 9. incipit quidam ex delicto.

Clericus primæ tonſuræ coniugatus, an & qnando priuilegium clericale amittat, & quis iudex eſſe habeat, & quando laicum perſedere debeat, & ipſum accuſat ſuus iudicem eccleſiaſticum mittere. conſi. 1. incip. non putet aliquis.

Clericus primæ tonſuræ in habitu & tonſura non incedens an perdat priuilegium clericale, & ille qui poſt delictum commiſſum clericus efficitur, beneficio gaudeat clericali. & an qui patitur per iudicem ſecularem condemnari: tacite videatur ſuo priuilegio renuociare. conſil. 11. inci. caſus talis eſt.

Expenſæ an poterunt taxari. quando quis propter delictum fuerit condemnatus, & de expenſis nulla mentio facta. conſil. 12. incipit ſuper expenſis.

Decreto principis ſtante qnod nullus poſſit dare de damno inſolutum laboratoribus artis lane ſub pœna tam dantibus quam accipientibus: ſi omnes magiſtri cum laboratoribus conuenerint de dando damno, nũqnam recipiendo decretum an inciderint in pœnam, & quid ſi poſt decretum aliqui magiſtri effecti ſint qui cõtrauenerunt. conſi. 13. incipit ſtante qnidam.

Condemnatio an valeat ad ſtandum ſex menſibus in carceribus & ad ſoluẽdum debitum eo quod eripuerit aliquem de manibus familię poteſtatis condemnatum pro debito priuato per totũ conſil. 14. incip. pro declaratione.

Statntum Paduanum quod nõ reddatur ius offenſo contra offendẽtem qui non ſecit vindictam an clericus comprehendatur per totum conſil. 15. incip. vertitur in dubium.

An condemnatio pecuniaria pro intereſſe intelligatur transfuſa in aliam pœnam perpetui bãni, quando dicitur & ſi non paruerit infra menſem ſit perpetuo bannitus per totum conſil. 16.

Crimine læſæ maieſt. an poſſit contra mortuum procedi & an bona rebellium poſſint de iure vel conſuetudine publicari per totum conſi. 17.

An ſtatutum loquens de damno habeat locum in ſurto per totum conſi. 18. incipit ſtatutum eſt.

An ſtatutum loquenx de damno debeat locum in dãno dato in ſuburbiis quæ ciuitati ſunt cõiuncta per totum conſi. 19. inc. datum eſt bannum.

An ſi condemnatur per falſos teſtes contra ipſum productos ad carcere, ab eis fugit quare condẽnatus eſt ex contumacia poſſit vel nõ & aliqualiter ſuccurri. conſi. 20. inci. qnidam.

An ſi teſtes dicant ſe non audiuiſſe quæ in inſtrumento ſcripta ſunt, notarius de falſo poſſit accuſari. conſi. 21.

An præſumatur falſum inſtrumentum quãdo notarius ſcribit partes ſigillaſſe, & tamen ſigillum non apparet conſi. 22.

An & quando fieri poſſit inquiſitio falſitatis lane. conſi. 23. inci. ſpectabilis.

An electi ad ſumandum & aptandnm æſtimum potuerit mandare notario ſuo quod alicuius æſtimo vnum centum addat, & an dictus notarius falſo teneatur. conſi. 24.

An ſit per vnum ex iudicibus nnnciatum fuerit accuſato vt fugiat ne capiatur, fideiuſſor pro illo vltra teneatur. conſi. 25. incip. cum per.

Mulier quæ diu pro ſamula ſtetit, & pro famulatu creditrix fuerit, ac à domino prægnans reddita, ſi eidem furtiue poſtquam ab eo receſſerit pecunias ſubtraxerat an furtum committere dicatur. conſi. 26. incip. magnifice.

An qni noluit homici. intereſſe ſed poſt cõcluſionem dixit. Andadelo amazarcon dioche ve portaro el bail & la zapa da ſepelirlo. dicatur dediſſe auxilium & fauorem. conſi. 27. incip. requiſitus.

Homicidium ad offenſam vel defenſam quomodo dicatur eſſe factum, & qnod vulnus mortale aut non. conſi. 28. incip. magiſter.

Homicidium ad defenſam vel vindictam quomo-

do factum dicatur, & qualiter puniri debeat quando ad ſui defenſionem. conſil. 29. incipit viſo proceſſu.

Regacij ſi ad lapides laudant, & vnus alium occidat, qua pœna puniri debeat. conſili. 30. incipit regacij.

Homicidium aliquid an & quomodo per laſciuiā vel dolum factum dicatur, & qua pœna puniēdi qui per laſciuiam occidunt. conſil. 31. inci. ſuper homicidio.

An feminę in cauſa capitali idonei teſtes dicantur, & quid de ſocio in rixa, ſocio offenſi &c. conſili. 32. incip. quidam ruſtici.

An ſi aliquem occidere cupiens eius loco amicum occidat mortis pœna puniri debeat. conſili. 33. incip. multa poſſent.

Mandatum ſuſcipiens de vulnerando & non occidendo ſi occiderit an de occiſo teneatur, & an ſtante ſtatuto quod bannitus impune occidatur, quid in proditorie occidente. conſi. 34. incipit ſi vnquam.

Mandans aliquem vulnerari, & quod eum non occidat, nunquid teneatur ſi ille occidat. conſi. 35. incipit poſtulato.

Maleficium committens vbi minus delinquere voluit plus deliquerit, ſi tamen veriſimiliter cogitare potuit quod ex illo minori quod intendebat illud maius reſultaſſet an teneatur &c. cōſil. 36. incip. in caſu.

An factum illicitum potius ab euentu quam ab animo iudicari debeat. conſi. 37. incip. viſa inquiſitione.

An ille qui mandauit aliquem ſolum vulnerari ſed mandatarius occidit pœna mortis teneatur. & quod modis homicidium committatur. conſil. 38. poſtulato ſuffragio.

Conſiliarij ciuitatum an gaudeant priuilegiis decurionum, & an conſtitutio de pace tenenda locum habeat in officiali fiſci. conſi. 39. incip. lucius ciuis.

An in cauſa capitali pater pro filio tanquam defenſor & procurator admittatur. conſil. 40. incip. licet inuitus.

An qui interfecit ipſum vulnerantem, ſiue ſuum aggreſſorem de morte teneatur. conſil. 41. inci. cum Petrus.

An & quibus caſibus liceat aggreſſorem interficere, conſi. 42. incip. multa ſapienter.

An & qualiter homicidium dicatur eſſe doloſum, quando percuſſus percutientē interfecit. conſil. 44. inci. Magnifice.

Aggreſſus nunquid poſſit aggreſſorem interficere pro rerum ſuarum & perſonæ defenſione conſi. 44. incip. viſo proceſſu.

An pater pro filio quandocunque ad ſui filij plenariam defenſionem admittatur &c. con. 45. incip. Titius vulneratus.

An pater pro filio in cauſa criminali admittatur pro filij defenſione. con. 46. inci. quidam.

An procurator in cauſa capitali ad oſtendendum accuſati innocentiam admittatur, & in quibus caſibus ſuper crimine admittatur defenſor. conſilium. 47. incipit quanquam.

An pater pro filio dominus pro ſeruo abbas pro monacho admittantur in cauſa capitali. conſil. 48. incip. ſuprāſcripto.

Bannitus condemnatus ſecūdum ſtatuti formam de quo hic qui poſt condemnationē vult procuratorem mittere ad allegandum innocentiæ cauſas nunquid admittatur. conſi. 49. incipit omnipotentis.

An & quibus caſibus audiatur procurator in capitali cauſa innocentiæ cauſas allegans conſi. 50. incip. ſi curia.

Procurator ad allegandum innocentiæ cauſas an & quibus caſibus admittatur. conſi. 51. incipit ſatis clare.

An ſi homicidium fuerit publice commiſſum iudex teneatur admittere defenſorem ad allegandum abſentiæ cauſas. 52. incip. ego Io.

An defenſor vel procurator poſſit interuenire in cauſa capitali. ſi à ſtatuto imponitur pœna pecuniaria. conſi. 53. incip. caſu præmiſſo.

An & quibus caſibus pater pro filio abſente in cauſa criminali admittatur. conſil. 54. incip. vnus filiorum.

Ratione proprij intereſſe, quę perſonæ admittantur pro abſente in caſu capitali. conſil. 55. inci. in l. ſeruum.

An capitis pœna teneatur rapiēs mulierem quam ante vel poſt ſuam dicit vxorem eſſe conſil. 56. incip. ſuper querela.

Statuto ſtante quod ſi quis adduxerit mulierē honeſtæ vitæ puniatur quod ſi ipſa confiteatur ſe ab eo cognitam ante adductionem conſi. 57.

An ſit facienda remiſſio de locis non ſubiectis eidem ſuperiori de perſona quæ commiſit graue delictum, & an talis conſuetudo valeat. conſil. 58.

An quiſpiam ſine libello poſſit de ſpoliatione condemnari, & an ibi habeat locum reconuentio. conſil. 59.

An & quando teſtes torqueri poſſint, & cui magis ſtandum ſit, an vltimo in tormentis vel primo ſine tormentis conſi. 60.

An & quando vulnus mortale eſſe dicatur & quid ſi non ſit mortale ſi fuerit illatum in corpus ægrotum. conſil. 61.

An ſi inquiſitio fuerit facta de inſultu in perſonā & probetur inſultus ad domum non exiſtente perſona condemnatio inde ſequi poſſit. conſilium 62.

An admittatur mulier in cauſa capitali ad allegandum innocentiæ cauſas, & an vbi iudex de facto ſupplere poſſit, ibi quilibet admittatur nume. 63.

An dari debeat accuſato vel inquiſito indiciorum copia, & etiam audiri antequā ponatur ad torturam conſil. 64.

An inquiſitor vel accuſato vel incarcerato dari debeat copia indiciorū & diffamationis & teſtiū nomina. conſi. 65. incip. decreuit.

An valeat inquiſitio non præcedentibus indiciis, vel non data copia indiciorum ſi reus delictum confeſ-

confeſſus fuerit. conſilium 66. incipit teneo.

An inquiſitio poſſit fieri per iudicem delegatum ſuper nouis indiciis lata ſententia abſolutoria. conſil. 67. incip. circa primum.

Inceſtum committens cum matertera ex alicuius ſtatuti forma qua puniri debeat, & debeat, & de talis ſtatuti intellectu quando pœnam imponit an de morte intelligatur. conſil. 68. incipit contra Barto.

An iudæus inhabitans domum alicuius teneatur de ipſius combuſtione ipſi domino & qualiter conſi. 69. incip. circa primum.

Actio iniuriarum quanto tempore duret, & an exceptio præſcriptionis actionis iniuriarũ dilatoria ſit vel peremptoria. conſ. 70. inci. viſa prius.

An accuſatus de crimine expilatæ hæreditatis ſe poſſit per procuratorem defendere & opponere exceptiones concernentes ineptitudinem accuſationis. conſi. 71. incip. circa accuſationem.

An clericus contra quem epiſcopi vicarius de homicidio vult procedere ſe poſſit per procuratorem defendere. conſi. 72. inci. vicarius.

An procurator in caſu criminali admitti debeat ſuper hoc ſaltem quando dubitatur an admitti debeat. conſi. 73.

An pater hebræus pro filio iudæo in cauſa capitali admitti poſſit. conſi. 74. incipit pater.

An puniri debeat pœna legis Corneliæ de ſicariis, ille qui interfecit turbantem in ſua licita vindicta. conſi. 75. incip. Viſis.

An dici debeant delicta plura ex eo quod quis per temporum interuallum plures blaſphemauerit conſi. 76. incip. viſa inquiſitione.

An ſi quiſpiam fuerit inquiſitus quod falſos bagatinos expẽderit qua pœna ſit puniendus conſil. 77. incip. viſa.

An & quomodo ex homicidio vel membri mutilatione aliquis incurrat irregularitatem, & an vicarius epiſcopi aſſiſtendo cum iudice ſeculari, faciens vnum torqueri ꝓpter crimina qui poſtea ad mortem condemnatus fuit propter hoc talis vicarius irregularis exiſtat. conſil. 78. incip. proponitur.

Vtrum filij cadant in pœnam l. quiſquis. Cod. ad l. Iul. maieſtat. ex crimine à patre commiſſo conſil. 79. incipit ego conſulta.

An mortis pœnam mereatur qui venenum dedit & non occidit, & de interpretatione ſtatutorum plura hic: conſilium. 80. incipit viſa inquiſitione.

FINIS.

REPERTORIVM PER ORDINEM ALPHABETI COPIOSISSIMVM EORVM QVÆ IN CONSILIIS DOMINI BARTHOLOMÆI Cæpollæ Iuris vtriuſque Doctoris eminentiſſimi continentur.

A

ABbas pro monacho, & pro monaſterio, & pro ſuo intereſſe poteſt interuenire in cauſa criminali per totum conſil. 48. conſi. 54. num. 5.

Abſens de iure veteri in duobus caſibus dānari poterat. conſil. 40. nu. 8.

Abſens ſi defenderetur ſententia cōtra ipſum ferri nō poſſit. conſi. 45. nu. 2. & conſi. 47. nu. 10. immo iudex debet officio id facere. conſi. 50. nu. 4.

Abſens damnari poteſt crimine læſæ maieſtat. conſi. 47. numero 8.

Abſens quandocunque damnari poteſt ibi eius procurator interueniſſe debet conſil. 49. nu. 4. ſupra proxime in ſi. & per totum conſi. 55.

Abſentes & infantes ex quo in culpa non ſunt non tenentur conſi. 19. nu. 17.

Actio iniuriarum quanto tempore duret. conſi. 70. nu. 1.

Actio iniuriarum duplex vna criminalis alia ciuilis. eo. conſ. num. 2.

Actio omnis ciuilis durat 30. ann. ibi & duobus nu. 3.

Actio iniuriarum vt competat quid. conſil. 70. nu. 4. & 16.

Actu aliquo facto à iudice ſi fiſco pœna quæratur talis actus ad fiſci præiudicium mutari non poteſt. conſil. 63. nume. 16.

Actui alicui quando duo vel plura requiruntur, ſi alterum deficiat nihil agitur. conſi. 2. nu. 3.

Actum aliquem faciens communiter exiſtimatum licitum ſapit tamen vſurariam prauitatem nunquid illum faciens ſit excuſatus. conſi. 13. num. 24.

Actus in dubio præſumendus eſt vt recipiat additionem ne quis incidat in delictum. conſi. 21. nu. 27.

Actus agentium in patientia bene diſpoſito operantur ſecundum phi. conſi. 26. nu. 27

Actus omnis verbalis factus gratia facientis & non conſulentis conſilium dicitur. conſi. 27. nu. 3.

Accuſato vel inquiſito an danda ſit copia indiciorum & an dicentia antequam ponatur ad torturam. conſil. 64. & in eodem conſi. nu. ſequ. & conſi. 69. nu. 1.

Accuſatus de crimine expilatæ hæreditatis an ſe poſſit per procuratorem defendere conſi. 71. nu. 1.

Accuſatus de furto & tortus præcedentibus indiciis & confitetur nunquid vlterius interrogari poterit, aut torqueri. conſ. 39. nu. 44.

Accuſatio non admittit procuratorem, nec inquiſitio quæ procedit per viam accuſationis. conſil. 40. nu. 13.

Accuſare an poſſit ille qui eſt in quaſi poſſeſ. eundi per viam ſi turbetur. conſi. 3. per totum.

Accuſato fugiente de conſi. alterius iudicis nūquid teneatur amplius fideiuſſor conſi. 25 per totum.

Adiectiuum quando cum ſubſtantiuo maſculo coniungitur tunc ſi fœmininum capit ſit ex extenſione non vero ex proprio ſignificatu ſecundum ſubiectam materiam. con. 26. nu. 22.

Adulterium commiſſum per maſculum aut fœminam an morte puniendum ſit. conſi. 80. nu. 8.

Affectus non eſt qui vincat paternum. conſi. 54. nu. 10.

Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur conſil. 34. num. 13.

Aggreſſus ſeu vulneratus in quibus caſibus aggreſſorem poſſit interficere per tot. conſi. 42.

Aggreſſor in dubio ille qui ſuperat indicatur. conſil. 28. numero. 14.

Alienatio facta titulo oneroſo antequam delictum aliquod committatur in præiudicium poſtea confiſcationis poſt delictum an valeat conſil. 17. nu. 19.

Amator qui amatricem impregnauit, ſi eius amore motus pro futura abortione ei poculum dederit ſi partus vel mater moriatur an teneatur de occiſo. conſi. 36. nu. 2.

Animalium cuſtos ſi animalia in paſcuis dimiſerit ſibi conſueuerat dimitti, & lupus ea comedit an excuſetur. cōſil 13 nu. 26.

Appellare poſſunt quibus à iure communi audientia non denegatur. conſi. 63. nu. 7.

Appellatio non tollit grauamen, quod pars ſibi ſua negligentia infert. conſi. eo. nu. 14.

Argumentum à nomine bonum eſt. conſi. 24. nu. 13 ſimiliter à veriſimili conſil. 3. num. 5 & à nomine ibi. nu. 10.

Argumenta quantumlibet vrgentiſſima non ſufficiunt vt quis ad mortem condemnetur. conſi. 6. nu. 11.

Argumentū à ſimili de bannito legitime & illegitime quādo procedat. conſi. 7. nu. 7.

Argumentum à contrario quando ſumi poſſit. conſi. 9. nu. 5.

Armorum terror & percuſſionis iactatio an ſufficiat. conſil. 28. nu. 10.

Aſcendentes & deſcendentes in ſtatutis non comprehendūtur niſi veniant linea directa. conſi. 68. num. 4. & eodem conſi. nu. 3.

Atteſtationes ſuper indiciis ſi fuerint reiectæ vt non probātes ſuper nouis indiciis iudex poterit examinare teſtes. conſi 67. nu. 2.

Atteſtationibus publicatis poterit nihilominus inculpatus facere iterum teſtes examinari, quando modus agendi variatur. conſ. 73. num. 2.

Authentica bona damnatorum in quibus caſibus locum habeat conſi. 17. nu. 42.

Aufugere quando quis poteſt, & non aufugit ſed vulnerat aliquem non dicitur ad ſui defenſionem feciſſe. conſi. 28. num. 3. & num. 16.

Auxilium præſtans maleficio quomodo puniatur. conſil. 27. nu. 9.

B

BAnnitum & excommunicatum excipientis nomine iudex habet repellere conſi. 63. nu. 10.

Banniti ſententia quo caſu ſit interlocutoria reuocari non poteſt ibi. nu. 17.

Bannitus cui equiparetur, quando ei bona non adimitur. 54. nu. 14.

Bannum magis ex contumacia quam delicto deſcendit. conſil. 57. nu. 8.

Banno ſolo nemo dicitur vagabundus. conſ. 58. nu. 25.

Banni-

Bannitum licet occidere quando eſt bannitus ex delicto pro quo pœna mortis imponitur. conſi.5.nu.12.
Bannitus efficitur hoſtis ciuitatis ibi. nu. 14.
Bannitum fratrem an liceat occidere vigore ſtatuti. conſil. eodem nu.26.
Bannum ſecundum an tollat primum, & an abſolutus ſed nõ cancellatus impune occidatur. conſ.6.nu.15.
Banni ſententia pœnalis. nu.2.
Banniri quis ſapius poteſt ex diuerſa cauſa. nu.13.
Bannitus qui banniri non potuit an potuerit impune occidi. ibi. nu.16. & per totum conſi.7.
Bannitum occidens an conſequatur præmium quando id fecit ignoranter conſi.7.nu.2.
Bannitus an poſſit impune offendi infra xv. milliaria iuxta ſtatu. de quo per totum conſil.8
Bannum nihil aliud eſt quam prohibitio ſtãdi in certo loco. ibi.nu.2.
Bannitus ciuitatem amittit. conſi.20.nu.4.
Bellum licet indicere alicui minus potenti ad recuperationem rerum ſuarum. conſi.26.nu.3.
Beneficium omne quod datur patri chriſtiano pro filio an ſimiliter detur patri iudæo. conſi.74.nu.2.
Beneficium clericale an aliquis poſſit perdere propter delictum enorme. conſi.11.nu.28.
Bona alibi exiſtentia in terris eccleſiæ an veniant in bonorum confiſcatione. conſi.17.38. & regulariter an veniãt bona in alio territorio vide. nu.35. & 39.
Bonorum confiſcatio an valeat etiam ſi aliquis non ſit ad mortem condemnatus ibi.nu.36
Bonorum ceſſio in criminalibus non ſufficit. conſi.9.nu.3. & quando quis doli ratione conuenitur non ſufficit bonis cedere ibi.nu.ſeq.
Bona & bon ſta perſona quilibet præſumitur. con.57.n.8.

C

C Apitulum reintegrãda quod eſt factum ad finem peccata corrigendi etiam in foro ſeculari ſeruandum eſt. conſil.59.nu.7.
Capitaliter ex homicidio vt quiſpiam puniatur, requiritur dolus & culpa. conſi.33.nu.5.
Captus aliquis per iudicem ſecularem ſi oſtẽdat literas clericatus ſtatim remittendus eſt. conſi.11.nu.3.
Carceribus fugiens an habeatur pro confeſſo. conſ. 20. nu.3. & conſi.13.nu.22.
Carnem ſuam vnquam nemo odio habuit conſi.31.nu.7.
Cauſa qualibet etiam iniuſta dolo vel pœna excuſat con.13. nu.17.
Cauſa ex qua vltimum ſupplicium imponitur an poſſit appellari. conſi.63.nu.5.
Cauſa principalis ſi ſummaria fuerit omnes eius articuli debent eſſe ſummarij. conſi.73.nu.5.
Cauſa capitalis an admittat patrem pro filio & ſimiles perſona. conſi. 46. per totum cum ſequenti. & an abbas pro monacho. vide con.48. & generaliter ad cauſas abſentiũ vide per tot. con.47 & per tot. cõ.50. & per tot. con.5. & per to. cõ.53. & 54. quæ omnia loquũtur de hac materia.
Cauſa poſſeſ. & propriet. quo caſu poſſint ſimul intentari. con.49.nu.19.
Cauſa exterior interiorem actum declarat. conſi. 29.n.28.
Cauſa in criminali an aliquis poſſit præſumptionibus condemnari. conſi.21.nu.5.
Cauſa proxima dicitur qua poſita ponitur effectus. conſ.2. nu.6. & qualiter conſiderari poteſt ibi.nu.9. & 10.
Cauſa ab aliqua quando aliquid habet procedere intelligitur procedere tanquam à prima cauſa non tanquam à medio. ibi. nu.8.
Cauſa cauſæ veritate inſpecta cauſa non dicitur ibi.nu.11.
Cauſa à prima quando res procedit. & tranſit per medium illius cauſæ, & requiritur virtus & influentia medij, tũc res ſimpliciter nõ à prima cauſa denominatur ſed à medio ibi nu.13.
Cauſa ſublata eius etiam effectus facillime tollitur. conſi.6. num.17.
Cauſa qualibet excuſat dolo & pœna. conſil.8.nu.8.
Cauſa eccleſiaſtica per iudicem laicum tractari non poteſt. conſi.10.nu.7.
Cauſam damni dans damnum dediſſe videtur. conſilio 34. numero 43.
Clam facit qui male agit & contra taliter facientem præſumitur. conſ.39.nu.63.
Clauſula ſuper omnibus & ſingulis quomodo intelligatur. conſi.1.nu.20.
Clauſula renunciationis nulla eſt. conſi.4.nu.3.
Clauſula l. municipalis quomodo ad ſtatut. aliquod referri poteſt. conſ.26.nu.28.
Clericus ſi rixam fecerit cum aliquo & per interuallũ conſanguinei clerici aduerſarium interfecerunt nunquid incurſa ſit irregularitas. conſi. 78.nu.4.
Clericus ſi ſcripſit vt aliquis caperetur & ille talis captus occiditur an incurrat irregularitatem ibi. num.5. & 6. & quid ſi teſtificat in cauſa ſanguinis vel adſit executioni ibi.num.11. & quid ſi ſolum clamauit latro aut fur & ille capiatur & ſuſpendatur ibi. nu. fin.
Clericus quoquo modo recuperando rem ſuam irregularis non efficitur. conſi.26.nu.5.
Clericus primæ tonſuræ non deferẽs habitum clericalem an perdat priuilegium, & an qui poſt delictum commiſſum clericus efficitur gaudeat per totum conſil. 11.22. & nu. 2.24.31.32.36.37.38. & 44.
Clericus an probetur per teſtes aliquis ibi.nu 7.
Clericus licet non exprimat ſe eſſe de aliena diœceſi ſi tamẽ ordinetur efficitur clericus ibi.nu.10.
Clericorum appellatione an comprehendat primæ tonſuræ clericum ibi.nu.15.
Clericus in minoribus conſtitutus non poteſt verbo renũciari clericatui ibi.nu.16.
Clericus ſi confiteatur coram poteſtate ſe eſſe laicum an excuſetur poteſtas ibi.nu.17.
Clericus ſecularis regulariter quo ad forum gaudet priuilegio clericali. conſi.10.nu. 10.
Clericus coniugatus ſi non portat habitum an priuilegium amittat. con.40.nu.8.
Creditor quando pro ſibi ſatis faciendo debitorum rem accipit vi bonorum raptorum non tenetur conſi.26.nu.19.
Criminali in cauſa paciſcens an videatur confiteri. conſi.21. num. 3.
Crimen ſi tractatur directe aut indirecte procurator non poteſt interuenire. conſi.20.nu.6.
Condemnatus ad ſtandum in carceribus propter falſos teſtes contra eum ſubductos, & de eis aufugit qui poſtea propter contumaciam condemnatus fuerit, an aliquo modo ei poſſit ſuccurri. conſi.20. per totum.
Condemnatio quæ fiſco applicatur criminalis eſt. conſ.14. nu.18.

Condemnatio an valeat ad manendum in carceribus quia aliquis eripuerit de manu poteſtatis aliquem priuati alicuius debiterem per totum conſ.14.

Condemnatio pecuniaria pro intereſſe an intelligatur trãſfuſa in aliam pœnam perpetui damni, quando dicitur vt ſi non paruerit ſententiæ infra menſem ſit perpetuo bannitus per totum conſi.16.

Condemnati ſi plures fuerint & vnus tantum ſoluit, ſi tota condemnatio cancellatur, nihilominus in aliorum perſonis valida remanet. conſ.7.nu.10.

Collega alicuius officij ſi plures fuerint & in aliquo actu per omnes fiendo, notarius omnium nomina ponat licet aliquis eorum ſit abſens an excuſetur. con.13.nu.23.

Confeſſus ſi aliquis habeatur abſq; aliis probationibus poteſt condemnari pro rei tamen qualitate. conſil.63.nu.13.

Confeſſio ficta veris probationibus habet eneruari ibi.n.19.

Confeſſio iudicialis & extraiudicialis quomodo differant ibi.nu.21.

Confeſſio in criminalibus quod aliquis fecerit pro ſe defendendo iunat confitentem ſecus in ciuilib. conſi.41.nu.4.

Confeſſioni proprie adhibenda eſt fides nec aliquis poteſt ei contrauenire. conſi.57.nu 3.

Confeſſus homicidium cum iuramento an dicatur manifeſtus ficarius. conſ 58.nu.10.

Confeſſio ſponte non eſt denegãda facultas probandi innocentiam ſuam. con.38.nu.20

Confeſſio pro veritate hr. ſi quis cum aliqua comprehendatur & iuret cum ea matrimonium contraxiſſe. con.56. nu.2.119 & an propterea pœna raptus euitetur ibi.n.19.

Confeſſio facta propter timorem nulla eſt. conſi.56. nu.13.

Confeſſio de pecunia recepta intelligitur tempore future numerationis. conſi.22.nu.15.

Confeſſio expreſſa vel tacita & quilibet alius actus qui per modum voluntariæ iuriſdictionis fit per procuratorem factus non preiudicat domino. conſ.21.nu.10.

Coniectura quoties capi poteſt quod quis deliquerit & non deliquerit accipiemus quod nõ. conſi.21.n.26.

Coniecturæ aliquid manifeſtum non faciunt. con.58.nu.20.

Coniunx quicquid committat in coniugem maius delictum facit quam qui committit in patrem. conſi.5.nu.25.

Coniunctio matris & fœminæ eſt conſortium coitus vide ibi.nu.29.

Corpus in diuerſis locis diuiſum ſi ſit locus vbi eſt caput erit religioſus. conſ.19.nu.3

Conſequentia à ſeparatis non eſt bona conſi.2.nu.7.

Conſilium videtur dare qui ſuadet & impellit ad maleficiũ committendum. conſi.27.& nu.2.& nu.4.

Conſiliarij ciuitatum noſtri temporis an gaudeant priuilegio decurionum latiſſime per tot. conſi.39.

Conſideratio diuerſa ſecũdum diuerſas qualitates quomodo fieri debeat. conſil.19.nu.14.

Conſuetudo diſponens in materia feudorũ in monacho quod non ſuccedat an locũ habeat in cano. regulari. con.18 n.12

Conſuetudo alicubi quod poteſtas poſſit ad bonorum confiſcationem procedere nunquid valeat. conſi.13. num. 27.

Conſuetudo pro lege obſeruatur conſ. 29.nu.15.

Conſuetudine ſtandum eſt dicto vnius doctorum ibi.nu.19.

Conſuetudo tenacitor obſeruata inſtitiæ vim habet ibi.n.57

Cõſuetudo eſt in germania vt latrones ſine alia inquiſitione ſuſpendantur ibi.nu.67.

Contractus forma ex cõſuetudine loci inſpicitur. cõ.22.n.25

Contractus in dubio perfectus preſumitur, ex quo per notarium ſcriptus fuerit ibi.nu.26.

Contumax de iure canon. à relegatione infra qua pœna puniri poſſit. con.27.num.8.

Contumax iuſtam cauſam habere non præſumitur. conſil. 21.nu.4. ſed pro probatione non habetur, & nu.15.

Conuenire regulariter quis non poteſt, niſi in loco delicti. conſi.58.nu.22.

Conuentiones in dubio ſunt ſtricti iuris. ibi. nu.16.

Copula & quando ponitur inter ea quæ videntur diuerſa, & tamen rationem in effectu ſignificat tunc exponitur pro id eſt. conſi.17.nu.4.

Culpa non abolet dolum. conſi.18.nu. 27.

Culpa maior maiorem deſiderat pœnam. conſi.34.nu.18.

Culpa lata in l. Cornel. pro dolo non accipitur. con.34.n.27.

Culpa quæ ad mortem tendit, facit vt quis de morte teneatur. ibi.nu.64.

Culpa lata quid ſit plene. conſ.56.nu 6.& an dolo equiparetur quantum ad mortis pœnam. conſi.37.nu.11.

D

D*Ans operam rei illicite an videatur facere animo nocẽdi. conſi. 1.nu.8.*

Damnum & furtum à lege veteri equiparantur. conſi.18. nu.10.& damnum eſt tanquam genus & furtum tanquam ſpecies nu.18.

Damnum paſſus ſi fuerit negligens non claudendo hoſtium domus non tenentur tunc cuſtodes ibi.nu. 22.

Dare & accipere quandocunque fuerit prohibitum à ſponte ſoluente etiam, recipere licet. conſi.15.nu.25.

Debitor priuati an ex delicto bonis cedere poſſit per tot. cõ.9.

Debiti mole grauatus bonis cedere poſſit ibi nu.2.

Debitorem etiam priuati qui de manibus familiæ extraxit tenetur creditori. conſ.14. nu.4.

Decretum ligat contrauenientes ſaltem poſt duos menſes. conſil.13.num.2.

Decreto principis ſtãte quod nullus poſſit dare de damno inſolutum laboratorib. late ſub certa pœna quid ſi omnes magiſtri cũ laboratorib. in id conueniant per tot. conſ.13.

Decreto pœnali ſi aliquis contrauenerit impune an ſecundi contrauenientes excuſentur ibi. nu.19.

Decuriones non poſſunt torqueri etiam finito officio. conſil. 39.num.6. nec ipſorum filij ibi.nu 7. nec capite puniuntur ibi.nu.12. nec ſuſpenduntur ibi.nu.13.& 16.& n.20.

Defenſionis cauſa ſi non probauerit reus homicidium feciſſe ſuccumbet. conſi.53.nu.3.

Defenſor vt admittatur quid requiritur. conſi.45.num.16. & an & qualiter in cauſa criminali poſſit interuenire. per totum conſi.53.

Defenſio omni iure eſt licita. conſil.42. nu.2. & an excuſetur alium occidens ſe defendendo ibi. num.9. eſt enim de iure naturali. conſil.43.nu.4. & pro vita & rebus permittitur. conſi.44.nu.7.& in conſ.43.nu.107.

Defenſio mea eſt probata eo ipſo, quod aliquis probauerit cõtra ſe aliũ venire cum gladio euaginato. conſ.29.n.14.

Defenſionis modum ſi quis exceſſerit an puniatur ibi.nu.15.

Delictum animum nocendi & offendendi facit præſumi. conſil.29.nu.4.

Delictum plene probatum tollitur, ſi reus terqueatur & perſeueret in negatione. conſ.32.nu.20.

Delictum quando ad cauſam improuiſum ſe extendit propter ipſius facti naturam. conſi.33.nu.3

Delictum culpa lata commiſſum mitius punitur, quam ſi dolo ibi.nu.14.

Deli-

Delictum grauius dicitur quando aliquis officialis eſt mortuus con.34.nu.61

Delicta ad limites aliquis punitur quando circa rem vel perſonam plus deliquit quam putauerit ibi. num.47

Delicto de eodem non eſt ſæpius quærendum conſil.11.nu 11

Delicta quando punienda ſunt veritas & non opinio ſequenda eſt con.7.nu.6

Delicta plura an dici debeant ex parua temporum interpoſitione vt in blaſphemia con.76. per totum

Delicta debent puniri ſecundum mores ciuitatum vbi delinquitur.con.80.nu.6

Delicta euentum & non animum culpant conſil. 38.num.2

Delicta plura concurrentia an aggrauent.con.39.nu.37.& conſil.14 nu.25

Delictu militaribus magis punit miles quã alius cõ.39.n.26

Denuntiatio facta per duos officiales conſocios ſi ſine iuramento fiat an probet & ſufficiat ad imponẽdam torturam.con 39.nu.41

Dictio aliqualiter & aliquantum quid ſignificent. con.61 numer.18

Dictio vel inter diuerſa ponitur.con.71.nu.7

Dictio perquirere quid importet.con.45.nu.10

Dictio circa ad locum relata diuerſis modis ſecundum materiam intelligitur con. 19.nu.8

Dinus fuit ſummus & mirabilis interpres.con.34.nu.19

Diffamatio de aliquo crimine, an propter bonam famam tollatur.con.39 nu.42

Dolori iuſto omnis lex parcit.con. 42.nu.6

Dolus præponderat culpæ. con. 42. nu.11

Doloſe occidens alium non proiicit arma, con.31.nu 6

Dolus cuiquã imputari non poteſt qui iuſſu facit ſui ſuperioris.conſi.24.n.16 ſimiliter quando mouetur propter aliquam iuſtam cauſam & nu. 7

Dolus præſumptus & culpa præſumpta alicuius loci præponderatur culpa damnum paßi.con.18.nu.28

Dolus & fraus ab animo dependent. conſi 18 nu.5

Domo ex incendio combuſta an teneatur inhabitans ſi neſciatur à quo cõmiſſum fuerit incẽdium. con.69.

Domus pignorata ſi comburatur, & remaneat ſolum vel area, nunquid maneat ibi obligatio. con.69.nu.12

E

E*Ffectus non ſequatur quod in atrocioribus puniatur affectus quomodo intelligatur.con.80 n.5*

Eger vel infirmus tunc dicitur in negligentia, quando medici ei dixerũt ſi tu vis ſanari &c.per totũ cõ.61.n 31

Electi ad ſummandum & aptandum eſtimum an potuerit mandare notario ſuo quod alicuius eſtimo vnum c.addat. & an notarius teneatur falſi.con.24.per totũ con.

Epiſcopus ſi excommunicauerit portantes perlas, & nulla mulier paruerit an ſint excommunicatæ. conſi. 13. n. 8.

Equitas ſuadet ne falſitates delicta maneant impunita.cõ. 20.nu.11

Error iuris licet non excuſet, tamen vbi de dolo agitur quælibet ignorantia excuſat. conſi. 24. nu.8

Errare licet etiam in facto proprio quotiens agitur de damno vitando. con.21. nu. 30

Error communis à pœna ſaltem excuſat. con. 13.nu 21

Eſtimum patris an filio proſit.con.21. n.38

Examinatio facta ab aliquo fugiente videtur facta animo ſe liberandi. con.29.nu 9.

Exactores publicæ collationis à principalibus facta debent pecuniam exactam theſaurario cõſignare con. 39.n. 62.

Exceptio annalis iniuriarum eſt mixta & vim dilatoriã habet.con.70. nu. 9. & n.6

Exceptio præſcriptionis ſi in vim dilatoriæ opponatur impedit litis ingreſſum.con. 70.nu.7

Exceptio duplex oritur ex præſcriptione ſcilicet dilatoria & peremptoria con. 70.nu.8

Exceptio procuratoria debet opponi in principio litis conſi. 73.nu.7

Exceptio quæ poſt ſententiam opponitur ſi non infringitur opponi poteſt ibi. nu.8

Excommunicatione ſe abſolutum confitens nunquid videtur excommu. fateri con.21. nu.12

Excommunicari quis ſæpius poterit con.6.nu.4

Excommunicatus licet quis perpetuo exiſtat intelligitur donec contumacia durct.con.6.nu.7

Excedens modum inculpatæ tutelæ etiam aliquem occidendo morte puniri non debet.con.1.nu.11

Exempli peßimi quid ſit nummæ eſt faciendum. conſil. 26 nu.11

Expenſæ an taxari poßint quando quis propter delictũ condemnatus eſt, con.12. per totum.

Expreſſum etiam dicitur quid verbis non exprimitur, ſed quid tacite comprehenditur con. 21. nu.20

Extranei ad informandum iudicem de rei veritate admittuntur.con.54. nu.7

F

F*Actum eſſe aliquid tempore aliquo qui illud dixerit modo ſit actor modo reus modo iudex illud probare debet con.61.nu.11*

Factum in diuerſa perſona voluntatem excedẽs non de dolo ſed de lata culpa tenetur.conſi.33. nu.16

Factum illicitum an euentu potius quam animo iudicatur con.37.nu.1.

Factum cum ſit antiquum & teſtes ſint mortui propter probationis difficultatem pro eo qui poßidet facile præſumitur.conſ.22.nu.10

Factum quando implicitum eſt etiam in facto proprio errare eſt licitum con.21. nu 20

Factum aliquid non eſſe vel factum minus legitime paria eſſe dicuntur.con.7. nu.4

Factum quoad iuris effectum pro meffecto haberi poteſt ibi. nu.8

Falſa moneta quæ dicatur & qua pœna puniatur illam expendens & quid quando vtitur pluribus falſitatum ſpeciebus per totum con. 77. maxime nu.4.5.7 & 8

Falſum nil aliud eſt quam veritatis mutatio. conſil. 21.numero. 23

Falſum duobus modis committi poteſt ibi nu. 24

Falſitatis crimen eſt publicum.con. 20. nu.14

Falſi vt quis teneatur quid requiritur. con.24.nu.6

Falſi crimine accuſatus ſi vita defunctus an ſit extinctum crimen conſi.23. nu.5

Fama hominis vbi vertitur promptiores eſſe debemus ad abſoluendum. con. 23.nu.12

Fama publica eſt iuſta cauſa occidendi, con.70.nu.14

Fama bona in genere licet non tollatur per diffamationem de aliquo ſpeciali crimine, tamen ſi iuuetur exterioribus circunſtantiis ſecus eſt conſi 39.nu.43

Fauere eſt factum laudare cõ.27.nu.5 & quis dicitur dare fauorem & qui dicantur fauores. conſ.2.n. 6.& 7.

Fœmina alienã defenſionem ſuſcipere nõ poteſt. cõſ.27.n.5

Fœmina in cauſa capitali an dicatur idoneus teſtis & quid de ſocio in rixa. con. 32. nu. 1.

Fideiuſſor in cauſa criminali capi poteſt etiam ſi de iudicio ſiſti vel præſentando. con. 25. nu. 2. tamen hoc eſt de conſuetudine ſecus de iure. vt in conſi. 39. nu. 56.

Filius patrem venientem contra patriam ſine crimine poteſt interficere. con. 5 nu. 13

Filius patrem in legitima inſtituere tenetur. con. 5. n. 15

Filij quando patrem occidunt eadem pœna cum ipſis complices puniuntur. conſi. 5. nu. 30

Filius quicquid acquirit, acquiric patri. con. 54. nu. 11

Filij naturales traditi curiæ legitimantur. con. 39. nu. 8

Fratres qui diu pro diuiſo res habuerunt & vnus ſolus onera ſubit ac ſolus cõmoda ſentẽtia etiam ſine inſtrumenti diuiſio facta præſumitur. con. 22. nu. 7

Fratres duo ſi cõmunem domum habeãt & alter ſe abſentet alter totã domũ inhabitet ſi poſt plures annos alter reuertatur, & petat à fratre penſionem pro parte ſua an ſoluere teneatur con. 4. n. 10.

Fuga alicuius facit præſumere quod fugiens fuerit prouocatus. con 29. nu. 8

Fuga homicidium probare videtur. conſi. 29. nu. 2.

Furtum non eſt proprie damnum ſed vt genus ad illud. con. 18. nu. 2.

Furto à familia commiſſo dominus liberatur ſemel emendando. con. 18. nu. 13.

Furtum pluries ab aliquo commiſſum grauat pœnam conſi. 39. nu. 36.

Furto an excuſetur aliquis capiendi animo, tamen reponẽdi con. 39. nu. 61

Furto accipere licitum eſt propria auctoritate vbi alias eſſet ſcandalum. con. 26. nu. 10

Furtum quid ſit & quis fur præſumatur ibidem nu. 12. 14 17. 18. & 24. vbi plene

Furtum largo modo captum comprehendit etiam crimen expilatæ hereditatis. con. 67. nu. 9

Furtum & incendium leuiſſima culpa facta præſumitur. con. 69. num. 4. cum ſeq.

Furto quæ pœna imponitur. con. 8. nu. 9

Furti actio noua naſcitur ex mutatione territorij conſilio 58. nu. 26

Fur non viſus ſi ad locum deſtinatum peruenit omnino fur eſſe dicitur ibi. nu. 27

Furta plura committens morte puniri debet. conſi. 34. n. 2

Furtum quando ſit de nocte, cuſtodes poſſunt torqueri. conſi. 18. nu. 24

Furtum ſine domini culpa fieri poteſt. ibi. nu. 25.

G

GEneri per ſpeciem derogatur quando diſpoſitio in vna lege eſt generalis in alia eſt ſpecialis. con. 14. numero. 9

Gladius euaginatus ſecundum Bal. vnumquemque territ. conſi. 29 nu. 16

Gloſator Ioannes dolet quod Marcellus opinioni Vulpiani contradicat. con. 34. nu. 62

Gloſarum teſtimonium fidem facit quando cõſuetudo ſcripta non reperiatur. con. 39. nu. 18

H

HAbens ratum ſeu pro facto furtum & rem furatam receperit vel auxilium furto præſtiterit, furto auxilium non dicitur præſtitiſſe. con. 1. nu. 16

Homicidium nec pœnam ſanguinis ius canonicum poteſt imponere. con. 72. n. 5

Homicidium aut membri mutilatio quando inducat irregularitatem, & alia de irregularitate. per totum conſi. 78. & maxime nu. 3. & 7. vſque ad 10.

Homicidium lingua tribus modis committitur. conſilio. 38 nu. 1

Homicida omnis reus mortis non eſt, ſed ſolum qui dolo facit conſi. 38. num. 5

Homicida vt quis dicatur ſufficit quod ex cauſa remota id cõtingat. conſi. 40. nu. 20.

Homicidium committens dolo non tenetur ſi erat ante vulneratus occiſus. con. 41. nu. fi.

Homicidium quibus caſibus dolo commiſſum dicatur quando primo percuſſus percutientem interficit, & quæ moderata defenſio per totum conſi. 43

Homicidium non punitur morte licet quis fuerit in lata culpa ibi. nu. 2

Homicidium in locis publicis grauius eſt quam in priuatis con. 58. nu. 12

Homicida quod facit ſemper expectet. con. 50 nu. 2

Homicidium eſt de genere prohibitorum. con. 31 nu. 2.

Homicidij non tenetur regulariter qui animum occidendi non habuit con. 34. n. 3. & vide nu. 8. 17. 34. & 37

Homicidio vero non punitur aliquis quando excedendo modum id fecit. con. 35. nu. 4

Homicidio nolens intereſſe ſed dicens &c. an teneatur. con. 27. nu. 1.

Homicidium ad offenſam vel defenſam quomodo factum dicatur per totum conſi. 28. numer. 1. & vide nu. fin. & per totum conſil. 29

Honor vniuique non minus quam vita carus eſt. conſil nume. 8

I

INdefinita ſi non ſit in quolibet particulari eadem ratio non æquipollet vniuerſali. con. 5. nu. 22

Inducta ad augmentum non operantur diminutionem. conſi. 16. nu. 7.

Inferior non habet poteſtatem contrauenienidi ſuo ſuperiori. con. 13. nu. 3 num. 18

Ignorans aliquis in facto, ſed non in iure præſumitur. conſ. 6 num. 20

Ignorantia iuris non excuſat propter ruſticitatem vel ſexum aut militiam quando quiſpiam facit illicitum iure natura puta furatur occidit. con. 24. nu. 9.

Ignorantia iuris licet æquiparetur culpæ, non tamen dolo ibi. nu. 10

Ignorantia iuris qualibet excuſat vbi de dolo tractatur. cõ. 21. nu. 31

Ignorantia iuris licet ſit lata culpa non æquiparatur dolo. ibi. nu 32

Inobediens non debet eſſe melioris conditionis quam obediens. con. 16. nu. 8

Inferior à principe an poſſit iuris ſolemnitatem tollere in ſuis terris. con. 17. nu 43.

Imperium merum non habentes non poſſunt bona damnatorum confiſcare. con. 17. nu. 27.

Incendium ſine culpa oriri non ſolet, & ideo illud & furtũ culpa inhabitantiũ factum præſumitur. con. 69. n. 2. & 3

Inceſtum cõmittens cũ matertera qua pena puniatur per totum

tum conſil 68.

Infamia quo caſu procuratorem accuſari repellere poſſit. conſi.71.nu.8.

Infamem poteſt quis ſe allegaro, vt excuſetur à muneribus con.57.nu.7.

Indicia vrgentia non ſufficiunt ad condemnationem pœna corporalis ſed pecuniariæ. conſi.32.nu.121.

Indicia an per torturam & probationem plene purgentur ibi.nu.18.

Indicium ex duobus teſtibus iuſtificatur ibi nu.10.

Innocentia cauſas etiam inhabilis poteſt allegaro pro alio con.46.nu.9.

Innocentia accuſati ſi apparuerit iudici, etiam ſi contumax extiterit debet abſolui con.54.nu 16.

Innoxii in delicto dicuntur qui culpam dederunt cum aliter excuſari non potuerit. conſil. 44.nu.4

Inquiſitio falſitatis lana an & quando fieri poſſit conſil.21 nu.1.

Inquiſitio regulariter de iure communi prohibita eſt ibi. nu.2

Inquiſitio an poſſit formari tam contra auxiliantes quam contra vulnerantes. con. 40 nu.2

Inquiſitione formata de vulnere an ſequi poſſit condemnatio de occiſo.ibi.n 6. & 5.& nu.12.& 14

Inquiſitus an poſſit iure communi vel municipali per procuratorem comparere.con.71 nu.3

Inquiſitio an valeat non præcedentibus indiciis per totum conſi.66.nu.1.& quando valeat licet careat ſubſtantialibus contra confeſſum ibi nu.2.& 3.

Inquiſitio ſi loquatur de inſultum in perſonam facto & probetur factus ad domum & nihil de perſona an ſequi poſſit condemnatio de quo plene con.62.n.1.& nu.5

Irregularitas quando committitur pleniſſime per totum conſi.78.& conſi.37.nu.2.

Inſtigatores ſi non probauerint turpiliani tenentur. conſi. 65.nu.fi.

Inſtrumentum habens requiſita bonum præſumitur. conſi. 22.nu.4

Inſtrumenti ſuſceptio ſi non contradicatur an ipſum approbare videatur. ibi.n.2.& 17.& 24.& vide cõ.56.n.6

Interficiens aggredientes ipſum iure id facit per totum con. 44.maxime nu.6.

Internallum longum quando vulneratus moritur quid dicatur conſi.40.nu.19.

Inuadens aliquem præſumitur criminis auctor.con. 41. n.3

Inuaſio cum excedit modum à iure tradit & inducit culpam conſi.41.nu.9

Index vbicunque mouetur ex coniecturis, ad credendum quod principalis melius veritatem nouerit tam in cauſa ciuili quam criminali poteſt principalem ad veniendum compellero. conſilio 46.num.3.& ibidem numer.5.& 7. & conſil.49.num.2,& conſil.54.nu.3.4.5.& 6.& con. 40.nu.9

Index faceret litem ſuam niſi patrem pro filio admitteret. con.54.nu.13

Index eſt fatuus qui torquet aliquem contra quem plene probatum eſt.con.32.n.19

Index poteſt minorare pœnam quando delictum eſt extra delinquentis propoſitum.con.36.nu.13

Iudicis officio aliquid expediendum eſt quando in ipſum verba diriguntur.con.12.n.4

Index poteſt ſilentium accuſatori imponere ſi de rei innocentia ſibi conſtiterit. conſi.40.nu.29

Iudex ad officialium denunciationem ſine alia ſolemnitate an poſſit procedere.conſi.39.nu.38.

Iudex ſemper pro inuenienda veritate debet laborare conſ. 65.nu.4.

Iudex patienter debet audire aduocatos vt ſe defendant. ibi.nu.2

Iudex ſi denegauerit copiam indiciorum reo poteſt appellari ibi n.5.& multa ibi de iudice.nu.6.& 7.

Iudici ſeculari fides facienda non eſt, quando ad perſonam eccleſiaſticam.con.10.num.3.

Iudex laicus an in clerici accuſatione ſuperſedere debeat, donec fuerit cognitum & deciſum per iudicem eccleſiaſticum de priuilegio clericali ibi n.12.& 13

Iudæi qua lege hodie viuãt & quæ priuilegia amiſerint per aduentum Chriſti con.74.n.7.

Iudæus domus cõductor an pro pignoribus combuſtis teneatur ipſis dominus. conſi. 69.nu.6

Iudæo an competat actio ad vendicandum pignora quæ in rerum natura reperiuntur ibi. nu.8

Iuramentum veritatis an poſſit à procuratore præſtari conſi.46.nu 2

Iuramentum in defectum probationis in cauſis criminalib. quandoque deferri poteſt.conſi.41.nu.5

Ius commune in dubio præſumit quod quis delinquere non debeat conſ.1.nu.6.

Ius tolli aut ab initio non recipi par eſt con.13.nu.16

Ius ſibi nemo dicere debet con.26.nu.7.& nu.8.

Ius accuſandi memoriam defuncti per quinquennium tollitur ibi nu.7.videlicet conſ.17

Iuriſdictio iudicis per commiſſionem ſibi factam quandocunque additur vel detrahitur ex ordinario delegatus efficitur ibi conſ 17.nu.1

Iuriſdictio territorio cohæret. conſ.17.nu.25

L

Latrocinium eſt cum armis, ratus eſt furtum violentum expilatio eſt rei hæreditatis non poſſeſſæ furtum rei poſſeſſæ ſine violentia. con 71.nu.15

Latrones diurnos ſi ſe telo defendant non autem offendant occidere licet.conſ.41.nu.13.

Læſæ Maieſt.crim.contra Roman.ciuita.vel Impera.committitur con.17.n.11.& an committatur contra ciuitatem non recognoſcentem ſuperiorem.nu.14

Lex vbi ipſo iure ſententiam profert probatio in contrariũ non admittitur. con. 63.nu.4. Legis caſus tollit omnem diſputationem.con.71.nu.2.

Lex ciuilis in quibus legi Moſaicæ non deroget, tunc ſi inter Iudæum & Chriſtianum fuerit quæſtio qua l.terminabitur.con.74.nu.3

Lex cor.de ſiccariis in quibus caſibus locum habeat.con.34 nu.24

Lex ſuſpendens furem manifeſtum aut comprehendat mandantem ibi.nu.4.& con.36.nu.11

Legem fruſtra implorat qui committit in ipſam con.25.n.4

Lex quantumcunque dura tenenda eſt.con.27.nu.16.

Lex de furto & damno mentionem faciens ſemper imprimit furtum vt ſpeciem.con.18.nu.21

Lex noua minorem pœnam imponens quam antiqua per illam reuocans vtraque valet con.14.nu.5.& nu.10.

Lex vbi æquiparat verum & fictum caſum. fictus porrigitur ad verum.nume.35.

Lex vt

Lex vt valeat tria requirit de quibus in conſ.13.nu.5.

Lex quæ nunquam fuit in vſu recepta an habeat legis vigorem ibi.nu.6.

Licentia generalis ſtatuendi an intelligatur inique. conſ.15. num.2.

Literas hoſtibus mittens an crimen læſæ maieſtatis cõmittat.conſ.17.nu.30.

Litera de ſaluo conductu ſi cuipiam mittantur an ei ſtare teneatur ibid.nu.31.& 32.

M

Magiſtratus in dubio actum iuriſdictionale exercens non præſumitur eum iniuriandi animo facere. conſil. 70.nu.12.

Maleficia diuerſa an dicantur, etiamſi ſunt diuerſæ ſpeciei con.76.nu.2.

Maleficium attendendum eſt ex animo quo quis illud commiſerit.con.40.nu.30

Maleficium cauſatum à dolo aduerſarij inſultãtis licet doloſum quomodo puniatur.conſi.42.num.5.& quid ſi eſt commiſſum per latam culpam. n.7.cum ſeq.nu.

Maleficia an voluntatem vel exitum expectant. con.34.n. 25.& 85.nu.45.53.& 30

Maleficium committens vbi minus delinquere voluit, & plus deliquit, ſi tamen veriſimiliter cogitare potuit quod ex illo minori hoc poterat ſequi tenetur de maiori ſequuto per totum conſ.36. nu.1.

Maleficio cauſam quomodo quis dare dicatur.conſ.27.n.11.

Mandans aliquem vulnerari, ſed ne occidat ſi ille occiderit an teneatur pœna de occiſo.conſ.35.n.1.& conſil. 37. nu.8.

Mandans dare alapam titio & ne quid vltra, ſi Titius eum repercutere voluerit & mandatarius occiderit an teneatur.conſ.36.nu.5.

Mandans non ponitur ad mortem quaſi de maleficio doloſo ſed bene culpoſo ibi. nu.7.

Mandans dominus ſeruis recipere fructus ex campis ſubueniatque reſiſtentes & interficiant aliquem an teneatur ibi.nu.8.& 10.

Maſculinum, quãdo à iure qualificatum præfertur fœmina habens qualitatem non admittitur conſil.26.nu.20.

Maſculinum quando concipiat fœmininum habet dubitationem.con.26.nu.21.

Maſculinum genus in materia indifferenti quæ vtrique cõueniat non incipit fœmininum ibi. nume. 26.

Matrimonium ex longo interuallo metu ceſſante fieri poteſt con.56.nu.18.

Medicis pluribus de aliquo vulnere deponentibus ſtandum eſt.con.61.num.21. & nu.17.& conſi.28.nu.17.

Medicinæ regulæ an ſint magis notæ pluribus quam paucis conſi.61. nu.25.

Metus vbicunque fuerit ibi de iure naturali non tenet actus conſi.39.nu.46.

Metu aliquo probato eſt quaſi impoſſibile contrarium probari conſ.56. nu.15.

Milites de conſuetudine non ſuſpenduntur etiam ex delicto ex quo plebeius ſuſpenditur. con.39.nu.14.

Mors an ſit ſequuta vel non ex accuſatorum voce non colligitur. conſi.54.nu.17.

Morti an poßit aliquis condemnari ſine inquiſitione vel accuſ.conſi.39.nu.65.

Morti quando aliquis condemnari deberet quoniam vero de delicto conſtaret niſi per præſumptionẽ violentas conſtiterit mitius puniri debet.con.23.num.17.

Mortis cogitatione hominem turbatum difficile eſt terminos inculpatæ defenſionis cognoſcere con.29.nu.29

Mortis caſu vt quis puniatur quæ culpa requiritur. con 37. num.3.& ibi. n.10.

Mulier in cauſa criminali ad allegandum innocentia cauſas admittitur per totum con. 63.nu.1.& conſi.51.n.3.

Mulier quæ non malo animo medicamentum ad conceptionem ſuſcepit, ex quo ipſa quæ accepit moriatur relegari debet.conſi.34.nu.31.

Mutilati ſi inueniantur duo nec apparet quis ad tutelam fecerit diſtingui debet inter eorum magis rixoſus extiſtat. con.28.n.13.

Mutanda minime ſunt quæ longam interpretationem habuerunt conſi. 45.nu.13.& con.71, nu.4

N

NEgatiua iſtiuſmodi quod vulneratus in loco periculoſo vel ex vulnere magno mortuus ſit cum mortuum euenit, probatio difficilis eſt, conſi.61.n.13.nu.34

Negatiua quod aliquis flobotomatus non ſit non bene videri poteſt ibi.nu.32.

Negatiua quod quis percuſſerit non animo nocendi nec animo præſtandi auxilium homicidium committendi per præſumptiones probari poteſt conſi.1.nu.9.

Nemo dat quod non habet conſ.59.8

Nemo ſine actione experitur ibid.nu.9

Nobilis quilibet in Francia ex delicto furca ſuſpenditur nec illa mors dicitur ignominioſa.conſi.39.nu. 21.

Notarius bonus præſumitur potius in errore quam culpa. conſi.23.nu.4.

Notarij iuramento quo caſu ſtandum ſit.ibid.nu.35.

Notarius quando ſcribit partes ſigillaſſe inſtrumentum ſi ſigillatum non reperiatur an falſum præſumatur ita quod ipſum vicietur. conſi 22.nu.1.

Notarius non debet aſſerere illud quod per fratres factum non eſt, ſi ſecus falſum committit ibi.nu.3.

Notarius non debet dicere pecuniam numeratam niſi in præſenti pecunia fuerit ibid.nu.16.& 5.

O

OCcidens quem putabat bannitum de maleficio culpoſo cum non eſſet teneri debet conſil.40 n.31.

Occidere me aliquis expectabat; licitum eſt illum gladio & ferro expellere cõſil.44.nu.3:& vide nu.6.vbi dicit licitum occidere inſidiantes.

Occidens aliquis ictu lapidis puniri non debet ſi pueri colluctando non fecerunt con.31.per totum & nu.ſi.

Occidere cupiens aliquem, ſi eius amicum interfecerit, an ſit puniendus per totum conſi.33.& ibi nu.4.

Occidens ſine moderamine inculpatæ tutelæ, vt homicida punietur.conſi.34.nu.37.& con.35.nu.6

Occultus latro & occultus homicida quis dicatur conſi.58. nu 18.

Odioſis & pœnalibus, an debeat fieri coaceruatio conſi.14. nu.16.

Opem ſeu auxilium præſtans an eadem pœna puniatur.con. 27.nu.8.

Opem præſtans non tenetur niſi crimine conſummato con. 34.nu.15.

Operam dans rei illicitæ ſi extra propoſitum delinquat quæ pœna tenetur, conſi. 33. nu 2.& vide nu. 4.ibidem.

P

PArtem in meliorem etiã in delictis capere debemus interpretationem.conſi.1.nu.7.
Partes quæ adfuerunt ſi fiat aliquid quid eis præiudicet,& nihil dicant, an videantur conſentire.conſ.21 nu.21.
Partes in dubio an videãtur voluiſſe quod dixerũt ibi.n.17.
Pater pro filio ratione ſui intereſſe admittitur conſil.54.n.12.& per totum conſ.45.&74
Pater occidens adulterum, & inſequutus ex interuallo filiam eadem ita feciſſe dicitur. conſi.41.nu.11.
Pecuniam ciuitatis Romanæ ſubtrahens. l. iulia peculatus tenetur.con.39.nu.35.
Percutiens cum lapide ſi mors ex percußione ſequatur punitur licet non ad mortem. con.75.num.10
Perſeuerare an quis dicatur quando perſeuerat extra tormentorum locum.conſ.39.nu.52.
Perſona vilis eſſe dicitur quæ graue ſcelus committit. conſi.39.nu.32.
Pœna l.Corne.de ſicca.qui dicatur.conſi.80.nu.3.& con.38.nume.3.
Pœna mandantis delictum committi qualis ſit ibi nu.4.
Pœna corporali minus punitur nobilis quam ignobilis.con.39.num.23.& vide nu.24
Pœnarum genera de iure ciuili ſunt ſeptem. conſil.72.nu.3.& quo de iure canoni.ibi nu.4.6.& 7.
Pœna maior relegatione pro crimine expilatæ hereditatis, de iure communi non imponitur conſi.71.n.6.
Pœna appoſita rapienti an habeat locum in rapiente propriam vxorem.conſi.56.nu.7.
Pœna corporali ad mortem non tenetur aliquis, ſi in culpa lata & non in dolo fuerit conſi.34.nu.4.
Pœna ſtatuti dolum requirit late. conſi.37.nu.6.& 7.
Pœnã delicti non poteſt ab heredibus incipere exceptis quibuſdam conſi.23 nu.7.
Pœna appoſita ſtatuto an dicatur ipſo iure.conſi.13.nu.9.& conſi.14. nume.2.& num.5. ſequentes & quid de pœna mera ibi.num.28.& 31
Pœna eſt duplex propria & impropria conſi.16.nu.3.& vide de pœna ibi.nu.5.& 6.& ſi.
Pœna talionis an procurator fiſci ſe debeat inſcribere conſi.17.nu.8.
Præſcriptio regulariter habet tempora continua conſil. 70 nume.5.
Præſens aliquibus verbis & non contradicens an videatur contradicere.conſ.21.nu.16
Præſumptio eſt contra euaginantem enſem conſil.28.nu 9.
Præſumptionibus quando ſolum proceditur iudex multum debet ſententiam reparare conſi.34.nu.39
Prætores habentes merum imperium an poßint publicationem omnium bonorum facere.conſi.17.nu.26
Princeps quilibet exercet iura læſæ maieſta.con.17.num.20
Proceſſus valet ſi accuſatio poſt certum tempus audiri non debuit.con.63.nu.11.
Procurator an admittatur in cauſa capitali per totum cõſi.73.nu.3.& per totum conſi.72. & per totum conſil.45.& per 4.conſilia ſequentia.& qualiter in tali cauſa poteſt appellare per totum conſil. 47. maxime nu. 7.& per totum conſi.71.50.& 54.nu.2.
Probatio ex confeßione in tormentis an valeat ad condemnationem.conſi.39.num.64.
Proprietas nuda ſi ignorata fuerit & vſuſfructus poſtea rei accreuerit erit idem ſi alluuione creuerit.conſ.69.nu.11.
Propoſitio omnis ſuſpendens diſpoſitionem in aliquem futurum euentum conditionem inducit.conſi.63.nu.9.

Q

QValitate delicti mutata ipſum delictum mutatur & eius ſpecies. conſi.63.nu.6.
Qualitas adiuncta verbo, ſecundum tempus verbi ſignificat.conſi.57 nu.2
Qualitas facti ſuſpendit iudicis animum concurrẽtibus pro vtraque parte coniecturis ad quam partem tũc animus applicabitur.conſi.31.nu.9.
Qualitas mandantis & mandatarij quando diuerſa fuerit deterior qualitas quæ eſt in mãdatario .non nocet mandanti.con.34.num.62.
Qualitas armorum oſtendit quod quis à morte liberari non poteſt.conſi 29.nu.17.

R

RApiens mulierem quam dicit ſuam vxorem eſſe ante raptum vel poſt an capitis pœna teneatur per totũ con.nu.1.& vide nu.8. & ſi.
Regula quod auxiliantes eadem pœna puniantur,quomodo intelligatur,conſi.27.nu.12.
Regula quæ non proſunt ſingula , multa collecta iuuant qualiter intelligatur.conſi.32.nu.16.
Regula quod turpitudinem allegans, non audiatur quomodo intelligitur.conſ.57.nu.6.
Remißio an ſit facienda de locis non ſubiectis ſub eodem ſuperiore illius perſonæ quæ commiſit graue delictum per totum conſ.58.nu 1.
Repetundarum & falſitatis crimina etiam mortuis reis poſſunt ab heredibus incipere.con.23 nu.6
Repercußio ad defenſionem facta dicitur, ſi ante conſumatum delictum facta fuerit conſ.75.nu.9.
Res emphiteote data & poſtea mutata retinet actionẽ hypothecariam.conſi.69.nu.13.
Res quando à malefides poſſeſſore ad verum dominum reuertitur ille qui ſe ſpoliatum dicit ante omnia eſt reſtituendus con.59.nu.12.
Res efficitur fiſci vel illius ad quem pœna expectat antequã delinquens moriatur,ex quo pœna amißionis rerum cõmittitur.conſi.23.nu.9.
Rixa accidente inter duos imputatur aggreſſori , conſi. 29.nu.7.& con.28.nu.6 & ibi,nu.5.
Ruſtici arma portare non debent.con.32.nu.6.

S

SAnguinis omnis ſuperflua effuſio ſecundum phiſicos mortem accelerat conſ.40.nu.27.
Sententia medicorum quod vulnus erat mortale poteſt per alios retractari conſi.61.nu. 23
Sententiæ verba ſunt improprianda vt valeant con. 17.n.8.
Sententia confiſcationis in præiudicium deſcendentium an valeat ibi.nu. 4.& ſi.& vide 45.
Sententia eſt ſtricti iuris.con.14.nu.32.& nu.ſi.
Simpliciter prouideri non dicitur quod cum aliis permiſcetur.con 61.nu.26
Silua ſi obligetur & ex ea nauis efficiatur,illa obligata non erit.conſi.69.nu.10.
Scriptura nunquam præſumitur falſa ſi vera eſſe poßit con.21.nume.18.

Scriptura

Scriptura vna inuat & interpretatur aliam.conſ.59.n.18.

Statutū abſolute defenſionē tollere nō poteſt.conſ.63.nu.6.

Statutū ſi dicat quod contumax bānatur, & ei detur terminus triū dierū in quo ſi non reſponderit habeatur pro confeſſo iudex terminum non pōt augere.conſi.63.nu.18.

Statuto cauetur quod omnes cauſa ad arbitrium committantur ſi ſuper vna cōpromiſſum factū fuerit & expirauerit vtrū iterato cōpromiſſum fieri debeat.con 67.n.7.

Statuto cauetur quod accuſans de falſo & nō probans certa pœna puniatur nunquid ſit contra hoc remedium aliquid.conſi.70.num.13.

Statuta recipiunt interpretationem declaratiuam & reſtitutiuam ſecundum ius commune conſil.71.nu 16.

Statutum de compromiſſo faciendo ſi præbeat dubium de quo ſuper hoc eſt compromittendum.conſi.73.nu.4.

Statuta qualiter interpretanda per conſ.80.nu.7.pe.& ſi. & conſ.49.nu.9.

Statutum ſi punit patrem pro filio tunc admittitur pater. conſi.4.nu.15.& vide.conſi.48.nu.3.

Statutū ſi quis abduxerit mulierem honeſte vite puniatur & aliquis aliquā abduxerit quæ confiteatur ſe prius ab illo deſponſatam an excuſetur per totum conſ.57.n.1.

Statuti verbis ſtandum non eſt ſicut aliqui idiote aſſeſſores faciunt conſ.30 nu.8.& conſi.37.nu.5

Statutum permittens homicidium non intelligitur ſi proditorie.conſ.34.n.6.& multa ibi vſq; ad n.57.conſi 34

Statutum loquens de tabellionibus facientibus inſtrumenta falſa an intelligatur de actibus.conſi.21.nu.36.

Statutum non eſt intelligendū vt in dānum tertij im commune corrigat.con.14.nu 8.& multa ibi.n.19 20.& 29.

Statutum Paduanū quod non reddatur ius offenſo niſi vindictam fecerit an comprehendat clericos per totum con. 15.nu.5.& multa nu.4.7.& 9.

Statutum dictat quod percutiens ſoluat expenſas medicinales an proprie hoc dicatur pœna.conſ.16.n.4.

T

TEſtes an & quo caſu torqueri poſſint & cui magis ſtādum ſit.ſ.vltimo in tormentis vel primo ſine tormentis per totum conſ.60.nu.1.

Teſtes quando diuerſa & contraria teſtimonia inter ſe dicunt ad concordiam ſi fieri poteſt reducuntur vel dignioribus ſtatur.eo.conſi nu.2.

Teſtis quando vnum extra iudicium dixit & contrarium in iudicio cum ſacramento an pro eruenda veritate ſit torturæ ſubijciendus eo.coſi.nu.3.

Teſtes regulariter conuincendi mendacij cauſa torquendi non ſunt eo.conſi nu.4.

Teſtis quando dixit vnum in iudicio aliud extra ſtatur teſtimonio facto in iudicio nec ne falſo punietur.eo.con.n.5

Teſtis quando non in forma iudicij deponit non poteſt de falſo puniri.eo.conſ.nu.6.

Teſtes viles pro teſtimonio non torquentur, niſi vacillent vel niſi de mendacio conuincantur, vel ſponte ad teſtificandum vadant.eo.conſi.nu.7.

Teſtes non ſolum in cauſa criminali ſed etiam in ciuili torqueri poſſunt.eo.conſi.nu.8.

Teſtis ſalariatus de falſo puniri poteſt ſi vnum extra iudicium depoſuit aliud in iudicio cum iuramento. eo. conſi. nu.10

Teſtes infames & criminoſi ſine tortura ad iudicium admitti non debent.eo.conſi.nu.11.

Teſtis contrarius in quibus caſibus ad torturam poni poſſit.

Teſtis quando ſuper capitulo vno vel plurib. interrogatus dixit.ſe nihil ſcire & reprobatur per alios qui dicāt ipſum fuiſſe præſentē an tūc ipſe ad torturā poni poſſit.e.cō.n.13

Teſtem fuiſſe præſentem & ipſum audiuiſſe multum intereſt.eo.conſi.nu.14

Teſtis quando veritatem celat dicendo ſe nihil ſcire, quando ſcit, ita dicitur falſum deponere ſicut ſi falſum diceret eo.conſi.nu.15.

Teſtis quando cum iuramento veritatem celat de falſo punitur.eo.conſi.nu.16.

Teſtis aliquis quod non viderit vel audiuerit ſi præſens fuerit difficile eſt probare.eo.conſi.nu.17.

Teſtis vltimo dicto quod ſtetur optima cautela eod. conſi. nu.18.

Teſtis ſecundo dicto in tormentis quod ſtetur quomodo intelligetur.eo.conſi.nu.19.

Teſtis ſi varius fuerit dicta magis conuenienti natura ſtabitur.eo conſi.nu.20.

Teſti vno & medico cum ſit ſingularis credendum non eſt. conſi.6.nu.5.

Teſtes duo in arte medicine requiruntur.eo.conſi.nu.6.

Teſtium duorum au trium in ore ſtat omne verbum.eo con. num.7.

Teſtis in his quæ non ſunt de actus ſubſtantia, puta die & hora, licet non concordent nihilominus eis fides adhibetur.conſi eo.nu 8.

Teſtis medicus non de veritate ſed de credulitate iurare tenetur.eo.conſi.nu.9.

Teſtibus veriſimiliora dicentibus ſtandum eſt eodem conſi. num.22.

Tormentorum metus in teſte omnem ſuſpitionem purgat. eo. conſil. un ſi.

Teſti cui poteſt opponi attētata ſubornatio omni exceptione maior non eſt. conſi.67.nu.10

Teſtis vnus de veritate facti per ſenſum corporeum deponit facit indicium, immo plus quam ſemiplenam probationem.conſi.39 nu.40.

Teſtis de amicitia deponens magnam probationem facit. conſi.31.nu.4.

Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur. con.32.nu.3.

Teſtes qui adfuerunt rixa multum valent ibi nu. 4.& per quæ verba debet deponere ibi.nu.15.& 7.

Teſtes quando dicunt non audiuiſſe quæ in inſtrumēto ſcripta ſunt, & ſi dicta fuiſſent audiuiſſent an notarius dicatur falſarius per totum conſi. 21. nu.1.

Teſtis negatiue deponens an concludere videatur ibi.nu.2. & teſti ſeniori magis creditur in dubio.n.9.& vnico & ſingulari non creditur.nume.13.

Teſtibus pluribus dignioribus magis credendum eſt. con.24 num.11.

Teſtes quando ſunt omnino hincinde pares, & pro vna parte aliqualis præſumptio eſt pro illa iudicatur.con.1.n.13.

Teſtis ſi rixoſus & inimicus fuerit valde contra ipſum præſumitur.nu. 15 ibi.

Teſti de auditu deponenti credendum non eſt n. 18.& multa de teſte.vide conſi.3.nu.7.8.& 9.

Titulum habens in re vna, ſi in poſſeſſione reperiatur vigore tituli eſſe in illa præſumitur.conſi.22 nu.6.

Turpitudinē allegans contra conſociū auditur.conſ.57.n.4.

V

VAgabundus quis dicatur & vbi conueniatur. conſi. 58. nu.23.& 24.

Vaſſallus ſi contra iuramentum præſtitum veniat an priuetur feudo conſi.39.nume. 27.

Venians qui poſtulat an videatur eſſe culpabilis. conſil. 27. nu.11.

Venefici pœna quæ ſit conſi.80.nu.2.

Verba iſta vulnus erat aliqualiter periculoſum an illud probent eſſe mortale.conſi 61.nu. 12

Verbis præcedentibus ſequentia declarantur ibi. nume. 20.

Verba in potiori ſignificatu ſunt capienda ibi. num.19.

Verba quando ſunt clara, & præciſe ſignificationis omnis interpretatio ineu ceſſare debet. conſi.62. num. 4. num. 2.&3.

Verba ſententiæ in dubio intelligi debent vt potius valeat quã pereat conſi. 66.nu 5

Verba fiat iuſtitia idem ſignificant, ac ſi diceretur fiat quid de iure eſt conſi.67.numero.4.

Verba ab homine prolata in dubio ſunt de primo actu intelligenda ibi.nu.6.

Verba debent intelligi vt aliquid operentur & inducta ad vnum effectum contrarium non operantur. conſil.38.nu. 14

Verbum offeratur quam ſignificationem habeat. conſi. 59. nu.5.

Verba mihi videtur in arbitrio vel ſtatuto affirmant conſil. 32.nu.11.

Verbum videtur congruit iudici non teſti.ibidem nu.12.

Verbum penitus quomodo interpretetur conſil.36.nu.53.

Verbum videtur præſumptionem ſignificat ibi. nume.38.

Verbum vnum quotiens falſitatem & non falſitatem inducit debemus interpretari quod non conſi.21. nu.28.

Verba debent interpretari vt ſecundum ſubiectã materiam intelligantur conſi 22.nu.19.

Verba alicuius proclamationis vbi non cõueniant ibi nec diſpoſitio conſi.23.nu.4.

Verba punientur & damnabuntur ſententiam requirunt ibi.nu.10.

Verbum aptari ſignificat quod poſſit fieri additio.conſi. 24. nu.2.

Verba capias & tibi ſoluas ſunt ciuili modo intelligenda con. 26.nu.16.

Verbum intelligatur de ſui natura ſignificat fictionem conſ. 14.nu.33.

Verba ſtatuti ſunt propriè intelligenda in dubio in caſu licito conſi.16.nu.9.

Verba copulatiue loquentia dubium faciunt conſi. 19. num 12.nume.10.

Verbum gentium caſus dominium ſignificat conſ.3.nu.12.

Verbum offenſa aliquam læſionem nõ autem totalem ſignificat.conſi.5.nu.7.

Veritas magis facienda eſt quam alicuius auctoritas. conſil. 34.nu.63.

Veritas ſimplicitatis amica eſt conſ.54.nu.4.

Veritas vt eruatur, tormenta & dolores ſubire debemus, conſi.39 num.50.

Vim vi repellere iura omnia permittunt.conſ. 41. etiam occidendo ibi.nu.2.

Vitæ ratione eſt bene præſumendum de aliquo. con. 26.n.15.

Volẽs aliquid & ea velle videtur per quæ peruenitur ad illud conſi.39 nu.30.

Voluntas & non exitus in malis expectatur.conſ.34.nu.14.

Vox & fama publica non plene probant.conſi.34 nu.5.

Vox prætorum quod metus cauſa &c. vox dei eſt per hominem prolata conſ.39.nu.47

Vtile per inutile non vitiatur.conſ.22.nu.25.

Vtilitas publica eſt præferenda priuatæ, & hæc eſt abſentes per quoſcunque defendi.conſi.54.nu.8.

Vulnerans ad mortem quis dicatur conſ.28.nu.20.

Vulnus mortale quid dicatur, & an ſi fuerit illatum in corpus egrotum mortale dici poſſit per totum conſil. 61. & quid ſi ſuperueniat febris num.2. & 3. & pleniſſime per totum illud conſi.de materia vulneris.

Vulneratus eſt aliquis à duobus ſed ex vnius vulnere accelerat ad mortem an teneatur vterque conſi.61.nu.27.

Vulneratus ſi moriatur de occiſo & non de vulnere tenetur vulnerans conſi.40. nu.18. niſi ex alia cauſa mors ſequatur num.21.

Vulnerat aliquis mortaliter vulneratum ab alio & moritur an de occiſo teneatur.ibid nu.24.

Vulnerant duo de per ſe non mortaliter ſed coniuncta amborum vulnera mortem cauſant nunquid de occiſo ambo teneantur ibidem.num.25

Vulnus illatum & ſi citius mortis cauſam præſtiterit non propter hoc mortale dicitur ibidem nu 26.

Vulnerantem interficiens, an de occiſo teneatur per totum conſi.41.

Vxor regulariter virum ſequi tenetur conſi.5.nu.28.

Vxor cum filiis maritum poteſt defendere in cauſa criminali.conſ.20.nu.7.nu.10.

F I N I S.

425

CONSILIA CRIMINALIA CLARISS. I. V. D. D. BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ VERONENSIS,

OLIM IN FLORENTISSIMO GYMNASIO PATAuino primam Cathedram regentis.

CONSILIVM I.

SVMMARIA.

1 *Inquiſitus quiſpiam, an auxilium & fauorem homicidii præſtiterit, ita quod mortis pœna teneatur, quomodo cognoſcatur, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Teſtibus expreſſe deponentibus & affirmantibus magis credendum eſt, quam illis, qui non expreſſe affirmant.*

3 *Teſtibus deponentibus de auditu non eſt ita credendum, ſicut aliis, qui de viſu deponunt, & fuerunt à rixæ principio vſq; ad finem.*

4 *Teſtibus dicentibus veriſimiliora & rei aptiora magis credendum eſt.*

5 *Teſtes veriſimiliora dicere dicuntur, qui iuri communi conſonantia dicunt.*

6 *Ius commune in dubio præſumitur, quod quis delinquere non debeat.*

7 *Partem in meliorem etiam in delictis omnia interpretari debemus.*

8 *Dans operam rei illicitæ, an videatur facere animo nocendi, & auxilium præſtandi, an alio modo.*

9 *Negatiua, quod quis percuſſerit non animo nocendi, nec animo præſtandi auxilium vel fauorem homicidium committenti, per præſumptiones probari poteſt.*

10 *Vim vi repellere licet.*

11 *Exceſſerit, ſi quiſpiam modum inculpatæ tutelæ etiam aliquem occidendo de homicidio, ſeu de morte puniri non debet, ſed de exceſſu.*

12 *Verbera cum menſura dari non poſſunt.*

13 *Teſtes quando ſunt omnino hinc inde pares, & pro vna parte aliqualis præſumptio eſt, pro illa iudicandum eſt.*

14 *Promptiores ad abſoluendum eſſe debemus.*

15 *Teſtis ſi rixoſus & inimicus fuerit, valde contra ipſum præſumendum eſt.*

16 *Habitum quando pro facto fuerit, & aliquis rem furatam receperit, vel aliquid auxilii furto præſtiterit, furto auxilium præſtitiſſe non dicitur, & ſic furti non tenetur.*

17 *Verba ſemper in benigniorem partem intelligi debent.*

18 *Teſti de auditu deponenti credendum non eſt.*

19 *Statutum ſi dixerit, quod qui homicidio auxilium vel fauorem dederit, &c. quomodo ipſum ſtatutum ponderari debeat.*

20 *Clauſula ſuper omnibus & ſingulis quomodo intelligatur.*

21 *Dubia in meliorem partem interpretari debent, quoniam melius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Scio, magnifice ac generoſe Prætor, graue mihi onus per veſtram Dominationem impoſitum eſſe, vt ſcilicet conſulam, an de iure Baldonus bannitus de ciuitate Taruiſii, & Ceneta, & Cenatenſi: nunc in fortiam carcerum veſtrorum deductus debeat decapitari, vel à pœna homicidii abſolui, quia de vita vel morte hominis agitur, præſertim cum id non paruæ dubitationis eſſe videatur. Sed vt voluntati veſtræ, cui plurimum debeo, morem geram, decreui id onus ſuſcipere, & quantum in me eſt, de iure pro veritate conſulere, vt & iuſtitiæ & mandatis veſtris ſatisfaciam. Et propterea vidi diligentiſſimè pro viribus totum proceſſum & ſtatutum Taruiſii de homicidiis & pœnis eorum, & prouiſionem ducalem ſuperinde, & omnibus ſæpe & ſæpius diligenter viſis & conſideratis. Pro declaratione ac deciſione præſentis conſultationis tria in primis mihi examinanda eſſe videntur: Primũ, ſi Baldo. fuit in rixa, in qua Laur. fuit ab Anton. interfectus, & ſi ibi aduenauit cauſa mediandi, an verò cauſa præſtandi auxilium & fauorem. Secundum, ſi fuit in rixa, & aduenauit cauſa rixandi & præſtandi auxilium & fauorem, an ipſe venerit ad dictam rixam poſt Laurent. vulneratum vulneribus, quibus mortuus eſt, an prius. Tertium, ſi

fuit iu rixa ante Laurent. vulneratum, an præſtite-
rit auxilium vel fauorem ipſi Anton. committendi
1 dictum homicidium, contra Laur. occiſum. † Cir-
ca primum videtur, quod d. Baldonus fuerit in rixa
cauſa præſtandi auxilium vel fauorem. Nam hoc
videtur dicere, primus teſtis ſcil. Iacobus quondam
Guilielmi habitantis ad paludem, vt patet in eius
examinatione ibi. Continuo prædictis Iacob. Bal-
dono & Ioanne admenantibus cum dictis ſuis ba-
ſtonis & glauarinis contra prędictum Laurent. Pet.
Cechi Trabachini, & Andream ſupraſcriptos. Et
infra ibi interrogatus, ſi aliqnis præſtitit auxilium,
conſiliũ, vel fauorem prædictis ad committendum
prædicta. Reſpondit, quod non vidit, aliquem a-
lium pręſtare auxilium vel fauorem ad committen-
dum prædicta, niſi prænominatos. Secundo, idem
in effectu videtur dicere Nicol. filius Pauli Furlani,
ibi admenantis contra d. Laurent. & Andr. & Petr.
Trabachini, & infra ibi, & irruit contra Laurent.
cum prædictis ſuis ſociis, & etiam infra ibi, & præ-
dictis omnibus admenantibus contra d. Laurent.
Tertio, idem apertius videtur dicere tertius teſtis,
ſcilicet Iacominus Munarius, ibi volens iudicio ſuo
præſtare auxilium prædictis Iacob. & Anton. fratri-
bus, & infra ibi continuo ſequentibus ipſum An-
ton. dictis Baldon. eius fratre, & d. Iacomi. cum e-
ius armis cauſa præſtandi d. Antonio auxilium iudi-
cio ipſius teſtis, & infra ibi ſaluo, quod ſupraſcripti
Baldon. & eius frater. Quarto, hoc idem videtur
apertiſſimè teſtificari ſeptimus teſtis, ſcil. Iacomel-
lus quondam Donari ibi interrogatus, ſi dictæ par-
tes ſibi ad inuicem adiuuabant, & auxilium præſta-
bant. Reſpondit, quod ſic, *vt ſupra dixi*, &c. In con-
trarium videtur eſſe probatum, per alios quatuor
teſtes examinatos ſuper defenſione ipſius Baldon.
poſt eius capturam. Primus eſt Barthol. quondam
Ser Ioannis de Portu, qui dicit, quod dum d. Anto.
vulneraſſet d. Laurent. tunc d. Baldon. cum vno ba-
ſtono exiuit de curtiuo, ſimul cum multis aliis, qui
omnes nitebantur mediare. Et infra ibi, qui vole-
bat mediare, &c. Secundus teſtis eſt Dominicus
quondam Ser Anton. ibi, & vulnerato d. Laurent.
multæ perſonę exiuerunt ad dictum rumorem cau-
ſa mediandi, inter quos vidit dictum Baldonum.
Tertius eſt Laurent. quondam Ser Petri de Portu,
ibi, & d. Baldon. & ipſi teſtes ſe reparabant cum ba-
ſtonis ſuis. Quartus eſt Stephanus quondam Gre-
gorii, vbi dicit, quod vulnerato d. Laurent. cucur-
rerunt ad rumorem, inter quos vidit Baldon. cum
vno baſtono in manibus, & quod dictus Baldo. non
admenauit, nec aliquid fecit contra dictum Laure.
&c. Nunc eſt videndum, quibus teſtibus ſit magis
credendum, & conſiderandum eſt, quod dicti te-
ſtes ſunt numero pares, nec conſtat, qui digniores
ſint, vnde eſt videndum, quorum dicta melius pro-
bant. Et videtur, quod dicta teſtium productorum
in fauorem Baldon. melius probent, quia illi qua-
tuor affirmare videntur expreſſe, quod ipſe Baldo.
fuit in rixa cauſa mediandi, ſed aliqui ex teſtibus an-
te inquiſitionem in contrarium examinatis, non ita
concludere & affirmare videntur. Nam licet ſe-
cundus teſtis dicat, quod prædictus Baldo. admena-
ret & irrueret contra Laurent. non tamen dicit, an
hoc fecerit cauſa præſtandi auxilium vel fauorem,
an verò cauſa mediandi. Item & tertius teſtis, licet
dicat, quod d. Baldo. voluerit præſtare auxilium vel
fauorẽ Iac. & Ant. fratribus, tamen dicit ſemper pro
2 iudicio ſuo, & ſic non firmat. † Vnde videtur, quod
ſit magis expreſſe credendum deponentibus & af-
firmantibus, quàm illis, qui non expreſſe affirmant,
iuxta not. in l. teſtium, C. de teſtib. cum ſimilib. Item, nec
dictum ſeptimi teſtis, ſcilicet, Iacomelli eſt multum
credendum, quia licet interrogatus, an ſibi dictæ
partes auxilium præſtabant. Reſpondit, quod ſic,
tamen reſtringit dictum ſuum, vt ſupra dixit, & ſu-
pra dixit, quod non fuit principio rixæ, & quod ne-
ſcit, quis percuſſerit d. Laurent. ſed ſolum de audi-
3 tu deponit. † Vnde in hoc non eſt credendum
a ei, *a* ita ſicut aliis, qui deponunt de viſu, & fuerunt
principio rixæ vſque ad finem, *argum. eorum quæ not.
in l. teſtium, C. de teſtib. & in c. cum cauſam, el primo, ex-
tra de teſtib. cum ſimil.* Item videtur ex alio, quod ſit
magis credendum teſtibus pro defenſione Baldon.
examinatis, quàm teſtibus in contrarium prius exa-
minatis, quia illi teſtes in contrarium examinati, et-
iam idem dixerunt de Iac. quondam Sylueſt genero
Ser Nicol. Furlani, & tamen poſtea probatum eſt
contrarium, videl. quod ipſe fuit in dicta rixa cauſa
mediandi, & non auxiliandi, vel fauorem præſtan-
di, vt apparet ex d. teſtibus pro defenſione ipſius Io-
an. examinatis, vnde cùm ipſi errauerint in perſona
Iac. ita etiam veriſimiliter errare potuerint in per-
ſona Baldo. qui fuit de vltimis, qui ſuperuenit in ri-
xa, *argum. eorum quæ habentur in l. ſi ex falſis, C. de tranſ-
actio. & in cap. deſleat, extra de reg. iur. in cap. fraternitatis,
extra de hæred.* Item, quia teſtes examinati pro de-
fenſione Baldo. dicunt veriſimiliora & rei aptiora.
4 † Ergò eſt illis magis credendum, *vt eſt text. in c. li-
cet cauſa, §. ex præmiſſis, extra de probat. & c. præterea, in
fin. extra de teſtib. & 4. quæſt. 3. §. item in criminali, & in l.
ob carmen, §. ff. de teſtib. & not. per gloſſ. 8. d. c. ergo ſolui.*
Quod autem dicant veriſimiliora & rei aptiora,
5 probatur. † Nam illi dicuntur dicere veriſimilio-
ra, qui dicunt conſonantia iuri communi, & alii
non, *vt not. in c. auditis poſt medium, vbi per Doctor. extra
de præſcript. & not. Ioan. And. & D. Ant. de Butr. in c. in no-
ſtra, extra de teſtib. & in c. licet cauſam, extra de probat.
ad hoc etiam adduco, quod not. Bald. in l. qui accuſare, ad
fin. C. de edend.* vbi dicit, quod ille dicitur melius pro-
bare, cuius intentio melius conſonat rationi. Sed
teſtes examinati pro defenſione Baldoni, dicunt
magis conſonantia iuri communi & rationi, quàm
deponentes contrarium. Ratio, quia teſtes depo-
nentes pro Baldon. dicunt, quod fuit in rixa cauſa
mediandi, & ſic non cauſa delinquendi. Alii di-
cunt, quod fuit cauſa dandi auxilium & cauſa delin-
quendi; ſed nulli dubium, quod magis conſonat
iuri communi & rationi in dubio præſumere, quod
non fuit ibi in rixa cauſa delinquendi, ſed cauſa me-
diandi, quia de iure communi nemo præſumitur
in dubio velle delinquere, *l. merito, ff. pro ſocio,* & iſta
eſt naturalis præſumptio, *ſecundum gloſſ. ibi*, & pro-
6 ficit ad liberationem, *vt ibi tenet Bart.* † Et quod
in dubio ius commune præſumat, quod quis non
videa-

videatur delinquere, tenet etiam Bart. in l. gerit, in
4. quæſt. princip. ff. de acquir. hered. & not. Archid. 86 di-
ſtinct. qui venatoribus, & not. etiam in cap. 1. extra de cleri-
co venatore. Ad hoc etiam adducitur alia præſum-
7 ptionis iuris communis ratio, quæ vult, † quod
in dubio etiam in delictis debemus interpretari in
b meliorem partem, b vt in c. eſtote miſericordes, extra
de regul. iur. & in c. ad audientiam, extra de homicid. & in
gloſſ. in cap. nauiganti in verbo veriſimiliter, extra de vſu.
cum ſimilib. Et ſi dicatur, imo videtur in dubio eſſe
præſumendum contrarium, quia ipſe Baldonus de-
dit operam rei illicitæ, quia in dicta rixa cum ſuo
baſtono percuſſit Petrum, fratrem Cechi Traba-
chini, & Andr. Claudium ſuper capite cum ſangui-
8 ne; † ergò videtur feciſſe animo non mediandi,
ſed nocendi, & auxilium præſtandi, argum. l. item ſi
obſtetrix, §. fin. cum l. ſequenti, & cum ibi not. ff. ad leg. A-
quil. & argum. l. 1. ff. & C. ad leg. Cornel. de ſicar. & cap. ſi-
gnificaſti, extra de homicid. Item, quia ipſe Baldonus
aufugerat ante inquiſitionem, contra eum forma-
tam; ergò videtur præſumendum contra ipſum,
quod deliquerit, vt habetur in l. admonendi, ff. de iure-
iurand. & in l. bona fidei, C. de reb. credit. & iureiur. & per
Bart. in l. Corradi, ff. ad Sillen. & per Bart. etiam in l. 1. in
fin. princip. ff. de bonis eor. qui ſibi mortem conſciuerunt,
cum ſimilibus. Ad hæc reſponderi poteſt, quod li-
cet percutiens in dubio videatur facere animo no-
cendi, non tamen ſequitur; ergò videtur facere a-
nimo præſtandi auxilium aliis rixantibus, & maxi-
9 mè homicidio per alium commiſſo, † quia iſta
negatiua, quod quis percuſſerit, non animo occi-
dendi, nec animo præſtandi auxilium vel fauorem
homicidium committenti poteſt probari per præ-
c ſumptiones, c vt eſt gloſſ. notabilis in l. 1. in verbo non
occidendi, C. ad leg. Cornel. de ſicar. vbi not. & quod in-
nocentia poſſit probari per præſumptiones, not. te-
net etiam Bartol. in l. 1. § de illo, verſic. quæro an hæres ff. de
bonis eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt. Præſum-
ptiones autem, quod non fuerit in rixa animo dan-
di auxilium vel fauorem, maxime homicidio, ſunt
multæ: Vna, quia teſtes aliqui dicunt, quod ipſe
nitebantur cum aliis inter rixantes mediare. Se-
cunda, quia Petrus Trabachinus, & Andreas Clau-
dus admenabant contra illos, quoniam volebant
mediare, & ſic contra ipſum Baldonum, vt dicunt
Barthol. quondam Ser Ioannes de Portu, & Domi-
nicus, q. Ser Antonius examinati ſuper defenſione
Baldoni. Idem dicit Laurentius, quondam Ser Pe-
trus de Portu, qui etiam dicit plus & clarius, ſcili-
cet, quod cum dictus Baldonus cucurriſſet ad ru-
morem ſimul cum aliis cum vno baſtono, quem
habebat in mano, contra eos venerunt Andreas &
Petrus Trabachani ſupra nominati cum armis ſuis,
& duabus perſonis, & dictus Baldonus, & ipſe te-
ſtis ſe reparabant cum baſtionis ſuis, vnde ſi poſtea
ipſe Baldonus, qui ſe reparabat contra ictus d. Pet.
& Andr. & tandem eos percuſſit, quod præſumen-
dum eſt, quod percuſſerit non animo præſtandi au-
xilium vel fauorem rixæ, ſed potius ſe defendendi,
& iniuriam propulſandi cùm fuerit prouocatus.
10 † Quia vim vi repellere licet, l. vt vim, ff. de iuſtit. &
iur. & l. ſciendum, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. & l. 1.
C. vnde vi. & in c. ſignificaſti, extra de homicid. cum notatis
in dictis iuribus, facit quod habetur in l. ſi ex plagis, §. in di-
no, ff. ad leg. Aquil. cum ſimilib. Et licet exceſſiſſet mo-
dum inculpatæ tutelæ, vel quia potuiſſet commo-
dè aufugere vel aliter, iuxta not. in dictis iuribus, non
tamen propter hoc dici debet, quod hæc feciſſet
cauſa dandi auxilium vel fauorem aliis rixantibus,
& maximè homicidio, cum occiſum nunquam vul-
nerarunt; imo iam vulneratus erat, antequam
Baldonus ſuperueniret, vt dicunt, quatuor teſtes
examinati pro defenſione Baldo. & dicetur in ter-
11 tio dubio principali. † Nam eo caſu, quando quis
exceſſit modum inculpatæ tutelæ, & aliquem occi-
dendo non debet puniri de homicidio ſeu de mor-
te, ſed de exceſſu, ſecundum Bald. in c. 1. in 3. col. in princ.
in tit. de pac. tenend. in vſib. feud. alleg. not. in c. ſignificaſti,
vbi eſt gl. de hoc, extra de pœ. & remiſſ. & idem not. Bald. in
c. 1. in §. 1. in tit. de pac. iura. firm. & idem tenet Lud. de Rom.
in ſuo 3. ſingul. vbi allegat ad hoc, l. ſi adulterium cum ince-
ſtuo, §. imperator, ff. de adult. & idem tenet Ioan. Andr. in
rubr. de homic. in addit. Specul. vbi hoc diſputat, & idem te-
net Bald. in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur. vbi ponit ratio-
12 nem. † Quia verbera non poſſunt dari cum men-
ſura, facit ad hoc c. fin. de homic. cum ſiml. & propterea
eſt difficile ſe defendere ſine vllo impetu, & allegat
philoſophum. Suſpicio etiam fugæ tollitur, quia i-
pſe Baldonus vulnerauerat d. And. & Pet. ſuper ca-
pite cum ſanguine; ergò habuit iuſtam cauſam ti-
mendi, & præſumptio eſt, quod fugerit potius pro-
pter dictas percuſſiones, quam propter hoc, quod
præſtiterit auxilium vel fauorem homicidii, vel e-
tiam propter dubitationem, quæ nunc eſt, ne incul-
paret de homicidio, ex quo in dicta rixa illos per-
cuſſit; vnde in dubio voluit recedere, & ex hoc non
debemus arguere, quod ipſe præſtiterit auxiliũ vel
fauorem homicidii, ex quo habemus & teſtes di-
centes contrarium, & multas præſumptiones, de
quibus ſupra; & licet aliqui teſtes videantur dicere
contrarium, tamen deponentibus pro defenſione
& Baldon. & ſic pro liberatione magis eſt in dubio
credendum, tamen quia pro teſtibus Baldon. ſunt
præſumptiones magis vrgentes, pro hoc allegat gl.
not. in l. ſi duo patroni, in princ. ff. de iureiur. quæ ſemper
13 allegat, † quod quando teſtes ſunt hinc inde o-
mnino pares, & pro vna parte eſt aliqualis præſum-
ptio, pro illa eſt iudicandum, tum etiam, quia in du-
bio pro abſolutione eſt iudicandum, vt eſt text. in c.
inter dilectos, in fin. extra de fid. inſt. & ibi not. & in §. com-
modum, inſtit. de interdict. & propterea dicit Bald. in rubr.
de controuer. inueſtitur. in fin. in vſib. feud. quod iſtud ſit
14 pro regula tenendum, † quod promptiores debe-
mus eſſe ad abſoluendum, & quod propter confli-
ctum præſumptionum reus abſoluitur, per d. §. inter
dilectos, in fin. cum ibi not. Et ideo eſto, quod ſint teſtes
hinc inde omnino pares, & ſint præſumptiones
hinc inde, in dubio debemus iudicare pro reo, vt
maximè hic, vbi teſtes pro reo magis affirmatiuè di-
cunt; & quia plures & vrgentiores probationes pro
reo eſſe videntur. Ex his itaq; concludendum eſſe
videtur, licet d. Baldo. potius interuenerit à princi-
pio in rixa cauſa mediandi, & quod poſtea duos
percuſſerit, quod ille fuerit ab eis prouocatus, qui

contra eum admenabant armis ſuis, & licet exceſſerit modũ inculpatæ turelæ, quod propter hoc non videatur dediſſe auxilium vel fauorem homic. poſſet tamen iudex inquirere, an iſte Baldon. eſſet inimicus d. Laurent. Pet. & And. vel amicus, aut famil.
15 vel rixoſus, an non. † Nam ſi eſſet inimicus eorum, & rixoſus, valde eſſet contra ipſum præſumendum: ſed ſi fuiſſet eorum amicus vel famil. vel non rixoſus, nullum hoc baberet apud me dubium, videlicet quod non diceretur feciſſe animo præſtandi auxilium vel ſauorem pro homicid. & hoc allegat per gloſſ. 2. valde notabilem *in l. 1.* ibi probando amicitiam & affinitatem, & qualitatem occidentis, *C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Circa ſecundum dubium principale, an ipſe Baldon. venerit ad d. rixam poſt Laur. vulneratum vulneribus, quibus mortuus eſt quaſi in continenti, an ante. Et in hoc dubio teſtes etiam ſunt varii: Nam aliqui teſtes examinati ante formatam inquiſitionem, videlicet primus, ſecundus, tertius, ſextus, & ſeptimus videntur dicere attenta ſerie ſuarum atteſtationum, quod Baldon. fuerit in rixa ante Laurent. vulneratum, ſed quatuor teſtes examinati ſuper defenſione ipſius Baldon. dicunt contrarium. videlicet Laurent. erat vulneratus, antequám Baldo. exiuiſſet de curtiuo, imo Laurent. & Stephan. teſtes dicunt plus, quod iam Laurent. incipiebat mori, antequam Baldo. exierit de curtiuo, & iſtis teſtibus pro Baldo. deponentibus potius in hoc eſt credendum, quia magis in ſpecie & claré hi deponunt, quam deponentes in contrarium, vt de ſe patet. Et quia magis affirmat. deponunt ſuper hoc quàm alii, & præſertim Domin. quondam Anton. qui dicit, quod optime vidit & recordatur, quod quando d. Bald. exiuit de curtiuo, Laurent. erat iam vulneratus; ergò ſibi cum aliis ſuis conteſtibus eſt magis credendum, *argu. eorum quæ not. in l. teſtium, C. de teſtib. & argum. c. literis*, ibi teſtes firmiter aſſerentes, *& in cap. tertio loco*, ibi teſtes dixerunt ſuper certo credere, *extra de præſumpt.* & pro Baldo. faciunt ea, quæ dixi in præcedenti dubio circa finem, & quod dicetur in ſeq. & ex his concludo, quod iudicandum eſt in hoc, dictum Baldo. veniſſe ad dictam rixam, poſtquam fuerat iam Laurentius vulneratus. Circa tertium dubium principale; ſi Baldon. fuit in rixa ante Laurentium vulneratum, an præſtiterit auxilium vel fauorem ipſi Anton. committenti homicidium in perſona ipſius Laurentii occiſi, & licet ex his, quæ dicta ſunt in primo dubio principali, videatur eſſe concludendum, quod non, tamen vltra ea, quæ dicta ſunt ibi, poteſt etiam idem probari aliis rationibus: nam ſi verum eſt, quod antequam dictus Baldon. venerit ad dictam rixam, ipſe Laurent. erat iam vulneratus, & incipiebat iam mori, & ſic delictum erat iam conſummatum; ergò ſuperueniens etiam adiuuando, non videtur præſtitiſſe auxilium vel fauorem homicidio, quia illud erat iam perfectum, quantum ad vulnerantem; licet adhuc ipſe vulneratus non eſſet mortuus. Et pro hoc allegat id, quod ſingular. tenet Bart. *in l. furtum,*
16 *ff. de furt.* ibi dicit §. quod quando eſt † habitum pro facto, & aliquis recipit rem ſuratam, vel aliquod auxilium præſtiterit furi, non dicitur furto præſtitiſſe auxilium, & ſic furti non tenetur; *& idem vult ibi in effectu Angel. de Peruſ. & idem ad literam tenet Angel. de Aret. in ſuo tractat. maleſic. in gloſſ. in ver. dicto maleſic. ſemper aſſitit. in vltima colum. quod dicit eſſe notandum, quia ita alia practicari vidit.* Præterea hoc poteſt alia ratione probari; nam ad hoc, vt aliquis poſſit accuſari de auxilio vel fauore, non ſufficit dicere in accuſatione vel inquiſitione, Titius percuſſit Seium in caput, & Matthias in brachium, & ad prædicta committenda præſtiterant ſibi inuicem auxilium & fauorem, quia ex hoc non poſſet ſequi condemnatio de auxilio vel fauore, quia non exprimitur, qualiter præſtiterunt auxilium vel fauorem.
17 † Et ideo, cùm verba debeant intelligi in benigniorem partem, *vt l. ſi præſes, ff. de pœnu*, intelligetur, quod percutiendo præſtitiſti mihi auxilium, & ego percutiendo præſtiti tibi, & ſic actus meus fuit auxilium tibi, & tuus mihi; ſed de iſto actu ego punior vt principalis, non autem punior tanquam præſtans opem, vel auxilium, vel fauorem; & ideo debet dicere accuſatio vel inquiſitio, quod vnus præſtitit opem vel auxilium alteri adſiſtendo vnus alteri, vt habilius delictum committeret ad hoc, Bart. *in l. ſi in rixa, in penult. colum. ad legem Cornel. de ſicar.* & ſic præſtant opem vel auxilium per alium actum, quam per illum, de quo principaliter accuſatur, vel contra eum inquiritur, *ita ſingulariter dicit Bart. in l. qui ſeruo, §. ſi duo, ff. de furt. quem ſequitur Angel. de Aret. optimus practicus in ſuo tractatu maleficiorum, in gloſſ. in verb. dicto maleficio ſemper aſſitit, in princ.* qui dicit, eſſe mittenda in practica, ſed in caſu noſtro teſtes examinati ante inquiſitionem, & ſuper quibus fundata eſt inquiſitio, non dicunt, quod vnus præſtiterit opem, vel auxilium, vel fauorem alteri adſiſtendo; ſed primus teſtis dicit, quod Iac. Ioan. & Baldon. admenabant contra d. Laurent. Per. Trabachini, & Andr. & quod prædictis ad committendum prædicta nullus præſtitit auxilium vel fauorem, niſi prænominati: non enim dicit, quod Baldon. præſtiterit auxilium adſiſtendo maleficio ſeu homicidio. ſicut eſt dictum in perſona Laurent. Secundus teſtis non dicit, niſi de admenatione Baldo. Tertius dicit idem, & quod Baldo. & alii volebant iudicio ſuo præſtare auxilium prædictis Iac. & Ant. quod non ſufficit per prædicta, & iſte etiam non affirmat iudicio ſuo, quia dicit iudicio ſuo. Quartus & quintus nihil dicunt, imo dicunt contrarium ſaltem in ſecunda ſua examinatione ſuper defenſione Baldoni. Sextus etiam nihil dicit de auxilio vel fauore, ſed quod ſolum percuſſit Petrum & Andr. ſiue interrogatione in fine facta hoc probat, quia reſpondit ſuper negatiua, non ſuper affirmatiua, quia non fuit ipſe teſtis interrogatus, ſi Baldon. præſtitit auxilium vel fauorem, vt patet in eius atteſtat. Septimus etiam teſtis nihil probat, nam dicit, quod dictas partes ſibi inuicem admenabant, & auxilium præſtabant, *vt ſupra dixi.* iſta enim depoſitio non concludit per ea, quæ dixi ſupra ſecundum Bartolum & Angel. de Aret. Secundo etiam ille teſtis reſtringit dictum ſuum dicendo, quod ſupra dixit, & ſupra dixit de Baldon. niſi quod admenauit cum baſtono contra Petrum Trabachinum; vnde per

hoc

hoc non diceretur præſtitiſſe auxilium vel fauorem
homicidio, per Antonium commiſſo per prædicta.
Tertio, quia ille teſtis ſeptimus non interfuit prin-
cipio rixæ, vt ipſe dicit, nec vidit vulnerari ipſum
18 Laurent. † Et deponit de hoc auditu; ergò ſibi
non eſt credendum ſuper hoc, quod Baldonus ho-
micidio auxilium præſtiterit, etiamſi ipſe hic affir-
maret, ex quo, vt dixi, non fuit princip. rixæ, nec
vidit Laurent. vulnerari, & deponit de auditu per
ea, quæ habentur *in l. teſtium, C. de teſtib. & in c. cum
cauſam, extra de teſtib. cum ſimil.* Octauus etiam teſtis
ſuper auxilio vel fauore nihil deponit. Vnde per at-
teſtationes d. teſtium non poteſt dici, quod dictus
Baldo. præſtiterit auxilium vel fauorem d. homici-
dio per ea, quæ habentur ſingula per Bart. *in d. l. qui
ſeruo. §. fin. ff. de furtis, & per Ang. de Aret. in d. ſuo tractat.
in loco præallegat.* Et propterea eſt etiam concluden-
dum, quod ex inquiſitione formata contra Baldon.
vigore d. teſtium, dum in ea tantum dicitur conti-
nuo d. Baldo. auxilium præſtante d. Anton. cum ſuo
baſtono, &c. Et dum in fine eiuſdem inquiſitionis
dicitur, & præmiſſa omnia & ſingula commiſſa &
perpetrata fuerunt per ſupraſcript. Andr. Baldo. &
alios ſibi adinuicem præſtantes auxiliũ & fauorem
non debet Baldon. qui eſt præſens, & ſe defendit
condemnari de auxilio vel fauore præſtito d. ho-
micid. quia licet ipſe deliquiſſet admenando etiam
contra Laurentium, & ipſum etiam vulnerandu,
quod tamen non fuit in caſu noſtro, vt patet per te-
ſtes, & licet ipſe deliquerit percutiendo cum baſto-
no prædictos Petrum & Andream. Tamen ipſe
non debet puniri de auxilio vel fauore: ſed tan-
quam principalis in eo, quod contra aliquem ad-
menauerit, vel ipſum percuſſerit, & ſic de admena-
tione vel percuſſione vulnerum tantum deberet
puniri per d. Doctor. Bartol. ſingularem. Et maxi-
mè cùm aliqui teſtes examinati ante inquiſitionem
dicant, quod Laurent. & Pet. Trabachini, & Andr.
erant ex vna parte, & Iac. & Ant. fratres, & Ioan. &
Baldo. etiam fratres erant ex altera parte, & ſic Bal-
do. ſecundum eos ſuperuenit in rixa etiam vt prin-
cipalis, non vt auxilium vel fauorem præſtans ho-
micidio. Item apparet, quia Stepha. quondam Gre-
gorii dicit, quod dictus Baldo. non admenauit, neq;
aliquid fecit contra d. Laurent. quia quando exiuit
Curtius erat iam vulneratus, & incipiebat mori; &
ita dicunt alii teſtes examinati ſuper defenſione i-
pſius Baldo. vt prædixi. Item prædicta Doctor. Bart.
ſingularis eſt veriſſima, præſertim in caſu noſtro at-
tenta prouiſione ducali ſuper reformatione ſtatuti
Taruiſii, loquentis de homicidiis. Nam reforma-
tio ſtatuti dicit, quod ſi plures interfuerint homici-
dio alicuius, quod quilibet, qui fecerit, puniri deber
tanquam homicida. Et ſi plures fuerint, qui homi-
cidio, vel cuicunq; alteri ſceleri dederint auxilium,
conſilium, vel fauorem, puniantur tanquam com-
19 mittentes & facientes d. ſcelera. † Notandum eſt,
quod dicit, qui homicidium auxilium vel fauorem
dederit, non autem dicit homicidium committen-
ti, ſed ipſi homicidio; ſed per prædicta apparet,
quod non eſt probatum neq; inquiſitum, quod ipſe
Baldo. præſtiterit auxilium vel fauorem d. homici-
dio: ſed eſt probatum contrarium. Et ſi diceretur
in inquiſitione in fin. eius eſt dictum, quod Baldo.
& alii præſtiterunt conſilium & fauorem; ergò in-
cludit vere etiam auxilium, *vt not. Bart. in d. l. qui ſer-
uo, §. fin. in fin. ff. de furt.* & hæc nocent abſentibus &
contumacibus, *iuxta not. per Bart. in l. abſentem, in prin.
ff. de pœn.* Tamen Bald. præſenti & ſe defendenti hic
non debet nocere, cum ex dicto alicuius non appa-
reat, quod ipſe Baldo. vel alii dederint conſilium d.
homicidio perpetrato, imo ex diſpoſitione omniũ
teſtiũ apparet contrariũ, præſertim cum omnes te-
ſtes deponant, quod d. Laur. occiſus incepit rixam,
& in curtiuo, & extra curtiuum, & cum verbis & fa-
ctis, vt intuenti patere poteſt apertiſſimè. Ideo ex il-
lo capite, ſcil. conſilii nullo modo poteſt dici, quod
ex conſilio, quod non præſtitit, videatur Baldo. præ-
ſtitiſſe dicto homicidio conſilium vel fauorem. Ex
prædictis omnibus nunc concluditur, quod nullo
modo d. Baldo. poteſt vel debet decapitari vigore d.
inquiſitionis contra eum formatæ, propter teſtes
hucuſq; examinatos, imo ab ea debet abſolui, ſed
ſolum debet condemnari de vulneribus illatis Pet.
& And. vigore d. inquiſitionis, in qua dicitur, quod
d. Pet. & And. fuerunt percuſſi ab ipſo Baldo. Et in
fine dicitur, ſuper quibus omnibus & ſingulis, &c.
20 † Quia per d. clauſulam videtur prætor vel iudex
deduxiſſe omnia in inquiſitione contenta diuiſim,
d nec adſtrinxiſſe ſe ad probandum, niſi neceſſaria. *d
vt not. Bald. in l. 2. C. de probat. & Flor. in l. delictu, §. ſi de
tractat. ad fin. de noxal. & per Angel. de Aret. in ſuo tractat.
maleficior. in gloſſ. ſuper verb. ſuper quibus omnibus, in fin.
Bald. in l. & ſi ſeuerior, verſ. ſexto iuxta hoc, ff. de his qui no.
infa. & etiam per eundem, in l. 1. in princ. vltim. vel penult.
charta, verſic. & hic, vbi proceditur pro accuſatin.* Tum
quia ex his, quæ dixi in primo dubio, potius eſt præ-
ſumendum, quod ipſe Baldon. ſuperuenerit rixæ à
princ. cauſa mediandi, quàm auxilium homicidio
præſtandi. Tum quia, quando ſuperuenit rixæ, iam
erat Laurent. vulneratus, & incipiebat mori, *vt dixi
in ſecundo dubio principali*; & ideo pro vero exiſtente
clarum eſt, quod non poteſt nec debet condemnari
de homicidiu vigore dictæ reformationis ſtatuti lo-
quentis de homicidio, quæ dicit, ſi plures interfue-
rint homicidio alicuius. Nam certum eſt, Baldon.
non interfuiſſe illi homicidio, ſi iam Laurent. erat
vulneratus, & incipiebat mori, quando Bald. ſuper-
uenit in rixa, vt de ſe patet; ergò non ſumus in caſu
reformationis, ſed extra: & ſic in diſpoſitione iuris
communis, ſecundum quam ſine dubio non debet
nec poteſt in caſu noſtro de pœna capitali de homi-
cidio puniri per prædicta. Tum etiam per hæc eſt
concludendum, quia non eſt probatum, quod ali-
ter præſtiterit auxilium, conſilium, vel fauorem i-
pſi homicidio: imo eſt probatum contrarium per
ea, quæ dixi ſupra in tertio dubio principali. Et ad
21 prædicta adduci etiam poteſt ratio. † Quia in du-
bio debemus interpretari in meliorem partem, &
eſſe promptiores ad abſoluendum, quàm conde-
mnandum, vt dixi ſupra in primo dubio principali
in fine. Et quia in dubio melius eſt nocentem ab-
ſoluere, quàm innocentem condemnare; nam ſcri-
pſit diuus Traianus Imperator, ſatius eſſe, impuni-

tum relinqui facinus, nocentem quàm innocentem condemnare, vt dicit Vlpianus Iuriſconſultus, *in l.abſentem, in princ.ff.de pœn.* Et ita vt ſupra concluſum eſt, puto, magnif. ac generoſe Prætor, officium veſtrum & curiæ veſtræ eſſe in abſoluendo d. Baldo. à pœna homicidii, vel præſtantis auxlium, conſilium, vel fauorem homicidio: & in condemnando ipſum de vulneribus tantum illatis Petro & Andreæ ſaluo ſemper meliori iudicio, cui me ſemper ſubiicio, *iuxta l. Claudius, in fin.ff. qui potior. in pignor. habeantur.*

Additiones.

a Credendum ei] *Ad huius concluſionis & totius conſilij materiam vide Dn. Ludouic. de Roma. in conſ.290. & in ſuis ſingular. verſ. teſtis, D.Alex. de Imola in conſ.82. in 1. vol. & in conſ.143. in 2. vol. & in l.2. §.idem Labeo. in 1. col. verſ. vlterius venio ad gl. & ibi Doct. de aqu. plu. arc. D.Barth. Sozi. in conſ.64. incip. in cauſa vertenti, verſ. capiendo, etiam in 1. vol. chart.3. & in conſ.118. incip. viſis narratis, verſ. ſecundo confirmatur, eod. 1. vol. chart. 187. Spec. in tit. de teſte, §. nunc tractandum, verſ. de auditu, Rot. deciſ.12. quæ incip. in poſſeſſorio, in not. Bart. in l. diuus, verſ. item not. ff. de teſtam. milit. Bald. in marga. verſ. teſtes, 14. col. Canon. in c. quoniam contra, de prob.*

b Meliorem partem] *Ad huius notabilis concluſionis reſolutionem vide D.Alex. de Imol. in conſ.42. in 4. vol. & in conſ.179. circa fin. in 2. vol. & in l.1. 11. col. ff. ſi cert. petat. & in l. inter ſtipulantem, §.1. ff. de verb. oblig. Oldra. in conſ.38. incip. primam q. Paul. de Caſt. in conſ.52. incip. in cauſa quæ vertitur, D. Barth. Sozi. in conſ.244. incip. conſiderata facti contingentia, verſ. præterea, in 2. vol. chart.128. Bart. & Doct. in l. Labeo, de ſuppell. legat. Bald. in marg. verſ. teſtis, in 6. col. & in l.2. in princ. C. de temp. ap. Canon. in c. dudum, de elect. quibus in locis eſt proprius fons huius materiæ.*

c Præſumptiones] *Vide ad materiam Bart. in conſ. incip. communiter, Lignani D. Alex. in conſ.42. in 4. vol. Rot. deciſ.481. incip. in caſu, in not. multa per D. Andr. Sicul. in conſ. incip. ſcripſit Eccleſiaſticus, quod eſt poſt conſ.103. D. Alex. in 4. vol. Bald. in l. actor, circa fin. C. de probat. Spec. in tit. de teſte, §.10. verſ.1. Canon. in c. cum contingat, de offic. delegat.*

d Neceſſaria] *Adde Ang. in l. ſi vacantia, C. de bon. vac. lib. 11. Flor. & D.Alex. de Imol. in l. in delictis, §. ſi detracta, alleg. in text. in l. Senatus, de accuſ. Canoniſt. in cap.2. de ordin. cogn.*

CONSIL. II.

SVMMARIA.

1 *Statutum Feltri, quod punit vltimo ſupplicio præſtantes auxilium cooperatiuum ad homicidium committendum, an comprehendat illum, qui in rixa armatus ſtetit, ſed non admenauit ſeu vulnerauit occiſum, numero omnibus ſeqq. per totum conſilium.*

2 *Forma dat eſſe rei, & vbi forma mutatur, res etiam eſſe mutata intelligitur.*

3 *Actus quando duo vel plura requiruntur, vno deficiente alterum non valet, nec effectum producit.*

4 *Lex vel ſtatutum quando de cauſa diſponit, nihil dicendo de effectu, de effectu inſeparabili & immediato; non autem de effectu mediato diſponere videtur.*

5 *Dictio, ſeu, quando pro coniuncta ponitur, proprie loquendo tàm ſenſum, quàm verba coniungit.*

6 *Cauſa proxima & immediata dicitur, qua poſita ponitur effectus, & ea remota, effectus remouetur.*

7 *Conſequentia bona de ſeparatis non fit.*

8 *Cauſa aliqua, ſeu ab vno aliquo, quando aliquid procedere debet, intelligitur procedere tanquam à prima cauſa, non tanquam à medio.*

9 *Cauſa proxima vt cauſa remota inſtitutum ſit, conſiderari poteſt.*

10 *Cauſa proxima, quando non eſt inſtrumentum, per accidens conſiderari poteſt.*

11 *Statutum ſi dixerit, quod ſi ex percuſſione ſanguis exierit, pax non valeat, quomodo intelligatur.*

12 *Cauſa cauſæ veritate inſpecta cauſa cauſati eſſe non dicitur, quando cauſa cauſans remota fuerit, licet fictè iuris interpretatione inſpecta cauſa cauſati eſſe dicatur.*

13 *Cauſa à prima quando res procedit, & tranſit per medium illius cauſæ, & requiritur virtus & influentia medij, & tunc res non ſimpliciter à prima cauſa denominatur, ſed à medio influente, & à prima cauſa.*

14 *Vnum quandocunq; requiritur ad aliquod faciendum cum dictione, ad, requiritur propinquitas, licet non requiratur intrinſecitas.*

15 *Statutum ſi dictauerit, quod ſi quis fecerit aſſaltum ad domum, puniatur in centum ad hoc, vt ſtatutum locum habeat, quid requiratur.*

16 *Negatiuam ad probandum, quod quiſpiam ſcilicet non fuerit animo occidendi, probatio per præſumptiones ſufficit.*

17 *Iudex propter exculpationem non poteſt ex indicijs aliquem torquere, quando innocentia iudicium habet.*

18 *Pœnalibus in re dubia in benigniorem partem interpretatio facienda eſt.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Super caſu homicidii commiſſi in perſonam Sacomani de Culago per Paulum de Meano in rixa, in qua plures interfuerunt ex vtraq; parte: & maxime ex parte occidentis interfuit Bartho. And. de Meano, qui nunc eſt carceratus. Viſoq; proceſſu agitato coram magnific. D. Pot. Feltri, & viſis omnibus atteſtationibus; & viſo ſtatuto ſub rubr. de homic. & omnibus diligenter examinatis ſola vna principalis dubitatio examinanda eſſe videtur, videl. an d. Barth. carceratus, qui non vulnerauit nec tetigit d. Sacoman. defunctum; nec etiam contra ipſum admenauit, teneatur, & condemnari poſſit vltimo ſupplicio, ex eo quod dicatur dediſſe auxilium d. homicid. an verò debeat abſolui à pœna mortis. Et in hac dubitatione duo poſſunt conſiderari: Vnum eſt ius commune: aliud eſt ſtatutum prædictum ſub rubr. de homic. Sed quia ſtatutum videtur dare nouam formam in præſtante auxilium homicidio ad hoc, vt teneatur pœna mortis, videtur in hac parte: ſtatu-
2 entes voluiſſe recedere à iure communi, † quia forma dat eſſe rei, & vbi mutatur forma, intelligitur, etiam mutata res, *l. Iulia, §. ſed & ſi quis, & ibi not. ff. ad exhib.* Et maxime cum ſtatutum in d. parte loquatur limitatiue & qualificatiue; ergò limitatum & qualificatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acqui. rer. dom.*

ter. dom. & ideo fruſtra diſputandum eſt, qua pœna puniri debeat de iure communi, præſtans auxilium homicidio, cum in hoc ſtatut. diſcrepet à iure com-
a mũni, & ſtandum ſit ſtatuto & nõ iuri communi, *a vt in ſimili not. Bart. in l. ſi in rixa, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & Doct. deponunt in l. is qui cum telo, C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Videndum eſt ergò ſolum nunquid d. Barth. vigore d. ſtatuti debeat puniri vltimo ſupplicio, vel non: & certe dicendum eſt, quod vltimo ſupplicio nõ eſt puniendus vigore d. ſtatuti, quia ſtatutum ad hoc, vt teneatur præſtans auxilium vltimo ſupplicio, requirit tria neceſſaria: Primum eſt, quod dederit auxilium. Secundum, quod illud auxiliũ fuerit cooperatiuum ſeu facto. Tertium, quod illud auxilium fuerit ad illud homicidium committendum: & iſta tria ſunt neceſſaria ad hoc, vt ſtatutum
3 locum habeat, quaſi † quando duo vel plura requiruntur ad actum vno deficiente, alterum non valet, nec effectum producit, *vt probatur per text. in l. fin. §. ait lex, ff. de diuort. & repud. & eſt gl. not. in l. 1. §. hoc autem à ſuperiore, ff. de itine. actuq́; priuat.* & eſt ratio, quia tunc de forma videtur aliquid fuiſſe omiſſum, *vt ſingulariter decidit Bald. in addit. Spec. in tit. de arbitro. verſ. ſi compromittitur, & eſt text. & ibi Bart. in l. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. & l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. & Cyn. ſecundum Iac. de Aret. in l. ſancimus,*
§. ſi quis autem, in fin. el primo, C. de donat. & Bald. in l. Titia, in princ. ff. ſolut. matr. & in l. teſtium, §. ſi quis, ff. de teſtib. & not. Ioan. Andr. in c. ſine culpa, de reg. iur. lib. 6. in nouella, cum ſimil. Sed in caſu noſtro illa tria requiſita à ſtatuto non interueniunt, quia licet primum videlicet quod præſtiterit auxilium interueniſſe videatur, ex quo erat armatus, & erat in dicta rixa, propter quod videtur auxilium præſtitiſſe, licet non fecerit aliquem actum, *vt ſingulariter not. Innoc. in cap. continentiam, extra de cler. percuſ. quem ſequitur Bald. in l. raptores, ante fin. C. de Epiſcop. & cleric. & in l. 1. in fin. 1. colum. C. de ſeruis fugit. & in cap. 1. circa princip. in tit. de benefic. fratris, & Angel. de Aret. in ſuo tractatu maleficio. in gloſſ. in verſic. dicto maleficio ſemper adſtitit, verſic. quæro quando duo ſimul ſtant.* Et iſtud etiam de mente *Bart. in l. ſi in rixa, in penultima colum. circa fin. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. qui alleg. l. 3. ff. ad leg. Iul. de vi public. Et tenet Bald. in l. 1. §. ſerui appellatione, ff. ad Sille. & Ludouic. de Roma in dicta l. 1. §. ſed in eo.* Alia tamen duo requiſita à ſtatuto, non interuenerunt, videlicet quod illud auxilium fuerit cooperatiuũ ad homicidium committendum.

4 Quod probatur pluribus modis: † Et primo, quando lex vel ſtatutum diſponit de cauſa nihil dicendo de effectu, videtur etiam diſponere de effectu inſeparabili & immediato, non de effectu mediato, vt eleganter not. Bald. ſecundum Nicolaum de Mata. *in l. 1. in 3. colum. in fin. ff. ſolut. matrim.* & in caſu noſtro ſtatutum loquitur de cauſa, videlicet de auxilio cooperatiuo; ergò videtur diſponere de effectu immediato & inſeparabili: non autem de mediato & ſeparabili, & eò magis cum ſtatutum loquatur de cauſa & de effectu ſequenti ex illa cauſa, dum dicitur cooperatiuum ad homicidium committendum, quæ cauſa cum effectu immediato non interuenit, quia illud auxilium, licet fuerit ad homicidium committendum, vt dixi, tamen non fuit cooperatiuum ad illud homicidium. Et ſic illa cauſa cooperationis non fuit, nec eſt mediata & ſeparabilis; imo fuit mediata & inſeparabilis, quia illa cooperatio dicti Bartholomæi carcerati, vel ſtando armati, vel admenando, ſi admenauit contra aliquem, non fuit contra dictum Sacomanum occiſum, ſed contra alios; imo plus dico, licet de iure communi ſtando armatus in rixa, ſimpliciter nihil cooperando videatur præbere auxilium homicidio, & eadem pœna puniri, tamen quia iſtud videbatur nimium rigoroſum, ſtatutum voluit, quod non dicatur præbere auxilium homicidæ, vt teneatur pœna mortis ſtando etiam armatus, & nihil ſe operando, ſed ſolum, quando operatus eſt ad homicidium committendum. Et hic declarant verba ſequentia ſtatuti, dum ſubijcitur ſeu facto, quæ verba ſunt declaratiua præcedentiũ.
5 † quia illa dictio, ſeu, *b* ponitur pro coniuncta, &
b proprie loquendo coniungit ſenſum & verba, vt not. per Bart. *in l. ſi quis ita, ff. de auro & argent. leg. & in l. 1. in 6. quæſt. prima quæſtionis principalis, ff. de condit. & demonſtrat. cum ſimilib.* & ſic, dum dicit, ſeu facto declarat, qualiter debet eſſe illud auxilium cooperatiuum, quia non ſufficit eſſe verbale, ſed debet eſſe facto, puta, armis & manu, vel obiectu corporis, licet etiam auxilium alias dicatur eſſe verbis vel clamoribus, vt eſt caſus *in l. cum dominus, ff. ad Sille.* Et ſic, licet fuerit, ſiue ſteterit armatus in rixa, vel etiam aliquid operatus fuerit, ſed non contra occiſum non tenetur pœna ſtatuti, ex quo illa cauſa cooperatiua non eſt immediate coniuncta, cum effectu ſcilicet occiſionis. Et quod hoc ſit verum, quod cooperatio dicti Bartholomæi, ſi aliqua fuit,
6 dicatur remota cauſa, & non proxima, † quia illa dicitur cauſa proxima, qua poſita ponitur effectus, & ea remota remouetur effectus, *vt not. dicit Bald. in l. ſi cum dotem, in princip. in vlt. colum. ff. ſolut. matrim. allegat ea, quæ habentur in l. ſimiliter, ff. rerum amotar.* ſed poſita cooperatione dicti Bartholomæi, ſi aliqua fuit, non ponitur homicidium, nec ea remoueretur homicidium, vt de ſe patet, quia dicta coopera-
7 tio fuit ſeparata à dicto homicidio, † & de ſeparatis non fit bona illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. & l. fin. ff. de calum. cum ſimilib.* ergò illa aſſerta cauſa cooperatiua Bartholomæi non fuit cauſa proxima,
8 ſed remota. † Secundo probatur ſic, quando aliquid debet procedere ab vno ſeu aliqua cauſa, debet procedere tanquam prima cauſa, non tanquam à medio, *vt in l. tutores, ff. de teſt. tut. & ibi hic vult Bald. in ſummario,* qui dicit, quod illa lex melius probat, quàm aliqua alia iuris ciuilis, quæ dicatur emanare à Papa vel à ſede Apoſtolica, ſed ſtatutum noſtrum requirit, quod homicidium proceſſerit ab ipſo auxilio cooperatiuo, vt patet, dum in eo dicitur cooperatiuum ad homic. committendum; ergò intelligitur, quod proceſſerit homicidium ab auxilio cooperatiuo, tanquam à prima cauſa, & non tanquam à medio, ſed illa cooperatio Barth. ſi interuenit, nõ fuit prima cauſa homicidii, ſed mediata, *vt ſupra probaui*; ergò de illa cauſa cooperatiua ſtatutũ non in-
9 tellexit. † Tertio probatur, quando illa cauſa coo-

peratiua diceretur eſſe cauſa proxima: tamen ſi in-
telligetur ſtatutum de ea, quoniam cauſa proxima
poteſt coośiderari duobus modis: Vno modo,
quod cauſa proxima ſit inſtitutum cauſæ remotæ:
verbi gratia, percutio te cum gladio; nam gladius
eſt inſtrumentum, quod eſt cauſa immediata vul-
neris, & tunc actus attribuitur perſonæ, & non in-
ſtrumento, & dicitur perſona immediata facere,
quia inſtrumentum non eſt agens intellectu, *vt l. is*
10 *qui tutelam, C. ad leg. Cornel. & ſicar.* † Secundo
modo poteſt conſiderari cauſa proxima, quando
non eſt inſtrumentum, ſed per accidens: verbi gra-
tia, pungo aliquem, vnde cadit in terram, & inde
ſequitur vulnus: & hoc caſu ego propriè non di-
cor vulnerare, & ſi moriatur, non dicitur mortuus
ex meo vulnere, quia non vtebar terra vt inſtru-
11 meoto. † Et ideo ſtatuta, quæ dicunt, ſi ex per-
cuſſione ſanguis exiert, pax non valeat, hoc ta-
men valebit, quia non ex percuſſione, ſed propter
percuſſiones exiuit ſanguis: & ſic fuit cauſa remo-
ta, & tamen proxima, *vt l. 1. §. ex incendio. ff. de incend.
rui nau. vt ſingul. dixit Bald. in l. 1. in 4. oppoſit. C. ſi ſeruus
exte. ſec. vi. mand & idem not. Bald. l. de pecoribus, ff. ad leg.
Aquil.* Sed in quæſtione noſtra dictus Barthol. non
præſtitit auxilium cooperatiuum ad homicidium
committendum, quia non eſt vſus inſtrumento
ſuo, puta gladio, in perſonam occiſi, nec inſtru-
mento per accidens, quia non tetigit dictum occi-
ſum; ergò non poteſt dici, quod homicidium cau-
ſetur à perſona ſua, tanquam à cauſa inducente di-
ctum homicidium, & licet auxilium tenderet ad il-
lud homicidium, tamen, ex quo non fuit coopera-
riuum, ad illud non poteſt dici, quod teneatur de
illo auxilio, quia deficit qualitas à ſtatuto requiſita.
12 † Et quia inſpecta veritate non dicitur cauſa cauſæ
eſſe cauſa cauſati, quando cauſa cauſans eſt remo-
ta, licet fictè inſpecta iuris interpretatione dicatur
eſſe cauſa cauſati, *vt dicit not. Bald. in dicta l. 1. in 4. op-
poſit. in fin. C. ſi ſeruus exte. alleg. l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi &
vi arm. & l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de vi.*
Et ideo cum ſumus in materia ſtatuti, quod debet
intelligi ſtrictè & propriè, *l. 4. §. hac verba, ff. de negot.
geſt. l. 1. §. ſi quis nauem, ff. de exercit. & l. conſtitutionibus,
ff. ad municip.* & maximè in pœnalibus, *iuxta not. in l.
hodie, & in l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis.* ſequitur,
quod cum ſtatutum loquatur de auxilio cooperati-
uo, & ſic de cauſa dicti homicidii debet intelligi de
cauſa proxima, quæ eſt vera propria cauſa, & non
13 de cauſa remota: & probatur ſic, † quando res
procedit à cauſa prima, & tranſit per medium illius
cauſæ, & requiritur virtus & influentia medii: tunc
res non ſimpliciter denominat à prima cauſa, ſed
ab vtroque, ſcilicet à medio influente, & à prima
cauſa. Exemplum in tutore confirmato per iudi-
cem: ſed quando res procedit à prima cauſa per
medium, tamen tranſit per illud medium, & tunc
denominatur à prima cauſa, & non ab illa media,
*vt probatur in l. tutorem, & ibi hoc not. Bald. ff. de teſtam.
tut.* Sed in caſu noſtro res, id eſt, homicidium, pro-
cedit per medium auxilii: non tamen tranſit per il-
lud medium, quia illud aſſertum auxilium coope-
ratiuum Bartholomæi non fuit medium inſtru-
mentum, per quod tranſiuerit dictũ homicidium
ex quo non fuit in perſonam occiſi, ſed tranſiuit
per medium inſtrumenti occidentis; ergò, &c.
14 † Quinto, hoc probatur alia ratione, quandocun-
que requiritur vnum ad aliquod faciendum dictio-
c ne, ad, *c* requiritur propinquitas: licet non requi-
ratur intrinſecitas: & maximè, quando coniungi-
tur actu, *vt l. quidam libertus, cum ibi not. ff. de ſeruit.
vrb. præd. & not. Bald. in rubr. ff. ſolut. matr.* ſed ſtatutum
in caſu noſtro requirit auxilium cooperatiuum ad
homicidium permittendum; ergò intelligitur de
auxilio cooperatiuo propinquo ipſi homicidio vel
intrinſeco, puta, vulnerando occiſum, vel adme-
nando contra ipſum, quod non fecit Bartholo-
mæus carceratus; ergò, &c. Sexto, probatur ſic:
illa verba auxilium cooperatiuum ad homicidium
committendum intelliguntur, & intelligi debent
de auxilio cooperatiuo, tendente ad ipſum homi-
cidium, & ipſi homicidio inhærente, *vt probatur in
l. meminiſſe*, ibi, vſque ad aduentum ſucceſſoris, *ff. de
offic. procon. & leg. & probatur in l. ſi vitem, §. ſi ad ia-
nuam, ff. quod vi aut clam, facit l. qui filium, §. 1. ff. ad
Trebell. & habetur plenè per Alber. de Roſat. in ſuo primo al-
phabeto, in verſic. ad quid*, qui infert ad quæſtionem
15 ſtatuti dicentis: † Si quis fecerit aſſaltum ad do-
mum, puniatur in centum, quod ad hoc, vt ſtatu-
tum locum habeat, requiritur, quod aſſaltum fiat
in domo, vel ſaltem in porticu domui adhærente:
& ibi plenè diſputat iſtam quæſtionem, & ideo ad
hoc, vt auxilium cooperatiuum dicatur fuiſſe ad
homicidium committendum, oportet, quod illa
cooperatio principaliter tendat ad homicidium il-
lud, & requiritur, quod ſit vel intrinſeca ad dictum
homicidium, puta vulnerando perſonam occiſi,
vel quod ſaltem ſit adhærens perſonæ occiſæ, puta
admenando contra occiſum, vel contra teſtes, vel
arma occiſi, vel ſimilia, quod nullum fuit in caſu
noſtro. Septimo & vltimo adducitur alia ratio, pro-
pter quam dictus Bartholomæus non debet teneri
de homicidio ex eodem, quia dictus Bartholomæus
& fratres, & pater erant amici dicti Sacomani, vt
ipſemet Sacomanus confeſſus eſt, poſtquam
fuit vulneratus, vt probat Victor de Brixia, & hoc
vult gloſſ. not. *in l. 1. in verbo, non occidendi animo, C. ad
16 leg. Cornel. de ſicar.* quæ dicitur ſingul. † quod ad
probandam ſuam negatiuam, quod quis non ſece-
rit animo occidendi, ſufficit probatio per præſum-
ptiones probando amicitiam occidentis. Et ſic ex
prædictis omnibus manifeſtè concluditur, quod di-
ctus Bartholomæus carceratus non præſtitit auxi-
lium cooperatiuum ad dictum homicidium com-
mittendum, & propterea non tenetur pœna ſtatu-
ti, quæ eſt vltimum ſupplicium. Nec tenetur e-
tiam pœna iuris communis, quia ab ea videtur eſſe
receſſum per dictum ſtatutum, in quantum loqua-
tur de auxilio, quia ſtatutum non vult, quod præ-
ſtans auxilium homicidio non teneatur, niſi illud
auxilium ſit cooperatiuum ad homicidiũ commit-
tendum, vt ſupra plenè probatum eſt, quod eſt in-
telligendum, ſiue præſtans auxilium fuerit in ſim-
plici rixa, ſiue venerit ex propoſito ad rixam facien-
dam, quia licet de iure communi dubium eſſet, *pro-
pter*

pter l. quoniam multa facinora, cum ibi not. C. ad leg. Iul. de vi, & per not. per Bart. in l. diuus, ff. ad l. Cornel. de ſicar. tamen attenta forma dicti ſtatuti non tenetur præſtans auxilium, niſi illud ſit cooperatiuum ad illud maleficium faciendum: & hoc voluit inducere ſtatutum contra ius commune, quod ita debet intelligi, vt aliquid operetur, *l. ſi quod, de leg. 1. & c. ſi Papa, de priuil. lib. 6. cum ſimil. & hoc ſentit Bald. ſi rectè conſideretur in l. 1. in 4. op. in fin. C. ſi ſeruus exte. dum alleg. d. l. quoniam multa facinora.* Præterea hoc etiam probatur ex verbis ipſius occiſi, qui, poſtquam fuit vlneratus, dixit & confeſſus eſt, ſe non habuiſſe nec habere aliquam inimicitiam cum illis Andreæ Guicelli, & ſic cum d. Barthol. carcerato, & quod volebat vt filii ſui eſſent amici cum illis, vt dicit d. Victor de Brixia teſtis, per quæ verba occiſi apparet, quod ipſe Sacomanus occiſus dixerit, ipſum Barthol. non fuiſſe in aliqua culpa cooperatiua ad d. homicidium, quę inculpato facta per d. Sacomanum vulneratum in vlt. volunt. operatur hoc, quia prodeſt ipſi Barthol. inculpato, *ſecundum Bald. in l. ſi quis in graui, in princ. ff. ad Silleia. & mouetur per text. in l. diuus, in fin. eod. tit.* & ſi
17 primò inculpaſſet eum: † & propterea talem exculpationem non poteſt iudex ex indiciis eum torquere, quia habet indicium innocentiæ pro ſe, *vt ſingul. dicit Bald. in l. 1. in vlt. col. C. communia, de leg. alleg. l. Paulus, §. 1. ff. de bon. liber.* Et hoc dictum ſequitur demens D. Io. de Prato *in l. tranſigere, circa fin. C. de tranſact.* Et hanc ſententiam, quod d. Barthol. carceratus non debet puniri vltimo ſupplicio, firmiter teneo,
18 † & maximè, quia in pœnalibus in re dubia in benigniorem partem interpretatio eſt facienda, *vt l. ſi de interpretatione, & in l. præſes, cum ſimil.*

ADDITIONES.

a Et non iuri communi] *Vide ad iſtam materiam Paul. de Caſt. in conſ. 44. incip. viſo puncto. Bart. in conſ. incip. à D. Cyn. & in l. 2. verſ. quid ſi in ſtatuto, ff. de vſuc. Bal. in l. pen. C. de præſcript. long. temp. D. Alex. in l. cohæredi, §. qui patrem, in 1. col. verſ. inducitur hic text. ff. de vulg. & pup. & in l. talis ſcriptura, in vlt. col. verſ. extra gl. ff. de leg. 1. Canoniſt. in c. tranſmiſſa, de elect. in 6.*

b Dictio, ſeu] *De iſta dictione vide per Bart. Bald. & Doct. in l. cum quidam, ff. de verb. ſign. Ang. de Aret. in rubr. ff. de except. in 1. col. Canoniſt. in c. inter cæteras, de reſcript.*

c Dictione, ad] *Adde ad huius concluſionis materiam Old. in conſ. 71. Bart. in l. quidam Hiberus, circa princ. de ſeruit. vrb. præd. alleg. in text. & in l. militis codicillis, circa princip. ff. de teſt. milit. Doctor. in l. meminiſſe, ff. de offic. proconſ. & leg.*

CONSIL. III.

SVMMARIA.

1 *Accuſare an poſſit ille, qui eſt in poſſeſſione eundi per viam, & in ea turbetur, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Probatio melior ex inſpectione oritur, quàm per teſtes.*

3 *Petitorij narratio deduci poteſt in materia poſſeſſorij, ad poſſeſſorium adiuuandum, & teſtes examinati in poſſeſſorio ad adiuuandum in petitorio interrogari poterunt.*

4 *Res diſpoſita cui non conuenit, nec ipſum diſpoſitum conuenire poteſt.*

5 *Argumentum à veriſimili bonum eſt.*

6 *Teſtibus buffonis, humilibus, & deploratis nulla fides adhibenda eſt.*

7 *Teſtibus de auditu loquentibus nullo pacto credendum eſt.*

8 *Teſtibus ſingularibus nullo pacto eſt credendum.*

9 *Teſtibus veriſimiliora dicentibus magis credendum eſt.*

10 *Argumentum à nomine, ſeu à denominatione bonum eſt.*

11 *Res præſumitur illius eſſe, ſub cuius nomine ponitur.*

12 *Verbum genitiui caſus dominium ſignificat.*

1 IN CHRISTI † nomine. In cauſa querelæ Ricii & Nicol. q. Gulielmi de Abriana diſtrictus Noualis contra Ambroſ. & Baptiſt. de Briana ſuper quadam via. In primis aduertendum, quod fuit intentatum iudicium poſſeſſ. retinendæ, vt patet in eorum querela circa princip. ibi animo & intentione perturbandi, &c. quæ verba conueniunt interdicto vti poſſidetis, quia illud datur poſſidenti contra turbantem, *vt l. 1. §. eſt igitur, ff. vti poſſidetis, & l. vnica, eodem titulo, & ibi per Bart. & etiam ponit Bart. in dicta l. 1. in princ. & in l. ſi duo. ff. vti poſſidetis.* Vnde videndum eſt, ſi iſta duo ſunt probata, videlicet dictum Ricium & Nicol. fratres fuiſſe & eſſe in poſſeſſione tempore turbationis aſſertæ. Secundum, quod ipſi fuerint turbati in ſua poſſeſſione pacifica. De primo non eſt dubium, quod dicti fratres fuerunt iam multis annis continuè in poſſeſſione dictæ viæ, in eundo & redeundo cum perſonis & plauſtris, vt deponunt quaſi omnes teſtes vtriuſque partis. De ſecundo ſimiliter probatum eſt, dictum Ambroſ. & Baptiſt. turbaſſe prædictos fratres, maximè in plantando certas arbores ſuper dicta via, vt poteſt etiam apparere ex
2 inſpectione oculorum. † Ex qua inſpectione oritur melior probatio, quàm per teſtes, *vt not. eleganter Bald. in l. contra negantem, C. ad leg. Aquil.* Item, ſatis dicitur turbare, ex quo contradicit querelæ, & aſſerit, ſe poſſe prædicta facere tanquam in re ſua, *vt not. ſingulariter Bart. in l. ſi prius, ff. de non. oper. nunciat.* Sed vnum dubium, ſi eſt probata poſſeſſio dicti Ambroſii & Baptiſtæ. Et breuiter dico, quod non, licet aliqui teſtes dicant, quod auctores ſui aliquando iuerunt per dictam viam, tamen non conſtat, quod iuerint iam pluribus annis, & maximè tempore dictæ turbationis & plantationis, quod erat neceſſariũ probare, *per d. §. retinendæ, Inſtit. de interdict.* Et maximè, cum non ſit probatum aliquo modo de iure plantandi, ſed ſolum eundi per aliquos ſuos auctores, iam multis annis elapſis. Imo dico plus, quod etiamſi dicti fratres, contra quos fuit querelatum, habuiſſent ibi ius eundi, quod tamen non conceditur, non potuiſſent plantare dictas arbores, ex quo ſunt impedimento itineris & viæ dictis querelantibus, vt ad oculum videri poteſt, & ſic turbarentur in ſua poſſ. eundi cum perſonis & plauſtris, ideo merito veniunt condemnandi d. turbantes.
3 † Et licet narratio petitorii, id eſt, dominii poſſit deduci

duci in materiam poſſeſſorii ad adiuuandum poſſeſ-
ſorium, *vt not. Ant. de Butr. in cap. fin. in 5. not. extra de*
iudic. & Bart. in l. ſi duo, in princ. ff. vti poßid. & teſtes ex-
aminati in poſſeſſ. potuerint interrogari in petito-
rio ad adiuuandum poſſeſſorium, ſecundum Iacob.
Butr. *in l. momentanea, C. qui legitimam perſonam.* Ta-
men ſi conſideramus ea, quæ deducta ſunt, in iudi-
cio probatum eſt dominiũ ex parte querelantium,
& non ex parte contraria. Primò, per inſtrumen-
tum antiquum diuiſionis ipſorum dictorum que-
relantium, factum de M. CCC. XCI. in quo dantur
cohærentes auctores querelatorum, nec fit men-
tio de via: & ſic tunc temporis non erat via, ſed
confinis erat vſque ad vicinos. Et ſimiliter inſtru-
mentum auctorum dictorum querelatorum fa-
ctum poſt de M. CCC. XCVII. dat cunfines dictos
querelatos, non facta mentione viæ: & ſic illis
temporibus dicta via non erat ibi, & in dubio vide-
tur fuiſſe facta poſt. Sed dubium poteſt eſſe, ex quo
terreno facta fuerit, an ex terreno vtriuſque, an ve-
ro dictorum querelantium. Et teneo, quod in du-
bio præſumitur fuiſſe facta de terreno dictorum
querelantium. & probari poteſt pluribus modis:
Primo, quia terrenum querelatorũ eſt altius, quàm
ſit via & æqualis terreno querelatorum, vt ponit
Albertinus Vngaretus; & ſic in dubio præſumitur
facta de terreno æquali, & non de inæquali, cui non
4 conuenit, † quia, cui non conuenit res diſpoſita,
nec conuenit diſpoſitum, *l. hoi accuſare, §. omnibus, ff.*
de accuſat. & l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. Secundo
probatur ex foſſato, qui eſt inter viam & fundos v-
triuſque partis, quia eſt depreſſus, & magis conue-
nit prædio querelantium; & ſic in dubio præſumi-
tur factum fuiſſe ex parte querelantium, & ſicut
communiter per peritos in arte iudicare conſue-
uit, *argum. not. in §. præterea per alluuionem, cum gloſſ. ibi*
inſtit. de rerum diuiſ. Tertio, quia illa via fuit cauata
per dictos quærelantes & ſuos auctores; ergò ſuum
eſſe præſumitur, *argum. l. Titia, cum ibi not. ff. de ſolut.*
& l. 3. cum gloſſ. C. finium regundorum. Quarto, quia ſi
per illam viam eſt pons, qui ſemper fuit aptatus &
refectus expenſis querelantium; ergò via præſumi-
tur eſſe eorum per dictum iuramentum. Quinto,
quia illa via eſt directa ſecundum curtiuum dicto-
rum querelantium, & ſi eſſet pro dimidia querela-
torum, nec directa, nec quantum ad vnam partem
5 ad aliam, quod non eſt veriſimile. † Bonum eſt e-
a nim argumentum à veriſimili, *a vt l. non eſt veriſi-*
mile, ff. quod metus cauſa, cum ſimil. Sexto, quia per il-
lam viam de directo itur in domum querelantium,
& eſt iuxta poſſeſſ. ſuas per longum ſpatium, ne igi-
tur vna & eadem res diuerſo iure cenſeatur, iudi-
canda eſt, fuiſſe & eſſe ipſorum querelantium, *arg.*
l. eum qui ædes, ff. de vſucap. Septimo, quia in capite di-
ctæ viæ ſuper curtiuo quærelantium eſt vna porta,
per quam ipſi domũ ſuam ingrediuntur cum per-
ſonis, animalibus, & plauſtris, & egrediũtur ad ſuas
poſſeſſ. & in hoc ſunt in pacifica poſſeſſ. vel quaſi iu-
ris eundi & redeundi, in qua non ſunt aduerſarii
eorum, quod eſt potiſſimum argum. tàm poſſeſſ.
quàm dominii dictæ viæ, vt de ſe patet, & quod pa-
tet expreſſe, non eſt probare neceſſe. Et licet aliqui
teſtes videantur dicere, quod etiam ex latere dictæ
viæ verſus terrenum aduerſariorum fuerit, aliàs vna
alia porta ex oppoſito dicto, per quã auctores que-
relatorũ ſolebant exire & introire per dictam viam.
Tamen propter hoc non ſequitur, quod hoc ſit ve-
rum, maximè quod dictum fuerit in totum vel in
partem dictor. querelatorum, quia Girardus Buſo-
nus modicè, imo nullius & fidei, & humilis, & de-
6 ploratus, † cui nulla fides eſt adhibenda, *iuxta. l. ſi*
quis ex argentar. §. 1. ibi humilis & deploratus, *ff. de e-*
den. vt probabitur in oppoſitionibus faciendis con-
tra teſtes. Et alius teſtis ſcilic. Andr. Paueſotus, cui
nullo modo eſt credendum, quia dixit falſum in de-
poſitione ſua, dum ſuper generalibus dicitur, quod
recte reſpondit, & tamen hoc eſt falſum, quia eſt ſe-
cundus conſanguineus Ambroſii aduerſarii pro-
pter vxorem ſuam, *vt probabitur iuxta not. in l. paren-*
tes, C. de teſtib. & in c. poſtremo, extra de appell. cum ſimilib.
Præterea dato, quod expreſſiſſet, ſe fuiſſe coniun-
ctum eum Ambroſ. tamen propter illam coniun-
ctionem non eſſet ei fides adhibenda per dicta iura.
Et idem dicendũ de Iac. Maleuiſt. qui videtur quo-
dammodo teſtificaſſe in fauorem Philippi nepotis
ſui, qui habet etiam poſſ. iuxta d. viam, & ſic ſi Amb.
& Bapt. obtinuerint, etiam poſſet prodeſſe d. nepo-
ti ſuo, qui haberet ſimilem cauſam, *per c. perſonas, cum*
7 *ibi not.* ſecundum vnum intellectum *de appell.* † I-
tem illis teſtibus & aliis loquentibus in fauorẽ que-
relatorum non eſt credendum, quia loquuntur de
auditu, *l. teſtium, C. de teſtib. & c. cum cauſam, 2. extra de*
8 *teſtib.* † Item, quia ſunt ſingulares, *b c. cum dilecti, ex-*
b *tra de elect. & c. bonæ memoriæ Maguntinæ, eod. tit. & per*
not. in d. l. teſtium, & l. 1. C. de teſtib. maxime per Bald. cum
multis ſimil. Item, quia ſunt varii, *l. qui falſa vel varia,*
9 *ff. de teſtib.* † Item, quia teſtes querelantium dicunt
magis veriſimiliora, vt patet ex rationibus, de qui-
bus ſupra dixi; ergò eis magis eſt credendum, *l. ob*
carmen, §. teſtes, ff. de teſti. Item, quia poſito, quod aliàs
fuiſſet porta in terreno dictorum querelatorum,
tamen vt nulla dicitur, ſi erat, erat in loco aliquan-
tulum remoto à dicta via, non ſuper dictam viam,
ſicut habent querelantes, & poterat illa porta ſer-
uire curtiuis ſuis. Et licet aliquantulum veniſſent
ſuper dicta via mediante dicta porta, tamen potue-
runt venire iure familiaritatis, *iuxta l. qui iure fami-*
liaritatis, cum ibi not. ff. de acquir. poſſ. & in c. cum Eccleſia
Sutrina, extra de cauſa poſſeſſ. & proprietat. cum ſimil. ex
quo per prædicta, & per ea, quæ ſtatim dicam, ap-
paret, quod illa via fuit & eſt dictorum querelan-
tium, & maximè cum eſſent vicini, quia aliquando
patiuntur ire per ſuas vias vicinales, & aliquando
per fundos proprios, nedum vicinos, ſed etiam
quandoq; extraneos, *argum. l. certi conditio. §. ſi num-*
mos, in verbo quotidie, ff. ſi certum petat. Octauo, quod
illa via fuerit & ſit dictorum querelantium, pro-
batur, quia ſemper appellata fuit, & appellatur la
via di peloſi, qui ſunt illi querelantes, & ſui ma-
iores, qui appellantur i peloſi, & non querela-
ti, vt probatum eſt per multos teſtes. Illud enim
nomen, la via de i peloſi, ideo ſibi aſſumpſit, quia
10 fuit ipſorum de peloſis, & ab eis facta: † quoniam
eſt bonum argumentum à nomine ſeu à denomi-
natione,

natione, *vt dicit Bald. in cap. 1. in tit. an maritus ſuccedat in benefic. & Bart. in l. decernimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. 1. C. de offic. præfect. vrb. & in l. ſi idem, C. de codicill.*
11 *cum ſimilib.* in tantum, † quod res præſumitur eſſe illius, ſub cuius nomine ponitur, vt eleganter not. Bald. *in l. Gallus, in §. nunc, de lege Velleian. per illum text. ff. de liber. & poſthum.* per quod dictum videtur decidi iſta quæſtio, ſtante dicta nominatione, videlicet quod dicta via dicatur la via di peloſi. Item, hoc etiam probatur, quia illa verba vulgaria la via di peloſi; Latinè aſſumpta debet exponi, id eſt, via peloſo-
12 rum, † verbum peloſorum, cùm ſit genitiui caſus,
c ſignificat dominium, c *vt l. 2. §. 1. ff. de relig. & ſumpt. fun. & not. per Bart. & Doctor. in rubr. ff. de non oper. nunt. cum ſimilib.* Ergò illa denominatio ſignificat, quod dominium dictæ viæ fuit illorum quærelantium, qui ſunt de peloſetis. Item dato, quod habuiſſent aliquod ius eundi per dictam portam in dicta via, tamen illud ius erat ex dicta porta, quæ non eſt d. quærelantium. Item, quia illud ius aut eſt reale, aut perſonale: Si reale, per dictam portam ire non poſſunt, quia ſua non eſt. Si perſonale, non conſtat, quod illud ius perſonale ſit extra dictam portam, nec per alium, quàm per dictam portam, nec hoc eſt probatum. Item, quia non conſtat, quod dicti quærelati emerint dictum ius eundi per dictam viam maximè mediante dicta porta non vidi ſuum inſtrumentum emptionis, ſed vnus videlicet Marti. Ambroſ. Bertolaſii dicit contra.

Ex quibus omnibus concludo, quod venit pronuntiandum in fauorem d. quærelantium, qui dicuntur li poloſeti. Cætera ſuppleat excellentia domini iudicare debentis, & ad locum vice prius accedat, & benè examinet prædicta, *iuxta l. ſi irruptione, §. ad officium, ff. finium regundor.*

Additiones.

a A veriſimili] *Ad hoc vide Paul. de Caſtr. in conſ. 159. Doctor. in l. non eſt veriſimile, ff. de probat. & in l. cum de ætate, ff. de reg. iur. Canoniſtæ in clement. exiui, §. rurſus, de verb. ſignific. & in c. & veriſimile, de præſumpt.*

b Singulares] *Adde Paul. de Caſtr. in conſ. 368. Fed. de Sen. in conſ. 163. D. Alex. in conſ. 164. in 2. vol. & in conſ. 19. in 4. vol. Ludouic. Rom. in conſ. 255. Totam autem materiam per D. Alex. in conſ. 116. in 1. vol. & in conſ. 3. in 4. volum.*

c Dominium] *Ad matrriam huius concluſionis vide D. Alex. in conſ. 5. in 4. vol. & copioſius in rubr. ff. de iur. omn. iud. Bart. & Doctor. in rubr. ff. de non. oper. nunt. Ang. in l. lex Cornelia, §. domum, de iniur. Canoniſt. in clem. 1. §. terra, de pœn. vbi habes totam materiam.*

CONSIL. III.

SVMMARIA.

1 *Domum ſuam an quiſpiam armata manu intrare poſſit, numeris omnibus ſequentibus totum conſilium.*

2 *Iudicis auctoritas neceſſaria eſſe videtur in caſu, quo minori vel pupillo diuiſio expediat.*

3 *Clauſula renuntiationis nulla eſt, vbi ipſum principale nullum fuerit.*

4 *Reprobato aliquo reprobatur, quicquid in eius concomitantiam venit, ſiue iudiciale, ſiue pœnale fuerit.*

5 *Poſſidere & tenere ſimpliciter pro alio, quando quis ſe conſtituit, poſſeſſio ciuilis & naturalis transfertur, & ſola detentatio apud conſtituentem remanet, ſecus quando ſe conſtituit precario nomine poſſidere.*

6 *Poſſeſſio ex inutili contractu non transfertur.*

7 *Poſſeſſionem quando quiſpiam perdere poteſt ex inutili contractu per eum celebrato, poſſeſſio ipſa transferri poteſt.*

8 *Pupillus licet non poſſit alienare vel diuidere regulariter ſine iudicis decreto, tamen cum tutoris auctoritate ſine decreto poſſeſſionem transferre poteſt.*

9 *Domini ad tranſlationem licet cauſa requiratur, non tamen ad poſſeſſionis tranſlationem.*

10 *Fratres duo domum communem habentes ſi fuerint, & vnus ſe abſentet, alter totam domum inhabitet: ſi poſtea per plures annos alter reuertatur, & petat à fratre penſionem pro parte ſua, an ſoluere teneatur.*

11 *Ratio eadem quandocunq; fuerit, idem iuris eſt de parte, quò ad partem, ſicut de toto, quò ad totum.*

12 *Lege permittente, quod fit, pœnam non meretur.*

13 *Delictum vbi non eſt, ibi pœna eſſe non debet.*

14 *Poſſum quicquid pro me, poſſum etiam pro miniſtris meis mihi ad hoc neceſſarijs.*

15 *Statuti forma ſi alicui licitum fuerit vindictam ſumere de eo, qui ipſum offendit, an ſibi etiam licitum ſit congregare amicos, qui ad hoc ipſum adiuuent.*

16 *Guerra ſi licita fuerit, amici & confœderati intereſſe poſſunt.*

17 *Defenſio vel vltio vbi licita fuerit, amici & priuatæ perſonæ ad vlciſcendum conuocari poſſunt.*

18 *Dolo & culpa excuſatur quiſpiam, cùm præſumptionis iuſtæ ratione rem occupat, quod in re habet, non ſolum in proprietate, ſed etiam in ciuili poſſeſſione.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Viſa querela producta per Nicol. de Marchadentis, ciuem Tridenti contra Bonauent. fratrem ſuum, ex eo, quod Bonauent. dicitur ingreſſus in quandam domum clauſam, & nemine in ea exiſtente, &c. Et viſo inſtrumento diuiſionis, factæ de dicta domo cum vna alia, & viſis quibuſdam aliis ſcripturis ad materiam pertinentibus. In primis examinandum eſt, an dictus Bonauent. potuerit impunè intrare dictam domum, ſicut fecit. Pro cuius quidem dubii declaratione eſt videndum, an dictus Bonauent. eſſet tunc in poſſeſſione dictæ domus ciuili vel naturali, maxime propter inſtrumentum diuiſionis. Et videtur prima facie dicendum, quod non, quia illa diuiſio videtur fuiſſe nulla, ex quo omnes tres fratres erant minores, videlicet, Nicolaus pubes, Bonauentura & Ioannes pupilli, & non interuenit de-
2 cretum vel auctoritas iudicis, † quod videbatur eſſe neceſſaria etiam in caſu, quo expedit pupillo vel minori diuidendo, *vt not. Bald. in l. inter pupillos, per gloſſ. ibi, ff. de auctor. tut. & Ang. in l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab. & Flor. in l. Lucius, ff. famil. herciſc.* Item, quia nullus maior prouocauit, *l. ſi pupillorum, in princip. ff. de rebus eor. & not. per gloſſ. Bart. & Doctor. in l. iubemus, in princip. C. de ſacroſanct. Eccleſiis, & not. Florent. in l. fundus, & in dict. l. Lucius, ff. famil. herciſc.*

cum ſi-

cum ſimil. Item, quia videtur obſtare ſtatu Triden-
ti de alienationibus minorum, quod etiam videtur
requirere decretum vel auctoritatem iudicis. Si er-
gò dicta diuiſio fuit nulla, videtur, quod etiam con-
ſtitutum appoſitum in contractu diuiſionis ſit nul-
lum, *per gloſſ. not. in l. ſi patronum, in §. patronum, ff. ne
quid in fraud. & per not. per Bald. in cap. 2. in tit. de feud.
dato, in 6. legum commiſſ. in vſib. feudor.* vbi videtur ex-
preſſe hoc tenere in conſtituto: & idem ſentit Bal-
dus *in l. ex teſtamento, in fin. C. de fideicom. & Aut. de Eut.*
3 *in c. cum inter nos, in princ. 2. col. extra de re iud.* † Item
per hoc, quia vbi principale eſt nullum, clauſula
renuntiationis ſimiliter eſt nulla, *vt voluit Bald. in l.
ſi quis, in penult. col. C. de pact. alleg. Cyn. in auth. ſi qua mu-*
4 *lier, C. ad Velle.* † Item, quia, reprobato aliquo, re-
probatur quicquid venit in eius concomitantiam,
ſiue ſit præiudiciale, ſiue pœnale, *l. Seius & Augerius,
ff. ad leg. Falcid. ſecundum Bald. in l. ſi pactum, in princ. C. de
collat. cum ſimil.* ſed his non obſtantibus, teneo con-
trarium, videlicet, quod dictus Bonauent. erat in
poſſeſſione ciuili & naturali dictæ domus duabus
rationibus principaliter: Prima eſt, propter di-
ctum conſtitutum: Nam ſi dictus Nicolaus erat
ante dictam diuiſionem in poſſeſſ. dictæ domus per
dictum æſtimium ſimpliciter factum in dicto inſtru-
mento diuiſionis, dum conſtituit ſe fratrum ſuo-
rum nomine, in eos fuit tranſlata poſſeſſio ciuilis &
naturalis, *l. quod meo, in princ. cum ibi not. ff. de acq. poſſeſſ.
& not. Bart. in l. creditores, in 11. col. in fi. verſ. ſed pone quod*
5 *debitor, C. de pign.* vbi dicit not. † quod quando quis
conſtituit ſe tenere & poſſidere ſimpliciter, pro a-
lio transfertur poſſeſſ. ciuilis & naturalis, & ſola de-
tentatio remanet apud conſtituentem. Sed quando
conſtituit precario nomine poſſidere, transfertur
ſola ciuilis, & remanet apud conſtituentem natura-
lis, *l. & habet, §. eum qui. ff. de precar. & hoc vltimum et-
iam tenet Bart. in d. l. creditores, in 2. quæſt. princ. in 4. col.
ad fin.* Et idem tenet in vtroq; Io. Pet. de Papia in ſua
practica in forma libelli in contractu venditionis,
in gl. in verbo conſtituens ex nunc, qui dicit, propter hoc
vtilius eſſe, quod quis conſtituat, ſimpliciter ſe alte-
rius nomine poſſidere, quàm precario nomine; &
idem tenet *Ang. de Aret. inſtitut. de actio. in §. actionem in
materia conſtituti, in verſ. addas tamen quod aliqui nota-
ry.* Nec obſtat, dum dixi, quod contractus ille diui-
ſionis fuit nullus; ergò & conſtitutum in eo appo-
ſitum, quia licet fuiſſet nullus, quod tamen hoc
non decido, quia de hoc eſt quæſtio, tamen pro-
pter hoc non deſineret, quin fuiſſet per dictũ con-
6 ſtitutum tranſlata poſſeſſ. † quia ex inutili contra-
ctu transfertur poſſeſſio, *vt l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de ac-*
7 *quir. poſſeſſ. & ibi hoc vult Bart. & aly Doctor.* † Nam
quando aliquis poteſt perdere poſſeſſ. ex inutili
contractu per eum celebrato poteſt transferri poſ-
ſeſſ. *vt ibi.* Secus ſi non poſſet perdere poſſeſſ. *vt l.
iubemus, in fin. C. de ſacroſ. Eccl. ſecundum Bart. & alios, in*
8 *d. §. ſi vir vxori.* † Sed pupillus, licet non poſſit alie-
nare vel diuidere regulariter ſine decreto iudicis, vt
dictum eſt ſupra, tamen cum tutoris auctoritate
poteſt transferre poſſeſſionem ſine decreto, ex quo
poſſeſſio eſt minoris præiudicii, *l. ſi rem immobilem,
ff. de acquir. poſſeſſ. vt eleganter not. Ioan. de Imol. in l. 2. §. ſi
à pupillo, per gloſſ. ibi, ff. de vſucap. pro empt.* ſi hoc poteſt
pupillus; ergò multò magis adultus, ſicut erat ipſe
Nicol. cum auctoritate curatoris. Nec obſtat ſta-
tutum prælleg. quia loquitur quò ad tranſlatio-
nem dominii, non quò ad poſſeſſionem transfe-
rendam. Nec obſtat, ſi dicatur illud, quod dicitur,
quod etiam ex inutili contractu transfertur poſſeſ-
ſio, procedit in caſu vero, quando fuit facta tradi-
tio. Secus in caſu ficto, vbi eſt conſtitutum, quod
tunc non videtur transferri poſſeſſio, vt diſputan-
do terminauit d. Argentinus filius d. Raynerii de
de Forliuio, vt refert Paul. de Caſtr. *in dicta l. 1. §. ſi
vir vxori, ff. de acquir. poſſeſſ.* quia imo & per conſtitu-
9 tum transfertur poſſeſſio, † quia licet ad tranſla-
tionem dominii requiratur cauſa, *l. nunquam nuda,
ff. de acquir. rer. dom.* non ſic ad tranſlationem poſſeſſ.
quia illa transfertur non ſolum per veram, ſed et-
iam per fictam traditionem, vt voluit Bart. *in l. quod
meo, in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ.* & hoc in termi-
nis tenet Paulus de Caſtr. *in dicto §. ſi vir vxori.* Nec
obſtat, ſi dicatur, non conſtat, quod illa domus ve-
nerit in parte ipſi Bonauent. ſed ipſa vna cum alia
parte venit in partibus Bonauent. & Ioannis, quia
reſpondetur, quod ex ſequentibus apparet, quod
imo illa domus, de qua agitur, fuit pars Bonauen-
turæ ſolum; nam poſtea mortuo Ioanne, alia pars
fuit diuiſa inter Nicol. & Bonauent. quia Nicolaus
poſſidet dimidiam alterius partis, tanquam diui-
ſam de portione tangente Ioanni; ergò ex hoc ſe-
quenti apparet, quod domus prædicta eſt illa, quæ
remanſit in parte tertia ipſi Bonauent. quia ſequen-
tia declarant præcedentia, *l. ſi ſeruum plurium, §. fin. ff.
de legat. 1. cum ſimilib.*

Secunda ratio principalis, quod dictus Bona-
uent. fuerit in poſſeſſ. dictæ domus, etiam non ex-
iſtente dicta diuiſione valida, quò ad dominium vel
poſſeſſionem probatur. Nam Ser Rigus, cuius e-
rat dicta domus, poſſedit tempore eius vitæ eas, &
ſtetit in poſſeſſione dictarum domorum vſque ad
eius mortem, vt mihi aſſeritur in facto. Et qui Ri-
gus inſtituit hæredes ſuos vniuerſales, Nicolaum,
Bonauent. & Ioannem fratres prædictos. Et poſt
eius mortem ipſi adiuerunt hæreditatem, & acce-
perunt poſſeſſ. dictarum domorum, & maximè do-
mus prædictæ, de qua eſt quæſtio, eas vel eam in-
habitando, vt dicitur, & ſic acquiſiuerunt poſſeſſ.
ciuilem & naturalem, videlicet, quilibet pro tertia
parte pro indiuiſo, *iuxta l. cum hæredes, in princ. cum ibi
not. ff. de acq. poſſeſſ. coniunct. l. locus, in princ. eod. tit.* Et
poſtea mortuo Ioanne, ſtando in poſſeſſione to-
tius, & adeundo eius hæreditatem, vel faciendo a-
ctus, qui non potuiſſent fieri circa ius & nomen hę-
redis, *vt l. pro hærede, in princ. & §. ſi quid tamen, ff. de ac-
quir. hæred.* Videtur, quilibet eorum habere poſſeſ-
ſionem dictæ domus pro dimidia pro indiuiſo. Et
facit *l. duo, cum ibi not. ff. de acquir. hæred.* Et licet dictus
Bonauentura ſe abſentauerit à ciuitate Tridenti. &
Nicolaus inhabitauerit dictam domus ſolus cum
ſua familia: tamen propter hoc non videtur Bona-
uent. perdidiſſe poſſeſſionem ſaltem ciuilem, *vt l.
clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſeſſ.* imo
credo, quod non perdiderit etiam naturalem. quia
in du-

in dubio non præſumitur frater, ſcilic. Nicol. volu-
iſſe inhabitare animo priuandi ipſum Bonauentur.
ſua poſſeſſ. pro indiuiſo, *arg. l. marito, ff. pro ſoc.* Item,
quia videtur in dubio inhabitaſſe pro parte ſua, nõ
tantum pro indiuiſn, licet totam domum occupa-
uerit, ex quo in quolibet ceſpite terræ habeat do-
minium & poſſeſſinnem pro dimidia pro indiuiſn,
vt habetur per gl. in l. qui Romæ, in §. duo fratres, ff. de verb.
oblig. coniuncta l. locus, ff. de acquir. poſſeſſ. cum ſimil. & per
hoc l. duo, ff. de acquir. hæred. & quod ibi not. Ricar. Malum.
Bald. Aug. & Paul. de Caſtr. qui dicunt, per illum text.
10 decidi poſſe quæſtionem quotidianam, † videli-
cet, ſi ſunt duo fratres, habentes domum commu-
nem, & vnus ſe abſentat, alter inhabitat totam do-
mum. Si poſtea reuertitur alter per plures annos,
& petit à fratre penſionem pro parte ſua, quia ille
plus ſua parte vſus eſt, quod ipſe non tenetur ſolue-
re, quia nnn potuit vti vel habitare pro parte, ſi erat
communis pro indiuiſo. Sicut quando eſt actus, qui
non poteſt geri in parte vnius, quin geratur in parte
alterius, nnn inducit aditionem, *per exemplum dict. l.*
duo, de quo etiam habetur per Bald. & Doctor. in l. 2. C. qui
teſta. fac. poſſ. & Iac. de Aluar. in c. 1. in §. præterea ducatus,
in penult. col. in fin. verſ. quæro quid ſi duo habitent, in tit.
de prohib feud. alien. per Feder. & Flor. in l. Sabinus, ad fin.
1. col. ff. communi diuid. & per Rayn. & Forlin. in l. illud, ff.
de ritu nupt. Et ſic per hæc dico, quod in dubio nnn
videtur dictus Nicnl. tenuiſſe domum, niſi prn iu-
re ſuo, & non pro iure Bonauenturæ fratris ſui, li-
cet totam domum occupauerit, & ex hoc ſequitur,
qund ipſe Bonauent. nnn perdidit etiam poſſeſſio-
nem naturalem, imo per fratrem videtur tenuiſſe
ſuam poſſeſſ. naturalem, *arg. l. qui fundum, cum ibi not.*
per Bart. & Doctor. ff. quemad. ſeruit. amitt. Nec obſtat *l.*
clam poſſidere, §. qui ad nundinas, vbi videtur, quod oc-
cupans acquirit poſſeſſ. naturalem, licet abſens re-
tineat ciuilem, quia ibi loquitur in occupante ani-
mo acquirendi poſſeſſ. naturalem, quam prius nul-
lam habebat, & animo priuandi abſentem ſua pnſ-
ſeſſione naturali, ſi quam habebat, vt patet ibi, ali-
quis occupauit, & ibi viderit clàm poſſidere. Sed in
caſu noſtro iſtud in dubio non præſumitur, ex quo
habebat Nicolaus iuſtam cauſam retinendi & inha-
bitandi in dicta domn tanquam communi, præſup-
ponendo tamen, vt dixi, quod diuiſin nunquam fu-
iſſet facta, vel ſi diuiſin fuit nulla, & per cnnſtitu-
tum nulla fuiſſet translata poſſeſſin in dict. Bona-
uent. Sed ſi fuiſſet in totum translata poſſeſſio in i-
pſum Bonauent. per conſtitutum, vt dixi ſupra circa
princip. tunc inhabitandn ſine licentia & conſenſu
Bnnauent. eſſemus in caſu *dicti §. qui ad nundinas,* vbi
Bnnauent. ſolum retineret poſſeſſ. ciuilem. Et ſi ve-
nientem vel redeuntem Nicnl. nnn admiſit, tunc
videretur potius vi, quàm clàm poſſidere, *vt in d. §.*
qui ad nundinas, in fin. Ex his itaque declaratis appa-
ret manifeſte deciſio quæſtionis, ſupra principali-
ter propoſitæ, videlicet an dictus Bonauentura po-
tuerit intrare prnpria auctoritate in dictam do-
mum impunè. Et dico, quod ſi diſcurrendo breui-
ter per nmnes caſus ſupradictos. Nam aut per di-
ctum conſtitutum fuit tranſlata poſſeſſio in tntum
ciuilis & naturalis in ipſum Bonauenturam, & in
hoc caſu potuit impune intrare domum ſuam, in
cuius poſſeſſinne erat & potuiſſet intrare etiam ar-
mata manu per vim, & Nicolan eius fratri retinen-
ti reſiſtere, quia in hoc non dicitur vim inferre Ni-
colao fratri ſuo, ſed potius ſe defendi, *l. cum fundum,*
cum ibi not. ff. de vi & vi arma. & ita ſingulariter tenet
Bart. in l. creditores, in 11. colum. in fin. verſic. ſed pone quod
debitor non ſolum, C. de pignor. imn ipſe Nicolaus nnn
admittendn Bnnauenturam redeuntem ad do-
mum ſuam, & ad ſuam poſſeſſionem, dicitur vim
inferre ipſi Bonauenturæ, & ipſe eſſet puniendus
de violentia, *vt probatur in dicta l. clàm poſſidere, in §.*
qui ad nundinas, ff. de acquirend. poſſeſſ. Aut per conſti-
tutum non fuit tranſlata aliqua poſſeſſio in ipſum
Bnnauenturam, ſed ipſe erat ſnlum in poſſeſſione
dictæ domus pro dimidia, *iuxta l. locus, in principio,*
ff. acquirend. poſſeſſ. Et ſimiliter idem dicendum eſt,
vt ipſe Bonauentura potuerit redire ad domum
ſuam prnpria anctoritate, & intrare pnſſeſſionem
totius domus, ex quo non potuiſſet intrare par-
tem ſuam, qnia intraſſet in parte Nicolai fratris, ex
qun erat communis pro indiuiſo, tàm reſpectu do-
minii, quàm reſpectu poſſeſſionis, vt dixi ſupra *per*
not. in l. duo fratres, de acquirend. hæredit. potuiſſet et-
11 iam per vim intrare, vt ſupra dixi, † maxime cum
idem iuris ſit de parte, quò ad partem, ſicut de to-
to, quò ad totum, cum ſit eadem ratio, *vt l. quæ de*
tota, ff. de rei vendicat. & præſertim cùm ſit commu-
nis pro indiuiſo, vt dixi. Cùm ergò in omnem ca-
ſum Bonauentura potuerit intrare in dnmum
ſuam, vel pro dimidia etiam per vim armata manu,
& Nicolao fratri reſiſtenti contrauenire de iure,
ſequitur, quod nullam pœnam meretur ipſe Bo-
12 nauentura, † quia quod ſit, permittente pœna,
non meretur, *l. Gracbus, C. de adulterijs,* ſed ipſe Ni-
colaus, ſi reſiſtit, ipſe facit cnntra ius & vim, dici-
tur intuliſſe, *vt dict. §. qui ad nundinas, in fin.* Ergo i-
pſe Nicolaus pœnam meretur. Et ex his ſequitur
deciſio ad omnia, quæ in concluſinne querelæ Ni-
col. petuntur. Et primò, in quantum petit Nicol.
condemnari Bonauenturam cum ſuis ſequacibus,
ſecundum formam iuris & ſtatutorum ciuitatis
Tridentinæ, quod ipſe Bonauentura nullo modn
debet condemnari, ſed abſolui, quia nnn deliquit
13 in aliquo, vt dixi, † quia vbi nnn eſt delictum, ibi
non debet eſſe pœna, quia pœna commenſuratur
in delicto, *l. ſancimus, C. de pœnis, & l. ex facto, §. Iulius*
Longinus, ff. de vulgar. & pupill. Secundò, ſimiliter ſe
ſequaces non dicunt cnndemnari, quia ſi fuit lici-
tum Bonauenturæ intrare domum ſuam, etiam per
vim armata manu; videtur etiam fuiſſe licitum du-
cere ſocios, ſine quibus non pnuiſſent commode
intrare dnmum ſuam maxime, vbi Nicol. voluiſſet
reſiſtere. Et pro hoc allegn, *in l. refectionis gratia, ff.*
communia prædior. ibi, fabriq; mei: & quod ibi ſingu-
lariter nnt. Paul. de Caſtr. qui dixit per illum text.
14 † quod illud, quod facere poſſum, pro me poſſum,
& pro miniſtris meis ad hoc neceſſarijs, & ſi reſiſte-
res illis, videreris mihi reſiſtere, *alleg. etiam l. oſſa, §. fi.*
ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Et ſubdit, qund eſt argum.
15 † qund ſi ex forma ſtatut. licitum eſt alicui vindi-
ctam ſumere de eo, qui ipſum offendit, quod ſtatu-

a tum dicit valere a ad refrænanda maleficia, quia facit priuatum miniſtrum reipub. *C. quando liceat vnicuiq. ſine indic. vin. l.1.* quod ſibi ſit licitum congregare amicos, qui ipſum iuuent ad hæc, & quod illi non puniuntur, ſicut nec ipſe principalis, & de hoc dicit eſſe gl. ſingu. *in l. ſi cum fundus. ff. de vi & vi arma. Et licet gloſſ. in l. Gracbus. C. de adulte.* videatur requirere quod congregati debeant eſſe tales quibus ille congregans poſſit percipere vt filii, tamẽ dicit quod in contrarium facit, *d. l. refectionis.* videl. quod quilibet etiam extranei poſſint congregari, & iſtam partem tenet Iaco. Butri. quem ſequitur Paul. *in d. l. refectionis.* Et hanc partem teneo eſſe veram per quam alias obtinuit in ciuitate Veronæ, vbi ſtatutum eſt, quod, ſi frater reperiat aliquẽ male conuerſantem cum ſorore, poſſit ipſum impune occidere, quod vnus, qui reperierat quendam in camera cubiculari cum ſorore, & cum armis conuocauit amicos armatos, & occidit illum licet ſtatut. loquatur de fratre, tamen debetur etiam extẽdi ad amicos congregatos ſine quibus tute non potuiſſet occidere illum repertum cum ſorore. Et ita per totam curiam Veronæ fuit iudicatum. Et idem in effectu tenet Paul. de Caſtro. *in l. raptores. in 2. colum. C. de Epiſcop. & cleric. allega. etiam nota. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & idem tenet Bald. in l. 1. in 16. colum. verſic. ſed qm ſi vbi*
16 *guerra. C. vnde vi.* vbi dicit, † quod ſi guerra eſt licita confœderati & amici poſſunt intereſſe, *per nota. in dicto. §. cum igitur, cum aliis ibi per eum allegat.* Et ibi idem tenet Bald. *in l. vt vim. in 4. col. in princ. ver. ſed an,*
17 *& vbi eſt licita. ff. de iuſtit. & iur.* vbi tenet † quod vbi eſt licita defenſio vel vltio poſſunt conuocari amici & priuatæ perſonæ ad vlciſcendum, quia ſi in principali nõ habet necem maleficii, ergo nec in ſequacibus vel aſſociãtibus, quia ſunt acceſſorii ad actum permiſſum, & licet circa hoc multa poſſent adduci, tamen quia iſta eſt veritas breuitatis cauſa iſtis ero contentus. Tertio ſequitur alia deciſio, quod prædicti Bonauentura & ſocii non tenentur ad præſtandum aliquam idoneam cautionem de non offendendo, ex quo ipſi non dicuntur offendiſſe nec offendere voluiſſe, ſed potius ſe defendere iure licito, *argumen. l. barum, & l. egi. cum ibi not. ff. ſeru. vendi. & per not. in l. illicitas. in §. ne potentiores. ff. de offic. præſid. cum ſimil.* Quarto ſequitur alia deciſio, quod Bonauentura & ſequaces non tenentur ad præſtandam cautionem de quinq; millibus ducatorum pro iuribus teſtamenti furto, vt dicit Nicola. ſibi ſubtracti, quia iſtud non probatur imo per teſtes poſitos ad torturam probatur cõtrarium, nec ſtãdum eſt dicto ſuo, ex quo per Bonauenturã & ſocios nihil contra ius factum eſt, & ſic non habet locum materia, *l. ſi quando. C. vnde vi, cum ſim.* & ideo in hoc caſu duo eſſent neceſſaria. Primo vt Nicol. probaret furtum, *vt l. ſi de poſſeſſione, in fine, & ibi Angelus & Doctores, C. de probationibus.* Item quod probaret tenorem inſtitut. ſeu teſtamenti, *vt dicit Angelus ſecundum gloſſ. & Cyn. ibi,* cum ergo non probetur furtum, nec tenore teſtamenti ſequitur, quod illa cautio fruſtra eſt præſtanda, *l. cum cogendum. §. Sabinus. ff. de procurat. cum ſimilib.* Quinto ſequitur alia deciſio quod d. Bonauentura non debet condemnari in amiſſione iuris ſui in d. domo quod vere habet, quia non deliquit, neque ſumus in caſu, *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* nec in alio caſu legis quo debeat ius ſuum perdere vel in aliquo condemnari ex quo fecit, *l. permittente. vt*
18 *dicta l. Gracbus. C. de adult.* † Et maxime, quia cum quis occupat rem ratione præſumptionis iuris quod habet in re non ſolum in proprietate: ſed etiam in ciuil. poſſeſſ. excuſatur à dolo & culpa, & per conſequens à pœna conſtitutionis, *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. ſecundum Innocen. ſing. in cap. cum in officiis extra de teſtamen. quem ſequitur Bald. in auth. licentiam. in 3. colum. C. de Epiſc. & cleric.*

ADDITIONES.

a Dicit valere] *Adde D. Alexand. de Imol. in conſ. 114. in 1. vol. & in conſil. 185. in 2. vol. Paul. de Caſtr. in conſ. 285. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de conſtit. Canon. molius, in c. fin. de præſcript. qui contrarium tenere videntur.*

CONSIL. V.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod bannitus impune offendi poſſit, an intelligatur, quod poſſit ſimpliciter impune occidi, & an etiam intelligatur, quod poſſit ab vxore vel filio vel alia etiam non coniuncta veneno necari, & qua pœna faciens puniri debeat numerus omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Statuta cum ſtricti iuris eſſe dicantur non habent locum in caſibus, in quibus non expreſſe loquuntur.*

3 *Damnum diminutio patrimonii dicitur, ideo de morte intelligi non poteſt.*

4 *Mors atrocis iniuria appellatione non continetur.*

5 *Verbum maleficiũ, ſicut nec verbum offenſio, in dubio ad mortem extendi debent.*

6 *Offenſa proprie eſt quando particulariter rebus vel perſona nocetur.*

7 *Verbum, offenſa, aliquam diminutionem vel læſionem, non autem totalem rei conſumptionem continere videtur.*

8 *Offenſa actio iniuriarum oritur.*

9 *Statuti integrum intelligi poteſt.*

10 *Offenſa appellatione grauiſſima & capitalis offenſa contineri videtur.*

11 *Offenſa dicitur omnis actus, per quem pœna imponitur.*

12 *Bannitum occidere licet quando eſt bannitus ex maleficio ex quo pœna mortis ingerebatur.*

13 *Filius patrem venientem contra patriam ſine ſcelere interficere poteſt.*

14 *Bannitus hoſtis & ciuitatis transfuga efficitur.*

15 *Filius patrem in legitima inſtituere tenetur, alias teſtamentum per inofficioſi teſtamenti querelam rumpi poteſt.*

16 *Pater filio ab inteſtato ſuccedit non extantibus deſcendentibus ipſius filii.*

17 *Delictum maius videtur eſſe interficere patrem quam maritum.*

18 *Maritus & vxor caro vna reputantur.*

19 *Statutum ſi permittat, quod bannitus impune bannitum offendere poſſit, ſeipſum offendere non poterit.*

20 Vxor

20 *Vxor regulariter virum ſequi tenetur.*

21 *Mulier virum bannitum alere tenetur.*

22 *Indefinita vniuerſali non æquipollet, ſi in quolibet eadem ratio non eſt.*

23 *Bannitum fratrem ſtatuti vigore alteri fratri interficere non licet.*

24 *Vaſallus Dominum bannitum interficere non poteſt.*

25 *Coniunx quicquid committit in coniugem; maius delictum eſt quam quod committit filius in patrem.*

26 *Bannitum patrem an filio ſtatuti forma interficere liceat.*

27 *Statuti de alicuius interpretatione quandocunq; dubitetur, & ſi ſtatuentes de eo non interrogati fuiſſent: illud veriſimiliter dixiſſent: perinde habetur, ac ſi illud expreſſum fuiſſet.*

28 *Vxor eſt ſocia diuina & humana domus.*

29 *Coniun lio maris & fœmina eſt conſortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio.*

30 *Filij ſi parentes occiderunt, ipſi & eorum conſocij, etiam extranei eadem pœna de parricidiis etiam puniendi ſunt.*

31 *Pœna capitis mactantur interficientes alias perſonas præter patrem & matrem, auum & auiam.*

32 *Parricidium committent inſutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, vipera & ſimia, quas pœnas dare debet.*

33 *Pœna equulei in vſu non eſt.*

1 IN CHRISTI nomine, &c. † Caſus talis: Proceſſum eſt per magnific. ac gen. virum d. Petr. Foſcarenum pro illuſt. D. D. Ven. terræ Salodij totiuſque Riperie Brixienſis Capitaneum d[illegible], & prouiſorem per inquiſitionem contra & aduerſus Antoniolum, q. Ioannis Vulpe de monte Garignani & Dominicam eius vxor. tanquam contra publicos & famoſos veneficos & homines malę conditionis & famæ ex eo quod D. Anton. perpetrauit adulterium pluribus vicibus cum d. Dominica ſecũ coeundo viuente Gaſparino primo eius marito, & quod non contenti hac nequitia inter ſe ordinauerunt & tractauerunt diabolica inſtigatione ducti hoc deteſtabile ſcelus, videlicet quod d. Dominica deberet toxicare D. Gaſparin. & quod poſtea ipſe Antonius acciperet eam in vxorem. Quo quidem ordine & tractatu dato & facto inter eos de hyeme proxime præterita prædicti adulterij & veneficij non contenti ex prædictis, ſed mala malis addendo, & in ſuo malo propoſito perſeuerantes animo & intentione, d. tractatum & ordinem finiendi inter eos datum, vt ſupra firmata inter eos fide pro prædictis adimplendis, Dom. Anton. iuit Brixiam & emit venenum habitis aliquibus denariis ab ipſa Dominica pro emendo toxicum quod ſecum tulit & dedit ipſi Dominicæ, vt cum eo toxicare Dominum Gaſparinum maritum ſuum, iuxta d. ordinem in eos datum, quod cum habuit prædicta Dominica ſcienter doloſe & appenſate & tractatè animo & intentione infra ſcriptum veneficium committendi, & d. tractatum & ordinem producendi die Dominica prima quadrageſimæ toxicum prædictum poſuit in ſcudella. D. Gaſpat. tunc mariti ſui, & poſtea poſuit intus ferculum de cumulis caulium, & cicere, & illud dedit d. Gaſpat. marito ſuo, quod quidem venenum, cum d. ferculo prædictus Gaſparinus aſſumpſit & comedit quo aſſumpto ſtatim incepit vehementer vomitare & deorſum egerere ex quo toxico d. Gaſpar. die mercurij ſequenti mortuus fuit & eſt, qua inquiſitione formata, d. Anton. & Dominica iugales rei cõſtituti coram pręfato Magn. d. Capitaneo & prouiſore ad Banchum maleficij, ratificauerunt in omnibus, & per omnia vt ſupra in inquiſitione continetur. Deinde ſtatutus eſt terminus prædictis reis iugalibus ad faciendam defenſionem ſuam, infra quem terminum comparuerũt Thomaſius & Dominicus fratres ſupraſcripti Antonioli exponentes qualiter intellexerunt quod dictus Gaſparinus erat bannitus de territorio Brixienſi, & ſi tempore veniret in fortiam regiminis Brixię, ducatur ad locum ſolutum iuſtitiæ, & ibi caput à ſpatulis amputetur, ita quod ſtatim moriatur, quare impune potuit per eius fratrem occidi ſecũdum ſtatuta & ordines terræ Salodij quare petierunt terminum ad probandum. Qui d. Capitaneus & prouiſor ſtatuit terminum ad hoc probandum octo dierum. Et infra dictum terminum productum eſt bannum dicti Gaſparini & probatum qualiter de M. CCCC. L. dictus Gaſparinus erat bãnitus de omnibus terris & locis ſubditis Illuſt. Duc. Dom. Ven. pro homicidio penſato. Fuerunt etiam infra dictum terminum producta duo ſtatuta terræ Salodij in hæc verba, Rubric. quod banniti de maleficio poſſint impune offendi. Item quod omne damnum iniuria & maleficium datum, & factum in perſona banniti de maleficio ex quo pœna ſanguinis ingeratur, perpetuo remaneat impunitum & impunita, & proceſſus qui fieret per quẽcunq; rectorem ſit ipſo iure nullus. Eo ſaluo ꝙ ſi offenſa fieret tali bannito per illũ vel illos qui in pace vel treuga ſecum forent perinde maleficiũ puniatur ac ſi in banno maleficij non eſſet offenſus. Aliud ſtatutum eſt de pœna mulieris habentis maritum committentem ſtuprum vel adulterium cuius verba non referuntur, quia non expedit, vt ex infra dicẽdis apparebit. Modo obſtantibus præmiſſis dubitatur de duobus principaliter. Et primo, an d. Antoniolus & Dominica iugales debeãt abſolui vigore dicti ſtatuti primi, quia ille Gaſpar. erat bannitus pro homicidio, & ad mortem cõdemnatus an vero debeant cõdemnari. Secundo poſito, quod debeãt condemnari quę pœna debeat eis i[illegible]i. Et quia iſte caſus eſt apud me vir magnificè multum dubitabilis propter dictum ſtatutũ, & de vita hominis agitur. Requiſitus ego Barth. Cæp. Veto. I. V. D. aduocatus conſiſtorialis, decreui prius diligenter videre, & examinare proceſſum, & ante dicta ſtatuta. Et omnibus viſis & bene, & diligenter cõſideratis, videtur mihi ita de iure concludendum eſſe vt infra, ſaluo ſemper meliori conſilio, iuxta *l. Claudius, in fin. ff. qui potior. in pign. hab.* Et in primis pro intelligentia dicendorum eſt examinandũ, quomodo intelligatur dictum ſtatutum, quod bãniti de maleficio poſſint impune offendi, an habeat locum etiam ſi bannitus occidatur. Et videtur prima facie dicendum,

quod non, quia ſi conſideremus verba ſtatuti ſtatu-
tum loquitur ſolummodo de damno iniuria & ma-
leficio dato & facto in perſona banniti, & non lo-
quitur de homicidio, ergo videtur quod non ha-
beat locum in caſu in quo non expreſſe loquatur.
2 † cum ſit ſtricti iuris, *vt l. quicquid aſtringendæ cum ibi*
3 *not. ff. de verb. oblig.* † Item quia verbum damnũ non
poteſt intelligi de morte quia damnum dicitur di-
minutio patrimonij, vt eſt caſus, *in l. 3. ff. de damno in-*
4 *fecto.* † Item quia appellatione etiam atrocis iniu-
riæ cõtinetur mors, imo ponitur ꝓ ſpecie diſtincta,
5 *vt eſt tex. in l. ſi. C. de reuoc. dona.* † Item quia verbũ ma-
leficium non debet in dubio extendi ad mortem,
ſicut nec verbum offenſio, vt ſtatim dicam. Item ſi
cõſideremus rubricam dicti ſtatuti, quæ dicit quod
banniti de maleficio poſſint impune offendi, etiam
videtur quod non poſſit bannitus occidi, nam a-
6 liud eſt offendere, aliud occidere, † nam offenſa
quoprie eſt quando particulariter nocetur perſo-
næ vel rebus, non autem cum homo occiditur, *ar-*
7 *gum. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* † Item quia
verbum offenſa videtur continere aliquam dimi-
nutionem vel læſionem non autem totalẽ rei con-
ſumptionem. *vt l. binas ædes, aliàs incipit Gaius, ff. de ſer-*
8 *uit. vrbanorum prædiorum, & in l. inter ſeruit. eo. tit.* † I-
tem quia pro offenſa oritur actio iniuriarum, *vt ff.
& C. de iniuriis per totum vel lex Aqui. vt ff. & C. & Inſtit.
ad l. Aqui. ſed pro homicidio erit ſpecialis, acc. l. Cornelia de
ſicariis, vt ff. & C. ad Cornel. de ſicariis*, & ideo ſub ge-
nerali verbo offenſæ comprehendi non videtur, *vt
ff. de iniuriis, l. prætor edixi. §. 1.* & maxime quia tale ſta-
tutum eſt contra ius commune & odioſum, vnde
in mitiorem partem debet interpretari, *vt l. præſes,
& l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis cum ſimilib.* In con-
trarium videtur quod imo dictum ſtatutum habeat
locum etiamſi bannitus occidatur, primo quia di-
ctum ſtatutum loquitur generaliter dum dicit o-
mne damnum & maleficium datum & factum in
perſonã, ergo generaliter debet intelligi. *l. 1. §. gene-
raliter. ff. de lega. præſtandis.* Item loquitur indiſtincte,
ergo diſtingui non debet, *l. de pretio. ff. de Publiciana
cum ſimilibus.* Item hoc videtur probari ex rubrica
ſtatuti dum dicitur in ea quod banniti de maleficio
9 poſſint impune offendi † ex qua rubrica poteſt
a & debet integrum ſtatuti intelligi, *a* iuxta ea quæ
habentur, *in l. fin. ff. de heredibus inſtituendis, & l. regu-
la. §. & licet ibi, nam initium conſtitutionis generale eſt, ff.
de iuris & fact. ignor.* vnde cum banniti poſſint impu-
ne offendi, ergo poterunt & occidi, quia appella-
tione offenſæ ſimpliciter prolata intelligitur de
qualibet offenſa, *vt eſt text. in l. 1. §. quod autem, ff. de a-
leatoribus. Et ibi hoc not. Flor. & not. Bald. in l. omnes, C. ſi
10 contra ius vel vtilitat. publicam.* † Item quia appella-
tione offenſæ videtur contineri etiam grauiſſima
& capitalis offenſa, vt probatur *in l. 3. § fin. cum l. ſe-
quen. ff. de adimendis legatis, & ibi hoc not. Bartol. in fin.
l. & Alberic. de Roſat. in lege quod ſi iterum eodem titul.* I-
tem quia appellatione offenſæ videtur contineri
etiam totalis rei conſumptio. Sicut dicitur offen-
dere legem qui eam offendit, & quo ad verba, &
quo ad mentem, *vt l. 1. ff. de legib. contra legem. & l. non
dubium, C. de legib. & pro hoc, ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi quis*
id quod, corrupiſſe enim quis dicitur non ſolum qui
partem corrupit, ſed etiam qui totam rem deſtruxit
*l. 1. ad legem Aquiliam. l. ſi ſeruus ſeruum, § rupiſſe, ff. ad le-
gem Aquil.*

Et iſtam partem tenet Bart. *in d. l. 3. §. fin. in fin. ff. de
adimen. legatis*, & dicit de hoc eſſe caſum, *in c. fin. de ho-
mic. lib. 6. & in leg. teſtam. centurio ff. de manumiſſ. teſtam.*
& idem tenuit ipſe Bart. in conſilio ſuo, quod inci-
pit: Statuti caſtro plebis, vbi alleg. hanc rationem.
11 † quia offenſa dicitur omnis actus per quem pœ-
na imponitur, *vt d. l. teſtamento centurio.* Et ita dum eſ-
ſet quæſtio de facto in ciuitate Pergami vbi eſt tale
ſtatutum fuit obtentum per Albericum de Roſat.
& fuit hic tempore Domini Federic. de la Scala quĩ
habebat magnos peritos in curia ſua, & ita etiam
fuit determinatum Bon. per collegium Doct. Bon.
tempore d. Adigertij de la Senaza Poteſtatis Bono-
niæ in perſona Thomaſij de Bochadellis ſecundum
Odofred. vt refert Alberic. de Roſat. *in dict. l. quar-
ta, §. quod ſi iterum ff. de adimen. lega. & in ſuo opere ſta-
tutorum in quarta parte quæſtio. 18. & per eundem habe-
tur in l. ſi ſeruum. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Et prædi-
cta debent intelligi quando bannitus eſt quis ex
12 maleficio ex quo ingerebatur pœna mortis † quia
tunc eſt licitum bannitum occidere vigore prædi-
cti ſtatuti, ſecus ſi ex leuiori crimine, *vt l. 1. 2. & fin.
ff. de his qui ſibi mortem conſciuerunt.* Dubium enim eſſet
quod bannitus ex leui maleficio poſſet interfici, *vt
nota. Gandinus, in fine operis ſui vltima quæſtione. Et hæc
opin dicitur fuiſſe d. Martini de Fano. quam ſequitur et-
iam Rayn. de Forli. in d. l. quod ſi iterum, & ibi Alberic. de
Roſat. ff. de adimen. legat. & idem ſequitur ipſe Alberic. in
dicto opere ſtatuto in tertia parte. quæſt. 18. & idem notat.
Ioan. Andr. in additio. Specul. in titul. de conſtitutionibus,
in quarta parte Specul. & idem notat & tenet Angel. &
d. Paul. de Caſtr. in l. binas ædes, aliàs incipit Gaius. ff. de ſer-
uit. vrbanor. prædiorum, & idem ſequitur idem Domin.
Paul. in l. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iud. vindicare,
& hoc etiam tenuit ſolemnis Doctor Dominus Nellus de
Sancto Geminiano in ſuo eleganti tractatu bannitorum, in
7. quæſtio. 2. partis ſecundi temporis*, vbi dicit quod ita
communiter obſeruatur, & quod ita etiam Bald.
conſuluit. Ex quibus omnibus indubitanter con-
cluditur, quod cum d. Gaſpar. fuerit bannitus pro-
pter homicidium cõmiſſum quod vigore dicti ſta-
tuti terræ Salodij regulariter potuiſſet impune oc-
cidi. His ita præmiſſis eſt modo videndum nunquid
d. Dominica potuerit impune ipſum Gaſpar. prædi-
ctum maritum ſuum veneno necare cauſa accipi-
endi dictum Antoniolum pro marito ſuo. Et vide-
tur dicendum quod ſic, primo propter ea quæ dicta
ſunt ſupra, quia ſi illud ſtatutum intelligitur, quod
bannitus poſſit occidi & loquitur ſimpliciter & in-
diſtincte, ergo ſimpliciter & indiſtinctè oportet in-
telligi ab omnibus, *l. de pretio. ff. de Publi. cum ſim.* Se-
cundo quia illud ſtatutum eſt introductũ pro com-
muni vtilitate & quiete, *vt l. 1. & ibi hoc not. Barto. ff. ne
liceat vnicuique ſe ſine iudic. vindic.* ergo non debet re-
ſtringi, iuxta nota. *in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure.*
& ſic videtur quod debeat intelligi à quacunque
perſona interficiatur bannitus. Tertio quia maritus
bãnitus efficitur hoſtis, & ſic perdit ciuit. *vt l. amiſſ. §.
qui de*

qui deficiunt.ff.de capitis diminutio.& habetur in l.1.C.de
hereds.inſtit. ergo tanquam hoſtis qui perdit ciuita-
tem, videtur quod poſſit ab vxore occidi. Quarto
de hoc videtur eſſe text.in l.minime.ff.de relig.& ſump.
13 funer. † Vbi dicitur quod filius poteſt interficere
patrem venientem contra patriam ſine ſcelere &
ſic impune. Et idem tenet gl. per illum textum. 23. quæſt.
3.fortitudo. Et idem notat Bartol. in l.ſi adulterium cum
inceſtu.§.liberto.ff.de adulter. vbi dicit per dictam l.mi-
nime quod ſi ex forma ſtatuti licitum eſt bannitum
occidere, poterit filius patrem bannitum interfice-
re, & dicit, quod cum iſta quæſtio fuiſſet de facto
Tuderti, & eſſet cõmiſſa cuidam collegio fuit con-
ſultum qood filius poſſet impune patrem occide-
re. Et dicit Bartol. quod neſcit per quæ iura ſed al-
14 legat rationem. † nam bannitus efficitur hoſtis
& transfuga ciuitatis, vt l.amiſſione, §. qui deficiunt,ff.
de cap. diminutio. & ſicut perdit ciuitatem, ita etiam
filiationem, vt l.poſtliminium, §.filius, ff. de captiuis &
ita cum Bartol.tranſit D.Bart.& Salic.in l.vnica. C.de his
qui parentes vel lib. occiderunt. ſi iſtud eſt conceſſum fi-
lio, ergo idem videtur eſſe conceſſum vxori, quia
maior videtur eſſe reuerentia & obedientia, quam
debet filius erga patrem & quam vxor erga mari-
tum, quia pater poteſt vendere filium propter ne-
ceſſitatem famis, vt l. 2. C. de patribus qui filios diſtra-
xerunt, quod non reperitur in marito, vt poſſit ven-
15 dere vxorem. † Item quia filius tenetur inſtitue-
re patrem in legitima alias teſtamentum rumpi po-
teſt per querelam inofficioſi teſtamenti, vt habetur
in auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. ſed an vxor ma-
ritum inſtituere tenetur, vt habetur in l.Papin.§. ſed
16 nec impuberis, C. de inoffic. teſtam. † Item ab inteſta-
to ſuccedit pater filio non extantibus deſcendenti-
bus ipſius filij, vt habetur in auth.defuncto.C.ad Tert.&
in corpore vnde ſumitur, ſed non vxor marito, vt l.
17 1. C. vnde vir & vxor. † Item quia maius delictum
videtur eſſe interficere patrem, quam maritum,
quod patet ex genere pœnæ, quia vbi maior pœna
imponitur, ibi videtur eſſe maius delictum; vt eſt glo.
24. quæſt. 1. in c. non afferamus ſtateram in verbo ſcelera-
tius, & ſic vbi maior eſt culpa ibi maior exercetur
vindicta, l.diſtinctio.quia tua. Et not.gloſſ. 2. in fin: extra
de ſtatu monachorum in verbo modus culpæ. Nam maior
pœna imponitur filio interficienti patrem quam
vxori interficienti maritum, videtur eſſe caſus in le-
ge pœna parricidij, coniuncta lege prima in verbo vxo-
rem, ff. ad legem Pompeiam de parricidiis, in contrarium
videtur quod dicta Dominica vxor non potuerit
impune veneno necare dictum Gaſparinum mari-
18 tum ſuum cauſa accipiendi alium maritum. † Et
primo quia maritus & vxor reputantur vna caro &
vna & eadem perſona vnde de marito & vxore dici-
tur os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, Et pro-
pter hoc relinquet homo patrem & matrem & ad-
hærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, vt eſt
text.in c.debitum extra de biga.& in c.gaudemus. §. 1. ex-
tra de diuortiis. quod ideo vxor dicitur ſocia diuinæ
& humanæ domus, vt l. aduerſus.Cod.de crimine expil.
hæred. & probatur in l. prima, ff.rerum amotarum, & in
l.1.ff.de ritu nupt. vnde cum cenſeantur vna & eadem
perſona non debemus dicere; quod ſtatutum vo-
luerit quod vnus poſſet alium interficere maxime
cum tale ſtatutum ſit ſtricti iuris & contra ius com-
19 mune, vt dixi ſupra. † Secundo probatur nam ſi ſta-
tutum permittit, qood bannitus poſſit offendi ban-
nitus non poterit ſeipſum offendere, vt not. Bald.in
l.1.in pen.col.in fin.per gloſſ.ibi, C. de ſer.fug.& probatur in
c.ſi non licet.in princ.23.q.5. ergo nec debet licere eius
vxori quæ dicitur vna caro, vt dixi. Et habetur in c.1.in
20 princ.extra de biga.& 14.q.2.Ebron. † Tertio vxor te-
netur regulariter ſequi virum vt habetur per Cyn.
in l.libertis libertaq., C.de oper.libe.& per Bald.in l.qui ma-
numittuntur eod.tit.& per Bart.in l.Mauia, §.1.ff. de annuis
lega. & per Innoc. & Canoniſtas. in c. 1.extra de coniugio
leproſorum, & per glo.d.c.Ebron.12. quæſt.2.ſi tenetur eum
21 ſequi. ergo ipſum interficere non poteſt. † Quar-
to, quia mulier tenetur alere virum bannitum, vt l.
mutus, §. manente, ff. de iure dotium, facit ad hoc gloſſ.in
authentica de inceſtu. §. primo, & in verbo neceſſaria. col.
3.vt.not. Bartol.in l.lege ſi quis à liberis, §.ſed vtrum. ff. de
liber. agnoſ. quem ergo mulier debet ſequi & alere
& defendere, non debet offendere, facit ad hoc o-
prime, l.ab hoſtibus capt. Cod. de captiuis. Quinto quia
22 ſtatutum loquitur indefinite, † ſed indefinita non
b æquipollet vniuerſali b ſi in quolibet non eſt ea-
dem ratio, vt habetur per Cyn.in rubric.de regul. iur.in 6.
& plene per Bartol.in l.ſi pluribus, ff.de legat.2.& in l.ſi ne-
ceſſarias, §.ſi annua.ff.de pignor.action.& plene per Domi-
num Domin. de Sancto Gemin. in c. vt circa de electio. libr.
6. & per Canoniſtas. c. quoniam extra de coniugio lepro-
ſorum, & maxime quia in ſtatuto non habet locum
vt indefinita æquipolleat vniuerſali quando non
eſt eadem ratio vt nota. Bartol. in l. omnes populi. in 3.
quæſt.6.quæſtionis principalis. ff. de iuſtit.& iure. ſed non
eſt dubium quod non eſt eadem ratio in vxore quæ
eſt in extraneo interficiente bannitum, imo eſt pe-
nitus diuerſa; ergo, &c. Sexto pro hoc adducitur
quod diſputãdo terminauit d. Egid. de Foſc. qui te-
23 nuit † licet vigore prædicti ſtatuti banniti poſſint
impune offendi, non tamen poterit frater interfi-
cere & idẽ ſequitur d.Nell.in d.tract. bannit.in 3.parte
2.temporis in 60.3.q. ſi iſtud non eſt permiſſum fratri,
24 ergo multominus vxori. † Septimo pro hoc qua-
ſi vaſallus dominum bannitum non poteſt occide-
re vel offendere, vt habetur in l. ſi adulterium cum in-
ceſt.§. liberto. ff. de adult. & ibi Dyn. hoc tenet, & ita com-
muniter tenent Doct. vt not. Alber. de Roſa. in 4. par. ſtatut.
q.27. ergo multominus debet licere vxori virum in-
terficere vel veneno necare. Octano hoc probatur
quia ſi filio non licet patrem bannitum occidere
ſtante dicto ſtatuto, vt ſtatim per Bald. ergo nec li-
cere debet vxori maritum interficere, quia iſti duo
æquiparari videntur ſcilicet filius & vxor quantum
ad delictum & pœnam, vt eſt caſus, in l. 1. ff. ad leg.
Pompeiam de parricidiis, & ibi gloſſ. coniuncta l. penultima
§.primo cum gloſſ. eodem titul. ergo ſtatutum ſuperue-
niens ſi non habet locum in filio non debet habe-
re locum in vxore, in caſu eiuſdem delicti in ſuo ge-
nere, argument. l. vt tantum, §. 1.ff. de ſeruo cum gloſſ. fi-
nal. C. de furtis, & argument. capit. tranſlato. extra de con-
ſtitutio. cum ſimilibus. Imo dico fortius à maioritate
rationis, ſi filio non liceat patrem interficere, ergo
multominus licebit vxori, quia maius vinculum eſt

inter virum & vxorē, quam inter patrem & filium,
25 quia ſunt duo in carne vna, vt dixi. † Item, ex genere
pœnæ videtur, quod ſit maius delictum illud,
quod committit coniux in coniugem, illud quod
committit filius in patrem. Nam illi, qui interficit
vxorem, penitus coniugium denegatur exceptis adoleſcentibus,
vt eſt text. 33. quæſt. 2. interfectores, quod
non repetitur in filio interficiente patrem, *& pro
hoc allegatur 89. diſtinct. decenter.* quæ dicit, quod magis
punitur, qui interficit vxorem ſuam, quàm matrem,
quia proniores ſunt homines ad illud faciendum,
*23. quæſt. 2. admonere, & ibi etiam eſt gl. ſimilis ſuper
verbo exiſtimes.* Cùm ergò imponatur maior pœna
interficienti coniugem, quàm interficienti patrem;
ergò reputatur maius delictum coniugis, *vt
dixi ſupra per not. per gloſſ. 2. c. fin. extra de ſtatu mona. cum
26 ſimil. ſupra allegatis.* † Et quod filio non ſit licitum
interficere patrem bannitum, etiam ſtante prædicto
ſtatuto videtur probari, *in l. ſi adulterium cum inceſtu.
§. liberto. ff. de adulter. & idem videtur ſentire gl. in l.
minime, ff. de religioſ. & ſumpt. funer. ſuper verbo occidiſſet,*
quæ dicit, ſcilicet ſe defendendo, aliàs teneretur, *l.
Pompeia de parricid. vt l. 1. ff. ad leg. Pompeiam, de parricid.*
& ſic intelligitur gloſſ. *d. l. minimè*, quando filius interficit
bannitum ſe defendendo; ergò offendendo
non poteſt, *& ita intelligit gloſſ. illam Alberic. de Roſ.
in ſuo opere ſtatutorum in 4. part. quæſt. 6.* vbi hoc tenet,
quia cuius famæ eſt parcendum, multò magis & vitæ.
Et hanc opinionem, quod filio non ſit licitum
patrem bannitum interficere, tenet Dyn. *in d. §. liberto,
vt refert ibi, & Alber. vbi ſupra, & etiam tenet Gandinus
in tit. de bannitis pro maleficio, verſ. continetur in ſtatut.
& Alber. de Roſat. in d. 4. part. ſtatutorum, in quæſt. 27.
& idem tenuit Franciſc. de Aret. in d. §. liberto*, qui dixit,
quod deciſio Bartol. in dicto §. liberto, potius fuit
humana quàm iuridica; nam ex eo quod pater bannitus
eſt, non perdit pater ea, quæ ſunt de iure communi
& naturali, *vt habetur in l. amiſſione, §. qui deficiunt,
& ibi per Bart. ff. de capitis diminut. vt refert dūs
Nellus in ſuo tractatu bannitorum, in 2. part 2. temporis, in
quæſt. 10.* Et per hoc apparet, quod obſtat ratio, quā
ponit Bart. in dicto §. liberto, quia non concludit.
Et iſtam vltimam opinionem, ſcilicet quod filio
non ſit licitum interficere patrem bannitum, etiam
ſtante prædicto ſtatuto, credo eſſe veriorem & tutiorem.
Nec obſtat *l. minime, ff. de religioſis*, quia ſi
bene inſpiciatur, loquitur de patre veniente contra
patriam, nos verò loquimur de bannito, non ex eo,
quod venerit cōtra patriam, ſed quia interfecit hominem.
Præterea illa lex intelligitur ſecundum gl.
ibi, quando filius interfecit patrem bannitum ſe
defendendo, nos vero loquimur, quando interfeciſſet,
non ſe defendendo, ſed offendendo. Et eodem
modo non obſtat *gloſſ. 14. quæſt. 4.* fortitudo,
quia ibi loquitur, quando alius interfecit patrem
venientem contra patriam. Nono prædicta opin.
quod non liceat vxori interficere maritum banni-
27 tum vigore dicti ſtatuti, probatur ratione. † Nam
quandocunque dubitatur de interpretatione alicuius
ſtatuti, & ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, de
nouo illud veriſimiliter dixiſſent, perinde eſt, ac ſi
illud fuiſſet expreſſum, *vt eſt gloſſ. notabilis in l. tale*
pactum. §. fin. ff. de pactis. Sed tamen videtur mihi dubium,
quod ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, ſi volebant,
quod vxor poſſet virum ſuum veneno necare,
vel alio modo interficere, veriſimiliter dixiſ-
28 ſent, quod non † ex eo, quod eſt ſocia diuinæ &
humanæ domus, *vt l. aduerſus, C. de crimine expilat. hæredit.*
& quia ſunt duo in carne vna, *vt d. c. gaudemus,
§. 1. extra de diuort. cum alijs ſupra allegat. facit ad hac pro
dicta opinione text. in ratione ſua, in l. manifeſtiſſimi, in fin.
C. de furt.* Decimo hæc opinio probatur, non ſolum
ex tacita ſeu præſumpta mente ſtatuentium,
ſed etiam ex expreſſa. Nam in dicto ſtatuto Salodij
dicitur: Eo ſaluo, quod ſi offenſio fieret tali bannito
per illum vel illos, qui in pace vel trenga ſecum
forent, perinde maleficium puniatur, ac ſi in banno
maleficii non eſſet offenſus. Ex quibus verbis
apparet manifeſte, quod noluerunt, quod illi, qui
ſunt in treuga vel pace, poſſint interficere bannitum,
quod aliàs de iure fieri potuiſſet, *vt not. Bart. in
ſua quæſt. diſput. quæ incip. Statuto Lucanæ ciuitatis.* Sed
certum eſt, quod vxor, quæ ſtat in concordia cum
marito ſuo dicitur ſtare ſecum in pace; nam ſtando
in ſimul comedendo & bibendo dicitur ſtare in pace,
*vt probatur per gloſſ. Inſtit. de inter. §. fin. & not. in l. 1.
in princ. ff. de pac.* pax enim dicitur tranquilla libertas
à pacto dicta, *vt dicit Archid. 23. quæſt. 1. noli.* præſertim
cum, vt dixi, dicatur eſſe ſocia diuinæ & humanæ
domus, *per d. l. aduerſus, cum ſimil.* & duo in carne vna,
& relinquet quis patrem & matrem, & adhærebit
29 vxori ſuæ, *d. c. gaudemus, §. & quia.* † Coniunctio
maris & fœminæ eſt conſortium omnis vitæ diuini
& humani iuris communicatio, *vt l. 1. ff. de ritu nupt.*
Et ſic ex omnibus prædictis concluditur, quod non
licuit vigore ſtatuti terræ Salodii dictæ Dominicæ
maritum ſuum bannitum impune veneno necare.
Nec obſtant rationes ſupra in contrarium allegatæ.
Primo dum dicitur, quod ſtatutum loquitur ſimpliciter,
ergo ſimpliciter & indiſtincte eſt intelligendum,
quia reſpondetur, quod imo debet diſtingui,
vt non habeat locum in filio vel in vxore per
prædicta. Nec obſtat ſecundo, quod dicitur, quod
hoc ſtatutum eſt factum pro communi vtilitate, ergo
videtur, quod intelligatur in quacunq; perſona,
quia iſte fauor non poteſt extendi contra maritum,
nec contra patrē per rationes ſupra deductas. Nec
obſtat tertio, quod bannitus efficiatur hoſtis ciuitatis,
quia propter hoc non perdit iura ciuilia & naturalia,
vt habetur *in l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de capitis
diminut. vt dixi in 8. ratione.* Nec obſtat quarto,
l. minime, ff. de religioſ. & gloſſ. 23. quæſt 4. fortitudo, vt
dixi in dicta ratione 8. Nec obſtat vl imo argum.
quod factum de filio ad vxorem, quia tollitur per
interpretationem, *vt dixi in d. 8. ratione.* Sed eſt
videndum, nunquid Antoniolus, qui cum dicta
Dominica tractauit venenare d. Gaſpar. & emit venenum,
& dedit ipſi Dominicæ, quæ ipſum dedit d.
Gaſpar. marito ſuo, ex quo mortuus fuit & eſt, potuerit
illud impune facere ſtante dicto ſtatuto terræ
Salodii. Et videtur prima facie dicendum quod ſic,
quia ipſe Antoniolus non erat coniunctus in aliquo
gradu d. Gaſparino, vnde non videtur aliquid eī
obſtare, quin potuerit interficere d. Gaſparinum,
per ea,

per ea, quæ dicta ſunt ſupra. Sed contrarium credo
verius, quod ſic probatur; nam licet Antoniolus ſi-
ne dicta Dominica interfeciſſet d. Gaſparin. banni-
tum potuiſſet hoc facere impune, ſtante dicto ſta-
tuto terræ Salodii, *vt ſupra dixi in princ.* Tamen quia
cum ſocius fuit in tractando de venenando & ne-
cando ipſum cum d. Dominica vxore ipſius Gaſpar.
quę ipſum necare impune non potuit, ſibi nõ licuit
vigore dicti ſtatuti, & hoc probo per text. *in l. vtrum,*
30 *ff. ad leg. Cornel. de parricid.* † vbi dicitur, quod ſi filii
occiderent parentes, quod ipſi & eorum conſocii,
etiam extranei puniendi ſunt eadem pœna de par-
ricidiis, tamen non eſt dubium, quod ſi extraneus
de per ſe ſine filio interficeret parentem vnius, te-
neretur ſolummodo, *l. Cornel. de ſicar. & non de parri-
cid.* Et ad idem eſt text. *in l. ſi ſciente, eod. tit. ff. ad l. Pomp.
de parricid.* vbi loquitur de mutuantibus pecuniam
illis, qui comparare volunt venenum cauſa necandi
hominem, vbi eſt caſus de iſta quæſt. ſi recte conſi-
deretur, & eſt caſus; Inſtituta de pub. iud. *in §. alia de-
inde lex,* vbi idem dicitur, ſcil. quod ſi conſocius fuit
filio ad interficiendum parentem, etiam extraneus,
non tanquam extraneus occidens, *l. Corn. de ſicar.* ſed
l. Pompeia, de parricid. punitur. Et ibi *gl. ſuper verbo ex-
traneus* colligit notabile dicendo not. extraneũ pu-
niri plus quàm ſi ipſe occidiſſet; & allegat etiam *d. l.
vtrum, & l. ſi ſciente.* Et ideo concludo, quod ex quo
non licuit d. Dominicæ venenare d. Gaſpar. maritũ
ſuum bannitum, *vt ſupra dixi*, non licuit etiam ipſi
Antoniolo, vt ſocio tractare de venenando d. Ga-
ſpar. cum d. Dominica vxore ipſius Gaſparini, necẽ-
mere dictum venenum, & dare d. Dominicæ, licet
ipſe de per ſe, vel cum alio non prohibito potuiſſet
impune eum occidere. Ex quibus concluditur ad
primum dubium principale, videl. quod non licuit
impune ipſi Dominicæ, nec etiam Antoniolo ve-
neno necare d. Gaſpar. bannitũ ſtante dicto ſtatuto
quod banniti poſſint impune offendi. Super ſecun-
do dubio principali, ex quo concluſum eſt, ꝙ præ-
dicti Antoniolus & Dominica non potuerunt im-
pune veneno occidere d. Gaſpar. qua pœna debeant
puniri; & breuiter dico, quod ambo eadem pœna
ſunt afficiendi, *vt probatur in d. l. vtrum, in fin. ff. ad leg.
Pompe. de parricid. & in d. l. ſi ſtante, eod. tit. & in d. §. alia
deinde lex, Inſtit. de publ. iud.* Sed quæ debeat eſſe iſta
pœna, eſt text. *in l. pen. §. 1. ff. ad leg. Pomp. de parricidijs,*
31 qui videtur dicere, † quod illi, qui alias perſonas in-
terficiunt præter patrem & matrem, auum & auiam,
capitis pœna aut vltimo ſupplicio mactentur. Et
ideo cum hic non ſit interſectus, nec mater, nec a-
uus, nec auia videtur, quod debeat pœna capitis
puniri, vt etiam videtur eſſe text. *in l. 1. in verſ. vxorem,
eod. tit.* Sed gl. ibi in verbo aliàs tenet, quod etiam il-
li omnes, qui nominantur *in l. 1. eod. tit.* teneantur
grauiori pœna, de qua *in d. l. pen. & in l. vnica, C. de his
qui parentes vel liberos occiderunt, & in §. alia deinde lex,*
32 ſcil. † committens parricidium talis inſutus cu-
leo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia.
Et inter illas ferales anguſtias comprehenſus, ſe-
cundum quod regionis qualitas intulerit, vel in vi-
cinum mare, vel in amnem proiiciatur, vt ibi omni-
um elementorum vſu viuus incipiat carere, & ei
cœlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur. Et hoc
etiam tenet Bar. *in l. 1. in fin. ff. ad l. Pomp. de parricid.* ſcil.
quod hodie indiſtinctè imponatur prædicta pœna,
non ſolum committentibus parricidium contra a-
ſcendentes, ſed etiam contra quoſcunq; alios, *per d.
l. vnica, C. de his qui parent. vel liber. occid. & d. §. alia dein-
de, Inſtit. de publ. iud. Et ita videtur tenere Cyn. ſecundum
Pet. in d. l. vnica, & ibi etiam Salic. & Angel. de Aret in ſuo
tractat. maleficio. in gloſſ. in verbo ex interuallo,* d. Titius
mortuus fuit, & eſt ante finem. Ego tamen credo,
quod tutius ſit, quod pœna capitis vtriq; imponà-
tur, quia illa pœna, de qua in dictis iuribus de con-
ſuetudine non ſeruatur, *facit ad hoc l. minime, & l. ſi de
interpretatione, ff. de legib. & quod not. in l. de quibus, eod.
tit. & ideo dicit Salic. in d. l. vnica, C. de his qui parent. vel
33 liber. occid. in princ.* † quod hæc pœna non eſt in vſu,
ſed decapitentur de conſuetudine, & carere ſorte
debent ſepultura. Et ita etiam ſequitur Ang. de A-
ret. *in ſuo tractat. maleficio. in gl. in verbo ex interuallo di-
ctus Titius mortuus fuit, & Alex. circa fin. Item, quia d. l. 1.
ff. ad leg. Pomp. de parricid.* quæ enumerat perſonas, ex
quarum occiſione oritur crimen parricidii, non po-
nit de viro interfecto ab vxore, ſed ſolum de vxore
interfecta à viro. Et ſic videtur, quod mulier inter-
ficiens maritum non committat crimen parricidii.
Et hoc videtur ſentire *gloſſ. in Inſtit. de pub. iud. in §. alia
deinde lex, in verbo continetur, qua incipit: Sed qui ſunt
hi, ibi. Item, affines quidam vt vxor, nurus, &c.* No. quod
dicit quidam, q. d. & non alii, & ratio forte fuit,
quod ſæpius contingit, quod maritus interficiat v-
xorem, quàm vxor maritum, *vnde l. Pompeia, de par-
ricidijs,* voluit prouidere potius his, quæ ſæpius con-
tingunt, *argum. l. nam ad ea, ff. de legibus.* Item, quia
in dubio debemus inclinare in mitiorem partem,
*vt l. ſi de interpretatione, & l. praſes, ff. de pœnis, cum ſimi-
libus.* Concludo itaq; ex omnibus prædictis, quod
dicta Dominica & Antoniolus non potuerunt im-
pune venenare dictum Gaſparinum bannitum, et-
iam ſtante dicto ſtatuto terræ Salodii, & quod de-
beat vltimo ſupplicio puniri, id eſt, pœna mortis,
& ſic decapitari. Et per hoc etiam patet, quod non
eſt neceſſaria diſputatio alterius ſtatuti, quod ta-
men ad propoſitum non facit, quia iudex non po-
teſt procedere per inquiſitionem pro adulterio &
ſtupro, niſi ad inſtantiam perſonarũ ibi connume-
ratarum fuerit facta accuſatio, vnde eius diſputatio-
nem omitto, quia ſufficiunt ea quæ dicta ſunt ſuper
primo ſtatuto. Et ita, vt ſupra dictum eſt, dico &
conſulo de iure eſſe.

Baptista Mioni de quinto, contra quẽ pro-
ceſſum fuit per regimen Vincentiæ, & quoſdam a-
lios propter homicidium commiſſum in perſonam
vnius, qui fuit vulneratus cum vna ſagitta, tanquam
contumax, quia citatus non comparuit ad ſe excu-
ſandum, fuit condemnatus in libris mille paruorũ
communi Vincentiæ, & quod ſit bannitus pro ho-
micidio penſato, & ꝙ ſit extra protectionem com-
munis Vincent. & ꝙ licite & impune poſſit offendi
in perſona & rebus, & ſi quo tẽpore venerit, in for-
tiam cõmunis, veritas ab eo inquiratur per tormen-
ta nullis aliis indiciis præcedentib. &c. Deinde poſt
aliquod tempus d. Baptiſta captus fuit, & poſitus ad

torturam, qui plura tormenta paſſus & non confeſſus eſt delictum, & nonnulli teſtes ad eius defenſionem examinati ſunt. Et tamẽ condemnatus fuit per magnificum Dominum Poteſtatem Vincentiæ cum ſua curia hoc modo: Videlicet Baptiſta Mioni de quinto quod compleat annum in carceribus, in quibus eſt de præſenti & deinde perpetuo ſit bannitus de Vincentia, & ſi quo tempore peruenerit, quid ſtare debeat in carceribus communis Vincentiæ per duos annos continuos, quibus completis, iterum Baptiſta banniatur, vt ſupra & hoc toties, quoties peruenerit, nulla facta mentione de prima condemnatione. Poſtea cum dictus Baptiſta componeret ſarcinulas ſuas cauſa recedendi de diſtrictu Vincentiæ fuit ab inimicis ſuis crudeliſſime quadraginta vulneribus occiſus. Nunc proceditur cõtra dictos occiſores per d. iudicem, & opponitur pro parte occidentium quod contra eos non poteſt procedi, quia potuit Baptiſta impune occidi ſtante primo banno ſuo vigore ſtatuti Vincentiæ quod bannum primum per ſecundum non videtur fuiſſe reuocatum, ex quo in ſecundo non fit mentio de primo. Et poſito, quod de iure primum intelligeretur reuocatum iſtud ignorabant occiſores. Ideo ſunt excuſandi, quæritur quid iuris. Viſis cõdemnationibus prædictis & viſis ſtatutis vno ſub rubrica de iuriſdictione Rectoris Vincentię in cauſis criminalibus & alio ſub rubr. quæ forma ſeruari debeat in malefactoribus banniendis & condemnandis de crimine, cuius pœna ſit mors vel membri abſciſſio, & viſo etiam alio ſtatuto ſub rubrica de capiendis bannitis & condemnatis quacunq; ex cauſa criminali. Et præſertim quæritur de duobus principaliter. Primo vtrum dictus Baptiſta potuerit impune occidi ſtante primo & ſecundo banno modo & forma, de quibus ſupra dictum eſt. Secundo poſito quod non, an facta probatione per nouos teſtes, quod dictus Baptiſta occiderit illum, de quo ſupra occiſores ipſius Baptiſtæ poſſint ſe tueri vigore ſtatuti ſuperius allegati.

ADDITIONES.

a Intelligi] *Ad hoc vide D. Alexand. in conſ. 38. circa fin. in 3. volum. Paul. de Caſt. in conſ. 333. Bart. in l. 1. in 2. col. vbi etiam Angel. & Doctor. ff. ſi cert. petat. Bald. in l. 1. in 1. col. C. ne lic. in vna cau. ter prouoca. Canon. in c. Apoſtolica. de donat. & in c. ad audientiam: de ſponſali.*

b Vniuerſali] *Ad iſtam materiam, vide Old. in conſil. 172. D. Paul. de Caſt. in conſil. 148. D. Alex. in conſil. 25. in 4. vol. Bart. in l. omnes populi. 3. quæſt. 6. princip. ff. de iuſti. & iur. Bald. in marg. verſ. teſtator, ad fin. nota. & Doct. in l. in pluribus. ff. de legat. 3. & Doctor. in l. pen. C. de impube. & aliis ſubſti.*

c Expreſſum] *Ad huius concluſionis materiam, vide Andre. Sic. in conſilio. ſuo inci. Scripſit Eccleſiaſticus. 10. col. quod habetur poſt conſil. D. Alexan. 103. in 4. vol. Bart. Bald. & Doct. in l. in omni, C. de ſacroſa. Eccleſ. multa per Paul. de Caſtr. in conſil. 23. incipiente: Viſo puncto. Doct. in l. reſcripta. C. de precib. Imperator. offerend.*

CONSIL. VI.

SVMMARIA.

1 *Bannum per ſecundum an primum tollatur, ſeu à primo receſſum intelligatur, & an ille qui eſt abſolutus, ſed non cancellatus de banno, ſtante ſtatuto, quod bannitus poſſit impune occidi, interfici poſſit, & ſi quiſpiam ſit inquiſitus, tortus & condemnatus, nouis indiciis ſuperuenientibus, contra eum inquiri poſſit, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Bannus ſententia pœnalis eſt.*

3 *Sententia de ſui natura ſtricti iuris eſſe dicitur.*

4 *Excommunicari quis ſæpius poterit.*

5 *Priuilegii cauſa finita, ipſum priuilegium ceſſare habet.*

6 *Statutum ſi dictauerit, quod bannitorum vxores in ciuitate ſtare non poſſint ſi viduæ remanſerint, in ciuitate reuerti & ſtare poſſunt.*

7 *Excommunicatus licet quis perpetuo exiſtat, intelligitur tamen donec contumacia duret.*

8 *Crimine ex eodem quis puniri non poteſt.*

9 *Delictum licet quiſpiam ad torturam confiteri nolit, licet vrgentibus præſumptionibus contra eum condemnari poſſit, non tamen ad mortis pœnam condemnari poterit.*

10 *Iudex ſententiam ſuã temperare debet, vbi ex præſumptionibus proceditur, & maxime ne condemnet, niſi raro & modice in pœnam pecuniariam, & non corporalem.*

11 *Argumenta ſeu indicia quantumcunque vrgentiſſima non ſufficiunt, etiamſi talia fuerint, quæ iudicantis mentem adeo coarctent, quod aliud credere non poſſit, vt aliquis ad mortem condemnetur.*

12 *Tortura vbi ceſſat, & tortus non confitetur, abſolutio ſequi debet, nec ex ſola ſuſpicione reus in aliquo condemnari poteſt.*

13 *Banniri quis ſæpius poteſt ex diuerſa cauſa, vel delicto.*

14 *Rebanniri qui ſtatim debet, pro rebannito habetur, vt impune occidi non poſſit.*

15 *Bannitus ſi de banno cancellari infallenter ſperet, quoniam gratiam in communi obtinuit, licet adhuc cancellatus non ſit, tamen ex ſtatuti forma offendi non poterit.*

16 *Bannitorum in libro ſi quiſpiam ſcriptus fuerit, qui rebanniri non poterat, occidens illum etiam ignorans non excuſatur.*

17 *Cauſa ſublata, eius etiam effectus faciliſme tollitur.*

18 *Cauſa qualibet etiam iniuſta quo ad pœnam corporalem excuſat.*

19 *Homicidium à priuato ſine dolo fieri non poteſt, etiam ſi ex ſtatuti forma non puniatur.*

20 *Ignorantia in facto, non in iure præſumitur.*

21 *Caſus à ſtatuto omiſſus pro omiſſo habetur.*

22 *Crimine de eodem nõ eſt amplius requirendum, quando contra vnum proceſſum fuerit, & diffinitiue fuerit condemnatus.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Veritas primi dubii, an ſcilicet Baptiſta potuerit impune occidi, ſtante primo & ſecundo banno eo modo, vt ſupra conſiſtit in duobus principaliter. Primo, an per ſecundum bannum videatur eſſe receſſum à primo maxime in ea parte, dum in primo dicebatur, quod ſit extra protectionem communis, & poſſit impune occi- 2

occidi. Et prima facie videtur dicendum quod non,
2 quia in ſecundo banno nihil dicitur de primo, † Et
ideo cum ſententia banni de ſententia pœnalis, vt
habetur, *in l.1. & 2. C. de his qui exilio dam.lib. 10. & in*
auth.nulla ciuitas,in fin.C.de Epiſc.& cler.& not.d.Nel.de
S.Gemin.in ſuo tract.bannitorum, in proœm.& in 3.quæſt.
prima partis ſecundi temporis: vbi ponit quid ſit ban-
3 num & quotuplex ſit. † Sed ſententia de ſui natura
eſt ſtricti iuris, *vt not. in l.1. & ibi hoc not. Bart.C.ſi plu-*
res vna ſententia. Cum ergo ſit ſtricti iuris & loquatur
de primo banno, ergo videtur quod primum ban-
num non tollatur per ſecundum, & ideo quod non
mutatur, quare ſtate prohibetur. *l.ſancimus. C. de te-*
ſtamen. Et præſertim cum quis ſæpius banniri poſſit,
vt not. Spe.in tit.de accu.§.ſequitur. verb.quid ſi aliquis.&
Gand. in ſuo tract. maleſic. in tit.de citatione. verſic.ſed ego
quæro an illi qui ſunt exules. & Alb. de Roſ.in ſuo opere ſta-
tutorum.in 4. parte.quæſt. 26. & in l.2. C.vt intra certum
4 *tempus.& Bart.in l.aut damna.§.fin.ff.de pœn.* † Sicuti
a quis poteſt ſæpius excommunicari, *a vt habetur ibi*
per gloſſ. Bart. Et per Bart.in l. de pupillo,§.ſi pluribus,ff.de
nou.ope.nun.& per Bart. in l.nihil.C.de manu.vind.& per
gloſſ.in cap.quorundam.de Iudæis,cum ſimil. Et maxime
quia bannum primum plus continet quam ſecun-
dum ſicut in caſu noſtro, quia in primo eſt poſitus
extra protectionem communis de qua habetur per
Cyn.*in l.1.princ. C.de natur.lib.& per Bald.in l.1. in prin.*
C.de hæred. inſtit. Ex quia in primo banno eſt etiam
additũ vt Baptiſta poſſit impune offendi, quæ verba
non ſunt in ſecundo banno ergo videtur ſtandum
primo maxime in illis in quibus non ſit mentio in
ſecundo, cum vtrunq; quantum ad illa verba poſſit
ſtare ſimul per not.per Rayn. & Bal.*in l. 2. C.vt intra*
certum tempus. Item hoc videtur probari in ſtatuto
ſub rub. quæ forma ſeruari debeat in maleſactori-
bus in verſ.q ſententiæ mille librarũ ibi & perpetuo
tanquam bannitus reputetur & pro bannito ſecun-
dum formam & qualitatẽ banni in quo poſitus fu-
erit quã diu de libro bannitorum communis Vio-
centiæ cancelletur, &c. Nam hic ſtatutum vult
quod banoitus eo modo quo fuit primo bannitus
Baptiſta perpetuo remaneat bannitus donec can-
celletur de banno, ſed tempore quo fuit occiſus nõ
erat cancellatus de banno, ergo perpetuo remanſit
banoitus & iſtud eſt quod maius dubium facere vi-
detur in hac conſultatione. Egõ tamẽ teneo his non
obſtantibus primum bannum ſolutum in omnibus
eius partibus maxime ſuperueniente ſecundo ban-
no, ita vt non potuerit impune occidi quod ſic pro-
batur, nam dictus Baptiſta in primo ſuo banno ita
bannitus fuit quia fuit cõtumax, & de crimine con-
tra eum conſtare non potuit, vt dicitur in ſecunda
parte dicti ſtatuti, io verſi. ſi vero de crimine con-
tra accuſatum quod patet quia in dicto primo ban-
no continetur quod ſi in fortiam communis Vin-
centiæ peruenerit veritas ab eo per tormẽta inqui-
ratur nullis aliis indiciis ad hoc neceſſariis. Quæ
forma ſententiæ ferri debet contra contumaces
quando de eo crimine non cõſtaret, vt apparet ma-
nifeſte in ante dicto ſtatuto, in verſi. & ſi quo tem-
pore condemnatus ratione cõtumaciæ peruenerit
in fortiam communis, &c. Contumacia ergo ſola
fuit illa quæ fuit cauſa dicti primi banni & nõ ipſum
delictum, quod probatum non erat, quia ſi fuiſſet
probatum, quamprimum fuit, poſtea captus fuiſſet
ſententia executioni mandata vt dicitur in dicto ſta-
tuto in 1. parte quod factum nõ fuit, ſed peruentum
ad torturam ſicuti fieri debebat iuxta formam dicti
ſtatuti quando de crimine ipſius nõ conſtabat. Cum
ergo poſtea captus fuerit & ductus ad carceres ceſ-
ſauit contumacia ex quo amplius non erat abſens. *l.*
contumacia.ff. de re iud. & ideo ceſſare debet bannum
quod propter contumaciam factum fuit, quia finita
5 cauſa odii ceſſat ipſum odium. † Sicut finita cauſa
priuilegii ceſſat ipſum priuilegium. *l. Titia. §.vſuras.*
ff.de leg.2.& ibi hoc not.Bart.per illum tex.Item pro hoc fa-
6 *cit determinatio Iac.de Are.& Bart.* ibi qui dicũt † quod
ſtante ſtatuto, quod vxores bannitorũ non poſſunt
ſtare in ciuitate ſi remãſerunt viduæ poſſunt reuerti
& ſtare in ciuitate, quia ceſſat cauſa odii per illum
text. *facit l.cui eorum.§.affin.ff.depoſi.& iudicauit Albe. de*
Roſ.in 4 part.ſtatut. q.62. & Bar. in l.omnium.ff.de optio.
& Bal.in l.fin.C.de his qui ad lib.peruenire non poſſ.& in l.
volun.circa prin.C.de fideicom. Et ideo tenet D. Nellus de S.
Gemi.in ſuo tract.bannit. in 2. part.tertii temporis, in 13.q.
Item pro hoc optime facit 1. q. 1. reperiuntur, vbi habetur
7 † licet quis ſit perpetuo excommunicatus, tamen
intelligitur donec du:et contomacia, & ſic quandiu
noo purgauerit contumaciam. Ita in caſu noſtro di-
ctum primum bannom, licet dicatur in eo, quod ſit
bannitus & ſecundum ſtatutum intelligatur perpe-
tuo bannitus, tamen intelligitur donec purgauerit
contumaciam, ſed ex quo eſt redactus in fortiam
communis & poſitus fuit ad torturã purgauit con-
tumaciam & ideo ceſſauit primum banoum. Præ-
terea quod hoc ſit de mente ſtatuti patet, quia vult
quod ſi bannitus peruenerit in fortiam communis
ponatur ad torturam & per tormenta & teſtes & a-
lias legitimas probationes veritas inquiratur. Et ſi
repertus fuerit culpabilis condemnetur ſecundum
formam iuris & ſtatutorum, vel ſi conſtare non po-
terit de crimine contra eum relaxetur de carceribus
ſoluta prius condemnatione primaria. Nam tale
ſtatutum vult quam immediate, quod bannitus
peruenit in fortiam communis, quod ex prima ſen-
tentia bannum non habeat effectũ, niſi quo ad pœ-
nam pecuniariam, quæ pœna hodie per literas du-
cales ſublata eſt eo quod debebat de nouo conde-
mnari, vt patet ibi poſſit inquirere veritatem & re-
pertum culpabilem condemnare, vel ſi nõ reperi-
tur culpabilis debet eum relaxare. Ergo primũ ban-
num videtur per ſtatutum eſſe ſublatum, quia ſtatu-
tũ reiicit contumaciam & ſententiã latam propter-
ea, & vult, quod de nouo ex nouis probationibus
& tortura debeat, vel abſolui, vel condemnari. Vn-
de per hoc patet, quod primum bannum non po-
8 teſt ſtare cum ſecundo: † tum quia reſpectu ban-
ni ſiue exilii non poſſet bis banniri ex eodem cri-
mine, *l.ſenatus, ff. de accuſat.* Similiter non poteſt
remoueri bannum primum cum ſecundo, quò ad
hoc, vt poſſit impune occidi, quia pro eodem de-
licto non debet bis condemnari diuerſis pœnis, *di-*
cta l. ſenatus, cum ibi notat. ſed pro diuerſis delictis
bene poſſet, & ita loquuntur iura & auctoritates,
de qui-

de quibus ſupra dixi, quod quis bis vel pluries poſſit banniri vel excommunicari. Nec obſtat, ſi dicatur imo Baptiſta fuit bis bannitus ex diuerſis delictis. Primo propter contumaciam, quæ dicitur eſſe delictum, *l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re mili.* Secundo fuit bannitus propter ipſum delictum, quia hoc non eſt verum, nam primo fuit bannitus perinde ac ſi delictum commiſiſſet, & hoc non propter probationem ſed propter contumaciam quæ habetur pro probatione quia propter contumaciam habetur pro confeſſo. Secundo vero quia non conſtitit de delicto etiam per tormenta ipſius & quia aliqui teſtes pro eius defenſione examinati fuerunt. Viſum fuit ipſum nolle condemnari pro dicto crimine ac ſi ipſum commiſiſſe ratum eſſet, quia vt dixi, nõ erat probatum delictum per confeſſionem vel per teſtes, imo propter dictam contumaciam, quæ prius faciebat eum haberi pro confeſſo, quia habuerũt ipſum pro purgato per comparationem, quia ſi non habuiſſent pro purgato ſtatuentes, & domini de curia voluiſſent ipſum debere ad mortem condemnari quod non fecerunt. Et licet ſecundum formã ſtatuti debuiſſent aut ipſum repertum culpabilem condemnare aut non repertum culpabilem abſoluere, quia aliud ſtatutum non dicat. Tamen quia forte non videbantur dicti de curia eſſe bene clari de innocentia & non erat clare probatum de ſua innocentia quia forte extabant aliqua indicia, voluerunt eligere mediam viam videlicet non condemnare ad mortẽ, nec ipſum abſoluere, ſed ipſum condemnare ex arbitrio ſuo vt ſit tantum bannitis ſecundum formam ſecundi banni, *iuxta not. in l. fin. C. de probatio.* & ad mortem condemnari non potuerit, tum quia non eſt inuentus culpabilis
9 ſecundum formam ſtatuti. † tum etiam quando quis non vult confiteri ad torturam delictum, licet
a poſſit condemnari propter præſumptiones *a* etiam vrgentes contra eum, non tamen poterit condemnari ad mortem, *vt vult Ludo. de Ro. in l. 1. §. hoc reſcriptum, in vlt. col. ff. ad Sille. & probatur hoc in c. afferte, extra*
10 *de præſumpt. cum ibi not. per Doct.* qui dicunt, † quod vbi ex præſumptionibus proceditur, debet iudex temperare ſententiam ſuam, & maxime ne condemnet, niſi raro & modice in pecuniariã non corporalem, *vt colligitur ex ſent. Salom. de qua in d. c. afferte, ſecundum Inno. qui ita ſing. dicit in c. quia veriſimile, extr. de præſump. & idem not. ibi Ant. de Bu. & Doct. in d. c. afferte, & idem not. Bal. in l. non eſt veriſimile, ad fin. princ. ff. quod me. cau. & in c. 1. in fin. in tit. quib. mod. feud. amitt. & in l. eum, §. fin. ante fi. ff. de teſta. & idem dicit Abb. Sic in c. auditu, in antepen. col. ad fin. ext. de præſum., & habetur per Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit. & per Paul. de Caſtr. in*
11 *conſ. ſuo 167. in pen. col. in fin.* vbi elegantiſſime dicit, † quod non ſufficiunt argum. quantumcunq; vrgentiſſima, etiamſi ſint talia, quæ mentem iudicantis adeo coarctent quod aliud credere non poteſt, vt ſi viſus eſt aliquis exire de domo vel camera cum gladio ſanguinolento poſtea repertus eſt ibi homo interfectus, vel probatur quod Seius erat inimicus Titii, qui repertus eſt mortuus, & quod minatus fuerat illum interficere, & viſus eſt exire de agro cum gladio ſanguinolento, non tamen dicunt teſtes illum vidiſſe percutere, ſed alius qui ille Seius eſſe non potuit, licet Thomas de Pipere diſputando tenuerit poſſe dictum Seium condemnari licet non fuerit confeſſus, tanquam ex indiciis indubitatis probatum ſit homicidium licet non directe, *vt etiam not. Ioan. Andre. in additio. Specu. in tit. de probatio. §. videndum, ipſe tamen Gandi. in opere ſuo ſolemni in rubr. 16. vel 17. quæ incipit. De præſumptionibus & indiciis quibus proceditur ad condemnationem in princ. ſuo in 1. quæſt. & etiam circa fin.* dicit, quod omnes Doct. qui erant Bononię tempore ſuo conſulerunt contra, & ita etiam vidit vbique practicari quod talia indicia ſic vrgentia non ſufficiunt ad condemnationem pœnæ corporalis, ſed dumtaxat pecuniariæ, & propter eius dictum dicit Paul. de Caſtr. in d. ſuo conſilio non eſt diu quod quendam defendi à pœna capitali, contra quem erant ita fortia & indubitata indicia quod animus & intellectus non poterat credere quod alius feciſſet homicidium quam ipſe. Vnde dicit concludendum eſſe in benigniorem partem, ſcil. in abſoluendo poſtea crimina deducta in inquiſitione non ſunt probata nec per ſpontaneam confeſſionem nec per teſtes neceſſario concludentes vt ibi latius per eum. Et ego alias in ciuitate Vincentiæ etiam idem conſului. Et ita etiam vult *Bald. in l.*
12 *fin. in vlt. col. C. de proba.* † quod vbi ceſſat tortura vel adeſt torturæ & tortus non confitetur, debet ſequi abſolutio, nec poteſt reus in aliquo condemnari ex ſola ſuſpicione, *vt l. abſentem. ff. de pœn.* & licet procedatur ex ſuſpicionibus, tamen pœna debet mitigari. Cum igitur dictus Baptiſta tortus fuerit & nõ confeſſus, nec extiterint veræ probationes, potius debeat abſolui in totum vel ſaltem nõ debeat pati pœnam corporalem vel pecuniariam. Et ideo cum in ſecundo banno bannitus fuerit ſine conditione, quod ſit extra protectionem communis, & quod poſſit impune offendi, & bene ſequatur quod intentio iudicantium fuit, vt iſtud ſecundum bannum remaneret & non primum, quia ſi primum remanſiſſet potuiſſet in perſona impune offendi, quod eſſet contra prædicta. Ideo facienda eſt interpretatio iuſta vt non potuerit offendi, quod etiam apparet ex alio manifeſte, nam licet fuerit bannitus ſecundo tamen non liceret quod ſi veniret Vincentiam ſtaret in carceribus per d[illegible] niretur. Et ſi nullo modo voluerunt ipſum cadere in pœnam corporalem etiam ſi nõ ſeruaſſet bannum, ergo noluiſſe credendum eſt vt poſſet impune occidi, quia tunc eſſet maior pœna quam lex vel ſtatutum imponat contra *l. ex facto. §. Iulia. Longinus. ff. de vulga. & pupill. cum ſimilibus.* Et iſtud apud me non habet magnam dubitationem per prædicta. Nec obſtant argumenta ſupra in contrarium deducta. Videlicet primo quod ſententia ſecundi banni eſt ſtricti iuris; ergo, quia vt dixi, non ſolum ſententia banni ſecundi tollit primum bannum ſed etiam ipſum ſtatutum, poſtquam Baptiſta peruenit in fortiam communis, quia ſtatutũ vult quod proceſſus fiat de nouo & primus commutatur cũ banno ſuo, vt ſupra declaraui, & per hoc tollitur etiam illud quod dixi, quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, quia imo apparet de mutatione per ea, quę dixi.

dixi. Nec etiam obſtat dum dixi quod quis poteſt
13 ſæpius bāniri, quia illud procedit quando ſit bannum ex diuerſa cauſa vel delicto [illegible] od non eſt in caſu noſtro, quia ideo peruenitur [illegible] ſecundum quia ceſſat primum per ſuam præſen[illegible]am, vt dixi, *& per l. ſen.atus.cum ibi not. ff. de acu.* Nec obſt. ſtatutum prædictum dum vult quod bānitus perpetuo tanquam bannitus reputetur quandiu de libro bannitorum fuerit cancellatus, quia iſtud ſtatutum debet intelligi rebus ſic ſtantibus & non ſuperueniētibus aliis cauſis ex quibus habeatur pro cancellato, *l. qui ſe debere. ff. de cond. ob cau. & c. venientes extra de iureiu.* Cum ergo alia cauſa ſuperuenerit per quam habetur pro rebannito, puta cum peruenit in fortiam cōmunis. & habuit torturā & non eſt cōfeſſus & de nouo eſt condemnatus, cui cōdemnationi ſtādum eſt & non primæ ſequitur quod habetur pro abſoluto, ita vt
14 non potuerit impune occidi. † Itē pro hoc facit, quia ille qui ſtatim debet rebāniri habeatur pro rebannito vt non poſſit impune occidi, *vt not. Bal. in l. 1. in §. ſerui appell. per illum tex. ff. ad Sill.* qui dicit quod non poteſt allegari melior tex. quam ibi. Item pro hoc adduco, *text. in l. mulier, in §. non eſt dubitandum. ff. ad Treb. & quod ibi not. Paul. de Caſtr.* qui dixit quod
15 ille tex. eſt atq. † ꝙ ſi bannitus ſperat infallenter de banno cācellari vt quia obtinuit gratiam in cōmuni, licet adhuc non ſit cancellatus, non tamen poteſt offendi tanquā bannitus ex forma ſtatuti, *facit l. ſi non ſortem, §. adeo. cum ibi not. ff. de cond. inde. & l. credi. C. de fideic.* Et ibi hoc etiam tenet Pau. de Caſt. & facit quod not. Pau. de Caſt. *l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acq poſſ.* Imo plus dicit Bal. *in l. 1. in 3. col. in prin. C. ſi à non comp. iudic.*
16 † quod ſi aliquis eſt ſcriptus in libro bannitorū qui non poterat banniri, occidens etiam ignorans non excuſatur, & habetur per Bal. *in l. ex quacunq; in 4. col. verſ. modo quaero iuxta hac, ff. ſi quis in ius voc. non ierit. vbi plene de hoc.* Sed adhuc videtur remanere dubiū, quia prædicta videntur procedere vbi ſimpliciter ſtatutum diceret quod bannitus poſſit impune offendi, ſed in caſu noſtro ſtatutū vult expreſſe quod debeat cancellari de bāno quæ forma videtur debere conſeruari ad hoc vt habeatur pro non bannito & non poſſit impune offendi, *l. cum hi, §. ſi prætor. ff. de tranſa.* Ad hoc pōt aliter reſpōderi ꝙ ideo illa cancellatio nō fuit neceſſaria quia tenebatur bannitus per contumaciam prius ſoluere pœnam pecuniariam banni, puta mille vel quingentarū librarum vt in ſtatuto dicitur, ad hoc ergo vt daretur cauſa ſoluēdi voluit ſtatutum quod deberet prius cancellari de banno, ſoluta prius condemnatione pecuniæ fiſco. Sed cum hodie illa pœna ſit per literas ducales vt mihi dicitur ſublata, ſequitur quod eſt ſublata in forma
17 cancellationis neceſſario. † quia ſublata cauſa tollitur eius effectus, *arg. in princ. ibi origine rei ſublata, C. de fideic. lib.* quia correctis principiis & fundamentis corrigūtur ea quæ poſt principia ſunt, *vt dicit Bal. in rub. C. de collat. in verſ. demum ſuperuenio per d. l. 1. in prin.* & ideo credo quod ex quo in veritate tam ex forma ſtatuti quam etiam virtute ſecundi banni, primum bannū fuit ſublatum & pœna prædicta pecuniaria non poſſit amplius exigi, quod d. Baptiſta nō potuit impune occidi vigore dicti primi banni ſui, quod vt dixi erat ſublatum, dicit expreſſe non fuerit reuocatum nec cancellatum quia nō erat neceſſarium per prædicta. Secundo veritas huius dubij primi principalis conſiſtit in hoc poſito, ꝙ d. Baptiſta nō potuerit occidi virtute dicti primi banni nec ſecundi an d. occiſores debeant puniri, & qua pœna. Et videtur prima facie dicendū quod ſint excuſati occiſores ex quo nō erat cancellatus de banno, quia videtur habuiſſe iuſtam cauſam ignorātiæ, & maxime cum videatur iſte caſus habere aliquam dubitationē iuris an. ſ. ille Baptiſta potuerit occidi ſtante primo bāno
18 † quia quo ad pœnam corporalem quælibet cauſa ēt iniuſta excuſat, *l. igitur, §. 1. ff. de lib. cau. & no. per gl. l. 1. in fin. ff. de abigeis & gl. in l. ſi plagij. 2. C. ad Flauiā, de plagiariis. & ibi plene per Ang. cum ſim.* Et ita videtur etiam tenere Bart. *in l. pen. ff. de adul.* Et licet multa iura hic poſſent adduci & quāplurimę auctoritates. Tamen ne longius euagari videar quam expediat, maxime apud viros ſapientiſſimos ſicut ſunt illi Domini de curia Vincentina ex omnium ſententia puto ita eſſe diſtinguendū. Aut conſtat vel conſtare poteſt, quod illi occiſores ſciebant illud bannum primum ſublatum fuiſſe. Aut conſtat quod ignorabant & credebant ipſum poſſe impune occidere. Aut dubitabant ſi ſciebant vel ignorabant. Primo caſu ſecundū Dy. & omnes tenentur de occiſo, *vt habetur per Dyn. Bar. & Doct. in l. pen. ff. de adult. & per Dyn. & Ioan. de Imol. in lege qui a latronibus, ff. de teſtam* & iſtud non habet dubium Secundo caſu quando conſtat quod ignorabant & credebant primum bannum ſublatum. Et tunc aut quæritur an debeant puniri & qua pœna. Et in hoc teneo quod debeant omnino puniri quia fuerunt ſaltem in culpa in non ſe firmando & habendo conſilium ſi per ſecundum bannum eſſet ſublatum primum & an potuerit occidi, dato quod primum bannum non fuerit cancellatum ex quo in veritate bannum primum erat ſublatum, & ex iſta culpa debent puniri, *argument. l. 2. §. hac autem. ff. vi bonorum raptorum, coniuncta l. lege Corneli. ff. de ſicar. & argumen. l. qui cum alio, & l. qui in alterius, ff. de regulis iuris cum ſimilibus, & ita vult Bart. in l. pen. ff. de adult. & Bald. in l. 1. in 3. colum. Cod. ſi à non compet. iudice*, qui di-
19 cit, † quod curioſe debebant occiſores inquirere & non currere ad actum cui naturaliter ineſt dolus, nam homicidium non poteſt fieri à priuato ſine
c dolo c etiamſi ex forma ſtatuti non puniatur quia aliud eſt iuſtificari aliud eſt puniri, *vt not. C. quod met. cauſ. l. accuſatus.* Et puniri debent non pœna corporali ſed alia arbitraria, *per l. igitur, §. 1. ff. de liber. cauſ. & per not. per Bartol. in l. 1. §. fin. ff. ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſ. fuer. cum ſimilibus*, quam pœnam eſſe exilij arbitrarer maxime cum occiderint eum ita crudeliter vt dicitur & tanquam inimici potius quam ob vindictam publicam. Aut ſumus in dubio, an ſciuerint vel non & licet Bartol. *in l. 2. §. ex hoc reſcript. in fin.* dicat quod in dubio præſumatur ignorantia, *l. verius, ff. de probation.* tamen poſſet dici quod reſpectu facti, id eſt, ſecundi banni non præſumitur ignorantia, ex quo ſecundum bannum fuit publicatum in loco publico. *iuxta l. iubemus, Cod. de defend. ciuitat.* quia ea quæ publice fiunt præſumuntur ſciri. *arg. gloſſ. notab. in l. ſi tutor, C. de peric. tut. & ita vult Bart. in l. non ſolum.*

§. mor-

§.morte, in 12. colum. in 2. quæſtio. proteſtationis incitatoria, ff. de nou. operis nuntiat. & in extrauagan. ad reprim. in gloſſ. in verbo publicè. Sed reſpectu iuris valet, an per illud ſecundum bannum tollatur, primùm potuerunt ignorare, & in dubio poſſet præſumi ignorantia, maxime ſi ſunt ruſtici non ſagaces, *l. athletas,*
20 *ff. de execut. tutor.* † Et ideo concludo, quod cum in dubio poſſit præſumi ignorantia non in facto, ſed in
d iure, *d* licet non eſſet tolerabilis, tamen quò ad pœnam corporalem excuſaret, *vt dixi per l. 2. §. 1. ff. de liber. cauſ. cum ſimil.* Tamen non deberent eſſe ſine pœna. Et ideo putarem arbitrandum eſſe ſalua meliori deliberatione, quod occiſores deberent banniri. Sed vnum aliud eſt, de quo poſſet dubitari, quia dicti occiſores potuiſſent ſcire vel ignorare, ſi bannum primum erat ſublatum; & poſito, quod ignorantia poſſit præſumi, an iſta ignorantia debeat allegari, & an ad allegandum iſtam ignorantiam poſſet admitti procurator: & videtur quod allegari debeat *per text. notabilem in l. 1. §. penult. ibi iuſtiſſima, ſi ea ignorantia cauſa allegat. ff. de ſepar.* Sicut etiam error debet allegari, *vt l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem Polioni, ff. de adult. & habetur per Bald. in l. quicunque, circa princ. C. de ſer. fugit. & in l. ſi certis annis, in 5. col. C. de pactis, & per Bart. in l. cum quid, in fin. ff. ſi cert. petat. cum ſimilib.* Et ad iſtam allegationem ignorantiæ videtur, quod non poſſit procurator interuenire, quia ſolum procurator vel alius poteſt interuenire, quando tractatur de aliqua exceptione, quæ venit examinanda ſeorſum à crimine, *vt l. 1. & l. præſes, C. ad legem Flauiam, de plagiarijs. & ita videtur velle D. Nellus de S. Geminiano in ſuo tractat. bannit. in 2. part. ſecundi temporis, in 14. quæſt. princ. & per not. per Bart. in l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. iud. & per Cyn. & Bald. in l. ratio, de accuſat.* Sed iſta exceptio alleganda, videl. quod fuerunt in errore, concernit crimen, nec poteſt examinari ſeorſum à crimine; ergò procurator non poteſt interuenire: hoc tamen ſubijcio iudicio cuiuſlibet melius ſentientis, *arg. l. Claudius, in fin. ff. qui potior. in pign. habe.* Circa ſecundum dubium principale poſito, quod dictus Baptiſt. non potuerit occidi, an ex nouis probationibus factis per occiſores, quod d. Baptiſt. occiderit illum, propter quem fuit bannitus, debeat abſolui. Et breuiter teneo, quod non, quia ex quo ſemel fuit tortus, & admiſſæ probationes, & condemnatus diffinitiuè, & bannitus, vt in ſecundo banno continetur, non poteſt nec debet amplius de eo crimine inquiri, nec quò ad puniendum ipſum Baptiſt. quia fuit ſemel condemnatus, & mortuus eſt, nec quò ad excuſandũ occiſores, *iuxta not. in l. Senatus, ff. de accuſ.* Nec obſtat ſtatutum ſub rubr. de capientibus bannitos, in quo habetur, quod quis poteſt interficere illũ, qui nondum eſt bannitus vel condemnatus, ſi fuit malefactor manifeſtus vel occultus de delicto, cuius pœna ſit mors. Quia illud ſtatutũ loquitur in illo qui nondum fuerat condemnatus. Nos verò loquimur in eo, qui iam fuerat condemnatus, in quo caſu ſtatu-
21 tum non loquitur, † & ſic iſte omiſſus à ſtatuto habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis, *l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſol. matri. & l.*
22 *commodiſſimè, ff. de lib. & poſth.* † Sed de iure communi, quando ſemel eſt proceſſum contra vnum de vno aſſerto delicto, & fuit condemnatus diffinitiue, amplius de illo crimine non eſt inquirendum, *vt d. l. Senatus, cum ſimil. ff. de accuſ. etiamſi quis offerat ſe probaturum de nouo.* Et ita aliàs vidi conſultum, quaſi per omnes Doct. Paduæ. Et ſic illud ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune in caſu omiſſo, *vt dixi, & probatur in l. 2. C. de noxal. & in l. fin. § in computatione, C. de iur. delib.* videl. dummodo ille malefactor non fuerit condemnatus diffinitiue minori pœna, quàm ſit mors, ſicut fuit in caſu noſtro. Et ſi aliter diceretur, ſequeretur, quod plus poſſet priuatus, quàm iudex, & quis poſſet occidere malefactorem, vbi iudici viſum fuit, non poſſe occidere, quod non eſt dicendum: & maxime, ne detur materia delinquendi & committendi homicidia, *arg. l. in fundo, ff. de rei vendic. & c. vt circa, in princ. & ibi gl. in verbo poſſibile, de elect. in 6. cum ſimil.*

ADDITIONES.

a Excommunicari] *Vide ad hoc Spec. in tit. de accuſ. §. 6. verſ. quid ſi bannitus, Bart. & Doctor. in l. de pupillo, §. ſi de pluribus, de non. oper. nuntiat. D. Alex. in l. qui bis, de verb. oblig. Canon. in c. ea propter, de ſent. exc. vbi fundamentaliter habes totam materiam.*

b Præſumptiones] *Ad materiam vide Paul. de Caſtr. in conſ. 97. incip. Viſis allegationib. ſupraſcriptis, Bart. in l. quod Nerua, 5. col. ff. depoſit. Bald. in rub. C. de probat. D. Alex. in l. fin. ff. de quæſt. Doct. in l. abſentem, ff. de pœn.*

c Sine dolo] *Ad huius concluſionis materiam vide Bald. in conſ. incip. Super punctis mihi tranſmiſſis, Angel. in conſ. 84. incip. Viſo themate, circa fin. Dn. Iac. de May. in l. omnes populi, 24. col. de iuſt. & iur. qui limitat & concordat omnes opinio. Doct. ibidem hanc materiam tangentium, Canoniſt. in c. fin. de homicid. vbi nouiſſimi ſcibentes omnia congerunt.*

d Sed in iure] *Adde Paul. de Caſtr. in conſ. 189. Dn. Alex. de Imol. in l. quod Nerua, ff. depoſit. & in l. non fatetur, de confeſſ. & in conſ. 92. in 1. vol. Bald. & Doctor. in l. iubemus, C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi omnino vide.*

CONSIL. VII.

SVMMARIA.

1 *Bannitus, & non legitimè de banno cancellatus, an impunè occidi poſſit, ſtante ſtatuto, quod bannitus à quinquaginta libris ſupra, &c. & an dicto ſtatuto ſtante ipſum ſtatutum locum habeat, vbi pœna venit parti, & non fiſco applicanda, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Bannitum occidens an ſtatuti præmio gaudere debeat, quando ignoranter occiderit.*

3 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

4 *Factum aliquid non eſſe, vel factum minus legitimè, paria eſſe dicuntur.*

5 *Bannitus ſi illegitime de banno cancellatus fuerit, impunè occidi poteſt, ſicuti ſi cancellatus non eſſet.*

6 *Delictis vbi de pœna imponenda tractatur, veritas & non opinio attenditur.*

7 *Argumentum a ſimili de bannito legitimè & illegitimè quando procedat.*

8 *Factum quò ad iuris effectum pro infecto haberi poteſt.*

9 *Cancellatio in dubio reſtringitur ad rationem vel cauſam, ipſi cancellationi adductam.*

10 Con-

10 ***Condemnati ſi plures fuerint, & vnus tantum ſoluit, ſi tota condemnatio cancellaretur, nihilominus condemnatio in aliorum perſonis valida remaneret.***
11 ***Vbi lex non diſtinguit, an aliqua condemnatio fiſco applicetur, nos diſtinguere debemus.***
12 ***Relaxatio eſt rei ante latæ repræſentatio.***

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Quidam fuit Paduæ condemnatus pro maleficio in ducentis libris, quarum medietas ſit communis, & alia medietas ſit offenſi. Deinde Illuſt. Duc. D. ob pacem factam M. CCCC. LIIII. mandauit quoſcunque debitores communis Vincentiarum ducatorum quinquaginta qui eſſent in carceribus ciuitatis Paduæ libere de carcerib. relaxari & eorum debita cancellari, ita vt in poſterum ob ea nullum eis impedimentum inferatur. Vigore cuius mandati tunc Paduæ Poteſtas iuſſit dictum condemnatum cancellari, & ita in executione dicti præcepti dicta condemnatio fuit cancellata poſtea alius dictum condemnatum & cancellatum interfecit qui nunc eſt captus & in carceribus Paduæ detentus. Et contra eum proceditur de homicidio. Allegatur pro ipſo, quod interfecit condemnatum à quinquaginta libris ſupra pro maleficio, & propterea potuit eum impune occidere vigore ſtatuti Paduæ ſub rub. 18. de malefactoribus capiendis in quo effectu continetur quod non poſſit procedi contra occidentem condẽnatum ex maleficio pecuniaria pœna à libris quinquaginta vel vltra & condẽnatione iniuriæ in dicta ſumma computata. Sed pro parte curiæ dicitur quod imo poteſt contra eum procedi, quia tota dicta condemnatio fuit cancellata, & licet ſit declaratum per auditores nouos ſententiarum, quod dicta cancellatio intelligatur ſolum pro condemnatione centum librarum communis, & quod non pro condemnatione aliarum centum librarum in quibus condemnatus fuit offenſus, tamẽ illa declaratio fuit facta poſt homicidium commiſſum, & ſic nõ potuit facere quod cancellatio facta habeatur pro infecta, *l. in bello. §. facta. ff. de capti.* Item poſito, quod dicta cãcellatio fuiſſet facta ſolum de centum libris communis, tamen non potuiſſet occidi, quia ſtatutum prædictum loquitur quando pœna eſt applicanda fiſco in totum vel ſaltem in aliqua parte, quia tunc bene in ea parte computatur etiam condemnatio iniuriæ, non autem quando eſſet ſola condemnatio iniuriæ & dicitur quod hoc importat verbum computata in dicto ſtatuto poſitum. Modo ex prædictis dubitatur de duobus. Primum eſt, an dictum ſtatutum, quod condemnatus pro maleficio à quinquaginta libris ſupra poſſit impune occidi, habeat locum etiam ſi condemnatus ſit cancellatus de banno, ſed non legitime. Secundum poſito quod ſic, an dictum ſtatutum intelligatur etiam in eo, qui tantum remanet condemnatus pro maleficio iniurię & ſic pro pœna offenſo applicanda. Circa primum dubiũ videtur prima facie dicendum quod dictum ſtatutum non habeat locum quando condemnatus à quinquaginta libris ſupra fuit cancellatus quamuis non legitime quoniam ille qui occidit neſciebat eum eſſe vere debitorem ex maleficio imo veriſimiliter debebat potius credere contrarium ex quo erat cancellatus auctoritate Domini Poteſtatis, & ideo videtur quod
2 non debeat gaudere beneficio ſtatuti. † Sicut non
a debet gaudere *a* præmio ſtatuti præmiantis occidentem bannitum quando occidit ignorante bannitum, *per l. ſi quis in graui. §. vtrum. vbi hoc not. Bart. ff. ad Sill. & per l. ſi is qui alien. §. quod ſi ſeruus. vbi etiam hoc not. Bart. ff. de acquirend. rerum domin. & not. Barto. & Doctor. in l. genero. ff. de his qui not. infam. cum ſimilibus.* Item quia ſic eſt econtra, quando quis occidit bannitum non legitime non debet occidi & excuſatur propter bannum, *vt l. penu. vbi hoc not. Bart. ff. de adult.*
3 ita videtur, quod ſit in caſu noſtro, † vt contrariorum ſit eadem diſciplina, *l. prima, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* Item, quia cancellata fuit, vnde poteſt haberi pro infecta, *l. bello. §. facie. ff. de capti. & l. diſt. ſeruum.*

Sed contrarium eſt verius de iure, videlicet quod dictum ſtatutum locum haberet etiam ſi condemnatus ſit cancellatus de banno, ſed non legitime
4 quod ſic probatur † paria ſunt aliquid non eſſe factum vel factum minus legitime, *l. quoties. ff. qui ſatiſdar. cogant. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. l. non putauit. §. non quæ vu. ff. de contra tabul. & l. ſi non ſerui. ff. de donatio. inter virum & vxorem, cum ſimilibus.* Sed ſi dictus condemnatus non fuiſſet cancellatus, potuiſſet impune occidi, vt dicam in ſequenti dubio, ergo eodem modo dicendum eſt in caſu noſtro, in quo fuit cancellatus ſed nõ legitime, quia illa cancellatio habetur pro non facta, ex quo paria ſunt nõ cancellare vel minus legitime cancellare. Et ita in terminis tenet Io. And. *in l. veniens, extra de accuſa. in nouell.* qui di-
5 cit † quod ſi bannitus eſt illegitime cancellatus de banno poteſt impune occidi, ſicut ſi non eſſet cancellatus. Et idem tenet Bald. *in c. 1. in prin. in tit. hic finitur lex, incipiunt conſuetudines regni in vſibus feudorum, & idem tenet Rayn. in l. ſi non ſerui. per illum text. ff. de dona. inter vir. & vxor.*

Et idem tenet ſolemnis Doctor Dominus Nellus in ſuo tractatu bannitorum in prima parte tertii temporis, quæſtio. 3. Et pro hoc optime facit quod nota. Bartol. *in l. 3. §. condemnatum per illum text. ff. de re*
6 *iudicat.* Præterea hoc probatur alia ratione † in delictis, vbi tractatur de pœna imponenda, attenditur veritas & non opinio, *vt eſt caſus in l. inter omnes. §. recte. ff. de furt. & in §. placuit. in fin. inſtitu. de oblig. quæ ex delicto naſcun. & in l. fin. ff. de crimine expil. hæredit. & ita tenet Barto. in d. §.* recte qui dicit quod ſi quis occidit bannitum quem ignorabat bannitum non debet puniri, quia potius reſpicitur veritas quam opinio quo ad pœnam imponendam per dicta iura, & idem dicit Bartol. & Doctor. *in l. genero. ff. de his qui not. infa.* Et per hoc patet reſponſio ad primum argumentum ſupra in contrarium deductum, quia ibi loquitur de præmio conſequendo, hic de pœna im-
7 ponenda. Nec obſtat arg. 2. dum dixi, † quod vbi
b quis interfecit bannitum non legitime non debet *b* occidi attento banno licet non legitimo. Ita videtur contra quando quis occidit cancellatum non legitime debet occidi attenta cancellatione, licet non

legitima, quia argum. procedit, quando tractatur
de pœna non imponenda non attenditur veritas,
ſed opinio, ſi fuit iuſta cauſa, & ita loquitur, *l. penult.*
& ibi Bart. ff. de adult. Sed in caſu noſtro loquimur,
vbi agitur de pœna imponenda, quo caſu attendi-
tur veritas & non opinio. Non obſtat 3. argument.
dum dixi, quod facta non poſſunt haberi pro infe-
ctis, quia reſpõdetur, quod illud procedit in his, quę
ſunt facti, nam cum cancellatio ſit facta, eſt impoſ-
ſibile dicere quod non ſit facta, ita loquitur *l. in bello.*
8 *§. facta. ff. de capt.* † Sed quoad ius ſeu iuris effectum
factum bene poteſt haberi pro infecto, *vt l. 4. §. con-*
demnatum. ff. de re iudic. & l. quoties. ff. qui ſatiſdar. cogant.
9 *cum ſimilib. ſupra allegat.* † Vltimo, iſta quæſtio deci-
ditur pro hac parte per aliam rationem. Nam licet
in fine condemnationis dicatur cancellatus fuit ſu-
praſcriptus Petrus ſede de plebe, de ſupraſcripta e-
ius condemnatione, & ſic verba cancellationis vi-
deantur prima facie comprehendere totam conde-
mnationem, tamen propter iſtam cancellationem
non intelligitur cancellatus niſi pro centum libris,
in quibus erat condemnatus communi, non autem
pro aliis centum libris, in quibus erat condemna-
tus offenſo. Ratio eſt, quia cancellatio in dubio re-
ſtringitur ad rationem, vel cauſam ipſi cancellatio-
ni adductam, vt eſt tex. *in l. cancellauerat. & ibi hoc not.*
Bart. & Doct. ff. de his quæ in teſtamen. delen. Sed in dicta
ecncellatione ſuerat adducta ratio ſiue cauſa can-
cellationis, qui a dicitur in executione mandati Ma-
gnifici D. Magdalini Poteſtatis Paduæ vigore litera-
rum Ducalium datarum die 13. Aprilis. 1454. in qui-
bus continetur gratia facta carceratis propter pa-
cem obtentam cum Illuſtr. Duc. Mediolani. Et ſic
ratio & cauſa dictæ cancellationis fuit gratia con-
tenta in dictis literis Ducalibus. Sed dictæ literæ
Ducales volunt quod ſolum cancellentur debita
communis, ergo illud mandatum de cancellando,
& dicta cancellatio intelligitur ſecundum dictas li-
teras, & ſic de debito communis tantum, & non de
debito ꝙ debetur offenſo, & pro hoc allego quod
not. ſingulariter Bart. *in d. l. cancellauerat. per illum tex.*
10 † quod ſi plures fuerunt condemnati, & vnus tan-
tum ſoluit, ſi tota condemnatio cancellaretur ni-
hilominus condemnatio remaneret valida in per-
ſonis aliotum, quoniam reſtringitur cancellatio ad
cauſam cancellationis. Et propterea dicit ibi Bar. ꝙ
vidit in vna condemnatione eſſe plures condemna-
tos. Et quia duo ſoluerunt cõdemnationem totam
condemnationem cancellauit, nec aduertit de vno
qui non ſoluit, & dubitatum fuit an poſſit fieri in
non ſoluentem executio, & dicit certe ſic: quia can-
cellatio ad iſtos duos tantum transfertur, ita eſt di-
cendum in caſu noſtro arguẽdo de perſonis ad res,
quod eſt bonum argumentum, *vt no. Bar. in l. mil. ita.*
haeredem. ff. de teſtam. mil. Cum cauſa cancellationis
concernat ſolum centum libras in quibus eſt con-
demnatus communi, licet condemnatio ſit ſimpli-
citer cancellata, tamẽ debet reſtringi ad dictas cen-
tum libras communis, non autem ad alias centum
libras offẽſi, & iſta eſt ipſa veritas, & per hoc ceſſant
omnes dnbitationes, & argumenta, de quibus ſu-
pra. Et propter hoc dicit, auditores noui ſententia-
rum congruenter dixerunt in ſua ſententia, quod
declarauerunt dictam cancellationem non com-
prehendere illas centum libras, quę ſpectant offen-
ſo. Circa ſecundum dubium, an dictũ ſtatutum in-
telligatur etiam in eo qui tantum remanet conde-
mnatus à 50. lib. ſupra pro maleficio iniuriæ, & in
pœna tantum offenſo applicanda, ita ꝙ poſſit im-
pune occidi. Et videtur prima facie dicendum quod
non, quia d. ſtatutum dicit computata condẽnatio-
ne iniuriæ in d. ſumma, & ſic videtur pręſupponere,
quod ſaltem remaneat condemnatus in aliqua par-
te fiſco in qua computetur condẽnatio iniurię, *arg. l.*
fin. § in condemnat. C. de iure deliber. Tamen cõtrarium
eſt verius de iure, quod patet tam ex verbis ſtatuti,
quam etiam ex mente, ex verbis enim apparet, quia
ſtatut. non facit aliquam mentionem de pecuniaria
pœna, applicanda fiſco, ſed ſolũ dicit ſimpliciter de
condemnatione pecuniaria à 50. lib. ſupra ꝓ malefi-
cio. Ergo ſtatutum ſimpliciter loquens debet intel-
11 ligi ſimpliciter, *19. diſt. c. ſi Romanorũ.* † Et vbi lex non
diſtinguit an ſit condemnatio, quæ applicatur fiſco,
e vel pertinet nos diſtinguere c debemus; *l. pretio. ff. de*
Publ. Cum itaq; ſtatutum loquatur de cõdemnatio-
ne pecuniaria ꝓ maleficio, intelligere debemus, ſi-
ue illa condemnatio applicetur parti, ſiue fiſco. Et
quia de hoc potuiſſet dubitari, ſtatuentes ad tollen-
dam iſtã dubitationem addiderunt in fine ſtatuti d.
verba, & condemnatione iniuriæ in d. ſumma com-
putata, quaſi dicat, volumus, quod in cõputatione,
id eſt, ratione dictarum 50. lib. computetur, id eſt,
ratio habeatur condemnationis iniuriæ, id eſt, pro
iniuria, quæ applicatur parti, *per tex. cum gl. in l. inſtar.*
in verb. comput. C. de iur. fiſci. lib. 10. Nec eſt verum, ꝙ in-
telligatur computata, ſcil. in pœna applicanda fiſco,
quia de d. pœna non fit mentio in ſtatu, in ſpecie. Et
12 ideo ad ipſam non debet fieri relatio, † quia rela-
tio eſt rei ante latæ repræſentatio, vt de ſe patet, illa
igitur verba computata in dicta ſententia pœnæ pe-
cuniarię iniuriæ verificantur, quãdo tota pœna par-
ti applicatur, quia tunc vere dicitur computari, et-
iamſi nulla alia pœna reperiatur, *argu. l. 2. cum ibi not.*
C. de hered. inſtit. Ex mente etiam apparet, quod dicta
verba ita intelligantur propter rubric. quæ dicit de
malefactoribus capiendis, nã intentio illius ſtatuti,
quod videtur durum, vt pro pecuniaria pœna quis
poſſit occidi fuit ad hoc, vt malefactores poſſent
capi & occidi, ne delicta remanerent impunita. *l. ita*
vulneratus. ff. ad l. Aquil. & c. vt fama. extra de ſentent. ex-
commun. Vnde ſtatuentes non habuerũt reſpectum
cui pœna ſit applicanda, ſed ad maleficium, & ideo
procedit vbi pœna applicatur parti, ſicut quando
applicatur fiſco, & maxime in caſu noſtro cum ille
condẽnatus fuerit, quia naſum vni extirpauit cum
dentibus, & fuit condemnatus in 200. lib. centũ fi-
ſco, & centum parti. Vnde condemnatus ex malefi-
cio etiam fiſco, licet ergo condẽnatio fiſci, vel com-
munis ſit remiſſa, tamen ex quo remanet pœna par-
tis vltra quinquaginta libras, concludo, quod
dictus condemnatus potuit impune oc-
cidi, non obſtante cancella-
tione prædicta.

ADDITIONES.

a Gaudere Præmio] *Vide ad hoc D. Alex. in conſil. 35. circa fin. in 4. vol. & in conſ. 134. in 1. vol. infra alleg. & in l. omnes populi. col. 7. ff. de iuſtitia & iure, Doct. in l. 3. §. verum ad Sille.*

b Non debet occidi] *Adde D. Alex. de Imol. in conſil. 144. in 1. vol. Bar. in l. 2. §. hac actio. vi bon. rap. Angel. in l. ſi quis ſit fugitiuus, §. item apud Labeonem, ff. de adi. edict. Doct. in l. 1. ff. de vent. inſpi. vbi eſt huius concluſionis ſingularis materia.*

c Diſtinguere debemus] *Adde ad materiam Bart. & Doct. in l. furti. §. pactum, ff. qui pet. an. tut. copioſius quam alibi in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure. & in l. dubium, C. de legibus & ibi Doct.*

CONSIL. VIII.

SVMMARIA.

1 *Bannitus an poſſit impune occidi infra quindecim milliaria vltra territorium, in quo maleficium commiſit, ſtante ſtatuto puta Taruiſii, quod bannitus de Taruiſio, & vltra territoriū per quindecim milliaria impune occidi poſſit ſi reperiatur bannitus Taruiſio in territorio Paduano quod non diſtat per 15. milliaria à territorio Taruiſino, an impune occidi poterit numeris in omnib. ſequentib. per totum conſilium.*

2 *Bannum nihil aliud eſt quam prohibitio ſtandi in aliquo loco.*

3 *Iuriſdictio aliqua per ſtatutum augmentata intelligitur, nedum reſpectu loci, ſed etiam cum omnibus ſuis qualitatibus*

4 *Species tantum operatur quantum genus in ſuo genere*

5 *Prorogatio quando fit, intelligitur eſſe facta cum omnibus qualitatibus ſuis etiam in pœnalibus.*

6 *Princeps vel dominium leges ſuas ignorare non præſumitur.*

7 *Legibus, non autem exemplis iudicandum eſt.*

8 *Cauſa qualibet etiam iniuſta dolo excuſat.*

9 *Iterpretationem benigniorem in pœnis in dubio accipere debemus.*

10 *Nocentem melius eſt abſoluere quam innocentem condemnare.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac innocata Spiritus ſancti gratia. Dicendum eſt breuiter, quod ille bannitus potuerit impune occidi pluribus rationibus. Prima eſt, quia ille qui eſt occiſus erat bānitus etiā per 15. milliaria vltra territorium Taruiſinum, ergo vigore ſtatuti Taruiſij poſſit impune occidi, quod illud ſtatutum loquitur de bannito, & ſic pro omni loco in quo eſt bannitus. ſ. in illis 15. milliaribus, igitur, &c.

Nec obſtat ſi dicatur, non valuit dicta ſententia, quia non potuit banniri extra territorium, *l. fin. ff. de iur. omn. iud.* quia reſpondetur, quod hoc potuit facere vigore partis conſilij rogatorum, de 1444. quæ prohibet, quod banniti nō poſſint ſtare per 15. milliaria vltra territorium, quia ſi prohibet igitur ſunt[a]
2 banniti † quia nihil aliud eſt bannum, quam prohibitio ſtandi in aliquo loco, & iſta prohibitio eſt generalis per omnes terras Illuſt. Duc. D. Ven. vnde quod factum fuit per prætorem Taruiſinum videtur factum auctoritate principis, *per ea quæ no. Bar. & alij Doct. in l. & quia. ff. de iur. omn. iud.* Item quia interpretatur cōſuetudo, vt patet per ſententias Domini Poteſtatis Taruiſij, & D. Andreæ Bernardi Poteſtat. Paduę per quam toleratur dicta ſententia, & ita etiam ſeruatur Vincentiæ, vt apparet in literis Ducalib. de 1449. Item quia propter iuſtam ignorantiam excuſatur. *Bar. in l. pen. ff. de adult.* Item quia non licet Prætori Paduæ opponere, vel venire contra dictam ſententiam, ſecundum ordines Venetorum. Nec obſtat ſecundo ſi dicatur ſtatutum Taruiſij loquens
3 † quod bannitus poſſit impune occidi, intelligi debet ſolū de territorio Taruiſino, & ſic iudicis bannientis, *l. ſi. ff. de iur. omn. iud.* Quia reſpondetur, quod ex quo vigore partis poteſt banniri etiam per quindecim milliaria vltra territorium, intelligitur augmētata iuriſdictio nedum reſpectu loci, ſed etiam
a cum omnib. ſuis qualitatibus, *a* & cum omni cauſa ſua; *l. & ſi dotē, C. de iur. dotium & l. inter ſocerum, §. cum inter. ff. de pact. dota. & l. ſi cōuenerit, §. ſi. nuda. & §. ſi fundus, ff. de pig. act. Et per not. per Bal. in c. 1. §. ſi quis de manſo. in tit. de contro. inueſt.*

Si ergò permiſſum erat occidi bannitum per totum territorium à quo poterat banniri, eodem modo ſi extēditur poteſtas banniendi vltra territorium per quindecim milliaria videtur ſimiliter extenſa poteſtas occidendi bannitū per quindecim milliaria. Nec obſt. dum dicitur, quod aut augmentatio fit ſimpliciter, aut ſecundū quid, ſi fit ſimpliter fit cum ſua cauſa. Secus ſi fit augmentum ſecūdum quid, vt not. Cy. & Bal. *in d. l. & ſi dotem per l. Seio, §. Tyranni, ff. de fundo inſtr.* Quia reſpōdetur, quando fit augmentatio ſecundum quid, & ſic quo ad quædam, & tunc cōcedo quod non cenſetur eſſe facta cum omni ſua cauſa, omnib. qualitatibus ita loquitur Cyn. & Bal. Sed bene fit cum ſua cauſa, & ſuis qualitatibus concernentib. illud particulare in quo facta eſt augmē-
4 tatio: † quia tantum operatur ſpecies, quantum genus in ſuo genere, *in l. ſi duo. ff. de admi. tu.* Sed ſi eſſet facta vnio, & augmētum generaliter intelligeretur eſſe facta augmentatio cum omnib. ſuis qualitatib. generaliter, ita quando eſt facta augmētatio in ſpecie, vt banniti de territorio Taruiſino ſint etiā banniti per 15. milliaria vltra, quātum ad materiam banni in his quæ veniunt in conſequentiam banni, puto quod poſſit impune occidi venit in augmento, & iſtud eſt clariſſimum in iure.

Præterea hoc etiam probatur ad idē alia ratione
5 ſimili, † prorogatio intelligitur eſſe facta cū omnibus qualitatib. ſuis etiam in pœnalib. vt not. Bart. & Doct. *in l. 1. in §. & poſt oper. ff. de ope. no. nun. & idem not. Bal. in l. 1. in 8. q. C. de his qua pœna nomine, & in l. ſi. C. de arb. & in l. accept. in 7. q. C. de vſur. & in l. fin. in 8. col. C. de contrah. emp. & Pau. de Caſt. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. in conſ. ſuo 116. & Iun. in c. præterea extra de ap. & Domin. in c. vbi paruulum de elect. in 6. cum ſimilib. & ita vult etiam Bart. in materia pœnali. in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Procul. & ibi Doct. ff. de ver. obl.* Nec obſt. ſi dicatur de iure communi banniti de vna prouincia intelliguntur etiam banniti ex quacunq; alia prouincia, & tamē bannitus non poterat puniri niſi per præſidem illius prouinciæ, & in illa prouincia in qua deliquerat, *l. ſi cui.*

§.fin.cum ibi not.ff.de accuſ. Quia reſp.quod quantum
ad bannum, hodie ſecus eſt in ciuitatibus Dominii
Venet. vt l. non intelligatur bannitus ab omnibus
ſuis terris. Sed quantum ad condemnandũ, eſt idem
ſicut de iure communi, quia non poteſt condemna-
ri niſi per iudicem loci in quo eſt commiſſum deli-
ctum. Sed de iſto non eſt quæſtio noſtra, ſed quęſtio
eſt de loquente, quod bannitus poſſit impune oc-
cidi, quia tale ſtatutum tantum operatur, & in tan-
tum extenditur in quantum operatur, & extendi-
tur bannum, *vt ſupra dixi.* Et idem erat de iure com-
muni in imperio, quia ille qui erat hoſtis imperii
Romani erat bannitus per totum Romanum im-
perium, & tanquam hoſtis poterat ibi occidi, l.
quos nos hoſtes. ff. de verborum ſignificationibus.
Cum ergo bannitus occiſus ſolum fuit bannitus vl-
tra territorium Taruiſinum per 15. milliaria per illa
loca ſolum eſt hoſtis, & in illis tantum locis poteſt
occidi. Secus ſi eſſet bannitus ab omnibus ciuitatib.
imperii Ven. quia tunc vbiq; in imperio Ven. poſſet
occidi, *arg.gl.no.in fin.in c.1.in prin.in tit.* hic finitur lex
incipiunt conſuetudines regni. *Et quod not. Alb. de Ro.
in ſuo opere ſtatutorum. in 4. par. quæſt. 85. & per ea quæ di-
xi plenè. l. in itinere. in 5. quæſt. ff. de verb. ſig.* & iſta eſt ipſa
6 veritas. Præterea aliter poteſt reſponderi, † quia
non præſumitur princeps vel dominium ignorare
leges ſuas, *l. omnium. C. de teſt. & c. 1. de conſt. li. 6.* Et ma-
xime cũ ſit ſcripta in corpore iuris Ven. per d. iura.
Imo etiam ſi non eſſet ſcripta, & eſſet extrauagans i-
dem eſſet ex quo eſt notoria, *vt not. in l. cum prolatũ. ff.
de re iud. & in c. paſto. extra de ſi. inſt.* Nec obſt. ſecundo,
quod alia declaratio Illuſt. D. D. de 1446. reperitur
cõtraria quæ terminat expreſſe quod in illis 15. mil-
liaribus poſſit capi, ſed non occidi, quia illa quæ eſt
de 1448. eſt poſterior, & derogat priori, *l. pacta nouiſ-
ſima. C. de pactis l. ſi quis. in prin. teſt. ff. de leg. 3.* Item quia
illa eſt in territorio Vincentino, noſtra in territorio
Taruiſi. vnde non obſt. *arg. l. cum quæritur. cum. l. ſeq. ff.
de excep. rei iud. & ar. totius tit. C. res inter alios acta.* Item
quia diuerſa eſt ratio in vno, quam in alio: quia ibi
fuit occiſus ab inimicis ſiue cõmuni hic tantũ pro-
pter adulterium commiſſum cum vxore. Item quia
occiſores erant abſentes hic in carceribus vnde hic
durius ageretur cum præſente ſi occideretur, quam
cum abſente ſi bannitur, vt de ſe patet. Nec obſt. *l. 2.
C. de leg.* quia declaratio debet eſſe generalis, quia ve-
rum eſt niſi appareret ꝙ alias ſit intentio principis,
ſicut eſt in caſu noſtro per literas Duc. de 1460. quæ
aut reuocãt primam aliter ſtatuendo, aut volunt a-
liter ſeruari Taruiſii, aliter Vincentię ex aliqua forti
cauſa. Tertia ratio principalis eſt: quia vltra declara-
tionem Illuſt. D. D. Ve. habemus ſententiam D. Po-
teſt. Taruiſii de 1459. & ſententiam D. Andreæ Ber-
nardi Poteſt. Paduæ de 1463. ex quibus paret, ꝙ ita
7 eſt iudicandum. † Et licet à legib. non exemplis ſit
iudicandum, *l. nemo. C. de ſenten.* Tamen hoc verum,
quando eſſemus in caſu claro, ſed vbi ſumus in du-
bio, debemus ſequi etiam exempla aliorum, *vt l. an
apud. ff. de manu. vindi.* & maxime cum ſit alicuius au-
ctoritatis, *vt dicitur de Treba. inſt. de C. in prin. & ita vult
etiam Sal. & Raph. in d. l. nemo. C. de ſent.* Sed in caſu no-
ſtro res eſt clara ꝓ occidente. Et ſi non eſt clara, eſt
ſaltem dubia: ergo exempla mouere debent iudi-
cantem. Et hoc maximè ſeruant Domini Veneti
in dubio. Et ita vult etiam ſtatutum Venet. ꝙ ſequi
debemus in hac parte, cũ tractetur de declaratione
partiũ & literarũ Duc. *per no. in l. de quib. ff. de l. in prin.*
Quarta ratio eſt, quia magnific. veſtra ſeu veſtri iu-
dicis maleficiorũ fecit mẽſurare iſta 15. milliaria prop-
ter ꝙ declaratur etiam in hanc partẽ inclinaſſe, &
ita crediſſe, ſicut vere & iuſte credidit. Quinta ra-
tio eſt, quia etiamſi de iuris rigore aliter eſſet, tamen
ex quo Vitalian. de Vitalianis ductus fuit iſto & cõ-
8 muni errore excuſatur à dolo. † quia quęlibet cau-
ſa etiã iniuſta excuſat à dolo, *l. igitur. §. 1. ff. de lib. cau. &
not. gl. in l. ſi plagii. 2. C. ad l. Flauiam. de plag. & gl. 2. ma-
gna. in fi. in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti nõ obtemp.* Et excuſatur
etiam à pœna legali, *vt no. Io. An. in c. 1. de ele. lib. 6. in no-
uel.* Et hoc vult Bar. quaſi in terminis quæſt. noſtræ
de bannito, *in l. pe. ff. de adul.* Facit optime quod habe-
tur, *in l. quæ ſit fugiti. §. apud Labeon. ff. de adil. edi. & ibi
no. Bar.* Et ꝓ hoc facit quod no. Pe. de Anch. *in c. cum
conſue. per gl. 1. in fi. extra de conſue.* qui dicit quod cum
quidam rector villæ feciſſet ponere quẽdam in cõ-
ped. fuit cõtra eũ formata inquiſitio, ꝙ ipſe tenue-
rat priuatos carceres, *contra tit. C. de priua. carce.* & i-
ſte ꝓbauit, quod ſui maiores facere conſueuerunt,
& fuit abſolutus. Sexta ratio eſt, quia iſtũ dolorem
non potuit temperare, *per l. ſi adult. cum inceſt. §. Impe-
rator. ff. de adul. & l. Gracchus. in fi. C. de adul. & habetur per
Pau. de Caſt. in conſ. 192. in 4. dub. prin.* Septima & vlt.
9 ratio eſt, † quia in dubio in pœnis debemus acci-
pere benigniorem interpretationem, *l. ſi de interpre-
tatione. & l. præſes ff. de pœn. & ita vult Illuſt. D. D. in ſimili
cauſa in literis Ducalibus, de 1460.* Et in dubio debemus
potius eſſe proni ad abſoluendum, quam ad conde-
mnandum, *l. Arianus. ff. de act. & oblig. & l. fauorabilio-*
10 *res. ff. de reg. iur.* † Et propterea dicitur melius eſt
nocentem abſoluere, quam innocentem conde-
mnare, *l. abſentem. in princ. ff. de pœn. cum ſimilib.* Et ma-
xime in caſu noſtro vbi eſt occiſus bannitus pro-
pter homicidiũ. Vnde ſolet dici: Homicidia quod
fecit, ſemper expecter, *l. 3. C. de Epiſcop. audien.* & quia
etiam erat rixoſus, & multa facinora commiſerat,
ex quibus fuerat pluries condemnatus Paduæ, quas
condemnationes pro parte ſoluerat dictus Vitalia-
nus, & ei vxorem dederat, & poſtea conturbirauit
vxorem ſuam, vnde ſtãtibus dubiis prædictis, & ius,
& æquitas, & omnis bona conſcientia perſuadere
debet, quod debeat abſolui.

ADDITIONES.

a Cum omnibus ſuis qualitatibus] *Adde D. Alex. de I-
mol. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. Bart. & Doctor. in l. Labeo la
ſeconda, ff. de arbit. multa per Canon. in c. 2. de appella.
vbi vide.*

CONSIL. IX.

SVMMARIA.

1 *Debitor priuati, an ex delicto bonis cedere poſſit, numero
ro omnibus ſequentib. per totum conſilium.*

2 *Debiti mole prægrauatus bonis cedere poteſt.*

3 *Bonorum ceſſio in criminalibus non ſufficit, ſed qui pe-
cuniam ſoluere non poteſt, in corpore luat.*

4 Bonis

4 *Bonis cedere non poteſt, quando quis doli ratione conuenitur.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu ſumere non debemus, vbi alienus intellectus, vel iuri contrarius reſultaret.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Quidam ex delicto fuit condemnatus fiſco in certa quantitate, & in alia quantitate parti, habens gratiam dilationis à principe pro parte debita fiſco, fuit incarceratus ad petitionem partis creditoris offenſi. Debitor vult cedere bonis, vt exeat de carceribus, creditor dicit, quod non poteſt ipſo inuito. Quæritur quid iuris? Et videtur prima facie dicendum, quod poſſit bonis cedere, & ſe liberare à carceribus, *per l.1.C. qui bon.ced.poſſ.* Item de hoc videtur text.*cum gloſſ.ſingul.Inſtit.pro ſoc.in §.item ſi quis ex ſocijs*, nam in text. i-
2 bi dicitur, † quod male debitis prægrauatus poteſt bonis cedere. Et glo.ibi examplificat dicendo, quia fiſco vel priuatis debebat. Et ſic vult illa gloſſ.quod debitor,& priuati, & fiſci poteſt bonis cedere, *alleg. l.verum.§.1.pro ſoc.& illam gloſſ.allegat pro ſingul. Ang.in tract.de car.in 4.col.in fin.C.qui bon.ced.poſſ.* licet dicat, quod verius eſt, vt ſit ſupplicandum fiſco. Item pro hoc facit ſtatut. Paduæ, *ſub rubr.de conceſſ.bannis.in c.pen.* quod vult, vt obligatus vel condemnatus communi immediate ex obligatione contracta cum eo poſſit cedere, *arg.l.1.§.huius rei,ff.de offic.eius cui man. eſt iuriſ.* Sed his non obſtantib.contrariũ teneo eſſe de iure verius. Nam quando quis eſt debitor ex delicto, ſiue ſit debitor fiſci, ſiue priuati, non poteſt
3 bonis cedere, † quia in criminalibus non ſufficit ceſſio bonorum, ſed qui non poteſt ſoluere pecuniam, luat in corpore, *vt not.gl.in c.peccatum,de reg.iur. lib.6.per c.fraternitatis,12.q.2.quem ſequitur Ang.in l.2.ff. de ceſſ.bon.& idem tenet gloſſ.in verb.cruciatus, per illum text.14.q.6.in c.1.ſi res,& idem etiam tenet gl.86.diſt.non ſatis, circa princ.in verb.debitum,& idem tenet Innoc.& Canon.in c.Odoardus, extra de ſol.& idem tenet Alber.de Roſ.in rubr.C.qui bon.ced.poſſ. qui dicit, quod communiter Doct.tenent hanc opin.alleg.l.quicunq; C.de ſer.fugit.& quod ibi dixit in verſ.in quarto dicto,&c.& alleg.etiam l.1.§.vlt.ff.de pœ.& l.qui ædes,ff.de incen.rui.nau.& l.fin.ff. de in ius voc.& quod ipſe dixit in l.ſi quis curialis, in fin.C. de Epiſc.& cler.* Et hanc opin. tenent etiam Oldra. & Iac.de Aret.qui allegabant, *l.obſcænus,ff.de admi.tut. cum ibi not.vt refert Alber.de Roſ.in d.rubr.circa fin.C.qui bon ced.poſſ.* Et eandem opin. tenet Bald. *in l.ſi quis id*
4 *quod,ff.de iuriſ.om.iud.* † vbi dicit, quod quando quis conuenitur ratione doli, non poteſt cedere bonis. Et hoc vult etiam Albet. *in rubr.circa fin.* qui dicit in quæſt. noſtra, quod conuentus ex dolo non habet beneficium, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, *l.etiam.§.1.ff.ſolut.matri.in l.ſi rerum amotarum,ff.de re iudic.bene facit l.vltima,§.fin.ff.de his quæ in fraud.cred.* Et iſtam ſententiam ſecutus eſt etiam Dn. meus D.Ioan. de Ana. *in c.Odoardus, extra de ſolut.* dicens, quod ille, qui conuenitur ratione doli non habet priuilegium ceſſionis, allegat Bald. *in d.l.ſi quis id quod.* Et idem etiam tenet Salic. *in l.1.verſ.ſexto quæro,C.qui bon.ced.poſſ.* Et ex prædictis apparet, quod communis ſententia eſt, quod debitor ex delicto, etiamſi eſt debitor priuati, non gaudet beneficio ſtatuti, vt dicit etiam Alber.de Roſ. *in d.rubr.circa fin.* Ergo ab iſta ſententia in iudicando nõ eſt recedendum, *per not.in c.1.& in c.ne innitaris,extra de conſtit.& in c.Capellanus,extra de feriis,& in l.fin.C.de pœna iudicis qui male iudicauer.cum ſimil.&c.* Nec obſtatit allegata ſupra in contrarium & primo, *l.1.C.qui bon.ceder.poſſ.* quia debent intelligi in debitore ex contractu, non ex delicto. Et ſimiliter reſpondetur ad gloſſ. *Inſtit. pro ſocio.in §.item ſi quis.* Nec obſtat ſtatutum Paduæ, quia illud ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune, *vt not.eleganter Bald.in l.1.C.qui bon.ceder. poſſ.facit quod not.per gl.& Doct.in l.fin.§.in computatio-*
5 *ne,C.de iur.deliber.* † Nec debemus ſumere argum.
a à contrario ſenſu, 4 vbi reſultaret alienus intellectus, vel iuri contrarius, *l.2.C.de condit.inſer.& l.conuenticulum,C.de Epiſc.& cleric.* Vel ſi volumus intelligere, vt ſumatur argumentum à contrario ſenſu, dicendum eſt, quod ibi loquitur de obligatione, orta ex contractu, vt patet ibi, dum dicit de obligatione cum communi contractu. Et ſic ſumitur argumentum à contrario ſenſu, quod ſi eſſet debitor ex contractu priuato, bene poſſet cedere bonis, vt probatur ibi obligatus communi immediate, ſcil. ex contractu inito cum communi. Secus ſi priuato licet illa obligatio poſtea tranſiret in eum, quia tunc ſtatutum vult, quod tranſeat cum ſua cauſa, videlic. vt poſſit fieri ceſſio, *l.Marcellus,§.fin.ibi fiſcus cum ſuis oneribus,ff.ad Trebell.* Nec obſtat ſi dicatur, etiam ille, qui tenetur ex delicto dicitur obligatus, quia delictum committens videtur velle pati ſe damnari & obligari ad pœnam, quæ oritur ex illo delicto. *vt eſt gl.not.in l.1.§.beſtias,in verbo onerari,ff.de poſtu* Quia reſpondetur, quod ſtatutum non loquitur de obligatione, ſed de illa tantum, quæ non oritur ex delicto, ſed ex contractu, quod patet, qnia illa, quæ oritur ex delictis, oritur immediate fiſco, vt dixi, cum ſtatutum faciat mentionem de illa obligatione ex contractu. Pręterea non erat neceſſarium, quod loqueretur de obligatione, orta ex delicto, quia de iure communi ſimiliter non poterat nec poteſt fieri ceſſio, etiam in debitore priuati, *vt dixi*, vt ergò aliquid operetur, intellectus eſt, vt loquatur de obligatione, quæ oritur ex contractu, non ex maleficio, *argu. l.ſi quando,ff.de legat.1.& c.ſi Papa,de priuil.lib.6.*

ADDITIONES.

a Contrario ſenſu] *An & quando argum.à contrario ſenſu valeat, vide Paul.de Caſt.in conſ.344.& in conſ.333. Lud.de Rom.in conſ.392.& in conſ.448.Dn.Alex.de Imol.in conſ.5.in 4.vol.& in conſ.76.col.4.volu.4.Dn. Barth.Socin.in conſ.166.incip.viſis inueſtitu.verſ.præterea,cum verſ.ſeq.in 2.vol.char.29.incip.in quæſt.vertenti, verſ.præterea non debet, eod.2.vol.chart.197.copioſe per Dn.Alex.& Doctor.in l.omnes populi,ff.de iuſtit.& iur.*

CONSIL. X.

SVMMARIA.

1 *Clericus prima tonſura coniugatus, an & quando priuilegium clericale amittat,& quis iudex eſſe debeat,& an & quando iudex laicus ſuperſedere debeat, &*

ipſum accuſatum ad iudicem Eccleſiaſticum mittere, numeris omnibus ſeqq. per totum conſil.

2 *Iudex Eccleſiaſticus inhibitorias literas iudici Eccleſiaſtico, tanquam ſuperior perſonarum Eccleſiaſticarum mittere poterit.*

3 *Iudici ſeculari fides facienda non eſt, quò ad perſonarum Eccleſiaſticarum inſtructionem.*

4 *Perſona Eccleſiaſtica an ſit admittenda, cum offert ſe probaturam, omnia feciſſe, quæ requiruntur, vt beneficio clericali gaudeat.*

5 *Defenſio neq; Diabolo deneganda eſt.*

6 *Probationes fiendæ per perſonam Eccleſiaſticam ex cauſa alicuius maleficij, coram quo iudice fieri debeant.*

7 *Cauſa ſeu res Eccleſiaſtica per iudicem laicum tractari non poteſt.*

8 *Clericus coniugatus, ſi non portat habitum vel tonſuram, priuilegium amittat.*

9 *Sententia & cauſa cognitio de re Eccleſiaſtica ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat.*

10 *Clericus coniugatus quò ad forum regulariter beneficio clericali gaudet.*

11 *Statutum ſi velit, quod cauſa inter affines compromitti debeant, & vertatur in dubium, an aliqua cauſa ſit compromittenda, puta, quia dicatur, quod non ſunt affines, iſta etiam cauſa compromittenda eſt.*

12 *Iudex laicus an in clerici accuſatione ſuperſedere debeat, donec fuerit cognitum & deciſum per iudicem Eccleſiaſticum de priuilegio clericali.*

13 *Iudex ſecularis remittere debet perſonam Eccleſiaſticam cum actis ad Eccleſiaſticum iudicem, ſi ipſe iudex Eccleſiaſticus ita pronuntiauerit.*

1 NON † putet aliquis, magnifice Prætor,
me hanc rem, de qua diſputaturi ſumus,
acceſſiſſe, vt alicuius delicta velim defen-
dere, ſed vt iuriſdictionem Eccleſiaſticam tueri le-
gitime valeam, quę profectò à nemine vnquam ne-
gligenda eſt, ſed potius ab omnibus defendēda. Di-
cam itaq; Prætor Illuſt. prius tamen venia quæſita.
Et in primis, vt res clarius intelligatur declarandum
eſſe exiſtimo, quid nobis conueniat cum magnifi-
centia veſtra veſtriſque iudicibus, & quid in con-
trouerſia ſit, conuenimus in hæc verba: Matthæus
de Rodigio Paduanus, clericus coniugatus, accuſa-
tus eſt ludo ad officium iudicis veſtri Aquilæ, accu-
ſatus fugit ad curiam Eccleſiaſt. videlicet ad D. Co-
ſmam Contarenum, Reuer. vicarium, Reuer. D. E-
piſc. Paduani, vt ipſum defendat in ſua iuriſdictio-
ne clericali, fecitq; ei fidem per publica documen-
ta de tit. ſui clericatus & primæ tonſuræ. Fecit et-
iam fidem per atteſtationes teſtium, aliàs in curia
Eccleſiaſtica receptas tonſuram clericalē, quæ vul-
gariter clericalem nuncupatum habuiſſe & portaſ-
ſe quid: vicarius volens, vt teneatur tueri ſuam iu-
riſdictionem, ſcripſit domino iudici veſtro ad offi-
cium Aquilæ literas inhibitorias, vt in huiuſmodi
cauſis ſcribi conſueuit. Et vt dn. iudex veſter clarior
redderetur, productum eſt inſtrumentū publicum
ſui tituli clericatus. & productæ ſunt atteſtationes
prædictæ. & petitum eſt, vt remittatur ad curiam
Eccleſiaſticam. In his omnibus ſine dubio nulla
eſt inter nos controuerſia. Conuenimus etiam, vt
arbitror, in alio, videlicet Reuer. D. Vicarium non
eſſe redarguendum, ſi facta ei fide de tit. clericali &
2 de tonſura, ſcripſit literas inhibitorias, † quia
in hoc tanquam ſuperior inhibere potuit, *vt not. gl.
1. in c. decernimus, de ſen. exc. in 6. & Ang. in l. conſulta di-
ualia, C. de teſtam. & in l. ex ea, ff. de poſtu.* Nec ſimiliter
reprehendendū eſſe D. Iudicem veſtrum Aquilæ, ſi
non remiſit in continenti Matthęum accuſatū cum
actis ad forum Eccleſiaſt. ex quo non fuit ſibi facta
fides de omnibus, quæ ſunt neceſſaria ad hoc, vt cle-
ricus coniugatus gaudeat beneficio fori Eccleſiaſt.
ita vt debeat remitti ad iudicium Eccleſiaſticum,
3 † quæ fides non eſt facienda iudici ſeculari, quò ad
inſtructionem & ad iudicandum in coſcientiam, vt
dicit Bald. *in l. ſi quis per calumniam, in 2. col. verſ. ſed pone
quod ſi. C. de Epiſc. & cleric.* Sed in controuerſia ſunt
plurima, vt exiſtimo: Primum eſt, ſi Matthæus au-
diendus eſt, ſi vult probare, ſe feciſſe omnia, quæ re-
quiruntur, vt gaudeat beneficio clericali. Secun-
dum quis iudex debeat iſtas probationes accipere,
& ſic coram quo iudice debeat fieri iſta probatio, &
quis iudex de cauſa debeat cognoſcere. Tertium,
quis iudex debeat pronuntiare ſuper hoc, an gau-
deat beneficio clericali, quò ad forum. Quartum,
nunquid interim iudex laicus, & ſic d. iudex magni-
ficentiæ veſtræ debet ſuperſedere in dicta accuſa-
tione contra ipſum Matthęum de ludo facta. Quin-
tum & vltimum, an ſi pronuntiabitur per D. Co-
ſmam vicarium Reuer. D. Epiſcopi Paduani, dictum
Matthæum gaudere beneficio clericali, teneatur
iudex veſter & veſtra magnificentia ipſum Matthęū
ad forum Eccleſiaſticum remittere cum omnibus
4 actis & actitatis. † In primo dubitationis articulo,
an Matthæus ſit admittendus, ſi dicit & offert, ſe
probaturum omnia feciſſe, quæ requiruntur, vt
gaudeat beneficio clericali, modica eſt dubitatio,
quia de hoc eſt caſus, quod ſic, *c. ſi iudex laicus, de ſent.
excom. lib. 6.* Et ſi aliter diceretur, tolleretur ipſi Mat-
5 thæo defenſio, † quæ nulli etiam Diabolo eſt de-
neganda, *in clem. paſtoralis, & ibi not. doc. & iudic. & not.
in c. quæ in Eccleſiarum, extra de conſtitut.* Imo ſi non ad
mittetur communis defenſio, cum offerat, ſe pro-
baturum, poſſit legitime appellare ab iſto grauami-
ne, & in cauſa appellationis non eſſet opus proba-
re, niſi hoc, quod non fuerit admiſſus ad proban-
dum, *vt est caſus in c. interpoſita, in princ.* & *ibi hoc not. gl.
& Doct. extra de appell. & not. in c. ex parte ad. extra de te-*
6 *ſtib.* & iſtud eſt clarum. † De ſecundo, quis iudex
debeat iſtas probationes recipere, & ſic coram quo
iudice debeat fieri iſta probatio, & quis de ea debet
cognoſcere; & hoc ſimiliter eſt clarum, ipſam fieri
debere coram d. Coſma Contareno iudice Eccleſi-
7 aſtico, quia iſta eſt res Eccleſiaſtica, † quę per iudicē
laicum tractari non poteſt, *vt eſt caſus ad literam in c. ſi
iudex laicus, in princip.* ibi dubitationis huiuſmodi *de
ſent. excom. & not. Ang. in l. quidam conſulebant, in 1. fall. ff.
de re iudic.* vbi vult, quod laicus iudex non poſſit eſſe
iudex, quod eſt intelligendū, etiamſi eſt quęſtio, ne-
dum iuris, ſed etiam facti, puta, ſi eſt clericus, ſi defe-
rebat habitum & tonſuram, *vt not. Pet. de Anch. in re-
gula ea, quæ in 4. quæſt. princ. de reg. iur. in 6.* licet in alia
materia de hoc dubitetur, *vt not. in l. quoties, C. de iud.*

& voca.

& vocari tamen debet iudex ſecularis, vel is, cuiuſcunq; intereſt, vt ibi dicitur, & ita tenent D. de Rota *in deciſ. 186. quæ incipit: Item ſi clericus coniugatus.* & D. Dominicus *in d. c. ſi iudex laicus, in fin. in cæteris in vltima col. de cler. coniug. lib. 6.* qui hoc tenet indiſtincte in veſtibus. Sed in tonſura dicit, quod ſi depoſito bireto apparet euidenter, quod non habeter tonſuram, ſecus dic, vt ibi, vbi omnino vide. Sed in caſu noſtro hoc non fuit obſeruatum in tonſura; ergo, &c. Nec obſtat dum dicitur, quod ſufficit, eſſe certum ipſum, non detuliſſe habitum & tonſuram, vel alterum iſtorum; vt eſt caſus ſecundum vnam lect. gl. *in c. ex parte tertia, de priuil.* quia illud eſt verũ de certitudine, quæ fit per iudicem Eccleſiaſticum. Nec obſtat gl. *in verbo debet, in d. c. ſi iudex laicus,* quia illa gloſſ. loquitur, quando hoc conſtat, quod cle-
8 ricus vxoratus non portat habitum vel tonſuram. † de hoc eſt caſus *in c. 1. de cleric. in 6.* quod amittit priuilegium, ſed in caſu noſtro hic nondum conſtat, quia nondũ ſunt factę probationes coram iudice Eccleſ.
9 &c. † Super tertio eſt minor dubitatio, quod d. Coſma vicarius D. Epiſcopi non eſt iudex laicus, vt probatur *in d. c. ſi iudex laicus, in prin.* vbi dicitur, quod huiuſmodi cognitio ſpectat ad iudicem Eccleſ. ergo ſpectat etiam ad eum ſententia, quia de qua re cognouit iudex, de ea pronuntiare debet, *in l. de qua re, ff. de iud. cum ſimil.* Et ita in effectu volunt D. de Rota *in d. deciſ. ſua 196.* & D. Dom. *in d. c. ſi iudex laicus, in fin.*
10 Hoc etiam probatur ratione, † clericus coniuga-
a tus regulariter gaudet *a* beneficio clericali, quò ad forum, nec poteſt coram iudice ſeculari trahi etiam pro delicto, etiamſi pœna tantum pecuniaria imponatur, vt eſt caſus *in c. 1. §. 1. de cleric. coniug. lib. 6.* Et ſic iſte clericus gaudens dicto beneficio, debet per iudicem tantum Eccleſiaſt. iudicari etiam, quando eſt clericus primæ tonſuræ, vt eſt caſus *in c. 2. & ibi not. per D. Ant. de But. & Doct. extra de foro compet. & not. in c. ſi diligenti, eod. tit.* Ergo ſi eſt quæſtio incidens, videlicet ſi eſt clericus, vel non; hæc debet per eundem iudicem Eccleſ. terminari, vt habetur *in c. tuam, extra de ord. cogn.* Et pro hoc optime facit gl. notabilis, & quod ibi not. Bart per illam gl. *in l. ſi quis in con-*
11 *ſcribendo, C. de pact.* vbi ſingul. dicit, † quod ſi ſtatutum vult, quod cauſæ inter affines debeant compromitti, & vertitur in dubium, ſi aliqua cauſa eſt compromittenda, puta, quia dicitur, quod non ſunt affines, iſta etiam cauſa eſt compromittenda. Et pro hoc facit ratio, quia ille, qui eſt iudex præparati, debet eſſe iudex præparatorii, *vt l. ordinarij, cum ibi notatis, C. de rei vend. & l. qui de crimine, C. de accuſ.* Et facit ad hoc optime quod no. *Bar. in l. 3. in vlt. col. ff. de alim. & cib. leg.* Item hoc probatur *in l. quoties, C. de iud.* Et facit etiam ratio, quia ſi aliter diceremus, eſſet aperta via tollendi priuilegia clericis per laicos, qui ſæpe in exhibenda iuſtitia clericis ſunt remiſſi, vt dicit text. *in c. cum ſit generale, extra de foro compet.* Et ſic per indirectum perderent clerici ſuum priuilegium, quod non eſt dicendum, *c. cum quid vna via, de reg. iur. in 6. & d. c. 1. §. 1.* ibi, ne per vnam viam concedatur e-
12 iſdem *de cleric. coniug. in 6. cum ſimil.* † Super quarto dubio, an interim iudex laicus debeat ſuperſedere in dicta accuſatione, donec fuerit cognitum & deciſum per iudicem Eccleſiaſt. de priuilegio clericali, breuiter dicendum eſt, quod ſic, vt eſt caſus, *in c. ſi iudex laicus, in fin. de ſent. excom. in 6.* & probatur aperte *in c. tuam, extra de ord. cog. & 3. quæſt. 9. c. fin.* Et aſſignatur ratio per gl. *in d. c. ſi iudex laicus, in fin.* quia iſtud, ſi gaudet priuilegio clericali, eſt præiudiciale; ideo prius debet cognoſci, *vt probatur in d. c. tuam, & in l. 2. C. de ord. cogn.* & ita tenet Bald. *in l. ſi qua per calumniam, in princ. 2. col. verſ. ſed ponamus quod eſt captus, C.*
13 *de Epiſc. & cler.* † De vltimo non eſt dubium, quod ſi per iudicem Eccleſ. competentem pronuntiabitur, ipſum Matthæum gaudere beneficio clericali, quod magnific. veſtra & iudex veſter tenebitur ipſum remittere cum actis ad iudicium Eccleſiaſticum, *vt probatur in c. ſi iudex laicus, & ibi not. de ſent. excom. in 6.* Vnde ex prædictis concluditur, quod magnific. veſtra & iudex veſter debet ſuperſedere, & expectare proceſſum & ſentẽtiam d. Coſmæ Contareni iudicis Eccleſiaſt & ſi vult, intereſſe poteſt, *vt d. c. ſi iudex laicus,* & ſententia per ipſum ferenda euentum rei declarabit. Si d. Matthæus debet remitti ad curiam Eccleſiaſticam, vel ſi debet per officium veſtrum condemnari.

ADDITIONES.

a Gaudet beneficio] *Materiam huius concluſionis & totius ferè conſilij vide per D. Alex. in conſ. 51. in 4. vol. Specul. in tit. de cler. coniug. per totum, Bald. in l. affinitatis, in verſ. caſus de quo hodie, C. commun. de ſucceſſ. Card. in clem. 1. de cler. coniug. Doct. in c. 1. eod. tit. vbi habes materiam ad plenum.*

CONSIL. XI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus primæ tonſuræ in habitu & tonſura non incedens, an perdat priuilegium clericale, & an ille, qui poſt delictum commiſſum clericus efficitur beneficio clericali gaudeat, & an qui patitur, ſe per iudicem ſecularem condemnari, tacite priuilegio renuntiaſſe videatur, & quod dicatur enorme delictum, & an propter delictum enorme clericus priuilegium amittat, numeris omnibus ſeqq. per totum conſilium.*

2 *Clericus primæ tonſuræ priuilegio clericali gaudere debet, & ſi in dubium vertatur, an clericus ſit, iudex ſecularis cognoſcere non debet.*

3 *Captus quiſpiam per iudicem ſecularem, ſi clericatus literas oſtendat, ſtatim ad Eccleſiaſticum iudicem remitti debet.*

4 *Probatio an & quomodo deficere dicatur, quando de corpore plenè non conſtat.*

5 *Procuratorem Sempronij ſe eſſe, ſi Titius dixerit & oſtenderit literas, an illa licere probent.*

6 *Inſtrumentum cauſæ ſi quiſpiam penes ſe habeat, an procurator eſſe præſumatur.*

7 *Clericum aliquem eſſe, an probatio per teſtes ſufficiat.*

8 *Priuilegium aliquod ſubreptitium dicitur, quando in eo aliquid narratur, in rei veritate non eſt.*

9 *Scholaris dici poteſt, qui literas ſcit, licet literis operam non det, & ita in curia Romana ſeruatur.*

10 *Clericus licet non exprimat, ſe eſſe de aliena diœceſi, ſi tamen ordinetur, efficitur clericus, & character imprimitur.*

11 *Delicto de eodem non eſt ſæpius inquirendum.*

12 *Homicidium commiſſum non impedit, quò minus non imprimatur character, quando quis poſtea clericus efficitur.*

13 *Delictum ſi quis, antequam clericus efficeretur, commiſerit, priuilegio clericali gaudet, vt non poſſit conueniri, niſi coram iudice laico, niſi illud in fraudem.*

14 *Priuilegio clericali an quis tacite renunciaſſe videatur, ſi permiſerit, ſe per iudicem laicum condemnari.*

15 *Clericorum appellatione an etiam prima tonſura clerici comprehendantur.*

16 *Clericus in minoribus conſtitutus non poteſt verbo clericatui renuntiare, ſed facto ſic, ſcilicet exercendo negotia ſecularia.*

17 *Clericus ſi coram Poteſtate confiteatur, ſe eſſe laicum, an excuſetur Poteſtas, qui ſcit vel ſcire debet, quod eſt clericus.*

18 *Iuriſdictionis defectus, quando ſcilicet ipſo iure iuriſdictio deficit, ſemper opponi poteſt.*

19 *Priuilegium clericale an amittatur propter delicta enormia abſq; eo, quod fiat tertia admonitio.*

20 *Inquiſitio ſuper eodem delicto non poteſt fieri.*

21 *Priuilegium clericale delicta committens amittere poteſt, quando deliquit, poſtquam fuit clericus.*

22 *Priuatio præſupponit habitum.*

23 *Clericus aliquis effici poteſt, quando deliquit etiam vſq; ad membri mutilationem & ſanguinis effuſionem.*

24 *Exceſſus enormis eſſe dicitur, etiam quando eſt proceſſum vſq; ad ſanguinis effuſionem.*

25 *Exceſſus enormis eſſe dicitur, cum clericus offert duellum, vel oblatum ſuſcipit.*

26 *Delictum an ſit enorme, iudicis arbitrio committendum eſt.*

27 *Delicta enormia de iure ciuili dicuntur, quæ in damnũ vel iniuriam alterius cum dolo committuntur.*

28 *Beneficium clericale an aliquis ob delictum enorme perdere debeat abſq; eo, quod tribus admonitionibus fuerit admonitus.*

29 *Clericus in minoribus conſtitutus ad hoc, vt priuilegium amittat, quatuor requiruntur.*

30 *Habitus clericorum in veſtimentis qualis eſſe debeat.*

31 *Clerici portantes veſtes ſeu caligas ſcacatas, ſeu virgatas, an priuilegium amittant.*

32 *Clerici tonſura qualis eſſe debeat.*

33 *Tonſura prima quænam ſit.*

34 *Habitus frequentiam quot vices inducant.*

35 *Crimine in aliquo captus deprehenſus dicitur.*

36 *Clericus enormitatibus ſe immiſcens, quando priuilegium amittat.*

37 *Clericus in enormitatibus inueteratus priuilegium clericale amittit.*

38 *Clericus ſe enormitatibus immiſcens, niſi tertio admonitus deſtiterit, priuilegium amittit.*

39 *Priuilegiũ amittit clericus, an in minoribus conſtitutus enormitatibus ſe immiſcens ſecundum Butrium, ſecus autem in conſtituto in maioribus ordinibus.*

40 *Clericus in minoribus conſtitutus ſecundum Gofredum, ſi dimittat habitum, & reputatur, vt laicus, etiamſi monitus non fuerit, priuilegium amittit.*

41 *Clerico inconiugato monitio aliqua non requiritur, & per quem iudicem ipſa admonitio fieri debeat.*

42 *Clerico inconiugato quæ copulatiue requirantur ad hoc. vt priuilegium non amittat.*

43 *Clericus non admonitus à iudice Eccleſiaſtico, vt habitum & tonſuram ſumeret, & ſic non delinqueret, priuilegium clericale non amittit.*

44 *Clericus dimittens habitum & tonſuram, & ingerens ſe enormitatibus, quò ad percutientes eum, priuilegium amittit, ne ſcilicet in canonem latæ ſententiæ incidat.*

45 *Priuilegium fori Eccleſiaſtici deſcendit à Deo.*

46 *Legum optima interpres eſt communis practica.*

47 *Clericus quando incorrigibilis eſſe dicatur.*

IN CHRISTI nomine, amen. Caſus ta-
1 lis eſt. † Aluiſius de Maſeis filius Gre-
gorii vulnerauit quendam Iacobũ Zan-
chanũ cum vna partiſana, propter quod condemnatus fuit in 50. lib. denariorum; deinde poſt aliquod tempus, dum eſſet Romæ cum D. Barbono Mauroceno fuit in minoribus conſtitutus, & primam tonſuram aſſumpſit. Poſtea per vnum annum vel circa, dum vellet vnus nuntius D. Poteſtatis eum ducere ad ipſum D. Poteſtatem, vulnerauit ipſum nuntium ſuper platea mercati fori in facie cum vno cultello cum aliquali ſanguinis effuſione, ex quo vulnere condemnatus fuit in centum & 50. lib. Demum, vna nocte vnus iuuenis Michael de Perſico fuit à quibuſdam aliis iuuenibus vulneratus duobus vel tribus vulneribus in capite, qui liberatus eſt. Et ſuſpicio eſt apud D. Poteſtatem, quod dictus Aluiſius fuit in dicta rixa, & forte etiam vulnerauit dictum Michaelem de Perſico, propter quod captus fuit, & detinetur in carceribus communis Veronę per D. Poteſtatem, qui intendit procedere contra eum, & ſi culpabilem repererit, eum puniet. Ipſe vero Aluiſius dicit, ſe eſſe clericum primæ tonſuræ, & producit priuilegium ſuum clericatus. Et D. Epiſcopus Veronæ hoc intelligens, miſit literas inhibitorias D. Poteſtati, vt contra eum non procedat, quia eſt clericus, & quod ad ipſum D. Epiſcopum remittat. Qui D. Poteſtas recuſat ipſum relaxare, & ad Epiſcopum remittere, quia dicit, quod ipſe non eſt clericus, & quod priuilegium, quod producit, non probat clericatum ipſius, quia loquitur in perſona Aluiſii de Maſeis ſimpliciter, & quod quinq; ſunt homines de Maſeis, qui vocantur hoc nomine Aluiſius. Item, quia in dicto priuilegio dicitur, quod eſt ſcholaris, & non dicit verum, vnde eſt ſubreptitium. Item, quia licet illud priuilegium non eſſet ſubreptitium, tamen non valuit, quia dicitur, quod eſt ſuſpicio, quod vulnerauit quendam puerum cum vno lapide, ex quo mortuus eſt; & ſic propter hoc non potuit tonſuram primam aſſumere. Item, opponitur, quod licet habuiſſet priuilegiũ primæ tonſurę, tamen illi renuntiauit tacite, ex quo paſſus fuit ſe condemnari à D. Poteſtate cum curia in centum & 50. lib. prod. vulnere. Item, opponitur, quod non meretur gaudere illo priuilegio, ex quo non portat habitum nec tonſuram, & geſſit vel commiſit delicta enormia ſeu ſæua. Item, opponitur, quod ipſe eſt effectus incorrigibilis, ex quo vel ter commiſit delicta enormia ſiue ſæua: Primum, quando vulnerauit Iac. Zanchanum, propter quod fuit condemnatus in 50. lib. Secundum, quia vulnerauit officialem d. capitanei Veronæ ſeu cameræ

Veronæ, propter quod fuit condemnatus in centum & 5 o.lib.&ad ſtădum per vnum mĕſem in carceribus. Tertium quia dicitur quod fuit ad mortem vnius pueri qui fuit cum vno lapide occiſus. Quartum quia dicitur, quod interfuit quando de nocte fuit vulneratus Michael de Perſico, & hæc quæſtio orta eſt inter d. Epiſcopum ex vna parte & D. Poteſtatem Veronæ ex altera. Super qua videodum eſt qd iuris. Et pro clariori intelligĕtia reducĕda ſunt prædicta ad aliquas quæſtio. princip. quibus examinatis & deciſis dilucide apparebit ipſa veritas: Prima quæſtio erit, quis debeat eſſe iudex competens in hac cauſa & quæſtio, & ſic quis debeat pronuntiare ſi d. Aluiſius eſt clericus & gaudeat priuilegio clericali an non. Secunda quæſtio, an probatū ſit vel probari poſſit legitime dictū priuilegium clericatus Aluiſij de Maſeis. Tertia, poſito, quod ſi probatum priuilegium fuiſſet factum, an ſit illud ſubreptitium vel non. Quarta, an ſtante homicidio in perſona dicti pueri allegati potuerit d. Aluiſius effici clericus, ita quod gaudeat beneficio clericali. Quinta, poſito, quod vere fuerit clericus, an ſit probatum quod ipſe Aluiſius renuntiauerit priuilegio clericali tacite ex quo fuit cŏdemnatus per D. Poteſtatĕ cum curia in 150. lib. & non allegauit priuilegium ſuum. Sexta, ſi Aluiſius meretur amittere priuilegiū clericale, ex quo dicitur geſſiſſe vel commiſiſſe enormia ſiue ſæua delicta abſq; eo quod fuerit tertia admonitio.

Septima, ſi dictus Aluiſius eſt effectus incorrigibilis ex quo bis vel ter dicitur commiſiſſe delicta enormia de quibus ſupra, & ſic propter hoc amiſerit
2 priuilegiū clericatus. † De prima quæſtione nŏ eſt dubitandum ꝙ d. Epiſcopus debet eſſe iudex & Poteſtas Veronæ nec eius curia ſuper hoc, non ſcilicet ſi d. Aluiſius eſt clericus primæ tonſuræ & gaudet beneficio clericali. *vt eſt text. in c. ſi iudex laicus circa princ. de ſent. excom. libr. 6.* quia de re Eccleſiaſtica & ſpirituali tractatur, vocato in iudice ſeculari, vel alio cuiuſcunque intereſt, vt dicit ibi text. in verſ. dubitationis huiuſmodi. Et idem etiam eſt dicendum quando ille de quo quæritur eſt deprehenſus in habitu laicali, & ſe publice pro laico gerebat, nam tunc ſi eſt quæſtio an clericus vel non, vel ſi debet remitti ad curiam Eccleſiaſticam vel non, cognitio huiuſmodi ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, & ſic ad Epiſcopum, *vt not. glo. ordin. in d. c. ſi iudex laicus, ad fin. in verbo fecerit in princ. & idem not. ibi Ioan. Mona. & Archid. & idem etiam not. Ant. de But. in c. ex parte tertia, in fin. extra de priuil. & ita etiam vult Bart. in l. ſi qua per calumniam. in 2. col. C. de Epiſc. & cler.* Dicit tamen ibi
3 Bal. † quod ſi captus per Poteſtatem oſtendat Poteſtati literas clericatus ſtatim debet eum remittere & licet probatio clericatus in ſpirituale & non poſſit fieri corā iudice laico, *per d. c. ſi iudex laicus*, tamen coram iudice ſeculari poteſt produci inſtrumĕtum clericatus ad inſtructionem & ad inducĕdum in conſcientiam clericatus vt ſic ſit excŏmunicatus ſi detinet, & ſubdit not. ꝙ in tali oſtenſione inſtrumenti non oportet aduerſarium citare quia non fit in modum probationis ſed inſtructionis, vera enim probatio clericatus non pŏt fieri niſi coram Epiſc. & ad
4 prædicta alleg. *in ar. l. ſi quis inficiatus, ff. depoſ.* † De ſecundo an ſit probatum vel probari poſſit legitime priuilegium clericatus d. Ambroſij, & dicitur pro parte d. Poteſtatis Veronæ quod nŏ, quia illud priuilegium loquitur de Aluiſio de Maſeis non nominando eius patrem, & quod ſunt quinq; in ciuitate Veronæ qui vocantur hoc nomine Aluiſius, vnde non conſtat de corpore, & ſic deficit probatio & non ius, *vt l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tutel.* Sed dico quod imo ſatis conſtat de perſona & quod ipſe Aluiſius detentus eſt ille de quo fit mentio in priuilegio, nam quando quis habet inſtrumentum penes ſe in quo fit mentio de vno exprimendo nomĕ proprium, ſi illud nomen eſt illius qui habet penes ſe illud inſtrumentum ꝙ producit præſumitur eſſe ille de quo fit mentio in inſtrumento, *vt probatur in l. ſi qua per calumn. C. de Epiſc. & cl.* Et pro hoc adducitur,
5 *quod not. ibi Cy. Bal. & Doct. in fi.* vbi dicitur † quod ſi Titius venit cū inſtrumĕto vel literis, & dicit ſe eſſe procuratorem Sempronij & dicitur ſibi quod literæ ſuæ faciunt mentionĕ, ꝙ Sempronius fecit procuratorem Titium, tu non es ille Titius de quo literæ loquuntur quod illæ literæ probant quod ſis ille, ex quo tu illud inſtrumentum producis.

Item pro hoc adducitur, *tex. cum gl. ſing. in l. fi. C. de pact. conuen.* vbi dicitur, quod ex quo maritus habet penes ſe inſtrumentū bonorum Paraphernaliū vxoris, præſumitur eſſe eius procurator factus, *& ita not. ibi Bar. & Doct. & idĕ not. Bar. in l. vulg. in l. fi. ff. de admin. tu.*
6 vbi dicit † ꝙ ſi quis habet inſtrumentū cauſæ penes ſe præſumitur eſſe procurator. Et idem not. Bald. *in l. ſi qua per calum. in fi. C. de Epiſc. & cle.* vnde ex his paret ꝙ ex quo inſtrumentū clericatus eſt penes iſtum Aluiſium & ipſum producit ꝙ præſumitur eſſe ille Aluiſius de quo fit mentio in priuilegio & ſic ceſſat, *d. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut.* quia non deficit probatio nec eius priuilegium.

Præterea iſta quæſtio tollitur faciliter ex alio quia adſunt teſtes, qui fuerunt præſentes tempore quo fuit factus iſte Aluiſius clericus, & ſic per teſtes poteſt fieri illa probatio licet non eſſet aliquod inſtru-
7 mentū de priuilegio. † Quæ probatio per teſtes valet & ſufficit ad probădum aliquem fuiſſe effectum clericum, *vt eſt caſus in c. tua, extra de clericis peregrinis ordin. ſudis, & not. gl. ſuper verbo fecit, in fin. c. ſi iudex laicus circa fin. de ſent. excom. libr. 6. & idem not. etiam Cyn. in l. ſi qua per calumniam, circa fin. C. de Epiſcop. & cle.* Ex quibus patet quod dubitatio huius ſecundæ quæ-
8 ſtionis ceſſat. † De tertia, poſito, ꝙ ſit probatū priuilegiū clericatus, vel per teſtes vel per inſtrumentum an illud fuerit ſubreptitium, ex quo dicitur in priuilegio qđ iſte Aluiſius eſt ſcholaris cū in veritate non eſſet, & dicitur per d. Poteſtatem qđ ſic, quia falſo narrauit. Aluiſius ergo debet carere impetratis, *vt habetur in l. præſcript. C. ſi contra ius vel vtil. pub. & in l. fin. C. de diuerſ. reſcriptio. & in c. ſuper literis, extra de reſcript.* Contrarium eſt verius. Primo quia ipſe eſt ſcholaris & tunc erat & volebat tūc omnino clericari & in curia Romana ſtare, vt probari poteſt per
9 teſtes vnde falſum nŏ narrauit. † Præterea etiam ſi non eſſet proprie ſcholaris, quia non daret operam literis, tñ ex quo ſcit literas, dici pŏt ſcholaris, & ita obſerua-

obſeruatur in curia Romana, vt communiter iuue-
nes qui aliquas literas ſciunt ſcholares nuncupen-
tur,ergo, &c. Poſtremo etiam ſi nullo modo eſſet
ſcholaris & hoc fuit dictum, propter hoc nõ debet
dici tale inſtrumentum ſubrepritium, quia etiam ſi
non fuiſſet ſcholaris tamen propter hoc non deſiiſ-
ſet ordinans ipſum clericum conſtituere vnde talis
expreſſio non habet vitiare per ea,quæ habentur, *in
d.c.ſuper literis, extra de reſcrip.& in d.l.præſcriptione. C.ſi*
10 *contra ius vel vtil.publ.* Et pro hoc facit † quia ſi cle-
ricus non exprimit ſe eſſe de aliena diœceſi & ordi-
natur, efficitur clericus & imprimitur character &
gaudet priuilegio clericali, *per c.eos.de temp.ordi.lib.6.*
De quarta dubitatione, an ſtante homicidio in per-
ſona vnius pueri allegari dictus Aluiſius potuerit
effici clericus ita quod gaudeat beneficio clericali.
Et circa hoc dicitur primum quod non eſt verum
nec etiam probatum, quod vnquam aliquod homi-
cidium commiſerit ipſe Aluiſius, imo de dicto aſſer-
to homicidio apparet quod ſemel fuit proceſſum
11 contra alios & ipſe abſolutus, † vnde de eodem de-
licto non eſt ſæpius inquirendum, *vt l.qui de crimine
vbi not.per gl.& Doct.C.de accuſ.* Item etiam ſi hic eſſet
probatum, non tamen propter hoc impeditur quin
imprimatur character, vt probatur, *in c.cum illorũ cir-*
12 *ca medium extra de ſen.excom.* † imo plus etiam homi-
cidium cõmiſſum non impedit quominus non im-
primatur character, quando quis efficitur poſtea
clericus ſecundum Archi. *in c.de his. 2. lib.di.circa me-
dium & melius,circa fin.& per Inno.in c.1.extr.de ſchiſma-*
13 *ticis.* † Item delicto etiam prius commiſſo gaudet
priuilegio cleri. vt non poſſit conueniri niſi coram
iudice Eccleſia, niſi hoc feciſſet in fraudem, *vt no.in
c.1.extra de oblig. ad ratiocina. & per Bart. in l.pen.ff.ſi ex
noxa.can.aga.& per Nicola.de Neap.in l.idem vulpi.§.ſunt
& alii.ff. de excu.tu.* ſed hic Aluiſius non impetrauit
hoc priuilegium in fraudem primi electi vel ſecun-
di, quia de primo fuerat abſolutus & alius conde-
mnatus. De ſecundo fuerat condemnatus vnde pri-
uilegium ſibi prodeſſe non poterat. Item de tertio,
ſcil.de vulnere illato officiali cameræ Veronæ non
poteſt dici præcogitatum, quia illud fuit delictum
incidens & non ex propoſito, ergo,&c. Vnde cum
dictum priuilegium nõ poterit eſſe impetratum in
fraudem alicuius delicti iam prius facti, nec etiam
faciendi dicendum quod videlic. & eo gaudere po-
14 teſt & debet ipſe Aluiſius. † De quinta quæſtio.po-
ſito, quod vere fuerit clericus, an ſit probatũ, quod
ipſe Aluiſius renuntiauerit priuilegio clericali ta-
cite ex quo fuit condemnatus per Dn. Poteſtatem
cum curia in 150. lib. & non allegauit priuilegium
ſuum. Et videtur quod ſic, quia licet non poſſit re-
nuntiari priuilegio clericali, *vt habetur in c.ſi diligenti,
extra de foro compet.* Tamen in minoribus ordinibus
conſtituti bene poſſunt renuntiare in totum ordini
clericali: *vt eſt gl.not. in c.tua extra de Apoſta.alleg.c. vlt.
extra de vita & honeſt. cler. & c. Ioannes, & c.pen.& vlti.
extra de cler.coniug.* Dicendum eſt quod contrariũ eſt
verius videlic.non poſſe renuntiari priuilegio cler.vt
eſt caſus, *in d.c.ſi diligenti.extra de fo.compe.* quod capi-
tulũ intelligitur in quolibet clerico, & in quocunq;
ordine conſtituto ſecundum Io.And.& Ant.de Bu.
15 in prin.ibi. † Et quod clerici primæ tonſuræ a gau-
a deant priuilegio, *cap.ſi diligenti,* vt non poſſit conue-
niri coram iudice laico tenet expreſſe idẽ D.Ant. de
Bu. *in c.2.in prin.extra de fo.comp.& idem etiam vult in c.
cum non ab homine.in 3. colum.in fi.extra de iud.* vbi dicit
quod appellatione clericorum etiam quo ad forum
comprehendũtur etiam clerici primæ tonſuræ tan-
tum, *vt in c.cum conting. de ſtatu & qualit.* vbi dicitur
quod per primam tonſuram ordo confertur cleri-
calis. Et ideo vult etiã Io. And. *in d.c.tua extra de Apoſt.*
16 vbi dicit † quod clericus in minoribus conſtitutus
non poteſt verbo renũtiare clericatui, ſed facto ſic,
ſcil.exercendo negotia ſecularia, *ſecundum c.ſi.de vita
& hone.cle.& capiendo vxorem.c. Ioannes. & c.pen.& fin.
de cler.coniug.cum ſim.& ita intelligitur gl.in d.c.tua,extr.
de Apoſt. Et ideo dicit Bal. in l.ſi qua calum. in pen.col. C.de*
17 *Epiſ.& cler.* † quod ſi clericus confiteatur ſe coram
Poteſtate eſſe laicum, quod propter hoc nõ excuſat
Poteſtatẽ, qui ſcit vel ſcire debet, quod eſt clericus,
alle. In no. *in c.vt fama.extra de ſen.excom.& Ioan. And.
in c.ſi iudex laicus.de ſen.excom.lib.6.* quia iſta confeſſio
eſt facta coram iudice incompet. ideo non valet, *vt
extra de iud.c.& ſi cler.* Et quod non poſſit renuntiari
priuilegio clericali tenet *gl.ſi.in c.cum conting.in terd.
extra de ſen.excom.& gl.pen.in c.perpendimus.eo tit.& gl.
in c.Ioannes. extra de cler.coniug.* Sed in terminis quæ-
ſtionis noſtræ, ſcil.quãdo clericus patitur ſe conue-
niri & cõdemnari à iudice laico an propter hoc per-
dat priuilegium clericale quia ei videtur renuntia-
re. Et dic quod non vt no. expreſſe & in terminis
Bal. *in l.generale.in 2. col.C.de Epiſ. & cler.* vbi etiam di-
cit, quod talis proceſſus & ſentẽtia nõ valet, & quic-
quid actum eſt ipſo iure eſt nullum tanquã factum à
iudice incompe. *vt in auth.ſtatuimus.eo.tit.* vt quia cõ-
paratio nõ fuit licita, nec potuit fieri prorogatio, *per
d.c.ſi diligenti.* Item quia ipſo iure clerici ſunt exem-
18 pti à iuriſdictione laici, *vt d.l.generali.* † Item quia
defectus iuriſdictionis, quãdo deficit ipſo iure iuriſ-
dictio ſemper poteſt opponi, *vt ibi not.per Bal.& idem
Bald.in conſil.ſuo 5.* Ex quibus cõcluditur quod nullo
pacto potuit d. Aluiſius renuntiare priuilegio ſuo
clericali tacite patiendo ſe conueniri condemnari à
19 iudice laico. † De ſexta quæſt. ſi Aluiſius meretur
amittere priuilegium clericale ex quo dicitur com-
miſiſſe enormia ſeu ſæua delicta abſq; eo, quod ter-
tio fuerit admonitus. Et circa hanc quæſt.duo ſunt
examinanda. Primum, ſi commiſit aliqua delicta e-
normia vel ſæua. Secundum poſito, quod ſic an pro-
pter hoc perdiderit priuilegium clericale abſq; eo
20 quod tertio fuerit admonitus. † Circa primum eſt
conſiderandum, quod delicto commiſſo cõtra pue-
rum qui fuit cum vno lapide occiſus nõ eſt tractan-
dum, quia de illo fuit alias abſolutus & alius conde-
mnatus vnde de eodem crimine non debet nec po-
teſt ſæpius inquiri, *vt habetur in l. qui de crimine. C. de
accuſ.* Item quia illud delictum fuit commiſſum an-
tequam eſſet clericus, vt ſtatim dicam de alio deli-
cto. De delicto commiſſo contra Iac. Zanch.etiam
non eſt tractandum, quia de illo fuit condemnatus
antequam eſſet clericus. Vnde delictum præcedens
clericatum vel tonſuram non facit amittere priui-
legium clericale, niſi eſſet impetratum, vt euitaret
condo-

condemnationem & pœnam illius delicti, & ſic in
fraudē quia tunc non valeret, & ita intelligitur, c. ex
part. in 3. ibi aſſumūt ēt, extra de priuil. & habetur in c. 1.
extra de obl. ad ratioci. & ibi dixi ſ. in 4. q. ſed in caſu no-
ſtro certū eſt Aluiſius nō aſſumpſit primā tōſuram
vt euitaret dictā condemnationē quia iam erat cō-
21 dēnatus, † iura enim quæ volunt ꝙ cōmittens deli-
cta poſſit perdere priuilegiū clericale intelligitur
qn̄ deliquit poſtqnā fuit clericus, vt patet in c. 1. extra
de apoſta. ibi relicto ordine, & in c. perpendimus extra
de ſent. excom. in prin. ibi quidā ſacerdos, & in c. ex. part.
3. ibi reaſſumunt tonſuram & ibi tonſura vel habitu
ſic reaſſumenti, extra de priuil. & ita ēt probatur, in c.
cum non ab hom. extra de iud. & in c. ſi. extra de vita & ho-
neſt. cle. in prin. ibi quidem clerici. Et hoc ēt probatur
22 rōne ſic: Illud ꝙ non eſt amitti non pōt, † quia pri-
uatio preſupponit habitum, l. amiſſ. ff. de iuſt. & iur. &
l. decem, ff. de verbo. obl. cum ſim. ſed ſi clericatus non eſt
ante delictum, ergo per delictum ꝙ fit ante clerica-
23 tum non pōt perdi clericatus qui non eſt. † Præter-
rea qn̄ quis primo deliqnit etiā vſq; ad mēbri muti-
lationē & ſanguinis effuſionem pōt effici clericus,
vt habetur in c. cum illis extra de ſent. excō. & dixi ſ. in 4. q.
Et per talem clericatū etiam primæ tonſuræ cōfer-
tur ordo clericalis & character, vt eſt caſus c. cū contin-
gat, extra de ætate & qual. Vnde non pōt dici ꝙ pro-
pter delicta cōmiſſa ante clericatū perdatur bene-
ficium clericale. Et ſic de dictis duob. delictis nō eſt
tractandū. Sed ſolum de delicto quod ipſe Aluiſius
commiſit cōtra officialem cameræ Veronæ vulne-
rādo in facie ſuper platea mercatorij fori cum vno
cultello cum aliqua ſanguinis effuſione an ſit enor-
me quātum ad hoc vt dicatur beneficium clericale.
Et allegatur pro parte D. Poteſtatis Veronæ quod
ſic per tex. in c. cum illorum poſt medium. ibi niſi exceſ-
ſus ipſorū extiterit difficilis & enormis vtpote ſi ad
mutilationē membri vel effuſionem ſanguinis eſt
24 proceſſum, extra de ſen. excom. † vbi dicitur probari
quod qn̄ eſt proceſſum ad effuſionem ſanguinis ex-
ceſſus dicitur eſſe enormis. Itē illud delictum poteſt
etiā dici atrox & enorme ex perſona vulnerati, quia
erat officialis, & ex loco quia erat in mercato fori,
ex loco vulneris, quia in facie, vt eſt tex. Inſt. de iniur. §.
atrox. Ego aūt dico contrarium ſcil. ꝙ tale delictum
non pōt dici atrox quantū ad amiſſionem priuilegij
25 clericalis, † nam enormis exceſſus eſt cum clericus
offert duellū vel oblatum ſuſcipit, vt in c. 1. de pugn.
in duello. Item homicidiū dicitur enormis exceſſus, l.
diſtin. miror. Item mutilatio membri, vt eſt caſus, in d.
c. cum illorum poſt medium extra de ſen. excom. Item ſi os
capitis fractum, dummodo non ſit ſecuta mors vel
membrorum mutilatio ſecundum Innoc. in d. c. cum
illorum. Item ſi peruentum eſt ad magnam ſangui-
nis effuſionem, vt probatur in d. cum illorum. ibi vel ef-
fuſionem ſanguinis, & ibi hoc not. gloſſ. quæ dicit quod
verbum effuſionis abundantiam ſignificat. 16. quæſt. 1. re-
uertimini 41. diſtin. ſæpe. Item hæreſis in qua poſt vul-
nus ſanatum remanet cicatrix, 1. quæſt. 1. ventum. Item
Simonia in beneficio, 1. quæſt. 1. ergo. Item dicitur ex-
ceſſus enormis vel leuis ex qualitate pœnæ quæ im-
ponitur, vt not. Bartol. in l. leuia, ff. de accuſat. Et ideo di-
cit Salic. in l. 1. C. de exhib. reis, quod crimen non eſt e-
norme, ſed mediocre quando quis condemnatur
ex eo in ademptionem tertiæ partis bonorum ſuo-
rum. Item exceſſus dicitur leuis & non grauis qn̄ fit
ex temeritate, caſus eſt, & ibi hoc not. Bal. in l. ſi ſoro-
rem, C. qui accu. non poſ. vnde ſecus qn̄ ſit data opera &
præmeditata. Item dicitur enormis exceſſus vel fa-
ctum enorme vbi corpus flagellatur, vt probatur, in
l. ſed ſi hac, §. prætor. ff. de in ius voc. & ibi hoc not. Bald.
qui ſubdit ſecundum Guil. ꝙ idem eſt quando cor-
pus grauiter læditur. Item qn̄ crimina dicuntur gra-
uia. vide Ant. de But. in c. quæſitum extra de temp. ord. &
plene per Bar. in l. non ſolum, §. ſi mandat. ff. de iniur. vbi
ponit quæ delicta ſint leuia grauia grauiora & gra-
26 uiſſima. † Poſtremo dico quod hoc eſt commit-
tendum arbitrio iudicis an delictum ſit enorme, vt
eſt caſus cum gl. in c. peruenit extra de ſen. excom. & not.
Innoc. in c. cum illorum, eod. tit. & iſtud eſt veriſſimum
quod iudex debet arbitrari ſecūdum ea quæ ſ. dicta
ſunt. Vnde cum dictum delictum Aluiſij non ſit ali-
quo de prædictis ſequitur quod nō debet dici enor-
me. Et ſic d. Epiſc. qui eſt iudex in hac cauſa non de-
bet arbitrari ꝙ ſit enorme per prædicta. Item qn̄ di-
catur delictum enorme vide Hoſt. etiam in ſumma,
de ſen. excom. §. quis poteſt, vbi ponit quæ dicatur iniu-
ria grauis vel enormis, & vide omnino Bal in rub. ex-
27 tra de teſtib. † vbi dicit & not. quod enormia de iure
ciuili dicūtur quæ committuntur cum dolo in ma-
gnum damnū vel iniuriā alterius, vt ff. de reg. iur. l. eæ.
& ff. de minor. & auxiliū, §. in delictis. Et maxime ea pro
quibus ingeritur pœna ſanguinis, vt ff. ad l. Corn. de ſi-
car. l. in lege. Sed de iure canonico dicuntur enormia
illa in quibus poſt peractam pœnitentiam nō con-
ſueuit diſpenſari, vt ſupra de iud. at ſi cleric. quod not. I-
tem adde, quod occidere presbyterum dicitur cri-
men enorme vt eſt text. coniuncta gloſ. 1. in c. 2. qui preſ-
byterum extra de pœnitent. & remiſ. Vide omnino ex-
emplum, 23. q. 5. ſunt quidam. Item enorme delictum
eſt furtum vt not. Pet. de Anchar. in regula ea quæ de
reg. iur. in 6. in 12. quæſt. quæ eſt in 14. char. Nec obſtat di-
ctum, c. cum illorum de ſent. excom. quia ibi loquitur de
ſanguinis effuſione, & ſic loquitur quando magna
effuſio ſanguinis interuenit vt patet ibi per ver-
bum effuſionem, vt ibi dicit gloſ. & ſupra, ſed in ca-
ſu noſtro non fuit magna ſanguinis effuſio, ergo,
&c. Præterea, d. c. cum illorum, loquitur in caſu ſpe-
ciali vbi abſolutio ſpectaret ad ſummum Pontifi-
cem de iure communi vbi Papa vult quod etiam
Abbas poſſit ſoluere niſi exceſſus ſit grauis, quia ex-
ceſſus reputatur grauis magis quādo deuenitur cō-
tra ius cōe, quā quando ſecundum ius commune
28 vnde non obſtat. † Circa ſecundū poſito, quod de-
lictum prædictum ſit enorme, an propter hoc per-
dere debeat beneficium clericale abſq; eo quod ſit
admonitus tertio. Et videtur quod ſic, per c. 1. extra de
apoſtatis, & per c. ex prin. extra de priuileg. & per c. perpen-
dimus extra de ſent. excom. in quibus videtur probari
quod per ſola delicta enormia perditur priuilegiū
clericale. Et idem tenet glo. in d. c. conting. 1 interdum.
3. extra de ſentent. excom. Et idem tenet gloſſ in c. perpendi-
mus eod. titul. & ita etiam videtur tenere gloſſ. in capit. ex
parte 3. extra de priuileg. & gloſſ. in capit. vt fama in ver-
bo de mandato, in fin. extra de ſentent. excomm. in contra-

rium

rium videtur eſſe text. in c.fin. extra de vita & hone.cleric.
& in c.in audientia, & in c.contingit.3.extra de ſenten.ex-
29 com. † Ex quibus iuribus videtur per Bart.quod ad
hoc, vt clericus in minoribus conſtitutus amittat
priuilegium clericale quo ad forum quatuor requi-
rantur ſecundum Ant.de Butr. in c.1. de apoſtatu. Pri-
mum quod non incedat in habitu & tonſura, ſed vt
laicus. Secundum quod ingerat ſe enormitatibus.
Tertium quod illis frequentauerit. Quartum quod
in illis deprehendatur. Quintũ ego addo quod ter-
tio fuerit admonitus. Pimum probatur, in c.1.extra
de apoſtatis, ibi relicto ordine & habitu ſuo, & in c.ex
part. 2. ibi quos nec habitus nec tõſura clericos pro-
fitetur. extra de priuil. & in c. contingit interdũ.3. ibi nec
in modo tonſuræ nec in veſtimentorum forma, ex-
tra de ſen.excom. & probatur etiam in c.in audient.eod.tit.
30 † Qualis debeat eſſe habitus clericorum in veſti-
mentis, & ſic quæ ſit forma veſtimẽtorum, vide text.
in c.cleric.el grande.extra de vita & bon.cler. & bonam gl.
in cle.1.de elect. Et not ex text.cap.contingit interdum, libr.
vis. quod etiam clerici ſeculares habent certam for-
mam veſtimentorũ quod bene repetitur expreſſe
in iure ſecundũ ſim. ſed tantum quidam colores ve-
ſtimẽtorũ ſunt eis interdicti, ſed bene iure cauetur
quod clerici ſeculares portent veſtes vſque ad talos,
vt not. in c.cleric.el.grande.extra de vita & hon.cle. ita not.
in d.c.contingit interdum, de ſent.excom. Vide gloſſ.21.q.4.
in ſumma. & gl.30.diſtin. ſi quis virorum, quæ dicit quod
ſtandum eſt conſuetudini. Et ſi veſtes ſunt clerica-
les vel nõ, cognitio ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticũ
& non ad iudicem laicum, vt not. d. Domin. in c.1.§.
31 fin. in cæteris, in fin. de clericis coniuga. in 6. † Quid de-
portantibus veſtes ſeu caligas ſcachatas ſeu virga-
tas an perdant priuilegium. Vide Franciſc. Zabarel.
in cle. quoniam in 1.colum. circa finem. & in §.fin. eiuſdem
32 cle. de vita & honeſt.cle. vbi omnino vide. † De ton-
ſura qualis debeat eſſe & quare clerici eam portent.
vide text. in c.duo ſunt 12.quæſt.2. & bonam gl. in cle.1.de
vita & honeſt. cler. In quo autem conſtat tonſura an
in parte ſuperiori in modũ ſphæræ in qua clerica di-
citur, an in parte inferiori tondendo capillos. vide
Ioan.de Imol. in c.clerici. in 1.colum. & in vltima parte
33 in princ. de vita & honeſta. cler. † Quid autem ſit pri-
ma tonſura, vide Ioan. de Imol. in c. clerici officia. ex-
tra de vita & honeſta.cleri. in 2. col. circa fin. Secundum
probatur per text. in c.cum non ab homine, ibi & enor-
mitati. extra de ſent.excom. per tex. coniuncta gloſſ. in ver-
bo cogantur in dict. cap. perpendimus. extra de ſent. excom.
Idem ſentit gloſſ. in dict. c.contingit interdum. eod.tit. fa-
cit c.peruenit. el picolo. eod.tit. Tertium quod frequen-
tauerit in delictis probatur, in d.c.contingit interdum,
ibi exceſſibus, quia loquitur in plurali numero, er-
go duo ad minus ſaltem requiruntur, l.vbi numerus,
ff.de teſtib. & c.pluralis elocutio. de regul. iur. lib. 6. Item
probatur, in dict. c.ex parte.3. de priuileg. ibi in aliqui-
bus fere factis, & in capit. 1. extra de apoſtat. ibi ſi in
criminibus deprehenſi. & in c.cum non ab homine ex-
34 tra de iud. † Quot autem vices inducant frequen-
tiam hic duæ vices. argument. de vita & hone.cler. mini-
ſteria. & de electio. c.venerabilis, cum concor. ita dicit d. An-
ton. de Butr. in c.cum oporteat, in fin.1.col. in princ. 2. extra
de accu. Quartum quod ſit deprehenſus probatur, in
c.ex part.3.extra de priuil. ibi comprehenduntur in a-
liquibus fere factis, ad ſi. vbi fuerint deprehenſi ex-
tra de priuil. & in c.1.extra de apoſt. ibi ſi in criminibus
deprehenſi, & in c.cum non ab homine, extra de iudic.
ibi criminibus deprehenſi. & etiam not. Io. Andr. in c.
perpendimus, circa medium, ibi, & ibi deprehendantur.
extra de ſen.excom.
35 † Et deprehenſus dicitur quando eſt captus in
crimine, vt probatur in d.c.cum non ab homine, ibi de-
prehenſus legitime atque conuictus, & probatur,
per text. & gloſſ. in l. ſi quis diaconus. l.diſt. in verbo depre-
henſi. & in l. palam. §. quæ in adulter. in verbo deprehenſa
eſt, ff. de ritu nupt. & in l.fin. in princip. ibi in ſcelere depre-
henſi, ff. de bon. eorum qui ſibi mort. conſci. facit quod not.
in l. ſi baſſatorum. C. de fideiuſſ. & in l.1.part. per Bart. ff. de
acquir. poſſ. & in l.licet. per Cyn. & Doct. C. de acquir. poſſ.
36 † Quintũ etiam requiritur quod interueniat trina
admonitio, vt probatur, in c.contingit interdum.3.extra
de ſen.excom. & in c.in audientia, eo.tit. & in c.ſi. extra de
vita & hon.cler. Et hoc tenet Ant.de But. ſecundũ Io. Andr.
in c.perpendimus, de ſent.excom. vbi dicit ſic ad literam.
Si clericus dimiſit habitum & ſe ingeſſit enormita-
tibus, & fuit monitus vt reaſſumeret perdit priuile-
gium. ſic intelligitur, cap in audientia. extra de ſent.ex-
com. Sed ſi fuit monitus vt habitum reaſſumeret &
ſe ingeſſit enormitatibus & habitum non dimiſit
non perdit priuilegium clericale. Si vero dimiſſo
habitu ſe ingeſſit enormitatibus, cum tamen fuit ad-
monitus ſicut is non erat incorrigibilis, dicit Io. And.
37 † quod ſi eſt inueteratus in enormitatib. perdit pri-
uilegium etiam quo ad alios, ita intelligatur decre-
talis perpendimus. Si non eſt inueteratus, ſed enor-
mitatibus ſe ingeſſit habitu dimiſſo non perdit pri-
uilegium quo ad alios. Dicit tamẽ quod putat quod
iuſtitiam faciens non grauetur onere eundi ad ſe-
dem Apoſtolicam, & ſic poteſt dicta decretalis per-
pendimus ſecundo loco intelligi. Ex quibus verbis
apparet quod Io. And. & Anto. de But. tenent quod
etiam ſi clericus ingerit ſe enormitatibus nõ perdit
priuilegium fori niſi fuerit tertio monitus. Intelli-
gendo tamen de foro, vt ipſe non poſſit conueniri
niſi coram iudice Eccleſiaſt. vt dicit Ioan. And. in c.per-
pendimus in nouell. vbi ſic dicit, ſi ſumptis armis & di-
miſſo habitu ingreditur bellũ vel aggreſſiones quo
ad alios, qui tunc cũ eo percutiuntur perdit priuile-
gium, ſed non quo ad forum, vnde tunc captus de-
bet reſtitui iudici Eccleſiaſtico. Et hanc opin. quod
requiratur trina admonitio ad hoc, vt clericus per-
dat priuilegium clericale, tenet excellẽs Doctor, &
magnus practicus Dom. Alber. de Roſat. in opere ſtatut.
38 in 3.par.quæſt.44. vbi dicit, † quod circa immiſcen-
tes ſe enormitatib. & maleficiis, licet tex. & gl. circa
hoc variare videantur, vidi tamen communiter ob-
ſeruari, quod exigatur monitio, & ſi poſt monitio-
nem ſe non correxit, tunc perdit priuilegium cleri-
cale, & ſubiacet iudici ſeculari. Et ita etiam vidi ob-
ſeruari Paduæ, & Bononiæ, & Veronæ pluries, & i-
ta etiam iudicari. Imo plus ſentit etiam Ioan. Andr.
in d.c.perpendimus, extra de ſenten.excom. quod etiam ſi
omnia illa quinque interuenirent, ac etiamſi inter-
ueniret ſextum quod eſſet incorrigibilis, nõ tamen
perderet priuilegium quo ad forum, quia eſſet re-
ſtituen-

ſtituẽdus foro Eccleſiaſtico, ſed ſolum perdit priui-
legium quo ad mittentes manus in ipſum, & ita re-
tinendum cum eo tranſit D. Ant. de Butr. in c. 1. circa
39 fi. extra de apoſta. † Iſtud quod requiratur trina ad-
monitio, non tenet D. Ant. de But. in c. in fi. extra de a-
poſta. quando eſt clericus primæ tonſoræ, ſeu in mi-
noribus conſtitutus, ſed in alijs clericis in maiori-
bus conſtitutis ſic. Et idem dicit ipſe Ant. de Butr. in
40 c. ex part. 3. ante fi. extra de priuil. † vbi dicit ſecundum
Goffr. quod ſi clericus in minoribus conſtitutus di-
mittit habitum, & reputatur vt laicus etiam ſi non
ſit monitus perdit priuilegium ſecundum Goffr. &
ſic dicit quod poteſt tẽperari, c. ſi iudex laicus, de ſent.
excom. lib. 6. quod dictum tamẽ intellige dummodo
41 alia quatuor de quibus ſupra conueniant. † Item
in clerico coniugato vt non requiratur monitio, vt
not. Doct. in clem. 1. de vita & honeſt. cler. & in c. 1. de cler.
coniug. libr. 6. Nota tamen quod hæc admonitio non
poteſt fieri per iudicem ſecularem, ſed debet fieri
per iudicem diœceſanum, vt patet ex princ. c. contin-
git interdum, el 2. ibi in diœceſi tua. coniuncto ver. ibi a te.
de ſent. excom. & idem probatur & clarius in c. in audien-
tia eod. titul. ibi ſi à prælatu ſuo. Et idem dicit Cyn. ſi
eſſet admonitus ab habente quaſi Epiſcopalem iu-
riſdictionem de quibus. in c. Abbates de priuil. in 6. per
gloſ. ſing. in clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. & per Bart. in l. 2.
de tranſact. Item ſi eſt vnica facta cum comminatio-
ne ſub pœna priuationis omnis priuilegij cler. quia
illa loco trinæ admonitionis habetur, vt in c. præ-
terea extra de appell. ita dicit Anton. de Butr. in c. 2.
ſacerdotibus poſt medium, extra ne cler. vel Monach. Mo-
do ad propoſitum cum in caſu noſtro non interue-
nerit. Imo nec aliquod ipſorum ſequitur quod non
perdidit Aluiſius priuilegium clericale. Nam Alui-
ſius non dimiſit tonſuram, quia ſemper eam geſſit,
licet in habitu clericali inceſſerit, & ſic primum
non interuenit quod eſt vt non incedat in habitu
42 & tonſura. † nã licet in clerico coniugato duo re-
quirantur copulatiue ſcil. habitus & tonſura ad hoc
vt gaudeat priuilegio cler. vt eſt tex. in c. 1. de cler. con-
iug. in 6. tamen in clerico non cõiugato ſufficit alte-
rum iſtorum, vel quod deferat habitũ vel tonſuram
ad hoc vt gaudeat priuilegio cler. vt no. d. Fran. Zab.
in repe. d. c. perpendimus, extra de ſen. excom. Item nec ſe-
cundum quia non commiſit enormitates ſeu deli-
cta enormia, quod patet ex genere pœnæ quæ fuit
ſibi impoſita, quia condemnatus in 150. lib. Item
quia non eſt peruentum ad magnam ſanguinis ef-
fuſionẽ, ergo vt patet ex his quæ dixi ſupra in princ.
huius 6 q. Item nec tertium interuenit ſcil. quod e-
normia frequẽtauerit, dato quod illud fuiſſet enor-
me, quia aliud delictum non commiſit poſtquam
eſt clericus. Et licet dicatur quod eſt ſuſpicio quod
alia commiſerit, tamen iſta ſuſpicio non ſufficit. Re-
quiritur enim quod de hoc manifeſte conſtet quod
frequentauerit delicta. Item nec quartum interue-
nit ſcilic. quod fuerit deprehenſus in crimine, quia
non modo non eſt deprehẽſus imo nec probatum
43 ꝙ fuerit. Item nec quintũ interuenit, ſcil. † quod
fuerit tertio admonitus, quia imo nunq̃ fuit admo-
nitus à iudice Eccleſ. vt reaſſumeret habitũ & ton-
ſurã & non delinqueret ergo patet quod nullo mo-
do poteſt dici ꝙ amiſerit priuilegiũ clericale, & ma-
xime quantum ad forũ etiam ſi omnia prædicta in-
teruenisſent, vt dixi ſ. ſecundum Io. Andr. in d. c. per-
pendimus & Ant. de But. in d. c. 1. ad fi. extra de apoſta. Nec
obſt. c. 1. extra de apoſta. quia ſecundum Hoſt. ibi in verb. li-
ber. in vlt. opi. illud c. intelligitur de monit. ſed in caſu noſtro
Aluiſius non fuit monitus & ita etiam ſentit ibi gl. fi. in fin.
ſecundum Tancr. Item illud c. loquitur qñ clericus di-
mittit tonſuram & habitũ, vt patet ibi relicto ordi-
ne & habitu ſuo. Sed iſte Aluiſius non dimiſit ton-
ſuram ergo, &c. Item loquitur illud c. in criminibus
enormibus, vt intelligit in c. perpendimus, extra de ſent.
excom. ſed in caſu noſtro vt dixi non fuerunt cõmiſ-
ſa delicta enormia, ergo, &c. Item loquitur illud c.
quando frequentauit delicta, vt patet ibi dum dicit
in criminibus in plurali numero, ſed hic non fre-
quẽtauit delicta; ergo, &c. Item loquitur d. c. quan-
do clericus fuit deprehenſus in crimine, vt patet ibi
ſi in criminibus deprehenſi, ſed Aluiſius nõ fuit de-
prehenſus in crimine, ergo debet perdere priuile-
gium propter d. c. 1. Nec obſt. ex part. 3. extra de priuil.
quia ibi loquitur, quando illa quatuor quæ requi-
runtur, vt dixi ſ. interuenerint, vt patet ibi in verbo
cum deprehenduntur in aliquibus fere factis, & in
fin. ibi, in delicto deprehenſi, & ibi ſine tonſura &
habitu quæ interuenerunt in caſu noſtro; ergo, & c.
Item illud cap. loquitur qñ fuit tertio admonitus ſi
conſtabat quod eſſet clericus, vt ibi gloſ. ſed in caſu
noſtro conſtabat ꝙ Aluiſius erat clericus, quia de-
ferebat tonſuram; ergo, &c. Præterea illud c. ex par-
te debet intelligi ſecundum quod intelligitur, c. per-
pendimus, extra de ſent. excom. ſed illud capit. loquitur
& intelligitur in alijs terminis quam ſit caſus no-
ſter, vt ſtatim dicã in intellectu, d. c. perpendimus. Nec
obſtat c. perpendimus, extra de ſent. excommun. quia il-
lud capitulum loquitur in illo qui erat inueteratus
in enormitatibus, & ita intelligit ibi illum textum
d. Anton. de Butr. ſecundum Ioan Andr. vt dixi. Sed
hic Aluiſius non fuit inueteratus in enormitati-
44 bus. Secundo ille text. intelligitur † quod quan-
do clericus dimittit habitum & tonſuram & inge-
a rit ſe enormitatibus quod perdit priuilegium a
quoad percutientes eum ſcilicet ne incidant in ca-
nonem, ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſtion. 4. ſed
non quoad forum ſecundum Ioan. Andr. ibi. Et eſt
45 ratio ſecundum D. Paul. de dotis, ibi in fin. † Nam
priuilegium fori deſcendit à Deo 96. diſtinction.
Imperator, vbi dicitur noli tangere Chriſtos meos,
ſed priuilegium canonis ſi quis ſuadente venit ab
homine nimirum ſi facilius perditur priuilegium
iuris diſpoſitiui quam iuris diuini. Tertio ille tex. in-
telligitur quod licet laicus faciens iuſtitiam nõ gra-
uetur onere eundi ad ſedem Apoſtolicam, non ta-
men propter hoc negatur ibi quod clericus quo ad
forum perdat priuilegium. ſecundum D. Anton. ibi
qui dat etiam iſtum intellectum, ibi nobis non vi-
detur quod interfectores. Quarto illud capitulum
loquitur quando trina admonitio præceſſit ſecun-
dum aliquos Docto. ibi, vnde ſecundum iſtos intel-
lectus illud capitulum non probat quod Aluiſius
perdiderit priuilegium clericale. Præterea & quin-
to illud capitulũ debet intelligi quãdo illa quatuor

vel quinque de quibus dixi interueniunt quæ in
caſu noſtro nō interuenerunt. Ex his omnibus con-
cluditur quod Aluiſius non meretur amittere pri-
uilegium clericale, & ſic quod debeat indiſtincte
per D. Poteſtatem Veronæ remitti ad iudicem Ec-
cleſiaſticum. Et prædicta ſuadet etiam communis
practica obſeruata quæ eſt & fuit *vt dixi ſ. ſecundum
Albe. de Roſ.* & quia vidi ita iudicari & obſeruari Ve-
ronæ in perſona Iacobi Farfuzole qui quendā ma-
cellatorem cum enſe in capite vulnerat, & cum eſ-
ſet detentus per D. Poteſtatem poſt longas diſputa-
tiones fuit concluſum & determinatum me tunc
allegante pro dicto Iacobo quod remitteretur ad
46 iudicem eccleſiaſticum & ita fuit remiſſus. † Quæ
communis practica & obſeruantia eſt optima legū
interpres, *vt l. ſi de interpretatio. cum l. ſeq. ff. de leg.* Item
hoc etiam ſuadet fauor religionis pro qua in dubio
eſt iudicandum, *vt l. ſunt perſona. ff. de rel. & ſump. fun.
& no. gl. no. 14. q. 2. ſuper prudentiam. & glo. in l. locum. in
princ. ff. de vſu fruct.* Vltimo hoc etiam ſuadet, quia i-
ſta pars eſt tutior vnde amplectenda, *vt in c. iuuenis,
extra de ſponſa. & in c. illud de cler. excomm. mino.* Nam
dixit Ieſus, nolite tangere Chriſtos meos, id eſt, ſa-
cerdotes, vel clericos, *vt no. glo. in authen. de non alien.
§. 1. col. 2. & no. Bald. in l. ſi qua per calumniam. in po. col. ad
fin. C. de epi. & cler.* Si non remittatur poſſet Poteſtas
incurrere in excommunicationem, & faceret con-
tra præceptum legis diuinæ. Si remittit non peccat,
& ſecurus eſt, quod bene facit, quia etiam iudex Ec-
cleſiaſticus faciet iuſtitiam ſicut ſolet. De ſeptima &
vltima parte, an dictus Aluiſius ſit effectus incorri-
gibilis, ex quo bis vel ter dicitur commiſiſſe delicta
enormia, de quibus ſupra, & ſic propter hoc amiſe-
rit priuilegium clericale non curo tractare, quia ſa-
47 tis eſt declaratum per prædicta. † Sed ſi vis videre
quando quis dicatur incorrigibilis. *vide Anto. de But.
& omnes doct. in c. cum non ab homine. extra de iudi. & vi-
de tex. in c. vt fama. extra de ſen. exc.*

ADDITIONES.

a Tonſuræ.] *Imo gaudet priuilegiis in ſacris conſtitutorum
vt tenet Bal. in marg. verſ. cler. verſ. 19. Io. And. in c. nullus
de temp. ord. in. 6. ad materiam autem totius conſilii. vi-
de Lapum alle. 51. & alle. 118. Pet. de Anc. in conſ. ſuo
inci. Regula cancellaria. qui huius conſilii totam mate-
riam perſtringit.*

b Priuilegium.] *Adde Oldr. in conſ. 32. Bart. in l. apud La-
beonem. §. ſi quis virginem. ff. de iniur. Bal. in l. ſi qua
per calumniam. verb. & ſumit glo. hic. C. de epi. & cler.
doct. in c. ex parte. el. 3. de priui. & in c. vnico. de oblig. ad
ratioci. & in c. in audientia. de ſen. exc. Spec. in tit. de cō-
iug. 1. col. vbi de iſta concluſione late.*

CONSIL. XII.

SVMMARIA.

1 *Expenſa an taxari poſſint, quando quis propter deli-
ctum condemnatus fuerit, & de expenſis nulla men
tio facta eſt numerus omnibus ſequentibus per totum
conſilium.*

2 *Petitio quandocunque inepta fuerit, pars debet abſolui
ab obſeruatione iudicii.*

3 *Expenſa taxari non debent, niſi earum condemnatio
præcedat.*

4 *Iudicis officio aliquid expediri debet, quando verba i-
pſa ad iudicem referuntur.*

1 IN CHRISTI nomine. † Super ex-
penſis petitis taxari per Venturinum
de Soncino, cōtra Galeatium ab Ho-
rologio.

Duo ſunt principaliter conſiderā-
da. Primum eſt an illa petitio taxationis ſit apta, &
legitime facta, vel non. Secundum poſito quod ſic,
2 an illæ expenſæ taxari debeant necne. † Circa pri-
mum breuiter eſt dicendum, quod illa petitio eſt
inepta, & propterea debet Galeatius abſolui ab ob-
ſeruatione iudicii. *vt l. 1. §. pen. & ibi no. ff. ſi menſor. fal-
ſo modo dixe. & habetur in c. examinata. extra de iud. & in
l. 1. per glo. & docto. ff. de aſſeſſo.* vbi gloſſ. dicit, quod iu-
dex non debet admittere libellum ineptum, ſed i-
pſum reſpuere, maxime cum in caſu noſtro hæc ex-
ceptio fuerit oppoſita. Quid autem illa petitio ſit
inepta, patet quia petit taxari expenſas antequam in
expenſis ſit Galeatius condemnatus, quod fieri non
3 debet. † Expenſæ enim taxari non debent, niſi præ-
cedat earum condemnatio, quia expenſæ non de-
bentur, niſi quis in eis condemnatus ſit, vt probatur
in l. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. nec de iure com-
muni, niſi ex interuallo lata ſententia principali po-
teſt in expenſis condemnari *l. terminat. Et ibi per Cyn.
& docto. C. de fruct. & lit. expen.* Et eſt ratio, quia veni-
unt iſtæ expenſæ officio iud. *vt no. glo. ibi. & in l. ſeue-
ritatem. in fin. C. de exec. tuto.* quod non durat lata ſen-
tentia, *vt l. 4. C. depoſi. niſi ea die. l. pan. 1. ff. de re iud.* & i-
ſtud non habet dubium. Nec obſt. ſi dicatur, imo
eſt condemnatus per ſententiam D. Poteſtatis etiā
in expenſis, vt dicit Venturinus in ſua petitione, &
replicationibus, quia hoc eſt falſum. In ſententia
enim ſolum eſt condemnatus Galeatius in libris
trecentis communi, & in aliis libris trecentis iniu-
riam paſſo, videlicet ipſo Vēturino, quas libras ſex-
centas ſoluat, & in alio non eſt condemnatus. Et i-
deo cum petat taxari expenſas in quibus dicit Ga-
leatium eſſe condemnatum. Et ex tenore ſententiæ
dicat hoc apparere. Ex tenore ſententiæ apparet
contrarium, ſequitur quod ipſe Galeatius debet ab-
ſolui, facit quod not. Barto. & doctor. *in l. fin. C. ſi cer-
tum petat.*

Nec obſt. dum dicitur ſecundo, quod intelligitur
condemnatus vigore alterius ſtatuti, quod vult, quod
vbi iudex in ſententia non facit mentionem de ex-
penſis, intelligitur quod victus victori ſit in expēſis
condemnatus, quia illud ſtatutum loquitur in cau-
ſis ciuilibus tantum, & non in criminalibus, quod
patet, quia eſt poſitum in 2. libr. ſtatutorum cauſa-
rum ciuiliū, & non in tertio, in quo poſita ſunt ſta-
tuta cauſarum criminalium, & ſic ſtatutum debet
intelligi ſecundum titulum, ſeu librum in quo po-
ſitum eſt. *l. imperatores. ff. de in diem. adiec. & §. quibus in
1. conſt. Cod. cum ſim.* Nec ob. ſtatutum quod incip. In
quacumque cauſa tam ciuili quam criminali. quod
vult idem in criminali quod in ciuili quoad conde-
mnationem expenſarum, quia illud ſtatutum vult
quod

quod cōdemnatus in principali habeatur pro condemnato in expenſis. Imo vult, quod ad hoc vt expenſæ debeantur etiam in cauſa criminali, non ſufficit, quod feratur ſententia ſuper crimine, ſed requiritur, quod etiam feratur ſententia ſuper expenſis, vt paret ibi, dum dicit: Victus victori debeat in expenſis legitimis condemnari. Nam dum dicit, debet condemnari, præſupponitur, quod non ſit ipſo iure condemnatus, ſed debeat condemnari per gl not. *in l. in criminali, C. de iur. om. iud. & in l. iubemus, §. ſane, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Item dum dicit, victus victori apparet, quod non comprehendit Venturinum, quia non fuit victor, ex quo non produxit actionē. Nec obſtat ſecundum ſtatutum ſub rubric. de inſul. vulne. & feritis, quod incipit: Qui aliquem vulnerauit; quia dum dicit, compellatur per D. Poteſtatem vel iudicem malefic. ad ſoluendum vulnerato omnes expenſas, &c. quia illud ſtatutum intelligitur, ſi fuerit condemnatus per viam accuſationis, vel per viam condemnationis officio iud. vt probatur per text. cum gl. fin. *in l. ſeueritatem, C. de excuſ. tut.*

4 † Ex hoc patet, quia verba referuntur ad iudicem; ergo competit officio iud. gl. eſt not. *in l. ſi ſoror, C. de collat.* Cùm ergò non petat eum condemnari in expenſis, & non ſit condemnatus; Ergo petitio inepta, ideo Galea debet abſolui.

CONSIL. XIII.

SVMMARIA.

1 *Decreto principis ſtante, quod nullus poſſit dare de panno in ſolutum laboratoribus artis lanæ ſub pœna, tam dantibus, quam accipientibus, ſi omnes magiſtri cum laboratoribus conuenerint de dando panno, nunquam recipiendo decretum, an in pœnam inciderint, & quid ſi poſt decretum aliqui magiſtri effecti ſint, qui contrauenerunt, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Decretum ſeu conſtitutio aliqua ligat contrauenientes ſaltem poſt duos menſes.*

3 *Inferior non habet poteſtatem contraueniendi ſuo domino ſuperiori.*

4 *Peccata tanto grauiora ſunt, quanto diutius infælicem animam detinent alligatam.*

5 *Lex ad hoc vt valeat, & effectum producat, tria neceſſario requiruntur.*

6 *Lex, quæ nunquam approbata fuit, nec in vſum recepta, an legis vigorem habeat, & maxime quò ad pœnam imponendam.*

7 *Legis transgreſſores non dicuntur non ſeruantes legem ſeu conſtitutionem, quæ vtentium moribus approbata non fuerit.*

8 *Epiſcopus quiſpiam, ſi ſtatuto ſuo portantes perlas, excommunicet, quod à nulla muliere obſeruatum fuerit, an omnes mulieres excommunicatæ ſint.*

9 *Pœna aliquo in ſtatuto impoſita, an ipſo iure impoſita dicatur, vel ſententia requiratur.*

10 *Reformatio quædam ſtatuto contraria ſi facta fuerit, ſtatutum tamen ante & poſt fuerit ſeruatum & practicatum, & non reformatio, an ſtatutum valeat.*

11 *Conſuetudo particularis alicuius loci in non ſoluendo decimas, an & quo pacto excuſet.*

12 *Tempus non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis.*

13 *Lex quando præcipit vel vetat & tendit ad commodum priuatum principaliter tolli poteſt, quando non recipitur per eos, ad quorum vtilitatem principaliter facta eſt.*

14 *Tutela munus publicum dicitur.*

15 *Dare & accipere quandocunq; prohibitum fuerit, à ſponte ſoluente etiam non recipere licet.*

16 *Ius tolli ab initio aliud eſt, & aliud ab initio non recipi.*

17 *Cauſa qualibet etiam iniuſta dolo vel pœna excuſat.*

18 *Inferior quomodo contra legem ſuperioris venire poſſit.*

19 *Decreto aliquo pœnali ſi quidam prius impune contrauenerint, an etiam ſecundi contrauenientes in pœnam inciderint.*

20 *Faciunt quod alij, qui eodem iure cenſentur, ita facere debent.*

21 *Error communis à pœna ſaltem ſuperuenientes excuſat.*

22 *Carceres priuatos qui tenet, quo caſu abſolui mereatur.*

23 *Collegæ alicuius officij ſi plures fuerint, & aliquo in actu per omnes fiendo notarius omnium nomina ponat, licet aliquis eorum ſit abſens, an excuſentur.*

24 *Actum aliquem ſi quis faciat, qui communiter licitus æſtimatur, contrarium tamen eſt in veritate, quoniam ſapit vſurariam prauitatem, an ex hoc vſurarius dicatur.*

25 *Statuto ſi caueatur, quod nullus de nocte ante campanæ pulſationem portet certas res extra ciuitatem, vel quod nullus poſſit ire per ciuitatem ſine lumine, ſi aliquis de mane ſurrexerit, credens campanam eſſe pulſatam, an ſtatuto contraueniat, ita quod puniri debeat.*

26 *Animalium cuſtos ſi animalia in paſcuu dimiſerit, vbi communiter dimitti ſolebant, & lupus ea comederit, an excuſetur.*

27 *Pœna legali qualibet etiam iniuſta cauſa excuſat.*

1 IN Christi nomine, amen. † Stante quodam decreto Illuſtriſſimi & excellentiſſimi Domini Ducis Mutinæ contra mercatores & artifices, & laboratores artis lanæ; in quo inter cætera continetur in primo cap. quod per dictos artifices & principales Mutinæ nullo modo dari poſſit ipſis laboratoribus, aut alicui alteri, nec per eos laborantes, ſeu alicui pro eis & eorum nominibus accipi poſſit aliqua panni quantitas quoquo modo, nec pro eorum vſu, nec vendendi cauſa ſub pœna ſolidorum viginti trium pro quolibet brachio auferenda, tàm à dante, quàm recipiente, quæ pœna pro duobus tertiis applicetur & applicari debeat cameræ Ducis, & pro alia tertia accuſatori. Item, quod de cæteris rebus, puta, frumentis, vino, ac lignis, ſotularibus, ſpeciariis, & aliis rebus neceſſariis, excepto panno, poſſint dare in ſolutum ipſis laboratoribus, pro duabus partibus mercedum ipſorum laboratorum, & pro victu & vſu eorum, vt latius in dicto decreto fit mentio, vt ſupra continetur. Quo decreto publicato Mutinæ dicti magiſtri artis lanæ deſtiterunt à laborari faciendo certis diebus ſub prætextu, quod non haberent tot pecunias, cum quibus poſſent laborari facere, maxi-

me io tanta quantitate, prout facere conſueuerat, ac etiam vt poſſint melius lucrari dando in ſolutum de panno & aliis rebus quod videntes ipſi laboratores & intelligentes ſe pati maximum damnum & intereſſe, quia nihil poterant lucrari non laborando, nec ſuſtentare ſe & familiã ſuam, coouenerunt cum ipſis magiſtris de laborando & de accipiendo panno & aliis rebus pro eorum mercede, & ita contenti fuerunt & ſteterunt & obſeruauerunt vſque in præſentem diem, & ſic dictum decretum à tempore quo fuit conditum & publicatum nunquam fuit obſeruatum, nec etiam ante ab aliquo de dictis magiſtris vel laboratoribus. Sed de communi concordia omnes tam magiſtri quam laboratores qui tunc erant tempore publicationis dicti decreti nũquam receperunt nec acceptauerunt d. decretum, imo ei omnes contrauenerunt vſque in hanc diem. Poſt dictam publicationem decreti per tres quatuor aut quinque annos alii inceperunt facere panno[illegible] magiſtri artis lanæ, qui videntes magiſtros antiqu[illegible]s non obſeruare dictum decretum, ſimiliter ince[illegible]erunt laborari facere & dare de panno in ſolut[illegible] Nunc vero elapſis tredecim annis accu[illegible]uerunt omnes prædicti magiſtri, ex eo quod dicitur ipſos incidiſſe in pœnam decreti, quia ei cõtrauenerunt dando pannum laboratoribus in ſolutum. Modo quęritur de pluribus, & primo ſi omnes magiſtri artis lanæ, qui erant tempore publicationis dicti decreti & de voluntate & conſenſu laboratorum contrauenerunt dicto decreto dando pannũ in ſolutum, nec vnquam receperunt, aut acceptauerunt dictum decretum, inciderint io pœnã decreti. Secundo ſi prius per aliquos tantum magiſtros & laboratores contrauentum fuiſſet dicto decreto, & alii poſtea idem fecerint, an illi ſecundi in pœnam inciderint. Tertio ſi aliqui magiſtri poſt d. decretum publica. effecti ſunt poſt aliquos annos, & ipſi etiam ſimiliter decreto contrauenerunt, an inciderint io pœnam.

Quarto, ſi per 10. an. fuiſſet præſcriptum tali decreto propter contrarium vſum, an illa præſcriptio proſit etiam quo ad pœnam non petendã. In Chriſti nomine & inuocata ſpiritus ſancti gratia. Circa primum dubiũ, an omnes magiſtri, qui erant tempore publicationis & de voluntate & conſenſu laboratorũ cootrauenerunt d. decreto, ouoquam ipſum accipiendo, in pœnam iociderint. Et prima
2 facie videtur dicendum quod ſic, † quia cum illud decretum fuerit publicatum videtur ligare contrauenientes ſaltem poſt duos menſes, *vt in auth. vt facte noua conſtituti. & no. per gl. & doc. in c. cognoſcentes extra de conſti. & per gl. in data ſexti lib.*

Nec licitum fuiſſe videtur quod magiſtri & laboratores venerunt qui decretum princi. prohibitiuũ & pręceptum non obſeruauerunt. *c. 2. extra de maior.*
3 *& obe.* † quia inferior oon habet poteſtatem contraueniendi ſuo domino ſuperiori *c. cum inferior. de maio. & obe.* Et ad inferiores manet neceſſitas obſequendi, *vt in c. qua in eccleſiarum. de conſti. & in c. cum laicis. in prin. de reb. eccl. non alie. cum ſim.* Nec conſenſus omnium etiam laboratorum videtur ſufficere, ex quo in decreto imponitur pœna tam magiſtro danti quem laboratori recipienti. *arg. gl. in l. quod cuique præſtatur. ff. de regul. iur. in vlt. char. & per id quod ibi not. Bart. in l. ſi quis pro eo. in pen. col. ff. de fideiuſſ.*

Et maxime cum illud decretum fuerit factũ pro bono publico illius ciuitat. Mutinæ, vt patet in eius proœm. in verſ. nos qui pro bono eiuſdem ciuitatis noſtræ, &c. Et ideo dicto bono ſeu iuri publ. partes ipſę priuatæ noo potuerunt renuntiare, *l. ius publicũ. ff. de pact. cum ſim.* Nec videntur excuſari etiam ex eo
4 quod contrauenerint ſemper per 12. ann. † quia peccata tanto grauiora ſunt, quãto diutius infœlicẽ animam detinent alligatam, *c. fin. extra de conſue.* Sed iſtis noo obſtantibus contrarium credo eſſe de iure verius, videlicet quod nullus eorum in pœnam inciderit.

Et quod hoc ſit verum probatur. Nam ad hoc, vt valeat lex, & effectũ producat, vel decretum principis ſeu ducis, qood habet vim legis, iuxta not. *in l. 5. in fin. princ. ff. de verb. oblig. per Bart. & alios, & per Bart. in l. 2. in fin. ff. de bonor. poſſ. & in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. & per Bald. & Doct. in rubr. C. qui admit. cum ſimi-*
5 *lib.* tria ſunt neceſſaria. † Primum, vt fiat ab illo, qui poteſt legẽ condere, *16. diſt. ſamen.* Secundum quod ſit publicata, *vt not. in d. c. cognoſcentes. extra de conſtit. cum aliis ſupra ad hoc alleg.* Tertium, quod ſit recepta, & vſu approbata, *vt probatur 4. diſt. in iſtis. & in §. leges, & in §. has etiam. in princ. & ibi hoc no. Arch. qui tenet iſta tria neceſſaria. Et idem tenet Paul. de Liazar. & Matth. in procem. clementinarum, in §. vniuerſitati.* De duobus primis nulla eſt dubitatio, ſed de tertio, quod ſit neceſſarium, vt etiam ſit recepta, & vſu approbata eſt maior dubitatio. Pro cuius declaratione conſidero tres caſus. Vnus eſt, quando non fuit lex vſu approbata, puta quia nunquam caſus legis euenit, puta quia nullus laboraſſet, & iſte non eſt caſus noſter, ſed illius quæſtionis, an per deſuetudinem tollatur lex de qua habetur per Cyn. & docto. *in l. fin. C. de iure dom. impe. & in procem. inſtitutionum. in §. igitur. in fin. & ibi per gloſſ. & doctor. in l. de quibus. ff. de legib. & per glo. in cap. ſi de terra. extra de priuileg. & per gl. 15. q. vlt. cap. multa. in verbo connubio. in fin. cum ſimi.* Secundus caſus eſt, quando lex fuit recepta & vſu approbata, ſed poſtea contrauentum eſt, an tunc tollatur lex, habetur *in d. l. de quibus. ff. de legib. & in cap. fin. extra de conſue.* Et iſte etiam non eſt caſus noſter. Tertius caſus eſt, quando lex non fuit recepta, nec vſu vnquam approbata, ſed eius caſus euenit, & fuit contrafactum ſemper, & iſte eſt caſus noſter, quia dicta lex fuit publicata, & nunquam fuit obſeruata. Imo poſtquam euenit caſus legis, quia incœperunt magiſtri laborari facere incœperunt contrauenire, & nuoquam legem ſeruauerunt in hanc vſque diem.
6 † Et in hoc modo dubitatur, an ex eo, quod nunquam fuit acceptata, nec vſu approbata, ſed ei ſemper fuit contrauentum, an illa lex valuerit, & habeat vigorem maxime, quò ad pœnam imponendam. *Et alleg. Archid. tenentem, quod non, 4. diſtinct. §. final. hoc etiam idem tenet gloſſ. 2. in fin. in cap. 2. extra de*
7 *trenga & pace*, quæ dicit, † quod quando conſtitutio non eſt moribus vtentium approbata, illi qui non ſeruant legem, non dicuntur tranſgreſſores legis. *Et ita tenet Goffred. & Innocent. & Card. Zabar. & facit*

& facit pro hac ſententia.12.diſt.c.2.& 97.diſt.propoſuiſti.
in fin. & hoc tenet quaſi in terminis quæſtio. noſtra Matth.
in proœm.clement. in §. vniuerſit. vt refert ibi etiam Card.
8 *Zab. quæſtio autem facta fuit in his terminis.* † Epiſco-
pus Tudertinus facit ſtatutum excõmunicans por-
tantes perlas, quod à nulla muliere fuerat obſerua-
tum quærebatur an omnes eſſent excommunicatæ,
& quod non ſint excommunicatæ, *all.4.diſt.non iſtis.*
& c.ſeq. quæ probant leg.& conſt. vt leges deberent eſſe
receptæ moribus vtentium. Pro quo etiam *alleg. &*
no.Arch.in d.c.in iſtis, per ꝙ videtur dicendum mulie-
res poſſe cogi, vt reciperent & ſeruarent cõſtit. quia
ſtatuta Epiſcopi debent obſeruari, *de maior.& obed.ſi*
quis venerit. Sic etiam dicẽdum in caſu noſtro, ex quo
nec magiſtri nec laboratores vnquam receperunt
illam legem ſeu decretum ducis, quia in illo decre-
to etiam continetur: Mandantes vniuerſis & ſingu-
lis officialibus & ſubditis vt d.decretum obſeruẽt &
obſeruari faciant. Et licet d.Matth. *vt refert Car.Zab.*
in d.§. vniuerſitati, dicat ꝙ imo non ſeruantes & non
recipientes legẽ incidant in pœnam, quando pœna
eſt expreſſa in conſtit. quia ipſo iure & ipſo facto in-
currunt ſeu inciderunt, *arg.c.veſtra.de locat. & de con-*
ſtit.c.2. lib.6. & 11.diſt. Catholica. Et poteſt eſſe ratio,
quia in continenti, quod contrauentũ eſt, fit à *l.exe-*
cutio.facit c.paſtor.§.fin.extra de appel.cum ibi no.per.not.
in c.præterea eo.tit.cum ſim. Tamen quo ad pœnã quæ
mandatur infligi per conſtit. vel legem, & ſic quæ i-
pſo iure non imponitur, ſed per ſentent. tenet Mat.
prædictus quod non cadunt in pœnam *per d.c.in iſtis.*
4.diſt. quod dicit procedere in hoc vlt. caſu, & idem
vult An.de Bu. *in c.1.extra de treu.& pa.* & ſecundum
iſtam opin. iſta deciſio eſt de directo quæſtionis no-
ſtræ in fauorem magiſtrorum & laboratorum, quia
illud decretum principis non fuit vſu approbatum
nec receptum, & pœna quę imponit in decreto non
imponitur ipſo iure, ſed veniret imponẽda per ſen-
tẽtiam, quod patet, quia in eo dicitur ſub pœna 20.
9 ſol. &c. † Quæ verba ſub pœna tali non important
vt pœna ſit impoſita ipſo iure, ſed requiritur vt fera-
tur ſententia. *vt not.glo.in c.1.extra de ſagit.& in c.ſicut*
tuis.extra de Simo.& in c.1.extra de eo qui fur.ord.ſuſce.&
gl.fin.in c.cum eſſent.extra de teſt.& gl.63.diſt.Salonitanæ.
& not.per gl.& Doct.in §.1.extra de loca.& licet gl.videa-
tur dicere contrarium cum gloſſ.in c.relatum.extra de iure.
patr. illam declarat, & Doct. in iuribus præall. Præterea
hoc videtur etiam determinare, *Bal.in auth.omnes pe-*
10 *regrini.circa fin.C.communia de ſucceſ.* vbi dicit, † quod
ſi eſt facta quædam reformatio contraria ſtatuto,
tamen ſtatutum ante & poſt fuit ſeruatũ & practi-
catum quod cum reformatio nõ fuerit more vten-
tium approbata ſtatutum videlicet, quia non dici-
tur interruptum quod ſemper viguit. *4.diſt. in his ſe-*
cundum Inn. Et idem tenet Pet.de Ancha. in c.canonum ſta-
tuta.in 145.colum.extra de conſtit.in repetit.ſua. Sic di-
cendum videtur in caſu noſtro, quia erat ius com-
mune ſecundum quod quilibet poſſet vendere de
quibuſcunque rebus ſuis quibus placeret, *l. nec eme-*
re.C.de iur delib.& l. inuitum.C.de contrah.empt. fuit fa-
cta lex noua vt non poſſint mercatores dare pannos
inſolutum, quæ nunquam fuit recepta, ergo rema-
nemus in diſpoſitione iuris communis. Vlterius
confirmo prædicta per ea, quæ no.ſing. Ant.de But.
in c.parochianos, in vlt.col.in princ.extra de deci. vbi dicit,
11 † ꝙ licet conſuetudo particularis alicuius loci in nõ
a ſoluẽdo decimas non excuſet, *a* quia nõ habet iuſtũ
pretium. Tamẽ ſi eſt conſuetudo vniuerſalis popu-
li vel prouincię, ſicut in Italia quicqoid ſcribat Papa
ſua lex non eſt moribus recepta vel de conſuetud.
abolita ipſo tolerante, ideo excuſantur à peccato
non ſoluendo decimas per ea quæ habentur, *in cap.*
quia circa.de conſang.& affin.& in cap.1. de treu.& pa.&
in 4.diſt.§.leges.& not.ſuper rubr.de conſue. per Compo-
ſtolanum, *& Innoc. in voto continentia in Orientalibus.*
de conſ.coniug.cum olim. Et ſic vult ꝙ duobus modis
quis non ligatur aliqua lege vel conſuetudine, vel
quando nõ eſt vtentium moribus recepta vel con-
ſuetudo abolita. At in caſu noſtro illa lex principis
non ligat neque ligauit, ex quo nunq̃ fuit moribus
vtentium approbata, ſcil.à toto populo Munnę, vi-
delicet ab omnibus magiſtris & laboratorib. iuxta
no. *in l.inter omnes.ff.qui ſatis.cog.& in l.1.§.interdum.ibi*
omnes.n.auctores ff.de vſufr.cum ſi. Nec obſtat ſi dicatur
imo eſt facienda diffe. an lex, vel cõſtitutio permit-
tat vel diſponat, quo caſu per deſuetudinem, id eſt,
per non acceptionem & contrarium vſum tollitur.
Poteſt poni exemplum, *in c.ſtatuimus.extra de maior.*
& obe.& ita intelligatur.8.diſt §.leges.& §.ſi. aut eſt ꝓhi-
bitoria vel præceptoria, & tunc non poteſt tolli ex
eo ꝙ non acceptetur, imo ligat, *c.2.de maio,& obe.&*
iſta fuit opi.Hoſt.vt ipſe & Doct. no.in c.1.de treu. & pa.&
allegat rationem, quia negari nõ poteſt quin ſaltem
à principio ad hoc obſeruandũ aſtringebantur cum
adhuc in deſuetudinem non abiiſſet. Ergo & hodie
12 aſtringi debent † cum tempus non ſit modus tol-
lendi vel inducendi obligationes, *l. obligationum fe-*
rè.§.placet.ff.de act.& obl. nec in talibus excuſat magi-
ſtrorũ auctoritas, *extra de big.c.2.de dect.a nobis.* Quia
ad hoc reſpondetur, ꝙ etiam ſi iſta opi. eſſet vera vt
lex non tollatur ex eo quando à populo non recipi-
tur ſi eſt ꝓhibitoria vel præceptoria ſicut eſt in caſu
noſtro. Tamen hoc debet intelligi & limitari quan-
do contineret honorem Dei vel publicum princi-
paliter, *arg.l.ius publicum.cum ibi not.ff.de pact. & l.neq;*
pignus.§.priuatorum.ff.de reg.iur.cum ſi. Secus quando
lex præcipit vel vetat & tendit ad commodum pri-
13 uatum principaliter, † quia tunc poteſt tolli quan-
do nõ recipitur per eos ad, quorum vtilitatẽ princi-
paliter facta eſt, quia etiam pacto & renuntiatione
tolli poſſet, *vt not. dicit gloſſ. in l.de quibus. ff. de legibus.*
quam in his terminis ſequitur Ant. de But. *in c.1.in*
vlt.col.extra de treuga & pace. Sed iſta eſt in quæſtione
noſtra quod d. decretum ſiue lex Ducis Murinæ fu-
it facta principaliter in fauorem priuatorum vide-
licet laboratorum, quod patet, quia ad eorum in-
ſtantiam & querelam facta eſt, vt probatur ex pro-
œmio d.decreti, ibi, eſſetque ad nos per eoſdem la-
borantes & mercenarios delata grauis querela. Ex
cuius proœmio poteſt argui, *l. regula. §. & licet. ff. de*
iur. & fact. ignor. & l.fin. & ibi per Bald.& alios.ff.de ha-
red.inſtit.cum ſi. Cum principaliter ad eorum inſtan-
tiam & pro eorum vtilitate hoc factum, vt ibi di-
citur, ſequitur quod dicitur illud decretum prin-
cipaliter fuiſſe factum pro commodo eorum, & ſic

DD 3 ad pri-

nā priuatam vtilitatem, *arg. l. ſi quis nec cauſam. cum ibi*
notatis. ff. ſi cert. pet. & in l. qui exceptionem. ff. de cond. in-
deb. & per not. per Bald. in l. fin. C. de in ius vocan. & per
Doct. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. Nec obſtat
quod dicitur in prooemio, dicti decreti ibi, nos qui
pro bono eiuſdem ciuitatis noſtræ & ipſorum par-
ticularium & artificum & laborantium, &c. Vbi
Dux Mutinæ videtur feciſſe dictũ decretum prin-
cipaliter ad vtilitatem publicam, & pro bono pu-
blico ciuitatis arguẽdo ab ordine literæ ſeu ſcriptu-
ræ, *l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicom. liber. & c. ſi quis*
iuſto impedimento. de elec. in 6. & per. not. in auth. hoc am-
plius. C. de fideic. cum ſim. Quia ad hoc poteſt reſpõderi
quod illa verba debent intelligi pro bono ciuitatis,
ſcilic. ſecundario, ſed principaliter pro bono labo-
ratorum, quod patet ex verbis præcedẽtibus in qui-
bus dicitur decretum fuiſſe factum ad inſtantiam e-
orum, & etiam quia in veritate reſpicit principali-
14 ter vtilitatem ipſorũ. Sicut dicitur de tutela. † quæ
appellatur munus publicum, & tamen intelligitur
ſecundario, ſed principaliter priuatum, quia eſt in-
uenta ad pupillorum vtilitatem, *vt eſt text. cum gloſſ.*
inſtit. de excu. tut. in prin. Et forte cum miniſterio di-
citur ſimpliciter pro bono ciuitatis, & non dicitur
pro bono publico ciuitatis ad ſignificandum prin-
cipaliter decretum fuiſſe conſtitutum ad vtilitatem
laboratorum & in conſequentiam ciuitatis. Nec
obſtat etiam ſi dicatur, quod dicti magiſtri & labo-
ratores non potuerunt contrauenire dicto decre-
to, & ſic ipſum non recipere, ex quo eſt impoſita
pœna tam magiſtro danti pannum quã laboratori
recipienti, ergo ei renunciari non potuit, nec ex-
preſſè nec tacitè, *per l. quod cuiq. in vlt. colum. chart in*
fin. cum his quæ no. ibi gl. & Bart. ff. de reg. iur. & Bart. in l.
ſi quis pro eo. in pen. col. verſ. quinto. de fideiuſſ. & in l. ampli-
us non peti in prin. vlt. colu. ff. rem rat. habe. Et not. expreſſe
Luc. de Belui. in auth. vt ſcriptum exemplar in fin. vbi dicit,
15 † quod quando eſt prohibitum dare & accipere
nõ licet recipere etiam à ſponte ſoluẽte *per illum tex.*
& per l. ſin §. 1. C. de re milit. & l. deuotum. Cod. de metatis.
lib. 12. facit. cap. ſtatutum eſt inſuper. cum ibi not. de reſcript.
in 6. Quia reſponderi poteſt prædicta procedere
quando lex iam fuiſſet recepta & moribus vtenti-
um approbata quo caſu non poſſet contrauenire
tacite nec expreſſe. Secus ſi non fuiſſet recepta ſicut
fuit in caſu noſtro, *4. diſt. §. leg. & dicit Lap. in alleg. ſua.*
Stante conſtitutione Benedicti in ſimil quæſt. quan-
do eſt taxatum charitatiuum ſubſidium, & licet di-
cat quod non audeat hoc affirmare propter ea quæ
habentur, *in cap. 1. in gloſſ. 2. de cenſi.* quæ faciunt pro
& contra, ſed reliquit iudicio vniuſcuiuſq;. Tamen
iſta opin. tenenda eſt maxime per ea quæ habentur,
in c. 1. extra de treug. & pac. & per ea quæ ſupra dicta ſunt.
Prætetea poteſt intelligi illa pœna appoſita tam
danti quam recipienti quando aliqui obſeruaſſent
d. decretum & aliqui non. Secus ſi omnes contra-
uenerunt, anteaquam vnquã fuerit recepta eadem
ratione per ea quæ not. Ant. de But. *in c. parochianos.*
in vlt. colum. in prin. extra de deci. vbi facit, dicitur iam
an aliqui contraueniant in non ſoluendo decimas
an omnes, *vt ſupra dixi.* Nec obſtat ſi diceretur ne-
gari non poteſt quod iſta contrauentio, & ſic iſta
conſuetudo contrauenie ndi non habuit iuſtum
initium, & ſic non videtur valere etiam ex tractu
temporis, *l. obligationum fere. §. placet. ff. de action. & ob-*
lig. & cap. fin. in princ. de conſuet. Quia reſpondetur
16 ſecundum Ant. de But. *in d. c. ante fin.* † quod aliud
eſt ius tolli, & tunc requiritur conſuetudo legiti-
ma, & de iſto loquimur. Aliud eſt ab initio non
recipi, & tunc nulla requiritur præſcriptio, ſed ſuf-
ficit quod non fuerit ſciente principe ab initio non
recepta ſi hoc principi conſtet. Item etiam ſi d. de-
cretum fuiſſet factum ad honorem Dei vel com-
modum publicum principaliter ſi primum genus
tempore decreti editi non recipit & ſuperior ſciens
patitur, & ſic tacite conſentit huic non receptioni,
quo caſu tale ius non ligat, *4. diſt. §. leges, ſecundum An.*
de But. in d. c. 1. in vlt. colum. extra de treug. & pa. Sed in
caſu noſtro licet non conſtet expreſſe de ſcientia
principis, videlicet quod ſi ſciuerit legem ſuam non
fuiſſe receptam, tamen præſumitur quod ſciuerit,
ex quo publicè notum erat, quod primo magiſtri
deſtiterunt per aliquot dies à laborari faciendo, &
poſtea conuenerunt cum laboratoribus & dede-
runt pannum qui etiam à ſuis curialibus emptus
fuit, *per gloſſ. not. in l. ſi tuto. C. de peri. tut. & per gloſſ. in l.*
1. in verbo ex hoc. ff. de requi. reu. & not. Bart. in conſil. 15.
quod incipit: Miſſus in poſſeſſionem. in vlt. col. Nec obſtat
ſi dicatur quod illæ gloſſ. intelligi debent quando
quis moratur in loco in quo publicè ſciebatur. Sed
Dux Mutinæ non ſtetit Mutinæ ſed Ferrariæ, quia
reſpondetur quod imo vt mihi aſſeritur in facto o-
mni anno poſt d. decretum, & ante vſque ad aduen-
tum Illuſt. Dn. Herculis fratris ſui, iuit ad ciuitatem
Mutinæ, vnde cum ibi eſſent in terra, publicè præ-
ſumo ipſum habuiſſe notitiam d. decretum ſuum
non fuiſſe receptum & ei contrauentum maxime
per officiales ſuos quibus ſub pœna indignationis
ſuæ & arbitrio iniunctum erat per illum decretum
vt illud facerent obſeruari, & maxime cum etiam
eſſet publice notorium Ferrariæ ꝙ d. decretum non
fuerit obſeruatũ, propter ꝙ præſumitur veniſſe ad
notitiam principis, *per d. gl. in l. ſi tut. C. de peric. tut. &*
per tex. in c. quoſdam. cum gl. & c. quando extra de præſum.
cum ſimil. Et ſi iſtud eſſet verum quod Dux Mutinæ
ſciuiſſet vere vel præſumptiuè quod decretum ſu-
um non fuerit receptum & aliter nõ prouideat, res
iſta nõ haberet aliquod dubiũ per prædicta. Quin-
imo etiam ſi neſciuiſſet verè vel præſumptiuè, ta-
men adhuc teneo ꝙ dicti magiſtri nõ inciderunt in
aliquam pœnam per prædicta. Et maxime ex quo
fuit publicatum illud decretum cum illa clauſula, ꝙ
officiales ſub pœna, &c. facerẽt illud obſeruari, quia
ſcientia & taciturnitas officialis & ſi non eſſet ſcien-
tia ſufficiẽs, pro ſcientia principis, tamẽ quia magiſtri
& laboratores crediderunt, ꝙ eſſent officiales prin-
cipis cõtenti, poſtquam nihil vnquam dixerunt nec
obſeruari fecerunt, veriſimiliter enim credere po-
tuerunt, quod princeps fuerit cõtentus, quia ſi non
fuiſſet contentus officialis, incidiſſent in pœnam,
quod non eſt credendum per ea, quę habentur *in l. ſi*
procurator. ff. de cond. indebit. & in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi
quis ius dic. non obtem. per. & l. marito. ff. pro ſocio, cum ſi-
17 *milib.* † Et ſic iſta credulitas videtur eos excuſare à
pœna

pœna, quia quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à
pœna vel à dolo, ex quo ſequatur pœna, *l. igitur, §. c. ff. de libera. cauſa. Et not. gloſſ. in l. ſi plagij, 2. C. ad l. Falcidiam de plagia. & in l. 1. in fin. de abigeis, & gl. 2. magna. in fin. in l. 1. §. ſi procurator, ff. ſi quis ius dicen. non obtemperaue. cum ſimilib.* Nec obſtant argum. ſupra pro altera
parte deducta, & primo dum dixit quod lex vel cō-
ſtitutio ligat à parte publicationis ſaltem per duos
mēſes, quia illud eſt verum quando eſt recepta mo-
ribus vtētium, alias ſecus, vt patet ex prædictis. Nec
obſtat dum dixit quod inferior non poteſt venire
18 contra legem ſuperioris, † quia imo poteſt non re-
cipiendo maxime quando interuenit voluntas eo-
rum ad quorum vtilitatem principaliter facta eſt, *vt dixi. facit quod not. Archid. 11. diſt. in his, circa fin.* Reliqua
argumenta pro prima parte deducta ſunt ſublata
per ea quæ dicta ſunt. Vnde cōcludo circa primum
dubium quod ex quo dicti magiſtri nūquam rece-
perūt d. decretum & omnes à principio poſt publi-
cationem elapſis quibuſdam diebus contrauene-
runt de voluntate & conſenſu laboratorū nec Dux
Mutinæ, aut eius officiales vnquam contradixerūt
19 quod in pœnam decreti non inciderunt. † Circa
ſecūdum dubium principale: an ſi prius per aliquos
tantum magiſtros & laboratores contra factū fuiſ-
ſet d. decreto, & alij poſtea idem fecerint, an illi ſe-
cundi in pœnam inciderint. Et breuiter in hoc pu-
to ita dicēdum quod ex quo primi inceperunt con-
trauenire decreto & non puniebantur & officia-
les Mutinæ qui tenebantur ſub pœna illud obſer-
uari facere & non faciebant ducit iſto errore etiāſi
eſſet iniuſtus, puta quia primi incidiſſent in pœnam
quod non dico, ex quo nunquam fuit per aliquē re-
ceptum, vt dixi in præcedenti dubio principali ex-
cuſare otur à pœna, *d. l. igitur, §. c. cum alus ſupra ad hoc alleg. in proximo dubio præcedenti circa fin.* Et pro hoc fa-
cit quod dicam plenius in ſequenti dubio principa-
li, quia dependent ab vno fundamento.

Circa tertium dubium principale ſi aliqui magi-
ſtri poſt dictum decretum publicatum effecti ſunt
poſt aliquos annos, & etiam ipſi ſimpliciter decre-
to contrauenerunt, an in pœnā inciderint. Et vltra
ea quæ dicta ſunt in primo & ſecūdo dubio princi-
pali teneo ſine dubio iſtos non incidiſſe in aliquam
pœnam, quia cum ipſi noui fuerint magiſtri & vide-
rint omnes magiſtros impune dediſſe pannum la-
boratoribus per tres aut quatuor annos nō contra-
dicente principe, nec cōtradicentibus eius officia-
libus. veriſimiliter credere potuerunt illud decre-
tum nō ligare, quia in eo ſtatu in quo inuenerūt di-
ctos primos magiſtros in eo potuerunt iudicare vi-
delicet vt poſſent dare pannum laboratoribus, *arg. l. mercor. cum ibi not. per gl. & Doct. C. de ſeru. expor. & l. ruptilia polla. & ibi Bart. & alij, ff. de contrah. empt. & per*
20 *not. in c. ſi iudex laicus de ſent. exco. lib. 6.* † Et quia quod
alij faciunt qui cenſentur eod. iure ita facere debet,
c. diſtin. contra morem & probatur in c. ſlipite. & ibi gloſſ.
21 *in verbo alia extra de cenſib.* † Et poſito quod illi pri-
b mi erraſſent, tamen iſte communis error *b* excuſa-
ret ſuperuenientes ſaltem à pœna, *per not. in l. Barbarius Philippus, ff. de offic. prætor. & in l. 1. C. de teſta.* Et hoc
probatur per id quod not. Pet. de Anch. *in c. cum ve-*
22 *nerabilis. per gl. 1. in fi. extra de conſuet.* qui dicit, † quod
cum quidam rector villæ feciſſet plures ponere in
compedibus fuit contra eum formata inquiſitio, quod
ipſe tenuerat priuatos carceres, *contra totum tit. C. de priuatis carceri.* & ipſe probauit quod ſui maiores ita
facere cōſueuerunt & fuit abſolutus. Et pro hoc et-
iam allego quod not. Bald. *in c. c. in fi. prima col. in tit. de*
23 *cognit. feud.* vbi dicit elegāter, † quod in ciuitate Pe-
ruſij ſunt tres conſeruatores monetæ & quando fi-
unt ſolutiones in communi conſueuit notarius po-
nere nomina omnium trium, licet vnus ſit abſens,
& tamen propter conſuetudinem ita ſcribentium
excuſantur. Allegat ea quæ habentur per Hoſti. *in c. quando extra de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli.* Et dicit quod eadem ratione defenduntur no-
tarij communis Peruſij qui ſunt rogati vltimo die
officij, ad illum diem ponunt ſolutiones quæ fiunt
ipſis, quia conſuetudo ipſos excuſat, vnde conclu-
dit quod vbi eſt bona mens & intentio ibi non po-
teſt eſſe falſitas, & ſic nec pœna. Et idem in effectu
vult Hoſtienſ. & Anton. de Butr. *in c. 2. in fin. extra de fide inſtrum. & Dominus Angel. de Aret. in ſuo tracta. maleſic. in gloſſ. in verbo falſario in 1. col. in fin. & facit quod nota. Bald. in l. vnica in 12. colum. verſic. modo ſequitur alia queſtion. Cod. de Confeſſis.* Et intelligo prædicta
non ſolum quando eſſet introducta conſuetudo,
puta per decenniū, ſed etiam quando minore tem-
pore, ita tamen quod publice licere arbitraretur,
quia tunc illud faciendo non dicitur quis peccare
nec dominum cōtemnere nec in pœnam aliquam
incidere poteſt, vt probatur optime, *in l. quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem.* ibi quod ei publice facere li-
cere arbitratur, *ff. de adi. edict.* & quod ibi no. Bar. qui
24 dicit per illum text. eleganter. † quod ſi quis facit ali-
quem actum qui æſtimatur communiter licitus.
Contrariū tamen eſt in veritate, quia ſapit vſurariā
prauitatem quod ex hoc nō dicitur vſurarius, & ſic non
poteſt tanquam vſurarius puniri. Item pro hoc et-
iam adduco quod not. Gandin. *in ſuo tracta. maleſic. in rubric. de rebus vetitis extra diſtrictum in 1. col. verſ.* Item
quid ſi ſtatuto contineetur, vbi dicit notabiliter,
25 † quod ſi ſtatuto cauetur quod nullus de nocte an-
te pulſationem campanæ portet certas res extra ci-
uitatem, vel quod nullus poſſit ire per ciuitatem ſi-
ne lumine, & aliquis ſurrexit de mane credēs cam-
panam eſſe pulſatam, fecit contra dictum ſtatu-
tum. Nunquid debeat puniri, & tenet quod nō di-
cens quod ita terminauit Mutinæ Guido de Suzaria
per dictam l. quis ſit fugitiuus. §. idem Labeo. ſed debuit allegare dictum §. apud Labeo. Item allego etiā illud quod
26 habetur, *in l. ſi negot. ff. de neg. geſt.* vbi dicitur, † quod
ſi cuſtos animalium dimiſit animalia in paſcuis, vbi
communiter ſolebant dimitti & lupus ea comedit
excuſatur, *per dictum, §. apud Labeonem & ita tenet Cyn. in l. nemo in vlt. q. C. de Epiſc. audien. & ibi Bal. & Doct. & Alberic. in d. §. apud Labeonem, & ibi Doctor. & in l. pignus, C. de pignor. actio. & facit etiam id quod not. Bart. in l. penult. ff. ad l. Iuliam de adult.* Item hoc etiam proba-
27 tur alia ratione, † quia quælibet cauſa excuſat à
pœna legali, vt not. Ioan. Andr. *in capit. 1. de electione. libro 6. in nouella.* Et excuſat etiam à pœna arbitrali,
vt not. Bald. in auth. generaliter in 4. col. in fin. C. de Epiſc.

& cler.& excuſat etiam à mora, l.ſciendum, ff. de vſur. & not.Lud. de Roma in l.ſi mora in 3.col.ff.ſol.matr. Item plus dico quod non ſolum iuſta cauſa, ſed etiam iniuſta excuſat à pœna ſiue dolus requiratur, vt l. igitur.§. 1.ſi. de liberal. cauſa. ibi iuſtis rationibus ductus vel non iuſtis,& probatur per gloſſ.quas allegaui in præcedenti dubio principali.Siue etiam requiratur lata culpa, quia lata culpa eſt ignorare quod omnes ſciunt,l.lata culpa,ff.de verbo.ſign.& not.gl. ordina.inſti. quibus modis re contrahi.oblig.in §.pen. & habetur per glo. & Bart.in l.quod Nerua.ff.depoſi. Sed in caſu noſtro [illegible] hoc vt contra faciens incidat in pœnam pecuniariam requiritur ſaltem lata culpa, vt not. Bart. in l.1. §.non autem, ff.ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſ. fuer. quæ lata culpa dici non poteſt in caſu noſtro quantum ad iſtos ſecundos magiſtros, ex quo reperierunt alios omnes ita publice feciſſe, per d.§. apud Labeonem cum ſim. Et ſi poſſet eis ſecũdis magiſtris imputari q; fuerint negligentes in inquirendo ſi illud decretum erat ſublatum vel non, iſta appellaretur leuis culpa, vt not.gl. in d.§.pen.& per.Bart. in d.l.quod Nerua. & per Canoni. in c.fin. extra de depoſito, quæ leuis culpa non ſufficeret ad pœnam etiam pecuniariam imponendam, vt not. Bart. in d.l.1. §. non autem, ff.ſi quis teſtam. liber.eſſe iuſ.fuer.& Bart.in l.iuſte poſſidet, in fin.ff.de acq. poſſ.& ibi per Doct. poſt eum. Et ideo ex prædictis concludo, quod dicti ſecundi magiſtri qui dederunt de panno laboratoribus non inciderunt ſine dubio in aliquam pœnam. Circa quartum & vltimũ dubium principale. Si per decem annos fuiſſet præſcriptum illi decreto per cõtrarium vſum, puta quando prius fuiſſet receptum, iuxta no. in c.1.extra de treuga & pac. an illa præſcriprio proſit etiam quo ad pœnam non petendam contra illos qui prius in pœnam incidiſſent. Officiales Taruiſij de M.CCCC.XLIX. ad inſtãtiam & requiſitionẽ Ser Petri Pauli de Galeto ciuis Taruiſini, & Antonii Baſſanini ceperunt Albertinum molẽdinarium de ſeptimo & ligauerunt cauſa ipſum ducendi Taruiſium, qui Albertinus erat debitor dicti Ser Petri de Galeto in libris trigintatribus & in expenſis legitimis, vt apparet per ſententiam volũtariam. Et erat debitor dicti Antonij Baſſanini in lib.15. prout officiales retulerunt pro dicta ſumma ipſum pignoraſſe. Poſt capturam Dominicus filius Albertini molẽdinarij de Morgane. Vendramin⁹ dictus Toſonus de Morgano & Baptiſta filius Maciani de ſeptimo fecerunt inſultum contra dictos officiales, & de manibus dictorũ officialium arripuerunt. Propter quod fuit facta denuntia & querela contra prædictos tres. Tandem D.Poteſtas Taruiſij pro prædictis condemnauit Dominicum, & Vendraminum & Baptiſtam ad ſtandum per tres menſes in carceribus. Et q; quilibet eorũ teneretur ad ſolutionẽ debiti pro quo captus fuerat d.Abertin. dummodo tantum vna ſolutio fiat. Item condẽnauit dictos Dominicum & Baptiſtam in lib. 40. paruorum communi pro quolibet. Vendraminum vero in lib.50. quorũ medietas ſit percuſſi & alia communis & expenſis vigore arbitrij ſui. Deinde Ioannes & Priamus de ſeptimo interfecerunt, vt dicitur dictum Dominicũ filium Albertini cõdemnatum, vt ſ. Et de dicto homi. facta eſt denuntia vel querela Coram iudice maleficiorum Taruiſij comparuerũt parẽtes dictorum Ioannis & Priami dicentes quod contra eos procedi non poteſt, quia dictus Dominicus Albertini potuiſſet impune occidi vigore ſtatutorum Taruiſij ex quo erat condemnatus vſq; ad ſummam 50.libr. vt ſupra dictum eſt queritur, quid iuris.

ADDITIONES.

a Non excuſet] Ad hoc vide Paul. de Caſtr. in conſil. 387. Oldr.in conſ.19.Bal.in l.ſi. C.ſine cen. vel reli. multa per Fed.de Se. in cõſ.84.copioſe totam materiam per d. Abb. in c.in aliquib.de dec.d.Car.in cle.ſi.in 5. q.de pœ.totam materiam per d.And. Sicu.in conſ. inc. Eccleſia Romana quod eſt poſt conſ.5.Alex.31.in 4.vol.

b Error communis] vide ad hoc D. Alex. de Imol. in conſ. 138.in 1.vol. Bart.& Doct.in l.Barbarius, ff. de offic.præſi. Doct.in l.1.ff.de teſta. Bald.in auth.& omnino, in fin. C.ne vxor pro marito, & in l.ea quæ.1.q.C.de condit.indeb. multa per Paul.de Caſt.in conſ.5. Doct.in auth.hab. C.ne fil.pro pat.

CONSIL. XIIII.

SVMMARIA.

1 Condemnatio an valeat, ſi quis condemnatus fuerit ad ſtandum ſex menſibus in carceribus, & ad ſoluẽdum debitum, eo quod eripuerit aliquem per vim de manibus familiæ condemnatum pro debito priuato in lib.40. quomodo pœnarum coaceruatio valeat, ſtante ſtatuto, quod bannitus impune occidi poßit, & quando pœna parti, & quando fiſco applicetur numeris omnibus ſequentib per totum conſilium.

2 Pœna per impoſitionem à ſtatuto factam an à pœna legali receſſum videatur.

3 Pœna de ſoluendo aliquo debito ſi non petatur, an & quomodo imponi poßit.

4 Debitorem etiam priuati qui de manibus familiæ ſeu officialium eximit, iure communi debitum ad ſoluendum creditori tenetur, ac ſi pro debitore fideiuſſiſſet.

5 Lex noua quando minorem pœnam quam lex antiqua imponit, non reuocando pœnam legis antiquæ, vtraque debetur.

6 Pœna quando à lege veteri imponitur, quæ vni, puta parti applicanda ſit, & lex noua ſuperueniens imponit etiam pœnam pro eodem delicto fiſco applicandam, an ex hoc pœna antiqua tolli videatur.

7 Pœna quando contra diuerſos ponitur, vna per aliam non tollitur.

8 Statutum non debet intelligi, vt in damnum tertij ius commune corrigat.

9 Generi per ſpeciem non derogatur, quando diſpoſitio in vna lege eſt generalis, & in alia ſpecialis.

10 Lex noua, pœnam imponendo, pœnam impoſitam per aliam an tollere videatur.

11 Dictio alius, aliud, ſimilitudinem ſignificat.

12 Clauſula, quouis modo vacet, omnem modum vacandi comprehendit.

13 Criminalibus non eſt neceſſe, vt in cauſa concludatur.

14 Eripientes de manibus familiæ per vim aliquem in pœna creditori applicanda quilibet in ſolidum tenetur.

15 Pœna

15 Pœna an coaceruari poſſint quo ad hoc, vt aliquis impune occidatur.

16 Odioſis & pœnalibus, an coaceruatio fieri poſſit.

17 Statuto ſi caueatur, quid bannitus ea centum libris ſupra impune offendi poſſit, & vnus plura banna habeat, vnum ſcilicet in 50. aliud in 60. ſed nullus de per ſe centum efficiat, an impune occidi poterit.

18 Condemnatio, quæ fiſco applicatur criminalis.

19 Statutum permittens condemnandum impune occidi in quibus caſibus locum habeat.

20 Statutum permittens condemnatum occidi, intelligitur de eo, qui bannitus & condemnatus eſt.

21 Pœnæ coaceruantur, quando quis eſt condemnatus in vna ſententia pro vno & eodem delicto diuerſis pœnis.

22 Bannitus in quinquaginta & quinquaginta, dicitur bannitus in centum, ſi vna actione numero in ſententia condemnatoria deuenerint.

23 Condemnatus quandocunque quis eſt propter vnicum tantum delictum pluribus pœnis pro vna tantũ qualitate delicti illæ pœnæ ſimul coaceruari debent.

24 Obligatione in annua, quæ non eſt vna, ſed multiplex, coaceruatio non fit, licet illæ obligationes ex vno, & eodem facto oriantur.

25 Delicta plura quando in vna rixa facta fuerint, ex quibus in vna ſententia plures condemnationes ſequuntur, illæ pœnæ coaceruari poſſunt.

26 Factum vnum vbi omnium obligationum radix fuerit, coaceruatio fit.

27 Verba ſtatutorum alternatiua copulatiuè & alternatiuè intelligi poſſunt.

28 Pœna mera eſt, quando ipſius ſolutione debitor non liberatur.

29 Statutũ quando non diſtinguit, an pœna veniat applicanda fiſco vel parti, nec nos diſtinguere debemus.

30 Pœnæ an taliter coaceruari poſſint, vt aliquis pro condemnato omnino habeatur.

31 Pœna in eadem quantitate reſpectu generis, & quo ad genus ſignificat omnem ſimilitudinem & conductionem.

32 Sententia eſt ſtricti iuris & ſtrictè, prout verba ſonant & iacent, intelligi debet.

33 Verbum, intelligatur, de ſui natura fictionem ſignificat.

34 Verba ſtatuti maximè pœnalia in dubio in caſu proprio & vero, non autem in caſu ficto intelligi debent.

35 Lex vbicunq; æquiparat & adæquat caſum fictum, caſui vero ſemper caſus fictus ad verum porrigitur.

36 Sententia ſecundum extenſionem ad formam ſtatuti intelligi debet.

1 IN Christi nomine, &c. † Pro declaratione præſentis conſultationis tria dubia ſunt examinanda: Primò eſt, an d. Dominicus occiſus fuerit, iure & legitime condemnatus vltra ſummam 50. lib. paruarum. Secundũ poſito, quod ſic, an d. ſummę condemnationum coaceruari poſſint & debeant, quo ad hoc, vt potuerit vigore ſtatuti impune occidi. Tertium poſito, quod dictæ pœnæ non ſint coaceruandæ, an ſaltem poſſit dici, quod d. Dominicus habeatur pro condemnato in pœna 50. lib. applicanda fiſco, ita vt potuerit impune occidi. Circa primum dubium videtur prima facie dicendum, quod d. Dominicus non fuerit legitime condemnatus vigore ſtatuti Taruiſii poſiti, in lib. 3. tractatu 9. ſub rubr. dè pœna auferentium illos, qui conducuntur in fortiam communis Taruiſii, quod dicit, quiſque rapuerit vel aliàs fecerit vel procurauerit cum effectu, ne captus vel detentus ad manus D. Poteſtatis, & in fortiam cõmunis Taruiſii peruenerit, ſi talis raptus erit condemnatus vel condemnandus in pecunia, in eadem quantitate pecuniæ condemnetur communi Taruiſii, quia illud ſtatut. videtur loqui ſolum de captis vel detentis pro aliquo maleficio vel occaſione alicuius condemnationis factæ communi Taruiſii, vel occaſione alicuius banni, vt patet in princ. illius ſtatuti, ibi præcipimus, quod ſi aliquem captum vel detentum occaſione alicuius maleficii condemnationis vel banni. Et ideo dum dicit infra in eodem ſtatuto, ſi raptus erat condemnatus vel condemnandus in pecunia, in eadem quantitate pecuniæ condemnetur cõmuni Taruiſii, videtur quod intelligatur de condemnatione facta pro aliquo crimine cõmuni Taruiſii, vt ſcil. recipiens teneatur illam ſoluere cõmuni Taruiſii, & ſic non vult loqui de condemnato vel condemnando ciuiliter alicui pro debito in quantitate pecuniæ. Secundo poſito, quod dictum ſtatutum loqueretur etiam de condemnato vel condemnando ciuiliter parti. Tamen eſt aliud ſtatutum, *in lib. 3. tractat. 2. c. 32. ſub rubr.* quod condemnationes intelligantur eſſe factæ ſecundum formam ſtatutorum, in quo dicitur, quod ſi aliqua condemnatio facta vel fienda de quocunq; delicto vel maleficio cõmiſſo, vel committendo inſtituta vel appoſita erit, ad vltra vel præter formam ſtatutorũ cõis Taruiſii editorum & factorũ ſuper ipſo maleficio vel debito puniendo, augendo, vel minuendo pœnã, quod illud, quod eſt vel erit, pro non inſtituto habeatur, intelligatur, & intelligi debeat, condemnatio facta eſſe ſecundum formã ſtatutorũ ſuper ipſo maleficio puniẽdo editorũ nõ plus vel minus quoquo modo. Cùm itaq; d. Domin. Albertini non cõmiſerit aliud delictũ, q̃ quod eripuit per vim de manibus dictorũ officialium d. Albert. Molẽdinarium debitorẽ condemnatũ per ſententiam voluntariã in lib. 33. Petro Paulo de Galet. & dicatur fuiſſe debitori in lib. Antonii Baſſani. & ſic in totũ eſſe debitor in 48. lib. D. Poteſtas non potuit ipſum Dominic. condemnare, niſi in 48. lib. cõi Taruiſii, vnde ſi condẽnauit ipſum in 40. lib. cõi Taruiſii, vt fecit, condemnare potuit, quia in minus condemnauit, q̃ dicat ſtatutum. Sed in quantum condemnauit vnumquemq; ad ſolutionem debiti, pro quo captus fuit Albert. Molẽdinarius, videtur, quod non fuerit legitime condemnatus, quia ſtatutũ hanc pœnã non impoſuit, & ideo videtur, q vigore alterius ſtatuti poſiti ſub rubr. quod condemnationes, &c. Illa condẽnatio facta de ſoluendo debitũ, pro quo fuerat captus d. Albert. Molendinarius, intelligatur non eſſe bene facta, ex quo eſt præter & contra formã ſtatutor. Taruiſii, quibus videtur eſſe ſtandũ, *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. cum*
2 *ſimil.* † Præterea per impoſitionẽ pœnæ à ſtatuto factam videtur eſſe receſſum à pœna legali, quando vtraq; pœna procedit ex eodẽ delicto, vt fuit in caſu noſtro, *l. ſenatus, & ibi Bart. hoc tenet, ff. de accuſ. & Ang. hoc tenet in auth. de ſanct. Epiſ. §. fi. & plene not. per Sal. in l.*

qui ſepulcra, C. de ſepul. violat. & maxime cum ſtatu-
tum dicat expreſſe, quod pœna nou poteſt augeri
vltra ſtatutum; & ſic videtur recedere ab omni alia
pœna. & Bart. in l.fin. C.de aqua duct.lib.11.l.qui cum v-
no, §.qui poſt. ff.de re milit. Ex maxime hoc videtur di-
cendum in caſu noſtro & prædicto ſtatuto, in quo
dicitur in fin. qood ſit præciſum per not. in c.2. extra
5 de reſcript. † Poſtremo ex alio capite videtur, quod
non poterit imponere illam pœnam de ſoluendo
debitum, ex quo uon fuit petita, l. vt fundus, ff. com-
muni diuid.l.fin. C.de fideiuſſ. liber. & c. licet Eli, extra de
Simo. Item, ſi fuiſſet petita, nou videtur quod po-
tuerit coodemnari ad ſummam debiti, pro quo ca-
ptus fuit, ſed ſolum ad ſummam veri debiti, argu.l.1.
in fin. cum l.ſeq.in princ. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi
eximat. Sed his non obſtantibus, teneo contrariom
4 eſſe verius de iure. † uam de iure communi ille, qui
eximit debitorem, etiam priuati de manibus fami-
liæ ſiue officialium tenetur ad ſoluendum debitum
creditori; ac ſi pro debitore fideiuſſiſſet, vt eſt caſus
valde notandus, in l.quoties, C.de exact. tribu. lib.10. &
ibi hoc tenet Andr. de Barulo. & Bald. & idem tenet apertè
Bald. in l.additoi, C. de Epiſc.audien. & Ang.de Aret.inſtit.
de actio. in §. pœnales, in verſ. adde quod eximens ca-
ptum, & tenetur ad pœnam ex edicto, ff. ne qun eum
qui in ius voc.eſt vi eximat.l.1.in princ.eod.tit. quæ pœna
eſt quanti ea res ab actore æſtimata eſt, de qua eſt
controuerſia, l.ſi per alium. §.1.ff. ne quis eum qui in ius
voc. eſt vi eximat. & ibi Doctor. & dicta pœna eſt mera
pœna, quia per ipſam non liberatur debitor princi-
palis, l.fin.eod.tit. & ibi hoc tenet gl. & Doct. Et ideo cum
illa pœna applicetur creditori, ad cuius inſtantias
captus erat debitor, qui de manibus familię ereptus
eſt, vt fuit d. Dominicus. Et ſtatutum quod inducit
aliam pœnam eripienti, videl. quod condemnetur
communi Taruiſii in eadem quantitate, in qua de-
bitor captus erat condemnatus vel condemnandus
ſuo creditori, ſequitur, quod per hanc pœnam de
nouo impoſitam à ſtatuto non videtur eſſe receſ-
ſum à pœna prædicta impoſita de iure communi
pro eodem delicto, ex quo expreſſe non dicitur in
ſtatuto, quod tollatur pœna iuris cõmunis, vt pro-
batur in l.quoties, ff.de actio. & oblig. & in l.1.§.dixit ali-
quis, ff.de publ. & in l.qui ſepulcra, C.de ſepul.viol. & l.qui
cum vno, §. qui poſt, ibi receſſum eſt à capitis pœna contra-
rio ſenſu, ff. de re militar. Item, hoc probatur ratione,
5 † quando lex noua imponit minorē pœnam, quam
imponat lex antiqua nou reuocando pœnam legis
aotiquę vtraq; debetur, vt eſt text.in l.1.§.dixit aliquis,
ff.de publ. Sed de iure communi pœna capientis a-
liquem de manibus familiæ, eſt etiam vltra veram
æſtimationem debiti, vt l.ſi per alium, §.1.ff.ne quis eum
qui in ius voc.eſt vi eximat. Et pœna ſtatuti eſt minor,
quia eſt ſolū in eo, in quo debitor erat condemna-
tus vel condemnandus, ergo per ipſam non tollitur
pœna iuris cõmunis. Et maxime cum intentio ſta-
tuentium ſit grauare vi eximentes etiam vltra ius
commune, quod patet, quia etiam in pœna corpo-
rali ponitur ſimilis pœna corporalis eripienti, & id-
eo non debet intelligi, vt videatur velle recedere à
pœna iuris communis, quia cum tendat ſtatutū ad
augendam pœnam, non debet intelligi, vt eam mi-
nuat, per d.l.1. §. dixit aliquis, ff.de publ. & quia ea, quæ
ſunt inducta ad augmentū, non debent operari di-
minut. l.legata inutiliter, ff.de legat.1. & ff.de legat.præſt.
6 † Item, hoc probatur alia ratione, quando pœna
imponitur à lege veteri, quæ ſit applicanda vni, pu-
ta parti, & lex noua ſuperuenientis imponitur etiā
pœnam pro eodem delicto applicandam fiſco; per
hoc non videtur tolli pœna antiqua, ex quo appli-
cantur illæ pœnæ diuerſis argu.l.ſi duobus, ff.de tute. &
ratio diſtra.eſt arg.eius, quod not. Bart.in d.l.1.§.dixit
7 aliquis, ff.de publi. vbi dicit, † qood quando contra di-
uerſos ponitur pœna vna, per aliam non tollitur,
ita videtur dicendū econtra, quando applicatur pœ-
na diuerſis. Non enim eſt credendum, quod ſtatu-
entes voluerunt auferre pœnam, quæ veniebat ap-
plicanda parti, ſcil. creditori, & eam applicare fiſco,
8 † quia in dubio ſtatutū non debet intelligi, vt corri-
gat ius commune, maxime in damnum tertii, l. 2. &
ibi plene not. C.de noxal. & in l.fin.§.in computatione, C.de
9 in.deli. † Item probatur ſic, quando diſpoſitio in v-
na lege eſt generalis, & in alia eſt ſpecialis generi per
ſpeciem non derogatur, vt habetur per gl. in l. ſenatus,
ff.de accuſ. & per Cyn. in l.non dubium, C.de legib. & ita e-
leganter dixit Bart. ſecundum Dyn. in l.1.§.1.ff.de nou.oper.
nunt. Sed pœna iuris communis in caſu noſtro eſt
generalis, vt in toto tit. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi
exim. & pœna ſtatuti eſt ſpecialis, quò ad aliquos ca-
ſus; ergò per ipſam non tollitur pœna iuris, quia ſi
ſpecies non derogaret generi, nihilominus generi
diuerſo derogaret per ea, qoæ habentur in l. generi,
per ſpeciem derogatur, & in d.l.ſenatus, ff.de accuſ. I-
tem pro hoc facit, quod not. Bart. in l.1. in princ. vi bon.
rapt. & Bald. in l.in eum, C.de furt. vbi videtur tenere,
10 † quod lex noua imponendo pœnam non videtur
tollere pœnam impoſitam, per aliam l.antiquam. Et
iſtam partem teneo eſſe veriorem, præſertim cum
vt dixi, iſtę pœnæ applicentur diuerſis, & ſecunda ſit
minor prima. Nec obſtat text.alleg. in contrariū ſu-
pra. Et primo non obſt. dum dixi, quod ſtatutum de
auferentibus illos, qui conducantur in fortiam cõ-
muni Taruiſii loqui videtur ſolum de condemnatis
vel condēnandis criminaliter fiſco, id eſt, cõi Tarui-
ſii, qoia reſpōdetur, ꝙ imo loquitur de condemna-
tis vel condemnandis ēt ciuiliter alicui, vt patet in e-
odē ſtatut. in princ. ibi, de alia quauis cauſa, q̄ verba
ſunt generalia, & generaliter debent intelligi, l. 1. §.
generaliter, ff.de leg.præſt. & l.in fraudem, §.fin.in fi. vbi eſt
optimus text. ff.de teſta.mil. & 19. diſt. ſi Romanor. cum ſim.
Nec obſt. ſi dicatur, ſtatut. dicit alia quauis cauſa in-
11 telligi debet de ſimili præcedentib. † quia dictio a-
lius alia aliud ſignificat ſimilitud. vt eſt gl. not. in l.ſi fu-
gitiui, C.de ſer.fugit. & probatur in c.ſedes Apoſt. & ibi hoc
etiam not. extra de reſcript. cum ſimil. quia dictio quauis
tollit contrariū; nam dum dicit alia quauis cā, inclu-
dit omnes alias cauſas ſimiles & diſſimiles maiores,
vt eſt tex. cum gl. valde not. in cle.1. in verb. quauis de re iud.
Item pro hoc optime facit gl. not. in l.ſi pupilli, §.idem
ait, in verb. ipſo geſto. ibi ſi aūt aliquo modo, ff.de neg.ge.
per quam gl. dixit eleganter Ang. de Peruſio in conſ. ſuo 287.
quod incip. In nomine Domini, &c. Viſo themate ſupra-
dicto in 4. col. ꝙ iſta verba quouis modo importāt
ex ſignificatu omnē deſcriptionis formam, i.e. quaſ-
cunq;

cũq; formas & modos excogitabiles. Item pro hoc
12 ẽt optime facit, † quia illa clauſula, quib. modo va-
cet, comprehendit omnẽ modũ vacandi, *vt not. D. de
Rota in deciſ. ſua 27. & 138. & Lapus in c. ſuſceptum, de re-
ſcript.* Nec obſt. ꝙ ſecundo loco dixi, quod ſtatutum
poſitũ in 32. cap. vult, ꝙ iudex non poſſit augere vel
minuere pœnã appoſitam ſecundũ ius ſtatuti, & ꝙ
intelligi debeat facta condẽnatione ſecundum for-
mam ſtatutorum, ꝙ per hæc, quod coodemnauerit
Domin. ad ſoluendum debitũ creditori, non vide-
tur pœnã auxiſſe, ſed aliam pœnã à iure cõi ſtatutam
impoſuiſſe, ꝙ ſibi non fuit prohibitũ, *vt ſ. declaraui.*
Aliud. n. eſt pœnã vnam augere, aliud eſt diuerſam
pœnã imponere, quia augmentũ præſupponit pœ-
nam, q̃ augmentetur, vt de ſe patet; vnde ſtatutum
vult, ꝙ pœna impoſita vt condemnetur ante in eadẽ
quantitate, qua ereptus de manib. officialis erat cõ-
demnatus vel condẽnandus. Iſta non poteſt augeri
vel minui in condẽnando plus vel minus, ſed con-
demnare in alia pœna impoſita à iure illud ſtatutũ
nõ prohibet, ſi de iure cõi imponi põt. Nec eſt verũ,
ꝙ per impoſitionẽ nouæ pœnæ factam à ſtatuto vi-
deatur receſſum à pœna impoſita de iure cõi cum
diuerſis applicentur, vt dixi. Et licet ſtatutũ dicat in
fin. ꝙ ſit præciſum, ſignificat, ꝙ illud ſtatutũ ſit inui-
olabile, *vt not. Bal. in l. clari, C. de fideicom* vel ſit ſtrictũ
ius, ita ꝙ ab eo nõ poſſit recedi, *vt not. Bald. in l. ſi cau-
ſam, C. de exec. rei iud.* nec tollit, quò minus locũ habe-
ant alia iura cõia, *vt not. Cano. in c. 2. extra de reſcr. & per
Rayn. de Forliuio in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* Nec
obſtat dum dixi, ꝙ nõ potuit Poteſtas condemnare
in ſoluendo debitũ creditorib. quia non fuit petitũ,
quia illud procederet, ſi ageretur ciuiliter ad partis
inſtantiam. Secus ſi agitur vel proceditur criminali-
13 ter, ſicut fuit in caſu noſtro, † quia in criminalibus
non eſt neceſſe vt includatur, *vt not. in c. licet, extra de
Simo. & 1. q. 4. quia præſulatus, & hoc tenet Bald. in l. & ſi
ſeuerior, C. de his qui no. infa.* Nec obſt. dum dixi. quod
nõ videtur, ꝙ potuerit Dominic. condẽnari, niſi in
ſumma, in qua apparet, ipſum eſſe debitorẽ, videl in
dictis 33. lib. in quib. apparet ſenteotia voluntaria. &
non in aliis 15. de quib. nil apparet. niſi per relationẽ
nuntiorum. Quia ad hoc vt illa pœna poſſit imponi
non eſt neceſſe, quod probetur de debito, ſed ſuffi-
cit, qood fuerit deprehenſus & in carcerem dedu-
ctus rite ad petitionem aſſerentis ſe creditorem,
licet non ſit, nec auditur eximens, etiamſi velit pro-
bare, quod ille non erat creditor, *vt l. ſed eximendi.
§. 1. & l. ſeq. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt vi eximat. &
ſingul. dicit Ang. in d. l. ſed eximenti. §. 1. in fin. quod dicit eſſe
tenendum menti perpetuo.* Et ideo cum nuntii referant
habuiſſe talem commiſſionem pro debito 15. lib. in
dubio eſt eis credendum, *l. magis puto. §. ne paſſim ff. de
reb. eor.* nec pro parte eximentis vel alterius põt pro-
bari contrariũ, quo ad euitationẽ dictæ pœnæ & ſic
nõ põt dici ꝙ per D. Poteſtat. fuerit propter hoc in-
iuſte condẽnatus. Imo poteſt dici ꝙ D. Poteſtas eũ
iuſte condemnauit inquantũ condemnauit ſolum
in 60. libr. applicandis communi Taruiſii, quia de-
bebat condẽnare eum in eandẽ quantitate pecuniæ
pro qua erat condẽnatus vel debebat condẽnari e-
reptus de manibus officialiũ ipſis creditoribus. Sed
dictus Albertinus ereptus de manibus officialium
per dictum Dominicũ erat debitor Antonii Baſſa-
nini in 15. lib. vt dixi, & erat debitor condemnatus
per ſententiam voluntariam Ser Petri de Galeto in
33. libr. & erat condemnatus in expenſis legitimis,
vt dicitur in ſentẽtia voluntaria per ipſum accepta,
quæ expenſæ non ſunt legitimatæ, ſed poſſunt eſſe
tres aut quatuor lib. & plus vel minus. Vnde ſaltẽ e-
rat debitor ille Alberti. ereptus pro capitali vtriuſq;
creditoris in 68. lib. & pro expenſis ſaltẽ capturæ in
trib. & vltra in quib. debebat condẽnari ex quo erat
verus debitor & expenſas promiſerat. Et ideo Pote-
ſtas in hoc male condẽnauit dictum Dominic. quia
debebat ipſum cõdemnare in ead. quantitate, vide-
licet vltra 50. lib. Et ſi nõ condemnauit habetur pro
condẽnato iuxta formam dicti ſtatuti ſub 222. Et ſic
perinde ac ſi condẽnatus fuerit vltra 50. lib. & in hoc
bene conſideret magnificentia D. Poteſtatis Taruı-
14 ſii & illi qui habẽt iudicare. † Et licet plures fuerint,
qui vi eripuerunt illum Alberti. de manibus fami-
liæ, tamen quilibet in ſolidum tenetur, tam de iure
communi in pœna applicanda creditori. *vt l. ſi per a-
lium. §. hoc iudicium. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi-
mat.* quam ex forma ſtatuti de pœna auferentium il-
los qui ducuntur in fortiã communis Taruiſii, quæ
applicatur communi Taruiſii, vt patet ibi. in fi. eius
ibi & hoc pro quolibet, quod verbum eſt diſtributi-
uum & attribuit cuilibet actum in ſolidũ, vt no. Bar.
*in l. hoc arti. quiſque. ff. de haer. inſt. et Pa. de ca. in l. ſciẽ. & in
l. ſtip. §. quaſitum. ff. de no. op. nun.* Et propterea ſimiliter
condemnauit d. Poteſtas dicendo, & quod quilibet
eorum teneatur ad ſolutionem debiti pro quo ca-
ptus eſt & ſic ſententia tribuit condemnationẽ cui-
libet. licet inſolidum addat quod vna ſolutio ſuffi-
15 ciat. † Circa ſecũdum an dictæ ſummæ condemna-
tionum coacernari poſſint & debeant quo ad hoc
vt dictus Dominicus condemnatus potuerit impu-
ne occidi. Quinque ſunt quæ videntur facere du-
16 bium. † Primum, quia in pœnalibus & odioſis vi-
a detur ꝙ non debeat fieri coacernatio *a* quia 10. &
10. non ſunt 20. *vt l. vbi fideiuſſor. & ibi hoc tenet gloſſ. ff.
17 de ſolut.* & ibi hoc in terminis vult Bart. dicens, † ꝙ
ſi ſtatuto cauetur, quod bannitus à centũ lib. ſupra
poſſit impune offendi. Et vnus habebat plura ban-
na, vnum in quinquaginta, aliud quadraginta, aliud
in ſexaginta, vnde comulata excedunt centum, ſed
nullum de per ſe efficiebat centum, non poterit
impune occidi. Et idem tenet Bar. *in l. 2 in. fi. ff. de con-
dit. inſtit. & idem not. Bald. in l. ſancimus, §. ſi quis autem
in fin. C. de donat. & in l. nam & fur. §. ſi. ff ſi cert. pet. at. &
Ang. & Doct. in l. ſi idem cum eodem, in princ. ff. de iuriſ. om.
iudic. & Ang. & Io. de Imol. in l. quoties in ſtipulationibus.
ff. de ver. obl. & in l. ſi qui ſeparatim §. 1. ff. de appell. & Pet.
de Anch. & Io. de Imo. in c. penul. de dona. & Io de Imol. in l.
ſi quis teſtes. in princip. de lega. 1. & videtur eſſe gloſſ. fin. in l.
manumiſſiones. & ibi Doctor. ff. de inſtit. & iur. Facit quod
not. Bartol. in l. qui fundum. §. cohares, & in. §. qui filios.
ff. ad legem Falcid.* Secundo, alia ratione videtur,
quod illæ pœnæ non potuerint coacernari, quia
pœna, per quam Dominicus condemnatus fuit ad
ſolutionem debiti, non videtur eſſe mera pœna,
ex quo creditor recepit debitum ſuum, *vt l. 105. ſi*

plures

plures.cum ibi not.per gl.& Doct.ff.de eo per quem fact.erit.
*& not.gl.inſtit.de ac.§.pœnales.in verſ.idem aduerſus.*vn-
de ſtatutum loquens de pœna videtur intelligen-
dum de mera pœna in potiori ſignificatu, *l.quæritur.*
hermaphroditus.ff.de ſtatu homi.cum ſimil. Tertio, quia
ſtatutum loquens quod condemnatus à 25. libr. ſu-
pra poſſit impune occidi videtur habere locum ſo-
18 lum in condẽnatione, † quæ applicatur fiſco & non
parti, & hoc fauore fiſci, quia illa quæ applicatur fi-
ſco eſt criminalis, *vt eſt gl.not.in l.3.§.1.ff.de ſepul.& ibi*
per Bart.& per eundem in l.agraria.ff.de termino moto.&
Canon.in rub.extra de iud.& maxime in beneficium fi-
ſci vt inducantur condemnati ad ſoluendum citius.
19.† Quarto, quia ſtatutum quod permittit conde-
mnandum impune occidi videtur loqui ſolum in
caſu quo vel de iure communi tantum ex forma ſta-
tutorum ſit condemnatus in quinquaginta libr. vt
patet ibi ſecundum formam iuris ſiue ſtatutorum,
& ſic quod ex vno tantum capite condemnatio a-
20 ſcendat ad 50.libras, quod non eſt in caſu noſtro. †
Quinto & vltimo, quia ſtatutũ quod permittit oc-
cidi condemnatum a 50. libr. ſupra loquitur de eo
qui eſt bannitus & condemnatus in 50.libr. vt patet
illo ſtatuto in princip.ibi in perſonis, & bonis ban-
nitorum qui banniti fuerint pro homicidio, &c. Et
in multis alijs partibus eiuſdem ſtatuti. Sed non ap-
paret quod dictus Dominicus fuerit bannitus, ergo
non ſumus in caſu ſtatuti. Sed certe his non obſtan-
tibus ego teneo contrarium eſſe verius de iure, vi-
del. quod dicta coaceruatio pœnarum fieri debeat
quo ad hoc, vt ille Domin. potuerit impune occidi.
21 Et quod hoc ſit verum probatur ſic, † quando quis
eſt condemnatus in vna ſententia ꝓ vno & eodem
delicto diuerſis pœnis illæ pœnæ coaceruantur,
quia dicitur eſſe vna ſententia dictarum pœnarum
vt probatur, *in l.ſi ſeparatim.§.1.ff.de appel.& ibi hoc te-*
22 *net Aug.* qui dicit per illum text. † quod bannitus
in quinquaginta & quinquaginta dicitur bannitus
in centum ſi vna actione numero in ſententia con-
demnatoria deuenerunt, & idem tenet ibi Rapha.
Cuma. quando cauſa banni erat vna & eadem origi-
naliter ſiue nomine collectiuo condemnatus ſit in
illis pœnis, ſiue ſeparatim, quia cẽſetur condemna-
tus ſub nomine collectiuo per illum text. Secus ſi
cauſæ bannorum erant diuerſæ, quia tunc non fieret
coaceruatio, *& ita loquitur.l.ſi idem cum eodem cum ibi*
not.ff.de iuriſdict.om.iud.& quod not.gloſſ.& Bart.in l.vbi
fideiuſſor.ff.de ſolut.Et ita etiam vult Aug.& Ioan.de Imol.
in l.quoties in ſtipulat.ff.de verb.oblig. quod ſi ex diuer-
ſis cauſis quis ſit bannitus in ſumma centum, puta
ex vna in quinquaginta, ex alia in quinquaginta non
dicitur bãnitus in centum & ſic ſentiunt, quod ſi ex
vna cauſa eſſet bannitus in quinquaginta, & ex alia
in quinquaginta ſicut fuit in caſu noſtro poſſet fie-
ri coaceruatio, ſed in caſu noſtro fuit vnica actio nu-
mero, quod fuit proceſſum ſuper vna cauſa tantum
de querela & ex vnica tantum cauſa, ſcil. illius ere-
ptionis, ergo debent illæ pœnæ ſimul coaceruari.
23 Secundo hoc probatur alia ratione ſimili. † quan-
docunque quis eſt condemnatus propter vnicum
tantum delictum pluribus pœnis pro vna tantum
qualitate delicti illæ pœnæ ſimul debeat coacerua-
ri, vt probatur, *in l.ſi idem cum eodem.§.fin.ff.de iuriſ-*
om.iud.& in d.l.ſi ſeparatim.§.1.ff.de appella. Et hoc ſen-
tit Bart.*in l.vbi fideiuſſor.ff.de ſolut.* vbi loquitur quan-
do ſunt plura banna, & ſic plures condemnationes
diuerſo tempore factæ & pro diuerſis delictis, &
quando poſtea vna ſententia ſola loquitur de diuer-
ſis delictis puta quia dixit condemnatum eſt in cen-
tum libr. videlicet in quinquaginta pro percuſſione
in faciẽ & in alijs quinquaginta pro percuſſione in
brachiũ, & tunc dicit quod non ſit coaceruatio, *per*
l.ædiles aiunt.§.fin.ff.de ædil.edict.per ea quæ habentur in l.
Lucius.§.qui habebat.ff.ad Trebel. & ſi ſentit quod ſic
condemnatio fuiſſet facta in duabus partibus pro
vno & eodem delicto tantum deberent illæ pœnæ
coaceruari. Sed ita fuit in quæſtio. noſtra, quod ille
Dominicus fuit condemnatus pro vno & eodem
delicto tantum, videlicet pro raptu, quia eripuit Al-
bertinum de manibus familiæ, ergo illæ pœnæ de-
bent coaceruari, & licet Ioann. de Imol. *in d.l.ſi ſe-*
paratim.§.1.videatur dicere contrarium.& Raph.Fulgo.in.
d.l.idem cum eodem.qui Raph.mouetur per ea quæ no.Guil.
24 *& Bart.* ibi cum dicunt. † quod in obligatione an-
nua, quæ non eſt vna, ſed multiplex, vt habetur *in l.*
ſi Stichum.§.ſtip.ff.de verbor.oblig. non ſit coaceruatio
licet illæ obligationes oriuntur ex vno & eodem
facto, *l.quod ex vno legato annuo.* Sed iſta ratio non
concludit quia licet legatum ſit vnicũ factum tan-
tum, obligationes tamen & actiones, quæ oriuntur
ex illo legato annuo oriuntur diuerſis temporibus,
in princ. enim cuiuslibet anni utitur vna quoniam
cenſentur illæ obligationes conditionales, *l.ſi cum*
hæres.ff.quando dies leg.ce. & ſic ante euentum condi-
tionis nõ eſt nata obligatio vel actio, *l.cedere diem.ff.*
de verbor.ſignific.& not.in d.§.ſtipul. & propterea re-
putantur hoc caſu diuerſæ ſententiæ & condemna-
tiones, & ſic non debent coaceruari. Sed ſecus eſt
in caſu noſtro in quo eſt vnum delictum tantum vt
dixi, & ex illo vno & eodem delicto & vno & eo-
dem delicto & vno & eodem tempore oritur actio
ſeu ius querelandi, vt factum eſt, ideo licet plures
pœnæ pro eodem delicto ſint impoſitæ & imponi
potuerint, vt dixi, in 1. dubio princ. tamen poſſunt
& debent coaceruari ex quo eſt vnicum delictum,
vnica querela, vnic ſententia licet pœnæ ſint diuer-
25 ſæ, vt patet ex prædictis. † Tertio hoc probatur
& fortius quando plura delicta in vna rixa facta ſunt
ex quibus ſequuntur in vna ſententia plures conde-
mnationes, illæ pœnæ poſſunt coaceruari, quia re-
putatur vnum tantum delictum, *vt eſt gloſſ.not.in.l.1.*
in gloſſ.magna.in fin.C.vnde vi.& not.Bart.in l.hos accu-
ſare.§.Iul.ff.de accuſ.& Salic.in.l.cum rationibus.C.qui
accuſ.non poſ.& ita tenet in terminis Ang.in l.ſi idem cum
26 *eodem.in princ.ff.de iur.om.iud.* dicens. † quod vbi v-
num factum eſt radix omnium obligationum ſit
coaceruatio. & vbi eſt vnica rixa ibi eſt vnitas de-
licti, ita vt fieri debeat coaceruatio. Et ideo cum in
caſu noſtro ſit vna tantum rixa, & plus ſi ſit vnum
tantum delictum factum in illa rixa quantum ad
Dominicum, debet fieri coaceruatio pœnarum
etiamſi oriantur plures pœnæ vna de iure commu-
ni, alia ex forma ſtatutorũ, & ambæ tendunt ad pu-
niendum vnum delictum tantum. Nec in hoc con-
tradi-

tradicit Bart. *in l. vbi fideiuſſ. ff. de ſol.* quia debet intelligi quando percuſſio facta in facie & in brachio fuerunt factæ ex interuallo, ita vt poſſint duo delicta dici, ſecus ſi in vna tantum rixa, vt dixi ſecundum Angel. Quarto hoc etiam probatur ex verbis ſtatuti quod permittit bannitum impune occidi quando eſt condemnatus in quinquaginta lib. quia loquitur quando eſt condemnatus in 50. lib. & abinde, ſupra ſecundum formam iuris ſiue ſtatutorum communis Taruiſij, quæ verba ſiue ſtatuto,
27 &c. † Cum ſint alternatiua legis municipalis poſſunt intelligi alternatiuè & copulatiuè: alternatiue quando eſt vnicum factum & vnica tantum pœna quæ imponatur vel ſecundum formam iuris tantum vel ſecundum formam ſtatutorum Taruiſij tantum copulatiuè intelligi debent quandoque vtrunque ſimul concurrit, puta quia imponitur pœna tam à iure communi quam forma ſtatuti, *vt probatur in titul. ff. quod vi aut clam. & maxime in l. ii qui in puteum, §. hoc interdictum, & ibi hoc tenet Bart. ff. quod vi aut clam. & in l. 1. ff. ad l. Corn. de parric. & in l. 5. ff. de auro & arg. lega. & ita not. eleganter Bart. in l. ſi is qui ducenta, §. vtrum in 5. oppo. ff. de rebus dub. & per Cyn. & Doct. in l. cum quidam, C. de verbor. ſignific.* Et ideo cum in caſu noſtro Dominicus occiſus commiſerit tale delictum propter quod pœna imponitur de iure communi, & ex forma ſtatutorum Taruiſij, Illud ſtatutorum Taruiſij, illud ſtatutum loquens per verbum ſtatutorum debet intelligi copulatiuè, & vtraque pœna debet ſimul concurrere in hoc caſu per prædicta. Et ſic ex illo ſtatuto deciditur aperte quæſtio noſtra & ceſſant omnes dubitationes de coaceruatione ex qua ipſum ſtatutum vult quod coaceruentur, & illæ pœnæ concurrant copulatiue vt dixi. Et in hoc eſt bene conſiderandum, quia illud ſtatutum tollit omnes dubitationes de coaceruatione pœnarum. Non obſtant rationes ſupra in contrarium deductæ. Et primo dum dixi quod in pœnalibus & odioſis non fit coaceruatio pœnarum, *per not. in l. vbi fideiuſſ. ff. de ſolutio. cum aliis ſimilibus ſupra allegatis*, quia illud procedit quando quis eſt condemnatus pro diuerſis delictis. Secus ſi pro vno tantum delicto & pro vna qualitate delicti in vna ſententia condemnatus ſit, quia tunc coaceruantur, *per l. ſi ſeparatim, §. 1. ff. de appellatio. cum ibi nota.* & maxime cum ſtatutum in caſu noſtro illas pœnas coniungat. *vt dixi in 4. & vltimo artic.* Non obſtat ſecundo dum dixi quod iſta pœna quæ applicatur creditori non eſt mera pœna reſpectu ipſius creditoris
28 ex quo recipit quod ſibi debetur. † quia reſpondetur quod imo eſt mera pœna quoniam per ſolutionem ipſius non liberatur debitor. *vt eſt text. in l. fin. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat.* vbi hoc probatur coniuncta. *l. 1. in princ. eod. titul.* & contrarium procedit, quando quis eſſet condemnatus ex edicto de eo per quem factum quo caſu non eſt mera pœna, quia eſt ſolum ex parte ſoluentis non ex parte recipientis, *vt eſt gloſſ. in l. 1. §. ſi plu. ff. de eo per quem fact. erit.* nos vero loquimur quando ex edicto; Ne quis eum qui in ius voca. eſt vi eximat. *vt eſt gloſſ. ordin. Inſtit. de actio. §. pœna. ver. Item aduerſus eum in gloſſ. magna in verbo aduerſus, qua incipit: Scilicet dator.* Non obſtat quod tertio loco dictum eſt, videlicet ſtatutum intelligi debere de pœna tantum quæ applicatur fiſco, & non de illa quæ applicatur parti, quia reſpondetur quod imo ſtatutũ loquitur de pœna. 50. lib. quæ imponitur pro aliquo maleficio pro quo facta ſit ſeu etiam fieri debeat condemnatio ſecundum formam iuris ſiue ſtatutorum Taruiſij, vt patet ibi, vel pro aliquo maleficio pro quo facta ſit, &c. Et ſic ſtatutum ſolum ponderat quatuor. Primum quod ſit facta vel fieri debeat condemnatio. Secundum quod ſit vel eſſe debeat de 50. lib. & abinde ſupra. Tertiũ quod ſit facta vel fieri debeat ſecundum formam iuris ſiue ſtatutorũ Taruiſij quæ verba poſſunt intelligi ẽt copulatiuè, & coniunctiuè, vt dixi ſupra in 4. articul. in fauorem inculpatorum de morte Dominici. Quartum quod illa condemnatio ſit facta pro aliquo maleficio quæ omnia quatuor interuenerunt in caſu noſtro, ideo eius diſpoſitio habet locum ex quo forma ſtatuti in omnibus eſt obſeruata. *l. cum hi, §.*
29 *ſi prætor, ff. de tranſact.* † Nec ſtatutum diſtinguit an pœna veniat applicanda fiſco vel parti, ergo nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio. ff. de public. & 19. diſtin. ſi Romanorum, & 31. quæſt. 1. quod ſi dormierit. in princ.* imo dum ſtatutum dicit ſecundum formam iuris ſiue ſtatutorum communis Taruiſij ſentit quod etiam loquatur in caſu noſtro per ea quæ dicta ſunt in 4. & vlt. artic. pro inculpatis. Nec obſtat quod quarto dixi, quod ſtatutum videtur loqui de condemnatione l. quæ fiat ſolum vel ex forma iuris communis tantum propter dictionem ſiue appoſitam in ſtatuto de damnis & iniuriis, quia ad hoc patet clara reſponſio per ea quæ dixi in prædicto 4. argum. Nec obſtat quod quinto & vltimo loco dixi, quod ſtatutum permittens aliquem impune occidi loquitur de illo qui erat bannitus & condemnatus à 50. lib. ſupra quia dictus Dominicus occiſus erat bannitus pro dicto maleficio vt conſtat mihi ex actis curiæ Taruiſij quæ ſub ſigno & nomine notarij ad me tranſmiſſa ſunt ac etiam illud bannum factum fuit legitime ſecundum formam ſtatuti Taruiſij poſiti in 3. lib. c. 11. in tract. de maleficiis & modo & forma procedendi. Sed rub. de dilatione danda citatis & bannitis & etiam de forma & banno citandi & banniendi reos criminum quod ſtatutum ſimiliter ad me tranſmiſſum fuit ſub ſigno & nomine notarij. Et ita ex prædictis omnibus concluditur circa ſecundum dubium principale quod dictæ pœnæ impoſitæ Dominico occiſo poſſunt & debent coaceruari quo ad hoc vt impune vi-
30 gore ſtatuti potuerit occidi. † Circa tertium & vltimum dubiũ principale poſito, quod dictæ pœnæ non ſint coaceruandæ quo ad hoc, vt Dominicus potuerit impune occidi, an ſaltem poſſit dici quod dictus Dominicus habeatur pro cõdemnato in pœna 50. lib. applicanda fiſco, ita vt potuerit impune occidi. Et videtur 1. facie dicendum ſic, quia licet ſententia ſolum cõdemnet eum in 40. lib. applicandis fiſco, id eſt, communi Taruiſij, tamen Poteſtas debeat ipſum condẽnare ſecundum formam ſtatu. Taruiſij & ſi condemnauit in minus. Intelligitur & intelligi debet condemnatio eſſe facta ſecun-

dum formam ſtatutorum , & non plus vel minus
quoquo modo vt dicitur in ſtatuto Taruiſu poſito
in lib. 3. tract. 2. c. 22. ſub rubr. quod condemnatio-
nes intelligantur eſſe factæ ſecundum formā ſtatut.
Sed Poteſtas debebat condemnare d. Dominicum
in 50. lib. denar. paruorum etiam vltra, ſecundum
for. ſtatut. quod patet quia ſtatutum ſub rub. de pœ-
na eripientium illos qui conducuntur in fortiam
communis Taruiſii, vult quod eripiens aliquem de
manibus familiæ qui eſſet condemnatus vel conde-
mnandus in pecunia in eadem quantitate pecuniæ
condemnetur communi Taruiſii. Et intelligitur in
31 eadem quantitate reſpectu generis, † & quæ ad ge-
nus ſignificat omnem ſimilitudinem & conductio-
nem, vt probatur *in l. ſine pro fratre in verbo eandem. & ibi in gl. in verbo coactu ibi tu dic. & per Doct. C. de neg. ge. & ibi eſt text. cum gl. in c. ſignificantis. extra de ſent. excom. & text. cum gl. 32. queſt. 5. præcipit dominus.* non enim
poteſt eſſe eadem in ſpecie, quia quantitas in qua
captus eſt vel detentus erat condemnatus vel con-
demnandus debebatur creditoribus. Iſta autem ea-
dem quantitas in qua debet condemnari communi
Taruiſii. Et ſic reſpectu generis non ſpeciei eſt ea-
dem, ſed reſpectu generis ſignificat omnem identi-
tatem & qualitatem, vt ꝓbatur in dictis iurib. Sed d.
Albert. captus & detentus ab officialibus & ereptus
de manib. eorum per d. Dominicum & ſocios erat
debitor primo in 15. lib. Antonii Baſſanini, & in 33.
lib. & expēſis legitimis erat debitor Ser Petri de Ga-
leto per ſententiā voluntariam, *vt dixi in 1. dubio principali & ſic pro capitali erat in totum debitor in 68. lib.* & ꝓ
expenſis iam factis per Ser Petrum Galetum in qui-
bus erat condemnandus non conſtat de quantitate
quæ eſſet legitimanda & ꝓbanda, quæ ſi aſcenderet
ad ſummam ſaltem duarum lib. denariorum paruo-
rum fuiſſet dictus Alb. condemnatus & condēnan-
dus in 50. lib. ac etiam propter capturam ſentent. in
in dubio erat condemnandus in 50. lib. ac etiam ꝓ-
pter capturam ſententię in dubio erat condemnan-
dus vltra duas lib. ex quo fuit captus in villa quæ di-
citur diſtare trib. millib. paſſuum à ciuita. Taruiſii &
erant tres officiales, vnde cum conſtet ꝙ erat con-
demnatus & condemnandus pro capitali in 68. lib.
pro expenſis factis per Ser Petrum Galetū ante ſen-
tentiam voluntariam in duab. ſaltē libris, ſi hoc pro-
betur vel ſaltem vltra duas lib. pro dicta captura de
qua conſtat in actis. Sequitur quod ipſe Albertinus
ereptus de manibus officialis, erat condemnandus
ſuis creditoribus prædictis, ad quorum inſtantiam
fuerat captus vltra 50. lib. Ergo D. Poteſtas debe-
bat condemnare dictum Dominicum vigore ſtatuti
in ea pœna, & ſic in eadem quantitate pecuniæ, in
qua erat condemnandus d. Alberti. captus tam pro
debitis principalibus, quam pro expenſis ſaltem fa-
ctis per Ser Petrum de Galeto pro quibus omnibus
erat captus, & ſic vltra. 50. lib. & ſi non condemna-
uit intelligitur condemnatus in illa pœna. Et ſic vi-
detur, vt potuerit Dominic. occidi, ac ſi fuiſſet con-
demnatus in 50. lib. ſecundum formam ſtatuti Tar-
uiſii. Sed duo ſunt quæ videntur poſſe facere dubi-
32 um in hoc articulo. † Primum ſententia eſt ſtricti
iuris & debet ſtricte intelligi prout verba ſonant &
prout iacent, *vt in l. 1. & 2. ſi plures vna ſent. & l. diui. ff. de lib. cau. & l. ſi a te. ff. de excep. rei iud. & ita no. Bar. in l. ſi expreſſim in 2. col. ad fin. ff. de appel. & in l. 1. in fin. 3. col. C. quand. prou. nō eſt nec. & in d. l. 1.* Sed d. ſentent. loquitur
ſolum de 40. lib. applicandis cōmuni Trauiſii, ergo
videtur ꝙ de illa tantum quātitate debeat intelligi.
nec poteſt dici ꝙ ſit condemnatus in 50. lib. ex quo
iſtud nō poteſt legi oculis in d. ſentent. *vt l. 1. in princ. & ibi per Bart. & Doctor. ff. de his qua in teſt. delen.* Secun-
dum eſt quia licet froma ſtatuti ſub rubr. ꝙ conde-
mnationes intelligantur eſſe factæ ſecundum for-
mam ſtatutorū velit, ꝙ ſi d. Poteſtas Taruiſii conde-
mnet aliquem in minus, quoquo modo intelligitur
condemnatus ſecundum formā ſtatutorum, tamen
hoc videtur eſſe per fictionem & non vere ꝙ patet ꝑ
verbum intelligatur appoſitum in rub. dicti ſtatuti,
33 & in nigro. † ꝙ verbum de ſui natura ſignificat fi-
ctionem, *vt eſt tex. cum gl. in l. hæres quandoq. ff. de acq. hære. & in l. qui a ſeruo. ff. de act. & obl. & no. Bal. in l. quoniam. in 6. no. ff. de his qui no. inf.*
34 † Sed verba ſtatuti ma-
xime pœnalis debent in dubio intelligi in caſu pro-
prio, & vero & non in ficto, *l. 3. §. hæc verba, ff. de nego. geſt. & no. per Bar. in l. oēs populi. ff. de inſt. & iur.* Sed ad
hæc duo pōt reſponderi ꝙ imo ſtatutum ꝙ vult vt
condēnatus in 50. libr. poſſit impune occidi, debet
intelligi nō ſolum de vero condemnato, ſed ēt de il-
lo qui intelligitur condemnatus per aliud ſtatutum,
quia ſtatutum illud æquiparat quo ad effectū con-
demnationis vel ꝙ ſit condemnatus ſecundum for-
mam ſtatutorum vel ꝙ debuerit condemnari, quia
lex fingit ꝙ habeatur pro condemnato, & ſic æqui-
paratur caſus fictus condemnationis veræ conde-
35 mnationi. † Nam vbicunq; lex æquiparat & adæ-
quat caſum fictum caſui vero ſemper caſus fictus
porrigitur ad verum, *vt probatur in l. 1. in prin. C. de rei vxo. act. & ita dicit Ang. in conſ. ſuo 71. quod incipit:* Statu-
to antiquo cōis Florentiæ. Et hoc etiam videtur te-
nere Paul. de Caſt. *in l. 1. §. lex Fal. ad fi. ff. ad l. Falc.* quia
iſta extenſio ad caſum fictum fit, *per l. municipalem.*
36 † Et ideo verba ſententiæ licet de ſe non extendo-
rentur ad caſum fictum, tamen quia ſtatutum facit
hanc extenſionem & interpretationem extēſiuam
illa ſententia debet intelligi ſecundum for. d. ſtat.
d. l. 1. §. lex Fal. cum ibi not. ff. ad l. Fal. cum ſimil. Vnde ex
præmiſſis omnibus concludo quod d. Dominicus
potuit impune occidi per Priamum & Ioannem in-
culpatos ſi ipſum occiderunt, & contra eos non po-
teſt procedi iuxta formam ſtatuti Taruiſii ſub rubr.
de damnis vel iniuriis datis in perſonis & rebus ba-
nitorum.

ADDITIONES.

a Illicita] *Ad huius conſilii reſolutionem vide D. Alex. de Imol. in conſi. 38. in 4. vol. Bar. Bal. Paul. de Caſt. & Doct. in l. mutiliter. ff. de leg. 1. multa per D. Alexand. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.*

CONSIL. XV.

SVMMARIA.

1 *Statutum Paduanum, quod non reddatur ius offenſo contra offendentem, qui non fecit vindictam, an cle-*
ricos

ricos comprehendere habet numeriũ omnibus ſequentibus per totum conſilium.

2 *Licentia generali ſtatuendi, ſeu faciendi ſtatuta non intelligitur data poteſtas ſtatuendi leges iniquas.*

3 *Statuta omnia ciuitatis ſi princeps confirmet, ſtatuta illicita corfirmare non intelligitur.*

4 *Statuta omnia ciuitatis ſi princeps confirmet, non intelligitur confirmare ea quæ ſunt contra libertatem Eccleſiæ.*

5 *Statutum diſponens, quod non reddatur ius offenſo contra offendentem, iniquum eſſe videtur.*

6 *Mandato in generali non comprehenditur illud propter quod mandãs aliquam pœnam incurrere poſſet.*

7 *Statuti generalia verba non referuntur ad ea quæ ſtatuenti impoſſibilia ſunt.*

8 *Satutum laicorum clericos comprehendens iniquum & turpe eſſe dicitur, vtpote contra Eccleſiaſticam libertatem factum.*

9 *Statuta generalia aliquid mandantia ad illicita non porriguntur.*

IN CHRISTI nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Vertitur in
1 dubium. † An ſtatutum Paduę ſub
rub. 4. de accuſ. quod vult in effectu,
quod ſi qua perſona non ſubiecta iuriſdictioni Poteſtatis & communis Paduæ commiſerit aliquod maleficium in perſonam habitantis in ciuitate Paduæ vel aliqua villa diſtrictus Paduæ & de ipſo ſecundum formam ſtatutorum Paduæ non fuerit vindicta habita per maiores ſuos infra duos menſes à die maleficij perpetrati, ſi ab inde in antea fuerit ei dicta vel facta aliqua iniuria etiam ſi occiſus fuerit non procedatur per Poteſtatem in aliquo contra iniuriam inferentem nec occaſione talis proceſſus facti contra prædictum non poſſit aliquo modo procedi vel aggrauari. Et aliquis laicus non audeat habitare domos vel colere aliquas terras vel conducere à prædicto non ſubiecto ſub pœna librarum centum, vertitur autem dubium apud curiam magnifici Domini Poteſtatis Paduæ, an illud ſtatutum comprehendat & liget clericum non ſubiectum iuriſdictioni Paduæ, ita vt poſſit iniuriam pati etiam occidi & contra maleficium committentem non procedi ſecundum formam dicti ſtatuti. Et licet iſta dubitatio non videtur mihi cum reuerentia eſſe multum rationabilis. Nec ſit in aliquo de iure dubitandum illud ſtatutum non comprehendere nec comprehendere poſſe clericum. Tamen quærenti ſatisfaciam rationibus & auctoritatibus breuiter id verum eſſe apertiſſime oſtendam. Et in primis dico illud ſtatutum ita generaliter loquens non comprehendit cleri-
2 cos. † Nam ex generali licentia ſtatuendi ſeu faciendi ſtatuta non videtur data poteſtas ſtatuendi leges iniquas, vt probatur *in l. vnica, C. de monopolis, vbi hoc tenet Bald. per illum text. Et idem vult Bald. in l.*
3 *milites, circa fin. C. de teſtam. milit.* † Item plus dico quod ſi etiam princeps confirmat omnia ſtatuta ciuitatis non intelligitur confirmare ſtatuta illicita,
2 a *vt probatur in dict. l. vnica.* ibi ſacro edicto ſecun-
4 dum Bald. ibi. † Item ſi princeps confirmat omnia
ſtatuta ciuitatis non intelligitur confirmare contra libertatem Eccleſiæ, *vt eleganter not. Bartol. in l. omnes populi. ff. de inſtit. & iur.* Sed ſi illud ſtatutum comprehenderet clericos puta, quia iſta fuiſſet intentio ſtatuentium vt vellent comprehendere clericos non valuiſſet nec valere, nec reſpectu Poteſtatis condentis ſtatuta, nec reſpectu confirmationis factæ per principem de dictis ſtatutis, quia illud ſtatutum maxime in quantum vellet comprehendere clericos eſſet iniquum & illicitum & contra libertatem Eccleſiæ. Et quod eſſet illicitum patet, quia laicis non eſt data poteſtas clericis imperandi, ſed neceſſitas obſequendi, *vt c. Eccleſia ſupra mare, extra de conſtitut. & in c. fin. de rebus Eccleſ. non alien.*
5 † Item illud ſtatutum eſſet iniquũ, quia vult quod non reddatur ius offenſo cõtra offendentem, *vt l. 1. in princ.* vbi ius eſt ars boni & æqui, *ff. de iuſtit. & iure. & inſtit. eodem titul. in princ. & in §. iuris præcept.* Et quia inuitat homines ad delinquendum, *contra l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact.* & contra mores naturales, *l. conuenire. ff. de pact. dota. facit l. plagij. & l. veluti. cum ibi not. ff. de verbor. obligat.* Et quia contineret turpitudinem vt probatur aperte, *in dict. l. ſi vnus, §. pacta quæ turpem*, ibi vel iniuriarum ſi feceris, *ff. de pact.* vbi dicit quod non valet pactum de non agendo iniuriatum ſi iniuriam mihi feceris, *Et idem vult gloſſ. 97. diſtinct. clem. in verbo, præterea, in fin.* quæ dicit quod non valet pactum ſi fiat quod nõ agatur de futura iniuria *per d. §. pacta.* Item quod illud ſtatutum eſſet contra libertatem Eccleſiæ ſi clericos comprehenderet, patet quia illud ſtatutum dicitur eſſe contra libertatem Eccleſiæ, quando eo obſeruato clerici efficerentur timidiores & laici audaciores contra clericos, *vt argum. l. 1. §. 1. ff. quarum re. act. non datur. Et ibi Doctor. not. Bart. Et idem vult Bartol. in auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ibi Docto. & in l. 1. C. de ſumma Trin. & fide cath. & Canoniſtæ in c. nouerint extra de ſentent. excom. cum ſimil.*

Sed ſi ſtatutum illud comprehenderet clericos laici efficerentur audaciores contra clericos etiam ad ipſos clericos occidendos, ergo eſt contra libertatem Eccleſiæ. Et ideo cum illud ſtatutum ſi ſtatuentes voluiſſent comprehendere clericos, eſſet iniuſtum & iniquum & contra libertatem Eccleſiæ, ſequitur quod in dubio ſtatuentes non videantur habuiſſe libertatem condendi dictum ſtatutum maxime contra clericos. Nec generalis confirmatio ſtatutorum facta per principem comprehenderet hoc ſtatutum ex defectu poteſtatis ſtatuentium
6 per prædicta. † Item quia in generali mandato non videtur comprehẽdi illud propter quod mandans poſſet in aliquam pœnam incurrere, *vt not. in l. ſi procurator. ff. de condit. indeb.* Sed ſi dantes poteſtatem condentibus ſtatuta voluiſſent in hoc caſu ſtatutum comprehendere clericos, cecidiſſent in pœnam, *iuxta c. nouerint cum ibi not. extra de ſent. excom. & per ea quæ habentur in auth. caſſa. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ergo, &c. Secundo principaliter dico quod in dubio dicti ſtatuẽtes non videntur habuiſſe animum, quod illud ſtatutum comprehendat clericos, quod
7 ſic probatur. † Generalia verba ſtatuti non referuntur ad ea quæ ſunt impoſſibilia ſtatuenti, puta

ad ea quæ non ſunt ſuæ iuriſdictionis, *argument. l. qui
tabernas, ff. de contrahen. empt. & not. per Bart. in l. ſi quis
ſub condit. ff. de condi. inſtit. & Bald. hoc etiam vult in l. fin.
in §. in computatione. in fin. C. de iure delib. facit quod not.
Bald. in l. fin. in 5. volum. verſ. extra dicit hic Bart. vnum. C.
de ſacroſanct. Eccleſi.* Sed per illam poteſtatem ſtatu-
endi datam condentibus ſtatuta non videtur data
poteſtas ſtatuendi leges iniquas & iniuſtas & con-
tra libertatem Eccleſiæ, vt dixi, ergo, &c. Item hic
ꝓbatur alia ratione ſimili. In generali diſpoſitione
non comprehenduntur ea quæ ſpecialiter fieri non
poſſunt vel quæ eſſent turpia aut à iure reprobata,
*l. quanquam. ff. de ritu nuptia. & l. ſi pater. ff. de his quæ in
fraud. credi. & per not. per Bart. in d. l. ſi quis ſub conditio.* &
ita quaſi in terminis quæſtionis noſtræ tenet Paul.
de Caſt. *in d. auth. caſſa. & irrita. in fin. C. de ſacroſanct.
Eccl.* Sed non eſt veriſimile quod ſtatuentes volue-
rint in illo ſtatuto comprehendere clericos quia
tunc eſſet iniquum & iniuſtum & turpe & à iure
8 reprobatum vt dixi, ergo, &c. † Tertio principa-
liter dico quod ſi appareret etiã expreſſe quod ſta-
tuentes voluiſſent comprehendere clericos, & de
illis intelligere, dico quod ſtatutum non valeret,
quia eſſet iniquum & iniuſtum & turpe contra li-
bertatem Eccleſiæ & conditum à perſonis non ha-
bentibus libertatem & auctoritatem faciendi hu-
iuſmodi ſtatuta per prædicta. Et hoc etiam eſt de
mente Bart. *in d. l. ſi quis ſub condit. in fin. ff. de condit. in-
9 ſtit.* qui dicit, † quod ſi ſtatuta ſunt generalia & a-
liquid mandant non porrigitur ad illicita, & ponit
exemplum dicit ſtatutum quicunque declinauerit
iuriſdictionem poteſtatis poſſit offendi, certe hoc
non intelligitur de clerico declinante, quia hoc eſt
illicitum. *Et idem vult Iac. de But. & Bald. in authen. ſta-
tuimus. C. de Epiſcop. & cleric. & Paul. de Caſt. in authent.
caſſa & irrita. circa fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* qui volunt
quod etiam hoc ſtatuto non obſtante poteſt & de-
bet iudex procedere, & ius clerico reddere, diſtin-
guo tum ſingul. aut ſtatutum aufert ſibi iuriſdictio-
nem & non poteſt reddere ius & propterea non eſ-
ſet iudex excommunicatus ſi non redderet ius poſt-
quam non habet iuriſdictionem; Sed ſi non aufert
iuriſdictionem, ſed ſolum inhibet, ne ius reddatur,
ſicut in caſu noſtro, vt patet in ſtatuto, ibi non pro-
cedatur per poteſtatem, &c. non poſſit ius clerico
reddere, & valeret proceſſus non obſtante dicto
ſtatuto ſecundum eos.

Vnde ex prædictis omnibus concludo, quod in
dubio nec illi, qui dederunt poteſtatem condenti-
bus ſtatuta nec ipſi condentes intelliguntur volu-
iſſe comprehendere clericos in illo ſtatuto. Et ſi vo-
luiſſent non potuiſſent, nec valeret maxime contra
clericos. Et prædicto ſtatuto non obſtante poteſt &
debet curia procedere contra illum qui offendit
clericum, & valebit proceſſus.

CONSIL. XVI.

SVMMARIA.

*1 Condemnatio pecuniaria pro intereſſe an intelligatur
transfuſa in aliam pœnam perpetui banni, quando
dicitur, & ſi non paruerint ſententiæ infra menſem,
ſit perpetuo bannitus numeris omnibus ſequentibus
per totum conſilium.*

2 Rei ſatis demonſtratæ quicquid addicitur, fruſtra eſt.

*3 Pœna regulariter eſt duplex, ſcilicet propria & impro-
pria.*

*4 Statutum vel lex ſi dictauerit, quod ſi quis aliquem
vulnerauerit teneatur ei ſoluere expenſas, quas ſoluit
in medicis, & medicinis, vel pro operibus, quibus ca-
riturus eſt, an illa pœna propria vel impropria di-
catur.*

*5 Pœna in aliqua quando quiſpiam condemnatur, quæ
ſi infra tempus non ſoluerit, condemnatur in maiori
pœna, tunc eo non ſoluente infra terminum, & ſic
ſententiæ non parente, pœna prima in ſecundam
transfunditur.*

*6 Pœna maior quando in ſecunda condemnationis diſpo-
ſitione apponitur, in qua prima transfunditur, ſe-
cunda pœna dicitur eſſe pœna delicti, etiam delin-
quentis contumacia concurrente.*

*7 Inducta ad augmentum diminutionem operari non
debent.*

*8 Inobediens non debet eſſe melioris conditionis, quam
obediens.*

*9 Verba ſententiæ in dubio debent intelligi in caſu licito,
& de iure poſſibili.*

10 Pœna honoraria ſeu palmaria quæ dicatur.

IN CHRISTI nomine, ac inuocata
1 Spiritus ſancti gratia. † Licet in cau-
ſa ſupra ſcripta plenè & eleganter
conſultum ſit per Excellentiſſimum
I. V. D. d. Alex. de Vincentia, ita vt ni-
hil addere neceſſe ſit, quia non indiget adiectione
2 plenitudo, *96. diſtin. bene quidem in prin.* † Et quia
quicquid rei addicitur ſatis demonſtratæ fruſtra eſt,
l. 1. in fin. ff. de dote præla. & ſuperuacuis laborat impen-
diis qui ſolem certat facibus adiuuare, *vt eſt text. 6.
quæſt. 1. ſi omnia.* Tamen de ſola ſubſcriptione requi-
ſitus, quædam pro eius confirmatione adducere in-
ſtitui. Tota namque difficultas præſentis conſulta-
tionis in hoc conſiſtit, an pœna carceris & banni
quinquennalis, & pœna duarum millium librarum
in qua Antonius Pagellus fuit condemnatus an fue-
rit & ſit transfuſa in aliam pœnam perpetui banni
ab omnibus terris & locis Illuſtriſſimi D. V. per illa
verba condemnationis videlicet: Et ſi non venerit
ad parendum condemnationi infra terminum v-
3 nius menſis, perpetuo ſit bannitus, &c. † Pro in-
telligentia ſciendum eſt, quod pœna regulariter ſo-
let eſſe duplex.

Vna eſt propria & mera, quando eſt pœna tam
ex parte dantis, quam ex parte recipientis, vide-
licet, quando nihil adeſt, ſoluerit, nec aliquid ab-
eſt recipienti, puta, ſi ſtatutum dicit, quod ſi ali-
quis dixerit iniuriam alteri, teneatur ſoluere ei cen-
tum. Nam iſta pœna eſt mera pœna ex parte vtriuſ-
que. Alia eſt pœna impropria, videlicet, quando
eſt pœna ex parte dantis modo, & non ex parte re-
cipientis, quia danti nihil adeſt, & recipienti abeſt.
4 Puta dicit lex vel ſtatutum † quod ſi aliquis vulne-
rauit vnum, teneatur ei ſoluere expenſas, quas ſol-
uit in medicis & medicinis, vel pro operibus, qui-
bus cariturus eſt, *iuxta l. fin. de his qui deiecer. vel effud.*

& in

& in l.ex hac l. ff. ſi quadrup. pauper. fecis. dica. & iſta non eſt proprie pœna maxime ex parte recipientis ex quo recipit id quod ſibi abeſt, *vt eſt text. cum gl. not. in ver. pœnam in l. 1. §. ſi plures. ff. de eo per quem factum erit. & eſt etiam gl. inſtit. de actio. §. pœnales. in ver. item aduer-*
5 *ſus eum.* † Secundo præmitto quod regulariter quando quis condemnatur in aliqua pœna quam ſi non ſoluerit infra certum tempus condemnatur in maiori pœna, tunc eo nō ſoluente infra terminum & ſic non parendo ſententiæ prima pœna transfunditur in ſecundam, *vt probatur in l. 1. circa princ. ff. de penu. lega. & in l. 1. §. idem ſi ita. ff. ad l. Falcid. & in l. obligationum fere. §. fin. ff. de actio. & obligatio. & in l. cum duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. & ibi Bart. hoc not. & no. etiam Bart. in l. 2. ff. de public. iud. & in l. 1. ff. de cuſto. reorum. & Angel. de Aret. in ſuo tracta. maleſic. in gloſſ. in ver. quod ſi non ſolueris infra 10. dies ſoluat, &c. Et in 2. gloſſ. ſeq.*
6 † Tertio præmitto quod quando apponitur maior pœna in ſecunda diſpoſitione condemnationis in qua transfunditur prima illa ſecunda pœna dicitur etiam eſſe pœna delicti concurrente etiam contumacia delinquentis, vt habetur per Bart. *in l. 2. ff. de pub. iud.* & ſic in caſu noſtro illa pœna perpetui exilii ab omnibus terris eſt pœna criminis commiſſi pro qua imponitur minor pœna prius caſu quo velit ei parere, & ſi noluit primo parere infra terminum prima pœna minor transfunditur in ſecundam maiorem. His itaque præmiſſis dico, quod pœna prima in ſententia poſita, ſcilicet de ſtando in carceribus per annum, & alia quod ſit bannitus per quinquennium ſine dubio fuit transfuſa in ſecundam, tum propter ea quæ dixi ſupra in ſecūdo euidentiali, tum quia ſecunda pœna abſorbet primam. Nam ſi debet eſſe perpetuo bannitus non poteſt ſtare in carceribus nec habitare prope territorium Vincentiæ etiam per 15. milliaria, facit quod not. Floria. *in l. Neratius. §. quamuis. ad finem. ff. de ſeruo corrup.* & iſtud non habet dubitationem. Sed dubium remanet nunquid etiam pœna pecuniaria duarum millium librarum videatur eſſe transfuſa in ſecundam pœnā exilii perpetui, & prima facie videtur dicendum quod ſic per ea quæ dicta ſunt in dicto ſecundo euidentiali. Tamen eis non obſtantibus teneo contrarium eſſe verius diſtinguendo tamē dictam pœnam in duas partes ſicuti in ſententia continetur, nam dimidia dictæ pœnæ applicatur Marco del Neuo percuſſo & offenſo. Alia vt mihi aſſerit in facto applicatur magnificis dominis aduocatoribus communis Venetiarum. Et de prima quę applicatur parti videlicet d. Marco, teneo quod ſine dubio non videtur eſſe transfuſa in ſecundam pœnam perpetui exilii, quia intentio dominorum conſilii de 40. qui tulerunt dictam ſententiam, fuit ſolum transfundere illam pœnam quæ erat vere pœna in aliam pœnam veram & propriam & ſic pœnam carceris & exilii quinquennalis in pœnam perpetui exilii, quia iſtæ ambæ pœnæ ſunt vere & proprie ex quo ex eis nihil abeſt damnum paſſo, & non adeſt delictum committenti, vt dixi ſupra in primo euidētiali, non autem videtur transfuſa pœna mille librarum quæ applicatur parti offenſæ quia illa non eſt proprie pœna ex quo tantundem & plus abeſt ipſi offenſo propter medicos, & medicinas, &c. Et ideo non videtur ſententia velle transfundere ius partis in pœnam ſecundam per quam offenſus ius ſuū perderet per prædicta. Secundo hoc etiam probatur ſecunda pœna perpetui exilii ſubrogatur loco primæ, vt dictum eſt, ergo debet ſapere naturam eius primæ pœnæ in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & cap. Eccleſia. extra vt lite penden. cum ſimilib.* & ſic pœna ſubrogata debet eſſe eiuſdem conditionis ſicut eſt illa in cuius locum ſubrogatur & econtra. Sed pœna vltimo ſubrogata perpetui exilii eſt mera pœna, ergo ſimiliter intelligitur eſſe ſubrogata loco illius tantum quę eſt mera pœna. Et ſic loco carceris & exilii quinquennalis non autem cenſetur eſſe ſubrogata loco alterius pœnæ pecuniariæ, quia illa non eſt proprie pœna ſed eſt intereſſe damnum paſſi, ergo, &c.

Tertio hoc etiam probatur ſic, pœna vltima perpetui exilii ſubrogata eſt, pœna delicti tantum vt dixi ſupra in tertio euidentiali, ergo debet intelligi ſubrogata loco alterius primæ pœnæ quæ erat impoſita pro ipſo delicto tantum pro mera pœna & non pro pœna intereſſe quia illa non eſt mera pœna nec propter delictum puniendum impoſita eſt, ſed tantum pro intereſſe offenſæ vt dixi. Quarto
7 probatur. † Ea quæ ſunt inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, *l. leg. ita ſimiliter. d. leg. 1. & ff. de adimen. leg.* Sed pœna perpetui exilii fuit augmentata propter delictum concurrente contumacia, ergo non debet inducere diminutionem vt per eam intelligatur abſolutus ab intereſſe partis quoniam etiamſi fuiſſet cōdemnatus à principio tenebatur omnimodo ſoluere intereſſe damnum paſſo, *vt l. fin. ff. de his qui deie. vel effu. & l. pen.*
8 *ff. ſi quadrup. paup. fec. dica.* † Quinto quia non debet eſſe melioris conditionis inobediens quam obediens, & ſtultus quam ſapiens, *l. quod ſi nus. ff. quod vi aut clam. & c. eum qui in princ. de præbend. lib. 6.* ſed ſi fuiſſet obediens ſententiæ omnimodo tenebatur ad intereſſe parti in dictis mille libris, ergo ſi fuit inobediens propter hoc non debet eſſe abſolutus ne obedientia ſibi proſit. Sexto quod iſta fuerit inten-
9 tio dominorum iudicum probatur ſic. † Verba
a ſententiæ in dubio debent intelligi in caſu licito a
& poſſibili de iure, quia princeps vel generalis verba ſtatuti non referunt ad ea quæ ſunt impoſſibilia ſtatuenti, *vt not. Bald. in fin. §. in computatione. in fin. C. de iur. de lib.* & in generali ſententia faciendi aliquid non videtur eſſe data poteſtas faciendi aliquod iniquum nec leges iniquas, *vt dicit Bald. in l. 1. in princ. C. de mono. & in l. milites circa fin. C. de teſtament. milit. facit quod not. in l. ſi procurat. ff. de condictio. inde.* ſed de iure iudices & etiam princeps non poſſunt tollere ius quæſitum tertio, *vt eſt gloſſ. not. & ibi Bart. & etiam Doctor. in l. venia. C. de in ius vocan. & habetur per gloſſ. & Doct. maxime Ludo. in l. 2. ff. ad Sille.* & ideo cum lata fuerit dicta ſententia per dominos conſilii de 40. ex auctoritate Illuſt. Dominii, nō videtur quod potuerint iudicare tollendo ius partis offenſæ pro ſuo intereſſe.

Facit ad hoc quod no. Cano. *in c. quod in Eccleſiarum. extra de conſtit.* nec videtur data iſta poteſtas di-

ctis de conſilio ex quo eſſet iniqua & iniuſta, vt dixi, & ideo iudicandum eſt dictos dominos, vt 40. voluiſſe iudicare ſecundum rationem & ſecundum poteſtatem ſibi conceſſam, & ita debemus interpretari dictam ſententiam vt potius valeat quam pereat, *argu. l. quod. ff. de verbo. obliga. & ff. de reb. dubiis. & ff. de reg. iur.* Et per prædicta patet reſponſio ad ea quæ in contrarium poſſent adduci. Et prædicta procedunt in dictis mille libris applicandis parti offenſæ.

De alia vero parte, videlicet aliarum mille librarum, ſi eſſet applicanda fiſco crederem ipſam fuiſſe transfuſam in aliam pœnam perpetui exilii, ex quo eſſet mera pœna. Sed ſi eſſet applicanda magnificis dominis aduocatoribus idem eſſet dicendum, quod dictum eſt ſupra, de pœna parti applicanda, quia domini aduocatores non ſolent recipere huiuſmodi pœnas tanquam fiſcus, cui nihil abeſt licet tanquam aduocatores pro præmio & patrocinio ſuæ intromiſſionis, & reipublicæ offenſæ defenſionis, *arg. authen. idem ſi appellatione ibi qui lites intromiſerunt. C. de tempori. appellatio. & c. ex inſinuatione. ibi lis quæ in conſiſtorio principis, &c. Et ibi faciat introduci. & à proceribus dirimi. iuxta nota. in authent. ſed lis, in fine, C. de tempor. appella.* vbi eſt idem text. ex quibus iuribus inoleuit mos & practica cauſas intromitti & introduci ad conſilia, & per nobiles conſilii decidi, qui proceres in dictis iuribus appellātūr vel ſenatores, *vt l. fin. C. de petitio. hæred.* & ſic reſpectu dominorum aduocatorum dicta pœna mille librarum, non eſt mera pœna, ſed eſt palmarium ſeu honorarium,
10 ſumma † quæ nomine palmarii ſit, id eſt, pro palma, quę dicitur victoria, ſibi ſoluitur, *vt eſt caſus in l. 1. §. aduocatores. ff. de var. & extra. cog.*

ADDITIONES.

a Licito] *Ad hoc vide Paul. de Caſtr. in conſil. 114. incipient. Subſtitutio prædicta. & in l. 1. §. 1. ff. de conſtitut. pecu. D. Alexand. in conſil. 35. in 4. volum. & in l. eleganter, §. qui reprobos, de pignor. actio. & in l. alio de eo, quod certo, Ioan. Bart. & Doctor. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau.*

CONSIL. XVII.

SVMMARIA.

1 *Crimine læſæ Maieſtatis an contra mortuum procedi poſſit, & an rebellium bona ex forma ſtatutorum de conſuetudine, vel de iure publicari poſſint, & an qui ſe ad inimicos confert, & à domino ſuo requiſitus inde non recedit, ſed auxilium & fauorem præſtat, incidat in crimen læſæ Maieſtatis, adeo quod eius bona publicari poſſint, & an valeat bonorum confiſcatio in præiudicium filiorum & deſcendentium in crimine læſæ Maieſtatis. Et an ſi inquiſitio & ſententia ſuper tali crimine aliquem defectum patiatur, per principem ſuppleri poſſit, omnibus numeris ſeqq. per totum conſil.*

2 *Iuriſdictioni iudicis per commiſſionem ſibi factam quandocunque additur vel detrahitur ex ordinario delegatus efficitur.*

3 *Memoria alicuius damnari debet, quandocunque lex ita diſponat.*

4 *Copula, &, quando ponitur inter ea, quæ diuerſa videntur, & tamen idem in effectu ſignificant, tunc ponitur, &, pro, id eſt,*

5 *Inſtrumentum ſeu petitio ſuſtineri poteſt, in quo filius Titii nominatur. ex quo iam defunctus erat.*

6 *Sententiæ verba ſunt impropriauda ad hoc, vt potius ſententia valeat quam pereat.*

7 *Ius accuſandi memoriam defuncti per quinquennium durat.*

8 *Pœna talionis an procurator fiſcalis ſe inſcribi debeat.*

9 *Morte alicuius cum omne crimen extinguatur, an contra ipſius bona, & memoriam procedi poſſit.*

10 *Memoria alicuius damnari non poteſt, cuius crimen morte intercidit.*

11 *Læſæ Maieſtatis crimen contra imperatorem vel ciuitatem Romanam committitur.*

12 *Perduellionis crimen eſt idem quod læſæ Maieſtatis, & contra quem ipſum crimen committatur.*

13 *Rebellionis crimen ſi Florentinus contra ſuam ciuitatem committat, ſi decedat lite pendente ante latam ſententiam, pœna ademptionis bonorum hæredem non tenebit.*

14 *Læſæ Maieſtatis crimen an etiam contra ciuitatem non recognoſcentem ſuperiorem committatur.*

15 *Proditores populi incidunt in crimen læſæ Maieſtatis*

16 *Monetam & imaginem Cæſaris in derogationem Maieſtatis ſuæ ille, qui qualificat, læſæ Maieſtatis crimen committit.*

17 *Subditus ſiue non ſubditus an prædando populum læſæ Maieſtatis crimen committere dicatur.*

18 *Maieſtas terrena ad inſtar Maieſtatis diuinæ offenditur, quando crimen Maieſtatis læſæ committitur.*

19 *Futuris contingentibus non eſt determinata veritas.*

20 *Princeps quilibet recognoſcens etiam ſuperiorem exercet iura loquentia de crimine læſæ Maieſtatis.*

21 *Conſuetudo ſola ſi eſſet alicubi, vt Poteſtas ad bonorum confiſcationem procedere poſſet, an obſeruanda eſſet.*

22 *Faciunt quicquid alii, qui eodem iure cenſentur, & tu, niſi contrarium oſtendatur, facere debes.*

23 *Iure communi, vbi non eſſet ſtatutum vel conſuetudo, an prætor alicuius ciuitatis ex ordinaria poteſtate poterit aliquot ad mortem condemnare, & eorum bona fiſco applicanda publicare.*

24 *Confiſcatio duplex, vna ſcilicet ordinaria, alia extraordinaria.*

25 *Iuriſdictio territorio cohæret.*

26 *Prætores vel iudices habentes merum & mixtum imperium an poſſint generalis arbitrii ratione condemnatorum omnia bona publicare.*

27 *Imperium merum habentes an damnatorum bona confiſcare poſſint.*

28 *Iure ſtricto ciuitates & regna ius fiſci non habent, nec bona confiſcare poſſunt, ciuitatibus Lombardiæ exceptis.*

29 *Profecti ad terras inimicorum & admoniti à dominis, vt ad patriam redeant, ſi noluerint, an tanquam rebelles condemnari debeant.*

30 Lite-

30 *Literas hoſtibus mittentes an in crimen leſæ Maieſt. incidant.*

31 *Litera de ſaluo conductũ ſi alicui mittantur, an illi cautioni ſtare teneatur, ut ad inimici domum vadat.*

32 *Literas de ſaluo conducto etſi quiſpiam haberet, non tamen ſuis inimicis capitalibus ſe exponere debet.*

33 *Iure de ſtricto quis poteſt in quocunq; loco morari præter loca interdicta.*

34 *Pœna leſæ Maieſta. puniuntur auxilium vel fauorem dantes.*

35 *Bona alio caſu non publicantur præterquam in crimine hæreſis, & in crimine leſæ Maieſt.*

36 *Bonorum confiſcatio an valeat, etiam ſi aliquis ad mortem condemnatus non ſit.*

37 *Bonorum in publicatione an veniãt bona in alieno territorio exiſtentia.*

38 *Bona alibi exiſtentia in terris ſcilicet Eccleſiæ an in bonorum confiſcatione veniant.*

39 *Alienatio facta titulo oneroſo antequam delictum aliquod committatur, an in præiudicium poſtea confiſcationis poſt delictum commiſſum valeat.*

40 *Venditio & alienatio clam in præiudicium confiſcationis facta non valet.*

41 *Sententia publicationis & confiſcationis an in præiudicium filiorum & deſcendentium valeat.*

42 *Authentica bona damnatorum quibus in caſibus locum habeat.*

43 *Inferior à principe an iuris ſolemnitatem in procedendo, ſententiando, &c. tollere poßit.*

44 *Inferiores ſuperiorem recognoſcentes, vt ſunt Comites, Marchiones, &c. an poßint ponere in eorum reſcriptis clauſulam, non obſtante.*

45 *Sententiis Comitum, Marchionum, & aliorum Eccleſiæ ſubditorum ad Papam appellari poteſt.*

46 *Præſcribere ciuitas poteſt, quod ſuperiorem non recognoſcat per tantum tempus, quod in contrarium memoria non ſit.*

47 *Superiorem recognoſcentes, ſubiectione remanẽte principi reſeruata reſcribere poſſunt, ſed tantum tempus requiritur, de cuius initio memoria non fuerit.*

48 *Inquiſitio quando de conſcientia principis emanat, non eſt neceſſe, quod de fama conſtet.*

49 *Sententia ſine libello vel ſcriptura & an quo caſu ferri poßit, quando de meritis cauſa conſtat.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Viſa commiſſione facta per Illuſt. Dominũ D. Carolum Secundum de Manfredis Fauentię Dominum ac vallis Hamonis comitem, & pro Sancta Roma. Eccle. in temporalibus Vicarium generalem, in qua impoſuit commiſit & mandauit magnifico comiti & militi D. Franciſ. de Vizana de nobilibus de Bononia digniſſimo poteſtati ciuitatis Fauentię & eius officio quatenus deberet procedere omni meliori modo quo poſſet de iure & ſecundum formam ſtatutorũ communis Fauent. contra & aduerſus filios quondam Domini Vgolini de Vigliarant cuiusq. Fauentiæ & fratres adinuicem, videlicet contra memoriam Andreæ Syluestrum, Guidonem, Antonium, Petrum & Iacobum, omnes fratres & filios quondam dicti Domini Vgolini rebellis & proditoris ſuæ præfatæ magnific. Dominationis & eius ſtatus eiuſdem fratribus & cuilibet ipſorum & eorum bonis pœnas adhibendo condignas pro tantis exceſſibus & eorum delictis, prout & ſicut fuerit iuris ſtatutorum communis Fauentiæ. Et viſo toto proceſſu formato per præfatum magnificum Dominum Poteſtatem Fauentiæ cum conſenſu participatione & matura deliberatione ſpectabilis ac eximij Illuſtris Doctoris Domini Franciſci de Tonſis honorandi Vicarij & iudicis maleficiorum præfati Domini Poteſtatis & commiſſarij ex mero eius officio de ſupraſcriptis delictis rebellionibus, exceſſibus, proditionibus in obedientiis, culpis, commiſſis & perpetratis per ſupraſcriptos fratres contra Ser Andream mortuum inpræſentiarum, ſed viuentem tempore delictorum rebellionis exceſſuum & proditionum & contra prædictos fratres: Et viſis tribus atteſtationibus ſuper diffamatione & infamia contra prædictos fratres: Et viſa inquiſitione formata per ante dictum magnific. Dominum Poteſtatem ciuitatis Fauentiæ, nec non per dictum Dominum Vicarium & Iudicem maleficiorum dicti Domini Poteſtatis ex eorum & cuiuſcunque ipſorum mero officio arbitrio, auctoritate, poteſtate, atque bailia contra & aduerſus memoriam dicti Andreæ, & prædictos alios fratres ſuos: Et viſa ſententia formata contra memoriam dicti Andreæ & prædictos eius fratres, & lata contra ipſum Andream & eius memoriam in hunc modum, videlicet d. Andr. & eius memoriã tanquam ſore fuiſſe & eſſe rebellem & proditorem ac proditricem magnif. D. Capitan. prædicti condemnamus & ſucceſſiue in his ſcriptis dicimus declaramus & ſententiamus omnia eius bona cameræ præfat. magnific. D. Cap. confiſcata fuiſſe & eſſe, & per hanc ſententiam declaramus & confiſcamus omni meliori modo, &c. & prædictos Sylue. Guido. Antonium, Petrum & Iacobum fratres, vt ſupra inquiſitos & conuictos & confeſſos tanquam rebelles & proditores præfa. magnific. Domini Capitanei & eius ſtatum condemnamus in his ſcriptis & ſentẽtiamus ad mortem; ita & taliter quod ſi aliquo vnquam tempore venerint, in ciuitate Fauentiæ eiuſque comitatu nec non in omnibus aliis locis terris oppidis & quibuſcunq; locis quæ ſub iuriſdictione præfat. magnific Domini Capitanei gubernantur capiantur & de facto decapitentur, &c. Nec non omnia eorum bona tam mobilia quam immobilia cameræ præfat. magnific. Domini Capitanei confiſcamus & pro confiſcatis haberi declaramus & ſententiamus, & ita ipſos condemnatos & quemlibet ipſorum & eorum bona, vt ſupra publicamus & pro cõdemnatis: & publicatis haberi volumus & mãdamus ſic & omni meliori modo, via, iure & forma, quibus magis & melius poſſumus & debemus. Et viſa quadam ſuppoſitione porrecta per dictum Bartholomæum de Caſeli Syndicum & Procurat. cameræ fiſcalis præfat. magnif. d. Cap. in qua in effectu narrat ſententiã latam cõtra prædictos fratres & ſupplicat pro maiori roboris firmitate vt p̃dicta acta & proceſſus & ſentẽtias ſup prædictis præf. magn. d. Cap. dignetur in omnibus

ꝑbus eorum partibus confirmare & approbare ex
certa eius ſcientia & ſupplere omnes defectus ſi qui
furſitan interueniſſent aut in ꝓcedendo aut in con-
demnando contra prædictos proditores & remo-
uere de dictis actis & per reſcriptum ſuæ magnif. d.
intelligatur eſſe ſuppletum in omni parte in qua eſ-
ſet aliquis defectus quamuis credatur quod nullus
ſit. Et viſa ſignatura dictæ ſuppli. in qua dicitur Cat.
ſecuodus de Manfredis fiat ex certa noſtra ſcientia.
Et omnibus diligeoter conſideratis pro declaratio-
ne eius quod à me quæritur, an ſcil. fuerit rite & re-
cte proceſſum & iudicatum contra prædictos fra-
tres, quatuor dubia in primis vidētur mihi eſſe exa-
minanda. Primum eſt ſi eſt proceſſum & iudicatum
rite ſecundum ordinem iuris & ſtatutorum tertæ
Fauentiæ & ſecundum commiſſionem datam per
præfa. Illuſt. D. C. magn. ſuo Poteſtati Fauentiæ. Se-
cundo ſi Poteſtas Fauentiæ habuit poteſtatē ex for-
ma iuris aut ſtatuti & communis Fauentiæ aut ex
commiſſione ſibi facta per præfatum Illuſtr. d. Car.
confiſcandi & publicandi bona d. fratrum ad mor-
tem cōdemnatorū. Tertio poſito, quod habuit po-
teſtatem publicandi & confiſcandi bona an ſimus
in caſu in quo bona potuerint publicari & cōfiſca-
ri. Quarto & vltimo ſi illa ſentētia publicationis &
confiſcationis bonorū valuit & videlicet in præiu-
dicium filiorum & deſcēdentium dictorū fratrum
condemnatorum. Circa primū dubium an ſit pro-
ceſſum & iudicatum rite ſecundum ordinem iuris
& ſtaturorū communis Fauentiæ & ſecūdum com-
miſſionem datam per Illuſt. d. Car. In primis conſi-
derandum eſt an d. D. Poteſtas fuerit iudex ordina-
rius vel delegatus in dicta cauſa. Et primo videtur
2 quod fuerit delegatus †. quia quandocunq; addi-
tur vel detrahitur iuriſdictioni iudicis per commiſ-
ſionem ſibi factam videtur quod de ordinario effi-
ciatur delegatus, *argu. l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iure & l.
4. §. ſi quis ſimpliciter, in ver. cum adiect, ff. de verbor. oblig.
& ita not. per Docto. in c. licet vndique extra de offic. delega.
& per Domin. & alios in c. cum aliquibus, de reſcript. libr.
6. & per Bald. & Paul. de Caſtr. in l. qui procuratorem, ff.
de procur. & per Angel. in l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iud.
& per Angel. & alios in l. eum qui. §. fin. ff. de acquir. hered.
& per Bar. in ſua diſpu. quæ incipit: Aduenantia generalis in
l. 2. in fin. de opt. legat. & per d. Matth. de Mathesi. in ſuo
notabili conſilio quod incipit not.* Quod vbicunque Do-
minus committit cauſam ordin. & Paul. de Caſtr. *in
d. l. ius ciuile, & in l. more maiorum, ff. de iuriſdict. omn. iu-
dic. & per Bald. & Paul. de Caſtr. in l. & ſi prætor. ff. de offic.
eius cui manda. eſt iuriſdict. & plene dixi in d. l. 1.* ſed in di-
cta commiſſiooe facta d. D. Poteſtati videtur eſſe
receſſum à forma communi quę videtur eſſe vt Po-
teſtas & Iudex malefic. pariter procedant & conde-
mnent, præſertim cum iuriſdict. criminalis ſpectet
ad iudicem malefic. *vt l. ſolemus, §. latrunculator. cum
ibi not. ff. de iudic. & hoc videtur ſentire d. Angel. de Aret.
in ſuo tracta. malefic. in ſua inquiſitione, in princ.* in qua
fundat inquiſitionem ſuam in perſonam d. Pote-
ſtatis & iudicis malefic. quam formam videtur ſe-
cutus prædictus d. Poteſtas in ſua inquiſitione in
princ. dum dicit hæc eſt quædam inquiſitio quæ fit
& fieri intenditur per d. Poteſtatem, &c. Nec non
per d. Franc. de Tonſis Illuſt. Dom. Vic. & iudicem
malefic. quia Illuſtriſſ. d. Car. commiſit ſibi, d. cau-
ſam criminalem ſoli Poteſtati Fauen. & non iudici
malefi. ergo videtur quod fuerit ſibi facta commiſ-
ſio tanquam delegato & non tanquam ordinario.
In contrarium videtur quod imo ſit facta commiſ-
ſio d. Poteſtati tanq̃ ordinario quia ad eum ſpectat
principalis cognitio cauſarum criminaliū, *vt l. illu-
ſtris, §. qui vniuerſas, ff. de off. præſid.* & iudex malefic. ma-
xime quantum ad condemnationem non interue-
nit tanquā principalis & iudex malefic. & vic. inter-
ueniunt reſpectu eorum conſilij & aſſenſus, licet
proceſſus fiat ſub examine iudicis malefic. *vt proba-
tur in l. 2. circa prin. ibi ſub examine iudic. C. de his qui la-
trones, &c. Et in l. ſi ille in princ. ibi ſub examine prouin-
cialis iudic. C. de dec. lib. 10. & in l. fin. in fin. ibi & ſub exa-
mine tuo. C. de leg. eo. lib. & ita not. Ang. de Per. in d. l. 2. Et
probatur in auth. de litigioſis, §. omnem ibi ſub examine.
colum. 8.* & ideo inquiſitiones fiunt & ſententiæ ho-
die formantur per rectores terrarum ſub examine
iudicis maleficio. *vt dicit Angel. in dicto §. omnem cir-
ca fin.* vel Poteſtates terrarum feruot ſenteotias
de conſilio iudicum de curia, *vt dicit Angel. de Peruſ.
in authen. vt nulli iudicum, §. qui vero colum. 9.* Et ideo
etiam Angel. de Aret. format ſententiam latam ſu-
per inquiſitioone in perſona ſolidi Poteſtatis ſub ex-
amine tantum iudicis maleficio. & de conſenſu iu-
dicum, vt patet in dicta ſua ſententia, & in gloſſ. ſu-
per ea, videlicet in gloſſ. ſuper verbo de conſenſu &
deliberatione omnium iudic. & in gloſſ. ſequent.
ſuper verbo ſub examine Domini Sabi. iudicis ma-
leficiorum & in gloſſ. præcedent. & ſequent. licet
inquiſitionem formet in perſonam d. Poteſtatis &
iudicis maleficiorum ſicut fecit Prætor noſter qui
ſecutus eſt practicam d. Domin. Angel. in d. ſuo tra-
ctatu maleficiorum vnde cum Illuſtriſſ. d. Cardin.
commiſerit dictam cauſam D. Poteſtati vt conde-
mnet d. fratres prout & ſicut fuerit iuris & ſtatuti
communis Fauentiæ, & quod debeant procedere
omni meliori modo quo poſſet de iure vel ſecun-
dum formam ſtatuti Fauētiæ videtur voluiſſe quod
procedat tanquam ordinarius & non tanquam de-
legatus ex quo retulit ſe ad formam iuris & ſtatuti
nec videtur aliquid innouaſſe cootra vel præter ius
commune ex quo principaliter proceſſus & ſen-
tentia cauſarum criminalium ſpectant ad Poteſta- 3
tem etiam ſub examine iudicis malefic. per ea quæ
dicta ſunt ſupra. His itaq; præmiſſis, videlicet quod
d. Poteſtas proceſſerit & iudicauerit tanquam ordi-
narius videndum eſt primo an ille proceſſerit ſuper
d. inquiſitione formanda, & breuiter videtur eſſe
dicendum ꝙ ſic ex quo in primis recepit tres teſtes
ſuper infamia crimioū, *iuxt. tex. in c. qualiter & quan-
do el 2. extra de accuſat. cum ibi not.* & proceſſum fue-
rit ſecundum formam ſtatuti communis Fauentiæ
ſicut tenebatur procedere, *per l. omnes popul. ff. de iuſti.
& iur.* & etiam ſecundū formā commiſſionis ſibi da-
tæ, videlicet citando ipſos ad dumum ſoliæ habi-
tationis prout ſtatutum requirit. Quantum vero
ad condemnationem videtur etiam rite iudica-
tum quo ad fratres viuos, ſed quantum ad Andream
mortuum noo videtur eſſe bene iudicatum reſpe-
ctu per-

ctu perſonæ ſuæ, quia homo mortuus condemnari non poteſt. quia ſententia lata contra mortuum eſt ipſo iure nulla, *vt l. fin. ff. qua ſenten. ſine appell. reſcin.* 3 † debebat enim memoria eius tantum damnari tum quia ius ita diſpouit, *vt probatur inſtit. de hered. qua ab inteſt. defer. §. per contrarium.* ibi eius memoria damnata fuerit, *& probatur in l. 2. in fin. ibi*, vel ſi rei memoria propter crimen, quod morte intercidit damnata eſt, *C. de teſta. manumiſ. & in l. fin.* ibi vt conuicto mortuo memoria eius damnetur, *C. ad l. Iulia. Maieſt.* & hoc tenet Ludo. de Roma. in ſuo ſing 522. quod incipit: De crimine læſæ Maieſt. & in ſuo ſingulari 629. quod incipit: In caſibus in quibus, tum etiam reſpectu commiſſionis factæ per Illuſtr. D. Card. qui commiſit vt procedatur contra memoriam And. & non contra ipſum And. vnde cum ſententia fuerit lata contra ipſum And. mortuum videtur quod fuit & ſit ipſo iure nulla. Sed licet hoc verum ſit, tamen ex quo d. Poteſta. condemnauit etiam memoriam d. And. & declarauit ipſum fuiſſe rebellem & proditorem d. Illuſtr. D. Card. videtur rite iudicatum per prædicta, & præſertim cum memoria dicatur damnari, quando iudicatur ipſum commiſiſſe crimen rebellionis & proditionis, *vt probatur manif. in d. §. per contrarium*, ibi veluti ſi poſt mortem ſuam pater iudicatus fuit reus perduellionis ac per hoc eius memoria damnata fuerit, & ibi gloſſ. in verbo damnata quæ exponit hoc ſcilicet modo pronuntio contra imperium Lucium feciſſe, & ideo bona in fiſcum inferri. Nam per hoc memoria damnatur, &c. In quantum ergo memoria Andr. damnata fuit, ſententia fuit rite lata, & iſta videtur fuiſſe intentio d. d. Poteſta. dum in princ. condemnationis fit mentio de proceſſu facto contra memoriam d. And. & circa finem condemnatur Andr. & eius memoria, tanquam fuerit & ſit & futurus ſit rebellis & proditor d. Illuſt. D. Carda. & ſic dum condemnatur Andr. non condemnatur tanquam perſona viuens ſed condemnatur tanquam perſona quæ fuit rebellis, *ſicut dicitur in d. §. per contrarium*, ibi veluti ſi poſt mortem ſuam pater iudicatus fuerit reus perduellionis, & ibi gloſſ. quæ dicit pronuntio contra imperium Lucium feciſſe. Nec obſtat, *d. l. fin. ff. qua ſent. ſine app. reſcin.* quia loquitur quando mortuus condemnatur ad finem vt ſententia afficiat eum, quod etiam non poteſt eſſe, ſed quando condemnatur mortuus, id eſt, iudicatur ipſum fuiſſe rebellem & proditorem tunc bene valet, & ita fuit in caſu noſtro. Nec obſtat ſi dicatur, D. Poteſtas condemnauit dictum Andræam & eius memoriam, & ſic videtur quod mortuus fuerit condemnatus, quia reſpondetur quod non fuit condemnatus ad finem, vt ſententia eius perſonam afficiat, ſed vt declaretur ipſum And. fuiſſe proditorem & hoc patet in dicta ſententia ibi dictum And. & eius memoriam & tanquam fore fuiſſe & eſſe rebellem *iuxta d. §. per contrarium ſupra aſsignatum.* Vel aliter poteſt re-
4 ſponderi † quod quando copula, &. ponitur inter ea quæ videntur diuerſa, & tamen idem ſignificant in effectu, tunc copula, &, ponitur pro, id eſt, vt eſt text. cum gl. *in l. decernimus. C. de Epiſcop. & cle. & in l. 1. ff. ſi quis cau. & glo. & Bart. in l. quibus in prin. ff. de leg. & Ioan. de Imol. in cap. monaſt. extra de vita & honeſt. cle.* Sed & Andr. & eius memoria in effectu idẽ important, *vt probatur. d. §. per contrarium. inſtit. de hared. qua ab inteſta. deſe.* Vel poteſt dici, quando copula, &, ponitur inter duo quorum vnum ineſt alteri, tunc copula & ponitur pro id eſt, & ſtat expoſitiue, *vt eſt tex. cum gloſſ. & ibi hoc not. Bart. & Doct. in l. 1. ff. de pact.* Et ideo cum hoc nomen Andreas & hoc nomen eius memoria ſignificent idem in effectu vel eius memoria ineſt ſub nomine Andreas, ſequitur quod illa copula, &, quæ eſt inter verbum Andreas & verba ſequentia, ſcilicet eius memoria, &c. ponitur pro, id eſt, & ſtat expoſitiue quaſi dicat condemnatus Andreas, in eius memoriam, qui Andreas fuit & eſt rebellis & debet ſubaudiri quondam ex quo mortuus erat tempore d. ſententiæ, *arg. text. cum gl. in l. eius qui in prouinciam. in prin. ff. ſi cert. peta.* vbi gl. exponit illum text. dum dicit Titii vt ſubaudiatur quondam,
5 ex quo defunctus erat. † Ex quo ſuſtineri poteſt inſtrumentum ſeu petitio in quo nominatur filius Titii, ex quo erat iam defunctus Titius, ſubaudiendo quondam, *vt vult Bart. in d. l. eius qui in prouinciam. in prin. per illum text. cum gloſſ. & idem vult Alb. de Roſa. in l. totem ferro. in §. eam rem. per gloſſ. in verbo dominus. ff. de publica. & habetur in Spe. de inſtr edi. §. inſtr. verſ. quid ſi ita contineatur. & Bart. in tract. alueo. & Lud. de Rom. & Doct. in l. 1. ff. de no. ope. nuntia. & per Ant. de But. & Cano. in cap. ex parte. extra de fo. compet. facit gl. 1. l. viro atque vxore. ff. ſol matrim.*

6 Nec eſt mirandum de iſta interpretatione. † quia verba ſententiæ ſunt etiam impropriãda ad hoc vt potius ſententia valeat quam pereat, *vt eſt gloſſ. nota. in l. & puto, §. 2. & ibi per Flor. & Doctor. ff. fa. hercif.* & iſto modo ſaluari poſſunt verba d. ſententiæ & in quantum condemnant ipſum Andream qui mortuus erat. Et iſta condemnatio de memoria defun-
7 cti fuit etiam infra tempus legitimum facta, † quia etiam ius accuſandi memoriam defuncti durat per quinquennium, *vt habetur in l. 2. C. de apoſta.* Et in crimine læſæ Maieſtat. eſt gloſſ. ſing. *in l. manichaos. C. de hared. & habetur per gloſſ. 24. quaeſt. 2. in ſumma. & ita nota. & tenet Ludo. de Roma. in ſuo ſing. 522. quod incipit:*
8 *De crimine laſæ Maieſtat.* † Sed dubium poſſet eſſe an ſyndicus & procurator fiſcalis debuerit ſe inſcribere ad pœnam talionis & videtur quod ſic, *per gloſſ. not. 24. quaeſt. 2. c. ſane*, alias incipit: Si ſorte quam gl. dicit eſſe mirabilem Ludo. de Roma. *in ſuo ſing. 629.* quod incipit: In caſibus in quibus. Sed illa glo. non facit ad propoſitum quia loquitur in accuſatore & quando per accuſationem proceditur. Sed in caſu noſtro fuit proceſſum per viam inquiſitionis & voca-
9 tus ſyndicus ad defenſionem fiſci. † Sed vnum eſt de quo magis videtur eſſe dubitandum an contra dictum Andream etiam culpabilem potuerit procedi vel contra eius memoriam & contra eius bona cum per mortem ſuam extinctum videatur fuiſſe omne crimẽ & omnis pœna *vt l. 1. & 2. & per totum tit. C. ſi reus vel accu. mor. fue.* exceptis quibuſdam caſibus videl. in crimine læſæ Maieſt. repetũdarum, & in crimine hæreſis, & aliis ſimilibus, de quibus habetur *per gl. in d. l. 2. C. de teſt. manu. & per gl. in §. per contrarium inſtit. de hare. qua ab inteſt. deſo. & per gl. ordin. in l. ex iudiciorum.*

duiorum. in verbo Maieſtatis. ff. de publi. iudi. Cum ergo
caſus noſter non videatur eſſe de dictis caſibus ex-
ceptis videtur quod non potuerit procedi contra
10 Andream defunctum nec eius memoriam, † quia
a memoriam illius damnari non poteſt *a* cuius cri-
men morte intercidit, vt dicit tex. *in d. l. 2. in fin. C. de*
teſta. man. & præſertim cum non videatur ipſe com-
miſiſſe crimen læſæ Maieſt. & alii caſus ſint penitus
diuerſi à materia noſtra. Et quod nõ videatur com-
miſiſſe crimen læſæ Maieſta. videtur eſſe tex. cum gl.
11 ordi. *in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſta.* quę dicit † quod crimen
læſæ Maieſtat. committitur contra Imperatorem
vel ciuitatem Romanam de qua ibi fit mentio, non
autem quis dicitur committere crimen læſę Maieſt.
ſi eſt rebellis vel proditor contra inferiorem ab Im-
peratore vel contra ciuitatem excepta Romana,
quia aliæ ciuitates habentur loco priuatorum, *vt l.*
eum qui vectigal. & ibi plene dixi. ff. de verbor. ſignifi. & ita
videtur tenere Bart. ſequendo gl. in d. l. 1. in fin. ff. ad l. Iuli.
Maieſt & Ang. in l. vnica. in 2. colum. C. ne ex delic. defun.
12 vbi dicit † quod crimen perduellionis ſeu læſæ
Maieſt. committitur contra Imperatorem vel rem-
publicam Romanorum & non contra alium, *per no.*
per gl. inſtit. de publi. iudi. in princ. No. ergo idem ſi con-
13 tra ciuitatem ſuam. Et ideo dicit † quod ſi Floren-
rentinus crimen rebellionis contra ſuam ciuitatem
commiſit ſi decedit, lite pẽdẽte ante latam ſenten-
tiam pœna ademptionis bonorum non tenebit hę-
redem, quod dicit eſſe nota dignum. Et ſic vult ſi-
militer quod etiam committens crimen contra ſu-
am ciuitatem quæ non recognoſcit ſuperiorem, ſic-
ut eſt ciuitas Florentina. vt not. Bart. *in l. hoſtes. circa*
fin. ff. de capti. non videtur proprie committere cri-
men læſæ Maieſt. Nec iura loquentia de crimine lę-
ſæ Maieſt. videntur in eo locũ habere, ſed ita in ter-
minis hoc tenet Lud. de Rom. in quodam ſuo ſin-
gulari quod incipit, Tu ſcis ꝙ ex cõdemnatione par-
14 tis in fi. qui dicit † ꝙ non eſt verum vt aliqui dicunt
quod cõmittatur crimen læſæ Maieſt. etiam contra
ciuitatẽ non recognoſcentẽ ſuperiorem ẽt de facto
vt eſt Florentiæ. Si ergo eſt ſpeciale in committente
crimen proditionis contra Imperatorem & rem-
publicam Romanorum nec locum habeat in alio
inferiore ab Imperatore etiam non recognoſcente
ſuperiorem de facto, multo minus videtur quod
debeat habere locum in Illuſt. D. Card. d. Fauent. re-
cognoſcente pontificem in ſuperiorem ſiue Eccl.
Rom. cum eius ſit vicarius in temporalibus. Et ideo
videtur quod d. Andreas defunctus non potuerit i-
pſe condemnari nec eius memoria nec bona eius
confiſcari, nec ab hęredibus eius auferri. Et ſic quod
ſitc non fuerit proceſſum cõtra ipſum vel eius me-
moriam aut eius bona. Sed in contrarium quod i-
mo d. And. commiſerit crimen læſæ Maieſtat. veni-
endo vel venire volendo contra d. Illuſt. D. Card. d.
Fauen. d. ſuum licet ſit inferior à principe. alleg. glo.
ſing. *in l. fallaciter. in verbo prodita. C. de aboliti.* quæ vi-
detur velle quod idem ſit ſicut quando committi-
tur crimen læſæ Maieſtat. & ita tenet ibi Bald. qui
15 dicit per illum text. † not. quod proditores populi
incidunt in crimen læſæ Maieſt. & idem vult Bal. *in*
16 *l. ſi quis nummos. C. de fal. mo.* qui dicit † quod ille qui
qualificat monetam & imaginem Cæſaris in dero
gationem ſuæ Maieſt. committit crimen læſæ Ma-
ieſta. & idem dicit in ciuitate iſta loquendo de ciui-
tate Peruſii ꝙ eſſet crimen læſæ Maieſta. ſi quis ſub-
ditus iſtius ciuitatis falſaret iſtam monetã, ideo dicit
in ſubditos quia non ſubditi nõ incidunt in crimen
læſæ Maieſt. *alleg. not. per Paul. de Liaza. in cle. paſto. de re*
17 *iud.* vnde dicit † qui vult prodere populũ incidit in
crimen læſæ Maieſtat. quod dicit eſſe verum de ſub-
dito, ſecus de non ſubdito, & ideo cum d. Andr. &
alii fratres ſui voluerunt prodere d. Illuſt. D. Card.
d. ſuum cuius ſubditi erant, vt dicetur infra in tertio
dubio prin. videtur quod inciderunt in crimen læſę
Maieſtat. & propterea memoria d. Andr. potuerit
condemnari & eius bona confiſcari. Præterea iſtud
poteſt probari alia ratione concordando, *dict. gloſſ.*
videlicet gloſſ. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſtat. & gloſſ. in l. fallaci-
ter. C. de aboli. ſecundum Salt. ibi, qui dicit notabiliter
quod aut patria proditur aut oppugnatur vt princi-
pi vel populo Ro. auferatur & tunc procedit gl. *in d.*
18 *l. fallaciter.* † nam tunc Maieſtas terrena cui debent
obedire offenditur ideo ad inſtar Maieſtatis diuinæ
crimen læſæ Maieſt. committitur, *vt d. l. 1. in prin. ff. ad*
l. Iul. Maieſtat. & ita debet intelligi. l. pen. eo. tit. Aut op-
pugnatur vel proditur patria, ſed non ad ſi. vt prin-
cipi auferatur, & tunc non committitur crimen læ-
ſæ Maieſtat. & ita loquitur gloſſ. *in l. 1. ff. ad l. Iul. Ma-*
ieſtat. Et ideo cum in caſu noſtro d. Andreas & eius
fratres voluerũt auferre fortilitium Calamelli val-
lis Hamonis quod Illuſt. D. Car. recognoſcit ab Ec-
cleſ. Roma. & retinet tanquam vicarius generalis
Eccleſ. Roma. dando conſilium & auxilium vt ap-
paret ex proceſſu, vt dicetur etiam infra in tertio
dubio prin. videntur commiſiſſe crimen læſæ Ma-
ieſt. quia auferendo vel auferre volendo à vicario
pontificis ſeu Eccle. Ro. videtur voluiſſe auferre ab
Eccle. Ro. quæ tantam iuriſdictionem habet in ter-
ris ſuis Eccl. quantam habet Imperator in terris im-
perii. *iuxta no. in c. ſolite. extra de maio. & obe. & in c. per*
venerabilem, extra qui filii ſint. legi. cum ſim. Nec obſt. ſi
dicatur voluntas d. Andr. & fratrum nõ fuit aliquid
auferre Eccle. Rom. quia volebat d. fortilitium Ca-
lamelli dare domino Imolæ qui eſt ſimiliter vica-
rius Eccleſ. Rom. in terris ſuis, quia reſpondetur ꝙ
per hoc non tollitur quin voluerint auferre de ma-
nibus vicarii Papæ & ſic de manibus Papæ nec con-
ſtat aut conſtare poteſt quid futurum eſſet ſi d. I-
19 mola ipſum habuiſſet, † quia de futuris contin-
gentibus non eſt determinata veritas. Præterea licet
etiam de iure non committeretur crimen læſæ Ma-
ieſtat. quantum ad publicationem bonorum ſi quis
eſſet rebellis inferiori à prin. tantũ de conſuetudine
20 in Italia ſeruatur contrarium, † quia quilibet prin-
ceps recognoſcens etiam ſuperiorem Eccl. Ro. vt eſt
Marchio. Ferratienſis publicat bona & exercet iura
loquentia de crimine læſæ Maieſta. contra ſubditos
ſuos ſibi rebelles & proditores, quæ conſuetudo vi-
delicet & debet attẽdi. & plene no. per Alb. de Roſ.
in ſuo opere ſtatut. in 3. part. quaeſt. 18. circa fin. & quaeſt. 19.
& idem ſi haberent ſtatuta diſponentia de publica-
tione bonorum, vt not. Bart. *in l. 1. poſt medium. ff. de*
bon. damnat. Concludo itaque ex prædictis quod d.
And.

d.And.potuit cődemnari quantum ad eius memo-
riam, & bona ſua publicari non obſtante quod
mortuus fuerit ante proceſſum & ſententiam, &
ſimiliter eius fratres potuerunt condemnari & eo-
rum bona confiſcari præſupponendo quod Pote-
ſtas ciuitatis Fauent. habuerit Poteſtatem confi-
ſcandi & publicandi bona delinquentium, & quod
d.crimina ſint talia ex quibus potuerint eorum bo-
na publicari & confiſcari de quibus dicetur in ſe-
cundo & tertio dubio princ. Circa ſecundum du-
bium principale an Poteſtas Fauent. habuerit Po-
teſtatem ex forma iuris aut ſtatutorum communis
Fauent. aut ex commiſſione ſibi facta per Illuſtriſſ.
d. Cardin. confiſcandi & publicandi bona dicto-
rum fratrum. Et tenendo ſicut & tenui in primo
dubio principali in principio quod ipſe Poteſtas
fuerit ordinarius, & tanquam ordinarius proceſ-
ſerit in dicta cauſa, non obſtante commiſſione ſi-
bi data per Illuſtriſſ. d. Cardin. non eſt opus quæ-
rere nunquid habuerit Poteſtatem vigore com-
miſſionis ſibi factæ, quia illa commiſſio non plus
iuris ſeu Poteſtatis ipſi Prætori dat quam de iure
communi haberet, ex forma vero ſtatutorum ſi illa
reperitur in ciuitate Fauent. vt in huiuſmodi caſi-
bus Prætores Fauentiæ poſſint nedum abſentes &
contumaces ad mortem condemnare, ſed etiã ma-
lefactorum bona confiſcare & publicare illa eſt ſer-
uanda, *vt dixi ſecundum Bart. in l.1.ff. de bon. dam. & Al-*
21 *ber. de Roſat. in 3. parte ſtatuto. in quaſt. 18. & 19.* † Simi-
liter ſi eſſet conſuetudo ſola, vt Poteſtas Fauentiæ
condemnaret etiam in publicatione & confiſcatio-
ne bonorum illa eſſet obſeruanda, & de iure ob-
ſeruari deberet, *vt not. Alber. de Roſat. in d. quaſt. 18. &*
19. Et idem tenet Ludo. de Rom. in conſil. ſuo 59. quod in-
cipit: In Chriſti nomine Amen. Ad diſponendum
veritatem præpoſitæ quæſtionis in ſecundo dubio
principali qui loquitur de Illuſtriſſ. Domin. Pan-
dulpho de Malateſtis Domino ciuitatis Ferrariæ,
quæ eſt ciuitas Eccleſiaſtica, & decidit in ſimili cau-
ſa quod ipſe potuerit inobedientes condemnare &
confiſcare & publicare eorum bona, & fundatur
inter alia, quia conſuetudo hic manifeſtat, vt huiuſ-
modi Princeps & Domini recognoſcentes terras
ab Eccleſia poſſint de conſuetudine confiſcare &
publicare bona damnatorum. Si ergo Illuſt. D. Pan-
dulphus & Marchiones Ferrariæ qui recognoſcunt
dominia ſua ab Eccleſ. Rom. potuerunt & poſſunt
confiſcare & publicare bona damnatorum, ſequi-
tur quod ſimiliter debet poſſe Illuſt. D. Card. D. Fa-
uen. qui recognoſcit dominia ſua ab Eccleſ. Rom. ſi
habet ſtatutum vel conſuetudines, *arg. c. ſopite. extra*
de cenſib. & quod ibi not. gloſſ. in verbo in alia quæ dicit per
22 *illum text.* † ex eo quod alij faciunt qui cenſentur
eodem iure & tu facere debes niſi oſtendatur con-
trarium, *ea. diſt. in c. contra morem, & not. in c. cum Eccle.*
vulnerata, extra de elect. facit quod habetur & nota.
23 *in c. cum olim. extra de conſuetud. cum ſimilibus.* † Sed
vbi non eſſet ſtatutum vel conſuetudo & tractare-
tur ſolum de iure communi an ſcilicet prætor ci-
uitatis Fauent. potuerit ex ordinaria poteſtate ſua
prædictos fratres ad mortem condemnare & bona
eorum publicare quæ veniant applicanda fiſco di-
cti Illuſtr. D. Card. Et iſta quæſtio formatur, *per Alb.*
de Roſa. in ſuo opere ſtatuto. in 3. parte in 18. & 19. quaſt. vbi
plene examinat dictum articul. & per Ludo. de Roman. in
d. ſuo conſil. 59. Sed pro huius dubij declaratione eſt
24 aduertendum † quod duplex eſt extra ordinaria in
caſibus non expreſſis à iure, & hanc facit ſolus
Princeps vel Iudices poteſtatem ſummam haben-
tes non inferiores ſine iuſſu principis, *vt C. ne ſine*
iuſſu principis certis iudicibus liceat confiſcare in rubro &
nigro.

Alia eſt confiſcatio ordinaria in caſibus à iure
ſtatuto vel conſuetudine permiſſis & iſta fit per
quemcunq; iudicem habentem merum imperium
ratione territorij, & non per alium quia confi-
25 ſcatio fit ratione iuriſdictionis, † & iuriſdictio
territorio adhærere, *l. fin. C. vbi & apud quos vt tenet*
Alber. de Roſ. in dicta ſua quaſt. 18. Et ideo cum in caſu
noſtro dicta confiſcatio bonorum ſit ordinaria me-
rito Poteſtas Fauent. qui habet merum & mixtum
imperium & poteſtatem ad mortem condemnan-
di, vt dicetur in ſequenti dubiu princip. potuit dicta
bona confiſcare & publicare.

Sed ſi eſſet confiſcatio extraordinaria, id eſt, vbi
non eſſet expreſſe à lege cautum, ſed ex arbitrio iu-
26 dicis fieret, eſſet maior dubitatio, videlicet † nun-
quid prætores vel iudices habentes merum & mi-
xtum imperium poſſint generalis arbitrij ratione
omnia bona cődemnati publicare. Et videtur quod
ſic, nam poſſunt quod eſt plus ſcilicet ad mortem
condemnare, *vt ſimiliter not. per gloſſ. inſtit. de iniur. §.*
pœna & ibi per Florian. & per Bald. in l. 1. C. de his qui la-
trones. & in c. 1. §. iniuria. de pace iuramen. firman. & in l.
fin. in fin. ff. de ſenatoribus & not. Matthæ. de Matheſ. in
49. notabili. & Andre. de Iſern. in c. 1. quæ ſint Regalia &
Nicol. de Neapol. in l. fin. in fin. ff. vbi pupillus educa debe.
& habetur per Ioan. de Imol. in 2. ff. de publ. iudic. Nam ſi
poteſt illud quod eſt plus videlicet condemnare
ad mortem, vt dixi, videtur quod poſſit illud quod
eſt minus videlicet condemnare in publicatione
bonorum, & hoc quod dicimus quod poſſunt in
ære & in perſona condemnare, *vt nota. per gloſſ. not.*
in authen. de armis, poſt medium, in verbo & in pecuniis,
quæ dicit hoc eſt quod dicimus in ære & in perſona. colum.
6. & habetur per Bald. & Ioan. de Imol. in l. lex Cornelia,
ff. de vulga. & pupil. & per Bald. qui hoc dicit, & in capit. 1.
in princip. in 5. colum. in verſicul. ſed hic quæro an ra-
tione generalis arbitrij, *in titul. de pace tenenda.*
qui ſubdit quod in contrarium videtur caſus, *in l.*
1. C. ne ſine iuſſu principis, certis iudicibus liceat confi-
ſcare & remittit ad ibi notata ſed glo. ibi videtur te-
27 nere † quod ille qui habent merũ imperium poſ-
ſint confiſcare bona, ſed Cyn. & Salice. ibi aliter di-
cunt diſtinguendo quandoq; confiſcatio bonorum
eſt expreſſe per legem iniuncta, quandoq; ſequitur
ad cődemnationem delicti. Primo caſu quilibet iu-
dex qui de hoc poſſit cognoſcere poterit talem pœ-
nam confiſcationis imponere, *vt l. qui condit. C. de in-*
ceſt. nup. Secũdo caſu quando cőfiſcatio venit tacite
quicunque iudex, qui poteſt ad mortem naturalem
vel ciuilem condemnare, poteſt & bona adimere,
vt l. illicitas, §. qui vniuerſas. Tertio caſu quando non
eſt iniuncta à lege nec tacite ſequitur in conſe-
quentiam

quentiam condemnationis & tuoe nullus iudex
poteſt eam impooere niſi ſit de maioribus & ita in-
telligitur, *d. l. 1. & ideo ſubdit Cyn.* quod tota die iudi-
ces inferiores præcipiunt ſub pœna æris & omnium
bonor. quod eſt *contra d. l. vnicam. C. vt ſine iuſſu, &c.*
ſed Albe. de Roſa. in ſuo opere ſtatut. in 3. part. in quaſt. 18.
28 dicit † qnod de ſtricto iure ciuitates & regna ius
fiſci non habent nec bona confiſcare poſſunt exce-
ptis ciuitatibus Lombardię quę fuerũt in pace con-
ſtantiæ in qua comprehenditur etiam Fauen. *vt ha-
betur in extrauag. de pace conſtan.* vbi nominantur no-
mina ciuitatum & oratorum ciuitatũ quibus con-
ceſſum fuit per Imperatorem, quod haberent me-
rum & mixtum imperium ab imperio, quia credit
quod ex ſtatuto vel conſuetudine poſſent bona ap-
plicare ciuitati inter ſubditos, nam imperator con-
cedendo eis merum imperium & poteſtatem con-
dendi ſtatu. *per l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.* videtur
conſequẽter eis conceſſiſſe publicationem bonor.
ſubditi & de facto vſurpatum eſt in omnibus ciui-
tatibus, quia hodie ciuitates maxime Italiæ vtuntur
iure prouinciæ, *vt not. gloſſ. in fin. C. de praſcript. long.
temp.* vnde tam ex conſtitutione pacis conſtantiæ
quam de conſue. Dn. Fauen. & eius Prætor habet
merum & mixtum imperium & poteſtatem bona
publi. & ita ego teneo, & *idem tenet in effectu Lud. de
29 Rom in d. conſ. 59.* † Circa tertiũ poſito, quod d. Prę-
tor habuit poteſtatem publ. & confiſcandi bona, an
ſimus in caſu, in quo bona potuerunt publicari. Et
in hoc eſt conſiderandum, quod duo imputantur,
d. fratribus. Primum quod ipſi ſe cõtulerunt ad ter-
ras inimicorum Illuſt. D. Card. D. Fauen. videlicet
ad ciuitatem Imolæ & admoniti ſæpius ad Illuſt. D.
Cardin. per nuntius & literas, quod deberent repa-
triare, id eſt, redire ad ciuitatem Fauennn. vel ire ad
ciuitatem Rauennæ quod nonquam facere volue-
runt propter qood vident fuiſſe rebelles ipſi Illuſt.
D. Card. domino ſuo, *vt not. per Bart. in extrauag. qui
ſint rebelles. in gloſſ. in verbo tenore. & in verbo rebellando,*
& dicunt commiſiſſe crimen læſæ Maieſt. quantum
ad pœnas quæ imponũtur & imponi poſſunt com-
mittenti crimen læſæ Maieſt. vt dictum eſt ſupra in
30 primo dubio principa. in vlti. parte † oam ſi illi qui
mittunt nuntium vel literas hoſtihus incidunt in
pœnam criminis læſæ Maieſtat. *vt l. 1. in fin. & ibi hoc
tenet Bart. ff. ad l. Iuli. Maieſtat. facit gl. in clemen. ſi ſum-
mus pontifex. in verbo literis. de ſent. excom.* Multo magis
debent incidere in l. Iul. Maieſt. qui ſe perſonaliter
contulerunt ad hoſtes ſicut fecerunt d. fratres & ꝙ
ſe contulerint ad loca hoſtium vel inimicorum, vi-
delicet ad terram Imolæ cui dominatur D. Tade. de
Manfr. vt probatum eſt per tres teſtes examinatos
ſuper infamia crimiuum, & per tres alios teſtes ex-
aminatos ſuper inquiſitione formata contra præ-
dictos fratres, qui omnes deponont, quod terra I-
mol. propter D. Tade. erat notoriè inimica Illuſt. D.
Card. Nec ubſt. ſi dieeretur, ꝙ licet d. fratres admo-
niti per d. Illuſt. D. Card. vt redirent ad ciuitatem Fa-
nen. offerendo ſibi ſaluum condoctum tam pro ſe
quam pro ſubditis ſuis, tamen propter boc non e-
rant obligari redire ad ciuitatẽ Fauen. etiam cum li-
teris ſalui conducti, ex qoo ſibi dicebant ſe habere
inimicitias capitales, *vt eſt text. in c. accedens. el. 2. extra
vt lite non conteſt. & ibi hoc not. Doct.* & maxime Bald.
31 qui dicit † qood licet alicui mittantur literæ de
ſaluo conducto nõ tamen quis tenetur ſtare illi cau-
noni vt vadat dumum inimici, quia pro nihilo ha-
bet inimicus tales literas, *& etiam tex. in cle. paſtoralis.
§. notorium. in verſic. quis enim auderet. & ibi gloſſ. in ver-
bo finn. de re iud.* quæ dicit quod non ſufficiunt literæ
de ſaluo conducto, & idem vult, gloſſ. *in c. ſtatutum.
§. cum vero. in verbo ſecure. in fin. de reſcript. lib. 6.* quæ di-
32 cit † quod etiam ſi quis literas de ſaluo conducto
haberet, noo tamen ſuis inimicis capitalibus ſe ex-
ponere debet. *& not. gloſſ. in c. ex parte. el. 1. in gloſſ. 1. in
fin. extra de appell. & ibi Doct. hoc tenent. & not. Doct. in l.
de atate. ff. ad Trebell. & not. Ang. de Aret. inſtitut. de actio.
§. praterea quaſdam in materia doli.* Quia reſpondetur
quod licet non fuiſſeot obligari redire ad patriam
ſi ibi habuiſſent inimicos capitales, tamen non de-
bebant accedere ad locum inimicorum & maxime
qoi ootoriè erant inimici, ſicut probatum eſt, *vt ſu-
pra dixi*, vnde debebant ire ad ciuitatem Rauennæ
ſicut mandabat ſibi Illuſt. Dn. Card. dominus ſuus.
Nec ohſtat ſi dicatur ipſe Dn. Card. non habebat
poteſtatem mittendi dictos fratres ad ciuitatem Ra-
oennæ quæ non eſt de imperio ſuo, *l. extra territori-
um ſecundum vnam lect. ibi. ff. de iuriſdict. om. iudic.* quia
reſponderi poteſt, quod imo potuit hoc mandare,
quia noo eſt, qui poſſit contradicere, ex qoo in his
quæ ſpectant ad iuriſdictionem exercendam non
habet ſuperiorem, quia non appellatur ad pontifi-
cem, ſed cauſæ deciſæ remanent in ſoo dominio,
ſicut & pridie conſului de Marchione ſeo Duce Fer-
rariæ in cauſa communitatis Maſſe. vbi plene hoc
examinaui. Et ideo nemo poteſt contradicere, *arg.
gloſſ. no. in l. qui habebat. fin. ff. de manu. teſtamen. cum alus
pluribus alleg. in d. conſil. & pro hoc allego quod eleganter
not. Bart. in l. relegatorum. § eſt qnoddam ius. ff. de inter. &
releg.* qui dicit quod ciuitates quæ nõ recognoſcunt
ſuperiorem, ſicot eſt ciuitas Fauent. ſeu dominus
ſuus quantum ad iudicia cauſarum ciuilium & cri-
minalium, ſi coofinat aliquem in terra ſibi non ſub-
dita nemo eſt qui poſſit dicta confinia caſſare, & i-
deo dicit, quod Piſani relegabãt io Sardiniam quin-
que in inſulam Rhodienſem vel in aliam prouinci-
am non ſubditam: ſquia licet de iure hoc fieri non
poſſit niſi in terris ſibi ſubditis, tamen ſubditus ſu-
us vel alius non poteſt ſibi contradicere. *Et idem in
effectu vult Bart. in d. l. relegatorum, in §. interdicere. &
habetur eleganter per Bald. in l. executorum. in 12. colum. in
verſ. modo ego quaro de vno quod eſt in conſuetu. C. de exe-
33 cut. rei iud.* vbi dixit † quod de ſtricto iure quis po-
teſt morari in quocunque loco præter loca inter-
dicta, ſed de iore conſuetudinario, cum iſta conſue-
tudo ſit generalis extendit vires imperii, & ideo ta-
les ſtudeãt ſeruare mandata, & idco d. fratres debe-
bant redire ad patriam ſi oon dubitabant de inimi-
cis capitalib. vel ire ad Rauennam ad quam de con-
ſuetudioe tenebantur ire vel ſaltem de ſtricto iure
debebãt recedere à ciuitate Imolæ quę erat inimica
& transferre ſe ad alia loca non inimica, quod cum
non fecerint, commiſerunt crimeo læſæ Maieſtat.
ſtando in terra inimicorum, *vt ſupra dixi*, & iſtud ſo-
lum

lum ſufficiebat ad condemnandum eos in publica-
tiune bonoru. Sed vltra dictum crimen cõmiſerunt
aliud, quia dederunt conſilium auxilium & fauo-
rem vt fortilicium Calamelli auferretur de mani-
bus & Poteſtate Illuſt. D. Card. & daretur inimicis
ſuis, nam ſicut ſi ipſimet fratres voluiſſent auferre
dictum fortilicium domino ſuo, & dare hoſtibus,
inciderent in crimen læſæ Maieſt. vt dixi in 1. dubio
princ. in vlt. par. ita etiam inciderunt dãdo auxilium
34 & fauorem, † quia eadem pœna puniũtur in crimi-
ne læſæ Maieſt. *& eſt tex. in l. 3. quæ incipit, quiſq. & ibi
hoc not. Bart. in prin. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Cum itaque d.
fratres fuerunt rebelles domino ſuo videl. Illuſtr.
D. Card. de Manfre. ſtando in terris inimicorum &
in volendo procedere D. Illuſt. d. ſuum in d. ſuo for-
tilicio inciderunt in crimen læſę Maieſt. & ideo bo-
na ipſorum potuerunt publicari & confiſcari. *Nam
dicit Albe. de Roſ. in dicto ſuo opere ſtatut. in 3. part. in quæſt.
18. circa fin.* quicquid ſit de iure communiter totus
35 mundus ſeruat † quod bona non publicantur in
aliquu caſu excepto crimine hæreſis & crimine læ-
ſæ Maieſtat. niſi hoc fiat de conſuetu. vel ſtatuto &
quod bona publicentur in crimine læſæ Maieſtat.
& in quibuſdam aliis caſibus tenet Bald. *in c. 1. in 4.
colum. in princ. in tit. de pace tenend. in vſib. feud.* Et ideo
concludo circa tertium dubium princip. quod d.
fratres commiſerunt talia delicta et quod eius bona
36 potuerunt publicari & confiſcari, † Sed dubitari
poteſt quid ſi prædicti fratres non potuerunt ad
mortem condemnari ex aliqua cauſa de iure vel ex
fórma ſtatut. vel ſi pendente appellat. condemnati
morereotur an ſaltem publicatiu & confiſcatio bo-
norum valeat, & habetur præſopponendo vt dixi,
quod commiſerunt tale crimen propter quod bo-
na ipſorum potuerunt coofiſcari, dico quod ipſa
confiſcatio bonorum omni modò valuit, quoniam
d. conſil. & publicatio bonurũ foit facta æque prin-
cipaliter cum condemnatione ad mortem, vt patet
ibi & declaramus & ſententiamus omnia eius, vi-
delicet And. bona cameræ partim Illuſt. Dn. Card.
fuiſſe & eſſe confiſcata & ibi, nec non omnia eorum
bona tam mobilia quam immobilia camerę partim
Illuſt. Dn. Card. confiſcamus, &c. Cum ergo d. con-
fiſcatio & publicatio bonorum fuerit æquè prin-
cipalis cum condemoatione ad mortem & non ac-
ceſſoria, ſequitur quod poteſt valere confiſcatio &
publicatio bonorum licet non valeret vel extin-
gueretur condemnatio facta ad mortem, *vt not. Bar.
in l. 1. ff. ſi penden. appellat. mors interueuerit. & Bald. &
Doctor. in l. 3. C. eo. tit. & Alexan. de Imol. in l. defuncto. ff. de
pub. ind. & Sali. in l. fi. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. & Ang.
de Aret. in ſuo tract. maleſic. in gloſſ. in verbo, & eius bona*
37 *publicamus. in princip.* † Item aliud dubium eſt de
quo quæritur, an in d. publicatione, bonorum veni-
b ant bona exiſtentia in alieno territorio *b* & iſta quę-
ſtio tangitur per Guil. de Cuneo, *in l. cunctos populos.
C. de ſumma. Trin. & fid. Catho. & in l. 2. ff. de cap. diminu.
& diſputatum fuit per Nic. de Mata. in quadam ſua diſpu-
tatione quæ incipit, iuſ ulpatu quam poſuit quaſi de verbo ad
verbum Albert. de Roſ. & etiam ſequitur in 2. parte ſtatut.
quæſt. 222. & eam etiam diſputauit Ricar. Malnm. & eam
tetigit Spec in tit. de inſtru. edi. §. compendioſe. verſ. ſed pone.
& Ioan. And. eam ponit in addi. Spec. in tit. de accuſa. §. ſe-
quitur. in ſummula bannitorum. in additi quæ incipit: Fe-
licis recordationis. & Nic. de Mata. in tum. de feud. §. quoni-
am. in fin. & per Gand. in ſuo tracta. maleſic. in tit. de l cum
male. in verſ. pone quæſtionem etiam de facto quæ fuit Bono-
niæ quidam placenti. & c. & Old. in conſ. ſuo 17. vbi plane
loquitur. & Ioan. And. in c. cum ſecundum. de hæred. lib. 6.
in nouel. & plene per Ant. de But. in c. poſtu. & ibi per C.a-
non. de fo. compet. & per Guil. de Cu. plene in l. procuratoris.
§. ſi plures. ff. de tributo. Et per Bart in l. fin. §. idem diuus ff.
de publi. Et plene per Bart. in l. cunctos populos. in pe. & vlt.
colum. C. de ſumma. Trin. & fi. Catho. Et pleniſſime per Alb.
de Roſ. in 4. parte ſtatuto. in 2. colum. & plene per d. Nel. de
Sancto Gemin. in ſuo tract. bannitorum. in 1. parte ſecundi
temp. quæſt. 20 Et per Paul de Caſt. in conſil. 89. Et per Ang.
de Aret. in ſuo tracta. maleſic. in gloſſ. in verbo & eius bona
publicamus. in 1. colum. verſ. quare expreſſa bona.* Et licet
ex prædictis multa & infinita quodam modo dici
poſſent, tamẽ quantum ad propoſitum iſta erit bre-
uis concluſio, ne longius vagari videamur quod illa
publ. bonor. in caſu noſtro extenditur ad bona alibi
exiſtẽtia extra iuriſdictionem d. Illuſt. D. Card. dua-
bus rationibus princ. Prima eſt quia d. publi. bono-
rum facta fuit & fieri potuit de iure communi con-
tra d. fratres qui commiſerunt crimen læſæ Maieſt.
*vt ſæpius dictum eſt ſupra, & maxime in 1. dubio princip. in
38 vlt. patr.* † Alia ratio quia quandu bona alibi exi-
ſtentia eſſent in terris Eccleſi. quæ per alium vica-
rium recognoſcerentur ab Eccleſia ſicut l auenna
quod tunc etiam illa bona in confiſcatione veni-
rent, vt eſt de mente Bart. *in d. l. cunctos populos. in pen-
ulti. & vlti. colum. C. de ſumma Trini. & fide. Catholi. &
aliorum Doctor. de quibus ſupra dictum eſt.*
39 † Item & vltimo de alio dubitatur, an ſi d. fratres
alienauerunt titulo oneroſo, antequam d. delicta
committerent illa alienatio valuerit in pręiudicium
d. confiſcationis. Et iſta quæſtio ponitur per Gand.
*in ſuo tractatu maleſicio. in d. tit. de bonn maleſic. in verſ.
idem pone* quod aliquis commiſit maleficium cum
pluribus, *verſ. ſequent. & pleniſſime per Bart. & omnes
Doctor. in l. poſt contractum. ff. de dona.* quantum ad ca-
40 ſum noſtrum dicendum eſt † quod ſi venditio vel
alienatio fuit facta clam non valet, *arg. l. fin. ff. de rit. n
nup. & l. non exiſtimo. ff. de adminiſt. tuto.* dummodo
emptor fuerit particeps, *l. ait prætor. §. ſi quis particeps.
ff. quæ in fraud. cred.* & præceſſerit cauſa propter quam
veriſimiliter ipſi fratres cogitauerint malum com-
mittere, *vt not. Bart. in d. l. poſt. contractum in verſ. quar-
tus eſt caſu.* Item ſi poſt d. alienationem de propin-
quo commiſerunt *d. delicta l. ſi venter. §. fin. ff. de priuil.
credit.* Et hoc ponit Cyn. *in l. ſi quis poſthac. C. de bonis
præſcriptorũ*, & ex hue quod ex quo in continenti ſe-
quuta ſunt præſumitur animus præceſſiſſe, *vt habe-
tur per Bart. in d. l. poſt contractum, verſic. quinto præſu-
mitur & habetur per Ang. in d. l. ſi quis poſthac & in l. res
41 vxoris. C. de donat. inter virum & vxor.* † Circa quar-
tum & vltimum dubium an illa ſententia publica-
tionis & confiſcationis valuerit & valeat in præiu-
dicium filiorum & deſcendẽtium ex d. fratrib. con-
demnatis, & iſta dubitatio dependet ab intellectu,
auth. bona damna. C. de bonis præſcriptorum. & in corpo-
re vnde ſumitur videlicet, *in auth. vt nulli iudi. iura. §.*

final. & breuiter dico quod valuit & valet ex quo di-
cti fratres commiſerunt crimen læſæ Maieſt. *vt ſæ-
pe dictum eſt ſupra & maxime in primo dubio principali
in vltima parte*, nam committentes huiuſmodi deli-
cta perdunt bona, & applicantur fiſco etiam in præ-
iudicium filiorum; *vt l. quiſquis. Cod. ad l. Iul. Maieſtat.*
quæ in hoc non corrigitur, *vt eſt caſus cum gloſſ. fin.
quam ſequuntur Doctor. in d. authent. bona damnatorum,*
42 *in fin.* † Item prædicta auth. bona damnatorum lo-
quitur de damnatis & mortuis non autem habet
locum in viuis, *vt habetur per gloſſ. in §. fin. in authent. vt
nulli iudicum, & hoc tenet Bald. in l. eius, §. primo, ff. de te-
ſtament.* & *Paul. de Caſtr. in l. 2. in fin. C. qui teſtam. facere
poſſunt.*
43 Sed † de vno vltimo loco dubitatur an d. pro-
ceſſus inquiſitio & ſententia ſi aliquem defectum
iuris paterentur reſpectu ordinis, & ſolemnitatis
à iure introductæ potuerit d. Illuſtriſſ. D. Cardin.
ſupplere omnes defectus ſi qui interueniſſent per
ſuum reſcriptum & videtur quod non quia nullus
inferior a principe etiam legatus de latere poteſt
tollere iuris ſolemnitatem in procedēdo & in ſen-
tentiando, & ideo inferior à principe non poteſt
committere cauſam ſummarie & de plano, *vt eſt gl.
ſingul. in cap. fin. de hered. libr. 6. in gloſſ. magna ante fin. i-
dem vult g. oſſ in clemen. ſæpe in principio verbo mandamus
de verbor. ſignificat. & not. plene per Specul. in tit. de leg. §.
ſupereſt, verſicul. ſed nunquid legatus ante fin. prima colum.
& idem not. Bald. & Ioan. de Imol. in l. ex duobus, § final.
de vulgar. & pupill. Et pro hoc optime facit quod not. Alber.
de Roſat & Paul. de Caſtr. in l. quoties. C. de precib. Impe-*
44 *rat. offeren.* qui dicunt † quod inferior qui ſuperio-
rem recognoſcit vt ſunt comites & Marchiones
qui recognoſcunt Eccleſiam vt Marchio Ferrariæ
& ſimiles non poſſunt ponere in eorum reſcriptis
clauſulam, non obſtante. Sed teneo contrarium eſ-
ſe in caſu noſtro & ita pridie tenui & conſului in
Marchione ſeu Duce Ferrariæ nā huiuſmodi Mar-
chiones duces & comites licet ſint ſubditi Eccleſiæ
45 † tamen ab eorum ſententiis poſſunt & debent
ad Papam appellare, *vt eſt ex. cum gloſſ. in cap. venien-
tes, extra de iureiurand. & in c. ſi duobus, de appellat.* Et *not.
Anton. de Butr. in c. cum Ioannes Eremit. in 3. colum. ex-
tra de fide inſtrumen.* tamen quantum ad iudicia ciui-
lia vel criminalia non recurritur ad Papam etiam
per viam appellationis, imo cauſæ appellationum
ſi appellari poteſt apud eoſdem remanent, & eas
expediri faciunt per ſuos iudices curiæ ſeu conſi-
liarios, ſicut facit Imperator per procuratorem Cæ-
ſaris, *vt l. procurator. & ibi per Cyn. & Doctor. C. de eden.*
& in hoc dicti Marchiones duces & comites non
ſunt ſubditi Papæ, imo quantum ad hæc iudicia non
recognoſcunt Papam in ſuperiorem. Et hoc eſt vel
ex conceſſione pontificum vel ex conſuetudine ſic-
ut dicit gloſ. in ſimili de Lombardis in quibus com-
prehenditur etiam Fauent. vt ſupra dixi qui præſcri-
pſerunt merum & mixtum imperium vel ex con-
ſtitutione Federici conceſſum eſt, *vt dicit gloſſ. not. in
authent. de defenſoribus ciuitatum, §. nulla in verbo iuriſ-
dictionem, in fin. quam ſequitur Bald. in c. primo, in princ.
in 2. colum. in fin. in titul. de pace tenenda in vſibus feudo-
rum, & in multis aliis locis*, nec eſt mirandum de hoc
quia ſi omnis poteſtas ſuperioris poteſt præſcribi
vt ſcilicet in aliquo non recognoſcatur tanquam
ſuperior, *vt habetur per Bartol. in l. hoſtes. ad fin. ff. de ca-
pti. & in l. 3. in principio. ff. de minori. & in l. item veniunt,*
46 *§. ait Senatus. ff. de petitio. here.* † Et ſimiliter ciuitas
poteſt præſcribere quod non recognoſcat ſuperio-
rem per tantum tempus quod non eſt memoria
in contrarium, *vt not. Lap. in allegatione ſua 92.* vbi lo-
quitur de ciuitate Tudertina quæ ſolebat eſſe ſub-
iecta Eccleſiæ, ſicut apud nos ſunt Veneti & Flo-
rentini, multo magis poterit inferior præſcribere
contra ſuperiorem quo ad aliqua tantum, puta quo
ad iudicia ciuilia & criminalia, vel quo ad ius fiſca-
le, vel quo ad ius confiſcandi cameræ ſuæ, vel quo
ad vectigalia. *per text. in capitul. ſuper quibuſdam, §. præ-
terea extra de verborum ſignification. & capit. 1. de , a-
ſcriptio. libr. 6. & per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua*
47 *quoti. & æſtiua.* † & ſic recognoſcentes ſuperio-
rem poſſunt remanente ſubiectione præſcribere
huiuſmodi reſeruata principi, ſed requiritur tan-
tum tempus de cuius initio non eſt memoria, vt
probatur in dictis iuribus & ita tenet nota. Abba.
Sicu. *in dict. c. venientes, extra de iureiurand.* & ideo ex
quo conſuetum eſt vt Illuſtriſſim. D. Cardin. & ſui
prædeceſſores non recognoſcerent Papam in ſu-
periorem in ciuilibus & criminalibus & conſueue-
rint bona publicare & cauſas committere ſumma-
rie & de plano, &c. Sequitur quod potuit per dictū
reſcriptum ſupplere omnes defectus ſi qui inter-
ueniſſent in proceſſu vel inquiſitione aut ſenten-
tia facta contra dictos fratres, & maxime cum di-
cta inquiſitio, & condemnatio emanauerit de con-
ſcientia & mandato ipſius Illuſtriſſim. Domin. Car-
din. pro hoc allego quod ſimiliter not. Bald. *in l. nul-
lus. C. ad legem Iull. Maieſtat. ſequendo Innocent. in capit.*
48 *cum oporteat. de accuſatio.* vbi dicit † quod quando
inquiſitio emanat de conſcientia principis non eſt
neceſſe quod conſtet de fama, quia ſola conſcientia
principis ſupplet de iure omnem ſolemnitatem,
per dictam l. nullus, & intelligitur de ſolemnitate iu-
ris ciuilis vel ſtatuti ciuitatis Fauent. non autem de
ſolemnitate iuris naturalis, *vt habetur per Specul. in tit.
de leg. §. nunc oſtendendum eſt, verſic. 18. ſupple. & Anton.
de Butr. in cap. 2. in fin. extra de tranſact. & Card. Zaba. in
c. illa in 15. q. de elect. & Alb. de Roſa. in l. digna vox ante fin.
C. de legib.*
49 † Et ex hoc ſequitur deciſio alterius quæſtionis
de qua fui interrogatus ex parte dicti Illuſtriſ. Dom.
Cardin. an ipſe auditis partibus in vna cauſa ſine li-
bello vel ſcriptura poſſit ferre ſententiam ſi conſta-
bat ſibi de meritis cauſæ, quia dico per prædicta
quod poteſt, & valebit eius ſententia, nec poterit
impugnari tanquam nulla.

ADDITIONES.

Non poteſt] *Ad totius conſilij materiam vide Spec. in tit. de accuſ. ver. item quod reus D. Alex. de Imol. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. Salic. in l fallaciter. C. de abol. Doct. in l. ab-ditos. C. de Epiſc. audien.*

Alieno

Alieno territorio] *Adde ad huius concluſionis reſolutionem Dyn.in conſil.incip. quidam inculpatus Paul. de Caſt.in conſ.84.D.Alex.de Imo.in conſi.92.in 4.vol.& in l.ſed ſi plures,§.in arrogato & ibi Doct.ff.de vulg. & pup.Bal.in mat.verſ.Iudex verſ.59.9.Lud.de Ro.in ſing. ſuis verſ.ſentent.verſ.licet ſit magis dubium, & Doct.in l.pen.C.de ſum.Trin.& ſid.Cath.*

CONSIL. XVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens de damno dato an in furto locum habeat, & an intelligatur nulla culpa damnum paſſi præcedente, numerus omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Furtum non eſt proprie damnum.*

3 *Statutum ſi dictauerit, quod villa teneatur de damno dato regulariter intelligitur, niſi culpa præceſſerit eius, qui damnum paſſus fuerit.*

4 *Damnum in paſſo dolus non præſumitur.*

5 *Dolus & fraus ab animo dependent.*

6 *Damnum an aliud ſit, & aliud furtum.*

7 *Damnum eſt diminutio patrimonij.*

8 *Damni appellatione an furtum comprehẽdatur, vbi etiam quid ſi aliquis promiſerit ſcholari reficere omne damnum, quod ex famuli culpa proueniet, tenebitur, ſi ei furtum commiſerit.*

9 *Rem qui alicui ſubripit, an damnum inferre dicatur.*

10 *Damnum & furtum à lege veteri æquiparantur.*

11 *Statuti mens & ratio vbicunq; viget, ibi ipſius ſtatuti diſpoſitio locum habet, licet in ſtatuti verbis caſus expreſſus non fuerit.*

12 *Conſuetudo diſponens in materia feudorum in monacho quod ſuccedat, in canonico regulari in quo eſt eadem ratio locum habet.*

13 *Furtum ſi ſeruorum familia fecerit, dominus liberatur, ſemel furtum emendando.*

14 *Statuta loquentia de damnis datis in villis an etiam de furtis, intelligantur, quæ ſunt damna principaliter in villis contingentia.*

15 *Furtum ex communi vſu loquendi etiam damni appellatione venit.*

16 *Rationis identitate aliquid idem iudicatur.*

17 *Legibus an exemplis iudicandum eſt.*

18 *Damnum eſt tanquam genus, furtum vero tanquam ſpecies.*

19 *Furtum omne damnum eſt.*

20 *Species comprehenditur ſub ſuo genere.*

21 *Lex de furto & damno mentionem faciens ſemper furtum tãquam ſpeciem præmittit, & poſtea damnum tanquam genus augendo ſubijcit.*

22 *Damnum paſſi ſi in culpa fuerunt in male gubernando, vel domus oſtium non claudendo, tunc cuſtodes non tenentur, ſed eorum negligentia, & non cuſtodum imputandum eſt.*

23 *Occultum dicitur, quando debita inquiſitione facta ad notitiam peruenire non poteſt.*

24 *Furtum quando de nocte ſit, cuſtodes torqueri poſſunt, vt furem indicent.*

25 *Furtum ſine domini culpa fieri poteſt.*

26 *Negligentia ſeu culpa vera alicuius domini in male cuſtodiendo rem ſuam præponderat culpa ſeu negligentiæ præſumpta alicuius loci.*

27 *Culpa non abolet dolum.*

28 *Dolus præſumptus & culpa præſumpta alicuius loci præponderatur culpa damnum paſſi.*

29 *Damnum paſſus an iurare debeat dolum malum abeſſe.*

30 *Fraus ab animo dependet, & propterea in eo ſtatur iuramento, & non in culpa.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuo-
cata Spiritus ſancti gratia. Statutum
eſt Vincentiæ de damno dato quod
ita demum villa teneatur emendare
damnum, dummodo qui damnum
paſſus eſt iuret non commiſiſſe dolum vel fraudem
vt damnum fieret. Modo quæritur ſi damnũ paſſus
ita iurauit, villa teneatur, etiamſi dicatur damnum
paſſum fuiſſe in culpa. Et arguitur primo quod ſic,
quia ex quo ſtatutũ voluit ſolummodo vt damnum
paſſus iuret dolum à ſe abeſſe ſufficere videtur quia
ſi voluiſſet culpam etiam abeſſe ita dixiſſet ſicut di-
xit de dolo, *arg.l.vnica.§.ſin autem à deficientis.* ibi ſi e-
nim contrarium volebat, &c. *C. de cadu. toll. cum ſi-
milib.* In contrarium arguitur quod imo noluerit
ſtatutum culpam damnum paſſi excludere & ius
commune corrigere duabus rationibus principa-
liter. Prima eſt quia tale ſtatutum non habet locum
2 in furto. † quod non eſt proprie damnum, *vt l.ſi
ſeruus ſeruum,§.ſi oliuam.ff.ad l.Aquil. & ibi hoc not. Bal.
& Florent.* Secunda ratio eſt, quia præſupponitur.
3 † quod regulariter ſtatutum, quod villa teneatur,
de damno dato intelligatur niſi culpa præceſſerit
eius qui damnum paſſus eſt allegatur ad hoc Bald. *in
l.cum duob.§.damna.ff.pro ſoc.* Sed in caſu de quo quæ-
ritur fuit furtũ duorum equorum, quod furtũ fieri
non poteſt ſine culpa leuiſſima, *vt eſt gl.notabilis inſti.
quib.mod.re contrah.obl.quæ facit ad l.cum duob.§. damn.
ff.pro ſoc.* Vel ſaltem communiter hoc contingit quod
furta non fiunt ſine culpa inhabitãtium, vt dictis iu-
ribus, *& l.3.§.congruit.ff.de off.præfe.vig.* & quod com-
muniter contingit debet attendi. *l.ex his.& l. nam ad
ea.ff.de leg.& habetur pro gl.3.in c.literas extra de deſp.im-
pu.* Et ſic intentio ſtatuentium dicitur fuiſſe, vt eo
caſu villa teneatur quando nulla culpa vera vel præ-
ſumpta eius qui damnum paſſus eſt interuenerit,
ſicut communiter contingit quando fit damnum
in campaneis. Et non quando præceſſit aliqua cul-
pa vera vel præſumpta, prout ibi furto accidit. Et aſ-
ſignatur duplex ratio quia ſtatutũ voluit iurari de-
4 bere dolum malum abeſſe & non culpam, † quia
in damnum paſſo non præſumitur dolus. *l. quoties,
§.ſi dolo.ff.de prob.* ſed in furto præſumitur culpa, er-
go diſpoſitio ſtatuti de vno non inducit aliud quod
habet diuerſam rationẽ *iuxta not. in auth.quas actio-
5 nes.C.de Sa.San. Ecc.* † Alia ratio eſt, nã dolus & fraus
ab animo dependent & ſic difficulter probãt, quia
eſt machinatio ſecreta doloſi, ideo eſt veniendum
ad iuramentum purgationis in defectum omnino
probationis, *vt not.gloſ.in verbo de ſua etiam conſcientia
in l.præſenti.C.de his qui ad Eccleſ.conf.* Culpam autem
à ſe abeſſe non excluditur iuramento quæ aliunde
probatur vel à iure præſumitur quia nuſſibi hoc re-
peritur, quæritur quid iuris. In iſta iuris conſulta-
tione duo principaliter ſunt examinanda.

Primum eſt an ſtatutum de damno dato habeat
locum ēt in furto. Secundum poſito, ꝙ ſic an intel-
ligatur nulla culpa damnū paſſi interueniēte an ve-
to ſimpliciter & indiſtinctè. Circa primū dubium,
an ſtatutum loquens de damno dato habeat locum
ēt in furto. Et videtur prima facie dicendum ꝙ non
per tex. *in l. nauta. §. fi. ff. nau. caup. ſtab.* ibi à furto ſed ēt
6 damno. † Vbi probatur quod aliud furtū, aliud da-
mnum, & idem probatur, *in l. 2. §. pen. ff. vi bo. rapto. &
l. etiam, §. fi. ff. ſol. matr. & in l. redhibere. in princ.* ibi furtū
ſiue damnum, *ff. de adi. edicto*, & hoc videtur dicere
gl. *in l. non poſſunt in princ. ff. de legib. & inſtit. ad l. Aqui. in
princ.* Item pro hoc, *l. ſi ſeruum ſeruum, §. ſi oliuam, ff. ad l.
Aquil.* Et hanc opin. tenet Bald. *in d. l. nauta. & Bald. &
Flo. in d. §. ſi oliuam, & Alb. de Roſ. in ſuo opere ſtatuto. in 2.
par. q. 68. quæ incip.* Item quæro aliā q. Sed in contra-
rium videtur ꝙ ſic per tex. *in l. 3. ff. de dam. infe.* vbi di-
7 citur † quod damnū eſt diminutio patrimonij ſed
per furtum ita diminuitur patrimonium ſicuti per
aliud damnū; ergo, &c. *vt in l. in hoc iudicium, ff. de ſeruo
8 corru.* vbi videtur probari, † ꝙ appellatione damni
comprehendatur furtum. Item hoc videtur probari
per tex. *in l. cum duob. §. damna. ff. pro ſo. Et hoc videtur te-
nere Bar. in l. quod Neru. in 4. col. ver. 2. ff. depoſ.* vbi dicit ꝙ
ſi aliquis promiſit reficere ſcholari omne damnum
ꝙ prouenit ex culpa famuli tenebitur ētſi ei furtum
cōmiſerit, & idem tenet Ang. *de Aret. inſtit. de actio. §.
præterea quaſdam in materia doli. circa prin.* Itē pro hoc
9 allego *gl. inſtit. ad l. Aquil. in prin.* quæ dicit † quod ille
qui ſubripit alicui rem dicitur ei damnū inferre, *l. 3.
ff. de dam. inf.* licet nō quantum ad titulum ad l. Aqui.
dicatur damnum dare. Et pro hoc facit ratio qñ duo
æquiparantur à lege veteri, lex noua ſuperueniens
in vno extenditur ad aliud. *vt eſt gl. notab. in l. quod vero
contra. ff. de legi. & probatur in l. vt tantum, §. 1. ff. de ſeruo
10 corru. coniuncta l. ſi quis ſeruo. cum gl. C. de fur.* † Sed da-
mnum & furtum æquiparantur *à l. veteri, vt l. etiam,
§. fi. ff. ſol. mat. & in l. nauta. §. fi. ff. nau. caup. ſtab. & l. 2. §.
pen. ff. vi bo. rap. & gl. in princ. in l. nō poſſunt, ff. de leg.* ergo
ſtatutum ꝙ eſt lex noua loquens de damno debet
11 habere locum ēt in furto. † Item hoc probatur ſic
vbicunq; mēs & ratio viget ſtatuti, ibi locum habet
ipſius ſtatuti diſpoſitio licet caſus non fuerit expreſ-
ſus in verbis ſtatuti, *vt not. gl. in l. de quib. ff. de legi.* quæ
12 dicit † ꝙ conſuetudo diſponens in materia feudo-
rum in monacho ꝙ non ſuccedat habet locum in
canonico regulari in quo eſt eadem ratio ſcil. ꝙ non
poſſunt feudo deſeruire, & dicunt ibi Doct. ꝙ iſtud
non eſt per extenſionem ſed per comprehēſionem
quia diſpoſitio fundata in aliqua ratione compre-
hendit omnes caſus in quibus viget illa ratio licet a-
liqui tantum fuerunt ſpecificati, *l. de pupil. §. ſi quis ri-
uos. ff. de not. oper. nunt. & l. filium, ff. ad Macedonia. cum ſi-
mil. & hanc doctrinam etiam ſequitur D. Paul. de Caſtr. in
conſ. ſuo 346. quod incipit*: In Chriſti nomine amen.
Viſa quadā ſecuritate ad fi. 2. col. Et pro hac doctri-
na allego gloſſ. quaſi in terminis quæſtionis, *in l. non
13 poſſunt, in prin. de legibus*, quæ dicit † ſtatutum eſt in
iure quod ſi familia ſeruorum fecerit furtum libe-
ratur dominus ſemel emendando furtum, ne tota
familia careat. Idem ius traditur ſi diderit damnum,
quia eſt eadem ratio, *l. illud. ff. ad l. Aquil.*

Sed in caſu noſtro ratio, in quá fundatur ſtatutum
vt villa teneatur emendare damnum, poteſt dupli-
citer conſiderari. Vna quia illi de villa tenentur cu-
ſtodire. Alia quia tenentur capere malefactorem.
Tertio quia ſtatutum præſumitur, ex quo tenentur
cuſtodire & malefactorem capere & non fecerunt,
nec ſcitur quis damnum dederit, quod aliquis de
villa illud damnum fecerit, vt dicam in ſequenti du-
bio principali. Sed iſtæ rationes locum habent in
furto ſicut in damno, ergo ſtatutum loquens de da-
mno habet locum etiam in furtó. Item hoc etiam
probatur alia ratione. Nam ſub dictá rubric. de da-
mnis occulte datis ſunt octo vel nouem capitula
mihi exhibita, quorum quinque prima loquun-
tur de damnis datis in aliqua culturarum ciuitatis
Vincentiæ, & iſta non faciunt ad propoſitum. Alia
duo ſequentia loquuntur de damnis datis in villis
aut caſtris vel eorum pertinētiis, quando damnum
paſſus non eſt ciuis Vincentiæ & ſimiliter iſta non
faciunt ad propoſitum. Alia duo capitula ſecun-
dum ordinem loquuntur quando damnum eſt da-
tum alicui ciui Vincentiæ ſuſtinenti onera & fa-
ctiones cum communi Vincentiæ, & damnum eſt
datum in villis ſeu pertinentiis aliquarum villa-
rum, & de iuramento damnum paſſi, & iſtud facit
ad propoſitum, quia damnum paſſi ſunt ciues ciui-
tatis Vincentiæ. Circa quæ capitula omnia eſt ad-
uertendum quod quinque prima, vt dixi, loquun-
tur de damno dato in culturis & ſic in locis vbi a-
ger cultiuatur. Sextum & Septimum capitulum lo-
quuntur latius etiam quando damnum datur in vil-
lis & caſtris. Octauum loquitur ſimiliter etiam
de damnis datis in villis & pertinentiis per quæ ver-
ba capitulorum apparet quod intentio ſtatuen-
tium fuit prouidere non ſolum pro damnis datis in
culturis & ſic in Campanea, ſed etiam in villis et-
iam extra culturas. Modo ſi communiter damna
quæ fieri ſolent in villis extra culturas ſunt furta
quæ ſæpiſſimè fiunt in domibus & in curtiuis ma-
xime ciuium, & rarò cōtingit quod fiant alia damna
vt puta incendia vel deſtructiones domorum aut a-
liarum rerū: vt patet his qui in villis morari conſue-
14 uerunt. † Ergo dicta ſtatuta ſiue capitula loquentia
de damnis datis in villis debent intelligi etiā de fur-
tis quæ ſunt damna principaliter cōtingentia in vil-
lis, *arg. l. nam ad ea. ff. de legibus, & arg. gl. 3. in c. literas, de
deſponſ. impub.* Imo plus dico quod, etiam ſi eſſemus
in caſu in quo damnum eſſet datum in pertinentia
alicuius villæ, comprehenderetur furtum, &c. quia
quando in culturis fructus maturi prius cenſi auſe-
runtur propriè committitur furtum, ſecus ſi im-
maturi tolluntur, quia tunc nō dicitur propriè fur-
tum vt eſt text. *in l. ſi ſeruum ſeruum, §. ſi oliuam, ff. ad l.
Aquiliam. & ibi Bal. not. hoc tenet.* Sed rarò contingit ꝙ
fructus immaturi tollantur ex fundo & frequen-
tius contingit, quod tollantur maturi, & maxime
hoc contingit in fructibus qui ex arboribus ſeu vi-
tib. percipiuntur vt omnibus notiſſimum eſt. Ideo
dictum ſtatutum loquens de damno dato etiam in
culturis debet habere locum etiam in furto per
15 prædicta. Item hoc etiam probatur ſic. † Appella-
tione damni ſecundum communem vſum loquēdi
com-

comprehenditur etiam furtum, quia communiter
dicitur quis eſſe paſſus damnum qui eſt paſſus fur-
tum, ergo ſtatutum loquens de damno dato habet
locum in furto, *per l. liberorum, §. quod tamen caſſius, ff.*
de leg. 3. & ibi Bart. & l. Labeo. cum ibi not. plene per Bart.
ff. de ſup. leg. & not. per eundem Bart. in l. 1. in princ. ff. de ſuis
& legi. cum ſimil. Item probatur etiam ſic. Si ſtatuen-
tes fuiſſent interrogati ſi intendebant quod villa te-
neretur de damno dato pro vuis maturis & aliis fru-
ctibus furto ſubtractis veriſimiliter dixiſſent quod
ſic propter identitatem rationis etiam maioritatem
16 vt dixi. † Ergò idem & nos dicere debemus, *per gl.*
not. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. & per gl. in clem. 1. de
reſcript.

Item hoc probatur alia ratione nam vt mihi aſſe-
ritur in facto, ita alias iudicatum & obſeruatum eſt
Vincentiæ, quia villæ fuerunt condemnatæ pro-
pter furta facta occulte in villis & pertinentiis. Er-
go idem nunc iudicandum eſt, *per d. l. de quib. cum ibi*
not. ff. de legib. & per l. 1. & 2. C. quæ ſit long. conſuetudo,
& per not. in c. fin. extra de conſuetudine cum ſimilibus, &
ita vult Domin. Paulus quaſi in eiſdem terminis in conſilio
ſuo 363.

17 Nec obſtat dum dicitur legibus & non exemplis
iudicandum eſt, *l. nemo, C. de ſenten. & interlocut. omn.*
iudic. quia ad hoc reſpondetur quod etiam lex hoc
vult quod patet ex prædictis, & etiam ſi lex hoc ex-
preſſe non diceret tamen ita iudicandum eſt exi-
ſtente re dubia, *per l. ſi de interpretatione cum l. ſeq. ff. de*
legib. Et illud quod dicitur, *in d. l. nemo*, quod exem-
plis nõ eſt iudicandum procedit quando res in con-
trarium eſt certa, quia tunc nõ licet propter autho-
ritatem exempli à veritate recedere, *vt ibi.* Sed vbi
res eſt dubia tunc licitũ eſt ſequi authoritatem Do-
ctorum, vel iudicum, *vt dicitur de Labeon. in l. an apud,*
ff. de mann. vind. & de Trebat. inſtit. de codicillis in princ. ſe-
cundum Bald. & Sal. & Raph. in d. l. nemo. Et iſtam par-
tem ego teneo tanquam melioribus rationibus ro-
boratam. Nec obſtant iura & rationes quæ ſupra in
princ. in contrarium adducuntur quæ in effectu vo-
lunt, quod furtum & damnum ſunt diuerſa, quia fa-
18 teor † quod ſunt diuerſa in hoc quia damnum eſt
tanquam genus, & furtum tanquam ſpecies, quia
non ſequitur: eſt damnum ergo eſt furtum, quia po-
teſt eſſe damnum quod non eſt furtum, puta ſi col-
liguntur vuæ immaturæ vel alij fructus immaturi,
vt l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi olivam, ff. ad l. Aquil. vel ſi ſunt
inciſæ arbores vel vites, & ligna dimiſſa in fundo,
vt d. §. ſi olivam, & hoc modo intelligo quod damnũ
non eſt furtum & ſic ſunt diuerſa ſed non conuer-
tuntur iſta, nõ poteſt eſſe furtum quin ſit damnum.
19 † Quia omne furtum eſt damnum, *per l. 3. ff. de dam.*
infec. & patet ex his quæ ſupra dicta ſunt, *& gloſſ. hoc*
vult inſtit. ad l. Aquil. in princ. & ſic appellatione da-
mni quod eſt genus comprehenditur furtum a
20 quod eſt eius ſpecies. † quia ſpecies comprehen-
ditur ſub ſuo genere, *vt 13. q. 2. non extimemus, in c. du-*
dum, de praeben. & in l. hoc legatum, ff. de leg. 3. & not. gloſſ.
in c. generi ſpeciem, de regul. iur. in 6. & ita procedit regu-
la l. in toto. ff. de regul. iur. quæ dicit quod in toto pars
continetur & ſic conceſſo genere videtur conce-
di quælibet eius ſpecies, ſicut èconta remoto ge-
nere, remouetur quælibet eius ſpecies, *vt not. gloſſ.*
fin. in l. 1. in fin. ff. de ſuis & legibus, & probatur in c. nam
& concupiſcentia, & ibi Cardinal. Zabarel. & Doctor. ex-
tra de conſtit. Sed non ſic èconta appellatione furti
continetur omne damnum; quia ſpecies eſt vt dixi
pars generis; ergo totum genus comprehendere
21 non poteſt. † Et ideo quando lex facit mentionem
de furto & damno ſemper præmittit furtum tan-
quam ſpeciem & poſtea ſubiicit damnum tanquam
genus augendo, *vt patet in d. l. nauta. in fin. ibi* non
ſolum à furto, ſed etiam de damno, *ff. de naut. caup.*
ſtab. & in l. 21. §. penult. ibi furti vel damni, *ff. ſolut. ma-*
trimo. Ex quibus apparet, quod furtum & damnum
ſunt diuerſa. Sicut eſt ſpecies à genere, & ita intelli-
go dicta iura. Et ſic appellatione damni quod eſt ge-
nus comprehenditur furtum quod eſt eius ſpecies,
vt d. c. nam & concupiſcentiam. Et poſito quod eſſent
ſpecies diuerſæ furtum & damnum, tamen propter
rationes quas ſ. dixi, teneo quod furtum compre-
hendatur in caſu noſtro appellatione damni. Nec
obſt. tex. *in d. §. ſi olivam*, cui aliter etiã poteſt reſpon-
deri videlicet quod quo ad illum titulum, *ad l. Aquil.*
eſt differentia inter furtum & damnum, quia vbi eſt
furtum competit actio furti ordinaria & ceſſat actio
legis Aquil. & ita loquitur, *§. ſi olivam*, tamen quo ad
alia ille qui committit furtũ dicitur dare damnum,
vt eſt gl. notabilis, quæ hoc vult inſtit. ad l. Aquil. in princ. &
ita etiam ſentit dictus §. ſi olivam, ſi bene conſideretur. Et
per hæc patet clara reſponſio ad primam reſpoſio-
nem ſupra in contrarium deductam. Circa ſecun-
dum dubium principale, an ſtatutum quod villa te-
neatur de damno dato intelligatur ſimpliciter; an
vero nulla culpa damnum paſſi interueniente. Et
allegatur pro parte villæ quod dictum ſtatutum in-
telligitur nulla culpa damnificati interueniente per
ea quæ not. Bald. *in l. cum duobus, §. damna. ff. pro ſocio.*
& ita videtur tenere Alber. de Roſat. in ſuo opere ſtatuto-
22 *rum in ſecunda parte quaeſt. 164.* vbi dicit † quod ſi il-
li qui fuerunt paſſi damnum fuerunt in culpa in
male gubernando vel oſtium domus non clauden-
do, quod tunc non tenentur cuſtodes ſed negligen-
tiæ eorum & non cuſtodum imputandum eſt, *ff. de*
compenſat. l. ſi ambo, & dicit Gabriel de Oſeletis vt refert
ibi Alber. ita fuiſſe terminatum in cuſtodibus com-
munis Bononiæ, qui cuſtodiebant Imolam, & pro-
pter eorum malam cuſtodiam Marchio Eſtenſis
eam inuaſit, terminatum enim fuit quod cuſtodes
punirentur. Ego autem pro deciſione huius dubij
puto primo eſſe conſiderandum quæ potuit eſſe ra-
tio quæ mouit ſtatuentes quod ſi damnum ſit oc-
culte datum quod villa teneatur emẽdare damnum
cum regulariter vnus non teneatur pro alio. *vt in to-*
to tit. C. ne filius pro pat. & in tit. C. ne vxor pro marit. &
quia delicta debent tenere ſuos authores, *l. ſancimus.*
C. de pœn. & c. quaſinit extra de his quæ fiunt a maiori par-
te capituli, nec ex alterius culpa aliter debet ſubiace-
re diſpendio. *vt l. fin. C. de cenſibus & cenſitori. li. 11.* Et
vt dixi in præcedenti dubio triplex ratio poteſt con-
ſiderari. Vna eſt quia villa tenetur cuſtodire ne fiãt
huiuſmodi damna & ſi fiunt præſumũtur illi de vil-
la fuiſſe in culpa male cuſtodiendo & propterea ſta-
tutum obligat eos propter ſuam præſumptam malã

cuſtodiam, *argu.l.3.§. agnoſcit. & §.ſciendum.ff.de offic. præfe. vigil. & l.ſi quis domum.§. Imperator. cum gloſſ.in verbo, probari poteſt, in princ.ff.locat.facit adhoc quod not. Alber. de Roſat.in 2.parte ſtatutorum quæſt.73.& quæſt. 76.* Sed credo quod iſta nõ fuerit ſola ratio ſtatuentium, quia ſi iſta eſſet ſola ratio non tenerentur vbi damnum eſſet datum occulte. *vt probatur in l.1. §.occiſorum,ff.ad Sillan.& in l.ſi quis in graui.§.ſi maritus, & §.ſubuenitur, & §.ſi quis ignorans eodem titul. & not.per Bartol. & Doct.in dictis iuribus, & maxime in d. §. occiſorum.* cuius cõtrarium vult dictum ſtatutum. Secunda ratio poteſt conſiderari, videlicet quia villa tenetur capere malefactorem & non capiendo eſt
23 in culpa, & ideo tenetur. † Sed ego non credo quod iſta fuerit ratio ſtatuentium quia ſtatutum loquitur de damno occulte dato, & occultum dicitur quando debita inquiſitione facta ad notitiam peruenire non poteſt, *argument.c.nulli. de elect. libr.6. & ita not. Archid. in cap.ſi electio. eodem libr.* Ergo non poſſet eſſe villa in aliqua culpa in non capiendo quando damnum eſt occultum, & ſic non debent teneri. *c.ſine culpa de regul.iur.lib.6.& c.cognoſcentes,extra de conſtit. cum ibi not.* Tertia ratio eſt, quia quando damnum eſt occulte datum & ſic habita diligenti inquiſitione non poteſt conſtare quis damnum dederit, ſtatuentes præſumpſerunt quod ipſi de villa dederint illud damnum. Et ratio rationis eſt quia ſtatuentes præſumpſerunt quod ipſi de villa tenentur cuſtodire villam Campaneam, & ſi damnum eſt datum occulte eſt præſumptio contra ipſos cuſtodes quod ipſi fuerint fures, quia ipſi tenentur probare furtum fuiſſe factum ab aliis, & ſi non probant ipſi præſumuntur fuiſſe fures, *vt eſt text. cum gloſſ.not. in verbo, probari poterit, in l.ſi quis domum, §. Imperator.ff. locat. Et ita tenet Angel. de Peruſio in quodam ſuo conſil.quod incipit: In propoſita quæſtio. dubium faciunt mihi plura, & ita etiam vult Angel. de Aret. in ſuo tracta. maleficio. in verbo, fama publica præcedente, in 17. colum. & hoc etiam videtur tenere Bartol. in l. 1. in princip.ff. de offic. præfect. vigil.* vbi dicit per illum text.
24 † quod quando de nocte fit aliquod furtum, cuſtodes poſſunt torqueri vt furem indicent quod intelligitur etiam nullis aliis præcedentibus indiciis, *& nota. Ange.de Aret.in d.tracta.in gloſſ. in verbo veſtem* Cæ*leſtinam abſtulit in 7.colum. in princ.* quia eſt præſumptio contra cuſtodes. Et hanc puta eſſe veram rationem dicti ſtatuti, hac itaque conſideratione præmiſſa, pro clariori deciſione huius dubij diſtinguendum eſt. Aut damnum paſſus probauit damnum ſibi datum ſecundum formam ſtatuti, ſicut eſt probatum in caſu noſtro. Et nullus probauit dolum vel culpam veram ex parte domini vel paſſi ex parte villæ, & iſte caſus eſt clarus quod villa te-
25 netur ad emendationem damni. †. Ratio eſt quia furtum poteſt fieri ſine culpa domini, *vt probatur in in l.cum duob. §. damna, ff. pro ſoc. Et ibi hoc tenet gloſſ.& Doct.& probatur etiam aperte in l.etiam,§.fin.ff.ſol. matr. & in l.eum qui, §. idem ſcribit,ff.de furt. licet gloſſ. dixerit contrarium & non bene,* quia contra dicta iura *inſt.qui. mod.re contrahi.oblig.§.pen.* quæ vult quod furtum fieri non poteſt ſine leuiſſima culpa. Sed ſalua illa gl.vt intelligatur de culpa præſumpta,*per tex.in l.3.§. 1.ff.de offic.præfe.vigi.* Et ſic furtum poteſt eſſe ſine culpa ſed in dubio præſumitur culpa leuiſſima domini. Sed in villa præſumitur ſimiliter culpa in male cuſtodiendo, & ex quo damnum eſt occulte datum & neſcitur quis furtum cõmiſerit præſumitur fuiſſe in dolo, vt ſtatim dixi in tertia ratione. Ergo villa tenetur quia ſua præſumpta negligentia in male cuſtodiendo & ſuus dolus præſumptus in ſurripiendo præpõderat præſumptæ culpæ leuiſſimæ domini & eam abolet, vt *l.item ſi obſtetrix, in fin.& ibi gl. & Doct.ff.ad l.Aqui.* imo plus leuiſſima culpa domini præſumpta eſt abolita per aliam præſumptam culpam villæ vt ſtatim dicam. Aut fuit probata negligentia vera vtriuſque, & idem quia culpa cum culpa compẽſatur, *vt l.ſi ambo.in prin. ff. de compen.* quia culpa culpam abolet. Sed culpa non abolet dolum, *vt dicit gl.in d.l. item ſi obſtetrix, in fi.per tex.in l.qui foueas, §.hæc actio,ff.ad l. Aquil.* Et ideo ſi ſolus dolus præſumptus præponderat culpæ, multo magis quando culpa cum culpa compenſatur, dolus qui ſolus ſupereſt ex parte villæ facit villam teneri. Aut eſt probata diligentia vera vtriuſque, & idem eadem ratione. Aut eſt probata domini diligentia & villæ nulla, & iſte caſus non habet dubium quod villa tenetur. Aut eſt probata negligentia vera domini, puta quia non clauſit oſtium cum claui, dum eſſet ibi ſerra quando quilibet diligens paterfa. veriſimiliter hoc feciſſet & ex parte villæ nulla eſt probata diligentia, & iſtud habet dubitationem quoniam Bal. & Albe. de Ro. videntur velle, vt ſupradixi, quod villa non teneatur quando dominus fuit in culpa vel negligentia in male cuſtodiẽdo rem ſuam & ratio pro eis po-
26 teſt aſſignari. † Culpa ſeu negligentia vera domini in male cuſtodiendo rem ſuam præponderat culpæ ſeu negligentiæ præſumptæ ipſius villæ facit ad hoc quod not. Bat. & Ange. *in l.ſi.§.ſi autem apud, ff. de furt.* Ego tamen in hoc teneo contrarium eſſe verum in caſu noſtro. Fateor enim ſi ſolum in villa præſumeretur culpa ſua negligentia, procederet iſtud quod ſtatim dixi quod villa non teneretur per rationem prædictam. Sed vt ſupra dixi in caſu noſtro quando damnum eſt occulte datũ & neſcitur quis damnum dederit, non ſolum in villa pręſumitur culpa, ſed etiam dolus videlicet, ꝙ aliquis de villa damnũ dederis. Et ideo licet culpa vera præponderet culpæ præſumptæ, tñ dolus præſumptus cũ culpa præſumpta præponderat culpæ ſiue negligentiæ veræ vt ſentit
27 gl.*in d.l.item ſi obſtetrix, in fin.* quæ dicit, † quod culpa non abolet dolum, *& allegat l. qui foueas, §.hæc actio eod. tit.* quæ loquitur in dolo præſumpto, *& ita vult dominus Paul.de Caſt.in conſ.ſuo 345.* quod incipit: In Chriſti nomine amen. Statutum ſupra relatũ qui dicit ꝙ culpa damnum paſſi non excludit eũ à beneficio dicti ſtatuti ſi non eſt dare aliquem à quo paſſi recuperare, ſicut eſt in caſu noſtro, quia cõitas ex forma ſtatuti ſuccedit tunc in locum damnũ dantis aduerſus quẽ cum ſit in dolo, nõ excluditur damnũ paſſus rõne ſuæ culpæ cum dolus præponderet culpæ, *d.l.Item ſi obſtetrix. §. fin. eod.* modo non excluditur aduerſus communitatem quæ loco illius ſuccedit. Et maxime hoc debere eſſe verum in caſu noſtro in quo tenetur damnum paſſus iurare quod in eo

damno

damno fraudem vel dolum non commiſit, & ſic in
eo remanet ſolum culpa, ſed in villa remanet dolus
præſumptus quem ſtatuentes noluerunt excludi
per ſolum iuramentum hominũ de villa, & rema-
28 net culpa præſumpta † qui dolus etiam ſolus vt ſæ-
pe dictum eſt præponderat culpæ damnum paſſi,
multo magis debet præponderare dolus præſum-
ptus & culpa præſumpta villæ ipſi culpæ verè da-
mnum paſſi. Et ex deciſione huius dubii facilis pa-
tet reſponſio ad ea quæ ſupra in contrarium dedu-
cta ſunt in ſecunda ratione, videl. quod ſtatutum in-
telligitur villam teneri de dãno dato ſi nulla culpa
præceſſit ſecus ſi culpa damnum paſſi præceſſerit,
quia ſiue nullus probauit dolum vel culpam veram,
ſiue fuerit probata negligentia vera vtriuſque, ſiue
ſit probata diligentia vtriuſque vere, ſiue ſit pro-
bata diligentia domini & villæ nulla ſicut fuit in ca-
ſu noſtro, ſiue etiam probata fuerit negligentia
domini & nulla ſit probata villæ diligentia, ſicuti
pro parte villę dicitur fuiſſe in caſu noſtro. In omni-
bus iſtis caſibus villa tenetur de damno dato, vt pa-
29 tet ex prædictis. † Item fruſtra dubitatur an ſtatu-
tum volens quod damnum paſſus debet iurare do-
lum malum abeſſe, ſufficiat etiã ſi culpa adſit, quia
dico quod ſic prædicta. Nec obſt. quod ſit diuerſa
ratio in culpa quam in dolo, quia dolus non præſu-
mitur, *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. ſed culpa ſic, l. 3.*
30 *§. 1. ff. de officio præfecti vigil.* † Et quia fraus ab animo
dependet, & propterea in eo ſtatur iuramento &
non in culpa, quia reſpondetur quod licet hæ diffe-
rentiæ ſint verę, tamen ſtatuentes fuerunt contenti
excludere ſolum dolum per iuramentum damnum
paſſi, quia licet non tollatur culpa propter dictum
iuramentũ, directo tamen tollitur propter dolum
præſumptum hominum villæ, qui dolus non tolli-
tur ſed culpa damnum paſſi, ſi qua fuit vera, vel præ-
ſumpta, aboletur per dictum dolum præſumptum,
vt ſupra dixi, & quod tale iuramentum de dolo vel
fraude non commiſſo, ſeu commiſſa exoneret da-
mnum paſſum & faciat teneri villam, probatur o-
ptime, *in l. ſi quis domum. §. Imper.* ibi circa tuam frau-
dem abegiſſe probari poteſt, *ff. locat.* vbi ſufficit pro-
bare cuſtodem non fuiſſe in fraudẽ ad hoc, vt non
teneatur. Sic in caſu noſtro ſufficit iurare ſe non fu-
iſſe in dolo iuxta formam ſtatuti. Vnde ex prædictis
omnibus concludo quod dicta villa tenetur emen-
dare dictum damnum, ſiue furtum dictorum equo-
rum occulte factum, poſtq̃ neſcitur, quis damnum
dederit, non obſtantibus oppoſitionibus & dubiis
ſupra in contrarium allegatis.

ADDITIONES.

a Comprehenditur furtum] *Adde Bal. in l. nauta. §. quæ-
cunq. ff. nau. cau. ſtabu. D. Alex. de Imol. in l. damnum.
ff. de dam. infect. Ad materiam autem totius conſil. vide
Bart. in conſil. 173. incip. Statuto caſtri plebis. D. Alex. de
Imol. in conſil. 53. in 2. vol. vbi multa bona inuenies.*

CONSIL. XIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens de damno in ſuburbiis dato, an habeat locum in ſuburbiis, quæ cum ciuitate ſeu ciuitatis contrata faciunt, numeris ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Minima pars contrata regulari debet ſecundum maiorem & nobiliorem partem.*

3 *Corpus ſi in diuerſis locis exiſtat, ille locus religioſus efficitur vbi nobilior pars fuerit.*

4 *Ludant ſi plures ad piaſtrellas, ſiue palletas, quando proiicitur lapis ad certum ſignum, ſi lapis in duas vel tres partes frangatur, quæ pars attendi debeat.*

5 *Statutum de ſuburbiis loquens, de quibus ſuburbiis locum habeat.*

6 *Statutum in ſimplicibus loquens in mixtis de iuris rigore locum non habet.*

7 *Pœnalib. in dubio minor pars eſt accipienda.*

8 *Dictio, circa, ad locum relata diuerſis modis ſecundum materiam ſubiectam intelligitur.*

9 *Suburbia vſque ad quem locum durent.*

10 *Verba per verbum aliquod ſiue à ſtatuto prolata alternatiue & copulatiue verificantur, quando plura facta fuerint, prout facti qualitas euenerit.*

11 *Alternatiua legis alternatiue in proprio ſignificatu verificatur.*

12 *Verba quando copulatiue loquuntur, dubium facere videntur.*

13 *Simplicia duo, quæ diuerſi generis & qualitatis exiſtunt, quando coniunguntur, ita tamẽ, vt quantum ad qualitates ſeparari poſſint, ſtatutum in ſimplicibus in mixtis locum habet, quando etiam in odioſis ſimplicium effectus non augetur.*

14 *Conſideratio diuerſa ſecundum diuerſas qualitates quomodo fieri debeat.*

15 *Species vna quando de diuerſis qualitatibus participat ſecundum illas qualitates, ſi diuidi poſſint iudicandum eſt.*

16 *Communitates duæ ſi ſint, quæ antiquiſſimo tempore ſimul conſueuerunt ſoluere onera prouenientia, & vnus fuit derobatus in territorio vnius ipſarum villarum, illa tenetur ſoluere, in qua damnum datum fuerit.*

17 *Abſentes & infantes ex quo in culpa non ſunt, non tenentur.*

18 *Contrata appellatione venit etiam pars contrata, quæ in ſuburbiis exiſtit.*

19 *Iudicari à nobiliori & potentiori, an & quo caſu debeat.*

1 IN Chriſti † nomine, amen. Datum
eſt damnũ abſconſe in Sega nobilis
viri Petri de Maſeis, quia incendio
combuſta, quæ Sega eſt in ſuburbiis
Veronæ vbi eſt vt dicitur contrata
ſeu vicinia Cleui, & appellatur contrata Sancti Ze-
nonis quæ etiam eſt in ciuitate, & faciunt vnum
tantum iuratum pro contrata ſeu vicinia intus &
extra. Accuſata fuit contrata & homines dicti loci
Cleui, qui eſt extra muros ciuitatis probatum eſt
incendium. Et dicitur pro parte dicti Petri quod di-
cta vicinia tenetur vigore ſtatuti 76. Cuius verba
ſunt hæc: Item ſi contigerit aliquod damnum ab-
ſconſe dari circa ciuitatem Veronæ in ſuburbiis in
aliquibus poſſeſſionibus ſeu rebus de quibus ſupra
in proximo ſtatuto ſit mentio & cõtrata ſiue vicinia

illius ſuburbii accuſata fuerit de damno dato, tunc
procedatur, & fiat ipſa contra ipſam contratam &
viciniam ad dicti damni emendationem in omni-
bus & per omnia ſicut in ſupraſcripto ſtatuto de
damnis datis in villis ordinatum eſt ſingula ſingulis
referendo. Super qua cauſa fuerunt exhibita curiæ
duo conſilia, vnum per clariſſimum vtriuſque I. D.
Dn. Manfrinum de Madiis de Verona in fauorem
dicti Petri. Aliud per eximium Doctorem Dn. Cita-
dinum de la Fratina iudicem maleficiorũ in fauo-
rem dictorum hominum Cleui. Quæritur quid iu-
ris & quis eorum melius de iure conſuluerit. In
Chriſti nomine ac inuocata Spiritus ſancti gratia.
Viſis & diligenter ponderatis dictis cõſiliis videtur
prima facie dicendum ꝙ dicti homines Cleui non
teneantur, quia ſtatutum vult quod teneatur con-
trata ſiue vicinia quæ eſt in ſuburbiis, licet dicti ho-
mines non videntur habere contratam & viciniam,
quia licet ibi habitent in ſuburbiis tamen ſunt de
contrata Sancti Zenonis & faciunt onera & factio-
nes in ipſa contrata & habent vnum iuratum & o-
bediunt contratæ exiſtenti in ciuitate, & ciuitas eos
tenet in gremio ciuitatis & noluit eos eſſe extra ci-
2 uitatem & tutionem ipſius ciuitatis. † Ex quo eſt
pars minima ipſius contratæ regulari debet ſecun-
dum maiorem & nobiliorem partem contratæ, *arg.*
3 *l. cum in diuerſis. ff. de reli. & ſump. fune.* † Vbi habetur
quod ſi corpus eſt in diuerſis locis ille efficitur locus
religioſus vbi eſt pars nobilior, in caput, vt ibi. vel v-
bi eſt maior pars, *vt ibi no. & hoc vult etiam. gl. in §. reli-*
4 *gioſum. inſt. de re di. per quam gl. ſoleo dicere,* † quod ſi plu-
res ludunt ad piaſtrellas ſiue palletas, quũ proiicitur
lapis ad certũ ſignũ, ſi lapis frangitur in duas vel plu-
res attẽdi debeat tantũ pars maior, & ſecundũ illam
iudicari, quis ſit proximior ſigno. Item quia dicti
homines ſunt membra ciuitatis & contratæ Sancti
Zenonis quæ eſt in ciuitate, & ideo non ſunt ſepa-
randi à ſuo corpore, quia non debent membra à ca-
pite diſcedere, *c. cum non deceat. extra de praeſcr.* & licet
ꝓ commodo ibi habitent in Cleuo, tamen ciuitas
noluit eos eſſe extra ciuitatem, & ſic non videntur
5 eſſe extra ciuitatem, ſed intus. † Et ſtatutum ꝙ lo-
quitur de ſuburbiis voluit intelligere de ſuburbiis,
quæ habent viciniam per ſe, & non de iſta, quæ eſt
coniuncta cum contrata quæ eſt in ciuitate, *facit l.*
qui eſt in continentibus. ff. de ver. ſig. Item ꝓ hac parte fa-
cit iſta ratio quando duæ qualitates diuerſæ ſimul
coniunguntur, iudicatur de illis ſimul coniunctis
ſecundum qualitatem quæ præualet, *l. quæritur her-*
maphrodit. ff. de ſta. ho. & arg. eorum quæ no. Bart. & Doct.
in l. Ariſt. ff. de dona. ſed iſtæ duæ qualitates, ſcili. con-
trata ſuburbii coniunguntur quia eſt vn[illegible] & eadem
contrata intus & extra, ergo iudicandum eſt ſecun-
dum eam quæ eſt in ciuitate, quia illa præualet tan-
6 quam maior & potentior, *vt dixi.* † Item quia ſta-
tutum loquens in ſimplicibus non habet locum in
mixtis de iuris rigore, *vt l. ſi ita ſcript. ff. de lib. & poſth.*
& ibi per Doct. & no. per Bart. & Doct. in l. 2. §. 1. ff. de verb.
obli. ſed ſtatutum Veronæ loquitur de ſimplicibus,
ſcili. de contratis quæ ſunt in ſuburb. vt teneantur,
de contratis quæ ſunt in ciuitate vt non teneantur
vt patet in eo ſaltem à contrario ſenſu, vel quia ca-
ſus omiſſus intra ciuitatem habetur pro omiſſo, &
remanet in diſpoſitione iuris communis, *l. ſi cum do-*
tem. in princ. ff. ſo. ma. & l. commodiſſime. ff. de lib. & poſth.
tum ſi. Ergo videtur quod dictum ſtatutum non ha-
beat locum in caſu noſtro non ſimplici, in quo eſt
vna tantum cõtrata intra ciuitatem & in ſuburbiis.
7 Et maxime hoc procedit in pœnalibus † in quibus
in dubio pars minor eſt accipienda, *l. ſi de interpreta-*
tione. & l. ſi praefec. ff. de pœnis.

Sed his non obſtantibus contrarium teneo eſſe
de iure verius, ſiue velimus conſiderare verba ſtatu-
ti, ſiue eius mentem. Nam verba ſtatuti videntur eſ-
ſe clara, quod dicta vicinia Cleui tenetur, quoniam
omnia quæ à ſtatuto requiruntur interuenerunt in
caſu noſtro. Primo enim ſtatutum vult ꝙ damnum
fuerit abſconſe datum, & hoc eſt clarum & proba-
tum eſt in proceſſu. Secundo quod ſit damnum da-
tum circa ciuitatem Veronæ in ſuburbiis quę verba
circa ciuitatem ſignificant immediatè poſt ciui-
tatem, & probatur, *in l. ruptilia polla. ff. de contrahend.*
emptio. Sed poterat eſſe dubium in quantum exten-
deretur, ex quo non exprimuntur per ea quæ ha-
bentur, *in c. Romana. ibi vel circa illam cum gloſſ. de offic.*
8 *ordina. lib. 6.* † vbi habetur, quod etiam dictio circa
a relata ad locum intelligitur diuerſis modis ſecun-
dum ſubiectam materiam. *Et ideo dicit ibi gl. quod eſt*
arbitrarium. facit l. 1. §. 1. ff. de iure deliberan. & c. de conſt.
de officio delegat.

Et ideo ſtatutum declarauit quantum voluit con-
tinere illud verbum circa, quia addidit verbum in
ſuburbiis, & ſic vult, quod extendatur in quantum
ſe extendunt ſuburbia ſunt continẽtia ædificia poſt
mutos ciuitatis, *vt eſt text. cum gl. in verbo continentibus,*
in l. 2. ff. de verb. ſignificatio. & text. cum gl. in l. vt Alphe-
nus. eodem titu. Et pro hoc. c. ſi ciuitas. de ſenten. excommu-
nica. in 6. & ego dixi in 2. in princip. in 10. quaeſt. ff. de verb.
9 *ſignificatio.* † Sed poſſet dubitari vſque ad quem lo-
cum durent ſuburbia, & eſt dicendum quod ſi con-
ſuetudine vel ſtatuto ſiue vſu vulgari hoc apparet
ſtandum eſt illi interpretationi, *1. diſtin. conſuetudo. &*
extra de ſponſa. c. ex literis. Sed ſi non apparet de vſu vel
conſuetudine vel ſtatuto, tunc boni viri arbitratu. ſ.
iudicis hoc terminatur, *d. l. 1. §. 1. de iure deliberand. &*
d. c. de cauſis. de offic. deleg. Et ita tenet Ioan. Calderin. in
ſuo tractatu de Eccleſiaſtico interdicto. in 10. colum. quem
ego ſequor in d. l. 2. in princip. in 10. quaeſtione. ff. de verbor.
ſignificatio. In caſu autem noſtro dictæ domus quæ
ſunt in Cleuo, vbi eſt datum damnum, ſunt circa
ciuitatem in ſuburbiis, quia vſque ad illas domos
quod loca durant continentiæ ciuitatis, vt pars et-
iam aduerſa fatetur, ergo ſunt in ſuburbiis, & vſ-
que ad dicta loca durant ſuburbia, & credo quod
in hoc non conſiſtat difficultas huius quæſtionis,
ſed in aliis, vt patet ex his quæ dixi ſupra pro parte
contraria. Tertio ſtatutum vult quod contrata ſiue
vicinia illius ſuburbii poſſit accuſari, vt patet ibi, &
contrata, ſiue vicinia illius ſuburbii accuſata fue-
10 rit, † quę verba cum ſint prolata à ſtatuto per ver-
bum, ſiue verificantur alternatiue, & copulatiue
quando ſunt plura facta, prout qualitas facti euene-
rit, *vt notat. Bart. in lege ſi is qui ducenta. §. verum. ff. de re-*
bus dubiis, per l. 1. C. de ſicariis. & l. 1. de parricidiis. cum ſi-
milibus.

ſimilibus. Sicut dicitur de interdicto quod vi aut
clam, quod verificatur ſiue fiat vi, ſiue clam, ſiue vi
& clam, *vt l.ſi is qui in puteum. §.hoc interdictum.ff.quod*
11 *vi.& ibi Bartol. hoc no[illegible]* qui dicit † quod alterna-
tiua legis verificatur in proprio ſignificatu alterna-
tiuę & etiam in ſignificatu copulatiuę. Sufficit ſi eſt
factum vi tantum vel clam tantum, vel ſi eſſet fa-
ctum vi & clam. Et ideo cum contrata & vicinia A-
ueſe, vt pars aduerſa fatetur ſi in illa eſſet datum da-
mnum teneretur ſine dubio, & vicinia poſſit etiam
eſſe in ſuburbiis in totum, ſed non contrata, quæ
eſt partim in ciuitate & partim extra ciuitatem, vt
eſt in caſu noſtro, quia contrata Sancti Zenonis
eſt partim intus & partim extra in dicto Cleuo. Et
vicinia Cleui ſit in totum extra in ſuburbiis, vt pars
aduerſa fatetur ſuis exceptionibus, dum comparet
Antonius not. de violis tanquam Syndicus contra-
tæ Sancti Zenonis intus & extra videlicet viciniæ
Cleui Mantici membri & loci particularis ipſius
contratæ Sancti Zenonis. Ideo vicinia tenetur ex
quo eſt in totum in ſuburbiis. Et hoc vult dicere ſta-
tutum ibi contrata ſiue vicinia, vnum vt ſiue con-
trata ſiue vicinia ſit in ſuburbiis poſſit accuſari.
Quarto & vltimo ſtatutum dicit quod procedat &
fiat contra ipſam contratam & viciniam ad emen-
dationem damni in omnib. vt in ſtatuto de damnis
12 datis, quæ verba videntur facere dubium. † Quia
loquuntur copulatiue, videlicet contratam & vici-
niam, & ſic videtur quod iſta duo requirantur co-
pulatiue, *l.ſi heredi plures.ff.de conditio inſtitutio.* quia
licet ſit verum quod vicinia ſit in ſuburbiis in to-
tum vt dixi, & contra eam procedi poſſit, tamen
non eſt contrata in totum extra de ſuburbiis, ergo
non videtur poſſe verificari illa copula, &c. Sed cer-
te alius eſt ſenſus illius literæ, vult enim quod ſi v-
trumque eſt in totum extra ciuitatem in ſuburbiis,
ſcilicet contrata & vicinia, & tunc ſine dubio tene-
tur, Intelligitur etiam dictum ſtatutum quod ſi ſola
vicinia eſt in totum extra ciuitatem in ſuburbiis illa
ſola teneatur, & illa copula, &c. ponitur pro alterna-
tiua, quia iſta eſt natura copulatiuæ legalis, *vt l.1.&*
ibi per Bart.& Doct.ff.de his qui not.infa.& not. per Bart.
& Docto. in l.ſi is qui ducenta. §. vtrum.ff.de rebus dubijs.
& hoc patet in caſu noſtro, maxime quia ſi vult in
præcedenti verſic. quod poſſit accuſari alternatiue,
vel contrata ſola vel vicinia ſola, quando ſunt in
ſuburbiis in totum vt dixi, ergo verba ſequentia ſta-
tuti, licet loquantur copulatiue, tamen verificantur
etiam in alternatiua, vt ſola vicinia, quæ eſt extra ci-
uitatem poſſit condemnari, per verba enim præce-
dentia declarantur ſequentia, *l.ſi ſeruus plurium.§.fin.*
*ff.de lega.*1. Et hunc puto eſſe verum ſenſum illius ſta-
tuti, quia in ciuitate Veronæ reperitur quandoque
contrata & vicinia ſimul, quæ ſunt in totum extra
ciuitatem in ſuburbiis, vt eſt contrata & vicinia A-
ueſe, quandoque reperitur ſola vicinia extra ciuita-
tem in ſuburbiis & contrata partim in ciuitate par-
tim circa ciuitatem vt eſt vicinia Cleui quæ eſt in
totum extra, & contrata Sancti Zenonis, quæ eſt
intus & extra, ſub qua contrata eſt dicta vicinia vt
dicitur in capitulis ſeu poſitionibus partis aduerſæ.
Et ideo ſtatutum voluit, quod vtroque caſu illi, qui
conſtant in ſuburbiis tenerentur, & in hoc eſt bene
conſiderandum quia profecto quantum ad verba
ſtatuti illi de Cleuo tenentur emendare damnum.
Et ſic non videtur eſſe opus intrare illam difficulta-
tem an ſub ſimplicibus contineatur mixtum, quia
ſtatutum loquitur expreſſe & in ſpecie, de vicinia
quę eſt extra muros ciuitatis, ſicut eſt in caſu noſtro.
Præterea etiam ſi vellemus intrare illam difficulta-
tem, dico ꝙ etiam ſtatutum comprehendit illos de
Cleuo, ſiue accipiamus tanquam de vicinia Cleui,
13 ſiue tanquam de contrata Sancti Zenonis. † Quia
quando duo ſimplicia, quæ ſunt diuerſi generis &
qualitatis coniunguntur, ita tamen vt ſeparari poſ-
ſint quantum ad qualitatis ſtatum in ſimplicib. ha-
bet locum in mixtis quando non augetur effectus
ſimplicium etiam in odioſis probatur, *in l.ſi ita.ff.de*
iniuſt.teſt.& ita tenui in l.2.§.1.ff.de verb.obl. Sed in caſu
noſtro ſtatutum loquitur de ſimplicib. vide. Et con-
trata, quæ eſt in totum in ſuburbiis teneatur, & quę
in totum intra muros ciuitatis non teneatur, vt ſu-
pra dixi, modo iſta ſimplicia de contrata coniun-
guntur, quia reperitur eſſe contrata, quæ pro parte
eſt intra muros & pro parte extra in ſuburbiis, ergo
de illo mixto debet iudicari ſicut in ſimplici pro
illa parte quæ eſt extra muros ex quo eſt diuiſibilis,
& non augetur effectus ſimplicium, quia ſi eſſet
contrata ſimpliciter ſola in ſuburbiis, eodem mo-
do teneretur.

Præterea hoc etiam probatur ſic, quando ſunt
plures ſpecies diuerſæ in qualitate, & in vna perſo-
na concurrunt & reſpectu qualitatis poteſt fieri in
ſenſu diuiſo, quia poteſt diuerſis modis conſiderari
14 † ſit conſideratio diuerſa ſecundum diuerſas qua-
litates quando in vnaquaque eſt eadem ratio quæ
erat in ſpecie diuiſa, *vt probatur nota. in l.1.§.ſi ex par-*
te.ff. de acquir.poſſ.& coniuncto §.veteres præcedenti. nam
in §. veteres. dicitur quod per ſeruum hæreditarium
non poteſt hæredi acquiri poſſeſſio, ſed per ſeruum
legatum ſic, *in §.ſi ex parte poſthu. dicitur*, quod ſi eſt
ſeruus prælegatus hæredi inſtituto pro parte poteſt
acquirere hæredi poſſeſſionem pro parte cohæredi
pro qua videlicet legatum, *l. legatum.1.ff.de legat.*1.
quia eam partem habet iure hæreditario, vt ibi. Sic
dicendum videtur in propoſito. Iſta ſpecies ſit
contrata in ciuitate, & contrata in ſuburbiis, in
vna tantum ſpecie concurrunt, quia eſt vna & ea-
dem contrata Sancti Zenonis intus & extra mu-
ros, ergo idem iudicandum eſt pro ea parte, quæ eſt
intus, ſicut iudicaretur de tota, ſi tota eſſet intus, &
pro ea parte quæ eſt extra debet iudicari ſicut iudi-
caretur de ea quæ eſſet in totum extra, maxime cum
ſit ea ratio, *facit l.quæ de tot.ff.de rei vend.* Vlterius hoc
15 etiam probari poteſt ad idem † quando vna ſpecies
participiat de diuerſis qualitatib. iudicandum eſt ſe-
cundum illas qualitates ſi diuidi poſſunt, *vt probatur*
in d.§.ſi ex part. ſed dicta contrata Sancti Zenonis
participat de diuerſis qualitatib. ſcilicet de vicinia
quæ eſt intra ciuitatem, & de vicinia quæ eſt extra,
ergo iudicandum eſt de vicinia quæ eſt ſecũdum na-
turã eorum, quę ſunt in ſuburbiis & non ſecundum
naturam eorũ quę ſunt intra muros ciuitatis, ſed lo-
ca quę ſunt in ſuburbiis tenẽtur vigore ſtatuti, ergo,
&c.

&c. Vltimo pro hac parte optime facit quod nota.
Alber. de Roſ. *in ſuo opere ſtatutorum in 2. parte, quæſt.
78.* quæ incipit: Iam quæro, duæ communitates, an-
tiquiſſimo tempore ſimul conſueuerunt ſoluere o-
nera prouenientia, & vnus fuit derobatus in terri-
torio vnius ipſarum villarum quod ſolum illa villa
in qua eſt datum damnum teneatur. Ex quo illi tan-
tū poteſt culpa imputari, & ex quo nulla culpa po-
teſt alii imputari, *l. ne quid in prin. ff. de incend. ruin. nau.*
Sed ita eſt in caſu noſtro, quod ſtatutum voluit exi-
ſtentes in ſuburbiis teneri ad emendationem da-
mni & non illos qui ſunt in ciuitate, quia illi de no-
cte non potuerunt extra cuſtodire ex quo portæ ci-
uitatis de ferro clauduntur, & ſic ſtatutum voluit
punire illos qui potuerunt eſſe in culpa & non illos
qui ſunt ſine culpa, & pro hoc facit quod idem dicitur
17 *per Albe. in q. 73. & 76.* † vbi dicitur quod abſentes & in-
fantes ex quo non ſunt in culpa non tenentur. *Et i-
dem vult Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis.*
Nec poteſt dici quod ibi loquatur in diuerſis villis ſi-
mul iunctis, non vero loquitur de vna tantū con-
trata quæ eſt iuncta ſimul intus & extra ciuitatem,
quia ratio quæ mouet Albe. militat in caſu noſtro,
ſcil. vt culpabiles teneantur, quia potuerunt cuſto-
dire, alii nō, & ſic cum ſit eadē ratio, debet eſſe idem
ius. Vnde ex his concluditur quod ſiue cōſideretur ſta-
tutum in quantum loquitur de vicinia ſiue inquan-
tum loquitur de contrata illi de Cleuo tenentur.
Nec obſt. rationes ſupra in contrarium adductæ. Et
primo dum dicitur, quod ſtatutum punit contratam,
ſed dicti omnes de Cleno non habent contratam
quia reſpondetur duobus modis. Primo tenentur
inquantum ſunt in vicinia quæ eſt in ſuburbiis, quia
hoc ſtatutum vult expreſſe, vt ſupra dixi. Secundo
quia etiam tenentur, in quantum ſunt in contrata
18 quæ eſt in ſuburbiis, † quia appellatione cōtratæ ve-
nit etiam pars contratæ quæ eſt in ſuburbiis, ex quo
in ea ſubeſt ratio ſtatuti, ſcil. cuſtodiæ & negligen-
tiæ, *l. à Titio. ff. de verb. obli. & l. illud. ff. ad l. Aqui.* & ma-
xime quia prouiſio in toto verificatur etiam in eius
parte, *vt not. Aug. in l. idem veniunt. §. aptanda. ff. de peti-
tio. hæredita. per l. quæ de tota. ff. de rei vendi.* Et quia pro-
uiſio facta in ſimplicibus, comprehendit mixtum
vt ſupra dixi.

Nec obſtat dum dixi, quod vicinia Cleni eſt mi-
nima pars contratæ Sancti Zenonis, quæ eſt in ciui-
19 tate, † ergo debet iudicari à nobiliori & potentio-
ri, *per l. cum in diuerſis. ff. de religio. & ſumpt. funer. & per
l. quæritur hermaphroditus. ff. de ſtatut. hom.* quia illa lex
cum in diuerſis, & illud quidem eſt dictum ſupra
procedit in his, in quibus eſt vna & eadem ratio, &
oportet vnum tantum attendere, quia tunc attendi-
mus potentiorem & nobiliorem. Sed in caſu no-
ſtro loquimur in his in quibus eſt diuerſa ratio. Id-
eo diuerſum ius cenſendum eſt, *d. l. illud. & l. Titio
cum ſimilibus.* Præterea ſtatutum loquitur in vicinia
exiſtent. in ſuburbiis in qua ſunt dicti homines de
Cleuo, *vt ſæpe dictum eſt.* Et ſimiliter reſpondetur, *ad
l. quæritur hermaphroditus, de ſtatut. homi.* Nec obſtat
dum dixi, quod illi de Cleuo ſunt membra contra-
tæ Sancti Zenonis, & ſic ciuitatis, & reputan-
tur in ciuitate, & in eius gremio, quia hoc non eſt
verum, nam quantum ad caſum noſtrum vere ſunt
in ſuburbiis & ſtatutum vult & reputat quod ſint
extra muros ciuitatis, quia ipſi ſunt in vicinia ſubur-
bii, quæ tenetur ad emendationem damni, vt patet
ex prædictis.

Nec obſtat vltima ratio, dum dixi, quod ſtatutum
pœnale, quod loquitur in ſimplicibus nō habet lo-
cum in mixto, quia imo locum habet, *vt ſupra dixi,
per l. ſi ita, ff. de inoff. teſt. vt plene dixi in l. 2. §. 1. ff. de verb.
obl.* Præterea poſſumus dicere quod non ſumus in
materia ſimplicium & mixti, ſed ſimplicium tan-
tum, quia ſtatutum vult etiam hoc in ſimplici, vt vi-
cinia, quæ eſt in ſuburbio teneatur, ſed dicta vicinia
Cleui eſt in ſuburbio, vt dixi, ergo tenetur. Vnde ex
his omnibus concludo, Do. Manfrinum de Madiis
melius conſuluiſſe, & dictos homines de vicinia
Cleui de Manticho teneri ad emendationem dicti
damni.

ADDITIONES.

[a] Circa] *De ſignificatu huius dictionis, vide Angel. in conſil.
124. incipien. viſis petitione & reſponſione. Lanfranc. in
cap. quoniam contra, verſ. teſtes verſ. ſuper iſta. de proba-
tio. & Doct. abunde in l. 1. ff. de pignorati. act. Canoniſt.
in c. licet cauſam. de teſtib.*

CONSIL. XX.

SVMMARIA.

1 *Condemnatus ſi quiſpiam fuerit ad ſtandum in carceri-
bus propter falſos teſtes contra eum ſubductos, & de
eis aufugit, qui poſtea propter contumaciam conde-
mnatus fuerit, an aliquo modo ei ſuccurri poſſit, nu-
meris ſequentibus per totum conſilium.*
2 *Contra contumaces omnia iura clamant.*
3 *Carceribus fugiens, an pro confeſſo habeatur.*
4 *Bannitus ciuitatem amittit.*
5 *Reus ad pœnā corporis afflictiuam ſe per procuratorem
defendere non poteſt.*
6 *Crimine vbi directo vel indirecto cognoſcitur, procura-
tor interuenire non poteſt.*
7 *Vxor cum filiis maritum in cauſa criminali defendere
non poteſt.*
8 *Vxor & filii an pro iure & intereſſe maritum crimina-
liter defendere poſſint.*
9 *Perſona coniuncta etiam pro ſuo intereſſe pro conde-
mnato vel condemnando an ad oſtendendam conde-
mnati innocentiam admittantur.*
10 *Vxor & filii ad informandum iudicem de innocentia
mariti condemnati venire poſſunt.*
11 *Æquitas ſuadet, ne falſitatis delicta impunita rema-
neant.*
12 *Iudex ex officio pro inquiſiti vel condemnati innocentia
teſtes examinare poteſt.*
13 *Iudicis ſeu præſidis officium eſt purgare prouinciam ma-
lis hominibus.*
14 *Falſarii crimen eſt publicum, & ideo quilibet accuſare
poteſt.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Quidam, dum eſſet
Poteſtas, condemnauit aliquos crimina-
liter

liter, qui non volentes pati, hanc iuſtitiam fecerunt
in ſimul coniurationem contra dictum Poteſtatem
hoc modo, quia acc[illegible]ſauerunt ipſum criminaliter
de diuerſis delictis, & probauerunt per aliquos te-
ſtes pecunia corruptos qui falſum depoſuerunt, ex
quibus probationibus dictus Dn. Poteſtas per ma-
gnificos aduocatores communis Venetiarum fuit
intromiſſus, & acriter tormentatus, ipſe tamen
nunquam dicta delicta confeſſus eſt. Tandem du-
ctus ad conſilium Illuſtriſſimorum rogatorum fuit
condemnatus ad ſtandum in carceribus & ad ſol-
uendam certam quantitatem pecuniæ reuerſus ad
carcerem póſtea per oſtium receſſit, & in Roman-
diolam iuit. Domini aduocatores intelligentes di-
ctum diſceſſum poſuerunt partem in conſilio roga-
torum quod ſi dictus Poteſtas non rediret ad carce-
res infra octo dies remaneret bannitus de terris &
locis Illuſtriſſimi ducalis Dominij Veneti. Et quia
Poteſtas neſciuit de dicto præcepto remanſit ban-
nitus iam ſunt 13. anni. Contingit poſtea, q̃ accuſa-
tores in puncto mortis manifeſtauerunt quod cau-
ſa ſe vindicandi de dicta iuſtitia accuſauerunt falſo
dictum Poteſtatem & dederunt pecuniam teſtibus
vt falſum teſtificarentur contra eum. Item quidam
de dictis teſtib. confeſſi ſunt palam q̃ ſeducti ab ac-
cuſatorib. falſum teſtificati ſunt. Aliqui dictum te-
ſtimonium depoſuiſſe coacti ſuper querelis ſeu ac-
cuſationib. parentum ſuorum. Aliqui dicunt quod
vnus ꝓ alio teſtificatus eſt, ac etiam aliqui ſuper ſuis
propriis querelis examinati ſunt & depoſuerunt. Et
hoc dicitur eſſe probatum per ſeptem teſtes fide di-
gnos. Et per alios etiam probari poteſt. Et quia que-
rela de dicta falſitate teſtium porrecta eſt apud of-
ficium magnificorum dominorum aduocatorum
communis Veneti. per vxorem & filios dicti Pote-
ſtatis, & dubitare forſitã quiſpiam poſſet, an de iure
potuerit dicta querela produci, & an poſſit ſuper
ea procedi contra dictam falſitatem, attento q̃ di-
ctus Poteſtas de carceribus exiuit poſtq̃ fuit conde-
mnatus antequam impleuiſſet tempus condemna-
tionis in carcerib. Et etiam quia citatus vt rediret ad
carceres non venit. Et propterea fuit bannitus de
terris & locis Do. Ve. Et non eſt dubium quod quo-
cunq; ſit bannitus dictus Poteſt. poteſt per viam gra-
tiæ peti remiſſio banni & vnuſquiſq; poteſt illã pe-
tere, etiamſi eſſet bannitus audientia denegata vel
per legem vel per ſententiam, quia in talibus nõ vi-
detur audientia denegata vel per legem vel per ſen-
tent. *vt habetur in l. 1. §. quare. ff. de poſt. & no. d. Nel. in ſuo
tract. bannitorum in 3. part. 2. temporu. in 77. quæſt.* Sed
eſt dubium nunquid per viam iuſtitiæ poſſit dicto
Poteſtati condemnato bannito, & abſenti de iure
ſuccurri, & iſtud eſt de quo quæritur. Et videtur di-
cendum quod non, quia poſtq̃ fuit contumax in nõ
parendo ſententiæ de ſtando in carcerib. & in non
redeundo ad carceres iuxta mandatum q̃ de iure nõ
2 debuit audiri, † quia contra contumaces omnia
iura clamant, *vt habetur in l. contumacia. ff. de re iudi. &
in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel. & in clem. 1. de dolo & con-
3 tu. cum ſimil.* † Item quia ex quo fugit de carcerib. vi-
detur q̃ habeatur ꝓ confeſſo, *vt l. ad commentari. cum
ibi not. C. de cuſt. reo. &* quod debeat puniri de delicto
de quo fuerat accuſatus, *& in l. eos. & ibi per gl. Doctor.
ff. de cuſtodib. reorum, & habetur in l. 1. ff. de effractoribus.*
Et ſic videtur quod licet alias condemnatus propter
falſos teſtes poſſit petere reſtitutionem in inte-
grum, *vt l. diuus. ff. de re iudica. & l. 1. & per totum. C. ſi ex
falſis inſtrumentis*, tamen hoc caſu tum propter fu-
gam de carceribus, tum propter contumaciam non
parendo ſententiæ de ſtando in carceribus, & in nõ
veniendo videtur, quod audiri non debeat. Ego
autem in iſta quæſtio. quia non vidi, quomodo pro-
cedatur in hac cauſa vt comprehendam omnes ca-
ſus qui occurrere poſſent pro veritatis declaratio-
ne, puto diſtinguendum ſic eſſe per plures caſus.
Aut iſte Poteſtas condemnatus, vult ipſe perſonali-
ter ſe defendere querelando de dictis teſtibus fal-
ſis vel eos accuſando, aut non vult ſe defendere per-
ſonaliter ſed per procuratorem, aut vxor & filii, qui
dicuntur comparuiſſe, veniunt tanquam perſonæ
coniunctæ dicti condemnati, aut pro ſuo iure &
intereſſe ad defendendam vel tuendam innocen-
tiam condemnati, aut ad informandum & inſtru-
endum iudicem, vt de veritate inquirat, aut vxor &
filii principaliter veniunt tanquam extranei ad ac-
cuſandum dictos teſtes tanquam falſarios. Primo
caſu ſi Poteſtas vellet venire perſonaliter ad ſe de-
fendendum, & certum eſt q̃ non poſſet ſtante ban-
no, niſi per viam gratiæ quia poſtq̃ eſt bannitus in-
terdictum ſibi eſt venire ad patriam, vt conſtat ex
4 banno, ac etiam de iure. † quia bannitus perdit ci-
uitatẽ, *vt l. amiſſione. §. qui deſinunt. ff. de cap. dimin. & ibi
no. Et no. gl. in §. relegati. inſtitu. quibus modis ius patriæ po-
teſtatis ſoluitur. & no. in l. 1. C. de hered. inſt. & iſtud non
habet dubitationem.* Secundo caſu ſi Poteſtas prædi-
dictus vellet ſe defendere per procuratorem & te-
neo quod non poſſet, quia cum ſit condemnatus
5 ad ſtandum in carceribus. † Et ſic ad pœnam corpo-
ris afflictiuam non poſſet per procuratorem ſe de-
fendere, *vt nota. in l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudi.
& in lege ſeruum quoque. §. publice. ff. de procuratori. & in
lege reos Cod. de accuſatoribus.* Imo plus dico quod iſto
caſu etiam ſi vellet principaliter per procuratorem
accuſare dictos teſtes de falſo, vel de eis querelam
proponere ad finem, vt dictis teſtibus de falſo con-
demnatis in conſequentiam abſolueretur, non poſ-
ſet, quia ſicut non poteſt principaliter per procu-
ratorem ſe defendere, ita nec etiã iſto caſu, & ita te-
6 net Bald. *in l. reos. C. de accu.* qui dicit † quod vbi di-
recte vel indirecte cognoſcitur de crimine non po-
a teſt procurator interuenire, *a* alias ſic. Et ita tenet
etiam, *d. Nel. in ſuo tract. bannitorum in 3. part. tertii tem-
7 poris. q. 68.* qui dicit quod ẽt ita ſeruatur. † Tertio ca-
ſu principali quando vxor & filii venirent tanquam
coniunctæ perſonæ, ꝓ dicto Poteſtate condemnato
ad fin. vt abſolueretur, non poſſent eadem ratione,
quia ſunt loco procuratoris, *vt l. exigendi. C. de procu-
8 rat. & l. ſed & hæ. ff. de procur.* † Quarto caſu princi-
pali ſi veniunt pro iure & intereſſe, quia vxor & fi-
lii *iuxta l. 1. 2. & 3. ff. de lib. cauſa.* Et videtur. quod poſ-
ſint, *argument. dictarum legum, & per gloſſ. in l. ſeruum
quoque, §. publice, ff. de procuratorib. in verbo datur, ibi.
ſed pro ſe domino cum ſua interſit.* Ego tamen in hoc
teneo contrarium, quia ſi principalis non poteſt;
ergo

ergo nec etiam alius pro intereſſe ſuo per rationes,
quare prohibetur quis ſe defendere per procura-
torem quando eſt abſens, habet locum etiam in ca-
ſu iſto. & maxime iſta ratio principalis quod ſi fer-
retur ſententia abſolutoria in fauorem teſtium, eſ-
ſet quantum ad condemnatum deluſoria, quia non
poſſet fieri executio contra eum qui eſt abſens, *vt
not. in d. §. publicæ. & in l. reos. C. de acc. & in l. pen. §. ad cri-
men, ff. de publ. iud.* Et ſi aliter diceremus eſſet aperta
via malefactoribus nunquam ſe præſentandi, quia
ſe defenderēt per indirectum per interuentū con-
iunctarum perſonarum, quod non eſt dicendum,
9 *per c. cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6.* † Et ita etiam
ſeruatur ſcil. quod coniunctæ perſonæ etiā pro ſuo
intereſſe pro condemnato vel condemnando non
admittuntur ad oſtendendam innocentiam con-
demnati vbi alius procurator non admitteretur. †
10 Quinto caſu principali, aut vxor & filii nō veniunt
ad defendendum innocentiam condemnati & iu-
dicium in ſe ſuſcipiēdum ſed veniunt ad informan-
dum iudicem de innocentia condemnati, & ad hoc
vt iudex poſſit veritatem inquirere & falſitatem
teſtium ſi qua eſt punire, & in cōſequentiam etiam
poſtea condemnatum abſoluere iuxta iuris for-
mam, & illo modo bene poſſunt comparere, & iu-
dicis, vt ſunt magnifici aduocatores debent ipſos
audire etiamſi eſſent extranei & pro veritate inqui-
rere, ſed maxime vxorem & liberos, *vt probatur in l.
3. ff. de libera. cau.* ibi dum dicit ibi vel vxorem præto-
rem adire & hoc indicare, &c. *Et ibi hoc not. Do. Bened.
de Plumb. facit quod not. per Bartol. & Doct. in l. pen. §. ad
11 crimen. ff. de publ. iudi.* † Et ſuadet etiam æquitas ne
delicta falſitatis remaneant impunita, *vt l. ita vul-
neratus, ff. ad l. Aquil. & c. vt fama. extra de ſent. excom.* Et
etiam ne innocentia feriatur, *vt l. abſentem in princ. ff.
de pœn. cum ſim.*

Et ita alias vidi obſeruari quando aliqs eſt inqui-
ſitus de aliquo crimine capitali, & nō vult compa-
rere perſonaliter, nec per procuratorem poteſt fa-
cere, quod vnus compareat etiam extraneus & di-
cat: Domine iudex examinetis tales teſtes, quoniam
intelligetis innocentiam inquiſiti vel condemnati,
12 † & iudex poteſt ex officio hoc facere, *per l. & ſi non
defendantur. ff. de pœn.* Et eodem modo dico, quod et-
iam ſi nulla querela propoſita eſſet apud officium
de dictis teſtibus, ſi tamē perueniret ad aures ma-
gnificorum dominorum Aduocatorū etiam extra
iudicium de dicta falſitate poſſent ex officio ſuo ne-
mine petente, & etiā tenerentur inquirere de veri-
tate ne delicta vt dixi remaneant impunita, & ne in-
nocentia feriatur, *per d. l. & ſi non defendantur. ff. de pœ.*
13 † Et quia officium eſt Iudicis ſeu Præſidis purgare
prouinciam malis hominibus, *vt l. præſes. ff. de offi. præ-
ſid.* Sexto & vlti. caſu principali: Si dicti vxor & filij
veniunt tanquam extranei principaliter ad accu-
ſandum dictos teſtes tanquam falſarios vel quere-
14 landū de eis & ſine dubio debēt audiri, † quia iſtud
eſt crimen publicum, *vt probatur in toto tit. ff. ad l. Cor-
nel. de falſis coniuncto tit. de pub. iud. qui præcedit, & inſtit.
de publ. iud. §. item lex Corn.* & ſic quilibet poteſt accu-
ſare, *vt inſtit. de publ. iud. in princ.* quia in hoc caſu agi-
tur principaliter de puniendo teſtes falſos. Nec de-
bemus dicere quod propter cōtumaciam, ſi qua eſt
condemnati tollatur facultas puniendi delinquen-
tes, quia hoc eſſet iniquum, *contra dictam l. ita vulne-
ratus. ff. ad l. Aquil. & contra d. c. vt fama. de ſent. excom. &
contra l. præſes. ff. de off. præſid. cum ſim.* Concludo itaq;
ex prædictis quod dicta vxor & filij poſſunt venire
& debebāt audiri his duobus modis vltimis & non
aliis de quib. ſ. Nec huic deciſioni obſtat quod Po-
teſtas cōdemnatus fugerit de carceribus, vel fuerit
inobediens in veniendo ad mandatum magnifico-
rum dominorum Aduocatorum, quia hic non agi-
tur de illa obedientia & banno, nec etiam de dicta
fuga, ſed ſolum principaliter, vt iudices inquirant
de maleficio teſtium, qui falſo dicuntur depoſuiſſe,
vel iudices condemnent teſtes accuſatos de falſo,
quod fieri poteſt per ſuprà dicta.

ADDITIONES.

a Interuenire] *Ad hoc & totius conſilij reſolutionem vide D. Alexan. de Imol. in conſilio. 116. in 2. vol. & in l. pen. §. ad crimen ff. de de publ. iud. Bart. in conſil. incip. A Domino Cyn. Spec. in tit. de procurator. §. 1. verſ. item quod cauſa criminalis Bart. & Doct. in l. licet. de procur. & l. quamuis. C. de adult. Rom. deciſ. 196. Doctor. in l. ſeruum quoq. §. publice de procur.*

CONSIL. XXI.

SVMMARIA.

1 *Teſtes quando dicunt, non audiuiſſe dicta quæ in inſtrumēto ſcripta ſunt, & ſi dicta fuiſſent audiuiſſent, an notarius falſarius dicatur, & puniri poſſit, numeris ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Teſtis negatiue deponens an concludere videatur & probare.*

3 *Crimine vbi quis paciſcatur, an confiteri videatur.*

4 *Contumax iuſtam cauſam habere non præſumitur.*

5 *Cauſa in criminali an quis ex præſumptionibus condemnari poſſit.*

6 *Teſtis licet fide dignus non ſit, an ex quo rogatus ei credatur.*

7 *Actus agentium vltra eorum intentionem operari non debent.*

8 *Scriptura quando à protocollo differt, ipſi ſcripturæ ſtandum eſt.*

9 *Teſti ſeniori in dubio magis credendum eſt.*

10 *Confeſſio expreſſa vel tacita, & quilibet alius actus, qui per modum voluntariæ iuriſdictionis per procuratorem fit domino non præiudicat.*

11 *Veniam qui poſtulat, an culpabilis eſſe videatur.*

12 *Excommunicatione ſe abſolutum ſi quiſpiam confiteatur, an propter hoc ſe excommunicatum confiteri videatur.*

13 *Teſti vnico & ſingulari non credatur.*

14 *Teſti fideiuſſori an creditur.*

15 *Contumacia pro probatione non habetur.*

16 *Præſens aliquibus verbis & non contradicens an conſentire videatur.*

17 *Partes in dubio an voluiſſe videatur illud quod dixerunt.*

18 *Scriptura nunquam falſa præſumitur, ſi vera eſſe poſſit.*

19 Taci-

19 *Tacitum & expreſſum regulariter æquiparantur.*

20 *Expreſſum etiam dicitur, quod verbis non exprimitur, ſed tacite comprehenditur.*

21 *Partes ſi alicui rei præſentes fuerint, & nihil dixerint, ſi quid fiat, an de earum tacita voluntate factum præſumatur.*

22 *Probationes luce meridiana clariores in cauſa criminali eſſe debent.*

23 *Falſum nihil aliud eſt, quàm veritatis mutatio.*

24 *Falſum duobus modis committi poteſt.*

25 *Notarius ſi ſcripſerit aliter, quàm dictum fuerit, vel quidpiam omiſerit, an potius per errorem, quàm per dolum facere dicatur.*

26 *Coniectura quoties capi poteſt, quod quis deliquerit & non deliquerit, in dubio debemus capere illam coniecturam, vt deliquiſſe non videatur.*

27 *Actus in dubio debet præſumi, vt inducat additionem, per quam quis in delictum non incidat.*

28 *Verbum vnum quoties falſitatem & non falſitatem importare poteſt, coniecturam facere debemus, quod falſitatem non importet.*

29 *Factum quando implicitum eſt, etiam in facto proprio ignorantia præſumitur.*

30 *Damno euitando quandocunq; tractatur, etiam in facto proprio errare licitum eſt.*

31 *Ignorantia qualibet excuſat, vbi de dolo tractatur.*

32 *Ignorantia iuris licet ſit lata culpa, tamen illa culpa non æquiparatur dolo, [illegible] quo dolus requiritur.*

33 *Conſcientia homin[illegible] ſi Deo nota eſt.*

34 *Notario in bo[n]. præſumitur, potius fuiſſe errorē, quàm dolum*

35 *Notarij [i]uramento quo caſu ſtandum eſt.*

36 *Statutum aliquod loquens de tabellionibus, qui fecerunt aliqua inſtrumenta falſa, an etiam de actu intelligatur.*

37 *Statutum loquens de manus amputatione appoſita conditione, ſi non ſoluerit, intelligitur, niſi idoneus ad ſoluendum fuerit.*

38 *Æſtimum patris filio prodeſt.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Ego Bartholomæus Cæpolla de Verona I. V. D. requiſitus, vt conſulere debeam ſuper quadam ſententia lata in cauſa falſitatis per Magnificum D. Poteſtatem Tridenti, contra egregium virum Odoricum à Sale, honorabilis ciuis Tridenti, vtrum videlicet dictus Odoricus falſum commiſerit, ita quod falſo condemnari potuerit per dictum D. Poteſtatem, condemnatus eſt. Viſa prius inquiſitione contra ipſum Odor. formata, ac ſententia contra eum lata, & viſis dictis teſtium examinatorum, tàm ante inquiſitionem formatam, quam poſt, & inſpectis omnibus ſcripturis & actis, factis in dicta cauſa, & omnibus diligenter conſideratis pro dilucidanda veritate, tria in primis examinare conſtitui: Primum eſt, ſi d. Odoricus ſcripſit aliter, quàm per partes dictum fuerit. Secundum poſito, quod ſic, an propter hoc dicatur ſcripſiſſe aliter, quàm partes voluerint. Tertium & vltimum, ſi ſcripſit aliter quàm partes dixerunt & voluerunt, an propter hoc dici debeat, ipſum falſum commiſiſſe. Circa primum videtur prima facie dicendum, quod d. Odor. ſcripſerit aliter, quàm dictum fuerit per partes in tribus. Primò, in quantum ſcripſit, quod Iacobus Hebræus fuit electus de partium voluntate ad videndum, ſi quidam liber erat authenticus. Secundo, quia ſcripſit, quod quidā Lazarus Hebræus ſatisfaciendo termino ſuo, & pro ſubleuando dictum D. Leonardum patrem d. Odorici à fideiuſſione per eum facta præſentauit Ser Ramengum de Roueredo, qui fideiuſſit in ducatis 25. Et omiſit illa verba, videlicet quod pater ſuus remaneret obligatus, & addidit alia ſupraſcripta, videl. pro ſubleuando dictum eius patrem. Tertio, quia dum ipſe Odoricus dixiſſet nomine dicti Lazari coram Dn. Poteſtate Tridenti, qualiter ipſe Lazarus non conſentiebat alicui productioni facienti contra ipſum Lazarum petens copiam ſcripſit ipſe Odoricus, qualiter ipſe Lazarus fuit ille, qui vſus fuit prædictis verbis prolatis per ipſum Odoricū. Nam videtur, quod probatum fuerit per tres teſtes examinatos ante inquiſitionem formatam. Primus eſt Anton. not. filius D. Melchioris de Facinis, qui dicit non audiuiſſe à partibus prædictis, ſeu aliqua earum quod per ipſas partes fuerit iniunctum prædicto Iacobo, vt videret, ſi dictus liber eſſet authenticus, necne, & quod partes prædictæ non potuiſſent eligere d. Iacobum ad videndum, ſi dictus liber erat authenticus, quin ipſe teſtis audiuiſſet, quia præſens
a fuit continuo à principio vſq; ad finem, † qui teſtis licet deponat negatiue, tamen videtur concludere & probare, *vt eſt gl. notab. in auth. de hæred. & Falc. in §. ſi vero abſint, in verbo & vidiſſe, quæ incip. nota teſtimonium, in fin. & eſt alia gl. ſimilis, in l. 1. in §. 1. in gl. magna, in fin. ff. de itine. actuq; priu. & not. per Bald. in l. 1. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab. & per Cyn. & Doctor. in l. 2. C. de errore aduocat. & habetur per Canoniſt. in c. bonæ memoriæ Maguntina, extra de elect.* Secundus teſtis eſt Ioanninus notarius de Laſino, ciuis Trident. qui ſimiliter dicit, quod non audiuit, quod dictus Iacobus fuerit electus de voluntate partium ad videndum, ſi dictus liber erat authenticus, & quia ſemper præſens fuit à principio, quando fuit d. Iacobus electus, vſquequo fuit data ſibi commiſſio, & exiuit ſtudio, & iuit ad videndum dictum librum. Tertius teſtis eſt egregius Iuriſperitus Dn. Apruinus, ciuis Trident. qui ſimiliter dicit, quod fuit præſens, quando d. Iacobus fuit electus, & non audiuit, quod fuerit electus per partes ad videndum, ſi dictus liber erat authenticus. Item hoc videtur etiam probari ex ſcriptura protocolli ipſius Odorici, quæ in hoc diſcrepat ab alia ſcriptura, quæ dicitur falſa, quoniam in d. protocollo non continentur dicta verba, videlicet quod d. Iacobus fuerit electus de voluntate partium ad videndum, ſi dictus liber erat authenticus, cui protocollo regulariter ſtandum eſt, quando diſcrepat à ſcriptura ſeu inſtrumento, inde releuato ſeu releuata, *vt eſt gl. notab. in auth. de tabel. in §. illud, in verbo protocollum, collat. 4. & idem not. Bald. & Bart. in l. Sempronius, ff. de legat. 2. & in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. & in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait, circa princip. ff. de eden. & Bald. in l. noſtram, in 3. quæſt. C. de teſt.* Item, quia aliter ſcriptū repetitur per Andream notarium

tarium collegam d. Odorici, quam per ipſum Odoricum ſcriptum fuerit in ſua ſcriptura ſcripta poſt ipſum protocollum. Item ex eo, quod aſſertus procurator d. Odorici & eius pater renuntiauerũt cuidam priuilegio fori, & dixerunt coram dicto D. Poteſtati Tridenti, quod conſiderantes de ipſo D. Poteſtate, qui ſibi Odorico faciat miſericordiam, volunt, & contenti permanent, quod ipſe D. Poteſtas, ſi iudex in dicta cauſa contra ipſum Odoricũ inquiſitum videtur, quod d. Odoricus falſum commiſerit, quia petendo miſericordiam videtur fateri prima facie ſe deliquiſſe, quia miſericordia non debet fieri non delinquenti. Et ideo dixit Dn. Gaſpar. de Calderinis *in repetit. c. noſtra poſtulaſti, de pœnit. & remiſſ.* quod opus miſericordiæ eſt peccanti peccata
3 dimittere, *facit l. quoniam, de his qui not. infa.* † vbi dicitur, quod qui paciſcitur, de crimine confiteri videtur. Item, adſunt tres alii teſtes examinati poſt inquiſitionẽ formatam, ex quorũ atteſtationibus videtur multũ præſumendum contra d. Odoric. quoniam vnus dicit, videl. magiſter Barthol. Barbitonſor, quod dum d. Odoricus loqueretur cum Salom. Hebræo, ipſe Odoric. dixit, quod d. Salomon nunquam vinceret litẽ ſuam, & quod librũ produxerit Salomon & ſcripturas, & quod ipſe Salomon deberet cum illis ſcripturis extergere anum. Alius teſtis, videl. Onophrius aromatarius dixit, quod d. Odoricus dixit, Lazarus Hebræus vincit quæſtionem, & Iſaac ſuccumbet, quia omnino ſciebat, quod d. Lazarus vinceret d. quæſtionẽ. Tertius teſtis, ſcilic. Federicus de Papho, qui plus dicit, quod Odoric. protulit iſta verba verſus Salom. videl. quod ipſe Salomon non poſſet ipſam cauſam obtinere, & quod ſi ipſe Salomon vellet donare ſibi Odorico vnam diploidem, veluti faceret, ita quod ipſe Salomon obtineret d. litem. Ex quibus verbis videtur, quod poſſit præſumi falſitas, *argu. l. falſi pœna, ff. de falſ. coniuncta gl. in l. 1. in princ. in verb. ad cautionem, eod. tit.* Et prędicti tres vltimi deponunt etiam, quod ex verbis d. Odorici eis videbatur, quod d. Odoricus eſſet valde affectus in dicta cauſa pro parte d. Lazari Hebræi, propter quod redditur ſuſpectus *arg. eorum quæ habentur in c. inſinuante. extra de officio delega.* Item propter contumaciam d. Odorici videtur etiam præſumendum
4 contra eum: † quia contumax non præſumitur iuſtam cauſam habere: *vt l. ſancimus in fin.* ibi mala conſcientia fuerunt *& ibi hoc not. Bal. & Doct. C. de iudiciis.* Et propterea ſolet vulgo dici: quod contra contumacem omnia iura clamant. Et ex iſtis videtur quod d. Odoricus ſuper prima falſitate ſibi oppoſita aliter ſcripſerit, quam per partes ſcriptum fuerit. Super ſecundo in quo dicitur ſcripſiſſe d. Odoricus, quod quidam Lazarus Hebræus pro ſubleuando Dominum Leonard. à fideiuſſione per eum facta pręſentauit Ser Ramengum de Roueredo qui fideiuſſit in ducatis. 25. &c. depoſuit vnus tantum teſtis, videlicet nobilis vir Chriſtophorus filius quondam domini Antonii de Molueno qui dicit quod dominus Poteſtas interrogauit qualiter fuit facta relatio d. Odori. & reſpondit quod fuit facta in omnibus & per omnia, prout Andreas notarius collega dicti Odori. ſcripſit, qui Odoricus audiens & intelligens vſus fuit iſtis verbis, el è coſi. Et in d. actu Andreæ reperitur eſſe ſcriptum aliter, videlicet remanente tamen firma fideiuſſione, facta per dictum Leonardum, quæ verba fuerunt omiſſa per dictum Odoricum.

Super tertio dum dicitur, quod Odoric. ſcripſit, quod Lazarus nõ conſentiebat cuidam productioni contra ipſum factæ, & quod in veritate illa verba non fuerunt prolata per ipſum Lazarum, ſed per ipſum Odoricũ. Sunt examinati duo teſtes, qui hoc videntur deponere, videlicet Stephanus notarius & Nicolaus Bonaſtomani, qui videntur hoc probare. Ex quibus omnibus videtur fuiſſe probatum, quod d. Odoricus ſcripſerit in tribus ſupradictis aliter, quam dictũ fuerit. Sed his non obſtantibus teneo, quod non ſit ſufficienter probatum, quod dictus Odoricus ſcripſerit aliter, quam ſibi dictum fuerit, quantum ad hoc, vt potuerit de falſo condemnari.
5 Et pro fundamento præmitto, † quod in cauſa criminali falſitatis, ſicut eſt iſta, de qua quæritur non poteſt quis condemnari ex præſumptionibus, *vt l. abſentem, in princ. & ibi hoc not. gloſſ. ff. de pœnis, quæ allegat ad hoc iura.* Sed requiruntur probationes idoneę & claræ, *vt l. fin. C. de probatio. & l. qui ſententiam, C. de pœnis, cum ſimilib.* Hoc præſuppoſito dico, quod in caſu noſtro cum tractetur de crimine falſitat. & dubitatur, an dictus Odoricus aliter ſcripſerit, quam dictũ fuerit ad finem puniendi ipſum de falſo non ſufficiunt præſumptiones, ſed requiruntur veræ & legitimæ probationes, quæ non interuenerunt, ſi omnia bene conſiderentur. Et quod hoc ſit verum, patet ſequendo ordinem, de quo ſupra. Et primo aſſerta falſitate, quod non ſit probatum, quod ſcriptum fuerit per Odoric. aliter, quàm dictum fuerit. Nam primus teſtis, videlicet Andreas notarius filius D. Melchioris de Facinis, qui clare videtur deponere contra ipſum Odoric. probat, tum quia eſt vnicus & ſingularis, *vt l. iuriſiurand. C. de teſtib. & c. cum dilecti, in fin. de elect. cum ſimilib.* tum etiam, quia non eſt teſtis omni exceptione maior ex eo, quod eſt frater vtrinq; coniunctus Andreæ notarii collegæ dicti Odorici, cuius Andreæ intereſt ratione dictæ varietatis, quia Andreas dicitur ſcripſiſſe vno modo, & Odoricus alio, quia licet dubitetur, an frater admittatur ad teſtificandum pro fratre in cauſa criminali, *vt habetur per Spec. in tit. de teſte, §. 1. verſ.* ſed nunquid frater admittatur contra fratrem, quæ tenet, quod non. *Et per gl. in l. parentes, C. de teſtib.* quæ ſimiliter tenet quod non, quando ſunt in eiuſdẽ poteſtate, & per Bart. *in l. qui teſtamento, §. quicunq., ff. de teſtam. & per Ant. de Butr. in c. cum oportet, de accuſat. & per Doctor. in c. cum R. canonicus, extra de offic. delegat.* qui tenent quod non. Tamen negari non poteſt, quod licet poſſet examinare, tamen non eſt omni exceptione maior, quia tanta fides non eſt adhibenda, quanta adhiberetur alteri, *vt not. Doct. in dictis iuribus.* Nec obſtat quod dici poſſet, quod imo eſt omni exceptione maior & plena fides eſt ei adhibenda. Ex quo fuit ſcriptus per d. Odoric. pro teſte in d. actu, *per gl. not. in auth. de teſti. in §. & licet, quæ incipit: Innuit,*
6 † quę vult, ꝙ etiamſi nõ ſit fide dignus ex quo rogatus eſt ei creditur, facit etiã ad hoc gl. *in l. inuiti, ff. de*

teſtib.

teſtib. & ita tenet Bald. in l. parentes, C. de teſtib. & in l. ad
teſtium, §. 1. ff. de teſtamentu. Quia reſpondetur. quod
illud procedit quando fuit rogatus à cõtrahentibus
vel à teſtatore, ſecus ſi fuit adhibitus per notarium
& ageretur de falſitate ſcripturæ quæ poſſet eſſe cõ-
miſſa vel per notarium qui eum adhibuit in teſtem
vel per collegam ſuum qui ſit frater teſtis, quia tunc
non videtur ipſum approbaſſe, quia non eſt veriſi-
mile quod notarius qui adhibuit eum in teſtem vo-
luerit approbare ipſum pro fide digno contra ſei-
pſum in cauſa falſitatis pro fratre ipſius teſtis nec
videtur renuntiaſſe iuri opponendi contra perſonã
teſtis pro cauſa criminali, de qua ipſe notarius non
7 cogitauit, † quia actus agentiũ non debent opera-
ri vltra intentionem eorum, *l. non omnis in princ. ff. ſi*
cer. pet. Nec videtur renuntiaſſe iuri ꝙ ignorabat ſibi
competere, *l. matr. ff. de inoff. teſta.* Et propterea non
poteſt dici, fuiſſe probatũ aliquid idoneè Odoricũ
ſcripſiſſe aliud quam dictum fuerit. Alij duo teſtes
examinati ſuper d. prima aſſerta falſitate non pro-
bant aliquo modo ꝙ dictus Odoricus ſcripſerit ali-
ter q̃ dictum fuerit, quia cum iſta ſit negatiua & ſint
interrogati ſi potuiſſent partes eligere dictũ Iac. ſu-
per hoc ſi liber erat authenticus necne, & ipſi hoc
neſcirẽt vnus, videlicet Ioanninus notarius de Laſi-
no dicit qđ neſcit, alter vero ſcilic. d. Apeninus dicit
quod poſſet hoc eſſe, quia non fuit præſens quando
d. Iacob. acceſſit ad locum vbi aderant partes prædi-
ctæ, ſequitur quod non probant, *vt habetur per gloſ. in*
auth. de hered. & Falcid. §. ſi vero abſunt, & in l. 1. §. 1. ff. de
itinere actuq; priua. & iurib. ſupra ad hoc alleg. Et licet a-
liter ſcriptum fuerit in ſcriptura quæ dicitur fuiſſe
protocollum ipſius Odorici, quia in ea non conti-
nentur dicta verba, videlicet quod d. Iacobus fuerit
electus de voluntate partium, tamen hoc non no-
cet, quia illa prima ſcriptura nõ fuit vnquam perfe-
cta nec habita pro completa per Odoricũ, quia po-
nit ꝙ multa fuerunt dicta quæ non potuit dictus O-
doricus quando eam ſcripſit immediate cõprehen-
dere, nec in d. ſchedula ſcribere, & ideo poſtea qũ
fuit domi diligentius cogitando omnia quæ dicta &
acta fuerant per partes & de earum voluntate, & il-
lam ſcripturam ſecũdam reputauit & reputat Odo-
ricus ſicut eſt in veritate originale & protocollum
ſuũ, quia ex quo dicta ſchedula prima non contine-
bat perſecte illud quod actum fuerat, quoniã multa
fuerũt dicta tam per partes quam per D. Poteſtatem
quæ non continentur in dicta prima ſchedula, ſic-
ut etiam apparere poteſt ex actis d. Andreæ de Faci-
nis ipſius Odorici, ſequitur quod illa prima ſchedu-
la non fuit verum protocollum ipſius Odorici, *per*
l. ſi is cum ibi not. ff. de teſta. & per l. 4. §. cõdemnatum, cum
ibi no. ff. de re iud. & per conſequens ſecunda ſchedula
quæ dicitur variare ab actis Andreæ prædicti fuit, &
eſt verum protocollum ipſius Odorici, & ſic ceſſat
8 arg. dum dicitur, † ꝙ quãdo ſcriptura differt à pro-
tocollo ſtãdum eſt protocollo, quia vere protocol-
lum dicti Odorici non fuit nec eſt dicta prima ſche-
dula imperfecta, ſed tantum ſecunda. Item licet ali-
ter ſcriptum etiam reperiatur per Andr. notarium
collegam ſuum, tamen per hoc non ſequitur quod
Odoricus ſcripſerit aliter quam dictum fuerit, quia
ita è conuerſo potuiſſet ipſe Andreas aliter ſcripſiſſe
quam dictum fuerit & Odoricus non. Et maxime
cum ipſe Andreas ſit filius Domini Melchioris, qui
nedũ erat procurator Iſaac. pro quo ſcribebat ipſe
Andreas, ſed etiam d. Dominus Melchior eius pa-
ter dictabat ſibi acta vt fatetur d. Andreas, & dictus
Dominus Melchior, vt apparet in actis huius pro-
ceſſus. Et ſic videtur quodammodo fuiſſe procura-
tor & notarius in cauſa ꝙ eſſe non debet, ex quo re-
ſultat maior præſumptio contra ipſum Andream
quam cõtra ipſum Odoricum, & maxime quia ipſe
Andreas eſt iunior, & non expertus in ſcribendo a-
cta, vt paret quia collegium notariorum mandauit
ſibi, ꝙ acta de quibus erat rogatus oſtenderet patri
ſuo vt ea corrigeret adderet & diminueret, prout
inter partes actum intellexerit, & ipſe Odoricus eſt
ętate maior, & per plures annos exercuit artem no-
tariæ, & ideo potius præſumitur eſſe erratũ per An-
9 dre. quam per Odoricum, † quia in dubio ſeniori
magis credendum eſt, *vt eſt glo. & ibi not. in l. cum quid*
ff. ſi cert. pet. & eſt gloſſ. in c. licet ex quadam, extra de teſtib.
& potius credendum eſt peritioribus & magis ex-
pertis in arte ſua, & qui longiori tempore ipſam ex-
ercuit, *per tex. in auth. de iudicib. §. 1.* Ibi experimentis
cauſatum multarum, aut plurimi temporis exerci-
tio, &c. *col. 6. & 61. diſt. c. mira mur. facit c. cum in magi-*
ſtrum, & quod ibi not. extra de elect. Item quia ipſe O-
doricus eſt valde ditior dicto Andr. *argu. l. 3. in princ.*
ff. de teſtibus. Vnde propter ſcripturam dicti Andreæ
non eſt probatus quod Odoricus male ſcripſerit. I-
tem non eſt etiam probatum ex eo quod pater dicti
Odorici & Dominus Ludouicus Grinæus tanquam
procurator dicti Odorici dixerunt Domino Pote-
ſtati Tridenti quod conſiderantes de ipſo Domino
Poteſtate quod ſibi Odorico faciat miſericordiam,
&c. quia dictus pater Odorici & eius aſſertus pro-
curator non potuerunt illa verba proferre in præ-
iudicium dicti Odorici, quia non erant ſui procura-
tores, nec habebant in dicta cauſa aliquod manda-
tum, *vt habetur in l. licet, C. de procur.* Nec dictus Odo-
ricus illum actum ratum habuit. Imo poſtquam ſci-
uit expreſſe diſſenſit & reuocauit vt mihi aſſeritur
in facto. Et ideo ſibi non nocet. Imo plus etiãſi fuiſ-
ſent procuratores in d. cauſa, tamen per dicta non
10 potuiſſent dicto Odorico præiudicare, † quia con-
feſſio expreſſa vel tacita, & quilibet alius actus qui
fit per procuratorem per modum voluntariæ iuriſ-
dictionis non præiudicat domino, *vt l. certum, §. ſed*
an ipſos. ff. de confeſſis, vt not. Cyn. in l. 1. in 14. q. ante fin. C.
de confeſſis, & Bar. & Doct. in d. §. ſed an ipſos. Sed dicta
verba in caſu quo haberent vim cuiuſdã tacitæ con-
feſſionis ſunt prolata per modum voluntariæ iuriſ-
dictionis, quia nemo cogebat eos ad illa verba pro-
ferenda, ergo domino nõ præiudicant. Sed plus di-
co quod illa verba conſiderantes de ipſo Domino
Poteſtate, quod miſericordiam faciat. non probant
tacitam confeſſionem delicti, quia intelliguntur ꝙ
faciat miſericordiam, in quantum ipſe Odor. deli-
quiſſet, *& pro hoc allego gl. not. in c. exhibita. in verbo ve-*
11 *niam poſtulauit, extra de homic.* quæ dicit, † ꝙ ille qui
veniam poſtulat non videtur propter hoc eſſe cul-
pabilis, quia hoc dicitur feciſſe ex benignitate &

humilitate & idem tenet per illam gloſſ. quam dicit
eſſe ſing. Ludo. de Ro. *in l. 1. in princ. ff. de ope. nou. nunt.*
& allegat rationem, quia probationes debent eſſe
luce clariores, *l. ſciant, C. de prob.* & petitio veniæ po-
teſt eſſe gratia humanitatis & humilitatis, *vt dixi.* I-
tem pro hoc facit, *d. l. 1. in prin, & quod ibi not. Iacob. de*
12 *Aret. & Bar. & Doct.* qui dicunt per illum tex. † quod
ſi aliquis confitetur ſe abſolutum ab excommuni-
catione quod propter hoc non videtur confiteri ſe
excõmunicatum, *arg. d. l. 1.* quæ vult quod ſit remiſ-
ſio, licet quis non haberet ius nuntiandi, facit etiam
ad idem quod habetur per Doct. *in l. decem, ff. de verb.*
obl. Nec obſtat ꝙ dixi qui paciſcitur de crimine, &c.
quia illa verba non habent vim pacti ſuper crimine,
vt patet ex prædictis. Item tres alij teſtes poſt inqui-
ſitionem formatam examinati non probant ꝙ O-
doricus ſcripſerit aliter quam dictum ſit, & maxime
magiſter Bartholomæus Barbitonſor qui deponit
quod nunquam Lazarus vincet quæſtionem, &c.
quia iſta verba non probant quod ipſe Odoricus
male ſcripſerit, quia Odoricus, potuit proferre illa
verba non ex eo quod vitiaſſet ſcripturas, ſed ex eo
quod intelligebat vel intelligere credebat quis fo-
ueret iuſtam cauſam. Et ideo cum illa verba potue-
runt eſſe prolata, ita ex bona cauſa ſicut ex mala non
debemus in dubio interpretari mala, & maxime ad
fin. vt dicatur deliquiſſe, *vt l. merito. ff. pro ſoc. cum ſimil.*
Item etiam depoſitio tertij teſtis videl. Federicus de
Paho nõ nocet, dum dicit ꝙ ipſe Odoricus dixit Sa-
lomoni quod ſi vellet ſibi donare vnam diploidem
veluti, quod faceret ipſum Salomonẽ obtinere di-
13 ctam cauſam, † quia ipſe eſt vnicus & ſingularis,
a in hoc dicto. Et ideo non probat, *l. iuriſiur. C. de te-*
ſtib. & in c. cum à nobis extra eod. tit. cum ſim.
14 Item etiam eſt ſuſpectus, † quia eſt fideiuſſor
dicti Iſaac cui non creditur, *vt habetur per Ant. de But.*
in c. ſuper eod. extra de teſtibus, etiam Ioan. Andr. in addit.
Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſic. ſed nunquid fideiuſſor, & ha-
betur in l. ſi cui. §. ſin. ff. de leg. 1. Item propter contuma-
ciam ipſius Odorici caſu quo fuiſſet contumax non
debemus dicere quod ipſe falſum commiſerit, quia
licet contumacia inducat aliqualem præſumptio-
nem contra contumacem, tamen non ſufficit ad
probandum delictum, quia de iure communi con-
tumax in criminalibus non habetur pro confeſſo,
vt not. Bart. in l. abſentem, in princ. ff. de pœn. & Bald. in l. 1.
15 *C. de pœn. iud. qui ma. ind.* qui dicit, † ꝙ contumacia
non habetur pro probatione. Et ex iſtis concluditur
quod non eſt ſufficienter probatum quod d. Odo-
ricus in prima aſſerta falſitate ſcripſerit aliter quam
dictum fuerit, nec in dubio ſtante bona fama ipſius
Odorici qui nunquam ſimilia commiſit, præſumi-
tur quod male ſcripſerit, *arg. l. qui ſemiſſes, §. fin. ff. de v-*
ſuris, & l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. cum ſimil.
Similiter ſuper ſecunda aſſerta falſitate nõ eſt pro-
batum contra d. Odoricũ, niſi per vnum teſtem, vi-
delicet Chriſtophorum de Molueno qui dicit quod
fuit facta relatio ipſi Odorico, prout in actis Andreæ
notarij continetur cui teſti non eſt fides adhibenda,
quia eſt vnicus & ſingularis, *vt l. iuriſiurandi, C. de te-*
ſtibus cum ſimil. nec poteſt dici quod aliter ſcripſerit
quam dictũ fuerit, quia non erat præſens quando il-
le actus fideiuſſionis fuit celebratus in ſui abſentia,
ſed ſolum ſcripſit quod ſibi per Andream prædi-
ctum relatum fuit, quod autem Andreas ſibi retu-
lerit prout in actis continetur non eſt ſufficienter
probatum, vt patet ex prędictis; ergo, &c. Super ter-
tia aſſerta falſitate non eſt probatum aliquid contra
Odoricum prædictum, quia licet duo teſtes depo-
nant quod illa verba, quod Lazarus non conſentie-
bat, fuerunt prolata per ipſum Odoricum, tamen
16 propter hoc non videtur falſum ſcripſiſſe, † quia
ex quo dicta verba fuerunt per ipſum ꝓlata præſen-
te Lazaro & nõ contradicẽte, videtur ipſe Lazarus
conſentire & velle id quod in dicta reſponſione di-
xerat, *vt l. 1. cum ibi not. per Bart. & Doct. C. de rela.* Et id-
eo Odoricus potuit ſcribere quod dictus Lazarus
non conſentiebat dictæ productioni. Et ſic apparet
quod etiam in aliis duabus aſſertis falſitatibus non
ſcripſit aliter quam dictum fuerit. Circa ſecundum
dubium, videl. poſito quod ſit probatum ꝙ d. Odo-
ricus ſcripſerit aliter quam dictum ſit per partes, an
propter hoc videatur ſcripſiſſe aliter quam partes
voluerint. Et videtur prima facie dicendum quod
17 ſic, † quia partes in dubio videntur voluiſſe illud
quod dixerunt, *vt l. Labeo. §. item Tubero. ff. de ſupp. lega.*
& ideo ſi aliter ſcriptum reperitur, videtur ſcriptum
aliter quam partes voluerint. Ego tamen puto con-
trarium eſſe verius de iure. Et pro intelligentia pri-
mæ falſitatis obiectæ præmitto quod dictus Iacob.
Hebræus fuit electus de volũtate partium ſine du-
bio ad videndum duo. Primum ſi in libro produ-
cto erant poſtea facientes pro Lazaro. Secundum ſi
dictus liber erat ordinatus in diebus, & milleſimis.
Et in hoc cõcordant acta ſcripturæ Odorici & And.
notariorum. Item fuit commiſſum dicto Iacob. ꝙ
deberet videre ſi dictus liber productus erat authẽ-
ticus necne, & in hoc etiam conueniunt acta vtriuſ-
que notarij. Sed in hoc tantum videntur diſcrepare
dicta acta, quia in actis Andreæ dicitur quod D. Po-
teſtas dixit dicto Iacob. quod deberet videre ſi di-
ctus liber erat authenticus, & in actis Odorici dici-
tur quod de partium voluntate fuit vocatus, vt vi-
deret ſi dictus liber erat authenticus. Quæ veritas
licet videatur eſſe in verbis, tamen quantum ad ſen-
ſum nulla eſt veritas, ſed idem dicunt, quia ex quo
D. Poteſtas dixit dicta verba Iaco. vt videret ſi ille li-
ber erat authenticus, nec partibus præſentibus, &
non contradicentibus ipſæ partes videntur conſen-
ſiſſe, *vt l. 1. cum ibi not. C. de rela.* Et ſic dicitur de eorum
voluntate commiſſum. Et propterea illa acta vt dixi
non contradicunt adinuicem, quia dum in actis O-
dorici dicitur ꝙ Iac. de voluntate partiũ fuit electus
ad videndum ſi liber erat authenticus, &c. Intelligi-
tur de voluntate tacita. Ex quo ipſę partes non con-
tradixerunt vt dixi. Et ſic nõ contradicit, iſto modo
intelligendo, ſcripturę Andreæ notarii, imo cum ea
concordat, licet quo ad ſonũ verborum variare vñr,
vt in c. nihil ob. cum ibi not. extra de verb. ſig. Et quod iſto
modo d. verba Odorici ita debent intelligi ne vide-
antur diſcrepare ab actis Odorici collegæ ſui, & ne
ipſe Odoricus in falſum incidat probatur, *per gl. not.*
18 *in l. iuriſg. §. quod fere, ff. de pact.* quæ allegatur † quod
ſcriptura nũquam præſumitur falſa, ſi põt eſſe vera,
quia

quia aliquo modo iuuari poſſit, quia non dicitut
falſum quod aliquo modo iuuari poteſt, *vt no.in c.ſi
forte.de elec.lib.6.Et per hoc facit optime tex.& quod ibi no.
Bart. & Doct.in l.1. in princ.ff.de no.ope.nunt.* vbi dicunt
qnod verba teſtis debent ita intelligi vt non incidat
in falſum, *& ibi Lu. Ro. producit plura exempla. & habe-
betur per Bar.& Doct.in l.2. §.creditum. ff.ſi cert.pet.& in
l.inſula. §.1.ff.ſol.matr. & per Cano. in c.cum in.extra de
teſtib.& in c.cum contingat.de off.deleg.cuius ſimil.* Et ideo
cum in caſu noſtro agatur de crimine falſi, & pro-
batio debeat de neceſſitate concludere, *vt dicit Bald.
in d.l.iuriſgen.§.quod fere.ff.de pact.per gl.quæ eſt ibi.& no.
per Doct.in l.nec exemplum. C.de falſis,* ſequitur quod d.
Odoricus non debet dici falſum ſcripſiſſe, & ſic ali-
ter quam partes ſenſerint, ex quo dicta verba ſui a-
ctus, vide. quod Iaco. fuit electus de voluntate par-
tium ad videndum ſi liber erat authent. poſſent ſal-
uari quod intelligantur de voluntate partium, ſcil.
tacita. Et ſic de neceſſitate non concluditur quod
19 falſum ſcripſerit, maxime † cum tacitum & expreſ-
ſum tegulariter æquiparentur, *vt l.cum quid.ff.ſi cert.
pet.* Et pro hoc allego tex. cũ gl. in verbo expreſſum,
20 *in l.prætor.§.1.ff.de noui ope. nun.* † vbi habetur quod
expreſſum dicitur etiam illnd quod verbis non ex-
ptimitur, ſed tacite comprehenditor, & *ibi hoc etiam
no.Bar.Et habetur per eundem in l.1.2.co.ff.de vulg.& pup.*
Nec prædictis obſt. dicta trium teſtium examina-
torum ante inquiſitionem formatam, qui dicuntur
dixiſſe contrarium, quia ſi bene conſideremus nul-
lo modo contradicunt. Nam primus videl. Anto-
nius notarius de Facinis, dicit ꝙ non audiuit à parti-
bus prædictis ſeu aliqua earum quod per ipſas par-
tes fuerit ininnctum prædicto Iacobo, vt videret ſi
dictus liber erat anthent. nec ne, & verum dicit prę-
ſupponendo, ꝙ illa ininnctio fuerit facta per domi-
num Poteſtatem, ſed nõ contradicit actui Odorici,
in quo dicitur quod fuit electus de voluntate parti-
21 um, † qnia poteſt eſſe quod partes in hoc nihil di-
xerint & tamen fuerit de voluntate earum, ſcil. taci-
ta. Ex qoo præſentes fuetunt in iudicio & non con-
tradixerunt, *per no.in l.1.C.de relat.cum ſim.* Et eodem
modo reſpondetur ad id quod poſtea idem teſtis di-
cit interrogarus ſi partes prædictæ potuiſſent elige-
re dictum Iacob. etiam ad videndum, ſi dictus liber
erat authent. quin ipſe teſtis nõ vidiſſet, qui reſpon-
dit ꝙ non, quia interrogatio ſibi facta & reſponſio
ſua intelligi debet quod partes non elegerunt dictũ
Iacob. expreſſe ex eo quia ipſæ partes verba non ꝓ-
tulerunt, nõ tamen negat ipſe teſtis, quin dictus Ia-
cob. fuerit electus de voluntate partium, ſcil. tacita,
& quod verba fuerint prolata per dominum Pote-
ſtatem, ſicnt in actis Andreæ notarii collegæ dicti
Odorici continetur. Eodem modo etiam reſpon-
detur ad dictum Ioannini notarii de Laſino qui di-
cit non audiuiſſe ꝙ de partium voluntate fuerit ele-
ctus, quia debet intelligi non audiuiſſe, ſcil. à parti-
bus. Et ita etiam reſpondetur ad dictum D. Apruini
Iuriſperiti, qui interrogatus, an prædictus Iaco. fue-
rit electus ad videndum, &c. Qui reſpondit nihil
ſcire nec recordari ſe audiuiſſe aliqua de prædictis,
quoniam debet intelligi interrogatio & reſponſio
quod non audiuit partes dicentes quod eligebant
dictum Iaco. ad videndum, &c. Non tenet negat, ꝙ
non fuerit electus de partium voluntate tacita, vt
ſupradictum eſt. Et ex iſtis concludo circa primam
falſitatem obiectam Odorico, quod dictus Odori-
cus in effectu ſcripſit illud ꝙ partes voluerunt, nec
dicitur falſum cnmmiſiſſe. Circa ſecundam falſita-
rem obiectam ipſi Odorico non inſiſto, quia noo
eſt ꝓbata, vt ſupra dixi. Nam quando Lazarus præ-
ſentauit Ramengum pto fideiuſſore ipſe Odoricus
non erat pręſens vt deponit Chriſtophorus de Mol-
ueno, & illud quod ſcripſit, ſcripſit ex relatione fa-
cta per dictũ Andream notarium collegam ſuum.
Quomodo aũt ſibi retulerit noo conſtat niſi per di-
ctum dicti Chriſtophori, cui non eſt fides adhiben-
da, quia vnicus eſt, *vt ſupra dixi, per l.iuriſiurandi. C.de
teſt.cum ſim.* & idem non poteſt dici ꝙ aliter ſcripſe-
rit quam ſibi dictum fuerit, ex quo non eſt proba-
tum, *l.duo ſunt Titii.ff.de teſta.tut.* & maxime in crimi-
22 ne falſi de quo agit † in quo ꝓbationes debent eſſe
claræ, *l.fi.C.de prob.* & debent de neceſſitate conclu-
dere, *vt ſupra dixi, per no.in l.iuriſgen. §. quod fere.ff. de
pact.* Circa tertiam falſitatem obiectã ipſi Odorico
etiam non eſt multum inſiſtendum, quia licet ipſe
Odoricus ꝓtulerit d.verba, videl. Lazarus non con-
ſentit, &c. tamen potuerit ſcribere quod d. Lazarus
non conſenſit hoc modo, videl. præſente Lazaro &
non conſentiente, quia ex quo dictus Odoricus ꝓ-
tulit dicta verba nomine dicti Lazari, ipſo Lazato
præſente & non contradicente videtur conſenſiſſe
dictæ ꝓlationi verbotum, *per no. in d. l.1. C.de rela.* &
ſic potuit Odoricus ſcribere præſente Lazaro & nõ
conſentiente, quia per hoc non dicitur ſcripſiſſe a-
liqnid contra voluntarem ipſius Lazari, ſed potius
ſecundum eius voluntatẽ. Circa tertium & vlti. dub.
videl. poſito quod d. Odoricus ſcripſiſſet aliter quã
partes dixerunt & voluernnt, an ꝓpter hoc dici de-
beat ipſum falſum commiſiſſe, ita quod de falſo pu-
23 niri potuerit. Et videtur ꝙ ſic, † quia falſum nihil
aliud eſt q̄ mutatio veritatis, *vt in auth. de fide inſtr. in
princ.col.6. & not. Azo in ſumma de falſis. in princ.col.27.
& habetur per Cyn.& Doct.in l.nec exemplum, C.de falſis.*
Sed ſi ſcripſit aliter q̄ dictum fuerit & q̄ partes vo-
luerint mutauit veritatẽ, ergo falſum videtur com-
24 miſiſſe. † Tamen contrarium verius eſt de iure &
ꝓ fundamento huius deciſionis ſciendum eſt quod
duob. modis falſum poteſt cõmitti, vno modo cum
dolo, alio modo ſine dolo, *vt not.per Cyn.& Doct.in l.
nec exemplum. C.de falſis. &* ibi in hoc not. per gl. quæ
dicit quod falſum ſine dolo non committitur, & ibi
hoc etiam not. Cyn. & Doct. Sed d. Odoricus caſu
quo ſcripſiſſet aliter q̄ partes dixerint & voluerint
non ſcripſit doloſe, vt ſtatim oſtendam, ergo non
potuit nec poteſt de falſo puniri. Quod aũt in dolo
non fuerit, ſed potius per errotẽ ita ſcripſerit ꝓbari
25 põt multis modis. † Et primo quia in dubio, quan-
do notarius ſcribit aliter, quam dictum fuerit, vel a-
liquid omiſit præſumitur potius id per errorem fe-
ciſſe quam per dolum, vt probatur, *in l.pen. in fin.* ibi
inquam, credo te magis errore quam malitia inci-
diſſe, *C.de his qui ſibi aſſcribunt in teſtam.& probatur in l.
quoties.§.1.ff.de hered.inſtit.* & ibi hoc not. Bart. qui di-
cit per illum tex. quod ſi aliter ſcriptum fuerit quam

dictū reperiatur quod præſumitur errore ſcriptum,
& ideo dicit quod eſt argumentum ad excuſatio-
nem notarij, vt ſi vnum fuit dictum per contrahen-
tes, vel per ipſum notarium dum verba contractus
dicebantur. Et aliter reperiatur ſcriptum non præ-
mitur factum falſo ſed errore, & idem tenet Bald. in
d. §. 1. & Angel. de Aret. in l. 1. in princ. ff. de appel. & in ſuo
tract. maleſic. in gl. in verbo falſario, & Bald. in l. ſi pater. C.
de hared. inſtit. qui dicit quod dubio error præſumi-
tur. Item pro hoc optime facit lex merito. ff. pro ſoc.
26 quæ vult † quod quoties poteſt capi coniectura φ
quis deliquerit & non deliquerit in dubio debe-
mus capere illam coniecturam, vt non videatur de-
liquiſſe, facit etiam ad hoc, quod nota. Bartol. in l.
gerit. in quarta quæſtio. princip. circa princip. ff. de acqui-
27 rend. hæredit. † vbi dicit, quod in dubio actus de-
bet præſumi quod inducat talem additionem per
quam non incidat in delictum, per d. l. merito. Item
pro hoc facit quod not. dixit Bald. in l. 1. C. de ſacroſan.
Eccleſ. qui dixit, quod quoties vnum verbum poteſt
importare falſitatem & non falſitatem debemus fa-
cere coniecturam, quod non importat falſitatē. Et
ratio huius quare magis error præſumitur quā do-
lus poteſt eſſe vltra præſumptionē iuris cōis & ma-
xime circa varietatem electionis factæ de dicto Iac.
Hebræo, quia quia dictus Odoricus non ſcripſit a-
ctum ſuum eo tempore, quo celebratus fuit, ſed
poſt, & ideo potuit non recordari præciſe de verbis
prolatis per partes quia memoria hominū labilis eſt
l. pereg. in prin. de acqui. poſſ. Et maxime, quia plura fue-
runt verba tunc prolata, vt apparet ex illo actu, ex
29 quibus poteſt dici quod potuerit errare † quia qn̄
factum eſt implicitum etiam in facto proprio præ-
ſumitur ignorantia. vt l. emptor. §. Lucius, ff. de pact. &
l. cum fideicommiſſum, ff. de confeſſ. ſecundum Bart. in l. non
fatetur. eod. tit. & in l. ſi res obligata in prin. ff. de leg. 1. Et
præſertim cum hic tractetur de damno euitando
30 ipſius Odorici ne puniatur pœna falſi, † quia quan-
do tractatur de damno euitādo etiam in facto pro-
prio licitum eſt errare, vt eſt text. cum gloſſ. & ibi Doct.
in l. ſed ſi me præſente, §. cum inter. ff. de condit. in de. & not.
Bart. in l. cum falſum. ff. de acquir. hæred. Item eſt alia ra-
tio, quia ipſe Odoricus errauit ſiue errare potuit
nedum in errore facti, ſed etiam in errore iuris, quia
potuit credere in prima falſitate ſibi obiecta quod
de conſenſu partium d. Iacob. fuerit electus, licet
partes hoc non intellexiſſent nec voluiſſent. Et eo-
dem modo in tertia falſitate ſibi obiecta potuit cre-
dere, quod Lazarus nō conſenſerit productioni fa-
ctæ, licet ipſe Lazarus nihil dixerit. & talis error iu-
ris ſi error dici poteſt haberet excuſare ipſum Odo-
ricum à dolo, quia quoties quis mouetur ad aliquid
faciendum propter aliquam cauſam ſiue iuſtam ſi-
ue etiam iniuſtā non dicitur eſſe in dolo, vt eſt caſus
not. in l. igitur, §. 1. ff. de lib. cauſa, ibi & generaliter dicen-
dum eſt, &c. Et not. gl. in l. plagij 2. in verbo iuſta in prin. C.
ad l. Fla. de plagi. & gl. fin. in princ. in l. 1. in fin. ff. de abige.
Et licet regulariter iuris error non excuſet, vt l. 2. &
l. error. & l. regula. in prin. ff. de iur. & fact. ignor. & l. 2. C.
31 eod. tit. cum ſimilib. † tamen vbi de dolo agitur ſicut
eſt in caſu noſtro quælibet ignorantia etiam iuris
excuſat, vt d. l. igitur. §. 1. & not. gl. notab. in d. l. plagij. 2. Et
gl. fin. in d. l. 1. in fi. ff. de abigeis, & gl. in c. fin. per illum tex. in
tit. de lege Corrad. in vſibus feud. Et ſi dicatur, ergo in o-
mni maleficio in quo requiritur dolus nunquam a-
liquis punietur quia ſemper quis ſe excuſabit dicē-
do φ hoc fecit errādo in iure, quod videtur eſſe ab-
ſurdum. Ad quod reſpondetur ſecundum Ang. in d.
l. plagij. φ aliquando quis facit illicitū & prohibitum
iure naturæ, puta furatur occidit infert iniuriam vel
iniuriam ſimilē facit, & tunc iuris ignorantia non
excuſat etiā propter militiam ruſticitatē vel ſexum,
vt l. venia. & ibi gl. C. de in ius voc. quia dicitur error iu-
ris naturalis vel quaſi naturalis in quo nemo excu-
ſatur, vt vult ibi gl. & not. etiam gl. in l. fi. §. licet, ff. de pub.
& gl. fi. in l. error. & in l. reg. ff. de iur. & facti ign. & gl. ma-
gna in l. ſi quis in tantum in 2. q. C. vnde vi. & glo. in c. cum
illorum, ad finem, in verbo imperitiam, de ſent. excom. & i-
ſte non eſt caſus noſter, quia hic non tractatur de
errore in iure naturali vel quaſi.

Aliquando quis facit actum illicitum ſolum de
iure communi, & tunc aut eſt certum, quod erra-
uit, id eſt, per errorem illud illicitum cōmiſit, & tūc
excuſatur propter talem ignorantiam & errorem,
32 † quia licet ignorantia iuris ſit lata culpa, vt l. late,
ff. de verb. ſign. tamen illa culpa non æquiparatur do-
lo, ex quo dolus requiritur, vt l. ſi quis id quod, §. dolo. ff.
de iuriſd. omn. iud. & in l. lege Corn. ff. ad l. Corn. de ſicar. &
probatur per gloſſ. ordin. in l. ſi quis in tantum. in 8. quæſt. 1.
partis, C. vnde vi. & hoc tenet Angel. in d. l. plagij. & Bar-
tol. in l. 1. ff. ſi quis teſtamen. liber. eſſe iuſſ. fuer. Et probatur
in d. l. igitur, §. 1. ff. de libera cauſa cum aliis ſimilibus ſu-
pra ad hoc allegatis. Aut eſt certum, quod non errauit,
ſed fuit in dolo, & iſte caſus non habet dubitatio-
nem. Aut dubitatur an errauerit in iure vel non, &
tunc in dubio præſumitur fuiſſe in dolo niſi in con-
trarium probetur, videlicet quod ipſe errauerit in
iure ſecundum Angel. in dicta l. plagij qui dicit quod
hoc fuit de mente Iacob. Butri. in l. prima, Cod. ad l. Cornel.
de ſicar. Qualiter autem probari poterit iſte error,
& ſic quod ipſe Odoricus errore iuris ductus hoc
33 fecerit & non per dolum † cum conſcientia ho-
minis ſoli Deo nota ſit, vt habetur per gloſſ. inſtitut. de
actio. §. alien. dicit Angel. in dict. l. plagij, quod hoc con-
ſtare poterit per ſuum iuramentum purgationis,
per l. Marcellus. ff. rerum amo. & l. præſenti. Cod. de his qui
ad Eccleſ. confug. & c. 1. de purgat. canon. coniunctis aliis ve-
riſimilibus coniecturis. Et ideo cum in caſu noſtro di-
catur quod dictus Odoricus ſcripſerit aliter quam
dictum fuerit, & illud quod ſcripſerit potuerit eſſe
per errorem nedum facti ſed etiam iuris, & ſumus
in dubio, dicendum eſt φ in hoc ſit ſtandum iura-
mento ſuo purgationis, ex quo cōcurrunt veriſimi-
les coniecturæ quod potius errauerit q̄ in dolo fue-
rit. Prima cōiectura eſt, quia in dubio notarius ſcri-
bendo aliter quam dictū fuerit præſumitur potius
feciſſe per errorem quam per dolum, maxime quia
agitur de damno euitando, vt ſupra dictum eſt. Se-
cunda coniectura eſt, quia teſtes examinati cōtra di-
ctum Odoricum fuerunt examinati ſuper errore &
non ſuper falſitate, vt apparet ex atteſtatione Anto.
notarii de Facinis circa principium, ibi dum dicitur
in quo actu reperitur varietas ſeu error per ſcriptu-
ras prædictorum notariorum, &c.

Tertia coniectura eſt, quia D. Poteſtas fecit cita-
re dictum Odoricum ſuper dictis varietatibus, & ſic
appellat varietates & non dolum vt apparet ex cō-
miſſione dictæ citationis in pluribus eius partib.
Quarta coniectura eſt, quia vnus teſtis, videl. egre-
gius iurſperitus d. Aptunius dicit prædictam varie-
tatem fuiſſe errorem & non dolum, vt patet in fine
ſuæ atteſtationis, ibi dum dicitur & multum con-
triſtatur de errore prædicto inter ipſos notarios,
&c. Quinta coniectura eſt & optima, videl. qualitas
34 perſonæ ipſius Odorici. † qui fuit ſemper bonus
& legalis notarius. Et propterea in dubio præſumi-
b tur potius in eo fuiſſe errorem quam dolum, *b* & i-
ſta ſola præſumptio ſufficeret, *vt dicit ſingulariter Bal.
in l. quoties. §. 1. ff. de hære. inſtit.* qui dicit in hoc ponde-
randam eſſe qualitatem perſonæ. Nam ſi alias no-
tarius fuit bonus præſumitur error, ſi malus præſu-
mitur quod falſum ſcripſerit, *vt no. in l. ſi quis ex argen-
tariis. §. 2. ff. de edendo. & C. de proba. l. iubemus, & l. non o-
35 mnis. §. à barbarius. ff. de re milit.* † Et ideo cum in caſu
noſtro concurrat iſta præſumptio bonitatis & lega-
litatis & etiam aliæ quatuor coniecturæ, dico quod
ſtandum erit iuramento ſuo purgationis. Et ſi iura-
uerit ſe dolum non commiſiſſe, ſtandum erit iura-
mento ſuo. Imo plus etiam ſine iuramento. In du-
bio ſtantibus dictis coniecturis præſumendum eſt
quod doloſe non ſcripſerit, ſed potius per errorem
facti vel iuris qui habet eum accuſare à dolo & ſic à
falſo, & propterea de iure non potuit nec pōt con-
demnari de falſo ſicut condemnatus eſt. Nec etiam
potuit condemnari attenta forma ſtatutorum Tri-
denti quia ſtatutū Tridenti, ꝙ loquitur de tabellio-
36 nibus qui fecerunt aliqua falſa inſtrumenta. † quod
intelligitur etiam de actis, *vt plenè no. Bart. in l. in frau-
dem. §. neq; inſtrumenta. ff. de iure fiſ.* intelligitur de faci-
entibus doloſe, *vt habetur in l. nec exemplum C. de fal.
& ſupra dixi*, & patet etiam ex eius rubrica in qua di-
citur de tabellionibus qui ſcienter vel fraudulenter
fecerint aliqua falſa inſtrumenta. Imo plus D. Pote-
ſtas condemnauit dictū Odoricum, etiamſi falſum
commiſiſſet, quod quando minime verum eſt con-
tra formam ſtatuti Tridenti. Nam condemnauit eū
in 40. lib. quas ſi non ſolueret infra terminum vnius
menſis à die prolationis ſententiæ, quod ſibi dexte-
ra manus debeat amputari, quia ſtatutum non valet
quod debeat manus dextera amputari, niſi in caſu
37 quo ſoluere non potuerit. † quæ verba intelligun-
tur ſi idoneus non fuerit ad ſoluendum, vt ꝓbatur,
in l. ſtatu libero, §. ſi quis ſic acceperit. ff. de fideicom. libert.
Sed dictus Odoricus erat & eſt idoneus ad ſoluen-
dum dictas quadringentas libras quia pater ſuus eſt
valde diues & in eius eſt poteſtate, & ſic ꝓpter bona
patris præſumitur eſſe idoneus ad ſoluendum, *arg.
gl. notab. in l. 2. C. qui ætate ſe excuſant. lib. 10.* Et pro hoc
facit quod no. Bar. *in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſ. lib.
38 11.* vbi dicit, † quod æſtimum patris prodeſt filio per
illum tex. & Ang. *in l. fin. C. de impub. & ali. ſubſti. & Bal.
in l. non plures. C. de ſacroſ. Eccle. & in l. 1. §. domini. ff. ad
Sylla. & in addi. Spe. in tit. de cenſibus.*

Et ideo non debuit eum condemnare ſi non ſol-
uerit infra menſem in amputatione manus. Sed in
caſu quo falſum commiſiſſet debuiſſet eum conde-
mnare in 300. lib. quas ſi ſoluere non poterit quod
debeat ſibi manus amputari. Vnde ex prædictis o-
mnibus concludo quod ex proceſſu agitato contra
dictum Odoricum ſuper dictis aſſertis falſitatibus
non eſt probatum quod ipſe falſum commiſerit, &
ideo non debuit nec debet de falſo cōdemnari, ſed
potius abſolui à dicta inquiſitione de falſo contra
eum formata etiam ipſo abſente & non comparen-
te, *per l. ſi non defendantur. ff. de pœnis*, & quod non iu-
ridice condemnatus eſt in amiſſione manus ſicut
condemnatus eſt.

ADDITIONES.

a Singularis] *Vide ad hoc Ludou. de Rom. in conſ. 255. Do. Barth. Soci. in conſ. 253. incip. In cauſa domini Ioannis. verſ. præterea ille, in 2. vol. char. 151. D. Alex. in conſ. 114. in 2. vol. & in conſ. 3. in 4. vol. & Bart. in l. 2. §. ſi dubite-tur. quemad. teſtam. aper. Bald. in l. apud antiquos. C. de furt. Doctor. in l. actor. C. de probat.*

b Quam dolum] *Adde D. Alex. de Imol. in conſ. 27. in 2. vol. & in l. ſi quis obrepſerit. de fal. & in l. iubemus. C. de teſta. Paul. de Caſt. in l. in errore. C. de teſtam. Doct. in l. ſi librarius. de reg. iur.*

CONSIL. XXII.

SVMMARIA.

1 *Notarius quando ſcribit, partes ſigillaſſe inſtrumentum ſi ſigillatum non reperiatur, an falſum præſumatur, ita quod ipſum vitietur, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Falſitas nihil aliud eſt quam veritatis mutatio.*

3 *Notarius non debet aſſerere illud, quod per partes factum non eſt, & ſi affirmat, falſum committit*

4 *Inſtrumentum habens ſolemnia, quæ in eo requiruntur bonum præſumitur.*

5 *Notarius ſi legalis fuerit, pro ipſo præſumendum eſt.*

6 *Titulum ſi quiſpiam in vna re habeat, & in poſſeſſione reperiatur; illius tituli vigore in poſſeſſione eſſe præſumitur.*

7 *Fratres duo vel ſocii ſi fuerint, qui longo tempore res diuiſas tenuerunt, & vnus ſolus onera ſubiit, ac ſolus commoda ſenſit, etiam ſine inſtrumentis diuiſio eſſet facta præſumitur.*

8 *Ius vel cauſa quando patientiam præcedit, & ipſa patientia longo tempore fuerit, diuiſionem factam fuiſſe præſumitur.*

9 *Teſtis vnius dicto credendum eſt ſi dubitetur, an notarius ſcripſerit aliquod inſtrumentum, vel de forma in eo contenta rogatus fuerit.*

10 *Factum cum ſit antiquum, & teſtes ſint mortui, propter probationis difficultatem pro eo, qui poſſidet, facile præſumitur.*

11 *Inſtrumento ſuſcepto, ſi non contradicatur, an ipſum inſtrumentum approbare videatur.*

12 *Falſitas multis modis capitur.*

13 *Sigillorum de natura eſt, vt in fine ſcripturæ apponantur.*

14 *In ſimili dicitur quando quis confitetur ſe habuiſſe pecuniam, & quando quis fecit ſpem futuræ numerationis.*

15 *Confiteatur ſi quiſpiam ſe habuiſſe pecuniam, aliquando illa confeſſio ſpe futuræ numerationis facta eſſe dicitur.*

16 Notarius uou debet dicere pecuuiam fuiſſe unmeratam, uiſi in præſenti pecunia fuerit.

17 Iuſtrumentnm, quando aliqua diſtinctione uel interpretatioue iuuari poteſt, falſum dici non debet.

18 Verbum unum, quoties poteſt importare falſitatem & nou falſitatem, coniectura fit, quod uou falſitatem importet

19 Verba interpretari debent, vt ſecuudum ſubiectam materiam intelligantur.

20 Præſens aliquando etiam pro futuro ponitur.

21 Ciuitate in alqua ſi tres moneta conſeruatores fuerint, & quando fiunt ſolutiones in communi, conſueuit notarius apponere nomina omuinm trium, licet vnus abſens fuerit, conſuetudo excuſat.

22 Verba uotarij in inſtrumento appoſita cum partibus uou uocoant, uec nocere poſſint, an excuſent.

23 Vtile per inutile non vitiatur.

24 Inſtrumentum non vitiatur, ſi ſigilla appoſita corrumpantur.

25 Contractus quo ad formam, conſuetudo loci, in quo celebratur, inſpicitur.

26 Coutractus in dubio perfectus præſumitur, ex quo per uotarium ſtipulatus fuerit.

27 Copula, &, repetit qualitatem in præcedenti appoſitam.

1 IN CHRISTI nomine † Conſultationis caſus eſt in hæc verba. Duo fratres nobiles habẽtes caſtella cum iuriſdictionibus indiuiſa, & quędam bona patrimonialia diuiſa, quædam indiuiſa emerunt ſeparatim certa bona immobilia, videlicet quilibet eorum pro ſe & ſuis hæredibus & non pro altero fratre. Poſtea communi concordia peruenerunt ad huiuſmodi conuentionem ſolemni ſtipulatione contractam, & manu publici & authentici notarij ſcriptam & in publicam formam redactam, videlicet quod bona empta per ipſos fratres ſeparatim eſſent ementis tantum & ſuorum hæredum & non alterius fratris, & ſi aliqua ipſorum vellet emere teneatur conuocare alterum fratrem, &c. & ſi non vult partẽ ſuam exburſare quod ille qui non vult exburſare nullum ius habeat in re empta, & ꝙ bona in futurum acquirenda per ipſos fratres ſint acquirentis ſeu ementis & non alterius fratris prout patet latius publico inſtrumento ſcripto de anno M. C C C C. X X X I I. manu Bartholomæi quondã Ser Odorici notarij qui in fine dicti inſtrumenti ſubſcriptionem ita conſcripſit. Ego Bartholomæus quõdam Ser Odorici notarij de Pauilo habitator Eleſij publicus imperiali auctoritate notarius prædictis omnibus interfui & rogatus pro hec ſcripſi. Et ad maius robur & firmitatem omniũ præmiſſorum prædicta omnia ſigillis præfatorum Dominorum Antonij & Sigiſmundi cõſuetis ſunt corroborata & ſigillata. Poſtea dicti fratres emerunt bona immobilia ſeparatim quilibet pro ſe & ſuis hæredibus & vnus ipſorum fecit plures emptiones, & inſtrumenta ſunt confecta pro ſe & hæredibus ſuis. Nunc vero filij dictorum fratrum ſunt in altercatione, quoniam filius alterius fratris petit partem bonorum emptorum per patrem ſuum cuius filij dicunt ſe non teneri ad communionem illorum vigore prædicti inſtrumenti, quia fuerunt empta à patre ſuo pro ſe tantum & hæredibus ſuis. Contra quod inſtrumentũ opponitur ei fidem non eſſe adhibendam, quia non eſt verum ꝙ dicti fratres in eo inſtrumento impoſuerint vnq̃ ſua ſigilla prout ipſe notarius atteſtatur. Ex quo quæritur quid iuris an. l. illi inſtrumento ſit fides adhibenda vel nõ illa ratione, quia dicta ſigilla nunquam fuerunt appoſita in dicto inſtrumento.

In Chriſti nomine ac inuocata Spiritus ſancti gratia. In præſenti cõſultatione videtur prima facie dicendum illi inſtrumento tanq̃ falſo nullam fidem
2 eſſe adhibẽdam. † Nam falſitas nihil aliud eſt quam mutatio veritatis, *vt dicit tex. in auth. de fide inſtr. in pri. col. 6.* ſed in dicto inſtrumento fuit mutata veritas, quia notarius atteſtatur, & ſigilla partium fuerunt in inſtrumento appoſita ꝙ minime verũ eſt. Et ideo cum illa parte ſit falſum quæ concernit totũ inſtrumentum dum dicitur & ad maius robor & firmitatem omnem præmiſſorũ, &c. Videtur, ꝙ nullam fidem facere debeat per no. per Inno. & Doct. *in c. fraternitatis extra de har. col. 6. & per Doct. in l. ſi ex falſis. C. de tranſa. cum ſim. & pro hoc facit gl. in l. ex pretio. C. ſi cer. pet. & in l. ſi ex cautione, cum ibi not. C. de non nu. pec.* vbi
3 habetur, † ꝙ notarius nõ debet aſſerere illud quod per partes factum nõ eſt, & ſi affirmat falſum, committit, ſed debet dicere ita fuiſſe per partes aſſertũ, *pro hoc etiam c. ad hæc ſumus, in prin.* ibi tales vt aſſerũt, *extra de reſcrip.* Præterea in quantũ non poſſet opponi dicto inſtrumento vitium falſitatis, tamẽ videtur ꝙ ex alia ratione nõ ſit ei fides adhibenda, quia non videtur fuiſſe contractus perfectus, nam ex quo vt dicit notarius partes appoſuerunt ſigilla ſua & non ſuor appoſita, non videntur partes habuiſſe ipſum contractum pro perfecto & abſoluto, *argu. l. contractus, cum ibi not. per Cyn. Bald. & Doct. de fid. inſtr.* & quia rogatus inſtrumenti imperfectus non facit fidem. *vt l. Lucius, in prin. & ibi hoc not. Bald. & Aug. ff. de teſtam. milit.* Sed profecto his non obſtantibus, viſo dicto inſtrumento, & omnibus diligenter conſideratis teneo fidem illi inſtrumento eſſe adhibendam, & me monit primo, quia illud inſtrumẽtum habet o-
4 mnia ſolẽnia quæ in inſtrumentis requiruntur. † Et ideo pro ipſo præſumendum eſt, *vt in auth. de fide inſtru. §. ſi vero moriantur, & l. cum precibus, cum ibi no. C. de*
5 *probat.* Secundo legalitas notarij. † Nam vt mihi aſſeritur Tabellio, qui ſcripſit illud inſtrumentum, eſt legalis & fides eius inſtrumentis publicis adhibetur, ideo pro ipſo præſumẽdum eſt legaliter ſcripſerit, *l. nõ omnis, §. à Barbaris, ff. de re milit. & l. ſi quis ex argent. §. 2. ff. de eden. & pro hoc. l. ſatis aperte cum gl. 1. ibi vel aliis indiciis, C. de fal.* & quod ibi not. Bal. qui exemplificat illam gl. quando notarius qui confecit inſtrumentum erat perſona fide digna. Vnde de eo præſumitur. Tertio obſeruantia contractus. Nam vt dicitur, dicti fratres tenuerũt bona, de quib. in inſtrumento fit mẽtio diuiſa, & etiam alia bona per ipſos ſeparatim empta iuxta cõuentionem in inſtrumento deſcriptam, ex quo præſumitur ita fuiſſe contractũ celebratum & inſtrumẽtum ſtipulatũ, quia iuxta illud Ouidij: Exitus acta probat, *& l. 1. C. qui accu. non poſſ.*

poſſ.ibi, & tunc ex euentu cauſæ, & l.rem non nouam,
in fi.C.de iud.& l.ordinata circa medium,ff.de libe.cau.fa-
cit optime tex.in l.2.C.de acq.poſ.& gl.fi. in l.quadam mu-
6 lier.ff. de rei ven. quæ dicit, † q̃ ſi aliquis habet titu-
lum in vna re, & repetitur in poſſeſſione præſumi-
tur eſſe in poſſeſſione vigore illius tit. Sequentia.n.
declarant præcedentia, l.ſi ſeruus plurium. §.fi.ff. de leg.
1.Quarto pro hoc etiam adducitur patientia dicto-
rum fratrum qui longo tempore die inſtrumenti
confecti tenuerũt bona per eos acquiſita ſeparatim
poſſederunt. Nam ex quo tenuerũt illa bona diuiſa
& ſeparata ab aliis tam longo tempore & extat di-
ctum inſtrumentũ eſt præſumptio q̃ ſtipulatum &
publicatum fuerit,& pro hoc allego tex.cum gl.no.
7 in l.ſi maior.C.cõi diui.quæ glo.vult eleganter. † q̃ ſi
ſunt duo fratres vel ſocii qui tenuerint longo tẽpo-
re res diuiſas & vnus ſolus ſubiit onera & ſolus ſen-
ſit cõmoda præſumitur etiam ſine inſtrumentis fa-
cta diuiſio,arg.l.cum de in rem verſo.ff.de fur. & l.1.§.fin.
ff.de aqua plu.arc.& l.minus,C.de acqui.poſſ.& pro hoc e-
tiam facit l.ſi filius,C.de pet.hære.Et l.qui alie.§.1. ff. de acq.
hær. Et pro hoc allego Bald.in d.l. quis in aliena. §.1.vbi
8 vult. † quod etiam q̃n ius vel cauſa præcedit patien-
tiam,& patientia fuit longo tempore futuro præſu-
mitur diuiſionem fuiſſe factam. Item hoc etiã vult
Io.de Imol. in l.1.§. denique,ff.de aqua plu.arc. qui dicit
quòd illa gl.in d. l. ſi maior,eſt notabilis & ſingularis,
quæ vult propter promiſcuam patientiam longo
tempore præſumi diuiſionem fuiſſe factam. Secus
ſi vnius tantum patientia interueniſſet pro hoc alle-
go l.ſi pater puella & quod ibi not. Cyn.& Doct. C.de inof.
teſta. Nam ibi,in d.l.pen.ille actus diuiſionis tendit ad
præſumendum actum q̃ poteſt tendere ad præiudi-
cium vtriuſque, ideo in dubio præſumitur propter
patientiã in longo tempore interuenientem,etiam
vbi inſtrumenta interuenerint, vt d.l.ſi maior, ergo
multo magis in caſu noſtro hoc præſumitur, vbi in-
ſtrumentum dicitur & apparet eſſe confectum, &
ideo pro eo præſumitur,& maxime cum ſit confor-
me iuri communi, & licet Bal. & Paul.de Caſtr. in-
telligant illam glo. in l. ſi maior, q̃n non eſſet magna
inæqualitas quæ dicitur eſſe in caſu noſtro, tamen
hoc non obſtat quia illa gl procedit,q̃n eo tempore
quo præſumitur facta diuiſio, fuiſſet inæqualitas
cum pactum in inſtrumento appoſitum eſſet cõe v-
triq; & potuiſſet cedere ad cõmodum & incõmo-
dũ vtriuſq;,d. l.ſi pater puella, C.de inoff.teſta.ideo ſtan-
dum eſt illi præſumptioni q̃ præſumatur facta diui-
ſio prout in inſtrumento cõtinetur & in cõſequen-
tiam pro ipſo inſtrumento ſit præſumendũ.Quinto
pro hoc etiã adducitur atteſtatio ipſius notarij qui
deponit, vt dicitur illud inſtrumentũ vere fuiſſe ſti-
pulatum & per eum publicatũ vt in ipſo continetur
cui dicto in dubio ſtandum eſt, vt l.ſi quis decurio,in fi.
9 C.de fal. † Nam licet nõ credatur dicto vnius teſtis.
l.iurisiur.C.de teſti.& c.licet vniuerſis, extra de teſt.cũ ſim.
tamen q̃n dubitatur ſi notarius ſcripſerit aliquod
inſtrumentũ vel ſi fuit rogatus de forma io eo con-
tenta tunc eis creditur vt eſt caſus ibi ſecũdum Bart.
Ang. & Doct. Sexto pro hoc etiam facit longinqui-
tas temporis. Nam cum illud inſtrumẽtum factum
fuerit. 1432. & ſic ſit tranſactum longiſſimum tem-
10 pus & factum ſit antiquum. † & teſtes ſint mor-
tui præſumitur facile pro eo qui poſſidet propter
difficultatem probationis,vt not. Innoc.c.veniens,de
verb.ſign.& Bal.in l.non ignorat,in 5.col. C.de fruct.& lit.
expen. & in tantum in factis leuior probatio requi-
ritur q̃ etiam præſumpta probatio ſufficit, vt not.in
l.qui liberis,in princ.C.de bo.poſ.ſecundum tabu.& not.Cy.
in l.1. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Et ideo cum in ca-
ſu quæſtionis noſtræ ſit inſtrumentum publicũ ſcri-
ptum manu notarii publici & legalis, qui deponat
pro inſtrumento, & partes tenuerint bona vt in in-
ſtrumento cõtinetur, & factum ſit antiquum, ei in-
ſtrumento credendum eſt. Septimo pro hac parte
adducitur alia ratio,quia ſi eſt verum quod notarius
tradidiſſet inſtrumentũ partib.videl.vtriq; fratri ſuũ
de per ſe hæc res nullam penitus dubitationẽ habe-
11 ret † quia fratres ſuſcepto inſtrumento & nõ con-
tradicendo viderẽtur approbaſſe dictũ inſtrumen-
tum,vt probatur,in l.ſi filiusfa.ff. ad Maced. & ita voluit
ibi Bar.& Doct.& Bar.in l.quo.n.§.1.ff.rem ratam hab.&
in l.cum Tabernã.§.idem quæſiuit,ff. de pig. Nec obſtant
argumenta ſupra in contrarium deducta. Et primo
dum dicitur q̃ dictum inſtrumentũ eſt falſum quia
falſum eſt mutatio veritatis, & hic fuit mutata veri-
tas, quia reſpondetur q̃ falſitas capitur plurib.mo-
12 dis & maxime trib. † Primo modo largiſſime pro
omni eo q̃ non eſt verum, ſiue adſit dolus ſiue non,
vt l.ii qui ducenta,§.vtrum,ff.de reb.dub. Alio modo lar-
gè pro mutatione veritatis vt habetur per text.& gl.
in l.nec extra,C.de fal. Tertio modo ſtricte vt illud di-
catur falſum quod incidit in aliquod capitulum le-
gis Corn.& doloſe eſt commiſſum de falſis, vt l.quid
ſit falſum.ff.de fal.& ibi hoc not. Bartol. & Salic.in d.l.nec
exemplum. At in caſu noſtro non poteſt dici, quod
ſit falſum ſecundo vel tertio modo, quia nullus do-
lus nor·rii interuenit.Et licet quantum ad verba vi-
deatur eſſe falſum ſecũdum primum modum, quia
videtur eſſe mutatio veritatis ex quo notarius aſſe-
rit partes appoſuiſſe ſigilla ſua quod verum non eſt:
tamen quantum ad notarium poteſt dici q̃ nulla ſit
falſitas, quia illa notarii omnia ſupraſcripta ſigillis
d. Antonii & Sigiſmundi ſunt roborata & ſigillan-
13 da, † quia cum de natura ſigillorũ ſit vt apponan-
tur,in fin.ſcripturæ,& not.in prin.vt manifeſtum eſt,&
hoc etiam ſentit Bald.in l.contractus, in 2. col. C. de fid. in-
ſtrum. Et officium notarii ſcribentis inſtrumentum
circa ea quæ tangunt negotia ſeu factum partium
ſit loqui per verba vel præteriti temporis vel præ-
ſentis, & non futuri, quia tunc non facerent fidem
ſi eſſent futuri temporis, argum. eorum quæ habentur
in l.ſi ex cau.C.de non nume. pecun. & in l.2. C.de acquir.
poſſ.& in l prædia.ff.eod.tit. Et ideo præſumitur ex quo
non fuerunt appoſita & ſpectabat ad partes appo-
nere quod notarius fuerit rogatus à partib. de ſcri-
bendo illa verba, quia intendebant ſigillare, & ſub
14 ſpe futuræ ſigillationis. † Sicut in ſimili dicitur q̃n
quis confitetur ſe habuiſſe pecuniam aliquando il-
la confeſſio eſt facta ſpe futuræ numerationis, vt in
toto tit. C.de non nu. pec. in tit. C. de dote cauta non num.
Et pro hoc allego etiam quod in ſimili dixit. no-
ta. Bartol. in dict. l. prædicta, ff. de acquiren. poſſeſſ. v-
15 bi dicit, † quod ſi in inſtrumento continetur:
Titius

Titius dedit & vendidit Seio fundum pro pretio
centum quod pretium ei dedit & numerauit & te-
ſtes qui fuerunt in inſtrumento deſcripti debent
quod nulla pecunia interuenit, tale inſtrumentum
non poterit de ſalſo redargui, quia illa verba, pre-
tium dedit & numerauit, verificantur ex actu ficto
ſicut ex vero, & ideo licet non interuenerit actus
verus, ſcil. vera numeratio, tamen interuenit actus
fictus, ſcilic. quod ſuit confeſſus ſe habuiſſe & rece-
piſſe, & ita dicit diſputaſſe, *D. Iac. But. & pro hoc D. Bar.*
alleg. text. in d. l. prædia. Et licet Ang. & alii Doct. Mo-
derni videantur reprehendere prædictam deciſio-
nem Barto. *in d. l. prædia per gloſſ. in l. ſi ex cautione. C. de*
16 *non nu. pec.* quæ vult. † quod notarius non debet
dicere pecuniam fuiſſe numeratam niſi in præſenti
ſit pecunia. Tamen puto in caſu noſtro veram eſſe
doctrinam Bart. per ea quæ not. Lud. de Rom. *in d. l.*
prædia, qui dicit concordando has opiniones. Aut
tabellio ponit verba in inſtrumento quæ non poſ-
ſunt denotare niſi realem numerationem, ſeu alie-
num actum realem vt puta quia dicit quod pretium
in præſentia mei notarii numerauit, &c. Vel dixit ſe
vidiſſe numerari, & tali caſu non ſit vera opi. Bart.
ſed Ang. & aliorum. Aut verba notarii ſunt quæ
non denotãt de neceſſitate realem numerationem
ſed poſſunt ſe referre ad confeſſionem, & ſic ad fi-
ctam numerationem, & tunc procedit opin. Bart.
Sed in caſu noſtro illa verba notarii, ſcil. omnium ſi-
gillis roborata & ſigillata non ſunt verba de neceſ-
ſitate denotantia veram ſigillationem, quia non di-
cit notarius quod viderit ſigillari vel ꝙ in præſentia
ſua fuerint ſigilla appoſita, quod ſi dixiſſet, falſum
diceret, & propterea cum verba ſua poſſint inter-
pretari de ſigillatione futura, & ſic aſſertione parti-
um ſingulare volentium ita eſt interpretandum.
17 † Et quod hoc ſit verum ſuadet etiã alia ratio com-
munis, quæ eſt, quod quando poteſt inſtrumentum
iuuari aliqua diſtinctione vel interpretatione non
debet dici ſalſum, *vt probatur per gl. not. in l. iuriſgenti-*
um. §. quod fere. & ibi hoc not. Bald. ff. de pact. Et idem vult
18 *Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* qui dicit, † quod
quoties vnum verbum, poteſt importare falſita-
tem, & non falſitatem, facimus coniecturam quod
non importet falſitatem, & ita etiam tenet Angel.
de Aret. *in ſuo tract. maleſic. in verbo falſario, in princ. ad*
quod etiam alleg. l. merito. ff. pro ſoci. & quod not. Bart. in
l. gerit, in 5. colum. ff. de acquir. hæred. Præterea poteſt
etiam dici quod in caſu noſtro illa verba præteriti
ſeu præſentis temporis intelligantur de futuro vi-
delicet ſigillata ſunt, id eſt, ſigillare promiſerunt, &
maxime cum ille actus ſigillationis conſueuerit ap-
19 poni in fin. poſt verba notarii. † quia verba debent
interpretari vt intelligantur ſecundum ſubiectam
a materiam, *a l. in ſulam. ff. de præſcript. verb. & l. ſi ſtipu-*
latum in princ. ff. de vſur. & l. ſi vno. in princ. ff. loc. cum ſim.
maxime vt potius res valeat quam pereat, *l. quoties.*
ff. de regu. iur. & de rebus dubijs, & de verb. oblig. cum ſimil.
20 Nec hoc debet eſſe mirum. † quia etiam aliquan-
do ponitur præſens pro futuro, *vt eſt text. cum gloſſ.*
in verbo vult. de conſecrat. diſtinct. 3. peruenit. & diſtin. 4.
quando quis, & præteritum etiam ponitur quando-
que pro futuro, *& not. gloſſ. de conſecr. diſt. 2. In Chriſto*
patri. in verbo erimus. & præteritum etiam ponitur
quandoque pro futuro, *vt l. diſt. ponderaſti & ibi gloſſ.*
in verbo docuit quæ exponit, id eſt, docturum promiſit in d. c.
In Chriſto patri. Et ita in caſu noſtro illa verba, ſigilla-
ta ſunt, debent vt dixi exponi, id eſt, ſigillare pro-
miſerunt, & hoc modo intelligendo nullam falſi-
tatem continent dicta verba, & ſic ceſſant omnia
contraria, quia ſi ex parte contrahentium poſtea
deficitur vel quia non curauerunt apponere ſua ſi-
gilla. Ex quo etiam ſine eis valebat, vel quia tunc
non habebant ſigilla & poſtea obliti ſunt ponere,
non propter hoc poteſt dici inſtrumentum falſum.
Et ſatis mihi hoc conſonare videtur quia ſi notarius
voluiſſet falſum inſtrumentum conſcribere illa ver-
ba quæ non releuant quicquam circa ſubſtantiam
inſtrumenti, & contentorum in eo non appoſuiſ-
ſet eo modo, quinimo vt patere poteſt cuilibet ſanę
mentis, & deridendus eſſet qui contradiceret, *iuxta*
l. ſed an vltimo. §. 1. ibi, ſed iſtam ſanè ſentẽtiam Celſus
eleganter dederit, *ff. de neg. geſt.* Præterea poteſt di-
ci, quod etiamſi illa verba notarii intelligerentur
prout iacent, videlicet quod vere ſunt ſigillata tem-
pore ſubſcriptionis notarii, quod eſt falſum, tamen
propter hoc non vitiaretur inſtrumentum quia ex
quo ita conſuetum eſt quod notarii ſcribant inſtru-
menta per verba præſentis vel præteriti temporis
circa ea quæ per partes facienda ſunt poteſt eſſe ſcri-
ptum inſtrumentũ ſperans, quod partes exſequan-
tur ea quæ ſcripta ſunt de earum commiſſione ſeu
mandato, licet poſtea non exſequantur, tamen pro-
pter hoc notarius non dicitur falſum committere
& pro hoc allego quod eleganter not. Bal. *in c. 1. in fi.*
21 *1. col. in tit. de feud. cognit.* vbi dicit. † quod ſi in ciui-
tate ſunt tres conſeruatores monetæ, & quando fi-
unt ſolutiones in communi, conſueuit notarius po-
nere nomina omnium trium licet vnus ſit abſens
licet Hoſt. *in c. ſat. quando extra de his quæ fiunt à prælato,* teneat, quod non valeat conſuetudo, tamen ipſe
Bald. tenet quod talis conſuetudo excuſat quando
in præiudicium abſentis nihil fit. Et idem dicit Bald.
eadem ratione defenduntur notarii Peruſii qui ſunt
rogari vltima die officii, ꝙ ad illam diem ponant ſo-
lutiones quæ fiunt ipſius maſariis, nam conſuetudo
ipſos excuſat, ex quo non ineſt communicatis. *Et i-*
dem ſequitur Ang. de Aret. in ſuo tracta. maleſi. in gloſſ. in
22 *verbo falſario in 1. colum. in fi.* † Et ideo cum etiam in
caſu noſtro illa verba notarii non noceant nec no-
cere poſſint partibus, excuſant notarium ex quo eſt
vt dixi talis conſuetudo. Nec obſt. gl. *in l. ſi ex cautio-*
ne. C. de non nume. pec. & quod ibi not. & quod not. Doct.
in l. prædia. ff. de acqui. poſ. quia loquuntur in actu, qui
debet celebrari ante ſtipulationem vel in ipſa ſi po-
teſt. Secus ſi eſt actus qui ſolet poſt ſcriptum inſtru-
mentum fieri vt in caſu noſtro. Et maxime hoc pro-
cedit ſi notarius qui viuit teſtificetur hoc ſcripſiſſe
de commiſſione partium quæ poſtea ſigillare no-
luerunt vel non potuerunt, quia non habebant ſi-
gilla conſueta. Cui dicto eſſet ſtandum, *l. ſi quis decu-*
rio. cum ibi not. per Doct. & maxime per Ange. C. de ſal. Po-
ſtremo etiam poteſt aliter reſponderi ad ea, quæ in
contrarium deducta ſunt de falſitate quod etiam ſi
inſtrumentum in illa parte prædicta eſſet falſum,

nec

nec poſſet aliqua diſtinctione vel conſuetudine iuuari, tamen propter hoc non tolleretur fides inſtrumenti in reliquis, quia quando pars, quæ dicitur falſa, eſt pars materialis, quæ in facto conſiſtit, nec eſt obligatoria, nec intelligatur de parte formali,
23 † tunc vtile per inutile non vitiatur, *vt not. Bald. in l. nec exemplum per illum text. C. de falſ. & in l. quamuis, C. de fideicom. lib.* Sed in caſu noſtro appoſito ſigillorũ inſtrumento publico eſt huiuſmodi, quia de iure communi non debent ſigilla inſtrumento publico apponi, nec inſtrumentum ab eis ſumit auctoritatem, niſi expreſſe partes dixiſſent, inſtrumentum aliter non valere, *vt not. eleganter Anton. de Butrio ſecundum Hoſtienſ. in c. inter Doctores, in 6. col. in princ. extrà de fide inſtrumentor.* qui dicit etiam ſecundum Inno-
24 cent. ibi, † quod ſi ſigilla fuiſſent appoſita & corrupta, propter hoc non vitiarent inſtrumentum, & maxime hoc procedit in Italia, & in locis, vbi ſeruatur ius commune, quia in illis non eſt neceſſe, neque conſueuit ſigilla partium apponi in inſtrumentis publicis. Et ideo cum dictum inſtrumentum ſtipulatum & ſcriptum fuerit in diſtrictu & diœceſi Tridentina, in qua ſeruatur ius commune, nec eſt conſuetudo contraria, nec per partes actum fuit, vt aliter non valeret, dicendum eſt, illud inſtrumentum fuiſſe in dubio ſtipulatum ſecundum formam
25 iuris, quæ ibi ſeruatur, † quia quo ad formã contractus inſpicitur conſuetudo loci, in quo celebratur *per l. 1. C. de emancip. lib. & ibi not. & l. 2. C. de fide inſtrum. & ita not. Bald. in l. contractus, in 2. col. C. de fide inſtrum. & Doct. in rubr. ff. de non. oper. nunc. cum ſimil.* Nec obſtat ſecunda ratio in contrarium allegata, videlicet quod contractus non fuerit perfectus & abſolutus per ſigillationem, *vt l. contractus, C. de fide inſtru-*
26 *ment.* † quia in dubio præſumitur perfectum & abſolutum, ex quo ſtipulatum fuit per notarium, *argum. l. ſi is, in fin. ff. de teſtam. & ita voluit Bart. & Doct. in ſimili in rubr. ff. de nou. oper. nunt.* vbi dicunt, quod ſi producitur ſtatutum, in dubio præſumitur eſſe in totum, & ſtatuentes non plus conſtituiſſe, niſi probetur contrarium. Nec obſtat ſi dicitur, ſatis probatur contrarium, ex quo non ſunt appoſita ſigilla, de quibus atteſtatur notarius, quia illa verba notarii declarant, quod illa ſigilla non debebant apponi ad ſolemnitatẽ vel ad formam actus numerariam, ſed ad abundantem cautelam, vt patet, dum dixit not. & ad maius robur & firmitatem, & illa verba
27 ad firmitatem debent intelligi maiorem, † quia culpa illa repetit qualitatem appoſitam in præcedenti, *l. Seia, §. Gaio Seio, ff. de fund. inſtru.* & ideo ſicut abundans cautela non nocet, *l. teſtamentum, C. de teſtament.* ita omiſſio abundantis cautelæ non debet vitiare, maxime quando omiſſio fit per partes, quia tàm operatur oppoſitum in oppoſito, ſicut propoſitum in propoſito, *l. hoc genus, ff. de cond. & demonſtrat. & not. Bart. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig.* Et propterea non poteſt dici inſtrumentum imperfectum, cum in eo nihil deſit, quod ſit neceſſarium ad ſubſtantiam, vel formam neceſſariam de iure, vel de loci conſuetudine. Vnde ex prædictis concludo, dicto inſtrumento fidem eſſe adhibendam, non obſtante, quod in eo non fuerint per partes ſigilla appoſita, & ita de iure iudicari non ſolum per iudices ordinarios, ſed etiam per principes vel Reges, aut ſacram Maieſtatem Imperialem iudicandum eſſet.

Additiones.

a Subiectam materiam] *Adde D. Alex. in conſ. 34. in 4. volum. & in conſ. 40. eod. 4. vol. Paul. de Caſtr. in conſ. 114. incip. Subſtitutio prædicta. Bart. in l. ſi in diem, in princ. de condit. & demonſt. Bald. in l. 2. in 3. col. de his quæ pet. not. & in rubr. C. de contrah. empt. Pet. de Anch. in c. non quidem, de teſtam. Anto. de Butr. in c. fin. de reſtitut. ſpol. multa per D. Alex. in l. qui Romæ, de verb. oblig.*

CONSIL. XXIII.

SVMMARIA.

1 *Inquiſitio falſitatis laua an & quomodo fieri poſſit, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*
2 *Inquiſitio regulariter de iure communi prohibita eſt, quia vbi nemo accuſat, iudex condemnare non debet.*
3 *L. vbi, C. de falſ. dicens, quod ſuper falſitate procedi poſſit, quomodo intelligatur.*
4 *Verba alicuius proclamationis vbi non conueniunt, ibi nec eius diſpoſitio conuenire poteſt.*
5 *Falſi crimine accuſatus, ſi vita deſunctus fuerit, an crimen exſtinctum videatur.*
6 *Repetundarum crimine & Maieſtatis iudicio etiam mortuus reus, cum quibus nihil actum fuerit, adhuc bona eorum fiſco applicari poſſunt.*
7 *Pœna non poteſt ex aliquo delicto ab hæredibus incipere, exceptis criminibus repetundarum, & Maieſtatis.*
8 *Vectigalium nomine commiſſa ad hæredem tranſeunt.*
9 *Res efficitur fiſci vel illius, ad quem pœna ſpectat, antequam delinquens moriatur, ex quo pœna amiſſionis rerum ipſarum iure committitur.*
10 *Verba, punientur & damnabuntur, quæ ſunt futuri temporis, ſententiam requirunt.*
11 *Teſtibus pluribus & dignioribus credendum eſt.*
12 *Fama hominis vbi agitur, promptiores eſſe debemus ad abſoluendum, quam ad condemnandum.*

IN Christi nomine, amen. Spe-
1 ctabiles † domini Prætores domus mercatorum, requiſitus à Matthæo Guagnino viro certe optimo, vt defenſiones ſuas contra quandam inquiſitionem per vos & officium veſtrum formatam iuribus & rationibus apud tribunal veſtrum comprobarem. Confiſus primum ratione ac veſtra in omnes humanitate; deinde vt amici & clientis mei voluntati ſatisfacerem, decreui in his ſcriptis allegationes meas ad vos mittere, quæ multis omiſſis ea ſolum attingunt, quæ veritatis & iuſtitiæ ſunt. Scio enim, quod tanquam optimi & ſapientiſſimi iudices veritatem & iuſtitiam in hoc proceſſu in reliquis conſueuiſtis ſequi, & amplecti curabitis, & vt clarius hæc Matthæi defenſio intelligatur, in primis diſtinguenda eſt in tres partes: Prima eſt, an de iure potuerit formari inquiſitio

quiſitio contra lanam, vt dicitur, venditam à Baptiſta Guagnino prius defuncto. Secunda, an probatum ſit legitime, quod lana, contra quam inquiritur, fuerit falſificata. Tertia, ſi fuit falſificata, an probatum ſit, quod per Baptiſtam Guagninum falſificata fuerit. De prima non videtor mihi de iure dubitandum eſſe, quod dicta inquiſito formari non
a potuerit. † Nam regulariter inquiſitio eſt prohibita de iure communi, quia vbi nemo accuſat, iudex non debet condemnare, *vt l. reſcripto, §. ſi quis accuſatorem non habet, ff. de muner. & honor.* & ibi dicitur in *gl. mulier nemo te accuſat*, nec te condemno, & verba fuerunt Chriſti ſaluatoris, fallit in quibuſdam, in quibus poteſt per inquiſitionem procedi, *vt habetur per gl. Bart. & Doctor. in l. 2. §. ſi publico, ff. ad leg. Iul. de adulter. & per gl. in l. 3. §. præterea, ff. de ſuſpect. tutor. & per Specul. in tit. de inquiſitione, §. quando autem, in 3. part. Specul. & per Cyn. in l. mulierem, C. ſi mancip.* ita fuerit alienatum, ne proſtituatur, *& per Angel. de Aret. in ſuo tract. malefic. in 1. gl.* Sed iſte caſus noſtræ falſitatis lanæ non eſt de illis, vt ibi patet, ergo ſumus in regula prædicta, quod per inquiſitionem non poteſt procedi contra dictam lanam, quæ dicitur falſificata, *per l. omnis diffinitio, cum gl. ff. de reg. iur.* Nec prædi-
3 ctis obſtat, *l. vbi, C. de falſ.* vbi videtur dici. † quod ſuper falſitate poteſt procedi, quia illa lex loquitur, quando principaliter fuit accuſatio inſtituta de falſo, non autem fuit formata inquiſitio, *ita tenet gl. ordin. in d. §. ſi publico. & ita tenent ibi Dyn. & Bart. per text. in dict. l. vbi, C. de falſ.* ibi nec accuſatori tantum, & ibi hoc etiam tenent Cyn. & Doctor. vnde concluditur, quod in caſu noſtro non potuit formari inquiſitio ſuper lana, quæ dicitur falſificata, nec ſuper ea procedi potuit, & per conſequens nec condemnatio, ſed abſolutio ſequi debet. Nec etiam obſtat quædam proclamatio, facta ex officio dominorum Prætorum domus mercatorũ Veronæ, in qua præcipitur, quod quælibet perſona terreria & forenſis teneatur facere, vel fieri facere iuſtas bonas & legales mercantias, &c. Notificando eis, quod fiet diligens inquiſitio; & ſi reperirentur facere, vel fieri facere, vel commiſiſſe aliquam fraudem vel ſalſitatem in dictis mercantiis, punientur arbitrio dominorum vicarii & conſulũ, &c. Nam licet in ea proclamatione dicatur, quod de eis fiet diligens inquiſitio, non tamen per hęc verba potuit nec poteſt inquiſitio formari, quia cum in tali caſu inquiſitio ſit de iure prohibita, nõ potuerunt dicti officiales domus mercatorum per ſuam proclamationem facere, quod procedere poſſint per inquiſitionem, vbi de iure prohibita reperitur. Et ideo illa verba, quod de eis fiet diligens inquiſitio, debent intelligi, vt nõ ſonent in vitium, videl. quod ipſi officiales diligenter perquirent, ſi mercantiæ factæ erunt iuſtæ, bonæ & legales, necné, non quod procedatur per formã inquiſitionis, ſed procedetur contra eos ſecundum formam iuris ſiue ſtatutorũ domus mercatorum Veronę. Non enim officiales dictæ domus habent poteſtatẽ procedendi aliter, quam de iure vel ex forma ſtatutorũ ipſius domus permittatur. Et in quantum potuiſſet procedi vigore dictę proclamationis aliquo modo contra falſitatẽ committentes in mercantiis, nullo modo poteſt in caſu noſtro, vt patet ex verbis dictæ proclamationis, quæ dicunt, ꝙ ſi qui reperirentur facere, vel fieri facere, vel cõmiſiſſe aliquã fraudem vel falſitatẽ, in mercantiis punientur & condemnabuntur, &c. Nam non eſt verum dicere, quod Baptiſta Guagninus fuerit reper-
tus committere vel cõmiſiſſe aliquam fraudẽ in d. 5
lana, cum ipſe iam mortuus erat, anteq̃ formaretur aliqua inquiſitio, *iuxta not. l. ſi barſatorem, C. de fideiuſſ. & per Cyn. in l. licet, in fin. C. de acq. poſſ. & l. lapilli, in fin. ff. de rer. diuiſ. & per Bart. & Docto. in l. 1. in princ. ff. de acq.*
4 *poſſ. cum ſimil.* quod ſic etiam probatur ratione, † vbi non conueniunt verba proclamationis, ibi nec eius diſpoſitio poteſt conuenire, *vt l. hos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſ. & l. 4. § toties, & ibi Bart. & Doct. ff. de damno inf.* ſed verba proclamationis loquuntur de repertis committere vel commiſiſſe falſitatem, quod mortuis conuenire nõ poteſt, quia homo mortuus non poteſt dici quod reperiatur, vt de ſe patet, ergò, &c. Item dicunt dicta verba proclamationis punientur, & condemnabuntur arbitrio dominorũ vicarii & conſulũ domus mercatorũ, & in amiſſione mercantiarũ falſificatarum, ſed homo mortuus cõdemnari nõ poteſt. Imo ſententia lata contra mortuum eſt ipſo iure nulla, *vt eſt caſus in l. pen. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcin.* vbi ſic dicit Paul. Iuriſconſ. Eum, qui in rebus humanis non fuit ſententiæ dictæ tempore, inefficaciter condemnatũ videri. Item reſpondit eum, qui in rebus humanis non eſſet, cum iudex datus eſt, neq; iudicis dationem valuiſſe, neq; ſententiam aduerſus eum datã vires habere. Et ideo vigore d. proclamationis procedi nõ potuit contra d. Baptiſtam prius defunctũ, minus etiam contra latam prædictã procedi potuit vigore d. proclamationis, quia illa proclamatio vult, quod condemnatio fiat contra illos, qui falſitatem cõmiſerunt arbitrio dominorũ vicarii & conſulũ, & in amiſſione. Ita quod verba cõdemnationis debent formari contra committentes falſitatẽ, & non contra lanã, vt manifeſte patet ex verbis ipſius proclamationis. Ex quibus tria ſunt conſideranda, ſcil. agens, patiens, & id, in quo patiens pati debet, & hæc ſunt: Primum ſcil. agens, iudices qui poſſunt condemnare, & iſti ſunt D. vicarius & conſules domus mercatorũ. Secundum ſcil. patiens, & iſte eſt Baptiſta Guagninus. Tertium ſcil. in quo patiens pati debet, & hoc eſt ipſa lana, quæ dicitur falſificata. Vnde cum nõ reperiatur patiens, & ſic ſubiectum diſpoſitũ, in quo poſſit cadere condemnatio, merito nec in ipſa lana poteſt cadere cõdemnatio, nec de ea potuit fieri principaliter inquiſitio, quia vt dixi proclamatio vult, quod cõdemnatio principaliter formetur, & fundetur in perſona falſificantis. Et quod pœna falſificantis ſit, ꝙ amittat lanam, ita amiſſio lanæ eſt pœna cõdemnanti. Cùm ergo Baptiſta non poteſt condemnari in amiſſione lanæ, ſequitur quod pœna amiſſionis lanæ non poteſt habere locũ. Inquiſitio enim & condẽnatio fieri debent contra delinquentem, & non contra res, quæ falſificatæ eſſent, quia illæ nil deliquerunt. nec eis conueniunt verba, nec diſpoſitio proclamationis, nec etiam iuris communis, vt etiam ſtatim dicetur. Et ideo concluditur, quod d. inquiſitio formari

nullo

nullo modo potuit, nec contra Baptiſtam, quia iam
defunctus, nec contra lanam, quia contra illã pro-
cedi non poteſt, nec ipſa condemnari, & iſtud eſt
veriſſimum, ſicut Deus eſt Deus, propterea quod
de iure cõi nullo modo potuerit inquiri nec conde-
mnatio ſequi de aliqua falſitate, q̃ diceretur cõmiſſa
in d. lanis per Baptiſt. Guagninum. *probatur manifeſte*
5 *per text. in l. 1. C. ſi reus vel accuſ. mor. fue.* vbi dicitur, † ꝙ
ſi accuſatus de crimine falſi vita functus eſt, per hoc
crimen exſtinctũ eſt; ergo ſi per mortẽ Baptiſt. Gua-
gnini crimẽ falſi aſſertũ fuit exſtinctum, ſequitur, ꝙ
non põt formari inquiſitio, nec põt per eã ſequi cõ-
demnatio prius exſtincto falſi delicto. Ad idem eſt
text. *in l. 2. eod. tit.* vbi dicitur, ꝙ etiamſi quò ad cõmo-
dum pecuniariũ, & ſic pœnã pecuniariam proceda-
tur ſuper crimine falſi, quod mortuo illo, qui dici-
tur falſum cõmiſiſſe, nõ põt amplius procedi in da-
mnum defuncti vel eius hæredẽ, ſed aduerſus alium
qui vellet vti illa falſitate, bene procedi poſſet. Vn-
de ibi eſt caſus apertus, qui decidit quæſt. noſtram,
videl. ꝙ mortuo iam Baptiſta Guagn. qui dicitur, la-
nam falſificaſſe nõ potuit, nec poteſt procedi ad in-
quiſitionẽ, nec condemnationẽ in damnum ipſius
vel eius hæredũ, cum crimen quod ſi imponitur, ſic
quod fuit per eius mortẽ, exſtinctum eſt etiam quò
ad pœnam pecuniariam, vt ibi dicitur. Poſtremo de
hóc etiam allego tex. apertum, quia nullo modo po-
teſt reſponderi *in l. ex iudiciorũ, ff. de accuſ.* Cuius ver-
ba hic pro conſulibus ſubiiciuntur, & fuerunt Mo-
deſtini Iuriſconſulti. Et iudiciorũ publicorum ad-
miſſis non aliàs tranſeunt aduerſus hæredes pœnæ
bonorũ ademptionis, q̃ ſi lis conteſtata & condẽna-
6 tio fuerit facta. † Exceptio repetundarum & Maie-
ſtatis iudicio, quæ etiam mortuis reis, cum quibus
nihil actum eſt adhuc exerceri placuit, vt bona eorũ
fiſco vendicentur, adeo vt diuus Seuerus & Anton.
reſcripſerint, ex quo quis aliquod ex his cauſis cri-
men contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare aut ma-
numittere eum poſſe. Ex cæteris vero delictis pœ-
na incipere ad hæredem ita demum poteſt, ſi viuo
reo accuſatio mota eſt, licet non fuerit condemna-
tio ſecuta. Videtis ergo ex hac lege, quod vbi viuo
reo accuſatio nõ eſt mota vel inquiſitio recepta, quę
loco accuſationis ſuccedit, ibi poteſt inquiri, *vt ha-*
7 *betur in c. qualiter & quando, el 2. de accuſ.* † non poteſt
pœna ab hęredibus incipere ex aliquo delicto exce-
ptis criminibus repetundarũ & Maieſtatis, de qui-
bus *in d. l. & iudiciorum*, & aliis, de quibus ibi per glo.
& per gl. in l. 1. C. ſi reus vel accuſ. mor. fuer. de quibus non
eſt crimen falſitatis, ſuper quo formata eſt inquiſi-
tio, quæ formari non potuit nec debuit ex aſſerto
delicto Baptiſtæ Guagn. iam defuncti in damnum
eius hæredis, vt manifeſte dicitur *in d. l. ex iudiciorũ.*
Nec prædictis obſtat *l. commiſſa, ff. de publ.* vbi dicitur,
8 † quod commiſſa vectigaliũ nomine ad hæredem
tranſeunt, & commiſſi perſecutio, ſicut aduerſus
quemlibet poſſeſſorem, ſi aduerſus hæredem com-
petit, quia illa lex cum ſimili loquitur, quando pœ-
na amiſſionis rerum committitur à lege vel à ſtatu-
to ipſo iure ſine condemnatione, quo caſu pœna
tunc tranſit contra hæredem; ita loquitur *d. l. com-*
miſſa, ſecundum Bart. in d. l. ex iudiciorum, & idem not.
Bald. in l. 1. C. ne ex delict. defunct. & Bart. & Salic. in l. 1.
C. ſi reus vel accuſa. mort. fuer. Et eſt ratio hoc caſu,
9 † quia res iam eſt effecta fiſci, vel illius, ad quẽ pœ-
na ſpectat antequam moriatur delinquens, ex quo
pœna amiſſionis rerum committitur ipſo iure, &
hoc probat text. *in d. l. commiſſa*, ibi, nam id, quod
commiſſum eſt, ſtatim deſiit eius eſſe, qui crimen
contraxit. Sed quando pœna non imponitur ipſo
iure, ſed requiritur ſententia, tunc mortuo delin-
quente nõ poteſt amplius procedi contra bona vel
eius hæredẽ, niſi in caſibus exceptuatis de iure com-
muni, & ex forma etiam dictæ proclamationis re-
quiritur ſententia condemnatoria, vt patet ex ver-
bis ipſius proclamationis, ibi punientur & damna-
10 buntur, † quæ verba ſunt futuri temporis, & re-
quirunt ſententiam, *vt not. gl. notab. & ibi per Doct. in*
l. in criminali. C. de iuriſd. om. iud. cum ſimil. Vnde ex o-
mnibus prædictis concluditur, quod nullo modo
potuit de iure nec ex forma prædictæ proclamatio-
nis formari dicta inquiſitio contra dictam lanam ex
aliqua aſſerta falſitate, quæ dicatur commiſſa per d.
Baptiſtam Guagnioum. Et hæc ſatis ſufficiunt pro
abſolutione facienda à dicta lana & Matthæo hæ-
redi dicti Baptiſtæ, quia ſequi condemnatio nõ po-
teſt, ſed in omnibus dubiis & partibus ſupraſcriptis
ſatisfiat, dicam etiam ſuper eis. De ſecunda itaque
parte, videl. an probatũ ſit legitime, quod lana, con-
tra quam inquiritur, fuerit falſificata. Et ſuper hoc
ſolet dici, quod vbi teſtes examinati ſunt in cauſa,
ſicut fuerunt, hoc pro vtraque parte, quod tu iudex
magis ſcire debes, quanta fides ſit teſtibus adhiben-
da, *vt l. 3. §. 1. ff. de teſtib.* Vnde cum tota hæc inquiſi-
tio & defenſio Matthęi conſiſtat ex dictis & atteſta-
tionibus teſtium tantum. Vos domini Iudices ſcire
poteſtis, quanta fides ſit teſtibus adhibenda. Et pro-
fecto dici poteſt, quod multis ex dictis teſtibus aſ-
ſumptis ex officio non eſt adhibenda fides, videlicet
primo, ſecundo, & tertio, qui deponunt ſolum de
trib. vellerib. lanæ Auguſtanę: hęc enim eſt minima
quantitas reſpectu lanæ venditæ, potuiſſent enim
per errorẽ illa tria vellera fuiſſe immixta in alia lana.
Item ſecundo & quarto non eſt adhibita fides, quia
dicunt, quod Laurentius & Gabriel tempore, quo
inſaccabatur dicta lana in domo Baptiſtæ Guagni-
ni, conquerebantur de immixtione dictæ lanæ. Cu-
ius contrarium deponunt teſtes producti per dictũ
Matthæum. Item, dictus quartus teſtis & vltimus
minime probant, quia dicunt, ſe neſcire, ſi dicta la-
na fuit falſificata, ergo, &c. Item dictum ſexti, ſe-
ptimi, & octaui teſtis non probat, quod falſitas fue-
rit commiſſa, quia dicunt, quod quando partiti ſunt
dictam lanam Martiagam, inuenerunt in ea lanam
Auguſtanam; nec dicunt, quod hæc mixtura fuerit
facta per aliquem animo falſificandi. Si enim fuiſ-
ſet ipſa mixtura facta per ipſos emptores, non fuiſſet
falſificata, quia hoc fieri potuiſſet. Vnde non ſequi-
tur, illi tres teſtes deponunt, quod erat lana Augu-
ſtana, mixta cũ Martiaga; ergo erat falſificata, quia
nemo ipſorum deponit, quod falſificata fuerit. I-
tem dicti teſtes ſunt perſonæ viles, ſcilicet fachini
& portatores lanarum, & teſtes producti pro Mat-
11 thæo Guagnino ſunt plures digniores. † Vnde eis

a magis eſt eredendum *a per d.l.3.§.1.& l.ob carmen.§.
ſi teſtes.ff.de teſti.cum ſi.* Item quia dicti teſtes Matthæi
dicunt veriſimiliora, magis enim veriſimile eſt, ꝙ ſi
tempore venditionis dictæ lanæ, & etiam tempore
partitionis dicti emptores ſciuiſſent, fuiſſent con-
queſti de dicta falſitate contra ipſum Baptiſtã dum
viuebat, ſed hoc non fecerunt, quia non erat ve-
rum, ſed demum poſt eius mortem, quando conue-
nerunt ad ſoluendum pecuniam pro dictis lanis
emptis per eos. Et ideo cum dicti teſtes Matthæi di-
cant veriſimiliora, potius eſt eis credendũ, *vt d.l.ob
carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſti.* De vltima parte ſi fuit falſi-
ficata dicta lana an probatum ſit, quod falſificata
fuerit per ipſum Baptiſtam Guadagninum. Et ex
prædictis proxime apparet quod non. Qui enim
dolum dicit dolum probare debet, *l.quoties.§.qui do-
lo.ff.de proba.* & probari debet dolus perſpicuis indi-
ciis, *vt l.dolum.C.de dolo.* Sed certe ſtantibus proba-
tionibus & atteſtationibus productis ꝑ parte Mat-
thæi non poteſt dici quod ſit probatus aliquis dolus
vel aliqua falſitas ex parte dicti Baptiſtæ Guada-
gnini, imo eſt probatum contrarium ſi ſingula di-
12 cta teſtium recte conſiderentur. † Et eo magis quia
in dubio maxime in tali cauſa vbi agitur de fama
hominis potius debetis eſſe prompti ad abſoluen-
dum quam ad condemnandum, *l.Arianum.ff.de act.&
obl.& l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.cum ſimil.* Et melius
eſt nocentem abſoluere quam innocentem conde-
mnare, *l.abſentem, in princ.ff.de pœn.* Ex prædictis itaq;
omnibus concluditur, quod vos domini prætores
domus mercatorum debetis Deum præ oculis ha-
bendo pronuntiare formari non potuiſſe dictam
inquiſitionem, nec ſuper ea procedi. Et in quan-
tum procedi potuiſſet, quod nullo modo conceedi-
tur quod ipſum liberare debetis, &c.

ADDITIONES.

a Credendum] *Ad huius concluſionis & totius conſ. ma-
teriam vide D. Alex. de Imol. in conſ. 42. in 4. vol. & in
l.3.ff.de teſti. & in conſ.93.eod.4. vol. Spec. in tit. de teſti.
§.poſtquam. Bart. in l.ob carmen.§.1.eod. tit. Bald. in l.
teſtium. in penult. colum. C. eod. Canoniſt. in c. noſtra,
eod. tit.*

CONSIL. XXIIII.

SVMMARIA.

1 *Electi ad ſummandum & aptandum æſtimum an po-
tuerint mandare notario ſuo, quod alicuius æſtimo
vnum centum addat, & an dictus notarius, qui ad-
didit falſo teneatur, & puniri poſſit, numeris omni-
bus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Verbum aptari, ſiue aptandi ſignificat, quod poſſit et-
iam fieri additio, vbi aliquid deficiat.*

3 *Clauſula, prout eſt neceſſarium, in caſu conſilii quid
importet.*

4 *Protocollum ſiue imbreuiatura quando ab inſtrumento
inde releuato diſcrepat protocollo, ſiue imbreuiatura
ſtandum eſt.*

5 *Interpretatio & declaratio alicuius commiſſionis per
viciniam facta ad ipſam viciniam ſpectat.*

6 *Falſo ad hoc vt quis teneatur, dolus requiritur.*

7 *Dolo eſſe non dicitur, quando quis mouetur ad aliquid
faciendum propter aliquam cauſam, ſiue iuſta ſeu in-
iuſta fuerit.*

8 *Error iuris licet non excuſet, tamen vbi de dolo agitur,
qualibet ignorantia etiam iuris excuſat.*

9 *Ignorantia iuris non excuſat propter militiam, ruſti-
citatem, vel ſexum, quando quiſpiam facit illici-
tum iure natura prohibitum, puta furatur, occi-
dit, &c.*

10 *Ignorantia iuris licet ſit lata culpa, lata tamen culpa do-
lo non æquiparatur, ex quo dolus requiritur.*

11 *Dolo quo caſu quis eſſe præſumatur, niſi contrarium pro-
betur.*

12 *Conſcientia hominis ſoli Deo nota eſt.*

13 *Argumentum a nomine bonum eſt.*

14 *Confeſſio cum ſponte mitius agitur.*

15 *Notarius faciens aliquid mandato ſuperioris pœna falſi
non tenetur.*

16 *Dolo non videtur eſſe qui iudicis vel ſuperioris iuſſu circa
officium ſuum aliquid facit.*

1 IN CHRISTI nomine, † ac inuocata Spi-
ritus Sancti gratia. Viſa accuſatione pro-
ducta contra dictos Dominicum & Chri-
ſtophorum electos & contra Dn. Cominum, notis
& viſis eorum defenſionibus & viſa commiſſione
data dictis duobus electis & declaratione facta in
publica vicinia, pro deciſione præſentis conſulta-
tionis duo ſunt examinãda, ex quibus apparebit de-
ciſio duorum dubiorum ſuper quibus conſilium quæ-
ritur. Primum an dictus Chriſtophorus & Domini-
cus electi ad ſummandum & aptandum æſtimum
potuerint de iure mandare notario ſuo, vt adderet
vnum centum æſtimo magiſtri Franc. phyſici, ita vt
pro hoc non poſſit nec debeat de falſo puniri. Se-
cundum an dictus notarius de falſo teneatur. Circa
primum dicendum eſt breuiter ꝙ dicti electi po-
tuerunt mandare notario vt adderet d. centum æſti-
mo magiſtri Franciſci, quod probatur primo ex ver-
bis commiſſionis eis datæ per publicam viciniam,
nam ordinatum fuit per d. viciniam quod per præ-
dictos electos fieri debeant ſummari & aptari in o-
mnibus prout eſt neceſſarium, & ſic de eis eſt data
poteſtas aptandi rationes æſtimi prout eſt neceſſa-
2 rium † nam verbum aptari ſiue aptandi ſignificat
quod poſſit etiam fieri additio vbi aliquid deficit, &
3 etiam correctio maxime quia dicit in omnib. † ꝓ-
ut eſt neceſſarium vt probatur, *in l. non ſolum.§.qui
primpilum vbi quam recte adaptans.ff.de exc.tut. & in l.
idem veniunt.§.adaptanda.ff.de peti.hæred.* Et ideo cum
in caſu noſtro fuerit neceſſarium addere illud cen-
tum, tum quia apparet de errore per policias ſiue
quinternos æſtimatorum in quibus æſtimatus erat
dictus magiſter Franciſcus in 300. lib. quibus in du-
4 bio videtur eſſe ſtandum tanquam protocollo, † quia
quando protocollum ſiue imbreuiatura diſcrepat
ab inſtrumento inde releuato ſtandum eſt proto-
collo ſiue imbreuiaturæ, *vt eſt gloſſ. notab. in authent.
de tabellionibus, §.illud in verbo protocollum, & not. Bart.
in l.Sempronium.ff.de legat.2.* Tum etiam, quia apothe-
ca dicti magiſtri Franciſci cum rebus in ea exiſtenti-
bus,

bus vt in facto proponitur erat valoris mille duca-
torum. Sequitur quod dicti electi habuerunt pote-
ſtatem addendi illud capitulum, quia erat conueni-
ens & neceſſarium ita aptare æſtimum dicti magi-
ſtri Franciſci rationibus prædictis. Secundo hoc et-
iam probatur, quia dum eſſet propoſitum in vicinia
quod dicti duo electi fecerant addere d. centum per
notarium ſuum æſtimo dicti magiſtri Franciſci fuit
obtentum & declaratum ab omnibus vno tantum
excepto quod dicta electio dictorum duorũ ſe ex-
tendit ad hoc vt potuerit addere d. centum, & ſic
quod ipſi habuerint libertatẽ vigore ſuæ commiſ-
ſionis addendi d. centum & quod bene fecerunt, &
quod illa additio, d. centum per dictos duos electos
facta æſtimo dicti magiſtri Fran. fuerit bene facta &
valeat & teneat. Imo etiam deliberauerunt dicti de
vicinia ſuſcipere in ſe prædictum iudicium expenſis
ſuis ꝓ dictis accuſatis ne homines ſui de bono ope-
re dilapidarentur. Ex quibus apparet manifeſte ꝙ d.
Chriſtophorus, & Dominicus potuerunt addere vel
5 addi facere d. centum vigore ſuę cõmiſſionis, † quo-
niam interpretatio & declaratio dictæ cõmiſſionis
per viciniam factæ ſpectat ad ipſam viciniam, *vt l. in
ambiguu. ff. de reg. iur.* vbi ſic dicitur in ambiguis ora-
tionib. maxime eius ſenten. ſpectanda eſt qui eas ꝓ-
tuliſſet, *pro hoc l. Neratius. eod. tit. & l. fin. C. de legib. & c.
cum veniſſent, extra de iudic. & l. ab executore, in princ. &
quod ibi no. per gl. & Doct. ff. de appella. cum ſimil.* Tertio
hoc etiam probatur alia ratione cum ſi verum eſſet
quod in dicta commiſſione facta dictis duobus e-
lectis non contineretur ꝙ potuiſſent addere d. cen-
6 tum, tamen de falſo non tenerentur, † quia ad hoc
vt quis de falſo teneatur requiritur dolus, vt eſt text.
in l. nec exemplum. C. de fal. & ad hoc no. gl. quæ dicit ꝙ
falſum ſine dolo non committitur & ibi Doct. Sed
in caſu noſtro dicti duo electi non fuerunt in dolo
vt ſtatim oſtendã, ergo de falſo non tenẽtur. Quod
7 autem in dolo non fuerint, probatur ſic † quoties
quis mouetur ad aliquid faciendum propter aliquã
cauſam ſiue iuſtam ſiue etiam iniuſtam non dicitur
eſſe in dolo, *vt eſt tex. no. in l. igitur, §. 1. ibi & generaliter
dicendum eſt. ff. de lib. cau. & no. gl. in l. plagii. 2. in verbo iu-
ſtam in princ. C. ad l. Flauiam de plagia. & gl. fi. in princ. in
l. 2. in fi. ff. de abigeis.* Sed dicti duo electi moti ſunt ad
credendum quod habuerunt poteſtatem addendi
vel addere faciendi d. centum & ſic corrigendi di-
ctum æſtimum magiſtri Franciſci propter illud ver-
bum aptari poſitum in ſua commiſſione & ex eo
quia inuenerunt in policiis ſiue quinternis æſtima-
torum quod dictus magiſter Franciſcus erat æſti-
matus in 200. lib. maxime attenta apotheca dicti
magiſtri Franciſci cum rebus in ea exiſtentibus quæ
cauſæ fuerunt iuſtæ & etiam quando fuiſſent iniu-
ſtæ, tamen quia moti ſunt propter illas cauſas, vt di-
cunt in defenſionib. ſuis non diceretur eſſe propter
hoc in aliquo dolo, *vt d. l. igitur. ff. de lib. cau.* & pro-
pterea non tenentur de falſo, *vt d. l. nec exemplum. C.
de fal.* Nec poteſt eis imputari quod ipſi errauerint
in iure ſide iore ex dicta commiſſione libertatem
8 addendi nõ habebant, † quia licet regulariter iuris
error non excuſet, *vt l. 2. & l. error. & l. regula in princ.
ff. de iur. & fac. igno. & l. 2. C. eo. tit. cum ſi.* tamen vbi de
dolo agitur quælibet ignorantia etiam iuris excuſat,
*vt d. l. igitur. §. 1. de lib. cau. & no. gl. no. in d. l. plagii. 2. & gl.
fi. in d. l. 1. in fi. ff. de abigeis. & etiam gl. in c. fi. per illum text.
in tit. de l. Corradi in vſi. feu.* Et ſi dicatur, ergo in omni
maleficio in quo requiritur dolus nunquam aliquis
punietur, quia ſemper quis ſe excuſabit dicendo ꝙ
hoc fecit errando in iure quod videtur eſſe abſur-
dum. Ad hoc reſpondetur ſecundum *Ang. in d. l. pla-
9 gii,* † quod aliquando quis facit illicitum prohi-
bitum iuri naturæ, puta furatur, occidit, infert iniu-
riam, vel ſimilia facit, & tunc iuris ignorantia non
excuſat etiam propter militiam; ruſticitatem vel ſe-
xum *vt l. venia. & ibi gl. C. de in ius voc.* quia dicitur er-
ror iuris naturalis, vel quaſi naturalis in quo nemo
excuſatur, *vt vult ibi gl. & no. etiam gl. in l. fin. §. licet ff. de
pub. & gl. fin. in l. error. & in l. regula in princ. in gl. magna.
& in gl. in verbo. quibuſdam ad fin. ff. de iur. & fac. igno. &
gl. magna in l. ſi quis in tantam, in 2. quæſt. C. vnde vi. & gl.
in cap. cum illorum ad fi. in verbo ad peritiam. de ſen. excom.*
& iſte non eſt caſus noſter, quia hic non tractatur
de errore in iure naturali vel quaſi. Aliquando quis
facit actum illicitum ſolum de iure communi &
tunc aut eſt certum quod errauerit, id eſt, per erro-
rem illud illicitum commiſit, & tunc excuſatur pro-
10 pter talem ignorantiam & errorem, † quia licet i-
gnorantia iuris ſit lata culpa, *vt l. Lata. ff. de verbor. ſign.*
tamen lata culpa non æquiparatur dolo, ex quo do-
lus requiritur *vt l. ſi quis id quod. §. doli. ff. de iuriſ. om. iud.
& in l. Cor. ff. ad l. Cor. de ſic. & probatur per gloſſ. ord. in l. ſi
quis in tantam, in 8. quæſt. 1. partis. C. vnde vi. & hoc tenet
Ang. in d. l. plagii. & Bart. in l. 1. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus
fue. & hoc probatur in d. l. igitur. ff. de lib. cau. cum aliis iurib.
ſupra ad hoc alle.* Aut eſt certum & quod non errauit
ſed fuit in dolo, & iſte caſus non habet dubium. Aut
11 dubitatur an errauerit vel non, † tunc in dubio
præſumitur fuiſſe in dolo niſi probetur contrarium
quod ipſe errauerit ſecundum *Angel. in d. l. plagii. qui
dicit quod hoc fuit de mente Iac. But. per l. 1. de fi.* Sed qua-
liter ꝓbari poterit iſte error, & ſic ꝙ fecerit actum
12 illicitum potius per errorem, q̃ per dolum, † cum
conſcientia hominis ſoli Deo ſit nota, *vt inſti. de act.
§. alie. in gl. dicit Ang. in d. l. plagii,* quod hoc conſtare
poterit per ſuum iuramentũ purgationis, *vt l. Mar-
cellus. ff. rer. amo. & l. præſenti. C. de his qui ad Eccleſ. confu.
& c. 1. de purg. Cano. coniunctis aliquibus veriſimilibus con-
iecturis.* Et ideo dico in caſo noſtro, etiam ſi de iure
non fuiſſet licitum dictis duobus electis addere vel
addi facere illud, centum æſtimo magiſtri Franciſci
quod eſt falſum vt patet ex prædictis. Tamen ex quo
non conſtet de dolo expreſſe, nec de errore expreſ-
ſe, ſed ſumus in dubio, dicendum eſt, quod in hoc
ſit ſtandum iuramento eorum purgationis, ex quo
concurrunt veriſimiles coniecturæ quod potius er-
rauerint quam in dolo fuerint. Prima eſt, quia ver-
ba commiſſionis ſuæ non ſunt clara in hoc quod
non poſſint addere æſtimis. Imo potius ſonant in
contrarium ibi dum dicitur & fieri debeant ſum-
marii & apti in omnibus prout eſt neceſſarium.

Item quia mihi aſſeritur in facti narratione præ-
cedenti quod huiuſmodi officiales ſolent appellari
correctores & ſommarii, & ſic ex eo quod appel-
lantur correctores, præſumptio eſt quod habeant

 pote-

13 poteſtatem corrigendi. † quia bonum eſt arg.à no-
mine, *vt l.à nullo.& ibi gl.& Doct.C.de ſer.* Item quia in
policiis & quinternis æſtimatorum erat æſtimatus
magiſter Fran.in 200.lib.& in lib.æſtimi ſolum 60.
& ſic veriſimiliter propter iſtam varietatem poſue-
runt credere quod error interuenerit per ea quæ
dicta ſunt ſupra circa princ. quem errorem volue-
runt corrigere. Item hoc maxime verum videtur,
quia dicta apotheca cum rebus in ea exiſtentibus in
tantum debebat æſtimari, videl.in 165.lib. & in plus
prout in facti narratione affirmatur. Item quia ma-
giſter Franc. recuſauit iurare tempore æſtimi facti
propter quod eſt magna contra eum præſumptio,
arg.l.manifeſte, cum ibi not.ff.de iureiur. Item quia dicti
duo electi accuſati non negauerunt ſe feciſſe addere
dictum capit. imo confeſſi ſunt; & propterea quod
ita confeſſi ſunt, videtur quod in dubiis pro eis in me-
14 liorem partem ſit interpretandum, † quia mitius
a agitur cum ſponte confeſſo, *a vt no.gl.5.q.1.in ſum-
ma.& gl.2.q.1.in primis & gl.in c.de hoc, extra de ſimo.* Ex
quibus omnibus coniecturis præſumi debet in du-
bio in caſu, in quo vere non habuiſſent dicti duo e-
lecti licentiam addendi quod illam additionem fe-
cerunt potius per errorem credentes ſe hoc poſſe
facere quam per dolũ, & propterea de falſo in quo
dolus requiritur vt dixi, nullo modo tenentur. Ex
his itaq; omnibus concluditur circa primum dubiũ
quod dicti duo electi potuerunt mandare notario
ſuo quod adderet vnum centum æſtimo magiſtri Franc.
Et etiamſi de iure hoc non potuiſſent de falſo non
tenerentur ipſis iurantibus, quod doloſe hoc addere
non fecerunt, ſed quia credebant ſe hoc poſſe face-
15 re vigore ſuæ commiſſionis. † Circa ſecundum an
dictus notarius de falſo teneatur & puniri poſſit, &
circa iſtud non expedit inſiſtere, quia eius deciſio
patet ex his quæ dixi in præcedenti dubio. Nam ſi
dicti duo electi qui mandauerũt dicto notario ſuo,
vt d.centum æſtimo magiſtri Fran.habuerunt iſtam
poteſtatem & libertatem, vt dixi ſupra, non eſt du-
bium quod etiã ipſe notarius potuerit addere illud
centum vigore dicti mandati, & iſtud nõ habet du-
bitationem. Sed dicti duo electi non habuiſſent di-
ctam poteſtatem mandandi vigore ſuæ commiſſio-
nis & credidiſſent habere hanc poteſtatem, adhuc
notarius non teneretur, quia illæ rationes quæ in-
duxerunt illos duos electos ad credendum quod poſ-
ſent mandare, vt adderetur vnum cap. potuerunt et-
iam notariũ inducere, quia eſt eadem ratio in vtroq;
Nam ſicut ipſi duo electi non tenerẽtur ita nec no-
tarius. Sed dico plus etiam ſi dicti duo electi nõ ha-
buiſſent poteſtatem mandandi, nec ẽt aliquam iu-
ſtam cauſam ita quod fuiſſent in culpa vel in dolo de
mandando notario ſuo facere addi illud centum.
Tamen adhuc ipſe notarius ſuus qui addidit illud
centum de falſo nõ teneretur, ex quo fecit de man-
dato illorum duorum electorum quorum erat no-
16 tarius, † quia qui iuſſu iudicis vel ſuperioris aliquid
facit circa officium ſuum non videtur dolo malo fa-
cere, quia neceſſe habet parere, *vt eſt caſus in l.non vi-
detur.§.qui iuſſu.& ibi gl.ff.de reg.iur.& l.ad ea.cum gloſſ.
& c.quod quis. de regul.iur.in 6.cum ſimilibus.* niſi pro-
baretur, quod in dolo fuerit, quod in dubio non
præſumitur, *vt l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.* Ad eum
enim notarium non ſpectabat intelligere, ſi ea quæ
mandabantur per dictos electos ſuos ſuperiores
circa officium eorum ſcilicet æſtimi mandare pote-
rat in dubio eis obedire tenebatur, vt dictis iuribus,
& propterea in dubio in dolo aliquo non præſumi-
tur & de falſo non tenetur, nec condemnari poteſt,
imo ipſe, & prædicti duo electi abſolui debent à di-
ctis imputationibus de falſo.

Additiones.

a Sponte confeſſo] *Sed nunquid ſi abſoluatur condemnari poſſit, vide ad hoc Bald.in l.ſi quis in hoc, in 1. col. verſ. quæro vnum. C. de Epiſ. & cle. qui partem negatiuam tenere videtur.*

Consil. XXV.

Summaria.

1 *Accuſato ſi per vnum ex iudicibus denuntiatum fuerit, quod fugeret, quoniam capi volebat, an ille qui promiſit ipſum ſub pœna præſentare, & ſic pro eo fideiuſſit, liberatus ſit, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Fideiuſſor in cauſa criminali capi poteſt, & etiam de iudicio ſiſti, vel de præſentando accuſatum de crimine, & ſi in certa quantitate promiſerit, de ea tenetur.*

3 *Fraus & dolus alicui patrocinari non debent.*

4 *Legem fruſtra inuocat, qui contra eam facit.*

1 IN Chriſti † nomine, amen. Cum
per Ser Iacobum & Chriſtophorum
habentes merum & mixtum impe-
rium pro dimidia procedatur contra
Martinum accuſatum de furto, præ-
fatus Martinus fideiuſſorem de ducatis ducentis
præſtitit de ſe quandocunque præſentando. Ser Ia-
cobus cui re vera de facto conſtabat, mittit officia-
les ad ipſum capiendum, de qua re Martinus per
Chriſtophorum conſortem Ser Iacobi certioratus
fugam arripuit. Fideiuſſor demum requiritur vt il-
lum præſentet qui dicit ſe non poſſe illum nec tene-
ri præſentare, quia principalis pro quo fideiuſſit fu-
gam arripuit dolo & ſuaſu & fraude alterius iudicis,
videlicet Chriſtophori. Dubitatur an fideiuſſor Ser
2 Iaco. teneatur pro dimidia. † Circa primum non
eſt dubium quod poteſt accipi fideiuſſor in cauſa
criminali, & etiam de iudicio ſiſti vel de præſentan-
do accuſatum de crimine, & ſi promiſit in certa
a quantitate in illa tantum tenetur fideiuſſor, *a vt
eſt text.in l.2.in fin.cum ſeq.ff.qui ſatiſdar.cog.& probatur
in leg.ſi quis reum.* ibi certa quantitas comprehenſa
eſt, *ff.de cuſt.reo.* à contrario ſenſu, & hoc caſu quan-
do pro cautione officii in criminalibus quis pro-
mittit aliquem repræſentare curiæ, & propter iſtam
promiſſionem relaxatur inculpatus fideiuſſor tene-
tur etiam lata ſententia ipſum exhibere ſeu præſen-
tare etiam pro exſecutione ſententiæ, *vt vult Bar.in l.
ſi quis reum.ff.de cuſt.reo.& Paul.de Caſt.in d.l.2.§.fi.in 2.
col.& in l.duob.§.à fideiuſſ.in vlt.col.ff.de iureiu.* Sed du-
bium

bium facit nunquid dictus fideiuſſor ſit liberatus ab
illa obligatione quam fecit de præſentando dictum
inculpatum de furto ex eo cum mandato curiæ in-
culpatus deberet capi, ſed ſi fuit ſibi denuntiatum
& perſuaſum quod deberet fugere, nunquid pro-
pter hoc videatur eſſe liberatus fideiuſſor. Et prima
facie poſſet argui in fauorē fideiuſſoris, quia quan-
do quis vocatur ad iudicium, & per aliquē iudicem
factum fuit quominus ad iudicium veniret compe-
tit ſibi exceptio, *vt l. 2. §. fin. ff. ſi quis cau. & ib ibi Doct. & not. per Paul. de Caſt. in rub. ff. de eo per quem fact. erit*, &
maxime quia hoc contingit propter factū vnius de
duobus iudicibus, ad quem ēt ſpectare potuiſſet di-
midia pœnæ per fideiuſſorem promiſſæ, vnde dolus
3 ſuus non debet ſibi prodeſſe, † quia fraus & dolus
alicui patrocinari non debent, *c. ſedes Apoſtolica, extra*
4 *de reſcr.* † Et quia quis fruſtra legē inuocat qui cōtra
eam facit, *l. auxilium, in fi. ff. de mino. &c. & quia fruſtra, extra de vſur. cum ſim.* Sed in contrarium eſt ipſa veri-
tas. Nā licet dictus inculpatus de furto aufugit per-
ſuaſu & dolo dicti Chriſtophori, tamē propter hoc
nō releuatur ipſe fideiuſſor à ſua obligatione quam
fecit quin poſſit agi contra eum, quia ad hoc ſaltem
fuit petita dicta fideiuſſio, vt ſi ex aliqua cauſa non
præſentaretur teneretur ad pœnam promiſſam, *vt probatur in l. ſi. §. fin. in tex. & gloſſ. & ibi per Doct. & de eo per quem fact. erit.* Nec poteſt excuſari ſi fuit denūtia-
tum ſibi à d. Chriſtophoro tāquā à perſona priuata
nō tanquā à iudice, nec vigore iudicij, ideo fideiuſ-
ſor non liberatur, nec ei competit exceptio, & mul-
to minus ipſe inculpatus qui fuit dolo fugiendo, *vt probatur in d. l. 2. §. fin. in fi. ff. ſi quis cau.* ſecus ſi retinere-
tur per alium iudicem ſub prętextu iudicij, puta qui
fuiſſet vocatus ad maius tribunal. Et ita loquitur *d. l. 2. §. fi. in prin.* Bene tñ concedo ꝙ pro dimidia pœnę
quæ veniret applicando d. Chriſtophoro nō poſſet
per eum exequi à dicto fideiuſſore, ex quo fuit in
dolo præſuadendo inculpato fugam, ex quo cauſa
fuga, nam ex ſuo delicto non debet commodum
conſequi maxime faciendo contra legem per di-
ctam regulam fruſtra legis auxilium inuocat per
prædicta.

ADDITIONES.

a Fideiuſſor] *ad hoc vide D. Alex. in l. ſi quis de cu. reo. Bal. in l. quoties de noxa. D. Abb. & Doct. in rub. de fideiuſſ.*

CONSIL. XXVI.

SVMMARIA.

1 *Mulier, quæ diu pro famula ſtetit, & pro famulatu creditrix fuit, ac à domino prægnans reddita, ſi eadem furtiue, poſtquam ab eo receſſerit, pecunias ſubtraxerit, an furtum committere dicatur & tale furtum punibile ſit, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Iudæi abſtinendo propria auctoritate à vaſis argenteis Pharaonis, quando aufugerunt de terra Aegypti, neq; furtum neque peccatum commiſerunt.*

3 *Bellum licet indicere & mouere alicui non potenti recuperare rem ſuam, vel etiam furto aliquid accipere.*

4 *Rem meam vbi recuperare non poſſum, æquiualentem furtiue accipere valeo.*

5 *Clericus quoquo modo recuperando rem ſuam irregularis non efficitur, etiam ſi mors ſequeretur.*

6 *Pœnam non meretur quod lege permittente fit.*

7 *Ius ſibi propria auctoritate dicere licitum non eſt.*

8 *Ius ſibi propria auctoritate dicere quibuſdam in caſibus licitum eſt.*

9 *Ius ſibi tunc demum quis dicere poteſt, quando alio modo per iudicem ius ſuum conſequi nequit.*

10 *Furto accipere licitum eſt auctoritate propria, vbi ſcandalum non generatur.*

11 *Exempli peſſimi illud quod eſt, faciendum non eſt.*

12 *Furtum eſt contrectatio rei alienæ fraudulosa animo lucrandi inuito domino.*

13 *Sequentia præcedentia declarant.*

14 *Fur præſumitur qui clam rem emerit.*

15 *Vita ratione de aliquo bene præſumendum.*

16 *Verba, capias, & tibi ſoluas, ciuili modo intelligi debent.*

17 *Furtum ſine furandi animo non dicitur.*

18 *Furti non tenetur ille qui alicui damnum dederit, niſi animo furtum faciendi id fecerit.*

19 *Creditor quando pro ſibi ſatiſfaciendo debitoris rem accipit, vi bonorum raptorum non tenetur.*

20 *Maſculinum quando à iure qualificatum profertur, ſicut eſt hoc nomen Doctor medicus, religioſus, in materia pœnali fœmina religioſa vel habens illam qualitatem non includitur.*

21 *Maſculinum quando fœmininum concipiat, dubitationes recipit.*

22 *Adiectiuum quādo cum ſubſtantiuo maſculino coniungitur, tunc eo caſu quo maſculinū concipit, extenſione fit ſecundum ſubiectam materiam, non autem ex propria ſignificatione.*

23 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*

24 *Furto quis regulariter de iure communi mori non debet.*

25 *Pœnalibus, odioſis & ſtrictis maſculinum genus fœmininum non concipit.*

26 *Maſculinum genus quando à lege vel ſtatuto profertur in materia indifferenti, quæ vtriq; non conuenit, ſed maſculino ſolum, tunc maſculinum fœmininum non continet.*

27 *Actus agentium in patiente bene diſpoſito ſecundum Philoſophum operari debent.*

28 *Clauſula, lege municipali, quomodo ad ſtatutum aliquod referri poſſit.*

29 *Clauſula, ſaluo ſemper, quid importet.*

30 *Pecuniam auferentes, etiam fracto pariete vel capſa, qua pœna puniri debeant.*

1 IN Chriſti † nomine, amen. Magnifice ac Generoſe Prætor in cauſa Beneuenutæ Vxoris Zachariæ de Cremona ſuper vno & 40. ducatis per ipſam Franc. de Mazolis ſubtractis mihi per magnific. 5. commiſſa, vidi prius diligenter totum proceſſum & inquiſitionem per d. iudicem maleſic. contra eam formatam, & allegationes tam in fauorem Beneuenutæ quam etiam contra ipſam. Et omnibus diligēter ac maturè conſideratis. Pro declaratione veritatis tria dubia mihi

videntur eſſe in primis diſcutieoda & examinanda.
Primum eſt, quod ſi dicta Beneuenuta accipiendo
dictos 40. & voum ducaros de coffiuo d. Franciſci
deliquerit. Secundum poſito, quod ſic, an illud deli-
ctum aliqua pœna puniri debeat. Tertium poſito,
quod puniri debeat, quæ pœna debeat ei imponi.
Circa primum dubium dicitur pro parte d. Beneue-
nutę ipſam non commiſiſſe aliquod delictum acci-
piendo dictos ducatos ipſi Franciſco eo abſente &
ignorante quia in proceſſu probatum eſt ipſam Be-
neuenutam fuiſſe & eſſe creditricem ꝓ ſua merce-
de, quia ſtetit 12. ano. pediſſequa d. Franciſc. & ei nõ
ſoluerat & ſępius petierat ab ipſo vt ei ſolueret, quia
maritus ſuus non videbat eam libẽter, quia non de-
derat dotem, & quod plus eſt cognouerat ipſe Fran.
eam carnaliter, ita vt ex eo prægnãs facta fuerit, nec
vnquam dedit niſi verba, & ideo videbatur eam po-
tuiſſe ſubtrahere ſine delicto dictas pecunias, ex
quo aliter debitum ſuum conſequi nõ poterat cre-
dens id ſibi licere. Sicut dicitur in ſacra pagina de Iu-
dæis quando aufugerunt de terris Pharaonis, abſtu-
2 lerunt propria auctoritate vaſa argẽtea. † Et Theo-
logi dicunt vt referunt aduocati Beneuenutæ, quod
non commiſerunt furtum neque peccatum, quia
laborauerant per multa tempora, ſeruieràntque i-
pſi Pharaoni, & pro ſua mercede potuerunt ſua au-
ctoritate ſibi eo modo ſatisfacere. Item ad hoc opti-
me facit, *23. quæſt. 2. Dominus noſter*, & quod ibi dicit
3 Arch. qui eleganter vult † quod vbicunque quis
non poteſt habere rem ſuam, licitum eſt bellum in-
dicere & mouere ad recuperandam rem ſuam vel
etiam furtiue accipere per illum text. Et idem tenet
Inno. *in cap. olim cauſam, id eſt, extra de reſtit. ſpo. quem
ſequitur ibi Anto. de But. & Doctor. & Flor. in l. itaque in
fin. ff. ad l. Aqui.* Imo plus dicit Innoc. *in d. cap. olim,*
4 † vbi non poſſum recuperare rem meam poſſum
æquiualentem furtiue accipere, *per d. cap. Dominus,
noſter, & hoc ſequitur ibi Anto. de But. & Flo. in d. l. itaque,
5 in fin. qui dicit hoc eſſe mirabile.* † Imo plus videtur
dicere quod ſi mors ſequeretur, ex quo non tendit
ad hoc non efficeretur irregularis, & hoc debet in-
telligi etiam ſi poſſet haberi copia iudicis vel ſupe-
rioris, vt propria auctoritate poſſit rem ſuam vel
æquiualentẽ accipere, dummodo ex tali furto, nec
malum vel ſcandalũ valeat generari, vel contra vxo-
rem, vel contra familiarẽ, vel quemcunq; aliũ, quia
tunc deberet rem in priſtinum ſtatum reſtituere, &
idem tenet Paul. de Caſtr. *in conſ. 35. in 3. col. in princ.* &
hoc conſilium vidi ſæpiſſime dari à Theologis. Et
ideo videtur quod ex quo dicta Beneuenuta erat
creditrix dicti Franciſci pro dote ſua ſiue pro mer-
cede ſua 12. anoorum. Item propter ſtuprum com-
miſſum per Franciſcum cum ipſa Beneuenuta ex
quo grauida effecta eſt, quia ex hoc ſolo tenebatur
ipſam dotare de iure, *iuxta cap. 1. cum ibi nota. extra de
adult.* & maritata non potuerit habere debitum ſuũ
à dicto Franciſco ſæpius interpellato, qui ſolum da-
bat ei verba, videtur quod furtiue potuerit dictam
pecuniam accipere, poſtquam cognouit ſcandalum
oriri poſſe, quia dictus Franciſcus inculpabat etiam
Zachariam eius maritum qui non erat in culpa re-
ſtituit dictam pecuniam, videtur quod nõ delique-
rit, quia vſa eſt cooſilio legis ſeu Innocentii Papæ;
ergo non videtur fuiſſe delictum ſaltem punibile,
6 † quia quod fit lege permittente pœnam non me-
retur, *l. Gracbus. C. de adulte.* ac etiam quia non debet
quis legis auctoritate decipi. Et licet prædicta vera
eſſe videantur, tamen in caſu noſtro credo, quod
ipſa Beneuenuta deliquerit. Nam non eſt dubium
quod in ciuitate Brixiæ quæ eſt ciuitas inſignis, quia
in ea habetur copia prætoris & iudicum & peritiſſi-
morum virorum, *iuxta cap. ſtatutum in princ. cum ibi
nota. de reſcr. in 6.* potuiſſet ipſa Beneuenuta ius ſuum
conſequi & probare de iuribus ſuis nec ei obſtare
poterat aliqua violentia, *l. non eſt veriſimile, in princ.
ff. quod met. cau.* Et ideo debebat prætorem aut alium
iudicem adire, nec ius propria auctoritate ſibi di-
7 cere, † quia iſtud eſt regulariter prohibitum, *vt
l. extat.* vbi videtur eſſe caſus notabilis de iſta quæſt.
*ff. quod met. cauſ. & in leg. penult. §. creditores. & leg. final.
ff. ad leg. Iul. de vi priua.* vbi etiam videtur caſus de hoc
facit, *l. ſi quis in tantam, cum ibi nota. Cod. vnde vi, & in-
8 ſtit. vi bo. rapto. §. 1. cum ſimilibus.* † Item reperiuntur
certi caſus in quibus licitum eſt ſibi ius propria au-
ctoritate dicere, *qui nota. in Spe. de actore. §. 1. verſic. idem
quod vult propria auctoritate. & per gloſſ. & Bart. & Doct.
in d. leg. extat, & per Bald. in cap. 1. §. 1. in princ. in titu. de
pace iura. fir. in vſib. feud.* ſed iſte caſus non connume-
ratur inter ipſos, ergo, &c. *arg. gloſſ. notab. inſtitut. de
actio. §. actionum.* Imo videtur quod contrarium ſit
verius per not. per Innoc. & Doct. *in cap. vt præterita.
& in cap. querelam, extra de elect.* In quibus habetur
quod non eſt licitum ſibi ius dicere propria aucto-
ritate, *pro hoc allego gl. ord. 1. diſt. ius naturale*, quæ vult,
9 † quod tunc demũ poteſt quis ſibi ius dicere, quan-
do alio modo non poteſt ius ſuum conſequi per iu-
dicem, *32. quæſt. 2. ca. 1. & l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de
his quæ in frau. cre.* Nec videtur obſtare id quod dici-
tur de Iudæis, quia intelligitur quando non poteſt
haberi copia iudicis per prædicta. Nec obſtat quod
ſingulariter not. Innoc. *in c. olim. 1. de reſti. ſpo.* quia li-
cet illud dictum ſit periculoſum, videl. quod pro-
pria auctoritate quis poteſt rem etiam æquiualen-
tem accipere furtiue, vbi non poſſet generari ſcan-
dalum etiam vbi poſſit haberi copia iudicis vel ſu-
perioris, nec vnquam tale conſilium cuiq; dare vo-
lui, tamen poſito quod ſit verum. In caſu noſtro po-
tius facit in contrarium, quia dicta Beneuenuta po-
tuit cogitare ꝙ ex dicta ſubtractione pecuniæ pote-
rat ſcandalum oriri ſicut ortum eſt, quia d. Franciſc.
inculpabat etiam Zachariam maritum Beneuenu-
tæ, & potuiſſet etiam alios de familia faciliter incul-
pare, & ideo non fuit licitum Beneuenutæ dictam
pecuniam ſubtrahere maxime cũ fractura coffini,
ex qua neceſſitate Franciſcus debuiſſet aliquem in-
culpare & ſcandalum facere.

Et ideo concludo quod dicta contrectatio con-
tinet in ſe delictum, quod ſentit etiam Inn. *in d. cap.
10 olim. 1.* vbi etiam in caſu noſtro † quo propria aucto-
ritate licitum eſt accipere vbi ſcandalum non gene-
raretur appellat furtum dum dicit, dummodo ex ta-
li furto nec malum vel ſcandalum valeat generari,
& probatur, *in l. extat. ff. quod met. cauſ. & in leg. pen.
& fin. ff. ad leg. Iulia. de vi priuata*, vbi eleganter dicit,
quod

quod nec verecundiæ nec dignitati nec pietati con-
11 uenit, quicquam ſuo iure facere. † hoc etenim
peſſimi eſt exempli, ideo non faciendum eſt nec
tolerandum, *arg.l.exemplo. C.de proba. cum ſim.* Circa
ſecundum, an tale delictum aliqua pœna puniri de-
beat, & videtur quod non, quia d. Beneuenuta erat
domeſtica dicti Franciſci, vt teſtes dicere videntur,
ergo etiamſi fuiſſet furtum, tamen non tenetur a-
ctione furti. *l.reſpiciendum, §.furta domeſtica. ff. de pœn.*
Sed breuiter ego teneo quod tale delictum ſit pu-
nibibile, *iuxta l.extra.cum ibi not.ff. quod metus cauſ. &
leg.pen.& fin.ff.ad l.Iul.de vi priua.* Et ſi eſſet furtum de
quo dicetur in ſequenti dubio puniri deberet pœ-
na furti, quia dicta Beneuenuta non erat nec eſt do-
meſtica, ex quo non habitabat cum Franciſco nec
erat eius pediſſequa, *vt habetur in d. §.furta domeſtica,
& l.præſenti, §.ſane.& ibi gloſſ.& Doct.C.de his qui ad Ec-
cleſias confugiunt, & inſtit.de teſtam.§. in teſtibus. per gloſ.
& Doctor.per gl.& Cano.in c. in literis extra de teſtib.cum
ſim.* Nec obſtat quod ipſa habitauerit in parte infe-
riori domus Franciſci, quia ex quo nõ habitabat ex-
penſis Franciſci propriis nec pro eius ſeruitio cen-
ſetur inhabitaſſe potius in alia domo, *argum.l.ſi quis
duas, §.ſi quis partem, ff. communia prædio.* vbi dicitur ꝙ
alia domus dicitur interiecto pariete, *& not.in l.quod
in rerum, §.fin.ff. de lega. 1.* Præterea etiamſi fuiſſet do-
meſtica, tamen puniretur pœna furti, ſi furtum eſ-
ſet, quia huiuſmodi furtum non eſt leue, imo ma-
gnum, ex quo de forma ſtatuti etiam pro minori
ſumma quis deberet furca ſuſpendi, nam *d. §.furta
domeſtica*, loquitur in leuiori furto, id eſt, modico, vt
patet ibi ſi leuiora ſunt, ergo, ſi ſunt maiora punien-
di ſunt huiuſmodi fures, vt ibi not. & iſtud eſt cla-
rum. Circa tertium & vltimũ qua pœna puniri de-
beat d. Beneuenuta eſt prius conſiderandum quod
delictum eſt iſtud, ex quo facilime intelligi poſtea
poterit qua pœna puniri debeat. Et videtur quod d.
Beneuenuta furtum commiſerit, quia in eo viden-
tur concurrere omnia quę in diffinitione furti con-
tinentur, & ſic diffinitio videtur conuerti cum ſuo
diffinito; ergo, &c. *l.1.§. dolũ & ibi not.ff.de dolo.& not.
gl.in rub.extra de ſumma Trin.& fide cath.* Quod autem
omnia quæ in diffinitione furti continentur con-
12 currant, patet, † quia furtum eſt contrectatio rei a-
lienæ frauduloſo animo lucrandi inuito domino ꝙ
lege naturali prohibitum eſt admittere, *l.1.§.furtum,
ff.de furt.& inſtit.de oblig.quæ ex delict.naſcunt. §.1. & ibi
not.* At in caſu noſtro fuit contrectatio rei alienæ in-
uito domino, *per l. qui vas. §. vetare, ff.de furt.* hoc et-
iam apparet, quia ipſe Franciſcus porrexit quere-
lam d. iudici maleficiorum contra dictam Beneue-
nutam quod non feciſſet, ſi voluntate eius etiam ta-
13 cita factum fuiſſet, † quia ſeqnẽtia declarant præ-
cedentia, *l.ſi ſeruus plurium, §.fin.ff.de lega.1.* Item frau-
duloſa, quia fuit clam. *argu. l.non exiſtimo, ff.de admin.
tut.& argum. c. conſuluit, cum gl. in verbo clam. extra de
14 offic.deleg.* † & pro hoc quia qui emit rem clam præ-
ſumitur fur, *vt not.Paul.de Caſt.in l.in ciuilem, C.de fur-
tis pro hoc etiam gl.in l.qui contra.C.de inceſt.nup.& in l.1.
C.de interd.matr.cum ſim.*

Item quod fuerit frauduloſa & animo lucrandi
videtur probari quod poſtquam hoc fuit effectum,
ipſa aufugit de domo, & negauit ſe habuiſſe dictam
pecuniam & in iudicio circa hæc variè locuta eſt
per quæ apparet quod fecit animo lucrandi & frau-
dulenter. Sed his non obſtantibus teneo quod vere
iſtud non fuerit furtum duplici ratione. Prima eſt
quia hoc videtur feciſſe principaliter, quia erat cre-
ditrix ipſius Franciſci in tanta quantitate & etiam
maiori attento maxime ſtupro commiſſo per Fran-
ciſcũ cum ipſa, vt apparet ex atteſtationib. teſtium.
coniuncto, c.1.cum ibi not.extra de adul. & maxime, quia
ſteterat quibuſdã annis maritata ſine dote propter
ꝙ non libenter videbatur à marito ſuo, *iuxt.l.ſi.C.ad
Velleia. & in auth.de nupt. §.ſi quis enim duxerit vxorem.
col.4. cum ſim.* & quotidie à ſuo marito increpabatur
quod erat ſine dote, nam cum ipſa ſit ſatis de bona
familia de Bernardo, & fideliter per 12. annos ſerui-
uerit d. Franciſco etiam gubernando pecunias ſuas
15 † vt apparet ex proceſſu, præſumendum eſt bene
de ipſa, *iuxta l. quod ſi nolit. §.ſi mancipium, cum his quæ
ibi not. & maxime per me, ff. de adil. edict.* & ideo illud
quod fecit ſubſiſtente cauſa debiti non ſolnti in du-
bio præſumendum eſt quod dictam pecuniam ac-
ceperit cauſa ſibi ſatisfaciendi, prout ipſa in iudicio
dixit, & præſertim cum ex atteſtationibus apparet,
quod ipſe Franciſcus & eius mater conquerente i-
pſa Beneuenuta quod ſibi non ſatisfaciebat. Franci-
ſcus dicebat capias, & ibi ſoluas vel huiuſmodi ver-
16 ba, quæ licet intelligi debeant ciuili modo tan-
quam verba generalia quæ non ſunt obligatoria, *vt
eſt gl.in l.2.C.in quib.cau.colo.& cenſ.lib.11.& habetur in
c. cum veniſſent extra de conſtit. & in l. obligationum ſub-
ſtantia, ff.de actio.& oblig. & per Lud. de Rom.in rubric.de
arbitr. in 4. col.* vel quod ſaltem intelligi debeant ci-
uili modo ſcil. nõ frangendo coffinum, vel capſam,
arg.l.ſi cui, ff. de ſeruit. tamen negari non poteſt ꝙ ipſa
mulier accepit eam animo vt ſibi ſatisfaceret, vt pa-
tet ex prædictis, & ex ſua confeſſione & ex atteſta-
tionibus, & propterea non poteſt dici furtum, quia
non fecit animo furandi, ſed ſibi ſatisfaciendi. Se-
cunda ratio eſt, quia ipſa credidit ſibi hoc licere tũc
quia erat creditrix, tum propter verba Franciſci &
matris ſine quibus facilime credere potuit, *argum.
gl.nota.in l.Titio fundus, ff. de condit.& demon.* & maxi-
me in damnum ipſius Franciſci. Et licet illa verba
Franciſci & eius matris non tenderent ad hoc præ-
ciſe, vt fracto coffino deberet clam pecuniã aufer-
re, tamen ex quo ipſa credidit ſibi hoc licere pro-
pter dicta verba, dato, quod ſibi hoc non licuiſſet,
ſicut licitum ſibi non fuit, vt dixi ſupra in primo du-
17 bio, tamen dicitur furtum commiſiſſe † quia fur-
tum non dicitur ſine animo furandi, *vt probatur inſt.
vi bo.rap.* §.1. ibi nec furti teneri eum qui eodẽ hoc a-
nimo rapuit, & probatur, *in l.ſi quis vxori. §.ſi quis aſi-
num, in fin.* ibi furti ita demum teneri ſi furandi ani-
mo id feciſſet, *ff.de furt.* & probatur an aliquis teſta-
18 mentum, *§.fin.ff.ad l. Aquil.* vbi dicitur, † quod fur-
ti non tenetur ille, qui dedit alicui damnũ niſi ani-
mo furti faciendi hoc faceret, quia furtũ & factum,
id eſt, contrectationẽ & animũ furandi exigit, vt ibi
dicitur. Sed profecto in caſu noſtro, licet Beneue-
nuta acceperit dictã pecuniam & clam & non recte
fecerit, tamen ex prædictis, & his quæ in proceſſu

continneotut, iudico ipſam feciſſe non animo furan-
di, ſed ſibi ſatisfaciendi, & propreręa non poteſt dici
ipſam proprie furtum commiſiſſe. Et ad hoc allego
Rofredum Beneueotanum io libellis ſuis iuris ciui-
lis ſuper conſtitutione diui Marci quæ eſt, *l. extat. ff.*
19 *quod me. can. circa. fin.* vbi dicit multum not. † quod
quando creditor accipit rem debitori pro ſibi latiſ-
faciendo non tenetor vi bono. rapto. quia nec rapi-
nam voluit committere & forte credidit ſibi licere,
cum voluntas & propoſitum diſtinguant maleficia,
vt l. qui iniuria cauſa in princ. ff. de fur. & eadem ratione
dito quod dicta Beneuenuta voluit furtum com-
mittere & credidit forte ſibi licere, & per conſe-
quens actione furti non tenetur. Ex prædictis ſe-
quitur ceſſare dubitationem de ſtatuto Brixiæ ſub
rubr. de pœna furis non famoſi committentis fur-
tum in quo dicitur: Si quis fur noo famoſus furtum
fecerit pecuniæ vel rei à lib. quinquaginta mezano-
rum ſuper furcis ſuſpendatur per gulam, &c. quia
non ſumus in caſu dicti ſtatuti, ex quo Beneuenuta
furtum non commiſit nec furti tenetur. Præterea
etiam ſi eſſemus in caſu furti, & Beneuenuta fur-
tum vere commiſiſſet & teneretur pœna furti, ta-
men non teneretur pœna illius ſtatuti, vt furcis de-
beat ſuſpendi per regulam, quia illud ſtatutum non
comprehendit fœmioam furtum committeotem
20 ſed ſolum maſculum tribus rationibus. † Et pri-
ma eſt, quia quando maſculinum profertur à iure
qualificatum, ſicut eſt hoc nomen Doctor medicus
religioſus in materia pœnali non includitur fœmi-
na religioſa vel habens illam qualitatem, *vt in clem.*
oo. de conſan. & affinit. & ita intelligit ibi illum text. Paul.
de Liaza. & Cardin. in 5. opposit. & Dom. de S. Gemi. in c.
generali. de elect. in 6. & probatur in c. quoniam. §. penult. de
Simo. & de cler. excomm. mini. c. poſtulaſti. §. pe. Facit tex.
27. quaſt. 1. impudicus, vbi exprimit monachos & mo-
nachas, *& ita tenui in l. 1. ff. de verb. ſigni.* vbi pleniſſime
21 vltra omnes examinauit. † an & quando maſculi-
num genus concipiat fœmininū, hoc tamen recipit
dubitationes, *per l. quicunque. C. de ſer. fugi.* quæ loqui-
tur de ſeruo fugitiuo intelligendo ipſum etiam in
ſerua fugitiua, de quo me remitto ad ibi notata quia
ſunt aliæ ſequentes rationes quæ magis vrgent.
22 † Alia ratio eſt, quia quando adiectiuum coniun-
gitur cum ſubſtantiuo maſculino, tamē vt in hoc ex-
emplo ſi quis filius vel ſeruus vel quicunque labo-
rator, vt in caſu noſtro. Si quis fur famoſus tunc eo
caſu quo maſculinum concipit fœmininum, hoc fit
exteoſione non ex propria ſignificatione ſecun-
dum ſubiectam materiam, *vt probatur in l. quiſquis. &*
23 *in l. pronuntiato. in princ. ff. de verb. ſigni.* † quia talia
ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant, *vt eſt*
text. cum gloſſ. in c. inter dilectos. in verbo nequiuiſſent. ex-
tra de fide inſtru. & not. gloſſ. in c. dudum in verbo prohibe-
mus de deci. & hoc videtur fuiſſe de mente Bart. in l. 1. ff. de
verb. ſigni. quem ſequitur An. in clement. 1. in 3. quaſt. de e-
lect. & d. Domi. in c. generali. de elect. in 6. Et ita tenui in
dicta. l. 1. ff. de verbor. ſignific. Et ideo cum ſimus in caſu
24 ſtatuti exorbitantis à iure communi. † quia de iu-
re communi regulariter pro furto quis non debet
mori, *vt habetur in l. fi. fugitiui. & in authent. ſed nouo*
iure. C. de ſer. fugit. & ibi hoc pleniſſime declaraui, &
tale ſtatutum ſi ſit pœnale & contra ius commune
debet intelligi in caſu proprio & non improprio
per viam extenſionis, *vt l. 3. §. 1. de neg. geſt. & l. quicquid*
aſtringenda. cum ibi notat. ff. de verb. obl. & nota. in dicta l.
quicunque. & in d. l. 1. ff. de verbor. ſignific. & ibi plenè dixi
in 2. quaſt. princ. Et propterea maſculinum non con-
25 cipit, † quia in odioſis & pœnalibus & ſtrictis maſ-
culinū non concipit fœmininum, *vt eſt caſus notab. in*
l. 1. §. quare. ff. de ventre in poſſeſſion. mittend. & ita nota.
Ludo. de Rom. in l. 2. in princ. in 2. col. in fin. ff. de verbor. obl.
26 † Tertia ratio eſt quia quando maſculinum *a* ge-
a nus profertur à lege vel ſtatuto in materia differen-
ti quæ nō conuenit vtrique ſexui, ſed ſolum maſcu-
lino, tunc maſculinum nō continet fœmininum, *vt*
no. per Pau. de Liaza. & Dominicum in c. generali. de electi.
in 6. & Card. in cle. 1. in 2. quaſt. ad fin. de electi. & dixi in
27 *l. 1. in 1. quaſt. in ſecunda fallent.* † Et poteſt eſſe ratio,
quia actus agentium debent operari in patiente be-
ne diſpoſito ſecundum Philoſophum. Sed in caſu
noſtro ſtatutum loquens in maſculino de fure non
famoſo vt furca ſuſpendatur, non conuenit naturæ
mulieris neque eius ſexui, quia mulieres communi-
ter ſuſpendi pro dicto delicto non conſueuerunt in
hac prouincia Illuſtriſſ. Ducalis Dominii Venetia-
rum niſi pro cauſa ſtatus, id eſt, pro crimine læſæ
Maieſtatis. Et ideo non eſt præſumendnm quod ſta-
tuentes voluerint comprehendere fœminas, *arg. l.*
plenum. §. equitis. ff. de vſu & habi. & argu. l. ſi quis filio ex-
heredato. §. irritum. ff. de iniuſto teſt. & l. ex militari. ff. de
teſta. mili. & quod no. Bald. in c. 1. §. ſi vero. in tit. de feudo
guardia & gaſtaldia, vnde ex his concludo quod pœ-
na mortis vigore dicti ſtatuti dictæ Beneuenutæ im-
poni non poteſt. Sed dubium remanet nunquid
poſſit & debeat puniri vigore ſtatuti ſub rubr. de
pœna committentis aliquod maleficium de quo nō
eſſet pœna determinata. Et videtur quod ſic, quia il-
lud ſtatutum vult quod vbi quis cōmiſerit aliquod
maleficium, de quo non eſſet determinata pœna
per ſtatutum cōmunis Brixiæ Poteſtas debeat con-
demnare, & pœnam imponere ſecundum ſtatutum
ſimile, ſi quod eſſet, reperiretur in volumine ſtatu-
torū. Sed iſte caſus non eſt determinatus per ſtatu-
ta. Ergo videtur quod per ſimile debeat determi-
nari, & ſic per ſtatutum de pœna furis non famoſi.
In cootrarium teneo eſſe veritatem propter clauſu-
lam in fine appoſitam in dicto ſtatuto dum dicit:
Saluo ſemper ſtatuto duodecimo ſuperius poſito
28 ſub rubri. quod nullus corporaliter puniatur † In
quo ſtatuto continetur quod nullus corporaliter
puniatur niſi lege municipali caueatur, quę clauſula
cum poſſit referri commode ad totum ſtatutū de-
bet referri, *l. talis ſcriptura, cum ibi no. ff. de leg. 1. C. de lib.*
prot. & l. 1. & in c. ſecundo requiris. extra de appellation. &
in l. ſi idem, cum eod. §. final. ff. de iuriſd. omn. iudic. & in
29 *prædictu locu not. per Doctor.* † Et hoc forte importat
verbum ſemper dum dicit: Saluo ſemper, quaſi di-
cat ſaluo in omnibus prædictis caſibus, &c. *argumen.*
l. 1. cum gloſſ. in verbo ſemper. ff. ſolu. matrimon. cum ibi not.
Nec eſt verum, quod noo poſſit commodè referri
ad omnia, quia intentio ſtatuentium videtur fuiſſe
vt nullus puniatur pœna corporali niſi lege muni-
cipali caueatur, vt dicitur in ſtatuto prædicto 12. à
qua

ſqua lege non intendunt recedere per ſtatutum de pœna committentis aliqnod maleficium, & propter hoc dixi in fin. ſaluo ſemper, &c.

Præterea iſta videtur eſſe magis conueniens interpretatio, quia hoc modo non corrigitur dictum ſtatu. 12. Sed ſi illa clauſula referretur ad proxima tantum, illud ſtatutum corrigeret in parte ſtatutum, 12. quod in dubio non eſt dicendum, *per l. nam ad ea. cum ibi nota. ff. de conditio. & demon. & per nota. per Bart. in l. 1. §. 2. ff. quod vi aut clam.* Et maxime ipſum reſeruando in ſpecie & dicendo, ſaluo ſemper, &c. Et iſtam partem puto eſſe veriorem.

Niſi in ciuitate Brixiæ fuiſſet & eſſet interpretatum & obſeruatum contrarium, quia tunc illud eſſet ſeruandum, *per l. ſi de interpretatione, ff. de legibus.* Et ideo concludo quod dicta Beneuenuta de iure cõmuni poſſet puniri ſi hoc eſſet petitum in amiſſione crediti, *vt l. extat. ff. quod metus cauſa. & l. penult. §. creditores. ff. ad l. Iul. de vi priuata* & efficeretur infamis, *vt l. fin. eo tit.* Sed iſtæ pœnæ procedendo per viam inquiſitionis ſicut proceditur non debent habere locum maxime ſtante ſtatuto prædicto. 12. in quo continetur quod nullus corporaliter puniatur, niſi lege municipali caueatur, ſed alias puniatur pecuniariter arbitrio Poteſtatis inſpectis conditione perſonæ & qualitate delicti, & ſecundum iſtud ſtatutum debet fieri condemnatio pecuniariter tantum, arbitrio Poteſtatis inſpecta conditione dictæ Beneuenutæ de quibus conditionibus dictum eſt ſupra. Et inſpecta qualitate delicti, ſcilicet quantitate pecuniarum & cauſa delicti & apertura & fractura coffini, quæ fractura aggrauat etiam delictum, *per ea quæ not. Paul. de Caſt. in authenti. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis, & probatur in l. 1. §. idem effractores,* ibi effracto pariete pecuniam abſtulit, *ff. de effra-*
30 *cto. & expilato.* † vbi de iure communi etiam auferentes pecuniam fracto pariete vel capſa ciuis, Romanus vel honeſtiores vltra pœnam exilii condemnare non poterant, & quidam ciuis Romanus propter hoc quinquennio iuſſus eſt abſtinere prouincia Africa: vnde erat, & ab vrbe, & ab Italia. Sed plebei vltra pœnas operis publici non condemnabantur, *vt d. §. idem effractores. & § finali.*

ADDITIONES.

Maſculinorum] *Ad iſtam materiam in qua pendet reſolutio totius conſ. vide D. Alex. de Imol. in conſ. 66. in 4. vol. & in conſ. 135. in 1. volum. Bart. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in l. ſi quis id quod, de iuriſd. om. iudi. Bald. in l. ne paſſim. C. de iur. & facti ignoran. Abb. & Doct. in c. ſignificauit. de reſcrip. Doctor. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt.*

CONSIL. XXVII.

SVMMARIA.

1 *Homicidio intereſſe qui noluerit, ſed poſt concluſionem per alios de occidendo factam dixit. Andelo amazar con Dio, che vi portaro el bail & la Zapa da ſepelir lo, dicatur dediſſe auxilium & fauorem, & ita de homicidio teneatur, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Conſilium videtur dare qui perſuadet & impellit atque conſilio inſtruit ad maleficium faciendum.*

3 *Actus omnis qui verbis tantum fit, & fit gratia facientis & non conſulentis, ſeu inſtruentis conſilium dicitur.*

4 *Conſilium maleficio dare dicitur, qui oſtendit vtilitatem ex illo prouenientem.*

5 *Fauere, ſeu fauorem præſtare, eſt factum laudare.*

6 *Fauores illi dicuntur, qui criminoſis aliquid alimonia præſtant, & qui aliqua procurant vel ſubminiſtrant per quæ criminoſi liberentur.*

7 *Fauorem quis dare dicatur.*

8 *Opem ſeu auxilium præſtans an eadem pœna teneatur, qua principalis occidens, vel aliter delinquens tenetur.*

9 *Auxilium maleficio præſtans non tenetur eadem pœna qua principalis delinquens tenetur, ſed mitiori, niſi vbi opis & auxilii præſtatio maleficii cauſam impendat.*

10 *Iudices eadem pœna delinquentes & auxilium præſtantes qui puniunt, quando auxilium maleficii cauſam non dederint, contra ius diuinum & humanum faciunt, & etiam proprias animas occidunt.*

11 *Maleficii cauſam dare quomodo quis dicatur.*

12 *Regula quæ dicit quod delictum committentes & ei auxilium vel fauorem præſtantes eadem pœna puniantur, quomodo intelligatur.*

13 *Morte quando quis condemnari deberet, quoniam vero de delicto conſtaret, niſi per præſumptiones violentas conſtiterit, mitius puniri debet.*

14 *Nocentem melius eſt abſoluere, quam innocentem condemnare.*

15 *Statuta ſimpliciter loquentia de præſtantibus conſilium, auxilium, vel fauorrem, ſecundum ius commune interpretari debent.*

16 *Lex quantumcunque dura, certa eſſe debet.*

1 IN CHRISTI † nomine, amen. Requiſitus extiti, magnifice ac generoſe Prætor, ego Bartholomæus Cæpolla de Verona I. V. D. à Secretario veſtro, vt proceſſum quendam per magnificentiam veſtram confectum contra Angel. q. Zilii de Sancto Zenone ſuper morte cuiuſdam medici incogniti occiſi iam triginta annis viderem & examinarem cum tribus ſtatutis Taruiſii. Vno de auxilio & fauore præſtitis malefactoribus. Alio de homicidiis & eorum pœnis. Tertio de formatione ſtatuti loquentis de homicidiis. Ac deinde quid iuris ſit & qua pœna dictus Angel. debeat puniri vobis conſulerem. Ego autem intelligens hanc cauſam nedũ maximi ponderis eſſe, quia de vita aut morte hominis agitur, ſed etiã multum dubitabilem, volui prius dictum ꝓceſſum cum prædictis ſtatutis diligenter examinare, & omnia quæ ad hanc rem pertinent quantum in me fuit cũ matura deliberatione diſcutere, vt & iuſtitiæ primom, ac deinde veſtræ requiſitioni & voluntati ſatisfacerem. Et omnib. ſæpe & ſæpius diligentiſſime conſideratis, pro clariori intelligentia decreui in primis confeſſionem dicti Angeli ſummam hic exprimere & ex ea dubia quædam elicere, ac poſtremo ſuper illis

illis quid iuris ſit conſulere. Confeſſio Angeli eſt
breuiter in hæc verba. Quidam mendicus incogni-
tus quodam ſero iam triginta annis venerarad do-
mum Zilii patris & Pauli eius fratris cauſa ibi dor-
miendi illa nocte & dum dicti Zilius & Paulus fra-
tres domum rediiſſent, reperierunt illum mendi-
cum dormientem ſuper vna bancha & irati quod
ille mendicus fuiſſet in domo retentus expulerunt
ipſum de domo. Cui expulſioni interuenit dictus
Angelus qui de ea non contentus ſuper via publica
ante portã curtiui percuſſit ipſum mendicum ſuper
capite cum haſta ferrata cum ſanguine, & in ſchena
de ſpontono ſine ſanguine. Quo facto audito cla-
more dicti mendici vulnerati dicentis quod iret ad
accuſandum eos, tunc dicti Paulus & Zilius in præ-
ſentia dicti Angeli deliberauerunt occidere ipſum
percuſſum ne iret ad accuſandum eos de dictis per-
cuſſionibus, & voluerunt quod ipſe Angelus iret
cum eis ad occidendum eum, ſed ipſe recuſauit: ſed
tamen dederunt ordinem cum dicto Angelo, quod
ipſi irent ad occidẽdum, ſed quod ipſe Angelus de-
beret portare badile & zaponum ſecum pro ſepeli-
endo ipſum, quia mitterent pro eo, & ſic ipſe An-
gelus dixit, Ande amazarlo con Dio che li portarò
el badiſe el zàpone. Et his dictis prædicti Zilius &
Paulus interfecerunt dictum mendicum & miſe-
runt famulum ad ipſum Angelum vt portaret ba-
dile & zaponum, & ita ipſe portauit, & ipſe Ange-
lus & Paulũs fecerunt vnam foueam in quodam
monticello illo cuſtodiente cadauer & facta fouea
ſuper vna ſcala portauerunt cadauer & ſepelierunt,
&c. Ex iſta confeſſione duo ſunt examinanda. Pri-
mũ eſt, an dictus Angelus per prædicta dicatur de-
diſſe, auxilium conſilium, vel fauorem dicto homi-
cidio. Secundum, qua pœna dictus Angelus debeat
puniri attẽtis dictis tribus ſtatutis Taruiſii. In Chri-
2 ſti nomine & inuocata Spiritus Sancti gratia. † Cir-
ca primum clarum eſt quod conſilium non dedit
dictus Angel. prædicto maleficio. Nam conſilium
dare videtur qui perſuadet & impellit atq; inſtruit
conſilio ad maleficium faciendum, *vt eſt text. in l.in
furti.§.conſilium & ibi Bar.in fi.ff.de furtis.& inſtit.de obl.
3 quæ ex delicto naſcun.§.ope.in fi.* † Item omnis actus
qui fit verbis tantum, & fit gratia faciẽtis non con-
ualentis ſeu inſtruentis dicatur etiam conſilium, *vt
probatur in d.§.conſilium ſecundum Bart.in l.non ſolum.§.
ſi mandato ad fi.ff.de iniur.* ex quo ibi infert quod non
eſt differentia inter perſuaſionem & conſilium &
inſtigationem & inſtructionem & ſimilia. Et ideo
conſulere dicitur ille qui verbo ſuadet, *vt not. Bald.
in l.1.ad fin.1.colum. C.de ſer.fugi.Et not.per Ioan.de Ana.
in c.continentia.extra de cleric.percuſ.* Et hoc intelligen-
do de conſilio ad malefaciendum, ſicut capitur in
caſu noſtro, non autem de dolo qui etiam conſili-
um dicitur, *vt l.ſæpe.in fin.& ibi Bart.ff.de verbo.ſignifi.*
4 † Item conſilium etiam dare dicitur maleficio qui
oſtendit vtilitatem prouenientem ex illo, *vt not.Inno.
in c.ad audientiam.extra de homi.& Ioan.Andr.in c.fœli-
cis.in verbo conſilium.de pœn.libr.6.in nouella,* ſed d. Ang.
non perſuaſit neque impulit aut inſtruxit ſuis ver-
bis dictos Zilium & Paulum ad dictum homicidi-
um committendum, neque oſtendit aliquam vtili-
tatem ex eo maleficio prouenientem, vt patet ex his
quæ in ſua confeſſione continentur, ergo de conſi-
lio non tenetur de iure communi, neque ex forma
prædicti tertii ſtatuti de reformatione ſtatuti, &c.
In quo fit mentio de dante conſilium, auxilium vel
fauorem. De auxilio & fauore eſt maius dubium.
5 † Nam fauere ſeu fauorem præſtare eſt laudare fa-
ctum, quia in laudatione facti dicimus fauorem im-
pendi, vt not. Ioan. And. ſecundum Abb. *in c.nuper.
in verbo fauorem extra de ſentent. excommun.* Sed hanc
laudationem non fecit dictus Ang. ergo fauorem
6 ex hoc capite præſtitiſſe non videtur † In contrari-
um facit quia illi dicũtur fautores & fauere qui cri-
minoſis præſtant aliquid alimoniæ, & qui pcurant
aliqua per quæ liberentur criminoſi, vel ſubmini-
ſtrant aliqua, *23. quæſt.4.eſt iniuſta.& l.pignore.§.fi.ff.de
furt.vt not.Archid.de hæredit.c.2.libr.6.& Card.Zaba in
7 cle.1.in princ.in 17.quæſt.de foro compet.* † Et quis di-
catur dare fauorem, ponitur etiam per gl. Io. And.
ord. *in clemen.ſi quis ſuadente.de pœn.* ſed d. Angel. vide-
tur miniſtraſſe aliquo pro dicto maleficio, ſcilicet vt
occiſus ſepeliatur & occultetur, ergo videtur fauo-
rem præſtitiſſe. In hoc puto eſſe dicendum idem
quod de auxilio ſtatim dicam.

Vnde videndum eſt nunquid dicatur dediſſe au-
xilium ſeu opem dicti homicidii ita quod puniri de-
beat tanquam præſtans opem ſeu auxilium malefi.
Et videtur quod non, quia nec ante maleficium
præſtitit opem, nec in ipſo maleficio, ſed ſolum in-
teruenit poſt maleficium ſeu homicidium comple-
tum ad ipſum occiſum ſepeliendum, vt probatur in
l.in furti.§.opem. verſi.opem.ff.de furt. nam ille actus ſe-
peliendi fuit potius ad celandum crimen quam ad
ipſum crimen committendum, ergo non videtur
præſtitiſſe auxilium dicto homicidio, vt ibi. Et ita
not. determinat Bart. quem ſequitur Ange. *in d.l.in
furti.ff.de furt.* dicens iſtud eſſe verum, licet viderit
aſſeſſores punire tales tanquam præſtantes opem,
*argumen.l.raptores.C.de Epiſcop.& cler.& idem tenet ipſe
Bart.in l.ſi quis in graui.§ ſi quiſque.ff.ad Sillan.*

In contrarium videtur quod notat idem Bartol.
in dict.l.in furti ante finem.ff.de furtis, vbi dicit prædicta
eſſe vera niſi præceſſiſſet conſilium ante, puta, faci-
as, quia adiuuabo te ad euadendum, quia tunc illa
ſpes data eſt auxilium ad committendum malefici-
um, *vt ibi. Et idem nota. & ſequitur Angelus de Aretio in
ſuo tractatu maleficiorum. in gloſſ. in verbo dicto maleficio
ſemper aſtitit. in 4. colum.* Sed in caſu noſtro præceſſit
conſilium, quia dictum fuit per Zilium & Paulum
ipſi Angelo, occidemus ipſum & tu venies cum za-
pa & badilis, & ipſe Angel. reſpondit ite ad occi-
dendum cum domino, ego poſtea veniam. Et ex his
videtur, quod tam de iure communi quam etiam
ex forma ſtatutorum Taruiſii dictus Angelus de-
beat puniri tanquam præſtans fauorẽ & auxilium
8 d. homicidio tenendo opinionem Bartol. † quod
præſtans opem ſeu auxilium teneatur eadem pœna
qua tenetur principalis occidens vel aliter delin-
quens, *vt nota. Bart. in l.is qui opem.ff.de furtis.* Sed ta-
men his non obſtantibus teneo, quod d. Angelus
non teneatur pœna ſcilicet mortis quia tenẽtur di-
ctus Zilius & Paulus occiſores, nec de iure commu-

ni, no-

ni. neque ex forma prædictorum ſtatutorum Tar-
uiſii. Et primo de iure communi quod non tenea-
9 tur pari pœna, probatur. † Nam ſecundom veram
a opi. etiam præſtans opem *a* ſeu auxilium maleficio
non tenetur eadẽ pœna qua principalis delinquens
tenetur ſed mitiori, niſi vbi præſtano opis, & auxilii
det cauſam maleficij, quia tunc præſtans opem ſeu
auxilium & faciens pari pœna puniuntur, *vt l. nihil
intereſt. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & iſtam opin. tenet. D. Bar-
thol. de Salic. in l. vbi hæc plene examinat, C. de rap. virgin.*
dicens, quod iſta opin fuit Dyn. & plurium aliotum
Doct. qui deliberate in q. factis ſic habuerunt con-
10 ſulere. Et dicit ibi Salice. † quod iudices ſeruan-
tes contrarium faciunt contra ius diuinum & hu-
manum & proprias animas occidunt & ideo eo-
rum ſententia non eſt tenenda, *argum. l. rem non no-
uam circa medium, C. de iudic. & c. ne innitaris. extra de
conſtit.* ſed dictus Angelus quantumcunque dicere-
tur præſtitiſſe opem vel auxiluum, d. homicid. ta-
11 men non dedit cauſam d. malefic. † nam dare cau-
ſam malefic. dicitur puta qui gladium furioſo dedit
vt ſe occideret vel alium, vt dicit gl. *in d. l. nihil inter-
eſt.* Item ſi alius tenuit alius interemit, ille qui tenuit
dicitur quaſi mortis cauſam præbuiſſe, *vt eſt. text. in
l. item mella. §. ſi alius, ff. ad l. Aquiliam.* Item quia mani-
bus vel corpore præbuit cauſam mortis, *vt eſt tex. cũ
gloſſ. in* ·† *so quolibet in l. ita vulneratus in princip eod. tit.*
Item qui conſilium præceptum vel operam vel ſug-
geſtionem adhibuit ad maleficium committen-
dum, . *eſt text. cum gloſſ. not. in c. de caetero. extra de ho-
mic. & probatur l. diſtin. c. ſi quis viduam, & ibi etiam not.
vnde cum ipſe Angel.* noo fecerit aliquid de prædictis
vt in eius cõfeſſione apparet, ſequitur quod ipſe nõ
dicitur præſtitiſſe cauſam homicidio, ergo licet et-
iam diceretur præſtitiſſe auxilium vel fauorem, ni-
hilominus non debet puniri eadem pœna qua ipſi
12 occiſores, ſed mitioti. † Præterea illa regula quæ
dicit quod committentes delictum & ei auxilium
vel fauotem præſtantes tenentur eadem pœna, in-
telligitur, quando eſt auxilium non nudum, ſeu fa-
uor nudus. Secus ſi eſſet ſimplex & nudus fauor ſeu
ſimplex & nudum auxilium, quod eſt quando deli-
ctum oon augetur, quia tunc arbi. iud. eſſet punien-
dus præſtans auxilium vel fauotẽ etiam non eadem
pœna, qua ipſe committens delictum puniri debet,
vt probatur *in c. fœlicis, in prin. coniuncto §. illud de pœn.
lib. 6. & ibi hoc not. gl. patria in verbo fauorem, & ibi etiam
per Dominicum de Sancto Geminia. & ita etiam not. & ſe-
quitur Ang. in d. l. in furti. ff. de fur.* Sed in caſu noſtro vi-
detur eſſe ſimplex fauor ſeu auxilium nudum, quia
per ipſum non augetur delictum, ergo dictus Ang.
qui præſtitit auxiliũ maxime poſt delictum cõſum-
matum non debet puniri eadem pœna qua ipſi oc-
ciſores, ſed mitiori arbitrio iudicis. Alia ratione
moueor etiam ad id concludendum, quia poſſibile
& veriſimile, eſt quod propter illam promiſſionem
de portando zappam, & badile ad faciendũ foueam
induxerit occiſores ad occidendum, vel eis dederit
ſpem quæ dicitur auxilium, *vt dicit Barto.* de illo qui
promiſit adiouare ad euadendum, *in d. l. in furti.* Et
eſt potius quædam præſumptio quã probatio, quia
poſſibile eſt etiam quod propter illam promiſſio-
nem illi occiſores non fuerint inducti ad illud ho-
micidium, nec in illo ſpem aliquam non poſuerint,
quia etiam ſi promiſiſſet omnino homicidium il-
lud commiſiſſent.

Et ideo cum dictus Angelus veniat puniendus
ex dicta præſumptione quæ eſt contra eum quan-
tumcunq; eſſet violenta nõ debet ad mortem con-
13 demnari, † quia vbicunque quis deberet ad mor-
tem condẽnari vbi vere conſtaret de delicto, ſi non
conſtat niſi per præſumptiones etiam violentas de-
bet mitius puniri, vt probatur *in c. afferte. extra de præ-
ſumptionib.* & hæc fuit elegans doctrina Innocent. &
Doctot. *in capitulo quia veriſimile, eodem titul.* quam
ſequitur Dominus Antonius de Butrio, & Doctor.
in dicto cap. afferte. Poſtremo ad idem dicendum me
14 mouet illa vulgaris regula, † quæ dicit: Melius eſt
nocentem abſoluere quam innocentem conde-
mnare, *vt l. abſentem in princ. ff. de pœn.* & loquor de in-
nocentia reſpectu mortis. Et maxime cum in ca-
ſu noſtro conſtet, quod dictus Angelus non habuit
animum occidendi dictum mendicum, nec ipſi ho-
micidio aſſiſtendi etiam requiſitus ad hoc. Nam
dum pater ſuus Zilius & Paulus occiſores requiſi-
uiſſent eum vt vellet cum eis ire ad occidendum di-
ctum mendicum, recuſauit neque ire voluit, vt in
eius confeſſione apparet quæ res profecto debet
iudicantem mouere ad pœnam minuendam, ita
quod non puniatur eadem pœnà qua puniri debent
occiſores, quia negari non poteſt, quod minus deli-
quit quam ipſi occiſores, ergo minus debet puniri,
quia pœna debet commenſurari cum delicto, vt il-
le qui minus deliquit minus puniatur, *vt l. prima, C.
de his qui latron. aſſo. & lege miles. §. mulier, ff. de adulte-
riis, & l. diuus, la ſecunda, ff. de falſis.* Et eandem conclu-
cluſionem teneo etiam ſtantibus dictis duobus ſta-
tutis dicentibus, quod præbentes conſilium auxi-
lium vel fauorem maleficio puniantur eadem pœ-
na qua committens maleficium, & tanquam com-
15 mittẽtes ipſum, † quia dico quod illa ſtatuta, ex quo
loquuntur ſimpliciter de præſtantibus conſilium
auxilium vel fauorem debent interpretari ſecun-
dum ius commune, *l. 2. Cod. de noxalibus, notatur in l.
fin. §. in computatione, C. de iure de liberandi cum ſimilib.*
Vt teneantur eadem in caſibus in quibus de iure
communi tenerentur eadem pœna, & ita notat ſin-
gulariter Salice. *in l. prima, C. de raptoribus virginum,*
videlicet ſi dediſſent cauſam mortis, & quando non
eſſet nudum auxilium vel conſilium, & quando
conſtaret expreſſe non per præſumptiones de di-
cto conſilio, auxilio, vel fauore. Secus ſi non dediſ-
ſent cauſam mortis, vel eſſet conſilium vel auxi-
lium nudum & probaretur per præſumptiones et-
iam violentas, ſicut videtur eſſe in caſu noſtro, quia
tunc mitiori pœna puniendi ſunt, vt ſupra dixi.
Sed ſi ſtatutum diceret, puniantur eadem pœna qui
maleficio quomodocunque vel quandocunque o-
pem ſeu auxilium præſtiterint, tunc quia verba ſi
ſunt ſimplicia, ſed generalia, ſtandum eſſet gene-
ralitati verborum de quolibet præſtante opem
16 ſeu auxilium quomodocunque. † Ex quo lex eſt
certa quantumcunque dura, *vt leg. proſpexit. ff. qui
& à quibus, & l. 1. §. in qui nauem, ff. de exercito. & ita*

elegan-

elegauter notat Salic. in d. l. 1. C. de raptor. virg. ſed ſtatuta prædicta non ita loquuntur generaliter, ſed ſimplicirer; ergo debent intelligi ſecundum ius commune, *vt ſupra dixi.* Concludo itaq; ex prædictis, magnifice Prætot, quod in hac cauſa pœna mortis non eſt imponenda dicto Angelo, ſed minor arbitrio iudicis; & ego arbitror, quod pro toto ſuo exceſſu pœna amputationis manus dextræ, ſeu in qua plurimum poteſt, puniatur, & quod banniatur de terra veſtra Aſuli & eius diſtrictu, &c.

Additiones.

a Præſtans opem] *Ad huius conſilij reſolutionem vide Dn. Alex. de Imol. in conſ. 140. in 2. vol. Paul. de Caſtr. in conſil. 194. incip. In cauſa carceratorum, Bart. in l. furti, §. ope. ff. de furt. Bald. in l. non ideo, C. de accuſat. & in ſua marga. verſ. auxilium, & in l. non eo minus, verſ. item quaero quomodo, C. eod. tit. D. Alex. & Docto. in l. ſi rixa, de ſicar. Doctor. in l. quoniam, ad leg. Iuliam, de vi, Dn. Abb. & Doctor. in c. quam te, de ſen. exc.*

CONSIL. XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Homicidium ad offenſam vel defenſam quomodo factum dicatur, & an vulnus ſit mortale, vel non, numeris omnibus ſeqq. per totum conſilium.*

2 *Rixa quando non apparet, quis primo percuſſerit, tunc in eo, qui ad rixam prouocauit, culpa præſumitur.*

3 *Aufugere quando quis poteſt, & non aufugit, ſed vulnerat aliquem, non dicitur vulneraſſe ad ſui defenſionem, ſed ad offenſionem vulnerati.*

4 *Offenſor in dubio offenſor non præſumitur, niſi hoc probatur.*

5 *Rixa quando duo ſe percuſſerunt, in dubio aggrediens vel prouocans cum armis in dolo, vel culpa fuiſſe præſumitur, & aggreſſus vel prouocatus animo ſe tantantum defendendi & non offendendi percußiſſe præſumitur.*

6 *Rixa quando inter duos inita fuerit, & maleficium accidit, in dubio illud aggreſſori & non aggreſſo imputatur.*

7 *Inſultans vel aggrediens ſi inſultatum ad iracundiam prouocat, quicquid inſultatus facit, iracundiæ calore facere videtur, nec ſibi imputatur.*

8 *Dolus in eo præſumitur, qui eſt futuræ rixæ præparatio.*

9 *Præſumptio eſt in euaginantem enſem.*

10 *Armorum terror & percußionis iactatio an ſufficiat.*

11 *Percutiatur, quod prius nullus expectare debet, dum tamen præcedant ſigna & actus, quod ille offendere intendebat.*

12 *Prouocaſſe in dubio, fortior dicitur.*

13 *Mutilati ſi duo inueniantur, nec apparet, quis ad tutelam fecerit, diſtingui debet, vter eorum magis rixoſus exiſtat.*

14 *Aggreſſor in dubio ille, qui ſuperat, dijudicandus eſt, niſi contrarium probetur.*

15 *Præſumptio vna ſi tollat aliam, multò magis decem præſumptiones vrgentes.*

16 *Aufugere nolens non eſt in culpa, ſi primo inſultus in rixa ipſum inſultantem percußit.*

17 *Medico an credendum eſſe videatur.*

18 *Exitus acta probat.*

19 *Diſponant ſi aliqui de his, quæ ad artis ſuæ peritiam ſpectant, per credulitatis verbum deponere poſſunt.*

20 *Vulneratus ad mortem ille dicitur, qui ſecundum regulas medicinæ euadere non poteſt, vel cum magna difficultate.*

21 *Teſtes quando ſunt contrarij, in dubio pluribus credendum eſt.*

22 *Teſtibus in arte ſua peritioribus credendum eſt.*

23 *Teſtibus veriſimiliora dicentibus eſt credendum.*

24 *Teſtibus allegantibus legitimam cauſam vel rationem dicti ſui magis credendum eſt, quam non allegantibus.*

25 *Homicidio procedi non poteſt contra eum, qui ad ſui defenſionem fecit, maxime ſi vulnus mortale non fuerit*

1 IN CHRISTI nomine, † ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Magiſter Iacobus Marangonus de Padua denuntiatus per caput centenarii Sancti Laurentii, quod vulnerauerat Gabrielem Petuſinum vno vulnere in mano ſiniſtra, cum enſe de taleo cum ſanguinis effuſione, ex vno vulnere mortuus eſt, fuit de anno 1463. bannitus de Padua, & de Paduano diſtrictu, & io libris ducentis & ad inquirendum. Deinde anno iſto 1464. dictus magiſter Iacobus ſe repræſentauit ad carceres communis Paduæ cauſa ſe excuſandi à dicta denuntia & banno. Et produxit defenſionem ſuam cum pluribus capitulis, & teſtes ſuper eis examinari fecit. Nunc quæritur, an ſtantibus defenſionibus & atteſtationibus ſuis debeat abſolui, an vero poſſit contra eum inquiri & procedi. Et pro huius quæſtionis declaratione duo ſunt principaliter examinanda. Primum eſt, an dictus Iacobus, qui dicitur vulneraſſe dictum Gabrielem, illud vulnus ſi fecit, fecerit ad ſui defenſionem, vel ad offenſam. Secundum poſito, quod fecerit ad offenſam, & non ad defenſionem, an illud vulnus fuerit mortale, vel non. Circa primum dubium videtur prima facie dicendum eſſe, dictum Iacob. illud vulnus feciſſe ad offenſam, & non ad ſui defenſionem. Quod ſic pro-
2 bari poteſt, † quando non apparet, quis primo in rixa percuſſerit, tunc præſumitur culpa in eo, qui prouocauit ad rixam, *l. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadru. pauper. feciſ. dica. & ibi hoc not. Flor. & idem not. Bart. in l. ſi ex plagijs, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil.* Sed in caſu noſtro dictus Iacob. prouocauit dictum Gabrielem ad rixam, quia eadem die per horam ante, dum d. Gabriel minaretur ſibi, dixit Iacobus, in fin'a vn' hora e andetà a San Iacomo, ſe tu voia niente aſpettami li, vt apparet ex denuntia facta per Bartholomæum q. Berti caput centenarii S. Laurentii, quæ fuit confeſſata per Marioum à Sancto eius procuratorem, nec apparet, quis eorum primo percuſſerit. Ergo in dubio dictus Iacobus, qui dicitur percuſſiſſe dictum Gabrielem, præſumitur fuiſſe in culpa, & dictam percuſſionem cauſa offendendi, & non defendendi feciſſe. Secundo videtur probari per Blaſium Ioan. de Malado, qui examinatus & interrogatus dixit, quod per ea, quæ vidit, iudicat, quod adme-

admenationes quæ fiebant per dictos Gabrielem
& Iacobom, fiebant ad offenſionem, & defenſam.
3 Tettio hoc videtut probari. † quia quando quis
poteſt aufugere & non aufugit & vuloerat aliquem
non dicitut vulneraiſſe ad defeoſionem ſui ſed ad
offenſionem vulnerati. *& not.per Doctor.in l.1.C.vnde*
vi. Sed d. Iacob. exſpectatus in via à dicto Gabriele
potuit aofugere quia acclamatum fuit poſt d.Iacob.
non ande maiſtro Iacomo, ſed tamen noluit per
per hoc ceſſare ab itinere ſuo, ſed iuit obuiam dicto
Gabrieli exſpectanti eum, vt deponit dictus Blaſius
4 de Malado, ergo, &c. Quarto † qoia offenſur in
dubio non præſumitur defenſor, niſi hoc probetur,
vt not. Ioan. an. in c.ſignificaſti.de pen.& remi.& Bald.in c.
1.in princ.in 3. col.in verſ. vitam ſuam defendendo.in tit.de
pa.tenen.in vſib.feud.Idem Bal. in l.vt vim.in pen. col.verſ.
& adt. quod ille qui percutitur.ff. de iuſti.& iure. Sed his
nou obſtantibus contrarium eſt de iure verius, videlicet
quod d. Iacob. ſi vulnerauit dictum Gabrielem
præſumitur vulneraiſſe ad ſui defenſionem rantum
& non ad offenſam: quod probatur pluribus
5 modis. † Et primo quando duo ſe percuſſerunt in
rixa in dubio aggrediens vel prouocans cum armis
præſumitur fuiſſe in dolo vel culpa: & aggreſſus vel
prouocatus præſumitur percuſſiſſe animo ſe tantum
defendendi & non offendeodi, *vt probatur in l.1.*
§.cum arietes.& ibi Doct. ff ſi quadr.pau.feciſ. dicit.facit.l.
quoniam multa facinora.C. ad l. Iul. de vi, & quod ibi
6 nota per Cy. qui dicit per illa iura. † quod quando
ex rixa inter duos inita maleficium accidit in dubio
illud imputatur aggreſſori & non aggreſſo, & poteſt
eſſe ratiu qoare contra aggredientem vel prouocantem
com armis præſumitur ſecundum Flo.
in l.ſcientiam.§ qui cum alter.ff. ad l.Aquil. quia in ipſo
præſomitur dolus, alias enim ſi dnlus ooo præſumeretur
oporteret præſumi ipſum eſſe furioſom
vel fatuum quod in homine non præſumitur niſi
probetur. *l. nec codicillos. C. de codicil. & c.fi. de ſucceſ.ab*
inteſta. Item ratio quare non præſumitur cõtra prouocarum
vel aggreſſum cum armis poteſt eſſe ſe-
7 cundom Flo. *in d.§.cum arietes.* † quia inſultans vel
aggrediens prouocat ioſultatum ad iracundiã, vnde
non imputatur ſibi, *l. quicquid calore. ff. de regulis iuris.*
*l.Grachus. C.de adult. l.ſi adulterium cum inceſtu.§. Imperator.ff.de
adulter.& 2.quaſt.3.ſi quis iratus.* Et ideo præſumitur
inſultatus aggreſſus vel prouocatus cum
armis ſemper feciſſe ad ſui defenſionem, *vt d.l.1.§.*
cum arietes, & l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l. Aquil.&
ita not.Bart.& etiam in d.§.cum arietes. Sed in caſu noſtro
dictus Iacobus fuit aggreſſus ſiue inſultatus &
prouocatus ad rixam cum armis à dicto Gabriele, vt
ſtatim oſteodam, ergo præſumitur ipſum Gabrielem,
vulneraſſe, ſi eum vulnerauit ad ſui defenſionem
non autem ad offenſam ſeu vindictam. Quod
autem dictus Iacobus fuerit aggreſſus & prooocatus
cum armis ad rixam à dicto Gabriele probatur
ex pluribus. Primo quia d. Gabriel præuenit, d. Iacobum
in itinere & ſtetit Gabriel in medio viæ publicæ
exſpectando cum enſe ſeu ſqoarcina dictum
Iacobum qui ibat ad Sanctum Iacobum vt dicit
Blaſius Ioannes de Malado, & Bartholomæus dictus
Miolus circa principiũ ſuæ diſpoſitionis, quod
eſt ſignom eoidens quod habebat malum animum
offendendi & aggrediendi ipſum Iacobum, *argumen.l.is
qui cum telo, C.de ſicar. & l.1. in princip.* ibi cum
relo ambulauerit, *ff.eod.& inſtitut. de public. iudic.§.item
lex Cornel.& probatur in l. 3. §.ſi quis autem viſis.* ibi
qui alibi tendebant & ibi, ſed alio tendebant à contrario
ſenſu, *ff. de vi & vi arma.* Secundo quia prius
dictus Gabriel antequam eſſet in loco in quo exſpectabar
dictum Iacobum, extraxit ſquarcinam ſuam
illam aſpiciendo, vt dicit idem Blaſius circa priocipiom
ſuæ atteſtationis, quod ſimiliter eſt ſignom
quod volebar aggredi dictum Iacobum, ex quo immediate
poſt ſe poſuit in medio viæ publicæ ad exſpectandum
eum, & ſic ſe quodam modo per dictam
euagioationem & ſquarcinæ inſpectionem
dicitur ſe aptaſſe & præparaſſe ad aggreſſuram &
delictom perpetrandum, & propterea in eo præſumitur
fuiſſe malus animus, vt probatur *in l. 3. §. vi*
poſſidere, ibi, aut qui in hoc ipſum aptatus & præparatus
veniat, &c. *ff. de vi & vi arma.* Tertio quia dictus
Gabriel præparaoerat ſibi zomiam circom circa
brachium, vt deponit idem reſtis, & Gabrinus filius
Ser Petri Trabachini & Bartholomæus dictus
Miolus quod eſt euidentiſſimum ſignum rixari vo-
8 lentis. † Eſt enim rixæ futuræ præparatio, vt de ſe
pater, & ideo in eo dolus præſumitut, *vt d.l.3. §. vi*
poſſidere. Quarto quia dictus Gabr. habens chlamydem
reuolutam circa brachium, & cum enſe euaginato
cœpit venire verſus dictum magiſtrum Iacobum,
vt deponunt dicti Gabrinus & Bartholomæus
dictus Miolus, ex quibus apparet quod Gabriel
fuit ille qui prouocauit, & Iacobus fuit prouocatus
ad dictam rixam, tum ptopter chlamydem
reuolutam circa brachium, vt dixi, tum propter en-
9 ſem euaginatum, † quia in euaginantem enſem
eſt præſumptio, *vt dicit Fluria in l. ſcienter. §. qui cum*
aliter.ff.ad l. Aquilam, neminem enim inuenies, *vt dicit
Bald. in conſil. ſuo. 82. quod incip. Quidam inſultatus.*
quem arma euaginata ſeu gladius euaginatus noo
terreat, *l.3. §. qui armati.ff. de vi & vi arma.* & maxime
quando gladius eſt in manibus audacis & rixoſi, ſicut
erat dictus Gabriel, *vt teſtes dicunt per nota.in l.1.C.*
vnde vi. Tum etiam ptopter hoc quia Gabriel veniebat
contra ipſum Iacobum cum dicto enſe euaginato
& brachio chlamyde inuoluto, per text. *in l. ſi*
quis percuſſorem. C.ad l. Cornel.de ſica. vbi hoc probatur
aperte. Dicitur enim, ibi ſi quis percuſſorem ad ſe
venientem gladio repulit oon tenetur homicida,
quia defenſor propriæ ſalutis videtur in nullo peccaſſe.
Quinto quia dictus Gabriel incepit admenare
cum vna ſquarcina euaginata contra ipſum Iacobum
vt deponit Gabrinus prædictus circa principium
ſuæ teſtificationis, ibi cœpit contra eum admenare,
& dictus Miolus per quam admenationem
dictus Iacobus veriſimiliter debuit timere, &
terreri, *vt eſt text.in l. idem apud Labeonem. §.1.* ibi manu
aduerſus eum leuata ſæpe territus quaſi vapulaturus,
ff.de iniuriis, & proprerea oon debuit Iacobus
10 exſpectare quod eum percutiat, † ſufficit enim
terror armorum & iactatio percuſſionis, *vt eſt gloſſ.*
notabilis in l. 1. in gloſſ. magn. ante fin. ibi. Tu dic quod
ſufficit terror amorum, vel iactatio percuſſionis,

C.vnde vi.& ibi per Bart.qui ad hoc tenet per l.3.§.armati.
11 *ff.de vi & vi armat.* dicens † quod quis non debet
exſpectare quod prius percutiatur, dum tamen præ-
cedant ſigna & actus quod ille intendebat offende-
re, ſed hic præcedebant prædicta ſigna & prædicti
actus, ſcilic. exſpectatio, chlamydis ad brachium in-
uolutio, progreſſio verſus Iacobum, enſis euagina-
tio & admenatio quæ ſunt ſigna euidētiſſima quod
intendebat Gabriel Iacob. offendere, ergo licitum
fuit Iacobo non exſpectare quod percuteretur, &
Gabriel. percutere, quia diceretur hæc ad ſui defen-
ſionem feciſſe, imo plus ex proceſſu non apparet,
quod Iaco. primo percuſſerit d. Gabrielem imo po-
tius ex dictis teſtium apparet contrarium. Sexto
qualitas armorum ipſius Gabr. ſcil. ſquarcina indu-
cit etiam excuſationē Iacobi. Nam enſis ſiue ſquar-
cina non ſolet inferre leuem plagam, *vt in cap. ſigni-
ficaſti.in fine extra de homi.* & ideo dicit Bald. in præal-
legato conſilio, quod huiuſmodi qualitas armo-
rum oſtendit quod quis non poteſt ſe tueri à morte
vel graui offenſa, & ſic quod eſt in periculo & diſ-
crimine vitæ ſuæ conſtitutus, & maxime quando
eſt in manibus robuſti & audacis & rixoſi ſicut erat,
d. Gabriel incepit.

Septimo, quia quando Gabriel incepit admena-
re contra Iacob. ipſe Iacob. admenabat contra ipſū
ſemper ſe retrahendo. Et idem dicit Bartholo. di-
ctus Miolus ad finem primæ faciei dicti ſui ac prope
finem ſuæ atteſtationis, quod retrahere ſe eſt ſi-
gnum, quod non habebat animum principaliter
occidendi vel vulnerandi, ſed potius ſe defendendi
& quod ipſe Iacob. potius fuit prouocatus quam
prouocans iuxta nota. *in l. prima, C. vnde vi. & in l. vt
vim.ff.de iuſtitia & iure.* Octauo quia d. Gabriel erat
audacior fortior & magis peritus in ſcrimia, vt di-
cunt omnes teſtes, ideo in dubio præſumitur con-
tra eum quod fuerit ille qui prouocauit rixam &
fuerit aggreſſus ipſum Iacobum. Nam vt dicit Ray-
ne. quem ſequitur Florian. *in l. prima.§. cum arietes.ff.*
12 *ſi quadru. pauperi. feciſ. dicat.* † debet inſpici quis ſit
fortior, vt ille dicatur in dubio alium prouocaſſe
argum. l. non omnis. §. a Barbaris ff. de re militar. Et ſi di-
catur, ſi erat Gabriel fortior quomodo fuit occiſus?
Reſpondetur quod quantum ad vulnera illata fuit
fortior Gabriel, & ſuam fortitudinem & audaciam
oſtendit, quia percuſſit dictum Iacobum duobus
vulneribus ſuper caput, adeo quod Iacob. cecidit in
foſſatum, & eum interfeciſſet, niſi fuiſſent interme-
diatores. vt dicunt teſtes, & ipſe Gabriel non remā-
ſit vulneratus niſi in digito manus ſiniſtræ & non
lethaliter, vt dicetur in ſequenti dubio. Nono quia
probatum eſt per teſtes quod dictus Gabriel erat
rixoſus, vnde præſumitur quod ad rixam Iacobum
prouocauerit, vt tenet Cardin. Zaba. ſecundum d.
Matthæum *in clement. 1. in 33. quæſt. de homic.* vbi dicit,
13 † quod ſi duo inueniontur mutilati, nec apparet
quis fecerit ad tutelam, debet diſtingui, quis eorum
ſit magis rixoſus quia contra illum præſumitur.
Nam & alias attenditur conſuetudo alicuius, *ff. de
pignor. actio. l. vniuerſorum. & l. qui ſemiſſes. ff. de vſur. &
l. non omnis. §. a Barbaris. ff. de re milita. & capit. illo vos. de
pignor. cum ſimilibus.*

Decimo & vltimo hoc apparet ab effectu. Nam
dictus Gabriel vulnerauit ad mortem pluribus vul-
neribus dictum Iacobum & fecit eum cadere in v-
num foſſatum & eum occidiſſet tunc, ſi non fuiſſet
intermediatum, & ipſe Gabriel ſolum remanſit
læſus in vno digito, & ſic Gabriel ſuperauit Iaco-
bum in rixa vnde ab effectu apparet quod Gabriel
prouocauit & habebat animum occidendi dictum
Iacobum, quia exitus acta probat, *vt lege. rem non no-
uam. §. fin. ad fin. C. de iudi. & nota. Bald. in capit. 1. in prin-
cip. in 6. quæſt. in titu. quibus modis feud. amit.* Et ideo
14 dicit etiam Flor. *in dicta l. 1. §. cum arietes.* † quod in
dubio ille, qui ſuperat, iudicandus eſt aggreſſor
niſi probetur contrarium, *argument. l. 1. C. de ſicar.*
Et maxime hoc eſt verum in caſu noſtro ex quo ex-
tant alia ſigna de quibus ſupra dixi. Vnde ex his con-
cludo, quod ſi dictus Iacobus vulnerauit dictum
Gabrielem in digito manus ſiniſtræ. Iudicandum
eſt quod illud fecerit prouocatus animo ſe defen-
dendi, & non ad vindictam vel offenſam. Nec ob-
ſtant ſupra in contrarium deducta. Et primo dum
dixi quod Iacobus prouocauit verbis dictum Ga-
brielem dicendo, in fin' à vna hora andero à Signor
Iacomo ſe tu vora nicote aſpettime, quia illa verba
non inducunt prouocationem ad rixam inconti-
nenti, vel poteſt dici quod illud proceſſerit in dubio
vbi non extarēt alia ſigna vel indicia manifeſta con-
traria, per quæ tollatur illud ſolum ſimplex indici-
15 um. † quia ſi vna præſumptio tollit aliam, *vt l. non
ſolum. §. de vno. ff. de ritu nuptia. & c. literas de præſumptio-
nib.* multo magis decem præſumptiones & vrgen-
tes, de quibus proxime dixi, debent illam præſum-
ptionem tollere maxime quia expreſſe conſtat de
aggreſſura & prouocatione facta cum armis per di-
ctum Gabrielem, *vt ſupra dixi.* Et per hoc patet
quod non obſtat ſecundum argumentum, videlicet
quod vnus teſtis dixerit quod faciebant admena-
tiones ad offenſam vel defenſam, quia contrarium
apparet ex prædictis. Item non obſtat dum dicitur
quod ex quo Iacobus potuit aufugere videtur feciſ-
ſe ad offenſam, quia reſpondetur quod imo hoc
non eſt verum quod ſciuerit Gabrielem exſpectan-
tem licet Blaſius hoc dixerit, quia licet dicat quod
potuerit eum videre & acclamantes audire, tamen
poſſibile eſt contrarium, vnde non probat hoc eſſe,
&c. *l. non hoc. Cod. vnde cognat. & l. neque natales, C. de
probation.* Et poſito, quod audiuiſſet & vidiſſet, ta-
men non ſequitur quod potuiſſet aufugere com-
mode ſine periculo. Imo eſt probatum contrarium
per Gabrinum qui dixit interrogatus quod Iacobus
non potuiſſet aufugere ſine magno periculo, ſi di-
ctus Gabriel voluiſſet eum ſequi, quia ipſe Gabri-
el iudicio ipſius teſtis erat velocior in currendo, quā
16 ſit ipſe Iacobus. † Præterea etiam ſi potuiſſet au-
fugere ſine periculo, tamen ſi non aufugit & noluit
dimittere iter ſuum propter hoc non eſt in culpa, ſi
primo inſultatus in rixa ipſum inſultantem percuſ-
ſit, *vt notat. Barto. & Doctor. & maxime Salice. in lege 1.
C. vnde vi. & Bald. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. & Anto.
de But. in cap. olim. in 17. col. extra de reſtit. ſpoliator.* Item
non obſtat dum dicitur, quod in dubio offenſor
non præſumitur defenſor, quia illud procedit, vbi
non

non extant alia ſigna & argumenta in contrarium.
Sed hic extant plura, vt ſupra dixi. Ergo eſt conclu-
dendum circa primum dubium quod ſi dictus Ia-
cobus vulnerauit Gabrielem hoc fecit ad ſui defen-
ſionem non ad vindictam vel offenſam. Circa ſe-
cundum dubium poſito, quod illud vulnus ſit fa-
ctum ad vindictam vel offēſam, an illud vulnus fue-
rit mortale vel non. Et prima facie videtur ꝙ fuerit
mortale, quod videtur probari primo ex denuntia
ſecundo loco facta per caput centenarii in qua di-
citur quod dictus Iacobus vulnerauit Gabrielem
vno vulnere in manu ſiniſtra, ex quo vulnere dein-
de Gabriel mortuus eſt. Idem dicit, Dn. Matth. iuris
ciuilis ſcholaris filius magiſtri Franc. Ceruti de Vica-
riis qui in effectu concludit quod d. Gabriel mortu-
us eſt ex dicto vulnere, quæ verba ex dicto vulnere
ſignificant cauſam proximam, *l. 1. §. ex incendio. ff. de
incen. ruin. naufra. & not. Bart. & Doct. in l. non dubium.
C. de legib.* & ſcit quod vulnus fuit mortale & dedit
cauſam morti. Idem etiam magiſter Franciſc. chi-
rurgus, qui medicatus fuit dicto Gabrieli vſque
ad mortem, qui examinatus deponit, quod d. Ga-
17 briel mortuus eſt ex dicto vulnere, † cui medico
videtur eſſe credendum, *l. ſemel. & ibi Bald. C. de re mi-
lita. lib. 13. l. 1. §. 1. ff. de vent. inſpci. & ibi Doct. & per Bart.
& Doctor. in proœmio ff. in princ. & in l. ſi in rixa. ff. de ſicar.
& Canoniſt. in c. propoſuiſti. extra de prob. cum ſim.* Item
propter breuitatem tēporis quia mortuus eſt poſt
decem dies vulneris illati, vt dicit magiſter Marcus
caligarius de Peruſio propter quam temporis bre-
uitatem præſumitur in dubio ex vulnere mortuus,
vt not. Doct. in l. 1. C. de emenda. ſeruo. & ſic vulnus præ-
ſumitur fuiſſe mortale. Item hoc videtur probare
18 ab effectu quia mortuus eſt. † exitus enim acta pro-
bat, *l. rem non nouam. §. partem in fi. C. de indi. & ita tenet
Bald. in c. 1. in princ. in 6. quæſt. in tit. qui mo. feud. amitta.*
Ego tamen ſine dubio teneo quod contrarium ſit
verius de iure quod probatur manifeſte. Et primo
per teſtes, videlicet per magiſtrum Ioannem Bar-
berium, qui medicatus fuit dicto Gabr. per 4. horas
poſt vulnus ſibi illatum, qui dicit quod ſuo iudicio
credit ipſe teſtis, quod ſi fuiſſet medicatum ipſi Ga-
brieli non deceſſiſſet ex dicto vulnere, quia non e-
rat iudicio ipſius teſtis multum penetrans nec erat
in loco periculoſo.

Item dicit Bartholomęus Parmeſanus Barbiton-
ſor qui dicit quod iudicio ſuo dictum vulnus non e-
rat mortale, & ita iudicatum fuiſſet per quemlibet
peritum in arte chirurgiæ, qui vidiſſet dictū vulnus,
quoniam erat à parte inferiori dictæ manus à parte
intra ita, quod ſi ipſe teſtis medicatus fuiſſet, facili-
me ipſum liberaſſet, & prædicta iudicat, quia vidit
dictum vulnus, & ſe exercuit iam annis. 25. in me-
dendo vulneratis, & aſſignat etiam aliam rationem,
quia vulnus erat de taleo non de puncta qui duo te-
ſtes viderentur ſufficere ad hoc probandum, *l. vbi
numerus. ff de teſtib. cum ſimil.* & maxime cum eſſent in
arte experti, licet eſſent Barbitonſores quia magi-
ſter Ioannes ſe exercuit quinque annis in chirurgia,
& magiſter Bartholomæus. 25. annis. vt ipſi domini,
*per l. ſemel. cum ibi nota. C. de re milit. lib. 12. & d. l. 1. ff. de
vent. inſpi. & nota. Bart. & Doctor. in proœmio. ff. in princ.
& Bald. in cap. 1. in princ. in 4. colum. in titu. quibus modis
feud. amittat.* Nec obſtat quod dicant iudicio ſuo vel
per verbum credit, quia per hoc non infirmatur di-
19 ctum eorum. † quia quando aliqui deponunt de
his quæ ſpectant ad peritiam artis ſuæ poſſunt de-
a ponere per verbum credulitatis, *a* vt not. Barto.
in d. l. 1. in fin. in princ. ff. de vent. inſpi. Item ſunt duo alii
teſtes medici magnæ authoritatis, videlicet famoſus
artium & medicinæ Doctor. D. Magiſter Franciſcus
de Ianua, & præclarus artium & medicinæ Doctor
Dominus Magiſter Ioannes Michael de Bertapalea
qui ſunt artis chirurgię ſummi vertices in ſtudio Pa-
duano & deponunt, quod vulnera quæ fiunt in di-
gitis manuum non ſunt mortalia & aſſignant ratio-
nem, quia non eſt locus periculoſus & dicunt quod
multi fuerunt vulnerati in digitis & in manu & ta-
men ſunt liberati, & hoc affirmat Magiſter Ioannes
Michael ſecundum regulas medicinæ, vt authores
medicinæ ponunt qui nominant vulnera mortalia
quæ non ſunt digiti vel manus, ergo eis credendum
eſt, tum quia ſunt duo, *l. vbi numerus. ff. de teſtib.* tum
quia ſunt chirurgiæ artis principes, & ſic peritiores,
iuxta not. per Bart. in proœmio. ff. ad fin. principij, tum de-
20 nique quia aſſignant rationes optimas. † quia ille
dicitur vulneratus ad mortem, qui ſecundum regu-
las medicinæ non poteſt euadere, vel cum magna
difficultate ſed ille qui de leui poteſt curari non di-
citur mortifere vulneratus nec eius vulnus dicitur
mortale, *iuxta not. in l. ab hoſtib. §. fin. ff. ſolu. matr. & in l.
maritus. ff. loca. ſecundum Bald. qui ita not. dicit in cap. 1. in
fin. 1. colum. in tit. quibus modis feud. amit.* vnde cum di-
cti medici, dicant quod facile potuiſſet curari, & ꝙ
ſecundum regulas medicinæ dictum vulnus non e-
rat mortale, ſequitur eorum atteſtationibus ſtan-
dum eſſe, maxime cum alii duo Barbitonſores, &
chirurgi hoc idem affirment, & ita etiam ego teneo
quod ſit veriſſimum. Non obſtant argumenta, ſu-
pra in contrarium deducta, quia facilime tolluntur.
Et primo non obſtat quod in denuntia facta per ca-
put centenarii, dicatur quod d. Gabriel mortuus
fuit ex dicto vulnere, quia denuntians nihil ſcit prę-
ter auditum, vt patet in ea dum dicitur, nuper ad me
in notitiam peruenit, vnde non probant, *l. teſtium.
cum ibi nota. C. de teſtib. & cap. cum tamen extra de teſti.*
Similiter eadem ratione non probat dictum D. Ma-
thęi in iure ciuili ſcholaris qui etiam deponit de au-
ditu patris ſui, ſcilicet magiſtri Franciſci chirurgi de
Venetiis qui eſt ſuſpectus & non omni exceptione
maior, vt ſtatim dicetur. Item non obſt. dictum &
atteſtatio prædicti magiſt. Franciſci chirurgi de Ve-
netiis in quo prima facie videtur eſſe faciendum
magnum fundamentum contra Iac. quia ipſe inter-
rogatus, ſi d. Gabriel eſt mortuus ex dicto vulnere
vel ex alio malo regimine. Reſpondit quod iudi-
cium ſuum eſt, illum mortuum eſſe ex dicto vulne-
re, ac etiam quia fuit ille qui medicatus eſt dicto
Gabrieli vſque ad mortem.

21 Quia reſpondetur, † quod ex quo ſunt teſtes
contrarii in hac materia in dubio credendum po-
tius deponentibus pro d. Iacobo, quia ſunt plures
videlicet quatuor, quam D. Magiſtro Franciſco, qui
eſt vnicus in effectu, ex quo filius ſuus deponit de

auditu patris. Nam in dubio teſtibus pluribus eſt credendum, *l. 3. §. 1. in verbo numerus, de teſtibus cum ſimilibus.* Imo ſi duo deponunt pro vno alius in contrarium ſtatur dicto duorum quorum dicta non læduntur per dictum vnius tantum, *vt probatur in l. 1. in princip. & ibi hoc not. Bartol. ff. de vent. inſpi. in verſic. vlterius hac lex facit in argum. Et idem not. Cyn. in l. in bonæ fidei. in vltim. quæſt. C. de rebus credit. & iureiurand. & Bartol. in l. admonendi in 13. colum. verſic. quare quid ſi actor probauit, ff. iureiuran. & in l. vulgo. ad fin. ff. de admin. tut. & Anton. de Butr. in c. cum dilectus in 5. colum. in prin-*

22 *cip. in 5. not. extra de elect.* † Item quia dicti teſtes deponentes, quod vulnus non eſt mortale, ſunt peritiores, ergo eis magis eſt credendum, *vt not. Bartol. & Doctor. in proœmio ff. Item quia ſunt digniores l. 3. §. eiuſdem quoque principis ibi dignitas, ff. de teſtibus cum ſimilibus*, & aduertendum quod d. magiſter Franciſc. de Venetiis chirurgus eſt barberius, vt apparet ex teſtificatione magiſtri Marci Caligarij qui appellat eum barbitonſorem, vnde non eſt tantum dignitatis, & ſcientiæ vt præualeat dictis aliorum duorum barbitonſorum qui etiam ſunt chirurgi & aliorum duorum excellentiſſimorum medicorum in chirurgia & phyſica per d. iura. Item quia dicunt veriſimiliora. Nam ex quo dictum vulnus erat in digitu & ſic in loco periculoſo, & de taleo non de puncta eſt magis veriſimile, quod non fuerit mortale, ex quo ita dicunt regulæ & auctores medicinæ. Ergo magis eis credendum eſt quam dict. Magiſtro Franciſco de Venetiis, *vt probatur in l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtibus & in c. licet cauſam ver. ex præmiſſis*, ibi quoniam etiam aptiora negotio & vero proximiora in ſuis teſtimoniis expreſſerunt, *extra de probationi. & habetur quarta quæſtion. tertia, §. in criminali.*

23 † Et in tantum magis creditur dicentibus veriſimiliora, etiam ſi eſſent pauciores eis magis crederetur quam pluribus, vt eſt caſus, *in dicta l. ob carmen, §. fin.* Ergo multo magis credendum erit pluribus deponentibus veriſimiliora quam paucioribus aut vni tantum vt eſt in caſu noſtro, & iſta ratio eſt bene conſideranda, quia eſt veriſſima & ei non poteſt quoquo modo reſponderi. Item quia teſtes deponentes vulnus non fuiſſe mortale aſſignant rationes optimas atteſtationum ſuarum, & dict. Magiſter Franciſc. qui deponit contra nullam rationem aſſignat, quare eſſet vel iudicaret mortale. Ergo magis credendum eſt deponentibus, quod

24 vulnus non eſt mortale, † quia magis creditur duobus teſtibus allegantibus legitimam cauſam vel rationem dicti ſui, quam duobus qui nullam rationem allegant, *vt nota. Bald. in l. presbyteri in vltima colum. Cod. de Epiſcop. & clericis, & Ludouic. de Roma. in l. 1. in princip. ff. de non. oper. nuntia.* Imo plus in caſu noſtro nedum dictus Magiſter Franciſc. de Venetiis non allegat cauſam quod vulnus ſit mortale, ſed potius allegat cauſas in contrarium dum dicit quod ſi ſubito facta percuſſione d. Gabrie. fuiſſet medicatus fortaſſe fuiſſet liberatus. Item dicit quod ſemel reperit d. Gabri. portantem vinum nigrum & habentem vnam agreſtariam vini nigri penes ſe, & vna vice manducare contra præceptum ſibi datum, quæ ſunt ſigna potius defectus & culpæ Gabrielis vulnerati quam mortis, vt de ſe paret. Item videtur dicere vnum quod non eſt verum. Nam dicit quod ſtetit duobus diebus quod non fuit medicatus, cuius contrarium apparet ex atteſtationibus magiſtri Io. Nigri & Magiſtri Bartholom. Barbitonſoris qui in princ. vulneris medicati ſunt. Vnde per hoc apparet, quod etiam d. magiſter Franc. de Venetiis non eſt omni exceptione maior, ex quo poteſt etiam poni quædam, vt dixerim, contrarietas in dicto [illegible] & non veritas, & ſic ei fides non ſit adhibenda. *per l. qui falſa vel varia. ff. de teſtib.* Ex iſtis itaq; manifeſte apparet quod magis eſt credendum dictis quatuor teſtibus deponentibus vulnus nõ eſſe mortale quam d. magiſtro Franc. qui deponere videtur contrarium nec eius dictum adiuuat teſtificatio filij ſui d. Matthæi ſcholaris in iure ciuili, quia deponit de auditu patris ſui, *per l. teſtium, cum ibi not. ff. de teſtib. & per notab. in c. cum cauſam extra eod. tit. cum ſimilib.* Nec obſtat quod d. Gabriel mortuus fuerit infra decem dies vulneris, quia licet ex vulnere non mortali regulariter quis non moriatur, maxime infra tam breue tempus, *vt not. in l. 1. C. de emend. ſeruo.* Tamen in caſu noſtro non nocet quia illa mors infra dictum tempus venit propter defectus plures dicti Gabrielis vulnerati. Primus defectus & culpa, quia poſtquam fuit vulneratus aufugiens, quia credebat occidiſſe Iacobum natauit, vt deponunt Gabrinus & Laurentius Trabachini, per quam natationem aqua intrauit digitum & non potuit eſſe parui nocumenti, vt de ſe patet. Item quia noluit permittere ſe punctare in principio vulneris, vt dicit Barthol. Barbitonſor & magiſter Ioan. Niger, iuxta illud: Principiis obſta ſero Medicina paratur. Item quia ſtetit duobus diebus, ſi dicit verum Magiſter Franciſcus de Venetiis quod non fuit medicatus per eandem rationem. Imo bibit vinum ex quo ſua culpa cauſatur ad mortem, vt dicit Bald. in quodam ſuo conſilio 1098. quod incipit: In nomine domini amen. Ad euidentiam præmittendum eſt in 3. colum. Item quia fecit contra præceptum medici, vt deponit idem Magiſter Franciſcus de Venetiis quod eſt ſignum culpæ & defectus vulnerati. Vnde ex iſtis defectibus & culpis vulnerati apparet, quod vulnus de ſui natura non erat mortale, licet ſit propter ſui culpam effectum mortale, vt apparet ex prædictis quatuor atteſtationibus deponentibus vulnus non eſſe mortale. Nec obſtat ſi dicatur in dubio iudicandum eſt contra percuſſorem, quando medici ſunt contrarij, *vt dicit Bald. in cap. 1. in princip. in titul. quibus modis feudum amittatur.* Quia reſpondetur, quod illud procederet, quando numerus & dignitas medicorum qui ſunt contrarij eſſet æqualis, vel quando omnes dicerent ea quæ veriſimilia eſſent. Sed quando pro percuſſore eſſent plures digniores medicis dicentes veriſimilia ſicut eſt in caſu noſtro, non eſt dubium quod illis potius eſſet ſtandum. Item illud procederet quando vulnus eſſet factum in loco periculoſo, vel eſſet maximum vulnus, & ita loquitur Bald. *in d. c. 1. in titul. quibus modis feud. amitt. & in conſ. ſuo 217.* quod incipit: In nomine domini amen. Sicut ſapientiſſime allegatum eſt in vltima col. Sed

in caſu

in caſu noſtro dictum vulnns non erat in loco periculoſo, nec maximum, nec depunctum, vt dicunt, quaſi omnes teſtes, & etiam de ſe patet; ergò in dubio iudicandum eſt etiam ſecundum Baldum, quod vulnus non fuerit mortale, & ſic pro Iacob. qui dicitur fuiſſe percuſſor. Et ex iſtis omnibus concludo circa ſecundum dubiũ principale, quod dictum vulnus non fuerit mortale. Et propterea concludo, quod dictus magiſter Iacobus inquiſitus, ex quo ſi vulnerauit d. Gabrielem, fecit ad ſui defenſionem, vt dixi in primo dubio, & vulnus non erat mortale
25 de ſui natura, *vt dixi in 2.* † quod contra eum non poteſt procedi nec condemnare de homicidio, *per not. in l. 1. C. vnde vi, & in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur. & per l. qui occidit, in §. fin ff. ad l. Aquil. & per not. in c. ſignificaſti, de homic. cum ſimil.* Et maxime cum non conſtet, quod ipſe magiſter Iacobus vulnerauit d. Gabrielem, vt apparet ex atteſtationibus teſtium, imo nec etiam ipſe Gabriel ſciebat, quod d. Iacobus vulneraſſet eum. Nam interrogatus à magiſtro Bartholomæo Barbitonſore, quomodo & à quo fuerat vulneratus. Reſpondit, e non sò mi ſteſſo com' io habbia fatto, & ſic non inculpauit d. Iacob. quod eſt ſignum, quod eum non vulnerauit, *argum. l. ſi quis in graui, §. 1. ff. ad Sillan.* Propterea probatum eſt per teſtes, quod ex interiori, & ſciebat Gabriel ludere de ſcrimia, quod veriſimilius eſt, quod ſeipſum vulnerauerit. Et ideo cum non conſtet de vulnere illato per ipſom Iacobum, imo conſtet potius de contrario, & ipſe Iacobus ſe præſentauit ad carceres, ſequitur quod de homicidio contra eum non poteſt procedi, vel inquiri, nec coodemnari.

ADDITIONES.

a Credulitatis] *Ad huius conſilij reſolutionem vide Petr. de Anchar. in conſ. 285. D. Alex. de Imol. in conſ. 15. in 1. vol. Bart. in l. 1. in princ. ff. de ventr. inſpicien. Bald. in l. comparationes, in 1. col. C. de fide inſtrum. D. Alex. & Doctor. in §. omnem prima conſtitut. ff. Canoniſt. in c. ſignificaſti, de homicid.*

CONSIL. XXIX.

SVMMARIA.

1 *Homicidium an & quomodo ad vindictam vel ad ſui defenſionem factum ſit, & quando ad ſui defenſionem factum dicatur, & qualiter puniri debeat, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Fuga homicidium probare videtur.*

3 *Occiderit qui aliquem de iure communi, ſi occidendi animum habuerit, pœna mortis tenetur.*

4 *Delictis in dubio ſemper animus nocendi & offendendi præſumitur.*

5 *Vim vi licet repellere, & ſe defendere omnes leges, omniaq; iura permittunt.*

6 *Verba contumelioſa qui primo proferre cœpit, contra eum præſumitur.*

7 *Rixa quando inter duos maleficium accidit, in dubio illud aggreſſori & prouocanti imputatur.*

8 *Fuga alicuius præſumere facit, quod fugiens prouocatus fuerit.*

9 *Examinatio facta ab aliquo fugiente, videtur facta animo ſe liberandi.*

10 *Prouocaſſe alium ſemper fortior præſumitur.*

11 *Fortior diuino iudicio quando occiditur.*

12 *Mutilati ſi duo inueniantur, nec appareat, quis ob tutelam fecerit, diſtinguitur, quis eorum ſit magis rixoſus.*

13 *Vita in diſcrimine quis conſtitutus præſumitur, eo ipſo, quod armorum terror infertur.*

14 *Defenſio mea eſt probata eo ipſo, quod probetur, quod aliquis veniebat contra me cum cultello, & ego ipſum occidi.*

15 *Defenſionem probare ſufficit, quod interfectus aſſaliuit, vt interficiens animo ſe defendendi occidiſſe videatur.*

16 *Gladius euaginatus ſecundum Bald. vnumquemq; terret.*

17 *Qualitas armorum oſtendit, quod quis à morte vel grauis offenſa ſe tueri non poteſt.*

18 *Iniuria qualibet perſonalis quauis reali maior eſt.*

19 *Iniuria eſt aliquem fugare.*

20 *Legi quantumcunq; duræ ſtandum eſt.*

21 *Iudex de inquiſiti innocentia quærere debet, & teſtes examinare ſi opus fuerit, ipſumq; inquiſitum abſoluere.*

22 *Statutum ſi dictauerit, quod ſi aliquis homicidiũ commiſerit, & non comparuerit, pro homicidio in banno ponatur, quomodo intelligatur.*

23 *Statutum non valeret, quo caueretur, quod non liceret cuiquam perſonam ſuam defendere ab iniuria, quoniam nec conſenſu hoc facere poſſet.*

24 *Teſtes ad inſtantiam iudicis vel partium in cauſa criminali examinari poſſunt.*

25 *Defenſionis modum ſi quis exceſſerit, an puniri debeat.*

26 *Verbera cum menſura dari non poſſunt.*

27 *Tutela inculpata modum ſi quiſpiam exceſſerit, ſed non ex propoſito, non tenetur.*

28 *Cauſa exterior interiorem actum declarat.*

29 *Mortis cogitatione hominem turbatum difficile eſt terminos inculpatæ tutelæ, ſeu defenſionis cognoſcere.*

30 *Vita in diſcrimine quando quis conſtitutus fuerit, ita quod non poteſt aliàs tutò & ſecurè defendere, niſi aggreſſorem occiderit, tunc nullam pœnam pati debet.*

1 IN CHRISTI nomine. † ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Viſo proceſſu facto ſuper homicidio perpetrato in perſona Antonii de Rayneriis; & viſa inquiſitione ſuperinde formata contra Franciſcum dictum Franzonum de Boſetis de Adro diſtrictus Brixiæ. Et viſis dictis & atteſtationibus teſtium examinatorum, tàm ex officio magnifici Dn. Poteſtatis Brixiæ, & eius iudicis maleficiorum, quam etiam ad inſtantiam Bertolini patris dicti Franzoni pro ſuo iure & intereſſe. Et viſis etiam quibuſdam ſtatutis Brixiæ, de quibus infra fiet mentio, & omnibus diligenter ac maturè conſideratis, prout cauſa requirit, quatuor tantum dubia in primis mihi oriri poſſe videntur, quibus deciſis veritas præſentis conſultationis facile intelligi poterit. Primum eſt, ſi probatum eſt ſufficienter, quod dictus Franzonus occiderit dictum Anto. de Rayneriis, prout & ſecundum quod in inquiſi-

tione dicitur. Secundum poſito quod ſic an propter
dictum homicidium de iure communi poſſit dict.
Franciſc. ad mortem condemnari. Tertium an ſal-
tem ex forma ſtatutorum Brixiæ ad mortem con-
demnari poſſit vel in banno pro homicidio poni.
Quartum ſi non poteſt pœna mortis condemnari
an aliqua pœna condemnari debeat & ſi debet qua
2 pœna puniri poſſit. † Super primo dubio non
puto eſſe inſiſtendum, quia ſatis mihi videtur eſſe
ſufficienter probatum ipſum Franzonum interfe-
ciſſe d. Antonium de Rayneriis, tum per teſtes exa-
minatos ex officio ad inſtantiam patris d. Franzoni,
tum etiam propter fugam ipſius Franzoni factam
antequam contra ipſum inquireretur per ea quæ
habentur per Bart. & Doct. *in l. lege Cor. ff. ad Sill. & per
gl. & Doct. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. in bonæ
fidei, C. eod. tit. & per Angel. in auth. de exhibendis reis, §. ſi
vero, & per Salic. in l. 1. C. de raptu virgin. cum ſimilibus.*
vnde in hoc non eſt diſputandum, quia iſta eſt ve-
ritas. Super ſecundo dubio, an propter dictum ho-
micidium de iure communi dictus Franzonus poſ-
3 ſit ad mortem condemnari. † Et videtur quod ſic
quia de iure communi qui aliquem occiderit ſi ani-
mum occidendi habuit, tenetur pœna mortis, *per l.
Cornel. de ſicar. & l. 1. in princ. & per totam l. ff. ad legem
Cornel. de ſicar. & inſtitut. de public. iudic. §. item lex Cor-
nel. & tertia diſtinctio omnu*, & ideo lex dicit: Homici-
da quod alij fecerit ſemper expectet, *vt l. nemo, C. de
Epiſcop. audien.* ac etiam ſi quis hominem non occi-
dit ſed vulnerauit pro homicida damnandus eſt, *vt
d. l. 1. §. diuus Adrianus.* Imo plus ſi quis cum telo am-
bulauerit hominis necandi cauſa, licet non occide-
rit, tamen tenetur lege Cornel. de ſicariis, ſicut is
qui hominem occiderit, *vt eſt caſus in lege is qui cum
telo. C. ad legem Corneliam, de ſicariis.* Et vtinam iſta iu-
ra ſeruarentur, quia multi retraherentur ab homi-
cidiis. Sed dictus Franzonus occidit dictum Ray-
nerum, *vt dixi.* Et in dubio videtur habuiſſe ani-
mum occidendi ex genere inſtrumenti cum quo
percuſſit & ex magnitudine & quantitate percuſ-
ſionum, quia eum percuſſit cum vna partiſana &
cum vno cultello plurib. & magnis percuſſionib. *vt
l. 1. §. diuus Adrian.* ibi nam ſi gladium ſtrinxerit, *ff. ad
4 l. Corn. de ſic. & c. ſicut dignum, in fin. extra de homi.* † I-
tem quia in dubio ſemper præſumitur animus no-
cendi & offendendi, *vt not. per gl. not. in l. ſi non conuitij.
in gl. 1. & ibi Doct. C. de iniur. & Flor. in l. 1. §. cum arietes,
ff. ſi quadru. paup. feciſſ. dicatur.* Et omne maleficium in
dubio præſumitur eſſe factum iniuſte niſi probetur
contrarium ex quo eſt de genere [illegible]hibitorum,
*vt in c. 1. extra de præſumptio. & hab[illegible] per Bald. in c. ſic-
ut nobis, in fin. extra de re iudica.* Et ideo ſi aliquis di-
cit hominem occidiſſe ad ſui defenſionem ſtatur
ſuæ confeſſioni, quod occiderit ſed non creditur
niſi probetur quod ad defenſionem fecerit, quia
ius commune præſumit contrarium, *vt not. Bart. in l.
Aurelius, §. idem quæſiuit. ff. de liber. lega. & per Doct. in cle.
1. de homic. & per Bald. in addi. Spec. in tit. de confeſſis in 2.
col. vbi plene.* Sed contrarium teneo in caſu noſtro,
videlicet quod dictus Franzonus non teneatur ex
homicidio pœna mortis, nec poſſit ad mortẽ con-
demnari de iure communi, quia vt ſtatim oſten-
dam ipſe fecit dictum homicidium non ad vindi-
ctam ſed ad ſui defenſionẽ, cum aliter ſe tueri non
poſſet, *vt l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. in cle.
1. de homicidio.* & quia erat in diſcrimine vitæ con-
5 ſtitutus, *vt l. is qui aggreſſorem, C. ad l. Cor. de ſica.* † Vim
vi enim repellere & ſe defendere omnes leges o-
mniaque iura permittunt, *vt d. §. qui cum aliter, & l.
vt vim. ff. de iuſtit. & iur. & c. ſignificaſti, 2. ad fin. extra de
homicid. & not. in l. 1. C. vnde vi cum ſimil.* Et ideo cum
fecerit d. homicidium ad defenſionem non ad vin-
dictam non tenetur, *vt eſt gloſ. not. in l. is qui aggreſſo-
rem, & ibi per Angel. C. ad l. Corn. de ſicar. & not. gl. 23. q. 1.
in ſumma, & not. in d. iuribus.* Et pro huius declaratio-
ne duo ſunt examinanda. Primum ſi d. Franzonus
d. homicidium cõmiſit ad ſui defenſionem, & non
ad vindictam. Secundum ſi d. Franzonus erat in diſ-
crimine vitæ conſtitutus ita quod aliter ſe tueri
non poſſet niſi occidendo d. Ant. Circa primum vi-
detur dicendum quod Franzonus d. homicidium
perpetrauit ad vindictam & non ad defenſionem,
quia cũ de hoc non appareat manifeſta & clara pro-
batio in dubio contra percuſſorẽ & homicidam eſt
6 iudicandum, vt ſupra dixi. † Item quia cõtra eum
præſumitur qui primo cœpit verba contumelioſa
proferre, *vt l. ſi non conuitij. C. de iniur. & not. Flor. in l.
ſcientiam. §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil.* Sed poſtquam
dict. Anton. qui primo defendit de quo aſcendit
& incepit ire verſus Brixiam cum Franciſco de
Rayneriis dictus Franzonus exclamando poſt eos
dixit. Andeuene con Dio che'l nõ vignerà trè hore
che vignero à Breſſa, e ſi ve impagarò, propter quæ
verba dictus Antonius reuerſus eſt verſus dictum
Franzonum, & facta fuit rixa in qua Antonius mor-
tuus fuit; ergo, &c. Sed veritas eſt in contrarium
ſcilicet quod præſumatur potius feciſſe ad ſui de-
fenſionem quam ad vindictam, quod ſic probatur.
7 † Quando ex rixa inter duos inita maleficiũ acci-
dit in dubio illud imputatur aggreſſori & prouo-
canti, *vt l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dicatur
facit l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iuliam de vi*, &
ita allegatur ibi per Cyn. & ratio quia non præſu-
mitur contra prouocatum poteſt eſſe ſecundum
Florian. *in dicto §. cum arietes*, qui inſultans vel aggre-
diens prouocat inſultatum ad iracundiam, & ſic
quod inſultatus facit, videtur facere calore iracun-
diæ, vnde non imputatur ſibi, *l. quicquid calore, ff. de
reg. l. iur. & l. Gracchus. C. de adulter. & l. ſi adulterium
cum inceſtu. §. Imperator, ff. de adulter. & 2. quæſt. 3. ſi quis
iratus.* Item ratio quare contra aggredientem &
prouocantem cum armis præſumitur, eſt ſecun-
dum Flor. *in d. l. ſcientiam, §. qui cum aliter*, quia in ipſo
præſumitur dolus alias enim ſi dolus non præſume-
retur oportet præſumi ipſum eſſe furioſum vel fa-
tuum quod in homine non præſumitur, niſi pro-
betur, *l. codicill. C. de codicill.* & ideo præſumitur inſul-
tatus & prouocatus ſemper feciſſe ad ſui defenſio-
nem, *vt d. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paup. fecif. dica. & l.
ſi ex plagiis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquiliam & ita not. Bar-
tol. in d. l. ſi ex plagiis, in fin. & ibi Florian. & etiam in dict.
l. cum arietes. & nota gloſſ. in decretis. 23. q. prima in ſum-
ma.* Sed

ma. Sed in caſu noſtro dictus Franzonus fuit inſultatus & prouocatus ad rixam cum armis à dicto Anton. per eum occiſo, vt ſtatim oſtendam, ergo præſumitur ipſum occidiſſe ad ſui defenſionem non autem ad vindictam. Quod autem fuerit Franzonus prouocatus & inſultatus à dicto Anton. occiſo qui eum primo aggreſſus eſt probatur plurib. modis. Primo quia in prima rixa d. Anton. prouocauit, quia dixit. Tore da parte é dame la via. Et volens eſſe ad manus cum d. Franzon. deſcendit de equo, & captis aliquibus lapidibus in manu de ipſis proiicere cœpit verſus dictum Franzonum, vt in inquiſitione dicitur per quæ manifeſte apparet quod ipſe Anto. dando primo operam rei illicitæ prouocauit Franzonum ad rixam, *per l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadru. paup. feciſ. dica. & per l. ſi ex plagij. §. tabernarius ff. ad l. Aquil.*

Secundo quia ipſe Franzonus volens aufugere ſe reduxit in quandam viaciolam, vt in eadem inquiſitione dicitur quod eſt ſignum euidens quod ipſe Franzonus non fuit aggreſſus Antonium, ſed potius ipſe fuit prouocatus, *vt nota. in cle. 1. de homicid. & nota. Bald. in conſ. ſuo 81.* quod incip. Quidam enim
8 inſultatus à quodam. † Vbi dicit quod fuga facit præſumere quod fugiens fuerit prouocatus.

Tertio quia in ſecunda rixa d. Anton. auditis dictis verbis Franzoni minatoriis dum iret verſus Brixiam equeſter reuerſus fuit verſus d. Franzon. & d. Franzonus ſe ibi firmauit cum parte ſana exclamando aiutorio, aiutorio, vt in inquiſitione dicitur & probatum eſt per teſtes, ſcilicet per Franciſ. de Rayneriis conſanguineum d. Antonii, qui aderat dictæ rixæ, & per Bartholomæum filium Bartolini qui etiam vidit & audiuit, per quos actus aperte comprehenditur quod Franzonus fuit prouocatus ad rixam, quia ipſam fugiebat exclamando aiutorio *per text. in l. itaque cum gloſſ. ff. ad l. Aquil. & per gloſſ. in l. 4. C. ad l. Corn. de ſica. & in l. furem. ff. eo titu. & not. Bart. in l. vt vim. circa fin. ff. de iuſt. & iure.*

9 † Nam talem exclamationem videtur feciſſe animo ſe liberandi ab illo Antonio qui veniebat contra eum, *vt not. Inno. in c. ſignificaſti, extra de homic.* & de iſta exclamatione habetur etiam per gloſſ. *in l. capite quinto in fin. ff. de adult.* Quarto quia d. Anton. non obſtante dicta acclamatione deſcēdit de equo & incepit proiicere vnum lapidem, vt probatum eſt per antedictos duos teſtes & etiam in inquiſitione dicitur. Nam per hoc apparet manifeſte quod d. Anton. incepit rixam & dicitur prouocaſſe, ex quo primo incepit dare operam rei illicitæ, ſcilicet iaciendo lapides, *vt d. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pau. feciſ. & l. ſi ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad l. Aqui. & ibi notat. Flo. in l. ſcientiam, §. qui cum aliter. eod. tit.*

Quinto quia dictus Franzo. ſe retrahebat cum ſua parte ſana vt dicit Bartholomeus filius Bartolini per q̄ retractionem fugiebat rixam, iuxta no. *in l. 1. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu.* Sexto quia d. Ant. incepit euaginare enſem poſt iactum lapidis, vt in inquiſitione dicitur, quæ euaginatio eſt expreſſa prouocatio ad rixam & contra euaginantem enſem eſt præſumptio & ideo Franzo. præſumitur occidiſſe d. Ant. animo ſe defendendi potius q̄ offendendi, *vt l. 3. §. ſi quis percuſſo. C. ad l. Corn. de ſica. & no. Flo. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqui.* Septimo ex eo ꝙ d. Ant. erat fortior d. Franzo. vt dicunt quaſi omnes teſtes. Imo ſuperaſſet duos Franzonus veriſimiliter præſumendum eſt contra ipſum Ant. ꝙ primo fuerit aggreſſus ipſum Fran. quia vt dicit Ray. quem ſe-
10 quitur Flo. *in d. l. 1. §. cum arietes.* † debet inſpici quis ſit fortior, vt ille dicatur in dubio alium prouocaſſe, *arg. l. non omnis. §. a Barbaris. ff. de re milit.* Et licet dicat Flo. *in d. §. cum arietes,* ꝙ poteſt attentari ꝙ in dubio ille qui ſuperat diiudicandus ſit aggreſſor niſi contrarium ꝓbetur, *arg. l. 1. C. de ſicar.* tamen hoc eſſet verum vbi nulla alia eſſet præſumptio in contrarium, ſed vbi ſubſunt aliæ præſumptiones contrariæ, puta quia eſt fortior & quia incepit occiſus euaginare enſem & aliæ ſimiles de quibus ſupra non dubito ꝙ ſic
11 præſumendum contra ipſum Ant. occiſum. † Et ſi dicatur ſi erat fortior quomodo ſit occiſus reſpondetur propter diuinum iudicium, quia noluit innocentem perire ſed iuuare. Sicut dicitur de Dauid qui interfecit Goliath, vt habetur 1. Reg. 17. & ponitur, *per gl. in c. 1. de pur. vulg.* & ſicut ſæpe contingit, & Veronæ fuit ſimilis caſus, iam ſunt ſex anni vel circa in duob. Brixienſib. occidens fuit à tota curia liberatus hoc etiam potuit euenire & propter calcaria quæ habebat Ant. in pedib. & chirothecas quas habebat in manu vt probatum eſt per teſtes quando repertum fuit cadauer, nam iſta potuerunt dare magnum impedimentū d. Ant. in d. rixa vt de ſe patet. Octauo ſubeſt etiam alia præſumptio ſeu coniectura, quod Ant. occiſus ꝓuocauerit in dubio ad rixam d. Franzonū quia ipſe Ant. erat magis rixoſus q̄ Fran. Imo probatum eſt per teſtes quod d. Fran. erat pacificus & quietus, & ita tenet Card. Zab. ſecundum d. Mat-
12 thæ. *in clem. 1. in 33. quæſt. de homi.* vbi dicit. † quod ſi duo inueniuntur mutilati, nec apparet quis fecerit ob tutelam debet diſtingui quis eorum ſit magis rixoſus, quia contra illum præſumitur nam & alias attenditur conſuetudo alicuius, *ff. de pig. act. l. vel vniuerſorum. & l. qui ſemiſſ. ff. de vſu. & l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re mil. & c. illo vos, extra de pig. cum ſimil.* pro hoc etiam facit, quia d. Ant. minatus fuerat prius d. Franzono, dicendo, chel non caleraue chel lo farave tegnire olio, vt dicit Bartholomæus, quaſi facluni teſtis. Nam propter dictas minas videtur habuiſſe animum offendendi, *arg. l. 1. cum ibi nota. C. quando licet. vnicuiq. ſine iud. vind.* Nec obſtat prædictis quod d. Franzonus dixerit dicta verba exclamando poſt d. Antonium qui ibat verſus Brixiam andeue con dio chel non vegnira tre hore che vegnero à Breſſa e ſi ve impagaro, per quæ verba videtur prouocaſſe rixam, *vt l. ſi non conuitii. & ibi no. C. de iniur. & no. Flor. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil.* quia dico quod illa non tendunt ad prouocandum rixam de præſenti. Vel poteſt dici quod illud procedit in dubio quando non conſtat quis rixam inceperit, ſed hic conſtat quod eam incepit Anton. vt patet per ea quæ ſupra dixi. Et ex his concludo circa primum, videl. quod d. Franzonus dictum homicidium commiſit ad ſui defenſionem & non ad vindictam. Circa ſecundum dubium ſi d. Franzo. erat in illa rixa in diſcrimine vitæ conſtitutus ita quod aliter ſe tueri non poſſet niſi occidendo d. Anton. Et breuiter

13 dico quod ſic, quod ſic probatur. † Nam quis præ-
ſumitur in diſcrimine vitæ conſtitutus eo ipſo quod
terror armorum infertur, *vt l.4.§.armati,ff.de vi & vi
arma. & hoc vult gl. not.in l.5. in prin.ff. ad l. Aquil.& ibi
hoc not. Flor.in l.ſcientiam, §. qui cum aliter eo.tit.& pro-*
14 *batur in d.l.5.in prin.* Et ideo dicit Bar.not. † eo ipſo
quod probo quod aliquis veniebat contra me cum
cultello, & ego occidi eum probata eſt mea defen-
ſio, vt ibi eſt caſus, & hoc ſequitur Angel. de Aret.
*in ſuo tracta.maleficiorum, in glo.*in verbo & dictus Ti-
tius ſe defendendo, & pro hoc eſt etiam text. *in l.ſi
percuſſorem, C.ad l. Cornel. de ſicar. & facit.l.ſi ex plagis,
§.tabernarius,ff.ad l. Aquil.* ſed in caſu noſtro interue-
nit terror armorum quia d. Anto. poſt lapidem pro-
iectum contra Franzonum venit contra eum vno
enſe euaginato & vltra hoc tempore principij rixæ
aderat etiam Franciſc. de Raynerijs eius conſangui-
neus equeſter armatus cum vno enſe ad latus qui
dicitur reddidiſſe audaciorem ipſum Anto. & Fran-
zonum timidiorem, licet non oppoſuerit manum
ad arma, *per l.3.§.1. cum ibi not. per Bart. ff. de vi & vi ar-
ma & nota. Angel.de Aret. in ſuo tracta. maleſic. in gloſſ. in
verbo d. Andreas armatus in princ.* Et an præſtiterit il-
li auxilium pro nunc non examino, quia non expe-
dit. Item quod Franzonus eſſet in diſcrimine vitæ
conſtitutus apparet ex eo quod Anton. eum ſeque-
batur cum vno cultello ad latus & vno enſe euagi-
nato in manibus, & ipſe Franzon. ſe retrahebat &
exclamabat aiutorio aiutorio, nam cum ſufficeret
Franzono ſe retrahere & exclamare quin ipſum in-
ſequeretur dictus Antonius, apparet quod erat in
diſcrimine vitæ conſtitutus quod aliter ſe tueri non
poterat, *argum gloſſ. not. in clem. 1. in verbo non volens de
homicid.* Item hoc apparet quia ipſe Franzonus fuit
quaſi lethaliter vulneratus in illa rixa vt cōſtat ex di-
cto medici & Iacobini de Valdelugo, nam apparet,
quod erat in periculo vitę, *vt not.in l.1.C.vnde vi & in
l.ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil.* Et maxime
quia vltra hæc ipſe Ant. erat fortior audacior & ma-
gis rixoſus quam etiam ipſe Franz. vt dixi in præce-
denti dubio. Vlterius etiam ſunt multa ſigna & pręe-
ſumptiones probabiles quæ oſtendunt ꝙ iſte Fran-
zon. fuit ꝑin diſcimine vitæ conſtitutus, quod ha-
buit iuſtum timorem vitæ ſuæ. Prima præſumptio
eſt quia ipſe fuit inſultatus ab Anto. occiſo *l.1.§. cum
arietes, ff.ſi quadr.paupe.feci.di.& not. Bal.in d.conſ.ſuo 82.*
quod incipit: Quidam enim inſultatus, & ita dicit
15 Bald. *in l. multu, in fin. C. de lib.cau.* † quod ſufficit
probare quod interfectus aſſaliuit, vt interficiens
videatur feciſſe animo ſe defendendi. Secunda ꝙ e-
grediens inceperit rixam. Tertia audacia aggreſſo-
tis ſecundum Bald. in d. conſil. & ideo dicitur quod
audacia pro muro habetur. Quarta quod inſultus ſi
factus ab homine robuſto & forti, *vt not. in l.1. C. vn-
de vi. & per Bald.in d.conſi.* Quinto quia d. Ant. erat ri-
xoſus, & Franzonus pacificus & quietus, *vt not. Car-
di. Flor. in cle.1.in 33. q. de homic & ſupra dixi.* Sexta re-
greſſus ipſius Franzoni inſultati quæ eſt quædam
fuga, *vt not. in d.l.1. & in l.2. C. vnde vi, & per Bald.in d.
conſ.7.*

Septima euaginatio enſis facta per d. Anton. ag-
16 gredientem ipſum Franzo. † neminem enim in-
uenies vt dicit Bald. in d. conſil. quem arma vagina-
ta ſeu gradius euaginatus non terreat, *vt l.3.§. qui ar-
mati, ff.de vi & vi arma.* & maxime quando eſt in ma-
nibus hominis robuſti & audacis, ſicut erat iſte An-
tonius, vt nota. etiam *in l.prima, Cod. vnde vi, & pro-
batur in l.ſi quis percuſſorem, Cod. ad leg. Cornel. de ſica-
riis.*

Octaua eſt qualitas armorum ipſius Antonij ſci-
licet cultellus & enſis: nam enſis nō ſolet leuem pla-
gam inferre, vt *in d. c. ſignificaſti, in fin. extra de homi-
17 cid.* Et ideo dicit Bald. in prææalleg. conſilio. † quod
huiuſmodi qualitas armorum oſtendit quod quis
non poteſt ſe tueri à morte vel graui offenſa & ſic
quod eſt in periculo & diſcrimine vitæ ſuæ con-
ſtitutus, & maxime quando eſt in manibus homi-
nis robuſti audacis & rixoſi ſicut erat dictus Anto-
nius.

Nona præſumptio quia ipſe Franzonus fuit vul-
neratus à dicto Antonio vt probatum eſt in proceſ-
ſu. Et ideo ſi interfecit ipſum Antonium præſumi-
tur feciſſe ad ſui defenſionem, *vt not. in l.ſi ex pla-
gis, §.tabernarius, ff. ad l.Aquiliam.& in dict.l.1.Cod.vn-
de vi.*

Decima eſt magnitudo vulneris illati in perſona
ipſius Franzon. *arg.d.c.ſignificaſti, in fin.extra de homic.*
Vnde ex iſtis decem præſumptionib. apparet quod
dictus Franzonus erat in diſcrimine vitæ conſtitu-
tus, nec ſe aliter tueri poterat. Et propterea ſi inter-
fecit d. Ant. non tenetur, *vt probatur in l. 2. & 4.C.ad
l.Cornel.de ſicar.& in l.ſcientiam, §. qui cum aliter.ff.ad l.
Aquil.*

Et ideo ſi non poſſum fugere qui me percutias,
niſi te interficiam, poſſum & debeo te interficere,
vt l.furem, ff.ad l.Cornel.de ſicar.& ibi hoc not.Bartol. qui
18 dicit quod tanto eſt, † quia quælibet iniuria per-
ſonalis eſt maior quauis reali, *l. in ſeruorum, in fin.ff.
de pœn.* ſed propter iniuriam realem irrecuperabi-
lem poſſum occidere, *vt d.l. furem*, ergo multo ma-
gis pro perſonali, & ita tenet etiam Flor. *in d.l.ſcien-
tiam, §.qui cum aliter, ff. ad l.Aquil. & Angel.de Aret.in
dicto ſuo tracta. maleficio. in gloſſ. in verbo. & dictus Ti-
tius ſe defendendo.* Imo dico fortius quod licet dictus
Franzonus ſe retraxerit quaſi fugiendo, tamen et-
iamſi ſe non retraxiſſet, non propterea diceretur
fuiſſe in dolo vel culpa, quia quis inſultatus non te-
19 netur fugere, † quia aliquem fugare eſt iniuria,
l.item apud Labeonem, ff. de iniur. & ideo pro propul-
ſanda iſta iniuria licitum eſt reſiſtere, *vt not. Bartol.
in l.1.C.vnde vi, & idem tenet ibi Salic.in 6.colum.per plu-
res rationes, & idem tenet Anton. de Butr.in c. olim cau-
ſam, in 17.colum. extra de reſtitu.ſpoliat.* & etiam ego al-
lego aliam rationem quia ſi Franzonus fugiſſet in-
curriſſet periculum vitæ ſuæ quia inſequebatur
eum Ant. Nam ſi obuertiſſet Franzonus terga, An-
tonius inimicus fuiſſet ſibi ad ſpatulas & ipſum de
facili potuiſſet vulnerare, & ideo non debebat fu-
gere ſed ſuam ſalutem tueri, & ita tenet Bald. *in l.1.
in verſic. ſed pone quidam, C. vnde vi & ſequitur Angel.de
Aret. in d. gloſſ. & dictus Titius ſe defendendo in 4.colum.*
Et propterea dixit eleganter Innocen. *in c. ſi vero, id
eſt, de ſent. excom.* quod ſufficit probabiliter dubita-
re de defenſione ad hoc vt excuſetur, *vt l. ſcientiam.
§.qui*

§ qui cum aliter. ff. ad l. Aqui. & l. ſed ſi quacunque in princ. ff ad l. Aquil. & l. is qui aggreſſorem. C. ad l. Corn. de ſicar. & l. 1. C. quando lib. vnicuique ſine iudi. vin. & idem ſequitur Flo in d. §. qui cum aliter, & Ang. de Aret. in prædicta gloſſ. Vnde ex his concludo ad ſecundum dubium priml quod dictus Franzonus in illa rixa erat in diſcrimine vitæ conſtitutus, ita quod aliter ſe tueri non poterat niſi occidendo dictum Antonium, & per conſequens dicitur homicidium commiſiſſe ad ſui defenſionem & non ad vindictam & ſic non teneri ad pœnam mortis de iure communi. *per gloſſ. in d. l. is qui aggreſſorem. 23. quæſt. 1. in ſumma cum ſimi. ſupra allegatis, & pro hac parte in ſimili caſu conſuluit Bald. in dicto conſil. 82.*

Super tertio principali dubio an ſaltem ex forma ſtatutorum Brixiæ d. Franzonus teneatur pœna mortis propter dictum homicidium, & ita poſſit pro homicidio in banno poni. Et videtur quod ſic propter ſtatutum de pœna homicidii vbi dicit ſimpliciter, quod ſi quis homicidium fecerit & ad rationem venerit. ſi eſt conuictus vel confeſſus capite puniatur. Si vero ad rationem non venerit in bãno ponatur de homicidio, & poſtmodum ſi in fortiam communis Brixiæ peruenerit capite puniatur, &c. Nam ſtatutum ſimpliciter loquitur quia non reſpicit animum ſed factum, *l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corn. de ſica.*
20 † vnde legi quantumcunque duræ ſtandum eſt, *l. proſpexit. ff. qui & a quibus*, maxime quando figit pedes ſicut videtur figere dictum ſtatutum, *vt not. gloſſ. in l. ſi non fuerit, in princip. ff pro ſoc.*

Item eſt aliud ſtatutum de modo & forma procedendi in maleficiis in quo inter cætera dicitur, quod ſi inquiſitus infra terminum citationis & requiſitionis de eo factæ non venerit nec comparuerit coram domino poteſtate ſeu iudice maleficiorum tunc debeat Poteſtas vel iudex maleficiorum talem inquiſitum facere poni in banno in ea quantitate pecuniæ vel pœna quæ de tali maleficio vel exceſſu imponi poteſt & debet ſecundum ſtatuta communis Brixiæ, & infra ſubditur quod ſi talis inquiſitus infra alium terminum non venerit ad ſe excuſandum vel defendendum ab his de quibus proceditur contra eum, habeatur pro confeſſo, ſed d. Franzonus inquiſitus nunquam comparuit, ergo videtur quod debeat haberi pro confeſſo, & poni in banno mortis pro homicidio, ſicut requiritur aliud ſtatutum de quo ſupra. Sed his non obſtantibus contra-
21 rium teneo. † Nam iudex debet de innocentia inquiſiti quærere & teſtes examinare, & quando iudici conſtat de inquiſiti innocentia, etiam ſi ſit abſens & contumax nec aliquis defendat eum, debet iudex ipſum abſoluere, *l. ſi non defendantur. ff. de pœn. & ibi hoc not. Bart. in l. 1. §. fin. ff. de quæſtio. & habetur per gloſſ. Bart. & Doctor. in l. vbi pactum. C. de tranſact. & per Bart. & Doctor. in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procura. & in l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iud.* ſed iudex ex officio examinauit aliquos teſtes vt debuit, ex quibus apparet de innocentia d. Franzoni, videlicet quod non debet condemnari, ergo, &c. Præterea ſunt etiam examinati aliqui teſtes ad inſtantiam patris dicti Franzoni pro ſuo iure & intereſſe iuxta nota. *in d. §. pub. & in §. ad crimen*, ex quorum dictis ſimiliter apparet de innocentia ipſius Franzoni inquiſiti, ergo D. Poteſtas & iudex malefi. Brixiæ debent ipſum etiam abſentem & contumacem abſoluere. Nec
22 obſtat † ſtatutũ prædictum de pœna vt ſi aliquis homicidium commiſerit, ponatur in bãno pro homicidio, quia etiam intelligitur, ſi occidens fuerit in dolo, *vt l. lex Cornel. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* quia etiam ſi eſſet in lata culpa non teneretur de homicidio, quia vbi tractatur de pœna corporali lata culpa non æquiparatur dolo, *vt d. l. lex Cornel. & not. in l. actori. ff. de in lit. iur. & not. a. ſingulariter Bart. in l. 1. §. non autem. ff. ſi quis teſtament. lib. eſſe iuſ. fue. & habetur ſimile per Salic. in l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſſcrip. in teſtamen.* Et propterea licet ſtatutum dicat quod homicida decapitetur, intelligitur ſi per dolum occiderit & non alias, & hoc eleganter determinat Bald. *in l. data opera. C. qui accuſ. non poſ.* dicens quod aſſeſſores ignorantes conſueuerunt dicere contra, inhærentes verbis ſtatuti ſimpliciter loquentis. Et hanc opin. Bald. quæ eſt vera ſequitur d. Paul. de Caſt. *in l. 1. C. vbi ſenatores vel clariſſimi*, qui dicit quod ita pluries conſuluit & à morte aliquos defendit. Ego etiam alias in caſu ſimili, noſtro conſului, & alias etiam iudicaui in ciuitate Veronæ. Et ita etiam conſulendo terminauit
23 Bald. *in antedicto conſil. 82.* dicens etiam plus † quod non valeret ſtatutum quo caueretur quod non liceret cuiquam perſonam ſuam defendere ab iniuria quia nec conſenſus poſſet hoc facere, *vt habetur in l. pactum inter heredem. ff. de pact.* multo fortius nec ſtatutum quod ſimpliciter loquitur de pœna, quia non intelligitur loqui de caſu licito, *l. 2. C. de noxa.* ne illorum ictu innocentia feriatur, *l. fin. C. de accuſ. &c.* vnde ibi plenius. Nec etiam obſtat aliud ſtatutum Brixiæ de forma procedendi in maleficiis, quia dum dicit quod ſi inquiſitus non comparuit debeat poni in banno pro ea quantitate pecuniæ vel pœna quæ de tali maleficio vel exceſſu imponi poteſt ſecundum ſtatuta Brixiæ, quia ſecundum ſtatuta Brixiæ non poteſt talis ad mortem condemnari vt ſtatim dixi, ergo pro pœna mortis non poteſt in banno poni.

Item non obſt. dum ſubditur in eo ſtatuto, quod ſi inquiſitus ad alium terminum non venerit habeatur pro confeſſo quia licet inquiratur contra eum de homicidio, tamen non debet poni in banno pœna mortis, quia non poteſt haberi pro confeſſo niſi ſecundum formam inquiſitionis, ſed ſecundum illam dato quod inquiſitus haberetur pro cõfeſſo, & illam præſens & ſponte confiteretur non deberet ad mortem condemnari, per ea quæ dicta ſunt ſuper ſecundo dubio princip. quia ea quæ continẽtur in dicta inquiſitione reſpectu facti, nõ continent delictum nec dolum inquiſiti, *vt ibi dixi.* Et ideo cum reuerentia nimis bene fuit formata dicta inquiſitio in ea parte dum dicitur quod Franzonus Spiritu Diabolico inſtigatus ſcienter & doloſe vulnerauit ſupradictum Antonium, &c. Quia ex narratis in dicta inquiſitione hoc non ſequitur, imo contra, *vt plene probaui ſ. in 2. dubio principali.* Præterea ſunt etiam examinati aliqui teſtes ad inſtantiam

patris

24 † patris ſui pro ſuo iure & intereſſe qui hæc etiam
confirmant vt ibi dixi. Et ideo ego intelligo dictum
ſtatutum dum dicitur quod habeatur pro confeſſo,
niſi per teſtes & iura conſtet de eius innocentia quę
præualet & quam iudex ſequi debet, *per d.l.ſi non de-
fendantur,ff.de pe. & per l.1.§.fin. ff. de quaſt.cum aliis ſu-
pra alle.* vnde ex his concludo circa tertium dubium
princ. videlicet quod d. Franzonus non debet, nec
poteſt ad mortem condemnari nec in banno pro
25 pœna mortis poni. † Circa quartum & vltimum
dubium principale an d.Franzonus aliqua pœna ci-
tra mortem cōdemnari debeat, & ſi debet qua pœ-
na puniri poteſt. Et videtur quod puniri debeat ali-
qua mitiori pœna ex quo videtur fuiſſe in aliqua
culpa in excedendo modum defendendi, quia non
videtur ſeruaſſe modū inculpatæ tutelæ ex eo quod
toties eum vulnerauit, *per l.1.cum ibi not.C. vnde vi. &
per not.in clem.1.de homi.& in c.olim.cauſam,extra de re-
ſtit. ſpol. & in c.ſignificaſti, in fin. de homi. & 23. quaſt.in
ſumma.* Satis enim videbatur Franzono ad defenſio-
nem ſuam quod vulneraret d. Anton. ita quod non
poſſet ipſum occidere, vnde videtur fuiſſe ſaltem
in culpa. Et propter iſtam culpam videtur quod de-
beatur non ad mortem condemnari, & ſic non pro
toto, ſed pro tanto ipſo exceſſu, *vt not. Ioan. Andr.
in c.ſignificauit,extra de pœn.& remiſ.in nouella. & Bald.
in c.1. §.1. ad fin.in tit. de pac. iuram. firmand. & in c.1.in
princ.in 3.colum.in tit.de pac.tenend. in vſibus feudo. Et i-
dem not. Ioan. Andr. in addi. Specul. in rubr. de homic.* vbi
dicit quod de morte non tenetur, ſed alia pœna mi-
nori, alleg. *l.Gracbus,C.de adulter. Et idem tenet Bald. in*
26 *l.vt vim.ff.de inſtit.& iur.* vbi ponit rationem, † quia
verbera non poſſunt dari cum menſura, *c.fin.de hom.
lib.6.* & propterea eſt difficile defendere moderate,
& alleg. Philoſophum, & idem tenet Lud. de Rom.
in ſuo tertio ſingulari qui alleg. ad hoc exemplum
not. *in l.ſi adult.cum inceſt. §.Imperator.ff. de adult. Et i-
dem tenet Flor. per dicta iura in l.ſcientiam, §. qui cum ali-
ter.ff.ad l. Aquil.* Et hoc caſu puto quod pœna debeat
eſſe pecuniaria vel relegatio ad tempus. *Et ita tenet
d.Pau.de Caſt.in d.l.1. C. vbi ſena. vel clariſſimi*, ponen-
do exemplum in illo qui noctis tempore per laſci-
uiam proiecit lapidem & percuſſit quendam qui
mortuus fuit & dicit quod ita conſuluit, & pro i-
ſta opin. quod debeat ad tempus banniri puta per
quinquennium allego text. vbi eſt caſus, *in l.lege Cor-
nel.§.1.ff.ad l.Corn.de ſicar. & hoc etiam tenet Azo in ſum.
Cod. eod. titul.* Ego tamen bis non obſtantibus re-
neo quod iſte Franzonus nulla puniri debeat pœ-
na, quia non conſtat neque probatum eſt quod ex-
ceſſerit modum inculpatæ tutelæ, imo eſt proba-
tum contra, vt plene dixi ſupra in 2. dubio princip.
nam cum fuerit dictus Franzonus in rixa vulnera-
tus ſiue prius quam vulneraret Ant. ſiue pòſt Fran-
zonus non fuit in culpa quia erat in diſcrimine vi-
tæ conſtitutus, vt ibi dixi, *pro quo allego gloſſ.22.quaſt.
1.in ſumma. & quod not.ſingulariter Angel. in l. is qui ag-
greſſorem, C. ad l. Corn. de ſicar. & in l.filiusfam.ff.de con-
dit. inſtit. & quod not. Flor. in l.quemadmod.§.nauis,ff.ad
l.Aquil.* Et ideo cum Franzonus occiderit Ant. ſe de-
fendendo & non vlciſcendo non debet teneri, *vt
not.gloſſ.not.in l.is qui aggreſſorem,C.ad l. Cor.de ſicar. &
gloſſ.ordin.23.quaſt.1.in ſumma, & per gloſſ.magiſtratu,in
c.ſicut dignum,in fin.extra de homi.& probatur in l.ſi quis
percuſſorem vbi eſt caſus, C.ad l.Cornel.de ſicar. Et propter-
ea dixit in gloſſ. in l.ſi ex plagiis, §. tabernarius, in fin.ff.ad*
27 *l.Aquil.* † quod ſi quis moderamen exceſſit *a* non
a ex propoſito non teneretur, *per d. §. tabernarius, &
alleg.ad hoc gl. hoc tenētem per illum tex.24.q.1.in ſumma.*
Puto tamen quod in iſta materia tres caſus ſint con-
ſiderandi. Aut quis exceſſit formam defenſionis,
aut non exceſſit formam defenſionis, nec modera-
men inculpatæ tutelæ. Primo caſu quando exceſ-
ſit defenſionis formam exemplum. Si Franzonus
Antonium fugientem percuſſiſſet & percutien-
do occidiſſet, vel ſi Antonium in foueam profun-
dam cadentem ſagitta vel lapide vel iaculo percuſ-
ſiſſet, vel vno pede amputato iacētem percuteret, &
tunc diceretur percuſſiſſe vel occidiſſe non animo
ſe defendendi ſed potius cauſa vlciſcendi & ſic ſen-
28 tit, *ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil.* † ex-
terior enim cauſa actum declarat interiorem. *l. non
codicillis, C. de teſtib. & l.dolum,Cod.de dolo.* quia muta-
ta forma mutatur ſubſtantia rei, *l. Iulianus, §.ſed &
ſi quis,ff. ad exhib.* & hoc caſu tam de iure commu-
ni quam ex forma ſtatutorum Brixiæ deberet ad
mortem condemnari vel in banno pro morte po-
ni, & ita diſputando terminauit ſolemnis Doctor
d.Signorolus de Homodeis in ſua diſput. quæſtio
talis eſt. Sempronius bonæ ſimplicitatis amicus.
Secundo caſu quando formam defenſionis facit
ſed moderamen inculpatæ tutelæ non ſeruat, quia
moratur in defenſionis forma, licet culpa ſit im-
moderata iuxta not. *in l.1.C. vnde vi, & in clem. 1. de ho-
micid. cum ſimilibus. & tunc non punitur, l. Cornel. de
ſicar.* de morte, quia non fuit in dolo, licet in ali-
qua culpa ſed puniri debet alia mitiori pœna. †
29 Quia difficile eſſet hominem mortis cogitatio-
ne turbatum terminos inculpatæ tutelæ ſeu de-
fenſionis cognoſcere & tenere, *argument. l.hac con-
ſultiſſima. C. qui teſtament. facere non poſſunt, & l.quo-
niam indignum, Cod. de teſtibus*, quia locus & tempus
plenius deliberandi conſilium non patiatur; *l.1. §.
merito.ff.depoſi. & l.1.in princip.ff. de exercit. & l.ſi adul-
terium cum inceſtu. §. Imperator. ff. de adulter. cum ſimi-
libus*, ſecundum eundem d. Signorolum in dicta ſua
diſputa. & intelligo hoc caſu pecuniariter vel ad au-
xilium temporale puta quinquenniū, vt ſupra dixi
ſed iſte adhuc non eſt caſus noſter. Tertio & vlti-
mo caſu quando quis vnum occidendo non exceſ-
ſit formam defenſionis nec moderamen inculpatæ
30 tutelæ exemplum. † quando quis eſt conſtitutus
in diſcrimine vitæ, ita quod aliter ſe non poteſt tutò
& ſecurè defendere niſi occidat aggreſſorem ſicut
erat dictus Franzonus, vt plene ſupra demonſtra-
tum eſt in 2. dubio prin. & tunc nullam pœnam pati
debet, *per l.ſi quis percuſſorem, vbi eſt caſus, C. ad l.Cornel.
de ſicar. & per gloſſ.23.quaſt.1.in ſumma ſapius alleg. & per
ea quæ habentur per Barto. & Doctor. in l.1. C. vnde vi, &
in l.ſi ex plagiis, §. tabernarius, ff.ad l. Aquil & per not. per
Angel. in l. hu qui aggreſſorem, C. ad l. Cornel. de ſicar. &
in l.filius.ff.de condit. inſtit. & per Floren. in l. quemadmo-
dū, §.ſi nauis.* Concludo, quod dictus Franzonus pro-
pter dictum homicidium factum in perſona Ant.

de Raynerlis nõ debet condemnari ad aliquam pœnam etiam pecuniariam, ſed debet penitus diffinitiue abſolui ab inquiſitione contra eum formata, & à dicto homicidio tam ex forma iuris communis quam etiam ſtatuti Brixiæ.

ADDITIONES.

a Moderamen exceſſit] *Ad hoc & totius conſilij materiam vide D. Alexan. de Imol. in conſil. 86. in 1. vol. & in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure, Paul. de Caſtr. in conſil. 190. Bart. in l. furem, ff. de ſicar. Bald. & Doct. in l. 1. C. vnde vi. Canon. in c. quanta. de ſent. excom. vbi habetur, quod in tantum quis defendere ſeipſum tenetur, quod ſi non defendit ſe & poßit, peccat, ad quod vide elegantem tex. 23. q. 3. non referenda.*

CONSIL. XXX.

SVMMARIA.

1 *Regatij ſi ad lapides ludant, & vnus alium occidat, qua pœna puniri debeat numeris omnibus ſequentibus per totum conſil.*

2 *Homicida quod fecit ſemper exſpectet.*

3 *Statutis non inſpicitur animus occidentis, ſed ſolum factum.*

4 *Occiderit ſi quiſpiam alium per laſciuiam, puta in ludo. l. Corn. de ſicariis non tenetur.*

5 *Mors caſualis iudicanda eſt, ſi quis in ludo pugilum occiſus fuerit, vt fit Senis, & ex illa percuſſione mors ſequatur.*

6 *Occidens aliquem ictu lapidis puniri non debet ſi pueri adinuicem colluctantes duas partes faciant, & vna pars alteri aduerſetur lapides proijciendo.*

7 *Statuti interpretatio ſecundum ius commune fieri debet.*

8 *Statuti verbis ſtandum non eſt, ſicuti ignorantes aſſeſſores faciunt, quando quis ſine dolo aliquem interfecerit, ſi ſtatutum ipſum dictauerit, quod occidens occidatur.*

9 *Occidens aliquem caſualiter banniri per quinquennium debet.*

1 IN CHRISTI † nomine ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Regatij ſcholarium dum inuicem ex laſciuia lapidibus luderent apud ſcholas Iuriſtarum, vnus lapidem proiecit verſus oſtium domus in qua erat alius Regatius & eum exire volentem percuſſit in caput ex qua percuſſione vſque ad aliquot dies ſuperuiuens mortuus eſt. Contra Regatiũ abſentem inquiritur ſeu proceditur per d. iudicẽ maleficiorũ Paduæ. Quæritur qua pœna puniri debeat. Et videtur quod de homicidio banniri debeat, & ſi eſſet in fortia communis Paduæ deberet ad mortem condemnari tam de iure
2 communi quod vult, † vt homicida quod fecit ſemper exſpectet, *l. 3. C. de Epiſc. audi. facit l. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iu. vind. nam etiam l. Corn. de ſicar. teneri videtur vt inſt. de pub. iud. § item lex Corn. de ſic. & l. 1. & per totum titulum ff. & C. ad l. Cor. de ſicar.* Tum ex forma ſtatuti quod vult, vt occidẽs occidatur, à verbis cuius non eſt recedendum cum ſtricte debeat intelligi, *l. 3. § hæc verba. ff. de neg. geſt. & l. conſtitutioni-*
3 *bus. ff. ad municip. cum ſimilib.* † Item quia ſecundum ſtatuta non inſpicitur animus occidentis ſed ſolum factum vt not. eleganter Bart. *in l. 1. § diuus, & in l. fin. circa prin. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Sed certe contrarium eſt verius, videlicet quod non debeat puniri nec, *l. Cor. de ſica.* ad mortem nec in perpetuum banniri ex forma ſtatuti prout iacet. Et quod hoc ſit verum vt non teneatur, *l. Cornel. de ſicar.* probatur, nam dictus Regatius non proiecit lapides doloſè, ſed ludendo vt ſæpe facere conſueuerunt dicti Regatij ſcholarium & ſic fuit tantum in culpa, quia ludus obnoxius non eſt in dolo ſed in culpa, *vt l. item ſi obſtetrix, § ſi. cum l. ſequen.* quæ incipit: Nam ludus quoque ad l. Aquil. quæ culpa non accipitur pro dolo vt teneatur, *d. l. Cornel. vt eſt caſus notabilis in l. lex Cornel. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* quia vbi tractatur de pœna corporali lata culpa non æquiparatur dolo, *vt not. l. in actionibus, ff. de in litem iuran. & idem not. Bartol. in l. 1. § non autem, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſ. & Angel. in l. plagij. 2. C. ad l. Fla. de plagia. & idem vult Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. & Paul. de Caſtr. in l. 1. in princ. C. vbi ſena. vel cla. & in conſ. 191.* quod incipit: In Chriſti nomine amen,
4 in cauſa carceratorum. † Et quod de iure communi quando quis occidit alium per laſciuiam, puta in ludo, non teneatur *l. Cor. de ſic. vel alia. l. ad pœnam corporalem tenet gl. not. in verbo certis rationibus, in l. & ſi ſeuerior, C. de his qui not. infa. & ibi etiam hoc Bald. & Doct. & eſt caſus coniuncta gloſſ. in l. plerunque in princ. & in l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar. & eſt caſus in terminis in l. 1. § cum quidam, ff. eod. tit.* Et eſt gl. valde notabilis l diſt. cum quis aſſeuerat quæ ſingulariter dicit quod ex quo conſtat ꝙ in ludo mortuus eſt non eſt neceſſe probare quod caſu occiderit, *de ſen. excõ. ſuper eo.* Et idem tenet Flor. *in l. dolo malo ff. de ſeruo cor.* qui dicit per il-
5 lum tex. cum gloſſ. prædicta † quod ſi quis in ludo occiſus eſt puta in ludo pugilum vt fit Senis & ex illa percuſſione mors ſequatur, iudicanda eſt mors caſualis & ſic non tenetur, facit *l. 3. & quod ibi not. ff. de iniur. & not. ipſe Flor. in l. qua actione, § ſi quis in colluctatione, ff. ad l. Aquil.* & idem in terminis noſtræ q. vult Pet. de Anchar. *in conſ. ſuo 272.* quod incipit: In Chriſti nomine amen: Iure ſcripto & conſuetudine qui dicit ſingulariter quod ſtante conſuetudine Bo-
6 noniæ † quod pueri colluctantes ad inuicem, faciãt duas partes & vna pars aduerſatur alteri proiiciendo lapides & ſimiles actus faciendo & contingit in tali colluctatione quod ex ictu vnius pueri alius eſt occiſus, quod non debet percutiens puniri, *al. leg. not. 4. diſtin. denique & quod ibi nota. gloſſ. qua incipit nota. argument. quod in delictis, & in § hoc & ſi legibus, cap. diſtin. & gloſſ. in c. cum venerabilis, de conſuetudine.* Et iura allegata in contrarium intelliguntur de homicidio commiſſo per dolum non autem per culpam vel caſum ſicut in ludo, ſimiliter dicendum eſt de iure municipali, quia licet ex forma ſtatuti occidens debeat occidi, tamen ſtatutum debet intelligi ſi occidatur doloſè non per culpam etiam latam & multominus ſi in ludo & per laſciuiam ſic-
7 ut fuit in caſu noſtro, † quia ſtatutum interpretatur ſecundum ius cõmune, *vt not. in l. fi. § in computatione, C. de iure delib. & ita vult Salic. in l. non ideo minus,*

in 10.

in 10. col. C. de accuſ. & ita in terminis tenet Bald. in l. data opera, in 5. col. C. qui accuſat. nõ poſſ. & idem ſentit in penult. colum. & idem tenuit in l. & ſi ſeuerior. C. de his qui
8 *not. infam.* qui dicit in terminis † quod ſtante ſtatuto quod occidens occidatur, & aliquis per culpam ſine dolo interficit hominem, aſſeſſores ignorantes conſueuerunt dicere extra non debemus diſtinguere ſed ſimpliciter ſtare verbis ſtatuti quia non inſpicitur animus ſed factum, *l. 1. §. diuus, ff. ad l. Corn. de ſicar.* tamen contrarium concludit allegando Bald. *in d. l. data opera*, alias dicit quod ſequeretur quod de homicidio caſuali deberet quis decapitari quod eſt contra omnem æquitatem & dicit quod ita pluries conſuluit & a morte aliquos defendit quod dicit eſſe mente tenendum, quia quidam tempore ſuo potius ex laſciuia quam ex ioco proiecit quendam lapidem & percuſſit quendam qui mortuus eſt ſicut præciſe fuit in caſu noſtro & dicit quod conſuluit quod deberet mitius puniri, ſcilicet pecuniariter vel forte dare ſibi bannum pro aliquo tempore. Et idem dicit ipſe Paul. *in d. l. & ſi ſeuerior, C. de his qui notant. infam.* qui dicit hoc modo euaſiſſe quendam, & idem tenet, *in l. nemo deinceps, ad fin. 1. col. C. de Epiſc. audien.* & ita conſuluit, *vt habetur in dicto ſuo conſil. 191.* Nec obſtat quod dixi ſupra circa prin. quod Bartol. vult *in l. 1. §. diuus, & in l. fin. ff. ad l. Corn. d. ſic.* quod ſecundum ſtatuta in homicidiis non inſpicitur animus, ſed factum quantum an puniendum homicidam, quia vult dicere quod non inſpicitur animus ſed factum ſcilic. quantũ ad hoc quod ſolus animus ſine facto ſubſecuto puniatur pœna ſtatuti, licet de iure communi ſecus in grauioribus delictis, *l. is cum telo, C. ad l. Cor. de ſicar. & l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſ. & cler.* & ita patet ex verbis ſuis in d. §. diuus, non autem vult dicere quod non inſpiciatur animus quantum ad hoc quod factum ſine animo & dolo puniatur pœna mortis, quia ſibiipſi contrariatur in eo quod dicit, *in dict. l. 1. §. & ſequeretur abſurditas*, quod etiam pro homicidio commiſſo caſualiter ſeu leui culpa deberet mori, quod non eſt dicendum, & ita dicit Paul. de Caſtr. declarando Barto. *& bene in prææallegato conſ. 191.* Vnde ex prædictis concludo, quod ſiue inſpiciamus ius commune ſiue ius municipale, dictus Regatius puer ſi eſſet conſuetudo Regatiorum ludendi ad lapides prout eſt non debet puniri. Si vero non eſt conſuetudo & tamen in ludo per laſciuiam occiderit alium puerum proiiciendo lapides non debet puniri corporaliter nec banniri perpetuo ſed ad tempus breue, *vt dicit d. Paul. in d. l. 1. C. vbi*
9 *ſena vel clari.* † Et licet ipſe non declarat quantum debeat eſſe iſtud tempus tamen dico quod non debet eſſe maior quinquennio, *per tex. in l. lege Cornel. §. cum quidam, ff. ad l. Cornel. de ſicar.* vbi de hoc eſt caſus ad literam. Verum quia ille qui occidit eſt puer poſſet etiam illud tempus abbeuiari arbitrio curiæ, *per not. in l. & ſi ſeuerior. C. eod. titul.* quod dictus Regatius puer non occiderit alium cum lapide doloſe, ſed potius culpa paret primo quia erant in ludo, *vt dictum eſt per gloſſ. not. l. diſtin. cum quis aſſeuerat*, Item quia per laſciuiam potius factum eſt vt probatum eſt per teſtes, *vt not. per gloſſ. in dicta l. & ſi ſeuerior, & in l. prima, Cod. ad l. Cornel. de ſicariis.* Item quia non erant inimici, *vt nota. gloſſ. in dicta l. 1.* quæ omnia ſunt per curiam inueſtiganda & conſideranda & ſi ita eſſe repererit, videlicet quod vel in ludo vel aliter per laſciuiam ipſum occiderit debet vel abſoluere vel bannire non vltra quinquennium, & ſi ipſe non comparuerit, *per l. ſi non defendantur, ff. de pœn. & per not. in l. non tantum, ff. de appel. cum ſimilibus.*

ADDITIONES.

a Primum] *Ad huius conſilij reſolutionem vide D. Philippum Decium præceptorem meum in conſil. 9. circa princ. & in 2. colum. a quo alias iſtam quæſt. dum Padua legeret, viua voce audiui, & vide Bal. in l. fin. 20. oppo. C. de hered. inſti. Doct. in l. 1. C. de ſicar. & facit quod voluit d. Abb. in c. ſicut de teſtib.*

CONSIL. XXXI.

SVMMARIA.

1 *Homicidium aliquod an quomodo per laſciuiam vel doloſe committatur, & qua pœna puniri debeat per laſciuiam homicidium committens, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*
2 *Homicidium eſt de genere prohibitorum.*
3 *Contumaces contra omnia iura clamant.*
4 *Teſtis de amicitia deponens magnam præſumptionem facit, quod homicidium caſuale commiſſum fuerit.*
5 *Amicitia oſtendit aliquem animum occidendi amicum non habuiſſe.*
6 *Doloſe aliquem occidens non proiicit arma.*
7 *Carnem ſuam vnquam nemo odio habuit.*
8 *Fuga cauſa ceſſante ipſa fuga ceſſare habet.*
9 *Iudex vbi ex facti qualitate eſſet indifferens, cui parti animum applicare deberet, cum pro vtraque parte coniecturæ eſſent, tunc pro ea parte iudicare debet, cui amicitia & affinitas fauorem ſuperaddit.*
10 *Homicidio iocoſe commiſſo an quiſpiam mortis pœna puniri debeat.*
11 *Homicidium quod ſit caſuale probari nõ debet, vbi quiſpiam ludo occiſus fuerit.*
12 *Conſuetudo ſi fuerit proiiciendi lapides, ſi pueri faciant duas partes, & lapides proiiciant, ac aliquis interficiatur, an interficiens mortis pœna puniri debeat.*
13 *Statutum ſi dictauerit, quod occidens occidatur, debet intelligi ſi occidat doloſe.*
14 *Decapitare aliquem homicidio caſuali eſt cõtra omnem æquitatem.*
15 *Homicidium caſuale committens propter contumaciam condemnatus, ſi ſe ad carceres præſentauerit, qua pœna puniri debeat.*
16 *Homicidium caſuale de proximo committens per quinquennium relegari debet.*

1 IN CHRISTI nomine, † ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Super homicidio commiſſo per Bartholomęum de Velo in perſona Gabrielis q. Michaelis iam 20. annis elapſis, dubitari poteſt de duob. principaliter. Primo an pœna mortis vel alia corporali poſſit & debeat puniri dictus Bartholomæus propter dictum homicidium. Secundo

eundo poſito, quod non, qua pœna puniri debeat ſi ſe præſentauerit ad carceres non obſtante quod fuerit condemnatus propter contumaciam. Circa primum dubium, an poſſit pœna mortis vel corporali puniri, duo ſunt conſideranda & examinanda.
1 Primum a eſt, an dictus Bartholomæus occiderit d. Gabrielem doloſe, an vero per laſciuiam vel iocoſe. Secundum poſito, quod dictum homicidium non fuerit commiſſum doloſe, ſed per laſciuiam ſiue iocoſe, an d. Bartholomæus poſſit puniri pœna mortis vel aliqua alia pœna corporali. Super primo videtur dicendum prima facie, quod d. Bartholo-
2 mæus commiſerit homicidium doloſe. † Primo quia homicidinm eſt de genere prohibitorum, ideo ius præſumitur coutra occidentem, *vt l.1. C. ad l. Corn. de ſica. & in l. ſi non conuitii. C. de iniur. & c.1. & ibi no. extra de præſum. & no. Bar. in l. Aurelius. §. vel quæſiuit. ff. de lib. leg.* Item ex genere inſtrumenti videtur quod fecerit animo occidendi, quia cum ſtābuchina emiſit ſagittam contra d. Gabrielem, *vt probatur in l.1. §. ſed ſi clana. ff. ad l. Cor. de ſica. & ibi Bar. hoc tenet & probatur etiam in c. ſignificaſti, circa fi. l. ibi non ratione inſtrumenti extra de homi. & ibi per Doct. & no. Ant. de Roſ. 2. q. 6. in c. conſuluiſti.* Item præſumitur contra occidētem reſpectu loci in quo percuſſit, quia percuſſit Gabrielem cum ſagitta in capite ſupra oculū dextrum qui locus eſt periculoſus, *vt eſt caſus in d. c. ſignifi. 2. in fi. extra de homi. & no. Bar. in l.1. §. diuus. ff. ad l. Cor. de fal. & Doct. in d. c. ſignifi. & Ant. de Roſel. in d. c. conſuluiſti. & Ang. de Aret. in ſuo tract. maleſi. in gloſſ. in verbo ſcienter & doloſe circa fi. Item probari videtur in l.1. C. ad l. Cor. de ſica.* vbi eſt caſus quod ille qui dicit ſe homicidium feciſſe non doloſe tenetur illud probare, & ibi hoc tenet Bald. & Ang. facit *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat.* Item contra d. Bartho. facit fuga quia commiſſo homicidio aufugit, vt not. per Bart. & Doct. *in l. lege Cor. ff. ad l. Cor. de ſicar. & no. Bar. in l. fi. circa medium. ff. de q. & no. Ang. in auth. de exhi. reis in §. ſi vero. & per Bald. in l. generalis. C. de decur. lib. 10. & per Salic. in l.1. C. de reb. cred. & in l.1. C. de rap. virgi. cum ſimil.* Item quia fuit conde-
3 mnatus propter contumaciam. † Et vt dici ſolet contra contumaces omnia iura clamant, *vt habetur in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appel. cum ſimil.* Sed in contrarium quod d. Barth. non occiderit dictum Gabrielem doloſe, ſed per laſciuiam & iocando. Et quod iſtud ſit verum ꝓbari poteſt ex multis præſumptionibus quæ ſufficiunt, quia licet ei incumbat hic onus probandi, vt dixi, tamen ſufficiunt probationes præſumptiuæ, *vt dicit gl. nota. in l.1. C. ad l. Corn. de ſica. quam ſequitur ibi Ang. & etiam Sal.* Et aſſignat rationem Ang. qnia dolus vel bona fides non ſunt niſi paſſiones animæ quæ ſoli Deo ſunt notæ, *vt not. gloſſ. in ſi. de actio. §. alie.* & ideo nobis non ſunt cognitæ, niſi per exteriora quæ indicant animi qualitatem, *vt ff. de ſupp. leg. l. Labeo. § idem Tubero. & ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare, in gl.* Et verum eſt quod non ſufficit vna tantum præſumptio ſed plures etiam requiruntur, *vt ſentit gl. 2. ſuper verbo occidendi animo, in l.1. C. ad l. Cor. de ſica. & ibi hoc no. Bald. & Sal.* Quod autem ſint plures præſumptiones pro dicto Barth. quod non occiderit doloſe, ſed iocoſe & per laſciuiam, probatur ex multis præſumptionibus. Prima eſt quæ inſurgit ex denuntiatione facta per Maſſarium Rouedū Velū, qui exercēdo officiū ſuū denuntiauit iudici maleficio. qualiter die Mercurii 15. menſis Iulii de 1450. Gabriel filius Michaelis de Velo cum iuiſſet ſuper montana ad inueniendū equus ſuos, & ſimiliter Barthol. prædictus filius Michaelis de Velo iuiſſet ad inueniendū eius equos ſuper dicta montana, & vuuſquiſque de per ſe & vnus ſcitet de altero, tandem cum d. Gabriel eſſet in loco vbi dicitur, el iardin de le roſe, ipſe Gabriel vidit venire d. Barth. quem diligebat vt fratrem cum ſemper fuiſſent ſocii, & ipſe Gabriel habebat vnam glauarinam, & ipſe Bartho. habebat vnam ſtambuchinam, & dum dictus Bartholo. appropinquaret vbi erat dictus Gabriel quem non videbat cum eſſet in nemore, & ibi eſſet prope dictus Gabriel iocoſe ſe fecit contra d. Bartholo. ridendo & dicendo rendite a mi vilan. Et tunc d. Bartholo. iocoſe onerauit eius ſtambuchinam, & ſuper poſuit vnum veretonum non animo offendendi, & dum poſuiſſet ipſum veretonum in continenti nulla data opera per ipſum Barthо. dicta ſtambuchina de per ſe exonerauit & percuſſit d. Gabrielem ſupra oculum dextrum, ex quo vulnere mortuus eſt & fuit, nam cum dictus Maſſarius ſit perſona iurata & officialis qui tenetur denuntiare maleficia ſecundum veritatem prout ipſe ſcit aut ſcire poteſt & denuntiauerit dictum homicidium non fuiſſe commiſſum doloſe ſed iocoſe, ſequitur quod eſt præſumptio prout ipſe denuntiauit, *arg. cap. qualiter. & quando. 2. in §. ad corrigendos, extra de accuſa. & in cap. ſuper his in princip. eo titu. & per ea quæ nota. Salic.* Secunda præſumptio oritur ex atteſtatione Matthæi, q. Ioannis Blaſii de Velo qui depoſuit cum ſacramento quod cum ipſe iret ſuper montem ad inueniendum vnum eius poledrinum, & applicuiſſet ad locum vbi inuentus eſt dictus Gabriel mortuus, dictus teſtis audiuit vnam vocem dicentem defendite, ita ridendo ſiue iocoſe per ea quæ potuit comprehendere, quia modicum diſtabat ab eis & tunc d. Bartholo. qui habebat vnam ſtambuchinam onerauit ipſam & poſuit ſuper ea vnum veretonum, & ipſo poſito ſenſit dictam ſtambuchinam diſcaluate, & percuſſit dictū Gabrielē, qui in continēti cecidit in terram, & dum eſſet ita proſtratus in terra vidit in continenti d. Bartholo. currere ad dictum Gabrielem & extraxit veretouum de capite, & cum eius ore trahebat ſanguinem de vulnere, & interrogatus, ſi vulnerauit eum ſtudioſe animo & inteutione ipſum occidendi, an vero alia de cauſa, reſpondit quod iudicio ſuo per ea, quæ vidit prædicta proceſſerunt magis à caſu & ex fortuito quam animo volendi ipſum in-
4 terficere, cū nullę inimicitiæ eſſent inter eos † qui teſtis facit ſemiplenam probationem, & ſic præſumptionem magnam, *vt in cap. ex inſinuatione, extra de procu. & not. Bart. & Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Doctor. in l. in bonæ fidei. C. eo. tit.* Tertia præſumptio eſt, quod quando d. Bartho. poſuit veretonum ſuper ſtambuchina, d. Gabriel dixit ridendo, defendite ſiue arendite, vt dicitur in denuntia, & teſtificatur dictus Matthæus q. Ioannes Blaſii, & Ioannis q. Gaſparis de Velo, qui deponit ſe audiuiſſe

prædicta incontinentia dicti Bartholomæi poſt homicidium factum dum eſſet in vna petia terræ qui riſus immediate procedens ſignificat quod ille Gabriel defunctus non habebat aliquam inimicitiam cum dicto Bartholomæo, nec ècontra, nec volebant rixari, ſed iocari, *vt probatur per tex. cum gloſſ. inſti. de iniur. §. fin. in gloſſ.* quæ incipit, vt ſi riſi vel luſi, & ſic non præſumitur malus animus inter eos fuiſſe vt
5 ibi. Quarta præſumptio eſt † quia inter eos non erat aliqua inimicitia, imo erant multum amici & in ſimul tanquam fratres multum conuerſabantur vt dicitur in denuntia in qua etiam dicitur quod Gabriel diligebat dictum Bartholomæum tãquam fratrem & idem dicit Matthæus q. Ioan. Blaſii de Velo teſtis examinatus & idem teſtificatur Ioan. q. Gaſparis de Velo & idem dicit Richus q. Michaelis frater dicti Gabrielis defuncti qui dicit quod nullæ inimicitiæ præceſſerant, ſed conuerſabantur multum inuicem, & idem dicit Nicolaus q. Zaneri de Sylua Progni auunculus dicti Gabrielis occiſi ex qua amicitia & conuerſatione tanquam inter fratres oritur magna præſumptio quod non habuerit animum occidendi amicum ſuum, *vt eſt gloſſ. valde notabilis in l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar.* & licet aliqui Doctor. reprobent illam gloſſ. per duos titulos proxime præcedentes, videlicet *de emendati. ſeruo. & de emenda. propin.* in quibus haber quod affinitas vel amicitia ſola non eſt iuſta cauſa offenſionis vt refert. *Salic. in dict. l. 1.* tamen vt ipſe dicit nec illa gloſſ. quæ vult quod amicitia vel affinitas ſola ſufficiat, ideo gloſſ. ſubiicit copulatinè & qualitatem occidendi & cauſam apponit puta an alias eſſet homo rixoſus vel inſidioſus vel prauæ vitæ an vero frugi & bonæ & fortis valetudinis ita quod talia veriſimiliter attentare ſolitus non fuiſſet, & ideo etiam non ſolũ iſta præſumptio amicitiæ ſubſit, ſed & aliæ de quibus ſupra dictum eſt & de quibus infra dicetur loquitur quod iſtæ præſumptiones ſufficiunt. Quinta præſumptio eſt, quia d. Bartholom. in continenti poſtquam vulnerauit dictum Gabrielem cum ſagitta acceſſit ad eũ & extraxit veretonum de capite Gabrielis & cũ eius ore trahebat ſanguinem de vulnere vt dicit Matthæus q. Ioan. teſtis examinatus ſe vidiſſe, & Ioan. q. Gaſparis ſe audiuiſſe in continenti à d. Bartholom. poſt vulnus illatum qui actus ſequens in continenti ſignificat quod non fecit animo ipſum occidendi quia non audiuiſſent eum ex actu enim illo in continenti ſecuto declaratur qui animus fuerit in præcedentibus per notata per gloſſ. & Doct. *in l. ſi ventri. § in bonis, ff. de priuil. credit. & per not. per Doct. in l. poſt contractum, ff. de dona.* Sexta præſumptio eſt quia poſtquam dictus Bartholomæus vulnerauit cum ſagitta d. Gabrielem & videret d. Gabrielẽ ſe male habere extraxit vnam eius cultelleſſam quam habebat ad latus & incidit chordam dictæ ſtambuchinæ & vlterius cũ d. cultelleſſa admenauit ſuper d. ſtambuchina volendo ipſam incidere, & poſtea ipſam aliò proiecit & inde receſſit, vt deponit d. Matthæ. q. Ioan. Blaſij ſe vidiſſe, ex quo actu euidenter apparet quod ipſe non fecit animo doloſo, quia ſi fuiſſet in dolo non priuaſſet ſe armis
6 ſuis in cõtinenti poſt delictum commiſſum, † quia non eſt veriſimile quod proieciſſet arma & ſe eis priuaſſet ſi doloſè occidiſſet dictum Gabrielem vt de ſe patet. Septima præſumptio eſt quia Richus q. Michaelis frater dictus Gabriel, & Nicolaus q. Zaneri de Sylua Progni auunculus dicti Gabrielis defuncti qui deponunt d. Bartho. vulneraſſe d. Gabrielem à caſu prout audiuerunt à Matthæo q. Ioan. & à Ioan. q. Gabrielis teſtibus examinatis, & ſubdunt quod nullæ inimicitiæ erãt inter eos, & quod multum conuerſabantur inuicem qui duo teſtes conſanguinei magis præſumuntur dicere veritatem
7 quam alii † quia nemo vnquam odio habuit ſuam carnem, *vt eſt text. 14. quæſt. 2. non extimemus, & probatur in l. 2. ff. de recep. & not. gloſſ. in l. 2. ff. de in ius voc. & vt eant, & gloſſ. in verbo vt ſuſtentaretur, 30. diſtin.* Octaua præſumptio eſt quia Henricus frater dicti Gabrielis mortui ſua ſponte & certa eius ſcientia & de volũtate ac cõſenſu expreſſis multorum ſuorum proximorum attinentium & amicorum ibidem præſentium laudantium & conſentientiũ, fecit pacem cum Corrado q. Henric. & Michae. eius filio & parte dicti Bartholomæi & notario ſtipulanti pro dict. Bartholo. pacem de d. homicidio attento caſu dicti homicidii inopinato, & hanc pacem fecit ſolemniter infra 40. dies à die homicidii cõmiſſi, vt patet publico inſtrumento ſcripto ſub ſigno & nomine Iacobi filii Ser Antonii de Albertinis de Albaro, quæ cum pax ſit fundata ſuper caſu mortis inopinate videtur fateri homicidium non doloſe ſed inopinatè factum fuiſſe, quia ratio dicti limitat ipſum dictum, *l. quod dictum, ff. de pact. & l. cum pater, §. dulciſſimis, de leg. 2.* & ſic illa pax videtur concludere quod frater & amici & conſanguinei Gabrielis videntur confiteri d. homicidium fuiſſe inopinatum. Nona præſumptio eſt, quia vt mihi aſſeritur d. Barth. non erat tempore homicidii per eum perpetrati nec ante nec poſt rixoſus vel inſidioſus vel malæ vitæ, ſed erat bonæ conditionis & famæ, & pacifice viuebat & ſemper vixit, quæ præſumptio ſic vera, vt dicitur, multum operabitur in caſu noſtro, *vt dicit Salic. in d. l. 1. ad fin. 1. col. C. ad l. Cornel. de ſicar. & probatur in l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re milit. & in l. vel vniuerſorum, ff. de pignor. act. & in l. qui ſemiſſes, ff. de vſu. cum ſimilibus.* Decima & vltima, quia vt dicitur dictus Barthol. ſe præſentauit ad carceres volens probare de ſua innocentia maxime reſpectu pœnæ homicidii quæ
8 præſentatio facit ceſſare ſuſpicionem fugę, † quia ceſſante cauſa fugę ceſſat ipſa fuga, *argum. l. adigere, §. quamuis. ff. de iure patron. & l. cum clericis, C. de Epiſcop. & cler. c. cum ceſſante, de appel. facit l. Titia, §. & vſuras, & ibi nota. Bart. ff. de leg. 2.* Quæ quidem decem præſumptiones omnes ſimul iunctę declarant d. Barth. non habuiſſe animum occidendi d. Gabrielem nec doloſe ipſum occidiſſe, per ea quæ habentur per gl. & Doct. *in l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar.* & ſupra declaratum eſt, & per conſequens derogant aliis præſumptionibus ſupra in contrarium deductis, quia ſicut vna præſumptio tollit aliam, ita quædam præſumptiones tollunt alias, & maxime quãdo ſunt plures ſicut ſunt in caſu noſtro, *l. non ſolũ, §. de vno, & quod ibi not. Bar. ff. de ritu nup. & in l. diuus, ff. de in inte. reſt. & in c. lit. extra de præſum. cum ſim.* Et plus dico ſecundũ Iac. But.

quem

9 quem ſequitur Salic. *in l. 1. C. ad l. Corn. de ſica.* † qood
vbi ex qualitate facti iudex eſſet indifferēs cui parti
deberet animum applicare vel ei quæ facit dolum
præſumi com pro vnaquaque parte ſint coniecturæ
tunc pro ea parte debet iudicare cui amicitia & affi-
nitas fauorem ſuperaddit. Et ideo cum in caſu no-
ſtro ſint decem coniecturæ inter quas eſt coniectu-
ra amicitiæ, ſequitur quod iudex debet iudicare pro
iſtis coniecturis quæ non faciunt dolum præſumi.
Et ex his omnibus concluditur iudicandum eſſe
quod d. Bartholo. non commiſerit dictum homici-
10 dium doloſè, ſed per laſciuiam ſeu iocosè. † Super
ſecundo poſito quod dictum homicidium non fue-
rit commiſſum doloſè, ſed per laſciuiam ſiue ioco-
se, vt dictum eſt in præcedenti dubio, an d. Barttho.
poſſit puniri pœna mortis vel aliqua alia pœna cor-
porali. Et breuiter de iure communi dicendum eſt
quod non vt eſt caſus, *in l. lege Cornel. ff. ad l. Cornel. de
ſicar.* Et eſt caſus, *in l. lege, Cor. §. cum quidam per laſciui-
am. eo. tit.* vbi dicitur quod cum quidam per laſciui-
am cauſam mortis præbuiſſet à diuo Adriano in
quinquennium relegatus eſt, & idem probatur per
gloſſ. not. *in l. oſſa. §. ſi in locum in verbo ſi in dolo. ff. de re-
lig. & ſump. fune. & ibi hoc nota. Flo. & probatur per gloſſ.
in l. in actionibus. & ibi per Doctor. ff. de in litem iur. & per
Bart. & Ang. in l. 1. §. non autem. ff. ſi quis teſt. liber. eſſe iuſ.
fue. & per Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſ. &
per Ang. in l. ſi plagii. C. ad l. Iul. de plagia. & per Paul de
Caſt. in l. 2. C. vbi ſena. vel cla.* in quibus habetur & vbi
agitur pœna corporali etiam lata culpa non æqui-
paratur dolo. Et quod de iure communi quando
qui occidit aliquem per laſciuiam non teneatur, *l.
Corne. de ſica.* nec aliqua alia, *l. ad pœnam corporalem, te-
net gloſſ. not. in verbo certis rationibus. in l. & ſi ſeuerior. C.
de his qui notan. infa. & eſt caſus coniuncta gloſſ. in verbo
plerumque, in princ. in l. 1. C. ad l. Corn. de ſica. Et pro hoc fa-
cit gloſſ. valde notabilis l. diſt.* cum quis aſſeuerat quæ
11 ſingulariter dicit † qood ex quo conſtat quod in
ludo quis mortuus eſt, non eſt neceſſe ꝓbare quod
caſu occiderit, *de ſentent. excom. c. ſuper eo, & idem tenet
Flo. in l. dolo malo. ff. de ſer. corrup.* qui dicit per illum
text. cum gloſſ. prædicta quod ſi quis in ludo occi-
ſus eſt, puta in ludo pugillorum vt fit Senis, & ex illâ
percuſſione mors ſequatur iudicandum eſt mors
caſualis & ſic non tenetur, *facit. l. 3. & quod ibi not. ff.
de inn. & not. ipſe Flo. in l. qua actione. §. ſi quis in colluctа-
tione. ff. ad l. Aquil. & idem in ſimili vult Petr. de Anch. in
conſ. ſuo 272.* quod incipit: In Chriſti nomine, amen.
12 Iure ſcripto & conſuetudine dicit ſingulariter † ꝙ
ſtante conſuetudine Bononiæ, quod pueri collu-
ctantes ad inuicem faciant duas partes & vna pars
aduerſatur alteri proiiciendo lapides & ſimiles a-
ctus faciendo, & contingit in tali colluctatione,
quod ex ictu vnius pueri alius eſt occiſus quod non
debet percutiens puniri alle. *nota. 4. diſt. denique &
quod ibi not. gloſſ. quæ incipit not. arg. quod in delictis, & in
§. hac & ſi legibus. cap. diſt. & gloſſ. in cap. cum venerabilis,
de conſuetu.* Similiter dicendum eſt de iure munici-
13 pali, † quia licet ex forma ſtatuti occidens debeat
occidi, tamen ſtatutum debet intelligi ſi occidatur
doloſè non per culpam etiam latam, & multo mi-
nus ſi in ludo & per laſciuiam, ſicut fuit in caſu no-
ſtro, quia ſtatutum interpretatur ſecundum ius cō-
mune, *vt not. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe-
ran. & ita vult Salic. in l. non ideo minus, in 4. colum. C.
qui accuſa. non poſſ. & ita in terminis tenet Bald. in l. data
opera, in quinta colum. C. qui accuſa. non poſſ. & idem ſentit
in pen. colum. & idem tenuit in l. & ſi ſeuerior. C. de his qui
notan. infam.* qui dicit in terminis quod ſtante ſtatu-
to quod occidens occidatur & aliquis per culpam
ſine dolo interfecit hominem aſſeſſores ignorantes
conſueuerunt dicere quod non debemus diſtin-
guere, ſed ſimpliciter ſtare verbis ſtatuti, quia non
inſpicitur animus, ſed factum, *l. 1. § diuus. ff. ad l. Cor-
nel. de ſicariis*, tamen contrarium concluditur alle-
gando Bald. *in l. data opera*, alias dicit quod ſequere-
tur quod de homicidio caſuali deberet quis decapi-
14 tari † quod eſt contra communem æquitatem, &
dicit quod ita pluries conſuluit & à morte aliquos
defendit quod dicit eſſe mente tenendum quia qui-
dam tempore ſuo potius ex laſciuia quam ex dolo
proiecit quendam lapidem & percuſſit quendam
qui mortuus eſt, & dicit quod conſuluit quod de-
beret mitius puniri, ſcilicet pecuniariter vel forte
dare ſibi bannum pro aliquo tempore & idem dicit
ipſe Paul. *in d. l. & ſi ſeuerior. C. de his qui notan. infa.* qui
dicit hoc modo conſuluiſſe quendam, & idem tenet
*in l. nemo deinceps, ad fin. pen. col. de Epiſc. audi. & ita con-
ſuluit vt habetur in dicto ſuo conſil. 191.* Nec obſtat quod
Bart. vult, *in l. 1. §. diuus. & in leg. fin. ff. ad l. Corn. de ſica.*
quod ſecundum ſtatutum in homicidiis non inſpi-
citur animus ſed factum quantum ad puniendum
homicidam, quia vult dicere quod non inſpicitur
animus ſed factum, ſcilicet quantum ad hoc quod
ſolus animus ſine facto ſubſecuto puniatur pœna
ſtatuti licet de iure communi ſecus in grauioribus
delictis, *l. ii. qui cum telo. C. ad leg. Cornel. de ſicar. & l. ſi
quis non dicam rapere, de Epiſc. & cler.* & ita patet ex ver-
bis ſuis, *in d. §. diuus*, non autem vult dicere quod
non inſpiciatur animus qoantum ad hoc quod fa-
ctum ſine animo & dolo puniatur pœna mortis
quia ſibiipſi contrariaretur in eo quod dicit *in d. l. 1.
§. 1.* & ſequeretur abſurditas quod etiam pro homi-
cidio commiſſo caſualiter ſeu leui culpa deberet
mori, quod non eſt dicendum, *Et ita dicit Paul. de
15 Caſt. declarando. Bart. & bene in præalleg. conſ. 191.* † Cir-
ca ſecundum dubium princ. qua pœna puniri debe-
at ſi ſe pręſentauerit ad carceres non obſtante quod
fuerit condemnatus propter contumaciam. Et vi-
detur prima facie, quod debeat puniri in duobus
millib. librarū in quibus fuit condemnatus propter
contumaciam. Secundo videtur quod debeat pu-
niri in relegatione vſque in quinquennium, *vt vi-
detur eſſe text. in l. lege Corn. §. cum quidam per laſciuiam.
ff. ad l. Corn. de ſica.* Sed ego teneo quod nullo modo
in dictarū librarū duobus millib. debeat condēnari
quia iſta pœna nunquam conſueuit exigi, ideo mi-
nime mutanda ſunt quæ longam interpretationem
16 habuerunt, *l. minime. ff. de legi.* † Quantum vero ad
aliam pœnam dicendum eſt quod ſi de proximo di-
ctum homicidium commiſiſſet per laſciuiam vt di-
ctum eſt deberet quinquennium relegari ſeu ban-
n niri, a *vt d. l. lege Cornel. §. cum quidam per laſciuiam &
nota. Anto. de Bus. in cap. ſignifi. el. 2. extra de homicid.* Sed

quia dictus Bartholomæus fuit condemnatus ad inquirendum & ſtetit abſens per viginti annos, poterunt iudices cum eo diſpenſare vt illud tempus quo ſtetit condemnatus per viginti annos & abſens à ciuitate & diſtrictu Veronæ computetur in tempore quinquennii in quo debuiſſet relegari à principio, *arg. l. ſi diutino, cum ibi not. ff. de pœnis*, vel domini iudices poterunt arbitrari, an & qualiter debeat iudicari ex quo iſte caſus videtur eſſe relictus arbitrio Domini Poteſtatis & totius curiæ vel maioris partis ſecundum formam ſtatutorum Veronę ita quod ipſum condemnare non poſſit vltra relegationem quinquennii, *per d. §. cum quidam per laſciuiam. ff. ad l. Corn. de ſica.*

ADDITIONES.

a Banniti] *Sed nunquid pœna pecuniaria condemnari valeat, vide Bart. in l. in lege. 3. col. ff. de pub. iud. Bald. in c. 1. §. iniuria, de pace iura. fir. Aug. in l. vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. Doct. in l. 3. C. de Epiſcop. aud. in §. item. & inſti. de pub. iud.*

CONSIL. XXXII.

SVMMARIA.

1 *Fœmina in cauſa capitali an idonea teſtes eſſe dicantur, & quid de ſocio in rixa, & ſocio offenſi, & an homicidium, de quo in conſilio, probatum ſit, & an indicia & plena probatio per torturam purgetur, & an ex indiciis quantumcunque vrgentibus quis ad mortem condemnari poſſit, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Fœminæ in cauſa capitali & criminali non ſunt omni exceptione maiores.*

3 *Teſtes illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus nulla exceptio opponi poteſt.*

4 *Teſtibus participibus alicuius rixa credendum non eſt.*

5 *Arma portantes præſumuntur habere malum animum.*

6 *Ruſtici arma portare non debent.*

7 *Iniuria quando vni ſocio in itinere facta fuerit, alter ſocius pro eo ſocio, cui iniuria facta eſt) teſtificari non poteſt, quoniam ſibi iniuria facta videtur.*

8 *Offendens in vno omnium reus factus eſt.*

9 *Accuſatus vel inquiſitus ſi maleficium feciſſe confiteatur, ſi dicta confeſſio veriſimilis non ſit, ei ſtandum non eſt.*

10 *Indicium quodlibet ad probandum duo teſtes ſufficiunt.*

11 *Verba, mihi videtur, vel mihi viſum fuit, in ſententia vel arbitrio prolata, affirmare videntur, ſecus tamen in teſte, cuius dictum neceſſario concludere debet.*

12 *Verbum, videtur, ad iudicis intellectum refertur, & iudici, non autem teſti congruit.*

13 *Teſtis non debet deponere per verba, quæ iudicium ſignificent, ſed ſolum de facto.*

14 *Homo in facie cognoſcitur.*

15 *Teſtes in vno falſo præſumuntur eſſe falſi in omnibus partibus ſuarum atteſtationum.*

16 *Regula, Et quæ non proſunt ſingula multa iuuant, quomodo intelligatur.*

17 *Probationes in criminalibus luce meridiana clariores eſſe debent.*

18 *Indicia an per torturam, & probationes plene facta purgari poſſint.*

19 *Iudex fatuus eſt, qui aliquem torquet, contra quem plene probatum eſt.*

20 *Delicto de aliquo ſi contra vnum plene probatum eſſet, & poſtea tortus fuiſſet conſtans, illa probatio quaſi vera non fuerit, tolleretur.*

21 *Indicia vrgentia non ſufficiunt ad condemnationem pœnæ corporalis, ſed pecuniaria duntaxat.*

IN CHRISTI nomine. Quidam ruſtici Vincentini propter inimicitiam
1 † vt dicitur cuiuſdam Ioannis Iacobi, vna die dominica venerunt ad hoſpitium Stepha. d. Strice, quod eſt extra portam ciuitatis Vincentiæ prope Eccleſiam Sancti Felicis in quo fuerant d. Ioannes Iacobus, Petrus Sclauus & Parmeſanellus olim famulus nobilis viri Brazoduri & Brazodurus ciuis Vincentiæ & fingentes velle perquirere bannitos in d. hoſpitio perquiſiuerunt totum hoſpitum armati, volentes perquirere, vt creditur, dictum Ioannem Iacobum & ipſum occidere & eum non inuenerunt, poſtea illa die superuenerunt dicti Ioan. Iaco. Petr. Sclauus & d. Parmeſanellus & in dicto hoſpitio cœnauerunt cum quibuſdam aliis. Et poſt cœnam iuerunt ad flumen cum vna fœmina ad lauandum ſibi pedes. Et ad hoſpitium redierunt ibique cœperunt ballare ſub porticu in camiſa d. Petrus Sclauus & Parmeſanellus ſonante d. Ioan. Iacobo vſque ad tertiam horam noctis. Et ipſis adhuc ballantibus circa ſecundam & tertiam horam noctis exiuerunt de domo Suchini multę perſonę armatę diuerſis armis offenſibilibus, videl. arcubus, friciis, ſpatis, & aliis armis, & cœperunt ire per viam verſus ſanctum Lazarum & verſus dictum hoſpitium, d. Pe. Sclauus & Parmeſanellus qui ballabant acceptis ſuis targetis & enſibus, & parteſanellis venerunt contra dictos homines armatos & fuerunt ad manus, & dictus Parmeſanellus cum ſagitta fuit vulneratus in aure & in dictis targetis fuerunt infixæ tres ſagittæ pro quaque, & dum rixarentur inuicem, vnus de parte aliorum vocatus Bartholomæus fuit vulneratus in pectore cum vna parteſana, ſeu parteſanella, ex quo vulnere cecidit in terram. Et ſocii d. Bartholo. vulnerati cum variis armis & ſagittis inſecuti ſunt dictos Petrum Sclauum & Parmeſanellum vſq; in hoſpitium, qui cum intraſſent clauſerunt portam hoſpitii, &c. Poſtea mortuus eſt d. Bartholo. vulneratus. Et capti fuerunt dicti Petrus Sclauus Parmeſanellus Ioan. Iacob. & Stephan. dictus Strice hoſpes per milites Dn. Poteſtatis, & examinati fuerunt plures teſtes ſuper dicta rixa & homicidio facto in perſona dicti Barth. Inter quos fuerũt duo examinati, videl. Hierony. q. Cechi conte de Monticulo maiori qui erãt cum d. Bartholo. vulnerato & aliis ſociis ſuis qui dicit quod vidit quendam paruum, qui viſus eſt ipſi teſti, & Parmeſanello ad conditionem perſonæ, quem bene cognoſcit proiicientem vnum ſpetum paruum ſuo iudicio, tamen non firmat quod fuerit

ſpetus.

ſpetus, & cum ipſis armis vulnerauit ipſum Bartho. vuo magno vulnere in pectore quo mortuus eſt.

Alius teſtis eſt Daniel filius Franciſci Baldonati, qui dicit quod quatuor erant in rixa contra eos, & quidam ex dictis quatuor qui erat minor perſona eorum quem nō cognoſcit nomine cum vna parteſanella ſuo iudicio traxit & vulnerauit d. Barth. vno magno vulnere in pectore quo mortuus eſt. Poſtea pro verificatione dictarum atteſtationum per iudicem maleſi. d. Parmeſanellus in compedibus in diploide cum tribus aliis iuuenibus carceratus fuit oſtenſus dictis duobus qui fuerunt per ſacramentum interrogati ſi cognoſcebant d. Parmeſanellum, & Hier. teſtis dixit quod ille qui erat in diploide cum compedibus erat Parmeſanellus, & iudicio ſuu erat ille paruus quem dixit in d. ſuo vidiſſe vulnerare d. Bartho. defunctum, Daniel vero alius teſtis ſuo ſacramento dixit eum non cognoſcere, quia eum non vidit antea, niſi tempore dictæ rixæ de nocte. Tamen ex aſpectu iudicat illum de quo teſtificatus eſt in ſuo dicto ratione ſtaturæ quem dixit eſſe minorem illis quatuor, &c. Et iſti duo teſtes videntur facere vnum indicium contra ipſum Parmeſanellum. Secundum indicium dicitur eſſe ex dicto Stephani hoſpitis, qui dicit quod illa nocte quando d. Parmaſanellus & Pe. Sclauus reuerſi fuerūt à rixa in hoſpitium ipſe Stephanus, interrogauit prædictos Parmeſanellum & Pe. Sclauum quid fecerant in illa rixa, & Parmeſanellus reſpondit, ego percuſſi vnū ex aduerſariis in pectus, qui manibus incroſatis cecidit in terram dicens ego ſum mortuus. Tertium indicium ſumitur ex dicto Ioannis Iacobi qui dicit quod Parmeſanellus rogauit ipſum Ioannem Iacobum quod deberet inculpare de dicto homicidio quendam Ioannem Picininum qui in veritate non interfuit illi rixæ. Quartum indicium ſumitur ex dictis quorundam aliorum teſtium, qui erant in hoſpitio, qui dicunt quod Parmeſanellus iuit ad rixam cum quadam parteſanella in manu quæ habebat franziam viridem prope ferrum, quæ poſtea fuit viſa ſanguinata. Et quia d. Pe. Sclauus erat armiger, contra eum proceſſit magnificus dominus Capitaneus Vincentiæ & eum banniuit in territorio Vincentino per quinque annos. Contra vero d. Parmeſanellum proceſſit magnifi. d. Poteſtas Vincentiæ d. Caſtellanus Miriotus, & in ſex vocibus diuerſis ſex diebus dedit ſibi multos ſquaſſos & ſachates & caualetas poſtea alia die ſtangetam in vtraque tibia & clauiculis, vltimo loco alia die dedit ſibi ignē ad pedes tribus vicibus interrogando ſemper vt dicat veritatem ſi commiſit dictum homicidium, & ſi habebat parteſanellam cum franzia, quia dict. Parmeſanellus ſemper ſtetit conſtans, & continue negauit ſe illud homicidium commiſiſſe & habuiſſe parteſanellam quæ non habebat franziam. Deinde ſub regimine magnifici viri d. Franciſci Sanuti habuit tres ſquaſſos in vna die. Deinde fuit iterum ductus ad torturam & ſemper ſtetit conſtans ſe illud homicidium non commiſiſſe. Poſtea diſputato caſu ſuo in Conſularia ciuitatis Vincentiæ fuit obtentum per maiorem partem quod d. Parmeſanellus deberet decapitari. Quę determinatio fuit intromiſſa per magniſi. d. Candianum Bolanū, digniſſimum Aduocatorem ciuitatis Venetiarum. Nunc quæritur an illa determinatio fuerit iuſte facta, ita quod ille Parmeſanellus de iure debeat decapitari vel non. In Chriſti nomine ac innocata Spiritus Sancti gratia, dubia principaliter ſunt examinanda pro declaratione veritatis. Primum eſt, an prædicti teſtes examinati deponentes contra d. Parmeſanellum ſint omni exceptione maiores, ita quod eis ſit credendum tanquā perſonis fide dignis. Secundum eſt, quod poſito eis eſſet credendum, an atteſtationes eorum concludant dictum Parmeſanellum fuiſſe illum qui occidit d. Bartho. Ita vt dictum eorum plenè & ſufficienter probet homicidium factum per d. Parmeſanellum. Tertium & vltimum, an ſiue ſit probatum plene ſiue per indicia vrgentiſſima ſit purgata probatio & indicia contra ipſum Parmeſanellum propter torturam, & alia tormenta quæ paſſus eſt conſtanter ipſe Parmeſanel. Circa primum dubium conſiderandum eſt, quod multi teſtes fuerunt examinati in hac cauſa. Primo fuerunt examinatæ duæ fœminæ, videlicet Catharina Sclauona, & domina Anna vxor Stephani hoſpitis, quorum teſtimonium quoad condemnationem capitalem non eſt i-
2 doneum, † quia in cauſa criminali & capitali fœminæ non ſunt omni exceptione maiores, quia varium & mutabile teſtimonium ſemper producit, *vt eſt tex. cū gl. in c. forus. circa fi. ff. de verb. ſig. & eſt gl. in c. cum ex literis, extra de teſt. & eſt tex. cum gl. 33. quaeſt. 5. mulierem. & gl. 4. quaeſt. 3. in ſumma. & gl. 15. q. 3. in c. ex eo. & ita tenet Gand. maximus practicus in ſuo tract. maleſi. in rubr. ſeu tit. de pœna furum in verſ. ſi. & ita tenet etiam Egidius in ſuo tract. de proba. teſtium in ſ. reproba.* Et licet de iure ciuili videatur quod poſſint in criminalibus quinque mulieres eſſe teſtes, *per text. in l. ex eo. ff. de teſtib. & in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. & nota. gloſſ. in d. c. forus.* tamen negari non poteſt eſſe omnē exceptione maiores ex quo earum teſtimonium eſt
3 varium & mutabile in d. cap. forus, † quia illi teſtes dicuntur eſſe omni exceptione maiores, quibus nulla exceptio poteſt opponi. *vt eſt gloſſ nota. in cap. 1. in verbo maiores extra de conſangui. & affi. & gloſſ. ſimilis in §. idem verborum, inſtitut. de inutil. ſtipulat. facit gloſſ. in capit. 1. in verbo idonei, extra de inſtit.* Secundo principaliter fuerunt examinati alii duo teſtes, videlicet Hieronymus. q. Ceci. conte, & Daniel filius Franciſci Baldonati, qui deponunt qualiter viderunt Bartholo. vulnerari & dicere videntur d. Parmeſanellum vulneraſſe d. Bartholo. ſuper quibus prima facie eſt falſum fundamentum pro parte curię Vincentiæ. Nam profecto illi teſtes non ſunt aliquo modo omni exceptione maiores nec eis fides eſt
4 adhibenda pluribus de cauſis. † Prima eſt quia ſunt crimino ſi & participes dictæ rixæ in qua d. Bartholo. fuit occiſus quod patet quia venerant prius cum aliis octo armatis etiam ipſi armati ad hoſpitium cauſa occidendi vel offendendi prædictos & Ioannem Iacobum, quia perquiſiuerunt per totum hoſpitium ſub colore perquirendi banniros, vt dicunt teſtes qui erant illa nocte armati, & veniebant verſus d. hoſpitium, dum prædicti ballarent ſub

porticu & in dubio eſt præſumendum quod malo
5 animo ibant illa nocte, † quia illi qui portant ar-
ma præſumuntur habere malum animum, *vt eſt gl.*
6 *not. in c. mercator, in tit. de pace tenen. in vſib. feud.* † Et
maxime, ruſtici qui non debent audere portare ar-
ma, *vt eſt tex. cum gloſſ. in c. ſi quis ruſticus eod. tit.* & ma-
xime in caſu noſtro cum eſſent circa decem nume-
ro cum omni quaſi genere armorum vt probatum
eſt. Sed ſocii criminis in rixa non ſunt teſtes idonei,
*vt l. quoniam liberi, C. de teſtib. & 4. quaſt. 3. c. fin. & c. ve-
niens extra de teſtib. & ibi not. & not. Specul. in tit. de re-
ſtit. §. 1. verſic. item quod eſt ſocius criminis, & idem tenet
Bal. in d. l. quoniam liberi,* qui dicit quod ſocius crimi-
nis non admittitur ſiue in defendendo, ſiue impu-
gnando. Nam ſi ſunt quatuor in rixa, & vnus vult
deponere quod ego ſim culpabilis vel non culpabi-
lis non creditur ei. Secunda ratio eſt, quia d. Hiero-
nym. & Daniel præſumuntur fuiſſe inimici tum
quia venerunt armati ad hoſpitium cauſa requiren-
di prædictos vt dixi, tum quia erãt etiam armati illa
nocte qua fuerunt in rixa ex quo habebant vel præ-
ſumebantur habere malum animum erga eos vt
dixi, & ideo repelluntur à teſtimonio quia inimici
non ſolum dicuntur quo ad repellendum à teſti-
monio, qui odium in mente habent, ſed etiam qui
inimicitiæ cauſas habent, vel habere præſumun-
tur etiam ſine mentis odio, *argum. 3. quaſt. 5. c. 2. cum
ſequen. vt eleganter not. Innoc. in c. cum i. & a. in fin. extra*
7 *de re iudic.* † Tertia ratio eſt, quia quando facta eſt
iniuria vni in itinere alter ſocius non poteſt teſti-
ficari pro eo ſocio cui eſt facta iniuria, quia etiam
ſibi iniuria facta videtur, *vt not. gloſſ. ſingul. in l. item a-
pud Labeonem, in § tenetur, ff. de iniur.* & ideo non de-
bet ſibi credi tanquam in cauſa ſua propria. Et ita
conſuluit ſingulariter Excellentiſſimus Doctor
D. Argentinus filius Raynerii de Forliuio qui di-
cit quod ita vidit obſeruari de facto. Sed d. Bartho-
lom. occiſus quando fuit vulneratus in rixa erat ſo-
cius itineris dictorum Hieron. & Danielis. Ergo i-
pſi non poſſunt teſtificari in dicta cauſa, quia dicun-
tur teſtificari in cauſa propria, & eo maxime quia d.
Hierony. proiecit contra quendam paruum quem
putat fuiſſe Parmeſanell. & ſic videtur habuiſſe o-
dium vel habere debere in mente ex quo ſocius
ſuus fuerat vulneratus, ſiue ergo illi ſocii Bartholo.
occiſi venerint cauſa occidendi dictum Ioannem
Iacobum & ſocios & ſic Parmeſanellũ, ſiue ex quo
erant ſocij occiſi, non ſunt teſtes idonei, ex quo po-
teſt eis opponi vel quod ſunt criminoſi, vel in fa-
cto proprio propter iniuriam eis illatam, *per text.
cum glo. notab. in c. 1. in verbo idonei, extra de teſtibus,* quæ
dicit quod illi dicuntur teſtes idonei quibus nulla
exceptio poteſt opponi, & probatur etiam, *c. licet ex
quadam, extra de teſtib. & ibi not. per Doct.* Quarta ra-
tio, quare eis non ſit adhibenda fides, quia dicunt
multa mendacia, & inter alia dum dixerunt quod
Ioan. Iacob. & Stephanus hoſpes fuerunt primi ag-
greſſores in rixa, & per alios teſtes qui erant in ho-
ſpitio conuincuntur in mendacio, qui dicunt quod
Stephanus hoſpes nunquam exiuit hoſpitio, &
Ioan. Iaco. niſi poſt maleficium commiſſum, & diſ-
calciatus & in camiſia. Et ideo cum dixerint men-
dacium & falſitatem in hoc maxime nulla fides in
8 aliis eſt adhibenda, † quia deficeat peccator, quia
offendens in vno factus eſt omnium reus, *vt in c. de-
ficeat, extra de regul. iur. & in l. qui falſa vel varia, ff. de te-
ſtib. & habetur in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. cum ſimilibus.*
Quinta ratio eſt, quia dicti duo teſtes dicunt rem
non veriſimilem, quod patet, quia dicunt quod vi-
derunt dictum Parmeſanellum paruum, & poſtea
dicunt quod eum non potuerunt cognoſcere, quia
tegebatur ſub clipeo & eum non potuerunt videre.
ergo nec cognoſcere cũ eſſent in tertia hora noctis
& maxime dum vnus deponit quia vidit Parmeſa-
nellum indutum zornea rubea, quia illud non eſt
veriſimile, quia nox aufert colorem rebus, iuxta il-
lud Vigilij. Et rebus nox abſtulit atra colorem: & in
Hymno dicitur. Nox atra polum condit & rerum
colores contegit. Et hoc vult etiam glo. noſtra, *in l. ſi
cum exceptione, §. in hac. ff. quod met. cau.* quæ dicit quod
illa quæ fiunt de nocte communiter non cogno-
ſcuntur. Et per illam gl. dicit Old. per locum à natu-
ra ſe defendiſſe & euaſiſſe quendam accuſatum de
maleficio tempore noctis, nam teſtes deponebant
de viſu, nam conſiderans ꝙ illa hora noctis lumen
Lunæ nõ fuerat conuincit teſtes, quia de nocte non
potuerant homines videre, & ſic teſte natura euaſit
accuſatus, vt not. & refert Bald. *in l. Arethuſa. in fin. 1.
colum. ff. de ſtat. hom. & Ang. & Bal. in d. §. in hac, & idem
tenet Bal. in c. 1. §. porro. ad fin. 1. col. in tit. qualiter olim feu.
poterat alienari.* Si ergo illa nocte & hora tertia non
lucebat Luna quia nondum aſcenderat ſupra ter-
ram vel erat tempus nubiloſum teſtes illi conuince-
rentur de mendacio nec dicerent veriſimilia, maxi-
me colore veſtis rubeæ, ergo non eſſet eis creden-
dum, *l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cau. & c. quia veriſi-
mile extra de præſumpt. & ita tenet Pet. de Anchar. in con-
ſil. ſuo,* quod incipit: In Chriſti nomine ex ordine
contractuum in vlt. col. vbi dicit, quod contra non
veriſimilia iudex nõ debet dare fidem. Et idem vult
in conſ. quod incipit: In Chriſti nomine amen. Viſa
facti narratione, copia teſta. *in 7. col. in fin.* vbi dicit ꝙ
contra id quod non eſt veriſimile quis non debet
audiri, *alleg. d. c. quia veriſimile, & c. ſuper hoc, extra de
9 renunt.* imo plus † quod etiamſi accuſatus vel in-
quiſitus cõfiteretur maleficium feciſſe, ſi dicta con-
feſſio non eſt veriſimilis ei ſtandum non eſt, *l. 1. §. ſi
quis vlt. ff. de quaſt. & pro hoc facit quod not. Bald. in l. fin.
in fi. C. de eden.* qui dicit quod probatio debet eſſe ve-
riſimilis, alias ei ſtandum non eſt.

Præterea d. Hieron. dicit quod bene cognoſcit i-
pſum Parmeſanellum, & poſtea oſtenſus ſibi per iu-
dicem nõ affirmat quod ſit ille qui percuſſit Barth.
dum dicit, quod viſus eſt ipſi teſti el Parmeſanello
propter quod verbum viſus eſt ſignificat dubitatio-
nem, & non concludit, & ſic nõ valet cum teſtis de-
beat de neceſſitate concludere, *vt in c. præſentia, de
probat. vt not. Bart. in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbit.*
non ergo dicit veriſimilia imo contraria dum pri-
mo deponit quod vidit eum in rixa de nocte vulne-
rantem Bartholom. qui eum bene cognoſcit & de
die poſtea ſibi oſtenſus dubitat ſi eſt ille qui vulne-
rauit Barthol. melius ergo vidit de nocte & melius
cognouit in rixa quam de die cum ſibi oſtenſus eſt
periu-

per iudicem quod nullo modo eſt veriſimile, ergo
ei nullo modo credendũ per prædicta. Tertio prin-
cipaliter fuerunt examinati alii teſtes qui erant ſo-
cii in rixa dicti Barthol. occiſi, quibus ſimiliter non
eſt credendum, vt dixi ſupra de prædictis duobus in
prima ſecunda & tertia ratione. Quarto principa-
liter fuerunt examinati alii teſtes qui erant in ho-
ſpitio ſuper indiciis, puta de verbis prolatis per di-
ctum Parmeſanellum quando finita rixa rediit ad
hoſpitium, & parteſanella quæ habebat franziam
erat ſanguinata quibus etiam non eſt fides adhiben-
da, quia ſunt ſingulares, *c. cum dilecti. extra de elect. &*
c. bonæ memoriæ Maguntina. eod. tit. cum ſim. Et maxime
10 non ſufficiunt ad probandum indicium, † quia
duo teſtes requiruntur ad probandum quodlibet
indiciũ, *vt eſt gl. in l. fin. C. de fam. her. & ibi hoc not. Doct.*
& not. Bart. in l. fin. circa fin. de quæſt. facit quod not. Bald.
in l. 1. C. de teſt. vbi vult quod ad probandum parente-
lam debet probari quilibet gradus per duos teſtes,
& ita not. etiam Bald. *in l. 2. C. quorum appell. non recip.*
ergo ſimiliter ad probandum quodlibet indicium
requiruntur ſaltem duo teſtes, *vt not. Docto. in d. l. fin.*
Ideo cum ſint ſingulares vt plurimum ſuper dictis
indiciis fides eis non eſt adhibenda. Et per prædicta
patet quod illa tria indicia principaliter ſupra in cõ-
trarium deducta non obſtant. Et maxime primum
cauſatum ab illis duobus Hiero. ſcil. & Daniele. In-
fra tamen etiam in 2. dubio principali reſpondebi-
tur etiam particulariter alio modo dictis tribus in-
diciis. Et ex iſtis apparet clara deciſio circa primum
dubium princ. videlicet quod dicti teſtes examinati
contra d. Parmeſanellum non ſunt omni exceptio-
ne maiores, nec eis eſt fides adhibenda. Circa ſecun-
dum dubium princip. videlicet poſito quod eis eſ-
ſet credendum, an atteſtationes eorum conclu-
dant d. Parmeſanellum fuiſſe illum qui occidit d.
Barth. ita vt dicta eorum plene & ſufficienter pro-
bent homicidium factum fuiſſe per d. Parmeſanel-
lũ. Et in hoc oportet diſcurrere per dicta omnium
teſtium. Et in primis conſideranda ſunt dicta Hie-
ro. & Danielis de quibus dictum fuit in præceden-
ti dubio principali. Breuiter cõcludendum eſt quod
non. Nam licet ambo dixerint vidiſſe illum qui vul-
nerauit d. Barthol. in pectore propter quod vulnus
mortuus eſt & in hoc poſſint recte concludere &
dicere veritatem: tamen quis fuerit ille qui vulne-
rauit eum, non probant neq; concludunt, & ſic at-
teſtationes eorum non concludunt quod fuerit d.
Parmeſan. Nam Hieron. dixit in hæc verba. Et poſt-
ea vidit quendam paruum qui viſus eſt ipſi teſti eſſe
Parmeſanello ad conditionem perſonæ, quem be-
ne cognouit proiicientem vnum ſpetum ſuo iudi-
cio tamen non firmat quod fuerit ſpetus & cum i-
pſis armis vulnerauit d. Bart. vno magno vulnere in
pectore quo mortuus eſt, iſta enim verba non con-
cludunt neceſſario quod fuerit Parmeſanellus qui
vulnerauit d. Barth. ex quo Hieron. teſtis dicit quod
viſus eſt ipſi teſti eſſe Parmeſanello, nam illa verba
prolata in tertia perſona per notarium redigendo
ad primam & propriam perſonam ipſius teſtis in-
telliguntur & exponi debent. Ita viſus eſt mihi Par-
meſanellus. Et ſic teſtis in hoc non loquitur affir-
11 matiuè ſed dubitatiue, † quia licet iſta verba, mi-
hi videtur, vel mihi viſum fuit in ſententia, vel arbi-
trio prolata affirmare videntur, *vt l. quid tamen, § ſi*
arbiter & ibi hoc not. Bart. ff. de arbit. & l. diuus, & ibi et-
iam Bart. ff. de libe. can. & c. præterea, & ibi hoc omnes Do-
cto. extra de appel. & not. Angel. & alij in l. 1. in § ſi quis i-
ta, ff. de verbor. obligat. ſecus eſt in teſte cuius dictum
debet neceſſario concludere, *vt eſt gloſſ. not. in l. diem*
proferre, § ſi plures, ff. de arbit. Et ratio differentiæ eſt,
12 † quia verbum, videtur, refertur ad iudicis intelle-
ctum qui iudici congruit & non teſti, & hoc tene-
bat, *in ſuo tracta. de teſte. in 16. quæſt.* Et licet in fin. di-
cat quod hic fallit quando id quod dicit ei videri
coniunctum ſit ſenſui, vt quod vidit talem poſſide-
re, & videtur ſibi quod ſint 10. anni, ex eo enim quod
vidit coniuncto eo quod ſibi videtur, bonum eſt te-
ſtimonium, vel ſi dixit ſe vidiſſe vnum hominem, &
videtur ſibi quod ſit Titius, & ſic videtur dicere cõ-
tra id quod dixi in caſu noſtro, tamẽ etiam ſi dictum
Barth. eſſet verum de quo tamen valde dubito ni-
hilominus poteſt in caſu noſtro dici contrarium
primo quia non loquitur Hier. teſtis noſter per ver-
bum videtur, quod ſit præſentis temporis, ſed per ver-
bum viſus fuit quod eſt præteriti & ſic ſenſus eſt quod
tunc ita ſibi viſum fuit ſed nunc non affirmant de
præſenti quod ſibi videatur ille. Et quod hoc ſit verum
patet, quia poſtea oſtenſo ſibi d. Parmeſa. cum duo-
bus aliis carceratis, & prius interrogatus ſi ibi Par-
meſan. & prius etiam per ipſum diligenter inſpectis
illis tribus oſtenſis, dixit per ſuum ſacramentum in
in hæc verba, quod ille qui erat in diploide cũ com-
pedibus erat Parmeſan. conſtitutus coram domino
iudice & ibi per eum viſus iudicio ſuo eſt ille paruus
quem dixit in d. ſuo vidiſſe vulnerari Barth. defun-
ctum, & ideo ſic iudicat ad perſonam, quia eum bis
viderat dicto die ante rixam & ex eo quia tẽpore ri-
xæ non poterat eum bene diſcernere in facie pro-
pter targetam quæ ipſum tegebat & propter no-
ctem.

Ecce ergo quod Hieron. viſo de die & examina-
to d. Parmeſanell. non audet affirmare, quod ipſe ſit
ille qui vulnerauit Bartholomæum dum dicit quod
iudicio ſuo eſt ille, &c. ex quo verbo iudicio ſuo ap-
paret quod non affirmat neque concludit eſſe il-
13 lum nec eius dictum valet, † quia teſtis non debet
a iudicare vel deponere per verba quæ iudicium *a* ſi-
gnificent ſed ſolum de facto, quia ad iudicem ſpe-
ctat iudicare non ad teſtem, *vt no. Bar. in l. 1. C. de vſur.*
& in l. 1. ff. ſi cert. petat. Et Cyn. in l. 2. in 4. q. princ. in princ.
in 2. col. C. quæ ſit longa conſuet. & idem tenet Innoc. in c.
cauſam. extra de teſtibus. Et Oldr. in conſil. 89. & Anton. de
Butr. & Canoniſt. in c. perſonas extra de teſtib. & Domini-
cus de Sancto Gemini. in c. ſi quis iuſto impedimento de ele-
ctio. libr. 6. Nec ſufficit dictum teſtis concludere
præſumptiuè vt nota. in dictis iuribus, & maxime
quando eſt talis præſumptio quæ potuit actui in-
eſſe & non ineſſe vt eſt in caſu noſtro, *vt in l. matrem.*
C. de probatio. & ita vult etiam Ludouic. de Roma. in con-
ſil. ſuo 91. in ſecundo dubio, in fin. Et quod dictus Hiero-
nymus non affirmet apparet, quia aſſignat duas
rationes. Quare dixit iudicio ſuo & non affirmati-
uo. Prima eſt, quia ideo ita iudicat ex eo quia tẽpo-

re rixæ non potuit eum bene diſcernere in facie
propter targetam & propter noctem. Iſtæ ſunt duæ
rationes quæ oſtendunt ipſum vere non potuiſſe
14 cognoſcere † quia homo cognoſcitur in facie, *vt
l. ſtigmata, C. de fabrican. libr. 11. & ibi Bartol.* qui dicit
quod practica ſolemnis eſt ſi quæritur à teſte de ali-
quo recognoſcendo ſi fuit in loco quod dicat quod
cognoſcit, quia vidit faciem ſuam, *in l. cum diuerſis, ff.
de religioſ. & ſumpt. funer. & idem vult Bartol. & Flo-
rian. in d. l. cum in diuerſis.* Ratio ſecundæ dubitationis
fuit propter noctem quæ ratio eſt legitima, *vt not.
gloſſ. in l. ſi cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. cau. & ibi
Bald. & Ange. & not. Bald. in l. de quibus in pen. col. in prin.
ff. de legib. & dixi ſupra in primo præcedenti dubio princi-
pal.* Cum ergo d. Hieronym. videndo ipſum Parme-
ſanellum & examinando ipſum de die ſi eſt ille qui
vulnerauit Bartholomæum, &c. non audet affir-
mare quod cognouerit eum vere fuiſſe illum debe-
mus intelligere quod ſimiliter locutus eſt dubita-
tiuè, & non affirmatiuè in primo dicto non viſo eo
tempore primæ atteſtationis dum dixit viſus mihi
fuit ille, quia propter verba ſequentia declarantur
præcedentia, *l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de lega. 1.* & ma-
xime cum in verbis ſequentibus aſſignet rationem
ſuæ dubitationis. Et ideo dum dixit in prima atteſta-
tione quod ipſum bene cognouit debet intelligi ex
eo, quia viderat ante rixam eum his, vt dicit in ſe-
cunda atteſtatione, non autem ex eo quod bene co-
gnouerit Bartholom. vulnere, quia iſte intellectus
contradiceret primæ atteſtationi dum loquitur per
verbum viſus fuit ſibi, & contradiceret multo ma-
gis ſecundæ atteſtationi in qua loquitur dubitatiuè,
vt ſupra dixi. Et eſt mirandum quod potuiſſet eum
vere & aperte cognoſcere in rixa de nocte ſi eum
videndo de die examinando ipſum neſcit vere & de
certo cognoſcere ſi eſt ille quem vulnerauit, & ſic
ex prædictis apparet quod ipſe Hiero. non conclu-
dit vere & de certo ipſum Permeſanellum fuiſſe il-
lum qui vulnerauit Barthol.

Similiter etiam minus concludit dictum Danie-
lis, qui oſtenſo ſibi Parmeſanello, dixit ſe eũ non co-
gnoſcere, quia non vidit ante, niſi tempore dictæ ri-
xæ de nocte. Tamen ex aſpectu iudicat ipſum eſſe il-
lũ, &c. quia iudicat & nõ teſtificatur, vt dixi de Hie-
ronymo, & ſimiliter iudicat de zornea quia dicit ſi-
bi videbatur illa zornea quam ille paruus habebat
in dorſo tempore rixæ. Item quia ſi Hieronymus
qui prius viderat eum non potuit vere cognoſcere
propter targetam & noctem, multo magis Daniel
vere ipſum cognoſcere potuit, *arg. auth. multo magis,
C. de ſacroſan. Eccleſ. & l. quanto magis, ff. de iureiur.* Præ-
terea dicunt dictus Hieronymus, & Daniel in ſua
prima atteſtatione quod erant quatuor in rixa ex
parte Parmeſanelli, & quod ille videbatur eſſe ille
paruus, & in veritate non erant niſi duo, videlicet i-
pſe Parmeſanellus & Petrus Sclauus de ſua ſocieta-
te, oportet ergo quod aut mentiantur de toto eo-
rum dicto, aut quod erant alii duo de quib. potuiſ-
ſet eſſe ille paruus qui vulnerauit. Et ſic eorum dicta
non concludunt vere quod Parmeſanellus fuerit il-
le qui vulnerauit Bartho.

Et idem dicendum eſt de Franciſco Baldonato
teſte, qui oſtenſo ſibi dicto Permeſanello ad ocu-
lum dixit: Iſte videtur mihi ille qui vulnerauit di-
ctum Bartho. qui ſimiliter loquitur per verbũ vide-
tur quod eſt dubitatiuum, vt plene ſupra dixi, & ſic
non concludit de neceſſitate qui fuerit ille. Sunt
multi alij teſtes deponentes in iſta cauſa qui depo-
nunt non de ipſo maleficio, ſed de aliis indiciis, ſed
non concludunt, tum quia ſunt ſingulares, vt dixi
in primo principal. tum etiam, quia ſunt contrarij
in multis, vt apparet ex proceſſu, *vt l. qui falſa vel va-
ria, ff. de teſtibus, & not. in l. ob carmen, §. fin. eod. tit. & in
c. licet cauſam, extra de probatio. & in c. in noſtra extra de
teſtibus cum ſimilibus.* Et quia dixi ſupra in narratio-
ne facti quod quatuor ſunt indicia principalia. Pri-
mum quod oritur ex atteſtationibus dicti Hiero-
nymi Danielis & Franciſci Baldonati qui dicunt vi-
diſſe vulnerari Bartholomæum, nam prima facie li-
cet non probent neceſſario, tamen videntur facere
maximum indicium contra d. Parmeſanellum per
ea quæ not. Bart. *in l. fin. ff. de quæſt. & Bald. in l. fin. C. de
probat.* Nam iſtud indicium tollitur ex eo maxime,
quia illi teſtes dicunt manifeſte falſum qui depo-
nunt quod quatuor erant in rixa ex parte Parmeſa-
nelli & in veritate vt dicunt omnes teſtes erant ni-
ſi duo videlicet Petrus Sclauus & ipſe Parmeſanel-
15 lus. † Ergo eorum dictum præſumitur eſſe fal-
ſum etiam in aliis partibus ſuarum atteſtationum,
*vt not. in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. & ſupra dixi in primo
dubio principali.* Secundum indicium fuit quod ori-
tur ex dicto Stephani hoſpitis qui dicit quod Par-
meſanellus interrogatus ab eo quid fecerit in illa
rixa, confeſſus fuit, quod vulneratus fuerat dictus
Bartholom. quoniam alij tres teſtes ſuper hoc exa-
minati, videlicet Ioan. Iac. Pet. Sclauus & Stepha-
nus hoſpes dicunt contrarium videlicet quod re-
ſpondit nihil mali ſe feciſſe, vnde ſtari debet dicto
plurium, *vt not. plene per glo. & Doct. in c. in noſtra extra
de teſtib. & in l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtib. cum ſim.* Ter-
tium indicium fuit, quia Stephanus hoſpes deponit
ꝙ Parmeſanellus rogauit ipſum dicendo. io vi prie-
go non vogliate dire che ſia ſta mi che habia mor-
to colui, quia in hoc eſt vnicus & ſingularis, ergo ei
non eſt credendum, *c. cum dilecti extra de elect. cum ſi-
mil.* Item quia dato quod iſta verba dixiſſet, tamen
propter hoc non ſequitur, quod ipſe fuerit delin-
quens, quia non probat hoc eſſe quod ab hoc con-
tingit abeſſe. *l. non hoc, C. vnde cogna. & l. neque natales,
C. de probat. cum ſimilib.* Eſt & aliud ſimile indicium,
quia dixit vt dicitur, inculpetis Ioannem Picinium
qui in veritate non fuerat quia potuit hoc dixiſſe vt
liberaret omnes alios à culpa, qui inculpabturã, ſci-
licet Ioan. Iacob. Petr. Sclauum, Stephanum hoſpi-
tem & ipſum, non autem vt fateretur ſe dictum ho-
micidium commiſiſſe per prædicta. Quartum in-
dicium fuit quia teſtes aliqui videntur dicere. quod
Parmeſanellus, quando iuit ad rixam, habebat in
manibus parteſanellam cum franzia quæ poſtea
fuit reperta ſanguinata, quia per hoc non ſequitur
neceſſario quod fuerit ille qui cum ea vulnerauit
Barthol. quoniam apparet ex atteſtationibus quod
eam proiecit, & percuſſit lapidem & emiſit ignem,
& ideo potuit alius eam accipere, & iacere contra
ipſum

Ipſum Bartholomæum vel etiam propter dolorem quia cum ſagitta fuit vulneratus in aure potuit ſibi cadere illa parteſanella de manu & alius vulneraſſe Bartholom. cum illa per illam regulam non probat hoc eſſe, &c. Nec obſtat ſi dicatur non erat alius pro parte ſua niſi Petrus Sclauus & ille non præſumitur hoc feciſſe, quia fuit condemnatus à Magnifico Domino Capitaneo ſolum in hoc quia fuit bannitus per quinquennium pro quia ſententia præſumendum eſt, *l. hered. §. Caia. ff. de euictio.* Quia reſpondetur quod ſi fuiſſet ita tortus & tormentatus ſicut fuit ipſe Parmeſanellus forte ſuiſſet aliter condemnatus. Sed quid egemus teſtibus poſtquam ipſe Petrus Sclauus fuit liberatus à morte, confeſſus eſt, quod ipſe fuit ille qui occidit Bartholomæum quæ confeſſio tollit præſumptionem ſententiæ, *vt ſingul. not. Innocen. in capitulo quia plerique extra de immunit. Eccleſiaſt. & in capitulo quia plerique extra de re iudicata.* Quintum etiam indicium poteſt addi quia dicitur, Parmeſanellum fuiſſe confeſſum ad torturam, quia portauit illam parteſanellam ad rixam quæ habebat franziam, quia reſpondetur vt dixi in proximo præcedenti indicio quia vnum & idem eſt. Et ex iſtis omnibus concluditur quod non eſt probatum vere & ſufficienter & plene, dictum Parmeſanellum commiſiſſe dictum homicidium. Nec obſtat ſi dicatur licet dictæ probationes ſeparatæ non ſint ſufficientes, tamen omnes ſimul iunctæ probant, *per textum cum gloſſ. in l. tertia, §. primo in verbo omnes, ff. de teſtibus*, vbi dicit quod deficit in fide, ſupplet numerus, quia illa doctrina procedit quando eſſet ſolum defectus in fide, quia aliqui ſunt conſanguinei, &c. quia numerus plurium teſtium coadiuuat. Sed hic eſt defectus omnium teſtium, quia nullus bene concludit de neceſſitate, vt ſupra dixi. Et ſimiliter reſponderi poteſt, *ad l. ſi quis ex argentariis, §. 1. & quod ibi nota. Bald. & Angel. ff. de edendo, & ad id quod nota. Bald. in c. 1. §. ſacramen-*

16 *tum. in titul. de conſuetud. rec. feud. cum ſimilibus.* † Nec obſtat alia regula quæ dicit, & quæ non proſunt ſingula multa iuuant, *vt habetur per gloſſ. in l. iuſtam, C. de probatio. cum ſimilibus*, quia illa regula procedit quando illa ſingulariter probant aliquam partem vere. Sed ſi non probant vere quia tunc ſingulariter non proſunt vt probent vnum totum, *vt l. 1. C. qui pro numero tutelarum cum ibi not. per not. in l. 2. §. 1. ff. de execut. tut. cum ſimil.* Sed in caſu noſtro iſta ſingula depoſita per d. teſtes non probant aliquid vere, & perfecte aliquam partem eorum quæ dicunt maxime illi tres qui deponunt ſe vidiſſe Bartho. vulnerari, ergo non poſſunt ſimul iungi vt probent totum maleficium. Prætetea illa regula non procedit in maleficiis quo ad pœnam corporalem infligendam, ſed procedere poſſet quo ad torturam dan-

17 dam, † quia in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, *vt l. final. & ibi Bald. C de probationib. & nota. per Bartol. in l. fin ff. de quæſtionib.* quæ in caſu noſtro non ſunt luce meridiana clariores, imo obſcuræ & ſuſpectæ, vt apparet ex prædictis, quoniam ex præſumptionib. per quas nõ debet condemnari ad mortem, *vt not. Innocen. in c. quia veriſimile extra de præſumptionibus & dicitur infra in tertio dubio principali.* Circa tertium dubium principale poſito quod ſit plene probatum dictum homicidium commiſſum fuiſſe per dictum Parmeſanellum ſiue per vrgentiſſima indicia, an ſint purgata dicta indicia & probatio propter torturam & alia tormenta qu[illegible]ſus eſt ipſe Parmeſanellus & ſemper ſtetit co[illegible]. Et videtur prima facie dicendum, quod [illegible] quia ſi prætor cum curia poteſt damnare a[illegible]tem illum contra quem probatum eſt delict[illegible] per teſtes etiam ſi nolit confiteri, *vt eſt text. cum g[illegible] l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cleric. & ibi hoc tenet Paul. de Caſtr. & alij in l. 2. C. quo. appell. non recip. & ibi hoc tenet Alberic. de Roſat. & Bald. & idem tenet Bald. in l. milites. C. de quæſtionibus.* Ergo iudex non potuit derogare illi probationi per torturam ne per indirectum daretur occaſio liberandi accuſatum vel inquiſitum, *c. cum quid vna via. de regulis iuris in 6. facit quod nota. Bald. in l. in contractibus. C. de non num. pecun.* vbi dicit quod ſi iudex ſtatuit maiorem terminum quam velit ſtatutum non valeat. Et ideo ſi ſtantibus probationibus debeat mori, hæc tormenta ſubſecuta non debent eum releuare ne delicta remaneant impunita, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, & c. vt fame. de ſentent. excom-*

18 *municatio.* † Et pro hac opin: quod tortura non purgentur indicia & probationes plene factæ, *videtur eſſe gloſſ. ordinar. in l. 2. C. de quæſtionibus quæ incipit l. inuidioſa circa medium ſecundum Alberic. de Roſat. in rubric. eod. titul.* Et iſtam opin. videtur etiam tenere Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cler. & Ludouic. de Roma. in l. 1. §. hoc reſcriptum, in vltim. colum. ff. ad Sillan.* Sed tamen his non obſtantibus teneo contrarium, & quando eſſent indicia ſola ſicut eſt in caſu noſtro, vt declaraui ſupra in 2. dubio principali non eſt dubium quod non poteſt condemnari, imo quando fuiſſent data tormenta competentia, *vt l. quæſtio. modum, ff. de q.* non poſſet amplius torqueri & deberet abſolui niſi ſuperuenirent noua indicia, *vt l. vnius, §. 1. & ibi hoc not. Bart. ff. de quæſtion. & per Bartol. in l. obſeruare, C. quor. appel. non recip. & per Salic. in l. 2. C. de cuſt. reo. & in l. de tormentis in pen. quæſtio. & per Odof. in ſuo tracta. de quæſtion. & per Angel. de Aret. in ſuo tracta. malefic. in gloſſ.* in verbo comparent dicti inquiſiti & negauerunt totum, & eſt text. cum gloſſ. *in l. edictum, ff. de quæſtio.* quæ dicit quod tormentis & verberibus & igne fatigari quæ dicunt veritas ipſa dicere videtur & allegat Tullium in Topicis, & ſic purgatus dicitur quaſi puram veritatem videatur dixiſſe, & ita tenet expreſſe Alberic. de Roſat. *in l. reſcriptum, C. de quæſtion. in 2. colum. verſic. eſt etiam notandum, in princip.* qui dicit etiam quod ita ſeruatur, & Bartol. *in l. qui ſicut. in princ. ff. de quæſt.* Et intelligunt Doct. prædicti ſiue ſint indicia leuia ſiue vrgentiſſima. Sed quando non ſolum eſſent, ſed etiam plene & ſufficienter eſſet probatum, an tunc per torturam purgetur illa probatio, ita quod non præſumatur vera, & in hoc maior eſt dubitatio. Et Alber. de Roſat. *in rub. C. de queſtio. in 2. colum. verſicu. eſt etiam notandum*, format iſtam q. & dicit quod gl. *in d. l. 1. C. de quæſt. quæ incipit l. inuidioſa ſentit*, quod non tamen ſubdit ꝙ illa gl. non loquitur de tortura criminis ſed teſtis. Ideo non facit ad propoſitum,

& gloſſ.

& gloſſ. *in d. l. edictum*, vult quod ſecundum Tullium
19 licet non alleget aliquam legem. † Subdit tamen
quod fatuus eſt iudex qui torqueat aliquem contra
quem eſſet plene probatū niſi hoc faceret cū pro-
teſtatione quod non intendit eum torquere ſuper
probatis. Vel poteſt etiam facer[illegible] ex alia cauſa:
& eſt cautela quod faciat torqu[illegible]onfiteatur ad
iſtum finem, vt nō poſſit appell[illegible]ententia con-
demnatoria à qua alias poteſt ap[illegible] *l. non tan-
tum, ff. de appel. non reci. & in l. 1. in fi. C. de* [illegible]*cal.* Et id-
eo cum in caſu noſtro dictus Parme[illegible]us ſæpius,
& in diuerſis diebus fuerit tortus & [illegible]buerit ſtan-
getta & tormentum & nunquam fuerit per curiam
proteſtatum quod hoc fecerit & interrogaret ſu-
per non probatis, aut eſt confitendum quod male-
fecit, vel potius quod habuit etiinen non fuiſſe ſuf-
ficienter probatum contra eum, quod in dubio eſt
præſumendum quod non maleficiat iudex, *l. 2. ibi
quod non arbitramur. C. de offic. ci. Iudic. & l. non eſt veri-
ſimile in princ. ff. quod met. cauſ.* imo ex proceſſu appa-
ret, quod quando fuit interrogatus in tormentis
quod ſemper fuit interrogatus ſolum de his de qui-
bus erant teſtes teſtificari, & maxime ſi habebat di-
ctam parte ſanellam & non ſuper non probatis. Nec
obſtat ſi dicatur imo fuerit tortus, vt intelligeretur
an illud maleficium eſſet penſatum vel non quia
contrarium apparet ex interrogationibus ſibi fa-
ctis, quæ non tendunt ad hoc ſed ſolum ad extor-
quendam confeſſionem ſi commiſit illud homici-
dium. Nec poteſt dici quod poſuerit eum ad tortu-
ram, & ad alia tormenta ne poſſit appellari ſecun-
dum cautelam Bald. quia ſecundum ſtatura ciuitatis
Vincentiæ & leges Dominorum Venetorum ab
huiuſmodi ſententiis capitalibus non poteſt ap-
pellari, vnde non fuiſſet neceſſaria dicta tortura &
tormenta propter tollendam appellationem, quæ
fieri non poterat. Ex quo concludi debet quod illa
tormenta fuerunt ſibi data ſolum ex eo quod con-
tra eum non erat probatum ſufficienter ad hoc vt
poſſet haberi confeſſio ſua vel vt purgarentur ea
quæ contra eum depoſita fuerant. Et iſtam opin. te-
net in terminis Alber. de Roſat. *in d. l. edictum, ff. de*
20 *queſtio. qui vult.* † quod ſi plene eſſet probatum
contra vnum de delicto & poſtea tortus fuiſſet con-
ſtans, tolleretur illa probario quaſi vera non fue-
rit per glo. ibi. Et iſtud etiam videtur fuiſſe de men-
te Bartol. *in d. l. vnius, §. 1. ff. de queſtio. Et ita etiam vult
Angel. de Aret. optimus practicus in materia maleficiorum
in ſuo tracta. maleſic. in gloſſ. in verbo comparent dicti in-
quiſiti. & negauerunt totum.* Et ita etiam vidi ſeruari
alias Veronæ. Nec obſtat quod dicit Paul. de Caſtr.
in dict. l. ſi quis in hoc genus, qui videtur ſentire contra,
quia auctoritas prædictorum & communis obſer-
uantia præualet, vel intelligamus ipſum quando
non eſſent tot tormenta per quæ non poſſit purga-
ri illa probatio. Nec obſtat auctoritas Lud. de Rom.
in l. 1. §. hoc reſcriptum in vltim. colum. ff. ad l. Silla. qui vi-
detur dicere contrarium quod probatio non tolli-
tur omnino per torturam, ſed quod debet puniri in
pœna pecuniaria quia ſtantibus probationibus vel
indiciis vrgentibus & tortura ſequenti quæ in to-
tum purgat vel pro parte probationis dicendum
eſt quod non debet puniri pœna corporali quæ do-
ctrina eſt veriſſima quando probationes & indicia
non fuiſſent purgata in totum quia tunc ex indicus
quantumcunque vrgentib. quis non debet ad mor-
tem & ad pœnam corporalem condemnari ſed pœ-
na debet minui & in pœnam tantum pecuniariam
condemnari. Ita vult Ludo. *in d. §. hoc reſcriptum, &
fuit doctrina Innoc. in c. quia veriſimile extra de præſumpt.
& idem not. ibi Anton. de Butr. & probatur hoc c. afferte.
eod. tit. & ibi hoc etiam not. Anton. de Butr. & Canoniſta.
Et idem tenet Abba. Sicul. in c. auditis in antepenult. colum.
in fin extra de præſcript. & Bald. in cap. 1. in fin. in titul. hic
poteſt eſſe titulus quib. mod. feud. amit.* Et ideo conclu-
dendum eſt quod aut iudici videtur quod illa indi-
cia quæcunq; ſint purgata fuerint per illa tormenta
& tunc debet abſolui. Aut quod nō ſint ſufficienter
purgata, & tunc quia non ſunt probationes clarè &
aperte concludētes neceſſario, ſed potius inducen-
tes præſumptionem ꝙ debet condemnari in pecu-
niaria vel alia pœna non corporali etiamſi illa indi-
cia eſſent vrgētiſſima etiamſi eſſent talia quæ men-
tem iudicis adeo concitarent, quod aliud credere
non poſſet, *vt not. Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de pro-
ba. §. videndum. & Gand. in ſuo tract. maleſic. in rubric. 16.
in titul. de præſumpt. & indiciis quibus proceditur ad con-
demnationem in princip. in prima. quæſtio. circa fin.* qui di-
cit quod omnes Docto. tempore ſuo ita dixerunt &
ita etiam vidit practicari quod talia indicia ſic vr-
gentia non ſufficiunt ad condemnationem pœnæ
corporalis, ſed pecuniariæ duntaxat. Et ita tenet &
21 ſequitur Paul. de Caſt. *in conſ. ſuo 197. in vlt. col.* † qui
etiam dicit quod per dictum dicti Gandini defen-
dit quendam à pœna capitali contra quem erant ita
fortia & indubitata indicia, quod animus & intelle-
ctus non poterat credere quod alius feciſſet homi-
cidium quam ipſe, & ſubdit in alio etiam in caſu ſi-
mili concludendum eſſe in tutiorem & benignio-
rem partem ſcilicet abſolutoriā poſtquam crimina
deducta in inquiſitione non fuſit probata per ſpon-
taneam cōfeſſionem nec per teſtes neceſſario con-
cludentes, & etiam dicit quod de iure quantúcunq;
magnificus D. Poteſtas certitudinariæ credat per ea
quæ teſtes deponunt illos fore culpabiles quod hoc
non ſufficit, cum habent iudicare & pronuntiare
ſecundum acta & probata & non ſecundum con-
ſcientiā, *l. illicita. §. veritas. ff. de offic. præſi.* vnde narrant
Doctor. quod cum Poteſtas Bononiæ ſtans ad fene-
ſtram vidiſſet Seium occidere Titium ſi tamen co-
ram eo tanquam coram iudice non fuit Titius con-
feſſus, nec per teſtes legitime probatū fuit ſibi con-
ſultum per Doctor. Bonon. quod deberet eum ab-
ſoluere, quanto magis in caſu noſtro in quo non eſt
certus de iſto maleficio per proprium ſenſum, aut
per propriam ſcientiam, ſed ex præſumptionibus
& ſuſpicionibus reſultantibus ex dictis aliorum
nam in multo fortioribus caſib. & magis coarctan-
tibus mentem iudicis loquitur Gandinus magnus
practicus maxime in materia maleficiorum, *vt re-
fert Io. And. in addi. Spec. in tit. de procurator. §. 1. in addi.*
quæ incipit: Per hoc videtur, &c. Et ibi dicit omnes
Docto Bononienſes qui tunc erant tenuiſſe, ꝙ non
poterat procedi ad condemnationem perſonalem
per

per tam vrgentia indicia. Sed ſi tale maleficium de quo imponebatur pœna pecuniaria bene poteſt fieri condemnatio, & ita dicit vidiſſe vbique ſeruari cum toto tempore vitæ ſuę ſemper iuerit per diuerſas ciuitates & loca pro iudice maleficiorum, eſſet enim temerarium facere contra deciſionem tanti viri & tam experti in materia maleficiorum. Iſta ſunt verba Paul. de Caſt. in d. conſil. 196. propter quæ conſuluit in cauſa ſimili. Et ideo ex prædictis concludo quod ille Parmeſanellus non potuit de iure condemnari ad mortem, nec ad aliquem pœnam corporalem, ſed debet abſolui vel condemnari pœna pecuniaria vel aliqua ſimili, & ita teneo de Ioan. Iacobo & Stephano hoſpite condemnatis in quinquaginta libr. pro quolibet, neſcio videre quomodo & ex qua cauſa ex iſto proceſſu fuerint condemnati, cum non appareat aliquo modo ipſos fuiſſe in aliqua culpa, quia Stephanus nunquam exiuit hoſpitio illa nocte, qua fuit occiſus Bartholomæus, Ioannes vero Iacobus exiuit hoſpitio ſine caligis in camiſia poſt rixam completam, quia dicebatur, quod Parmeſanellus interficiebatur, certe vt dixi neſcio cauſam condemnationis, quia vt dicitur nihil mali fecit, vnde puto non bene fuiſſe condemnatos.

Additiones.

a Iudicium ſignificent] *Vide ad hoc D. Alex. de Imol. in conſ. 74. in 1. vol. & in conſ. 147. in 2. vol. & in conſ. 42. in 4. vol. multa per Bart. in tractat. de teſte, Bald. in l. de quibus, de legibus. Doctor. in l. ſciendum de verbor. obligatio.*

CONSIL. XXXIII.

SVMMARIA.

1 *Occidere qui aliquem volebat, ſi illius loco amicum ſuum occiderit, an mortis pœna puniri debeat, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Operam rei illicitæ dans, ſi extra propoſitum delinquat, quia volens vnum percutere alium percuſſit, an mortis pœna teneatur.*

3 *Delictum quandoque ad caſum improuiſum ſe extendit propter ipſius facti naturam, quæ ad talem caſum veriſimiliter ſe extendit.*

4 *Operam dans rei illicitæ, & cogitatum tendit ad finem ſecutum, tunc puniri debet.*

5 *Capitaliter ad hoc vt quis puniri debeat, requiritur, quod homicidium dolo commiſſum fuerit, neq; ſufficit, quod etiam lata culpa interuenerit.*

6 *Statutum ſi homicidam ad mortem puniat, & doli mentionem faciat iudex, vbi dolus non ſit, ſuam ſententiam temperare debet.*

7 *Aſſeſſores non verba ſtatuti, ſed animum inſpicere debent.*

8 *Caſus fortuitus dicitur, quem non præcedit aliqua cauſa dependens ab eo, cui caſus imputatur.*

9 *Lex noua quando per verba ſimplicia, vel etiam taxatiua loquatur, tunc ſi per aliam l. de extenſione appareat, extendere debemus.*

10 *Negatiua, quod quis non fecerit animo nocendi, quomodo probetur.*

11 *Legum præſumptiones liquidiſſimæ probationes exiſtunt.*

12 *Proiiciens lapidem in aliquem locum prohibitum, & caſu fortuito tranſeuntem percutit, percutiens de culpa, non autem de dolo punitur.*

13 *Iniuriarum actione quis puniri non poteſt, quando rixa mediatorem percuſſit.*

14 *Delictum quando commiſſum fuerit, ſi culpa lata fuerit, mitius punitur delinquens, quam ſi in dolo fuiſſet.*

15 *Homicidium caſuale licet non puteret quo ad pœnam irregularitatis, quando quis rei illicitæ operam dederit, non tamen quoad pœnam delicti.*

16 *Factum ſi in diuerſa perſona voluntatem excedat non de dolo, ſed de lata culpa præſumitur.*

17 *Percutiens alium cum in vitæ diſcrimine conſtitutus non eſſet, bene de percuſſione & occiſione tenetur, etiam ſi ipſum præter propoſitum occidiſſet, non tamen tenetur pœna legis Corneliæ.*

18 *Fides dari non debet ad ea, quæ veriſimilia non ſunt.*

19 *Audiri non debet aliquis contra id, quod veriſimile non eſt.*

20 *Confeſſo ſponte non eſt deneganda facultas ad probandum de innocentia ſua.*

1 IN CHRISTI † nomine, ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Multa poſſent in medium adduci in fauorem Perini Donati, ne pœna mortis teneatur. Sed quia iſta cauſa iudicari debet in elegantiſſima curia Magnificæ ciuitatis Vincentiæ in qua ſunt viri ſapientiſſimi & iuſtiſſimi, qui omnia perfectiſſimè conſiderabunt decreui ſolum tangere principaliter vnum dubium elegans ex quo apparebit veritas præſentis conſultationis. Dubium ergo erit iſtud, an caſu quo d. Perinus ſagittauerit contra illos de Menegatiis inimicos ſuos in rixa, & volens percutere eos, percuſſit quendam Paulum, poſſit Barbanum ſuum qui erat ſuper quodam ponte poſito ſuper via, quæ erat in medio inter ipſos rixantes cauſa mediandi, vt dicta rixa ſe-
a daretur, teneatur de homicidio pœna capitali. † Et prima facie videtur dicendum quod ſic, quia quando quis dat operam rei illicitæ & deliquit extra propoſitum ſuum, quia volens percutere vnum percuſſit alium, videtur quod debeat teneri, *l. eum qui. §. ſi iniuria. ff. de iniur. l. ſcientiam. §. ſi defendendi. in fin. ff. ad l. Aquil. & ita vult Bart. in l. reſpiciendum, in §. delinquunt. in fin. ff. de pœnis. licet in l. illud. §. fin. cum l. ſequen. ff. de iniur.* hanc quæſtionem indiſcuſſam reliquerit, dicendo cogitabitis, & idem videtur tenere Salic. *in l. quoniam multa facinora, in fin. 3. colum. verſicul. ex quo collige*, qui dicit, quod ſi volui percutere Titium & Martinum percuſſi, de Martino tantum teneor, quia proiectio de veriſimili ad hunc finem tendit, ad hoc facit ſecundum eum, *l. item nulli in princ. & l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. & ita videtur tenere Bar. in l. vnus in verſ. 1. quæro. in prin. & in verſ. ſed ſi deliquit in plus, coniuncto ſi. ff. ad leg. Corn. de ſicar. facit dicta. l. quoniam multa facinora, & quod ibi nota. per Doct. Item pro hoc allego quod nota. Bald. in l. ſi is*
3 *qui ſeruo. ad finem. 1. colum. C. de furtis* vbi dicit † quod quando-

quandoque delictum extendit ſe ad caſum impro-
uiſum propter ipſius facti naturam quæ ad talē ca-
ſum veriſimiliter ſe extendit, *vt c.fin. de homicid. libr.*
6. & dict. l. quoniam. Et idem tenuit Angel. de Aret. in ſuo
tractatu maleficio. in gloſſ. in verſicul. & appenſate. in ver-
4 *ſicul. quare quid ſi regnauit in animo.* vbi dicit † quod
quando quis dat operam rei illicitæ & cogitatum
veriſimiliter tendit ad finem ſecutum, & tunc pu-
niri ſecundum fin. *vt d.c.fin. de homicid. in 6. & d.l. quo-*
niam, & l. ex incendio, ff. de incen. ruin. naufra. ſed in ca-
ſu noſtro ille qui fatigauit contra rixantes dabat o-
peram rei illicitæ & cogitatum ſuum poterat veri-
ſimiliter tendere ad finem ſequutum, quia volen-
do ferire vnum, feriret alium ſicut fecit, ergo, &c. I-
tem quia ſi ille qui cauſam damni dat, damnum de-
diſſe videtur, *l. qui occidit, §. penult. ff. ad l. Aquil. & c.*
de cætero, extra de homicid. cum ſimilibus, multo magis
videtur illum debere teneri qui ipſum damnum
dedit & occidit ſicut fuit in caſu noſtro. Et iſta ſunt
quæ videntur poſſe in effectum allegari contra Pe-
rinum. Sed his non obſtant. teneo quod dictus Pe-
rinus ex illo ictu ſagittæ non teneatur, *l. Cornelia.*
nec ex forma ſtatuti pœna capitali, ita vt poſſit ad
mortem de iure condemnari. Quod ſic proba-
5 tur † ad hoc, vt poſſit quis capitaliter puniri, *l. Cor-*
nel. de ſicar. requiritur quod homicidium fuerit do-
a lo commiſſum *a* neque ſufficit quod interuene-
rit & lata culpa, *vt eſt tex. in l. lege Corn. ff. ad l. Corn. de*
ſica. quia in pœnis corporalibus de iure ciuili lata
culpa non æquiparatur dolo in criminibus, ex quo
pœna ſanguinis venit imponenda, & idem vult Bar-
tol. & Angel. *in l. 1. §. non autem, ff. ſi quis teſtam. liber. eſ-*
ſe iuſſ. fuer. & Angel. in l. ad commentarienſem, C. de cu-
ſto. reo. & in l. 1. C. de priuat. carcer. & eſt gloſſ. ſingul. l. aſ-
ſa. §. in locum in verbo ſi dolo, ff. de religio. & ſumpt. fune,
quæ dicit quod ideo ibi de dolo dixit, quia locutu-
rus erat de coertione quæ abſque dolo non impo-
nitur, & ibi hoc etiam not Flor. & iſta eſt commu-
nis ſententia Doctor. & idem eſt dicendum de iu-
re municipali, quia quamuis dicat quod ſi quis oc-
ciderit occidatur, tamen intelligitur ſecundum for-
mam iuris ſcilicet ſi occidatur doloſè non culpo-
ſè vt eleganter nota. Bald. *in l. data opera, in 5. colum. in*
princip. in verſic. item ſi ſtatutum punit homicidium, Cod.
6 *qui accuſar. non poſſ.* qui eleganter dicit, † quod ſi
ſtatutum punit homicidam ad mortem & non fa-
cit mentionem doli, tamen iudex vbi non eſt do-
lus debet temperare ſententiam, *vt l. quid ergo, §. pœ-*
na grauior, ff. de his qui not. infam. quia affectio tua o-
peri tuo nomen imponit. *l. non coniity, C. de iniur. &*
idem tenet Paul. de Caſtr. in l. 1. circa princip. Cod. vbi ſe-
7 *na. vel clariſſ.* qui dicit, † quod licet aſſeſſores igno-
rantes conſueuerint dicere quod vbi ſtatutum ſim-
pliciter dicit quod homicida decapitetur non de-
ber diſtingui an doloſè vel non doloſè, ſed ſtare de-
bemus verbis ſtatuti, quia nō inſpicitur animus ſed
factum, *l. 1. §. diuus, ff. ad l. Corn. de ſicar.* tamen ipſe te-
net contrarium ſequendo Bald. *in dict. l. data opera.*
alias ſequeretur quod quis deberet decapitari pro
homicidio caſuali, quod eſſet contra omnem æqui-
tatem, & dicit quod ita pluries conſuluit, & idem
tenet Paul. *in l. nemo deinceps. C. de Epiſ. audi.* & per hoc

videtur eſſe *gl. in l. & ſi ſeuerior in verbo certis rationib.*
C. de his qui no. infa. Sed in caſu noſtro in ſtatuto Vin-
centino minor eſt dubitatio quia eſt ſtatutum, *ſub*
rubr. de hom. dicit q́ ſi aliquem interfecerit & homi-
cida captus fuerit capite puniatur niſi liquidè per i-
doneos teſtes conſtiterit d. hom. ſe defendendo, &
cū moderamine inculpatæ tu. feciſſe vel aliquo for-
tuito caſu ſine dolo. Sed requiritur q́ liquidè per te-
ſtes idoneos poſſit probari q́ ſine dolo factum fue-
rit homicidium. Et licet ſtatutū illud vbi vel aliquo
fortuito caſu ſine dolo videatur reſtringere illa ver-
ba ſine dolo ad caſum fortuitū tm̄ & non ad aliū ca-
ſum puta improuiſum cum iſta verba videantur eſ-
8 ſe diuerſa, † quia caſus fortuitus dicitur quem non
præcedit aliqua cauſa depēdēs ab eo cui caſus im-
putatur. Et improuiſus dicitur ille quem culpa præ-
cedit, vt dicit Bald. *not. in l. 1. in fin. per gl. ibi, C. ad l. Cor-*
nel. de ſicar. tamen ego credo quod ſtatutum illud in-
telligi debeat de quocunque homicidio regulari-
ter commiſſo ſine dolo ſiue procedat caſu fortuito,
ſiue caſu improuiſo, quia iſta differētia inter caſum
fortuitum & improuiſum non fit ſecundum com-
munem vſum loquendi qui debet attendi, *per l. libe-*
rorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de li. leg. & per l. Labeo. &
quod ibi plene not. per Bart. ff. de ſup. leg. cum ſim. Et maxi-
me quia ſtatutum conſiderauit dolum, vt paret ibi
ſine dolo. Et ideo illud ſtatutum intelligi debet, q́
quis nō debeat decapitari propter homicidium niſi a
doloſè illud cōmiſſum fuerit. Et ita in dubio inter-
pretandum eſt ſecundum diſpoſitionē iuris cōmu-
nis, vt ſ. dixi. Imo plus dico etiam ſi ſtatutum loque-
retur de caſu fortuito proprie poſſet extendi ēt ad
9 caſum improuiſum † quia qñ lex noua loquitur vel
per verba ſimplicia vel ēt taxatiua, tūc ſi per aliā le-
gem apparet de extenſione extendere debemus, *l.*
ob æs. C. de prædi. min. & l. ſerui nomine, ff. de vſuc. & l. con-
tractus, ff. de regul. iur. vt eleganter not. Bart. in l. ſi conſtan-
te. in princ. in 8. quæſt. prima quæſtionis principalis, ff. ſolut.
matr. & ibi Doctor. & idem vult etiam Paul. de Caſtr. in l.
ſi mora. ad fin. colum. eod. tit. & Doct. in l. illud, C. de ſacro-
ſanct. Eccleſ. & in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſol. matr. cum ſimil.
Sed vt dixi ius commune vult vt quis non teneatur
ex delicto regulariter pœna corporali niſi fuerit in
dolo, & ſtatuta in dubio ſunt ita interpretanda vt
dixi, ergo ita etiam dicendum in caſu noſtro licet
ſtatutum loquatur per verba exceptiua niſi liquido,
&c. quia illud debet declarari niſi ēt homic. cōmiſ-
ſum fuerit alio modo ſine dolo. Et maxime cum ſta-
tu. debeant interpretari ne quis damnum indebite
patiatur, alia ſi diceremus contrarium ſequeretur q́
vbi aliqualis culpa poſſet imputari occidenti, puta
quia ludendo vel per laſciuiam occidit vel etiam lu-
dendo ad brachia quia habebat cultellum in vagina
ſub cingulo quem deponere non curauit, quod ſi
cadendo in terram cultellus exiret & occideret ſo-
cium deberet decapitari, quod non eſt dicendum
& abſurdum quia hoc caſu non deberet mori, *vt l.*
1. & ibi hoc nota. Cod. ad l. Cornel. de ſicar. Nec ergo vt
quis damnum indebite patiatur interpretandum
eſt ſtatutum, vt loquatur etiam ſi culpa aliqua præ-
uenit dummodo non ſit dolus. *argu. l. 2. cum ibi not.*
C. de noxa. cum ſim. ſupra allega. cum ſtatutum prædi-
ctum

ctum intelligatur, & intelligi debeat. quod tunc
demum occidẽs aliquem debeat decapitari quan-
do occidit cum dolo, & non quando ſola culpa et-
iam lata. Videndũ eſt ſi ille qui occidit fuit in dolo
quantum ad hoc quia volebat offendere rixantes
ſecum ſed non quo ad illum quem occidit ſed fuit
tantum in culpa in ſagittando an debeat pro-
pter hoc pati pœnam capitalem vel corporalem.
Et ego teneo quod non, quia iuſte Perinus non
fuit in dolo ſine dubio, quantum ad Paulum poſ-
ſit occiſum, vt non habuit animo occidendi i-
pſum vel etiam offendendi, tum quia ipſe non e-
rat de rixantibus, tum quia erat barbanus dicti
Perini, qui dicitur ipſum cum ſagitta occidiſſe,
vt probatur per gloſſ. not in l. 1. in verbo non occidendi a-
10 *nimo. C. ad legem Cornel. de ſica.* quæ dicit ſingu. † quod
iſta negatiua quod quis non fecerit animo nocen-
di probatur ex eo quod probatur amicitia & affi-
nitas inter eos, & ibi hoc tenet Alber. de Roſ. &
docto. & quod conſanguinitas inducat hanc præ-
ſumptionem probatur, quia nemo carnem ſuam
odio habet. *13. q. 2. c. non aſtimemus. & l. 2. ff. de rece-
ptatoribus. & not. glo. in verbo ſuſtinemus. 31. diſt. omni-
no & glo. & docto. in l. 1. ff. in ius. voc. vt eant.* & maxi-
me cum eſſet ſuper ponte in via cauſa mediandi ri-
xæ, nec daret auxilium alicui parti, vnde credo quod
in hoc nullus dubitabit Perinum non fuiſſe in do-
lo quantum ad dictum occiſum barbanum ſuum
& ſic videtur quod non poſſit puniri pœna corpo-
rali & probata conſanguinitate per teſtes idoneos
diceretur liquide probatum quod ſine dolo eum
11 occiderit † quia præſumptiones legum ſunt li-
quidiſſimæ probationes, vt eſt glo. nota *in l. ſi tutor
in gloſ. fin. C. de peri. tuto. & idem tenet Ang. ſing. in l. 2.
per illum tex. glo. in verbo probaretur. C. de peti. hered.* v-
bi dicit quod ſi lex vel ſtatutum in aliquo caſu re-
quirit liquidam probationem quod illa dicitur li-
quida probatio quæ inducitur ex præſumptione
iuris & eodem modo debet intelligi probationes
eſſe liquidas & ex actis quæ ex argumentis intelli-
guntur. *l. licet imperator. ff. de legat. 1.* Sed dubium
principale ſtat in hoc eſto quod non fuerit Peri-
nus in dolo reſpectu occiſi an quia ſaltem dicitur
fuiſſe in dolo quo ad ſuos aduerſarios, quia ſagit-
tando volendo ſecum rixãtes offendere, an ſi de-
liquit offendendo præter, & contra propoſitum a-
lium quem nolebat, videlicet dictũ Pau. & ſic dan-
do operam rei illicitæ debeat teneri de homicidio
pœna capitali vel corporali ex quo voluntas ſua
tendit in eadem ſpecie delicti. Et dico quod non
quia licet fuerit in dolo quo ad aduerſarios ſuos &
fuerit in culpa in feriendo illum quẽ nolebat quia
debebat cautius ſagittare ne offẽderet amicos, Ta-
men ex quo ille dolus nõ fuit ordinatus ad homi-
cidium dicti Pauli poſſit non debet teneri pœna
corporali ſeu ſanguinis. Et hoc videtur probari
per tex. not. *in l. non contrahit ibi qui lapide iacto. ff. ad
12 l. Iul. maieſt.* Et ibi hoc tenet Ang. per illum tex. †
qui dicit no. caſum quotidianum de eo qui proie-
cit lapidem in aliquem locum prohibitum, & caſu
fortuito percuti tranſeuntem, quia tunc punitur
ſolum de culpa, & nõ de dolo. Si autem actus pro-
iiciendi non eſſet prohibitus. tunc dicit ipſe quod
non eſt in culpa, nec in dolo, & ideo non punitur
*l. ſtipulator. & l. item mela. §. ſi quis cum pila. ff. ad l. A-
quil. Et idem videtur tenere ipſe Angel. in l. ſi cum ſeruo ff.
de. min. per illum tex. vbi dicit no.* bancl. pro offenden-
tibus mediatores rixæ cum credunt offendere in-
iuriam inferentes & licet dixerit ibi Bar. cogita. &
indiſcuſſum reliquerit tamen in illa *l. reſpiciendum
§. delinquunt. ff. de pœnis.* dicit percutientem puniri.
& reſpondet *ad d. l. ſi cum ſeruo.* quod ibi dabat ope-
rã rei illicitæ cum ſeruum percutere volebat. Sed
certe ſecundum Ang. *in d. §. ſi cum ſeruo & in l. ſcien-
tiam. §. ſi defendendi. ff. ad l. Aqu.* dabatur ſimiliter o-
pera rei licitæ. ſ. defenſioni. & tamen percutiens
punitur. ſed non iniuriarum neque l. Cor. ſed pro
motu iudicis propter culpam ſi quam commiſit *vt
d. §. ſi defendendi.* Secus ſi nulla ſit intelligitur *d. l. ſi
quis cũ ſeruo.* Et ſic vult Ang. ibi quod quãdo etiam
dat operam rei illicitæ & nõ eſt dolus reſpectu oc-
ciſi, ſed occidens ſit in culpa quoad illum debet
puniri pro culpa, & non pro dolo quæ non fuit re-
13 ſpectu occiſi. † Et ſic quãdo quis percuſſit media-
torem rixæ non poteſt puniri actione iniuriarum
vel l. Cor. quæ requirit dolum, ſed pro motu iu-
dicis ſi culpam commiſit. Et iſto modo intellcait
ſolemnis doctor & præceptor meus in canonibus
dominus Io. de Ana. *in c. ſi. in 19. col. verſi. adde etiam
text. dicta legis. extra de maledi. & ſi quitu. cum.* Et iſtã
opinionem in effectu tenet Cy. *in l. ſi quis non dicam
rapere. & in ſi. C. de epiſc. & cleri.* qui dicit poſt longam
14 diſtinc. in propoſito. † quod quando commiſſum
eſt delictum culpa ſi eſt lata punitur mitius quam
ſi fuiſſet in dolo. *vt l. in lege Cor. n. ff. ad l. Cornel. de ſi-
ca.* Si leui culpa deliquit adhuc minus punitur. *ff.
de reg. iur. l. quicquid calore,* Si leuiſſima culpa cõmiſ-
ſũ eſt delictũ. etiã adhuc minus punitur delinquẽs,
l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqu. Et pro hoc al-
lego glo. notabilem. l. diſtinc. quantum. quæ vult.
15 † quod licet homicidiũ caſuale non putetur quan-
do quis dat operam rei illicitæ quo ad pœnam ir-
regularitatis, non tamen quo ad pœnam delicti,
quia quo ad illam requiritur perniciosa voluntas.
& ita tenet Io. de Ana. ſequendo illam glo. *in c. ex
litteris. 2. in ſi. extra de homi.* Et iſtam opin. in termi-
nis quæſtionis noſtræ tenet Bal aperte *in l. 3. §. qui a-
cunque in vlt. col. in verſ. quo ad tertium. ff. de ſucceſſor.* vbi
16 dicit eleganter in hæc verba † quod ſi factũ accedit
voluntatem in diuerſa perſona non præſumitur de
dolo, ſed de lata culpa ſi fuit interiata iſta via & ſta-
tutũ nõ intelligitur loq. de culpa quæ non compa-
ratur dolo nec punitur criminaliter. *l. 1. in ſ. ſi. de a
bige. & Cyn. in l. ſi quis non dicam rapere. in ſi. C. de epiſc.
& cler.* quia in pœnis corporalib. requiritur præ-
ciſe dolus, *vt not in l. in actionib ff de in litem iuran.* Et
pro hoc allego id quod not. dixit Ang. *in l. ſi qui cum
17 telo. in fin. C. de ſica.* qui dixit † quod percutiens a-
lium cum non eſſet in diſcrimine vitæ conſtitutus
bene tenetur de percuſſione & occiſione etiamſi
ipſum occidiſſet præter propoſitum, licet non te-
netur *l. Corn.* quia non commiſit dolum, *vt l. ſcien-
tia. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil.* Item pro hoc addu-
co etiam tex. cum glo. ſi. & quod ibi no. Ang. *in l.*

Gracchus. in fi. C. de adul. qui dixit quod pro homicidio commiſſo dolo eſt pœna capitis, ſed abſque dolo pœna exilij ſeu relegationis. Et quia ille qui occidit aliquē culpa leui vel leuiſſ. puta per laſciuiā debet per quinquennium relegari ſeu in exilium mitti, *vt eſt caſus in l. lege Corn. §. 1. ff. ad l. Corn. de fica. & no. Anto. de But. per illum tex. in cap. ſicut dignum. in pen. col in fi. extra de homici. & Pau. de Ca. in l. 1. circa pri. C. vbi ſenatores vel clar.* Si in caſu noſtro cōſtaret manifeſte dictū Perinum cum ſagitta occidiſſe Paulum poſſit, & fuiſſe in lata culpa, quia potuiſſet cauere ab illo & ipſum non offendere deberet in plus puniri, ſed non capitaliter, ſed mitius, *vt tenet Bar. in l. capitalium. §. delinquunt. in verſ. nemo ad finem. in fi. ff. de pœn.* Sed cum in caſu noſtro poſſit dici quod non conſtet quod Perinus fuerit ille qui percuſſerit cum ſagitta d. Paulum cum eſſent plures ſagittantes per vtramque partem rixantium & Paulus vulneratus in pectore ex ſagitta ceciderit in terrā verſus domum illorum de Menegatiis vbi erāt aduerſarij Pauli & volebat tergad. Perino & ſociis vt mihi aſſeritur in facta & conſtat etiam ex atteſtatione vnius teſtis vnde non eſt veriſimile quod fuerit occiſus à d. Perino ex quo volebat ſibi terga & fuit percuſſus in pectore. Et ideo licet Perinus confeſſus fuerit ſe ipſum occidiſſe. tamen non eſt credendum. quia quando confeſſio inculpati non eſt veriſimilis, tunc inſligēdam pœnam capitalem non ſufficit ſola confeſſio etiam ſponte facta, *vt l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtioni. & ita ſingu. no. Bald. in l. ſi quis in hoc genus. Cod. de epiſco. & cleric. Et idem etiam Bald. in l. final in fi. C. de eden. & Alb. de Roſ. in l. fin. in pen. col in fi. C. de accu. Et idē vult Pet. de Anch. in conſi. ſuo quod incip. in Chriſti nomine ex ordine contractuum in vlt.*
18 *col.* qui dicit † quod ad ea quę non ſunt veriſimilia non debet dari fides & idem vult in conſilio quod incipit in Chriſti nomine viſa facta narratione copia te-
19 ſtamenti in 7. col. ad fi. † vbi dicit quod contra id quod non eſt veriſimile quis non debet audiri. *cap. quia veriſimile. extra de præſumptio. & c. ſuper hoc. de renunciatio. facit quod not. Bald. in l. milites. C. de quæſtionibus. & in l. fi. in. C. de falſis. & pro hoc facit optime l. 1. §. quæſtioni fidem. ff. de quæſtionib.* & maxime cum dictus Perinus habuerit multos ſquaſſos nec ipſe potuit bene comprehendere ſi Paulum vulnerauit dum eſſet in furore rixę. nec obſtat quod dicitur de ſagitta cum qua fuit percuſſus dictus Paulus quam dicit Perinus fuiſſe illam quam ſagittauit quia prius viderat eam antequam interrogaretur. & certioratus fuerat quod illa cum qua Paul. fuit vulneratus quę erat ab aliis ſignis pœnitus diuerſa, quia ſi non vidiſſet prius eam maior eſſet dubitatio, ſed quia prius viderat eſt maior ſuſpitio, quod nō dicit veritatem. *argu. l. 1. §. qui quæſtionem. ff. de quæſtioni. & l. prius cum gloſſ. ff. ad ſillanian.* cum itaque non ſit veriſimile ipſum Perinum commiſiſſe dictū homicidium & poſſet faciliter credi quod non fuerit confeſſus. & Paulus occiſus eſſet ſuus Barbanus quem diligebat eum ſcienter & ex propoſito non occidiſſet. *vt dixi per gloſſ. in l. prima. C. ad legem Corneliam de ficar.* dico ſine dubio tenendam eſſe illam opin. quod volens percutere ſi percuſſit alium, vt dicitur non tenetur de homicidio pœna capitali ſed ipſum deberet condemnari arbitrio iudicis. & puto ipſum eſſe banniendum & non maiori pœna puniendum per prædicta. Nec obſtant allegata in contrarium ſupra. Et primo dum dixi quod dans operam rei illicitæ tenetur ſi deliquit etiam extra propoſitum, quia fateor quod debet puniri, ſed non pœna capitali ſeu corporali per prædicta. Et ita intellexit Ioan. de Ana. *in cap. fi. extra de maledi. in 20. colum. qui dicit quod Barthol. debet intelligi in l. reſpiciendum. in fina. ff. de pœna. & ita vult gloſ. l. di. quantum vt ſupra dixi.* Nec obſtat dum dixi quod quis dat operā rei illicitę. & cogitatio veriſimiliter tendit ad finem ſequutū tunc puniri ſecūdum fin. *vt cap. fin. de homici. lib. 6. & l. quoniam multa facinora. Cod. ad l. Iul. de vi.* Quia reſpondetur quod illud procedit quando ille actus poteſt tendere, vt dixi ſimiliter ad illud puta, quando mando vni vt vulneret inimicum meum, & quod non occidat, tunc quia iſtud vulnerare tendit ad finem mortis, quia vulnera non poſſunt dari cum menſura, & tunc tenetur mandans de occiſo vt alias conſului in ciuitate iſta Vincentiæ, ſed non eſt ſic in caſu noſtro, quia ſagittatio facta per Perinum non tendebat veriſimiliter nec tendere debebat ad occidendum Paulum qui erat ſuper ponte remotus ab vtraque parte rixantium. ſi enim fuiſſet commixtus cum aduerſariis volendo mediare rixæ. & Perinus ſagitaſſet contra eos & ſic cogitatum ſuum veriſimiliter potuiſſet tendere ad finem ſecutum, quia facile potuiſſent illum occidere qui eſſet in medio inimicorum volendo inimicos occidere tunc eſſet maior dubitatio. Sed tamen in omnibus iſtis caſibus, ex quo apparet propter conſanguinitatem & parentelam, quod ipſum Paulum non vulneraſſet ex propoſito negari non poteſt. quod illud homicidium feciſſet culpoſe. & non doloſe. Et ſaltem in caſu noſtro non debet meo iudicio puniri pœna capitali.

Similiter nō ob. dum dixi qui cauſam dam. dat. quia illa regula intelligitur quando dicit cauſam damni dat. vel dat damnum doloſe. ſecus ſi culpoſe etiam per latam culpam quia non debet puniri pœna capitali. Vnde ex his concludo ſententiam meam eſſe dictum Perinum non debere puniri pœna capitali, ſed alia pœna arbitrio dominorum iudicū de curia. Et ſi clarius poſſet haberi veritas de innocentia perſonæ per inſpectionem loci vbi erat Paulus quando fuit vulneratus & in quo loco erant rixantes vel per alias probationes vel præ-
20 ſumptiones. poſſent & deberent adhuc recipi. † quia etiam ſponte confeſſo non eſt deneganda facultas ad probandum de innocentia ſua vel de excuſatione ſua vt non fuerit in dolo. *vt l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtio.* nam probationes & defenſiones poſſunt fieri vſque ad ſententiam *a lege ſi quis in ſiurandum. Cod. de rebus cred. & iureiuran. & Cod. de probatio. l. nulli. & l. 1. §. ſi ad diem. ff. de re milita. ſecundum Gand. in tractatu ſuo maleficiorum. in titu. de homicidiis & eorum pœnis circa finem.*

Additio.

a Vſque ad ſententiam.] *Adde quod etiam poſſunt fieri poſt ſententiam conditionalem vt tenet Bart. in l. admonendi. in 3. col. verſi. ad vnum tamen aduerte. ff. de iureiuran. quando autem probationes poſt cõcluſum in cauſa admittantur vide Bal. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduocat. Lud. de Rom. in l. admonendi. de iureiur. d. Alex. & doct. in l. crimine de adult. & in l. fin. C. qui admit. vbi multa vtilia colliget.*

CONSIL. XXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Mandatum ſuſcipiens de vulnerando & non occidendo, ſi occiderit, an de occiſo teneatur, & an ſtante ſtatuto, quod bannitus impune occidi poſſit, in proditorie occidente locum habeat, & an præſtans opẽ ſeu auxilium homicidio eadem mortis pœna teneatur, & an mandans vulnerari, & iniũgens, quod non occidatur, ſi mandatarius vulneret, ex quo vulneratus mortuus eſt, mandans eadem pœna mortis teneatur vel mitiori pœna puniri debeat, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Plura plura committens mortis pœna puniri debet.*

3 *Homicidio regulariter non tenetur qui non habet animum occidendi, licet mors ſecuta fuerit.*

4 *Pœna corporali ad mortem quis non tenetur niſi in dolo delinquens fue it, non autem in culpa lata.*

5 *Vox & fama publica non plene probant.*

6 *Statutum ſi dictauerit, quod bannitus vel alius pro crimine impune occidi poſſit proditorie occidens dicto ſtatuto non iuuatur.*

7 *Vulnerare vel occidere aliquem quis proditorie dicitur, quando vnum actum oſtendit, & aliud in mẽte gerit.*

8 *Homicidij pœna quis non tenetur, quando percuſſit inſtrumento, quod ad inferendum mortem aptũ non erat.*

9 *Aſsiſtens armatus homicidium committentib. qua pœna puniri debeat.*

10 *Statutum in ciuitate tanquam ius commune ſeruandum eſt.*

11 *Aſtans cum armis nõ opem ferre dicatur, licet aliquem actum non faciat.*

12 *Pœna pari an puniatur delinquens vel homicidiũ committens & ei auxilium præſtans.*

13 *Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.*

14 *Voluntas non exitus in malis ſpectatur.*

15 *Opem præſtans non tenetur, niſi crimine conſumato.*

16 *Auxilium vel fauorem delicto præſtãs pœna media puniri debeat.*

17 *Homicidio opem præſtantes ſi mortis cauſam præbuerũt tanquam homicida puniri debeat.*

18 *Culpa maior vbi fuerit, ibi maior pœna eſſe debet cum pœna delicto commenſurari debeat.*

19 *Dynus fuit ſummus & mirabilis legum interpres.*

20 *Mortis cauſam vel maleficij quomodo quis dare vel non dare dicatur, opem vel auxilium præſtando.*

21 *Homicidij & mortis cauſam aliquis præſtare dicitur qui conſilium & operam præſtat.*

22 *Conſenſus cooperationis facit, quod agentes & conſentientes pari pœna puniantur.*

23 *Statuta punientia facientes quomodo etiam auxiliantes punire habeant.*

24 *Lex Corn. de ſic. in quibus caſibus locum habeat.*

25 *Maleficiis voluntas an exitus ſpectetur.*

26 *Culpa lata in l. Cor. pro dolo non accipitur.*

27 *Culpa lata quantum ad pœnam corporalem an dolo æquiparetur.*

28 *Statutum pœna homicidio imponens, dicendo, ille qui occidit occidatur, quibus in caſibus locum habeat.*

29 *Mandans aliquem verberari, ſi mandatarius mandati fines exceſſerit ipſum interficiendo an ipſe mandans teneatur.*

30 *Maleficia quæ fiunt, tunc puniuntur, cum ex corde procedunt.*

31 *Mulier, quæ non malo animo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ accepit, deceſſerit, relegari iubetur.*

32 *Argumentum ab contractibus ad maleficia bonum eſſe dicitur.*

33 *Mandati forma recedi non debet, quotiens aliquid certum mandatum fuerit.*

34 *Homici. committens exertendo qui non punitur.*

35 *Inſultum ſi quiſpiam contra aliquem presbyterum fecerit, & presbyter cum ligone inſultantem in capite percuſſerit, ex quo debitum modum inculpatæ tutelæ exceſſerit, ipſe presbyter nõ eſt pœnitus ab homicidij pœna immunis.*

36 *Verbum pœnitus quomodo interpretur.*

37 *Occidens ſine moderamine inculpatæ tutelæ vt homicida puniendus eſt.*

38 *Verbum videtur præſumptionem ſignificat.*

39 *Præſumptionibus vbi proceditur contra aliquem, iudex multum ſententiam reparare debet in ea condemnationem.*

40 *Mandans & mandatarius quomodo eadem pœna puniantur*

41 *Lex vel ſtatutum ſi dixerit, quod fur manifeſtus furta ſuſpendatur, mandans furtum fieri ſuſpendi non debet.*

42 *Impetrandum in pœnalibus benignius eſt.*

43 *Cauſam qui damni dat, damnum regulariter dediſſe videtur.*

44 *Mortis cauſam quis dare pluribus modis dicitur.*

45 *Maleficium quando perfectum non eſt, potius voluntas quam exitus inſpicitur.*

46 *Delinquit quando quis plus quam cogitauit, quomodo diſtinguendum ſit.*

47 *Delicti ad limites aliquis punitur, quando circa eandem rem vel perſonã in plus deliquit quã putauerit.*

48 *Pœna maior eſſe debet, vbi maius delictum fuerit.*

49 *Mandans omne illud quod mandato vicinum eſt, mandare dicitur.*

50 *Mors regulariter ex quolibet vulnere ſequi poteſt.*

51 *Iudex ſi aliquid faciat, quod non multum à mandato differat, mandati fines exceſſiſſe non dicitur.*

52 *Forma in mandatis ſeruanda eſt, quotiẽs certum mandatum ſit.*

53 *Maleficiis quando dubitatur, an intentio vel euentus inſpici debet, quid videndum ſit.*

54 *Mandans alium, quod aliquem verberet, licet expreſſe prohibeat, ne vllatenus occidatur, vel membro aliquo mutiletur, ſi ſecus fiat, irregularis efficitur.*

55 *Mandando illicitum mandaſſe videtur quod veriſimiliter concomitari poterat.*

56 *Proteſtatio non releuat quando per committentem delictum fit.*

57 *Homicidio culpoſo quis ad mortem non tenetur.*

58 *Iuris ciuilis reliquis partibus punitur quandoq; quis ſecundum effectum ſeu euentum, etiam propter culpam tantum, qua veriſimiliter ad illum effectum tendit.*

59 *Mandatum tranſgrediendo in delictis etiam quis dominum obligat, ſi ad totalem digreſsionem mandatum obligari non poteſt.*

60 *Iudices in leuiorib. cauſis licet ad lenitatem proniores eſſe debeant, ſecus tamen in grauioribus.*

61 *Delictum grauius eſſe dicitur quando officialis aliquis occiſus fuerit.*

62 *Gloſator Ioannes dolet, quod Marcellus opinioni Papinian. contradicat, qui fuit vir acutiſsimi ingenij.*

63 *Veritate recedendum non eſt propter alicuius auctoritatem, q[…]iam amicus Plato, amicus Socrates. ſed magis am[…]a veritas.*

64 *Culpa quæ ad mortem tendit facit vt aliquis de morte teneatur.*

65 *Homicidia quæ ex corde veniunt, puniuntur.*

66 *Poculam etiam libidinis cauſa concedi poteſt.*

67 *Verbum videtur propriè fictionem, nõ præſumptionem denotat.*

68 *Qualitas mandantis & mandatarij diuerſa fuerit, deterior qualitas, quæ eſt in ipſo mandatario mãdanti non nocet.*

69 *Index arbitrium habet minorandi pœnam, quando extra propoſitum delictum fuerit.*

70 *Conſuetudo in primis tãquam lex ſcripta ſeruanda eſt.*

1 IN Chriſti † nomine amen. Si vnquã magnifice domine ac Vincentię vrbis præfecte conſulẽtem & iudicantem oportet cuncta rimari, vt ſcribit Eleucherius Papa. & habetur. 30. q. iudicantẽ. In cauſa in qua ꝑ magnificentiam veſtram à me conſilium requiritur, eo maxime opus eſt cum de vita aut morte non hominis vnius tantum, ſed plurium agatur. nam vbi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendũ. *c. vbi periculũ de elect. in 6. & l. 1. in fi. ff. de carbo. edict. cum ſimilib* & quia circa maiora maius periculum vertitur. *42. diſtin. quieſcamus.* Ideo vt iuſtitiæ & veritati locus eſſe poſſit ac etiam veſtræ dominationi quæ à me conſilium rectũ & iuſtum req̃rit pro virib. ſatis faciam. Vidi cũ omni diligentia ac ſępiſſime totum proceſſum ad me tranſmiſſum cum conſiliis famoſiſſimorũ doc. do. Anto. de Ro. de Are. dñi Frãciſci de capitib. liſte de Padua & do. Ange. de Caſt. & omnib. quæ huic cauſæ conueniri pñt ſæpe ac ſæpius diligentiſſime viſis, ac quantum in me cõſideratis, quia in rebus magnis ſegnius nõ eſt agendum, ſed diligenter inquiſitio eſt facienda, *vt tex. cum gl. 7. q. 4. c. vlt.* Tria tantum dubia principaliter examinanda mihi eſſe vidẽtur. Primũ eſt, an Ambro. de Mediolano q̃ vulnerauit enim vno fachino Bartholomęum del colla quondam magiſtri Leonardi commilitonem ſpectabilis domini poteſtatis Leonici in cruce dextro, ex quo quidem vulnere per vnam horam poſt dict. Bartholomęus mortuus fuit & eſt. teneatur de homicidio, ita quod eſſet in ſortiam veſtram poſſit ad mortem condẽnari & ſi eſt abſens contumaciter banniri poſſit iuxta ſtatuta ciuitatis Vincentiæ, an vero debeat abſolui. Secũdum dubium eſt, an Ianellus de Nouara. q. Ioannis dicti Bocheta famulus Ioan. ab agere qui fuit auxiliator in d. maleficio, & ci armatus ſemper aſtitit qui di[…]itur eſſe in carcerib. deb. at decapitari, an mitiori pœna puniri vel debeat abſolui. Tertium & vltimum dubiũ eſt, an Ioannes agere de Bononia Squadrerius ſpectabilis dñi Antonelli de Corneto quã iniũxit & mãdauit ſupraſcripto Ambro. & Ianello ipſius famulo ꝙ omnino ꝓcurarent inuenire d. Barth. del Colla in aliquo loco apto ad maleficium ꝑpetrandum, & ipſum vulnerarent, aut in facie aut in brachiis, aut in tibiis vel alibi, iniũgẽs tñ expreſſe prędictis Ianello & Ambro. ꝙ ipſum Barth. del Colla nõ occiderẽt, teneatur de homicidio, ita quod debeat decapitari cum ẽt ipſe ſit in carcerib. veſtris conſtitutus, an vero debeat pœna mitiori puniri. In Dei nomine amen. Et inuocata ſpiritus ſancti gratia. Circa primũ dubium quantũ ad Ambro. videtur quod ipſe nullo mõ debeat puniri. Nam ex forma ſtatuti Vincentiæ qui occidit bannitum de vita pro aliquo crimine vel delicto vel illum q̃ adhuc non eſt bannitus condemnatus maleſactor manifeſtus ſiue ẽt occultus de delicto cuius pœna ſit mors non debet mori, nec aliqua pœna puniri immo, debet lucrari centũ li. paruorum à cõi Vincentiæ pro quocunq; & quacunq; vice quod ſtatutum habetur ſub rub. de capientibus bannitis vel cõdemnatis &c. Sed d. Barth. del Colla occiſus dicitur commiſiſſe tot furta in diſtrictu Vincẽtiæ vt

2 videntur dicere aliq̃ teſtes examinati, † quæ ſi cõmiſit ei pœna mortis eſſet imponenda iuxta ea quę habentur *in auten. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. & in l. 1. §. ſi quis quinq; ſolidos. in tit. de pace tenen. in vſib. feudorum. & in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœ. cum ſimi.* ergo videtur quod Ambroſ. qui eum occidit non debeat mori nec aliqua pœna puniri. Secundo videtur ꝙ

3 licet deberet aliqua pœna q̃a † regulariter q̃ ille nõ habet animum occidendi non tenetur de homicidio ad mortem licet mors ſit ſecuta, *vt l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cor. de ſic.* ſed d. Ambroſ. non habuit animũ occidendi, quod patet, quia dicitur in inquiſitione ꝙ cũ d. Ambro. inueniſſet d. Bart. del Colla prope hoſpitale S. Ioannis extra portam Leonici animo & intentione implendi iniũcta ipſi & Ianello vulnerauit ipſum Bartholomæum del Colla vno vulnere letali. nã. d. Ioannes ab agere quod vulnerarent d. Bartho. del Colla & non occiderent, & ſic d. Am. vulnerauit enim cauſa adimplendi mandatum ſibi factum, ſed vt dixi mãdatũ fuit de vulnerãdo & nõ occidendo, ergo ipſe volens exeq̃ mandatũ ſibi iniunctum videtur voluiſſe facere id quod ſibi fuit iniunctũ. ſ. vulnerari & non occidere, ergo videtur quod ipſe Amb. nõ teneatur niſi de vulnere ſecundum quod in animo habuit, non autẽ de occiſo ſecundũ euentum qui ſecutus eſt. Tertio hoc probari videtur quod pœna mortis non teneatur, quia ex forma ſtatuti Vincentiæ homicida non debet decapitari ſi homicidium ſine dolo factum eſt, vt videtur probari in ſtatuto poſito *ſub*

rub.

4 *rub. de homic. cir. prin. ibi ſi. dolo &c.* † Et hoc etiam vi-
detur eſſe de iure cõmnui, videlicet quod quis nõ
tenetur pœna corporali ad mortẽ niſi fuerit delin-
quens in dolo non ſi in culpa etiã lata, *vt eſt tex. in l.
in lege Cor. ff. ad l. Corne. de ſic. & no. glo. in l. in actionibus.
ff. de in litem iura. & ibi per docto. & Bar. in l. quod Nerua.
ff. depoſi. & dicã infra plenius in tertio dubio princip.* Sed
d. Ambroſius licet reſpectu vulneris fuerit in do-
lo, tamẽ reſpectu mortis inde ſecutæ videtur quod
fuerit tantum in culpa & non in dolo, ex quo dici-
tur, quod non habuit animum occidendi ſed tan-
tum vulnerandi ſecundum mandatum ſibi iniun-
ctum à Ioanne ab agere. Sed teneo q; his non ob-
ſtantibus contrarium eſt verius. ſ. quod immo de-
beat ad mortẽ condemnari ſi eſt præſens, alias ſi eſt
contumaciter abſens debeat banniri. nam proba-
tum eſt ipſum Ambroſium occidiſſe d. Bartholo-
mæum del Colla & doloſe hoc feciſſe, ergo ipſe
deberet ſi eſſet præſens ad mortem condemnari, *vt
l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corn. de ſic.* vel ſi non eſt præſens de-
bet banniri. Et hoc etiam probatur ex forma ſta-
tuti ciuitatis Vincentiæ poſiti ſub rub. de homici.
vbi dicitur ſtatuimus quod ſi quis aliquem inter-
fecerit & homici. captus fuerit capite puniatur ni-
ſi liquide per idoneos teſtes conſtiterit dictum ho-
micidium ſe defendendo & cum moderamine in-
culpatæ tutelæ feciſſe vel aliquo fortuito caſu ſine
dolo. & ſi cõdemnatus capi non poterit perpetuo
ſit bannitus, ſecundũ ordinata in ſtatutis Vincen-
tiæ ſub rub. quæ forma ſeruari debeat in malefa-
ctoribus banniendis & condemnandis de crimine
cuius pœna ſit mors vel membri abſciſio.

Nec iuuare poteſt ipſum quod ſupra in contra-
riũ dixi, videlicet quod d. Bartholomæus del Col-
la occiſus commiſerat furta ex quibus pœna mors
erat, quia illa furta non ſunt plene ac ſufficienter
probata. Nam quaſi omnes teſtes loquũtur de au-
ditu & ſic non probant. vt habetur *in l. teſtium. C. de
teſtib. & in c. cum cauſam. extra de teſtib.* ali qui etiam
teſtes ſunt in facto proprio *cõtra l. omnib. C. de teſtib.*
& aliqui habent conſimilem cauſam, quia eis fur-
tum ab iſto Bartholomæo del Colla factum fuiſſe
dicunt. *arg. notatorum in c. perſonas extra de teſtib.* & a-
liqui ſunt ſingulares quib. fides plena non eſt ad-
hibenda, *vt in c. cũ dilecti & c. bona memoria Magunti-
na extra de elect. & in c. licet cauſam. extra de probat. &
habetur in l. teſtiũ C. de teſtib. & per Bal. in l. 1. C. de teſtib.
cũ ſimil. b.* Nec ſufficit dictũ vltimi teſtis, videlicet
Martini Ioãnis de Valle Brambana qui dicit quod
eſt publica vox & fama quod eſt malę conditionis
& famæ & publicus latro maximè apud cognoſcẽ-
tes ipſum, nec etiam d. veriſimili de Binilaqua qui
5 idem in effectu dicit. † quia publica vox & fama
non probat plene, *vt eſt glo. ordi. in cap. 1. extra de ap-
pe. & glo. in l. 3. §. eiuſdem quoque principes. ff. de teſtibus.*
& maxime in criminalibus in quibus probationes
debent eſſe apertiſſimæ, *vt l. fin. C. de probatio. vt notat
glo. not. in cap. veniens el primo. extra de teſtib. & habetur
per doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & per Barto. in l. de
minore. §. tormenta. ff. de quaſt. & per Salyc. in l. ea quidem
C. de accuſa.* Præterea etiam ſi in veritate d. Bartho-
lomæus del Colla occiſus fuiſſet bannitus de Vin-
centia & eius diſtrictu propter delictum, ex quo
veniret mors inferenda, vel etiam eſſet apertiſſime
probatum quod tot furta commiſiſſet ex quibus
pœna ſit mors, & ſic regulariter potuiſſet occidi vi-
gore antedicti ſtatuti Vincentiæ, tamẽ dictus Bar-
tholom. non potuit impune occidi eo modo quo
6 occiſus eſt. † Nã ſtante ſtatuto quod bannitus vel
alius pro crimine poſſit impune occidi occidens
proditorie non iuuatur dicto ſtatuto, *vt l. fin. C. de
delatorib. lib. 10. & ibi hoc notat Angel. per illum tex.* Ni-
ſi eſſet bannitus vel cõdemnatus crimine læſæ ma-
ieſtatis vt ibi probatur. ſed dictus Bartholomæus
del Colla fuit à dicto Ambroſio occiſus prodito-
riæ, ergo ipſe Ambroſius iuuari non poteſt dicto
ſtatuto, quod autem ipſum proditorie occiderit
7 probatur ſic. † Nã proditorie dicitur quis aliquem
vulnerare vel occidere, quãdo vnum actum oſten-
dit & aliud in mente gerit, *vt not. in l. 1. ff. de præuari-
ca. & in l. 4. ff. ad legem Iul. maieſta. & not. eleg inter Bar-
tol. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & ſequitur
Bald. in c. 1. in princip. in tit. quibus modu feudum amittat.*
ſed iſte Ambroſius qui occidit habito colloquio
cum Ianello, & econtra dederunt ordinẽ de tinen-
do dictum Bartholomæum del Colla ad verba, vt
Ambroſius prędictus poſſit habilius mandatum i-
pſis, vt ſupra factum adimplere, & ita fecit quia
Ianellus dixit ipſi Bartholomæo quo tẽdis? qui re-
ſpondit ego vado ſpatiatum. & in his verbis Am-
broſius prædictus præterijt, & cũ fuit poſt d. Bart.
penſate euaginato vno fachino vulnerauit ipſum
Bartholomæũ, ex quo mortuus eſt, & ſic ipſe Am-
broſius vnum actum oſtendit. ſ. per interrogatio-
nem factam per dictum Ianellum inter eos ordi-
natam, videlicet quo tendis, quaſi velit ſcire quo
tenderet, & alium actum in mẽte gerebat. ſ. ipſum
vulnerare, & ordinauerat, & fecit. ergo verum eſt
dicere quod ipſum Batholomæũ Ambroſius pro-
ditorie vulnerauerit ac etiã occiderit. Et per con-
ſequens dicto ſtatuto ciuitatis Vincentiæ, dictus
Ambroſius iuuari nõ poteſt. Ex his apparet quod
prima ratio ſupra in contrarium adducta non ob-
ſtat. Secunda etiam ratio in contrarium adducta
non valet, dum dicitur quod dictus Ambroſius
non habuit animum occidendi dictum Bartho-
lomæum. ſed vulnerandi ex quo illud quod fecit
dicitur feciſſe animo exequendi mandatum ſibi
commiſſum. ſed mandatum fuit de vulnerando &
non occidendo, ergo non debet teneri de morte
per l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Corneli. de ſicar. quia illa ratio
8 procederet, † quando inſtrumentum cum quo
percuſſit nõ erat aptum ad inferendum mortem,
tunc enim non eſſet pœna homicidij, *vt d. l. 1. §. ſed
ſi claua. ff. ad legem Corneliam. de ſicariis*, ſed quia in-
ſtrumentum cum quo percuſſit, videlicet ſachi-
nus, qui gladius vel enſis eſt, erat aptum ad infe-
rendum mortem, *vt extra de homicid. c. ſignificaſti ad
finem. & eſt caſus in d. l. 1. §. diuus. ff de ſica. & facit opti-
me tex. in l. omne delictum. §. ſi quis commilitonem. ff. de
re milita. & l. 1. C. de emendatio. ſeruorum.* nam licet
dicatur quod ipſe non habuerit animum occiden-
di, tamen tunc perinde eſt ac ſi animum occiden-
di habuiſſet, *vt probatur in d. §. diuus. & in d. c. ſignifica.*

ſrita in terminis tenent Bal. & Saly. in l. cum mandanti. C. manda. Et idem notat & ſequitur dominus meus domi. Ioan. de Ana. *in c. ſicut dignum in 3. col. in princi. extra de homicid.*

Et ex his ceſſat etiam tertia ratio ſupra in contrariũ adducta, quia non eſt verum quod ipſe Ambroſius fuerit tantum in culpa reſpectu homicidij, licet fuerit in dolo reſpectu vulneris. Nam immo etiam reſpectu homicidij dicitur fuiſſe in dolo, ex quo percuſſit ipſum Barthol. cum gladio, *vt dixi per d. §. diuus.* Et pro prædictis optime faciunt quæ dixi infra in tertio dubio principali. Concludo igitur ex prędictis quòd dictus Ambroſius propter dictum homicidium per eum commiſſum proditorie tenetur de occiſo pœna mortis, & ſi eſt contumaciter abſens debet banniri de morte ſecun-
9 dum formam ſtatutorũ Vincentiæ. † Circa ſecundum dubium principale, an d. Ianellus qui fuit auxiliator in dicto maleficio & ei armatus ſemper aſtitit, qui nunc dicitur eſſe in carcerib. debeat pœna mortis nõ puniri, an vero alia mitiori pœna vel abſolui. Et per ea quæ dicta ſunt in præcedẽti dubio ſatis apparet deciſio etiam huius dubij. nam ſicut Ambroſius principalis qui occidit non debet abſolui, ita nec dictus Ianellus qui fuit auxiliator etiam proditorie, vt apparet ex inquiſitione confeſ-
10 ſata, & ex his quæ dixi in dubio præcedẽti. † dubitari poſſet qua deberet puniri, & ſi de auxiliatore vel aſſiſtente maleficio eſt ſtatutum in ciuitate Vincent. illud eſt ſeruandum tanquam ius commune. *l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure cum ſimilib.* De iure autẽ communi eſt etiam dubitatio & antequam iſtud declarẽ. Ego in primis præſuppono quòd dictus Ianellus in dicto maleficio fuit ei auxiliator & ei maleficio ſemper aſtitit, vt dicitur in inquiſitione per ipſum Ianellum & Ambroſium confeſſata & ratificata, & ſic ipſe Ianellus dicitur præſtitiſſe opem maleficio. nam quandò duò ſimul ſtant & vnus committit maleficium & alter aſſiſtit ex hoc ſolo quod ſecum ſtat armatus dicitur præſtare opẽ & auxilium, *vt ſingulariter not. Inn. in c. continentia. extra de cle. percuſ. & idem not. Bald. in cap. 1. circa prin. in tit. de beneficio fratris in vſibus feudorum. & Ange. de Areti. in ſuo tractatu maleficiorum in gloſ. in verbo dicto maleficio ſuper aſtitit. in verſ. quæro quando duo ſimul ſunt. & idem Bald. in l. raptores ante finem C. de epiſcop. & cleric.*
11 vbi dicit ſecundũ Innoce. † quòd ille qui ſtat cum alio armatus dicitur ei ferre opem, licet non faciat aliquid in actum. *ſ. legit Inno. in d. c. continentia.* Et dicit hoc ſſ. menti tenendum. quod eſt intelligendum quando aſtitit, vt habilius maleficium alius committere poſſit, alias ſola præſentia non ſufficeret, vt diceretur opem vel auxilium præſtitiſſe maleficio, vt notat Bar. & Lud. de Roma. *in l. 1. § ſed ſi in eo ff. ad Syllan. & Angelus de Aretio in tract. circa finem gl. prædictæ* ſicut fuit in caſu noſtro quia dictus Ianellus ibi aſtitit ad hoc vt Ambro. habilius dictum maleficium perpetraret & inter eos habitus eſt tractatus de hoc in inquiſitione dicitur.

Videndum eſt modo qua pœna dictus Ianellus qui opem & auxiliũ præſtitit dicto maleficio puni-
12 ri debeat. Et in hoc varia reperiuntur iura. † nam aliqua iura videntur velle quod delinquens vel homicidium committens & ei auxilium ſeu opẽ præſtans pari pœna puniatur, vt probari videtur *in l. is cuius opem. ff. ad l. Iuliam, de adulter. & l. 1. §. incidit. ff. ad Turpil. & in l. 1. & l. vtrum ff. de parrici. & in l. qui opem. ff. de fur. & in l. 2. §. diuus ff. de iure fiſci. & in l. ſi quenquam, in fine C. de epiſco. & cleric. & in l. quiſquis in fin. C. ad legem Iuliam maieſtat. & in l. vnica. C. de rapto. virgi. & in l. nihil intereſt. ff. ad l. Cornel. de ſica. & in c. de cætero. extra de homicid.* in quibus omnibus iuribus videtur probari, quod auxilium ſeu opem maleficio prętantes & maleficium committentes ea-
13 dem pœna puniantur. † Item pro hoc quia agentes & conſentientes pari pœna puniuntur, *vt eſt tex. in c. 1. extra de offic. delegat. & in c. quanta præſum-*
14 *tiones. extra de ſenten. excommunica. cum ſimil.* † Item quia in malis voluntas ſpectatur non exitus, *vt l. diuus. ff. ad legem Corneliam de ſicariis. & l. qui ea mente. & l. verum. ff. de furtis.*

Aliqua alia iura videntur velle quod eadem pœna non puniantur, ſed minori, vt probatur *in l. vnic. C. de Nili aggeri. non rumpend. & l. is qui opem. ff. de furt. & l. 1. §. de raptu virgi.* quæ punit ſolum committentem eadem pœna. *& in l. ſi publicani in fine. ff. de publicanis.* vbi eſt optimus textus, & optime etiam probatur *in cap. ſicut dignum. in §. ille etiam extra de homicidio.* Item quia auxiliantes conſtat minus deliquiſſe quam ipſum homicidam. nam ille homicida quandoque pro omnibus punitur, *vt l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iuliam de vi. Item quia lex ſi in rixa. ff. ad legem Corneliam de ſicariis* iubet vt quando in rixa factum eſt homicidium ictus cuiuſque debet contemplari vt appareat, ex cuius vulnere mors ſit ſecuta. quaſi velit quod illi qui intulerunt non mortalia non puniantur in tantum cum inter criminis reos & fraudis participes nihil interesse iura conſtituunt, *vt dicit tex.*
15 *in d. l. ſi multi publicani in fine.* † Item quia de ope quis non tenetur niſi conſumato crimine ſeu maleficio, *vt l. ſæpe in fine. ff. de verb. ſignific.* Et propter iſta iura quæ videntur inuicem contrariari doctor. in hac quæſtione etiam varia ſcripſerunt. Nam iſtam ſecundam partem, videlicet quod præſtans auxilium ſeu opem maleficio & committens ipſum maleficium non tenetur eadem pœna tenuit Martyn. Syl. & eum ſequi videtur Iacob. But. *in l. 1. C. ad l. Iul. pecul. vt refert Sal. in l. 1. C. de rap. virg.* vbi plene examinat iſtam quæſtionem Rayn. de Forli. in hac quæſtione fuit in alia opin. & ſic diſtinxit: aut agitur criminaliter, & pari pœna puniuntur per iura primo loco allegata. *fallit in l. 1. Cod. de rap. virg. & l. 1. C. de Nili agge. non rumpend.* Si ciuiliter agitur tunc media pœna imponitur, *vt d. l. is opem ff. de furt.* Sed hæc diſtinctio non placet Bart. *in d. l. is qui opem. ff. de furt. per eandem legem.* Nec etiam placuit Sal. *in dict. l. vni. C. de rap. virgin.* quia etiam vbi ciuiliter agitur eadem punitur, *vt l. 2. §. diuus. ff. de iure fiſci.* & in furto non manifeſto in quo in tantum punitur opem præſtans ſicut fur, *vt dict. l. is qui opem. & l. ſæpe in fine. ff. de verborum ſignification. Et ideo Barto. in dict. l. is qui opem, fuit in tertia opinione.* & aliter dixit,

dixit, videlicet, quod regulariter præſtans opem
punitur eadem pœna qua principalis delinquens
ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter. *per legem is*
cuius opem. ff. ad l.Iul. de adult. & l.i. § sucidit. ff. ad Tur-
pillia. cum ſimilibus. Fallit in caſibus. *d.l.i. C. de rap. virg.*
& l.i. C. de Nili agger. non rumpen. Item fallit quando
qualitates propter quas pœna debet augeri vel mi-
nui ſunt diuerſæ in perſona facientis & opem præ-
ſtantis. quod declarat ibi plene & magiſtraliter. Sed
doct. antiqui, videlicet Dyn. de Muſello, & d. Bo-
nagratia & quidam legum doctores quibus dicta
quæſtio fuit tranſmiſſa decidenda valde dubitaue-
runt propter iura & varia. & poſt multas allegatio-
nes fuerunt in alia opinio. & concordia, vt refert
ſe vidiſſe Albertus de Gaudio optimus practicus
in materia maleficiorum in ſuo tractatu de malefic. in ru.
16 *de homicidiariis* † videlicet quod præſtans auxilium
vel opem maleficio debeat puniri media pœna qua
homicida debet puniri, vel ex forma iuris commu-
nis vel ſtatuti. & hoc dixerunt argum. iurium pro
hac parte allegatorum. & maxime *argu. l. is qui opem*
ff. de furtis. vbi dicitur quod ille qui præſtat opem
furto manifeſto non tenetur pœna quadrupli, ſi-
cut fur ipſe tenetur, ſed tenetur pœna dupli quia
non eſt fur manifeſtus, ſicut dixerunt in caſu no-
ſtræ quæſtionis quę dicit opem præſtantem homi-
cidæ non debere puniri ſicut homicida. *facit c. ſicut*
dignum. §. 2. extra de homic. Item induxerunt d. l. ſi multi
publicani in fin. ff. de publ. vbi dicitur quod inter reos
criminis & participes multum intereſſe iura con-
ſtituerunt. Item quia de ope quis non tenetur niſi
crimine conſummato, *vt d. l. ſæpe in fi. ff. de ver. ſign.* ſed
principalis tenetur etiam ſi crimen non ſit cõſum-
matum, *vt ff. de pœnis. l. cogitationes. & l. i. §. diuus. ff. de*
ſica. & l. is qui cum telo C. eo. titu. cum ſimilib. Sed præ-
17 dicti doctores dixerunt bene eſſe notandum † quod
a ſi iſti qui homicidio opem præſtiterunt præbue-
runt cauſam a mortis vel cauſam dicti homicidij,
quod eo caſu auxiliantes tanquam homicidæ pu-
niuntur. Et cum hac opinione tráſit dictus domi-
nus Albertus de Gandino in dicta rubrica de ho-
micidiariis. & eam in effectu refert Cyn. qui allegat
etiam Gandinum *in d. l. i. C. de Nili agger. non rumpen.*
qui in effectu diſtinguit ſecundum Dyn. & præfa-
tos doctores antiquos, aut ille qui tulit opem ho-
micidio dedit cauſam mortis & tenetur vt homici-
da, & eadem pœna qua ipſe homicida, *vt d. l. nihil*
intereſt. ff. de ſi. aut non dedit cauſam mortis, & tunc
punitur media pœna, *vt d. l. is qui opem ff. de furt.* Et
iſtam ſecundum diſtin. intelliguntur omnia iura
ſuprâſcripta quæ inuicem videntur contraria. &
tandem Cy. *in d. l. vni. de Nili ag. non rũ.* dicit quod dubi-
tatur & non ſe firmat. Sed do. Bartho. de Saly. *in d. l.*
vni. C. de raptu vir. reiectis aliis opi. tenet & ſequitur
hanc vltimam opi. Dy. & doc. antiquorum dicens
quod inficiari non poteſt quod maior culpa eſt in
eo qui opem præſtando præbet cauſam mortis vel
alterius delicti quam qui cauſam non præbet licet
18 operam præſtet. † Ergo vbi eſt maior culpa ibi de-
bet eſſe maior pœna cum pœna debeat commen-
ſurari delicto. *vt l. diuus. 2. ff. de ſal. & l. miles. § mulier.*
ff. de adu. & l. i. C. de his qui latr. aſſociant. Et dicit quod

hanc rationem ponderat Theologus & Canoniſta
in c. ſicut dignum. extra de homi. & conatur reſponde-
re iuribus in contrarium adductis. Et ego hanc o-
pi. firmiter teneo in conſulendo & iudicando, vi-
det aut in præſtando opem ſeu auxilium maleficio
dedit cauſam maleficij, & tunc præſtans opem &
faciens regulariter eadem pœna puniantur *per l. ni-*
hil intereſt. ad l. Cor. de ſica. & in hoc etiam Bart. non con-
tradicit, immo idem vult in d. l. is qui opem. ff. de fur. dum
dicit quod faciens. & opem præſtans maleficio re-
gulariter tenentur eadem pœna, & *alleg. in d. l. nihil*
intereſt. aut non dedit cauſam maleficij, & tunc
media pœna eſt puniẽdus præſtans opem ſeu auxi-
lium *per d. l. is qui opem. ff. de furtis. Et Salic. in d. l. vnica.*
C. de rap. vir. intelligit mediam pœnam id eſt mitio-
rẽ quæ media dici poteſt habito reſpectu ad mor-
tem & grauiorem. Et pro iſta diſtinctione dicit
quod facit ratio quam ſupra ſecundum cum alle-
gaui *& d. l. vni. & l. i. C. de Nili agge. nõ rumpen.* Nec per
hoc reprobo id quod notat Bar. *in d. l. is qui opem,* de
qualitatibus quæ ſunt diuerſę inter committẽtem
delictum & ſibi præſtantem auxilium ſeu opem.
Et prædicta vltima diſtinctio videtur mihi non ſo-
lum vera immo iuridica & rationabilis & etiam
valde æqua. & corroboratur etiam auctoritate Dy.
19 † qui fuit vir ſummus & mirabilis legum interpres
& aliorum doctorum antiquorum qui ita concor-
diter in quæſtione facti deciderunt & auctoritate
Alberti de Gandino qui eos ſequitur & fuit opti-
mus practicus in materia maleficiorũ vt dixi adeſt.
etiam adeſt auctoritas Salycet. quæ non eſt parua.
20 † Sed quomodo & qualiter quis dicatur præſtan-
do opem ſeu auxilium dare cauſam mortis vel ma-
leficij vel non dare cauſam. *Et hoc doc. no. declarant*
in locis præalleg. Et tamen mihi neceſſarium eſſe vi-
detur hoc declarare & ponere aliqua exempla vt
intelligi poſſit quando præſtãs opem ſeu auxilium
teneatur eadem pœna cum principali malefacto-
re. Et primum exemplum eſt quod ponit gloſſ. *in d.*
l. nihil intereſt. ff. ad l. Cornel. de ſicar. videlicet ſi dedit
gladium furioſo vt alium occideret. *arg. l. 3. in princ.*
& §. 1. eo. tit. Secundum exemplum eſt ſi vnus tenuit
alius interuenit. nam is qui tenuit quaſi cauſam
mortis præbuit, vt dicit tex. *in l. item mella §. ſi alius*
tenuit. ff. ad leg. Aquiliam. Tertium exemplum eſt ſi
conſilio. Quartum ſi præcepto. Quintum ſi ope-
re quis dicitur cauſam mortis vel maleficij dediſ-
ſe, vt eſt pulcher textus *lege diſtinct. ſicut viduam,*
& notat gloſſ. 1. in princip. in capit. de cætero extra de ho-
micidio.

Sextum exemplum eſt ſi ſuggeſtione, *vt in cap.*
ſicut dignum. §. qui vero. & ca. ſuſcepimus. in fin. extra de
homic. & no. gloſſ. in dict. capi. de cætero. vide etiam omni-
no text. cum gloſſ. in verbo quolibet. in leg. ita vulnera-
tus. in princip. ff. ad leg. Aquiliam. His ſic plene decla-
ratis redeo ad quæſtionem, an ſcilicet dictus Ianel-
lus qui fuit auxiliator in dicto homicidio & ei ſem-
per aſtitit de iure communi debeat puniri eadem
pœna qua debet puniri Ambroſius qui cõmiſit ho-
micidium & ſic pœna mortis vt dixi in præcedenti
dubio principali ſecundũ opinionem Bar. dicendũ
quod ſic. quia regulariter ſecundũ eũ puniuntur eadẽ

pœna, *vt ipſe no. in d. l. is qui opem.* Sed ſecundum opi.
Dy. & aliorum doctorum antiquorum quam ſu-
pra tenui eſt videndum, an d. Ianellus præſtando
opem & auxilium dicto homicidio videatur dediſ-
ſe cauſam homicidij, & ſic mortis dicti Bartholo-
mæi del colla occiſi vel non. Et puto eſſe dicen-
dũ quod ipſe præſtiterit cauſam homicidij & mor-
tis per conſequens eadem pœna mortis teneatur,
ſicut tenetur ipſe Ambroſius principalis qui occi-
21 dit. † Nam vt dixi ſupra in tertio & quinto exem-
plo ille dicitur præſtare cauſam homicidij & mor-
tis qui conſilium vel operam præſtitit, *vt eſt tex. l.
diſt. ſi quis viduam. & no. gloſ. in d. c. de cætero. extra de
homici.* ſed dictus Ianellus præſtitit conſilium & o-
peram in dicto homicidio, quod patet quia dici-
tur in inquiſitione quod cum prædicti Ianellus &
Ambroſius inueniſſent prædictũ Bartholomæum
del colla prope hoſpitale ſancti Ioannis extra por-
tam leonici prędictus Ianellus animo & inteutio-
ne adimplẽdi quæ ſibi à dicto Ambro. iniũcta fue-
rũt p dictũ Ioannem ab agere habito ordine cum
ſupraſcripto Ambroſio detenẽdo ipſum Barth.
ad verba vt Ambroſius prædictus habilius facere
poſſet mandatum ſibi factum dixit ipſi Bartholo-
mæo quo tendis, qui reſpondit, ego vado ſpatia-
tum, & in his verbis Ambroſius prædictus præte-
riit, & cum fuit poſt d. Barth. penſate & prodito-
rie vulnerauit cum vno fachino, ex quo vulnere
mortuus fuit & eſt ad vnam horam. Ex hoc enim
quod fecerunt conſilium ſeu ordinem de tenendo
ipſum Bart. in verbis, & ſic ipſe Ianellus tenuit cũ
in verbis ad hoc vt Ambroſius facilius poſſet di-
ctum maleficium cõmittere dicitur pręſtitiſſe cõ-
ſilium & operam d. homicid. facit ad hoc. *d. l. item
Mela. §. ſi alius tenuit. ff. ad l. Aquil.* & ſic per hoc di-
citur ipſe Ianellus præſtando opem & auxiliũ con-
ſilio & opera dediſſe cauſam homicidij & mortis.
& per conſequens concludendũ eſt quod ipſe te-
netur eadem pœna qua tenetur Ambroſius qui d.
homicidium commiſit. & ſic cum ipſe Ambro. te-
neatur de homicidio pœna mortis, vt dixi in præ-
cedenti dubio principali. ita etiã tenetur d. Ianel-
lus. Et pro prædicta deciſione adduco glo. ord. *in c.
t. extra de offi. dele.* quæ dicit quod illa iura quæ di-
22 cunt, † quod agentes & conſentientes pari pœna
puniũtur intelligantur quando eſt cõſenſus coo-
perationis, quia tunc æqualiter pereunt. & ita et-
iam tenet Bal *in l. raptores ante fin. C. de epiſ. & cle. per
d. gloſ. Et idem not. gloſ. in c. quanta. extra de ſen. excom.
quam ſequitur ibi d. Ant. de Bu.* † qui dicit eſſe no. pro-
23 pter ſtatuta punientia faciẽtes vt punire cenſean-
tur etiam auxiliantes, vbi auxilium eſt cooperati-
uum. Vnde cõcludo quod de iure communi cum
in caſu noſtro ipſe Ianellus præſtiterit auxilium
cooperando quod debet decapitari. Niſi ſtatuta
Vincentiæ in hoc aliter diſponunt quæ non vidi.
Sed ſi ſuper hoc aliqua reperiſtur eis ſtandum eſt
& ſecundum eã iudicandum, vt dixi ſupra *per l. o-
mnes populi. ff. de iuſti. & iure. cum ſi.* Circa tertium &
vltimum dubium an ſ. Ioannes ab agere de Bono-
nia qui iniunxit & mandauit ſupraſcriptis Ambro
ſio & Ianello eius famulo quod omnino procura-
rent inuenire d. Bartol. del colla in aliquo loco, a-
pto ad huiuſmodi maleficium perpetrandum & i-
pſum vulnerarent, aut in facie, aut in brachiis, aut
in tibiis, aut alibi. iniungens tamen expreſſe præ-
dictis Ianello & Ambroſio quod ipſum non occi-
derẽt, teneatur de homicidio ita quod debeat de-
capitari, cum etiam ipſe ſit in carceribus detentus,
an vero debeat pœna mitiori puniri. Et in hoc du-
bio principali non puto eſſe diſputandum, an ipſe
debeat in totum abſolui, ex quo dicitur quod ille
Bart. del colla occiſus commiſerat tot furta ꝙ po-
tuit impune occidi vigore ſtatuti Vincentiæ, quia
vt dixi in ſi. dubio princi. illa furta non ſunt ſuffi-
cienter probata, & etiã ſi eſſent probata ſufficien-
ter, tamen non potuit impune occidi proditorie
ſicut occiſus fuit, vt dixi in dicto primo dubio
principali. Solum ergo reſtat videre & examinare,
an teneatur de occiſo ita quod debeat mori ſeu
decapitari, an vero mitiori pœna puniri. Et vide-
tur primo ꝙ pœna mortis puniri non debeat, ſed
24 aliter mitius puniri. † Primo quia lex Corn. de ſica.
quæ punit homicidas pœna mortis non habet lo-
cum in illo qui non habuit animum occidendi, ta-
lis enim pœna mortis nõ debet puniri, ſed mitio-
ri, vt eſt text. *in l. 1. §. diuus. & §. ſed ſi clamã ff. ad l. Cor.
de ſica. & in l. 1. cum glo. C. eo. titu. & not. gloſ. ordi. Ioan.
teutonici. 2. q. 5. conſuluiſti in gl. 1. in princ. ſed d.* Ioannes
ab agere non habuit animum quod homicidium
fieret, q̃a expreſſe prohibuit quod Bartholomæus
del colla non occideretur, vt probatur *in l. Labeo ad
finem. ff. de ſupel. legat.* vbi pulchre dicit Celſus iuriſ-
conſultus ſecundum Tuberonem non arbitrari
quendã dicere quod nõ ſentiret cum nemo exiſti-
25 mãdus eſt dixiſſe quod nõ mente agitauerit. † Se-
cundo ad idẽ quia in maleficiis voluntas ſpectatur
non exitus, *vt l. diuus Adrianus. ff. ad l. Cor de ſica. Et no.
gloſ. in l. is qui cum telo. C. eo. tit.* ſed voluntas Ioannis
ab agere, vt dixi fuit quod Bartholomæus del col-
la vulneraretur tantum & nõ occideretur, licet er-
go euenerit quod fuerit occiſus videtur quod ille
euentus ſpectari non debeat, ſed eius tantum vo-
luntas. Tertio hoc etiam probari quod ſic ad hoc
vt quis teneatur de occiſo pœna mortis. *l. Cor. de ſi-
ca.* requiritur dolus & nõ ſufficit etiam lata culpa.
26 † quia culpa lata in leg. Cornel. pro dolo non ac-
cipitur, *vt eſt text. in l. lege. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & no.
gloſ. in l. is qui cum telo. C. ad l. Corn. de ſica. Et not. gloſ. in
l. ſed & quæcunque, in princi. in verbo iniuria, ff. ad l. Aqu.
Et no. AZo in ſumma. C. ad l. Corn. de ſica.*
27 † Immo plus non ſolum quantum ad imponen-
dam pœnam mortis, ſed etiam pœnã corporalem
lata culpa non æquiparatur dolo, *vt eſt gloſ. not. in l.
act. ff. de iu iur. iurando. & ibi per doctores. Et no. glo. in ver-
bo culpam, in l ſi. mera. ff. ſolu. matri. & no. per Barto. in l.
1. §. 1. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. fue. Et ideo dicit Bal. in. l.
quicunq; C. de ſer. fugi.* quod vbicunque de pœna ca-
pitali vel loquimur ſubintelligitur dolus *per not. in
28 d. l. in act. & inſti. ff. de ſuſpect. tut. §. ſuſpectus.* † In tan-
tum quod ſi ſtatutum imponeret pœnã perſona-
lem pro homicidio, vt quia dicit occidẽs occidatur
doloſe & cum propoſito non habet locum pœna
ſtatuti vel ius cõmune, ſed aliter debes mitius pu-
niri,

niri, *vt nor. facit Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. & habetur per Bart. in d. l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue. Et idem no. ipſe Bal. & Salyc. in l. 2. C. de noxal. Et Saly. in l. pe. C. ad l. Corn. de ſica. & idem tenet Pau. de Ca. in l. 1. in fi. ff. de legib. & in l. 1. C. vbi ſena. vel cla.* vbi exclamat
contra iudices ignorantes qui neſciũt à verbis ſta-
tuti recedere. facit quod not. Bal. *in l. non dubium. in 6. col. in princ. in verſ. eodem modo ſi ſtatutum diceret. C. de legib.* Sed do. Ioannes ab agere, licet fuerit in dolo
quantum ad vulnus tamen quantum ad homici-
dium non videtur quod fuerit in dolo, quia illud
euenit præter & contra propoſitum & voluntatem
ſuam, vt apparet ex eius mandato, & videtur eſſe
caſus ad literam de hoc. ſ. quod reſpectu homici-
dij ſequuti fuerit tamen in culpa & non in dolo *in c.*
29 *fi. de homi. in 6.* † Nam ibi dicitur quod ſi aliquis man-
dat aliquem verberari, ita quod eum non occidat
ſi mandatarius exceſſit fines madati, & ſic ipſum
occiderit mandans fuit in culpa mandando cum
hoc euenire poſſe debuit cogitare. Videtur quod
ipſe Ioannes ab agere, cum tantum fuerit in culpa
etiam lata reſpectu homicidii quod pœna corpo-
rali puta mortis puniri non debeat. Et per illum
tex. principaliter pro iſta parte cõſuluerunt famo-
ſiſſimi docto. do. Ant. de Roſellis de Aretio, d. Fran.
de Capitib. liſte de Padua, & d. Ange. filius quon-
dam d. Pau. de Ca. Quarto hoc videtur decidere gl.
no. *in c. 1. in verbo non procurauerit extra de conuer. infide.*
30 quæ decidit † quod in lefi. ia quæ fiunt tunc pu-
niuntur cum ex corde ad hoc procedunt, *vt 15. q. 1. c. 1. in fi. Et idem dicit glo. in c. ſi quis. in verbo occidendi. extra de homi.* quæ dicit no. quod ex corde procedunt
homicidia & adulteria. *alleg. 23. q. 8. occidit & d. c. 1. in fi.*
Sed ex corde Ioann. ab agere non proceſſit, vt Bar-
tholomęus del colla occideretur, vt apparet ex eius
mandato, ergo videtur quod de homicidio non
debeat teneri. Quinto hoc probari videtur *in l. 3. §.*
31 *ſed ex ſenatuſconſ. ff. ad l. Corn. de ſica.* † vbi dicitur quod
mulier quæ non malo animo medicamentum ad
conceptionem dedit, ex quo ea quæ acceperit de-
ceſſerit relegari iuſſa eſt ad idem *leg. ſi mulierem ff. ad*
32 *l. Corne. de ſic.* Sexto hoc ſic probari poteſt. † Bonum
eſt argumentum de contractibus ad maleficia, *vt l. omnem ff. de iudi. l. 2. in fi. ff. de cuſto. reo. & no. inſtit. de publ. iud. in pri.* Sed in contractib. fines mãdati diligen-
ter ſunt cuſtodiendi & ſi mandatarius in contracti-
bus excedit fines mandati aliud quam ſibi manda-
tum eſt facere videtur & non obligat mandantem,
vt eſt text in l. diligenter, in princip. ff. manda & in c. cum non de ſacerdotali, in fin. de praben. in 6. & pro hoc text. in
33 *l. ſi quis pro eo. ff. mandat.* vbi dicitur † quod quotiens
certum mandatum ſit recedi à forma non debet.
facit c. cum dilect. extra de reſcri. Ergo eodem modo in
delictis & maleficiis dicendum videtur quod fines
mandati mandator excedens non teneatur. Et ſic
cum d. Ambro. homicida occiderit do. Bartholo-
mæum del colla. & ipſe Ioann. ab agere ſibi man-
dauit quod eum non occideret dicitur exceſſiſſe
fines mandati, *vt eſt textus in capitu fina. de homicid. in 6.* & per conſequens videtur quod illud homi-
cidium non obligauerit ipſum Ioannem agere
mandantem ita quod de occiſo non teneatur. Se-
34 ptimo hoc etiam probari poteſt ſic † quando quis
committit homicidium exercendo non punitur,
vt de vero homicidio ſcilicet pœna mortis, ſed alia
pœna mitiori, *vt eſt tex. in capit. ſignificaſti ſecundo ex-*
35 *tra de homicidio*, vbi dicit text. † quod ſi aliquis fecit
inſultum contra aliquem presbyterum, & presby-
ter cum ligone percuſſerit inſultantem in capite,
ex quo exceſſit debitum moderamen inculpatæ tu-
telæ ſecuta morte. ipſe presbyter non eſt penitus
36 ab homicidij pœna immunis. † Notandum eſt ver-
bum ibi pœnitus, quod interpretatur, id eſt, ex to-
to ab, vt eſt tex. *in c. 1. de ſupplenda negli. prælato.* & ibi
per Archi. & Ioan. And. vult ergo ibi text. quod ſi
hoc homicidium eſt ab aliquo cõmiſſum per viam
exceſſus, licet committens non ſit immunis ex to-
to homicidio, aliqualiter tamen immunis eſt pro-
pter negatiuam ibi iunctam cum verbo penitus,
quia non punitur vt doloſus, ſed vt culpoſus pro-
pter exceſſum. Et quod hoc caſu modum excedens
non puniatur pœna mortis, eſt tex. *in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores ff. de adulter. & hoc eſt de mente Bal. & ſcribentium in l. 1. C. vnde vi.* vbi Bald. vult in
37 octaua ſeu decima quæſtione † quod occidens ſine
moderamine inculpatæ tutelæ ſit puniendus de
homicidio, ſed non ad mortem. Sed ad propoſitum
ex quo Ioannes ab agere mãdauit Bartholomæum
del colla tantum vulnerari & non occidi, licet in
vulnerando ſit modus exceſſus, ita quod vulnera-
tus ſit mortuus propter illum exceſſum. licet man-
dans teneatur de homicidio tamen ad mortem pu-
niri non debet. Et hoc in effectu fuit ar. d. Anto.
de Roſel. in ſuo primo conſilio in hac cauſa facto.
Et pro hac concluſione do. Antonij videlicet quod
excedens modum non puniatur pœna mortis, licet
mors inde ſequatur. allego tex. gl. Inno. & Io. An.
in c. ſignificaſti. extra de pœni. & remiſ. coniuncto. c. olim. 1. in fi. extra de reſti. ſpol. & idem tenet in terminis Io. An. in addi. Spec. in ti. de homi. ſuper rub. & Bald. in c. 1. in prin. in 3. colum. in tit. de pace tenen. & in c. 1. §. 1. in fi. in tit. de pace iur. in vſi. feu. & idem tenet ipſe Bald. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. vbi ponit rationem, quia verbera nõ poſſunt
dari cum menſura, & propterea difficile eſt de ſe
defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ ſe-
cundum Philoſophum. Et idem in terminis tenet
Ludo. de Roſ. in ſuo tertio ſingulari quod incipit,
an ſi quis exceſſit modum, & ita vidi ſæpe iudicari,
& etiam pluries ego idem iudicaui quãdo in ſe de-
fendendo exceſſit modum inculpatæ tutelæ. Octa-
uo principaliter hoc poteſt ſic comprobari ille qui
mandat aliquem vulnerari, licet iniungat quod
eum non occidat, tamen mandando vulnerari vi-
detur mandaſſe quæ veriſimiliter concomitari po-
terant, & ſic etiam homicidium, & ideo inhibitio
nihil mandati prodeſt quaſi ſibi contrarius ſit, *vt l. 1. C. de fur. ſecundum Ioann. Monachi, & Ioann. Andr. in nouella. in c. fin. de homi. in 6.* qui ita intelligunt illum
38 text. no. quod dicit mandaſſe videtur. † Nam ver-
bum videtur ſignificat præſumptionem, vt proba-
tur *in l. ſi filius. Codi. de petition. hæredita.* Si ita eſt ergo
in dict. capitu. final. eſt caſus quod mandans aliquem
vulnerari, ita quod non occidatur eſt præſumptio
quód voluerit quod ipſum occidat ſi ex dicto vulne-
re mors

re mors ſecuta eſt. Modo ego habeo doctrinā ſin-
gularem & notabilem Inno. *in c. quia veriſimile. extra*
39 *de præſump.* vbi eleganter dicit † quod vbi præſum-
ptionibus proceditur contra aliquem multum de-
bet iudex reparare ſententiam & maxime ne con-
demnet niſi raro & modice ad pœnam nec corpo-
ralem nec pecuniariā. & dicit quod hoc bene col
ligitur ex ſententia Salomon. *in c. afferte. eo. ti. de præ-
ſum.* vbi licet ex prǣſumptione adiudicaret vni mo-
lieri filium non tamē voluit aliam condemnare ad
mortem ad quam iuſtiſſime erat condemnanda ſi
legitime eſſet probatum contra eam, quod filium
alterius clam ſurripuiſſet, *& idem not. Abbas antiquus
& Ioan. An. & Ant. de Bu. & Panor. & Proſdocimus in d. c.
afferte. & communiter doc.* & ideo ex prǣdictis videtur
quod dictus Io. ab agere procedat reſpectu vulneris
ex veris ꝓbationib. & eius cōfeſſione, ſed reſpectu
homicidij ex prǣſumptione ꝙ licet poſſit de homi-
cidio puniri, tamē quia hæc punitio fit ex præſum-
ptione nō debet eſſe corporalis vel pecuniaria niſi
modica. Nono pro hac parte adducitur ratio iſta &
fuit d. Franciſci de capitib. liſte in ſuo cōſilio in hac
cauſa pro Io. ab agere. cōſtat enim ꝙ ipſe Io. nō vul-
40 nerauit Bartholomæū ſed miſit vulnerari. † modo
qñ quæritur vtrū mandās & mādatarius puniantur
eadē pœna. *Et in l. fur. §. ope. & in l. is qui opem. ff. de fur.*
dat vnam doctrinam notabilem, videlicet quod
aut mandās aut mandatarius habet aliquam quali-
tatem diuerſam, quæ tamen qualitas ſurgit ex per-
ſonis eorū, & tunc diuerſitas qualitatis inter man-
dantem & mandatarium non proficit mandatori,
ſed ſibi bene nocet, & ponit exēpla de quib. ibi vi-
deri poteſt, quia non eſt caſus noſter. Aut mandans
& mandatarius ſunt diuerſæ qualitatis, & ipſa di-
uerſitas nō ſurgit ex natura perſonarum ſed aliun-
de, tunc talis diuerſitas qualitatis proficiet mādan-
ti, & deterior qualitas quæ ſit in mandatario ipſi
mandanti non nocebit exemplum quando māda-
tarius fuit cōtumax vel negauit & propter hoc fuit
condemnatus durius, nam mandans qui confeſſus
eſt non punietur eadem pœna, vt no. Bar. ſingula-
riter *in d. l. is qui opem ff. de fur. & in l. vtrum ff. ad l. pom-
pe. de paricid.* Modo ad propoſitum cum Ioannes ab
agere mandans fuerit intentionis quod Bartho. del
colla non occideretur, licet enim mādatarius eum
occiderit & vere teneatur de occiſo & de homici-
dio doloſo, tamen iſtud non aggrauat pœnam Io.
in quo eſt diuerſa qualitas per prǣdicta. Decima ra-
tio adducitur quæ etiam fuit eiuſdem d. Frāciſci de
capitibus liſte. videlicet quǫ omnia iura quǫ dicunt
quod mandans & mandatarius eadem. *l. & pœna pu-
niuntur l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. & l. 1. §. deie-
ciſſe. ff. de vi & vi arma. cum ſimilibus* debent intelligi &
limitari vt verum dicant quando lex loquitur rea-
liter, vt quia dicatur ex tali delicto imponatur ta-
lis pœna, & tunc enim eadem pœna imponetur
mandanti & mandatario. Sed quando lex loquitur
perſonaliter tunc lex quæ loquitur de faciente non
habet locom in mandante, & ita dixit Bar. ſingula-
41 riter *in l. is qui opem. ff. de fur.* † Si enim lex vel ſtatutū
dicatur fur manifeſtus furca ſuſpendatur, mandans
fieri furtum manifeſtum non ſuſpenditur. quia
mandans nō continetur in lege quǫ de delinquen-
te perſonaliter facit mentionem. Secus ſi diceret ex
furto non manifeſto reus ſuſpendatur. Modo ad
propoſitum. *l. Corne. de ſica.* quæ punit occidentem
hominem & dicit qui hominem occiderit itaque
mandans eadem. *l. non videtur puniendus*, & conſe-
quenter nec eadem pœna etiam ſi per ſecundum
mandatum ſecuta eſſet mors, & hoc videtur tenere
Gandi. *in ſuo trac. maleficio. in rub. de homic.* verſ. pone
etiam de facto aliam qo. vbi dicit quod licet man-
datarius puniatur tanquam homicida, quia appa-
ret de eius dolo, tamen mandans quia non appa-
ret de eius dolo non punitur. *l. Cor. de ſica.* quæ pu-
nit ſolum dolum non latam culpam. Subdit tamen
d. Franciſcus quod ad præſens hoc non determinat
quia nō eſt caſus noſter, quia Io. ab agere nō man-
dauit hominē occidi ſed vulnerari & non punctim
ſed ceſim immo plus eſt prohibuit eum occidi. Vn-
decima ratio eſt quod & ſi de iure iudex poſſet ean-
dem pœnam irrogare mandanti quæ eſſet irrogan-
da mandatario. ſ. pœna mortis. Tamen iſte eſt ca-
ſus in quo iudex habet arbitrium pœnæ minoran-
dæ quando delictum eſt extra propoſitum delin-
quentis; *vt dicit gl. Bar. & omnes ſcribentes in l. quid ergo
§. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa.* & iſta etiam fuit
ratio præfati d. Franciſci in ſuo conſilio. Duodeci-
42 ma ratio & vltima poteſt allegari, † quia in penali-
bus benignius eſt interpretandum, *vt l. in pœnalibus.
alias eſt. l. factum. §. fin. ff. de reg. iur. & l. hodie. & l. ſi præ-
ſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœ. cum ſi.* Et reſpectu
doli, *vt vult. gl. no. in d. l. hodie.* Et hæc ſunt quæ princi-
paliter adducenda eſſe mihi viſa ſunt in hoc pun-
cto quæſtionis noſtræ in fauorem dicti Ioannis ab
agere qui mandauit vulnerari & non occidi vt pœ-
na mortis puniri non debeat, licet multa alia ad-
duci potuiſſent quæ breuitatis cauſa omitto. Sed
pro alia parte, videlicet quod d. Ioan. ab agere te-
neatur de homicidio, & qood pœna mortis debeat
condemnari & puniri aliæ rationes & iura adduci
poſſunt. Et primo qui cauſam mortis præbet tene-
tur de homicidio, ac ſi ipſe occiderit, quia nihil in-
tereſt, an quis occidat vel mortis cauſam præbeat,
*vt eſt exemplum in l. nihil intereſt. ff. ad l. Cornel. de ſicar.
pro hoc c. de cætero. extra de homici. & l. diſt. ſi quis viduam.*
43 † Et idem optime probat illa regula quæ dicit qui
cauſam damni dat damnum dediſſe videtur, *vt l. qui
occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. & not. gloſſ. in di. capi. cætero.*
quæ allegat ad hæc multa iura quæ regula intelli-
gitur de cauſa & occaſione proxima efficiēti, *vt not.
gl. not. l. diſt. c. ſtudeat.* Sed d. Io. ab agere dedit cauſam
mortis dicti Bartho. del colla occiſi, quod ſic pro-
44 batur, † quia quis dicitur dare cauſam mortis plu-
ribus modis. ſed inter alios eſt iſte quando. ſ. quis
homcidium fieri præcepit, *vt l. diſt. ſi quis viduam, &
not. gl. in d. c. cætero, extra de homi. & dixi ſupra in 2. dubio
prin.* Item quod iſta cauſa mortis fuit proxima & ſuf
ciēs cauſa, patet quia d. Ambroſius qui eum vulne-
rando occidit. hoc fecit propter mandatū ipſius Io.
ab agere cuius erat famulus vt dicitur in inquiſitio-
ne & ſic alias nō erat facturus. & ideo videtur quod
de occiſo ipſe Ioannes ab agere mandans tenea-
tur pœna mortis. Secundo quia in maleficiis in-
ſpicitur

490

ſpicitur inuetus, id effectus & non volnntas quando maleficium eſt perſectũ, vt eſt text. in l. aut facta. §.
45 euentus. ff. de pœn. † licet quando maleficium non eſt
perfectũ inſpiciatur potius voluntas quam exitus,
vt eſt text. in l. diuus, & ibi hoc not. gl. in ſecunda expoſitione. ff. ad l. Cor. de ſica. vnde cum ea dicto mandato de
vulnerando ſit ſequutus effectus. ſ. mortis videtur
dicendum quod ipſe mandans teneatur de morte
inſpecto euentu, vt ibi. Tertio hnc probatur ex
46 doctrina Bar. in d. l. diuus. † vbi quando quis deliquit
in plus quam cogitauit, dat iſtam doctrinam, aut
delictum quod facere propoſuerat ad hoc tendit,
& tunc inſpici delictum ſeu euentua. alle. l. quoniam
multa facinora. Cod. ad l. Iul. de vi & allegat alia iura &
eandem doctrinam ponit Sal. in d. l. quoniam, in 3. col.
in. fi. vbi dicit quod ſi cogitatum tendit veriſimiliter ad fi. ſecutum punitur ſecundum finem, vt ibi
& c. fi. de homic. in 6. Sed delictũ vulneris qnod Ioannes ab agere fieri fecit. tendebat ad mortem, quia
mors ſecuta eſt, quia ex quo non ſuit in poteſtate
vulnerantia vulnerari, ita quod non moreretur
vulneratus & vulnera non dantur ad menſuram,
vt probatur in d. ca. fin. de homic. in 6. & dixi ſupra in 7. ratione pro alia parte, ergo &c. Quarto probatur ex alia doctrina d. Ant. de Bu. quam ponit in cap. cogno-
47 ſcentes, in antep. col. circa fi. extra de conſt. † vbi notabiliter dicit quod quando circa eandem rem vel perſonã in plus delinquo quam putarim punitur delictum ad limites delicti & non ad limites intentus. alle. l. vulgaris. §. ſi quis. & l. cum qui nocentem. §. pen. ff. de iniur. Sed d. Ioan. ab agere, licet deliquerit plus
quã putauerit, tamẽ quia deliquit circa eandẽ perſonam debet puniri ad limites delicti. & ſic de homicidio & non ad limites intentus. Quinto hoc et-
48 iam probatur alio modo ſic, † vbi eſt maius delictum ibi debet eſſe maior pœna, vt eſt exemplum, &
ibi gl. ordi. in verbo ſceleratius. 24. q. 1. non afferamus ſtateram in fine. Et propterea dicitur in quo maior fuerit culpa maior exerceatur vindicta. l. diſt. quia tna. & no. gl. 2. in c. fi. ea qua extra de ſta. mona. Sed mandans
magis peccat quam mandatarius qnod patet, quia
cauſam delicti præbet quando mandatarius aliter
non erat facturua, vt habetur in l. 1. §. perſuadere. ff. de
ſer. corrupt. & in l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. Item
quia eſt principalis qui regulariter magis punitur,
vt l. qui multa facinora. C. ad l. Iul. de vi. Item quia mandans ipſe deliquit & facit alium qui alias non erat
facturus. ſ. mandatarium delinquere, vt not. glo. in l.
athletas. §. Pompon. in verbo ſeruiente. in fi. ff. de his qui nota. inf. & gl. fi. ante fi. in c. gaudemus. extra de diuor. ergo
videtur quod ſi in caſu noſtro mãdatarius qui occidit Barth. del colla tenetur de occiſo pœna mortis
vt dixi ſupra in 1. dubio principali eodem modo,
& multo magis ipſe mandans debet ſaltem eadem
pœna puniri cum etiam in ſtatnto Vincentiæ ſub
rubri. de verbis iniurioſis vulneribua & feritis puniatur in tantum mandans in quantum mandatarius & etiam in plus arbitrio rectoris & ſuorũ conſulum. facit quod habetur in l. non ſolum. §. ſi mandati. ff. de iniur. per Barto. & doct. & quod plene habetur per
Sal. & doc. in l. nõ ideo minus. C. de acc. Et ſi diceretur iſta
argumentatio procederet quãdo Io. ab agere mandaſſet occidi, ſed hic non fecit immo mandauit tamen vulnerari ita quod non occideretur, ergo nõ
procedit, quia dico immo quod etiã hoc dicitur mãdaſſe vt ſtatim diceretur in ſeq. arg. Sexto hoc probatnr ſic. non eſt dubitandum quod ſi Io. ab agere
mandaſſet occidi & homicidiũ propter illud mandatum ſecutum eſſet ꝙ de iure communi debeat
pœna mortis puniri mandans, vt no. doc. in l. non ideo
minus, C. de accu. & per Bart. & doc. in d. l. non ſolum. §. ſi
man. ff. de iniu. cum ſi. Sed ego habeo quod in effectu
d. Io. ab agere mandaſſe videtur, quod etiam occidatur Bart. qui occiſus eſt, ergo & ipſe de homici-
49 dio pœna mortis tenetur. † Quod autem videatur
eũ mãdaſſe homicidium fieri probatur ſic: Ille qui
aliquid mandat videtur mãdare omne illud ꝙ eſt
vicinum mandato, vt eſt gl. no. in c. cum in iuuentute. in
verbo poſtulare extra de pur. cano. & facit tex. cum glo. in
ver. quia vero poſtulatio. in ca. in cauſis. extra de elec. & l.
iam tamen. § quid cauſa. ver. ſin autem ff. audi. ſolui. ſed ꝙ
mors ſequatur ea vulnere eſt vicinum ipſi vulneri
50 † quia ex quolibet vulnere poteſt regulariter ſequi
mors, maxime ſi eſt illatum cum enſe ſeu gladio ſicut fuit in caſu noſtro, vt habetur in l. 1. ff. ad l. Cor. de
ſic. & in c. ſignific. 2. extra de hom. Et quod mandando
vulnerari, ita quod nõ occidatur, videtur etiã mãdaſſe homicidiũ ſi ea vulnere fuit. tenens expreſſe
Io. Mona. & Io. And. in c. ſi. de hom. lib. 6. & ita intelligunt illum tex. qui dicunt ꝙ mandando illicitum
mandaſſe videntur ea quæ veriſimiliter concomitari videtur, nec prodeſt inhibitio quaſi ſibi ipſi ſit
contrarius. l. 1. C. de fur. cum ſi. Pro hoc etiam optime fa-
51 cit gl. no 22. q. 4 innoc. in verb clemen. quæ dicit, † quod
ſi iudex facit aliquid quod nõ multũ differt à mandato quod non dicitur exceſſiſſe fines mandati. &
licet dicatur in cap. ſi de homi. in 6. quod talis dicitur
excedere fines mandati, tamen intelligitur reſpectu effectus qui non fuit in poteſtate ſua, ſed reſpectu facti non exceſſit, quia vulnerauit ſicut ſibi mãdatũ fuit & ita intelligo illum tex. Septimo ad idem
hoc optime probatur in l. ſi quis pro eo. ff. mand. vbi
52 tex. dicit notabiliter † quod tunc forma in mandatis eſt ſeruanda quotiea certum mandatum ſit. Secus quando eſt incertũ. Sed in caſu noſtro mandatum reſpectu facti. ſ. vulneris fuit certũ, quia mandatum fuit ſibi ꝙ vulneraret, & ita fecit, & in hoc
quia erat certum non exceſſit fines mandati, ſed
reſpectu effectus futuri. ſ. mortis vel non mortis.
hoc caſu datũ incertũ reſpectu futuri euẽt⁹ ea quo
non eſt in poteſtate vulnerãtis ita vulnerare ꝙ vulneratus nõ moriatur quia vulnera & verbera nõ poſſunt dari ad mẽſurã. vt dixi in 7. ar. pro alia parte ſu-
53 pra firmato. Octauo hoc ẽt probatur. † Regulariter
in maleficiis quãdo dubitatur an debeat inſpici intentio. an vero euẽtus traditur talis doctrin. ꝙ vbi
cõmittens delictũ minus voluit delinquere & plus
deliquit ſi veriſimiliter poterat ſequi maius tenetur de maiori delicto ꝙ eſt ſecutũ & nõ de minori
quod ipſe intendebat & iſta doctrina probatur in l.
quoniam multa facino. C. ad l. Iu. de vi. quæ lex procedit
non ſolũ ſi rumor pcedit & eſt inceptus occaſione
poſſeſſionis. ſed etiã ſi eſt inceptus ea alia cauſa ſecundum Odof. & Gui. de Suza. in ſuo tra. de malef.
in ti.

in ti. de pluribus & diuer. quæſtio. circa maleficia
in pe. co. ver. ſed pone quidam multos homines
collegit cum verſi.ſeq. vbi allegant l. in hac iudic. ff. de
ſer. cor. vbi auctor belli tenetur & punitur. Itẽ pro-
batur dicta doctrina optime in leg. ſi quis aliquid. §.
qui abortionis. vbi dicitur quod ſi quis dat poculum
abortionis vel amatorium & ſine dolo & ex hoc
mulier aut homo perierit tenetur de occiſo licet
intentio ſua non fuerit occidendi. Item probatur
in l. pe. ſecundũ vnam lectu. gl. ff. de incen. rui. naufra. &
in l. 1. §. ex incendio, & in l. qui ades ff. eo. tit. Item hoc et-
iam probatur apertius in cap. ſi. de homi. lib. 6. ſæpe alle-
gat. vbi eſt caſus de iſta q. recte ipſum intelligendo.
licet præfati tres cõſulentes allegent ipſum in con-
54 trarium. † Nam ibi dicitur ꝙ ſi quis mendat ali-
cui qnod aliquem verberet. licet expreſſe prohi-
beat, nec occidatur vllatenus vel membro aliquo
mutiletur. ſi mandatarius fines mandati excedens
mutilet vel occidat irregularis mandans efficitur
& intelligo vt dixit text. vbi mandatum excedens
ſcilicet reſpectu prohibitionis mortis. ſed tamen
non exceſſit mandatum reſpectu facti quia ſcilicet
verberauit ſicut dixit. & poſtea ſequitur cum man-
dando in culpa fuerit & hoc euenire poſſe debuit
cogitare. Et intelligitur vt dixi ſupra in 6. arg. pro
hac parte adduco ſecundum Io. Mona. & Ioan. An.
55 vbi quod ibi † mandando illicitum. videtur man-
daſſe quod veriſimiliter concomitari poterat. Et
ideo ibi inhibitio nihil operatur & ſibi nõ prodeſt
tanquam contrariũ ſibiipſi vt l. 1. C. de furt. & c. ſolici-
tudinem. in fi. extra de appel. cum ſi. & ita etiam intellexit
illum tex. Bar. in l. non ſolum. §. morte, in 4. q. 1. partis prin.
ibi ſecundo caſu quoniam hæc proteſtatio. ff. de no.
ope. nu. vbi dicir quod ſi aliquis habet animum vul-
nerandi & non occidendi; quia animus non poteſt
regulare factum, quia poteſt eſſe quod percuſſiu
vltra propoſitum excedet. tũc ſi proteſtatur quod
non percutit animo occidendi. nihil operatur per
d. c. ſi. Nec eſt ſine dubio bona reſponſio quam dat.
d. Anto. de Roſel. in ſuo 2. conſi. quod in hac cau-
ſa fecit dum dicit quod illud quod dicit Bar. in d. §.
56 morte. † quod proteſtatio non releuat quoniam fit
per committentem delictum, quia proteſtatio i-
pſam non releuat. ſed bene releuat mandantem
ſic proteſtantem, quia oſtendit quod animus eius
non erat occidendi. nec contrarium eius factum
interuenit, ſed ſolum culpa interuenit, quia po-
terat præmeditari qnod ex vulnere mors ſequi po-
terat vt dixi quia iſta diſtinctio inter mandantem
& mandatarium non procedit. Nam licet Bar. lo-
quatur ibi ſolum committente maleficium. tamen
quia alle. l. quoniam multa facinora. C. ad l. iul. de vi. &
d. c. ſi. quod loquitur de proteſtatione mandantis etiam ſe-
cundum illud. c. intelligitur. Et hoc expreſſe & in ter-
minis tenet d. Ant. de Bu. in ca. cum M. Ferr. poſt me-
dium, verſi. venio ad ſecundum articulum quando
proteſtatio præcedit & factum ſubſequitur. extra
de conſti. vbi dicit quod ſi proteſtor faciendo vim
quod non intẽdo occidere. ſi ex boc ſequatur ho-
micidium. Si mando tibi vt vulneres talem: ſi ex
vulnete ſeqnatur homicidium licet ſim proteſta-
tus quod non occides. dicit. quod non iuuat pro-
teſtatio quin teneat de homi. alleg. d. l. quoniam mul-
ta, ad c. ſi. vnde ibi expreſſe tollit illam differentiam
quam facit. d. Ant. de proteſtatione quæ fit an fiat
à committente delictum an à mandante. Et ibi d.
Ant. de Bu. aperto ore videtur decidere iſtam q. vi-
delicet quod d. Ioan. ab agete teneatur de homi-
cidio & intelligo ad mortem quia ſi proteſtatio ni-
hil iuuat ergo videtur quod teneatur pœna mortis.
Nec ob. quod tex. dicat ibi quod mandans fuit
in culpa quia debuit cogitare mortẽ euenire poſſe
& videtur velle quod licet teneatur de homicidio
57 intellige de bomicidio culpoſo † quo quis non te-
netur ad mortem vt no. Bar. in l. p. ff. de adul. & babe-
tur in l. Cornel. ff. ad l. Cor. de fica. & dixi plene ſupra in 3.
argu. pro altera parte contraria, quia licet dicat quod
fuerit in culpa tamen non negat quin fuerit etiam
in dolo, quod patet quia cum Ioan. And. & ibi.
Ioan. Mo. intelligant illum tex. & ſæpius dixi quod
ibi videtur eſſe mandatum quod occidat & quod
proteſtatio cõtraria nihil operatur, vt dixi ſecun-
dum Bar. & d. Ant. de Bu. ſequitur quod perinde
eſt ac ſi ſimpliciter mandaſſet eum occidi. quo caſu
non eſt dubium quod de homicidio pœna mortia
teneretur. Pręterea ſi ille tex. in d. c. ſi. de bom. in 6. vel-
let quod ſolum mandans diceretur eſſe in culpa,
tamen quia illa culpa tendit ad caſum & euentum
futurum. ſ. mortis ſequitur quod tenetur de ho-
mici. pœna mortis. ſicut dicitur in l. quoniam multa
facinora. C. ad l. iul. de vi. & in d. l. ſi quis aliquid. d. l. qui ab-
ortionis. ff. de pœn. Nam licet l. Corn. non iubeat ali-
quem puniri ad mortem niſi habuerit animum
occidendi. vt l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cor. de ſic. cum ſi. ſupra
58 alleg. † tamen ex reliquis partibus iuris ciuilis puni-
tur quandoque ſecundum effectum ſeu euentum
etiam propter culpam tantum quæ veriſimiliter
tendit ad illum effectum ſeu euẽtum vt d. l. quoniam,
& d. §. qui abortionis, & d. l. 1. §. ex incen. ff. de incen. ruina
naufrag. & per ea quæ dicta ſunt ſupra & pro hoc
optime quod dicam ſtatim in ſequenti argu. No-
no hæc quæſtio pro iſta parte aperte deciditur in
terminis per multos doct. quæ non poſſunt aliter
intelligi & qui ita vt dixi intelligunt. d. c. fin. de homi-
cid. in 6. ſcilicet mandans aliquem vulnerari. & in-
hibens quod non occidatur. quod ſi mandatarius
vulnerat. & ex eo vulnere moriatur vulneratus.
quod mandans tenetur de homicid. ſ. pœna mor-
tis non dico de homicidio culpoſo in alia pœna
minori. Et primo hoc tenet Alber. de Roſ. qui fuit
magnus practicus in l. non ideo minus. C. de accuſa. in 2.
colu. vbi dicit quod ſi mandaui alicui quod vulne-
raret ſed non occideret. teneor de occiſo b quia de-
b bui cogitare hoc euenire poſſe, d. cap. fin. vnde dum
dicit de occiſo intelligitur pœna mortis vt probatur
in l. qui occidit. §. fin. ff. ad l. Aquil. Secundo idem tenet
Angel. in d. l. non ideo minus, vbi dicit in caſu prędicto
quod mandãs tenetur de homicidio, & quod tene-
tur mandãs, vt principalis & ea. l. ſicut præſtans opẽ
vbi dũ dicit ꝙ tenetur vt principalis & ea lege vt prę
ſtãs opem, ſequitur ꝙ ipſe vult manifeſte quod te-
neatur pœna mortis ſicut committẽs maleficium
& non alia pœua mitiori. Tertio idem & expreſ-
ſius vult & tenet Bald. in d. l. non eo minus. C. de accu.
in pen.

in pen.col. verſ. item quæro an mandans teneatur ſi
mãdatarius &c. vbi concludit quod aut ſeruare fi-
nes mandati nõ eſt in poteſtate mãdatarij & in to-
tum tenetur mandans, vt mando tibi quod gladio
aliquem vulneres & non occidas hoc nõ poteſt fa-
cere, quia inferre vulnus mortale vel non morta-
le non eſt in poteſtate tua, vnde conclud.t quod
iſto caſu ſicut fuit in caſu noſtro mandans tenetur
de homicidio.ac ſi mandaſſet homicidium fieri, *vt
d.c.ſi.* & per conſequẽs de pœna mortis qua ipſe te-
neretur ſi homicidiũ mandaſſet ſæpius dictum eſt
ſupra aut ſeruare fines mandati erat in poteſtate
mandatarij, vt ſi mando tibi vt percutias aliquem
extrà plateam. tu percutis in platea certe non te-
neor, quia fuit in poteſtate tua ſeruare fines man-
dati. ergo ſi tu exceſſiſti. ego mandans non teneor.
arg.l.diligenter, in princ.ff.mandati. Et idem ad literam
ſequitur & tenet d. meus. d. Ang. de Are. ſummus
practicus in ſuo trac.malef. in gl.in verbo Sempro
nium mandatorem in 18. Et idem etiam ſequitur
alius. d.meus d. Ioann.de Ana.*in capitu.ſicut dignum
in 13.colum.extra de homic.* Quarto idem & clarius te
net Bal.*in l.cum mandati.C.man.* vbi dicit ad literam,
59 † quod in delictis etiam tranſgrediendo manda-
tum obligat dominum ſi ad talem diſgreſſionẽ po-
teſt ordinari mandatũ. verbi gratia dominus man-
dauit procuratori vt aliquem vulneraret, & intu-
lit vulnus mortale. nã tenetur de homicidio, quia
cogitare debuit illud euenire poſſe. *vt d.c.ſi.de homi.
in vi.* ſicut ſi per ſeipſum vulneraſſet non animo oc-
cidendi quando inſtrumentum cum quo percuſ-
ſit erat aptum ad inferendum mortem *vt extra de
homi.ca.ſignificaſti.* & non ſufficit dicere non putaui
quia putare debuerat. Sed ſi non erat aptum ad
inferendam mortem, ſiue per ſe, ſiue per procu-
ratorem faciat non eſt pœna homicidij. *vt l.1.§.ſed
ſi claua.ff.ad leg. Corn.de ſica.* Et idem ad literam ſe-
quitur & tenet Salycet. *in dict. l. cum mandati. C.
man. & d.Ioann.de Ana.in capitu.ſicut dignum, in iii. col.
extra de homicid.* qui omnes volunt clariſſime quod
d.c.ſi. de homi. in vi. non intelligatur quod mandans
teneatur de homicidio culpoſo aliqua mitiori pœ-
na citra mortem ſed pœna mortis ex quo dicunt,
quod tenetur mandans ſicut ſi ipſe vulneraſſet le-
taliter cum inſtrumẽto apto ad inferendam mor-
tem. Et ideo cum dictus Ambro.vulnerauit d.Bar.
del colla cum vno fachino quod eſt inſtrumentum
aptum ad inferendum mortem. *vt l.1.§.ſed ſi claua.ff.
ad l.Cor.de ſica.* ſequitur quod ipſe Io. ab agere man-
dãs tenetur ac ſi ipſe vulneraſſet pœna mortis.qua
teneretur ſi ipſe vulneraſſet letaliter vt ſæpiſſime
60 dictum eſt ſupra. † Decimo & vltimo pro hac par-
te facit, quia licet in leuioribus cauſis proniores ad
lenitatem iudices eſſe debeant in grauioribus ta-
men pœnis ſeueritatem legum ſubſequi oportet,
vt dicit tex.not.ſecundum quem ita ſemper obſer-
uaui in iudicando in cauſis criminalib.*in l.reſpicien-
dum, in prin.ff. de pœ.* & ideo cũ iſte caſus ſit grauis. tũ
propter mortem ſubſecutam tũ propter tale man-
datum. quod lex odio habet, quia eſt mali exempli,
& plus punitur quam delictum committentis. *vt
dixi ſupra in 5.ar.ſupra pro hac parte deducto.* tum etiam
quia ſtatutum Vincentiæ huiuſmodi delicta gra-
uius punit quã bene quis ſimpliciter de per ſe de-
linqueret. *vt dixi in d.5.arg.* Tum deniq; quia occiſus
erat officialis videlicet conteſtabilis do. poteſtis
61 Leonici † propter quod delictum eſt grauius. *vt eſt
tex.in l. omne delictum. §.qui commilitonem. ff.de re mili.
cum ſi.* videtur quod iſta pars quæ non eſt mitior ſit
tenenda in conſulẽdo & iudicando. Et eam ſequor
in hac cauſa præſentis conſultationis tanquam de
iure veriorem & melioribus rationib. & pluribus
auctoritatibus comprobatam. Et doleo quod non
ſequor opinionem præfatorum trium doctorum
qui in hoc conſuluerunt pro alia parte in fauorem
62 ipſius Ioan. ab ager. † ſicut dolet Ioan gloſator *in l.
deferre.§.papi.ff.de iure ſi.* quod ibi Marcellus contra-
dicat opi. Papi. qui fuit acutiſſimi ingenij. *l.cum
63 acu. C. de fideico.vt refert gl.Accur.in d.§.papi.* † Sed pro-
pter auctoritatem vel rationem alicuius non eſt à
veritate recedendum, & ideo dixit Socrates ami-
cus Plato magis amica veritas, vt dicit Alb.de Ro-
ſa.*in l.Labeo ad ſi.1.col.ff.de ſuppel.leg.* Concludo igitur
ex prædictis quod d. Ioan. ab agere tenetur de ho-
micidio pœna mortis & nõ alia pœna mitiori. Non
obſtantibus rationibus ſupra pro ipſo Ioan. dedu-
ctis, quia vere non obſtant, vt ex prędictis apparet.
Sed etiam in ſpecie reſpondetur. Et primo ad pri-
mam rationem dum dicitur quod lex Cor. quæ pu
nit morte homicidas. non habet locum in illo qui
non habuit animum occidendi. Nam ad hoc du-
plex datur reſponſio.

Prima eſt quod in caſu noſtro habuit animum
occidendi tacite. ex quo mandauit illud ex quo ve-
riſimiliter mors poterat euenire. *vt dixi ſupra in vi.&
vlt.arg.pro ſecunda parte.* Secunda reſponſio eſt quod
licet mandans non habuiſſet animum occidendi,
64 † tamen quia culpa tendit ad mortem debet teneri
de morte *vt dixi ſupra in viij. ix.& x.argumentorum.*

Ad ſecundam rationem dum dicitur quod in
maleficiis inſpicitur voluntas & nõ exitus *vt l.diuus
ff.de ſic.* reſpondetur quod hoc non procedit quan-
do actus tendit veriſimiliter ad futurum euentum
ſicut fuit in caſu noſtro *vt ibi intelligit Bart.vt dixi ſu-
pra in iii.& iiii.arg.pro ſecunda parte.* Ad tertiam ratio-
nem dum dicit quod ad hoc vt quis teneatur *l. Cor.
de ſicar.* de occiſo requiritur dolus & non ſufficit la-
ta culpa, qua ratione conſiſtit tota vis conſilio-
rum præfatorum trium doctorum. Reſpondetur
quod ſatis dicitur fuiſſe in dolo quod actus vulne-
ris tendit ad mortẽ. & ex quo videtur etiam morte
ſecuta homicidiũ mãdaſſe vt dixi ſecundũ Io. Mo-
nac.& Io. And.*in d.c.ſi.de homic.in vi.* & ex quo dicitur
ꝙ proteſtatio mihi prodeſt, & perinde eſt ac ſi ſim-
pliciter mandaſſet quod nõ negat.*d.c.ſi.vt dixi ſupra
ſecundum Bar. in §.morte. & Ant. de Bu.c.cum M. Ferrar.
extra de conſti.vt plene examinatum eſt ſupra in viii.ix.&
x.arg.pro ſecunda parte.* Item etiam ſi oporteret fateri
quod ipſe mãdans eſſet ſolum in culpa. dico quod
licet non teneretur. l. Cor. de ſica. quę ponit ſolum
dolum tamen teneretur ex aliis partibus iuris ciui-
lis *per d.l.quoniam multa facinora.& d.§.qui abor.cum ſi.
vt dixi in viii.x.& vlt.arg.* Ad quartam rationem dum
allegat *gl.in c.1.de conuerſ.infideli. & in c.ſi aliquis, extra*

 de homic.

65 *de homi.* quod dicunt. † quæ puniuntur homicidia
quæ veniunt ex corde. reſpondetur quod ſatis ex
corde dicitur peruenire in caſu noſtro. ex quo il-
lud homicidium mãdaſſe videtur vt dixi. Ad quin-
tam rationem, quæ allegatur ex tex. *l.3. §. ſed ex ſe-
natuſconſulto. ff. ad l. Cor. de ſica.* dic. quod ibi dabat o-
peram rei licitæ ad fi. boni. quo caſu non tenetur de
morte. Secus ſi dediſſet operam rei illicitæ. ſ. dando
poculum abortionis vel amatorum, & mors inde
ſequeretur, tunc bene teneretur de pœna mortis,
vt eſt textus qui ita debet intelligi *in d. l. ſi quis aliquid
§. qui abortionis ff. de pœn. & intelligit illa iura ſlo, & bene
in l. 1. §. hæc actio. ad fi. ff. ſi menſor fal. mo. dix.* Nec eſt bo-
nus ſenſus ad d. §. qui abortionis. quẽ ponit d. Ang.
de Ca. in d. ſuo conſil. dum dicit quod illa verba &
ſi dolum non faciunt referri dicunt ad eos qui dãt
poculum amatoriũ vt puniãtur pœna aliqua vt ibi
non autem referuntur ad eos qui dederunt poculũ
abortionis, q͂a illud non poteſt dari niſi cum dolo.
& ſic videtur ꝙ in fi. dũ dicitur ꝙ ſi homo perierit
ſummo ſupplicio puniatur debet referri ad eũ qui
dedit poculum abortionis. Nam iſte intellectus eſt
contra illum tex. qui ſubdit vno conſtructu deter-
minat dictos caſus, vt patet ibi in litera. Nec ob. ꝙ
non poſſit dari poculum abortionis, niſi dolo ma-
66 lo, quia hoc non conceditur, † quia poſſet dari
cauſa libidinis, vt datur poculum amatorium ante
quam partus eſſet viuus. Iuxta no. *per glo. in l. diuus. ff.
de var. & extraor. cog. & 2. q. 5. conſuluiſti. & in c. ſi aliquis
extra de homi.* & poſſet etiam dari alia de cauſa non
doloſe *vt no. in d. c. ſi aliquis.* Ad ſextã rationem dum
arguitur de contractib. ad maleficia. reſpondetur
quod illa ratio procederet quando mãdatum eſſet
omnino certum an in poteſtate mandatarii eſſet il-
lud ſeruare. ſecus ſi non eſſet in ſua poteſtate, *vt pro-
batur in d. ca. ſi. coniuncta l. ſi quis pro eo. ff. manda.* Ad ſe-
ptimam rationem dum dicitur quod ſi quis exce-
dendo moderamẽ inculpatæ tutelæ committit ho-
micidium, tenetur de illo exceſſu non ad mortem
fateor quando daret operam rei licitæ puta ſe de-
fendẽdo. Secus ſi rei illicitę vt in caſu noſtro. Ad o-
ctauam rationem dum dixi, quod nemo puniri de-
bet corporaliter. nec pecuniariter. niſi modice ex
præſumptione. ſed iſta eſt præſumptio, videlicet ꝙ
videatur dediſſe mandatũ etiam de occidendo dico
67 ꝙ iſta non eſt proprie præſumptio ſed fictio. † quia
verbum videtur proprie denotat fictionem, non
præſumptionem. *vt l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi ar. & no.
glo. in l. heres quandoque. ff. de acqu. here. not. Bart. in l. 1. in
2. col. in fi. ff. de no. ope. nun. & leg. in ſumma. §. pactu in an-
tepe. col. ff. de pa. & Bar. in l. quoniam. ff. de his qui no. infa.*
Ad nonam rationem quę eſt do. Franciſc. videlicet,
68 † quando eſt diuerſa qualitas mandãtis, & manda-
tarij. deterior qualitas quæ eſt in ipſo mandatario
non nocet mandanti, puta ſi fuit contumax vel ne-
gauit mandatarius & non mandans. Reſpondetur
quòd procedit in his quæ erãt in poteſtate man-
datarii. ſicut dicitur in exemplò ſuo. ſ. negare & eſ-
ſe contumacem. Sed in his quæ nõ ſunt in poteſtate
mandatarii. ſ. quod non mors ſequatur ex vulnere
mandato. tunc qualitas quę nocet mandatario no-
cet etenim mandanti per prædicta, nec contradicit
doctrina Bar. per eum allegata.

Ad decimam rationem eiuſdem dom. Franciſci
dũ dicitur quod lex Cornelia loquitur in perſona.
vnde puniens etiam mandatarium delinquentem
nõ videtur punire mandãtem etiam committi ho-
micidium. Reſpondetur quod hoc non eſt verum.
& licet eſſet verum quod non puniretur l. Corn. de
ſic. puniretur ex aliis legib. punientibus dantes cau-
ſam homicidii doloſe, vnde iſta ratio nullo modo
69 obſtat. Ad vndecimam rationem. † quod iudex ha-
beat arbitriũ minorandi pœnam quando delictum
eſt extra propoſitum *per not. in § pœna grauior. & in l.
& ſi ſeuerior.* reſpondetur ꝙ iſtud delictum non eſt
extra propoſitũ. immo ex propoſito morte ſequu-
ta. vt ſæpe dictum eſt. Et in caſu quo haberet pote-
ſtatem minorandi. non mihi videtur quod in hoc
caſu ea poteſtate vti habeat per ea quæ dixi ſupra
in vlti. ar. 2. par. Ad duodecimam & vltimam ratio-
nem quod in pœnalib. mitior pars ſit eligenda. re-
ſpondetur quod procedit hoc in leuioribus crimi-
nib. ſed in aliis ſecus ſicut eſt in caſu noſtro. vt dixi
in d. vlti. art. Ex prædictis itaque omnib. in hoc ter-
tio dubio deductis cõcludo quod d. Io. ab agere te-
neatur de homicidio pœna mortis & quod debeat
decapitari. Niſi in ciuitate Vincentiæ in ſimilibus
70 caſib. ſeruatum fuiſſet aliter. † quia tunc conſuetu-
do in primis tanquam lex ſcripta eſſet ſeruanda, vt
no. eleganter Bal. *in l. & ſi ſeuerior. in 3. col. in prin. C. de
his qui not. infa.* Et hæc ſint dicta ſaluo meliori iudi-
cio & deliberatione cuiuſcunque alterius. cui me
ſubiicio *iuxta l. claudius in fi. ff. qui po. in pig. habe.*

ADDITIONES.

a Præbuerunt cauſam.] *Adde ad huius concluſionis & to-
tius conſilij materiam. Flo. in l. ſi quis ſumo. ad l. Aqui.
d. Alex. Au. & doc. in l is qui opem. de fur. Cano. in c. con-
tinentia. de cleric. percuſſ & per totum titul. de homic.
vbi copioſius quam a legiſtis omnia de homicidio haben-
tur.*

b Eadem pœna.] *Ad huius conſilij reſolutionem vide Ang.
in con. 64. incip. nos carolus. do Alex. ſi ipſius conſi. ſit in
conſil. 52. in 4. vol. & plenius in l. 3. §. ſi procurator quod
quiſque iur. & in l. gallus. §. quod ſi is. ff. de lib. & poſth.
Bar. & do. in l. ſi rixa. ff. de ſic. Bal. in margà. ver. man-
dans. verſ. 6. Auge. Are. in trac. maleficio. verſi. mandato-
rem quem omnino vide.*

c De occiſo.] *Adde ad huius concluſionis. & totius conſilij
materiam An. in conſ. 22. Paul. de Ca. conſil. 240 d. Alex.
in conſil. 106. in 4. vol. in l. & ſi amici. ff. de adul Bal. in l.
non ſolum. in prin. ff. de min. Bar. & doc. in l non ſolum.
§. ſi mandato. de iniur. cano. in ca. 1. de homic. in 6. Auge.
Areti. in trac. maleſi verſi. mandatorem.*

CONSILIVM XXXV.

SVMMARIA.

1 *Mandans aliquem vulnerari: & quod eum non occidat:
ſi occiderit: an mandans mortis pœna de occiſo tenea-
tur: an vero alia mitiori pœna nu. omnibus ſeq. per to-
tum conſi.*

2 *Lege cornelia de ſiccariis tenetur non ſolum qui homici-
dium committit: ſed etiam qui homicidio cauſam
præſtitit.*

3 Prote-

3 *Proteſtatio quod non percutiat animo occidendi nihilo-
peratur in his in quibus voluntas noſtra factum mo-
dificare non poteſt, vt in eo qui vulnerandi: & non oc-
cidendi animum habeat.*
4 *Homicidio vero non punitur: quando excedendo homici-
dium committitur.*
5 *Verbum pœnitus id eſt ex toto interpretatur.*
6 *Occidēs ſine moderamine inculpatæ tutelæ de homicidio:
ſed non de morte puniendus eſt.*
7 *Pr. ſtatio quæ eſt de facto contraria proteſtantem non
r. uat.*

1 IN Chriſti nomine. † Poſtulato ſuffra
gio in hac q. in qua de hominis vita
ſeu nece agitur prof.cto eſt cautius
occurrēdum. Viſa igitur inquiſitio-
ne formata per magnificum, & ge-
neroſum virum do. Franciſcum digniſſimum po-
teſtatem Vincētię ex delegatione ſibi facta per ſpe-
ctabilem & generoſum virum d. Capitaneum Vin-
centiæ omiſſa examinatione an iſta cognitio cum
ſit meri imperii potuerit demandari. de quo *in l. 1.
ff. de offi. eius cui man. eſt iur. & l. 1. C. de preci. imp. off. & l.
quotiens. §. fin. C. vbi ſenato. vel clariſſimi.* ſolum veniam
ad oſtendendum quæ ſint partes iudicis. Videlicet
domini Capitanei Vincentiæ qui debet conde-
mnare Ioann. de agere de Bononia inquiſitum. &
confeſſum quod mandauerit occiſori occiſum ſi-
gnare ſeu vulnerare ſed nullo modo occidere. an
ſi ex vulnere ſequuta eſt mors. debeat Ioannes de
homicidio puniri. Et videtur dicendum quod de-
2 beat tanquam homicida condemnari. † Nam l.
Corn. de ſica. tenetur non ſolum qui homicidium
committi ſed etiam qui cauſam homicidio præſti-
tit. *l. 1. in pr. coniuncta l. nihil intereſt. ff. ad l. Cor. de ſic.* nec
videtur iuuare Ioa. ab agere dicta proteſtatio quod
non occideret nec eum releuare. Quoniam iure
communi tenetur de homicidio ſequuto e iam oc-
cidendi qui animum non habuit. ſi iam. n mora ſe-
quuta eſt vt eſt text. *in cap. fi. de homicidio li. 6.* quia in
huiuſmodi delictis non inſpicitur animus ſeu pro-
poſitum ſed euentus *l. eum qui innocentem. §. pe. ff. de
3 iniuriis.* † Nam in his in quibus voluntas noſtra non
poteſt modificare factū vt in eo qui habet animum
vulnerandi & nō occidendi. tunc proteſtatio quod
non percutit animo occidendi nil operatur *l. quo-
niam multa facinora. C. ad l. iul. de vi. & c. fi. lib. 6.* Et hoc
decidit Bar. expreſſe *in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope.
nun. in 4. co. ibi circa 4. in ſecundo caſu & clarius in l. diuus
ff. ad l. Corne. de ſic.* Sed veritas eſt quod licet dictus
Ioan. ab agere reus ſit homicidii. & de homicidio
teneatur tamē non debet morte puniri. ius. n. com-
mune punit homicidium pœna mortis quod eſt
ex dolo & animo occidendi commiſſum. Quod
vero non animo occidendi. licet ſit ſecutum ho-
micidium pœna non eſt mortis, *vt l. 1. C. de ſica con-
iuncta l. 1. §. diuus. ff. ad l. C. de ſic.* etiam ſi fuiſſet lata cul
pa commiſſa prout in caſu noſtro. cum mandan-
do debuiſſet Ioann. cogitare mortem euenire poſ-
ſe. Quod ſi non eſt præmeditatus fuit in culpa &
non in dolo. ita dicit text. *in dict. capitu. fina. de homic.
lib. 6.* Sed culpa etiam lata in pœnis corporalibus
non æquiparatur dolo. vt not. *in l. lege. ff. ad leg. Corne.
de ſic. ſcribit & not. Bart. in l. 1. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe
4 iuſſus. not. in l. in act. ff. de in litem iurando.* † quod quan-
do committitur homicidiū excedēdo nō puniatur
quis vt de vero homicidio eſt text. *in cap. ſignificaſti
2. de homi.* vbi eſt tex. quod ſi aliquis fecit inſultum
contra aliquem presbyterum & presbyter cum li-
gone percuſſerit inſultantem in capite ex quo ex-
ceſſit debitum moderamen tutelæ ſecuta morte
ipſe presbyter nō eſt pœnitus homicidii pœna im-
5 munis. † notādum eſt ergo verbum pœnitus quod
interpretatur ex toto vt eſt tex. *in c. 1. de ſupplenda ne-
gligentia prelato. lib 6. & ibi per Archi. & Io. An. vult ergo
ibi tex* quod homicidium commiſſum per viam ex-
ceſſus licet non ſit immune ex toto ab homicidio
aliqualiter tamen eſt quia non punitur vt dolus
ſed vt culpoſus propter exceſſum & quod hoc in ca
ſu non puniatur pœna mortis eſt tex. *in l. ſi adulte-
rium. §. imperatores. ff. de adul. & hoc volunt doc. & hoc eſt
de mente Bald. & ſcribentium in l. 1. C. vnde vi. & ibi Bald.
6 in 9. & 10. queſt. vbi volunt.* † occidens ſine moderami-
ne inculpatæ tutelę ſit puniendus de homicidio ſed
non ad mortem. Ex quibus concludo quod iſte
Ioannes ab agere non eſt pœna mortis. ſed eſt pœ-
na exilii vel alia ſimiliter puniendus ad arbitrium
domini Capitanei. ſed non corporali. vt dicit text.
in d. §. imperatores. Non ob contraria & primo not.
per Bart. *in §. morte.* quia ibi loquitur de eo qui fecit
homicidium. qui non releuatur propter proteſta-
7 tionem. † quia proteſtatio eſt contraria facto. quæ
4 non releuat proteſtantem. *a vt no. in c. cum M. Ferrari.
de conſtit.* Sed illud non eſt in mandante qui ſolum
eſt in culpa. quia debuit præmeditari quod hoc ſe-
qui poterat. ex quo eſt in culpa & non in dolo. *vt eſt
tex. non cauillando in d. c. fi. de homici. in 6.*

Item fateor quod iſte punitur de homi. quia ſpe-
ctatur euentus non animus ſed nō punitur de ho-
mi. doloſo ſed culpoſo. Et ita debet intelligi illud
quod ſcribit Bar. *in d. l. diuus. ff. de ſica.* Ex quibus con-
cludo quod d. Ioan. tenetur de homici. ſed non de
doloſo. ſed culpoſo. Ex quo infertur quod nullo
modo eſt damnandus ad mortem nec pœna cor-
porali ſed relegationis vel exilii *d. §. imperatores. no. in
l. reſpicien. §. delinquunt. ff. de pœnis.*

ADDITIO.

4 Proteſtantem] *Adde quod ipſa proteſtatio actui contra-
ria remouet voluntatem ab actu tenet. not Bald. in
trac. ſciſmatu. 22. col. Alex de Imo. in l. iuriſgentium
§. proferre de pac. multa per Fely. & nouiſſimos ſcri-
bentes. in c. cum M. Ferrarienſis de conſtitu.*

CONSILIVM XXXVI.

SVMMARIA.

1 *Maleficium committens vbi minus delinquere voluit &
plus deliquit, ſi tamen veriſimiliter cogitare potuit.
quod ex minori delicto, quod intendebat, poterat maius
delictum ſequi, tenetur de maiori delicto, quod ſecu-
tum eſt, & non de minori.*
2 *Amator qui amatricem impregnauit, ſi eius amore mo-
tus pro futura abortione ei poculum dederit. ſi par-
tus vel mater moriatur de occiſo tenebitur.*

 3 *Ver-*

3 *Verberari clericum ſi quis iuſſerit, & occiſus fuerit. tenetur quemadmodum ſi mandaſſet occidi.*

4 *Poſſeſſionem ſi quis ingreſſus fuerit, & facta ſibi reſiſtẽtia occiſi ſunt aliqui ex vna vel altera parte tenetur talis ingrediens quaſi morti occiſorũ cauſam dederit.*

5 *Mandauerit ſi quis alicui, quod det Titio alapam, & vltra eum non offendat, ſi Titius eum repercutere voluerit, & mandatarius eum occiderit, an mandans dari alapam de occiſo teneatur.*

6 *Culpa lata eſt deriuatio incircumſpecta ab ea diligentia quam homines, qui eiuſdem profeſſionis & conditionis ſunt.*

7 *Mandãs non punitur ad mortẽ quaſi de maleficio doloſo, ſed bene de maleficio culpoſo.*

8 *Mandans famulis dominus decimam percipere de aliquibus campis, ſi inuenerint reſiſtentes, & venerint ad arma, an ſi quiſpiam reſiſtentium interficiatur, mandans teneatur de occiſo.*

9 *Maleficiu lata culpa dolo æquiparatur.*

10 *Mandans & mandatarius an eadem lege puniantur.*

11 *Leges quæ dicunt, quod mandans & mandatarius eadem pœna puniantur, quomodo intelligantur, & limitentur.*

12 *Statutum ſi dictauerit, quod fur manifeſtus furca ſuſpendatur, mandans fieri furtum manifeſtum ſuſpendi non debet.*

13 *Iudex poteſt minorare pœnam, quando delictum eſt extra delinquentis propoſitum.*

IN Chriſti nomine. In caſu iſto vt in cæteris qui ad me ferũtur vtar omni poſſibili breuitate. Et primo adducam ea fundamenta quæ veriſimiliter concludunt quod Ioan. ab agere inquiſitus debeat puniri vltimo ſupplicio. Deinde eligens partem mitiorẽ, & vt ego arbitror magis iuri conſonã conabor oſtẽdere quod ad mortẽ damnari nõ poſſit. Non quod putauerim eum abſolui debere ſed puniri, puta alia pœna mitiori iudicis arbitrio. Aſſumo itaque primam partem. Et quæſtio iſta ſatis deciſa videtur per ea quæ no. gl. & doc. Moderni *in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi. & per Bart. in l. diuus. ff. ad l. Cornel. de ſicar. in illo articulo.* Vtrum in maleficiis inſpiciatur intentio an vero e-
1 uentus. † Datur enim talis doctrina quod vbi committens maleficium minus voluit delinquere & plus deliquit. ſi tamen veriſimiliter potuit cogitare quod ex minori delicto quod intendebat poterat maius delictum ſequi tenetur de maiori delicto quod ſequutum eſt & non de minori quod intendebat. Et iſta doctrina probatur ex multis iuribus. Primo per tex. *in l. 1. §. ex incendio. cum ibi not. ff. de incen. rui. naufr.* vbi ſi quis animo incendẽdi vnã domũ miſerit ignẽ & cõbuſtę fuerint plures domus tenetur pro omnib. domib. combuſtis, & ſic inſpicitur euentus & nõ propoſitum. Ad idẽ videtur eſſe caſus
2 *in l. ſi quis aliquid. §. abortionis. ff. de pœ.* † vbi ſi amator qui imprægnauerat amatricẽ motus eius amore dederit & poculum pro futura abortione ſi partus vel mater moriatur tenetur de occiſo. Et ſic nõ inſpicitur intẽtio amatoria ſed euẽtus triſtis q̃ ſequutus fuit. Tertio pro hac eadẽ parte videtur eſſe caſus
3 *in c. ſi. de hom. li. 6.* † vbi ſi quis iuſſerit verberari clericum & occiſus fuerit tenetur quemadmodũ ſi mãdaſſet occidi, q̃a debuit cogitare ꝙ illatio verborũ aliquãdo inferebat mortẽ. Quarto de hoc videtur eſſe caſus in *l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi.*
4 † vbi ſi quis ingreſſus fuerit poſſeſſionem & facta ſibi reſiſtentia occiſi ſunt aliqui ex vna vel altera parte tenetur talis ingrediens quaſi dederit cauſam morti iſtorum occiſorum. & tamen nolebat inferre mortem, ſed volebat ingredi poſſeſſionẽ. Iura ergo q̃ dicunt ꝙ in maleficiis mens & propoſitũ diſtinguũt maleficiũ *vt in l. apud labeonẽ. §. ſi quis virgines. de iniu. C. ad l. Iul. de ſic. l. 1.* quia maleficiũ non cõmittitur ſine dolo debẽt intelligi ſine dolo vero vel præſumpto. hoc enim ipſo, ꝙ quis ſciuit ſeu ſcire debuit ꝙ maleficium quod intendebat committere poterat veriſimiliter declinare ad maleficium quod eſt cõmiſſum. creditur de vtroque cogitaſſe per prædicta. Ad quod etiam facit quod vulgariter dicitur quod in maleficiis reſpicitur euentus. *vt leg. aut facta. in §. euentus. ff. de pœ.* Iſtis vero non obſtantibus quæ videntur multum vrgere. Ego puto dicendũ quod Ioan. ab agere qui mandauit Barth. del colla vulnerari ſeu ſignari & nullo modo occidi. nullatenus ad mortem poſſit damnari, licet mandatarij trangreſſi fines mandati eum occiderint. Nec in cõtrarium me mouent ſuperius adducta. nam ſi illa doctrina quod quis teneatur de eo quod potuerit cogitare debere euenire, ita generaliter intelligatur. Seque-
5 retur iſtud. † vt ſi mandãdo alicui quod det alapam Titio, & vltra eum non offendat quod ſi Titius voluerit eum repercutere & mandatarius eum occiderit ꝙ mandans alapam teneatur de occiſo. Quod mihi videtur duriſſimum & ab omni æquitate alienum. & tamen ſolet dici quod alapa expectat relationem gladii. Vnde iſte qui mandauit alapam potuit cogitare quod veriſimiliter ex alapa poterat cędes ſequi. Item ſequeretur quod ſi quis mãdauerit alicui vt accipiat decimam ex prædio alieno ſibi non debitam, quod ſi in hac acceptione & releuatione poſſeſſorii ſequuta eſt mors & mandans decimam accipi. ex hoc ſolo mãdato tenebitur de occiſo, quia debuit cogitare quod huiuſmodi ingreſſus alienæ poſſeſſionis producit cædem *per d. l. quoniam multa* Sed profecto vt alias in hoc caſu conſultus dixi non puto legislatores tam minimi feciſſe vitam hominum & ideo arbitratus ſum leges ſuperius allegatas non eſſe ita ſupinæ intelligendas. Sed cum grano ſalis moderandas. *vt infra ſubiicio.* Primo dum dicebatur quod ſi quis incẽderit vnam domũ tenetur de omnib. incenſis vltra ſuum propoſitum. Fateor iuſtum eſſe quoniam omnino iſte voluerit incendere & incendium committere merito damnatur de delicto ſecundum ſuum propoſitum licet condemnetur de incendio plurimum domorũ. tamẽ ſatis eſt ꝙ condẽnatur ſolum de delicto incendii ꝙ voluit committere. Sic etiã eſſet in homicidio quod ſi quis volens vnum occidere & duos occidit tenetur de morte aliorum. *l. ſcientiam §. qui cum alter. ff. ad leg. Aquiliam. & leg. eum qui. §. 1 & ibi not. ff. de iniur.* Sed in caſu noſtro non eſt ita quoniã Io. ab agere noluit homicidium cõmittere nec in perſonam Ba. del colla nec in perſonam alterius,

immo

immo expreſſe homicidium fieri prohibuit. Ideo
ſi diceremus eum puniri ad mortem puniretur de
homicidio quod noluit cōmittere & puniretur de
morte cū ſolū voluerit vulnus inferri. Et ſimiliter
non obſt. ſecundū fundamentū. *d. l. ſi quis aliquid. in
§. abortionis. ff. de pœ.* recipit enim eandem reſpon-
ſionem. quoniam is qui dedit poculum abortionis
voluit partū occidere. & pro eo ſolo veniebat tan-
quā homicida puniēdus. vt ibi. Si ergo propter po-
culum & matrem quam diligebat occiderat quam
cupiebat ſaluam eſſe. & ſic vltra propoſitum. iſtud
non eſt dicere quod puniatur de delicto quod vo-
luit committere, ſed eſt dicere quod puniatur de
delicto etiam plurium perſonarum quam conſti-
tuiſſet, & iſtud bene eſt de iure, *vt in l. ſcientiam. §.
qui cum aliter ſuperius alleg.* Non ob. tertio tex. *in c. de
hom.* quoniam ille tex. non dicit quod ille qui man-
dauerit clericum verberari ſi clericus occidatur
dicitur homicida. ſed textus vult dicere quod iſte
mandans etiam verberari eſt in dolo, ſed reſpectu
mortis ſecutæ ipſe non eſt in dolo, ſed in culpa &
intelligo culpa l. lata, cum enim omnes intellige-
rent quod ex vulnere veriſimiliter poteſt ſequi
mors ſi mandās clericum verberari iſtam circum-
ſpectionem non habuit eſt in lata culpa per ea quę
habentur *in l. lata culpa. ff. de ver. ſig. & per gl. inſti. quib.
mod. re contrahit. ob. §. pen. & per Barto. in l. quod Nerua.*
6 *ff. depoſit.* † quia lata culpa eſt deriuatio incir-
cunſpecta ab ea diligentia quam habent homines
qui ſunt eiuſdem profeſſionis & conditionis. Vnde
ille tex. ſi recte conſideretur vult quod ille man-
dans clericum vulnerari non teneatur quaſi de ma
leficio doloſo, ſed quaſi de maleficio culpoſo, quo
caſu cōmuniter tenetur ſed nō eſt ſic inferēda pœna
mortis ſed alia mitior *per l. 2. §. hac actione. ff. vi bo. rap.
& l. reſpiciendum. §. delinquunt, ff. de pœ. & l. lege Corn. ad leg.
Cor. de ſic.* Et hoc *expreſſe dixit Bar. in l. fi. ff. de adu.* Non
obſt. vltimo tex. fortior q videtur has deſtruere ſo
lutiones in l. quoniam multa præalleg. quoniam
qui nolebat cōmittere maleficium ſed ſolum vio-
lenter ingredi poſſeſſionem. & tamen tenetur de
maleficio & cædibus in illo ingreſſu commiſſis. Ad
hoc ego reſpōdeo primo illa. l. loquitur in illo qui
violēter ingreditur. & qui violēter in ingrediendo
vidit reſiſtentiam ſibi fieri. Et veriſimiliter ſi vo-
luiſſet recedere & ſe abſtinere à violento ingreſſu
poſſeſſionis alterius non fuiſſent ſecutæ cædes aut
maleficia proinde cum voluerit ſuam violentiā cō-
tinuare & reſiſtētes ſibi opprimere cōſequenter vo
luit cædes & maleficia cōmitti & ideo credo quod
l. quoniam multa non procederet in eo qui man-
daſſet alteri quod deberet ingredi poſſeſſionē fun-
di alieni. Nam talis mādans ſi forte ſuſpicatus fuiſ-
ſet futuram reſiſtentiam id non mādaſſet. Et pro-
pterea alias in tali caſu conſulens reſpondi ex ci-
7 uitate Feltri, † q mandans non puniatur ad mor-
tē quaſi de maleficio doloſo, ſed bene fateor eum
debere puniri de maleficio culpoſo, quia debuit
cogitari quod ſimiles ingreſſus violēti vt commu-
niter habent reſiſtentiam & inde cædes oriuntur.
Quod ſi non cogitauit fuit in lata culpa. Itaq; pu-
niendus eſt de maleficio culpoſo & non doloſo. vt
ſuperius dictum eſt. Et ita dixi limitandam eſſe d.
l. quoniam multa vt cum ſit. l. pœnalis & odioſa,
& loquatur in eo qui per ſeipſum ingreditur vio-
lenter non ſit extendenda ad eum qui mandauerit
ingreſſu de iura vulgaria. maxime cum ſit diuerſa
ratio vt ſupra. Nam ipſe ingrediens dicitur in in-
greſſu non ſolum committere delictum violentiæ
ſeu ingreſſus violenti. Sed etiam vt prædixi videns
ſibi fieri reſiſtentiam & continuas illationes violē-
tiæ videtur velle committere homicidium. quod
exinde ſequitur. Et hoc eſt quod voluerit tex. qui
communiter no. qui dicit *in d. l. 1. in prin.* quod multa
facinora vno ingreſſu poſſeſſionis committeban-
tur quę ratio ceſſat in eo qui mandauerit alium de-
bere ingredi qui non vidit aliter reſiſtentiam fieri.
nec vidit cædes paratas quas ſi vidiſſet non conti-
nuaſſet violentiam: ſed ſolum eſt in culpa quia de-
buit cogitare hic poſſe euenire. & ſic eſt puniendus
ſolum de maleficio culpoſo propter mādatum vbi
ſi perſonaliter interfuiſſet violentiæ puniretur de
maleficio doloſo per d. l. quoniā multa. quā ſic pu-
to limitandā & declarādā. Et maxime hoc verū eſt
in caſu noſtro vbi mādatū fuit limitatū vt infra di-
cā ita q ad homicidiū nullo modo extēdebatur ali-
ter ſi l. illa quoniā multa intelligeretur ita genera-
liter vt ſonat prima facies eius ſequeretur iſtud in-
8 cōueniens in quo alias conſului ex Feltro. † Quidā
prætendens ſibi deberi decimam certorum cam-
porum quam alius conſueuerat percipere dedit
mandatum duob. famulis ſuis vt irent ad accipien-
dum dictam decimam. ſi tamē inuenerint aliquos
ſibi reſiſtentes nullo modo deueniant ad rixā ver-
ba vel homicidia. hi famuli acceſſerunt & cum pla-
teas oneraſſent poſſeſſor decimæ inſultum fecit in
ipſos famulos. & facto inter eos cōgreſſus vnus fa-
mulorum occidit dominū decimę & aufugit. Vi-
carius poteſtatis memor l. quoniam multa prælle.
fecit capi dominum famulorū & cum volebat fa-
cere decapitare. Et veniēs ad hanc ciuitatem nun-
cius illius capti reportauit conſilium meum quo
dominus eius à morte liberatus eſt quoniam licet
diceret Vicarius q mandans ingreſſum poſſeſſio-
nis indebitum tenetur de cæde ex tali ingreſſu ſe-
cuta. vt d. l. quoniam multa cum talem caſum de-
buit præuidere. Dixit quod l. quoniam multa lo-
quitur in ingrediente & non in mandāte ingredi.
Item & ſi haberet locum in mandante ingredi
non haberet locū in eo qui cum præuidiſſet caſum
cædis futuræ non ſolum cædem non mādauit. im-
mo iuſſit ab omni cæde abſtinere, & propterea idē
dico in caſu noſtro quod l. quoniam multa nō ha-
bet locum in Ioan. ab aggere duabus rationib. tum
quia ipſe non interfuit ſed mandauit. tū quia cum
ipſe præuiderit caſum futuræ cædis. iuſſit tamē de-
bere ab eo abſtineri. Et pro eius abſolutione vltra
præmiſſa moueor quoniam antedictus Ioa. vt dixi
ſolum eſt in lata culpa. quia debuit cogitare quod
vulnera non dantur ad menſuram. modo licet di-
9 catur † quod in maleficiis lata culpa æquiparatur
dolo. *vt in l. 1. §. 1. ff. menſ. fal. mo. dixe. & in l. 1. §. non autem
ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ.* Tamen illa regula non habet
locum in delictis ex quibus venit imponenda pœ

na corporalis gl. eſt multum notabilis *in l.in actioni-*
ff.de in lite iurã.& tangit etiam gl.in l.ſi mora.ff ſolu.mat.
& Bar.in l.quod nerua.ff. depoſit. Item quod Io.ab age-
re nullo modo poſſit condemnari ad mortem facit
talis ratio conſtat quod ipſe non vulnerauit Bar.
ſed commiſit vulnerari. modo quando quæritur
10 † vtrum mandans & mandatarius puniãtur eadem
pœna& eadem *l.Bar.in l.in furti in §.ope.& l.is qui opem*
eo.ti. dat vnam doctrinam quod ſi mãdans & man-
datarius habent aliquam qualitatem diuerſam.quę
tamen qualitas ſurgit ex perſonis eorum. tunc di-
uerſitas qualitatis inter mandantem & mandata-
riũ non proficit mãdati.ſed ſibi bene nocet. Exem-
plum.extraneus mandat filio vt interimat patrem.
certe ipſe mandans nõ eſt filius.& tamen tenebitur
pœna parricidii. ſicut filius mãdatarius qui patrem
occidit.&ſic qualitas mandatarii nocebit mãdanti.
Sed ecõtra pone quod mandans erat filius qui mã-
dauit extraneo vt occidat patrem ipſius mandan-
tis certe licet mandatarius occidẽs ſit extraneus ta-
men ea quo mandans fuit filius tenebitur de parri-
cidio.& ſic diuerſitas qualitatis non proficiet man-
dãti quando iſta qualitas ſurgit ex perſonis.Sed qñ
mandans & mandatarius ſunt diuerſæ qualitatis &
ipſa diuerſitas nõ ſurgit ex natura perſonarum ſed
aliunde. certe diuerſitas qualitatis proficiet man-
dãti & deterior qualitas quæ ſit in mandatario ſibi
mand.itum non nocebit. Exemplũ quãdo manda-
tarius fuit cõtumax vel negauit & propter hoc fuit
condemnatus durius. nam mandans qui confeſſus
eſt non puniretur eadem pœna de ſica. Bar. ſing *in*
d.l.n qui opem.& in l.verum.ff.ad l pomp. de parrici. Mo-
do ad propoſitum Io. ab agere mandans fuit intẽ-
tionis quod Bar.del colla non occideretur. licet.n.
mandatarius eum occiderit & vere teneatur de oc-
ciſo & de homicidio doloſo. tamen iſtud non ag-
grauat pœnam Ioan.in quo eſt diuerſa qualitas per
11 prædicta. Ad idem moueor præterea † quia omnia
iura quæ debent & quod mandans & mandatarius
puniũtur eadem *l.& eadem pœna l. non ſolum.§ ſi man-*
dato ff.de iniu.in l.1.§.deieciſſe.ff. de vi & vi arm. in c. que-
rela de ele.in c. ſicut dignum de homic.in c. 2. de here. in 6.
& in c. Felic. de pe. co.lib. debent intelligi & limitari.
vt verum dicant quãdo l loquitur realiter. vt quia
dicat ex tali delicto imponatur talis pœna tunc. n.
eadem pœna imponetur mandanti & mandatario.
Sed quando l.loquitur perſonaliter tunc l.quæ lo-
quitur de faciente non habet locum in mandante
& ita dicit Bar. ſingulariter *in l. is qui opem. ff. de fur.*
12 *In contra.l hac verba ff.de adul.* † Si in l. vel ſtatuto di-
citur fur manifeſtus furca ſuſpendatur. mandans
fieri furtum manifeſtum non ſuſpendetur. quia
mãdans non cõtinetur in l.quę de delinquẽte per-
ſonaliter facit mentionem ſecus ſi diceret ex furto
nõ manifeſto rei ſuſpendatur. Modo ad propoſi-
tũ l.cor.de ſica.quæ punit occidẽtem hominem.
dicit eum qui hominem occiderit. Itaque mãdans
eadem lege non videtur puniendus.& conſequen-
ter nec eadem pœna etiam ſi per ſecundum man-
datum ſequuta eſſet mors. Quod ad præſens nõ de-
determino quia non eſt caſus noſter. Ioan.enim ab
agere non mandauit hominem occidi ſed vulnera-
ri & nõ punctim ſed ceſim. Immo quod plus ẽ, phi-
buit occidi quod maxime in re iſta videtur eſſe no-
tandum ad eius pœnam mitigandã. vt non punia-
tur eadem l.& pœna qua ipſe occiſor per iura & ra-
13 tiones ſuperius allegatas. Et poſtremo addo. † quod &
ſi de iure communi iudex poſſet eandem pœnã ir-
rogare quæ eſſet irrogãda mãdatario. l.pœna mor-
tis tamẽ iſte eſt caſus in quo iudex habet arbitrium
pœnæ minorandæ quando delictum eſt extra pro-
poſitũ delinquẽtis.ita dixit gl.Bar.& omnes ſcriben
tes *in l.quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not.infa.&*
in l.& ſi ſeuerior. C.ex quib.cau.infa.irrog. Et vltimo ad-
do quod in caſu noſtro adeſt,& alia cauſa ex his quę
qui docto. enumerantur vbi ſupra ad pœnam mi-
tigandam quoniã Io. ab agere eſt miles ſtrenuus de
quo apud militiam illuſtriſſimi domini in exercitu
habetur optima mentio quod ſit acerrimus in pugna,
& reipublicæ vtilis. Argumentum huius quod ſit
ſquadrerius magnifici domini Antonelli de cor-
neto. qui cum eum aliis ſuis militib. prætulerit co-
gnouiſſe debet in eo iuſtiſſimam cauſam prælatio-
nis ex virtute & animoſitate ipſius Io. proueniente.
Et iſta ſola eſſet ſufficiẽs cauſa per quam iudex poſ-
ſet in eo pœnã minorare. *vt eſt tex in l.nõ omnes.§.ſi.ff.*
de re mili.& gl.no.in d.l.& ſi ſeuerior.quam omnes ſequun-
tur. Propter quæ omnia ego Fran. de capiti liſte de
Padua legum doctor & comes ibidẽ iura ciuilia le-
gens ordinarie cõſulo per Magni.d.Capi. Vincen-
tiæ Io.ab agere captiuum nõ debere ad mortẽ con-
demnari quaſi de maleſi. doloſo ſed minus eſſe pu-
niendum eius arbitrio quaſi pro culpoſo maleficio.

CONSIL. XXXVII.

SVMMARIA.

1 *Factum illicitum ab euentu potius quam animo man-*
dantis iudicatur.

2 *Irregularitatem ad incurrendam mortis euentus inſpi-*
ciatur, etiam ſi culpa non praceſſerit.

3 *Mortis caſu ab hoc vt aliquis puniatur pœna mortis, de*
iure ciuili vel municipali non ſufficit, quod lata cul-
pa pracedat, ſed dolus & occidendi animus.

4 *Statutum ſi homicidium ad mortem puniat, iudex vbi*
dolus non conſtat ſententiã ſuam temperare poterit.

5 *Statutorũ verbis Iudeorũ more nõ ſemper inhærendũ eſt.*

6 *Pœna ſtatutaria corporalis & ſi nõ ſit pœna mortis, dolũ*
requirit, licet ſtatutum de dolo mentione nõ faciat.

7 *Pœnis in ſtatutariis non animus, ſed factum inſpicitur,*
quia ſolus animus non punitur niſi etiam effectus ſe-
quatur, licet de iure communi in grauioribus deli-
ctis ſecus exiſtat.

8 *Mandans pro homic. non pro vulne. puniri debet.*

9 *Proteſtatio quod nihil operetur. quãdo illicitu factũ mã-*
datur quod ab euẽtu inſpicitur, quomodo intelligatur

10 *Mortis euentus, quantum ad mortis pœnam imponen-*
dam quomodo inſpiciatur.

11 *Culpa lata dolo non æquiparatur, quantum ad mortis*
pœnam imponendam.

12 *Mandans occidi ſi de ſuo dolo appareat mortis pœna te-*
netur.

13 *Mandans an de homicidio teneatur, ſi mandatarius oc-*
cidendo mandati fines exceſſerit.

IN Chriſti nomine amen. Viſa inquiſitione & cõ
feſſione Io.ab agere carcerati. Ad id de quo prin
cipa-

cipaliter q̃ritur an veniat condemnandus ad mor-
tẽ omiſſis ſuperfluis dicendum videtur mihi quod
nõ, quia ipſe nõ occidit Bar. del colla pro ſe. & hoc
eſt clarũ. Nec ẽt illum occidiſſe videtur per Ianell.
eius famulum quia non mandauit ipſi Ianel. quod
eũ occideret, vt patet ex inquiſitione & cõfeſſione
ipſius Ioan. ab agere & ſic non venit condemnan-
dus ad mortem tanquam homici. vt dixi. Nec ob.
quod mandauit dicto eius famulo vt vulneraret i-
pſum Bart. & ſic ipſe vulneraſſe videtur vere vel in-
terpretatiue. iuxta not. per Barto. *in l. non ſolum. §. ſi
mandato, de iniur. & Pe de Anch. in c. cum qua. de ſen. ex-
comm. in 6.* per quod videtur quod veniat condem-
nandus eſſe ad mortem ſicut condemnandus eſſet
ad mortem ſi per ſeipſum vulneraſſet, & mors ſe-
cuta eſſet ex vulnere, quia non eſt verum ꝙ man-
dauit ipſi ſuo famulo quod vulneraret ipſum Bart.
tali vulnere ex quo poſſet ſequi mors, ſed mãdauit
contrariũ quod tali vulnere nõ vulneraret, vt pa-
tet ex d. inquiſitione & confeſſione ipſius Io. & ſic
non eſt verũ ꝙ ipſe Io. vulneraſſe videatur tali vul-
nere letali, quia non mandauit hoc vulnus inferri,
nec apparet quod ipſum ratum habuerit. Ideo non
venit condemnandus ad mortem. Nec ob. vlterius
quod condemnandus videatur ad mortem quia
mandando dicto eius famulo quod ipſum Barth.
1 vulneraret mandauit ei ſactum illicitum. † quod
regulariter ab euẽtu potius quam ab animo ipſius
mandantis iudicatur per quod videtur quod pro-
teſtatio & modificatio mandãtis quam fecit quod
illum non occideret non excuſet ipſum Ioan. & ꝙ
euẽtus mortis ſecutus inſpiciendus ſit potius quã
dicta proteſtatio & modificatio mandandi per id
quod not. Bart. *in l. diuus ff. ad l. Cor. de ſic & per eun-
dem in. l. non ſolum. §. morte. de ope. nou. nunc. in 1. q. princ.
in pe. arti. dicta quæſt. Pro quo etiam videtur caſus in c. fin.
de homicid. lib. 6.* Quia fateor quod inſpiciendus eſt
caſus & euentus mortis & quod ille imputãdus eſt
ipſi Ioan. quatenus ad pœnam irregularitatis, *vt in
2 dicto c. fin.* † quia ad incurrendum irregularitatem
inſpicitur euentus mortis etiã ſi non præcedat cul-
pa, ſed meritum potius inferentis, *vt in cler. 1. eo. tit.
de homic.* & fateor etiã quod euentus & caſus mor-
tis imputandus eſt ſibi quantum ad hoc vt pro illo
veniat puniendus aliqua maiori pœna quam pu-
niendus fuiſſet pro vulnere ſi non fuiſſet mors ſe-
cuta quia quando culpa præcedit animum & ordi-
nata eſt ad caſum. quis tenetur de caſu. *l. ſi vt certo. §.
interdum. ff. commo. & l. ſi vehendam. §. 1. ff. ad l. Rhodiam
de iact. modo in hu & in c. ſicut dignum. de homic. & quod
not in d. c. fi. de homic.* Sed non eſt ſibi imputandus i-
pſe caſus & euẽtus mortis quantum ad hoc vt pro
illo puniendus ſit tanquã homicida pœna mortis.
3 † Ad hoc enim vt ex euentu & caſu mortis quis ſit
puniendus pœna mortis de iure ciuili vel munici-
pali non ſufficit quod p̃cedat culpa ẽt lata. Sed re-
quiritur ꝙ p̃cedat dolus & animus occidẽdi. *l. in l.
ad l. Corn. de ſica.* Et ita etiã determinat expreſſe Bal.
*in l. data opera. C. qui accu. non poſ. in 4. col. vlt. determi-
4 nat.* † quod ſi ſtatutũ puniat homicidã ad mortem.
Iudex debet ſententia temperare, & non impone-
re pœnam mortis ſi videret quod non ſit dolus li-
cet ſtatutum de dolo non facit mentionẽ quia ſta-
tuta reſtringuntur per rationes iuris communis a
a *l. ſi ſeruus veſtri. de noxa.* & voluntas & propoſitum di-
ſtingunt maleficium. *ff. de fur. qui iniuria* & affectio
tua operi tuo nomen imponit. *C. de iniur.* ſi nõ con-
uitij & in præcedentib. per vnã col. dicit etiã multa
bona tendentia ad idem & ad propoſitum. Et ex e-
ius verbis confunditur error multorum iudicum
aſſerẽtium quod in pœnis ſtatutariis etiam mortis
nõ debet inſpici dolus & anim. occidendi, ſed factũ
& euẽtus mortis potius p id quod no. *in l. 1. §. diuus.
& in l. ſi etiam modum. ff. ad l. Corn. de ſic.* per Bar. etiam
nõ intelligẽtes verba Bar. nec eius mẽtẽ credunt,
5 † quod pro homicidio cõmiſſo etiam ſine dolo &
animo occidendi imponenda ſit pœna mortis ex
forma ſtatuti cuius verbis inhærendũ ſit iudæorũ
more, *iuxta no. in l. non dubium. C. de legi.* Nec conſi-
derant ſcripturam dicentem litera occidit ſpiritus
autem viuificat nec etiã conſiderant inconueniẽs
quod ſequeretur ita intelligendo quia ſequeretur
quod pro homicidio cõmiſſo etiam culpa leuiſſi-
ma. Quinimo etiam eo caſu eſſet imponẽda pœna
mortis cõtra no. per Bar *in d. l. data* tam ante verba
prædicta quam poſt per vnam col. & per Bar. *etiam
6 in l. 1. §. 1. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ.* vbi vult, † ꝙ pœna ſta-
tutaria corporalis & ſi non ſit pœna mortis requi-
rat dolum. licet ſtatutũ de dolo non facit mentio-
nem & quod non ſufficit lata culpa. Nec ob. quod
idẽ Bar. non *in §. diuus. & in l. ſi quia Bar. ibi vult dicere,*
7 † quod in pœnis ſtatutis non inſpicitur animus ſed
factum quantum ab hoc: quia ſolus animus in iis
non punitur niſi ſequatur etiã effectus licet de iu-
re communi ſecus ſit in grauiorib. delictis. *l. ſi quis
cum telo. C. ad l. Cor. de ſic. & l ſi quis non dicam rapere. de
epiſ. & cler.* Non aũt eſt intentio Bar. velle dicere ꝙ
nõ inſpiciatur dolus & animus occidẽdi quantum
ad hoc vt factũ ſine animo & dolo puniatur pœna
mortis. quia ſibiipſi contrariatur in eo quod dicit
in d. l. 1. §. 1. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. vbi vult quod factum
non puniatur pœna mortis niſi interueniat dolus
& animus occidendi. Cum ergo in caſu noſtro nõ
interuenerit dolus & anim. occidendi. quia Io. ex-
preſſe iniunxit ipſi Ianello eius famulo, quod Bar.
nõ occideret dicendum & cõſulendum eſt, vt dixi
quod caſus & euentus mortis ſubſequutus ex vul-
nere illato per ipſum Ianel. non eſt imputandus i-
pſi Io. quãtum ad hoc vt p illo puniẽdus ſit pœna
mortis. quia nõ habuit animum occidendi. vt con
ſtat ex inhibitione q̃ fecit nec eius culpa quam cõ-
miſit in mandando hoc factum illicitum vulnerã-
di ſufficit ad puniendum ipſum pœna mortis. licet
fuerit lata culpa. Et ſecundum prædicta ſane debet
intelligi, quod no. Bar. *in d. l. diuus. ff. ad l. Corn. de ſi-
8 car.* vbi vult, † quod inſpiciatur euentus mortis.
quia verum eſt, quod inſpicitur quantum ad hoc
vt puniatur pro homicidio, & non pro vulnere,
vnde non, vt pro ipſo homicidio puniatur pœna
mortis, ſicut puniretur ſi fuiſſet in dolo, & habuiſ-
ſet animum occidendi, ſed vt puniatur mitiori
pœna grauiori, tanquã ſi non fuiſſet mors ſequu-
ta. Nec à dicta grauiori pœna qua venit puniẽdus
pro morte ſubſecuta, excuſat ipſum modificatio

mandati & proteſtatio quam fecit famulo quod non occideret. & ita ſane debet etiam intelligi. quod not. Bart. *in §. mortem. i. q. principali in pe. articulo.* vbi *vult. id quod dixi.*
9 † quando mandatur factum illicitum quod dependet potius ab euentu quam ab animo proteſtatio nihil operatur & allegat dictum. *c. fi. de homici. lib. 6.* Nam verum eſt quod nihil operaretur ad euitandam pœnam irregularitatis & ita loquitur. *d. c. fi.* Nec etiam operatur ad euitandam pœnam quæ propter euentum mortis imponenda eſt maior quã ſi mors non eueniſſet. Ad euitandam autem pœnam mortis proteſtatio bene operatur. quia per illam apparet quod in eo non fuit dolus & animus occidendi *per no. per Bal. in d. l. data. C. de accuſa.* Et Gaudinus antiquus & ſolemni practicus ita expreſſe determinat in ſuo opere maleſi. in materia de homicid. rub. 14. vel. 13. Nec ob. prædictis *. l. ſi quid aliud. §. qui abortiones. ff. de pœnis.* vbi
10 probatur. † quod euentus mortis inſpicitur etiam quantum ad imponendã pœnam mortis licet non præceſſerit dolus & animus occidendi. ſed præceſſerit ſolũ culpa quia text. ibi dum dicit. Et ſi dolum non faciunt referri debet ad eos qui dãt poculum amatoriũ, vt puniatur pœna de qua ibi licet nõ dederit dolo & animo occidẽdi, ſed explendæ libidinis cauſã. *vt dicit tex. in c. ſi quis non cauſa. de homicid.* nõ autem refertur ad eos qui dederunt poculum abortionis cauſa, quia tales nõ poſſunt illud dare niſi dolo, & animo occidendi ſaltem fœtum qui eſt in vtero ex quo dant abortionis cauſa. Ideo text. ibi dum ſubdit quod ſi eo poculo perierit mulier. aut homo, ſcilicet nondũ natus qui erat in vtero ſummo ſupplicio debet offici. Intelligi debet de eo qui dederit poculũ abortionis cauſa. quia talis habuit animum occidendi hominem qui erat in vtero. Ideo punitur pœna vltimi ſupplicij ſi mulierẽ occiderit. licet non habuit animum illam occidendi. Non autem ibi debet intelligi de eo qui dedit poculum amatorium. quia talis non habuit animum occidendi mulierem nec hominem qui erat in vtero mulieris. ideo non punitur vltimo ſupplicio propter euentum mortis. licet fuerit in culpa dandi ipſum poculum amatorium. & licet etiam talis
11 lata culpa. † quia lata culpa non æquiparatur dolo quantum ad imponendam pœnam mortis. *ex l. Cor. de fica. d. l. in l. ad l. Corn. de fica.* & iſte eſt verus intellectus illius tex. aliter contradiceret. *d. l. in l. & aliis iuribus* quæ dicunt quod culpa etiam lata non æquiparatur dolo in criminalib. & præſertim quando agitur de imponenda pœna mortis & cõtradiceret etiam communi ſententiæ ſcribentium quæ eſt quod quando homicidium committitur ſine dolo & animo occidendi mitius agitur cum committẽte quam ſi committeret ipſum dolo. Nec ob. prædictis quod not. Bal. *in l. non ideo minus. C. de accu. in vlti. colum.*
12 † vbi firmauit quæſtionem noſtrã de eo qui mandat aliquem vulnerari & prohibuit ne occideretur mandatarius autẽ occidit, an mandans teneatur de homicidio. & reſpondit quod ſic. & ſubdit quod tenetur ac ſi mandaſſet occidi *per c. fin. de homicid. lib. 6.* Nam in quantum Bal. dicit quod tenetur de homic. Bal. bene dicit quia nõ tenetur de ſimplici vulnere ſed de homicid. *vt dixi.* Sed dum poſtea ſubdit quod tenetur de homicidio ac ſi mandaſſet occidi Bald. non bene dicit. Nam ſi mandaſſet occidi appareret de ſuo dolo. ideo puniretur pro homicidio pœna mortis. Sed ſi mãdauerit vulnerari cum prohibitiõe quod non occidat econuerſo apparet quod non eſt in dolo. Ideo licet teneatur de homicidio, non tamen tenetur ac ſi mandaſſet occidi. Sed tenetur mitiori per ſupradicta. Nec obſt. *c. fin. de homicid. lib. 6.* quod allegat quia text. ille vult quod teneatur pro homicidio ac ſi mandaſſet occidi quantum ad pœnam irregularitatis, non autem vult quod teneatur ac ſi mandaſſet occidi quantum ad pœnã mortis. Immo vult contrarium dum dicit quod mandando fuit in culpa. Et ſic vult quod non teneatur pœna mortis, quia illa non imponitur pro homicidio culpoſo, ſed pro doloſo. Et hæc eſt veritas ſecundum quam etiam debet intelligi quod no. idem Bal. *in l. cum mandati. C. mandati.* vbi format etiam quæſtionem noſtram,
13 † & vult quod mandans teneatur de homicidio ſi mandatarius fines mandati exceſſerit occidendo, licet mandans hoc inhibuerit. Et idem videtur ibi tenere Ang. quia verum eſt quod tenetur de homicidio ſed non tenetur pœna mortis, ſed mitiori per ſupradicta.

Ego Ang. de Caſtro vtriuſque iuris doc. & filius quondam domini Pau. de Caſtro ordinarie legens iura canonica in ſtudio Paduano dico & conſulo iuris eſſe prout ſupraſcriptum eſt, & ad finẽ manu propria me ſubſcripſi & ſigillaui die XIIII. Maij. MCCCCLIX. Nec obſtat etiam ſupradictæ concluſioni. *l. quoniam multa facinora*, quia ibi vulnerans vel habuiſſe præſumitur animum occidendi ex genere armorum cum quibus percuſſit. *l. 3. §. diuus. ad l. Cor. de ſicar.* quod non fuit in propoſito in mandante; de cuius animo certum eſt quod noluit occidere per ſe vel per famulum. In certis enim & non certis locus eſt coniecturæ. *l. continuus. §. cum ita. de verbo. obligatio.*

ADDITIO.

a Iuris communis.] *Adde Paul. de Ca. in conſil. 103. incip. Non eſt dubium. & in conſil. 194. incip. In cauſa carceratorum. Bal. in l. cum à matre. ad fin. C. de rei ven. Bar. d. Alex. & docto. in l. ſi. §. in computatione. C. de iure delib. & in l. quicquid adſtringendæ, de verb. obli.*

CONSIL. XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Homicidium lingua tribus modis committitur.*
2 *Delicti euentus & non animus inſpicitur.*
3 *Pœna legis Cornel. de ſicar. doloſo homicidæ tantum irrogatur*
4 *Pœna exilij vel ſimili mandãs puniri debet, ſi citra mortem mandauerit.*
5 *Homicida omnino reus mortis non eſt, ſed ille tantum, qui dolo facit.*

IN Chriſti nomine amen. Poſtulato ſuffragio Magnifice & generoſe vir, do. Franci. Michael maior hono. Scitis quod ego ſum ita vobis familiaritate & amicitia coniunctus quod

quod ego non reſcriberem vobis aliqua cõtra ve-
ritatem. Ego ſcripſi & conſului pridie abſque vllo
precio, an ille qui mandauit famulis ſuis vt vulne-
rarent aliquem ſed non occiderent, an ſi manda-
tarij excedentes mandatũ vulnerando occiderũt,
an talis mandans videatur dignos pœna mortis. Et
multi qui non intelligerent bene mẽtem iuris di-
1 cerent quod ſic, † quia homicidium committitur
lingua tribus modis. Nam mandando fieri homi-
cidium, homicida eſt, de pœnitentiis *diſti. 1. c. homi-
cidiorum*. Nec obſtare videtur ſi dicitur ipſe manda-
nit vulnera inferre & non mortem. hoc non vide-
tur ipſum eleuare, quia in illis quæ non ſunt in
poteſtate noſtra, vt quod vulnus non inferat mor-
tem, cum ẽt leue vulnus poſſit eſſe mortale, tũc ta-
lis proteſtatio non iuuat proteſtantẽ. *vt eſt tex in c.
ſi. de homicid. lib. 6.* vbi videtur eſſe caſus quod de ho-
mi. puniatur, & videtur determinare Bart. *in l. non
ſolum. §. morte. ff. de op. noui nuncia. ibi circa 4. in ver. 2.
caſu hoc idem videtur firmare Bal. in l. non ideo minus. C. de
accuſ. circa fi. in vlt. col. dicens quod hoc caſu tenetur de ho-
micidio. allegat tex. in d. c. fin.*

Hoc idem videtur determinare Bart. *in l. diuus ff.
de l. Cor. de ſica. ibi 2.* quæro ibi quid ſi deliquit plus
2 circa perſonã dicens † quod in his inſpicitur euen-
tus & nõ animus. *l. eum qui nocen. §. pen. ff. de iniur.* Et
pro dictis iſtorum doc. videtur tex. apertus *in c. ho-
micidium de pœni. diſt. 1.* vbi parilem pœnam ibi ho-
micidæ pariter eſſe demouſtrantur. Sed præfatis
non obſtan. veritas eſt quod iſte mandans prædi-
cto modo vulnera inferri per mandatarios, ſed nõ
occidi, nõ eſt dignus pœna mortis ſeu vltimi ſup-
plicij. *tex. eſt non cauillando eum in d. c. ſi de homic. lib. 6.*
qui tex. dicit quod talis mandans eſt in culpa, er-
go non in dolo.

Et ideo eſt aduertendum quod licet committẽs
homicidium qualibet negligentia homicida ſit,
vt eſt tex. & gl. 2. q. 5. c. conſuluiſti. Cum nomen homi-
cidij ſit nomẽ generale, vt infra dicam. Tamen nõ
omne homicidium parili pœna ſeu temporali ſeu
ſeculari plectitur. Nam vt ibi dixit gl. ſi ille qui oc-
cidit hominẽ non habuit animum occidendi tunc
non tenetur pœna. *l. 1. ff. de ſicar. l. 1. §. diuus. ff. ad leg.
3 Cor. de ſica.* † irrogatur tantum doloſæ homicidæ,
ſed quando eſt in culpa etiam lata nõ punitur pœ-
na mortis ſicut regulariter punitur omnis homi-
cida doloſus ꝗ punitur pœna vltimi ſupplicij præ-
terquã honeſtiores viri & in dignitate poſiti, qui
deportantur & eorum bona publicantur. *vt l. qui
ea. ff. ad l. Corn. de ſic.* ſed quando non eſt in dolo, ſed
in culpa etiam lata non punitur morte, *vt eſt tex. in
l. ff. ad l. Corn. de ſica.* & ibi Bar. quia lata culpa in pœ-
nis corporalibus non æquiparatur dolo, vt no. dd.
& ibi Bar. *in l. 1. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe.* Ex quibus con-
cludo quod cum talis mandãs ſit vt dictum eſt ſo-
lum in culpa & nõ in dolo non debet puniri pœna
mortis, ſed pœna exilij vel alia ſimili, *vt l. ſi adulte-
rium cũ inceſt. §. imperatores. ff. de adul.* Non obſt. con-
tra quia fateor quod iſte ẽt ſic mandans eſt homi-
cida, quia homicidij nomen eſt generale compre-
hendẽs omnem illicitũ motum cõtra proximum,
vt in c. homici. de pœn. diſt. 1. & parili pœna punitur, ſi-
cut mandans, ſ. pœna irregularitatis. Et ſic intelli-
gitur *d. c. ſi. de homici. lib. 6.* & de hoc etiam eſt text. *in
c. homicidiorum cũ gl. de pœn. diſt. 1.* vbi tex. dicit quod
pariter eſt homicida odio habens fratrem vel lin-
gua interficiens aut ferro actualiter mortem inſe-
rens & parilem pœnam habent. vt dixit ibi tex. ſed
gl. & Arch. & doc. intelligunt iſte ſane, vt in hoc
ſit paritas pœnæ quia quilibet iſtorũ Deum amit-
tit & incurrit pœnam æternã. Et ita dicit ibi gl. in
verbo parilem, id eſt ſimilem quantum ad Deum
alias pœna ſubaudi temporalis imponitur inter-
fectori grauior, vt dicit ibi gl. in verbo parilem, id
eſt ſimilem quantũ ad Deum ſentit gl. & quilibet
eſt irregularis *vt d. c. ſi.* & proteſtatio non releuaret
occidentẽ ſi proteſtaretur quod vulneraret animo
non occidendi, quia proteſtatio eſt cõtraria facto
& ita intelligitur dictum Bar. *in §. morte. arg. c. cum
M. Ferraren. de conſti.* ſed bene releuat mandantẽ ſic
proteſtantẽ, quia oſtendit quod animus eius non
erat occidendi, nec cõtrarium eius factum inter-
uenit, ſed fuit in culpa, quia poterat præmeditari
quod ex vulnere mors ſequeretur vel ſequi poſſet
4 *arg. c. ſi. de homici. li. 6.* † Ex quibus concludo Deo te-
ſte & ſecundum veram & rectam conſcientiam ꝙ
iſte qui ſic mandauit non debet puniri pœna mor-
tis ſeu vltimi ſupplicij, ſed debet in pœna exilij vel
alia ſimili pœna plecti, *vt d. l. ſi adulterium cum ince-
5 ſtu. §. imperatores,* † vbi probatur quod nõ omnis ho-
micida eſt reus mortis, ſed tãtum qui dolo facit, *vt
d. l. 1. §. diuus. ff. de ſica.*

CONSIL. XXXIX.

SVMMARIA.

1 *Conſiliarij ciuitatũ noſtri temporis, maxime in crimi-
nalib. an decurionum priuilegiis gaudeãt. & an con-
ſtitutio de pace tenenda locum habeat in officiali fi-
ſci pecunias vel reipublicæ ſubtrahente, & qua etiam
pœna talis pecunias ſubtrahens multetur, & an de-
nunciatio duorum conſociorum in officio ſit ſuffi. iẽt
inditiũ ad torturam, & an inquiſitum de vno crimi-
ne, indiciis præcedentibus, de aliis interrogari &
torqueri poſſit, & an valeat conſuetudo, quod infa-
matus in loco tormẽtorum interrogatus valeat, & an
valeat confeſſio tam facta, vt ex ea poſſit quiſpiam
ad mortem condemnari & an officialis, qui fiſci pe-
cunias aufert animo repetendi, puniri poſſit, & qua
pœna, & an quis ſine accuſatione vel inquiſitione
ad mortem condemnari valeat, numeris omnibus
ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Conſiliarius an decurio dici debeat.*

3 *Conſiliarij an decurionum loco hodie habeantur.*

4 *Conſiliarij ciuitatum decuriones dicuntur.*

5 *Conſiliarij ciuitatum priuilegiis decurionum gaudẽt.
de quibus in toto titulo de decur.*

6 *Decuriones etiam finito officio ob dignitatis præcedentis
reuerentiam torqueri non poſſunt.*

7 *Decurionum filij torqueri non poſſunt.*

8 *Filij naturales tantum curiæ decurionum traditi legi-
timantur.*

9 *Decurionibus pauperibus ſubſidium de publico alimen-
ta decerni debent.*

10 *Patronus eccleſiæ ſi inops efficiatur, ab ea alimẽta per-
cipere debet.*

11 Dona-

11 Donatarius donantem ſactum inopem alere tenetur.
12 Decuriones capite puniri non debent.
13 Decuriones furca ſubiici non poſſunt, nec viui comburi, nec in metallum damnari.
14 Milites de conſuetudine hodie non ſuſpenduntur etiam ex delicto, ex quo ipſe plebeius ſuſpenderetur.
15 Conſuetudo pro lege obſeruatur.
16 Decurio Florentiæ torqueri non poteſt.
17 Conſiliarij noſtri temporis de conſuetudine in criminalibus decurionum priuilegijs gaudent.
18 Gloſarum teſtimonium ſufficit, etiam ſi conſuetudo aliqua ſcripta non reperiatur.
19 Conſuetudine vnum doctoris dicto ſtandum eſt.
20 Decuriones & perſona in dignitate conſtituta ex conſuetudine in Italia non ſuſpenduntur, ſed decapitantur.
21 Nobilis quilibet in Francia ex delicto furca ſuſpēditur, nec illa mors ignominioſa dicitur.
22 Priuilegia decurionum plebeiorum an hodie ſeruari debeant.
23 Pœna corporali minus nobilis quam ignobilis punitur.
24 Pœna non taxata lege, & non vniformis magis punitur nobilis quam ignobilis.
25 Regula, quod magis puniatur ignobilis in pœna corporali quam nobilis quomodo intelligatur.
26 Delictis militaribus magis punitur miles, qui eſt in maiori gradu quam plebeius vel alius, qui in minori gradu conſtitutus fuerit.
27 Vaſallus ſi contra iuramentum præſtitum venerit, ipſum feudum amittit.
28 Anciani alicuius ciuitatis ſi iurauerint, ſe tenere aliquam credentiam, & eorum aliquis in communitatis damnum eam reuelauerit, ab officio remoueri debet.
29 Pœna falſi tenentur ſuæ ciuitatis conſilia reuelantes, & priuata miniſteria ſui poteſtatis vel præſidis detegentis.
30 Vult qui vnum, velle videtur omnia, per quæ ad illud peruenitur.
31 Confertur quando aliquid in vnum, qui ad illud inhabilis eſſet, niſi cum eo diſpenſetur, tacite cum eo diſpenſaſſe videtur.
32 Perſona vilis eſſe dicitur qui graue ſcelus committit.
33 Conſtitutione de pace tenenda an quis propter paruum furtum ſuſpendi poſſit.
34 Furtum committens de pecunia reipublica an atrius quam pro furto puniri debeat.
35 Pecuniam ciuitatis Romanæ ſubtrahens lege Iulia peculatus tenetur.
36 Furtum plures ſi quiſpiam commiſerit, eius delictum magis aggrauatur, & ideo grauius puniri debet.
37 Delicta plura cum ſimul concurrunt, delinquens magis puniri debet.
38 Index an ad officialium relationem ſine ſolēnitate procedere poſſit, & illis officialibus credere.
39 Inditium vnū ad probandum licet duo teſtes regulariter requirātur tamen quando teſtis de ipſo maleficio teſtificatur, non autem de indiciis, tunc vnicus teſtis ſufficit ad faciēdum ſufficiens indiciū ad torturam.
40 Teſtis vnus quando de veritate facti per ſenſum corporeum deponit, facit iudicium, immo pluſq. ſemiplenam probationem. ſecus ſi non deponat de facti veritate, ſed de aliquo iudicio.
41 Denunciatio aliqua facta per duos officiales conſocios ſi ſine iuramento facta fuerit, an probet & ſufficiat ad imponendam torturam denunciato.
42 Diffamatio de aliquo crimine an propter bonā famam tollatur.
43 Fama bona in genere licet non tollatur per diffamationem de aliquo ſpeciali crimine, tamen ſi fama ſpecialis exterioribus circunſtantiis inuitur, ſecus eſſet.
44 Accuſatus ſi ſit quiſpiā de furto, ac indiciis præcedentib. torqueatur. & ſe id furtum feciſſe confiteatur, nunquid vlterius procedi & interrogari, aut torqueri debeat, vt de aliis furtis dicatur, & confiteatur, ſi quæ fecerit, ad quæ nulla indicia exiſtunt.
45 Conſuetudo an valeat, quod aliquis in loco tormentorū & in aſpectu inſtrumentorum ad torturam pertinentium interrogandus ſit.
46 Metus vbicunque fuerit ibi de iure naturali actus non valet.
47 Vox prætoris qua dicit, quod metus cauſa factum eſt, ratum non habeo. eſt vox Dei per hominem prolata.
48 Conſuetudo quæ ad malum prona eſt, non valet, quia eſt contra eſſe conſuetudinis.
49 Conſuetudo indiſcreta ſi eſſet, quod omni mercatorum ſcriptura crederētur non valeret.
50 Veritatem ad eruendam tormenta & corporis dolorem accipere debemus.
51 Confeſſio facta in loco torturæ, vt quis ex ea ad pœnam corporalem puniri poſſit, an de conſuetudine valeat.
52 Perſeuerare an quis dicatur, quando extra tormentorum loca perſeuerat.
53 Ius naturale limitari poteſt licet non in totum tolli.
54 Confeſſus in tormētis incontinenti ad tribunal ducinō debet, quia licet tunc confiteatur, tamen tormentorum metu adhuc confiteri intelligitur.
55 Confeſſio in carcerem facta an & quomodo valeat.
56 Fideiuſſor in cauſa criminali, vbi pœna mortis imponi debet, licet accedere non debeat, ſecus tamen de conſuetudine.
57 Conſuetudo tenaciter obſeruata iuſtitiæ vim habet.
58 Conſuetudo facit licitum quod alias illicitum eſſet.
59 Conſuetudo dat iuriſdictionem meram, mixtam & imperioſam, altam & baſſam, prout diſponit.
60 Conſuetudo generalis excuſat.
61 Furto an quiſpiam excuſetur, ſi aliquid furto rapuerit animo reponendi.
62 Exactores publicæ collationis ſeu ſolutionis à principalib. factæ debent pecuniam exactā theſaurario conſignare, in vtilitatem & cauſam publicam conuertendam.
63 Clam facit qui male agit, & contra clam facientem malus animus & mala fides præſumitur, at magis punitur delinquens clam quam palam.
64 Probatio contra confeſſus in tormentis, vel tormentorum metu extorta, non tamē ad finem & effectum facta vt reus moriatur, an valeat.
65 Mortis an quiſpiam ſine accuſatione vel inquiſitione cōdemnari poſſit.
66 Inquiſitio vel accuſatio contra confeſſum crimē in tormentis formari debet.
67 Conſuetudo extat in Alemania & Germania, quod cōtra fures & delinquentes inquiſitio non formetur, nec accuſatio, ſed cōfeſſio. habita fures ſuſpendūtur.

IN Chriſti nomine Lucius ciuis conſillarius. A. ciuita. cõſtitutus officialis fiſcalis ciuſdẽ ciuitatis cũ aliis duob. in eodem officio erectis digitis omni anno iurauit quod de pecuniis communibus vel fiſci nil mutando donando aut quouis alienationis titulo ſibiipſi aut cuiquam alteri aſſignaret. Currente vero mẽſe Iunio quadam die eiuſdem compoſitis hincinde ſacculis clauſiſq; aliis pecuniarũ reſeruandis in camera fiſcali. Idem Lucius cum aliis ſibi in eodem officio condeputatis cameram ipſam fiſcalem egredi domumque redire ſtatuit, ſed nondum ipſo rgreſſo. aliquot floreni ex manica eius ceciderunt ex quo terrentur omnes præſentes. adſunt namque vltra prædictos tres & alij duo ſcriptores qui negocia cameræ fiſcalis quæ in percipiendo exponendoque conſiſtunt etiam ad cameram iurati conſcribant. Expaueſcit Lucius, q d trepidus dicat incertus. In deliberationẽ incurrit. dixitq; pecuniã hanc non ſuã ſed fiſci potius eſſe ſacculiſque eiuſdem reincludi debere. Colliguntur ſparſim floreni qui occiderant ſaccoque cum aliis includuntur. iturque domum. Sed poſt hoc conueniunt duo alij de quibus ſupra dixi. ſ. in officio conſocij. nouitate rei pauidi alterutrũ narrantes, quid faciendum tacẽdum an propalandum honori conciuis. immo & totius vrbis conſulendum quod remedium commodatius inuenirent cordium tremore voluẽtes. Sed profecti iuramenta ſenatui per ipſos præſtita ne damna reipublicæ illata ſilentio tranſeant dicere compellũtur. Diuos itaq; ſupernos vrbis capitaneus viros conſulares adeunt, rem hanc dolore multo ſignificantes, qui & huiuſmodi rei grauitate permoti quid faciant illico ſentire neſcientes, tacere pro ſuo tempore arbitrantur. Sed paulo poſt medij menſis forte ſpacio elapſo idem Lucius præteriti pauoris immemor in præfata camera ex quadam capſa ſacculum mille florenos continentem auſert clanculum in domum propriam aſportans. Agnoſcũt factum duo condeputati ſcriptores inſuper, ſed vtiantea factũ illud ſupremus capitaneus reuelatũ ſilentio tegit. Tandẽ die quadam menſis Februarij ſenatus in vnum conueniens ſecreta quædam non parua periculoſaque detecta eſſe intelligunt dolore contrahitur admirans quis nam ſit qui iureiurando præſtito contempto ſecreta non tacuit. Iniungitur ſtatim ſingulis conſularibus ſub iuramento præſtito quatenus vſq; dicat ſi ipſe ſcit qui reuelauit ſecreta. Adeſt tunc Lucius prout ſenatui adeſſe conſueuit palã confitens ſe eſſe illum qui ſecreta non ſiluit. iubetur exire ſenatum paululum. proponuntur interim quæ primo ac ſecundo prout ſupra malefacta reperiũtur. Quapropter carceribus municipari iubet eundem. exinde modico tempore decurſo iudex & duo ſcribini iurati cum aliis iuratis de ſenatu ad ipſum mittuntur, qui abſque omni tortura metuq; torturarum ſemoto licet in loco vbi tormenta in criminoſos fieri conſueuerunt ſeriem rei perquirunt. in quorum omnium præſentia ſtatim Lucius confitetur ſe primum florenos cadentes mille inſuper ſacculo furtum abſtuliſſe. Quo facto duo ſcribini prædicti in ſenatum redeunt, geſta clarius in ſenatu pandentes, quos poſtea remittit ſenatus mandans eiſdem vt Lucio per Deum viuum, beatiſſimam virginem Mariam & omnes ſanctos &c. Adiurato rei veritatem inquirant, eiq; omnium tormentorum metum penitus adimant ita vt nihil præter veritatem nudam abſq; aliquo ſiniſtro motu dicere cõpellant. Releguntur coram eo ſingula prout alias ex ore ſuo ſcripta fuere. Inquiunt miſſi ex ſenatu adiuratũ, de qua ſupra cum effectu præmiſſa quod ſi quid longius aut breuius quam dixiſſe voluerit ſcriptum intelligat emendet negocium aut confiteatur vti animæ ſuæ in extremo iudicio conſulere velit. reſpondit omnia ita eſſe vti primo confeſſus fuit. nihilque de ſcripto mutandum fore. Quibus ſic peractis deductiſque in ſenatum mittuntur conſequẽter aliis diebus ſecundo ac tertio præmiſſis diligenter obſeruatis, ſed ſemper idem reſpõſum ſine vlla paleatione reportant. Nouiſſime cum iam vitæ finem pertimeſceret colore quæſito, quod totiens confeſſus eſt fugare innititur dicens mille florenos in ſacculo reponendi animo recepiſſe cum facultatib. aliquo tẽpore plus abũdaret. Sed hac palleatione omiſſa dies iudicij ſtatuitur ꝓcuratur ſacramentũ poſtq̃ die ſtatuta ad tribunal ducitur maleficiorũ præmia recepturus. Accuſatur furtũ cõmiſiſſe vbi cum ſe iudicandũ cerneret neſcitur quo ductus ſpiritu ſacculũ cũ mille florenis furtim abſtuliſſe diffitetur colore forte quo ſupra mente cogitato annectens ſuam confeſſionẽ non volũtariam, ſed ꝑ torturas elicitã fuiſſe. Sed ſtatim an incontinẽti duo ſcribini iurati q confeſſioni intererãt teſtimoniũ dicere iuris remediis pro more iudicij conſtringuntur qui dicunt confeſſionem ſuam nõ per torturas nec earum metu, ſed eo modo quo ſupra deductum eſt factum fuiſſe. Quare furca ſuſpendendus adiudicatur, eductuſq; extra vrbem vetuſto eius vſitatoque more ſicut in ſimilibus fieri conſueuit ac ſecundũ iura imperij quibus ciuitas ſæpe dicta fungitur ad patibulum vel ad furcas ſuſpẽſus eſt. Vnde ex præmiſſo themate de ſubſcriptis dubitatur & conſilium de iure petitur. Primo an ille Lucius ciuis fuerit conſularis & per hoc decurio dici debeat ad fin. vt iura in fauorem decurionum introducta locum ſibi vendicent. Secundo an ex quo floreni cadentes quinq; vel plures fuerint locum babeat conſtitutio de pace ten. vt ad furcas ſuſpendatur. Tertio ex quo pecuniæ reipublicæ furtum commiſit nunquid acrius puniri potuerit quã pro alio furto maxime propter iuramentum ex parte officij præſtitum. Quarto an propter denunciationem duorum conſociorum ipſo in officio deputatorum poni potuiſſet ad torturam & ſic de crimine inquiri propter etiam indicia quæ habebantur ex lapſa pecunia ex manica. Quinto nunq̃d potuerit etiã de aliis criminib. inquiri propter ſuſpitionẽ quæ fuit cõtra eum ob ſecretorum reuelationem q̃ confeſſus eſt. Sexto an conſuetudo valuerit & hodie valeat ſecundum q̃ ille Lucius in loco torturã & in aſpectu inſtrumẽtorũ ad torturã pertinentiũ inueſtigandu a ductus

eſt

eſt ibiq; interrogatus metu tamen tormentorum
prout in caſu penitus adempto. Septimo an va-
luerit conſuetudo hodieque valeat quod cõfeſſio
ibidem facta ſine metu tormentorum dici debeat
ad finem vt quis ex ea mortem condemnari vel a-
liter in corpore puniri poſſit prout Quotidie fit.
Octauo poſito ſine veritatis præiudicio quod nul-
lam confeſſionem feciſſet quod videlicet mille flo-
renos in ſacculo furtim abſtuliſſet, ſed ſe animo
reponendi recepiſſe an excuſetur à furto adeo vt
ex tali furto non poſſit de iure ſuſpendi. Nono an
valuerit probatio contra ipſum Lucium vt in caſu
quod ſcilicet confeſſio tormentis vel eorum metu
extorta non fuiſſet ad finem & effectũ vt ex ea ad
furcas ſuſpendatur. Decimo & vltimo an potue-
rit d. Lucius ſine inquiſitione cõtra ipſum in ſcri-
ptis fromata cõdemnari. In Chriſti nomine ac in-
uocata ſpiritus ſancti gratia. Licet non conſue-
uerim libenter in caſu capitali, vt quis ad mortem
debeat condemnari conſulere. tamen cum nemi-
ni conſilium de iure denegare debeam, vt iuſticia
ſuum debitum effectum conſeq. poſſit requiſitus
vt in decem dubiis præcedentibus ſecundũ ea quę
ſupra propoſita ſunt ſententiam meam in ſcriptis
proferam non potui iuſte petentib. meum aſſen-
ſum denegare. Igitur viſis & diligenter pondera-
tis ſupraſcriptis dubiis cum facti narratione ac o-
mnib. diligenter conſideratis dicam quod de iure
2 in prædictis ſentio. † Circa primum dubium an il-
le Lucius cum fuerit ciuis cõſularis an per hoc de-
curio dici debeat ad finem vt iura in fauorem de-
curionum introducta locũ ſibi vendicent. Et pri-
3 ma facie videtur dicendum quod ſic, † quia con-
ſiliarij loco decurionum hodie habentur, *vt eſt
text. cum gloſſ. not. in l. ſed ſi ex dolo. §. 1 in verbo decurio-
num. ff. de dolo. Et idem not. gloſſ in rub. C. de decu. lib. 10.*
Et ibi hoc not. Bartol. qui dicit per illam gloſ. no.
4 † quod cõſiliarij ciuitatis dicuntur decuriones. *Et
idem not. gloſ. in l. 2. ſuper verbo decurionibus. eodem titu.
& gloſ. in l. nulli. in princip. in verbo. ordo ff. quod cuiuſque
vni. not. & in l. aliud. in §. refertur. ff. de regu. iur. Et idem
not. Bart. in l. 1. ff. de offi. aſſe. & in rubr. ff. de decur. Idem
ſentit Cyn. in l. diuo Marco in fi. C. de quæſtio.* & ſic vide-
5 tur † quod huiuſmodi conſiliarij ciuitatis gaudẽt
priuilegiis decurionum de quibus habetur *in toto
6 titu. C. de decur. lib. 10.* & maxime habent iſta. † Pri-
mo quia non poſſunt torqueri etiam finito officio
ob reuerẽtiam præcedentis dignitatis. *vt l. nihil. in
fin. & l. decuriones. C. de quæſt. Et not. glo. in d. rub. C. decu.
lib. 10. Et idem tenet Cyn. & Ia. But. in l. diuo Marco. in fi.
C. de queſt. & Gand. in ſuo opere maleſic. in titu. de quę-
7 ſtio. & tormen. in verſi. quæ perſonæ poſſunt torqueri.* † Itẽ
nec eorũ filij torqueri poſſunt, *vt d. l. diuo Marco. Et
8 ibi per Cyn. & doct.* † Item filij naturales tantũ traditi
curiæ decurionum legitimantur, *vt l. quoniam. C. de
9 nat. lib. & not. glo. in d. rub. in fin. C. de decur. lib. 10.* † Item
in ſubſidium debent alimenta de publico ipſis de-
curionibus pauperibus decerni. *l. decurionibus. C. de
decuri.* Nam facultatibus lapſi percipiunt alimenta
à curia. maxime ſi ob munificentiam patrimoniũ
10 in patriam exhauſerunt, vt ibi dicitur, † Sicut pa-
tronus eccleſiæ ſi inops efficiatur ab ea percipiet
alimenta, *vt in cap. nobis fuit. in fi. extra de iure patron.*
11 † Et ſicut donatarius tenetur donãtem factum in-
opem alere, *vt tenet glo. in l. fin. C. de reuo. dona. & Ioan.
12 de Platea in d. rubri. C. de decurio.* † Item quia decurio-
nes non debent capite puniri, *vt l. diuus Adrianus. ff.
13 de pœnis. & l. capitalium. §. ſerui caſi.* † Item decurio-
nes non poſſunt furcæ ſubijci vel viui comburi.
Nec in metallũ vel in opus metalli damnari. *l. mor-
tis. §. iſte fertur. ff. de pœnis.* Et illud priuilegium ha-
bent etiam filij decurionum, *vt dict. §. iſte fere. & no.
14 gloſ. in dicta l. diuus Adrianus* † Et idem eſt dicendum
in militib qui hodie de conſuetudine non ſuſpen-
duntur etiam ex delicto ex quo plebeius ſuſpen-
deretur, vt eſt gloſ. nota. *in lege deſertorem. §. primo.
ff. de re milita. Et Bald. in ca. 1. §. ſi ruſticus. in fi. in tit. de
pace tenenda. in vſibus feudor.* Et idem etiam eſt dicen-
dum in nobilibus qui ex conſuetudine non ſuſpẽ-
duntur, nec patiuntur huiuſmodi pœnas viles, *vt
nota. dicit Bartol. in dicta l. capitalium. in §. ſerui caſi. ff.
de pœnis.* qui ſubdit eleganter idem eſſe de aliis po-
pularibus diuitibus, & honeſtiorib. Et ideo vide-
tur quod dictus Lucius ex quo erat conſiliarius ci-
uitatis non potuerit torqueri, vel furcæ ſuſpen-
di. Sed in contrarium videtur quod immo conſi-
liarij ciuitatis non gaudent priuilegiis decurionũ,
q. a licet de ſubtilitate iuris gaudent eiſdẽ priuile-
giis, puta, vt non poſſit torqueri per prædicta ta-
mẽ de generali cõſuetudine contrariũ eſt, & con-
trariũ obſeruatur, & ita determinat Gandinus ſo-
lemnis doctor. & in materia maleficiorum excel-
lens practicus in ſuo tractatu maleficiorum in ti-
tulo de quæſtionib. & tormentis. in verſiculo ſu-
pra dictum eſt decuriones non poſſe torqueri. A-
lias eſt in rubrica nũquid conſiliarij ciuitatis poſ-
ſint torqueri, qui ſubdit in fine quod ita vidit Bo-
noniæ conſuli per ſapientes, obſeruari auctorita-
15 te conſuetudinis, † quæ conſuetudo pro lege ob-
ſeruatur. *lege de quibus. ff. de legi. cum ſimilib.* Et idem
tenuit Odofred. in tractatu ſuo de quæſtionibus,
in fin. qui etiam dicit quod ita vidit conſuli & ſer-
uari. Et idem ſequitur, & tenet Alberic. de Roſa.
etiam magnus practicus *in lege diuo Marco in fin. C. de
quæſtio. licet Bald. in dict. l. nihil, in fine. C. de quæſtio.* di-
16 cit † quod Florentiæ ſeruatur, vt ille qui eſt, vel
fuit prior, vel decurio non poſſit torqueri. Et idẽ
tenet Salyc. *in le. diuo Marco in fin.* qui dicit quod in
Lombardia non ſeruatur, vt conſiliarij ciuitatis
non gaudẽt priuilegiis decurionum maxime quo
ad torturam.

17 † Et ſic apparet, quod de generali conſuetudi-
ne regulariter conſiliarij noſtri tẽporis ciuitatum
non gaudent maxime in criminalibus priuilegiis
decurionum quæ conſuetudo generalis vbiq; eſt
ſeruanda niſi ſit conſuetudo ſpecialis in contra-
rium, vt dicit Bald. eſſe Florentiæ. *vt dixi arg. eorum
quæ nota. Bart. in l. Titia. §. vſuras. ff. de legat. 2.*

18 † Et quia quando gl. dicunt quod ita de cõſue-
tudine ſeruatur etiam ſi illa conſuetudo non repe-
ritur ſcripta ſufficit teſtimonium gloſarum: vt no.
Bart. *in l. de quibus in 4. quæſtione principali. ff. de legi.*
19 † Idem quando plures doctores de conſuetudine
atteſtarentur quia eis credendum eſſet eadem ra-
tione

tione: immo plus poteſt ſtari dicto vnius doctoris
qui dicat ſic de conſuetudine ſeruari: vt eleganter
dicit Bal. *in d. l. de quibus*. Cum itaq; habuimus non
ſolum dictum vnius doct. doctiſſimi de iſta con-
ſuetudine generali: ſed etiam plurium videlicet O-
dofr. Gandi. & Alb. de Roſa. & aliorum qui fuerunt
in practica ſuperni ſeq̃tur quod eis credendum &
ſtandum eſt. Et hoc quantum ad torturam & alia
20 huiuſcemodi. † Sed quantum ad mortem nunquid
poſſint conſiliarij ciuitatis furcis ſuſpendi hodie.
& dico quod licet in Italia ſeruetur vt milites &
huiuſmodi perſonæ in dignitate conſtitutæ & de-
curiones vel cõſiliarij & nobiles ex delicto ex quo
deberet plebeius ſuſpendi non ſuſpendantur, ſed
21 decapitentur. † In Francia tamen ſeruatur contra-
rium quia quilibet ẽt nobilis ſuſpenditur: nec ha-
betur illa mors ita ignominioſa ibi ſicut in Italia.
vt dicit not. Bart. *in l. deſertorem. in §. pœna militum. ff.
de re mil.* Si ergo eſſet conſuetudo in illa ciuitate vt
etiam huiuſmodi perſonæ quandoq; ſuſpenderẽ-
tur pro aliquibus delictis illi eſſet ſtandum: *vt l. nõ
tantum. §. fi. ff. decur. & l. magiſtratus municipalia. ff. ad
munic. & not. Bart. in rub. ff. de decur.* vbi etiam dicit,
22 † quod huiuſmodi priuilegia conceſſa decurio-
nib. hodie de conſuetudine nõ ſeruantur in conſi-
liariis ciuitatis. & ille Lucius potuiſſet ſic ſuſpendi
ex crimine ex quo plebeius potuiſſet ſuſpendi. &
iſtud non haberet dubium. Item etiam dicit ſi non
eſſet conſuetudo in illa ciuitate ex quo vt mihi in
facto aſſeritur dicti ciues illius ciuitatis ſunt ab
imperatoribus priuilegiati vt conſuetudines anti-
quas obſeruent & de nouo ſibi in omnibus cauſis
conſtitutiones facere poſſint: ſicut enim potuiſſet
ſenatus illius ciuitatis ſtatuere *per l. municipalem*: vt
etiam decuriones ſeu conſiliarij & nobiles ciuita-
tis furto ſurripientes pecuniam fiſcalem vel ſecre-
ta ciuitatis manifeſtantes furcæ ſuſpenderẽtur. ita
etiam potuiſſent ſine lege expreſſa hoc facere: q̃a
illud factũ habetur pro lege ſicut dicitur de prin-
cipe quod principi placuit legis habet vigorem. *in*
23 *§. ſed quod princ. inſti. de iure nat. gen. & ci.* † Sed plus
dico quod licet regulariter quantum ad pœnam
corporalem minus puniatur nobilis quam ignobi
lis *l. pedius. §. 1. ff. de incen. rui. nauf. & l. 3. §. pe. ff. de ſic. &
no. gl. in c. 1 §. ſi ruſticus. in verbo dimino in fi. in ti. de pa. te-
nen. in vſi. feu. & probatur per tex. cum gloſ. in verbo vin-
dicta. in l. pe. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. & per gl. in c. cum
quidam extra de iureiuran. Et per glo. xxiiij. q. 1. qui contra
in verbo ignobiles. & x l. diſt. non cogantur. & per Bar. in*
24 *l. pedius ff. de incen. rui. nau. & in l. ff. de abige. cum ſi.* †
Tamen iſta regula fallit quando quis deliquit in
derogationem. vel ad contumeliam officij vel di-
gnitatis: quia tunc magis punitur nobilis quam i-
gnobilis in pœna corporali: *vt l. quadã. ff. de pœ. & l.
presbyteri. C. de epiſc. & cleri. & ita tenuit Dy. quem ſequi-
tur Cy. in d. l. 3. §. nemo. C. de ſum. tri. & fide catho. & idẽ
tenet Bar. in d. l. quadam. & idem tenet Saly. in l. ſeruos. C.
ad l. Iul. de vi.* qui hic optime declarat: v3 quod hoc
locum habeat in pœna non taxata à lege. & ſic in
pœna non vniformi. iſta fuit etiam opi. Bal. & *in
d. c. 1 §. ſi ruſticus autem in tit. de pa. tenen.* licet ipſum
non alleget *in d. l. nemo. circa pr.* Sed in caſu q. noſtrę

dictus Lucius deliquit in derogationem vel ad cõ-
tumeliam officij ſeu dignitatis ſuæ in reuelãdo ſe-
creta ciuitatis ſuæ & in ſubripiendo furto pecuniã
fiſcalem. & ideo debet magis puniri quã ignobilis.
Vnde ſi ignobilis deberet in huiuſmodi caſib. fur-
cæ ſuſpendi. multo magis etiam nobilis & conſi-
liarius ciuitatis ſicut erat. d. Lucius ſi non erat cer-
ta & limitata pœna in dictis caſibus & ſic non vni-
25 formis. & ſicut nõ eſt in caſu noſtro. † Præterea il-
la regula quod magis puniatur ignobilis in pœna
corporali quam nobilis poſſet ꝓcedere in ſimpli-
ci delicto quod vt dixi non tenderet in derogatio-
nem & contumeliam officij vel dignitatis. Tamen
quando quis delinquit non in communibus deli-
ctis ſed in propriis, vt puta quando miles vendit
arma ſua quod eſt delictum militare vel ſimilia. &
tunc qñ delicta ſunt maiora in maiori. tunc ma-
gis punitur maior & nobilis q̃ minor & plebeius,
*vt d. l. presbyteri. C. de epiſ. & cleri. & l. quadam. ff. de pœn.
Et ita tenet Ia. de are. vt refert Dy. in l. nemo. C. de ſum. tri.*
26 *& fide cathol. & idem tenet Bald. in. l. 1. §. ſi ruſti.* † vbi
dicit quod in delicto militari magis punitur miles
qui eſt in maiori gradu quam plebeius vel alius q
ſit in minori gradu conſtitutus, *vt l. 2. ff. de re mili.*
Sed in caſu noſtro dict. Lucius nõ deliquit delicto
communi ſed delicto proprio reuelando ſecreta
conſilij ſeu ſenatus de cuius numero erat, quia il-
lud dicitur delictum non commune ſed proprium
in quæſtione noſtra quod quis committit vti con-
ſiliarius ciuitatis. Sicut dicitur de milite, quod il-
lud dicitur delictum proprium quod quis vt miles
admittit. *vt d. l. 2. ff. de re mil.* ſed reuelare ſecreta con-
ſilij cum ipſe ſit de conſilio dicitur cõmittere de-
lictum proprium non commune quia proprium
erat conſiliarij tenere ſecreta conſilij ſuæ ciuitatis.
maxime ſi promiſerunt nõ reuelare ſecreta ciuita-
tis. & præſertim cũ iuramẽto ſicut in multis ciuita-
tib. ſeruari conſueuit ſicuti ſubditi iurant dominis
*vt in c. ego enim extra de iureiur. & in c. breui. eo. tit. &
in c. 1. de forma fideli. circa fi. & in c. 1. in tit. de no. for. fi.* Et
ideo ſecreta domini ſubdi. merito committuntur
*ar. l. proximos. C. de prox. ſacro. ſcri. l. 12. vt dicit Bal. in tit.
extrauaganti de pa. conſtan. in §. præcepta in 41. col. in fin.*
27 † Et propter hoc ſi quis venit cõtra iuramentum
præſtitum. Si eſt vaſallus amittit feudum ſi credẽ-
tiam domini manifeſtauerit, *vt in c. 1. in tit.* hic põt
eſſe titulus *qui. mo. fe. amit.* fruſtra enim quis implo-
rat legis auxilium, qui committit in legem. *l. auxi-
lium. ff. de min.* & ita tenet Odo. quem ſequitur Bal.
in d. extrauaga. de pace conſtan. in 41. col. in prin. qui Bal.
28 ibi ſubdit quod ex prædictis apparet quod † ſi an-
ciani alicuius ciuitatis iurauerunt tenere aliquam
credentiam & aliquis eorum reuelat eam in dam-
num communitatis debet ab officio remoueri. fa-
cit ad prædicta optime *l. 1. §. ſi quis tabulas, & quod ibi*
29 *no. Albe. de roſa. ff. depo.* † Et plus dico quod reuelantes
ſecreta conſilia ſuæ ciuitatis & detegentes priuata
miniſteria ſui poteſtatis vel præſidis tenentur pœ-
na falſi *l. obſeruandum. ff. de officio præſi. & l. ſi quis. §.
transfuge. ff. de pœn. & l. omne delictum. § exploratores. ff.
de re milita.* nam manifeſtare ſecreta eſt quædã ſpe-
cies proditionis vt ibi dicitur. & ita fuit paduæ ꝓ-

nunciatum de conſilio d. Ia. de Are. & aliorum do.
Et ſecretum dicitur illud quod dominus vel ſena-
tus aut conſilium nolebat ſciri. iuxta illud Neſcit
ſecuus quod facit dominus. & not. *in l. eius qui pro-
nunciam. ff. ſi certum petas. & vt a dicit Bald in d. cap. 1. in
tit. hic poteſt eſſe tit. quibus mod fe. amit.* Item illa etiam
dicuntur ſecreta quæ facta ſunt ſub præſentia v.
hominum, *vt not. dicit gloſ. per illum text. de pe. diſtinct.
1. cap. contra ea quæ.* Inſuper dictus Lucius qui dicitur
pecuniam fiſcalem ſibi cuſtodiendam commiſſam
ſubripuiſſe commiſit delictum proprium non an-
tem quia vt officialis deliquit per *d. l. 2. ff. de re mil.*
30 Vnde ad propoſitum redeundo dico † quod ex
quo dictus Lucius dicitur deliquiſſe delicto non
communi, ſed proprio reuelando ſecreta duplici
delicto & reuelando ſecreta ſuę ciuitatis in qua e-
rat conſiliarius & ſubripiendo pecuniam fiſcalem
ſibi cuſtodiendam commiſſam quod magis debet
puniri quam ignobilis & inferioris gradus & quod
non mereatur priuilegium conſiliariorum quia ſi
potuerit priuari officio conſulatus propter hæc ſi
ſenatus vult eum condemnare vt furcæ ſuſpenda-
tur. tacite videtur ipſum priuaſſe officio conſula-
ri ad hoc vt poſſit illa pœna puniri quæ forte non
ſolebat illo in loco conſularibus imponi, quia qui
vult vnum videtur velle omnia per quæ peruceni-
tur ad illud *l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de pro-
31 cura. & l. illud. ff. de acqui. hered.* † Sicut econtra dici-
tur quando aliquid confertur in vnum qui eſſet
inhabilis ad illud niſi cum eo diſpenſetur videtur
cum eo tacite diſpenſaſſe, *vt not. per Bar. & alios in l.
quidam conſulebant. ff. de re iudi. & habetur in l. idem Vlp.
ff. de excu. tuto. cum ſim.* Tutius tamē eſſet ipſum ex-
anctorare & priuare expreſſe officio conſulatus. li-
cet non ſit neceſſarium *arg. l. 2. §. ignominie ibi.* ſed ſi
eum exauctorauerit. *ff. de his qui no. infa. & lib. 1. ibi.*
exuti omnibus dignitatis inſignibus. *C. de muli. quæ
ſeruis propriis immiſcue. & l. ſi excepto ibi præſidio dignita-
tis exutus. C. de maleficis & mathematicis & l. 2. C. de li.
ibi militus exutus. & auct. presbyteros. C. de epiſ. & cler. &
per Arch. 11. q. 3. epiſcop. iniuſte cum ſimili.* Ex prædictis
itaque concludo quod ſenatus d. ciuitatis potuit
illum Lucium Titium furcæ ſuſpēdere ſi plebeius
ex illis delictis vel ſimilibus potuiſſet ſuſpendi, tū
quia deliquit in derogationem & contumeliā offi-
cij & dignitatis ſuæ, tum etiam quia deliquit deli-
cto proprio non communi tum deniq; quia con-
demnando eum tacite videtur ſenatus ipſum pri-
uare officio & dignitate conſulari & loco plebei i-
32 pſum habere. † Et maxime quia ille qui committit
graue ſcelus eſt vilis perſona *vt eleganter not. Bald. in
auc. ſi dicatur. C. de teſt. facit l. 1. C. vbi ſena. vel clari.* vbi
dicitur quod reatus omnē honorem excludit cum
concordātiis ibi in gl. ſi. quod dicit eſſe verum ibi.
d. Pau. de Caſt. poſtquam eſt probatum crimen ſed
antequā ſit probatum, licet ſit accuſatus vel inqui-
ſitus habetur reſpectus ad honorē & dignitatem. *vt
l. quotiens circa medium* ibi ne quas ante probationes
iniurias patiatur. *eo. tit.* Et ideo cum ex confeſſio-
ne ſua de dictis delictis aperte conſtiterit vt dice-
tur infra illa dignitas conſularis vel officium non
debet ei prodeſſe ex quo delictum illud omnem
honorem excludit. & hoc quo ad primum dubium
33 principale. † Circa 2. dubium principale, an ex
quo floreni cadentes quinque vel plures fuerint
locum habeat conſtitutio de pace tenenda vt ad
furcas ſuſpendatur. Et breuiter non inſiſtendo in
diſputationib. teneo quod non, tum quia ille tex.
in c. ſi §. ſi quis quinque ſolidos. in tit. de pace tenen. loqui-
tur in caſu ſpeciali propter violationem pacis. *vt i-
bi intellexerunt plures doc. & idem voluit gloſ. in c. 1. in §.
iniuria. in tit. de pace iur. fir. in vſi feudorum*, tum quia
ſi intelligeretur etiam extra caſum illius tituli ge-
neraliter illi deciſioni eſſet derogatum de conſue-
tudine *vt dicit Bald. in auc. ſed nouo iure. Cod. de ſer
fug. de quo plena habetur per d. Ioann. de aluero. in §. 6.
1. § ſi quis quinque ſolidos.* & ego dixi etiam plene
in repet. mea d. auth. ſed nouo iure. niſi conſue-
tudo loci aliter ſe haberet quæ in huiuſmodi de-
lictis puniendis eſt ſeruanda, *vt habetur in l. quid er-
go. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infamia. & in l.
34 & ſi ſeuerior. ff. de his qui notantur infamia* † Circa ter-
tium dubium ex quo de pecunia reipublicæ fur-
tum commiſit an acrius puniri potuerit quam pro
alio furto. maxime propter iuramentum ex parte
officij præſtitum de non mutando vel donando
nec quouis alienationis tit. ſibi aut cuiquam alteri
aſſignando, vt dictum eſt ſupra in princ. narratio-
nis præſentis cōſultationis. Et breuiter dicendum
35 quod ſic † nam ſubtrahens pecuniam reipublicæ.
Id eſt, ciuitatis Romanæ tenetur *lege Iulia peculatus
vt l. 1. C. de crimine peculatus. l. Iulia peculatus. §. ſi. ff.
ad legem Iuliam pecul.* & ſi pecunia erat incorporata
b fiſco ſubripiens tenetur pœna quadrupli *b* ſiue pa-
lam ſiue clam ſubripuit. *vt l. ſacrilegii pœnā. §. is autem.
& ibi gloſ. & Bart. ad legem Iuliam pecul. & l. lege Iulia
pecul. §. final. ff. eodem titul.* quando quis accepit pe-
cuniam nondum fiſco incorporatam. vt puta à de-
bitore fiſcali in fraudem fiſci, tunc tenetur in du-
plum, *vt l. auferetur in fin. ff. de iure fiſci. ſecundum Bar-
tol. in d. §. is autem.* Sed quis ſubripuit pecuniam al-
terius ciuitatis, quam Romanæ nō committit cri-
men peculatus, *vt not. gl. in l. 1. C. de pecul. ſed tenetur
lege Iul. de reſiduis, vt de lege Iul. peculatus. §. final. ff. eo.
tit.* & maxime quando eſſent officiales deputati ad
cuſtodiendam pecuniam, ita quod eius periculo
eſſet, *vt not. Bar. in l. ſacrilegii capite. §. liberi. ff. ad legem
Iul. pec. & tenetur furti in d. l. qui ob pecuniam. ff. de fur-
tis. & not. per Doct. in d. l. 1.* Præterea iſte Lucius. non
ſolum ſemel, ſed etiam bis, & in maxima quantita-
te furtum commiſit, videlicet in mille florenis.
36 † Ideo delictum furti, vel de reſiduis aggrauatur.
Ideo grauius puniri debet. *argumen. l. nemo. & quod
ibi not. gloſ. fin.* ibi. ſed hic dupliciter in minores de-
linquunt. *C. de ſumm. trinita. & fid. cathol. & l. 2. in fin.
C. de epiſcop. audient. & ita not. etiam Salyc. in l. ſeruos. ad
fin. per illum text. C. ad legem Iul. & not. per eundem. &
alios in authent. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit.* Inſuper di-
ctus Lucius fecit contra iuramentum ſubripien-
37 do pecuniam, & ſic eſt periurus. † Vnde cum iſta
delicta ſimul concurrant vltra id, quod reuelauit
ſecreta ciuitatis, vt dixi in præcedenti dubio, non
eſt dubitandum, quod magis debet puniri, quam
ſi alius ſimpliciter pecuniam priuati ſubripuiſſet.

Circa

Circa 4. an propter denunciationem duorum coofociorũ ipſi Lucio in officio condeputatorum poni potuiſſet Lucius ad torturã & ſic de crimine inquiri & propter etiam indicia quæ habebantur ex lapſu pecuniæ ex maoica. Et dubiũ poteſt eſſe duplex vnum an potuerit Lucius torqueri non obſtante quod eſſet de conſiliariis ciuitatis & dixi ſupra in primo dubio principali quod ſic, ſaltem de conſuetudine generali, quæ eſt ſeruanda, vt ibi probaui. Aliud dubiũ poſſet eſſe ounquid illi duo conſiliarij denunciantes ſufficiant ad faciendum indicia ſufficientia ad torturam. Et Cyn. videtur formare iſtam q. *in l. ea quidem in pe.* q. ver. iuxta præ-
38 miſſa queritur. *C. de accu.* † vbi diſputat ad relationem officialium iudex poſſit ſine ſolennitate procedere & illis officialibus credere. & poſt multa arguendo pro & contra videtur concludere quod in his quæ ſunt ſibi commiſſa creditur, *vt l. ſi quis decu. C. de falſis & l. magis puto. §. non tamen ff. de rebus eo.* ſed in aliis puta quod alius commiſerit maleſi. iũ non creditur. *vt d. l. ea quidem. & l. 1. C. de diſ. uſo. lib. 12.* Et ita etiam tenet Barto. *in l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. præfecti vrbis. & no. doc. in d. l. ea quidẽ. & in c. computat. extra de appel. cum ſimi.* Sed ego teneo contra. quia aut illi duo denunciantes conſocij erant deputati ad denunciandum. & tunc creditur eis quantum ad iſtum effectum. quia ad relationem eorum poſſet formari inquiſitio. *vt dicta l. ea quidem. vbi Bald. & alij. & l. 1. C. de cuſt. reorum & notatur in d. l. 1. §. cura carnis.* aut non erant officiales ad hoc deputati ad denunciandum ex eo quia erant conſocij & deponũt non de auditu alterius. ſicut facere conſueuerunt officiales qui tenentur denũciare maleficia, qui ſæpiſſime denunciat maleficia commiſſa in eorũ abſentia per informationem acceptam, ſed deponunt non de viſu & certa ſcientia. & credo quod iſta denunciatio ſufficeret ad ponẽdum denunciandum ad torturam. tum quia ex natura officij quia erant ſocij in officio, tum quia denunciant tanquam perſonę quæ dicunt vidiſſe committi delictũ. nam quando procedunt argumenta accidentia ad veriſimilem cauſam criminis ex ipſis ſolis veniri poteſt ad torturam. non ergo omne indicium eſt ſufficiẽs ad torturam, ſed debet eſſe tale quod veriſimile ſit per eum illud maleficium fuiſſe perpetratum, vt dicit not. text *in l. primum. C. de quæſti.* quem dicit ibi Ang. eſſe bene ponderandum per illum qui habet aſſidere in criminalibus. Sed dicta denunciatio facta per conſocios Lucij per quam ipſi dicunt & aſſerunt ſe vidiſſe dictum Lucium pecuniã fiſcalem habuiſſe nõ ſolũ videatur facere indicia veriſimilia ad cauſam ſceleris, ſed etiam probationẽ quodam modo ex quo ipſi denunciauerunt de viſu & præſentia. & eſt veriſimile ſecundum conditionẽ perſonarum verum dixiſſe. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de*
39 *re mil.* † Immo plus licet regulariter requirantur duo teſtes ad probandum vnum iodicium, *vt no. gl. & doct. in l. ſi. C. fami. ercif. & Bar. in l. ſi. in antepen q ff. de quæſt.* Tamen quando teſtis teſtificatur de ipſo maleficio nõ de indiciis, tunc ſufficit vnicus teſtis ad faciendum indicium ſufficiens ad torturam, vt dicit Bar. *in d. l. ſi. in q. antep. & Cy. in l. 3. in ſi. C. ad l. Iul. mai. & Bald. in l. obſeruare. in ſi. 1. col. C. quorum appel. non reci. & in l. non eſt veriſimi. ff. quod metus cauſa & idem*
40 *vult Pau. de Caſt. in l. ſi. C. fami. her.* qui dicit † ꝙ quãdo vnus teſtis deponit de veritate facti p ſenſum corporeum facit indicium. Immo pluſquam ſemipleoam probationem. ſecus ſi non deponit de veritate facti, ſed de aliquo iudicio, quia tunc teſtes requiruntur. & quod vnus teſtis ſufficiat vt poſſit poni ad torturam. eſt gl. & ibi doc. *in l. 3. C. ad l. Iul. maieſta. & ita tenet Gand. in tit. de quæſt. & tor. in ver. item quod ſi maleficium probetur per vnum teſtem vbi hoc examinat. & ita concludit. & idem tenet Bald. in l. milites. C. de quæſt. & ang. in l. de tormentis. eo. tit. Odofr. in trac. de qõ. in 27. q.* quæ incipit ſed quid ſi probatũ eſt. & ita tenent communiter doc. vnde cum in caſu noſtro d. duo officiales ſocij in officio qui tenebãtur detegere ſeu denunciare pecuniam fiſcalẽ ſubreptã per ſocium ex quo denunciauerunt maleficiũ & deponũt de viſu & præſentia. & ſic de veritate facti. teneo ꝙ ſufficiãt ad hoc vt d. Lucius poſſit poni ad tortu-
41 rã. † ſed poſſet quis dubitare an illa denũciatio facta per duos officiales cõſocios ſi eſt facta ſine iuramẽto probet & ſufficiat ad imponendã torturã denũciatio. Si enim iuraſſent denũciaſſe verum nulla eſſet pœnitus dubitatio quod ſufficeret. Et idẽ quando in principio officij iuraſſent detegere vel denũciare, ſi quid reperirent eſſe factum ſeu fieri aliqd in damnum fiſci, vt dicitur in facti narratione. Sed ſi nõ iuraſſent aliquo modo & eſſent ſimplices denunciatores hoc caſu eſſet arbitrariũ & in arbitrio ſenatus cõſiſteret ſi deberet eis talem fidem adhibere quæ ſufficeret ad torturam conſiderando cõditiones perſonarum denunciantiũ & qualitatem eorũ & conditionem Lucij denunciãti, quia in huiuſmodi caſibus nõ põt dari certa doctrina ſed relinquitur arbitrio iudicis. *l. 3. §. eiuſdem quã principis. ff. de teſtib. Et ita tenet Bart. in d. l. ſi. in ſi 1. col. ver. veniamus ad indicia. ff. de quæſt. Et idem tenet Gand. in d. tit. de quæſti. & tormentis. verſ. ſed quæro quæ & qualia præcedere debeant. Et idem tenet Odofr. in d. tract. de qu. in quinta quæſtio & Saly. in l. ſi in verſ. ſed quæro an vnum indicium.*
42 *C. de quæſt.* † Sed vnum aliud eſt quod poſſet facere dubium ſi ille Lucius erat bonæ famæ an propter iſtam bonam famam tollatur diffamatio de dicto crimine. & Gand. vt refert Bal. *in l. ea quidẽ in antepe. col. in ſi verſ.* Item quæro an infamatus. *C. de accu.* tenet quod ſic nec ob. ſecundũ eum quod ſpecies deroget generi *l. dolo clam. ff. de verbo. obligatio. & l. ſancito legum. ff. de pœnis.* quia illud procedit quando genus poteſt ſaluari in aliis ſpeciebus, tũc vna exempta ſpecies eximitur à genere. ſed hic nõ poteſt ſaluari bona fama, & mala fama. Et ita videtur prima facie dicendum in caſu noſtro. Sed tamẽ ego teneo contrarium eſſe de iure verius in quæſtione noſtra quia in ea apparet iam de circunſtantiis contrariis. nam antequam fieret dicta denũciatio ipſe Lucius in ſenatu dixit ſe eſſe illum qui manifeſtauit ſecreta ſenatus ex quo arguitur ipſum nõ fuiſſe fidelem ſenatui vel ciuitati ſuæ. & ſic illa ſua confeſſio facit eum ſuſpectũ maxime in rebus ſpectantibus ad ciuitatem, *vt in c. ſemel malus de reg. iur. in 6. & l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accu. & l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil.*

cu n ſimilibus. Vnde dixit no. Bal. in l. vnica. in 8. col. in pri. in verſi. quæ autem ſint tormenta. C. de confeſ. Caueat ſibi quiſq; ab infamia quia non ſolum in eo in quo infamatus eſt, ſed in aliis grauatur eius opinio *vt in c. deſleat peccator extra de reg. iur. & in l. 2. C. qui teſta. fac. poſſ.* Et ideo cum illa ſpecialis mala fama quæ oritur ex illa denunciatiõe coadiuuetur per illum actum exteriorem. ſ. cõfeſſionis de reuelatione ſecretorum ciuitatis præferenda eſt illa ſpecies malę famæ & ſuſpitionis illi generi de bona fama. Et ita eſt etiam de mente Gandin. & Bald. *in l. ea quidem.*
43 qui dixit eleganter † quod licet bona ſama in genere non tollatur per diffamationem de aliquo ſpeciali crimine, tamē ſi fama ſpecialis iuuatur exteriorib. circūſtãtiis ſecus eſſet, qa ſtaretur ſpeciali diffamationi & derogaret generali bonæ famæ. Et id maxime teneo in caſu noſtro ex quo illa diffamatio proceſſit à duob. officialibus ciuitatis conſociis fide dignis vt arbitror quia etiam vni huiuſmodi fidedigno eſſet credēdum quando deponeret de ipſo actu, *vt eſt glo. not in l. Titio fundus. ff. de cõditione & demonſtratio. & habetur per Bald. in l. de pupillo in. §. ſi quis ipſi pratori. in octaua quæſtione in fine ff. de operis noui nunciatione. & per Bal. in cap. cum contingat extra de reſcrip. & in c. ſanctorum extra de p̃aſcri. & per doc. in l. prima in principio ff. de eo per quem fac. erit.* Multo magis ergo eſt dicendum ſi ſunt duo teſtes fidedigni de ipſo maleficio dicentes vt de ſe patet, facit etiam ad hoc quod dicam in ſeq. dubio princ. Vnde ex prædictis concludo ex denunciatione dictorum duorum officialium & conſociorum in officio cum dicto Lucio dictus Lucius potuiſſe poni ad torturam & cõtra eum inquiri de dicto furto. Sed volo addere quod ... ſſet in propoſito fortaſſis conuenire ꝙ licet nõ omnes nec in omni caſu poſſint torqueri, tamen poſſunt terreri quia vultus iudicis in talibus debet apparere terribilis *vt in auth. de man prin. §. talem vero ſecund. m Bald. qui ita not. dixit in l. obſeruare ante fi. 1. colum. C. quorum appellatio. non recip.*

Circa quintum dubium principale nūquid potuerit etiam de illis criminibus inquiri contra dictum Lucium propter ſuſpitionem quæ fuit con-
44 tra eum ob ſecretorum reuelationē. † Et iſta quæſtio ponitur per Gand. *in tit. de quæſt. & tormen verſi. ſed quid de quæſt.* quæ tota die occurrit de facto qui dicit ꝙ ſi quis eſt accuſatus de furto, indiciis præcedentib. torquetur. confitetur id furtum ſe feciſſe. nunquid debeat procedi & interrogari aut torqueri, vt dicat de aliis furtis. & cõfiteatur ſi qua fecerit ad quæ nulla alia ſunt indicia. & concludit ꝙ non de ſubtilitate Iuris quia quãtum ad iſta furta de quib. in ſpecie vel in genere nunc quęritur nulla præcedũt indicia. & quia ſine indiciis nemo torquendus eſt ſubdit tamen quod de generali cõſuetudine quam vidit in Lombardia & Tuſcia ſeruari contrarium quotidie ſeruatur & ſpecialiter in furtis quæ magis frequentãtur. Et iſta conſuetudo adiuuari poteſt *per legem. ff. de re mil. l. non omnes. §. à ba baris. & le. congruit. ff. de offi. praſi.* Et idem tenet Odofred. in ſuo tracta. de quæſtionibus in vndecima quæſtione, quæ incipit ſed quid de quęſtione quotidiana. vbi dicit quod de generali conſuetudine Italiæ ita ſeruatur. Et idem tenet Ange. de Are. in ſuo tract. malefi. in glo. ſuper verbo quod fama publica præcedente in fi.

Sed in caſu noſtro eſt plus, quia confeſſus fuit ſine tortura de reuelatione ſecretorum & dum eſſet in carcerib. fuit denunciatus per dictos ſocios qui faciunt pluſquã indicium vt dixi in pręcedenti dubio principali. ergo ſine dubio tam de iure q̃ de conſuetudine potuit cõtra dictum Lucium inquiri de aliis criminibus vltra reuelationem ſecretorum. & ſic de furtis & aliis criminib. arbitrio ſe-
45 natus. † Circa ſextum arbitrium an conſuetudo valuerit & hodie valeat ſecundum quã ille Lucius in loco tormentorum & in aſpectu inſtrumentorum ad torturam pertinentium inueſtigandus ſeu interrogandus ductus eſt ibique interrogatus metu tamen tormētorum prout in caſu pœnitus ademPto, & videtur ꝙ nõ qa ſufficit terror ad inducendum metum ſicuti eſt terror armorum, *vt l. 3. §. ſi quis autem viſis. ff de vi & vi arma. & per hoc tex. in l. nouiſſime. in princ. ff. quod falſo tuto. aucto.* vbi Bal. dicit per illum text. quem dicit eſſe clariorem de iure quod paria ſunt quod aliquid fiat in tormentis vel formidine tormentorum. Si ergo actus geſtus in loco tormentorũ præſumitur eſſe factus in tormentis & propter terrorem tormentorum. & per conſequens metu. ergo videtur ſequi quod conſuetudo vt fiat huiuſmodi actus in dicto loco non
46 debet valere † Ratio quia vbi eſt metus ibi non valet actus de iure naturali, *vt fin. no. Inno. in c. quod ſicut in gl. magna in fi. extra de elec. quem ſequitur Bal. in c. 1. in §. item ſacramenta in 2. colum. de pace iura. fir.* qui aſſignat rationem quia eſt cõtra liberum arbitrium ſupremum theſaurum homini à Deo datum. *ff. de fideicom. lib. in l. paulus.* legiſtæ tamē ſecundum eum non fatentur hoc in contractibus, quia tacita voluntas eſt vnde oritur obligatio naturalis ſed ineſficax, *vt no. ff. de reg. iur. in l. velle non creditur. & ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. 1. & idem in effectu vult*
47 *Bald. in l. nominationes. C. de appel.* qui dicit † quod illa vox prætoris quæ dicit quod metus cauſa factũ eſt ratũ non habeo eſt vox Dei prolata per hominem ſecundum Ray. *de pœna furti.* porro liberũ arbitrium requirit pluralitatem inclinationis ſine pondere & flexura mentis, quod enim extrinſecus flexum eſt id liberum non eſt. *2. ſententiarum. diſtin. 24.* Si ergo iſte actus eſt meticuloſus & contra liberum arbitrium & cõtra ius naturale videtur ꝙ conſuetudo in contrarium nõ valeat qa iura naturalia ſunt immutabilia, *vt in §. ſed naturalia. inſt. de iure na. gen. & ciui.* & habetur per canoniſtas *in c. quæ in eccle.*
48 *extra de conſti.* Item pro hoc facit. † quia conſuetudo quæ eſt prona ad malum non valet quia eſt cõtra eſſe conſuetudinis. *vt 4. diſtin. in c. cur autem lex.* †
49 Ex quo infertur ꝙ ſi conſuetudo eſſet indiſcreta puta quod crederetur omni ſcripturæ mercatorũ non valeret quia tenderet ad malũ. i. ad falſum cõmittendum vt eleganter dixit Bal. *in l. vnica. in quinta col. C. de confeſſion.* ſed iſte actus interrogandi infamatum in loco torturarum & in aſpectu tormētorum ad torturam videtur indiſcretus & pronus ad

ma-

malum, i. ad inducendam confeſſionē falſam metu tormentorum ergo videtur non valere nec iuuari conſuetudine. Sed his non obſtantibus cōtrarium teneo eſſe de iure verius. videlicet quod immo illa conſuetudo valuit vt in illo loco interrogentur & examinentur diffamati vel denūciati aut accuſati de aliquo crimine. Si enim eſſent tria loca ſicut communiter aliis in locis deputata reperiūtur. Vnus in carcerib. in quo retinetur in cuſtodia *l. ſecunda. C. de cuſto. reorum cum ſimilibus.* Aliua locus torturæ vbi malefactores torqueri conſueuerunt ad eruēdam veritatem cum tormentis. *iuxta totum titulum. ff. & C. de quæſtioni.* Et tertius locus in quo ſolent examinari vel etiam dico quando in carcerib. examināturtūc poſſet eſſe aliqua dubitatio. Sed cū in caſu noſtro omnes cōſueuerint examinari in d. loco torturæ & illi ſit ſolus locus deputatus ad examinandū non puto iſtam conſuetudinem examinādi ibi eſſe inualidam. quia nō ſequitur ibi interrogatur inculpatus ergo ibi eſt inualidam. quia non ſequitur ibi interrogatur inculpatus ergo ibi eſt terror tormentorum. quando non incutitur per verba aliquis timor tormentorum quia nullæ minæ præceſſerūt de torquendo ipſum *argumento l. item apud labeonem. §. quæſtio. ff. de iniuriis.*
50 † Vbi dicitur quæſtionem accipere debemus tormenta & corporis dolorem ad eruendā veritatem. nuda ergo interrogatio vel leuis territio non pertinent ad hoc edictum. Et maxime in caſu noſtro. cum dictus Lucius ſciuerit illam conſuetudinem ſeu ſcire præſumatur per no. *in l. item mella. in prin. ff. ad l. aquil. cum ſi* & non ligatus fuerit nec minæ aliquæ præceſſerint. ſicut non fuit in caſu noſtro per ea quæ habentur per Gandi. *in tr. de quæſtionibus & tormentis in verſic.* dictum eſt ſupra quod confeſſio facta in tormentis cum ver. ſeq. & per ea quæ dicentur in ſequenti dubio principali. Et ſic in caſu iſto ceſſat terror tormentorū. Non obſt. *l. tertia. §. ſi quis antē viſum ff. de vi & vi arma.* quia loquitur ibi quando illi armati erant inde veniendi cōtra ipſū vel veriſimiliter ita ſuſpicabatur. Sed in caſu noſtro cū ſit conſuetudo vt in loco torturæ inculpati examinentur etiam quādo nolunt iudices eos torquere, ſed prius ſimpliciter interrogare. & ſequitur ꝙ ibi nō dicatur eſſe talis timor qui habeat viciare interrogationem. Sed quando locus torturę eſſet ſeparatus à loco examinationis primæ & communiter non ſolent inculpati duci, niſi quando iudex vult eos torquere ſi non confiteantur vel vt incutiant terrorem ſi nolunt confiteri poſſet eſſe aliqualis dubitatio, ſed iſte nō eſt caſus noſter. Preterea quantum ad primam examinationem nō eſt dubium quod ibi poteſt præcedentib. indiciis interrogari vt eruatur veritas ab inculpato, *vt d. l. item apud labeonem. §. quæſtionem. ff. de iniur. & in toto titu. ff & C. de quæſtio.* Et ita totus mundus ſeruat. Quantum autem operetur dicta examinatio & confeſſio ibi facta dicetur in ſequenti dubio princ. Et ꝑ hoc ceſſant omnia ſupra in contrarium deducta
51 & per ea quæ ſtatim dicentur. † Circa ſeptimū dubium principale an valuit & valeat cōſuetudo hodie quod confeſſio facta in dicto loco torturæ ſine metu tormentorum dici debeat ad finem vt quis ex ea ad mortem condemnari vel in corporalem puniri poſſit prout quotidie fit. Et prima facie videtur dicendum quod non quia huiuſmodi confeſſio non videtur eſſe in totū libera ab omni metu propter præſentiam torturæ & inſtrumentorum ad torturam ibi paratorum per ea quæ dixi
52 ſupra in præcedenti dubio principali. † Item quia ſecundum docto. perſeuerare tunc dicitur quia in confeſſione quando perſeuerat extra loca tormentorum illa non videns, vt eleganter no. Bart. in *l. abſeruare. in fi. 1. col. C. quorum app. non reci.* quaſi velint doc. quod quando videt tormenta nō dicitur eſſe liber à metu tormentorum. & hoc etiam videtur prima facie ſentire Bart. *in l. 1. §. diuus prima ibi vel ductus ad ea ff. de quæſtio. fac. l. nouiſ. in prin. ibi.* quid ſi compulſus aut metu ne compelleretur. & quod ibi no. Bart. & Bald. *ff. quod fal. tu.* Sed his non obſtantibus teneo contrarium debere eſſe verius. videlicet quod dicta conſuetudo valeat & quod perſeueratio facta in illo vbi eſt tortura valet ſtante iſta conſuetudine obſeruata.

Primo quia iſta cōſuetudo & illa de qua in præcedēti dubio principali dicitur videlicet quod inculpati in dicto loco torturæ interrogētur examinentur & confiteantur & ratificent confeſſionem fuerunt in dicta ciuitate ſemper obſeruatæ quia in huiuſmodi caſibus criminalibus ſtandum eſt conſuetudini loci vt ſæpius dictum eſt in dubiis præcedentibus. *facit l. 2. ff. quemad. teſt. aperi. & l. 4. §. fi. cum ibi not. ff. de teſti. cum ſimi.* Et maxime cum dicta ciuitas & eius ciues ſint priuilegiati ab imperatore vt conſuetudines antiquas obſeruare poſſint & de nouo in cauſis facere poſſint cōſtitutiones. Nec ob. dū dicitur quod huiuſmodi conſuetudines videntur eſſe contra ius naturale quod eſt immutabile, *vt in d. §. ſed naturalia. inſtitu. de iure naturali, gen.*
53 *& ciui.* quia reſpondetur † quod immo ius naturale poteſt limitari, licet non in totum tolli, *vt ibi no. per gl. & doct.* Et ꝙ in hoc caſu poſſit per conſuetudinē vel legem introduci pro hoc adduco ꝙ multum ſolemniter not. Ang. ſecundum Ia. Bu. *in l. 2.*
54 *C. de cuſto. reo.* vbi dicit † quod confeſſus in tormentis non debet incontinenti duci ad tribunal, quia licet tunc confiteatur. tamen metu tormentorum
e adhuc intelligitur cōfiteri *C. l. lecta. ver. ducebam. ff. ſi cer. pe. & l. 2. C. quod me. cauſa.* vnde debet requieſcere ſaltem per vnum diem vel vnam noctem. & tūc debet duci. & tunc ſi confiteatur dicitur perſiſtere in confeſſione ſponte & debet damnari, ſed aſſeſſores non ſeruant. & hic peſſime faciunt quia incontinenti ducunt. Sed huic ob. ſecundum eum quod non ſufficit requies vnius diei immo nec menſis quia cum ſit in manib. torquentis ſemper ſubeſt eadē cauſa. metus ergo ſemper per metum dicitur emanare confeſſio ergo nulla. vt *in c. cūm matrimonij extra de offi. delega. & ibi per Inno. & Io. An. & extra quod me. cauſa. per latum. Sed ipſe Ang. reſpondit in d. l. 2.* quod illa iura loquuntur quando metus infertur iniuſte, ſed vbi iuſte. ſ. per iudicē procedit quod dictum eſt ſing. eſt not. ſecundum. & idem in effectu vult Bald. *in l. vnica in 9. col. ver.* quarto nū-

quid confeſſio facta in carcere. C. de confeſ. vbi dicit
quod gloſ. in l. qui in carcere. ff. quod met. cau. vult quod
confeſſio facta in carcere non valet. quia videtur
55 facta per metum. † Et ſecundũ illam gl. illi qui de-
tinentur in palatio poteſtatis non poſſent ibi con
fiteri ad tribunal quod dicit eſſe falſum. nã in capi-
talib. cauſ. ſemper reus detinetur. & tamen vꝫ eius
confeſſio facit c. clericos. de ſent. excom. in 6. & gl. in d. l.
qui in carcerẽ debet intelligi qñ confitetur ad vtili-
tatem carcerantis & nõ in figura iudicij & dicitur
carceratus ẽt ille qui eſt bene cuſtoditus ita ꝙ rece
dere non poſſit, vt l. qui neg. ff. de ver. ſig. ſecundũ Bal. in
d. l. vnica. Sicut ergo lex põt introducere vt cõfeſſio
valeat quando quis detinetur in carcerib. & ſubeſt
etiam timor tormentorum quia ſi primo cõfeſſus
eſt. & petitur quod perſeueret in confeſſione de-
tẽtus ſcire aut ſcire debet quod ſi negauit ponetur
ad torturam. & tamen ſi ratificet confeſſionem
ſuam lex eam admittit, vt poſſit etiam ad mortem
condemnari, ita eſt etiam dicẽdum in caſu noſtro,
quando eſt conſuetudo, vt confeſſio & ratificatio
fiat in loco tormẽtorum, & non alibi debet valere,
licet non eſſet omnino timor tormentorũ, ex quo
iſta examinatio fit à iudice iuſte procedẽt. Nec di-
citur hoc eſſe contra ius naturale, ex quo præſu-
mitur pro actu iudicis iuſte procedentis. Nec ob-
ſtat d. Innocent. in c. quod ſicut, extra de elect. quia de-
bet intelligi in metu vel timore vero ſecus in præ-
ſumpto quãdo actus fieret per iudicem iuſte pro-
cedentem. vt dixi. quia pro iudice præſumitur. in l.
1. C. de offi. ciui. iu. cum ſi. & ſic vna præſumptio tollit
aliam l. non ſolum. §. de vno. ff. de ritu nup. & l. diuus ff. de
in integr. reſt. & c. literas. extra de præſumpt. Et pro iſta
conſuetudine quod valeat. facit quod no. Bal. in l.
quid ergo. §. pœna grauior. in vlt car. in prin. ff de his qui no.
56 infa. Item pro ea facit † quia licet in cauſa criminali
vbi debet imponi pœna mortis non debet fideiuſ-
ſor accedere. vt dicit Bartol in l. ſi quis reum. C. de cu-
ſtod. reor. & in l. commentarienſem. C. de cuſtod. reor. &
Bart. & doct. in lege Iul. ff. qui ſat. cog. quia nemo eſt
dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad l.
Aquil. Tamen conſuetudo valet in contrarium. vt
eſt gl. ſing. 24. q. 5. cum homo. vt dicit Ludo. de ro. in ſuo ſin.
127. quod incip. Tu ſcis, quod in cauſa princi. & idem
tenet Bal. in extraua. de pa. conſtan. in 27 col. qui dicit,
quod de cõſuetudine in quibuſdam locis ſeruatur
contrarium. & ſubdit ibi ſing. quæ cõſuetudo ha-
bet poteſtatem ſanguine hominis l. ſacularij. §. ſunt
quedam. ff. de extraor. crim. Et idem tenet do. meus in
canonibus Bononiæ d. Io. de Ana. in c. ſicut. in penul.
col. in fi. extra de iuda. qui allꝫ. Bald. in loco præallegato.
57 Item pro hoc facit, † quia conſuetudo tenaciter
obſeruata habet vim iuſtitiæ, vt dicit no. Bald. in c.
58 1. in princ. in 1. col. in tit. de his qui feu. da. poſſ. † Item quia
conſuetudo facit licitum. quod alias eſſet illici-
tum, vt in aut. de defenſorib. ciuita. §. quia vero. & not.
59 Archi. 63. diſtinct. 5. ſanctum in princ. † Item quia con-
ſuetudo dat iuriſdictionem meram, mixtam, &
imperioſam altam & baſſam, prout diſponit & di-
cit illa l. quæ in executoribus, quæ eſt valde not. & C. de
execut. trib. l. miſſi opinatores. lib. 10. ſecundum Bald. qui ita
ſingul. not. in l. etiam in 3. colum. C. de execut. rei iudica.

60 † Item quia generalis conſuetudo excuſat. & quia
bono zelo præſumitur factum illud, quod de cõ-
ſuetudine, & in criminalis fieri conſueuit ſecun-
dum Bald. in l. vnica. in 9. colum. ver. modo iuxta prædi-
cta quæro in fine. C. de confeſſis. qui allegat illud in Pſal.
zelaui contra iniquos pacem peccatorum videns.
Et ideo indiſtincte ſenatus, vel conſules dictæ ci-
uitatis, ſi procederent, vel proceſſerunt ad mor-
tem dicti Lucij vigore confeſſionis & ratificatio-
nis factæ per eum in dicto loco tormentorum, in
quo huiuſmodi confeſſione fieri conſueuerunt
non malefecerunt. & ſunt excuſati vigore dictæ
conſuetudinis obſeruare, etiam ſi de ea poſſet a-
lias dubitari facit, l. ſi quis ſit fugitiuus. §. apud Labeo-
nem ibi, quia id facit, quod publice facere licere ar-
bitratur, & quod ibi not. & dixi. ff de ædil. edict. &
quod not. per Bart. & alios in l. penult. ff. de adulteriis.
Sed plus poſſet dici, quod etiam ſi non eſſet con-
ſuetudo valet de iure illa confeſſio facta in dicto
loco torturæ ex quo non fuit ligatus ad torturam
nec ductus ad eam torturam, nec minæ interue-
nerunt deponendo ad torturam ſi non diceret ve-
ritatem, vt vult Bart. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſtionib. &
ita vult Od. fre. in ſuo tracta. de quæſtionib. in 11. quæſtione.
& Gandinus in tit. de quæſtionib. & tormentis in verſ. di-
ctum eſt ſupra quod cõfeſſio. Et maxime in caſu noſtro
Nam dictus Lucius fuit adiuratus per Deũ viuum
&c. vt diceret veritatem & omnẽ torturæ metũ de-
ponat. Vnde ceſſat per hoc omnis ſuſpitio metus
torturæ, & ſic non ſumus in caſu alicuius timoris.
Et ſic ceſſant omnia cõtraria ſupra in hoc dubio &
in præcedenti deducta. Et propterea cõcludo illas
conſuetudines de quib. ſupra, valere & dictas con-
feſſiones & ratificationes factas in dicto loco tor-
turarũ valere & ſufficere ad condemnationẽ mor-
61 tis. † Circa octauum dubium poſito ſine præiudi-
cio veritatis quod nullã confeſſionem feciſſet Lu-
cius videlicet quod mille florenos in ſacculo fur-
tim abſtuliſſet. ſed ſe animo reponendi recepiſſe
an excuſetur à furto vt exinde non poſſit de iure
ſuſpendi, eſſet conſiderandum ſi illam pecuniam
fiſcalem ſolebant dicti officiales maxime Lucius
ad domum ſuam portare vel non. & ſi retinuit il-
lam pecuniam pro ſe aliquo tempore, ita vt non
reportauerit ad locum fiſcalem ſolitum de tem-
pore, quia ſi fecit conſuetudinem, teneretur du-
plici ratione. Primo de iure communi, vt proba-
tur in l. prima & in l. dum minime. cum concord. ibi in gloſ.
C. de ſuſcep. & Archar. lib. 10. & Bartol. in d. l. dicit notab.
hunc textum, contra illos, quia tenent pecuniam
communitatis, & cum ea mercantur. facit l. 1. & 2.
C. de his qui ex publ. ratiocin. eodem lib. 10. & Ioan. de Plat.
62 in d. l. vbi dicit per illum textum, † quod exacto-
res ſeu ſuſceptores publicæ collationis, ſeu ſolu-
tionis factæ à prouincialibus & aliis publicis de-
bitoribus diu penes ſe retinere, nec percipere in-
terim aliquod interuſurium ſine commoditatem
poſſunt, ſed ſtatim debent pecuniam exactam
conſignare theſaurario in vtilitatem, & cautam
publicam conuertendam. Et ſubdit hoc eſſe not.
contra camerarios communis Florentiæ, qui ef-
ficiuntur campſores & mercatores de pecunia cõ-
munis,

mnnis, quia debent puniri, *vt dict. l. 1. & 2. C. de his qui ex publicis ratiocinijs. libro 10.* Et licet ipſe non dicat, qua pœna debeat puniri. tamen eſt dicendum ſi illi mille aurei erant in pecuniam, puta in argento vel ære puniri deberet in quadruplum. & ita loquitur *dict. l. 1. ſi in auro.* & ſi fecerant hæc occulte id eſt, ſine ſcientia ſuorum ſuperiorum. & tunc debêt puniri criminaliter exilio perpetuæ deportationis. Sed ſi illud aurum aliis mutuauerint tanquam exercitores pœna capitali ſunt puniẽdi, *vt d. l. 2. C. de his qui ex pub. ratiocinijs ſecundum gl. ibi. & Bal. & Ioan. de pla.* & ratio quia aurum eſt precioſius omnium metallorum *ſecundum Bal. ibi.* Secunda ratione puniri poteſt d. Lucius quia retinendo pecuniam communis facit contra iuramentum de quo ſupra in prin. factæ narrationis fit mentio. Et ſic commiſit duo delicta. vnum quia furtum commiſit aliud periurium. Et ſic eſt duplicatum delictum. Sicut etiam in ſimili dicitur per gloſ. *in d. l. 2. & ibi per Io. de pla* & propterea pœna debet aggrauari, *vt dixi ſupra in primo dubio principali.* Nec excuſari poteſt Lucius ſi dicat quod habeat animum reponendi in archa fiſcali dictos mille ducatos ex quo clam & occulte eos acceperit, *vt not. per Bar. & doc. in*
63 *d. l. 2. C. de his qui ex pub. ratioci. lib. 10.* † quia qui male agit facit clam *c. conſuluit. & ibi per gl. & doc. extra de offi. de leg.* & contractum facientem præſumitur malus animus & mala fides, *vt notat Bal. in l. 2. C. de repu. her.* Et ideo qui emit rem ab vno clam præſumitur fur. & in mala fide, *vt no. Pau. de Ca. in l. in ciuilem. cod. de fur.* Et magis punitur delinquens clam quam palam *l. ſi. ff. de re mili. & d. l. 2 cum ſimi.* Et ſic excuſatio. ſ illa non debet prodeſſe dum dicit quod volebat reſtituere poſtquam fuit detectus, *facit c. 1. cum ibi no. extra de præſum.* ibi ludus feci in ratione ſui. Vnde cum do. Lucius multa delicta commiſerit etiam ſimul. Primo furtum de denariis qui occiderunt de manica. Secundo aliud furtum de dictis mille aureis fiſcalibus. Tertio periurium, quia ſubripiendo fecit contra iuramentum. Quarto quia reuelauit ſecreta ciuitatis contra iuramentum non modice importantia, vt dicitur. & iſta ſimul magis aggrauant vnumquemque de per ſe. ſequitur quod potuit ad mortem condemnari, videlicet ad furcas per ſenatum, per ea quæ dicta ſunt in 1. dubio prin.
64 †Circa nonũ an valuerit probatio contra Lucium, vt in caſu quo ſ. confeſſio in tormẽtis vel eorum metu extorta non fuiſſet ad finem & effectum vt ex ea ad furcas ſuſpendatur. Et breuiter dico quod ſic, tum quia iſta non poſſunt commode probari niſi per eos qui fuerunt examinationi. *ar. l. conſenſus. §. ſeruus ibi.* quoniam non facile quæ domi geruntur per alienos poterunt confiteri. & quod ibi no. *per doc. C. de rep. & per c. veniens. 2. in fi. extra de teſti. & facit c. 1 in fi. ti. ſi de inue. inter do. & va. lis ori in vſi. feu. c. ſuper prudentia 14. q. 1. & gl. 16. q. 1.* plures in verbo veraliq;. Et per ea quæ plene dicta ſunt in ſexto & ſeptimo dubio principali. quæ ſufficiunt pro deciſione hu-
65 ius dubij. † Circa decimum & vltimum dubium. an dictus Lucius potuerit ſine inquiſitione vel accuſatione formata ſecundum formam iuris ad mortem id eſt ad furcas condemnari. Et videtur quod non quia etiam confeſſus non poteſt condemnari non formata inquiſitione vel accuſatione ſecundum Inno. *in c. per inquiſitionem extra de electione.* qui
66 dicit ſingulariter. † quod contra confeſſum crimen debet formari inquiſitio vel fieri accuſatio, quia ſi ad nihil agitur. in nihilo poteſt condemnari. & hoc ſequitur Bal. *in l. vnica in 10. col. ver. quero nunquid confeſſus. C. de confeſ.* qui addit niſi extra ordinem procedatur *per no. in l. ſi. in fuſtium. ff. de his qui no. infa.* vnde ſi non fuit formata inquiſitio vel accuſatio facta videtur quod condemnari non potuerit. Sed tamẽ in caſu noſtro teneo contrarium eſſe verum. Primo ſi illi duo qui denunciauerunt maleficium ſeu furtum erant obligati ad denunciandum tanquam officiales pro illo furto in ſuo officio facto quia etiam ſuper denunciatione poteſt procedi *vt in ca. ſuper his & c. qualiter & quando 2. §. ad corrigendos. extra de accu. cum ibi no.* Item quod etiam fuit accuſatus vt in facta narratione dicitur Si vero tanquã priuati denunciarunt & non fuiſſet facta accuſa. tunc dico quod
67 ſi de conſuetudine eſt. † ſicut eſt in multis locis. & maxime in Almania ſeu germania quod contra fures & huiuſmodi delinquentes non formetur inquiſitio. nec accuſatio inſtituatur ſolemniter. ſed habita confeſſione ſuſpenduntur. tunc illa conſuetudo valet. & merito eſt obſeruanda per ea quæ dicta ſunt ſupra in 6. & 7. dubio prin.

ADDITIONES.

a Non ſuſpenduntur.] *Ad primi dubij huius conſilij reſolutionem vide Bal. in auctent. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. docto in l. ſaccularij. §. ſunt quidam. de extraord. crimi. do. Ale. & doc. in rubri. ff. de fur.*

b Pœna quadru.] *adde Bal in l. poſt. in fi. C. de fur. Lu. ro. in rub. de arbi. elegantem text. 12. queſtione. 2. fraternitas vbi habetur quod iſta concluſio locum etiam habet in foro conſcientiæ.*

c Confiteri.] *Ad hoc vide inter mis. d Ale. de imo. in conſ. 45. in 4. volu & in conſi. 179. in 2. vol. Bar. & doc. in l. 1. §. diuus ſeuerus. ff de queſt. Caro. in c. ex literis de confo.*

CONSILIVM XL.

SVMMARIA.

1 *Cauſa in capitali an pater pro filio tanquam defenſor & procurator admittatur: quod vulneratus a filio defectu & mala ſui guberuatione mortuus fuerit: numerus omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Inquiſitio an formari poßit contra tam vulnerantes quam præſtantes auxilium vel fauorem.*

3 *Sciſſura omnis vel omnis in corpore ſeparatio vulnus appellatur.*

4 *Tunc factio eſt vulnus, quando ſciſſuram ab intra fecit, licet non ab extra, vel quando dedit etiam cauſam neceſſaria ſciſſura ab extra per medicum facienda.*

5 *Inquiſitione facta de vulnerato propter mortem, quæ ſuperuenit, an de occiſo condemnatio fieri poterit.*

6 *Inquiſitio de occiſo an ante mortem formari poßit.*

7 *Iure communi in omnibus caſibus vbi contra abſentem ad ſententiam perueniri poteſt, quilibet veniens etiam ſine mandato ad defendendum, non tanquam procurator, ſed tanquam defenſor admittitur.*

8 *Abſens de iure veteri in duobus caſibus damnari poterat.*

9 *Iudex ſi putauerit, ſe poſſe melius criminis veritatem ex rei præſentia percipere, poteſt ſemper dicere, nolo te admittere, ſed volo reum principalem, vt videam qua fronte, aut trepidatione loquatur.*

10 *Iudicem repellere, ſeu non admittere defenſorem, vbi reus comparere noluerit, iniuſtiſſimum eſt.*

11 *Iudex nullo ſe offerente debet aſſumere vices, & abſentis etiam contumacis defenſionem ſupplere.*

12 *Inquiſitionis in cauſa defenſor facilius admitti debet, quam ſi per viam accuſationis procederetur.*

13 *Accuſationis per viam ſi procederetur & non admitteretur procurator, neque in illis eiſdem caſibus, ſuper inquiſitionis viam procederetur.*

14 *Inquiſitionis in cauſa de iure canonico procurator admittitur, niſi crimina expreſſa & enormia fuerint.*

15 *Statuti alicuius forma ſi pater ad aliquam condemnationem pro filio teneretur, admitteretur ipſe pater non ſolum tanquam defenſor, ſed etiam tanquam volens pro ſuo intereſſe in ſe iudicium ſuſcipere.*

16 *Iudex quo caſu facto proceſſu debeat cuicunque volenti in iure allegare copiam ipſius proceſſus dare, & in iure defendentem audire.*

17 *Procurator pro abſente in criminali an aliquo caſu audiatur.*

18 *Vulneratus vbi ex vulnere moriatur, vulnerans non de vulnerato ſed de occiſo tenetur.*

19 *Interuallum longum, quo vulneratus moritur, quod dicatur.*

20 *Homicida ad hoc vt quis dicatur, ſufficit quod ex cauſa remota homicidium contingat.*

21 *Mors vulneranti non aſcribitur, vbi ex alia cauſa poſt vulnus illatum mors ſequatur.*

22 *Clericus ſi rixam incipiat, in qua ipſe percutiat, deinde eius affines de hoc indignati præter clerici ſcientiam aliquem occidant, clericus homicida irregularis efficitur.*

23 *Clericus ſi contra rem ſuam aſportantem acclamauerit, & inſequentes illum occiderint irregularis efficitur.*

24 *Vulnere ſi nõ quis mortaliter primo vulneratũ mortaliter, ſecundus non mortaliter vulnerans de occiſo tenetur.*

25 *Vulnerent vbi duo non mortaliter, ſi tamen vtriuſque vulneris coniunctio mortem cauſet, non tamen nullum iſtorum de per ſe quilibet de occiſo tenetur.*

26 *Vulnus illatum & ſi citius mortis cauſam præſtiterit, non propter hoc mortale dicitur.*

27 *Sanguinis omnis ſuperflua effuſio ſecundum phyſicos mortem accelerat.*

28 *Statutum ſi dictauerit, quod vbi contra contumacem de crimine conſtare non poſſit, pecuniariter & ad inquirendum damnari debet, quomodo intelligatur.*

29 *Iudex licet contra accuſatum cõtumacem ſententiam ferre non poſſit, tamen ſi aliquo modo iudici de rei innocentia conſtiterit, ſilentium accuſatori imponere debet.*

30 *Maleficii cauſa attẽdi debet, quare qui ad maleficium motus fuerit.*

31 *Occidens eum, quem bannitum putabat cum non eſſet, de maleficio culpoſo puniri debet.*

1 IN Chriſti † nomine. Licet inuitus verba faciam in materia criminali, tamen quia requiſitus ſum pro parte denunciatorum qui iudicio meo poteſt iuſte defendi ne de homicidio damnentur iuſtum putaui non denegare abſoluendis conſilium. vnde hos denũtiatos. 4. principalib. modis defendam. Primo quod ſi iudex potuiſſet contra iſtos procedere vti fecit debuit & debet admitere quoſcũque eorum defenſores, immo etiam forte procuratorem venientem ad defendẽdum. Secundo quia poſito quod non debuerit admittere procuratorem, vel defenſorem pro ipſis contumacibus comparentem, ſaltem iudex debet dare peracto proceſſu omnibus volentibus defendere, & allegare de iure peracto proceſſu omnibus volentibus defendere, & allegare de iure copiam proceſſus, & illos allegantes audire. Tertio oſtendam ſi vera ſunt quę præſupponuntur, & maxime per vnum ex medicis quem audiui loquentem, licet iſte vulneratus ſit mortuus. tamen vulnerans non poteſt teneri de occiſo. Quarto & vltimo demonſtrabo quod ſi iudex nullum hucuſque noluiſſet admittere procuratorem vel defenſorem. tamen ſi ſibi conſtat de innocentia, id eſt quod hi denunciati licet contumaces non teneantur de occiſo debet eos abſoluere non obſt. aliquo ſtatuto & maxime duobus ſtatutis quæ ad me delata ſunt.

Et peto veniam à magnifica curia Vincentina, & generoſis dominis conſulibus ſi quid forte in facto præſupponerem quod aliter ſe haberet. Ego enim non poſſem recte loqui niſi inſpecto proceſſu, qui vt mihi dicitur fuit per dominum Iudicem omnibus denegatus vnde neceſſario loquor per vaticinia, & per ea quæ publice audiuntur à clariſſimo phyſico magiſtro Bartholomæo de Anoali conciue noſtro, & à magiſtro Antonio de Ianua cirugico qui hunc ciuem vulneratum viſitarũt. Formatur itaque inquiſitio ſeu denuncia contra ſex in inquiſitione ſeu denuncia nominatos qui cum ſibi inſimul præſtarent auxilium & fauorem vulneratus fuit quidam Hieronimus certis vulneribus ſcilicet à nouello vno vulnere profundo & mortali in pectore, & à Petro nouelli fratre vno vulnere in manu manũ penetrante, & ab vno famulorum ſuorum vno ſaxe in ſpina cum tumefactione & nigredine & magno dolore. Vnde ne fruſtra verba terantur primum omitto omnem difficultatem quæ fieri poſſet in hac materia. An formari potuerit inquiſitio ſeu citatio ſpecialis contra iſtos tam aſſertos vulnerantes quam eius aſſertos præſtantes auxilium & fauorem. † & an inquiſitio hoc caſu poſ- 2
ſet formari pendet *ex no per Bar. in l. 2. § ſi publico. ff. de adulter. per Moder. ordinarios in l. ea quidem. C. de accuſa. & per Canoſt. in ca. qualiter & quando in princ. el 2. extra de accuſa. & per Bart. in l. ſi u. §. ſi tutiam ff. de fur. & in l. fin. ff. de quæſtio.* vbi datur forma inquiſitionis formandæ contra auxiliantes de quibus. ſ. debebat per prius iudici conſtare an & quãdo formetur inquiſitio. Sed ego pręſuppono iſtos fuiſſe recte inquiſitos, ex quo contrarium non apparet, quia non eſt

eſt facultas proceſſus inſpiciẽdi. Item non referam
Indicium. Ex quo enim iſti tanquam vulnerantes
ſeu auxilium præſtantes vulneranti ſint puniendi,
3 †nam omnis ſciſſura vel omnis ſeparatio in corpo-
re appellatur vulnus *l. ſi ſer. ſeruũ. §. rupiſſe ff. ad l. Aqui.*
4 *& per Bar. in l. prætor. ait. §. fi. ff. de iniu.* †vbi dicit quod
tumefactio eſt vulnus quando fecit ſciſſuram ab
intra licet nõ ab extra vel quando etiam dedit cau-
ſam neceſſariæ ſciſſuræ ab extra faciendo per me-
dicum vt ibi per eum. Solum ergo me referam ad
oſtendendum quod nec nouellus debet conde-
mnari de occiſo nec ſibi præſtantes auxilium quaſi
dederint fauorem, vel auxilium occidendi, & vtar
mediis quibus ſum ſupra proteſtatus me vſurum.
Primo ego proteſtor quod doctiſſimus vir fue-
rit iudex maleficiorum qui inquiſitionem for-
mauit ſeu denunciam & in ea formanda vſus eſt
magna ſapientia & doctrina in hoc q̃a prius quam
inquiſitionem formauit expectauit mortem Hie-
ro. nam ſi ante formaſſet incidebat in maximas du-
bitationes, q̃a aut formaſſet inquiſitionẽ de occiſo
quia vulnus dicebatur mortale, aut de vulnerato
& pendente proceſſu ſuperueniſſet mors incidiſſet
5 in illam dubitationem † an facta inquiſitione de
vulnerato poſſet fieri condemnatio de occiſo pro-
pter mortem quæ ſuperuenit. *de quo Bar. dubitauit in
l. damni infecti. §. ſabinus. ff. de damn. infect. & in l. ſenatus
6 conſult. ff. de adul.* † Si vero formaſſet inquiſitionem
de occiſo priuſquam eſſet mortuus eſt magna du-
bitatio an de occiſo inquiſitio formari poſſet ante
mortem, *vt per eundem Bart. in d. §. ſabinus. & Ioann. An-
dre. poſuit in addi. Specul. in titu. de accuſa. verſicu. ſed
pone. & ſeq.*
Conſilium eſt ergo iudicibus expectare maxi-
me contra eos contumaces donec videant an mors
ſequatur. Et ita conſultiſſime fecit hic d. iudex. Ex
quo arguo eum virum doctiſſimum. Non tamen
parum miror quod poſtea his denunciatis ſeu in-
quiſitis facultatem defenſionis denegauerit quod
7 iudicio meo non fuit faciendum. † Nam conſtat
quod in omnib. caſibus vbi de iure communi con-
tra abſentem poteſt perueniri ad ſententiã qui no-
tantur *in l. abſentem. ff. de pœ. & in l. abſentem. C. de accuſ.*
admittitur quilibet veniens etiam ſine mandato ad
defendendum non tanquam procurator ſed tan-
quam defenſor, nam ea quo lex aggrauat in illis ca-
ſibus ſpecialibus abſentes vt poſſint damnari licet
abſentes contra regulam quæ eſt q̃ cõtra cõtuma-
ces nõ poteſt procedi niſi vſque ad annotationem
bonorum & non vltra, *vt d. l. abſentem. ff. de pœ. & C.
de accuſ.* in hoc reuelantur vt pro eis audiantur qui-
cunque non ſolum volentes allegare cauſas abſen.
ſed etiam volentes allegare cauſas cauſæ, quoniam
melius eſt illum abſentes audire quam nullo de-
fendente forte innocentem condemnare, & iſte
eſt caſus ſingularis ſecundum intellectum Bar. *in l.
ſeruum quoque. §. publice. ff. de procu. & probatur in l. reos.
C. de accuſ.* & illam ſententiam Bart. ſecuti ſunt do-
mini de Rota conclu. 106. & Federic de Sen. in ſuo
conſilio 290. & Innocent. *in c. veniens extra de accuſ.
& Butri. ibidem.* Ita dico in propoſito quod cum
ſimus in caſu vbi ex forma ſtatuti poteſt abſens da-
mnari ſi conſtat de eius delicto, vt eſt caſus ſta-
tuti tranſmiſſi illud quod dicebatur in caſibus vbi
de iure communi poterat damnari abſens. Idem
dicatur in hoc caſu vbi ex forma ſtatuti poteſt ab-
8 ſens damnari. † Et quod hoc ſit verum oſtendo
rationem de iure veteri abſens non poterat da-
mnari niſi in duob. caſib. *ſcil. in l. ne diu. ff. de pœ. & in
l. lex Cornel. ff. de ſica. Ergo leg. ſeruum quoque. §. publice.*
quæ permittit vt compareat defenſor pro abſen-
te in caſibus in quibus poteſt abſens damnari ha-
bebat locum illis duobus caſibus tantum. poſtea
facta fuit lex noua per Federicum quæ incipit ad
reprimendam. Et inducitur vt illo modo caſu poſ-
ſit in crimine leſæ maieſtatis procedi contra ab-
ſentes. Certe illo caſu habet locum *lex ſeruum quo-
que. §. publice.* quia ille §. reſpicit omnes caſus in
quibus in furtum deciditur quod abſens damna-
tur. *Et ita tenent doctor. in dict. §. publice. & Bartol.
ibi & in leg. penultim. §. ad crimen. ff. de public. iud. Et Sa-
lycet. in leg. abſentem. Codic. de accuſationib.* Igitur
cum ex forma ſtatuti Vincentini poſſit abſens
damnari conſequenter pro ipſis debeat admitti
quilibet ad defenſionem. Et ſi dicerit dominus
iudex non neſcis quod licet Bartol. iſtud dixerit
9 in §. publice. ſubdit tamen † quod ſi iudex puta-
uerit ſe poſſe melius veritatem criminis percipere
ex præſentia rei poteſt ſemper dicere nolo te ad-
mittere ſed volo reum principalem vt videam qua
fronte aut trepidatione loquatur *per text. in leg. de
minore. §. tormenta. ff. de quæſtion. & per l. fin. Co. de iniur.*
Reſpondeo quod licet illud verum eſſet eſt tamen
aduertendum quod dom. Bal. iſtud dictum Bar.
ſingul. limitatur quando contra abſentem non
militat. vehementia indicij delicti quod inten-
ditur. *ita dixit Bal. in l. fin. Cod. de procurat.* aliter non
debet poſſe auferre reo facultatem mittendi de-
fenſorem à iudice conceſſam *per §. publice.* Sed in
propoſito ex proceſſu non conſtat iudici quod iſti
occiderint, immo putamus contrarium vt di-
cetur infra. Item plus dico & hoc ſemper ego tenui
a quia non credo quod illud dominus Barhol.
ita intellectum in defenſore ſit verum ſed il-
lud procederet in caſibus in quibus quis poteſt
per procuratorem comparere in quo ſubſtan-
tiatur indicium tunc enim poteſt iudex quando-
que reum principalem requirere vt repellat pro-
curat. à defenſione. Et etiam ſe informet de ve-
ritate. Et licet procurator domino non veniente
repellatur tamen poterit defenſor ſemper com-
parere. Sed in caſu ſpeciali vbi lex admittit defen-
ſorem. non vt ſuſcipiat indicium. Sed ea iuſta ra-
10 tione ne damnetur abſens & forte innocens. † Di-
ceret autem quod ſit in poteſtate ipſius iudicis re-
pellere ſeu non admittere defenſorem vbi reus no-
luit comparere viſum eſt ſemper mihi iniquiſſimum
& contra rationem *dict. §. publice.* Item ſi ita iudex
poſſit principalem requirere fatebor hoc eſſe ve-
rum ſed quod ſi principalis nolit venire iudex
non audiat defenſorem qui forte docebit de inno-
centia nunquam mihi potui perſuadere nec *Bart.
11 h. d. ſi recte inſpiciamus.* †nam ſi iudex nullo ſe offerente
debet aſſumere vices & ſupplere defenſio abſentis
etiam

etiã cõtumacis *vt not. in l. fi. de temp. appel. & in l. vbi pa-*
ctum. C. de tranſa. & in l. 1. in fi. ff. de queſt. & in l. & ſi non
defendatur. ff. de pœnis. & per Bar. in l. 4. §. hoc autem. iu-
dic. ff. de dam. infec. quia ficte dicere poſſumus quod
non debeat audire eum qui in ſuam notitiam velit
afferre aliquam iuſtam excuſationem pro abſente.
Et ita intelligit Bart. *in l. ſeruum quoque §. publice. &*
in l. ſi actor malit. eodem tit. quia licet dicat dominum
poſſe requiri non tamen dicit quod domino non
comparente debeat repelli defenſor ſi recte inſpi-
ciatur. Et hanc ſententiam Bar. tenuit Inno. & Bu-
tri. *in c. veniens. extra de accu.* vbi ponunt iſtam mate-
12 riam. † Item dico quod facilius debet admitti de-
fenſor in cauſa iſta inquiſitionis quam ſi procede-
retur per viam accuſationis. nam licet Barto. dixe-
rit *in l. 3. §. ſi publice. ff. de adul. & in l. ſi cui. ff. de accuſa.*
13 † quod in illis caſibus in quibus procu. non ad-
mitteretur ſi procederetur per viam accuſationis
in eiſdem non admittitur vbi proceditur per viam
inquiſitionis & iſta fuit ſententia legiſtarum. Ta-
men canoniſtæ putant in cauſa inquiſitionis faci-
lius admitti etiam procuratorem non ſolum de-
fenſorem Io. Hoſt. *in c. inquiſitionis extra de accu.* dicit
14 † quod niſi ſint crimina excepta & enormia de iure
canonico in cauſa inquiſitionis admittitur procu.
& hoc idem videtur tenere Ioann. An. & poſt eum
Butri. *in d. c. veniẽs*, & maxime iſtud eſt ſine dubio vbi
vult admitti tanquam defenſor quia facilius admit
titur aliquis tanquam inſtigans officium quam vt
aſſumẽs patet in procuratore inquiſitionis per iu-
dicem propoſitę *in c. cum olim. extra de accu.* & in aſſi-
ſtente iudicio ciuili ne colludatur *in c. cum ſuper. ex-*
tra de re iudi. & in l. ſæpe ff. de re iudi. & in l. ſi per luſorio. ff.
de appell. Et hoc maxime debet eſſe verum in patre
qui ſe offert defenſioni per no. *in l. exigendi. C. de pro-*
cur. & per Innoc. in c. cauſam qui fi. ſint legi. in terminis.
15 & in Spe. *in ti. de procu. §. 1. verſi. ſed nunquid.* † Immo ſi
ex forma alicuius ſtatuti Vincentini pater tenere-
tur ad aliquam condemnationem pro filio admit-
teretur pater non ſolum tanquam defenſor ſed et-
iam tanquam volens in ſe ſuſcipere iudicium pro
ſuo intereſſe, & ita concludit Bar. *in c. veniens præalle.*
& hoc ſit primum fundamentum quoniam com-
parente patre nouelli aut alio defenſore debet ad-
mitti. & ibi dari copia inquiſitionis & omnium a-
ctorum criminalium, vt eſt caſus & ibi Bal. notat
16 *in l. 2. C. de eden.* † Secundo ego facio fundamentum
quod & ſi verum eſſet ſine præiudicio veritatis
quod iudex nec voluiſſet nec debuiſſet admitte-
re volentem facere defenſiones in proceſſu ſal-
tem pacto proceſſu debebat cuicunque volenti in
iure allegare dare copiam proceſſus, & audire de-
fendentem in iure, & iſtud eſt clarius luce meridia-
na, & hoc tenet Bar. expreſſe ſi bene intelligatur
17 *in d. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. in illa q.* † vtrum in
aliquo actu admittatur procur. pro abſente in cri-
minali. vbi concludit quod in omni caſu admitti-
tur & in omni defenſione per quam non dicatur
ſubire iudicium, ſiue talis defenſio ſit ante ceptum
proceſſum ſiue poſt. Et idem tenet Butri. & omnes
Canoni. *in d. c. veniens.* ſed ita eſt in propoſito quod
volens allegare in iure non vult ſubire iudicium.

immo ad allegationes deuenitur demum peracto
proceſſu *vt no. in auctẽ. iubemus. C. de iud. & in l. quam-*
uis. C. de adul. & in ca. paſto. extra de cau. po. & propri. vbi
per Inno. & alios. & in ca. cum Ioannes heremita. extra de
fi. inſtr. & in auct. vt cum de app. cogno. in prin. perfecto
ergo proceſſu admittitur etiam procu. volens alle-
gare de iure ergo & defenſor & maxime hoc eſſe de-
bet in criminalibus qui alle. iur. in criminalib. non
poteſt renunciari vt dixit notabiliter gl. *in l. pactum*
inter heredem. ff. de pact. & ita conſuluit Fede. de Sen. in
conſi. 229 & But. tenet in d. c. veniens. quod quilibet ad-
mittitur de iure. Tertio veniens ad merita cauſę di-
co quod ſi vera ſunt quæ referũt duo conciues no-
ſtri qui ambo in ſua doctrina ſunt viri primarij &
non dubito eos in iudicio locutos ſicut extra iudi-
cium loquuntur. clarum eſt quod nouellus nõ po-
18 teſt damnari de occiſo. licet. n. regula ſit, † quod
vbi vulneratus moritur ex vulnere vulnerans te-
netur non de vulnerato ſed de occiſo. vt no. *in c. 1. de*
cleri. percu. & l. diſt. c. ſi qua fœmina & c. ſtudeat & ibi per
gl. immo etiam in dubio ſi aliud non apparet præ-
ſumitur mortuus ex vulnere quando cito poſt vul-
nus moritur. *vt no. in l. ſi ita vulneratus qui occidit. §. pen.*
& in l. qua actione. ff. ad l. Aquil. & hoc dixit glo. ad literam
in c. presbiterum. extra de homic. Hic tamen diligenter
eſt aduertendum aut quis moritur ex vulnere alio
morbo aut alia cauſa non ſuperueniẽte. Et tunc o-
mnes concludunt quod præſumitur mortuus ex
vulnere quando cito moritur. ſecus ex longo inter-
19 uallo. † Sed dubium ſtat quando dicatur longum
interuallum. Et primo gl. iur. ciui. *in l. 1. C. de emend.*
ser. videtur dicere quod moritur in cõtinenti quã-
do moritur intra triduum. ſecus ſi poſt. Et ita etiam
loquitur *tex. l. diſt. c. ſi qua fœmina.* Quædã iura dicere
videntur quod dicitur mortuus ex interuallo quã-
do moritur poſt octo dies. *vt in c. continebatur. extra*
de homic. Alio modo loquitur *tex. in c. 2. extra de cler.*
percuſ. qui probat quod dicitur mori ex interuallo
quando deceſſit poſt octo menſes. Breuiter Barth.
tetigit iſtam q. *in l. ſi in rixa circa fi. ff. de ſic. & gl. in d. ca.*
2. & omnes doct. tam Bart. vbi ſupra quam Butr. in d. c. 2.
de cleri. percuſ. concludunt quod ex quo iura ita am-
bigue loquuntur, & iſtud non reperitur certa. l.
deciſum hoc debet committi iudicis arbitrio per
notat. *in l. 1. in fin. ff. de iure deliber.* & arbitrabitur
iudex an vulnus fuerit mortale ex indicio medico-
rum qui illud viderunt. *l. ſi ſemel. C. de re milit. lib. 10 &*
l. 1. ff. de ven. inſp. & l. milit. §. miſſionum ff. de re milita. Et
eſt caſus in terminis noſtris *in ca. ſignificaſti. extra. de*
homic. Hęc procedunt vbi vulneratus nullo alio ca-
ſu aut cauſa ſuperueniente moritur. Alius caſus eſt
quando moritur ex caſu aut cauſa ſuperueniente.
& tunc dicendũ aut fuit culpa medicorum. & tunc
vulnerans non tenetur de occiſo. *l. qui occidit. §. pe.*
& l. qua actione. §. celſus ff. ad l. Aquil. Idem dico ſi mors
ſuperuenit ex mala cautela ſeu cuſtodia ipſius in-
firmi *vt no. in dictis iur. & glo. eſt in d. c. ſi qua fœmina.* Si
autem ſuperuenit alia infirmitas aut illa cauſata eſt
a vulnere & tunc tenetur de occiſo, & ita not. gl. *in*
c. presbyter. extra de homic. & ita no. in c. ſignificaſti. & in
dubio præſumitur cauſata à vulnere. ſi aliud non
apparet ex corporis diſpoſitione vt ibi not.

Aut

Aut illa infirmitas ſuperuenit aliunde, vt quia cor-
pus illud naturaliter ad illud accedens erat inclina-
tum, & tunc non dicitur mortuus ex cauſa vulne-
ris nec tenetur vulnerans de occiſo verbi gratia. ſi
mortuus eſt propter humores corruptos. verba
ſunt Hoſtien. ad literam & Car. Flo. refert & ſequi-
tur *in d. c. presbyterum. & ita limitat illam glo.* quæ dicit
20 † quod vt quis dicatur homicida ſufficit quod mors
contingat ex cauſa remota .i. ex non vulnere ſed ex
alia infirmitate quę tamen ſuperuenit propter vul-
nus licet eſſet remota à vulnere ſecus ſi ſuperuen-
tura erat illa cauſa etiam vulnere ceſſante, & ita
erat in propoſito. Idem dicitur ibi ſi mortuus eſſet
ex recidiuatione. quoniam recidiuatio adſcribitur
vulneri niſi alia ſuperuenerit cauſa recidiuationis
quæ ſola ſufficiebat per tex. *in c. ad audientiam extra
de homic.* Ideo But. ſingulariter ibi not. dicens not.
21 † quod vbi ex alia cauſa poſt vulnus illatum mors
ſequitur mors non aſcribitur vulneranti & ſic vbi
cauſa ſuperueniens habilis eſt ad mortem indu-
cendam confunditur vulnus primum de quo erat
dubium an de hoc potens exiſteret. verba ſunt But.
vbi ſupra. Addo quod gl. in dictis capi. loquuntur
an quis dicatur homicida quoad irregularitatem
contrahendam quo caſu facilius quis fit homicida
quam vbi agatur de pœna mortis in iudicio ſœcula-
ri inferẽda patet ex no. per multas qq. quomodo *in*
22 *c. ad audiendum. & in c. Petrus. extra de homi.* † vbi ſi cle-
ricus incipit rixam in qua ipſe percutit. deinde eius
affines de hoc indignati præter clerici ſcientiam a-
liquem occidunt, clericus efficitur homicida irre-
gularis facit *c. ſignificaſti eo. t.* Et tamen conſtat quod
in iudicio ſeculari non eſſet homicida. *vt l. 2. & l. fi. ſi
quadr. pau. fec. dica. & ita ſummat Butr. cap. ſignificaſti.
el. 2. de homic.* dicens ſic quoad ordinem promotio-
nis percutiens habetur pro homicida quando du-
bitatur an vulnus fuerit mortale vel ſciri nõ poteſt
an fuerit occiſus ab alio. an ab illo quod ſecus eſſet
23 vbi non agitur de lege promotionis. † Et idem di-
citur ſi acclamauit quis contra exportantem rem
ſuam & inſequẽtes illum occiderunt quoniam ta-
lis acclamans etiam iure permittendus eſt irregu-
laris. vt no. *in c. de cætero. & d. c. ſignificaſti.* quod non
eſſet in iudicio ſeculari. Ratio quia lex promotio-
nis conſiderat factum & non animũ. & quia quan-
docunque capiũtur fugentes & occiduntur debuit
euitare quod contingere conſueuit *in c. 1. de ſer. non
or.* nec eum excuſat recuperatio rerum ſuarum. *in
c. ſuſcepimus extra de homi.* Sed lex ſecularis vbi agitur
de homicidio conſiderat animum & non factum.
l. 1. C. ad l. Cor. de ſica. Ideo nemo præter animum effi-
citur homicida. Ideo merito non valet ar. habetur
homicida quo ad irregularitatem. ergo quoad pœ-
nam homicidii. Ad propoſitum ergo ex quo huic
Hiero. ſuperuenit noua infirmitas cauſata ex mala
eius diſpoſitione. puta ex malis humoribus colle-
ctis in pectore. vt dicit Hoſtien. *in d. c. presbyte.* & ita
dicitur mihi in facto fuiſſe per præfatos medicos.
patet quod vulnerans nõ tenetur de occiſo per prę-
dicta. immo quia ſuperuenit etiam mala cuſtodia
ipſius infirmi. vt magiſter Bartho. atteſtatur ſe au-
diuiſſe ab aſtantibus. & hoc de tertio fundamento.

Vbi autem ſuperuenit noua cauſa .i. vulnus illatum
per alium vulnerantem. ſecundo loco tunc non eſt
noſtra materia. ſed remitto ad Bar. *in d. l. ſi in rixa.* Et
ſi dicatur tu non poteris dicere quin propter iſtud
vulnus iſte cuius non obierit. ergo ſaltem hac ratio-
24 ne dici debet homicida, quod oſtendo. † Nam
ſi quis vulnerat non mortaliter primo vulneratur
mortaliter tenetur hoc ſecundus vulnerans non
mortaliter de occiſo. *l. quam actionem. §. ſi quis ſeruum.
ff. ad l. Aquil. & l. ita vulneratum in prin.* Reſpondeo il-
lud verum quando illud vulnus non lętale præceſ-
b ſit, & poſtea lętale ſeruum eſt, b quia tũc primo vul-
nerans non lætaliter tenetur de vulnerato non de
occiſo. *l. item mella. §. ſi plures. & l. huic ſcripturæ. ff. ad l.
Aqu.* Sed ita eſt in propoſito. nam iſte Nouellus pri-
mo vulnerauit non mortaliter, & poſtea ſuperue-
nit infirmitas. mortalis quæ erat vulnus naturale,
Ideo primo vulnerans non letaliter ſiue mortaliter
tenetur de vulnerato non de occiſo per dicta iura.
25 † Et ſi dicatur poſtremo immo & vbi duo vulne-
rant mortaliter. ſi tamen coniunctio vtriuſque
vulneris cauſat mortem cum nullum iſtorum de
per ſe cauſet quilibet tenetur de occiſo ſecundum
Bar. *in d. l. ſi in rixa.* quia verum eſt occidiſſe. *l. itẽ mel-
la. §. ſi plures trabem ff. ad l. Aqui. & ita not. in cap. ſignifi-
caſti. extra de homic.* ideo qui ibet eſt irregularis. *13. q.
vlt. ca. fi.* Reſpondeo illud procedit ratione incerti-
tudinis. vnde non poteſt ſciri cuius cauſa principa-
liter mortuus ſit. Sed in caſu noſtro ſciri poteſt,
quod vulnus primo illatum non erat mortale ideo
licet ſuperaddatur ſecundum mortale à natura pri-
mum non dicitur mortale. vt ſupra probaui ſicut
vbi vnum eſſet mortale aliud nõ & ne ſciretur quis
intuliſſet, quia omnes videntur occidiſſe ratione
dubii *l. item mella. §. ſi plures. ad l. Aqui. per Bar. in d. l. ſi in*
26 *rixa* † Ex quibus concludo quod ex eo quod vulnus
illatũ citius præſtiterit cauſam mortis non dicitur
mortale, quia iſtud dicere eſſet ſtultum, & con-
tra omnia iura. nam nemo dubitat quod ſi vnus
primo vulneratur non mortaliter & ſecundo vul-
neratur mortaliter, quod iſte ſecundo vulneratus
moritur citius propter primum vulnus & ſangui-
27 nis effuſionem ex primo vulnere factam, † quia
ſecundum Phyſicos omnis ſuperflua ſanguinis ef-
fuſio mortem accelerat, & tamen primo vulnerans
non tenetur de occiſo. *l. item mella. §. ſi plures. & l. huic
ſcripturæ. §. 1.* & ſupra dixi. & licet ergo in caſu noſtro
iſtud primum vulnus non mortale feciſſet acce-
lerari infirmitatem omnino ex corporis diſpoſi-
tione venturam, ſeu citius detexiſſet illam infirmi-
tatem propter ſanguinis effuſionem, non tamen
propterea cenſendus homicida. vt ſupra ſatis con-
ſtat, & ſine ratione eſſet qui de hoc dubitaret, a-
lias diceremus quod incutiens ſeu inferens ma-
gnum timorem vulnerato eſſet homicida, quia
ſæpe viſum eſt ſecundum phyſicos mortem ex
timore accelerari, quod dicere ſtultum eſ-
ſet.

Ex quibus omnibus ſatis conſtat iuſtum non
eſſe homicidam qui primo non mortaliter vul-
nerauit. Ex hoc probo per deductionem ad ab-
ſurdum. pono quod Nouellus nullo modo
percuſſit

percuſſit hic ſed ſolum Pet. in manu vt præſupponitur cum magna ſanguinis effuſione per 70. dies detecta eſt infirmitas. ſ. ptiſis in Hiero. & mortuus eſt ex ptiſi. diceretne quiſpiam hunc P. damnandum de homicidio. Certe nemo & tamen ſatis conſtat ſecundum omnes quod magna ſanguinis effuſio ex manus percuſſione contingens debilitauit naturam & accelerauit ptiſim. & conſequenter mortem percuſſit, igitur qua ratione non diceremus Petrum homicidam eadem ratione, nec diceremus Nouellum ex quo percuſſit vulnere quod cõſtat non fuiſſe mortale. Hæc pro veritate ſufficiant.
28 † Supereſt modo quartum quia dicerent forte iudices, & ſi de iure iſte eſſet abſoluendus ab homicidio tamen ex forma ſtatutorum Vincentiæ iſte neceſſario eſt damnandus quia ſtatutum vult quod vbi contra contumacem non poteſt conſtare de crimine debet pecuniariter damnari & ad inquirendum, ſed ita eſt in caſu præſenti. Profecto nec hoc nihil ob. immo diligẽter eſt aduertendũ, quoniam tres caſus poſſunt contra contumacem contingere & ſtatutum tantum duos ponit & tertium omittit qui eſt caſus noſter. Primus caſus eſt vbi cõſtat de crimine & hoc ſtatutum corrigit ius commune quoniam ius commune vult non poſſe abſentem damnari, ſed tantum procedit vſque ad annotationem bonorum, *vt l. abſentem. C. de accu. & l. abſentem. ff. de pæn.* Iſte caſus non contingit. Secundus caſus quem ponit ſtatutum eſt quando per abſentiam non poſſet cõſtare de crimine vel non crimine ſeu de nocentia vel innocentia, & tunc ſtatutum permittit iſtum poſſe damnari pecuniariter & ad inquirendum. nec in iſto caſu ſumus nos. & hos duos caſus poſuit ſtatutum allegatum. Tertius caſus eſt quando ex proceſſu facto contra abſentẽ cõſtat de eius innocentia & hic dico ſtatutũ non poſſe habere locũ ꝙ vult abſentẽ pecuniariter condemnari & ad inquirẽdũ. Quoniam etiã ſtatutũ diceret expreſſe quod abſens cõtumax habeatur pro confeſſo & damnari poſſit non debet intelligi ſtatutum de illo contumace de cuius innocentia vere ex proceſſu conſtat vt pulchre no. Bar. *in l. abſentem. ff. de pæ.* non potuit ergo damnari iſte Nouellus licet abſens & cõtumax. Sed ego plus dico quod non ſolum non debet damnari ſed debet abſolui. nam ſi ſtatutum permittit iudici quod damnet contumacem repertum nocentem. ergo fortius intelligi ei permiſiſſe vt innocentem repertum abſoluat. Et hoc oſtendo per tex. vbi de hoc eſt caſus, & ita no.
29 But. *in c. veniens extra de accuſ.* † vbi licet contra accuſatum contumacem non poſſit iudex ferre ſententiam vt. *d. l. abſentem.* tamen ſi aliquo modo conſtat iudici de innocentia rei, debet imponere ſilentium accuſatori. Et ratio eſt vt dicit But. ibi quia magis exuberat officium iudi. in abſoluendo quam in cõdemnando, & iudex debet ſemper pro contumace ſupplere *vt l. properandum §. ſin autem reus. C. de iud.* Si ergo iudi. officium potentior eſt in abſoluendo quam in condemnan. & in caſu noſtro ſtatutum Vincen. dat poteſtatem iudici condemnandi contumacem ſi conſtat de innocẽtia. ergo fortiori ratione creditur dediſſe poteſtatem iudici de abſoluendo innocentem in qua abſolutione magis exuberat iud. officium. Et quod ita debeamus tres caſus diſtinguere, aut conſtat de iniuſtitia contumacis aut neque conſtat de iniuſtitia neque de iuſtitia. Aut tertio conſtat de iniuſtitia & quod inter iſtos duos caſus vltimos ſit conſtituenda differentia patet quia ita diſtinguit imperator *in d. l. properandum §. 1. & ſeq.* Nec debemus iſtos duos vltimos caſus à pari iudicare quod non cõſtet de innocentia, vel nocentia. nam ille vlti. caſus nimis eſt diſſimilis à caſu proximo, vt ibi patet. Ex quib. omnib. concludo circa quatuor fundamenta. Primo quod iudex debuit & debet admitttere quemcunque volentem defendere iſtum qui abſens poſſet damnari ſi eſſet nocẽs. Secundo quod ſi noluit eum audire durante proceſſu debet ſaltem illum audire in allegationib. iur. per quas quis non ſuſciperet proceſſum. Tertio circa merita oſtenſus eſt innocens. Quarto & vlti. oſtenſum eſt quod ex quo eſt innocens debet diffinitiue abſolui non obſtante ſtatuto ſicut etiam debuiſſet nocens repertus condem-
30 nari. Et ad hoc me maxime mouet, † quia in maleficiis debet attendi cauſa quare iſti moti fuerunt ad maleficium. *l. aut facta. ff. de pæ. & perſona contra quam intenditur vt ibi.* Cauſa autẽ fuit ad recuperationem rerum ſuarum quod licuit. *vt no. in d. c. ſuſcepimus.* Et dicitur mihi quod ille qui fuit mortuus ibat noctis tempore occidendo porcos & ea nocte & eodem inſtanti vnum occiderat. Et poteſt probari contra eum fuiſſe acclamatum tanquam cõtra furem nocturnum. Et item iſti putabant quod porcus quem ſenſerant clamare eſſet ſuus, quæ omnia conſiderata etiamſi verum eſſet maleficium eſſet probatum deberẽt mouere iudicem ad damnandum homicidam tãquam de homicidio culpoſo & non doloſo,
31 vt nota. Barto. in ſimili de eo † qui occidit eum quẽ putabat bannitum cum non eſſet, & nõ erat in culpa, quia minus diligenter inquiſiuerat, nam debet puniri tanquam de maleficio culpoſo & non doloſo, vt ipſe no. *in l. ſi. ff. de adul. & in l. 2. §. hac actione. ff. vi bono. rapto. & in l. lex Cor. ff. ad l. Cor. de ſic. & ibi Bar.* Et iſta ratio debet mouere omnem iuſtum iudicem, & bonum virum. Hęc omnia quę ſupraſcripta ſunt puto eſſe de iure vera. Ego Franc. de Capitibus liſte de Pad. legum docto. & Comes ibidem iura ciuilia legens ordinarie.

ADDITIONES.

a Ego tenui.] *Ad iſtam concluſionem qua quotidiana & practicabilis eſt. adde Bart. in conſi. inci. à domino Cy. de Bononia, & in extrauag. ad repri. verſi. ſiue figura. d. Alex. de Imol. cuſtodias. ff. de pub. iudi. multa per Paul. de Caſtr. in conſil. 34. Canon. in capit. cum inter de exce.*

b Letale fecntum eſt.] *Ad iſtam practicabilem concluſionem vide d. Bart. Soci. in conſi. 178. incip. primo aſpectu. ver. 4. & vlt. & ver. pro cuius concluſionis fundamento cum plu. ſeq. in 2. vol. chart. 49. & vide Bal. in c. 1. col. 5. ver. ſed quid eſt quibus modis feud. amit. dom. Alex. de Imol. in l. damni. §. ſabinus. ff. de damn. infect. Ang. & doct. in l. item mella. §. celſus ſcribit. ad l. Aquil. alleg. in tex.*

CONSI.

CONSILIVM XLI.

SVMMARIA.

1 *Interficiens eum, qui ipſum vulnerauit, an de occiſo teneatur, numeris omnibus ſequen. per totũ conſilium.*

2 *Vim vi licere repellere non ſolum omnes leges, omniaque iura permittunt, etiam ipſum inuaſorem occidendo, quando nos aliter ab iniuria tueri non poſſumus.*

3 *Inuadẽs aliquem iuris præſumptione criminis auctor interpretatur.*

4 *Confeſſio, quod aliquis fecerit ad ſui defenſionem licet in criminalibus non plene probet pro ſe, in ciuilibus tamen non minus probat pro ſe quam contra ſe.*

5 *Iuramentum purgationis ſupplementum probationis in cauſis criminalibus deferri quandoque poteſt.*

6 *Percutientem fuſte, fuſte etiam repercutere debemus, non autem diſpari armorum genere*

7 *Rixantibus ex duobus quando vnus eſt magis vulneratus quam alius, præſumptio culpæ contra quem fiat.*

8 *Honoris detrimentum vnicuique non minus quam vita charus eſſe debet.*

9 *Inuaſio cum excedit modum defenſionis à iure permiſſa inciditur in culpam quæ dolo non comparatur.*

10 *Culpa leuis quæ dicatur & quæ leuiſſima.*

11 *Pater occidens adulterũ, & inſecutus poſtea, horis interpoſitis filiam, eadem ira occidere dicitur.*

12 *Milites priuatos, qui itinera frequentata inſidiis aggreſſoris obſederunt, vlciſcendo interficere licet.*

13 *Latrones diurnos, ſi telo defendant, non autem offendãt, occidere licet, nocturnos autem quoquomodo.*

14 *Aggreſſorem occidere licet, vbi ſuſpicio inuaſionis nõ eſt.*

15 *Homicidium per dolum cõmittens criminaliter puniri non debet, ſi primo occidens vulneratus fuerit.*

1 IN Chriſti † nomine. Cũ Petrus Maluſatus olim ſub pignorib. gratuite quaſdam pecunias Iacobo Mazarono mutuaſſet intellexiſſet quod dictum Iaco. inter creditores ſuos aliquos pecunias diuiſiſſe admiratus hominis duritiam & inurbanitatem ad eius domum ſe contulit conqueſtus etiam pignorum ſuorum venditionem ſubhaſtationemque pollicitus niſi etiam ſibi pecunias reddidiſſet in quo incleměter ſuſceptus quod bene pati poſſet tanquam bonas vt aiunt ſpatulas haberent, tandem promiſſa ab ipſo Iacobo ſuorum pignorum venditione d. Iacobus ſecum ad plateas ſimulauit accedere vt rationum codicem cum d. P. deſpiceret. vt Fabiani Molendinarii teſtificatione continetur. Accepta igitur clam ſquarcina iuxta eum perrexit donec ad quendam aditum ſeu tranſuerſo applicauerunt vbi non plus quam vni trãſitus erat poſſibilis, & cum facto quodam de tranſitu eſſet orta contentio, tandẽ perſuaſionibus d. Ia. Pet. aditum prætentauit. tum Iac. nullo verbo aut ſigno dato gladium ſubito educit ac currit retro ſuper caput Petri illum vi doloque deducit. & cum incautum vulnerauit. at Pe. rei nouitate & vulnere ac ictu ſimul contremefactus clamore in latronem edito ſeſe conuertit alterumque ictum quo ipſum in capite percutere nitebatur pedali quodam gladio deuitat. nec tamẽ impune ſed illo ictu duobus receptis vulnerib. altero quidẽ in tẽpore, & altero in manu. Et hic quidem inſultus hactenus duobus integerrimis teſtibus comprobatur. Tunc Pe. abiecta daga Iacobum amplectitur. & ſtricte alligat eoque reluctante ambo in terram cadunt. altero modo emergente modo ſubſidente. Tandem Pet. euadit & gladium manu Iaco. abſtrahit. ipſumque duobus vulneribus onerat altero in nate. altero in capite cũ cutis abraſione. & demum ipſum Ia. arrepto gladio qui iacebat in terram contra ſe irruentem ſauciat altero quidẽ in brachio. & altero poſt ſinciput. ex quibus ipſe poſtea mortuus eſt proteſtante tamen d. Pe. ante iſta vulnera quod ſeſe dimitteret. videndum eſt quid iuris. an de iniuria Petrus illum occideret. Et profecto mihi videtur tribus rationibus concludendum quod iure illum Petrus occiderit.
2 & ex hoc facto nullam pœnam mereatur. † nã cum vim vi repellere non ſolum omnes leges omniaque iura permittant etiam occidendo ipſum inuaſorem quando nos ab iniuria aliter tueri non poſſumus. *vt l. ſcientiam §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqui. & cle. ſi furioſus. in ſi. extra de homi.* verum etiam id iure naturali omnib. animalibus conceſſum ſit, *vt l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pau. fec. di. 1. diſt. ius naturale. c. delicto. extra de ſen. excom. lib. 6. & cle. paſtoral. extra de re iudica.* Et denique omni gentium more cõſuetudine receptum ſit. *vt l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. l. ſed & ſi quocunque ff. ad l. Aqui.* quam calumniam incurrat hoc Pe. aut quam pœnam non video. Probat enim quod illum ſe ferro potentem occiderit ex fratris Simonis teſtificatione. cuius teſtimonio iura maxime credi volunt atque permittant. *vt in §. cogitandum. in auc. de mo. & l. presbyteri. C. de epiſ. & cle.* Accedit huic rei fama conſentiens quæ quidem cum ſtatim ſit orta in loco illo & ex veriſſimis coniecturis non parum habet fidei & auctoritatis, *vt l. 3. §. eiuſdem quoque principis. ff. de teſti. l. de minore. §. tormenta ff. de queſt. l. admonendi. de iureiur.* de quo per fratrem Matheum venerabilem religioſum & magiſtrum Zanelam Barbe ſatis ab-
3 undeque dicitur. Accedit & iuris præſumptio † quæ contra inuadẽtem & criminis auctorem interpretatur qui fuit Iac. Mazoronus. *l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi. & l. ſi vt allegas. C. de ſica.* ipſum quæ ius prẽſumit quod inuaſus videatur in dubio potius faceere ad defenſionem quã ad vltionem *vt l. ſi ex plagis. §. tabernarius. & ibi gl. ff ad l. Aquil. & no. in l. 1. C. vnde vi.* Accedit inſuper modificatio confeſſionis factæ per patrẽ d. Petri qui confitetur non occidiſſe ſimpliciter, ſed Pe. occidiſſe ad ſui defenſionem † quæ
4 quidem confeſſio licet in criminalibus plene pro ſe nõ probet. *l. Aurelius. §. Caius de liber leg. & l. 1. de confeſ.* tamẽ cũ in ciuilib. non minus ꝓbet pro ſe q̃ contra ſe. *vt l. non vtique vt ibi not. ff. de exce. & c. exceptionem obiiciens de reg. iur. lib. vi.* videtur dicendum quod ſaltem hic faciat aliquam præſumptionem pro ipſo
5 confitente. † Supereſſet denique iuramentum purgationis in ſupplementum probationis quod vtique in hac cauſa etiam deferri poteſt vt not. gloſſ. *in l. 1. C. de ſica. & in l. 3. §. quacunque. ff. de iureiur. & l. in bonæfidei. Cod. eod. titul.* Verum ſi dicatur tantum illam defenſionem à iure comprobari quæ ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ. *l. 1. Cod. vnde vi. & c.*

cum olim.extra de reſtit ſpo.& c.ſignificaſti.extra de homi.
Et nos dicemus iſtam defenſionem fuiſſe adeo mo-
deratam vt nullo modo valeat culpari nam cum ibi
moderamen circa tria conſideretur vt not. gloſſ.&
omnes docto.*in l.1.C.vnde vi.& l. vt vim ff. de iuſtitia.
& iur.*
6 † Et primo circa genus armorũ.videlicet vt per-
cutientem fuſte debemus fuſte repercutere & per
cutientem gladio debeamus gladio referire. non
autem diſpari genere armorum.*vt c.ſignificaſti.extra
de hom.& l.1.§.ſed ſi clauã de ſic.*Hic Petrus non ſolum
ille repercuſſit ſimili genere armorum immo eiſ-
dem armis quibus ipſe fuerat vulneratus nam telo
ipſius Iacobi ipſum vulnerauit.& ſimiliter idem Ia-
cobus Petrum ferro inuadebat merito Pet. ipſum
ferro repellebat. Secundum etiam moderamẽ exi-
gitur circa tempus.ſcilicet vt incontinenti & adhuc
maleficio flagrante *vt no gl.& Dd.in d.l.1.C.vnde vi.& l.
vt vim ff. de iuſti.& iur.*quod quidẽ etiam hoc fuit.nã
tanta temporis breuitate hoc negociũ expeditũ. vt
Nicolaus clericus incipiens à principio inuaſionis
accurrere non potuerit ante illuc peruenire quam
totum malũ eſſet conſumatũ. Apparet etiam de ce-
leritate negotii & quod fuerit in ipſa rixa quia ali-
ter Petrus non potuiſſet euadere, vt fratris Simo-
nis teſtificatione continentur & comprobatur ex
dicto cuiuſdam muliereculæ, quæ à principio rixæ
ſe retraxit in domum eodemque momento ad li-
gamen regreſſa vidit omnia diſſoluta & hæc ſuper
primo & ſecundo moderamine. Tertium modera-
men quod exigitur circa qualitatem negocii eſt vt
nil appareat factum ad vltionem. ſed ſolum ad me-
ram defenſionem à Petro ſatis arbitror fuiſſe ſerua-
tum cum per fratrem Simonem affirmetur quod ſe
aliter ab iniuria tutari non poterat. Et primo ſi non
ꝓbaretur quod fecit ad defenſionẽ tantũ gl.& doct.
*in l.1.C.vnde vi.*videntur concludere ſi quod fecit in-
continenti vt ſupra oſtendit. videtur in dubio po-
tius facere ad defenſionem quam ad vltionem. *vt l.
ſi ſcientiam.§. qui cum aliter. ff. ad l.aqui. & l.ſi ex plagis
§.tabernarius eodem tit.* Et ſubiiciebat d. Matheus vt
refert Cardin.*in clem.1. extra de homicidio* vnam aliam
7 ſuſpicionem † quod quando ex duobus rixantibus
vnus eſt magis vulneratus quã alius quod præſum-
tio culpæ ſit contra ipſum *arg.l.ſcientiam.§.ſtramenta
ad l.Aqui.* quare cum fuerit magis iniuriatus & vul-
neratus Ia.quam Pet. præſumptio culpæ erit con-
tra ipſum.

Et ſic diceretur quod Petrus potuit vel debuit
fugere. & nos dicimus , immo non potuit vt
fama & fratris Symonis teſtimonio comprobatur.
Et propterea ſi potuiſſet fugere tamen non debuit,
quoniam in fuga eſt periculum. nam fugiendo po-
tuiſſet cadere, & propterea ille fuiſſet illum inſecu-
tus,quia erat ita iuuenis ſicut ipſe. Et pręterea ipſũ
à tergo & in ſpatulis vulneraſſet & cõmodius ipſum
offendiſſet.quinimmo etiam ſi fuga fuiſſet tuta.ta-
men fugere non debuit, quoniam ex quo erat iu-
uenis & valentior quantum ad virtutem corporis
illo babione dedecus ſibi fuiſſet fugere & detrimẽ-
8 tum honoris † qui non debuit eſſe minus charus
quam vita *l.iul.ff.ſi quis omiſ.cau.teſtam* vnde debuit
manere & ſeipſum defendere, ex quo aliter per in-
dicem reparari non poterat. *argum.leg.in eadem ff. ex
quibus cauſis maio. & ita no.Cy. in l.1.C.vnde vi.ſecundum
iaco.de are.& Bal.ſequitur in l. vt vim.de iuſtit.& iur.*per
pulchram rationem,quia ex quo fugans facit illici-
te, ergo à contrario ſtans facit licite. Et ita putant
ſeruandũ eſſe in foro ciuili.d.Cano. & maxime Bu.
in c.ſignificaſti.extra de hom.Et Imo.in clemen.1 eodem ti.
quare cum Petrus fuerit inuaſus & in dubio vitæ
diſcrimine cõſtitutus belligerauerit,& ſe defendẽ-
do illum occiderit. videtur eius bellum fuiſſe lici-
tum,vt no.Bart.*in l hoſtes.ff.de capti.*maxime cum iu-
dicis copia haberi non potuerit,*vt l.ait prætor.§.ſi de-
bitorem.ff. de his quæ in frau.credi.*præſertim cum con-
ſtet quod iniuſtam mortem obiiſſet ſi iuſtam pœ-
nam ab hoc latrone impuriſſimo non repuliſſet.
videtur etiam alia ratione quod Petrus non eſſet
capi aliter puniendus etiamſi ceſſarent teſtimo-
nia de ſua defenſione & aliæ præſumptiones de
quibus dixi ſupra. Sed diceretur quod Petr. fuiſ-
ſet Iacobum inſecutus. non tamẽ longe vel ſuppli-
ces manus & verba porrigenti mortem irrogaſſet,
vel continuatis omnibus vulneribus illum occidiſ-
9 ſet.† nam cum inuaſio excedit modum defenſionis
à iure permiſſe ipſe incidit in culpam quæ quidem
in hac materia nõ comparatur dolo, *vt l.in l.ff. ad le-
gem Cor. de ſic.* ſed punitur tanquam homicidiũ cul-
poſum non vt doloſum *l.1.C.de ſica. & ita fatetur Ioa.
An. ſe alias vidiſſe iudicari in addi. Speculat.in tit.de homi-
cid.in fin.Et ita etiam dicit ſe vidiſſe Padua, domin.Anto.de
Butr. in c. olim cauſam extra de reſtitut ſpoliat.* ita etiam
culpa interdum eſt lata, & tunc punitur pecunia-
ria pœna vel relegatione quinquennii ad ſummũ,
vt probatur *in l.2. §.cum quidam ff.de ſicar.* Interdum
eſt leuis & iſta multo punitur leuius. Interdũ eſt le-
uiſſima culpa. & pro hoc nõ reperi quod pœna ali-
qua imponatur.& ita firmat.Bal.*in l.vt vim. ff.de iuſti.
& iur.* quia non eſt vituperandus qui parum tranſ-
greditur cum ſæpe excedat hoc rationem *l.euidens.
de aedil. edic.*quamuis de conditio. & demonſtra. *& l.
imperator.ff.de ſtatu. homin.* in noſtro autem negotio
non videtur mihi vllo modo quod Petrus culpam
latam cõmiſerit, immo vix forte leuiſſimam. nam
aut latam culpam appellamus cum exceditur mo-
dus legitimæ defenſionis in omnib. illis trib. quæ
10 requiruntur ad moderatam defenſionem. † Et le-
uem culpam appellamus cum modus exceditur ſo-
lum circa duo ex ipſis. Leuiſſimam cum exceditur
modus circa vnum tantũ , & hic profecto non fuit
exceſſus modus circa qualitatem armorum, ita nec
circa temporis qualitatẽ, & tunc reſtabit immode-
ratio circa modum vltimum.ſ. circa qualitatẽ , de-
fenſionis.& iſta erit leuiſſima culpa quę vllo pacto
puniri non debet, vt ſupra dixi. Aut vero nos volu-
mus latam culpã appellare cũ exceditur legitimus
modus, vel circa arma tantũ, vel circa tempus tan-
tum. vel circa qualitatẽ facti tantũ , ſecundũ arbi-
trium iudicare debentis ſecundum Io. de imo. *in d.
cle.ſi furioſ.extra de hom & Bal.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.*
quia de factis hominum non poteſt dari vera re-
gula , *in leg.more. ff. de vſur. & leg. tertia §. in mag ff. de
teſti.* & tunc dicto etiam qualitatibus & circunſtan-
tiis de-

tiis debebit reputari leuiſſima, quoniã ſi videmus
quod interdum animus iracundia turbatus & in-
cenſus ſe continere nõ poteſt quin rationem exce-
dat atque propter calorem iracundiæ lex pœnam
non irroget ſed potius ei parcat, *vt l. quod calore. ff. de*
reg. iur. l. 1. C. ſi quis impe. maledi. & l. 3. C. de re. cre. Sic vi
demus quod etiam lex ei parcit quãdo doloris im-
impatiẽtia aliquid in ſe vel in alios crudeliter ege-
rit. vt *l. diuus. ff. de offi. præſid. l. 3. §. fin autem. ff. de his qui*
ſibi mor. conſciue. Si ergo videmus quod *Lex parcit* qui
iuſtum metum habuerit eique opem ferat, *vt in tit.*
ff. & C. quod metus cauſa. quoniã humana fragilitas mor-
tis cogitatione turbata minus memoria poteſt *l.*
hac conſultiſſima. §. at cum humana. C. de teſtamen. quam
culpam poterimus in Petro cogitare in quo iracũ-
dia quidem non parua ex tanta ingratitudine & in-
iuria Iacobi non etiam paruus dolor ex tribus vul-
neribus. aut metus exiguus mortis inſtantis ipſum
vndique rapiebant quis adeo prudens & men-
tis adeo compos eſſe potuiſſet vt ſtateram ha-
bere potuiſſet in manibus. & tot in vnum collatas
perturbationes ſedare & nihil vltra rectum citra-
que feciſſet, & maxime in tam breuiſſimo tempo-
re in quo nec olla feruẽs ab igne depoſita quieſce-
11 re potuiſſet. † Dicendum ergo quod ſicut pater oc-
cidens adulterum & inſecutus poſtea etiam inter-
poſitis horis filiam dicitur eadem ira occidere. *vt l.*
quod aut. in fin. ff. de adul. Item etiam Petrus occidens
illum ſine magno interuallo dicitur eadem ira il-
lum occidiſſe, neque poſſe de homicidio doloſo te-
neri ſed culpoſo. ea quidem adeo tenui atque leuiſ-
ſima vt nullam pœnam omnino mereatur. Supereſt
igitur tertia ratio quod etiam ſi vlciſcendi animo
Petrus Iacobum occidiſſet, nihilominus tamen i-
12 pſe pœnam non mereretur. † nam priuatos mili-
tes qui itinera frequẽtata inſidiis aggreſſoris obſe-
derunt licet vlciſcendo interficere *l. 1. C. quando liceat*
vnicuique ſe ſine iud. vindi. facit l. deuotum. C. de metatu. l.
13 *12.* † Item latrones diurnos ſi ſe telo defendant non
a dico offendãt licet occidere *a* nocturnos vero quo-
quo modo *l. itaque. §. 1. ad l. aquil. & c. ſi perfodiens extra*
de homic. Ergo multomagis licuit occidere hunc Ia-
cobum etiam ad vltionem, quia in loco publico &
itinere frequẽtato ipſum Petrum inſidioſe aggreſ-
ſus eſt nam minus in me deliquit, qui ſtans inſidiis
alicuius viæ me nunquam inuaſit quam iſte qui in-
uaſit & vulnerauit. Item minus delinquit qui ſe de-
fendit telo quam qui me offendit, & minus delin-
quit inſidioſe latens quam prodiens ad offenſam,
& tamen propter legis ſuſpitionem eos, licet vlciſci
& offendere vt in præalleg. iur. Facit *l. ſi ſeruus. C. de*
his qui ad ec. confu. Tertio dicendum eſt per maiori-
14 tatem rationis. † quod in hoc caſu vbi non erat ſu-
ſpitio inuaſionis ſed certitudo & actus quod liceat
ipſum occidere aggreſſorem. & ita dicebat ſingula-
ris Præceptor meus debere intelligi *l. 2. & 3. C. de fica.*
quæ loquuntur de latrone aggreſſore & quolibet
alio vocante nos in diſcrimen vitæ vt eos occiden-
do nullam calumniam metuere debeamus. Et hoc
inſuper confirmabat colendiſſimus pater & præce-
ptor meus do. Frã. de capitib. liſte per ſingularẽ do-
15 ctrinã Bal. *in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu.* qui ſentit † quod
committẽs homicidium per dolum non debet pu-
niri criminaliter ſi primo ipſe occidens fuerat vul-
neratus. quia dolor vulneris dedit cauſam dolo. Et
ita dicit debere intelligi. *l. ſi ex plagiis §. tabernarius. ff.*
ad legem Aquil. Ex quibus omnibus magnifice præ-
tor & excellentiſſima curia iam ſatis clare apparet.
Petrum malusatum ſiue ad defenſionem probatam
ſiue præſumptam fecerit hoc homicidium, neque
pro dolo neque pro culpa lata poſſe criminaliter
condemnari cum culpa talis & etiam dolus per le-
ges puniri non debeant. Videant igitur magnificẽ-
tia & excellentiæ veſtræ innocentiam ſuam videant
neceſſitatem, intueantur diuinam gratiam à qua
eſt præſeruatus. intueantur duos clericos tanquam
duos angelos de ſua defenſione teſtificatos, & tale
faciant iudicium quale ab omnib. exoptatur. nam
hoc iudicium non ſolum ad Petrum & Iacobum
pertinebit. verum ex hoc omnes intelligent quid
de aliis iudicaturi litis qui in latrones inciderint. Et
niſi hunc abſolueritis omnes ſibi perſuadeant, aut
eſſe ſibi à latronibus aut à veſtris ſententiis pereũ-
dum ſi ſe à latronibus interfici non pertulerint. Et
ita videtur iure eſſe mihi Ioan. Iacobo can. doc. Pa-
taui. &c.

ADDITIO.

a Occidere.] *Ad hoc vide Paul. de Caſtr. in conſ. cc. & in con-*
ſi. 224. inci. in cauſa carceratorum. & in conſi. 192. Bar.
in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad ecc. cõfug. doct. in l. furẽ. ff. de
ſic. & in l. 4. ff. ad legẽ aquil. & in l. 1. C. vnde vi. & in l. 1. C.
de his qui latro vbi colliges totam materiam huius cõſilÿ.

CONSIL. XLII.

SVMMARIA.

1 *Aggreſſus primo, ſeu vulneratus in quibus caſibus aggreſ-*
ſorem ſeu vulnerantem occidere poſſit, & quo defen-
ſionis moderamine vti debeat, numeris omnibus ſe-
quentibus. per totum conſilium.
2 *Defenſio omni iure & conſuetudine licita eſt.*
3 *Aggreſſorem videns contra ſe cum telo venientem an fu-*
gere teneatur.
4 *Vulneratus ſi ex interuallo inſultum in vulnerãtem fe-*
cerit, feciſſe videtur animo ſe vindicandi, non autem
ſe defendendi.
5 *Maleficium doloſum cauſatum à dolo aduerſarÿ inſultã-*
tis deteriore, quomodo puniri debeat.
6 *Dolori iuſtiſſimo lex parcere videtur.*
7 *Maleficiũ cõmiſſum per latã culpam quomodo puniatur.*
8 *Maleficÿ contra auctorem omnis interpretatio fit.*
9 *Defendendo ſe quo caſu quis iuſte occidat.*
10 *Maleficium per leuem culpam quo caſu quiſpiam com-*
mittere dicatur.
11 *Dolus præponderat culpæ.*

1 IN Chriſti † nomine amen. Multa &
ſapiẽter dicta ſunt per eximium iu-
riſconſul. d. Io. Ia. canon. pro defen-
ſione Petri malusati quæ quia ſapiẽ-
ter & ornate dicta & legib. auctorita-
tibuſque ſunt comprobata non ſunt vlterius repe-
tenda à me. maxime qui iam pridem contraxi ini-
2 micitiam cũ multitudine verborum. † Præſuppo-
ſito itaq; eo quod veriſſimum eſt quod omni iure
& conſuetudine licita ſit defenſio, *vt l. vt vi. ff. de iu-*

eſt ibiq; interrogatus metu tamen tormentorum
prout in caſu penitus adempto. Septimo an va-
luerit conſuetudo hodieque valeat quod cõfeſſio
ibidem facta ſine metu tormentorum dici debeat
ad finem vt quis ex ea mortem condemnari vel a-
liter in corpore puniri poſſit prout Quotidie fit.
Octauo poſito ſine veritatis præiudicio quod nul-
lam confeſſionẽ feciſſet quod videlicet mille flo-
renos in ſacculo furtim abſtuliſſet, ſed le animo
reponendi recepiſſe an excuſetur à furto adeo vt
ex tali furto non poſſit de iure ſuſpendi. Nono an
valuerit probatio contra ipſum Lucium vt in caſu
quod ſcilicet confeſſio tormentis vel eorum metu
extorta non fuiſſet ad finem & effectũ vt ex ea ad
furcas ſuſpendatur. Decimo & vltimo an potue-
rit d. Lucius ſine inquiſitione cõtra ipſum in ſcri-
ptis fromata cõdemnari. In Chriſti nomine ac in-
uocata ſpiritus ſancti gratia. Licet non conſue-
uerim libenter in caſu capitali, vt quis ad mortem
debeat condemnari conſulere. tamen cum nemi-
ni conſilium de iure denegare debeam, vt iuſticia
ſuum debitum effectum conſeq. poſſit requiſitus
vt in decem dubiis præcedentibus ſecundũ ea quę
ſupra propoſita ſunt ſententiam meam in ſcriptis
proferam non potui iuſte petentib. meum aſſen-
ſum denegare. Igitur viſis & diligenter pondera-
tis ſuprascriptis dubiis cum facti narratione ac o-
mnib. diligenter conſideratis dicam quod de iure
2 in prædictis ſentio. † Circa primum dubium an il-
le Lucius cum fuerit ciuis cõſularis an per hoc de-
curio dici debeat ad finem vt iura in fauorem de-
curionum introducta locũ ſibi vendicent. Et pri-
3 ma facie videtur dicendum quod ſic, † quia con-
ſiliarij loco decurionum hodie habentur, *vt eſt
text. cum gloſſ. not. in l. ſed ſi ex dolo. §. 1 in verbo decurio-
num. ff. de dolo. Et idem not. gloſſ in rub. C. de decu. lib. 10.*
Et ibi hoc not. Bartol. qui dicit per illam gloſ. no.
4 † quod cõſiliarij ciuitatis dicuntur decuriones. *Et
idem not. gloſ. in l. 2. ſuper verbo decurionibus. eodem titu.
& gloſ. in l. nulli. in princip. in verbo. ordo ff. quod cuiuſque
vni. not. & in l. aliud. in §. refertur. ff. de regu. iur. Et idem
not. Bart. in l. 1. ff. de offi. aſſe. & in rubr. ff. de decur. Idem
ſentit Cyn. in l. diuo Marco. in fi. C. de quæſtio.* & ſic vide-
5 tur † quod huiuſmodi conſiliarij ciuitatis gaudẽt
priuilegiis decurionum de quibus habetur *in toto
6 titu. C. de decur. lib. 10.* & maxime habent iſta. † Pri-
mo quia non poſſunt torqueri etiam finito officio
ob reuerẽtiam præcedentis dignitatis. *vt l. nihil. in
fin. & l. decuriones. C. de quæſt. Et not. glo. in d. rub. C. decu.
lib. 10. Et idem tenet Cyn. & Ia. But. in l. diuo Marco. in fi.
C. de quæſt. & Gand. in ſuo opere maleſic. in titu. de quæ-
7 ſtio. & tormen. in verſi. quæ perſonæ poſſunt torqueri.* † Itẽ
nec eorũ filij torqueri poſſunt, *vt d. l. diuo Marco. Et
8 ibi per Cyn. & doct.* † Item filij naturales tantũ traditi
curiæ decurionum legitimantur, *vt l. quoniam. C. de
9 nat. lib. & not. glo. in d. rub. in fin. C. de decur. lib. 10.* † Item
in ſubſidium debent alimenta de publico ipſis de-
curionibus pauperibus decerni. *l. decurionibus. C. de
decuri.* Nam facultatibus lapſi percipiunt alimenta
à curia. maxime ſi ob munificentiam patrimoniũ
10 in patriam exhauſerunt, vt ibi dicitur, † Sicut pa-
tronus eccleſiæ ſi inops efficiatur ab ea percipiet
alimenta, *vt in cap. nobis fuit. in fi. extra de iure patron.*
11 † Et ſicut donatarius tenetur donãtem factum in-
opem alere, *vt tenet glo. in l. fin. C. de reuo. dona. & Ioan.
12 de Platea in d. rubri. C. de decurio.* † Item quia decurio-
nes non debent capite puniri, *vt l. diuus Adrianus. ff.
31 de pœnis. & l. capitalium. §. ſerui caſi.* † Item decurio-
nes non poſſunt furcæ ſubiici vel viui comburi.
Nec in metallũ vel in opus metalli damnari. *l. mor-
tis. §. iſte fertur. ff. de pœnis.* Et illud priuilegium ha-
bent etiam filij decurionum, *vt dict. §. iſte fert. & no.
14 gloſ. in dicta l. diuus Adrianus* † Et idem eſt dicendum
in militib qui hodie de conſuetudine non ſuſpen-
duntur etiam ex delicto ex quo plebeius ſuſpen-
deretur, vt eſt gloſ. nota. *in lege deſertorem. §. primo.
ff. de re milita. Et Bald. in ca. 1. §. ſi ruſticus. in fi. in tit. de
pace tenenda. in vſibus feudor.* Et idem etiam eſt dicen-
dum in nobilibus qui ex conſuetudine non ſuſpẽ-
duntur, nec patiuntur huiuſmodi pœnas viles, *vt
nota. dicit Bartol. in dicta l. capitalium. in §. ſerui caſi. ff.
de pœnis*. qui ſubdit eleganter idem eſſe de aliis po-
pularibus diuitibus, & honeſtiorib. Et ideo vide-
tur quod dictus Lucius ex quo erat conſiliarius ci-
uitatis non potuerit torqueri, vel furcæ ſuſpen-
di. Sed in contrarium videtur quod immo conſi-
liarij ciuitatis non gaudent priuilegiis decurionũ,
q̃a licet de ſubtilitate iuris gaudent eiſdẽ priuile-
giis, puta, vt non poſſit torqueri per prædicta ta-
mẽ de generali cõſuetudine contrariũ eſt, & con-
trariũ obſeruatur, & ita determinat Gandinus ſo-
lemnis doctor. & in materia maleficiorum excel-
lens practicus in ſuo tractatu maleficiorum in ti-
tulo de quæſtionib. & tormentis, in verſiculo ſu-
pra dictum eſt decuriones non poſſe torqueri. A-
lias eſt in rubrica nũquid conſiliarij ciuitatis poſ-
ſint torqueri, qui ſubdit in fine quod ita vidit Bo-
noniæ conſuli per ſapientes, obſeruari auctorita-
15 te conſuetudinis, † quæ conſuetudo pro lege ob-
ſeruatur. *lege de quibus. ff. de legi. cum ſimilib.* Et idem
tenuit Odofred. in tractatu ſuo de quæſtionibus,
in fin. qui etiam dicit quod ita vidit conſuli & ſer-
uari. Et idem ſequitur, & tenet Alberic. de Roſa.
etiam magnus practicus *in lege diuo Marco in fin. C. de
quæſtio. licet Bald. in dict. l. nihil, in fine. C. de quæſtio.* di-
16 cit † quod Florentiæ ſeruatur, vt ille qui eſt, vel
fuit prior, vel decurio non poſſit torqueri. Et idẽ
tenet Salyc. *in le. diuo Marco in fin.* qui dicit quod in
Lombardia non ſeruatur, vt conſiliarij ciuitatis
non gaudẽt priuilegiis decurionum maxime quo
ad torturam.

17 † Et ſic apparet, quod de generali conſuetudi-
ne regulariter conſiliarij noſtri tẽporis ciuitatum
non gaudent maxime in criminalibus priuilegiis
decurionum quæ conſuetudo generalis vbiq; eſt
ſeruanda niſi ſit conſuetudo ſpecialis in contra-
rium, vt dicit Bald. eſſe Florentiæ. *vt dixi arg. eorum
quæ nota. Bart. in l. Titia. §. vſuras. ff. de legat. 2.*

18 † Et quia quando gl. dicunt quod ita de cõſue-
tudine ſeruatur etiam ſi illa conſuetudo non repe-
ritur ſcripta ſufficit teſtimonium gloſarum: vt no.
Bart. *in l. de quibus in 4. quæſtione principali. ff. de legi.*
19 † Idem quando plures doctores de conſuetudine
atteſtarentur quia eis credendum eſſet eadem ra-
tione

tione: immo plus poteſt ſtari dicto vnius doctoris
qui dicat ſic de conſuetudine ſeruari: vt eleganter
dicit Bal. *in d. l. de quibus.* Cum itaq; habuimus non
ſolum dictum vnius doct. doctiſſimi de iſta con-
ſuetudine generali: ſed etiam plurium videlicet O-
dofr. Gandi. & Alb. de Roſa. & aliorum qui fuerunt
in practica ſuperni ſeq̃tur quod eis credendum &
ſtandum eſt. Et hoc quantum ad torturam & alia
20 huiuſcemodi. † Sed quantum ad mortem nũquid
poſſint conſiliarij ciuitatis furcis ſuſpendi hodie.
& dico quod licet in Italia ſeruetur vt milites &
huiuſmodi perſonæ in dignitate conſtitutæ & de-
curiones vel cõſiliarij & nobiles ex delicto ex quo
deberet plebeius ſuſpendi non ſuſpendantur, ſed
21 decapitentur. † In Francia tamen ſeruatur contra-
rium quia quilibet ẽt nobilis ſuſpenditur: nec ha-
betur illa mors ita ignominioſa ibi ſicut in Italia.
vt dicit not. Bart. *in l. deſertorem. in §. pœna miliarum. ff. de re mil.* Si ergo eſſet conſuetudo in illa ciuitate vt
etiam huiuſmodi perſonæ quandoq; ſuſpenderẽ-
tur pro aliquibus delictis illi eſſet ſtandum: *vt l. nõ tantum. §. fi. ff. decur. & l. magiſtratus municipalia. ff. ad munic. & not. Bart. in rub. ff. de decur.* vbi etiam dicit,
22 † quod huiuſmodi priuilegia conceſſa decurio-
nib. hodie de conſuetudine nõ ſeruantur in conſi-
liariis ciuitatis. & ille Lucius potuiſſet ſic ſuſpendi
ex crimine ex quo plebeius potuiſſet ſuſpendi. &
iſtud non haberet dubium. Item etiam dicit ſi non
eſſet conſuetudo in illa ciuitate ex quo vt mihi in
facto aſſeritur dicti ciues illius ciuitatis ſunt ab
imperatoribus priuilegiati vt conſuetudines anti-
quas obſeruent & de nouo ſibi in omnibus cauſis
conſtitutiones facere poſſint: ſicut enim potuiſſet
ſenatus illius ciuitatis ſtatuere *per l. municipalem:* vt
etiam decuriones ſeu conſiliarij & nobiles ciuita-
tis furto ſurripientes pecuniam fiſcalem vel ſecre-
ta ciuitatis manifeſtantes furcæ ſuſpenderẽtur. ita
etiam potuiſſent ſine lege expreſſa hoc facere: q̃a
illud factũ habetur pro lege ſicut dicitur de prin-
cipe quod principi placuit legis habet vigorem. *in*
23 *§. ſed quod princ. inſti. de iure nat. gen. & ci.* † Sed plus
dico quod licet regulariter quantum ad pœnam
corporalem minus puniatur nobilis quam ignobi
lis *l. pedius. §. 1. ff. de incen. rui. naufr. & l. 3. §. pe. ff. de ſic. & no. gl. in c. 1 §. ſi ruſticus. in verbo diuino in fi. in ti. de pa. tenen in vſi. feu. & probatur per tex. cum gloſ. in verbo vindicta. in l. pe. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. & per gl. in c. cum quidam extra de iureiuran. Et per glo xxiij. q. 1. qui contra in verbo ignobiles. & x l. diſt. non cogantur. & per Bar. in*
24 *l. pedius ff. de incen. rui. nau. & in l. ff. de abige. cum ſi.* †
Tamen iſta regula fallit quando quis deliquit in
derogationem. vel ad contumeliam officij vel di-
gnitatis: quia tunc magis punitur nobilis quam i-
gnobilis in pœna corporali: *vt l. quadã. ff. de pœ. & l. presbyteri. C. de epiſc. & cleri. & ita tenuit Dy. quem ſequitur Cy. in d. l. 3. §. nemo. C. de ſum. tri. & fide catho. & idẽ tenet Bar. in d. l. quadam. & idem tenet Saly. in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vi.* qui hic optime declarat: vȝ quod hoc
locum habeat in pœna non taxata à lege. & ſic in
pœna non vniformi. iſta fuit etiam opi. Bal. & *in d. c. 1 §. ſi ruſticus autem in tit. de pa. tenen.* licet ipſum
non alleget *in d. l. nemo. circa pr.* Sed in caſu q. noſtrę
dictus Lucius deliquit in derogationem vel ad cõ-
tumeliam officij ſeu dignitatis ſuæ in reuelãdo ſe-
creta ciuitatis ſuæ & in ſubripiendo furto pecuniã
fiſcalem. & ideo debet magis puniri quã ignobilis.
Vnde ſi ignobilis deberet in huiuſmodi caſib. fur-
cæ ſuſpendi. multo magis etiam nobilis & conſi-
liarius ciuitatis ſicut erat. d. Lucius ſi non erat cer-
ta & limitata pœna in dictis caſibus & ſic non vni-
25 formis. & ſicut nõ eſt in caſu noſtro. † Præterea il-
la regula quod magis puniatur ignobilis in pœna
corporali quam nobilis poſſet ꝓcedere in ſimpli-
ci delicto quod vt dixi non tenderet in derogatio-
nem & contumeliam officij vel dignitatis. Tamen
quando quis delinquit non in communibus deli-
ctis ſed in propriis, vt puta quando miles vendit
arma ſua quod eſt delictum militare vel ſimilia. &
tunc qñ delicta ſunt maiora in maiori. tunc ma-
gis punitur maior & nobilis q̃ minor & plebeius,
vt d. l. presbyteri. C. de epiſ. & cleri. & l. quadam. ff. de pœn. Et ita tenet Ia. de are. vt refert Dy. in l. nemo. C. de ſum. tri.
26 *& fide cathol. & idem tenet Bald. in. l. 1. §. ſi ruſti.* † vbi
dicit quod in delicto militari magis punitur miles
qui eſt in maiori gradu quam plebeius vel alius q
ſit in minori gradu conſtitutus, *vt le. 2. ff. de re mil.*
Sed in caſu noſtro dict. Lucius nõ deliquit delicto
communi ſed delicto proprio reuelando ſecreta
conſilij ſeu ſenatus de cuius numero erat, quia il-
lud dicitur delictum non commune ſed proprium
in quæſtione noſtra quod quis committit vti con-
ſiliarius ciuitatis. Sicut dicitur de milite, quod il-
lud dicitur delictum proprium quod quis vt miles
admittit. *vt d. l. 2. ff. de re mil.* ſed reuelare ſecreta con-
ſilij cum ipſe ſit de conſilio dicitur cõmittere de-
lictum proprium non commune quia proprium
erat conſiliarij tenere ſecreta conſilij ſuæ ciuitatis.
maxime ſi promiſerunt nõ reuelare ſecreta ciuita-
tis. & præſertim cũ iuramẽto ſicut in multis ciuita-
tib. ſeruari conſueuit ſicuti ſubditi iurant dominis
vt in c. ego enim extra de iureiur. & in c. breui. eo. tit. & in c. 1. de forma fideli. circa fi. & in c. 1. in tit. de no. for. fi. Et
ideo ſecreta domini ſubdi. merito committuntur
ar. l. proximos. C. de prox. ſacro. ſcri. l. 12. vt dicit Bal. in tit. extrauaganti de pa. conſtan. in §. præcepta in 41. col. in fin.
27 † Et propter hoc ſi quis venit cõtra iuramentum
præſtitum. Si eſt vaſallus amittit feudum ſi credẽ-
tiam domini manifeſtauerit, *vt in c. 1. in tit.* hic põt
eſſe titulus *qui. mo. fe. amit.* fruſtra enim quis implo-
rat legis auxilium, qui committit in legem. *l. auxilium. ff. de min.* & ita tenet Odo. quem ſequitur Bal.
in d. extrauaga. de pace conſtan. in 41. col. in prin. qui Bal.
28 ibi ſubdit quod ex prædictis apparet quod † ſi an-
ciani alicuius ciuitatis iurauerunt tenere aliquam
credentiam & aliquis eorum reuelat eam in dam-
num communitatis debet ab officio remoueri. fa-
cit ad prædicta optime *l. 1. §. ſi quis tabulas, & quod ibi*
29 *no. Albe. de roſa. ff. depo.* † Et plus dico quod reuelantes
ſecreta conſilia ſuæ ciuitatis & detegentes priuata
miniſteria ſui poteſtatis vel præſidis tenentur pœ-
na falſi *l. obſeruandum. ff. de officio præſi. & l. ſi quis. §. tranſfugæ. ff. de pœn. & l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re milita.* nam manifeſtare ſecreta eſt quædã ſpe-
cies proditionis vt ibi dicitur. & ita fuit paduæ ꝓ-

nnuciatum de conſilio d. Ia. de Are. & aliorum do. Et ſecretum dicitur illud quod dominus vel ſenatus aut conſilium nolebat ſciri. iuxta illud Neſcit ſeruus quod facit dominus. & not. in l. eius qui pronunciam. ff. ſi certum petat. & vt a dicit Bald. in d. cap. 1. in tit. hic poteſt eſſe tit. quibus mod. fe. amit. Item illa etiam dicuntur ſecreta quæ facta ſunt ſub præſentia v. hominum, vt not. dicit gloſ. per illum text. de pe. diſtinct. 1. cap. contra ea quæ. Inſuper dictus Lucius qui dicitur pecuniam fiſcalem ſibi cuſtodiendam commiſſam ſubripuiſſe commiſit delictum proprium non autem quia vt officialis deliquit per d. l. 2. ff. de re mil.
30 Vnde ad propoſitum redeundo dico † quod ex quo dictus Lucius dicitur deliquiſſe delicto non communi, ſed proprio reuelando ſecreta duplici delicto & reuelando ſecreta ſuę ciuitatis in qua erat conſiliatius & ſubripiendo pecuniam fiſcalem ſibi cuſtodiendam commiſſam quod magis debet puniri quam ignobilis & inferioris gradus & quod non mereatur priuilegium conſiliariorum quia ſi potuerit priuari officio conſulatus propter hæc ſi ſenatus vult eum condemnare vt furcæ ſuſpendatur. tacite videtur ipſum priuaſſe officio conſulari ad hoc vt poſſit illa pœna puniri quæ forte non ſolebat illo in loco conſularibus imponi, quia qui vult vnum videtur velle omnia per quæ peruenitur ad illud l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de pro-
31 cura. & l. illud. ff. de acqui. hered. † Sicut econtra dicitur quando aliquid confertur in vnum qui eſſet inhabilis ad illud niſi cum eo diſpenſetur videtur cum eo tacite diſpenſaſſe, vt not. per Bar. & alios in l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. & habetur in l. idem Vlp. ff. de excu. tut. cum ſim. Tutius tamẽ eſſet ipſum exauctorare & priuare expreſſe officio conſulatus, licet non ſit neceſſarium arg. l. 2. §. ignominie ibi. ſed ſi eum exauctorauerit. ff. de his qui no. infa. & lib. 1. ibi. exuti omnibus dignitatis inſignibus. C. de muli. quæ ſeruis propriis immiſcue. & l. ſi excepto ibi præſidio dignitatis exutus. C. de maleficis & mathematicis & l. 2. C. de li. ibi militia exutus. & auct. presbyteros. C. de epiſ. & cler. & per Arch. 11. q. 3. epiſcop. iniuſte cum ſimili. Ex prædictis itaque concludo quod ſenatus d. ciuitatis potuit illum Lucium Titium furcæ ſuſpẽdere ſi plebeius ex illis delictis vel ſimilibus potuiſſet ſuſpendi, tũ quia deliquit in derogationem & contumeliã officij & dignitatis ſuæ, tum etiam quia deliquit delicto proprio non communi tum deniq; quia condemnando eum tacite videtur ſenatus ipſum priuare officio & dignitate conſulari & loco plebei i-
32 pſum habere. † Et maxime quia ille qui committit graue ſcelus eſt vilis perſona vt eleganter not. Bald. in auc. ſi dicatur. C. de teſt. & acit l. 1. C. vbi ſena. vel clari. vbi dicitur quod reatus omnẽ honorem excludit cum concordãtiis ibi in gl. fi. quod dicit eſſe verum ibi. d. Pau. de Caſt. poſtquam eſt probatum crimen ſed antequã ſit probatum, licet ſit accuſatus vel inquiſitus habetur reſpectus ad honorẽ & dignitatem. vt l. quotiens circa medium ibi ne quas ante probationea iniurias patiatur. eo. tit. Et ideo cum ex confeſſione ſua de dictis delictis aperte conſtiterit vt dicetur infra illa dignitas conſularis vel officium non debet ei prodeſſe ex quo delictum illud omnem honorem excludit. & hoc quoad primum dubium
33 principale. † Circa 2. dubium principale, an ex quo floreni cadentes quinque vel plures fuerint locum habeat conſtitutio de pace tenenda vt ad furcas ſuſpendatur. Et breuiter non inſiſtendo in diſputationib. teneo quod non. tum quia ille tex. in c. ſi §. ſi quis quinque ſolidos. in tit. de pace tenen. loquitur in caſu ſpeciali propter violationem pacis. vt ibi intellexerunt plures doc. & idem voluit gloſ. in c. 1. in §. iniuria. in tit. de pace tuen. fir. in vſi. feudorum, tum quia ſi intelligeretur etiam extra caſum illius tituli generaliter illi deciſioni eſſet derogatum de conſuetudine vt dicit Bald. in auc. ſed nouo iure. Cod. de ſer. fug. de quo plena habetur per d. Ioann. de aloero. in §. c. 1. § ſi quis quinque ſolidos. & ego dixi etiam plene in repet. mea d. auth. ſed nouo iure. niſi conſuetudo loci aliter ſe haberet quæ in huiuſmodi delictis puniendis eſt ſeruanda, vt habetur in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infamia. & in l.
34 & ſi ſeuerior. ff. de his qui notantur infamia. † Circa tertium dubium ex quo de pecunia reipublicæ furtum commiſit an acrius puniri potuerit quam pro alio furto, maxime propter iuramentum ex parte officij præſtitum de non mutando vel donando nec quouis alienationis tit. ſibi aut cuiquam alteri aſſignando, vt dictum eſt ſupra in princ. narrationis præſentis cõſultationis. Et breuiter dicendum
35 quod ſic † nam ſubtrahens pecuniam reipublicæ. id eſt, ciuitatis Romanæ tenetur lege Iulia peculatus vt l. 1. C. de crimine peculatus. l. Iulia peculatus. §. fi. ff. ad legem Iuliam pecul. & ſi pecunia erat incorporata
b fiſco ſubripiens tenetur pœna quadrupli b ſiue palam ſiue clam ſubripuit. vt l. ſacrilegi pœnã. §. is autem. & ibi gloſ. & Bart. ad legem Iuliam pecul. & l. lege Iulia pecul. §. final. ff. eodem titul. quando quis accepit pecuniam nondum fiſco incorporatam. vt puta à debitore fiſcali in fraudem fiſci, tunc tenetur in duplum, vt l. auferetur in fin. ff. de iure fiſci. ſecundum Bartol. in d. §. is autem. Sed quis ſubripuit pecuniam alterius ciuitatis, quam Romanæ nõ committit crimen peculatus, vt not. gl. in l. 1. C. de pecul. ſed tenetur lege Iul. de reſiduis, vt de lege Iul. peculatus. §. final. ff. eo. tit. & maxime quando eſſent officiales deputati ad cuſtodiendam pecuniam, ita quod eius periculo eſſet, vt not. Bar. in l. ſacrilegij capite. §. liberi. ff. ad legem Iul. pec. & tenetur furti in d. l. qui ob pecuniam. ff. de furtis. & not. per Doct. in d. l. 1. Præterea iſte Lucius non ſolum ſemel, ſed etiam bis, & in maxima quantitate furtum commiſit, videlicet in mille florenis.
36 † Ideo delictum furti, vel de reſiduis aggrauatur. Ideo grauius puniri debet. argumen. l. nemo. & quod ibi not. gloſ. fin. ibi. ſed hic dupliciter in minores delinquunt. C. de ſumm. trinita. & fid. cathol. & l. 2. in fin. C. de epiſc. op. audient. & ita not. etiam Salyc. in l. ſeruos. ad fin. per illum text. C. ad legem Iul. & not. per eundem. & alios in authent. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit. Inſuper dictus Lucius fecit contra iuramentum ſubripien-
37 do pecuniam, & ſic eſt periurus. † Vnde cum iſta delicta ſimul concurrant vltra id, quod reuelauit ſecreta ciuitatis, vt dixi in præcedenti dubio, non eſt dubitandum, quod magis debet puniri, quam ſi alius ſimpliciter pecuniam priuati ſubripuiſſet.

Circa

Circa4.an propter denunciationem duorum conſociorũ ipſi Lucio in officio condeputatorum poni potuiſſet Lucius ad torturã & ſic de crimine inquiri & propter etiam indicia quæ habebantur ex lapſu pecuniæ ex manica. Et dubiũ poteſt eſſe duplex vnum an potuerit Lucius torqueri non obſtante quod eſſet de conſiliariis ciuitatis & dixi ſupra in primo dubio principali quod ſic, ſaltem de conſuetudine generali, quæ eſt ſeruanda, vt ibi probaui. Aliud dubiũ poſſet eſſe nunquid illi duo conſiliarij denunciantes ſufficiant ad faciendum indicia ſufficientia ad torturam. Et Cyn. videtur formare iſtam q. *in l.ea quidem in pe.q.* ver. iuxta præ-
38 miſſa quæritur. *C. de accu.* † vbi diſputat ad relationem officialium iudex poſſit ſine ſolennitate procedere & illis officialibus credere. & poſt multa arguendo pro & contra videtur concludere quod in his quæ ſunt ſibi commiſſa creditur, *vt l.ſi quis decu. C.de falſis & l. magis puto. §. non tamen ff.de rebus eo.* ſed in aliis puta quod alius commiſerit maleficiũ non creditur. *vt d.l.ea quidem. & l.1. C. de diſ.uſo. lib.12.* Et ita etiam tenet Barto. *in.l.1.§.cura carnis.ff.de offi. præfecti vrbi. & no.doc.in d.l ea quidẽ.& in c.compatat. extra de appel. cum ſimi.* Sed ego teneo contra.quia aut illi duo denunciantes conſocij erant deputati ad denunciandum. & tunc creditur eis quantum ad iſtum effectum. quia ad relationem eorum poſſet formari inquiſitio. *vt dicta l.ea quidem.vbi Bald.& alij. & l. 1. C. de cuſt. reorum & notatur in d.l.1.§.cura carnis.* aut non erant officiales ad hoc deputati ad denunciandum ex eo quia erant conſocij & deponũt non de auditu alterius. ſicut facere conſueuerunt officiales qui tenentur denũciare maleficia, qui ſæpiſſime denunciat maleficia commiſſa in eorũ abſentia per informationem acceptam, ſed deponunt non de viſu & certa ſcientia. & credo quod iſta denunciatio ſufficeret ad ponẽdum denunciandum ad torturam. tum quia ex natura officij quia erant ſocij in officio, tum quia denunciant tanquam perſonæ quæ dicunt vidiſſe committi delictũ.nam quando procedunt argumenta accidentia ad veriſimilem cauſam criminis ex ipſis ſolia veniri poteſt ad torturam. non ergo omne iudicium eſt ſufficiẽs ad torturam, ſed debet eſſe tale quod veriſimile ſit per eum illud maleficium fuiſſe perpetratum, vt dicit not.text *in l. primum. C.de quæſti.* quem dicit ibi Ang. eſſe bene ponderandum per illum qui habet aſſidere in criminalibus. Sed dicta denunciatio facta per conſocios Lucij per quam ipſi dicunt & afferunt ſe vidiſſe dictum Lucium pecuniã fiſcalem habuiſſe nõ ſolũ videatur facere indicia veriſimilia ad cauſam ſceleris, ſed etiam probationẽ quodam modo ex quo ipſi denunciauerunt de viſu & præſentia. & eſt veriſimile ſecundum conditionẽ perſonarum verum dixiſſe. *l.non omnes. §.à barbaris.ff.de*
39 *re mil.* † Immo plus licet regulariter requirantur duo teſtes ad probandum vnum indicium, *vt no.gl. & doct.in l.ſi.C.fami.ercis.& Bar.in l.ſi.in antepen q ff.de quæſt.* tamen quando teſtis teſtificatur de ipſo maleficio nõ de iudiciis, tunc ſufficit vnicus teſtis ad faciendum indicium ſufficiens ad torturam, vt dicit Bar. *in d. l.ſi. in q.antep. & Cy.in l.3. in fi. C. ad l. Iul. mai. & Bald.in l.obſeruarẽ.in fi.1.col.C.quorum appel.non reci. & in l. non eſt veriſimi. ff. quod metus cauſa & idem*
40 *vult Pau.de Caſt.in l.ſi.C.fami.her.* qui dicit † ꝙ quãdo vnus teſtis deponit de veritate facti p ſenſum corporeum facit indicium. Immo pluſquam ſemiplenam probationem. ſecus ſi non deponit de veritate facti, ſed de aliquo indicio, quia tunc teſtes requiruntur. & quod vnus teſtis ſufficiat vt poſſit poni ad torturam. eſt gl.& ibi doc. *in l.3. C.ad l Iul.maieſta.& ita tenet Gand. in tit. de quæſt.& tor.in ver.item quod ſi maleficium probetur per vnum teſtem vbi hoc examinat. & ita concludit. & idem tenet Bald. in l.milites.C. de quæſt. & ang.in l. de tormentis.eo. tit. Odofr.in trac. de quæ. in 27.q.* quæ incipit ſed quid ſi probatũ eſt. & ita tenent communiter doc. vnde cum in caſu noſtro d.duo officiales ſocij in officio qui tenebãtur detegere ſeu denunciare pecuniam fiſcalẽ ſubreptã per ſocium ex quo denunciauerunt maleficiũ & deponũt de viſu & præſentia.& ſic de veritate facti.teneo ꝙ ſufficiãt ad hoc vt d. Lucius poſſit poni ad tortu-
41 rã. † ſed poſſet quis dubitare an illa denũciatio facta per duos officiales cõſocios ſi eſt facta ſine iuramẽto probet & ſufficiat ad imponendã torturã denũciatio. Si enim iuraſſent denũciaſſe verum nulla eſſet pœnitus dubitatio quod ſufficeret. Et idẽ quando in principio officij iuraſſent detegere vel denũciare, ſi quid reperirent eſſe factum ſeu fieri aliq d in damnum fiſci, vt dicitur in facti narratione. Sed ſi nõ iuraſſent aliquo modo & eſſent ſimplices denunciatores hoc caſu eſſet arbitrariũ & in arbitrio ſenatus cõſiſteret ſi deberet eis talem fidem adhibere quæ ſufficeret ad torturam conſiderando cõditiones perſonarum denunciantiũ & qualitatem eorũ & conditionem Lucij denunciãti, quia in huiuſmodi caſibus nõ põt dari certa doctrina ſed relinquitur arbitrio iudicis. *l. 3.§.eiuſdem quæ principis. ff.de teſtib. Et ita tenet Bart.in d.l.ſi.in fi 1.col.ver. veniamus ad indicia.ff. de quæſt. Et idem tenet Gand.in d. tit. de quæſti.& tormentis.verſ.ſed quæro quæ & qualia præcedere debeant. Et idem tenet Odofr.in d. tract. de qu.in quinta quæſtio & Saly.in l.ſi in verſ.ſed quæro an vnum indicium. C.de quæſt.* † Sed vnum aliud eſt quod poſſet facere
42 dubium ſi ille Lucius erat bonæ famæ an propter iſtam bonam famam tollatur diffamatio de dicto crimine.& Gand. vt refert Bal. *in l. ea quidẽ in antepe. col.in ſi verſ.* Item quæro an infamatus. *C.de accu.* tenet quod ſic nec ob. ſecundũ eum quod ſpecies derogat generi *l.d.lis clam. ff. de verbo.obligatio. & l.ſanctio legum.ff.de pœnis.* quia illud procedit quando genus poteſt ſaluari in aliis ſpeciebus, tũc vna exempta ſpecies eximitur à genere. ſed hic nõ poteſt ſaluari bona fama, & mala fama. Et ita videtur prima facie dicendum in caſu noſtro. Sed tamẽ ego teneo contrarium eſſe de iure verius in quæſtione noſtra quia in ea apparet iam de circunſtantiis contrariis. nam antequam fieret dicta denũciatio ipſe Lucius in ſenatu dixit ſe eſſe illum qui maniſeſtauit ſecreta ſenatus ex quo arguitur ipſum nõ fuiſſe fidelem ſenatui vel ciuitati ſuæ. & ſic illa ſua confeſſio facis eum ſuſpectũ maxime in rebus ſpectantibus ad ciuitatem, *vt in c.ſemel malus de reg. iur.in 6. & l. ſi cui.§. iiſdem.ff.de accu. & l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mil.*

cu n ſimilibus. Vnde dixit no. Bal. in l. vnica. in 8. col. in pri.
in verſi. quæ autem ſint tormenta. C. de confeſ. Caueat ſi-
bi quiſq; ab infamia quia non ſolum in eo in quo
infamatus eſt, ſed in aliis grauatur eius opinio *vt in*
c. defleat peccator extra de reg. iur. & in l. 2. C. qui teſta.
face. poſſ. Et ideo cum illa ſpecialis mala famæ quæ
oritur ex illa denunciatiõe coadiuuetur per illum
actum exteriorem. ſ. cõfeſſionis de reuelatione ſe-
cretorum ciuitatis præferenda eſt illa ſpecies malę
famæ & ſuſpitionis illi generi de bona famæ. Et ita
eſt etiam de mente Gandin. & Bald. *in l. ea quidem.*
43 qui dixit eleganter † quod licet bona fama in ge-
nere non tollatur per diffamationem de aliquo
ſpeciali crimine, tamẽ ſi fama ſpecialis iuuatur ex-
teriorib. circũſtãtiis ſecus eſſet, quia ſtaretur ſpeciali
diffamationi & derogaret generali bonæ famæ. Et
id maxime teneo in caſu noſtro ex quo illa diffa-
matio proceſſit à duob. officialibus ciuitatis con-
ſociis fide dignis vt arbitror quæ etiam vni huiuſ-
modi fidedigno eſſet credẽdum quando deponc-
ret de ipſo actu, *vt eſt glo. not. in l. Titio fundus. ff. de cõ-*
ditione & demonſtratio. & habetur per Bald. in l. de pupillo
in. §. ſi quis ipſi pratori. in octaua quæſtione in fine ff. de ope-
ris noui nunciatione. & per Bal. in cap. cum contingat ex-
tra de reſcrip & in c. ſanctorum extra de p͂raſcri. & per doc.
in l. prima in principio ff. de eo per quem fac. erit. Multo
magis ergo eſt dicendum ſi ſunt duo teſtes fidedi-
gni de ipſo maleficio deponentes vt de ſe patet, facit
etiam ad hoc quod dicam in ſeq. dubio princ. Vn-
de ex prædictis concludo ex denunciatione dicto-
rum duorum officialium & conſociorum in offi-
cio cum dicto Lucio d. Lucius potuiſſe poni ad
torturam & cõtra [illegible]m inquiri de dicto furto. Sed
volo addere quod [illegible] ſſet in propoſito fortaſſia
conuenire ꝙ licet nõ omnea nec in omni caſu poſ-
ſint torqueri, tamen poſſunt terreri quia vultus
iudicis in talibus debet apparere terribilis. *vt in au-*
then. de man. prin. § talem vero ſecund. in Bald. qui ita not.
dixit in l. obſeruare ante fi. 1. colum. C. quorum appellatio.
non recip.

Circa quintum dubium principale nũquid po-
tuerit etiam de illis criminibus inquiri contra di-
ctum Lucium propter ſuſpitionem quæ fuit con-
44 tra eum ob ſecretorum reuelationẽ. † Et iſta quæ-
ſtio ponitur per Gand. *in tit. de quaſt. & tormen verſi.*
ſed quid de quaſt. quæ tota die occurrit de facto qui
dicit ꝙ ſi quis eſt accuſatus de furto, indiciis præ-
cedentib. torquetur. confitetur id furtum ſe feciſ-
ſe. nunquid debeat procedi & interrogari aut tor-
queri, vt dicat de aliis furtis. & cõfiteatur ſi qua fe-
cerit ad quæ nulla alia ſunt indicia. & concludit ꝙ
non de ſubtilitate iuris quia quãtum ad iſta furta
de quib in ſpecie vel in genere nunc quęritur nul-
la præcedũt indicia. & quia ſine indiciis nemo tor-
quendus eſt ſubdit tamen quod de generali cõſue-
tudine quam vidit in Lombardia & Tuſcia ſeruari
ri contrarium quotidie ſeruatur & ſpecialiter in
furtis quæ magis frequentãtur. Et iſta conſuetudo
adiuuari poteſt *per legem. ff. de re mil. l. non omnes. § à*
ba baris. & le. congruit. ff. de offi. praſi. Et idem tenet
Odofred. in ſuo tracta. de quæſtionibus in vnde-
cima quæſtione, quæ incipit ſed quid de quęſtione

quotidiana. vbi dicit quod de generali conſuetu-
dine Italiæ ita ſeruatur. Et idem tenet Ange. de A-
re. in ſuo tract. malefi. in glo. ſuper verbo quod fa-
ma publica præcedente in fi.

Sed in caſu noſtro eſt plus, quia confeſſua fuit
ſine tortura de reuelatione ſecretorum & dum eſ-
ſet in carcerib. fuit denunciatus per dictos ſocios
qui faciunt pluſquã indicium vt dixi in pręceden-
ti dubio principali. ergo ſine dubio tam de iure q̃
de conſuetudine potuit cõtra dictum Lucium in-
quiri de aliis criminibus vltra reuelationem ſecre-
torum. & ſic de furtis & aliis criminib. arbitrio ſe-
45 natus. † Circa ſextum arbitrium an conſuetudo
valuerit & hodie valeat ſecundum quã ille Lucius
in loco tormentorum & in aſpectu inſtrumento-
rum ad torturam pertinentium inueſtigandus ſeu
interrogandus ductus eſt ibique interrogatus me-
tu tamen tormẽtorum prout in caſu penitus ad-
empto, & videtur ꝙ nõ quia ſufficit terror ad indu-
cendum metum ſicuti eſt terror armorum, *vt l. 3. §.*
ſi quis autem viſis. ff. de vi & vi arma. & per hoc tex. in l.
nouiſſime. in princ. ff. quod falſo tuto. auctor. vbi Bal. di-
cit per illum text. quem dicit eſſe clariorem de iu-
re quod paria ſunt quod aliquid fiat in tormentis
vel formidine tormentorum. Si ergo actus geſtus
in loco tormentorũ præſumitur eſſe factus in tor-
mentis & propter terrorem tormentorum. & per
conſequens metu. ergo videtur ſequi quod con-
ſuetudo vt fiat huiuſmodi actus in dicto loco non
46 debet valere † Ratio quia vbi eſt metus ibi non va-
let actus de iure naturali, *vt ſin. no. Inno. in c. quod ſicut*
in gl. magna in ſi. extra de elec quem ſequitur Bal. in c. 1.
in §. item ſacramenta in 2. colum. de pace iura. fir. qui aſ-
ſignat rationem quia eſt cõtra liberum arbitrium
ſupremum theſaurum homini à Deo datum. *ff. de*
fideicom. lib. in l. paulus. legiſtæ tamẽ ſecundum cum
non fatentur hoc in contractibus, quia tacita vo-
luntas eſt vnde oritur obligatio naturalis ſed ineſ-
ficax, *vt no. ff. de reg. iur. in l. velle non creditur. & ff. quod*
metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. 1. & idem in effectu vult
47 *Bald. in l. nominationes. C. de appel.* qui dicit † quod il-
la vox prætoris quæ dicit quod metus cauſa factũ
eſt ratũ non habeo eſt vox Dei prolata per homi-
nem ſecundum Ray. *de pœna furti.* porro liberũ ar-
bitrium requirit pluralitatem inclinationis ſine
pondere & flexura mentis, quod enim extrinſecus
flexum eſt id liberum non eſt. *2. ſententiarum. diſtin.*
24. Si ergo iſte actus eſt meticuloſus & contra libe-
rum arbitrium & cõtra ius naturale videtur ꝙ con-
ſuetudo in contrarium nõ valeat quia iura naturalia
ſunt immutabilia, *vt in §. ſed naturalia. inſt. de iure na.*
gen. & ciui. & habetur per canoniſtas *in c. quæ in eccle.*
48 *extra de conſti.* Item pro hoc facit. † quia conſuetu-
do quæ eſt prona ad malum non valet quia eſt cõ-
tra eſſe conſuetudinis. *vt 4. diſtin. in c. erit autem lex.* †
49 Ex quo infertur ꝙ ſi conſuetudo eſſet ind. ſcreta
puta quod crederetur omni ſcripturæ mercatorũ
non valeret quia tenderet ad malũ. i. ad falſum cõ-
mittendum vt elegãter dixit Bal. *in l. vnica. in quinta*
col. C. de confeſſion. ſed iſte actus interrogandi infa-
matum in loco torturarum & in aſpectu tormẽto-
rum ad torturam videtur indiſcretus & pronus ad

ma-

malum, i. ad inducendam confeſſionē falſam me-
tu tormentorum ergo videtur non valere nec iu-
uari conſuetudine. Sed his non obſtantibus cōtra-
rium teneo eſſe de iure verius. videlicet quod im-
mo illa conſuetudo valuit vt in illo loco interro-
gentur & examinentur diffamati vel denūciati aut
accuſati de aliquo crimine. Si enim eſſent tria lo-
ca ſicut communiter aliis in locis deputata repe-
riūtur. Vnus in carcerib. in quo retinetur in cu-
ſtodia *l ſecunda. C. de cuſto. reorum cum ſimilibus.* Aliue
locus torturæ vbi malefactores torqueri conſue-
uerunt ad eruēdam veritatem cum tormentis. *iu-
xta totum titulum. ff. & C. de quæſtioni.* Et tertius locus
in quo ſolent examinari vel etiam dico quando in
carcerib. examinātur tūc poſſet eſſe aliqua dubita-
tio. Sed cū in caſu noſtro omnes cōſueuerint exa-
minari in d. loco torturæ & illi ſit ſolus locus depu
tatus ad examinandū non puto iſtam conſuetudi-
nem examinādi ibi eſſe inualidam. quia nō ſequi-
tur ibi interrogatur inculpatus ergo ibi eſt inuali-
dam. quia non ſequitur ibi interrogatur inculpa-
tus ergo ibi eſt terror tormentorum. quando non
incutitur per verba aliquis timor tormentorum
quia nullæ minæ præceſſerūt de torquendo ipſum
argumento l. item apud labeonem. §. quæſtio. ff. de iniuriis.
50 † Vbi dicitur quæſtionem accipere debemus tor-
menta & corporis dolorem ad eruendā veritatem.
nuda ergo interrogatio vel leuis territio non per-
tinent ad hoc edictum. Et maxime in caſu noſtro.
cum dictus Lucius ſciuerit illam conſuetudinem
ſeu ſcire præſumatur per no. *in l. item mella. in prin.
ff. ad l. aquil. cum ſi* & non ligatus fuerit nec minæ a-
liquæ præceſſerint. ſicut non fuit in caſu noſtro
per ea quæ habentur per Gandi. *in tr. de quæſtionibus
& tormentis in verſic.* dictum eſt ſupra quod confeſ-
ſio facta in tormentis cum ver. ſeq. & per ea quæ
dicentur in ſequenti dubio principali. Et ſic in ca-
ſu iſto ceſſat terror tormentorū. Non obſt. *l. tertia.
§. ſi quis autē viſus. ff. de vi & vi arma.* quia loquitur ibi
quando illi armati erant inde veniendi cōtra ipſū
vel veriſimiliter ita ſuſpicabatur. Sed in caſu no-
ſtro cū ſit conſuetudo vt in loco torturæ inculpati
examinentur etiam quādo nolunt iudices eos tor-
quere, ſed prius ſimpliciter interrogare. & ſequitur
ꝙ ibi nō dicatur eſſe talis timor qui habeat viciare
interrogationem. Sed quando locus torturę eſſet
ſeparatus à loco examinationis primæ & commu-
niter non ſolent inculpati duci, niſi quando iu-
dex vult eos torquere ſi non confiteantur vel vt
incutiant terrorem ſi nolunt confiteri poſſet eſſe
aliqualis dubitatio, ſed iſte nō eſt caſus noſter. Pię
terea quantum ad primam examinationem nō eſt
dubium quod ibi poteſt præcedentib. indiciis in-
terrogari vt eruatur veritas ab inculpato, *vt d. l. itē
apud labeonem. §. quæſtionem. ff. de iniur. & in toto titu. ff
& C. de quæſtio.* Et ita totus mundus ſeruat. Quan-
tum autem operetur dicta examinatio & confeſ-
ſio ibi facta dicetur in ſequenti dubio princ. Et p
hoc ceſſant omnia ſupra in contrarium deducta
51 & per ea quæ ſtatim dicentur. † Circa ſeptimū du-
bium principale an valuit & valeat cōſuetudo ho-
die quod confeſſio facta in dicto loco torturæ ſine
metu tormentorum dici debeat ad finem vt quis
ex ea ad mortem condemnari vel in corporalem
puniri poſſit prout quotidie fit. Et prima facie vi-
detur dicendum quod non quia huiuſmodi con-
feſſio non videtur eſſe in totū libera ab omni me-
tu propter præſentiam torturæ & inſtrumento-
rum ad torturam ibi paratorum per ea quæ dixi
52 ſupra in præcedenti dubio principali. † Item quia
ſecundum docto. perſeuerare tunc dicitur quis in
confeſſione quando perſeuerat extra loca tormen
torum illa non videns, vt eleganter no. Bart. in *l.
obſeruare. in fi. 1. col. C. quorum app. non reci.* quaſi ve-
lint doc. quod quando videt tormenta nō dicitur
eſſe liber à metu tormentorum. & hoc etiam vide-
tur prima facie ſentire Bart. *in l. 1. §. diuus prima ibi vel
ductus ad ea ff. de quæſtio. facit l. nouiſ. in prin. ibi.* quid ſi
compulſus aut metu ne compelleretur. & quod ibi
no. Bart. & Bald. *ff. quod fal. tu.* Sed his non obſtan-
tibus teneo contrarium debere eſſe verius. videli-
cet quod dicta conſuetudo valeat & quod perſe-
ueratio facta in illo vbi eſt tortura valet ſtante iſta
conſuetudine obſeruata.

Primo quia iſta cōſuetudo & illa de qua in præ-
cedēti dubio principali dicitur videlicet quod in-
culpati in dicto loco torturæ interrogētur exami
nentur & confiteantur & ratificent confeſſionem
fuerunt in dicta ciuitate ſemper obſeruatæ quia in
huiuſmodi caſibus criminalibus ſtandum eſt con-
ſuetudini loci vt ſæpius dictum eſt in dubiis præ-
cedentibus. *facit l. 2. ff. quemad. teſt. aper. & l. 4. § fi.
cum ibi not. ff. de teſti. cum ſimi.* Et maxime cum dicta
ciuitas & eius ciues ſint priuilegiati ab imperato-
re vt conſuetudines antiquas obſeruare poſſint &
de nouo in cauſis facere poſſint cōſtitutiones. Nec
ob. dū dicitur quod huiuſmodi conſuetudines vi-
dentur eſſe contra ius naturale quod eſt immuta-
bile, *vt in d. §. ſed naturalia. inſtitu. de iure naturali, gen.
53 & ciui.* quia reſpondetur † quod immo ius natura-
le poteſt limitari, licet non in totum tolli, *vt ibi no.
per gl. & doct.* Et ꝙ in hoc caſu poſſit per conſuetu-
dinē vel legem introduci pro hoc adduco ꝙ mul-
tum ſolemniter not. Ang. ſecundum Ia. Bu. *in l. 2.
54 C. de cuſto. reo.* vbi dicit † quod confeſſus in tormen-
tis non debet incontinenti duci ad tribunal, quia
licet tunc confiteatur. tamen metu tormentorum
adbuc intelligitur cōfiteri C *l. lecta. ver. dicebam. ff. ſi
cer. pe. & l. 2. C. quod me. cauſa.* vnde debet requieſce-
re ſaltem per vnum diem vel vnam noctem. & tūc
debet duci. & tunc ſi confiteatur dicitur perſiſtere
in confeſſione ſponte & debet damnari, ſed aſſeſ-
ſores non ſeruant. & hic peſſime faciunt quia in-
continenti ducunt. Sed huic ob. ſecundum eum
quod non ſufficit requies vnius diei immo nec
menſis quia cum ſit in manib. torquentis ſemper
ſubeſt eadē cauſa. metus ergo ſemper per metum
dicitur emanare confeſſio ergo nulla. *vt in c. cūm
matrimonij extra de offi. delega. & ibi per Inno. & Io. An.
& extra quod me. cauſa. per latum. Sed ipſe Ang. reſpondit
in d. l. 2.* quod illa iura loquuntur quando metus in-
fertur iniuſte, ſed vbi iuſte. ſ. per iudicē procedit
quod dictum eſt ſing. eſt not. ſecundum. & idem
in effectu vult Bald. *in l. vnica in 9. col. ver.* quæro nū-

quid confeſſio facta in carcere. *C. de confeſ. vbi dicit*
quod gloſ. in l. qui in carcere. ff. quod met. cau. vult quod
confeſſio facta in carcere non valet. quia videtur
55 facta per metum. † Et ſecundū illam gl. illi qui de-
tinentur in palatio poteſtatis non poſſent ibi con
fiteri ad tribunal quod dicit eſſe falſum. nā in capi-
talib. cauſ. ſemper reus detinetur. & tamen vz eius
confeſſio *facit c. clericos. de ſent. excom. in 6. & gl. in d. l.*
qui in carcerē debet intelligi qñ confitetur ad vtili-
tatem carcerantis & nō in figura iudicij & dicitur
carceratus ēt ille qui eſt bene cuſtoditus ita q̃ rece
dere non poſſit, *vt l. qui neq. ff. de ver. ſig. ſecundū Bal. in*
d. l. vnica. Sicut ergo lex pōt introducere vt cōfeſſio
valeat quando quis detinetur in carcerib. & ſubeſt
etiam timor tormentorum quia ſi primo cōfeſſus
eſt. & petitur quod perſeueret in confeſſione de-
tētus ſcire aut ſcire debet quod ſi negauit ponetur
ad torturam. & tamen ſi ratificet confeſſionem
ſuam lex eam admittit, vt poſſit etiam ad mortem
condemnari, ita eſt etiam dicēdum in caſu noſtro,
quando eſt conſuetudo, vt confeſſio & ratificatio
fiat in loco tormētorum, & non alibi debet valere,
licet non eſſet omnino timor tormentorū, ex quo
iſta examinatio fit à iudice iuſte procedēt. Nec di-
citur hoc eſſe contra ius naturale, ex quo præſu-
mitur pro actu iudicis iuſte procedentis. Nec ob-
ſtat d. Innocent. *in c. quod ſicut, extra de elect.* quia de-
bet intelligi in metu vel timore vero ſecus in præ-
ſumpto quādo actus fieret per iudicem iuſte pro-
cedentem. vt dixi. quia pro iudice præſumitur. *in l.*
1. C. de offi. ciui. iu. cum ſi. & ſic vna præſumptio tollit
aliam *l. non ſolum. §. de vno. ff. de ritu nup. & l. diuus ff. de*
in integr. reſt. & c. litteras. extra de præſumpt. Et pro iſta
conſuetudine quod valeat. facit quod no. Bal. *in l.*
quid ergo. §. pœna grauior. in vlt. cas. in prin. ff. de his qui no.
56 *infa.* Item pro ea facit † quia licet in cauſa criminali
vbi debet imponi pœna mortis non debet fideiuſ-
ſor accedere. vt dicit Bartol *in l. ſi quis reum. C. de cu-*
ſtod. reor. & in l. commentarienſem. C. de cuſtod. reor. &
Bart. & doct. in lege Iul. ff. qui ſat. cogan. quia nemo eſt
dominus membrorum ſuorum. *l. liber homo. ff. ad l.*
Aquil. Tamen conſuetudo valet in contrarium. *vt*
eſt gl. ſing. 24. q. 5. cum homo. vt dicit Ludo. de ro. in ſuo ſin.
127. quod incip. Tu ſcis, quod in cauſa princi. & idem
tenet Bal. *in extraua. de pa. conſtan. in 27 col.* qui dicit,
quod de cōſuetudine in quibuſdam locis ſeruatur
contrarium. & ſubdit ibi ſing. quæ cōſuetudo ha-
bet poteſtatem ſanguine hominis *l. ſæcularij. §. ſunt*
quadam. ff. de extraor. crim. Et idem tenet do. meus in
canonibus Bononiæ d. Io. de Ana. *in c. ſicut. in penul.*
col. in fi. extra de Iuda. qui alleg. Bald. in loco præallegato.
57 Item pro hoc facit, † quia conſuetudo tenaciter
obſeruata habet vim iuſtitiæ, vt dicit no. Bald. *in c.*
58 *1. in princ. in 1. col. in tit. de his qui feu. da. poſſ.* † Item quia
conſuetudo facit licitum. quod alias eſſet illici-
tum, *vt in aut. de defenſorib. ciuita. §. quia vero. & not.*
59 *Archi. 63. diſtinct. 5. ſanctum in princ.* † Item quia con-
ſuetudo dat iuriſdictionem meram, mixtam, &
imperioſam altam & baſſam, prout diſponit & di-
cit illa *l. quæ in executoribus, quæ eſt valde not. & C. de*
execut. trib. l. miſſi opinatores. lib. 10. ſecundum Bald. qui ita
ſingul. not. in l. etiam in 3. colum. C. de execut. rei iudica.

60 † Item quia generalis conſuetudo excuſat. & quia
bono zelo præſumitur factum illud, quod de cō-
ſuetudine, & in criminalis fieri conſueuit ſecun-
dum Bald. *in l. vnica. in 9. colum. ver. modo iuxta prædi-*
cta quæro in fine. C. de confeſſis. qui allegat illud in Pſal.
zelaui contra iniquos pacem peccatorum videns.
Et ideo indiſtincte ſenatus, vel conſules dictæ ci-
uitatis, ſi procederent, vel proceſſerunt ad mor-
tem dicti Lucij vigore confeſſionis & ratificatio-
nis factæ per eum in dicto loco tormentorum, in
quo huiuſmodi confeſſione fieri conſueuerunt
non malefecerunt. & ſunt excuſati vigore dictæ
conſuetudinis obſeruare, etiam ſi de ea poſſet a-
lias dubitari facit, *l. ſi quis ſit fugitiuus. §. apud Labeo-*
nem ibi, quia id facit, quod publice facere licere ar-
bitratur, & quod ibi not. & dixi. *ff. de ædil. edict.* &
quod not. per Bart. & alios *in l. penult. ff. de adulteriis.*
Sed plus poſſet dici, quod etiam ſi non eſſet con-
ſuetudo valet de iure illa confeſſio facta in dicto
loco torturæ ex quo non fuit ligatus ad torturam
nec ductus ad eam torturam, nec minæ interue-
nerunt deponendo ad torturam ſi non diceret ve-
ritatem, *vt vult Bart. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſtionib. &*
ita vult Odofre. in ſuo tracta. de quæſtionib. in 11. quæſtione.
& Gandinus in tit. de quæſtionib. & tormentis in verſ. di-
ctum eſt ſupra quod cōfeſſio. Et maxime in caſu noſtro
Nam dictus Lucius fuit adiuratus per Deū viuum
&c. vt diceret veritatem & omnē torturæ metū de-
ponat. Vnde ceſſat per hoc omnis ſuſpitio metus
torturæ, & ſic non ſumus in caſu alicuius timoris.
Et ſic ceſſant omnia cōtraria ſupra in hoc dubio &
in præcedenti deducta. Et propterea cō ludo illas
conſuetudines de quib. ſupra, valere & dictas con-
feſſiones & ratificationes factas in dicto loco tor-
turarū valere & ſufficere ad condemnationē mor-
61 tis. † Cir. a octauum dubium poſito ſine præiudi-
cio veritatis quod nullā confeſſionem feciſſet Lu-
cius videlicet quod mille florenos in ſacculo fur-
tim abſtuliſſet. ſed ſe animo reponendi recepiſſe
an excuſetur à furto vt exinde non poſſit de iure
ſuſpendi, eſſet conſiderandum ſi illam pecuniam
fiſcalem ſolebant dicti officiales maxime Lucius
ad domum ſuam portare vel non. & ſi retinuit il-
lam pecuniam pro ſe aliquo tempore, ita vt non
reportauerit ad locum fiſcalem ſolitum de tem-
pore, quia ſi fecit conſuetudinem, teneretur du-
plici ratione. Primo de iure communi, *vt proba-*
tur in l. prima & in l. diu minime. cum concord. ibi in gloſ.
C. de ſuſcep. & Archar. lib. 10. & Bartol. in d. l. dicit notab.
hunc textum, contra illos, quia tenent pecuniam
communitatis, & cum ea mercantur. *facit l. 1. & 2.*
C. de his qui ex publ. ratiocin. eodem lib. 10. & Ioan. de Plat.
62 *in d. l.* vbi dicit per illum textum, † quod exacto-
res ſeu ſuſceptores publicæ collationis, ſeu ſolu-
tionis factæ à prouincialibus & aliis publicis de-
bitoribus diu penes ſe retinere, nec percipere in-
terim aliquod interuſurium ſiue commoditatem
poſſunt, ſed ſtatim debent pecuniam exactam
conſignare theſaurario in vtilitatem, & cauſam
publicam conuertendam. Et ſubdit hoc eſſe not.
contra camerarios communis Florentiæ, qui ef-
ficiuntur campſores & mercatores de pecunia cō-
munis,

munis, quia debent puniri, *vt dict. l. 1. & 2. C. de his qui ex publicis ratiocinii. libro 10.* Et licet ipſe non dicat, qua pœna debeat puniri, tamen eſt dicendum ſi illi mille aurei erant in pecuniam, puta in argento vel ære puniri deberet in quadruplum. & ita loquitur *dict. l. 1. ſi in auro.* & ſi fecerant hæc occulte id eſt, ſine ſcientia ſuorum ſuperiorum. & tunc debēt puniri criminaliter exilio perpetuæ deportationis. Sed ſi illud aurum aliis mutuauerint tanquam exercitores pœna capitali ſunt puniēdi, *vt d. l. 2. C. de his qui ex pub. ratiociniis ſecundum gl. ibi. & Bal. & Ioan. de pla.* & ratio quia aurum eſt precioſius omnium metallorum *ſecundum Bal. ibi.* Secunda ratione puniri poteſt d. Lucius quia retinendo pecuniam communis facit contra iuramentum de quo ſupra in prin. factæ narrationis fit mentio. Et ſic comm. ſit duo delicta. vnum quia furtum commiſit aliud periurium. Et ſic eſt duplicatum delictum. Sicut etiam in ſimili dicitur per gloſ. *in d. l. 2. & ibi per Io. de pla* & propterea pœna debet aggrauari, *vt dixi ſupra in primo dubio principali.* Nec excuſari poteſt Lucius ſi dicat quod habeat animum reponendi in archa fiſcali dictos mille ducatos ex quo clam & occulte eos acceperit, *vt not. per Bar. & doc in*
63 *d. l. 2. C. de his qui ex pub. ratioci. lib. 10* † quia qui male agit facit clam *c. conſuluit. & ibi per gl. & doc. extra de offi. deleg.* & contra clam facientem præſumitur malus animus & mala fides, *vt notat Bal. in l. 2. C. de repu. bere.* Et ideo qui emit rem ab vno clam præſumitur fur. & in mala fide, *vt no. Pau. de Ca. in l. in ciuilem. cod. de fur.* Et magis punitur delinquens clam quam palam *l. ſi. ff. de re mili. & d l. 2 cum ſimi.* Et ſic excuſatio. ſi illa non debet prodeſſe dum dicit quod volebat reſtituere poſtquam fuit detectus, *facit c. 1. cum ibi no. extra de præſum.* ibi ludus feci in ratione ſui. Vnde cum do. Lucius multa delicta commiſerit etiam ſimul. Primo furtum de denariis qui occiderunt de manica. Secundo aliud furtum de dictis mille aureis fiſcalibus. Tertio periurium, quia ſubripiendo fecit contra iuramentum. Quarto quia reuelauit ſecreta ciuitatis contra iuramentum non modice importantia, vt dicitur & iſta ſimul magis aggrauant vnumquemque de per ſe. ſequitur quod potuit ad mortem condemnari, videlicet ad furcas per ſenatum, per ea quæ dicta ſunt in 1. dubio prin.
64 †Circa nonū an valuerit probatio contra Lucium, vt in caſu q. ſ. confeſſio in tormētis vel eorum metu extorta non fuiſſet ad finem & effectum vt ex ea ad furcas ſuſpendatur. Et breuiter dico quod ſic, tum quia iſta non poſſunt commode probari niſi per eos qui fuerunt examinationi. *ar. l. conſenſus. §. ſeruus ibi.* quoniam non facile quæ domi geruntur per alienos poterunt confiteri. & quod ibi no. *per doc. C. de rep. & per c. veniens. 2 in fi. extra de teſti. & facit c. 1 in fi. ti. ſi de inue. inter do. & va. lis ori in vſi. feu. c. ſuper prudentia 14. q. 1. & gl. 16. q. 1.* plures in verbo vtrumque. Et per ea quæ plene dicta ſunt in ſexto & ſeptimo dubio principali. quæ ſufficiunt pro deciſione hu-
65 ius dubij. † Circa decimum & vltimum dubium. an dictus Lucius potuerit ſine inquiſitione vel accuſatione formata ſecundum formam iuris ad mortem ideſt ad furcas condemnari. Et videtur quod non quia etiam confeſſus non poteſt condemnari non formata inquiſitione vel accuſatione ſecundum Inno. *in c. per inquiſitionem extra de electione.* qui
66 dicit ſingulariter. † quod contra confeſſum crimen debet formari inquiſitio vel fieri accuſatio, quia ſi ad nihil agitur, in nihilo poteſt condemnari. & hoc ſequitur Bal. *in l. vnica in 10. col. ver. quæro nunquid confeſſus. C. de confeſ.* qui addit niſi extra ordinem procedatur *per no. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infa.* vnde ſi non fuit formata inquiſitio vel accuſatio facta videtur quod condemnari non potuerit. Sed tamē in caſu noſtro teneo contrarium eſſe verum. Primo ſi illi duo qui denunciauerunt maleficium ſeu furtum erant obligati ad denunciandum tanquam officiales pro illo furto in ſuo officio facto quia etiam ſuper denunciatione poteſt procedi *vt in ca. ſuper his & c. qualiter & quando 2. §. ad corrigendos. extra de accu. cum ibi no.* Item quod etiam fuit accuſatus vt in facta narratione dicitur Si vero tanquā priuati denunciarunt & non fuiſſet facta accuſa. tunc dico quod
67 ſi de conſuetudine eſt. † ſicut eſt in multis locis. & maxime in Almania ſeu germania quod contra fures & huiuſmodi delinquentes non formetur inquiſitio. nec accuſatio inſtituatur ſolemniter. ſed habita confeſſione ſuſpenduntur. tunc illa conſuetudo valet. & merito eſt obſeruanda per ea quæ dicta ſunt ſupra in 6. & 7. dubio prin.

Additiones.

a Non ſuſpenduntur.] *Ad primi dubij huius conſilij reſolutionem vide Bal. in auctent. ſed nouo iure. C. de ſer fugi. docto in l. ſaccularij. §. ſunt quidam. de extraord. crimi. do. Ale. & doc in rubri. ff. de fur.*

b Pœna quadru.] *adde Bal in l. poſt. in fi. C. de fur. Lu. ro. in rub. de arbi. elegantem text. 12. queſtione. 2. fraternitas vbi habetur quod iſta concluſio locum etiam habet in foro conſcientiæ.*

c Confiteri.] *Ad hoc vide inter mi. d Ale. de imo. in conſ. 45. in 4. volu & in conſi. 179. in 2. vol. Bar. & doc. in l. 1. §. diuus ſeuerus. ff de quæſt. Cano. in c. ex literis de conſe.*

CONSILIVM XL.

SVMMARIA.

1 *Cauſa in capitali an pater pro filio tanquam defenſor & procurator admittatur: quod vulneratus à filio defectu & mala ſui gubernatione mortuus fuerit: numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Inquiſitio an formari poſſit contra tam vulnerantes quam præſtantes auxilium vel fauorem.*

3 *Sciſſura omnis vel omnis in corpore ſeparatio vulnus appellatur.*

4 *Tumefactio eſt vulnus, quando ſciſſuram ab intra fecit, licet non ab extra, vel quando dedit etiam cauſam neceſſaria ſciſſura ab extra per medicum facienda.*

5 *Inquiſitione facta de vulnerato propter mortem, quæ ſuperuenit, an de occiſo condemnatio fieri poterit.*

6 *Inquiſitio de occiſo an ante mortem formari poſſit.*

7 *Iure communi in omnibus caſibus vbi contra abſentem ad ſententiam perueniri poteſt, quilibet veniens etiam ſine mandato ad defendendum, non tanquam procurator, ſed tanquam defenſor admittitur.*

8 *Abſens de iure veteri in duobus caſibus damnari poterat.*

9 *Iudex ſi putauerit, ſe poſſe melius criminis veritatem ex rei præſentia percipere, poteſt ſemper dicere, nolo te admittere, ſed volo reum principalem, vt videam qua fronte, aut trepidatione loquatur.*

10 *Iudicem repellere, ſeu non admittere defenſorem, vbi reus comparere noluerit, iniuſtiſsimum eſt.*

11 *Iudex nullo ſe offerente debet aſſumere vices, & abſentis etiam contumacis defenſionem ſupplere.*

12 *Inquiſitionis in cauſa defenſor facilius admitti debet, quam ſi per viam accuſationis procederetur.*

13 *Accuſationis per viam ſi procederetur & non admitteretur procurator, neque in illis eiſdem caſibus, ſuper inquiſitionis viam procederetur.*

14 *Inquiſitionis in cauſa de iure canonico procurator admittitur, niſi crimina expreſſa & enormia fuerint.*

15 *Statuti alicuius forma ſi pater ad aliquam condemnationem pro filio teneretur, admitteretur ipſe pater non ſolum tanquam defenſor, ſed etiam tanquam volens pro ſuo intereſſe in ſe iudicium ſuſcipere.*

16 *Iudex quo caſu facto proceſſu debeat cuicunque volenti in iure allegare copiam ipſius proceſſus dare, & in iure defendentem audire.*

17 *Procurator pro abſente in criminali an aliquo caſu audiatur.*

18 *Vulneratus vbi ex vulnere moriatur, vulnerans non de vulnerato ſed de occiſo tenetur.*

19 *Interuallum longum, quo vulneratus moritur, quod dicatur.*

20 *Homicida ad hoc vt quis dicatur, ſufficit quod ex cauſa remota homicidium contingat.*

21 *Mors vulneranti non aſcribitur, vbi ex alia cauſa poſt vulnus illatum mors ſequatur.*

22 *Clericus ſi rixam incipiat, in qua ipſe percutiat, deinde eius affines de hoc indignati præter clerici ſcientiam aliquem occidant, clericus homicida irregularis efficitur.*

23 *Clericus ſi contra rem ſuam aſportantem acclamauerit, & inſequentes illum occiderint irregularis efficitur.*

24 *Vulnere ſi nõ quis mortaliter primo vulneratũ mortaliter, ſecundus non mortaliter vulnerans de occiſo tenetur.*

25 *Vulnerent vbi duo non mortaliter, ſi tamen vtriuſque vulneris coniunctio mortem cauſet, non tamen nullum iſtorum de per ſe quilibet de occiſo tenetur.*

26 *Vulnus illatum & ſi citius mortis cauſam præſtiterit, non propter hoc mortale dicitur.*

27 *Sanguinis omnis ſuperflua effuſio ſecundum phyſicos mortem accelerat.*

28 *Statutum ſi dictauerit, quod vbi contra contumacem de crimine conſtare non poſſit, pecuniariter & ad inquirendum damnari debet, quomodo intelligatur.*

29 *Iudex licet contra accuſatum cõtumacem ſententiam ferre non poſsit, tamen ſi aliquo modo iudici de rei innocentia conſtiterit, ſilentium accuſatori imponere debet.*

30 *Maleficiis cauſa attẽdi debet, quare quis ad maleficium motus fuerit.*

31 *Occidens eum, quem bannitum putabat cum non eſſet, de maleficio culpoſo puniri debet.*

1 IN Chriſti † nomine. Licet inuitus verba faciam in materia criminali, tamen quia requiſitus ſum pro parte denunciatorum qui iudicio meo poteſt iuſte defendi ne de homicidio damnentur iuſtum putaui non denegare abſoluendis conſilium. vnde hos denũtiatos .4. principalib. modis defendam. Primo quod ſi iudex potuiſſet contra iſtos procedere vti fecit debuit & debet admitere quoſcũque eorum defenſores, immo etiam forte procuratorem venientem ad defendẽdum. Secundo quia poſito quod non debuerit admittere procuratorem, vel defenſorem pro ipſis contumacibus comparentem, ſaltem iudex debet dare peracto proceſſu omnibus volentibus defendere, & allegare de iure peracto proceſſu omnibus volentibus defendere, & allegare de iure copiam proceſſus, & illos allegantes audire. Tertio oſtendam ſi vera ſunt quę præſupponuntur, & maxime per vnum ex medicis quem audiui loquentem, licet iſte vulneratus ſit mortuus. tamen vulnerans non poteſt teneri de occiſo. Quarto & vltimo demonſtrabo quod ſi iudex nullum hucuſque voluiſſet admittere procuratorem vel defenſorem. tamen ſi ſibi conſtat de innocentia, id eſt quod hi denonciati licet contumaces non teneantur de occiſo debet eos abſoluere non obſt. aliquo ſtatuto & maxime duobus ſtatutis quæ ad me delata ſunt.

Et pero veniam à magnifica curia Vincentina, & generoſis dominis conſulibus ſi quid forte io facto præſupponerem quod aliter ſe haberet. Ego enim non poſſem recte loqui niſi inſpecto proceſſu, qui vt mihi dicitur fuit per dominum Iudicem omnibus denegatus vnde neceſſario loquor per vaticinia, & per ea quæ publice audiuntur à clariſſimo phyſico magiſtro Bartholomæo de Anoali conciue noſtro, & à magiſtro Antonio de Ianua cirugico qui hunc ciuem vulneratum viſitarũt. Formatur itaque inquiſitio ſeu denuncia contra ſex in inquiſitione ſeu denuncia nominatos qui cum ſibi inſimul præſtarent auxilium & fauorem vulneratus fuit quidam Hieronimus certis vulneribus ſcilicet à nouello vno vulnere profundo & mortali in pectore, & à Petro nouelli fratre vno vulnere in manu manũ penetrante, & ab vno famulorum ſuorum vno ſaxe in ſpina cum tumefactione & nigredine & magno dolore. Vnde ne fruſtra verba terantur primum omitto omnem difficultatem quæ fieri poſſet in hac materia. An formari potuerit inquiſitio ſeu citatio ſpecialis contra iſtos tam aſſertos vulnerantes quam eius aſſertos præſtantes auxilium & fauorem. † & an inquiſitio hoc caſu poſ-
2 ſet formari pendet *ex no per Bar. in l. 2. § ſi publico. ff. de adulter. per Moder. ordinarios in l. ea quidem. C. de accuſa. & per Canoſt. in ca. qualiter & quando in princ. el a. extra de accuſa. & per Bart. in l. ſi n. § ſi tutiam ff. de fur. & in l. fin. ff. de quæſtio.* vbi datur forma inquiſitionis formandæ contra auxiliantes de quibus ſ. debebat per prius iudici conſtare an & quãdo formetur inquiſitio. Sed ego prẹſuppono iſtos fuiſſe recte inquiſitos, ex quo contrarium non apparet, quia non

eſt

eſt facultas proceſſus inſpiciẽdi. Item non referam
indicium. Ex quo enim iſti tanquam vulnerantes
ſeu auxilium præſtantes vulneranti ſint puniendi,
3 †nam omnis ſciſſura vel omnis ſeparatio in corpo-
re appellatur vulnus *l. ſi ſer. ſeruũ. §. rupiſſe ff. ad l. Aqui.*
4 *& per Bar. in l. prætor. ait. §. fi. ff. de inin* †vbi dicit quod
tumefactio eſt vulnus quando fecit ſciſſuram ab
intra licet nõ ab extra vel quando etiam dedit cau-
ſam neceſſariæ ſciſſuræ ab extra faciendo per me-
dicum vt ibi per eum. Solum ergo me referam ad
oſtendendum quod nec nouellus debet conde-
mnari de occiſo nec ſibi præſtantes auxilium quaſi
dederint fauorem, vel auxilium occidendi, & vtar
mediis quibus ſum ſupra proteſtatus me vſurum.
Primo ego proteſtor quod doctiſſimus vir fue-
rit iudex maleficiorum qui inquiſitionem for-
mauit ſeu denunciam & in ea formanda vſus eſt
magna ſapientia & doctrina in hoc q̃a prius quam
inquiſitionem formauit expectauit mortem Hie-
ro. nam ſi ante formaſſet incidebat in maximas du-
bitationes, q̃a aut formaſſet inquiſitionẽ de occiſo
quia vulnus dicebatur mortale, aut de vulnerato
& pendente proceſſu ſuperueniſſet mors incidiſſet
5 in illam dubitationem † an facta inquiſitione de
vulnerato poſſet fieri condemnatio de occiſo pro-
pter mortem quæ ſuperuenit. *de quo Bar. dubitauit in
l. damni infecti. §. ſabini. ff. de damn. infect. & in l. ſenatus
6 conſult. ff. de adul.* † Si vero formaſſet inquiſitionem
de occiſo priuſquam eſſet mortuus eſt magna du-
bitatio an de occiſo inquiſitio formari poſſet ante
mortem, *vt per eundem Bart. in d. §. ſabini. & Ioann. An-
dre. poſuit in addi. Specul. in titu. de accuſa. verſicu. ſed
pone. & ſeq.*

Conſilium eſt ergo iudicibus expectare maxi-
me contra eos contumaces donec videant an mors
ſequatur. Et ita conſultiſſime fecit hic d. iudex. Ex
quo arguo eum virum doctiſſimum. Non tamen
parum miror quod poſtea his denunciatis ſeu in-
quiſitis facultatem defenſionis denegauerit quod
7 iudicio meo non fuit faciendum. † Nam conſtat
quod in omnib. caſibus vbi de iure communi con-
tra abſentem poteſt perueniri ad ſententiã qui no-
tantur *in l. abſentem. ff. de pæ & in l. abſentem. C. de accuſ.*
admittitur quilibet veniens etiam ſine mandato ad
defendendum non tanquam procurator ſed tan-
quam defenſor, nam ex quo lex aggrauat in illis ca-
ſibus ſpecialibus abſentes vt poſſint damnari licet
abſentes contra regulam quæ eſt ꝙ cõtra cõtuma-
ces nõ poteſt procedi niſi vſque ad annotationem
bonorum & non vltra, *vt d. l. abſentem. ff. de pæ. & C.
de accuſ.* in hoc reuelantur vt pro eis audiantur qui-
cunque non ſolum volentes allegare cauſa. abſen.
ſed etiam volentes allegare cauſas cauſæ, quoniam
melius eſt illum abſentes audire quam nullo de-
fendente forte innocentem condemnare, & iſte
eſt caſus ſingularis ſecundum intellectum Bar. *in l.
ſeruum quoque. §. publice. ff. de procu. & probatur in l. reos.
C. de accuſ.* & illam ſententiam Bart. ſecuti ſunt do-
mini de Rota conclu. 106. & Federic de Sen. in ſuo
conſilio 290. & Innocent. *in c. veniens extra de accuſ.
& Butri. ibidem.* Ita dico in propoſito quod cum
ſimus in caſu vbi ex forma ſtatuti poteſt abſens da-
mnari ſi conſtat de eius delicto, vt eſt caſus ſta-
tuti tranſmiſſi illud quod dicebatur in caſibus vbi
de iure communi poterat damnari abſens. Idem
dicatur in hoc caſu vbi ex forma ſtatuti poteſt ab-
8 ſens damnari. † Et quod hoc ſit verum oſtendo
rationem de iure veteri abſens non poterat da-
mnari niſi in duob. caſib. *ſcil. in l. ne diu. ff. de pæ. & in
l. lex Cornel. ff. de ſica. Ergo leg. ſeruum quoque. §. publice.*
quæ permittit vt compareat defenſor pro abſen-
te in caſibus in quibus poteſt abſens damnari ha-
bebat locum illis duobus caſibus tantum. poſtea
facta fuit lex noua per Federicum quæ incipit ad
reprimendam. Et inducitur vt illo modo caſu poſ-
ſit in crimine lesæ maieſtatis procedi contra ab-
ſentes. Certe illo caſu habet locum *lex ſeruum quo-
que. §. publice.* quia ille §. reſpicit omnes caſus in
quibus in furtum deciditur quod abſens damna-
tur. *Et ita tenent doctor. in dict. §. publice. & Bartol.
ibi & in leg. penultim. §. ad crimen. ff. de public. iud. Et Sa-
lycet. in leg. abſentem. Codic. de accuſationib.* Igitur
cum ex forma ſtatuti Vincentini poſſit abſens
damnari conſequenter pro ipſis debeat admitti
quilibet ad defenſionem. Et ſi dixerit dominus
iudex non neſcis quod licet Bartol. iſtud dixerit
9 in §. publice. ſubdit tamen † quod ſi iudex puta-
uerit ſe poſſe melius veritatem criminis percipere
ex præſentia rei poteſt ſemper dicere nolo te ad-
mittere ſed volo reum principalem vt videam qua
fronte aut trepidatione loquatur *per text. in leg. de
minore. §. tormenta. ff. de quæſtion. & per l. fin. Co. de iniur.*
Reſpondeo quod licet illud verum eſſet eſt tamen
aduertendum quod dom. Bal. iſtud dictum Bar.
ſingul. limitatur quando contra abſentem non
militat. vehementia indicij delicti quod inten-
ditur. *ita dicit Bal. in l. fin. Cod. de procurat.* aliter non
debet poſſe auferre reo facultatem mittendi de-
fenſorem à iudice conceſſam *per §. publice.* Sed in
propoſito ex proceſſu non conſtat iudici quod iſti
occiderint, immo putamus contrarium vt di-
cetur infra. Item plus dico & hoc ſemper ego tenui
a quia non credo quod illud dominus Bartol.
ita intellectum in defenſore ſit verum ſed il-
lud procederet in caſibus in quibus quis poteſt
per procuratorem comparere in quo ſubſtan-
tiatur iudicium tunc enim poteſt iudex quando-
que reum principalem requirere vt repellat pro-
curat. à defenſione. Et etiam ſe informet de ve-
ritate. Et licet procurator domino non veniente
repellatur tamen poterit defenſor ſemper com-
parere. Sed in caſu ſpeciali vbi lex admittit defen-
ſorem. non vt ſuſcipiat iudicium. Sed ea iuſta ra-
10 tione ne damnetur abſens & forte innocens. † Di-
ceret autem quod ſit in poteſtate ipſius iudicis re-
pellere ſeu non admittere defenſorem vbi reus no-
luit comparere viſum eſt ſemper mihi iniquiſſimum
& contra rationem *dict. §. publice.* Item ſi ita iudex
poſſit principalem requirere fatebor hoc eſſe ve-
rum ſed quod ſi principalis nolit venire iudex
non audiat defenſorem qui forte docebit de inno-
centia nunquam mihi potui perſuadere nec *Bart.
11 h. d. ſi recte inſpiciamus.* † nam ſi iudex nullo ſe offerente
debet aſſumere vices & ſupplere defenſio abſentis
etiam

etiã cõtumacis vt not. in l. fi. de temp. appel. & in l. vbi pa-
ctum. C. de tranſa. & in l. 1. in fi. ff. de quaeſt. & in l. & ſi non
defendatur. ff. de pœnn. & per Bar. in l. 4. §. hoc autem. iu-
dic. ff. de dam. infec. quia ficte dicere poſſumus quod
non debeat audire eum qui in ſuam notitiam velit
afferre aliquam iuſtam excuſationem pro abſente.
Et ita intelligit Bart. in l. ſeruum quoque §. publice. &
in l. ſi actor malit. eodem tit. quia licet dicat dominum
poſſe requiri non tamen dicit quod domino non
comparente debeat repelli defenſor ſi recte inſpi-
ciatur. Et hanc ſententiam Bar. tenuit Inno. & Bu-
tri. in c. veniens. extra de accu. vbi ponunt iſtam mate-
12 riam. † Item dico quod facilius debet admitti de-
fenſor in cauſa iſta inquiſitionis quam ſi procede-
retur per viam accuſationis. nam licet Barto. dixe-
rit in l. 3. §. ſi publice. ff. de adul & in l. ſi cui. ff. de accuſa.
13 † quod in illis caſibus in quibus procu. non ad-
mitteretur ſi procederetur per viam accuſationis
in eiſdem non admittitur vbi proceditur per viam
inquiſitionis & iſta fuit ſententia legiſtarum. Ta-
men canoniſtæ putant in cauſa inquiſitionis faci-
lius admitti etiam procuratorem non ſolum de-
fenſorem Io. Hoſt. in c. inquiſitionum extra de accu. dicit
14 † quod niſi ſint crimina excepta & enormia de iure
canonico in cauſa inquiſitionis admittitur procu.
& hoc idem videtur tenere Ioann. An. & poſt eum
Butri. in d. c. veniẽs, & maxime iſtud eſt ſine dubio vbi
vult admitti tanquam defenſor quia facilius admit-
titur aliquis tanquam inſtigans officium quam vt
aſſumẽs patet in procuratore inquiſitionis per in-
dicem propoſitę in c. cum olim. extra de accu. & in aſſi-
ſtẽte iudicio ciuili ne colludatur in c. cum ſuper. ex-
tra de re iudi. & in l. ſæpe ff. de re iudi. & in l. ſi per luſorio. ff.
de appell. Et hoc maxime debet eſſe verum in patre
qui ſe offert defenſioni per no. in l. exigendi. C. de pro-
cur. & per Innoc. in c. cauſam qui fi. ſint legi. in terminis.
15 & in Spe. in ti. de procu. §. 1. verſi. ſed nunquid. † Immo ſi
ex forma alicuius ſtatuti Vincentini pater tenere-
tur ad aliquam condemnationem pro filio admit-
teretur pater non ſolum tanquam defenſor ſed et-
iam tanquam volens in ſe ſuſcipere iudicium pro
ſuo intereſſe, & ita concludit Bar in c. veniens præalle.
& hoc ſit primum fundamentum quoniam com-
parente patre nouelli aut alio defenſore debet ad-
mitti. & ibi dari copia inquiſitionis & omnium a-
ctorum criminalium, vt eſt caſus & ibi Bal. notat
16 in l. 2. C. de eden. † Secundo ego facio fundamentum
quod & ſi verum eſſet ſine præiudicio veritatis
quod iudex nec voluiſſet nec debuiſſet admitte-
re volentem facere defenſiones in proceſſu ſal-
tem pacto proceſſu debebat cuicunque volenti in
iure allegare dare copiam proceſſus, & audire de-
fendentem in iure, & iſtud eſt clarius luce meridia-
na, & hoc tenet Bar. expreſſe ſi bene intelligatur
17 in d. l. pe. §. ad com̃en. ff. de publi. iudi. in illa q. † vtrum in
aliquo actu admittatur procur. pro abſente in cri-
minali. vbi concludit quod in omni caſu admitti-
tur & in omni defenſione per quam non dicatur
ſubire iudicium, ſiue talis defenſio ſit ante ceptum
proceſſum ſiue poſt. Et idem tenet Butri. & omnes
Canoni. in d. c. veniens. ſed ita eſt in propoſito quod
volens allegare in iure non vult ſubire iudicium.

immo ad allegationes deuenitur demum peracto
proceſſu vt no. in auth. iubemus. C. de iud. & in l. quoni-
am. C. de adul. & in ca. paſto. extra de cau. po. & propri. vbi
per Inno. & alios. & in ca. cum Ioannes heremita. extra de
fi. inſtr. & in auct. vt cum de app. cogno. in prin. perfecto
ergo proceſſu admittitur etiam procu. volens alle-
gare de iure ergo & defenſor & maxime hoc eſſe de-
bet in criminalibus qui alle. iur. in criminalib. non
poteſt renunciari vt dixit notabiliter gl. in l. pactum
inter heredem. ff. de pact. & ita conſuluit Fede. de Sen. in
conſi. 229 & But. tenet in d. c. veniens. quod quilibet ad-
mittitur de iure. Tertio veniens ad merita cauſę di-
co quod ſi vera ſunt quæ referũt duo concines no-
ſtri qui ambo in ſua doctrina ſunt viri primarij &
non dubito eos in iudicio locutos ſicut extra iudi-
cium loquuntur. clarum eſt quod nouellus nõ po-
18 teſt damnari de occiſo. licet. n. regula ſit, † quod
vbi vulneratus moritur ex vulnere vulnerans te-
netur non de vulnerato ſed de occiſo. vt no. in c. 1. de
cleri. percu. & l. diſt. c. ſi qua fœmina & c. ſtudeat & ibi per
gl. immo etiam in dubio ſi aliud non apparet præ-
ſumitur mortuus ex vulnere quando cito poſt vul-
nus moritur. vt no. in l. ſi ita vulneratus qui occidit. §. pen.
& in l. qua actione. ff. ad l. Aquil. & hoc dixit glo. ad literam
in c. presbiterum. extra de homic. Hic tamen diligenter
eſt aduertendum aut quis moritur ex vulnere alio
morbo aut alia cauſa non ſuperueniẽte. Et tunc o-
mnes concludunt quod præſumitur mortuus ex
vulnere quando cito moritur. ſecus ex longo inter-
19 uallo. † Sed dubium ſtat quando dicatur longum
interuallum. Et primo gl. iur. ciui. in l. 1. C. de emend.
ſer. videtur dicere quod moritur in cõtinenti quã-
do moritur intra triduum. ſecus ſi poſt. Et ita etiam
loquitur tex. l. diſt. c. ſi qua fœmina. Quędã iura dicere
videntur quod dicitur mortuus ex interuallo quã-
do moritur poſt octo dies. vt in c. continebatur. extra
de homic. Alio modo loquitur tex. in c. 2. extra de cler.
percuſ. qui probat quod dicitur mori ex interuallo
quando deceſſit poſt octo menſes. Breuiter Barth.
tetigit iſtam q. in l. ſi in rixa circa fi. ff. de ſic. & gl. in d. ca.
2. & omnes doct. tam Bart. vbi ſupra quam Butr. in d. c. 2.
de cleri. percuſ. concludunt quod ex quo iura ita am-
bigue loquuntur, & iſtud non reperitur certa. l.
deciſum hoc debet committi iudicis arbitrio per
notat. in l. 1. in fin. ff. de iure deliber. & arbitrabitur
iudex an vulnus fuerit mortale ex iudicio medico-
rum qui illud viderunt. l. ſi ſemel. C. de re milit. lib. 10. &
l. 1. ff. de ven. inſp. & l. milit. §. miſſionum ff. de re milita. Et
eſt caſus in terminis noſtris in ca. ſignificaſti. extra. de
homic. Hęc procedunt vbi vulneratus nullo alio ca-
ſu aut cauſa ſuperueniente moritur. Alius caſus eſt
quando moritur ex caſu aut cauſa ſuperueniente.
& tunc dicendũ aut fuit culpa medicorum. & tunc
vulnerans non tenetur de occiſo. l. qui occidit. §. pe.
& l. qua actione. §. celſus ff. ad l. Aquil. Idem dico ſi mora
ſuperuenit ex mala cautela ſeu cuſtodia ipſius in-
firmi vt no. in dictis iur. & glo. eſt in d. c. ſi qua fœmina. Si
autem ſuperuenit alia infirmitas aut illa cauſata eſt
a vulnere & tunc tenetur de occiſo, & ita not. gl. in
c. presbyter. extra de homic. & ita no. in c. ſignificaſti. & in
dubio præſumitur cauſata à vulnere. ſi aliud non
apparet ex corporis diſpoſitione vt ibi not.

Aut

Aut illa infirmitas ſuperuenit aliunde, vt quia corpus illud naturaliter ad illud accedens erat inclinatum, & tunc non dicitur mortuus ex cauſa vulneris nec tenetur vulnerans de occiſo verbi gratia. ſi mortuus eſt propter humores corruptus. verba ſunt Hoſtien. ad literam & Car. Flo. refert & ſequitur *in d. c. presbyterum. & ita limitat illam glo.* quæ dicit
20 † quod vt quis dicatur homicida ſufficit ꝙ mors contingat ex cauſa remota. i. ex non vulnere ſed ex alia infirmitate quę tamen ſuperuenit propter vulnus licet eſſet remota à vulnere ſecus ſi ſuperuentura erat illa cauſa etiam vulnere ceſſante, & ita erat in propoſito. Idem dicitur ibi ſi mortuus eſſet ex recidiuatione. quoniam recidiuatio adſcribitur vulneri niſi alia ſuperuenerit cauſa recidiuationis quæ ſola ſufficiebat per tex. *in c. ad audientiam extra de homic.* Ideo But. ſingulariter ibi not. dicens not.
21 † quod vbi ex alia cauſa poſt vulnus illatum mors ſequitur mors non aſcribitur vulneranti & ſic vbi cauſa ſuperueniens habilis eſt ad mortem inducendam confunditur vulnus primum de quo erat dubium an de hoc potens exiſteret. verba ſunt But. vbi ſupra. Addo quod gl. in dictis capi. loquuntur an quis dicatur homicida quoad irregularitatem contrahendam quo caſu facilius quis ſit homicida quam vbi agatur de pœna mortis in iudicio ſeculari inferēda patet ex no. per multas qq. quomodo *in*
22 *c. ad audiendum. & in c. Petrus. extra de homi.* † vbi ſi clericus incipit rixam in qua ipſe percuſſit. deinde eius affines de hoc indignati præter clerici ſcientiam aliquem occidunt, clericus efficitur homicida irregularis facit *c. ſignificaſti eo. t.* Et tamen conſtat quod in iudicio ſeculari non eſſet homicida. *vt l. 2. & l. fi. ſi quadr. pau. fec. dica. & ita ſummat Butr. cap. ſignificaſti. el. 2. de homic.* dicens ſic quo ad ordinem promotionis percutiens habetur pro homicida quando dubitatur an vulnus fuerit mortale vel ſciri nō poteſt an fuerit occiſus ab alio. an ab illo quod ſecus eſſet
23 vbi non agitur de lege promotionis. † Et idem dicitur ſi acclamauit quis contra exportantem rem ſuam & inſequētes illum occiderunt quoniam talis acclamans etiam iure permittendus eſt irregularis. vt no. *in c. de cætero. & d. c. ſignificaſti.* quod non eſſet in iudicio ſeculari. Ratio quia lex promotionis conſiderat factum & non animū, & quia quandocunque capiūtur fugentes & occiduntur debuit euitare quod contingere conſueuit *in c. 1. de ſer. non or.* nec eum excuſat recuperatio rerum ſuarum. *in c. ſuſcepimus extra de hom.* Sed lex ſecularis vbi agitur de homicidio conſiderat animum & non factum. *l. 1. C. ad l. Cor. de ſica.* Ideo nemo præter animum efficitur homicida. Ideo merito non valet ar. habetur homicida quoad irregularitatem. ergo quoad pœnam homicidii. Ad propoſitum ergo ex quo huic Hiero. ſuperuenit noua infirmitas cauſata ex mala eius diſpoſitione. puta ex malis humoribus collectis in pectore. vt dicit Hoſtien. *in d. c. presbyte.* & ita dicitur mihi in facto fuiſſe per prætatos medicos. patet quod vulnerans nō tenetur de occiſo per prędicta. immo quia ſuperuenit etiam mala cuſtodia ipſius infirmi. vt magiſter Bartho. atteſtatur ſe audiuiſſe ab aſtantibus. & hoc de tertio fundamento.

Vbi autem ſuperuenit noua cauſa. i. vulnus illatum per alium vulnerantem. ſecundo loco tunc non eſt noſtra materia. ſed remitto ad Bar *in d. l. ſi in rixa.* Et ſi dicatur tu non poteris dicere quin propter iſtud vulnus iſte cuius non obierit. ergo ſaltem hac ratio-
24 ne dici debet homicida, quod oſtendo. † Nam ſi quis vulnerat non mortaliter primo vulneratur mortaliter tenetur hoc ſecundus vulnerans non mortaliter de occiſo. *l. quam actionem. §. ſi quis ſeruum. ff. ad l. Aquil. & l. ita vulneratus in princ.* Reſpondeo illud verum quando illud vulnus non lętale præceſ-
b ſit, & poſtea lętale ſeruum eſt, b quia tūc primo vulnerans non letaliter tenetur de vulnerato non de occiſo. *l. item mella. §. ſi plures. & l. huic ſcriptura. ff. ad l. Aqu.* Sed ita eſt in propoſito. nam iſte Nouellus primo vulnerauit non mortaliter, & poſtea ſuperuenit infirmitas mortalis quæ erat vulnus naturale, Ideo primo vulnerans non letaliter ſiue mortaliter tenetur de vulnerato non de occiſo per dicta iura.
25 † Et ſi dicatur poſtremo immo & vbi duo vulnerant mortaliter. ſi tamen coniunctio vtriuſque vulneria cauſat mortem cum nullum iſtorum de per ſe cauſet quilibet tenetur de occiſo ſecundum Bar *in d. l. ſi in rixa.* quia verum eſt occidiſſe. *l. itē mella. §. ſi plures trabem ff. ad l. Aqui. & ita not. in cap. ſignificaſti. extra de homic.* ideo quilibet eſt irregularis. *13. q. vlt. ca. ſi.* Reſpondeo illud procedit ratione incertitudinis. vnde non poteſt ſciri cuius cauſa principaliter mortuus ſit. Sed in caſu noſtro ſciri poteſt, quod vulnus primo illatum non erat mortale ideo licet ſuperaddatur ſecundum mortale à natura primum non dicitur mortale. vt ſupra probaui ſicut vbi vnum eſſet mortale aliud nō & ne ſciretur quis intuliſſet, quia omnes videntur occidiſſe ratione dubii *l. item mella. §. ſi plures. ad l. Aqui. per Bar in d. l. ſi in*
26 *rixa* † Ex quibus concludo quod ex eo quod vulnus illatū citius præſtiterit cauſam mortis non dicitur mortale, quia iſtud dicere eſſet ſtultum, & contra omnia iura. nam nemo dubitat quod ſi vnus primo vulneratur non mortaliter & ſecundo vulneratur mortaliter, quod iſte ſecundo vulneratus moritur citius propter primum vulnus & ſangui-
27 nis effuſionem ex primo vulnere factam, † quia ſecundum Phyſicos omnis ſuperflua ſanguinis effuſio mortem accelerat, & tamen primo vulnerans non tenetur de occiſo. *l. item mella. §. ſi plures. & l. huic ſcriptura. §. 1.* & ſupra dixi. & licet ergo in caſu noſtro iſtud primum vulnus non mortale feciſſet accelerari infirmitatem omnino ex corporis diſpoſitione venturam, ſeu citius detexiſſet illam infirmitatem propter ſanguinis effuſionem, non tamen propterea cenſendus homicida. vt ſupra ſatis conſtat, & ſine ratione eſſet qui de hoc dubitaret, alias diceremus quod incutiens ſeu inferens magnum timorem vulnerato eſſet homicida, quia ſæpe viſum eſt ſecundum phyſicos mortem ex timore accelerari, quod dicere ſtultum eſſet.

Ex quibus omnibus ſatis conſtat iuſtum non eſſe homicidam qui primo non mortaliter vulnerauit. Ex hoc probo per deductionem ad abſurdum. pono quod Nouellus nullo modo

percuſſit

percuſſit hic ſed ſolum Pet. in manu vt præſuppo-
nitur cum magna ſanguinis effuſione per 70. dies
detecta eſt infirmitas. ſ. ptiſis in Hiero. & mortuus
eſt ex ptiſi. diceťne quiſpiam hunc P. damnandum
de homicidio. Certe nemo & tamen ſatis conſtat
ſecundum omnes quod magna ſanguinis effuſio
ex manus percuſſione contingens debilitauit na-
turam & accelerauit ptiſim.& conſequenter mor-
tem percuſſit, igitur qua ratione non diceremus.
Petrum homicidam eadem ratione, nec dicere-
mus Nouellum ex quo percuſſit vulnere quod cō-
ſtat non fuiſſe mortale. Hæc pro veritate ſufficiant.
28 † Supereſt modo quartum quia dicerent forte iu-
dices, & ſi de iure iſte eſſet abſoluendus ab homici-
dio tamen ex forma ſtatutorum Vincentiæ iſte ne-
ceſſario eſt damnandus quia ſtatutum vult quod
vbi contra contumacem non poteſt conſtare de
crimine debet pecuniariter damnari & ad inqui-
rendum, ſed ita eſt in caſu præſenti. Profecto nec
hoc nihil ob. immo diligēter eſt aduertendū, quo-
niam tres caſus poſſunt contra contumacem con-
tingere & ſtatutum tantum duos ponit & tertium
omittit qui eſt caſus noſter. Primus caſus eſt vbi cō-
ſtat de crimine & hoc ſtatutum corrigit ius com-
mune quoniam ius commune vult non poſſe ab-
ſentem damnari, ſed tantum procedit vſque ad an-
notationem bonorum, *vt l. abſentem. C. de accu. & l.
abſentem. ff. de pœn.* Iſte caſus non contingit. Secun-
dus caſus quem ponit ſtatutum eſt quando per ab-
ſentiam non poſſet cōſtare de crimine vel non cri-
mine ſeu de nocentia vel innocentia, & tunc ſta-
tutum permittit iſtum poſſe damnari pecuniariter
& ad inquirendum. nec in iſto caſu ſumus nos. &
hos duos caſus poſuit ſtatutum allegatum. Tertius
caſus eſt quando ex proceſſu facto contra abſen-
tē cōſtat de eius innocentia & hic dico ſtatutū non
poſſe habere locū ꝙ vult abſentē pecuniariter con-
demnari & ad inquirēdū. Quoniam etiā ſtatutū di-
ceret expreſſe quod abſens cōtumax habeatur pro
confeſſo & damnari poſſit non debet intelligi ſta-
tutum de illo contumace de cuius innocentia vere
ex proceſſu conſtat vt pulchre no. Bar. *in l. abſentem.
ff. de pœ.* non potuit ergo damnari iſte Nouellus li-
cet abſens & cōtumax. Sed ego plus dico quod non
ſolum non debet damnari ſed debet abſolui. nam
ſi ſtatutum permittit iudici quod damnet contu-
macem repertum nocentem. ergo fortius intelligi
ei permiſiſſe vt innocentem repertum abſoluat. Et
hoc oſtendo per tex. vbi de hoc eſt caſus, & ita no.
29 But. *in c. veniens extra de accuſ.* † vbi licet contra accu-
ſatum contumacem non poſſit iudex ferre ſenten-
tiam vt. *d. l. abſentem.* tamen ſi aliquo modo conſtat
iudici de innocentia rei, debet imponere ſilentium
accuſatori. Et ratio eſt vt dicit But. ibi quia magis
exuberat officium iudi. in abſoluendo quam in cō-
demnando, & iudex debet ſemper pro contuma-
ce ſupplere *vt l. properandum §. ſin autem reus. C. de iud.*
Si ergo iudi. officium potentior eſt in abſoluendo
quam in condemnan. & in caſu noſtro ſtatutum
Vincen. dat poteſtatem iudici condemnandi con-
tumacem ſi conſtat de innocētia. ergo fortiori ra-
tione creditur dediſſe poteſtatem iudici de abſol-
uendo innocentem in qua abſolutione magis ex-
uberat iud. officium. Et quod ita debeamus tres ca-
ſus diſtinguere, aut conſtat de iniuſtitia contuma-
cis aut neque conſtat de iniuſtitia neque de iuſti-
tia. Aut tertio conſtat de iniuſtitia & quod inter
iſtos duos caſus vltimos ſit conſtituenda differen-
tia patet quia ita diſtinguit imperator *in d. l. prope-
randum §. 1. & ſeq.* Nec debemus iſtos duos vltimos
caſus à pari iudicare quod non cōſtet de innocen-
tia, vel nocentia. nam ille vlti. caſus nimis eſt diſſi-
milis à caſu proximo, vt ibi patet. Ex quib. omnib.
concludo circa quatuor fundamenta. Primo quod
iudex debuit & debet admittere quemcunque vo-
lentem defendere iſtum qui abſens poſſet damna-
ri ſi eſſet nocēs. Secundo quod ſi noluit eum audire
durante proceſſu debet ſaltem illum audire in allo-
gationib. iur. per quas quis non ſuſciperet proceſ-
ſum. Tertio circa merita oſtenſus eſt innocens.
Quarto & vlti. oſtenſum eſt quod ex quo eſt inno-
cens debet diffinitiue abſolui non obſtante ſtatu-
to ſicut etiam debuiſſet nocens repertus condem-
30 nari. Et ad hoc me maxime mouet, † quia in male-
ficiis debet attendi cauſa quare iſti moti fuerunt ad
maleficium. *l. aut facta. ff. de pœ. & perſona contra quam
intenditur vt ibi.* Cauſa autē fuit ad recuperationem
rerum ſuarum quod licuit. *vt no. in d. c. ſuſcepimus.* Et
dicitur mihi quod ille qui fuit mortuus ibat noctis
tempore occidendo porcos & ea nocte & eodem
inſtanti vnum occiderat. Et poteſt probari contra
eum fuiſſe acclamatum tanquam cōtra furem no-
cturnum. Et item iſti putabant quod porcus quem
ſenſerant clamare eſſet ſuus, quæ omnia conſidera-
ta etiamſi verum eſſet maleficium eſſet probatum
deberēt mouere iudicem ad damnandum homici-
dam tāquam de homicidio culpoſo & non doloſo,
31 vt nota. Barto. in ſimili de eo † qui occidit eum quē
putabat bannitum cum non eſſet, & nō erat in cul-
pa, quia minus diligenter inquiſiuerat, nam debet
puniri tanquam de maleficio culpoſo & non dolo-
ſo, vt ipſe no. *in l. ſi. ff. de adul. & in l. 2. §. hac actione. ff. vi
bono. rapto. & in l. lex Cor. ff. ad l. Cor. de ſic. & ibi Bar.* Et
iſta ratio debet mouere omnem iuſtum iudicem,
& bonum virum. Hęc omnia quę ſupraſcripta ſunt
puto eſſe de iure vera. Ego Franc. de Capitibus liſte
de Pad. legum docto. & Comes ibidem iura ciuilia
legens ordinarie.

ADDITIONES.

a Ego tenui.] *Ad iſtam concluſionem qua quotidiana &
practicabilis eſt. adde Bart. in conſi. inci. à domino Cy.
de Bononia, & in extrauag. ad repri. verſi. ſine figu-
ra. d. Alex. de Imol. cuſtodias. ff. de pub. iudi. multa per
Paul. de Caſtr. in conſil. 34. Canon. in capit. cum inter
de exce.*

b Letale ſecutum eſt.] *Ad iſtam practicabilem concluſio-
nem vide d. Bart. Soci. in conſi. 178. incip. primo aſpe-
ctu. ver. 4. & vlt. & ver. pro cuius concluſionis funda-
mento cum plu. ſeq. in 2. vol. chart. 49. & vide Bal.
in c. 1. col. 5. ver. ſed quid eſt quibus modis feud. amit.
dom. Alex. de Imol. in l. damni. §. fabri. ff. de damn.
infect. Ang. & doct. in l. item mella. §. celſus ſcribit. ad
l. Aquil. alleg. in tex.*

CONSILIVM XLI.

SVMMARIA.

1 *Interficiens eum, qui ipſum vulnerauit, an de occiſo teneatur, numeris omnibus ſequen. per totũ conſilium.*

2 *Vim vi licere repellere non ſolum omnes leges, omniaque iura permittunt, etiam ipſum inuaſorem occidendo, quando nos aliter ab iniuria tueri non poſſumus.*

3 *Inuadẽs aliquem iuris præſumptione criminis auctor interpretatur.*

4 *Confeſſio, quod aliquis fecerit ad ſui defenſionem licet in criminalibus non plene probet pro ſe, in ciuilibus tamen non minus probat pro ſe quam contra ſe.*

5 *Iuramentum purgationis ſupplementum probationis in cauſis criminalibus deferri quandoque poteſt.*

6 *Percutientem fuſte, fuſte etiam repercutere debemus, non autem diſpari armorum genere.*

7 *Rixantibus ex duobus quando vnus eſt magis vulneratus quam alius, præſumptio culpæ contra quem fiat.*

8 *Honoris detrimentum vnicuique non minus quam vita charus eſſe debet.*

9 *Inuaſio cum excedit modum defenſionis à iure permiſſa inciditur in culpam quæ dolo non comparatur.*

10 *Culpa leuis quæ dicatur & quæ leuiſſima.*

11 *Pater occidens adulterũ, & inſecutus poſtea, horis interpoſitis filiam, eadem ira occidere dicitur.*

12 *Milites priuatos, qui itinera frequentata inſidiis aggreſſoris obſederunt, vlciſcendo interficere licet.*

13 *Latrones diurnos, ſi telo defendant, non autem offendãt, occidere licet, nocturnos autem quoquomodo.*

14 *Aggreſſorem occidere licet, vbi ſuſpicio inuaſionis nõ eſt.*

15 *Homicidium per dolum cõmittens criminaliter puniri non debet, ſi primo occidens vulneratus fuerit.*

1 IN Chriſti † nomine. Cũ Petrus Ma-
luſatus olim ſub pignorib. gratuite
quaſdam pecunias Iacobo Mazaro-
no mutuaſſet intellexiſſet quod di-
ctum Iaco. inter creditores ſuos ali-
quos pecunias diuiſiſſe admiratus hominis duri-
tiam & inurbanitatem ad eius domum ſe contulit
conqueſtus etiam pignorum ſuorum venditionem
ſubhaſtationemque pollicitus niſi etiam ſibi pecu-
nias reddidiſſet in quo inclemẽter ſuſceptus quod
bene pati poſſet tanquam bonas vt aiunt ſpatulas
haberent, tandem promiſſa ab ipſo Iacobo ſuorum
pignorum venditione d. Iacobus ſecum ad plateas
ſimulauit accedere vt rationum codicem cum d. P.
deſpiceret. vt Fabiani Molendinarii teſtificatione
continetur. Accepta igitur clam ſquarcina iuxta
eum perrexit donec ad quendam aditum ſeu tranſ-
uerſo applicauerunt vbi non plus quam vni trãſi-
tus erat poſſibilis, & cum facto quodam de tranſitu
eſſet orta contentio, tandẽ perſuaſionibus d. Ia. Pet.
aditum prætentauit. tum Iac. nullo verbo aut ſigno
dato gladium ſubito educit ac currit retro ſuper ca
put Petri illum vi doloque deducit. & eum incau-
tum vulnerauit. at Pe. rei nouitate & vulnere ac ictu
ſimul contremefactus clamore in latronem edito
ſeſe conuertit alterumque ictum quo ipſum in
capite percutere nitebatur pedali quodam gladio
deuitat. nec tamẽ impune ſed illo ictu duobus rece-
ptis vulnerib. altero q dẽ in tẽpore, & altero in ma-
nu. Et hic quidem inſultus hactenus duobus inte-
gerrimis teſtibus comprobatur. Tunc Pe. abiecta
daga Iacobum amplectitur. & ſtricte alligat eoque
reluctante ambo in terram cadunt. altero modo e-
mergente modo ſubſidente. Tandem Pet. euadit
& gladium manu Iaco. abſtrahit. ipſumque duobus
vulneribus onerat altero in nate. altero in capite cũ
cutis abraſione. & demum ipſum Ia. arrepto gladio
qui iacebat in terram contra ſe irruentem ſauciat
altero quidẽ in brachio. & altero poſt ſinciput. ex
quibus ipſe poſtea mortuus eſt proteſtante tamen
d. Pe. ante iſta vulnera quod ſeſe dimitteret. viden-
dum eſt quid iuris. an de iniuria Petrus illum occi-
deret. Et profecto mihi videtur tribus rationibus
concludendum quod iure illum Petrus occiderit.
2 & ex hoc facto nullam pœnam mereatur. † nã cum
vim vi repellere non ſolum omnes leges omniaque
iura permittant etiam occidendo ipſum inuaſorem
quando nos ab iniuria aliter tueri non poſſumus.
*vt l. ſcientiam §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqu. & cle. ſi furio-
ſus. in fi. extra de homi.* verum etiam id iure naturali o-
mnib. animalibus conceſſum ſit, *vt l. 1. §. cum arietes.
ff. ſi quadr. pau. fec. di. 1. diſt. ius naturale. c. delicto. extra de
ſen. excom. lib. 6. & cle. paſtoral. extra de re iudica.* Et de-
nique omni gentium more cõſuetudine receptum
ſit. *vt l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. l. ſed & ſi quocunque ff. ad
l. Aqui.* quam calumniam incurrat hoc Pe. aut quam
pœnam non video. Probat enim quod illum ſe fer-
ro potentem occiderit ex fratris Simonis teſtifica-
tione. cuius teſtimonio iura maxime credi volunt
atque permittant. *vt in §. cogitandum. in auc. de mo. & l.
presbyteri. C. de epiſ. & cle.* Accedit huic rei fama con-
ſentiens quæ quidem cum ſtatim ſit orta in loco il-
lo & ex veriſſimis coniecturis non parum habet fi-
dei & auctoritatis, *vt l. 3. §. eiuſdem quoque principis. ff.
de teſti. l. de minore. §. tormenta ff. de quæſt. l. admonendi. de
iureiur.* de quo per fratrem Matheum venerabilem
religioſum & magiſtrum Zanelam Barbe ſatis ab-
3 undeque dicitur. Accedit & iuris præſumptio † quæ
contra inuadẽtem & criminis auctorem interpre-
tatur qui fuit Iac. Mazoronus. *l. quoniam multa. C.
ad l. Iul. de vi. & l. ſi vt allegas. C. de ſica.* ipſum quæ ius
præſumit quod inuaſus videatur in dubio potius fa-
cere ad defenſionem quã ad vltionem *vt l. ſi ex pla-
gis. §. tabernarius. & ibi gl. ff ad l. Aquil. & no. in l. 1. C. vnde
vi.* Accedit inſuper modificatio confeſſionis factæ
per patrẽ d. Petri qui confitetur non occidiſſe ſim-
pliciter, ſed Pe. occidiſſe ad ſui defenſionem † quæ
4 quidem confeſſio licet in criminalibus plene pro ſe
nõ probet. *l. Aurelius. §. Caius de liber leg. & l. 1. de confeſ.*
tamẽ cũ in ciuilib. non minus ꝓbet pro ſe q̃ contra
ſe. *vt l. non vtique vt ibi not. ff. de exce. & c. exceptionem
obiiciens de reg. iur. lib. vi.* videtur dicendum quod ſal-
tem hic faciat aliquam præſumptionem pro ipſo
5 confitente. † Supereſſet denique iuramentum pur-
gationis in ſupplementum probationis quod vti-
que in hac cauſa etiam deferri poteſt vt not. gloſſ.
*in l. 1. C. de ſica. & in l. 3. §. quacunque. ff. de iureiur. & l. in
bonæfidei. Cod. eod. titul.* Verum ſi dicatur tantum il-
lam defenſionem à iure comprobari quæ fit cum
moderamine inculpatæ tutelæ. *l. 1. Cod. vnde vi. & c.*

OO *cum olim.*

tiis debebit reputari leuiſſima, quoniã ſi videmus
quod interdum animus iracundia turbatus & in-
cenſus ſe continere nõ poteſt quin rationem exce-
dat atque propter calorem iracundiæ lex pœnam
non irroget ſed potius ei parcat, *vt l.quod calore. ff.de*
reg.iur.l.1. C.ſi quis impe.maledi. & l.3. C.de re.cre. Sic vi
demus quod etiam lex ei parcit quãdo doloris im-
impatiẽtia aliquid in ſe vel in alios crudeliter ege-
rit. *vt l.diuus.ff.de offi.præſid.l.3.§. ſin autem.ff.de his qui*
ſibi mor.conſcine. Si ergo videmus quod *l.ex parcit* qui
iuſtum metum habuerit eique opem ferat, *vt in tit.*
ff.& C.q.metus cauſa. quoniã humana fragilitas mor-
tis cogitatione turbata minus memoria poteſt *l.*
hac conſultiſſima.§.at cum humana.C.de teſtamen. quam
culpam poterimus in Petro cogitare in quo iracũ-
dia quidem non parua ex tanta ingratitudine & in-
iuria Iacobi non etiam paruus dolor ex tribus vul-
neribus. aut metus exiguus mortis inſtantis ipſum
vndique rapiebant quis adeo prudens & men-
tis adeo compos eſſe potuiſſet vt ſtateram ha-
bere potuiſſet in manibus. & tot in vnum collatas
perturbationes ſedare & nihil vltra rectum citra-
que feciſſet, & maxime in tam breuiſſimo tempo-
re in quo nec olla feruẽs ab igne depoſita quieſce-
11 re potuiſſet.† Dicendum ergo quod ſicut pater oc-
cidens adulterum & inſecutus poſtea etiam inter-
poſitis horis filiam dicitur eadem ira occidere. *vt l.*
quod aut.in fin.ff.de adul. Item etiam Petrus occidens
illum ſine magno interuallo dicitur eadem ira il-
lum occidiſſe, neque poſſe de homicidio doloſo te-
neri ſed culpoſo. ea quidem adeo tenui atque leuiſ-
ſima vt nullam pœnam omnino mereatur. Supereſt
igitur tertia ratio quod etiam ſi vlciſcendi animo
Petrus Iacobum occidiſſet, nihilominus tamen i-
12 pſe pœnam non mereretur. † nam priuatos mili-
tes qui itinera frequẽtata inſidiis aggreſſoris obſe-
derunt licet vlciſcendo interficere *l.1.C.quando liceat*
vnicuique ſe ſine iud. vindi. facit l.deuotum.C.de metatu.l.
13 *12.* † Item latrones diurnos ſi ſe telo defendant non
a dico offendãt licet occidere *a* nocturnos vero quo-
quo modo *l.itaque.§.1.ad l.aquil. & c.ſi perfodiens extra*
de homic. Ergo multo magis licuit occidere hunc Ia-
cobum etiam ad vltionem, quia in loco publico &
itinere frequẽtato ipſum Petrum inſidioſe aggreſ-
ſus eſt nam minus in me deliquit, qui ſtans inſidiis
alicuius vitæ me nunquam inuaſit quam iſte qui in-
uaſit & vulnerauit. Item minus delinquit qui ſe de-
fendit telo quam qui me offendit, & minus delin-
quit inſidioſe latens quam prodiens ad offenſam,
& tamen propter legis ſuſpitionem eos, licet vlciſci
& offendere vt in præalleg. iur. Facit *l.ſi ſeruus. C.de*
his qui ad ec.confu. Tertio dicendum eſt per maiori-
14 tatem rationis. † quod in hoc caſu vbi non erat ſu-
ſpitio inuaſionis ſed certitudo & actus quod liceat
ipſum occidere aggreſſorem. & ita dicebat ſingula-
ris Præceptor meus debere intelligi *l.2.& 3.C.de ſica.*
quæ loquuntur de latrone aggreſſore & quolibet
alio vocante nos in diſcrimen vitæ vt eos occiden-
dæ nullam calumniam metuere debeamus. Et hoc
inſuper confirmabat colendiſſimus pater & præce-
ptor meus do. Frã. de capitib. liſte per ſingularẽ do-
15 ctrinã Bal. *in l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.* qui ſentit † quod
committẽs homicidium per dolum non debet pu-
niri criminaliter ſi primo ipſe occidens fuerat vul-
neratus. quia dolor vulneris dedit cauſam dolo. Et
ita dicit debere intelligi. *l.ſi ex plagiis §. tabernarius.ff.*
ad legem Aquil. Ex quibus omnibus magnifice præ-
tor & excellentiſſima curia iam ſatis clare apparet.
Petrum maluſatum ſiue ad defenſionem probatam
ſiue præſumptam fecerit hoc homicidium, neque
pro dolo neque pro culpa lata poſſe criminaliter
condemnari cum culpa talis & etiam dolus per le-
ges puniri non debeant. Videant igitur magnificẽ-
tia & excellentiæ veſtræ innocentiam ſuam videant
neceſſitatem, intueantur diuinam gratiam à qua
eſt præſeruatus. intueantur dnos clericos tanquam
dnos angelos de ſua defenſione teſtificatos, & tale
faciant iudicium quale ab omnib. exoptatur. nam
hoc iudicium non ſolum ad Petrum & Iacobum
pertinebit. verum ex hoc omnes intelligent quid
de aliis iudicaturi ſitis qui in latrones inciderint. Et
niſi hunc abſolueritis omnes ſibi perſuadeant, aut
eſſe ſibi à latronibus aut à veſtris ſententiis pereũ-
dum ſi ſe à latronibus interfici non pertulerint. Et
ita videtur iure eſſe mihi Ioan. Iacobo can. doc. Pa-
taui. &c.

ADDITIO.

a Occidere.] *Ad hoc vide Paul.de Caſtr.in conſ.cc.& in con-*
ſi.224.inci.in cauſa carceratorum. & in conſi. 192.Bar.
in l.ſi ſeruus.C.de his qui ad ecc.cõfug.doct.in l.furẽ.ff.de
ſic.& in l.4. ff.ad legẽ aquil.& in l.1.C.vnde vi.& in l.1.C.
de his qui latro vbi colliges totam materiam huius cõſilij.

CONSIL. XLII.

SVMMARIA.

1 *Aggreſſus primo, ſeu vulneratus in quibus caſibus aggreſ-*
ſorem ſeu vulnerantem occidere poßit, & quo defen-
ſionis moderamine vti debeat, numeris omnibus ſe-
quentibus. per totum conſilium.
2 *Defenſio omni iure & conſuetudine licita eſt.*
3 *Aggreſſorem videns contra ſe cum telo venientem an fu-*
gere teneatur.
4 *Vulneratus ſi ex interuallo inſultum in vulnerãtem fe-*
cerit, feciſſe videtur animo ſe vindicandi, non autem
ſe defendendi.
5 *Maleficium doloſum cauſatum à dolo aduerſarij inſultã-*
tis deteriore, quomodo puniri debeat.
6 *Dolori iuſtißimo lex parcere videtur.*
7 *Maleficiũ cõmiſſum per latã culpam quomodo puniatur.*
8 *Maleficij contra auctorem omnis interpretatio fit.*
9 *Defendendo ſe quo caſu quis iuſte occidat.*
10 *Maleficium per leuem culpam quo caſu quiſpiam com-*
mittere dicatur.
11 *Dolus præponderat culpæ.*

1 IN Chriſti† nomine amen. Multa &
ſapiẽter dicta ſunt per eximium iu-
riſconſul. d. Io. Ia. canon. pro defen-
ſione Petri maluſati quæ quia ſapiẽ-
ter & ornate dicta & legib. auctorita-
tibuſque ſunt comprobata non ſunt vlterius repe-
tenda à me. maxime qui iam pridem contraxi ini-
2 micitiam cũ multitudine verborum. † Præſuppo-
ſito itaq; eo quod veriſſimum eſt quod omni iure
& conſuetudine licita ſit defenſio, *vt l.vt vi. ff. de iu-*

*ſti.& iur.l.1.§.cum arietes ff.ſi quadru.pau.ſe.dica.vt aliu
ſupra alleg.* adhibita tamen moderatione vt iſta de-
fenſio non ſe extendat ad vindictam, quia tunc
videtur factum ad vindictam non ad defenſionem,
vt l.1.C.vnde vi. itaque communis doctrina *in d.l.1.&
gl.doct.* nos docet quando quis dicitur offendiſſe ad
tuitionem & quando ad vindictam & vltionum. v-
3 bi conſidero plures caſus. † Primus caſus eſt quādo
quis videt aggreſſorem erga ſe cum telo venientem
& nōdum erat ab eo percuſſus & conſtat quod po-
tuiſſet fugiendo rixam euitare & tamen id noluit,
quo caſu licet Cy. & alii vltramon. diſtinguant. an
ſit talis cui fuga ſit verecundia vel non. tamen Bart.
& communiter Moder. Ang. & Saly. & alii *in l. 1. C.
vnde vi.* tenēt quod indiſtinctè nullus tenetur fuge-
re & poteſt expectare venientem & ſe defendere, &
ſi ſe defendendo aduerſarium occidat nulla pœna
punitur. & quoniā iſte nō eſt noſter caſus alıter nō
4 inſtabo. † Secundus caſus expeditus quando quis iā
percuſſus eſt ab alio inſultante & poſtquā ab inui-
cem ſuni diuiſi & ſedata eſt omnis rixa & calor vul-
neris & armorū remiſſus eſt. is qui fuit vulneratus
ex interuallo inſultum fecit in vulnerantem. iſte
enim ſine dubio videtur feciſſe animo ſe vindicādi
& non animo defendendi. Et ita glo & omnes doc.
concludūt *in l.1. C. vnde vi.* nā iſte dicitur inſultū iſtū
5 doloſe feciſſe & tenetur *l.Cor.de ſica.* † Alius caſus eſt
quando percuſſus aliquandiu ſe defendit conten-
dēdo armis cum percuſſore & tādē is qui percuſſe-
rat timens iam percuſſum arripuit fugam, & iā erat
ita remotus vt percuſſus non potuerit veriſimiliter
dubitare ſe debere repercuti, & percuſſus admo-
dū poterat in tuto remanere. quia forte arripuerat
arma ipſius percutientis, nec ibi erant alia arma de
quibus veriſimiliter percuſſus ſe repercuti debue-
rit timere. tamen laceſſitus iniuria & ita ſanguino-
lentus incontinenti iuſto dolore commotus cur-
rens inſequitur aggreſſorem & ad illum appropin-
quans percutit percuſſorem, hoc enim caſu iſte di-
citur dolo & animo vlciſcendi feciſſe. Et licet iſte
ſit dolus & maleficium doloſum, tamen quia iſte
dolus cauſatur à dolo deterio: aduerſarii inſultan-
tis, & ſi iſte delinquens ſic puniendus de homicidio
doloſo, tamen minus punitur & non pœna mortis.
Et ita ſingulariter dixit Bal. *in l. vt vim de iuſtitia &
iur.* allegans caſum iſtum mirabilem vbi qui dolo
6 occiderit non tamen punietur ad mortem. † Lex
enim parcit iuſtiſſimo dolori cauſato à dolo aduer-
ſarii inſultantis non dico parcit quaſi non teneatur,
imo debet acriter puniri ſed non pœna
mortis, ſed aliter iudicis arbitrio vel corporali-
ter in abſciſione membri, vel alias pro criminum
qualitate. arg. eorum quæ infra d·cam de male-
7 ficio culpoſo. † Alius caſus eſt quando vulneratus
ſtatim quod vidit ſe in facie vel aliter ex improuiſo
vulneratum inſequitur vulnerantem incontinenti
qui fugit, & licet vulnerans fugiat, tamen adhuc
habeat arma cum quibus vulnus intulerat & pote-
rat retrocedere & iterū vulnerare hoc caſu aliquid
poteſt imputari illi qui inſequitur fugientem & id
videatur feciſſe animo vindictę tamen quoniā poſ-
ſet capi minor coniectura vt fecerit volens ſe red-
dere tutum à futura repercuſſione ſi forte rediſſet
iſtud maleficium dicitur eſſe cōmiſſum per latam
culpam & conſequenter dicitur maleficium culpo-
ſum & non doloſum quod ſimiliter dico puniendum
ſed non pœna mortis, immo nec tanta pœna
quanta dixi debere puniri in caſu proxime præta-
cto. & ita ad literam Bal. *in d. l. vim. & Salyc. ad literam
in l.1.C. vnde vi.* dicens quod iſta opinio eſt æquior &
humanior igitur amplectenda *l. reſpiciendum §.1 ff. de
pœnis* vt iuſtitia ſit admixta cum temperamento be-
nignitatis vt ibi. & cū iſte animus potuerit eſſe ſim-
plex animus vlciſcendi & punibilis quaſi ex dolo &
animus ſe defendendi non ita punibilis melius eſt
in dubio nocentem abſoluere quam innocentem
8 condemnare per iura vulgaria. † Et quoniā omnis
interpretatio ſit contra auctorem maleficii *in l.quo-
niam. & ibi per glo.C. ad l.Iul.de vi. & ſupra dictum eſt.* Et
9 adhuc iſte non eſt caſus noſter. † Sed eſt & alius ca-
ſus quando percuſſus cœpit ſe iuſte tueri contra in-
iuſte percutientem & contra iniquum aggreſſo-
rem & continuata rixa ſemper ſe defendendo oc-
cidit aggreſſorem iſte caſus nullum habet dubium,
quia iſte nullam dicitur culpam commiſiſſe. Caſus
eſt ad literam. *in leg. is qui aggreſſorem. & in leg. ſi quis
percuſſorem. Codic. ad l. Cornel. de ſica.* vbi imperator di-
cit quod talis ſe defendendo iuſte occidit & quod
nullam culpam committit, ſed nec iſte iudicio meo
eſt caſus noſter, quoniam Petrus maluſatus non ita
caret omni culpa quemadmodum ſi in pugna acri-
ter percuſſiſſet & ſe defendendo. Sed poſtremo & a-
lius caſus & iſte eſt caſus noſter in quo nolo diffite-
ri quandam culpam leuiſſimam poſſe impingi Pe-
tro quoniam cum Petrus ipſe acriter duobus vul-
neribus eſſet percuſſus ſuper caput proditorie, &
cum eſſet incautus & aliquandiu ipſis Petro & Ia-
cobo in terram proſtratis inuicem contendentibus
datum eſſet diuino munere vt Petrus arma traxerit
de manibus Iacobi aggreſſoris hic ſunt duo caſus
10 conſiderandi. † Si quidem Petrus videns Iacobum
omni auxilio armorum deſtitutum iacētem in ter-
ra timens ne ſurgeret & ſibi iterum arma arriperet
qui non erat ita veriſimilis timor hoc metu eum
percuſſit dtcerctur per culpam leuem maleficium
commiſiſſe quo caſu Bald. *in d.l. vt vim:* videtur velle
iſtum non debere puniri quaſi dolus Iacobi aggreſ-
ſoris præponderet culpæ Petri qui cōſtitutus in ira-
cundia & dolore vulnerum illatorum non potuit
ita cum ſtatera æque metiri. Sed alius eſt caſus no-
ſter qui culpam Petri adhuc reddit faciliorē quā Ia-
cobi aggre. qui erat vir robuſtus & iuuenis & qui ita
pari certamine cum Petro contendebat vt quando
ſepoſitis armis in amplexus contentioſos deuene-
runt modo vnus modo alter fuerit victor & vi-
ctus quod arguit magnam virium paritatem. Item
licet Petrus ſurgens manu comprehenderit arma
Iacobi percuſſoris dubitabat veriſimiliter ne ip-
ſe Iacobus arma Petri ibi coram ſe in terra exi-
ſtentia caperet vti poſtea fecit & illū nouis vulne-
rib. afficeret, qui ſolus metus ſubſiſtēs redderet Pe.
in culpa leuiſſima cauſata à dolo aggreſſoris. & con
11 ſequenter non punibili † quoniam dolus præpon-
derat culpæ *l item ſi obſtetrix. ff. ad legem Aquil.* itaque
reſpectu

reſpectu dictorum vulnerum illatorum dum Iaco-
bus nondum pedibus ſurrexiſſet. Fatcor plane Pe-
trum fuiſſe in culpa leuiſſima non punibili, tamen
per prædicta, ſed res noſtræ eo clarior eſt reſpectu
aliorum duorum vulnerum quoniam cõſtat quod
Iaco. aggreſſor accepto ſibi gladio ſuo per Petrum,
& ipſum gladium Petri in terra iactatum manibus
apprehendit, & diabolicam eius inſtigationem cõ-
tinuans acrius irruebat in Petrum, quo impetu in
Petro cauſatus eſt mortis iuſtiſſimus metus. nam ſi
Iacob. nulla affectus iniuria, & nullo vulnere ſau-
cius mortem Petro iuſerre curauerat qualem de-
buit Petrus credere erga ſe futurum Iacobum ir-
ruentem in ſe duobus iam vulneribus percuſſum
itaque prima duo vulnera quæ Petrus intulit leui
culpa intulit. Et in hoc caſu non punibili quoniam
debuit credere quod qui percuſſit ſi ſe ſubleuaret
eſſet intentiones repercutiendi. Et ita dicunt iudi-
caturi ſuſpicari, vt ſingulariter dixit Bald. *in dict. l.
vt vim.* Item & alia duo vulnera illata ſine culpa
vlla per Petrum ſunt illata à ſe pro tutela vitæ ſuæ
neceſſario defendendo. Ex quibus ipſa vi ſaterio-
portet quod iſte modicus exceſſus ſit impunibilis
per rationes ſupra ſapienter allegatas. non repeto
ne incurrere videar crimen quod iam damnaui.

Et ita dico & conſulo intrepide ego Franciſcus
de capitibus liſte de Padua legum doctor & comes
ibidem iura ciuilia legens ordinariæ.

CONSILIVM XLIII.

SVMMARIA.

1 *Homicidium doloſum quibus in caſibus dicatur quando primo percuſſus percutientem interfecerit, & qua moderata defenſio dicatur, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*
2 *Homicidium doloſum capite & pœna mortis non punitur, licet aliquis fuerit in lata culpa*
3 *Percuſſus primo aufugere non tenetur, ſi primus percutiens in rixa perſiſtit.*
4 *Defenſio paſſim & indiſtincte eſt de iure naturali: & ita in rixa competit ſicut contra appenſate percutientem.*
5 *Percuſſionis dolore ſi vnus alterum percutiat, puniri non debet.*
6 *Malum vbi ex conflictu contingit, illud aggreſſor imputatur.*
7 *Defenſio & reſiſtentia in tribus contingit.*

1 IN Chriſti † nomine amen Magnifi-
ce ac iuſtiſſime prætor, nec non vos
clariſſimi iuriſcõſulti Paduę aſſiden-
tes. In hac cauſa Petri maluſati diſtin
guẽdi ſunt iudicio meo hi caſus quã-
tum attinet ad factum Petri. Aut enim facta eſt in-
iuria vel offenſa in perſonam & percutiens aufugit
& percuſſus inſequitur eum & illum occidit, & tũc
licet doloſum fuerit homicidiũ. i. quia exceſſit mo-
dum, quia non occidit cum moderamine inculpa-
tæ tutelæ eo quia aliter facere poterat quominus
occideret. *iuxta l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aqu.*
& ſic poſtquã fugiebat primus percutiẽs dicatur in-
ſequens eũ & occidẽs potius feciſſe ad vlciſcendum
quam ad defendẽdum. *iuxta gl. 23. q. 1. in ſum. & no. ibi
per Archid.* punitur ſed non pœna de homicidio do-
loſo, ſed mitius quia prouocatus fuit & occiſus de-
dit cauſam occiſioni. Ita determinabat Bal. ſingu-
lariter *in l. vt vim. de iuſti. & iur. quem etiam ſecutus eſt
d. Lud. de Ro. in ſuis ſingularib.* dicens quod eſt valde no.
2 † quod homicidium doloſum non puniatur capite
& pœna mortis, licet ille fuerit in lata culpa meri-
to, quia lata culpa non æquiparatur dolo vbi venit
imponenda pœna mortis *l. in lege. ff. ad l. Cor. de ſic. idẽ
determinat But. in c. olim cauſam. quod eſt ante. c. literas. de
reſti. ſpol. ad fi. & iſte non eſt caſus noſter.* Et eodem mo-
do quando primus percuſſus iuiſſet domũ & coad-
iuuaſſet amicos & iuiſſet repertum illum à quo ag-
greſſus fuit & qui primo percuſſit, & ſic primus ca-
ſus etiam quando qui primo percuſſit non reper-
cuteret neque perſiſteret in rixa immo aufugeret.
Secundus caſus eſt quando primus aggrediens per-
ſiſteret in actu rixandi & non aufugeret, quia pri-
mo inſultatus non teneatur aufugere quando pri-
mus percutiens perſiſtit, quia ſi primo percuſſus
aufugeret primus percutiens cum poſſet inſequi &
3 ipſum occidere. † nec reperio iure cautum quod
primus percuſſus teneatur aufugere ſi primus per-
cutiens perſiſtit in rixa, quia debet præuidere per-
ſonæ ſuæ. Et iſta eſt vna leuiſſima culpa & impuni-
bilis. Leuis autem eſſet quando non vteretur cum
moderamine inculpatę tutelę vt ſi cum baculo pri-
mus percuteret, ſecundus cum enſe. Nos autem nõ
ſumus in primo caſu vt dixi, neque in tertio, quia
Petrus habebat vnam cultelam & Iacob. vnã ſquar-
cinam. Non enim reperio iure cautum quod be-
neficium defenſionis non competat ei qui eſt in ri-
xa & ſolum competat contra eum qui data opera
& penſate & præcedente cogitatione incepit per-
cutere, quia eadem ratio ſubeſt ita in vno caſu ſicut
in alio ſcilicet tutela corporis, & quod debeat prę-
4 ferre potius vitam ſuam quam vitam alterius. † De-
fenſio. n. paſſim & indiſtincte eſt de iure naturali &
competit ita in rixa ſicut contra appenſate percu-
tientem ſi bene ponderentur iura, *vt eſt dictum. §. qui
cum aliter. & l. & ſi quacunque in principio. ff. ad l. Aquil.*
Defenſio enim eſt de iure naturali quã etiam prin-
ceps non poteſt auferre, *vt in clemen. paſtoralis de re iu.
& §. ſed naturalia. inſt. de iure na. gen. & ciui. Allegat etiam
quod dicit Specu. in ti. de accuſatore. §. 1. verſi. quia ſi te vo-
cauit latronem. Et ſequitur Floria. in l. 1. §. cum arietes. ff. ſi
5 qua. pau. ſe. dica.* † vbi ſi vnus ex dolore percuſſionis
percutit alterum non debet puniri, quia vbi quis
primo percutitur, ſi poſtea percutit vel occidit per-
cuſſorem præſumitur facere ad ſui defenſionem, ſi
ille qui percuſſit perſeuerat & vult repercutere *l. ſi
ex plagiis. §. tabernarius. ff. ad legem Aquil.* Conſideran-
dum eſt etiam quod non eſt neceſſarium quod ex-
pectet percuſſionem, ſed ſufficit quod veniat ani-
mo percutiendi. *vt vult glo. & communiter do.* Et plus
eſt, quia ſi exceſſerit modum in repercutiendo, ex
quo fuit prouocatus & potuiſſet aliter facere nõ de
6 bet vt dixi puniri de homicidio. † Eſt etiam conſi-
derandum quod vbi ex conflictu malum contin-
git illud imputatur aggreſſori *dict. §. cum arietes. &
Cyn. in l. quoniam multa. Cod. ad legem Iul. de vi.* Et quia
qui nocuit primo præſumitur velle nocere ſecun-

do loco *l. ſi cui. §. ſi. ff. de accu.* Et ex genere armorum
præſumitur animus nocēdi *l. 1. §. diuo. & §. ſed ſi clam.*
ff. ad l. Cor. de ſic. Et inſultatus dicitur prouocatus ab
inſultāte ad iracūdiā bono calore iracundiæ dicitur
feciſſe & ſibi non eſt imputādū *l. quod calore. ff. de reg. iu.*
2. q. 3. ſi quis iratus. & omnia iura laborant contra ag-
7 greſſorem *vt no. gl. in l. 1. C. vnde vi.* † Adhibuit etiam
defenſionem & reſiſtentiam quæ conſiſtit in trib.
ſcilicet circa modū, quia ſi vis ſit cum armis debet
fieri reſiſtentia cū armis: ſi cum baculo debet fieri
cum baculo niſi inſultatus eſſet debilis aut ſenex, &
inſultatus eſſet iuuenis & potens, quia poteſt exce-
dere in genere armorum. Secundum eſt circa tem-
pus quod fuit incontinēti & in eadē rixa aut ante-
quā partes deueniāt ad extraneos actus *l. continuus. §.*
cum ita. ff. de ver. ob. Et ita fuit in caſu noſtro, quia nul-
lus fuit actus intermedius in ipſa rixa. Tertio con-
ſiſtit circa cauſam quod fiat ad defenſionē. & ita fa-
ctum eſt. *c. 2. & 3. de ho.* & multomagis eſt parcendū
ipſi Pe. quia teſtes deponūt quod potuiſſet ipſe Pe.
eum interfeciſſe incontinenti, nec credidit acriter
eum vulneraſſe, immo manifeſtauit intentū ſuum,
quia dixit ego nolo te occidere volens vti omni mo
deramine ergo illum ſtultū & dementem qui quæ-
rebat mortem vndique nec putabat Pe. etiam ſe de-
fendendo eum acriter vulneraſſe & homicidiū re-
quirit dolum, *vt plene dicunt doc. in l. data. C. qui accuſa.*
non poſ. Et ita videtur de iure dicendum mihi Lauro
de palazolis iuris vtriuſque doc. minimo.

CONSIL. XLIIII.

SVMMARIA.

c *Aggreſſor nunquid pro rerum & perſonæ ſua defenſione aggreſſorem interficere liceat, ſi aliter ſe defendere non poſſit. numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Regula eſt quod quotiens aliquis aliquem aggreditur ipſi aggreſſo ſe defendere licet.*

3 *Expectat quotiens quiſpiam aliquem vt occidat, licitum eſt illi illum expectantem & gladio & ferro repellere, nec tanquam homicida tenetur.*

4 *Innoxij in delictis dicuntur, quia cum aliter ſe tueri non poſſunt. damnum culpa dederunt.*

5 *Occidere licet inſidiantem, & eum qui occidere velit.*

6 *Interficiens illum qui ipſum aggreſſus eſt, iure interficere dicitur.*

7 *Defenſione ſuarum rerum alium quis occidere & percutere poteſt.*

1 IN Chriſti † nomine amen. Viſo pro-
ceſſu in cauſa ſer Petri videtur dicen-
2 dum debere abſolui. † Nam regula
eſt quod quotiēs aliquis aliquem ag-
greditur, licet ipſi aggreſſo ſe defen-
dere *vt in toto titu. C. quando liceat vnicuique ſine iudi. ſe vind.* fecit
ergo iſte Pe. iſtud vulnus lege permittēte, ergo non
debet puniri. Et quod fecerit lege permittēte pro-
batur *in l. is qui aggreſſorem. C. ad l. Corn. de ſica.* quando
enim aliquis aggreditur alium ſi aggreſſus in dubio
vitæ diſcrimine conſtitutus illū occidit nullam ob
3 id factum calumniam timere debet *d. l. is qui.* † quo-
tiens enim aliquis aliquem expectat vt occidat lici-
tum eſt illi illum expectantem & gladio & ferro re-
pellere nec poſtea tanquā homicida tenetur, quia
tanquam defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe
videtur hoc expreſſe probatur *in l. si quis percuſſo. C. ad*
l. C. de ſic. Si enim aliquis occidit non animo occidē-
di non tenetur vt homicida. voluntas enim & pro-
poſitum diſtinguūt maleficia. *ff. ad l. Cor. de ſic. l. diuus*
& l. qui iniu. ff. de fur. & potius caſu fortuito quā frau-
de veniente infortunio imputatur quam delicto
l. frater. ff. ad l. Cor. de ſic. l. diuus ff. de praua. l. pe. in ſi. Item
quod licita ſit iſta vulneratio probatur expreſſe *in l.*
4 *ſcientiam. §. qui cū aliter. ff. ad l. Aqui. vbi eſt litera.* † quod
illi ſunt innoxii qui cum aliter ſe tueri non poſſunt
damnum culpa dederunt, quia vim repellere omnia
iura omneſque leges permittunt vt ibi, ſi ergo ſunt
innoxii, ergo non ſunt puniendi *per l. abſentes. ff. de*
pæ. Hoc probat tex. iur. cano. *in cle. ſi furioſus. de homi.*
in ſi. vbi permittit mutilare & occidere. Hoc etiam
probatur *in leg. vt vim. ff. de iuſtitia & iure.* vbi iuriſ-
conſul. dicit quod iur. euenit vt quod vnuſquiſque
ob tutelam ſui corporis fecerit iure feciſſe æſtime-
tur.

Hoc etiam probatur. *ff. de vi & vi armat. l. 1. §. cum*
igitur. Hoc etiam tenet gl. iur. cano. *in c. ſuſcipimus in*
gl. 1. extra de homi. in ver. licitus vero. vbi permittit cum
armis res ſuas tueri à fortiori perſonam. *allegat l. 1.*
C. vnde vi. hanc defenſionem permittit *gl. 23. q. 2. c. do-*
minus in verb. vleiſcitur. hoc tenet gl. 23. q. 1. c. 1. in verbo pro-
5 *pulſanda.* † vbi expreſſe dicit quod licet occidere inſi-
diantem & eum qui vult occidere. hoc etiam vult
notabiliter gl. *ind. clemen. ſi furioſus.* dicens quod vbi
nulla culpa contrahitur merito ſit vt in iudice iu-
ſte occidente. Sicut ergo non tenetur iudex qui fa-
cit malefactorem occidi & interfici. Ita nec iſte in-
terficiens. *15. diſt. c. 1.* Ad hoc etiam adduco tex. *l. itaq.*
in ſi. prin. in ratione ibi poſita. ff. ad l. Aquil. dicitur enim
ibi ſi occidero ſeruum, mihi inſidiantē ſecurus ero,
nec teneor quia aduerſus periculum naturalis ratio
permittit ſe defendere. Conſidero enim illā ratio-
nem, quia aduerſus periculum &c. quod de directo
facit pro caſu noſtro. Hoc etiam probatur expreſſe
6 *in l. ſed & ſi quecunq. eod. ti. ad l. Aqui.* † vbi ſi aliquis in-
terficit illū qui ipſum aggreſſus eſt dicitur iure in-
terficere. Et ſecūdum opinionem aliquorum ſuffi-
cit ſolus terror inſultus, licet nō fuerit adhuc per-
cuſſus *argumen. ff. de vi & vi arma. l. idem. §. qui armati.*
licet aliqui teneāt quod requiratur inſultus & per-
cuſſus, ſed quicquid ſit ſatis eſt quod in caſu noſtro
conſtat de percuſſione, ergo licitum fuit ſibi ſe de-
fendendo percutere hanc eandem ſententiam te-
net & confirmat Raph. fulgo. *in dict. l. 1. Cod. vnde vi.*
in additione illius gloſſ. in verbo moderatione te-
7 nendo. † quod licet occidere & dicit pro defenſio-
ne rerum ſuarum poteſt quis percutere alium &
occidere cum eas aliter ſaluare non poteſt. *allegat*
leg. furem nocturnum. ff. ad leg. Aquil. multo magis pro
corpore ſuo, quia omnis pœna corporalis quan-
tumcunque minima eſt maior omni pecuniaria
l. inſer. ff. de pœnis. Et ita dico & conſulo ego Franci-
ſcus de porallinis iuris vtriuſque doctor miles &
comes legens in felici ſtudio Paduano.

CON-

CONSIL. XLV.

SVMMARIA.

1 *Cauſa in capitali ſeu criminali nunquid quoquo modo pater pro filio ad ipſius filij plenariam defenſionem, vel ad vnum articulum tantum tanquam inſolidum procurator, vel vt defenſor admitti debeat, & nunquid aliquis tanquam defenſor & nō tanquam procurator in cauſa criminali audiendus ſit numeris omnibus ſequentibus per totum conſi.*

2 *Abſens ſi defenderetur ſententia contra ipſum exequi non poſſet.*

3 *Sententia vbicunque in abſentem fieri poteſt: procurator ibi admitti debet.*

4 *Dominus pro ſeruo & abbas pro monacho ad plenariā defenſionem interuenire poteſt.*

5 *Pater defendens filium in cauſa criminali de præſentando illum in fortiam poteſtatis idoneam ſecuritatem praſtare debet.*

6 *Procurator ad allegandas cauſas abſentia rei etiam in cauſis criminalibus admitti poteſt.*

7 *Procurator regulariter in cauſis criminalibus ad dicēdum quod accuſatus delictum non commiſit, cur non admittatur.*

8 *Textus vnus vel aliqua leges, quando varios intellectus habere poſſunt, ad principia & fundamenta recurrere debemus.*

9 *Defenſor in cauſis criminal. admitti debet.*

10 *Dictio perquirere quid importet.*

11 *Defenſorem ad excludendum quæ requiruntur.*

12 *Procurator aliquem actum faciendo domino prodeſt, vel nocere habet.*

13 *Mutanda minime ſunt: quæ longam interpretationem habuerunt.*

1 IN Chriſti † nomine amen. Titius vulnerauit Semproniū qui poſtea mortuus eſt. iudex inquirit contra eum pater dicti Titij inquiſiti vult venire ad defendendum dictū filium ſuum tanquam pater & defenſor & non tanquam procurator & vult in hoc tantū articulo defendere, videlicet quod dictus Sempronius nō eſt mortuus ex dicto vulnere, ſed ex defectu & mala gubernatione ſui. Quæritur an poſſit ſtante ſtatuto & conſuetudine quod etiam in cauſa capitali poſſit abſens condemnari in duob. millib. libris, & ſi quo tempore &c. Et dico breuiter quod ſic, omiſſis multis quæ hinc inde deduci poſſunt. Et ad hoc probādum præmitto quæ fuit ratio legis quæ dicit, quod in cauſa capitali procurator non debet admitti, *vt l. ſeruum quoq. §. publice. ff. de procu. & l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iud.* nam quadruplex principalis fuit ratio.

Prima ne ſi defenderetur & ſententiam contra
2 ipſum ferretur eſſe deluſoria. † quia ſi abſens defenderetur non poſſet cōtra ipſum abſentē exequi ſententia, *vt l. abſentem in prin. ff. de pœ.* & ſic ſententia eſſe deluſoria *contra l. ſi prætor. & l. de qua re. ff. de iud.* Secūda ratio eſt ne maleficia remaneant impunita *contra l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* Tertia rō eſt, quia ipſe principalis diligentius cauſam ſuam agens q̃ procurator *l. 1. in ſi. ff. ad carbo. ſecundum Bar. in d. §. ad crimen.* Quarta ratio aſſignatur etiam per doct. quia ſi principalis veniret & ſe defenderet. iudex melius poſſet perquirere veritatem videndo principalem reum quo vultu colore qua animi trepidatiōe loqueretur q̃ videndo & examinando procu. eius, *vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & l. 3. in princ. & §. 1. ff. de teſtibus.*

Modo ad propoſitū dico quod dictus pater Titij poſſet venire non ſolum vt defenſor ſed ēt tanquā procurator ad illum articulum tantum ſcilicet q̃ dictus Sempronius mortuus eſt ex ſuo defectu & malo regimine, non autem ex vulnere ſibi illato. nam licet regulariter nō poſſit procurator venire ad defendendū reum in cauſa capitali in tota cauſa per rōnes ſupra allegatas. tamē poteſt in quantum ad vnum articulum vel capitulum tantū, vt eſt gl. ordi. & nota. *in d. l. pen. in §. ad crimen. in gloſ. in verbo procurator ad fi. ff. de publ. iud.* Et licet illa gl. reprobetur per aliquos doctores ibi tamen ſecundum ſtatutum primum Veronæ, ſecundi libri opi. gl. Accurſij ſemper eſt tenendam & ſecundum illam iudicandum, ergo. Præterea dico ex aliquo capite principali tantum quod procurator poteſt internenire in caſu iſto. nam ſecūdum communem opi.
3 quæ practicatur. † Vbicunq; ferri poteſt ſententia in abſentem ibi debet admitti procur. *vt eſt caſus in d. §. publ. ſecundum Ange. in d. §. ad crimen in 3. col. verſ. no. & vlti.* fallit vbi etiam ſubdit quod cum hodie per formam ſtatuti Italię poſſit ferri ſentētia in abſentem poterit admitti procurator quantumcunque crimen ſit publicum. Modo in iſta ciuitate eſt prędictum ſtatutū & conſuetudo. Et practica in curia quod abſens etiam in cauſa capitali poteſt condē-
4 nari, ergo poterit admitti procur. & debebit. † Pręterea dico quod ſaltem ex eo quod eſt pater, quia pater pro filio & dn̄s pro ſeruo & abbas pro monacho poteſt interuenire etiam ad plenariam defenſionem & eſt in eis ſpeciale pro ſuo intereſſe, *vt no. Bar. in d. §. ad crimen in princi. 5. col. Et Sal. in l. 2. in 5. opi. C. de accu. Et allegāt l. 1. ff. de lib. homi. exhi. Et Bal. & Ang. in §. publ. & plene per Io. de Ana. in c. veniens. extra de accuſ. & ad hoc optime facit l. 1. 2. 3. & 4. ff. de lib. cau. Et quod not. in l. non tantū. ff. de appel. & in l. ſed ſi nō defendantur. ff. de pœ.* Et pro hoc eſt ratio. quia cum pater filium defendit ſe ipſum defendere videtur, quia eadem videtur perſona patris & filij. *C. de impu. & aliis ſubſti. l. fi.* Item quia officium patris eſt defendere filium, *vt. ff. de minor. l. ſed ſi vnius. §. quod tamen.* Item quia vox patris & filij eadem reputatur, *vt inſt. de inutili. ſtipula. §. ei qui.* quia magis veretur pater de filio quam de ſeipſo. *ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem in fine.* Item quia patris poteſtas conſilium capit per liberos. *l. nec in ea. ff. de adul.*

Item quia nullus amor vincit amōrem paternum. *Cod. de curatorib. furi. leg. fin. in princip.* Item etiam vt ſanguinis affectionis ratio habeatur. *ff. de recepta. lege ſecunda, & ſoluto matrimonio grauis.* Item quia videmus quod alias dominus defendit plene ſeruum ſuum pro ſe & ſecundario in cauſa capitali per procuratorem *vt ff. de publicis iudiciis. lege, ſeruus.* ego multo magis pater poterit defendere filium, *& ita tenet Guil. de Suza.*

5 *in quodam ſuo opere maleficio.* ſubdit tamen, ꝙ † pater
tenetur præſtare idoneam ſecuritatẽ de dicto ſuo
filio præſentando in fortiam poteſtatis communis
ſi enntingit eum ſuccumbere in cauſa. Et hoc ne
ſententia ſit deluſoria, & ita tenet præclarus do-
ctnr Gandi. *in ſuo eleganti tract. de maleſi. in rub. ſeu in
tit.* vtrum procurator interueniat in maleficiis, &
quando in vet. Item pone quod filius. Et idem te-
net d. Ioannes Petrus de Papia in ſua practica In
tit. de forma inquiſitionis in 1. glo. Sed in caſu no-
ſtro dico idem præter quam in ſecuritate, quia iſta
hodie non eſt neceſſaris, quia hodie ex forma ſta-
tuti & cõſuetudinis abſens poteſt dammari in cau-
ſa capitali, & ſic ſententia non erit deluſoria. Vnde
cum ratio ſua finalis dictæ ſecuritatis ceſſet debet
ceſſare etiam diſpoſitio legis. *l. adigere. §. quamuis. ff.
de iure pa. & c. cum ceſſante. extra de app. cum ſi.* Nec
ob. ſupradictæ quatuor rationes, quia ſpeciale eſt
in patre, vt ſupra dixi. Itẽ ceſſat etiã prima ratio ne
ſentẽtia ſit deluſoria, vt ſtatim dixi propter ſtatu-
tum: Item dum dicitur quod diligentius quis agit
cauſam propriam pro ſe quia præſumitur ꝙ pater
diligẽtius facit pro filio q̃ ipſe filius, quia magis ve-
retur pater pro filio quam pro ſeipſo, vt ſupra dixi.

Præterea poſito quod nõ poſſet ſine præiudicio
veritatis interuenire pater pro filio tanquam pro-
curator ad plenariam defenſionẽ vel ad vnũ arti-
culum tantum regulariter, cuius tamen contrariũ
ſupra demonſtrari, tamen non poteſt negari quin
poſſit venire ad iſtum articulũ, videlicet & d. Sem-
pronius non ſit mortuus ex vulnere, ſed potius ex
6 ſua culpa. † Nam dicitur: aut procur. vult venire
ad allegãdas cauſas abſentiæ, & poteſt & ſic admit-
titur, *vt l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procura. & ita
tenent omnes dd. & gloſ.* aut ad dicendum quod accu-
ſatus non commiſit delictum, & tunc non poteſt,
*vt d. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & ff. an per alium
cauſa appel. l. 1.* Quod fallit vt dixi quando vellet ve-
nire ad vnum articulum tantum, vel quando eſſet
7 pater qui vellet defendere filium. † Et eſt ratio
quare regulariter non admittitur procurator ad
dicendum quod accuſatus non commiſit delictũ
eſt, quia hoc conſiſtit in facto accuſati qui certus
eſſe poteſt an commiſerit dictum delictum. quæ
certificatio melius poteſt fieri per ipſum accuſatũ
quam per alinm, vnde ipſe perſonaliter tenetur
cõparere. Itẽ eſt & alia ratio, quia ſi accuſatus non
commiſiſſet delictũ de quo fuit accuſatus eſt præ-
ſumptio qnod ipſe veniret audarius, vnde ſi non
comparet eſt præſumptio contra ipſum qui debet
ſcire quod delictum commiſerit, & iſta præſum-
ptio facit quod non poſſit admitti procura. regu-
lariter, ſed requiritur quod accuſatus compareat
perſonaliter ad expurgãdum dictam præſumptio-
nem. Et ſubſiſtunt etiam rationes de quibus dixi
ſupra in princ. Aut procurator vult venire ad di-
cendum quod accuſatus vulnerauerit d. Sempro-
nium, vel nõ negat, ſed quod vulneratus mortuus
eſt ex ſuo malo regimine & ſua culpa & nõ ex vul-
nere & tunc admittitur, *vt l. reos. C. de accu.* vt vult
facere in caſu noſtro pater dicti Titij. Et eſt ratio,
quia hoc cõſiſtit in facto alieno ab ipſo Titio accu
ſato, & ſic licet dicto Titio accuſato ignorare, quo
caſu excuſatur ſi non vult cõparere pro ſe & habet
iuſtam cauſam ſe non præſentandi, vnde merito
debet admitti eius procurator. & hoc caſu ceſſant
omnes rationes de quibus ſupra. Quia primo ceſ-
ſat illa ratione ſententia ſit deluſoria. Et quod de-
licta remaneant impunita propter ſtatutum qund
vult quod abſens poſſit condemnari. Secundo ceſ-
ſat alia quæ vult vt videatur quo vultu quo colore
&c. quia illa ratio nõ poteſt habere locũ in his quæ
non conſiſtunt in facto proprio ipſius accuſati,
magis quam in alio, puta patre, ſed ſolum locum
habet in his de quibus interrogatur quæ conſiſtũt
in facto proprio interrogati, *vt in dictis iuribus ſupra
alleg. ad hoc.* Tertio ceſſat etiam illa ratio Bar. quod
diligentius defendit ſe accuſatus per ſe quam per
alium, quia immo hic cautius ſe defendet per pro-
curatorem quam per ſeipſum, ex quo ſcit ſe omni-
no commiſiſſe delictum. Et in hac ſententia qund
in iſto caſu admittatur procurator eſt d. Io. de Imo
*in d. l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. & ita ſentit etiam
Bar. in l. prætor ait ad finem principij. ff. de dam. infe. Nec
ob. d. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud.* quia limitatur ſe-
cundum prędicta & per rationes prędictas. Ad hoc
etiam ratio facit & ſuadet, quia in dubio ex quo nõ
reperitur de hoc expreſſe cautum in contrarium
per aliquem text. vel glnſ. ſpeciales debemus po-
tius admittere prædictam defenſionem ad hoc vt
abſens potius poſſit defenſus abſolui q̃ non defen-
ſus innocens condemnari *d. l. abſentem. in princ. ff. de
8 pœ.* Adducitur etiam ad hoc alia ratio. † Nam qñ
vnus text. vel aliquæ leges poſſunt habere varios
intellectus nos debemus recurrere ad principia &
fundamenta, *vt not. dicit Sal. in l. reos. in 2. col. in fin. C.
de accu.* Sed ita eſt in caſu noſtro *quod d. §. publ. & d.
l. pe. §. ad crimen. & d. l. 1. ff.* an per alium cauſæ appel.
habent varios intellectus: ergo ad principia de-
bemus recurrere, ſed principia quare procurator
nõ poteſt, nec debet admitti in cauſa capitali ſunt
illæ rationes de quibus ſupra dixi in princi. & ſta-
tim ſupra quæ omnes ceſſant vt ſupra dixi, ergo
ceſſante principio & ratione finali debet ceſſare
etiam ſequens ex eo, & ſic dicta legis diſpoſitio ꝓ-
9 hibens procuratorẽ admitti in cauſa capitali. † Prę-
terea principaliter poſito quod nullo modo nna
poſſet procura. admitti in cauſa capitali etiã ſi eſ-
ſet pater, quod tamen verũ non eſt, immo contra-
rium ſupra oſtendi, tamen dico adhuc quod di-
ctus pater ex alio capite poteſt admitti ſine dubio
in caſu noſtro non vt procura. ſed vt defenſor &
nõ ſolum ipſe pater ſed etiam quilibet alius quod
ſic probatur. nam in ciuilibus vbi abſens condem-
nari poteſt lite non conteſta. ibi quilibet volens
defendere ſine mandato auditur etiam ſine animo
nouandi. *Vt probatur C. quomodo & quan. iudi. aut. qui
ſemel:* ibi & perquiſitã veritate pronunciet, & pro
hoc etiam *C. de appel. l. ampliorem.* Et eſt etiam ratio
huius, quia iudex nõ poteſt perquirere veritatem.
id eſt, perfecte quærere niſi audiat volentem de-
fendere, vt no. illa dictio per ſupra poſita. in verbo
10 perquiſita, † per quam denotatur perfectio actus,
vt l. vrbana. §. peruoctare. ff. de verb. ſig. Item ſi hoc eſt
in ci-

in ciuilibus in quib. proceditur morte priuatorũ
iudiciorum, ergo multo magis debet eſſe in crimi-
nalibus, quia vbi maius eſt periculum, ibi cautius
eſt agẽdum *l. 1. ff. ad carbo. & in c. vbi periculum. in prin.*
de ele. li. 6. Item ad idem. Nam paria ſunt abſentem eſ-
ſe vel præſentem & obmuteſcere vel ſe non defen-
dere. vt *ff. de peti. here. l. nec vllam. §. quod ſi quis. & in l.*
lege fundi. ff de contrahen. emp. & in l. 2. §. furioſus. ff. de
iure cod. cum ſi. ſed præſentem ſe non defendentem
poteſt quilibet defendere, *vt ff. de pœn. l. & ſi non de-*
fendantur. & ff. de app. l. non tantum. Et ibi no. & l. 1. 2. 3.
& 4. ff. de lib. cau. & non ſolũ extraneus, ſed etiam iu-
dex, *vt d. l. & ſi non defendãtur. & ff. de quæſt. l. 1 ad fi.* er-
go ſequitur ſi poteſt extraneus & iudex multo ma-
gis poterit coniuncta perſona vt eſt pater defen-
dendo filium ſuum abſentem. *arg. d. l. ſeruum quoque.*
§. pub. ff. de procu. vbi videtur de hoc eſſe caſus ad li-
teram. & in hac opi. eſt In. *in c. veniens extra de accu.*
Et Bar. in d. §. ad crimen. in 4. col. & in d. l. ſeruum quoq. §.
publice ff. de procu. Et ita etiã tenet Sal. in d. l. reos. in 9. col.
ver. & ne credas. C. de acc. Et ita tenet etiã Iaco. de Aret. in
l. inter accuſatorem. de publi. iudi. Et ita tenet Ioan. And. in
addi. Spe. in tit. de proc. in §. 1. in addi. quæ incipit. pro
hoc videtur quod his rationibus qui dicit quod i-
ta Dyn. conſuluit in quadam cauſa qui Ioan. And.
11 dicit, †quod ad excludendum defenſorem duo re-
quiruntur. Vnum quod pœna ſit ſupra relegatio-
nẽ. Aliud quod abſens non poſſit diffinitiue dam-
nari, ſed in caſu noſtro hæc duo non ſunt. Quia im
mo põt abſens condemnari per ſtatutum, ergo de-
fenſor non poteſt excludi. Nec eſt mirandũ quod
aliquis poſſit comparere tanq̃ defenſor & non tã-
quã procurator, quia hoc & alias contingit quod
quis non admittatur vt procurator qui poteſt ve-
nire vt defenſor, vt eſt tex. no. *in l. non ſolum. §. fi. ff. de*
12 *procu.* Et eſt ratio, †quia regulariter procurator fa-
ciendo aliquem actũ prodeſt vel nocet dño, *vt d. l.*
non ſolum. ff. de proc. Vnum nõ aliquid admitteretur
vt procurator, quia non poſſet aliquid facere per
quod prǽiudicaretur abſenti in criminalibus, quia
hoc non reperitur. *l. cautum hoc eſt quod dicitur in d. §.*
ad crimen. dum dicitur quod ad crimẽ publici iudi-
cij fruſtra procurator admittitur. Sed bene poſſet &
põt venire pater tanquam quilibet ad allegandũ
pro abſente cauſas innocentiæ criminis ad infor-
mandum iudicem ſecundũ Bar. *in d. §. ad crimen. &*
in d. §. publ. & d. Bar. de Sal. in d. l. reos. C. de accu. Vltimo
ad hoc adducitur conſuetudo & practica huius ci-
13 uitatis. †Nam minime mutanda ſunt quæ longam
interpretationem habuerunt. *l. minime. ff. de le.* Fuit
enim hoc Veronæ ita obſeruatum in perſona no-
bilis viri Federici de Valſumera, qui fuit admiſſus
pro filio ſuo veltro & idem fuit ſeruatum etiam in
aliis Bart. Cæp. Veronenſis vtriuſque iuris doctor
excellentiſſimus.

ADDITIO.

a Ticius vulnerauit.] *Ad huius conſilij & quam plurimorũ etiam ſequentium reſolutionem. vide d. Alex. de Imo. in conſi. 116 in 2. vo. & in l. pe. §. ad crimen. vbi Ang. & Imo. & doct. ff. de pub. iudi. Rot. in deci. 104. in ci. licet in no. do. Bar. ſoci. in reg. 473. carta. 66. qui potuit regulam. cum omnibus fere fallentiis in iſta materia.*

CONSIL. XLV.

SVMMARIA.

1 *Cauſa in capitali an pater pro filio ad defenſionem admittatur, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Iuramẽtum veritatis an à procuratore præſtari poſſit.*

3 *Iudex vbicunque monetur ex coniecturis ad credendũ quod principalis melius veritatem nouerit, tam in cauſa ciuili, quam in criminali, poteſt principalem ad veniendum compellere.*

4 *Procurator quando ſpeciale mãdatum habet ad ſic dicendum, tunc principalis venire non cogitur.*

5 *Iudici in cauſis criminalibus omnibus modis veritatem perquirere permiſſum eſt.*

6 *Appellationis in cauſa ſententia contra abſentem fieri poteſt, etiam lite non conteſt.*

7 *Iudex etiam ſi nemo allegaret de innocẽtia eius qui inquiritur inueſtigare debet.*

8 *Innocentia alicuius cauſas quilibet etiam inhabilis ad allegandum venire poſſet.*

1 IN Chriſti† nomine amen. Quidam d. Zacharias ſcholaris ſtudens filiusfamilias ſiue emãcipatus Iac. Zachariæ ciuis Patauij paſſus eſt inſultum à duob. qui armis offendibilibus conabãtur ipſum offendere & forſan interimere. Hic autem d. Zacharias dicit ſe defendẽdo vnum ex illis inſultantibus gladio interemit contra quẽ per dominum poteſtatem Paduæ per inquiſitionem proceditur vt banniatur & ſi poſſet apprehẽdi vltimo ſupplicio puniatur. Ad cuius d. Zachariæ defenſionem comparet Iac. eius pater ſiue tanq̃ procura. ſiue vt pater & coniuncta perſona. Quæritur modo vtrũ ad talem defenſionem d. Iac. admittẽdus ſit, præſertim curia ſiſtente quod ipſe Zacharas debeat perſonaliter cõparere ne iudicia ſint deluſoria. Quæritur modo, an d. Iac. pater debeat admitti & audiri. Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, videtur dicendũ quod d. Ia. pater nullo mõ admitti debeat, quia iſtud eſt crimen publici iudicij in quo nõ admittitur procurator nec alius etiã ad defenſam, *vt in l. pe. §. ad crimen ff. de pub. iudi. no. in l. ſeruum quoq. §. publice. ff de procur. & in l. reos. C. de accu. & per Can. in c. veniens extra de accu.* & hoc ne iudicia ſint deluſoria. *l. ſi prætor. ff. de iud.* Nã ſi procur. interueniret ex parte inquiſiti ſequeretur iudiciũ deluſorium, quia ſi d. Zachar. inquiſitus videret ſe condemnari debere nunq̃ compareret. Et licet ex forma ſtatuti poſſet abſeos damnari contra formã iuris communis ſecũdum quam abſentes damnari non poſſunt, tamen pœna nunq̃ haberet executionem & maleficium remaneret impunitũ *contra l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqu.* Et præſertim hoc eſt verum q Iac. nullo modo admittatur ſi forte curia inſtet, & velit vt ipſe Zacharias cõpareat perſonaliter à quo arbitratur forte melius eruere veritatem, quoniã videbit curia qua trepidatione qua voce conſtantia ipſe Zachar. examinatus loquatur. *l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt.* vnde propter hoc videtur curiam poſſe dicere quod vult potius principalem comparere. & d. Iaco. defenſorem non admittere.

Si

poſſit comparere ad allegandum & oſtendendum innocentiam filij. ad contrariam partem reſpondeo, nam & ſi iudex & curia voluiſſent ſeu vellent principalem tanq̃ melius informatum, vel à quo melius crederent eruere veritatem quod perſonaliter compareret & ipſe foret contumax nihilominus prædictæ excuſationes innocentiæ à quocunque proponerentur admittendæ forent per prędicta iura. Et ita dico & conſulo ego Antonius Roſellus iuris vtriuſque doct. comes & miles ordinariam iuris Canonici Paduæ legens.

Additio.

a Inueſtigare.] *Ad hoc vide d. Alex. de imo. in l. de pupillo. §. ſerno. ff. de no. ope. nun & in l. cum muliere. ſo. ma. Bal. in l. fi. in 7. col. C. de eden. Bar. in auc. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. d. Alex. in l. cum qui. § qui ita. de verb. ob. & in l. 4. §. hoc autem. de dã. infe. doct. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc.*

CONSIL. XLVII.

SVMMARIA.

1 *Procurator in cauſa capitali ad oſtendendum accuſati innocentiam an vt procurator vel defenſor admittẽdum ſit, & in quibus caſibus in criminalibus defenſor audiri debeat, & de intellectu quamplurimum legum multa pulchra numero omnibus ſequentib. per totum conſilium.*

2 *Procurator quando in aliquo iudicio interuenit, ſentẽtia in eius perſona formari debet.*

3 *Criminibus ad veritatem eruendam maxime principalis præſentia confert, vt iudex videat, qua fronte, qua trepidatione aut quo animo loquatur.*

4 *Reus non ante quis dicitur quam eius nomen inter reos receptum fuerit, & ſic poſt litem conteſtatam.*

5 *Verbum perſequendum actus perfectionem denotat.*

6 *Genus à quo remouetur, qualibet etiam ſpecies remouetur.*

7 *Procurator accedere poteſt nedum quãdo relegationis pœna imponenda venit, ſed etiã alio quacunq; pœna, dummodo ſententia contra abſentem ferri poſſit.*

8 *Crimine læſæ maieſta. abſens damnari poteſt.*

9 *Innocentiam allegare cauſæ merita tangit quæ per alium expediri non poſſunt.*

10 *Abſentiæ cauſas qui oſtendere velit, in cauſis capitalibus admittendus eſt.*

11 *Rei innocentiam ad inueſtigandã iudex laborare debet.*

1 IN Chriſti nomine. † Ac inuocata ſpiritus ſancti gratia amen. Quamquam per ſupraſcriptos famoſiſſimos doc. ſupra & ante me cõſulentes facundiſſime allegatũ ac peroptime concluſum fuerit in caſu ſupraſcripto, tamẽ indecorũ non eſſe arbitratus ſum. rem fundamentis exordiri, & rões olim tactas per maiores & præceptores noſtros in mediũ adducere vt iudicium cõſcientia q debent veritatem ſequi, *vt in auc qui ſemel C quomodo. & quan. iud.* in ſemitam ipſius veritatis adducantur vt rectum de ipſorum ore iudiciũ prodeat. *iuxta no. in l. rem non nouã. C. de iud.* Magna igitur in præſenti materia fuit antiquorum & modernorum doctorũ altercatio. quæ orta eſt ex difficultate intellectus potiſſime trium legum quę licet fundamenta ſint in hac materia, tamen inter ſe contrariari videntur, *vz. l. ſerui quoq. §. pub. ff. de procur.* quæ dixit publice vtile eſſe abſentes à quibuſcunq; defendi in capitalib. iudiciis defenſionẽ dari propterea concludit quod vbicunq; abſens dãnari poteſt ibi quamuis verba pro eo facientem & innocẽtiam excuſantem audiri æquum & ordinarium eſt admittere. Alia eſt quæ huic concordari videtur. *l. reos. C. de accu.* quæ noluit reos capitalium criminum abſentes et per procura. defendi poſſe. Quibus contrariari videtur tex. *in l. pe. §. ad crimẽ ff. de pub. iud.* quę voluit ad crimen publici iudicij perſequendum fruſtra procura. interuenire & multo magis ad defendendũ licet permiſerit excuſationes abſentium iudicib. allegari poſſe, vt ſi iuſtam abſentiæ cauſam habeant ſententiam deferãt. Et ſi volumus inquirere rõem huius legis prohibitiue, quare videlicet noluerit reum poſſe defendi per alium, vt voluiſſe videntur aliæ duæ leges dixit glo.

2 *in d. §. ad crimen* quod ratio eſt, † quia quando in aliquo iudicio procura. interuenit in eius perſonã debet formari ſententia. *l. 1. C. de ſen. & interloc. om. iud. & l. liberto. in fi. ff. de ne. ge.* quæ in cã criminali formari non poteſt in perſonam procur. quia ipſe eſt innocens lex noluit abſentem damnari immo potius voluit facinus impunitum relinqui. *l. abſentẽ. ff. de pœn. & l. ſancimus. C. eo.* quæ ratio licet videatur bona tamẽ nõ placuit Bart. quoniã ita demũ in procur. venit formanda ſententia quando talis eſt quę põt in ipſum cadere ſecus autem ſi non poteſt, *vt l. fi. C. de inoff.* Et ideo melior ratio videbatur eſſe ne iudicia remanerẽt eluſoria, *vt l. ſi prætor. ff. de iud.* Et ne maleficia remanerent impunita, *vt l. ita vulneratus in fi. ad l. Aqui. & l. ſi longius. §. ſi filius. ff. de iu. & l. ſi à reo. §. quod vulgo. ff. de fideiuſ. & l. bona fides. ff. depoſi.* Et tamen iſta rõ non eſt omnino vera, quia ſecũdum eam ſequeretur vbi iudicium non poſſet eſſe eluſorium puta quia reus eſſet carceratus quod deberet defenſor admitti, quod tamẽ eſt contra tex. *in l. 1. §. 1. ff. an per ali. cau. ap.* vbi dicit tex. ipſos auditorio adeſſe debere, *& l. 2. ff. de cuſt. reo.* quæ dicit q carceratus debet per ſe ex vinculis cãm dicere vnde Bar. aſſignauit aliam rõem videlicet quia præſumitur quod reus diligentius defendat cãm ſuam, quam eius defenſor. *arg. in l. 1. in fi. ff. ad carbo.* ſed certe iſta rõ Bar. quæ tamen fuit gl. *in l. non ſolum. §. fi. ff. de procur. & in l. miles. §. defuncto. ff. de adul.* nõ videtur eſſe ſufficiens quia fingamus defenſorẽ eſſe diligentiſſimum & principalem inexpertũ, vt in caſu noſtro. Ergo illa rõe attenta deberet defenſor admitti q tamen tex. *in d. §. ad crimen* indiſtincte negauit. Præterea ſolet alia rõ allegari quia ad hoc vt quis poſſit conſtituere procu. requiritur quod ſit dñs cauſæ *in l. 1. ff. de proc.* reus autẽ nõ eſt dominus quia nemo eſt dñs membrorum ſuorũ. *l. liber homo. ad l. Aq. 33. q. 5. cum homo ergo &c.* quæ tamen rõ non concludit quia pari rõe ipſemet non poſſit ſe defendere.

3 Et ideo vera ratio mihi videtur fuiſſe, † quia ad eruendam veritatem in crimine maxime confert præſentia principalis. vt iudex videat qua fronte qua trepidatione, aut quo animo loquatur *vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtion.* Attenta igitur iſta

ratio-

rationc.cum tex. *d.§. ad crimen.* videretur conclu-
dere d.Iacobum in caſu noſtro admitti non debe-
re. Sed ſi hoc concluderemus diceremus cõtra ca-
ſum *d. §. publice. & d.l.reos pro quibus concordandis cum*
d.§. ad crimẽ fuerunt multæ & variæ doc.ſententiæ. Mar.
enim gloſſator antiquus pro dictorum iuriũ con-
cordia diſtinxit quod aut lis erat cõteſta. cum reo.
& procedunt *d. §. publice & d. l.reos.* aut non erat cõ-
teſtata & procedit. *§. ad crimen.* & mouebatur iſta
ratione, quia in cauſis capitalibus dominus & nõ
procurator venit condemnandus *in l. 2. C. de accu.*
l.fin. C. de inſcr. ſed dominus dicebat ipſe non poteſt
damnari quando cum procuratore eſt lis conteſt.
vt l.furti.§.ſi quis alieno.ff.de infa. & l.1.C.de ſenten.& in-
ter.om.iu. ideo ante litem conteſt. ſolus reus defen-
dere ſe debebat. & licet iſta ratio videatur apparẽs
tamen ipſam reprobauit Accur. tam *in d.§.publice.*
quam in d. l.reos. & primo quia non apparet quod *§.*
ad crimen plus loquatur ante lit. conteſt. quã poſt.
Immo potius videtur debere intelligi quod loqua
tur poſt lit. conteſt. & colligitur ex verbo perſe-
quendum poſitum in tex. *& l.reos.* põt non intelligi
quod loquatur poſt lit. conteſt. quia tex. dicit ab-
ſentes reos, & ſic lis non poterat eſſe conteſt. quia
requiritur partis præſentia. *l. 1. C. de lit. conteſt.* nec
ratio Mar. quod quando cum vno lis eſt conteſt. il-
le & non alius ſit damnandus eſt vera, quia contra
caſum *l.ſi quis cum procurator. & l.qui proprio.in prin.ff.*
de procu. & l.ſi ideo. ff. de euic. vbi apparet quod pro-
cu. veniens poſt litem cum domino conteſt. venit
damnandus & non dominus, & iura quæ allegat
Mar. loquuntur in ciuilibus non autem in crimi-
nalibus in quibus etiam ſi procura. veniret ante li.
conteſt. non poſſet ipſe damnari, ſed dominus *d.*
l.2.C.de accu. & l.ſi.C.de iniur. Alia etiã rõe mouebatur
Mar. quia facilius debet admitti procu. ante litem
conte. ad exceptiones dilatorias vel declinatorias
opponendas quam poſt, *vt not. in d.l.reos. & per glo.*
& Cano. in c.veniens.extra de accuſ.item ponderabat tex.
4 *in d. l.reos.* † Quia non ante quis dicitur reus quam
eius nomen ſit receptum inter reos & ſic poſt litẽ
conteſt. *vt l. ſi maritus.§. præſcriptiones. ff.de adul. & ff.*
de publ. iud.l.is qui reus. & C. qui accu.non poſ.l.neganda.
& C.de adul.l.adulterium. Sed hæc ratio non videtur
vera, quia etiam ante lit. conte. quis appellat reus,
vt l.properandum.§. ſin autem reus. C.de iud. nec etiam
aliter generali vocabulo appellari poſſet. Et pro-
pterea fuerunt alij doct. diſtinguentes quod aut
vult mittere procur. ante ſententiam, & tunc poſ-
ſit. Et ita intelligebãt *d.l.reos. & §.publ.* aut ad ipſam
ſententiam audiẽdam, & tunc non poſſit, quia il-
la eſt ferenda in dominum, *vt d.l.ſi.C. de iniur.* & ita
intelligebat. *d. §. ad crimen.* Sed quia iſta diſtinctio
videtur eſſe contra text.d. §.ad crimen. qui prohi-
bet omnem actum in cauſa criminali per procura.
expediri, vt probat verbum perſequendum *in text.*
5 *d. §.ad crimen.* † Quod denotat perfectionem actus
propter dictionẽ p. *vt l.vrbana.§.pernoctare. & l.ad ſi-*
cia.§.perfeciſſe.de verb.ſig. Et per conſequens tam pri-
mi actus quam ipſa ſententia expediri nõ poſſunt.
Ideo fuit alia doct. ſententia & diſtinctio quod aut
quis vult pro alio interuenire quo ad actus ſubſtã-
tiantes iudicium qui no. *in l.prolatam. C.de ſen. & in-*
ter.om.iudi. & tunc non poſſit, & ita intelligunt. *§.ad*
crimen. aut ad cæteros actus accidentales puta ad ex-
ceptiones dilatorias vel declinatorias & ſimilia, &
tunc poſſit interuenire, & ita intelligebant *& leg.*
reos .§. publice. S. ⁊ quia iſta diſtinctio ita ſimplici-
ter dicta non eſt vera, quia ſunt aliquæ exceptio-
nes dilatoriæ, quæ tangunt principalem cauſam
tanquam ex eis pendeat iudicium & non poterit
6 interuenire, † quia à quo remouetur genus remo-
uetur quælibet eius ſpecies. *l. ſi cuius.ff. de le.3. & in*
§. ad crimen remouetur à perſecutione. ergo ab o-
mni ſpecie proſecutionis. Fuit alia doctorum ſen-
tentia, videlicet ꝙ aut venit procurator ex parte
rei, & tunc poſſit interuenire, & ita intelligunt *d.*
§.publice dum dicit defenſio datur, *& l.reos.* ponde-
rando verbum reos. Aut vult venire ex parte ac-
cuſatoris. & tunc nõ poſſit. Et tunc intelligunt. *§.*
ad crimen. ponderando verbum perſequendum ꝙ
pertinet ad accuſatorem, *vt not. in l. actio in perſonam.*
ff. de actio. & obli. Sed iſti etiam dicuntur dicere con-
tra caſum legum.

Ex primo *in l.1.§.1.ff. an per ali.cau. ap.* vbi ex parte
rei non poteſt interuenire procurator. Item cõtra
caſum *leg. ſi.C.de iniur.* vbi illuſtribus conceditur in
priuilegium quod poſſint per aliũ accuſationem
inſtituere. ergo aliis eſt denegatum. *c.ſi Papa. de pri-*
uil. in l.vt ius ſingulare ff.de legi. Item etiam contra ca-
ſum. *d. §.ad crimen* dum dicit quod multo magis ꝓ-
hibetur ex parte rei quam ex parte actoris. Et pro-
pterea forte gloſ. dedit alium intellectum. videli-
cet quod *d.§.publi. & l.reos* loquuntur de eo qui ve-
nit ad allegandas cauſas abſentiæ quod permitti-
tur. *d. §.ad crimen,* quod etiam ſequitur Gratianus
25.q.3.c.reos & plurimi alij docto. Sed quia iſte intelle-
ctus videbatur contra text. *in d.§. publice.* dum dicit
innocentẽ excuſantem &c. Ideo tranſiuit ad alium
intellectum, vȝ quia aut loquimur de eo crimine
ex quo venit imponenda pœna mortis ciuilis vel
naturalis, & tunc procurator non admittatur. Et
ita intelligitur. *§. ad crimen.* aut venit imponenda
pœna relegationis vel minor & tunc poſſet inter-
uenire, & ita intelligatur. *§.publice. & l.reos.* Et hũc
intellectum tenuit gloſ. *in d. §. publice. & in d. §. ad*
crimen. & in d. l. 1. an per ali. cau. app. & etiam ſequitur
Odofred. Ia. de Are. Iaco. Bu. Guil.de Suza. Ray. & com-
muniter docto. Quidam tamen vltramon. vt Iac. de
Ra. Pe. Mar. Sil. contrariam ſententiam tenuerũt
per præallegata *l.1.an per ali.cau.ap.* quos ſequitur Bal.
& etiam Barth. de iur. rigore licet de æquitate di-
cant ſententiam gl. veriorem Guil. autem de Cu.
tenuit opi. dicens gl. *d.l.1.* in ver. ſed ſi ea debere in-
telligi de pœna corporis afflictiua quæ tamen nõ
ſit mors naturalis vel ciuilis, vt ictus fuſtium. quæ
tamen eſt ſupra relegationem, *vt l.ſi.ff de iniu* . Dyn.
7 autem magis aperte locutus dixit, † quod nedum
quando venit imponenda pœna relegationis po-
teſt procur. accedere, vt voluit gloſ. ſed etiã quan-
do quæcunque alia pœna venit imponenda, dum-
modo ſententia poſſit ferri contra abſentem. Et
ita intelligit. *d. §. publice. quem ſequitur Cy. in d. l.reos.*
& Ia. de Are. in l. inter accuſatorem ff. de pub. iud. licet
Bar.

Bart. hanc ſententiam pluribus rationibus volue-
rit impugnare voluit enim ipſe *d. §. public.* debere
intelligi in eo qui venit tanquã defenſor ſine man-
dato ad oſtendendum de innocentia accuſati. Et
hoc vbi ſententia poteſt ferri in abſentem. quæ o-
pin. originaliter videtur fuiſſe Inno. *in d. c. veniens.*
extra de accuſ. Bald. vero dixit ſe non credere quod
Bar. ita diaerit, licet reperiatur ita ſcriptum in ſuis
collectis quia dicere quod iſte defenſor poſſit ve-
nire ad eacuſandã innocentiam videtur eſſe per-
functorum, quia iudea propter hoc non inſtrui-
tur ſuper negocio principali, & ſequitur quod iu-
dicium claudicabit quia ſẽtẽtia poterit ferri pro
abſente & contra ipſum non, quod eſt abſurdum.
Sed cum reuerentia Bald. vt refert do. Benedi. de
Plumbi. non videtur Bart. intelleaiſſe, ſed intelle-
xit quod Bar. indiſtincte loquatur in omni crimi-
ne capitali, vt velit admitti defenſionẽ quod mi-
nime fuit eius opi. ſed ſolum quando ſẽtẽtia fer-
ri poterat contra abſentem. *vt in l. lege Corn. §. con-*
ſtitutum. ff. ad l. Cor. de ſica. & l. ne diu. C. de pœ. & in 8.
8 *conſti. Hen. Imperatoru. quam Piſis promulgauit.* † in qua
ſtatuit ꝙ in crimine læſæ maieſta. abſens damnari
poſſit, & ſic poterit ferri ſententia tam abſolutoria
quàm condemnatoria in abſentem, & per conſe-
quens iudicium non claudicabit. voluit ergo Bar.
quod *d. §. publi.* intelligatur de defenſore qui venit
ad innocentiam eacuſandam in caſibus in quibua
poteſt abſens damnari. & vna ratio Bar. eſt quia
principalis reo non poterit præiudicare. *l. ſi defen-*
ſor. ff. de interro. act. Sed cum reuerentia iſta ratio nil
valet, quia ſequeretur quod ſi faceret procu. cum
hac conditione vt ſibi poſſet præiudicare quod
deberet etiam procu. ipſe admitti, quod eſt falſum
quod forma talis procur. eſt reprobata, vt no. In-
nocen. *in c. conſtitutus. de proc. & in clem. 1. eo ti. & Bal.*
no in l. cum man. C. man. Propterea d. Benedi. de Plumbi.
in d. §. ad crimẽ. dixit d. §. debere intelligi de procura-
tore abſentis qui venit ad oſtendendum de ipſius
innocentia & ponit eaemplũ. aliquis eſt accuſatus
ſtatim porrecta accuſatione prætendit ſe innocẽ-
tem & ad euitandum iudicium vult probare eius
innocentiam. certe debet etiam procura. admitti.
Et iſte eſt verus caſus *d. §. publi.* ad quod facit *l. fi. ff.*
de requi. re. dum dicit tex. neque qui ſe defendat ha-
buit &c. Nam & hoc fit in cauſis ciuilib. ſi apparet
actorem non habere ius agendi poteſt repelli. *l. ſi*
pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſt. not. per glo. in l. vbi pa-
ctum. C. de tranſa. ſic & poterit accuſator in crimi-
nalibus eacludi per procura. accuſati probãdo in-
nocentiam tanquam accuſatori ius accuſandi non
competat, quia reus crimen non commiſit. nõ ob.
quod reus debeat per ſeipſum ſuam innocentiam
purgare *.1. qu. 9. c. decernimus. 4. q. 5. c. 1. & 11. qu. 3. c. rur-*
ſus. & c. ſi quando. quia intelliguntur quando reus
vult aliud probare quam de innocentia. Item non
ob. quod iudex velit habere præſentiam accuſati
vt videat qua fronte quo animo &c. *vt in §. tormen-*
ta praallego. quia hoc non poteſt petere quãdo reus
grauat ſe in probanda innocentia ſua cõtra formã
iuris, ſi enim vellet ſimpliciter negare per procur.
adeo quod eſſet neceſſe iudici inquirenti vel accu-
ſatori ſuam intentionem fundare, tunc bene poſ-
ſet dicere quod vellet videre qua fronte qua trepi-
datione quo animo &c. Hoc enim caſu mos ei ge-
rendus eſt *l. circa. ff. de proba. & c. licet. extra eod. titu.*
Conſtat enim quod ad euitandum iudiciorum o-
nus poteſt reus dicere ſe non poſſe accuſari, quia
delictum non commiſit. *l. 1. in prin. & §. quod autem.*
ff. aleato. Co. de his qui ad eccle. confug. l. ſi ſeruum. Et vt
nemo priuatus. *l. 1. in fi. Et quando lice. ſine iudi. vin. l.*
9 *1. & 2. & quod ibi not.* † Item non ob. quod allegare
innocentiam tangat merita cauſæ quæ nõ poſſunt
per alium eapediri, *vt. d. l. 1. an per ali. cau. appel.* quia
eſt verum quando ordinariȩ proceditur ſuper cri-
mine ad effectum pœnæ capitalis. Secus ſi exclu-
ſionem proceſſus quaſi per viam extraordinariam,
ad quod facit. *c. veniens. de accu.* vbi procur. qui alias
deberet repelli in cauſa criminali admittitur ad re-
pellendum accuſatorem ex eo quod alias accuſan-
do confeſſus eſt ſe per calumniam accuſaſſe, & ſic
defenſio reſpiciebat excluſionem accuſantis non
autem merita cauſæ. Patet igitur ea præmiſſis tri-
10 plicem eſſe ſpeciem defenſionis. † Nam quidã eſt
a qui allegat & oſtendere vult cauſas abſentiæ. & de
iſto non eſt dubium quod admittitur in cauſis ca-
pitalibus *per text. in d. §. ad crimen. in fi. & l. inter accu-*
ſatorem. ff. de publ. iud. Quidam eſt defenſor qui vult
allegare & accuſare innocentiã rei. Et iſte eſt du-
plex. Nam quidam venit ad plenam defenſionem
rei & ad ſuſcipiendum in ſe onus iudicij. Et iſte ta-
lis non admittitur in cauſa capitali. Et ita loquitur
§. ad crimen. in princ. fallit tamen in caſu ſingulari. *l.*
non tantum. ff. de app. Quidam vero eſt nudus defen-
ſor qui non vult onus iudiciarium in ſe ſuſcipere.
Sed ſolum ſuper innocentia rei iudicem inſtruere
vt ea illa inſtructione iudex veritatem perquirat
& talis defenſor debet ad allegandas cauſas inno-
cẽtiæ admitti & iſte eſt caſus ſecundum hunc no-
tabilem & verum intellectum. *d. §. pub.* Et ratio eſt,
quia etiam ſi nemo defenderet iudex etiã pro ab-
ſente debet eius innocentiam, perquirere, *vt l. ſi nõ*
defendantur. de pœ. Et etiam pro præſente qui fuiſſet
crimen confeſſus & condemnatus, *vt eſt tex. multũ*
ſing. licet vulgaris ſit in l. 1. §. ſi quis vitro. ff. de queſt. vbi
vt ad certiorem ipſius de ſe confeſſionẽ perueniret
&c. quanto ergo magis debet iudex qui debet pro
veritate inquirere, *vt d. auct. qui ſemel. & in l. 2. C. de e-*
den. & æquitatem ante oculos habere, *vt l. quod ſi e-*
pheſi. ff. de eo quod cer. loc. volentem ipſum inſtruere
& ad ſemitam veritatis inducere audire, *vt in ſimili*
dicitur in l. fi. ff. ad l. Iul. de ann. vbi licet mulier nõ ad-
mittatur ad accuſandum. tamen admittitur ad in-
uicem informandum de delicto. Ad quod etiam *l.*
3. ff. de lib. cau. ibi dum dicit adire prætorem & iudi-
care rẽ. Et hoc eſt quod dicit *in d. §. pub.* ibi dum di-
cit quemuis pro ea verba facientem æquũ eſt & or-
dinariũ admittere. qu. d. licet in capitalibus cauſis
ſoleat procu. repelli, *vt in §. ad crimen.* tamen quan-
do quis eſt abſens, & poteſt contra eum procedi
intereſt reipubli. à quibuſcunq; defendi & quem-
cunq; eius nomine innocentiam eacuſantem au-
dire non facta differentia an veniat tanquam pro-
cur. an vero vt quilibet defenſor, vt denotatur in

dicto verbo quemuis pro eo verba facientem. Ea propterea etiam imperator in l. reos præallegata caute locutus eſt. Dum dixit reos capitalium criminum abſentes etiam per procura. defendi. q. d. non ſolum per procur. ſed etiam per defenſorem ſimplicem defendi, & intelligo defendi, vt ſupra dixi declarando iudici ipſius innocentiam, quã tamen ex officio inueſtigare tenebatur, & ſi talẽ defenſorem iudex admittere non vellet faceret litẽ ſuam & deberet inſindicatu puniri, *vt dicit Io. de Imo in d. §. ad crimen. per. tex. in d. l. 1. § quod autem. ff. de alea.* Ad quod facit etiam quod not. Bar. *in l. abſentem. in*
11 *vlt. col. ff de pœn.* vbi concludit. † quod iudex debet laborare ad inueſtigandam innocentiã rei, & ſi reperit ipſum innocentem tanquam contumacem ipſum abſoluere. quod etiam conſuluit ipſe in ſuo conſil. quod incipit à domino Cyno de Bono. poteſtate Peruſij &c. Ita ergo in propoſito licet iſte Zacharias ſit contumax tamẽ ſi dictum eſt probatum quod hominem occiderit ad ſui defenſionem cum qualitatibus requiſitis de quibus habetur *in l. 1. C. vnde vi. & in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqui.* debebit iudex ipſum abſoluere. quia conſtat ipſũ non cõmiſiſſe delictum. Ex prędictis igitur cõcludo quod dictus Iac. non ſolum tanquam patee Zachariæ & pro ſuo intereſſe & commodo quod habere poſſet ex perſona eius filij poteſt ipſius innocentiam allegare & iudici oſtendere per tex. *in l. ſi cuiuſdam. C. de accu. & per not. per. Bart in d. §. ad crimen.* Sed etiam quilibet alius qui vellet eius innocentiam oſtendere & iudici allegare *per d. l. reos & d. §. publi.* & ita alias diſputando tenui & ſæpe conſului ac practicaui ſequendo dictam opi. tanquam equiorem & ex fontibus iuris emanantem. Et ita dico & conſulo ego Modeſtus Palenionus Patauus legum doctor.

ADDITIO.

a Abſentiæ.] *vide ad hoc Spe. in ti. de proc. §. ratione igitur. verſ. ſi. ſed præcedent regula. Ro. dece. 196. Bar. in extrauag. ad reprimen. ver. legitime. Saly. & doc. in l. reos. C. de accuſ. & in l. 2. in princ. ff de fer. vbi tenent quod etiã id die feriato fieri poteſt.*

CONSIL. XLVIII.

SVMMARIA.

1 *Pater pro filio, vel dominus pro ſeruo vel abbas pro monaſterio in cauſa capitali an tanquam defenſores ſaltem audiendi ſint, numeris omnibus ſequentibus per totum conſil.*

2 *Pater quando pro filio comparet dicitur pro ſe admitti cum vna & eadem perſona cenſeatur.*

3 *Statutum ſi dixerit quod ſi quis declinauerit iuriſdictionem poteſtatis impune offendi poſſit, ſi dominus pro ſeruo, vel pater pro filio ſui intereſſe ratione ipſam declinauerit, in ſtatuti pœnam non incideret.*

4 *Abſens vbi ex ſtatuti forma damnari poteſt. proc. pro ipſo poteſt interuenire etiam cum mandato vel ſine.*

1 IN Christi nomine: † in ſupraſcripto conſultationis articulo licet adiectione non indigeat plenitudo. *96. diſt. c. cum* ad verum tamen ſcribã aliqua verba & dico quod in cã capitali ad defenſionem ſerui vel filij pater vel dominus admittitur vbi poſſet filius vel ſeruus condẽnari vt eſt tex. *in l. ſi cuiuſdã. C. de acc. alleg.* per primũ
2 ſupra conſulentem. † Et ibi dicunt gl. & doc. quod hoc caſu non admittitur pro alio ipſe pater quando comparet pro filio, ſed dicitur admitti pro ſe cum cenſeantur vna & eadem perſona *l. ſi. C. de impub. & aliis ſubſti.* & pro ſuo intereſſe & pro vtilitate propria & pro ſuo honore. Alij dicunt quod eſt ſpeciale in his perſonis & coniungunt inuicem hæ duæ ſolutiones, & licet tex. dicat de ſeruo. idem dicunt doc. præſertim Saly. qui alios refert in patre & filio *per l. 1. ff. de lib. ho. exhi.* & etiam in Abbate & monacho qui æquiparantur ſeruo. *c. cum olim de*
3 *priuileg.* vnde inferunt. † quod ſtante ſtatuto quod ſi quis declinauerit iuriſdictionem poteſtatis poſſit impune offendi quod ſi dominus pro ſeruo vel pater ꝑ filio declinauerit ratione ſui intereſſe non incideret pœnam ſtatuti, quia de his nõ loquitur. & ſimiliter nec filius, vel ſeruus incideret. quia nec ipſi declarauerunt. ſed plus eſt quod nedum patee pro filio verum quolibet extraneus pro extraneo põt comparere etiam ſine mandato. Si comparet & offert ſe probaturum de innocentia, puta quia ille qui dicitur fuiſſe occiſus per accuſatum vel inquiſitum occiſus fuit per alium vel quod erat bannitus vel quod fecit gratia ſe defendendi quia fuit inſultatus certe ad hũc actum defenſionis & offenſionis quod abſens veniat abſoluẽdus non cõdemnãdus quilibet admittitur etiam ſine mandato. *vt eſt tex. in §. pub ſecundum Bart. & Pau. de Caſt. & alios.* Et licet appropriet ſibi hoc intellectũ ipſe Bar. ad illum §. tamen fuit antiquorum doctorum ſententia. ſ. Iac. de Are. & Dy. qui conſuluit in quadã cã de regio, *vt refert Io. And. in addi. Spe. de proc. §. 1. Et Gan. in libellu maleſi. tot. ñ rub. 21.* vbi tractatur de ma-
4 teria illius §. publi. *Et ibi traditur doctrina per dict.* † quod vbi põt damnari abſens ex forma ſtatuti ibi poteſt proc. internenire pro ipſo & nõ curãt doctores an habeat mandatum, vel non, quia ſi admittitur ſine mandato fortius cum mãdato, ſed ſolum refert ad quem actũ petat ſe admitti. quia vt ſi oſtendat abſentẽ debere abſolui tanquam non obnoxium vel innocentẽ vel non debere cõdemnari debebit admitti vt defenſor, ſed ſi generaliter petit ſe admitti ad oẽs actus tanq̃ proc. nõ eſſet admittendus in cã capitali, quia non poſſet actum præiudicialem facere vt aliquid confite. contra abſentẽ in eius præiudicium ſecundum doc. in d. §. publice. Quod autem dicitur de cauſis abſentiæ. intelligendũ eſt de cauſis abſentiæ facti. puta quia dicat abſentẽ detẽtũ in vinculis vel morbo ſontico oppreſſum & nõ poſſe cõparere, vel quod fecerit ad ſui defenſionẽ, & ſic quãdo ſunt allegationes cauſarum quæ conſiſtunt in facto, ſecus ſi vellet allegare cauſas iur. quia diceret defenſor locum ad quem citatus eſt abſens non eſſe tutum vel iudicem non eſſe competentem. nam hac cauſas quibus non eſt certum an abſens vtereur non poteſt allegare ſine mãdato cum reus poſſit eis renunciare *cap. veniens & ibi per inno. extra de accu.* ſed ſi haberet mandatum bene admitteretur. Et breuiter concludo quod ſupra

dicti

dicti doctores conſuluerũt. Et ita dico & conſulo ego Laurentius de Palazolis Iuris vtriuſqne doct. Paduæ legens inra cano.

CONSIL. XLIX.

SVMMARIA.

1 *Boetius bannitis in libris ducentis & ad inquirendum pro homicidio ſecundum ſtatuti formam, vult poſt dictam condemnationem mittere procuratorẽ ſuum ad allegandum innocentia cauſas & ad probandum, quod vulneratus per eum deceſſerit defectu, & mala cuſtodia, & culpa ipſius vulnerati mortuus, & non defectu ipſius vulnerantis, quia probato homicidio abſens etiam de homicidio ſecundum formam ſtatuti dãnari poſſet, quæritur quid iuris, numerus omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Iudex de facto ſupplere poteſt, & abſentis innocentiã quærere, vbi ſententia in abſentem ferri poteſt.*

3 *Procurator & quilibet appellare poteſt pro eo. qui ad ſupplicium ducitur.*

4 *Procurator in criminalibus admitti non debet: qui faceret actum per quem abſenti præiudicaretur.*

5 *Statutum ſi dixerit, quod abſens ad mortem damnari poſſit, procurator ad allegandum innocentia cauſas admitti debet.*

6 *Vniuerſitas in delictis ſe per procuratorem defendit.*

7 *Abſens in quibuſcunque damnari poteſt: in illis eiuſdem procurator ad ipſum defendendum admittitur.*

8 *Procurator non admittitur ad totam cauſam: in qua domino obeſſe & prodeſſe poteſt.*

9 *Statum quod eſt contra ius commune, ex idẽtitate rationis extendi non debet.*

2 10 *Lex quando alterius legis rationẽ aufert talis lex correcta eſſe cenſetur.*

1 IN Christi nomine amen. † Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio. Iſta quæſtio ſemper mihi viſa eſt dubia. plus propter auctoritatem doc. qui videntur ſenſiſſe diuerſa qnam ex diſpoſitione iuris, quia quando abſens damnari poteſt videtur poſſe interuenire procurator. text. videtur apertus *in l. ſeruum quoque. §. publ. ff. de procur.* vbi text. dicit reipublice intereſt abſentes à quibuſcunque defendi. & ibi debet intelligi etiam procuratore. *cum ille l. ſit poſita in tit. de procu.* Et maxime cũ text. dicat per quemuis. quaſi dicat homo ſolum per procuratorem ſed etiam per alios. Adidem *l. reos. C. de accu.* dum dicit reos capitalium criminũ per procuratores defendi poſſe *& l. abſens.*
2 *reus ff. de procur.* & eſt ratio † vbi ſentẽtia poteſt ferri in abſentem iudex ibi ſupplere poteſt de facto & quærere innocentiam abſentis *vt in auc. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. l. 2. & quod ibi nota. & l. ampliores. C. de accu.* & licet gloſ. dicat ibi quod ſpeciale in cauſa appellationis non eſt verum *vt not. Inno in c. veniens de accu. no. do. in c. bona. de poſtu. prel. not. Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff de dam. infec. & pro hac ſententia videtur tex. in l. non tantum. ff. de app.* vbi eſt tex.
3 † quod procurator & quilibet alius põt appellare pro eo qui ducitur ad ſupplicium. In contrarium videtur tex. *in l. 1. ff. an cauſa appel.* per alium vbi videtur text. qood in cauſa appellationis etiam lite non conteſtata poteſt ferri ſententia in abſentem *l. ſi. §. illud. C. de tempo. app.* & tamen in cauſa appellationia in crimine indiſtincte dicitur ad crimẽ publici indicij fruſtra interuenit procnra. & videtnr loqui ille tex. etiam in cauſis in quibus poteſt ferri ſententia in abſentem vel præſentem. Nam dicit quod ſi proponitnr iuſta cauſa abſens damnari poterat. & text. illius. §. illud loquitur indiſtincte quod in cauſis capitalibus non admittitur procurator. & pro hoc etiam videtur caſus *in c. veniens. de accu.* vbi tex. dicit quod noo admittitur procurat. in cauſa criminali. Et tamem ibi loqnimur in cauſis in quibus abſens dãnari poterat. & pro iſta ſen-
4 tentia facit. † quia in iſtis criminalibus non debet admitti procur. qui faceret actum per quem præiudicaretur abſenti. & quia text. *in l. 2. C. de procura.* videtur admittere procnr. in criminalibus in quibus ſola pecuniaria pœna venit imponenda. & idem tex. *in l. 1. ff. an per alium ca. appel.* & quia eſt ſpeciale in illuſtribus vt in cauſa iniuriarum procura. pro eis ad accuſandum admittatur. Ex quibus rationibus tenet Bart. *in d. §. ad crimen* ibi. Sed primo qnæro qnod etiam vbi abſens damnari poteſt non admittitur procurat. qni domino obeſſe vel prodeſſe poſſit. Idem tenet in extrauaganti ad reprimen. in glo. in verbo legitime. Non ob. *§ pub.* quia loquitur generaliter de quolibet vt ſine mandato poſſit allegare cauſas innocentiæ ſed non vt procu. ita quod poſſit abeſſe domino. & hoc etiam videtur teoere dominus Anto. de But. *in d. c. veniens.* Ego autem teneo quod proc. poſſit admitti ad allegandum cauſas innocentiæ text. *eſt in l. reos qua eſt. l. 3. C. de accu.* dum dicit reos etiam per procur. in cauſis capitalibus defendi poſſe, & etiam tex. *in §. publi.* dum dicit per quemnis *vt ſupra dixi. & in l.*
5 *abſens reus. de procura. & ita conſuluit do. Dyn.* † Quod ſi ſtatnto canetor quod abſens damnari poſſit ad mortem ibi admittitur procu. Non obſtaot rationes contrariæ. Et primo. *l. 1. ff. an per alium. ca. appel.* quia ſi interponitur appellatio in cauſa capitali ambo accuſator & reus debent teneri in vioculis, *vt no. in l. 1. ff. de cuſto. reo. Et in l. 1. §. ad Turpil. vt ſupra dixi vnde illa. l. 1.* non poteſt intelligi in abſente. Et quod debet admitti procur. probatur quia pro abſente in his in quibus damnari poteſt ibi admittitur procurator. Sed non ad excuſandum illum in quibus damnari poteſt. Sed quia tunc regulariter abſens non damnatur de crimine, ſed ſolũ annotantur bona propter contumaciam, *vt l. 1. C. de req. reis.* Ideo non admittitur procu. ad defendendum cauſam criminis, quia de illo damnari non poteſt *l. abſentem. ff. de pen.* ſed bene admittitur ad allegandum cauſas abſentiæ, ne propter contumaciã bona annotentur. Et hoc dicit. *§. ad crimen.* dum dicit ſententia fertur ſcilicet aonotatioois bonorum, quia de ſententia criminis loqui non poteſt quia in abſentem non fertur, ergo nõ admittitur procurat. *l. abſentes. ff. de penis* & ideo male argumentatur domin. Anto. de But. io caſu dicti. *§. ad crimen.* quia non loqnitur vt differatur ſententia criminis ſed ꝙ differatur ſententia annot. bonorum.

Item fallit in caſu *l. tam collatorum. C. de remil. li. 12.* v-
6 bi eſt caſus. † quod vniuerſitas in delictis ſe defen-
dit per procuratorē. & eſt tex. *in d. l. reos. de accu. & l.*
abſens reus. ff. de proc. Et ideo quando abſens damna-
ri poſſet de crimine credo quod admitteretur pro-
curat. *l. reos. de accuſ.* & ex hac infero concluſionem
quod *l. reos. C. de accuſat.* poteſt loqui in procurato-
re ēt excuſante crimen. & non ſolum in excuſante
cauſas abſentiæ contra Bart. Ex quo infero talem
7 concluſionem. † quod vbi abſens damnari poteſt
in his in quibus damnari pōt admittitur procura-
tor. & ſi pōt damnari de crimine ēt ad allegandum
cauſas innocentiæ criminis contra Cyn. & Bart. &
hæc ſunt vera ſiue ſit crimen public. iudic. ſiue ca-
pitale mortis ſiue priuatum. Nec obſt. prædictum
8 *c. veniens. de accu.* vbi eſt tex. † quod in criminib. non
admittitur procurat. & tamen loquitur in crimi-
nibus in quibus abſens damnari poterat, quia ego
dico quod in cauſa criminali vbi abſens damnari
poteſt ibi procu. admittitur ad allegandum cauſas
innocentiæ, ſed non admittitur ad totā cauſam in
qua poteſt obeſſe & prodeſſe domino & ita loqui-
tur *c. veniens.* Sed in ſola excuſatione innocētiæ cri-
minis vel excuſationis abſentiæ non poteſt obeſſe
domino. ſed ſolum prodeſſe. Et ideo generaliter
procurator in cā criminali etiam pro abſente ſuſ-
cipiendo in ſe totam cauſam non admittitur. Et i-
ſto modo poteſt intelligi *l. 1. an per aliū cauſa app.* Sed
bene admittitur ad allegandas cauſas innocentiæ.
& ita poteſt reſponderi quod ibi non debet ſumi
argumentum à contrario ſenſu. & iſta faciunt ad
quæſtionē noſtram præſentem. Si abſens ex forma
ſtatuti poteſt capitaliter damnari quod ibi ad de-
fenſam & ad allegandum cauſas innocētiæ admit-
titur procurat. & iſtud vt dixi cōſuluit do. Dyn. &
9 bene licet aliqui dixerint contrarium dicentes. † q̄
cum illud iſtud ſtatutum eſſet contra ius commune
non debet extendi ex identitate rationis iuxta no.
in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Sed damnari
poteſt vt ſupra dixi. Item quia ratio quare non ad-
mittitur procurator de iure cōmuni ad allegandū
cauſas innocentiæ criminis eſt, quia abſens de cri-
mine damnari non poteſt, vt ſupra dixi. vnde fru-
ſtra admittitur procurator ad defendendum cri-
men ex quo abſens damnari non pōt, ſed cum per
ſtatu. ū admittitur abſens damnari de crimine tol-
litur legis ratio quæ non permittebat procur. ad-
mitti, ergo ſublata illa ratione admitti poteſt. Et
de hoc eſt gl. *in l. qui ſe patris. C. vnde lib. & gl. fi. in c. ſta-
tutum. de elec. lib. 6. dixi plene in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol.*
10 *mat.* illa fallacia ſn qua dixi. † quod quando lex au-
fert rationem alterius quod talis lex cenſetur eſſe
correcta. Et hoc tenent domini de rota concluſio-
ne. 146. Et alias tenent in alia concluſione. 144. &c.
Ex quib. concludo quod iſto caſu quilibet debeat
admitti ad excuſandū cauſas innocentiæ. & multo
magis procurator, licet procur. ad totam cauſam
admitti non deberet. ita debent intelligi iſta iura.
Et ita vt ſupra ſcriptū eſt dico iuris eſſe Ego Anto.
de Roſel. vtriuſq; iuris doct. natus domini Roſelli
Antonij doctoris famoſi ac ſacri cōſiſtorij ſanctiſ-
ſimi Papæ aduocatus pauperum comes & miles.

ADDITIO.

Abſentis.] *Sed nunquid talis procurat. cauere debeat. vi-
de Bar. in l. pen. §. ad crimen. verſi. quæro & intra mate-
riam. ff. de publ. iudic. Bald. in l. exigendi. ver. 2. quæro. C.
de procur. & facit quod voluit Bal. in l. obſeruare. verſic.
deinde not. C. qua app. non recip. ad materiā autem to-
tius conſi. vide d. Alex. in l. aut facta. §. fi. de pen.*

CONSIL. L.

SVMMARIA.

1 *Procurator ſiue defenſor ad allegandum abſentis de ca-
pitali crimine accuſati innocentiam, an & quibus in
caſibus audiendi ſint numeris omnibus ſequentibus
per totum conſi.*

2 *Pater vel alius quicunque proponere & probare poteſt,
quod occidens ad ſui defenſionem occiderit.*

3 *Statuti ex forma quando contra abſentem ad ſenten-
tiam diffinitiuam procedi poteſt quilibet ad allegā-
dum innocentiæ cauſas admittitur.*

4 *Abſens ſi à nemine defendatur, iudex poteſt & debet
pro illius innocentia ex officio quærere.*

1 IN Chriſti nomine. † Si curia magni-
fici domini poteſtatis fecit iſtū do-
minum Zachariam abſentem citari
ad finē vt contra ipſum non veniē-
tem ſolum procedatur ad ſententiā
banni ad inquirendum, & ad condemnationem
aliquam pecuniariam ſibi imponendam pro ſua
contumacia. Clarum videtur mihi quod nō tenea
tur admittere patrem, vel alium qui veniat tanquā
procurator, vel etiam tāquam defenſor illius ve-
lit proponere & probare quod occiderit ad ſui de-
fenſionem. vel aliam cauſam ſuæ innocētiæ ad ef-
fectum euitandi dictam pœnam cōtumaciæ ban-
ni ad inquirendum & cōdemnationis pecuniariæ.
Si autem vellet quod ipſe citatus perſonaliter cō-
pareat tanquam melius informatus vt videat quo
vultu & qua trepidatione loquatur, vt vult & ſer-
uat communis practica *per. in fi. C. de proc. cum ibi not.*
procedit id quod ſupra dictum eſt cum magnum
præiudicium nō ſequatur ex hoc. Sed ſi fecit cū cita-
ri ad finē vt non comparuerit habetur pro cōfeſſo,
vel vt contra ipſum abſentem procedere poſſit ſu-
per veritate criminis & ad banniendū ipſum vt ſi
fuerit poſtea dephenſus puniatur vltimo ſuppli-
cio vt in facto dicitur. & ſic ad ſententiā diffinitiuā
ex forma ſtatuti permittentis clarū & pluſq̄ clarū
2 videtur mihi. † q̄ curia de iure poſſit & debeat ad-
mittere patrem vel aliū volētem proponere & p-
bare quod occiderit ad ſui defenſionē aut aliā cau-
a ſam innocentiæ ipſius abſentis *a* & ſic quod de iu-
re non ſit condēnandus *per l. ſertum quoq;. §. publ. de*
3 *proc. & l. non ſolū. eo. tit. in fi.* Et eſt cōis ſententia. † q̄
quando ex forma ſtatuti contra abſentē procedi
pōt ad ſententiā diffinitiuā admitti debeat quili-
bet ad allegandū cauſas innocentiæ ne abſens for-
te innocēs condemnetur. & hoc tenet Bar. *in l. pe. §.
ad crimē. de pub. iud. & Inn. in c. veniens. de acc. & Io. An. in
addi. Spe. de proc. §. 1. in addi. qua incip. per hoc videtur in fi.*
Nec iſto caſu procedit communis practica quod
iudex poſſit velle quod abſens citatus perſonaliter
comparcat. & ſi non cōparuerit quod non tenea-
tur

tur ădmittere excuſationes illius ſed poſſit procederet ad ſententiam diffinitiuam tanquam de crimine ſibi conſtet per tacitam confeſſionem & fictam abſentis, quia, ſi contingeret quod innocens ſæpe condemnaretur qui citatus timore torturæ forte non compareret nec propter hoc quod recipiătur escuſationes pro abſente iudicium reddetur deluſoriū. Quia ſi defenſiones propoſitæ non probabūtur abſens poterit condēnari pœna banni qua ſtatim habebit executionē. Et pœna etiam corporali illius criminis quæ executionem habebit ſine nouo proceſſu ſi bannitus poſtea deprehenſus fuerit iuxta no. per Bar. *in l. diam. de cuſt. reorum.* Nec etiam obſtat illa ratio communis practicæ quod melius haberi pōt veritas per ipſum principalem abſentem ſi perſonaliter compareat &c. quod licet hoc verum ſit, ſi tamē index hoc modo non poſſet habere veritatem quia abſens nolit cōparere perſonaliter debet velle eū habere eo modo quo poteſt. Et ſanctius putare debet ipſum abſentem nocentem abſoluere q̃ eum innocentem cōdemnare *l. abſentem de pe.* Et per hanc rationē iura
4 volunt. † quod ſi abſens per neminem defendatur iudex poſſit & dēat ex officio pro illius innocentia quærere eodem modo. & multo magis debet defendētem illius innocentiam admittere. Ideo de ſubſcriptione requiſitus idem quod ſupra dictum eſt per ſuperiores eximios doctores dico & conſulo iuris eſſe. Ego Ang. de caſt. vtriuſque iuris doc. filius qu. d. Pau. de Caſt. ord. legēs iura canonica in ſtudio Paduæ. Idem quod in ſuperioribus concluſum eſt per ſupraſcriptos clariſſimos doc. ſic conſulo ego Leo de Lazara. ll. doc. & miles. Et ita vt ſupra cōſultum eſt dico & conſulo ego Michael de Maroſtica iuris vtriuſque doct. iura ciuilia legens Paduæ, quia ſi dominus admittitur pro ſeruo ad defendendum pro ſuo intereſſe in cauſa capitali & criminali, *vt l. 2. C. de accu.* & etiam quilibet extraneus pœnitus, *vt l. non tantum in ratione ſui. ff. de app.* multo fortius debet admitti pater pro filio, *vt ff. de libe cauſa. l. 1. 2. 3. & 4.* & hóc ſui ratione intereſſe affectionis *l. iſti quidem .ff. quod metus cauſa.*

CONSIL. LI.

SVMMARIA.

1 *Procurator in criminalib. ad allegandum abſentia accuſati cauſas, & cauſa etiam cauſas & innocētiam oſtendendam an admitti poſſit & debeat, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Re pecuniaria nihil prohibet procuratorem reſpondere poſſe.*

3 *Mulier & minor quo caſu ad defenſionē admittantur.*

1 IN Chriſti nomine. † Satis clare & aperte cōſultum eſt quod pater poſſit pro filio comparere, & aperta iſta materia. ſ. vtrum in criminalib. poſſit admitti procurator quæ erat dubio & non immerito quia habemus text. omnino contrarios. & primo. *l. po. §. ad crimen. de publ. iud. &*
2 *l. 1. ff. an per alium cau. ap.* † vbi dicit ſi res pecuniaria eſt. nihil prohibet nomine eius te iuſte reſpondere. Sin autem non ſit pecuniaria cauſa ſed capitalis per procuratorem agi non licet. & pro alia parte habemus *l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procura. & l. reos. C. de acc.* qui non poſſunt clarius loqui. ſ. quod admittatur procur. Immo nedum proc. ſed quili-
3 bet extraneus, *vt dicit gl. magi. in fi. in d. §. publ.* † vbi dicit quod mulier & minor admittuntur. hæc. n. defenſio eſt de iure naturali & fauorabilis. & maxime in patre qui plus diligit filium quā ſeipſum *l. iſti quidem quod met. cau.* & hoc reſpectu debet permitti patri hæc defenſio. conceditur. n. in ſeruo de quo minus videtur circa quod non inſiſto. Circa quæ doct. & glo. intelligunt iura prædicta quod in criminalibus non admittitur procurator principaliter ad fundandum iudicium & telam iudicij. & ſic locum habent iura ſupra primo loco allegata. Sed allegando cauſas abſentiæ & cauſas cauſæ. Et ad oſtendendum innocentiā bene admittitur. Immo ad omnes defenſiones quibus rationibus & aliis de quibus ſupra fit mentio. Idem conſulo ego Petrus de Zanchis legum doct. Idem quod ſupra dictum & concluſum fuit per vltra ſcriptos famoſiſſimos dominos meos dominos conſulentes arbitror de iure veriſſimum. ego Ioan. de Verxerenſibus legum docto. minimus. & ideo de ſola ſubſcriptione requiſitus manu propria ſubſcripſi. Idem quod ſupra conſultum eſt per ſupraſcriptos famoſiſſimos doc. dico iuris eſſe ego Aluarotus legum doctor natus quon. famoſiſſimi doctoris domini Iaco. de Aluarotis.

CONSIL. LII.

SVMMARIA.

1 *Homicidium ſi in propatulo & coram pluribus cōmiſſum fuerit, nunquid iudex abſentis accuſati defenſorem admittere debeat & teſtes ad probandum, quod ad ſui defenſionem homicidium fecerit, examinare, numeris omnibus ſequenti. per totum conſil.*

2 *Cauſis publicorum iudiciorum, in quibus imponitur pœna à relegatione ſupra licet abſens condemnari nō poſſit, ſecus tamen in cauſis in quibus infra relegationem pœna imponi deberet.*

3 *Crimine læſæ maieſtatis abſens condemnari poteſt.*

4 *Iudex cauſa cognita petere poteſt quod reus principalis tanquam melius informatus perſonaliter ad reſpondendum veniat.*

5 *Iudicis arbitrio quotieſcunque aliquid committitur, ſemper cauſa cognita arbitrari debet.*

6 *Iudex in ciuilibus non poteſt petere, quod pars principalis veniat, niſi iuſta cauſa.*

7 *Iudex coram quo per accuſationem proceditur. poteſt in ſe aſſumere onus probandi pro accuſatore: & teſtes & probationes ex ſuo officio inducere, ne accuſator pœnam Turpilliani & temere accuſantis iniuſte incurrat.*

1 IN Chriſti nomine. † Ego Io. Baptiſta quondam famoſiſſi. doct. domini Roſelli de Roſellis iuris vtriuſque dd. credo veriſſimas eſſe cōcluſiones ſupra factas per famoſiſſimum dñm patruum meum primum conſultorē & ſupraſcri-
2 ptas per alios excellentiſſimus doct. ibi † quia licet regulariter in cauſis publicorum iudiciorū in qui-

bus imponitur pœna à relegatione ſupra abſens non poſſit condemnari. *l. abſentem. ff. de pœn. & l. 1. ff. de requir. rer.* & ideo non poſſit interuenire procurator, nec etiam defenſor. niſi ad allegandas cauſas abſentiæ. *l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. & l. reos. C. de accu. & l. ſeruum quoque. §. publice. de procurator. & cap. veniens de accuſat.* tamen in cauſis in quibus deberet imponi pœna infra relegationem, quia in huiuſmodi abſens poteſt condemnari. *vt in d. l. abſentem de pœn. & l. 2. ff. an per ali. ca. ap.* in iſtis poteſt interuenire defenſor etiam ad oſtendendũ de innocentia rei. & publice intereſt tunc abſentes qui condemnari poſſunt à quibuſcunque defendi *vt in d. § ad crimen.* & quia multo iuſtius eſt defenſorem audire quam abſentẽ contumacẽ & indefenſum graui condemnatione afficere *l. exigendi. C. de procu.* & quia iudex quando reus nõ defenditur debet ex ſuo officio vndecunque defenſionẽ quærere vt rei abſentia de præſentia repellatur *l. properandum. §. cum autem. C. de iudi. & l. ſi non defendatur. ff. de pe. l. ampliorem. C. de appe. & auc. qui ſemel. C. quomodo & quan. iud. & l. non tantum ff. de ap.* & idem eſt ſimiliter in omnib. cauſis publicorum iudiciorum pro quibus venit imponẽda pœna capitalis à relegatione

3 ſupra quãdo abſens põt condemnari. † quod eſt in crimine læſæ maieſtatis, vt in extrauaganti ad reprimen. & in cæteris aliis caſibus ſpecialibus, quia tunc ſimiliter ex quo abſens poteſt condẽnari & ei pœna capitalis imponi equũ eſt & rationabile ꝙ admittatur quilibet defenſor etiam ad oſtendendũ innocentiam rei. *vt ſupra dict. iurib. & no. Bar. in d. §. ad crimen. & in extraua. ad reprimend. in gl. in verbo vel legitime.* Et ſimiliter ẽt idem eſt vt cõſuluit d. dñs. patruus meus quando ex forma ſtatuti põt abſens condemnari ſi, ut in caſu noſtro pro homicidio, quia tunc eiſdem rationib. abſens põt à quocunq; defendi, *vt no. Bar. gl. & doc. in §. ad crimen. & Cy. in l. reos. C. de accu. & prædicta ſunt vera abſq; aliqua dubita-*

4 *tione.* † Item ẽt credo veriſſimũ de iure quod iudex cauſæ cognita & iuſtis rationib. poſſet deſiderare & petere quod reus principalis tanquã melius informatus veniet ad reſpondẽdum perſonaliter accuſationi vel inquiſitioni vt ſic iudex poſſit habere veritatem vidẽdo qua fronte quo colore qua trepidatione loquatur *l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. Vbi per doct. & per Cyn. in d. l. reos in fi.* nec ſufficeret ſi reus vellet mittere defenſorem cum mandato ſpeciali ad ſic reſpondendum, *vt not. Bar. ibi in l. 2. §. defendendi. ff. ex quibus cau. in poſſeſ. ea.* licet quidam antiqui tenuiſſent contrarium. vt ibi per eum. Et ſi nõ vellet venire poſſet procedere contra eum tanquã contra contumacem ponendo eum in banno iux-

5 ta formam ſtatutorum. † Sed ſine cauſa & iuſta ratione nõ credo quod iudex indiſtincte debeat hoc petere quia quotieſcunq; cõmittitur aliquid arbitrio iudicis ſemper debet cauſa cognita arbitrari *l. eum hi. §. cauſa. ff. de tranſac. l. in cauſa. §. cauſa cognita ff. de mino. l. magis puto. §. ne paſſim de reb. eo. l. 3. §. dua cauſa. ff. ad carb.* Itẽ quia in criminalib. proceditur ſicut

6 in ciuilibus *l. abſentem. ff de pe.* † Sed in ciuilibus iudex nõ poteſt petere quod veniat pars principalis niſi ex iuſta cauſa, *vt in l. ſi. C. de procu.* Similiter ergo in criminalibus, debet ergo iudex diligenter conſiderare an expediat ad habendam veritatem quod principalis veniat vel non finge. n. maleficium factum de nocte vel in loco deſerto vel difficile eſſe habere veritatẽ aliter ꝑ quam tormenta rei certe. tunc deſiderabit vt veniat. Pone ecõuerſo maleficium eſſe factum de die in loco celebrari corã pluribus teſtibus adeo vt nulla ſit iudici difficultas habere veritatem, tunc profecto iniqui & pertinacis iudicis erit deſiderare quod principalis veniat cum minime expediat ad habendum veritatẽ. *facit optime tex. in d. l. 3. §. dua cauſ. ff. ad car.* Cũ ergo in caſu noſtro Zacha. dicatur ad ſui defenſionem hominem occidiſſe coram pluribus & plurib. perſonis. adeo ꝙ facillimũ ſit iudici ſine præſentia ipſius poſſe reperire veritatem & videre an homicidium fecerit ad offenſam vel defenſam profecto debebit teſtes examinare defenſorem audire & veritatẽ inquirere & ſi culpabilem reperiat condemnare & innocentem abſoluere.

Subſcriptio ad ibidem.

Et idem quod ſubſcriptũ & concluſum eſt per ſupraſcriptos dominos conſulentes & credo iuris eſſe. Ego Nicolaus de maiis de baſſano minimus legum doctor & requiſitus de ſimplici ſubſcriptione me ſubſcripſi & ſigillo meo ſigillaui motus ad

7 ſubſcribendum me etiam iſta ratione. † valet quia iudex coram quo proceditur per accuſationẽ põt in ſe aſſumere onus probandi pro accuſatore & teſtes & ꝓbationes ex ſuo officio inducere ne accuſator pœnam Turpilliani & temere accuſatis iniuſte incurrat *vt no. per doct. in l. 2. C. de aboli. & per Bar. in queſtione. quæ incipit iudex maleficiorum*, quanto magis poteſt pro reo accuſato quemcunq; audire vt veritatem pro innocentia inquirat. arg. regulæ vulgaris; quia non debet actori licere &c. quia fauorabiliores eſſe debemus reis quam accuſatoribus & promptiores eſſe debemus reis quam accuſatoribus & promptiores ad abſoluendũ quam ad cõdemnandum.

CONSIL. LIII.

SVMMARIA.

1 *Defenſor ſeu procurator. vbi ſtatutorum forma homicidiæ pecuniaria pœna inferenda eſſet, an in cauſa capitali interuenire poſſent. & quid vbi pœna mortis inferẽda veniret, an ad probandum innocẽtia cauſas tales audiri debeant, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Defenſor: nullum præiudicium abſenti facere poteſt, ſicut ſi eſſet procurator.*

3 *Defenſionis cauſa delictum feciſſe, ſi reus non probauerit condemnabitur.*

1 IN Chriſti nomine † Et eius gl. matris. In caſu præmiſſo ſi ex forma aliquorum ſtatutorũ poſſet inferri pœna pecuniaria ipſi homicidæ, certe nõ ſolum poſſet defenſor interuenire ſed etiam procurator cum mandato hoc probat *tex. in l. 1. ver. plane. ff. an per alium cau. appel.* Si vero veniret imponenda maior pœna. puta relegationis fuſtigationis & flagellationis vel vltimi ſupplicij.

eij. & tunc procurat. interuenire non poteſt. Eſto
quod ſecundum ſo mam ſtatutorum poſſet diffi-
nitiue abſens condemnari. Sed defenſor ſic. & ad
plenariam defenſionem. hoc probat tex. *in l.ſeruũ*
quoque. §.publica ff de procu. qui in caſib. iſtis vbi veni-
ret imponẽda aliqua ex dictis pœnis non pecunia-
rius debet intelligi de defenſore quia admittit inha
biles qui alias pro. uratores eſſe non poſſent ad de-
2 fenſionem. † Et ratio quare admittitur defenſor eſt
quia per eum nullum poteſt fieri præiudicium ab-
ſenti, quod ſecus eſſet in procuratore per no. per
Bar. *in l.pe. §.ad crimen. ff.de pub. iudi.* Et ideo non eſt
dubiũ in iure quod pater dicti do. Zaccariæ poteſt
ſaltem tanquam defenſor aſſumere defenſionem
ſui filii & eius innocentiam demonſtrare & iudex
qui per indirectum quæreret priuare defenſio-
nem abſentis dicendo quod abſens compareat re-
quiſitus ab eo aliqua quæ à defenſore ſcire non po-
terat & ab eo magis ſciret veritatem ex rubore vul-
tus, vel aliá trepidatione. malefacit quando per de-
fenſorem talia habet vel per dicta teſtiũ per ipſum
iudicem examinatorum ex officio per quæ etiam ſi
malefactor eſſet præſens & in carceribus non eſſet
opus eum torquere, ſed ſolum defenſiones ſuas au-
dire. puta quia apparet ex proceſſu directe pro-
batum ipſum dominum Zachariam fuiſſe interfe-
ctorem prout præſuppono ſic eſſe probatum & nõ
negauit ſed dicit hoc feciſſe ad ſui defenſionem cer
3 te ſolum expectaretur illa defenſio. † qua non pro-
bata condemnaretur. iuxta ea quæ habẽtur per Bar.
in l.Aurelius. §.idem quæſiit. ff. de lib.leg. & Bal. in l.vnica.
C.de confeſ. & ad literam vult Bal. in d. §.publica circa fin.
ver. ſed hic quæro. Ideo ego Bapt. de ſcalpis de Padua le-
gum doc. de ſola ſubſcriptione requiſitus conten-
tus his ſupra dictis paucis fretus auctoritate iuris
& tantorum doctiſſimorum doct. dico & conſulo
quod dicunt & conſulunt ſupranominati clariſſi.
doc. &c. Et idem quod ſupra abundãtiſſime tactum
& cõcluſum eſt per ſupraſcriptos famoſiſſimos do-
ctores dico & conſulo iuris eſſe ego Daniel de Salla
legum doctor Patauinus &c. Item quod ſupra con-
cluſum eſt per famoſiſſimos dominos conſulentes
requiſitus de ſubſcriptione ſola. & dico & conſulo
ego Federicus de capitibus liſte iuris vtriuſque do-
ctor & comes legens iura canonica in felici ſtudio
Paduano &c. Idem iuris eſſe dico ego Franciſcus de
porcellinis iuris vtriuſque doctor miles & comes
legens iura ciuilia in felici ſtudio Paduano &c.

CONSILIVM LIIII.

SVMMARIA.

1 *Pater pro filio abſente de cauſa capitali accuſato quibus in caſibus ad iudicis animum informandum ſeu ad ipſius innocentiam allegandum audiri debeat & de intellectu quamplurimum legum multa vtilia innumeris omnibus ſequenti per totum conſilium.*

2 *Procurator fruſtra admittitur ad publici iudicii crimen proſequendum.*

3 *Iudex ex offi. ſuo veritatem inquirere tenetur.*

4 *Veritas ſimplicitas amica eſt.*

5 *Scandalum vtilius naſci permittitur quam quod veritas delinquatur, & quotuplex veritas ſit.*

6 *Confeſſum contra nulla ſunt partes iudicis niſi in exequendo.*

7 *Extranei ad informandum iudicem de rei veritate admittuntur.*

8 *Vtilitatis publica eſt abſentes per quemcunque defendi.*

9 *Innocens malus non eſt, licet maior innocentia ſit non deliquiſſe quam delicti excuſationem habere.*

10 *Affectus aliquis non eſt qui paternum vincat.*

11 *Filius quicquid acquirit, ipſi patri acquirit ſecus quo ad vſum fructuum.*

12 *Pater ratione ſui intereſſe pro filio ad defenſionem admitti debet.*

13 *Iudex faceret litem ſuam, niſi patrem pro filio ad defenſionem admitteret.*

14 *Bannitus cui æquiparetur, quãdo et bona nõ adimũtur.*

15 *Banniendo de aliquo quando tractatur, ad defenſionem quis admitti debeat.*

16 *Iudici ſi conſtiterit de innocentia accuſati, etiamſi contumax fuerit. ipſum abſoluere debet.*

17 *Mors an ſit ſecuta vel non, ex vultu vel accuſatorum voce colligi non poteſt.*

1 IN Chriſti nomine amen † vnus filio-
rum magiſtri bertignati aromatari
de plebe altero eius fratre aſſiſtente
cũ baſtone percuſſit. A. qui poſt plu-
rimos dies quaſi liberatus ſe graffauit
cum vngulis egregie adeo quod vulnus ſanguina-
uit egregie & alia inordinate fecit. adeo quod poſt
graffaturam paucis diebus ſuperuixit. vnde proce-
ditur contra ipſos de morte dicti. A. dictus autem
magiſter Bertus eorum pater vult comparere co-
ram iudice & allegare ac dicere quod mors nõ pro-
ceſſit ex percuſſione ſed ex defectu dicti. a. dubita-
2 tur vtrum iudex teneatur ipſum admittere. † Et vi-
detur dicendum quod non quia ad crimen publici
iudicii perſequendũ fruſtra procurator admittitur
vt l.pe. §.ad crimẽ. ff. de publ. iudi. & probatur in l.1. ff. an per
aliũ cauſa appel. & in c. veniens extra de ac. vbi plene per
glo. *& in c. ne extra de procur.* Sed contrarium hoc ca-
ſu arbitror eſſe verum. Primo ratione inquirendæ
veritatis. Secundo ratione publicæ vtilitatis. Tertio
ratione paternalis & priuatæ commoditatis. Quar-
to ratione vitandę pœnalitatis. Primo enim dixi ra-
3 tione inquirendæ veritatis ex eo. † quia iudex ex
officio ſuo tenetur veritatem inquirere, *vt in auc. qui*
ſemel. C. quomodo & quando iudex ibi pquiſita veritate
pronunciet. *& in l. properandum. §. tum autem* vbi rei
abſentia Dei præſentia repletur .i. veritatis indaga-
tione. quia Deus eſt veritas. & probatur *in l per hãc in*
fi. C. de temp. ap & in l. n apud quẽ. C. de eden. ibi ad inue-
ſtigandũ veritatis fidem. quam veritatem iudicãtes
& colere debent, vt colligit imperator *in l.1. C. de lat.*
lib. tol. & in auc. vt in priua. domi ſacra myſteria non fiant.
§. fi. col. 5. Ipſa enim ſuper omnia eſt amanda, *vt ff. de*
4 *cond. & demonſt. l. & cum ita legatum.* † quia eſt ſimpli-
citatis amica, *vt in capitu. veritatem extra de iureiurand.*
& debet potius ipſam quam ſimulata geſta tueri,
vt leg. cum pater in fin. Cod. ad velle. & potius quam iu-
ris ſubtilitas attendi, *vt in capit. dilecti. cum concor. ibi*
in gl. alle. extra de iu. quę quidẽ veritas non ex intelle-
ctu, ſed ex parte rei intellectę cõſpicitur *vt l. ſi veritas.*
5 *& ibi Bal. C. de fideinſ.* † Et vtilius naſci ſcãdalũ permit

titur quam ipſa relinquatur, *vt in cap. qui ſcandalizauerit. extra de reg. iur.* quæ quidem veritas eſt duplex
5 a vna cœleſtis quæ eſt ipſe Deus qui dicit ego ſum via veritas & vita. Alia eſt terreſtris & humana & hæc eſt coguitio rei certæ, *vt in auc. de inſtrum. cau. & ſi in prin. per. glo.* Et hæc eſt iuſtitia quæ pertinet ad iudicem & diſciplina quæ pertinet ad prælatum. *vt notat gloſſ. in d. capi. qui ſcandalizauerit.* ea enim quæ ad iudicem ſpectat omnino inquirenda eſt, & pro eà conſequenda iubet iuriſconſultus. *l. tranſgreſſis in l. ſi. in ſi. ff. ad l. Iul. de annona.* vbi permittit mulieri inſtruere iudicē de veritate criminis quæ alias ab accuſando repellitur, *vt l. de crimine. C. qui accuſ. non poſ.*
6 † Et laudatur Vacomius Saxa qui cōfeſſum de ſe crimen diſtulit exequendum pro veritate conſequenda & inquirēda, *vt habetur in l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quaſtioni.* licet in confeſſum nullæ eſſent partes iudicis niſi in exequendo, *vt in l. prima. ff. de confeſſ.* Similiter & illum admittit iuriſconſultus qui pro feſtinante ad mortem prouocauit volens omnes prouocantem humanitatis ratione etiam abſque mandato immo contra ipſius voluntatem etiam ſi ſanguinis ratione non commoneatur potius audiri quam ad mortem properantem immaturo ſupplicio puniri, nec ipſum aliud mouet quam veritatis indagandæ
7 conſideratio. † Si ergo contra ſtrictas regulas iuris in prædictis caſib. admittuntur extranei ad informandum iudicem de veritate rei, quantò magis debet admittere patrem prò ſalute filiorum quam iudex ipſe etiam ſi pater nō interueniret ante omnia inueſtigare & perquirere deberet, *vt eſt tex. in l. & ſi non defendantur. ff. de pæ.* qui vult non tantum pro innocentia liberi hominis, ſed etiam pro innocentia ſerui admitti dominum & quemcunque alium. Et ſi nemo defendat ille qui cognoſcit debet de eorum innocentia quærere. Hæc enim omnia ſtatuta ſunt in criminalibus ad ſalutem hominis contra ſtrictas regulas iuris cum iudex ipſe non debeat regulariter ſupplere de facto, *vt not. in l. age cū geminiano. C. de tranſa. & in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. pertinen.* Et ſalutis ratiò eſt habenda. *vt l. recuſare. §. ſi. ff. ad Treb.* cum ipſe homo ſit pretioſiſſima creaturarum, *vt no. gl. in l. iuſtiſſime. ff. de adil. edict.* Et ideo lex maluit facinua impunitum relinquere quam innocentem condemnare, *vt eſt tex. in l. abſentem ff. de pæ.* Concluditur ergò ex pręmiſſis quod ratione veritatis habendæ debet pater admitti ad informādum iudicis officium.
8 Secūdo dixi quod † ratione publicæ vtilitaria, ipſe pater debeat admitti, quia publice vtile eſt abſentes non tantum per patrem, ſed per quemcunque defendi. *vt l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procur.* & reipubl. intereſt in eadem cauſa plures eſſe defenſores, *vt l. nam reipub. ff de ope. no. nunc* maxime cum accuſati innòcētia declàratur, *vt in d. §. publice.* Licet enim interſit reipubl. maleficia puniri, *vt l. ita vulneratus in ſi. ff. ad l. Aquil. l. ſi à reo. §. quod vulgo. ff. de fideiuſ. & l. ſi longius. ff. de iud.* Tamen non minor in defendēda innòcentia publica vtilitas verſatur. immo iuſtius abſentem poſſe defendi quam turpiter condemnari. *l. exigendi. C. de procura.* Cum ex defenſione ciuitatis repleta perſeuerat hominib. quod maxime intereſt reipubl. *l. 1. ff. ſo. ma.* licet etiam congruat bono præ-
9 ſidi purgare prouinciam malis hominibus. † Sed qui eſt innocens non eſt malus, *vt l. congruit. ff. de offi. præ.* licet maior ſit innocentia non deliquiſſe quam delicti habere excuſationem. *l. 1. in fin. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi eximat. & Bald. no. in l. pignus. in vlti. col. C. de pig. act.* Et vltra hoc quod talis defenſio concernat publicam vtilitatem, cōtinet etiam æquitatem, *vt dicit text. in d. §. publica.* Ibi æquum & ordinarium eſt admittere quam æquitatem iudex debet habere ante oculos, *vt l. quod ſi ephesi. ff. de eo quod cer. lo.* Et ipſam iuris rigòri præferre debet. *vt l. placuit. C. de iudi.* Concluditur ergo quod tam ratione publicę vtilitatis quam ratione æquitatia pater ipſe debet audiri. Dixi tertio quod debet admitti ratione paternalis & priuatæ commoditatis. Nam patria poteſtas potius in pietate quam in atrocitate conſiſtit. *vt l. diuus ff. de paric.* quæ enim poteſt eſſe maior pietas quam defendere filios qui ſunt eadem perſona cum patre. *C. de impu. & ali. ſub. & l. ſi. C. de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. §. ſi. lib. 11.* Et vox patris reputatur eſſe vox filij *vt inſtitu. de inuti. ſtip. §. poſt mortem.*
10 † Nec aliquis ſit affectus qui vincat paternum. *vt l. ſi. in prin. C. de tut. fur.* Nec poſſit meliòrem filius amicum habere patre ſuo, *vt not. gl. in l. quidam cū filium ff. de here. inſti.* Quia plus præſumitur diligere filium quam ſeipſum. *l. iſti quidem. ff. quod me. cau.* quia videtur pater in filium eius naturam conſeruari, *vt l. liberorum. ff. de ver. ſigni. & ibi no. in glo.* quia non poteſt quis carnem ſuam odio habere. *l. 2. ff. de recepta.* Proptereà auxilium paternum reſpuere ſatis eſſet iniquum. *ſi. C. ad Màced.* Propter quæ vòluit lex naturalis filium debère alere patrem: *l. ſi quis. §. liberis. in prin. §. ſi impubes. ff. de lib. agno. & l. 1. C. de alen. libe.* Et è conuerſo voluit patrem alere filium. *l. 1. §. ſileat. Co. de rei vxo. act. & in auc. vt li. ma. & aui. §. ſin autem*, & filium debere ſuccedere patri. *vt l. cum ratio C. de bo. dam.* & è conuerſo patrem ſuccedere filio, vt *l. nam & ſi parentibus ff. de offi. teſta.*
11 † Et quicquid acquirit filius acquirit pati, *vt leg. placet. ff. de acqui. her.* quod hodie limitatur quoad vſum fructum tantum remanente proprietate apud filium. *l. cum oportet. & l. cum non ſolum. in princ. C. de bo. quæ libe.* & è conuerſo filius dicitur habere quodammodo dominium in bonis patris, *vt l in ſuis. ff de libe. & poſth.* Et tenetur filius patrem offenſum adiuuare. Et ſi eſſet in periculo pater ne occidatur & filius negligit ipſum adiuuare tanquam occiſor tenetur pœna paricidii, *vt in l. vtrum. ff. ad l. pompe. de paric.* quia qui potuit hòminem à morte liberare & non liberauit ipſum occidit, *vt in c. ſicut dignum extra de homic. & facit l. item mela. §. ſi alius. ff. ad l. Aquil.* cum non careat iudicio ſocietatis occulte qui manifeſto facinori deſtitit obuiare, *vt in c. quanto. extra de ſent. exco. & in c. error. 84. diſt. & facit c. nouit. ver. ne igitur. extra de iud.* quia pertinet ad innocentis officium non ſolum nemini malum inferre, ſed etiam alios à malo prohibere *23. q. 3. c. non inferenda* & ſi filio fiat iniuria patri permittitur agere. *l. ſed ſi vnus. § filiofa. & l. ſeruo. §. filio. & l. pater. ff. de iniur. & inſt. de iniu. §. patitur. & ff. de pac. l. in perſonam & l. non ſolum. §. ſi pater. ff. de procur.* Quia iniuria quę fit filio videtur fieri ipſi pa-
12 tri. *l. 1. §. 1. ff. de iniur. & d. §. ſi pater.* † Et propterea cum

tot &

tot & talia beneficia pater conſequi poſſit ex perſo-
na filiorum ratione paternitatis & commoditatis
paternalis. Debet pro ſuo intereſſe admitti ad ſimi-
litudinem domini, qui admittitur ad ſeruum ſuum
defendendum in capitali iudicio & non tãtum ipſe,
ſed etiam procurator eius. *vt l. ſeruum. ff. de publ. iudi.*
& in l. lucius. ff. de appel. Cum quo non eſt tanta con-
nexitas quãta eſt inter patrem & filium ratione pa-
ternitatis, quia in paterna pietate conſiſti. Domi-
nica autem in atrocitate. Cum habeat in ſeruũ po-
teſtatem vitæ & n cis *vt inſti. de his qui ſunt ſui vel alie.*
iur. §. 1. quam necis poteſtatem non habet pater, *vt.*
d. l. in ſuis. & l. fi. C. de pa. pot. quia eſſet contra pietatem
licet in neceſſitatis caſum liceat patri filium vende-
re, *vt l. 2. C. de pa. q. fil. diſtra.* licet non in omni caſu. *vt*
l. 1. eo. tit. multo ergo pro tot cauſis & rationibus ex
quibus prætendit intereſſe, cuius ratione cauſa di-
citur potius eſſe ſua quam filiorum, *vt l. pen. in fin. ff.*
quando appel. ſit. debet ipſe pater ad filiorum inno-
centiam declarandam admitti. Et hanc ſententiam
tenuit Bar. *in d. §. ad crimen. & Ioan. And. in addi. Spe. in ti.*
de procu. §. 1. & Saly. in l. ſi cuiuſdam. C. de accuſ. quos ſe-
13 quuntur omnes ſcribentes in materia. † Dixi quar-
to quod ratione vitandę pœnalitatis debet admitti,
nam ſi iudex non admitteret ipſum faceret litem
ſuam & teneretur in ſindicatu, *vt dicit Io. de Imo. in d.*
§. ad crimen. & teneretur ad damna & intereſſe ſi il-
licite poneret eos in banno, *vt no. Bal. in l. fi. C. de pe. iu.*
qui ma. iud. per not. per Inno. in c. fi. extra quod met. cau. ad
quæ tenetur nolens probationes admittere, *vt no. ff.*
de eden. l. argentarius. §. cum autem. & l. ſi quãdo in fi. C. de
teſt. ad ſimilitudinem excommunicationis aliquem
iniuſte qui tenetur ad omnia damna & ea penias, *vt*
no. Angel. in l. mancipia. C. de ſer. fugi. & eius qui nõ vult
deferre appellationi, *vt eſt tex. in l. quoniam. C. de appel.*
Et no. Inn. in c. ſæpe de appel. in gl. magna in fi. Conſtat igi-
tur ex ſupraſcriptis rationibus ipſum magiſtrum
Bertum debere admitti ad informandum officium
iudicis de innocẽtia filiorum ſuorum. Modo reſtat
reſpondere ad tex. *in §. ad crimen.* Et primo reſpon-
deo quod ille tex. prohibet procu. interuenire non
autem prohibet patrem qui etiamſi veniret tanquã
coniuncta perſona non diceretur procur. *vt l. 3. §. 1.*
ff. iudic. ſol. Nec venit ad defendendum accuſatos ſu-
ſcipiendo in ſe iudicium. Et ad eorum vtilitatem,
ſed pro ſuo intereſſe quo caſu defendit cauſam pro
priam, *vt d. l. pe. §. fi. ff. quando appel. ſit.* Vel poteſt dici,
vt dicunt doct. ibi. & *in §. publica.* & loquitur quan-
do procura. vellet interuenire ad proſequendum
iudicium, & ſic ſuſcipiẽdum in ſe onus iudicii quod
non licet, quia ea eius comparatione iudex nõ poſ-
ſet videre qua frõte, aut quo colore & animo reus lo
queretur. In caſu autem noſtro iſte pater non vult
admitti ad ſuſcipiendum in ſe iudicium, ſed vult iu-
dicem inſtruere ſuper filiorum innocẽtia quod fa-
cere licet, *vt d. §. publica. & ſic etiam intelligitur. l. reos.*
C. de accuſ. & hanc ſententiam tenuit Bart. in d. §. ad cri-
men. & do. Bened. de Plumbi. ipſam latiſſime ſequitur. Et
ego alias ſuper intellectu dictorum iurium conſu-
lendo & diſputando latiſſime ſcripſi. Secundo non
ob. *l. 1. ff. an per alium cau. ap.* quia loquitur eodem mo-
do in procuratore volente ſuſcipere in ſe iudicium
quod non licet vel poteſt dici quod potius faciat in
fauorem quia loquitur vbi venit imponenda pœna
ſupra relegationem quę ferri non poterat in abſen-
tem. Sed vbi pœna poteſt ferri in abſentem, admit-
ti debet quilibet defenſor, *vt d. §. publice.* Et clarum
eſt quod tractatur in hoc caſu de ſentẽtia banni quę
poteſt ferri in abſentem, quod quidem bannum.
14 † Ex quo bannito non adimuntur bona æquipara-
tur relegato, *vt inſti. qui mo. ius pa. po. ſol. §. relegati.* ergo
ſicut quando imponitur pœna relegationis poteſt
interuenire procurator non tantum quilibet de-
fenſor, *vt tenuerunt gloſſ. in d. §. publica. & dict. §. ad cri-*
men. & ibidem Bart. dicit ita ſeruari de conſuetudine. &
opin. glo. ſequitur Saly. in l. reos. C. de accuſ. & communiter
15 *omnes do.* † Idem quando tractatur de banniendo a-
liquem deberet admitti procurat. vel pater qui pro
ſuo intereſſe velit iudicem ſuper veritate inſtruere
iuribus & rationibus allegatis alias in præcedenti
conſi. pro quo facit tex. *in d. l. fina. ff. de requiren. re.* qui
decidit iſtum caſum vbi ad euitandum damnum
admittitur defenſor. Et ſimiliter reſpondetur ad *ca.*
veniens. extra de accuſa. & ad ea quæ habentur. *in capi.*
tunc de procu. Nam ca. veniens. potius facit pro hac
ſententia, quia licet in criminali non admittatur
procurat. admittitur tamen ad repellendum accu-
ſatorem quod non poſſit accuſare ſic. & cap. tuæ lo-
quitur quando procurat. interuenit ad crimen non
ad defectum criminis conſequendum. Et ad prædi-
cta facit quod not. Bartol *in l. abſentem. in fi. ff. de pœn.*
16 vbi voluit † quod ſi conſtat iudici de accuſati inno-
centia licet ſit contumax debet ipſum abſoluere.
Non ob. ſi diceret quod pater debeat ſiſtere filium
in iudicio vt dominus ſeruum *vt dict. l. cuiuſdam & in*
l. ſi ſeruum. ff. de accuſat. quia illa iura intelliguntur
quando dominus volebat ſuper crimine commiſſo
vel non commiſſo defendere ſeruum licet pro ſuo
intereſſe quo caſu cum potius dicitur ciuilis quam
criminalis. *vt ſ. no. gl. in l. lucius. ff. de ap.* Sed quando non
tractaretur de eo ſed de innocentia. an tale quid
fuerit delictum vel non. non datur ſatiſda io de re-
pręſentando in iudicio. ſicut dicitur de illo qui ex-
cuſat cauſas abſentiæ qui non tenetur ſatiſdare *vt l.*
in eo. §. 1. ff. de reg. iur. vbi eſt glo. ſing.

Item non ob. ſi iudex velit habere præſentiam
accuſatorum vt videat qua fronte & quę vultu lo-
quantur, *vt l. de minore. §. tormenta ff. de quæſtion.* quia
illud procederet ſi quæratur an percuſſerit vel
non.

17 † Sed cum hic quęratur an ſit ſecuta mors ex vul-
nere vel non. non poteſt colligi ex vultu vel voce
accuſatorum. Et ex his remanet clarum ipſum ma-
giſtrum Bertum debere admitti. Modeſtas Polun-
tono doctor.

CONSIL. LV.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe proprij ratione qua perſona pro abſente de cri-*
mine capitali accuſato admitti debeant, numerus o-
mnibus ſequentibus per totum conſilium.

2 *Cauſa in capitali dominus pro ſeruo ad defenſionem ad-*
mittitur.

3 *Dominus pro ſeruo & pater pro filio ad litis conteſt. a tor-*
tura

tura examinationem, & ſententia auditionem interuenire non poſſunt.

4 *Procurator nec defenſor in crimine publici iudicij regulariter ad plenariam defenſionem admittuntur.*

5 *Abbas pro monacho in cauſa capitali pro intereſſe ſuo ad plenariam defenſionem admittitur.*

6 *Perſona patris & filij eadem reputatur.*

1
IN Chriſti nomine amen.† *In l. ſeruum quoque. §. publica. gl. qua incip.* Nam & in capitalibus &c. Circa prin. ibi hanc
2 opin. de eo quod habetur infra *de appel. l. lucius* &c. tenet† quod dominus
pro ſeruo in cauſa capitali admittitur *per d. l. prima lucius* &c. & admittitur vt dominus pro eius proprio intereſſe. *& gloſ. in l. ſi cuiuſdam. C. de accuſa* dicit quod aut pater & dominus volunt venire vt domini pro eorum proprio intereſſe, & tunc debent admitti indiſtincte & in cauſa capitali ad plenam defenſionem. In domino planum eſt *per dictam leg. ſi cuiuſdã.* quia eius poteſt pecuniariter intereſſe, quia ſeruus pecunia æſtimatur, *vt ff. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. & ff. de conditio. ob cauſam. l. penultima.* de patre etiam videtur extare, nam videtur ſua intereſſe propter operas *vt l. fin. ff. de his qui deie. vel effude.* Item poteſt ſua intereſſe ſi ex forma ſtatuti pater compelletur ſoluere condemnationem pro filio &c. Aut pater vel dominus non veniunt pro ſuo proprio intereſſe, ſed vt defenſores alieno nomine, & tunc glo. dicit ad omnia poſſe venire, præterquam ad ſententiam. Ita dicit Bald. *in l. reos. C. de accuſ. in 6. vel 7. col.* ibidem ipſe Bal. dicit quod veritas eſt quod ſiue pater vel dominus veniant pro ſuo intereſſe procuratorio ſiue veniant defenſorio nomine filii vel ſerui ipſi ad trio venire non poſſunt ad reliqua
3 poſſunt.† Sunt autem iſta tria lit. conteſ. per torturam examinatio & ſentẽtiæ auditio. Ad reliqua vero poſſunt interuenire. Vnde ſi filius poſt lit. conteſta. in carcere detinetur quia pœna futura poteſt eſſe corporalis pater poterit optime interuenire & cauſæ aſſiſtere &c. Bal. vbi ſupra. Item Ang. de Peru.
4 *in l. reos. C. de accuſ. in fi. 1. col.* dicit hæc verba.† Ad plenariam autẽ defenſionem non admittitur nec procurator nec defenſor regulariter in crimine publici iudi. immo fruſtra interuenit. *vt d. §. ad crim.* hoc autem fallit vbi interueniens interuenit ratione ſui proprii intereſſe, *vt l. ſi cuiuſdam. C. de accu. & de publ. iudi. l. ſeruum.* vnde dominus bene defendit ſeruum abbas monachum, pater filium, & ita etiam tenet Bal. *in l. ſeruum quoque. §. publica ff. de procur. in fin. 1. col. Idem Angel in l. pe. §. ad crimen in 4. fallen. prin. circa me-*
5 *dium. 2. co.*† tamen quod dominus pro ſeruo, pater pro filio, abbas pro monacho admittantur in cauſa capitali pro intereſſe ſuo ad plenariam defenſionẽ ad defendendum reum criminis plenarie nõ principaliter propter eius defenſam, ſed propter eius damnum vitandum. Idem tenet Pau. de Caſ. *in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procu. circa medium 2. co.* ibi tertio caſu prin. cum ad defendendum &c. Qui addit epiſcopus poteſt interuenire pro clerico &c. idem videtur tenere Antonius de Butr. *in capitu. veniens extra de accuſat.* qui addit quod dominus poteſt interuenire pro vaſallo & ciuitas pro ciuibus. *Salycer. in repe. ſua l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. in princ.* videtur tenere quod dominus pro ſeruo, pater pro filio in cauſa capitali admittantur ad plenam defenſionem pro intereſſe ſuo &c. *Dominus Boniſac. de Vital. de Mantua in lib. ſuo ſuper maleſic. in rub. 4. de procur. & excuſa. in 3. col. in q. inci.* Sed quid ſi dominus & in q. ſed quid ſi pater tenet quod in capitali crimine dominus admittitur ad defendẽdum ſeruum ſuum *per tex. ff. de pub. iud. l. ſeruus. C. de accuſ. l. 2.* Item quod pater ad defendẽdũ filiũ, q̃a dñs admittitur ad defenſionẽ ſerui ratione dominiçę poteſtatis, *vt ff. de pu. iu. l. ſeruus. & inſt. de iu. perſo. §. ſeruus. & §. pe.* multo magis pater ratione patriæ poteſtatis, *vt inſti. de pa.*
6 *pote.*† Item quia perſona patris & filii eadem reputatur, *vt Cod. de impub. & ali. ſubſti. l ſi.* vnde defendendo filium ſeipſum defendere præſumitur. *facit. ff. quod met. cau. l. iſti quidem.* Item quia paterna pietas capit conſilium pro filio. *ff. de adul. l. in re mea.* Franciſcus de Chizolis doctor.

CONSIL. LVI.

SVMMARIA.

1 *Rapiens mulierem, quam ſuam eſſe vxorem dicit, ante raptum vel poſt, an capitis pœna teneatur, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Appellandi vſus licet ſit neceſſarius, nonnunquam tamen ſententias latas in pœnis reformat.*

3 *Confeſſio pro veritate habetur, ſi quis cum aliqua comprẽhendatur, & iuret cum ea matrimonium cõtraxiſſe.*

4 *Iuuenis ſi iuuenculam cognouerit, & ob hoc ambo de ſtupro accuſentur. ſi confiteantur, ſe ante contraxiſſe matrimonium abſoluendi veniunt.*

5 *Coniuges ſi confiteantur, ſe ante complexum matrimonium contraxiſſe, tam legitimationis quam accuſationis reſpectu eorum dicto ſtaretur, niſi aliud impedimentum matrimonio obſtaret.*

6 *Inſtrumentũ vel teſtes de matrimonio cum aliqua contracto ſi non habeam ſed dico, quod eam in vxorem ſecrete accepi, & illa fateatur, an ad excuſationem meam mihi credatur.*

7 *Pœna aliqua, qua rapienti imponitur, in vxorem ſuam rapiente locum non habet.*

8 *Raptor de iure ciuili licet raptam in vxorem, ad hoc vt pœnam euitet, accipere non poterit, ſecus tamen de iure canonico.*

9 *Copula ſecuta poſt raptum, facit raptorem in pœnam raptus incidere.*

10 *Raptus, ſi copula non ſequatur, an punibilis exiſtat.*

11 *Raptoris confeſſioni ſtari an debeat, niſi in contrarium ſigna inuenta fuerint.*

12 *Mulier rapta torquenda eſſet, vt confiteretur verum, ne legi colluſio fieret.*

13 *Confeſſio propter timorem facta nulla eſt.*

14 *Spoliatus ſi de ſpoliatione per duos teſtes probauerit nõ prodeſt aduerſario ſpolianti probare de ſpontanea voluntate, etiam ſi per centum teſtes probaret, cum reddant de intentione teſtimonium.*

15 *Metu aliquo probato eſt quaſi impoſſibile contrariũ probare.*

16 *Fraus & colluſio legi nullo modo facienda eſt,*

17 Ros

17 *Res inter alias acta mihi non praeiudicat:*
18 *Matrimonium ex longo interuallo, omni metu ceſſante fieri poteſt.*
19 *Pœna raptus propter matrimonium ſubſecutum euitatur.*
20 *Raptori ſi liber homo fuerit, capitis pœna imponitur.*

1 IN Chriſti † nomine ac inuocata ſpi-
ritus ſancti gratia. Super querela ra-
ptus Apoloniæ factus vt dicitur per
Danielem filiũ Marqualdi & ſocios
fuerũt examinati plures teſtes & lata
ſeotentia per conſilium terrę ſ. Danielis de ſoro Iu-
lii contra prædictum Daoielem & ſocios bannieo-
do eos &c. quæ quidem ſenteotia poſtea per viam
appellationis fuit reuocata per Re. dominum Vi-
rium Reuer. domini Patriarchæ Aquilegienſis, ex
eo quia dicebatur d. Danielem & ſocios non com-
miſiſſe raptum punibilem ex quo Apollonia tunc
& antequam rap retur erat vxor ſua. Nunc à me
quæritur quis melius iudicauerit, nec eſt miraodũ
2 de dicta conſultatione me facta, † quia licet appel-
landi vſus ſit frequens & quandoque neceſſarius vt
iniquitatem iudicantium vel imperitiam corrigat
tameo nonnunquam bene latas ſententias in peius
reformaot neque enim vtique melius pronunciat
qui nouiſſimus ſententiam laturus eſt, vt dicit ele-
ganter tex. *in l.1. in princi. ff de appel.* Et prima facie vi-
detur dicẽdum quod male fuerit iudicatum per di-
ctos de conſilio contra prædictum Danielem & ſo-
cios, & bene iudicatum per d. Vicarium eccleſiæ A-
quilegienſis. Quia multi teſtes numero quatuor-
decim fuerũt examinati ſuper dicta quærela & plu-
res, immo quaſi omnes dicere videntur quod di-
cta Apolonia poſt raptum confeſſa fuit ſe ante ra-
ptum contraxiſſe matrimonium cum do. Daniele
poſt feſtum Pentecoſtes de anno Mcccclxx. & ſi-
militer eſt probata dicta confeſſio per ſex teſtes de
prędictis repetitos in cauſa matrimonij inter d. Da-
nielem & Apolon:am poſtea iotentato, vnde pro-
pter ſuam confeſſionem cum confeſſione & aſſer-
tione dicti Danielis de matrimonio ante raptum
contracto, videtur quod ille raptus non poſſit dici
puoibilis, & ad hoc allego gl. ſing *in l.p. §. ſi fideiuſſor. in prin. in verbo confeſſus. C. de fideiuſ.* quæ dicit per illum
3 text. † quod ſi quis comprehenditur cum aliqua &
iurat eam iuraſſe. i. cum ea matrimonium cõtraxiſſe
illud iuramentum ſeu confeſſio habetur pro verita-
te, & ſic eſt perinde ac ſi matrimonium cũ ea prius
contraxiſſet, quam gl. ſequitur ibi Cy. & Saly. & eam
ſequitur etiam Bal *in l. vnica. in 12. colu. verſi. modo fuit*
4 *quæſtio de facto. C. de confeſſ.* qui dicit † & q. fuit de fa-
cto qood iuuenis iuuenculam cognouit, & propter
hoc accuſantur ambo de ſtupro, ipſi autem confi-
tentur ſe ante contraxiſſe matrimonium, & dicit
a quod veoiunt abſoluendi *a per d. glo. ordin. in d. l. pen.*
quam dicit eſſe menti tenendam, quia non eſt alibi
& idem tenet ipſe Bal. *in l. eam quam in 10. col. verſ. Attende tamen quod not. infra de fideiuſ. l. pen. 12. & c. C. de fideicom.* vbi dicit per illam gl. † quod ſi coniuges con-
5 fiteantur ſe ante complexum matrimonium con-
traxiſſe ſtaretur eorum dicto tam reſpectu legiti-
mationis quam reſpectu accuſationis niſi aliud im-
pedimentum obſtaret matrimonio, quod alibi nõ
reperitur ſecuodum eum. Et idem tenet Pa. *in l. quicunque. in pe. col. ad fi. in ver.* ſed pono quod non habeo
6 inſtrumentum &c. *C. de ſer. fugit.* vbi dicit † quod ſi
oon habeo ioſtrumẽtum vel teſtes de matrimonio
contracto cum vna, ſed ego dico quod accepi eam
in vxorem ſecrete, iſta fitetur quod creditur ad
meam excuſationem per gl. *in d. l pe. C. de fideiuſ. quam glo. no.* dicit non eſſe alibi. Vnde videtur quod pro-
pter confeſſionem dicti Danielis & Apolloniæ qui
viderentur confeſſi quod ante raptum matrimo-
nium contraxerant quod dicta cõfeſſio excuſet et-
7 iam reſpectu pœnæ legalis. † Et maxime quia pœna
quæ imponitur rapienti mulierem non habet lo-
cum in rapiente vxorem ſuam, ex quo in eam ha-
bet maritus manus iniectionem & interdictum. *de libe ho. exhib. vt l. 1. in fi. cum l. ſeq. ff. de libe. exhib & ita no. Bal in l. raptores in fi. C. de epiſ. & cler. in l. vnica. in fi C. de rap. virgi. & idem tenent ibi Cy. Saly in 4. col. in prin ver. quaero quia te dicit.* Item hoc videtur poſſe probari
8 alia ratione, † quia licet de iure ciuili raptor nõ poſ-
ſit accipere raptam mulierem in vxorem ad hoc vt
euitet pœnam raptus. *vt d. l. vnica. C. de rap. virgi.* quia
inter eos eſt prohibitum matrimonium *vt ibi* Ta-
men de iure cano permittitur *vt in c. fi. extra de rapto.*
& ideo ſi ſequatur matrimonium inter eos valebit
etiam quoad euitationem pœnæ legalis & ita vide-
tur tenere Pau. de Caſt. *in d. l. raptores. in 2. co. & in pri. C. de epiſ. & cler.* qui dicit, quod ita alias conſului vt
pœnam legalem euitet quia ius canoni. potuit in
hoc mitigare pœnam legalem ſicut in multis aliis
corrigit ius ciuile, & ſubdit quod illud conſiliũ eua-
ſit quendam à morte in ciuitate Mantuę. Sed d. Da-
niel raptor contraxit ſaltem poſt a matrimonium
cum dicta Apollonia, & ita etiam fuit pronuncia-
tum matrimonium fuiſſe ante raptum & poſt inter
eos ergo videtur quod cõdemnari non potuerit ad
pœnam legalem de raptu: Et licet iſta prima facie
videantur eſſe colorata tamen ego teneo contrariũ
eſſe verius de iure videlicet quod d. Daniel & ſocii
inciderint in pœnam raptus & ſic fuerit bene & iu-
ſte iudicatum per conſiliarios ciuitatis. ſcilicet Da-
nielis. Et fundamentum ſtat in hoc quia d. Daniel
cum ſociis per vim rapuit dictam Apoloniam ioni-
tam & renitentem & reclamantem vt aperte per te-
9 ſtes probatum eſt. † Ergo in dubio inciderunt in
pœnam raptus. *per l. vnicam. Co de rap. virg.* & maxime
cum poſt raptum fuerit inter eos ſubſecuta copula
carnalis vt ipſe Daniel in ſuis poſitionibus confi-
tetur, & etiam ipſa Apollonia, quia ſecundum ali-
quos maxime Ang *in dict. l vnica.* ad hoc vt raptus ſit
punibilis pœnæ dictę. ll. vnicę. requiritur quod poſt
raptum ſequatur copula carnalis, licet dixerit con-
trarium *in dict. l. raptores prout etiam refert Ioan. de Ana. in capitul. penult. cum cauſam. in fin. extra de raptu.* qui
dicit ſingul quod vidit in ciuitate Bononiæ dubi-
19 tari † vtrum raptus ſit punibi is ſi non ſequatur co-
pula carnalis & dicit quod vidit eſſe conſultum
& iudicatum & liberatum ibi à pœna capitis quen-
dam commitatiuum, cum parentes promiſiſſet ot
puellam & poſtea nolebant ei dare qui poſtea ra-
puit illã euntẽ ad fontẽ pro aqua & ille inhoneſtiſ-

ſime dnxit ad domum auunculi qui poſtea captus & poteſtas volebat eum decapitare. Et ideo cum d. Daniel & ſocii rapuerint dictam Apoloniam per vim & inhoneſte duxerint eam ad domum ipſius Danl. ſecuta fuerit copula carnalis non videtur eſſe dubitandum ipſos raptu punibilem commiſiſſe. Nec poſſnnt excuſari quo ad euitationem pœnæ ſi allegatur confeſſio d. Danielis & Apolloniæ quod ante raptum contraxerint matrimonium *per glo. in dict. l. pen. C. de fideiuſ.* cum his quæ ſupra ad hoc allegaui quia illa gl. debet intelligi quando rap. non interuenit & ſic quo ad euitandam pœnam ſtupri & non quoad euitandam pœnam raptus quando raptus interuenit quia ſunt ſigna in oppoſitum *vt eleganter no. Bal. in d. l. pe. in fi. in finalibus verbis.* Sed in caſu noſtro non tractatur de pœna ſtupri, ſed de pœna raptus quia rapta fuit Apollonia ergo &c. Præterea poteſt reſponderi illa gl. etiam ſi intelligeretur quo ad pœnam raptus. ſcilicet vt illa pœna raptus euitetur quando per coniuges confeſſatum eſt poſt-
11 ea matrimonium præceſſiſſe ante raptum † quod illa gl. debet intelligi quod ſtari debeat confeſſioni eorum niſi apparerent ſigna in contrarium vt quia eſt inuenta plorans & ſimilia *vt d. l. vnica. Co. de rap. virgi. & ita vult & declarat illa gloſ. no. Bald. in d. l. pe. prope. fi. C. de fideiuſ.* Et idem in effectn vult Bal. *in l. 1. C. de collu. deteg.* qui dicit quod illa gl. procedit ſi qualitas perſonarum & alia indicia patiuntur alias non *per d. l. 1. C. de collu. deteg. & idem vult Bald. in d. c. 1. iniuria. in pe. col. in ti. de pa. su. fir. in vſi. feud.* qui dixit illam gl. procedere. Sed quod in hoc debent inſpici coniecturę & quod ficti matrimonii prętenſio nõ excuſat *arg. l. donationes concnbin. in. in prin. ff. de don.* Et propterea dicit idem Bal. *in l. quicunque. in pe. col. in fi. C. de*
12 *ſer. fugi.* per illnm te. †. quod mulier in hoc eſſet torquenda quæ confitetur ad hoc ne fiat colluſio legi. & delicta remaneant impunita. *l. ita vulneratus. ff. ad l. aqui. & c. vt fama. extra de ſen. exc.* Sed in caſu noſtro apparent ſigna & coniectnræ in contrarium ꝙ ipſe non contraxerat ante raptum matrimonium. Prima quia fnit rapta per vim *iuxta l. vnicam. C. de rapt. virgin. & l. raptores. C. de epiſ. & cler.* Secunda quia clamabat vt adiuuaretnr. *iuxta glo. not ab in l. ſi vt allegas. C. ad le. Corn. de ſiccar. & rex. & gloſ. in l. ita qne. ff. ad leg. Aqui.* Et *glo. in l. capite. quin. ff. de adulter. & not. per Bart. in l. vt vim. circa fin. ff. de iuretur. aud.* Tertia quia ſæpius fuit interrogata poſt raptum in domo dicti Danielis a pluribus ſi erat vxor Danielis quæ ſtabat cum capite verſus terram tanquam male contenta, & nolebat reſpondere quod eſt ſignum apertum diſcenſus & matrimonium non præceſſiſſe. Quarta qnia in iudicio pluries interrogata enim coram iudice eccleſi. ſuper dicto matrimonio negauit etiam cum iuramento contraxiſſe matrimonium ante raptum nec poſt, ſed copulam ſecutam poſt raptum bene confeſſa eſt vt hæc omnia per teſtes probata ſunt. Imo propter has coniecturas & præſumptiones indicandum eſt confeſſionem ſuam ſi qnam fe-
13 cit non fuiſſe nec eſſe veram † nam ſi quando confeſſa fuit matrimonium pręceſſiſſe raptum illa cõfeſſio fuit facta non ſpõte ſed potius propter timorem Danielis rapientis in cuius domo erat & poteſtate contra voluntatem ſuam, *vt probatur in l. vnica cum ibi no. C. de rap. virgi. & probatur in l. 4. §. ſi quis. ff. de lib. ho. exhib. & per id quod ibi not. Bar.* qui dixit elegãter no. ex ſecũdo reſponſo ar. contra eos qui ſeducunt puellas & pueros & retinent eos & faciunt eos dicere quod voluntarie ſtant. allegat etiam ad hoc. *d. l. vnicam.* ibi ſiue volentibus &c. *C. de rap virg. & quod no. Dy. in c. ſcienti. de re. iu. lib. 6.* præterea ꝙ propter timorem confeſſa fuerit poſt raptum aliquando matrimonium ante raptum factum fuiſſe & non ſpõte deponit & teſtificatus eſt Ant. Pelamati de ſancto Daniele qui dixit quod iudicio ſuo illa verba confeſſionis matrimonii reſpondit Apollonia coacta vi vel metu. Item hoc probatur per atteſtationem Andre. Io. claudi qui deponit & Apolonia interrogata ſi volebat eſſe vxor Danielis quę reſpondit quod non vnde ſi poſtea dixit quod dixit videtur dixiſſe vel propter vim vel metũ vel propter importunitatem petentiũ. *ar. l. 1. C. de per. bo. ſub. li. 10. cum ibi not. & per no per Ang. & alios in l. fin. C ſi quis aliquem teſtari prohi. & per c. ſi aliquando cum ibi no. per gl. & doc. extra de ſen. excom.* Et ideo licet ſint alii teſtes qui deponũt de confeſſione matrimonii facta per dictam Apoloniam poſt raptum tamen illi teſtes non deponunt quod ſponte non vi nec metu ducta fecerit dictam confeſſionem immo magiſter Leonardus Ianeti interrogatus de hoc reſpondit ignorare ſi Apollonia confeſſa eſt vi vel metu vel ſponte. Vnde in dubio ſtante raptu & violentia in raptu & acclamatione Apoloniæ & eius reſiſtentia & ſua negatione multiplicata in iudicio etiam cum iuramẽto poſt illam aſſertam confeſſionem & ſtantibus illis atteſtationibus præſumendum eſt non voluntarie nec ſponte ſed vi vel metu vel propter importunitatem confeſſam fuiſſe matrimonium præceſſiſſe raptum ſi quam confeſſionem fecit per prædicta. Et per hoc allego dictũ ſingulare Inn. *in c. ſuper*
14 *hoc. extra de renunciatione circa prin.* qui dicit † quod ſi ſpoliatus probat de ſua ſpoliatione per duos teſtes non prodeſt aduerſario ſpolianti probare de ſpontanea voluntate etiam ſi per cẽtum teſtes probaret cum reddant teſtimonium de intentione quæ ſoli Deo eſt cognita, & idem tenet Bal. *in leg. ſi quis in hoc genus. circa medium ver. adde tamen vnum. C. de epi. & cle.*
15 vbi dicit † quod probato metu vel tortura eſt quaſi impoſſibile probari contrarium quod ſponte fuerit confeſſus per dictum Inno. *in d. c. ſuper hoc. & idem no. Bald. in l. obſeruare §. proficiſci. ff. de offi. procon. & l. & idem vult Angel. in l. non eſt veriſimile. in prin. ff. quod met. cau. & ita tenent canoni. in d. c. ſuper hoc.* Sed in caſu noſtro eſt probata violentia & ſpoliatio quia parentes fuerunt ſpoliati quaſi poſſeſſione filiæ ſuæ Apoloniæ & per teſtes & per confeſſionem Danielis & etiam eſt probatum per vnum teſtem de confeſſione ꝙ fuit vi vel metu facta. Nec eſt aliquis qui teſtis dicat quod ſponte & voluntarie cõfeſſa fuerit. ſi ergo centum teſtes hoc deponerent non crederetur eis, & eſſet credendum ipſam vi vel metu confeſſam fuiſſe quanto magis hoc eſt dicendum ſi nullus teſtis dicit vel affirmat de ſpontanea voluntate immo vnus dicit contrarium, alius dicit ſe ignorare, alii nil dicunt. certe in dubio non eſt ſtandum

illi

illi confeſſioni maxime quo ad euitandum pœ-
nam raptus quia ſi hoc eſſet verum quod ſtare-
tur maxime in caſu noſtro confeſſioni rapientis &
raptæ. aperta eſſet via maleficiis & daretur occaſio
16 delinquendi & delicta remanerẽt impunita, † quia
faciliter rapiens faceret milies, vt ita dixerim con-
fiteri puellam raptam prius matrimonium contra-
xiſſe vbi non eſſet contractum, & finaliter fieret
colluſio & fraus legi quod non eſt dicendum *argu.*
*inſti.vi bo.ra.§.1.*ibi ne dum talia excogitentur, inue-
niatur viam per quam raptores ſuam impune exer-
ceant auaritiam. *& glo.ſi in c.quanquam de vſur.lib.6. &*
quod no.per Io.de Imo.in l.ſi vero.in §. de viro.in 8.col.ver.2.
fallit.ff.ſo.ma.coniuncta l. in fundo.ff.de rei vendi. & in l.1.
C.de collu.detegen. & quod ibi not. Bald. in materia no-
ſtra & per hoc tollitur vnum quod dicitur pro par-
te Dan. videlicet quod ipſa Apolonia dederat ordi-
nem veniendi cum ipſo &c. quia non eſt probatum
hoc de contrario apparet per rationes prędictas
quia ſi dediſſet ordinem recedendi de domo pater-
na cum d. Daniele non feciſſet ea de quib. ſupra quę
oſtendunt contrarium. Et poſito quod confeſſio d.
Apoloniæ fuiſſet ſuſpecta propter variationem de-
bebat poni ad torturã ad hoc vt veritas haberetur,
vnde nõ potuit ex ſimplici confeſſione ſua Dani. &
ſocii liberari à pœna raptus, vt dixit elegãter Bal. *in d.*
l.quicunque.in pe.col.Cod.de ſer.fug. maxime ſtãtibus di-
ctis præſumptionibus & coniecturis contra ſuam
confeſſionem & variatam per prædicta. *arg.l.qui fal-*
ſa vel varia cum ibi not. ff.de teſti.cum ſi. Nec ob. quod
fuerit per iudicem eccle. iudicatum matrimonium
fuiſſe contractum ante raptum, quia illa ſententia
cum ſit non iuſte in hoc lata cum reuerẽtia non po-
tuit præiudicare ſententiæ latæ in foro ciuili ſuper
17 pœna raptus, † quia res inter alios acta &c. *vt in toto*
ti. C.res inter alios acta. & maxime vt dixi cum ſit fun-
data in confeſſione vi vel metu extorta, *vt dixi.* Nec
poteſt ſe iuuare do. Daniel à pœna raptus propter
matrimonium quod dicitur fuiſſe poſtea ſecutum
de quo apparet per ſententiam latam ſuper matri-
monio quia dico ſimiliter quod non vere fuit pro-
batum matrimonium ſecutum poſt raptũ nec hoc
ex proceſſu apparet. Ideo illa ſententia minus iuſta
in cauſa matrimoniali nõ poteſt nocere ſententiæ
conſiliariorum terræ. s. Danielis in cauſa raptus *per*
l.1.in prin. ff.de appel. & l. eos.in prin.cum ibi no.per gloſ. &
doc.Co.de appel.cum ſi.

Pręterea ſi quis actus eſt probatus quam alias in-
duceret matrimonium ille actus in caſu noſtro non
probaret matrimoniũ quia fuit factus poſt raptum
etiam adhuc ſtante vi vel metu & ſtantibus conie-
cturis in contrarium de quibus ſupra. Vnde cum
matrimonia debeant eſſe libera. *ca.cum locum de ſpon-*
ſalibus ſequitur quod dictum matrimonium aſſer-
tum ante ſententiam fuit nullum per prędicta. Ideo
non habet adiuuare Danielem ad euitationem pœ-
18 næ raptus. † Prætcrea poſito quod verum matrimo-
nium interueniſſet quia potuiſſet ex longo inter-
uallo fieri ceſſante omni vi vel metu vel ſuſpitio-
ne, adhuc propter hoc non euaderet pœnam ra-
ptus licet de iure canonico poſſet matrimonium ſe-
qui, quia ſi hoc eſſet verum delicta raptus & ſtupri
remanerent impunita *contra leg. ita vulneratus.ff. ad l.*
Aquil. & c.vt fama.extra de ſen.excom. & maxime in ca-
ſu noſtro hoc teneo eſſe verum, quia illa Apolonia
rapta non contraxit matrimonium ſponte immo
litigauit ipſa & pater ſuus coram iudice eccleſiaſti-
co ſemper negando matrimonium fuiſſe vſque ad
fin. cauſæ & ſententiæ latæ per do. Vicarium eccleſię
Aquilegienſis, ac etiam ſtantibus præſumptioni-
bus in contrarium de quibus ſupra. Et propter hoc
apparet quod etiam non obſtante ea quæ dixit Pau.
19 de Caſtr. *in l.raptores. Cod.de epiſ. & cle.* † Vbi voluit
quod propter matrimonium ſubſequutum euitẽ-
tur pœna raptus ſecundum ius canoni. cui dicit in
hoc eſſe ſtandum, quia etiam ſi dictum ſuum eſſet
verum ita ſimpliciter, quod non affirmo tamen ſtã-
tibus prædictis in caſu noſtro non procedit quia vt
dixi non fuit verum matrimonium ſponte factum
nec ante raptum nec poſt per ea quæ in proceſſibus
factis apparet & per pręſumptiones quæ ſunt con-
tra matrimoniũ vt ſupra declaraui. Et maxime do-
minus Paulus præſupponit quod illi matrimonio
poſt raptum ſecuto conſenſerit puella rapta & eius
parentes alias dicit ſecus eſſe, ſed in caſu noſtro A-
polonia rapta non conſenſit ſaltem ſponte & vo-
luntarie matrimonio & dicitur ſecutum fuiſſe poſt
raptum & multo minus eius parẽtes cõſenſere quia
pater porrexit querelam contra dom. Danielem &
eam proſequutus eſt vſque in fin. Ita quod non ap-
paret de eius patris conſenſu ſed de expreſſo diſſen-
ſu. Ideo dictum d. Pauli *in d. l.raptores.* & in ſuo con-
ſilio potius facit contra d. Danielem & ſocios. Et id-
eo concludo quod per dominos conſiliarios terræ.
s. Danielis fuit bene & iuſte iudicatum in bannien-
do d. Danielem & ſocios. & ſi quo tempore venerint
20 decapitentur, † quia pœna capitis imponitur rapiẽ-
ti ſi eſt liber homo, *vt eſt tex.in d.l.vnica.C.de rap.virgi.*
& ibi hoc no. Bal. quæ pœna imponitur ita aſſocianti
raptorem ad actum ſicut ipſi raptori, & maxime
cum ipſi etiam rapuerint *per tex.in d.l. vnica. & ibi hoc*
no.Bal.in 4.no. Vnde ex prædictis omnibus concludo
bene & iuſte fuiſſe iudicatum per dictos cõſiliarios
contra do. Danielem & ſocios & male fuiſſe cum re-
uerentia iudicatum per dictum d. Vicarium eccle.
Aquillegienſis. Barholomæus Cępolla iuris vtriuſ-
que docto. & miles.

ADDITIO.

4 Abſoluendi.] *Adde Spe in titu.de confeſ.§.ſequitur.verſ.*
ſed pone. Lud.Ro. in ſing. ſuis verſ. matrimonium. Cano.
in c.atteſtationes de deſpon.impub.multa per do. Alex.in
conſi.143.in 2.volu.

CONSIL. LVII.

SVMMARIA.

1 *Statuto ſtante, quod ſi quis abduxerit mulierem hone-*
ſta vita, & bona conditionis, puniatur, &c. ſi quiſpiã
mulierem abduxerit, quæ confiteatur ante abductio-
nem ſe ab eo cognitam an de abductione puniri poſſit,
numeris omnibus ſequentibus per totum conſi-
lium.

2 *Qualitas verbo adiuncta ſecũdum tempus verbi ſignifi-*
cat.

3 *Confeſſioni propria fides eſt adhibenda, nec contra eam aliquis venire poteſt.*

4 *Turpitudinem ſuam qui allegat cõtra eum, qui criminis particeps fuit, audiri debet.*

5 *Iniuria per ſimplicem remiſſionem an pœna fiſco applicanda amittatur.*

6 *Regula quod turpitudinem ſuam allegãs non audiatur, quomodo procedat.*

7 *Infamem ſe quis allegare poteſt, vt ab oneribus excuſetur.*

8 *Bona & honeſta vita quilibet præſumitur.*

9 *Præſumptio vna tollit aliam.*

1 IN Christi nomine. Franciſc. † de biſſariis nobilis carnaliter cognouit ad libitum per plures menſes Catharinam filiam Ruſtici. quæ paulo ante per plures annos fuerat pediſſequa cuiuſdam ſartoris. quæ etiam ſponte ſua aliquando veniebat ad dormiendum cum dicto Franciſco ad eius domum. deinde per dictum Franciſcum abducta eſt volens de rure ire ad ciuitatem in domum Franciſc. vbi eam tenuit per menſem & vltra publice tanquam concubinam. quo facto pater accuſauit ſeu denunciauit de abductione & petiit reſtitutionem filiæ quæ reſtituta manu militari poſt paucos dies aufugit à patre ad d. Franciſcum. quod videns pater venit ad iudicem & petiit abolitionem remittens omnem iniuriam, quia vidit ipſam eſſe incorrigibilem. Quæritur nunquid amplius vigore dictę accuſationis ſeu denunciationis poſſit procedi contra Franciſcum & cõdemnari de abductione vigore ſtatutorum Vincentiæ. Stantibus duobus ſtatutis Vincentię. vno ſub rubrica de violentiis abductionibus & aliis carnalibus cognitionibus alio ſub rub. de abolitio. In Chriſti nomine ac inuocata ſpiritus ſancti gratia. Conſideratis diligenter dictis duobus ſtatutis ad me tranſmiſſis mihi videtur non poſſe de iure condemnari dictum Franciſcum de abductione vigore dicti primi ſtatuti de violentiis abductionibus & carnalibus cognitionibus. Nam illud ſtatutum habet quinque capitula. Et in primo tantum fit mentio de pœna abductionis quod requiritur ad hoc vt abducens volentem & conſentientem condemnetur in trecentis libris & ad ſtandum in carceribus communis Vincẽtię per annum. vt mulier abducta ſit honeſtæ vitæ. bonæ conditionis & fa. vt patet in principio dum dicit. Si quis ſecum abduxerit aliquam mulierem honeſtę vitę. bonæ conditionis & famæ. Et illud ſtatutum intelligitur quod tempore abductionis mulier fuerit honeſtæ vitę bonę cõditionis & famę. ex quo illa qualitas

2 honeſtæ vitę, &c. eſt iuncta cũ verbo abduxerit. † quia qualitas adiuncta verbo ſignificat ſecundum tempus verbi *l. in debitis. §. ſi extraneus. ff. de noxalibus. & l. ſi Titius. ff. de teſt. milit. & not. eleganter Bar. in l. ſi ex facto in 2. col. ff. de vulga. & pupil. cum ſimi.*

Et ſi illa qualitas non erat tempore abductionis. non poteſt Franciſcus vigore illius ſtatuti condemnari, quia tunc ceſſarent verba & mens ſtatuti vt de ſe patet. Sed in caſu prædicto tempore dictæ abductionis ipſa Catharina non habebat illam qualitatem quia non erat honeſtæ vitæ bonæ conditionis & famæ. Quod ſic probatur pater ipſius Catharinæ qui fecit accuſationem de dicta abductione confeſſus eſt vt mihi aſſeritur quod ante abductionem fuerat cognita pluries ab ipſo Franciſco & ſic quod non erat honeſtæ vitæ, ergo non poteſt condemnari de abductione vigore dicti ſtatuti ea quo accuſans vel denuncians confitetur illam qualitatem honeſtæ vitę non fuiſſe tempore abductionis prout requirit ſtatutum & nulla poteſt eſſe melior probatio contra denunciantem ſeu accuſantem

3 quam eius propria confeſſio. † cuius fides eſt adhibenda nec contra eam veniro poteſt. *vt leg. generali. Cod. de non numerat. pecun. & leg. de ætate. §. primo. ff. de interrogat. act.* & præſertim ſi illa confeſſio fuit facta antequam peteret abolitionem fieri puta tempore denunciationis ſeu accuſationis, quia tunc careret omni ſuſpitione & ſuadet etiam ratio quia veriſimiliter non fuiſſet abducta volens niſi prius cognita fuiſſet. Nec ob. dum dicitur quod Franci. non poteſt allegare hoc in ſui fauorem. quia allegaret turpitudinem ſuam. *vt leg. ſi creditoribus in fine. Codic. de ſeruo pignore dato manu. & leg. tranſactione ſinita. C. de tranſactionib. & habetur in l. alias. ff. de iureiurand. & in l. ſeruus plurium. §. 1. in fin. ff. de legatis primo.* Quia re-

4 ſpondetur pluribus modis † Et primo quando quis

a allegat turpitudinem ſuam a contra eum qui fuit particeps criminis debet audiri. *vt l. de tutela. Cod. de in integr. reſtitution. mino. & ibi notat. & habetur per gloſſ. & doctor. in dict. leg. tranſaction: finita. & notat. per Bart. in leg. iuſiurandum quod ex conuentione. §. fina. cum leg. ſequent. ff. de iureiurand. Et not. in leg. viro atque vxo. ff. ſolu. matrim.* Secundo reſpondetur quod quis poteſt allegare ſuam turpitudinem excipiendo vel replicando ſeu ſe defendendo. licet non poſſit agendo vel petendo. & hoc quando allegat contra participem criminis. ſicut eſt in caſu noſtro. *vt not. Bart. in l. non alias. ff. de iureiurand. per not. in dict. l. de tutela.* Et ſi dicatur in caſu noſtro non proceditur cõtra Franciſcum ad inſtantiam patris Catharinæ vel ipſius Catharinæ quia remiſerunt omnem iniuriam ſed proceditur propter iniuriam factam reipublicæ & propter pœnam fiſco applicandam cui non poſſunt partes derogare etiam remittendo iniuriam *vt eſt glo. no. in l. 2. ff. ad ſil. & habetur in leg. venia. Codit. de in ius. vo. & per Bart. in le. 1. §. vſque adeo. ff. de iniur.* Ergo videtur quod contra fiſcum non poſſit Franc. allegare turpitudinem ſuam. Reſpondetur ex quo proceditur principaliter ſuper denunciatione ſeu accuſatione patris Catharinæ licet pœna in conſequentiam veniat fiſco applicanda tamen iudicium criminale fuit principaliter intentatum per ipſum patrem. Et ideo contra ipſum patrem & filiam poteſt allegari per Franciſcum ſe defendentem quod ipſa Catharina non erat honeſtæ vitæ licet hoc etiam ab ipſo proceſſerit quia debemus inſpicere quod principaliter fit. *l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. peta. cum ſimilibus.* Nec ob. quod non poſſit pars remit-

5 tere pœnam applicandam fiſco vt dixi † quia verum eſt regulariter quod per ſimplicem remiſſionem iniuriæ non poteſt & ita not. Bar. *in d. l. 1. §. vſque adeo. ff. de iniur.*

Sed cõfitendo illud propter quod accuſatus non

debet

debet puniri bene poteſt ſicut fuit in caſu noſtro.
Et maxime quando confeſſio emanauit in iudicio
per accuſantem ſeu denunciantem quia in his quæ
ſunt iuriſdictionis contentioſæ confeſſio alteri no-
cet vbi alias non noceret *vt nota. Cyn. in l. 1. in 14. quæ-
ſtio. C. de confeßis. & per Bar. in l. certum. §. ſed an ipſos. ff.
de confeßis.* & maxime quando principaliter iudi-
cium ſpectat ad confitentem. quia denunciauit vel
accuſauit ſicut fuit in caſu noſtro. niſi appareret
quod illa confeſſio fuiſſet facta per colluſionē iuxta
*l. ſi ſuſpecta. in principio cum ibi not. ff. de inof. teſta. & in l. a
ſententia in prin. ff. de appe.* Tertio non poteſt reſpon-
6 deri † quod licet regulariter quis non poſſet alle-
gare turpitudinem ſuam tamen illa regula procedit
quando illa turpitudo non conſtet per partem ad-
uerſam confeſſata. *vt probatur in l. non intelligitur. §. ta-
cita cum glo in verbo probationibus & per ea quæ not. Bar.
in l. Marcellus. ff. rerum amotarum.* Quarto modo ad idē
poteſt reſponderi quod vbi turpitudo prius eſt de-
tecta ab alio quam à cōmittente ipſam vel per con-
feſſionem vel probationes vel per ſententiam ta-
men ille qui cōmiſit illam turpitudinē poteſt eam
allegare maxime ad ſui defenſionem excipiendo,
vel etiam replicando non ſolum contra principem
criminis ſed etiam contra alium puta fiſcum, vt e-
leganter not. Bar. *in d. l. inſiurandum quod ex conuentio-
ne. §. fin. cum l. ſequenti quæ incipit alias per illum text. ff.
de iureiur. & hoc etiam probatur in l. pe. ff. de ſuſpectis tu.* v-
bi ille qui eſt remotus vt ſuſpectus poteſt allegare
7 ad defendendum ſe ab actione tutelæ. † Et idem in
quolibet infamę per ſententiam quia poteſt allega-
re ſe infamē vt excuſetur ab oneribus *l. relegatorum
in fine. ff. de inter. & relega. & facit quod no. in l. 1. in glo.
ſuper verbo poſtulationibus. ff. de aſſeſ.* Et ideo cum in ca-
ſu noſtro omnia iſta cōcurrant. videlicet quod tur-
pitudinem allegat Franciſcus contra participem
criminis l. contra ipſam Catharinam cuius nomine
fuit facta denuncia ſeu accuſatio. & ipſam alleget
excipiendo & ſe defendendo & confeſſata fuerit &
prius detecta per denunciantem ſequitur quod al-
legari poteſt & ſuper ea ſe fundare vt abſoluatur.
Præterea dicitur quod etiam per teſtes aliquos eſt
probatum quod non eſt Catharina honeſtæ & bo-
næ famæ aliter quam ex facto ipſius Franciſci. vt mi-
hi aſſeritur quod ſi verum eſt nulla eſſet dubitatio,
Poſtremo dico fortius quod etiamſi nō extaret di-
cta confeſſio ipſe Franciſcus non poſſet cōdemna-
ri de abductione vigore dicti ſtatuti quia cum ſta-
tutum requirat quod mulier abducta ſit honeſtæ
vitę & bonę conditionis & famę & hoc non ſit pro-
batum per partem accuſantem ſeu denunciantem
debet abſoluere. ex quo non eſt probata qualitas.
quæ eſt fundamentum ſuæ denunciationis ſeu ac-
cuſationis per ea quæ no. Bar. & docto. *in l. in illa ſti-
pulatione ſi Kal. & l. hoc iure ff. de verbo. oblig.* Et pro hoc
allego quod nota. dicit Ange. *in l. vel negare. ff. quem-
admo. teſtamen.* aperiantur. vbi ſingulariter dat vnam
doctrinam generalem. per ea quæ not. ibi per Bart.
quod vbicunque optima opinio teſtium eſt cauſa
inductiua plenæ probationis quæ alias plena non
eſſet. ibi de plena & optima opinione eſt articulan-
dum & probandum.

Vnde dicit quod ſi Bononienſi ſtudium diſponat
ad probationem mortis alicuius qui extra territo-
rium deceſſit quod ſufficiat probatio per tres teſtes
optimę opinionis deponentes de fama non erit pro
bata mors niſi probetur illos teſtes deponentes eſſe
optimæ opiniones & famæ. Ita in propoſito eſt di-
cendum cum ſtatutum diſponat quod abducens
mulierem honeſtæ vitæ & bonæ conditionis & fa-
mæ puniatur tali pœna. Ille qui accuſat & vult ab-
ducentem debere condemnari pœna ſtatuti debet
articulare & probare quod mulier abducta fuerit
tempore abductionis honeſtæ vitæ & bonæ condi-
ctionis & famæ. vnde cum hoc probatum non fue-
rit debet Franciſcus abſolui à pœna dicti ſtatu-
ti.

8 Nec obſt. ſi dicatur in dubio hoc pręſumitur, † quia
in dubio quis bonus & honeſtæ vitæ præſumitur.
niſi probetur contrarium *l. cum quidam ſecundo ff. de
legat. ii ſecundo cum ſimilibus.* quia reſpondetur quod
illud eſt verum niſi ſtatutum vel lex requirat ſpe-
cialiter quod ſit honeſtę vitę & bonæ conditionis &
famæ quia tunc illa qualitas eſt probanda, *vt dixi ſe-
cundum Angel.*

Item aliter reſpondetur. quod illud poſſet pro-
cedere vbi nihil eſſet probatum in contrarium. ſed
in caſu noſtro dicitur probatum fuiſſe contrarium.
quæ probatio. etiā quantū ad hoc ſufficeret. ſi fuiſ-
ſet facta per participes criminis. quia licet talis pro-
batio non faceret plenam fidem. *vt in c. vehemens. i. de
teſti.* tamen facerent præſumptionem eſt text. *cum
gl. notabili in c. quoniam aliqua & ibi docto. eod. tit.*

9 † Et ideo licet ſit præſumptio iuris quod quis ſit
bonus & honeſtæ vitæ. tamen illa præſumptio tol-
litur per aliam præſumptionem contrariam quia
vna præſumptio tollit aliam *l. non ſolum. §. de vno. ff. de
ritu nuptiarum & l. diuus ff. de in integrum reſtitutio. & c.
literas. extra de præſumpt.* Et ſic in caſu noſtro ceſſat
præſumptio iuris etiam ſi teſtes deponentes de in-
honeſtate vitæ & de mala conditione & fama non
probarent plene vel quia fuiſſent in eodem crimi-
ne *vt dicto cap. quoniam.* aliqua, vel qui deponerent de
auditu.

Item & vltimo reſpondetur quod ex quo pater
eſt confeſſus. quod ea non erat honeſtæ vitæ tem-
pore abductionis ceſſat illa præſumptio iuris quod
præſumatur honeſtæ vitę quę confeſſio ſaltem tan-
tum ſine dubio debet nocere vt tollat iuris præſum
ptionem. Et ideo ex prædictis omnibus concludo
quod dictus Franciſcus non debet nec poteſt con-
demnari de iure de abductione mulieris vigore di-
cti ſtatuti & maxime etiam ſtante remiſſione facta
per patrem propter incorrigibilitatem ipſius Ca-
tharinæ.

Et prædicta quamuis putem eſſe de iure veriſſima.
tamen ea omnia ſubiicio iudicio & correctioni ma-
gnifici. do. Poteſtatis Vincentiæ & totius eius præ-
clariſſime ac iuſtiſſime curiæ. *argum. l. Claudius in fine.
ff. qui poti. in pig. habe.* Bartholomæus Cæpolla doct. & [a]
miles.

ADDITIO.

a Turpitudinem ſuam.] *Ad hoc vide domin. Alexan. de*

Imo.in conſi. 38.in 4.vi lum.& in l.iuſiurandum. §.procurator.ver.& pro hu.m dec'aratione. ff.de iur. iur.Bal. in Marg verſi. Allegans ver.1. & verſ.fina.doct.in c.cum inter dilectos.de dona.

CONSIL. LVIII.

SVMMARIA.

1 *Remiſſio an ſit facienda de locn non ſubiectu ſub eodem ſuperiore perſona qua commiſit graue delictũ de iure vel ex conſuetudine, etiam an talis conſuetudo valeat, etiam ſi ex capitulorũ forma caſim manifeſti remitti debent, ſi duo aliquem occiderunt, & confeſſi ac condemnati ſunt & manifeſti ſiccarÿ dicantur, ita quod remiſſio fieri debeat, numern omnibm ſeq. per totum conſilium.*

2 *Prouinciæ omnes olim erant ſub Romano imperio, & ideo remiſſio ad diuerſos iudices fiebat, ſicut Pilatm remiſit Chriſtum ad Herodem.*

3 *Doctoru vnius dicto aſſerentn, aliquam conſuetudinem eſſe, ſtandum eſt.*

4 *Iure communi quod conceditur, fruſtra precibus imploratur.*

5 *Conſuetudo de non remittẽdo aliquem iudici alicui an valeat.*

6 *Conſuetudo non nutrit peccatum, quando non inuitat principaliter homines ad peccandum.*

7 *Siccarÿ vnde appellentur.*

8 *Siccatÿ manifeſti qui dicantur*

9 *Vſurarius manifeſtus dicitur ille qui conuictnris manifeſtn vſurarius eſſe probatur.*

10 *Confeſſm cam iuramento, ſe delictum commiſiſſe, an ſiccarim manifeſtus dicatur.*

11 *Verbum manifeſtus quot modn capi poſſit.*

12 *Homicidia in locn publicn cõmittere, maius delictũ eſt.*

13 *Siccarÿ manifeſti magis exoſi eſſe dicuntur.*

14 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*

15 *Verba ad vnum modum inducta contrarium operari non debent.*

16 *Conuentiones, in dubio ſunt ſtricti iuris, & ſtricto intelligi debent.*

17 *Secretum & non manifeſtum quod dicatur.*

18 *Occultm latro, & occultus homicida qui dicantur.*

19 *Vſurarium manifeſtum dicentes quid probare habeant.*

20 *Coniectura aliquid manifeſtum non faciunt.*

21 *Bannũ quid magis ex contumacia quam delicto dicatur.*

22 *Conueniri quis regulariter non poteſt niſi in loco delicti.*

23 *Vagabundi vbi conueniri debeant.*

24 *Vagabundi qui dicantur.*

25 *Banno ſolo nullus vagabundus dicitur.*

26 *Furti noua actio ſecundum Bart. naſcitur ex territorÿ mutatione.*

27 *Fur non viſm ſi ad locum deſtinatum peruenerit, omnino fur eſſe dicitur.*

28 *Statuta contra regulas ad conſequentiam nõ ſunt trahenda.*

29 *Inquiſitus quiſpiam an iuriſdictionem alicuius iudicis prorogare poſſit, & alterius iudicis iuriſdictioni ſe ſubmittere.*

1 IN Chriſti nomine † amen. Paulus faber.& Georgius de Villa Roueredi de vello diſtrictus Veronenſis occiderunt vt dicitur quendam Bernardum ſartorem ſub quadam tegete. Et Barbaram poſtea eius vxorem in eius domo in mõtaneis diſtrictus Veronenſis. Propter quæ homicidia proceſſum eſt contra eos per magnificum d. poteſtatem Vero. & eius curiam tanquam contumaces baoniuit eos de Verona & eius territorio & de omnibus terris & locis ſereniſſimi Ducalis dominii Venetiarum. Poſtea dum prædicti Pau. & Georgius perueniſſent ad ciuitatem Tridenti capii fuerunt per officiales magnifici d. poteſtatis Tridenti contra quos proceſſit ipſe d. poteſtas. & tandem confeſſi ſunt prædicta homicidia commiſiſſe. Et etiam de quadam capſa exiſtente in domo dicti Bernardi & d. Barbarę abſtuliſſe quędam bona & denarios aſcẽdentes vltra ſummam centum librarum Veronenſium. quæ bona fuerunt per eos portata ad ciuitatem Tridenti. Et tandem do. poteſtas Tridenti formauit cõtra eos qoandam inquiſitionem tanquam contra homicidas latrones vagabũdos & homines malę famæ de prædictis omnibus. & dato eis procuratore ad ſe defendendum dixit procurator d. poteſtatem Tridenti non eſſe iudicem competentem. nec prædictos Pau. & Georgium eſſe vagabundus. cum habuerint & habeant domos in villa Roueredi de vello Veronenſis diſtrictus. qui inquiſiti lecta ſibi inquiſitione confeſſi fuerunt narrauerũt omnia & ſingula in inquiſitione contenta eſſe vera & hoc ſponte vt dicitur confeſſi ſunt. Nunc magn. d. poteſtas Veronæ inquirit à d. poteſtate Tridenti vt prædictos homines ad eum remittat vigore certorum capitulorum alias initorum inter illu: duc. d. Venetiarum & illu. d. d. Ducem Auſtriæ. ſub cuius nomine prætura Tridenti geritur in quibus continetur quod ſolum crematores & diffidatores ſiccarii manifeſti remitti debeant ne talia delicta impunita remaneant procurator inquiſitorum hoc dicit fieri non debere quia regulæ huiuſmodi remiſſionis fieri nõ conſueuerunt nec debẽt de iure fieri nec vigore dictorum capitulorum quia prædicti non ſunt manifeſti ſiccarii. Ex prædictis de tribus principaliter dubitatur & quæritur quid iuris. Et primo an ad requiſitionem magnificorum rectorum Veronæ ſiue etiã ſine requiſitione, poſſint ſeu debeant dicti inquiſiti remitti de ciuitate Tridenti dictis dominis rectoribus Veronæ de iure communi vel vigore capitulorum initorum inter illuſtriſſimum dominum ducem Auſtriæ. ſub cuius regimine dicta ciuitas Tridenti eſt & inter illuſtr. du. d. Venetiarum in quibus cõtinetur inter cætera quod ſiccarii manifeſti reperti in terris præfati illuſtriſ. d. Ducis debeant remitti ad loca ſubdita illuſtriſ. du. dominio Vene. vbi delictum commiſerunt & è cõuerſo. & ſic per conſequens an dicti inquiſiti ſint de comprehenſis in dictis capitulis dum in eis dicitur de ſicariis manifeſtis ſecundum ea quæ in proceſſu continentur.

Secundo an tales inquiſiti ex eis quæ in proceſſu continentur poſſint in dicta ciuitate Tridenti puniri. Et an dominus poteſtas Tridenti poſſit contra eos procedere & eos punire tam ratione homicidii quam ratione rerum ſubtractarum & contractiones dictarum rerum de loco commiſſi delicti ad iuriſdictionem Tridenti.

Vel ea

Vel ea ratione quod dicantur vagabundi propter
hoc quod receſſerint de corũ domicilio proprio &
Tridentum acceſſerunt, ex eo quia banniti ſunt à
terris illuſtriſ. du. domi. Vene. quoniam ex iſtis ra-
tionibus pręfatus d. poteſtas Tridenti intendit cõ-
tra eos tanquam contra vagabundos procedere.

Tertio an poſtquam dicti inquiſiti declinauerũt
forum domini poteſtatis Tridenti & eius iuriſdi-
ctionem & pronunciatum eſſet ipſos remittendos
Veronam poſſint poſtea conſentire in dictum d.
poteſtatem Tridẽti & eius iuriſdictionem proroga
re inuito dic. d. poteſtate & inuitis dictis dominis
rectoribus Veronæ. Et ſic ante tunc ceſſabit dicta
remiſſio propter prorogationem prædictam factã
poſtquam declinauerunt forum & pronunciatum
erat remiſſionem fieri debere & hoc maxime atten-
to quod ratio dictorum capitulorum in primo du-
bio contentorum fuiſſe videtur ne talia delicta re-
maneant impunita. In Chriſti nomine ac inuocata
Spiritus ſancti gratia. Etſi malefactores & ſcele-
ratos homines ac pręſertim homicidas voluntarios
& fures inuiſos atque infeſtos ſemper habuerim ac
etiam vbi de eis puniendis ageretur in grauioribus
pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamẽ-
to benignitatis ſubſecutus fuerim. iuxta ſentẽtiam
Marcelli iuriſconſulti de qua *in l. reſpiciendum in prin. ff. de pœn.* nec pro eis conſulere aut allegare conſue-
uerim. Tamen in quæſtione præcedenti ſuper qua
conſilium petitur cum de delicto aut de pœna prę-
dictis malefactoribus imponẽda non quæratur ſed
de iuriſdictione & competẽtia tantum iudicis du-
bitetur reprehenſibile iudicarem ſi propter atroci-
tatem criminis conſulere iuſta petentibus recuſa-
rem. Veniam itaque ad declarationem & deciſio-
nẽ prædictorum dubiorũ prout ius & iuſtitia requi
rere mihi videbitur. Circa 1. dubium principale duo
ſunt examinanda. Primum eſt an de iure commu-
ni ad requiſitionem magnificorum rectorũ Vero-
næ ſiue etiam ſine requiſitione poſſint & debeãt d.
inquiſiti remitti de ciuitate Tridenti dominis re-
ctoribus Veronæ. & videtur dicendum quod ſic ex
quo delictum eſt graue & fuerunt contumaces in
comparendo coram domino poteſtate Veronæ *per text. in auctent. vt nulli iudicum. §. ſi quis vero comprehenſorum col. nona & habetur tranſumptiue in auctent. ſi vero criminis. C. de adulteri.* & iſta eſt communis ſenten-
tia *vt habetur per Cy. in auc. quam prouincia in quarta quæſtio. C. vbi de crimine agi oportet & per Bar. & Bald. & doctores in l. 1. C. eodem & per gl. & doctores in c. 1. extra de rapt. & per gl. archi. & docto. in clemen. paſtoralis ſuper ver. de more. de re iudic. & per glo. 3. q. 1. c. 1.* Sicut etiam
pilatus remiſit Chriſtum ad Herodem. *vt no. glo. 3. q. 1. in gl. 1. in fin.* licet glo. de hoc dubitauerit an hic de-
beat fieri de vrbanitate vel neceſſitate *in l. ſi cui. §. fin. ff. de accuſationib.* Dum modo fiat requiſitio per iu-
dicem loci quo eſt factum delictum *vt notatur in dictis iuribus.* Et prædicta procedunt quando dicta lo-
ca eſſent ſub vno ſuperiore ſicut erant omnes pro-
uinciæ ſub imperio Ro. *vt l. in nomine domini in princ. Cod. de officio præfect. prætorio Africæ. & l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiam de iactu cum ſimilibus.* Sed cum hodie
diſſoluto Romano imperio regna fuerint diſtin-
cta. ita quod omnia non ſunt ſub eodem ſuperiore.
an dicta remiſſio ſit facienda. In hoc ſunt opiniones
nam Ant. de But. & Io. de Imol. vt refert dom. meus
dom Ioan. de Ana. *in ca. 1. extra de rapto. in 12. colum. in princip.* tenet quod ſit facienda remiſſio. ſed de fa-
cto ſeruatur contrarium. Et iſta opi. hodie ſeruatur
de conſuetudine vt non fiat remiſſio niſi in locis
ſubiectis vni præſidi. exemplum in prouincia Mar-
chiæ & ducatus. aliæ autem ciuitates habent ſua re-
gimina ſicut prouincię. quia quęlibet ciuitas appel-
latur prouincia. *vt vult glo. notabilis in l. fina. Cod. de præſcriptio. longi tempo. & habetur per Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo Lombardiæ. & eſt gl. ſimilis quæ hoc probat. in c. 1. in verbo iudicauerit. & ibi hoc no. Iac. de Aluaro: in ti. ſi de inueſtitura inter dom. & vaſal. lis oriatur. & habetur per Lud. & doc. in l. 1. §. hoc autem ff. de not. oper. nun. Et idem tenet Guid. de monte laoduno. & Zenzelinus & Paul. de Liaza. in clementin. paſtoral. de re iudica.* Et iſta
fuit opinio Odofredi originaliter quæ de conſue-
tudine eſt approbata ſecundum Bald. *in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet.*

Et idem tenet Paulus de Caſtr. ibi qui dicit quod
non eſt moris quod fiant iſtæ remiſſiones de locis
non ſubditis eidem ſuperiori. & ſic Florentinus iu-
dex non impeditur procedere per literas Bono-
nienſes petentes ſibi remitti. Et ideo cum ciuitatis
Tridenti & ciuitas Veronæ non ſint ſub eodem ſu-
periore ſed diuerſis. ſequitur quod non debet fie-
ri huiuſmodi remiſſio. maxime attenta conſuetudi-
ne quæ eſt vt non fiant huiuſmodi remiſſiones ſe-
cundum prædictos doctores qui hanc conſuetudi-
nem eſſe affirmant quibus eſt credendum & maxi-
me quia ſi etiam vnus doctor affirmaret hanc con-
ſuetudinem eſſe. eſſet credendum *vt not. per Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & per Bart. in 4. q. princip. & per Ioan. de Imo. in l. 1. §. nunciationis. ff. de no. ope. nun.* licet aliqui
non habeant hoc in lectura domin. Ioann. & ita re-
perio Paul. de Caſtr. & plures alios conſuluiſſe in
3 hoc † quod ſit ſtandum dicto vnius doctoris aſſerẽ-
a tis conſuetudinem eſſe *a facit ad hoc gloſſ. in clement. 1. §. ad hoc in verbo ad clauſtrum de ſtatu monachorum.* &
quod iſta conſuetudo ſit in iſtis partibus de quibus
quæritur ſatis etiam colligitur ex capitulis initis
inter illu. d. Duc. Auſtriæ ſub cuius nomine & im-
perio gubernatur ciuitas Tridenti. & illu. d. do.
Vero. ſub cuius dictione & imperio eſt ciuitas Ve-
ronæ. Nam in eis fit mentio quod in tribus tan-
tum caſibus debeant fieri remiſſiones videlicet
quando malefactores ſunt crematores diffidatores
& ſicarii manifeſti. Nam ſi de iure & conſuetudi-
ne in omnibus caſib. deberent fieri remiſſiones fru
4 ſtra capitulaſſet de illis tribus tantum. † quia fru-
ſtra precibus imploratur quod iure communi con-
ceditur. *l. 1. in fi. ff. ad municipa. & l. 1. Cod. de theſauris lib. 10. cum ſimilibus.* & iſtud apud me nullam habet du-
bitationem. quia ita etiam vidi continue obſer-
uari.

5 † Sed hic poſſet dubitari an iſta conſuetudo de
non remittendo valeat. & Calde. *in capitul. 1. extra de rapto. prout refert Ioann. de Ana. in 8. colum. in princip.* vi-
detur diſtinguere aut loquimur in iudice domi-
cilii vel delicti. & valet conſuetudo. ſed in alieno

ſecus & aſſignāt rationem differētiæ. quia in primo
caſu delictum nō remanet impunitū quia iudex lo-
ci vel domicilii poterit ipſum punire ſed in ſecundo
caſu non. quia forte iſte qui trāſtulit ſe ad alium lo-
cum nunquam rediret ad locum domicilii vel deli-
cti. & ſic non fieret remiſſio & delictum remaneret
impunitum & ſic conſuetudo videtur irrationabi-
lis & per conſequens non præſcriptibilis *c. ſi. extra de
conſuet.* Et dicunt iſtud procedere niſi iudex loci v-
bi delinquens ſit alias talis qui poſſit ipſum punire
puta ratione priuilegii vel præſcriptionis vel alia
cauſa & ceſſante ratione præmiſſę impunitatis con-
ſuetudo tenet. Sed certe iſtud poſſet intelligi quan-
do conſuetudo eſſet de terris quæ eſſent ſub eodem
ſuperiore. quia tunc cōſuetudo eſſet cōtra ius. Secus
ſi conſuetudo eſſet apud terras quæ ſint ſub diuerſo
dominio vel regimine ſicut eſt in caſu noſtro q̄ a iſta
cōſuetudo nō eſſet cōtra legē ſed potius pręter legē.
Nec poteſt dici quod ſit iniuſta & irrationabilis ex
eo quod delicta remanēt impunita ex quo ſunt loca
ſeparare iuriſdictionis & ſic deficit poteſtas iuriſdi-
ctionis petendi remiſſionem poſtquam non ſunt
ſub eodem imperio & ſic ceſſat ratio legis volentis
remiſſionem fieri, & per conſequens debet ceſſare
6 eius diſpoſitio *l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & c.
cum ceſſante de appellat. cum ſimilib.* † Nec talis conſue-
tudo nutrit peccatum, ex quo inuitat principaliter
homines ad peccandum. *iuxta not. in l. ſi vnus §. illud.
ff. de pactis cum ſimilibus.* & ideo talis conſuetudo ſer-
uanda eſt ſicut ſeruari cōſueuit apud omnes. & ma-
xime in caſu noſtro. cum in dictis capitulis non cō-
prehendatur iſte caſus. & ſic tacite dicti principes
ſcilicet Venetiarum & Auſtriæ ſe obligauerunt in-
uicem remittere malefactores in tribus tantum in-
ter quos iſte non debet comprehendi. vt ſtatim di-
cam. *arg. l. cum prætor. in prin. ff. de iudicii. & l. ſi maritus.
C. de donatio. inter virum & vxorem. & c. nonne. extra de
præſum. cum ſimi.* Vnde ſine dubio non tenetur d. po-
teſtas nec debet ipſos remittere inſpecto iure com-
muni & cōſuetudine generali. Secundum dubium
eſt an ſaltem teneatur eos remittere vigore dicto-
rum capitulorum in quibus dicitur quod fieri de-
beat inuicem remiſſio quando ſunt ſiccarij mani-
feſti. Et prima facie videtur dicēdum quod ſic quia
prædicti inquiſiti ſunt ſiccarii licet occiderint di-
ctum Bernardum & dominam Barbaram eius vxo-
7 rem cum vna ſecuri & vna parteſana. † nam licet ſic-
carii apellentur a ſicca. quod ſignificat ferreum cul-
trum *vt inſti. de public. iud. § item lex Cornel. de ſiccar. in
fine & ſicc.* ſit cultellus vtrinq; incidens. quem por-
tant peregrini quandoque & tamen hodie genera-
liter accipitur ſicca pro omni cultello per interpre-
tationem *vt eſt ibi text. cum glo.* Et iſtud non videtur
8 habere dubium. † Solum ergo remanet dubium an
dicātur manifeſti & ſic ſint manifeſti ſiccarii. Et vi-
dētur quod ſic primo quia tempore delicti aderant
ſaltem duo vt ipſi inquiſiti videntur confiteri & ſic
per illos duos videtur quod ſit manifeſtum quia il-
lud dicitur manifeſtum quod legitima probatione
notum fuerit *vt eſt text. in ca. cum olim extra de verb.
ſign.* ſed legitima probatio videtur eſſe duorū teſtiū,
quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum
*c. cum eſſes. & c. relatum extra de teſtam. & l. vbi numerus.
ff. de teſti. cum ſimilibus. & hoc tenet Spe. in titu. de notoriis
criminib. c. ſequitur. de manifeſto* qui dicit illud eſſe ma-
nifeſtum quod non ſit in publico ſed coram tot te-
ſtibus qui ſufficiant ad actum *vt colligitur in l. here-
des palam. ff. de teſtamen. & 11. q. 3. eorum in fin.* Secundo
quia Veronę proceſſum eſt contra eos tanquam cō-
tra contumaces & vigore ſtatuti tanquā delinquen-
tes potuerunt banniri. illa enim cōtumacia & ban-
nū videtur reddere eos manifeſtos ſiccarios maxi-
mo concurrente fama *per tex. in l. cū proponeretur. ff. de
lega. 2.* vbi probatur quod illud dicitur manifeſtum
quod conſtat per coniecturas vel indicia & ibi hoc
9 tenet Bald. † qui dicit per illum tex. illum eſſe ma-
nifeſtum vſurarium qui ex coniecturis probatus ſit
vſurarius licet non ſit contra probatum per aliquā
directam probationem *facit ca. ſi. de ſucceſ. ab inteſta.*
Tertio quia fuerunt condemnati & banniti Vero-
næ & pro dictis delictis quæ ſententia videtur face-
re rem manifeſtam *per tex. in c. ſi. ibi per ſententiam extra
de cohabi. cleri. & mulierum & pro hoc l. emptorem in prin.
cum ibi not. ff. de actio. empti. Et hoc tenet glo. in c. 1. in ver-
bo manifeſtos. ibi vel condemnati de vſuris in 6. & in gl. ma-
gna in c. veſtra in verbo notorium circa. fin* ibi notorium
iuris eſt de quo aliquis condemnatur *extra de cohab.
cleri. & muli. Et Specu. in ti. de notoriis criminibus. § iam de
notorio verſicu. notorium iuris & per gloſ. 2. q. 1. manifeſta.*
10 † Quarto quia ipſi inquiſiti confeſſi ſunt dicta de-
licta coram domino poteſtate Tridenti & ante in-
quiſitionem & poſt inquiſitionem cōfeſſi ſunt cum
iuramento reſpondendo inquiſitioni vnde pro-
pter hoc videntur manifeſti ſiccarii *vt probatur in ca.
cum olim. ad fi. ibi manifeſtam.* quæ vel per confeſſio-
nem *extra de verb. ſignifi. & in c. fi. in fi. ibi* ſuper confeſ-
ſionem factam *extra de cohabi. cleri. & mulierum & eſt
tex. in c. ſuper quibuſdam in prin. extra de verbo. ſignifica. Et
nota. glo. in d. c. 1. in verbo manifeſtos de vſuris in 6. & Spec.
in tit. de notoriis criminibus. §. iam de notorio ver. notorium
iuris. & not. per Federi. de Senis in conſi. ſuo. 8. & conſi. 6. &
nono. per docto. in c. ad noſtram 3. extra de iureiuran. & in c.
cum in diœceſi extra de vſuris & per gloſ. & docto. 2. q. 1. de
manifeſt. & per Bar. in l. 3. ff. de vſuris & pleniſſime habetur
per dominum Laurentium de Rodulphis in ſuo tractatu de v-
ſuris in quæſtio. 38.* Sed his non obſtantibus teneo cō-
trarium eſſe de iure verius. videlicet quod prædicti
inquiſiti non dicantur ſiccarii manifeſti de quibus
fit mentio in dictis capitulis prædictorum princi-
pum & dominorum. Et quod hoc ſit verum proba-
11 tur. † Nam licet ſit verum quod illud verbum ma-
nifeſtus accipi & intelligi poſſit variis modis de qui-
bus ſupra tamen proprie manifeſtum illud dicitur
quod probatione non indiget. *vt 11. q. 3. eorum & ita
not. glo. in capitu. cum olim in verbo non qua iudici qua in-
cipit. & hoc in fin. extra de verborum ſignificatioe. & ibi
doctor. Et ideo dicit Angel. in leg. falſus in quarta ca. in re-
petitione ſua. Codic. de furt.* quod manifeſtum in alia
materia quam furti accipitur illud quod multo-
rum ſcientiam latere non poteſt. *cap. quanquam de v-
ſuris lib. ſexto. & ibi per Ioann. Andr. & ea quæ habentur
in clementin. 1. de vſuris & in leg. manifeſtæ turpitudinis.
ff. de iureiurand. cum ſimilibus.* & propterea dicitur
etiam manifeſtum quod publice omnibus patet vt

quia

quia quis altare parat, *vt in c.1. §. 1. & ibi do. Dominicus de vſuris in 6.* Sed iſtud delictum non eſt huiuſmodi
quia non eſt clarum. & indiget probatione. vt infra declarabo maxime reſpondendo argumẽtis ſupra in contrarium deductis. Ergo cum illa conuẽtio capitulorum ſit ſtricti iuris *l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* ſequitur quod debet intelligi in caſu proprio ſtricte. *vt l. quicquid aſtringenda cum ibi nota. ff. de verb. obli.* & ſic non comprehendit caſum noſtrum.
Item hoc probatur alia ratione incõuincibili manifeſtum additum ſuo ſubſtantiuo poteſt accipi duob. modis. quia aliquando illa qualitas manifeſtum eſt concommittatiua delicti ad grauandum delictum. & tunc debet ineſſe delictum, *vt. ff. de condictione furtiua.* & ideo aliquaudo illa qualitas requiritur tanquam infamia quædam, vt in vſurariis. quorum deteſtabilis rapaa vita infamiam parit. quorum in hac ſpecie infamium teſtamenta condemnat, tunc non oportet talem qualitatem ineſſe naſcenti actui ſed ſufficit, quod ea confeſſione vel ea ſimilibus poſtea proueniat. Ita ſingulariter dicit Bald. *in quodam ſuo eleganti conſ. 224.* quod incipit. In Chriſti nomine amen. Qualiter accipiatur manifeſtum in conſil. Lugdunenſi & egregiua & eaecellens doctor do. Lauren. de Rodulphis in ſuo tractatu de vſuris. in 78. q. vbi ponit. & ſequitur illud cõſilium de verbo ad verbum. Sed ita eſt in eaſu noſtro quia illa qualitas manifeſti eſt appoſita ad aggrauandum delictũ quod patet. quia addita verbo ſicarij non denotat niſi grauitatem de-
12 licti† quia maius eſt delictum homicidia committere manifeſte. puta in locis publicis & itinerib. *vt l. capitalium. §. graſſatores. ff. de pen.* & probatur optime. *in lege aut facta. §. qualitate. eo. tit. & de pen. diſtin. 1. aut facta verſ. qualitate.* Et iſti dicuntur graſſatores quia graſſaturæ fiunt à latronibus in nemore cum crudeliter inſurgunt contra tranſeuntes & eos interficiunt & ſpoliant *vt dicit archi. ſecundũ Vgutionem. 23. q. 1 militare.* Et de iſtis intelliguntur capitula dictorum principum quoniam in illis caſus grauiores in quibus debet fieri remiſſio. videlicet crematores diffidatores & ſicarij manifeſti. ſiue. n. referamus illud verbum manifeſti ad omnes tres caſus. Siue ad vltimum videlicet ad ſicarios tantum non poteſt videri illa qualitas manifeſti addita niſi ad eo quod habuerũt propter hoc eſſe maius delictũ & propter hoc voluerunt recedere à diſpoſitione iuris communis vel ſaltem vniuerſalis conſuetudinis, non autem propter hoc, vt requirat infamiam. quia infamia propter hoc nõ grauaret delictum. Et ſic intelligitur de manifeſto facit quod manifeſtũ ſit tempore quo homicidium ſit non de manifeſto iuris quod manifeſtũ erit poſt factum delictum puta per ꝓbationes vel confeſſiones vt patet ex prædictis. Et ideo intelligitur dicta con-
13 uentio ſeu capitulum † quod ſi aliqui eſſent ſicarij manifeſti. puta quia in locis vel itinerib. publ. homines occiderunt, qui ſunt magis eaon *iuxta dictam leg. capitaliũ §. graſſatores. ff de pœn.* Cum itaque prædicti inquiſiti non commiſerunt homicidium manifeſtum. quod ſcilicet ſit manifeſtũ tempore quo homicidiũ factum fuit & ſit in locis vel itineribus publicis ſed in domib. ſequitur quod ipſi nõ dicuntur ſicarij manifeſti nec comprehenduntur in dictis capitulis. & ſic propter dicta capitula non ſunt remittendi ſed potius non remittendi. Et in hoc bene conſideret magnificentia dñi poteſtatis & capitanei Tridenti qui habẽt in hoc cognoſcere & iudicare. quia iſta ſola ratio concludit veritatem ſi recte cõſideretur. Item hoc ẽt probatur alia
14 rõne † verba debent intelligi vt aliquid operẽtur *l. ſi quando de le. 1. & c. ſi Papa de priui. in 6. cũ ſi.* ſed ſi illud verbũ manifeſti intelligeretur ſiue per confeſſionẽ delinquentium ſiue per probationẽ vel coniecturas ſequeretur ꝙ fruſtra fuiſſet additum. quia nihil operaretur, nã quãdo debet fieri remiſſio intelligitur dummodo cõſtet ſaltem cõiecturis delictũ fuiſſe cõmiſſum. Imo iudex requiſitus nõ tenetur remittere niſi prius cognouerit aliqualiter an deliquerit qui petitur remitti. nã abſolute remittẽdo iniuſte poſſet infamari ſi ſtatim ligatus mitteretur vt *tenet gl. ord in clem. paſtoral. in verbo de more in fi. de re iud. & ita diſputando tenuit dominus Bertolut. de portis. Idem tenet Inno. in c. paſtora. extra de offi ord. Et an. in auct. ſi vero criminis. C. de adult. Idem tenet Lud. de Rom in l. fi. §. 1. ff. de publ. & Ioan. de Ana. in c. 1. extra de rapto. Et idem tenet Ang. in l. ſi. in fine. C. de acc.* qui dicit quod nõ debet remittere. niſi primo ſummatim cognoſcat. Et licet Petr. & Cyn. *in auc. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet & in le. properãdum. §. ſin autem. C. de iud & Bar. in l. fi. §. 1. ff de publ.* videntur velle contrarium tamen dictum eorum debet intelligi de plena cãæ cognitione vel de aliquali cognitione. quæ poſſit prodeſſe ad condemnandum per iudicẽ ad quem fit remiſſio. quia quantum ad hoc nõ poteſt cognoſcere. *vt no. Bar. in l. diuus. ff de cuſto. & exhibi. reorum. & in leg. magiſtratibus ff. de iuriſdic omniũ iud.* ſed quantum ad intelligendum ne indebite infametur poteſt ſummarie aliqualiter cognoſcere. Et iſtam partem alias ego tenui tanquam meliorem & tutiorem & ſecundum eam fuit iudicatum Et ideo ſi de iure communi antequam fiat remiſſio requiritur vel ſaltem fieri poteſt dicta cognitio de delicto per quam poterit apparere de delicto vel per confeſſionem delinquentis vel per aliquas probationes vel cõiecturas ſi illud verbum manifeſti etiam appoſitum in capitulis intelligeretur de illa manifeſtatione quæ oritur poſt delictũ ea probationibus vel cõfeſſione, aut coniecturis intelligeretur illud capitulum de omnib. homicidiis, & ſic illud verbum manifeſti nihil operaretur, quia etiam ſine eo idem eſſet, quod nullo modo eſt dicẽ-
15 dum. Itẽ hoc probatur alia ratione ad idẽ † verba inducta ad vnum effectum non debent operari cõtrarium & inducta ad damnum de diminutione non debent operari augmentum & vtilitatem *l. legata inutiliter. ff. de legat. primo. & ff de legat. præſtand. l. 2.* Sed illud verbum manifeſti additum verbo ſicarij fuit additum in damnum & odium ſicariorum, vt poſſit fieri remiſſio de eis, vbi alia fieri non poſſit propter magnum crimen quod reputatur eſſe propter hoc. quia ſint manifeſti ſicarij, vt ſupra dixi, vt de ſe etiam patet ergo debet intelligi in caſu, quo eis poſſit nocere & prodeſſe, ſed ſi

intelligeretur de manifeſtatiõe quæ fieret vel cau-
ſaretur poſt delictũ ſibi prodeſſet & cenſeretur eſ-
ſe additum in fauorem ſuum videlicet quod non
poſſet fieri remiſſio niſi primo eſſent confeſſi vel
cõuicti quod nullo pacto concedendum eſt quia
talis intellectus caret penitus omni ratione. Item
16 & vltimo moueor alia ratione † nam conuentio-
nes in dubio ſunt ſtricti iuris & ſtricte debent in-
telligi *l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis coniuncta lege*
quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obli. Et præſertim quã-
do ſunt contra ius commune vel contra commu-
nem conſuetudinem quæ vice legis eſt *l. de quibus. ff.*
de l. quia tunc debet ita intelligi vt minus lædat ius
commune quam poteſt. *vt l. 2. C. de noxalib. & no. per*
glo. & doct. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberan.
& in l. omnes populi. de iuſt. & iure. & per Can. in c. fi. ex-
tra de conſuetudine Et ideo cum dictum verbũ ma-
nifeſti poſitum in dictis capitulis conuentionis
poſſit intelligi duobus modis vno modo vt in to-
tum lędat ius commune vt conſuetudinarium in-
telligendo in effectu de quolibet homicida. Alio
modo vt minus lædat intelligendo de illis ſicariis
qui ſunt manifeſti tempore delicti & non poſt,
& ſic intelligatur de manifeſto naſcente tempore
delicti intelligere debemus iſto ſecundo modo ne
in totum recedamus à iure communi vel conſue-
tudinario vniuerſali quod pro iure communi ha-
betur vt dixi, & iſtam partem teneo eſſe veriſſimã
& ipſam eſſe in iudicando ſequendam & tutiorem
per ſupradicta, & per ea etiam quæ dicentur infra
reſpondendo argumentis ſupra in contrarium de-
ductis. Nec obſtant rationes ſupra in contrarium
deductæ quæ licet per ea quæ dicta ſunt recte in-
tuenti ſublata ſint tamen vt res clarior efficiatur
eis ſigillatim reſpondebimus. Et primo non obſt.
ratio prima dum dixit quod dicti inquiſiti fuerũt
confeſſi ſe dicta homicidia commiſiſſe præſen-
tibus duobus, & ſic videtur fuiſſe manifeſtum
etiam tempore delicti, quia reſpondetur quod
immo per probationem duorum teſtium qui de-
ponerent ſe fuiſſe præſentes non induceretur ma-
nifeſtum alias ſequeretur quod probatio ſimplex
eſſet probatio qualificata hac qualitate quæ dici-
tur manifeſtum quod eſt falſum, & ideo oportet
duo probare. ſ. eſſe ſicarios & eſſe qualificatũ. ſ. ſi-
carios manifeſtos nec ſufficeret probare alterum
vt no. per glo. in l. ſi arbi. ff. de probat. quia quotiens lex
ponderat qualitatem illa qualitas non eſt tam de
ſubſtantia probationis quam ipſius facti ſubiecti
lege in delictis. *§. ſi extraneus. & §. ſi detracta. ff. de no-*
xa. & l. 2. §. docere. ff. vi bon. raptor. & l. denunciaſſe. §.
quid tamen. ff. de adul. & l. habebunt cum ibi not. ff. de inſt.
& ita ſingulariter vult Bald. in quodam ſuo conſi.
aureo numero meo 224. qui incip. In Chriſti no-
mine amen. ad euidentiam præmittendum eſt qui
dicatur vſurarius manifeſtus in fi. 1. col. vbi etiam
17 dicitur in 3. colu. ſingulariter † quod ſecretum &
non manifeſtum dicitur quicunque ſciant niſi il-
lud ſit publice factum allegat Archid. hoc tenen-
tem *in c. ſi electio in verbo occultum de ele. in 6.* Item di-
citur ſecretum quod fit quibuſdã amicis interue-
nientib. *vt C. qui po. in pig. hab. l. ſcripturas.* nec dicitur
manifeſtum eo ipſo quod ſcitur à pluribus, nam
ſecretum dicitur eſſe, quod à pluribus ſcitur, *15. q. 5.*
cap. 1. & in ſumma id dicitur ſecretum quod vulgus
ignorat ſi non eſt palam vel publice notum. *vt ff. de*
his qui deiec. vel effu. l. 1. §. ſumma cum vtilitat. Et idẽ te-
net *Bal. in tit. de pace conſtan. in 24. col. in fi.* Et ſubdit *Bal.*
18 *in d. conſil.* † quod occultus latro dicitur ille qui nõ
eſt famoſus & occultus homicida dicitur etiam il-
le qui vix poteſt cõuinci de homicidio ſicuti eſt in
nocturno homicidio & in loco vbi non eſſent pu-
blice aſtantes, *vt not. C. de ſicar. l. ſi vt allegas. & ff. de*
ven. inſp. leg. 1. §. tria lumina. Sed ita eſt in caſu noſtro
quod prædicti inquiſiti cõmiſerunt homicidia in
tegete & domo non in loco publico, & non in mul
titudine perſonarũ & propterea debet dici potius
ſecretum quã manifeſtum. Præterea non conſtat
domino poteſtati Tridenti de illa teſtificatiõe di-
ctorum teſtium & forte facta non fuit ideo ſuper
ea ſe fundare non poteſt quia paria ſunt non eſſe
vel eſſe non apparere *l. in l. rupitlia polla. & in l. lige. ff.*
de contrab. emp. & per ho. ſublata eſt penitus prima
ratio in contrariũ adducta. Nec ob. ſecunda ra-
tio, dum dixit quod eſt proceſſum contra dictos
inquiſitos per d. poteſtatem Veronæ tanquã con-
tra contumaces, & ſunt banniti & ſic videtur quod
illa cõtumacia reddat eos manifeſtos ſicarios quia
illud dicitur manifeſtũ quod fit etiam per conie-
cturas & indicia notum. *per l. cum proponeretur. ff. de*
leg. 2. Quia non eſt verum quod delictum dicatur
manifeſtum per coniecturas, *vt not. Bal. in l. ciues &*
19 *incole. in prin. C. de appe.* qui dicit per illum tex. † quod
ille qui dicit aliquẽ manifeſtũ vſurariũ debet hoc
b probare per actus apparentes *b* & indubitatos non
per coniecturas, quia vbi eſt coniectura, ibi nõ eſt
veritas de per ſe no. Et idẽ vult eleganter ipſe Bal.
20 *in præalleg. conſi. aureo in 1. col.* vbi dicit † quod conie-
cturæ non faciunt aliquod manifeſtum, nec con-
iecturis verificantur iura loquentia de manifeſto,
quia manifeſtum & euidens ſunt ſinonima, *vt not.*
glo. in c. ſi. forte qua incipit ſi ergo. de elec. in 6. Præterea
in caſu noſtro tractatur de manifeſto tempore de-
licti, & quod committatur delictum, & non de eo
manifeſto quod oritur poſt probationes vel præ-
ſumptiones. Et ſimiliter reſpondetur ad tertiam
rationem quæ eſt quod fuerunt condemnati Ve-
ronæ, quæ condemnatio habet vim manifeſti vel
notorij *per not. in l. emptorem. de actio. empt.* Præterea
talis ſententia licet æquiparetur notorio & manife-
ſto, tamen hoc non procederet quando fit contra
contumacem, quia tunc manifeſtum eſt quod eſt
cõtumax vel ficte confeſſus non vere. maxime cũ
talis ſententia ſit ſub conditione. Si quo tempore
&c. nec ſit ſententia diffinitiua, ex quo fertur lite
non conteſta. vt ex contumacia & in abſentem quæ
fieri nõ poſſet ſi eſſet diffinitiua *l. abſentẽ. ff. de petit.*
21 † Item bannum magis dicitur ex contumacia quã
ex delicto, vt quia conſtat de delicto, *vt not. elegan-*
ter Alb. de Roſ. in ſuo opere ſtatutorum 4. parte qu. 8. Nec
ob. quarta & vltima ratio, quod ſi ipſi fueriot con-
feſſi delictum etiam cum iuramento, quia confeſ-
ſio non prodeſt ad faciendum manifeſtũ nec no-
cet cõfitentibus, ex quo eſt facta coram iudice in-
com-

comperenti, vt dicam in ſequenti dubio prin. per text. in
c. at ſi clerici in prin. extra de iud. & ibi hoc vult Ant. de Bu.
& doc. ibi & probatur in c. ſuper quibuſdam. in prin. ibi
à prælatis ſuis conuicti ſunt vel conſeſſi vel ab eis
ſententialiter condemnanti extra de verb. ſig. Præ-
terea iſta confeſſio non facit manifeſtum fuiſſe
tempore delicti quod eſt neceſſarium in caſu no-
ſtro vt ſupra dictum eſt. Ex prædictis omnibus con-
cludo prædictos inquiſitos non eſſe remittendos.
Circa tertium principale dubium. an dicti inqui-
ſiti ex his quæ in proceſſu continentur poſſint in
ciuitate. Tridenti puniri per do. poteſtatem Tri-
denti tam ratione homicidij quam rerum & con-
tractationis dictarum rerũ ſubtractarum de loco
commiſſi delicti, vel ea ratione quod ſiot vagabũ-
di. Triplex inſurgit quæſtio.

Prima eſt an pro delicto commiſſo in territorio
Veronenſi, tam pro homicidio q̃ pro furto poſ-
ſint puniri in loco Tridenti in quo fuerunt iouẽ-
ti, & videtur quod ſic per tex. in l. 1. ibi vel ibi reperiun-
tur. C. vbi de cri. agi opor.

Item per illud q; dicitur, vbi te inuenero, ibi te
iudicabo, vt no. ibi glo. & pro hoc l. moneor. C. de ſer. ex-
22 por. Sed certe in contrarium eſt veritas, † quia qs
non poteſt regulariter conueniri, niſi in loco de-
licti, vt d. l. 1. vel in loco domicilij. vt l. 2. Cod. de iuriſ.
om. iud. & ita tenet gl. & doc. in d. l. 1. & eſt tex. & ibi hoc
not. Cano. in c. ſi. extra de fo. cõp. cum ſi. Et iſtud nõ ha-
23 bet dubitationem. † Secunda eſt quæſtio an ſaltem
in ciuitate Tridenti poſſint conueniri tanquã va-
gabundi, & certum eſt de iure ſi eſſent vagabundi
poſſent ibi conueniri. quia vagabundi poſſunt in
quocunq; loco in quo reperiuntur puniri. etiam
de delictis alibi commiſſis, & ita poteſt intelligi d. l.
C. vbi de crim. agi opor. ibi. vel vbi reperiuntur ſecun-
dum gl. & doctor. ibi & in l. 1. C. vbi quis de curials vel co-
hortals. & in auc. vt nulli iud. §. ſi vero quis & probatur in
l. 2. & ibi hoc no. Bar. C. vbi de crim. agi opor. & hoc etiam
tenet gl. & doctor. in l. heres abſens in verbo debebit. ff. de
iudi. & eſt caſus ſecundum vnum intellectum in ca.
1. extra de rap. & ibi per doc. & no. Spe. in tit. de comp. iu-
di. adi. §. 1. verſ. ſed quid ſi debitor negat. & no. doc. in ca. ſi.
extra de foro compe. & not. Alber. de Roſ. in ſuo opere ſtatu-
to. in 4. par. q. 80. in prin. & per Inno & do. in c. ſi. extra de
24 eo qui mittitur in poſſeſſio. † Sed dubiũ eſt nunquid di-
cantur vagabundi & videtur quod ſic ex quo ipſi
ſunt condemnati in ciuitate Veronæ de Verona
& Veronenſi territorio & de omnibus terris Illu-
ſtri. Ducalis d. & ſic ibi in domo propria cum habi-
tare non poſſint, nec etiam in Tridento vel alibi
habeant domicilium, quia ille dicitur vagabũdus
qui non habet firmum domicilium, vt no. Bar. in l. 1.
de C tironi. lib. 12. & in l. 4. §. abeſſe. ff. de damno infect. &
in l. 1. in tit. C. vbi de crimine agi oportet. l. quiſq uis. in fine
C. de agrico. & cenſi lib. 11. reprobat a opin. glo. in l. eius. §. 1.
ff. ad municipa. vt ibi no. & per doct. in locis præallegatis.
& in l. heres abſens. ff. de iudi. Nam ex quo ſunt ban-
niti videntur facti ſicut apoloides, id eſt ſine ciui-
tate & domicilio vt ff. de legatis 3. l. 1. §. in quibus. & ff.
de pœnis ſunt quidam. Iſta quæſtio in terminis forma-
tur per Alberic. de Roſa in ſuo opere ſtatutorum
in quarta parte quæſtio. 8. vbi dicit quod aliqui di-
ſtinguũt aut ſunt banniti tali banno quod ſimiles
ſunt deportatis & tunc intelliguntur vagabundi
25 alias non. † Concludit tamen doctores commu-
niter tenere quod ex banno non reputentur va-
gabundi cum domicilium habere poſſint in aliis
ciuitatib. vnde banniti non ſunt habendi ibi ma-
iorem partem fortunarum & alia qua conſtituunt
domicilium vt Cod. de incolis. leg. ciues. lib. 10. tales e-
nim banniti proprie exules ſunt exilio quod dici-
tur lata fuga quia eſſe poſſunt in omnibus locis
niſi in illo in quo ſunt banniti vt ff. de interdic. & re-
leg. l. exilium. Nec obſt. dum dixi quod ille dicitur
vagabundus qui non habet firmum domicilium
quia intelligitur quando vadit modo huc modo
illuc non figendo domicilium in aliquo loco, ita
loquuntur & intelligunt dicti doctores. Sed præ-
dictis inquiſitis hoc non poteſt imputari quia poſt
delictum commiſſum non iuerunt niſi ad ciuita-
tem Tridenti & ibi incontinenti capti ſunt vnde
non poſſunt dici vagabundi ex quo non iuerunt
huc & illuc nec ire potuerunt.

Et ideo teneo quod inquiſitio contra eos tan-
quam contra vagabundos de iure fieri non potue-
rit ex quo vere non ſunt vagabundi per prædicta.
Tertia quæſtio eſt an poſſit contra eos procedi in
ciuitate. Tridenti quia certa bona & denariorum
quantitates quas furto ſubtraxerant in territorio
Veronenſi portauerunt ad ciuitatem Tridenti.

26 † Et Barthol. ſemper tenuit quod ſic, fundans
ſe hac ratione quod ex mutatione territorij naſca-
tur noua actio furti, vt ipſe notat in l. ſi abducta. Cod.
de furt. & in leg. ſi dominium. ff. de furt.. & in leg. ſiue
manif. ſiue. ff. de conditione furtiua. & Anton. de Bu. in ca.
fin. de furt. & in cap. 1. extra de rapto. & Bald. in l. p. i-
ma. C. de confeſſ. qui tenet hanc partem quando fur
eſt inuentus cum re furtiua. Sed Bald. in conſilio
ſuo quod incipit Ceci aſſeſſores ſequẽtes errorem
Barto. tenet contrarium, & probatur opinio Bar-
tol. & idem conſuluerunt plures doctores contra
Bartol. videlicet domin. Ioan. de Lignano, dom.
Bartol. de Salyc. do. Sanctus de Dioniſiis. domin.
Anton. de Presbyteria. dom. Franciſ. de Rampo.
dom. Balde. de Calde. domin. Angel. & domin.
Bald. de Peruſio. Et moti ſunt principaliter iſtis
rationibus, quia ex aſſidua contractione noua nõ
naſcitur actio furti. l. ei qui. in princip. ff. de furt. ergo
nec reipublicæ, quia vbi non competit ius agen-
di. ibi nec ius querelandi. l. non ſolum §. quanquam.
27 cum ibi notat. ff. de furt. † Item quia fur non viſus ſi
peruenerit ad locum deſtinatum eſt fur. non ma-
nifeſtus tamen ſi mutato propoſito poſtea portet
ad alium locum, & in itinere deprehendatur cum
furto, non propterea ex iſta noua contrectatione
efficitur fur manifeſtus, vt probatur in l. ſi ne igitur. §.
28 final. cum l. ſeq. ff. de furt. † Item quia contra regulas
ſtatuta ad conſequentias non ſunt trahenda ad ca-
ſum vbi non eſt eadem ratio. l. quod vero contra. &
l. ius ſingulare ff de legi. ſed contra regulam dicen-
dum quod ex aſſidua contractatione non naſcitur
noua actio furti eſt prouiſum quando mutatum
eſt dominium, vt habetur in lege ſi dominium. ff. de
furt. ergo eo non mutato ſtat regula, & eſt caſus

& ca-

& caſus non mutati dominij ad caſum mutatæ iuriſdictionis non debet extendi, vt dictis iurib. cum ſit odioſa & de noua obl. pœnali imponenda. Ideo reſtringenda *lege cum quidam de hbe. & poſth. & c. odia. de reg. iur. in 6.* & idem reperio conſuluiſſe in ciuitate Paduæ dominum Ricardũ de Salyceto, & dominum Ioan. de Lignano in conſilio quod incipit. Titius ſubtraxit pecuniam quod conſilium fuit exauditum ibidem tanquam æquum, & idem dominus Nellus de ſancto Geminiano in ſuo tractatu bannitorum in ſecunda parte primi temporis in 5. quæſtio. vbi plene examinat & tenet iſtam partem, & reſpondet ad rationes Bart. Idem tenet Bald. *in l. ſi abducta. C. de furt.* Et multi docto. etiam ſequuntur iſtam opinionem quicquid dixit Ang. de Aret. in ſuo tractatu maleficiorum in gloſ. in verbo veſtem cœleſtinam abſtulit. Et iſtam opin. ſemper ſeruari vidi. Et ita alias cum duob. doctoribus egregiis conſuluimus Magnifico domino capitaneo Veronæ, & ita fuit per eum iudicatum. Et iſta opinio eſt verior & æquior de iure & hodie magis communis. Et ne longior fiam, ac etiam quia tempus non ſupereſt vlterius rem extendendi contentus ero prædictis rationibus & auctoritatibus. Et maxime cum hæc opinio hodiernis tẽporibus ſit reputata communis, à qua in iudicando non eſt recedendum *iuxta not. in c. primo, & in c. ne innitaris prudentia tua. extra de conſtitu. & per Bar.*
29 *in l. fin. C. de pœna iud. qui male iud. cum ſimilib.* † Circa vltimum dubiũ an poſſint dicti inquiſiti prorogare iuriſdictionem iudicis Tridentini & eius ſe ſubmittere iuriſdictioni. Iſta quæſtio eſt pulchra. Et opus eſſet longa diſputatione. Sed quia non eſt facienda remiſſio nec poteſt per ipſum dominũ poteſtatem Tridenti puniri vt ſupra cõcluſum eſt nõ expedit hãc difficultatem aggredi. Et maxime qui tempus non ſupereſt nuncio expectãte, & inſtante propter temporis breuitatem. Vnum tamen declarandum eſſe putaui quod dicti inquiſiti non videntur prorogaſſe iuriſdictionem domini poteſtati Tridenti ex eo quod ab ipſo fuerint examinati & contra eos formauerit inquiſitionem, quia reus non videtur conſenſiſſe in iudicem procedẽtem per inquiſitionem, *vt ſingulariter not. Innoc. in c. ad petitionem. extra de acc.* Vnde ex prædictis concludo quod magnificus dominus Poteſtas Tridenti non tenetur nec debet remittere dictos inquiſitos ad ciuitatem Veronæ, nec poteſt contra eos procedere, nec eos punire.

Bartholomæus Cæpolla Veronenſis doctor excellentiſſimus.

ADDITIONES.

a Conſuetudinem eſſe.] *Adde eleganter text. in l. illam. C. de col. no. glo. in l. duos à patre. C. ſol. mat. & ibi tangunt nouiſſime ſcribentes.*

b Actus apparentes.] *Adde Fede. de Se. in conſil. 64. inci. cum procurator in fi. do. Alexand. de Imo. in conſil. 74. in 2. volu. & in conſil. 3. in 4. volu. d. Barth. Soci. in conſi. 219. incip. circa primam difficultatem. verſ. confirmatur etiam. & verſic. circa tertiam in 2. volu. chart. 95. Bald. in marga. verſic. teſtis. colum. 6. docto. vbi d. Alexan. in l. 2. ff. de fur.*

CONSIL. LIX.

SVMMARIA.

1 *Spolio ſine libello an quiſpiam condemnari poſſit, & in eo recõuentio locum habeat, & an conuentio & recõuẽtio in cauſa ſpolij vna & eadem ſentẽtia terminari poſſint, numeris omnibus ſequentib. per totũ conſil.*

2 *Iudicio poſſeſſionis recuperandæ an libellus neceſſarius ſit & litis etiam conteſtatio.*

3 *Petitio an de iudicij ſubſtantia ſit.*

4 *Poſſeſſorij in cauſa quo ad probationes ſummarie procedi debet.*

5 *Verbum offeratur quam ſignificationem habeat.*

6 *Libellus quod ſit dubius, varius, incertus, generalis, practica inoleuit.*

7 *Capitulum reintegranda, quod factum eſt ad finem corrigendi peccata, etiam in foro ſeculari ſeruandum eſt.*

8 *Nemo dat quod non habet.*

9 *Nemo ſine actione experitur.*

10 *Spoliatus ſecundum iuris regulam ante omnia reſtituendus eſt.*

11 *Regula quæ dicit, quod Spoliatus ante omnia ſit reſtituendus, non habet locum quando ſuper alia ſpoliatione eiuſdem rei aliquis reconuenitur.*

12 *Res quando à malefidei poſſeſſore ad verum dominũ peruenit, ille qui ſe ſpoliatum dicit, ante omnia non eſt reſtituendus.*

13 *Spoliata res ſi reſtituantur, & ob reſtitutionẽ aliquod periculum immineat an petitorium & poſſeſſorium ſimul terminari debeant.*

14 *Spoliatus nullo pacto reſtituendus eſt, quando propter reſtitutionem magnum periculum immineat.*

15 *Damnum magnum quando quis pateretur, ſi aliqua res acciperetur, illam propria auctoritate capere poſſet.*

16 *Spoliatus quando aliquis ab aliquo potente fuerit, poteſt ille. qui rem ſuam perdidit, eam recuperare, etiam propria auctoritate quandocunque illi facultas ſe obtulerit.*

16 *Actionem cui damm. multo magis executionem.*

18 *Scriptura vna iuuat & interpretatur aliam.*

19 *Cauſa conuentionis & reconuentionis quo caſu ſimul ſuper ſpolio & proprietate tractari debeant.*

20 *Imperator facere poteſt, vt poſſeſſorio recuperandæ intentato, petitorium non ſileat ab aduerſa parte cumulatum.*

21 *Conſuetudine induci poteſt, vt poſſeſſorium & petitorium ſimul intententur.*

23 *Dubitare de reſcriptis Imperatoris, eſt crimen læſæ maieſtatis.*

1 N Chriſti † nomine ac inuocata ſpiritu ſancti gratia, ommiſſa facti ſerie, quia longa eſſet, & ex ſequentib. apparebit. Aggrediar dubia principalia de quibus. Primum eſt an reuerẽdiſſimus dominus epiſcopus Tridentinus conueniri potuerit de ſpoliatione caſtelli cor. & caſtelli nom. à nobilibus viris filiis quondam d. Ia. decabarcho. Secundum eſt an dominus epiſcopus Tridentinus poſſit reconuenire dictos nobiles ſuper multa ciuitatis Tridenti. & aliis rebus de quibus in recon-

reconuentione do. epiſcopi continetur. Tertium
eſt dubium an illa cauſa cõuentionis & reconuen-
tionis poſſint & debeant ſimul & ſemel agitari &
vna ſententia terminari. Quartum & vltimum eſt
pro quibus ſit ferenda ſententia, an in fauorem
nobilium petentium, an vero in fauorem domini
epiſcopi tam reſpectu ſuarũ exceptionum, quam
etiam reſpectu ſuæ reconuentionis.

Circa primum dubium, an reuerendiſſimus
dominus epiſcopus Triden. conueniri potuerit de
ſpoliatione dictorum caſtellorum eo modo quod
dicitur fuiſſe conuentus. Et primo dico, quod
non eo quia petitio dictorum nobilium fuit facta
ſolo verbo ſine libelli productione vt dicitur in re
ſponſione do. epiſcopi, quæ petitio ſi non eſt in a-
ctis redacta ſine dubio ſecundum omnes non pro-
2 cedit,† quia in iudicio iſto recuperandæ poſſeſſio-
nis neceſſarius eſt libellus, & litis conteſtatio *vt no.
Bart. in l. momentanei. c. qui legitimam perſonam. Et idem
tenet ibi Ang. in quolibet poſſeſſorio per not. in §. retinendæ.
inſti. de inter. & in l. fi. C. de edicta diui Adri. tol. Et idem
tenet Pau. de Caſt. in d. l. momentanea* quando eſt legi-
timus contradictor ſicut eſt in caſu nostro. *Et idē te
net Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune in 3. quaſt. prin.
ff. de acqui. poſ. quem ſequuntur ibi doc. communiter & i-
dem tenet Bald. in l. incerti. in 13. qu. C. de inter. Et in ſua
diſputatione qua incipit accuſatus de vi turbatiua. & per
Canon in c. conſul. extra de offi. delega.* Sed ſi petitio o-
retenus facta fuiſſet in ſcriptis redacta eſſet maius
dubium an procederet iudiciũ & valeret litis con-
teſtatio. & in hoc ſunt opi. de quibus per glo. *in cle.
ſæpe verbo neceſſario, de verbo. ſig.* quæ videtur tenere
poſt varias opi. quod ſi reus conſentit, ne libellus
tradatur in ſcriptis, & tunc tacite videtur conſen-
tire & valet remiſſio. ſed ne vllo modo tradatur li-
bellus non val .t nec poteſt expreſſe vel tacite re-
nunciari. *l. vt fundus ff. cõi diui.* Et ideo ſubdit, quod
3 ſolet dicere† quod petitio ſit de ſubſtantia, *vt in au-
then. offeratur. C. de lit. conteſt. & 3. q. 3. affe ũt.* Sed ſi fiat
in modum poſtę apud acta non in modum libelli,
& ſuper tali conteſtetur. credit tenere proceſſum,
quia ſatis eſt prouiſum mẽti iuris vt plene declara-
tur *in d. clem. ſæpe in verbo neceſſario, circa ſi. in verſi. ſed
fiat in modum poſtę. de verb. ſig.* quia parte non oppo-
nente valebit iudicium, ſed opponente parte non
valebit. vbi regulariter requiritur obligatio libelli.
Sed vbi non requiritur, *vt in d. clem. ſæpe.* tunc etiam
parte petente non eſt neceſſaria oblatio libelli, &
in hoc eſt ſpeciale in dictis cauſis ſummariis, *vt di-
cit Card. Zab. in d. cle. ſæpe.* quod opi. gl. ibi communi-
ter in iudiciis approbatur, quæ habet magnam æ-
quitatẽ, & ſi dicatur ẽt in cauſa poſſeſſorij ſumma-
rie procedítur, *vt habetur in l. 1. C. quorum bono.* Ergo
idem videtur eſſe dicendũ quod dicitur *in d. cle. ſæpe
verſi. verum.* vt l. etiam parte petente non requiritur
oblatio libelli, quia reſpondetur ſecundum Bart.
in l. momentanea. C. qui legitimam perſonam. dum dici-
4 tur †quod in cauſa poſſeſſorij proceditur ſumma-
rie non intelligitur quo ad libellum. id eſt, ſine li-
bello, & lit. cont. quia immo vtrunque requiritur
vt dixi, ſed intelligitur ſummarie, quo ad proba-
tiones, quia non requiruntur ita clare, *vt l. 1. C. quo.
bon. & ibi per Bar. Sed do. meus do. Ang. de Are. inſt. de actio.
in §. tripli. in* materia libello. um in verſi. quæro an
libellus cõſenſu partium poſſit omitti tenet quod
expreſſe nõ poſſit omitti. ſed tacite ſic, & dicit quod
ita tenent doc. cõiter, & alleg. gl. *in c. de cauſis. de offi.
deleg. & Ioan. And. in c. ſi de re iud. in 6. & hoc volt Bar. in
auct. afferatur. & ibi hoc etiam tenet Sal in verſi.* quæro
an libellus conſenſu partium, *& alleg. in d. auc. affe-
5 ratur* ibi offeratur, † quod eſt verbum imperatiui
modi, & dirigitur ad oneratum ergo importat ne-
ceſſitatem & ibi datur forma & demum vltra pro-
cedit annullando. ergo factũ etiam conſenſu par-
tium non poteſt remitti *vt l. non dubium cum ibi no. C.
de legi.* Si ergo illa petitio oretenus facta fuiſſet a-
pud acta in ſcriptis redacta adhuc non valeret ex
quo proc. domini epiſcopi non cõſenſerunt illi pe
titioni maxime dum dixerũt quod illa petitio fuit
producta ſiue facta minus legitime minuſq; legiti-
mo modo. Et talis exceptio generalis admittitur ex
quo eſt exceptio iuris implicita, nec cogitur reus
aliter declarare. *l. nemo. ff. de reg. iur. ſecundũ Bal. qui ita
eleganter dicit in l. fi. circa prin. C. de fideicom.* Nec ob. ſi
dicatur exceptio generalis & obſcura non debet
admitti. *l. 1. §. idem labeo. ff. de flum. vt no. Bar. in l. 1. ff. de
excep. & Bar. Ang. & doc. l. Titia text. in prin. ff. de leg. 1. &
Bal. in. l. 1. C. de condi. ob cau.* quia illud procedit quã-
do eſt exceptio facti quia tunc tenetur declarare.
Secus ſi eſt iuris implicite, vt eſt in caſu noſtro, quia
tunc valet exceptio obſcura. etiam ipſa non decla-
rata ſecundum Bald. *in dict. l. fin. in princ. C. de fidei-
commiſ.*

Et inoleuit practica, vt reus opponat contra li-
6 bellum † quod eſt dubius varius incertus genera-
lis &c. vt plene ego dixi in tractatu meo de ſimu-
latione contractus in tertio caſu princ. in fin. Vn-
de ex his concludit quod ſiue libellus actorũ fue-
rit ſolũmodo oretenus ſeu verbo dictus ſiue ver-
bo & poſtea in ſcriptis apud acta redactus valuit,
ex quo valuit, ex quo procuratores domini epi-
ſcopi non conſ. nſerunt.

Secundo principaliter videtur quod ille libel-
lus non procedat, nec ſuper eo procedendum ſit,
quia ea narratio videtur intonare beneficium re-
cuperandæ poſſeſſionis competens per interdictũ
vnde vi, dum petit ſe reſtitui ad poſſeſſionem di-
ctorum caſtrorum quod interdictum vnde vi non
competit niſi contra ſpoliantem vel mandantem
ſpoliari, *vt cap. cum ad ſedem. extra de reſtit. ſpo. Et
ibi hoc nota. Anton. de But. in 17. colum. & doct. ibi ſequū-
tur, vt eſt text. cum gloſ. in le. cum à te. ff. de vi & vi
arma. & ibi hoc tenet Bart.*

Nec etiam videtur quod agere videantur con-
ditione. *cap. ſæpe extra de reſtit. ſpol.* quia illud ca-
loquitur quando quis ſcienter recipit rem quam
ſciebat eſſe vicioſam, quia tunc videtur quaſi in
vicium ſucceſſiſſe etiam requiritur, quod talis
ſcientia vicij interuenerit tempore quo rem acce-
pit, *vt probatur in d. cap. ſæpe.* ibi rem ſcienter talem
recepit. *& ita vult gl. in c. quia. extra de iud. & no. Bal.
in l. 1. C. de reuoc. his. quæ in fraud. credit.* ſed in dicto li-
bello nihil narratum eſt de ſcientia vicij ipſius
domini epiſcopi tempore, quo habuit ſeu recipit
dicta

dicta caſtella ergo beneficium ſeu remedium. *d.c. ſæpe.* non videtur intentaſſe, quia in dubio illud remedium vel illa actio quæ aptius reſultat ex narratis videtur intentata, *vt not. in l. gallus. §. 1.* ibi qui ex verbis concipi pōt. *ff. de libe. & poſthu.* Sed conditio ex toto. c. ſæpe. non reſultat, ex narratis in libello ex quo de ſcientia dicti epiſcopi nulla eſt facta mentio. Et hoc procedit, maxime cum domini de Lodrono qui dicuntur ſpoliaſſe, ſunt ſoluendo ſi & in quantum de iure tenerentur ex dicta aſſerta ſpoliatione quod non concedo, *vt not. per gl. & Bar. in l. cum à te. ff. de vi & vi arma. & per gl. in c. olim nobis de reſti. ſpo. & per Bal. in l. 1. C. de reuoc. his quæ in frau. credi.* Nec etiam poteſt dici quod videatur intentatum remedium *canonis. 3. qu. 1. reintegranda, quia licet illud. c. loquatur & intelligatur ſecundum doc. l arge. & no. doc. in d. c. ſæpe. & in c. cum ad ſedem. eo. tit. & per Ang. de Peru. in l. ſiue autem. in §. ſi duob. ff. de publ. Et Ange. de Aret. inſti. de act. in §. quadrupli in materia interdicti vnde vi. in verſ. 7. prin. & Lud. de Roſ. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poſ.* Tamen dicit Ant. de But *in d. ca. cum ad ſedem. in 19. col. in verſ.* quoddam eſt remedium magis latum. vbi refert opi. & concludit quod locum habet vbi alia remedia competunt & aliis ſpecialibus in eodem libello accumulari poteſt & dicit quod hoc ſeruatur in practica, ſed in caſu noſtro contra epiſcopum Tridentinum alia remedia non cōpetunt de quibus ſupra ergo nec iſtud generale quo ad illa ſpecialia, vt infra plenius declarabitur. Prætcrea illud c. reintegranda ordinatur ad finem corrigē-
7 di peccata † vnde æquum eſt ſeruari etiam in foro ſeculari *vt no. Anton. de But. in d. c. ad ſedem in 20. col. per not. in regula poſſeſſor. de reg. iur. in 6.* Sed quantum ad do. epiſcopum contra quem agitur nullum poteſt eſſe peccatū etiam ſi nunc ſciat violentiam aliquā fuiſſe commiſſam per dominos de Lodrono, ex quo iuſtam cauſam habet dicta caſtra retinendi. Primo quantum ad caſtrum cornu patet quia dictus d. Iac. de Ca. barcho pater dictorum agētium, & d. Thomaſius eius frater pignorarunt dictum caſtellum d. Annæ de Nogarolis eorum matri pro duob. millibus ducatis pro dote ſua. Et ipſa d. Anna poſtea ipſum tradidit & pignorauit Alex. epiſcopo Tridentino prædeceſſori, qui tenuit dictū caſtellū cornu per plures annos & poſtea fuit ſpoliatus à dicto domino Io. & d. Thomaſio qui ſpoliarunt ipſum epiſcopum. Cum itaque dictum caſtellum cornu peruenerit ad manus dicti epiſcopi præſentis habet iuſtam cauſam retinendi ſine peccato ex quo retinet rem ſibi obligatam, & in qua fuerat in tenuta legitimo modo & propter ſpoliationem quam paſſus eſt poteſt repellere agentem & ab alio ſpoliatum, *vt probatur in cap. ſi. extra de ordi. cogn.* Secundo etiam quantum ad caſtrum nomi habuit & habet epiſcopus Tridentinus conuētus iuſtam cauſam retinendi ſine peccato & legitime, quia dicitur illud caſtrum fuiſſe & eſſe feudum eccleſiæ Tridentinæ & olim fuiſſe nobilium virorum d. Iac. de Beſeno, & poſtea d. Marcabruni eius filij tanquam feudatariorū dictæ eccleſiæ Tridentinæ, quod caſtellum fuit poſtea, vt dicitur eis ablatum & expugnatum per recolendæ memoriæ illuſtriſ. principem & dominum d. Feder. Ducem Auſtriæ genitori illuſtriſſimi principis & domini mei gratiſſimi do. Sigiſmundi Ducis Auſtriæ digniſſimi ex eo, vt dicitur quia volebat ſe tenere cum Venetis. Et deinde dictus illuſtriſ. princeps Feder. pignorauit d. Alberigeto pro quatuor millib. ducatis ſaluo iure feudi, & licet dicatur quod d. Alberigetus ceſſerit iura ſua prædicto d. Thomaſio d. Io. tamen iſta non potuerunt fieri in præiudicium eccleſiæ Tridentinæ, ex quo ad ipſam erat deuolutum omne ius tam directi dominij q̃ vtilis propter priuationem & mortem dictorum de Beſeno. vnde d. Alberigetus nō potuit aliquod dominium trāſferre in dictos dominos de Caſtro barcho, quia nemo plus in alium transferre poteſt
8 quam ipſe habet vt in regula iuris. † Et nemo dat quod non habet. *l. traditio. ff. de acqui. rer. do.* Cum ergo ipſe d. epiſcopus habet iuſtiſſimam cauſam retinendi d. Caſtrum nomi ad ſuam eccleſiam deuolutum, nec illi domini de Caſtro barcho vnquam fuerunt inueſtiti, merito ſine peccato poteſt iure licito retinere, vt etiam infra plenius declarabitur, ideo nō poteſt contra eum intētari remedium. *d. c. reintegranda. 3. quaeſt. 1.* Et maxime cum non appareat ex narratis in libello ipſos agentes voluiſſe intentare remedium *d. cap. reintegranda.* Et ideo cum non competat ſibi aliqua actio vel remedium intentatum in libello ſequitur quod nō de-
9 bet ſuper dicto libello audiri † quia nemo ſine actione experitur *in l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſt.* & iudex poſſet ipſos agentes repellere. *l. vbi pactum. cum ibi no. C. de transa. & per no. per gl. & doc. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. & in l. 1. ff. de offi. aſſe. cū ſim.* Circa ſecundum dubium prin. an videlicet epiſcopus Tridentinus poſſit reconuenire dictos nobiles ſuper multa ciuitatis Tridenti & de aliis rebus de quibus in reconuentione d. epiſcopi conti-
10 netur. † Et prima facie videtur dicendum quod non quia regula iuris eſt q̃ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus *l. ſi quis à ſi fundum. C. ad l. Iul. de vi.* etiam ſi eſſet prædo, *vt in c. literis. extra de reſtitu. ſpo. & eſt tex. 2. q. 2. omnes leges. & in c. nullus epiſcoporum. & in c. nullus poteſt vocari. cum. c. ſequ. quod incipit præceptum cum ſi.* Sed dicti domini agentes dicūt ſe fuiſſe ſpoliatos à dominis de Lodrono, ergo debent in primis reſtitui & non reconueniri & maxime cum inſtēne, vt d. epiſcop. non audiatur niſi prius agētib. reſtituat dicta caſtra, *vt in c. 1. extra de reſt. ſpo.* Contrarium tamen puto in caſu noſtro de iure verius
11 eſſe. † Et primo quia illa regula quæ dicit ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus non habet locū quando recōuenitur ſuper alia ſpoliatione eiuſdē rei, *vt in ca. ſi. de ord. cog.* Sed d. epiſcopus ſiue epiſcopatus fuit ſpoliatus dictis caſtellis, vt dixi ergo. Secundo
12 probatur alia ratione, † nam quando res à malefidei poſſeſſore peruenit ad verum dominū ille qui dicit ſe ſpoliatum non eſt reſtituendus an omnia, *vt in c. cum dilectus. verſi. verum. extra de ord. cog. & in l. ſi quis emptionis. eod. tit. C. de præſcrip. 30. anno. & no. Spe. in tit. de pet. & poſ. in §. quoniam. verſi. 19. cum à malefidei &c.* Sed d. d. de caſtro barcho & ſui maiores ſunt in mala fide in vtroque caſtello, quia caſtellū cornu

au fuerat pigneratum matri, & mater pignorauit
epiſcopo Tridentino qui erat & eſt dominus feu-
di illius caſtelli, vt ſupra dixi, & ſpolianeruut dict.
epiſcopum prædeceſſorem, ergo ſunt in mala fide:
Similiter etiam ſunt in mala fide caſtri nomi & e-
piſcopus eſt dominus illius caſtelli quod erat feu-
dum, vt ſupra declaraui, ergo non ſunt ante omnia
13 reſtituendi. Tertio probatur etiam ſic, † quando-
cunque vertitur periculum maximum ſi ſpoliatæ
res reſtituuntur puta caſtellum vel forticiliũ. quia
difficile poſtea eſſet agenti ſuper proprietate re-
cuperare illud caſtellum, tunc excipiens de domi-
nio & aliis iuribus eſt audiendus & impedit cogni-
tionem ſuper ſpolio vel ſaltem ſimul terminari de
bent, *vt ſing. dicit Pau. de Caſt. in l. ſi de vi. ff. de ind. & i-
dem ipſe no. in l. 3. in fi. C. de edic. diui adri. tol. & alleg. In-
noc. in c. literas. de reſtit. ſpol.* Item pro hoc optime fa-
cit quod no. Anto. de Bu. *in c. fi. in 4. colum. verſi. venio*
14 *ad ſecundam partem. extra de ord. cog.* vbi dicit † quod
ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus quando
poſſit imminere magnũ periculum in reſtitutio-
ne. Sed magnum periculum poſſet eſſe epiſcopo ſi
prius teneretur reſtituere illa caſtra, & poſtea age-
ret petitorio, quia cum caſtra fortiſſima ſint diffi-
cile ſibi eſſet recuperare de manibus eorum & ſibi
immineret magnum periculum, ergo. Item pro
hoc facit quod no. eleganter Barto. *in l. ſi alius. in §.*
15 *belliſſime. in fi. ff. quod vi aut clam*, † vbi dicit per glo.
ibi quod ſi quis pateretur magnum damnũ quan-
do res ab eo acciperetur poſſet illam propria au-
ctoritate capere, & no. Lud. de Roſ. *in l. clam poſſide-
re. §. qui ad nundinas. circa fi. ff. de acqui. poſ.* ergo non
tenetur dictus epiſcop. prius illa caſtella reſtituere
quam cognoſcatur de iuribus ſuis per prædicta.
16 Quarto poteſt ſimiliter probari, † nam quando
quis eſt ſpoliatus ab vno potente vel ſi quis potens
ingrediatur poſſeſſionem alicuius poteſt quando-
cunque ille qui perdidit rem ſuam recuperare illã
etiam propria auctoritate quandocunq; illi facul-
tas ſe obtulerit exemplum in principe qui expella-
tur de poſſeſſione ſua quam de facili in breui recu-
perare non poſſet, *vt ſing. not. Bald. in l. fi. C. de his qui
à non domi. manu. per gl. ſingularem quæ eſt prima ibi in
gentium. & hoc etiam tenet & ſequitur Lud. de Ro. in l. clã
poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. poſſ* Sed di-
ctus epiſcopus Tridentinus fuerat ſpoliatus dictis
caſtellis, & vt dixi à dominis de caſtro barcho, quæ
in breui epiſcopus non poſſet recuperare, tum
propter potentiam eorum, tum etiam propter
fortitudinem caſtrorum, ergo potuiſſet dominus
epiſcop. inuenta commoditate propria auctorita-
te recuperare etiam eo tempore quo peruenit ad
manus Reuerendiſſimi domini Georgij epiſcopi
Tridentini. Si ergo potuit epiſcopus ſibi iuſdicere
propria auctoritate, ergo ſi ad manus ſuas perue-
nerunt etiam ſine violentia & vitio ſuo põt retine-
17 re. arg. illius regulæ † cui damus actionem multo-
magis damus exceptionẽ *l. inuit. §. cui damus. ff. de re-
gul. iur. & l. 1. §. quod aut. verſi. plane. ff. de ſuperfi.* Quinto
probatur ex ſecundo reſcripto ſereniſſimi Impe-
ratoris qui expreſſe mãdat vt aſſeſſores dictas par-
tes audiant in eorum querelis quæſtionibus & pe-
titionibus quas vna pars aduerſus aliam habet ſeu
habere prætendit, ac etiam præfatus dominus e-
piſcopus Tridentinus in eius querelis & petitio-
nibus quas occaſione caſtri cornu & thelonei ſui
muti in Tridento, aut aliis de cauſis contra prefa-
tos ſuos aduerſarios econuerſo habere prætendit,
& prout neceſſitas cauſæ requirit audiant. Et ſub-
dit quod ſi concordia fieri non poterit cognoſca-
tur iuxta formam iuris quæ eſt, vt dixi, vt ſimul
poſſint terminari, & iſta videtur fuiſſe intentio
maieſtatis imperialis quæ declaratur per ſequen-
18 tia. *l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg.* † quia vna ſcri-
ptura iuuat & interpretatur aliam, *vt l. ſi quis ex ar-
gentariis. §. ſi initium tabularum. ff. de eden. & l. vtrum.
ff. de petit. hæred. & notat Bald. in titu. de pace conſtan.
antepen. colum. verſic. illud eſt certum.* nam in tertio re-
ſcripto ſuæ maieſtatis hoc expreſſe declaratur in
verſic. quæ ſi vtique fieri non poterit &c. vt etiam
19 in ſequenti dubio princi. declarabitur. † Circa ter-
tium dubium principale quod eſt, an illa cauſa cõ-
uentionis poſſit & debeat ſimul agitari & vna ſen-
tentia terminari. Dicẽdum quod per ea quæ ſupra
dicta ſunt hoc fieri debet. Sed vltra prędicta addu-
citur tertium reſcriptum imperatoris per quod
oſtenditur manifeſte iſtud dubium & præcedens
nam in eo Imperator mandat in hæc verba. Quæ ſi
vtique fieri non poteſt. ſ. concordia inter partes
ex nunc cauſam ipſam ſecundum quod eandem
interuenerint deſuper cognoſcant & iudicialiter
determinẽt. Ita quod vna cauſa cum alia determi-
netur & ad inuicem minime diuidantur, per quæ
verba reſcripti apparet quod Imperator voluit ꝙ
de dictis conuentione & reconuentione cognoſ-
catur ſimul & vna ſententia terminẽtur, à quo re-
ſcripto ſeu ordine procedendi & ſententiandi non
eſt recedendum. *iuxta ca. cum dilecta. extra de reſcrip.
& cap. cum olim abbas circa fin. extra de offi. deleg.* in tã-
tum quod ſi princeps delegat cauſam alicui, & in
reſcripto mãdat ſeruari certos modos vel certum
ordinem, etiam ſi modus vel ordo ille non erat de
ſubſtantia negotij debet ſeruari & ſi non ſeruatur
ſententia inde lata erit nulla, quia princeps non
præſumitur apponere verba in reſcripto niſi cum
magno miniſterio & ratione, *vt c. c. cum dilecta. & c.
cum venerabili. de offi. dele. & vt dicit not. Bal. & Ang. in
l. probatam. C. de ſen. & interlo. om. iudi.* Et ideo indi-
ces qui habẽt in iſtis cauſis iudicare debẽt ſimul de
vtraque cauſa. ſ. conuentionis & reconuentionis
cognoſcere & iudicare, alias ſententia proceſſus &
20 ſententia exinde lata eſſet nulla per prædicta, † Et
maxime cum Imperatore poſſit hoc facere, vide-
licet vt intentato poſſeſſorio recuperandæ non ſi-
leat petitorium ab aduerſa parte cumulato, q̃a illa
regula ſpoliatus ante omnia eſt reſtituẽdus eſt in-
troducta de iure poſitiuo, *vt patet in l. ſi quis à ſe fun-
dum. C. ad l. Iul. de vi. Et in toto ti. extra de reſti. ſpo.* Ideo
Imperator poteſt illam regulam tollere in vna cã
ſicut eſt cauſa noſtra. Sicut in multis aliis tollitur
de quibus per Spe. *in tit. de petit. & confeſ. in §. fi. facit
inſtit. de iu. na. gen. & ciui. in §. ſed quod principi placuit.*
21 † Item quia iſtud per conſuetudinem poteſt indu-
ci, *vt not. vult Anton. de Butr. in c. fi. in fi. de ordi. cog.* Er-

go & per ſtatutum & per legem & per reſcriptnm principis poteſt introduci *per not. in l. de quibus. ff. de legi. & in c. fi. extra de conſue. & per l. quotiẽs. & l. reſcripta cum ibi plene no. C. de prec. impera. offer. & per no. per Anton. de But. & Cano. in c. quæ in eccleſiarũ. extra de conſtitut.* Cum ergo apparet de poteſtate imperatoris & de eius voluntate vt hæc cauſa conuentionis & reconnentionis ſimul agitentur & vna ſententia
22 termineutur non eſt amplius dubitandum. † Immo dubitare amplius eſſet quodammodo crimen ſacrilegij *l. diſputari. C. de cri. ſacrileg.* Circa quartum & vltimum dubium pro quib. ſit ferenda ſententia & ſine dubio ſecundum ea quæ mihi propoſita teneo quod in fanorem Reueren. domini Epiſcopi Tridentini digniſſimi ac etiã iuſtiſſimi iudicandum eſt, vt patet ex prædictis. Sed quia adhuc non ſunt probationes factæ, ideo vlterius non progrediar.

Barthólom: Cæpol. Veronenſis inris vtriuſque doctor & miles.

ADDITIO.

a Probationes.] *Adde Barhol. in l ſi quis à liberis. §. ſi quis in verſic. quare in iſtis ſummariis. ff. de lib. agno. Bal. in l. iudices. in 2. colum. verſic. ego addo quartum modum. C. de iudi. Barth. in l. nequicquam. verſi. de plano. de offi. procon. & l & in extraua. ad repri. verſi. ſummarie multa per d. Alex. in l. penul. ff. de iuris. om. iudi.*

CONSIL. LX.

SVMMARIA.

1 *Teſtes an & quo caſu torqueri poſſint, & cui magis ſtandum ſit, an ſcilicet vltimo in tormentis, vel primo ſine tormentis, numeris omnibus ſequentibus per totum conſil.*

2 *Teſtes quando diuerſa & contraria teſtimonia inter ſe dicunt ad concordiam ſi fieri poteſt, reducuntur vel dignioribus ſtatur.*

3 *Teſtis quando vnum extra iudicium dixit, & contrarium in iudicio cum ſacramento, an pro veritate eruenda tortura ſubijci debeat.*

4 *Teſtes regulariter conuincendi mendacij cauſa torquẽdi non ſunt.*

5 *Teſtis quando vnum extra iudicium dixit, & aliud in iudicio cum iuramento ſtatur ſecundo dicto, nec propter hoc de falſo punietur.*

6 *Teſtis quando non in forma iudicij deponit, non poteſt de falſo puniri.*

7 *Teſtes viles pro teſtimonio non torquentur: niſi vacillent, vel niſi de mendacio conuincantur vel ſponte ad teſtificandum vadant.*

8 *Teſtes non ſolum in cauſa criminali, ſed etiam in ciuili torqueri poſſunt.*

9 *Teſtis falſarius eſt, & de falſo puniri poteſt. quando iuratus extra iudicium depoſuit, & poſtea cum ſacramento in iudicio contrarium dixit.*

10 *Teſtis quando oppoſitum extra iudiciũ dixit, præſumptio de falſitate contra eum inducitur, vt ad torturam poni poſſit.*

11 *Teſtes infames & criminoſi ſine tortura ad iudicium admitti non debent.*

12 *Teſtis contrarius in caſibus ad torturam poni poſſit.*

13 *Teſtis quando ſuper capitulo vno vel pluribus interrogatus dixit, ſe nihil ſcire & reprobatur per alios qui dicant, ipſum fuiſſe præſentem, an tunc ipſe ad torturam poni poterit.*

14 *Teſtem fuiſſe præſentem, & ipſum audiuiſſe, multum intereſt.*

15 *Teſtis quando veritatem celat, dicendo ſe nihil ſcire quãdo ſcit, ita dicitur falſum deponere, ſicut ſi falſum diceret.*

16 *Teſtis quando cum iuramento veritatem celat de falſo punitur.*

17 *Teſtis aliquis quod non audiuerit, vel viderit ſi præſens fuerit difficile eſt probare, & quomodo viſus & auditus alienus probetur.*

18 *Teſtis vltimo dicto quod ſtetur cautela pulcherrima.*

19 *Teſtis ſecundo dicto in tormentis quod ſtetur quomodo limitetur.*

20 *Teſtis ſi varius fuerit, dicto magis naturæ conuenientĩ ſtabitur.*

21 *Tormentorũ metus in teſtes omnẽ ſuſpitionem purgat.*

1 IN Chriſti † nomine ac inuocata ſpiritus ſancti gratia. Super primo dubio quo quæritur an iudex competens pro eruenda veritate poſſit ponere ad torturã teſtes qui depoſnerunt contraria vel dixerunt ſe nihil ſcire cum ſci-
2 rent. Sunt tres caſus conſiderandi. † Primus eſt quando teſtes diuerſa & contraria teſtimonia dicunt inter ſe, puta quia vnus dicit vnum, alius dicit contrarium. & iſte non eſt caſus noſter. quia reducuntur ad concordiam ſi fieri poteſt vel ſtatur dignioribus. *iuxta l. ob carmen. §. fi. ff. de teſtib. & in c. noſtra cum ibi not. per gl. & docto. extra de teſtibus. vt not.*
3 *Bart. in l. eos. in fi. ff. de falſis.* † Secũdus caſus eſt quando vnus teſtis vnum extra iudicium primo, deinde dixit cõtrarinm in iudicio examinatus cum ſacramẽto, in hoc ſtat dubiũ, an propter hoc talis teſtis poſſit ſubiici tormentis pro eruenda veritate. Et vi-
4 detnr dicendum quod non, † quia regulariter teſtes non ſunt torquendi conuincẽdi mendacij cã, nec pro veritate eruenda, *vt l. vnus. §. teſtes. ff. de quæſtionib.* Quia liber homo pro teſtimonio niſi vacillet torqueri non debet *leg. ex libero in principio. ff. de*
5 *quæſtionib.* † Tertio quia quando teſtis primo dixit vnum extra iudiciũ, poſtea dixit aliud in iudicio cum iuramento ſtatur ſecũdo dicto tanquam valido nec punietnr de falſo. *vt c. 1. §. 1. & ibi Bald. in ti. quid ſit inueſtitura in vſibus feudorum. & habetur per Bal. & doc. in l. nullum. C. de teſtib. & per Sal. in l. ſi quis decurio. C. de falſis. & per glo. fi. in c. cum cauſam. & in c. veniẽs 2. de teſtibus. & ibi per doct. & per Anton. de Butr. & doct. in c. cum in tua. eod. tit. & per glo. & doct. in c. per tuas extra de teſtibus. & per Baldum in conſil. quod incipit. an teſtis qui extra iudicium. licet. Bar. dixerit contrarium in l. eos. ff. de falſis.* qui communiter in hoc reprobatur & valde mordetur à Bald. in d. ſuo conſilio.

6 † Quarto quia quando teſtis deponit non in forma iudicij, puta qnia dixit notario ſcribæ quod ego teſtificor ſic non pnnitur de falſo, quia iſtnd non eſt propriè teſtificari neq; propter hoc oſtenduntur aures iudicis *iuxta l. nullum. C. de teſtibus. vt no. Bartol. in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. & Anto. de Bu. & doc. & in c. cauſam. 2. extra de teſt.* ergo videtur ꝙ non poſſit

7 poſſit torqueri. † Secundo quia homines etiam vi-
les teſtes non torquentur pro teſtimonio niſi va-
cillent vel niſi conuincantur de mendacio vel ſpō
te vadant ad teſtificandum, *vt no. Bar. in l. ex libero in*
fine principij. ff. de quaeſtio. Sed his non obſtantib. cre-
do contrarium eſſe verum, videlicet quod torque-
8 ri poſſit in caſu noſtro. † Et primo præſuppono ꝙ
non ſolum in cauſa criminali ſed etiam ciuili te-
ſtes torqueri poſſunt, *vt l. diuus. ff. de quaeſtio. & nota.*
glo. in fi. in l. ex libero in princip. eod. titu. & probatur in
auchen. de teſtibus. §. ſi vero ignoti. ibi hoc notat Aug. hoc
præſuppoſito arguitur ſic, quando teſtes deponūt
vnum cum ſacramento & conuincitur de menda-
cio per alios teſtes, tunc illi qui de mendacio con-
a uincūtur poſſunt torqueri pro eruenda a veritate,
vt l. vnius. §. teſtes. ff. de quaeſtionibus. & not Bar. in l. ex li-
bero in princip. eod. titu. Sed in caſu noſtro duo teſtes
qui depoſuerunt pro. d. vicecomite conuincūtur
non ſolum per vnum teſtem qui dicit contrarium
ſed etiam per ſe ipſos qui prius dixerunt contra-
rium per iuramentum, quia maior reprobatio vi-
detur eſſe illa quę fit per ſeipſos contra ſeipſos quā
ſi fieret per alios *l. generaliter in fin. C. de non nu. pecu.*
ergo torqueri poſſunt. Et pōt etiā alia rō aſſignari,
quia ſi dicitur pro parte Bernardini quod primum
dictum cum iuramēto extra iudicium fuit verum
cum concordando dicto alterius teſtis, & tunc ſi-
ne dubio deponendo coram iudice contrariū de-
poſuerunt falſum & offenderunt aures iudicis qui
eos examinauit. & propterea tāquam falſarij poſ-
ſunt puniri, *vt l. nullum cum ibi notatu. C. de falſis.* &
hoc modo intelligo *Bar. in l. eos. in fin. ff. de falſis.* & i-
ta etiam intellexit Rap. ſaluando ipſum *in l. qui fal-*
ſa vel varia. ff de teſtibus. & Abbas ſiculus in c. per tuas cir-
ca finem. extra de probationibus. & Iaco. de Aluaro. in ca.
9 *1. §. notandum. in titu. de notis feudorum.* qui dicunt †
quod quando teſti. primo depoſuit iuratus extra
iudicium, & poſtea contrarium dixit in iudicio cū
ſacramento eſt falſarius & de falſo poteſt puniri,
ex quo in duob. iuramentis contrariatur. Et pro-
pterea poterit iudex eos ad torturam ponere. im-
mo plus dicit Antonius de But. *in ca. cum in tua in pe.*
10 *col. in fi. de teſtibus,* † quod quando teſtis oppoſitum
dixit extra iudicium, licet non conuincatur de fal-
ſo. inducitur tamē præſumptio & indicium de fal-
ſitate propter quam poſſet contra eum inquiri &
poni ad torturam *l. cap. quinto. ff. de adulterio. & per*
11 *notata in c. per inquiſitionem. extra de electio.* †. Præte-
rea infames & criminoſi non dicunt admitti ad te-
ſtimonium ſine tortura, *vt habetur in §. ſi vero ignoti.*
in auth. de teſtibus. & notat Bal. in l. presbyteri in princi.
C. de epiſ. & cler. Sed dicti teſtes ſunt infames & cri-
minoſi ſi eſt verum quod prius extra iudicium di-
xerunt contrarium per iuramentū, qa oportet di-
cere, ex quo ſunt iuramēta eorum contraria quod
ſint periuri in vno & ſic infames & criminoſi, *vt l.*
3. §. lex iulia. cum ibi not. ff. de teſtibus & c. ſicut extra de
teſtibus & c. teſtimonium cum ibi nota. ff. eo tit. cum ſimili-
bus. Poſtremo hoc probatur ſic. in cauſis pecunia-
riis cum aliter veritas haberi non poteſt teſtes ſunt
torquendi, *vt eſt caſus in leg. diuus. ff. de quaeſtionibus.*
Sed in caſu noſtro non poteſt haberi bene veritas
ſtante dicta contradictione dictorum teſtium qui
contraria dixerunt cum iuramento. & ſtante alte-
rius tenens qui dicit contrariū eius quod alij duo
in iudicio depoſuerunt, ideo credo quod bonus
iudex deberet illos duos teſtes ad torturam pone-
re, vt veritas locum habeat, quoniam iudex mo-
dis omnibus laborare debet ad veritatem quærē-
dam, *vt dicit gloſ. in auchen. de tabel. in princip.* per il-
lum textum, quia lex non vult veritatem perire
ſine qua vera iuſticia adminiſtrari non poteſt, *vt*
dicit Bald. in leg. eos. §. ſi quid autem. Cod. de appella. Et
ideo dixit Innocen. *in cap. quod ad conſultationem. ex-*
tra de re iudic. quod veritas eſt ſemper iuuanda, nec
in probationibus reſtringenda. Nec obſtant ra-
tiones ſupra in contrariū adductæ. Et primo dum
12 dicitur † quod regulariter teſtes non ſunt torquē-
di pro veritate habenda, *vt lege vnius. §. teſtes. ff. de*
quaeſtionibus. quia fateor quando ſimpliciter teſtes
ſubinuicem contradicerent cum ſtetur tunc di-
gnioribus vel ad concordiam reducuntur, *vt dixi*
ſupra in princip.
Sed quando alia concurrunt quæ ſunt in caſu
noſtro, puta quia idē teſtes ſibi contradixerunt bis
contraria cum iuramento deponendo & quando
aliter veritas clare haberi nō poteſt, tunc ſecus eſt
per ea quæ dicta ſunt ſupra. Et eodem modo re-
ſpondetur ad illud quod ſecundo loco & quinto
dictum fuit quod teſtes non ſunt torquendi, niſi
quando vacillant vel conuincūtur de mēdacio vel
ſponte teſtificantur, quia immo etiam in caſibus
prædictis. Nec obſtat quod tertio loco dictum eſt
ſupra in contrarium videlicet quod quando teſtis
dixit extra vnū iudicium, & poſtea dixit contrariū
in iudicio cum iuramento ſtatur ſecundo dicto
tanquam valido, nec punietur de falſo, quia illud
procedit quando primum dictum fuerit extra iu-
dicium ſine iuramento, ſecus ſi fuiſſet cum iura-
mento ſicut dicitur fuiſſe in quarto caſu noſtro,
quia tunc vnum dictum confunditur per aliud, ex
quo in vtroque eſt iuramentum & punitur de fal-
ſo, vt tenet Raph. ful. *in leg. qui falſa vel varia. ff. de*
teſtibus. & Abbas ſiculus in cap. per tuas circa fin. extra de
probatio. & domin. Iaco. de Aluaro. in cap. primo. §. notan-
dum in titu. de not. feudo. Et in hoc caſu ſaluatur di-
ctum Bartol. *in l. eos in fine. ff. de falſis. vt ſupra dixi.* &
eodem modo reſpondetur ad id quod ſupra dictū
eſt in quarto argumento pro prima parte dedu-
13 cto. † Tertius caſus eſt quando vnus teſtis interro-
gatus ſuper vno capitulo vel pluribus reſpondit
ſe nihil ſcire & reprobatur per alios qui dicunt i-
pſum fuiſſe præſentem, an tunc ille qui dixit ſe ni-
hil ſcire poſſit torqueri pro eruenda veritate. Et
videtur, quod non, quia non ſequitur talis fuit
præſens tali actui; ergo vidit & intellexit, *vt l. co-*
ram. ff. de verborum ſignificatione. & l. diem profer(r)o. §.
coram. ff. de arbi. & ita tenet Bartol. in l. 1. §. tutor. ff. de
auctor. tuto. qui dicit quod ſi teſtis dixit alium fuiſ-
ſe præſentem, non ſequitur ergo intelligentem,
quia poteſt eſſe quod vnus eſſe ſeparatus ab alio ita
ꝙ non intellexerit, & ita tenet etiam *in d. l. coram. &*
in dicto §. coram. & Ioann. de imo. in l. 2. §. voluntate. &
gloſ. ibi. ff. ſolut. matrimo. & Bald. in l. 1. Cod. de bo poſ-

ſeſ. ſecundum tab. & Bald etiam hoc tenet in terminis in l. heredes palam in princi. ff. de teſtamen. qui dicit per il-
14 lum text. † qui vult quod aliud eſt eſſe præſentem, aliud audire & intelligere & ſuſtinentur dicta teſtium qui deponunt aliquos interfuiſſe, puta. a & b licet illi. a. & b. dicant ſe neſcire, non tamen contrariantur aliis teſtib. qui eos nominauerunt, quia quæ ſe inuicē compatiuntur non ſunt cōtraria, ſed iſta inuicem ſe compatiuntur interfuiſſe & non audiuiſſe vel intellexiſſe, ergo &c. Itē poſito quod ſciuiſſet & intellexiſſet, tamen videtur quod non debeat puniri de falſo, ex eo quod dixerit ſe nihil ſcire, quia licet teſtis celauerit veritatem non propterea punitur de falſo, quia ſi puniretur non crederetur eius teſtimonio quod eſt contra textum in c. 1. in princip. ibi veritatem celare. in titul. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oriatur. & ibi Bald. hoc not. in vſibus feudorum.

In contrarium videtur quod imo poſſit tanquā
15 falſarius torqueri. † nam quando teſtis veritatem celat dicendo ſe nihil ſcire quando ſcit, ita dicitur falſum deponere, ſicut ſi falſum diceret & poteſt poni ad torturam, vt eſt caſus. & ibi hoc not. Bald. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cleric. & probatur in auctē. de teſtibus. in princip. & ibi Ang. per illum text. dicit falſitatem committi non ſolum cum quis dicit aliud quam ſit veritas & contrarium veritati ſed et cum etiam ſe ignorare quod re vera ſcit, vt quia fuit præſens actui, ita committit falſum ſicut ſi dixiſſet cōtrarium veritati, quod dicit eſſe multum not. & idem tenebat Bald. in cap. 1. in princip. ſuper verbo veritatem celare in titulo ſi de inueſti. inter domi. & vaſal.
16 lis oriatur. vbi dicit † quod quando teſtis cum iuramento veritatem celat punitur de falſo, quia qui veritatem dicere non vult nocere deſiderat & nocet. ex quo eſt iniuſtus. & pro hoc facit l. falſus. §. ſi quis nihil. ff. de furtis. Et ſi eſt probatū quod aliquis fuerit præſens actui vel facto in loco eſt præſumptio & naturalis probatio quod in dubio viderit & audiuerit, quia naturale eſt quod ille qui eſt præſens
17 audiat & videat. † & ideo viſus & auditus alienus poteſt ſic probari, dico quod audiuit vel vidit, quia fuit præſens licet difficile ſit probare quod aliquis non audiuerit vel viderit ſi fuit præſens. Ita dicit no. Bald. in cap. 1. in fin. in titu. de contentione inter me & dominum de inueſtitura in vſibus feudorum. de quo plene per Bald. Ange. & Imo. in l. heredes palam in princi. ff. de teſtamentis. Bald. vero in l. teſtium in 4. colu. in princip. C. de teſtibus. in hoc ita diſtinguit. Aut verba referuntur ad præſentiam localem, & tunc alter eorum dicet falſum exemplum ſi teſtis dicit, ego non interfui in loco iſto, tunc neceſſe eſt vt alter eorum mētiatur & datur via iudici inquirendi alterutrum l. de duobus. §. fin. ff. de iureiuran. Aut verba poſſunt referri ad mentalem præſentiam vel abſentiam, tunc non apparet contrarietas, tamen ratione ſuſpitionis eſt inquirendū. & hoc dicit fuiſſe de facto Paduæ ipſo ibi legente. Et ideo ex prædictis concludo quod ille teſtis qui ſuper omnibus capitulis dicit ſe nihil ſcire cum multi teſtes allegent ipſum fuiſſe præſentem & datur pro conteſte in dubio præſumitur falſum dixiſſe celando veritatem propter quam præſumptionem iudex poteſt & debet contra ipſum inquirere & tormētis ſubiicere, maxime vt veritas poſſit haberi, vt dixi in ſecundo caſu principali. Nec obſtant ea quæ allegata ſunt in contrarium, videlicet quod nō ſequatur, talis fuit præſens, ergo vidit & audiuit. quia reſpondetur quia licet poſſit eſſe verum quod fuerit præſens & non viderit vel audiuerit, puta ſi erat præſens & à longe vel non animaduertebat, tamē præſumptio eſt in contrarium vt dixi. Et maxime in caſu noſtro eſt præſumptio contra dictum teſtem, quia nō eſt dubiū, vt videtur quod probatū eſt per teſtes plures quod fuit præſens in loco & potuit videre, & ideo cum dixerit ſimpliciter ſe nihil ſcire. Reſpondendo decem aut duodecim capitulis & non dixerit ſe fuiſſe præſentem & non aduertiſſe videtur totum negaſſe tam præſentiam localem quam mentalem quia negatio ſimpliciter totum tollit, quoniā plus negat negatio quam affirmet affirmatio, vt eſt gloſ. no. in c. cum dilectus extra de conſue. & in l. hoc genus. ff. de cond. & demō. & ideo eſt maxima præſumptio ſuſpicionis falſitatis contra eum propter quam vt dixi poteſt contra eum inquiri & torqueri, & maxime cum dictus teſtis poſt dictum examinationē extra iudicium dixerit quod ſi iterato examinaretur diceret verum per l. qui falſa & varia. cum ibi not. ff. de teſtib. Nec obſtat c. 1. in ti. ſi de inueſtitu. inter dom. & vaſal. lis oriatur. in verbo veritatem celare. vbi videtur probari quod ille qui celauit veritatem poteſt examinari & dicto ſuo creditur, ergo videtur quod non incidat in falſum, quia reſpondetur ſecundum Bald. in d. c. 1. quod illud procederet quando nō interueniſſet iuramentū tempore quo celauit veritatē. Secus ſi cum iuramento veritatē celaſſet ſicut fuit in caſu noſtro, quia tunc falſum videretur dixiſſe, & propterea pōt & debet contra eum inquiri & torqueri. Super ſecūdo principali dubio quo quæritur poſito quod dicti teſtes vel alij qui in cauſa depoſuerunt ponuntur ad torturā & dicunt contrariū eius quod primo loco dixerant extra iudiciū cum iuramēto vel primo aut ſecundo loco in iudicio. Cui dicto erit ſtandum. Et breuiter dico quod erit ſtandū vltimo dicto cum tormentis, vt probatur l. ſi poſtulauerit. §. ſed & ſi negauerit. ff. de adul. & ibi hoc not. Bar. Et idem no. Bar. in l. eos. ff. de falſis. Et idem tenet & ſequitur Abbas ſiculus in cap. per tuas. extra de probatis. qui aſſignat rationem, quia metu torturæ præſumitur tunc dicere veritatem. vt dict. §. ſed et ſi negauerit. & idem tenet Ludouic. de Roman. in ſuo ſingul. 657. quod incipit. Teſtis dictum ſuū. vbi vult, quod hoc procedit etiam ſi iſta examinatio cum tormētis fiat ex interuallo. & ſic limitat c. præterea extra de teſtibus cogendis. & dixit quod d. §. ſed & ſi negauerit, dat
18 cautelam in hoc, quæ poteſt eſſe iſta, † quando quis vult complacere amico ſuo perſuadeat teſtibus, vt dicant contrarium eius, quod primo dixerunt. & poſtea iudex faciendo eis aliqualem timorē in tormentis & examinando iterum eorum ſtabitur ſecundo dicto etiam ex interuallo, quæ cautela eſt notāda & pulchra, quando in primo dicto verū non dixiſſent, & ſe corrigere non poſſent.
19 † Et quod ſtetur ſecundo dicto in tormentis tenet Ang.

Ang.*in l.de tormentis.* C. *de quaſtion.* Limitando tamẽ haoc Bar. deciſionem in duobus modis. Vno modo quando fuiſſet locutus teſtis cum parte, quia tunc ſtaretur primo dicto. pro hoc facit quod no. *in c prateraea extra de teſt. cogen. & in auct. de teſtibus. §. quia vero.* Alio modo quando iudici in aoimo ſederet ex aliqua cauſa rationabili q́ primum dictum tanquam verius & ocgotio aptius verius ſit. pro hoc facit *l. ob carmen. §. ſi teſtis. ff. de teſtibus.* Ipſe autẽ iudex hoc magis ſcire poteſt quam alius *l.3. §. diuus. ff. de teſtibus.* Et ideo dicit quod hoc caſu contingẽte rationabiliter poteſt teſtis iterato repeti, & tũc videbitur in qua confeſſione magis perſiſtat, an in prima an in ſecunda & ei ſtare debet iudex in qua inuenerit enim perſeuerare. Et ita dicit intelligere opinionem illorum qui dicunt, quod confitentes de aliis in tormentis debeot perſeuerare. nam iſta perſeuerãtia tenenda eſt eo caſu quo teſtis tortus dixit vnum primo & tortus ſecundo dixit oppoſitum. nam torquendus eſt tertio & in quo dicto magis perſiſtit ei ſtabitur quod dicit eſſe valde

20 æquum. † Vnde ex iſtis concludo quod examinatis dictis teſtibus cum tortura in dubio ſtandum erit vltimo dicto cum tortura, *vt d.l. ſed ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ff. de adulteriis.* Et ſi iudici videbitur ex cauſis rationabilib. quod magis ſit verum primum dictum quam ſecuodum. quia cõueniat magis naturæ rei & veritati illud ſequitur. & eodẽ modo dico ſi primo dixerunt extra iudicium cum iuramento voum, & poſtea in iudicio cum iuramento dixerũt contrarium. Si tertio loco examinati cum tortura diceretur idem quod ſecũdo loco dixeruot ſine dubio illi dicto ſtandũ eſſet, quia illud præſumeretur verius, tum propter auctoritatem iudicis qui esaminauit cum iuramento ſecundo loco, tum propter metum tormentorum qui interueniret in tertia depoſitiooe. Nec credo quod prima limitatio Angeli quando eſſet teſtis loquutus cũ parte ſit vera, maxime in caſu noſtro quando ſecundo loco depoſuit cum iuramento.

21 & tertio loco idem deponeret in tormentis, † quia metus tormentorum excludit & purgat omnem ſuſpitionem *per d. §. ſed ſi negauerit, cum ibi notat.* Et hoc ſenſit Ludou. de Roma. in dicto ſuo ſingulari DCLvij. dum vult quod ſtetur vltimæ examinationi etiam ſi fiat ex interuallo quo caſu veriſimiliter poterit teſtis loqui cum parte. *no. in c. preterea. extra de teſtibus cogendis. & in c. fraternitatis. extra de teſtibus cum ſimilibus.*

ADDITIO.

Eruenda.] *Ad materiam totius conſilij & ipſorum teſtiũ torturam vide Pet. de ancha. in conſi. 285. Old. in tract. de quaeſtio. q. 3. Bart. in l. 1. in princi. verſ. vlterius dicitur. ff. de quaeſt. do. Alexan. in l. vnius. §. iudex eo. tit. & in l. ex libero. ff. eod. vbi de iſta materia copioſe.*

CONSIL. LXI.

SVMMARIA.

1 *Vulnus an & quando mortale dicatur, vel fuerit, & an ſi de ſe mortale non ſit, ſi fuerit illatũ in corpus ægrotum vel comanctum cum contuſione, mortale dici poſſet. & quid ſi febris ſuperueniat, numeris omnibus ſequentibus per totum conſi.*

2 *Vulnus illatum in corpus ægrotum ſi non ſit mortale, an faciat quod vulnerans de homicidio teneatur.*

3 *Vulnus mortem accelerans an faciat quod aliquis de homicidio teneatur.*

4 *Contuſio aliqua quibus in caſibus mortalis dicatur.*

5 *Teſti vni & medico cũ ſit ſingularis, credendũ non eſt.*

6 *Teſtes duo in arte medicina requiruntur.*

7 *Teſtium duorum vel trium in ore ſtat omne verbum.*

8 *Teſtis in his, quæ non ſunt de actus ſubſtantia, puta die & hora. licet non concordent, nihilominus eis fides adhibetur.*

9 *Teſtis medicus non de veritate, ſed de credulitate iurare tenetur.*

10 *Vulnus à principio non mortale, ad hoc vt mortale poſtea dicatur, quid requiratur.*

11 *Factum eſſe aliquid tempore vno, ſi quiſpiam dixerit, ſiue ſit actor, ſiue reus, ſeu iudex, illud præciſe probare tenetur.*

12 *Verba, vulnus erat aliqualiter periculoſum, an ipſum vulnus mortale faciunt.*

13 *Negatiue iſtius quod vulneratus in loco periculoſo, vel ex vulnere magno mortuus non ſit, cum ex tali vulnere mors euenire ſoleat, probatio difficilis eſt.*

14 *Vulnus mortale eſſe nõ dicitur quando ſigna aliqua vel accidentia non ſubſiſtunt nec remanent.*

15 *Vulnus tunc mortale dicitur, quando ſecundum medicinæ regulas vulneratus euadere non poteſt, vel cum magna difficultate.*

16 *Vulnus per argumentum à communiter accidentibus mortale & non mortale iudicatur.*

17 *Medicis dicentibus quod vulnus erat aliqualiter mortale, vel aliqualiter periculoſum quando fides exhibenda ſit.*

18 *Dictio aliqualiter, ſiue aliquantulum quid ſignificent.*

19 *Verba in dubio in potiori ſignificatu intelligenda ſunt.*

20 *Verbis præcedentibus ſequentia declarantur.*

21 *Medicis pluribus de aliquo vulnere deponentibus ſtandum eſt.*

22 *Teſtibus veriſimiliora dicentibus ſtandum eſt.*

23 *Sententia medicorum deponentium quod vulnus mortale ſit. poteſt per alios peritiores medicos retractari.*

24 *Vulnus quando dubitetur, an ſit mortale vel non quid faciendum eſt.*

25 *Medicinæ regulæ an ſint magis notæ pluribus quã paucioribus.*

26 *Simplicibus preuenire non dicitur, quod cum alio permiſcetur.*

27 *Vulnerent ſi duo vnum: licet vnum vulnus ſit magis letale quam aliud, & mortem accelerans, an vterque de occiſo teneatur.*

28 *Vulnus vnum quando conſtat quod de ſe mortale nõ eſt, quid reſpicere debeamus.*

29 *Vulnerato alicui ſi febris ſuperueniat & moriatur, an vulnerans de occiſo teneatur.*

30 *Vulnerato non tenetur, ſed de homicidio ſi vulneratus ex alia cauſa quam ex vulnere moriatur.*

31 *Æger vel infirmus tunc dicitur in negligentia vel culpa, quando medici ei dixerunt, ſi tu vis pati te ſcindi, ouademus te & ipſe noluerit.*

32 *Negatiua, quod aliquis flobotbomatus non ſit, non bene videri poteſt.*

33 *Vulnerans aliquẽ quib. in caſib. de occiſo non teneatur.*

34 *Negatiuam iſtam videlicet quod ex vulnere magno vel periculoſo aliquis mortuus fuerit, quãdo medici probare voluerint, & ſint diſcordes, contra percuſſorem iudicari debet.*

35 *Vulnerans ægrotum etiam leuiter, an & quomodo de occiſo teneatur.*

36 *Occiſo quomodo quis teneatur, quãdo vulnerando mortem accelerat.*

1 IN Chriſti † nomine ac inuocata S. ſancti gratia. Magnifici ac generoſe prætor volq; dñi coniudices excellentiſſimi pro veritatis declaratione cauſę Hieron. Graſſeti de homicidio inquiſiti vltra ea q̃ alias conſului, decreui nonnulla inſcriptas edere, vt apertiſſime intelligi poſſit ipſum Hieronymnm de vulnere tantum & non de homicidio teneri. Et difficultas conſiſtit ſolum ꝓpter duo dubia. Vnum eſt, quia vulnerauit quendam Petrum de villa campi nogarie qui erat infirmus ex quadam contuſione quam habebat in pectore, & poſtea mortuus eſt die quartadecima vulneris, vnde licet vulnus de ſe non fuerit mortale,
2 † tamen quia fuit illatum in corpus ægrotum videtur quod fuerit mortale *per l. qua actione. §. ſed ſi quis ægrotum ff. ad l. Aqui. §. & maxime.* quia magiſter Morandinus qui eius vulneris curam habuit teſtificatur quod illud vulnus erat aliqualiter mortale. & idem dicit magiſter Petrus de monte ſilice, & magiſter Nic. de noualeis deponit quod erat aliqualiter periculoſum *per d. §. ſed ſi quis ſeruum ægroti, & per l. ita vulneratus. §. 1 ff. ad legem Aqu. & c. ſignificaſti. 2. de homicidio cum ſimilibus.* Secundum quod vi-
3 detur facere dubium eſt †, quia dictum vulnus dicitur mortẽ acceleraſſe, vt videntur ponere quaſi omnes teſtes in hoc examinati, ergo videtur quod Hieronymus vulneratus de homicidio teneatur etiam ſi vulnus de ſe non fuiſſet mortale *per d. l. ita vulneratus. §. 1. ff. ad legem Aquil.* !s duobus : lare ſolutis certo certius erit dictum Hieronymum ſolum de vulnerato & non de occiſo teneri. Pro quorum dubiorum declaratione quædam prius ſunt intelligenda. Primum eſt an dicta contuſio quam ſibi fecit dictus Petrus dum cecidit de plauſtro fuerit mortalis tempore quo contuſio facta eſt. Secundum poſito, quod nõ an ſaltem fuerit effecta mortalis tempore illati ſibi vulneris per dictũ Hierony. Tertium ſi vulnus illatum per Hieronymum fuerit mortale de ſe ſolum. Quartum poſito quod non. an coniunctum cum contuſione tempore illati vulneris fuerit mortale. Quintum an febris quæ tertia die vulneris ſuperuenit Petro propter dictum vulnus fuerit mortalis. Sextum vnde proceſſit febris quæ die decima vulneris ſuperuenit, an ex vulnere, an vero ex contuſione tantum vel ex vtroque. Septimum ſi illa febris quæ die decima
4 vulneris ſuperuenit fuit mortalis vel non. † Circa primum an dicta contuſio fuerit mortalis tempore quo facta fuit & dicendum eſt quod nõ. Et moueor iſtis rationibus vltra allegata in primo conſilio meo. Primo qui non fuit facta in loco periculoſo, nec cum inſtrumento periculoſo, videlicet themone plauſtri *per cap. ſignificaſti. 2. de homicid. & leg. 1. §. ſed ſi claua. ff. ad legem Corneliam de ficarus.* Item ex modo inferendi, quia cecidit de plauſtro ſuper themone, ex quo non poteſt in dubio inferri contuſio mortalis *argumen. l. in lege Cornel. eodem titu. ad legem Corneliam de ficariis.* Item quia ex contuſionibus vel ictibus in coſtis vbi ſunt oſſa duriſſima non ſolet fieri læſio mortalis vt de ſe patet, ergo non debet cenſeri mortalis *per d. cap. ſignificaſti.* Item quia ambulabat per ciuitatem ſicut faciebat ante vulnus ſibi illatum, ac ſi non fuiſſet infirmus, vt apparet ex proceſſu, quia iuit ad medicum iuit ad macellum tempore quo fuit vulneratus *per nota. in l. 1. Cod. de emen. ſer.* Item quia febris non ſuperuenit ſibi vſq; ad tertiam diem vulneris vt deponit magiſter Morandinus qui & contuſionis & vulneris curam habuit. Si enim fuiſſet mortalis illa contuſio à principio non ſtetiſſet ſine febre vſque ad tertiam diem vulneris, quia vulnus coniũctum cum illa contuſione immediate febrem cauſaſſet ſi contuſio prius fuiſſet mortalis vt cuilibet ſane intelligenti conſtare poteſt & profecto eius ſententia deridenda eſſet qui contrarium diceret. *argumen. leg. ſed an vltimo. §. 1. ibi.* ſed iſtam ſane ſententiam celſus eleganter deridet. *ff. de negot. geſt.* & maxime cum dicta febris poſtea. 4. die vulneris receſſerit, vt deponit idem magiſter Morandinus & nulla febris ſuperuenerit niſi decimo die vulneris vt teſtes deponunt. Item quia omnes medici ſuper hoc examinati ita deponunt & teſtificantur quibus tdixi credendum eſt, *vt eſt textus in d. c. ſignificaſti. 2. de homicidiis.* & probatur in iuribus alio meo conſilio allegatis. Nec obſtat ſi dicatur hæc contuſio nõ poteſt probari per medicos qui eam non viderunt nec curauerunt, ſed ſolum per vnũ
5 videlicet dictum magiſtrum Morandinum, † cui non videtur eſſe credendum cum ſit vnicus & ſingularis. *le. iuriſiurandi. Cod. de teſtibus. & cap. cum à nobis extra eodem titulo cum ſimilibus.* maxime cum ſimus in ciuitate inſigni in qua eſt copia peritorum medicorum & plures medici haberi potuiſſent *per textum in auth. de non alie. §: quod autem ibi aut etiam vno ſi vnum ſolum ciuitas habeat. colum. 2. & probatur in dict. cap. ſignificaſti.* ibi peritorum iudicio medico-
6 rum. vbi tea: loquitur in plurali. † Et ſic duo tãtum ſaltem requiruntur *l. vbi numerus. ff. de teſtibus. & l. fin. ff. ad Trebel. cum ſimilibus. & hoc tenet Bart. in prima conſtitutione. ff. in fine principij. & in l. 1. in princip. ff. de ventre inſpici. & in lege ſi in rixa ante finem. ff. ad legem Corneliam de ficariis. & in l. quotiens. Codic. de ponderatoribus auri libro decimo. & Anton. de Butrio, & canoniſta in cap. propoſuiſti. extra de probationibus cum ſimilibus.* Quia reſpondetur duobus modis. Primo quod immo probatur per tres medicos qui viſitauerunt dictum Petrum dum viueret tempore vulneris. videlicet Magiſter Coradinus de cararis qui fuit à Petro requiſitus procuranda dicta contuſione. Cui ipſe Petrus dixit qualiter de plauſtro ceciderat propter quod paſſus erat dictam cõtuſionem in pectore, & Magiſter Petrus de monte ſilici & magiſter Ioannes Michael de bertapalea quibus viſitantibus occaſione vulneris dixit idem

Petrus

Petrus ſimiliter ſe paſſum fuiſſe contuſiooem, vn-
de iſta cootuſio & eius qoalitas & in quo loco ſatis
7 probata eſt, † quia in ore duorum vel trium ſtat o-
mne verbum. *c. cum eſſes. & c. relatum. extra de teſt. cum
ſimilibus.* Item quod non fuerit mortalis probatur
per eoſdem qui ſufficerent, vt dixi, probatur etiam
per plures alios medicos ſolemnes qui idem depo-
suot ſcilicet illam contuſiooem oon fuiſſe morta-
lem factis debitis flobothomationibus & prouiſio-
nibus & regiminibus. Nec eſt neceſſe quod viderint
dictam contuſionem, quia ex quo conſtat coutu-
ſionem factam fuiſſe & in quo loco & cum quo io-
ſtrumeoto. Et de iſtis omnibus fuerint certificati
ab illis qui curauerunt Petrum contuſum & vulne-
ratum vel ab altero ipſorum ſatis potuerunt depo-
nere & iudicare an illa contuſio fuerit mortalis vel
oon, quia iudicium ſuum non pendet ex viſione ſed
ex qualitate contuſionis & loci in quo ſacta eſt, ideo
noo refert an ipſum viderint vel non. argumen. eo-
rum quæ no. per Innoceo. *in c. qualiter & quando 2. de*
8 *accu.* † vbi dicit no. quod quando oon eſt de ſubſtā-
tia actus, puta dies & hora ſi teſtes io illis non con-
cordant vel bene oon concluduot, tamen propter
hoc eius atteſtationes probant. Et ideo concludo
quod ſi eſſet dubium ſi cōtuſio fuit facta vel nō. & in
quo loco & cum quo inſtrumēto vnus teſtis ad hoc
probandū nō ſufficeret in iſta cioitate paduana, quę
eſt ioſignis ex quo habetor in ea maxima copia peri
torum medicorum *iuxta ca. ſtatutum in prin. de reſcrip.
in 6. per prædicta.* Sed prędicta quę in facto conſiſtunt
ſunt probata per tres teſtes qui ad hoc ſufficiuot, &
dubitatur an ex iſto facto contuſionis. ipſa contuſio
fuerit mortalis à prin. dico quod quilibet medicus
de dicta coutuſione & facto eius informatus ſicut
fuerunt prædicti alii medici etiam ſi nunquā vidiſ-
ſent infirmum potuiſſeot & poſſent iudicare & te-
ſtificari ſecundum ſcientiam artis ſuæ quæ ooo ca-
9 dit in vſu, ſed in intellectu & artis peritia. † Hinc eſt
quod noo teoentur iurare de veritate, ſed ſufficit
a quod iurent de credulitate, *a vt no. per Bart. in prohe-
mio. ff. in prin. in vlt col. & in l. 1. in princ. ff. de ventre inſpici.
& doct. ponunt in l. comparationes. C. de fide inſtrum. & in
l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. & in l. hac edictali. § his illud. C.
de ſecundis nupt.* Vnde ex his coocluditur circa pri-
mum quod dicta cooclusio tempore quo fuit facta
non erat mortalis. Circa ſecundum poſito quod nō
fuerit mortalis illa contuſio à principio an ſaltem
fuerit effecta mortalis tempore illati vulneris. Et
breuiter dicendum eſt quod noo per ea quæ dicta
ſunt in præcedenti dubio, & per ea quæ dixi io alio
10 conſ. & probari etiā poteſt alio modo. † Nam quan-
do vulnus non eſt mortale à principio, oportet ad
hoc vt efficiatur & indicari poſſit mortale & ſic mu
tet eius conditionem quod noua accidentia ſuper-
ueniant ex quibus id iudicari poſſit, quia in dubio
quando percuſſio à principio noo eſt mortalis non
præſumitur quod poſtea efficiatur, niſi hoc appa-
reat ex aliqua cauſa ſuperueniente, *vt l. qui occidit. §.
fi. ff. ad l. Aquil. & c. ſignificaſti. 2. de homi. cum ſimilibus.* Sed
tempore vulneris antequam vulneretur nulla acci-
dentia vel ſigna mortalitatis ſuperuenerant, nec
aliqua noua cauſa, ergo iudicandum eſt quod tunc
non erat mortalis. Nec obſtat ſi dicatur, immo ap-
pareat noua cauſa, quia non fecit ſe flobothomare
& alias prouiſiones neceſſarias ad illam contuſio-
oem curandum, vt dicunt omnes medici examina-
ti propter quam cauſam generatum eſt apoſtema in
pectore, ex qoo dicta contuſio eſt mortalis vt atte-
ſtantur idem medici.

Quia reſpōdetur quia licet hoc ſit verum quod
illa cauſa ſuperuenerit quod ex ea ſit geoeratum
apoſtema propter quod cōtuſio fuit mortalis pro-
pter illam cauſam mediatam, tamen per hoc non
ſequitur quod fuerit effecta mortalis tempore
illati vulneris, & qui hoc vult dicere videlicet pro
pter illam cauſam fuiſſe cōtuſionem effectam mor-
talem tempore illati vuloeris tenetur illud probare
& non ipſe Hiero. qui vulnerauit qoia regula eſt,
11 † quod ille qui ſe fuodat vicendo aliquod eſſe factū
tempore voo ſiue ſit actor ſiuè reus ſiue iudex tene-
tur illud probare præciſe, vt ſingulariter notat Bar.
*in l. non ſolum. § ſed vt probari. ff. de nouis ope. nunc. per illum
tex. & per not. per gl. in l. cum actum. ff. de nego. geſt. Et idem
no. An. in l. 2. C. de peti. her. & in l. matrem. C. de probation.*
qui dicit quod punctualiter debet probari eſſe fa-
ctum illo tempore ſuper quo fundatur. & idem vult
etiam Ang *in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup.* & Bar.
etiam in effectu hoc vult *in l. cum heres. § ſtichus. ff. de
ſtatu libe. & Innoc. in ca. cum inhibitio in vlti. glo. extra de
clan. deſpon. & Florta in l. ſi dominus ſeruum. ff. ad l. Aqui.
& Ang. in l. 1. § fin. ff. de incendio ruina naufra. & plene hoc
no. per Abb. ſicu. in c. auditis in vlt. carta. extra de præſum-
ptio.* Et ideo ſi vos domini iudices dicitis illam con-
tuſionem quæ fuit à principio non mortalis fuiſſe
effectam mortalem illo tempore quo vulnos fuit
illatum & ſic reſtringere ad iſtud tempus vobis in-
cumbit onus probandi punctualiter de illo tempo-
re & non probando non præſumitur nec ſufficit
ſola allegatio per prædicta, ſed ex proceſſu oon ap-
paret hoc eſſe probatum, ergo hoc non poteſt no-
cere Hieronymo graſſeto *l. qui accuſare. C. de eden. &
cap. cum eccleſia ſutrina. extra de cauſa poſſeſ. & proprieta.*
Immo plus dico quod ex proceſſu eſt probatū coo-
trarium duobus modis. Primo quia tertia die vul-
neris fuit cauſata febris quæ proceſſit propter vul-
nus ex generatiooe ſaniei & die ſequenti receſſit &
oulla febris ſuperuenit niſi x. die vulneris, & ſic per
plures dies forte quartadecima die cōtuſionis quod
profecto non fuiſſet ſi dicta contuſio fuiſſet morta-
lis tempore vulneris illati, vt dictum eſt in præce-
denti dubio.

Secuodo quia medici hoc atteſtantur & iudicant
quibus eſt credeudum in hoc, *vt dict. ca. ſignificaſti. de
homici. cum ſimilibus ſupra ad hoc allegatis.*

Et propterea concludo circa ſecundum dubium
quod dicta contuſio ooo erat mortalis etiam tem-
pore vulneris illati. Circa tertium dubium an vul-
nus illatum per Hieronymum fuerit mortale de ſe
ſolum vel ooo.

Et videtur qood fuerit mortale, quia tres medici
teſtes depooere hoc videntur. videlicet magiſter
Morandinus & magiſter Pe. de monte ſilice qui di-
cūt quod vulnus erat aliqualiter mortale & magi-
ſter Nicol. de Coradinis dicit quod erat aliqualiter

12 periculoſum,† quæ verba videntur velle quod vul-
nus erat mortale per ea quæ habentur *in l. ita vulne-
ratus.§.1.ff.ad l. Aquiliam.& capit. ſignificaſti.2. de homic.*
Item quia quartadecima die vulneris mortuus eſt.
per no.in l.1.C.de emendatio.ſeruorum. Item quia diffici-
13 lis eſt probatio iſtiũs negatiue, videlicet † quod vul-
neratus in loco periculoſo vel ex vulnere magno
nõ ſit mortuus cum ex tali vulnere ſolet mors eue-
nire, *vt dicto c.ſignificaſti.§.fi.de homi.ſecundum Bald. qui
ita eleganter notat in c.1.in prin.in 4. col.in tit. quibus mo-
dis feudum amittatur.* ſed dictum vulnus erat in loco
periculoſo, quia in capite & magnum, *vt d.c.ſignifi-
caſti.* ergo. Sed certe contrarium eſt verius, videlicet
quod vulnus nõ fuerit mortale de ſe, quod proba-
tur ſic illud dicitur eſſe vulnus mortale quando
& aliquod accidens vel ſignum mortale appa-
ruit in vulnerato tempore vulneris vel infra ali-
quos pucos dies. *arg.l damni.§. ſabina.ff. de dam. inſec.*
quia ſigna accidentia maxime conferuntur ad co-
gnoſcendum quicquid ſit *l.de minore.§.fi.ff.de quæſtio.
& l.iubemus. C. de teſtamentis & l.1.§.fin.ff.de adil.edict.*
& damna quaſi cauſam demonſtrant ad oculum, *vt
l.1.ff.de ventre inſpi. & c.propoſuiſti cum ibi notatis. extra
de probationibus.* Sed in caſu noſtro nulla ſigna vel ac-
cidentia mortalia ex d. vulnere prouenientia appa-
ruerunt, vt deponunt medici, ergo vulnus non eſt
iudicandum mortale. Nec huic argumento contra
dicit ꝙ febris maxima decima die vulneris ſuperue-
nerit ex quã mortuus eſt, quia illa fuit cauſata ab a-
poſtemata quod proceſſit ex dicta contuſione non
curata. & ſic illa febris non fuit ſignum vel accidẽs
proueniens ex vulnere vt dicetur in ſexto dubio er-
go vulneranti non habet nocere *l.qui occidit.§.fi.ff.ad
14 l.Aquil.* † Secundo hoc nõ probatur. non dicitur eſſe
vulnus mortale quando ſigna aliqua vel accidentia
non ſubſiſtunt nec remanent. ſ. cus ſi ſubſiſtunt ac-
cidentia quæ ſolent eſſe continua, ſicut eſt febris, *vt
l.qui tertiana.& leg.1.§.idem Viuianus.ff.de adi.edict.* Sed
in caſu noſtro ſignum quod prouenit ex vulnere
fuit febris quæ cauſata eſt tertia die vulneris pro-
pter generationem ſanici quæ quarto die receſſit
ſeu annihilata eſt, vt dicit magiſter Coradinus qui
vulneratum curauit & ſic non durauit, immo cito
receſſit, ergo vulnus non fuit mortale. Tertio et-
15 iam probatur. † vulnus tunc dicitur mortale quan-
do ſecundum regulas medicinæ non poteſt euade-
re vel cum magna difficultate. Sed quando de leui
poteſt curari non dicitur mortifere vulneratus ſe-
cundum Baldum ſingulariter *in c. primo in principio.
in 1.co.in titu.quib. modis feudum amittatur.qui allegat ad
hoc no.in l.ab hoſtibus.§.fi.ff.ſolu. matri. & in l maritus.ff.
locati.* Sed dictum vulnus potuiſſet faciliter ſeu de
leui curari de ſe, vt deponunt omnes medici ſuper
hoc examinati, ergo non fuit mortale. Quarto hoc
16 etiam probatur. † quando quis eſt taliter vulnera-
tus quod pro maiori parte obſeruantes præcepta
medicorum euadere conſueuerunt, tunc non iudi-
catur vulnus mortale per argumẽtum à communi-
ter accidentibus. *argum.l.certi conditio.§. ſi nummos ibi
cum quotidie.ff.ſi cert.petat.& not.per gloſ.in l.prima.C.de
arbitr. & probatur in l.ſemel.C. de re milit. libr. 10. cum
ſimilibus.* Sed in caſu noſtro iudicauerunt quod pro-
pter dictum vulnus communiter non fuiſſet mor-
tuus niſi ſuperueniſſet febris decima die vulneris
cauſata propter apoſtema quod venit propter con-
tuſionem nõ curatam, ergo non fuit mortale illud
vulnus, *vt eſt caſus in c.ſignificaſti.2.principium.* ibi prę-
dictus ſacerdos non infixit percuſſionem lætalem
de qua ſi aliorum non fuiſſent vulnera ſubſecuta
percuſſus minime interiiſſet. *extra.de homic.* Nec ob.
ſi dicatur ibi loquitur quando alia vulnera fuerunt
ſubſecuta, ſed hæc contuſio præceſſerat, quia re-
ſpondetur quod ſic contuſio mortalis tempore vul-
neris præceſſiſſet procederet obiectio, ſed tempore
vulneris non fuit mortalis contuſio, ſed mortalitas
eius ſuperuenit poſt vulnus illatum, vt dixi ſupra
in 1. dubio, & ideo mortalitas ſuperueniens aliun-
de quam ex vulnere. ſicut fuit febris hoc non red-
dit vulnus mortale *per d. c. ſignificaſti. & per l.qui occi-
dit.§.fin.ff.ad l.Aquil.* vbi hoc probatur aperte. Quin-
to & vltimo hoc probatur ex atteſtationib. plurium
ſolemniſſimorum artium & cyrogiæ ac medicinæ
doctorum qui aperiſſime deponunt quod dictum
vulnus non erat mortale quibus eſt ſtandum, & ſe-
cundum eorum dicta iudicandum, *vt d.c. ſignificaſti.
17 cũ ſi.vt plene dixi in alio cõſilio meo.* † Sed hic inſurgit du
bium quod tres medici, videlicet magiſter Moran-
dinus qui vulnera curauit, & magiſter Pet. de mon-
te Silice dicunt quod vulnus erat aliqualiter mor-
tale, & magiſter Nicolaus de Corad. dicit quod erat
aliqualiter periculoſum, quæ verba videntur velle
quod eſſet mortale *per l. ita vulneratus.§.1.ff.ad l.Aquil.
& per d.c. ſignificaſti.* quibus teſtibus videtur potius
ſtandum maxime quia ipſi viderunt d. Petrum vul-
neratum viuum, videlicet magiſter Morandinus &
magiſter Petrus & alii non, *argu.inſti.de gradibus.§.fi.
cum ibi no.* iuxta illud certior aure arbiter eſt oculus
& illud ſegnius irritant animos demiſſa per aures
quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelib. &c. Sed huic
dubio reſpondetur pluribus modis, quia in eo ſit
magna vis per dominationes veſtras & ponã ipſam
veritatem. Et primo dico quod etiam illi tres teſtes
non deponunt vulnus fuiſſe mortale, nam licet
dicant quod dictũ vulnus fuit aliqualiter mortale,
tamen propter hoc non ſequitur quod fuerit mor-
18 tale, † quia aliqualiter ſiue aliquantulum ſignificat
modicum, *vt eſt text. 80. diſt.§.vlt. & 21.q.5.c.vlt.* & mo-
dicum non reddit ipſum mortale. *arg.l.1.§.ſciendum.
ff.de adil.edi.* imo ipſimet dicunt quod non eſt omni-
no mortale & iura quæ loquuntur de vulnere mor-
tali intelliguntur de omnino mortale. *vt probatur in
d.c.ſignificaſti.* ibi percuſſionem lętalem & ibi percuſ-
19 ſio aſſeritur non fuiſſe mortalis. *extra de homi.* † Quia
verba in dubio ſunt intelligenda in potiore ſigni-
ficatu. *l. quæritur hermaphroditus.ff.de ſtatu hom.* & quia
verba debent intelligi cum effectu. *l.1.§.1.ff.quod quiſ-
que iuris. & ca. relatum. extra de cleri.non reſiden. cum ſi.*
& maxime in actu non reiterabili ſicut eſt mors,
quia ſemel quis moritur & non bis, quia ſemel quis
tantum naſcitur, *vt notat.in l.ex his.ff. de legit.per gloſ.
& do.* Vnde iura loquẽtia de vulnere lętali ſeu mor-
tali intelliguntur de eo quod mortem infert omni-
no non de eo quod infert aliqualiter, quia mors
non poteſt aliqualiter inferri, quia quis non poteſt
mori

mori pro parte, ſed in totum dent mori, nec dicitur mortuus quis donec habet vltimum vitæ ſpiritum in corpore, *vt no. gl. notab. in l. fin. ff. quando dies leg. ced. & habetur in l. ſuus quam ff. de her. inſt.* Et eodem modo dum dicit magiſter Nicolaus de Coradinia quod eſt aliqualiter periculoſum non intelligitur velle quod ſit mortale, quia licet vulneratus ſit in aliquali periculo, tamen non ſequitur quod vulnus ſit mortale, ex quo etiam ipſe dicit quod non erat omnino mortale. Sed credo quod dicti medici voluerunt facere iſtam differentiam, quod aliquando eſt vulous omnino mortale quando ſcilicet factis omnibus prouiſionib. ſecundum regulas medici ne omnino vulneratus eſſet moriturus vel cum maxima difficultate potuiſſet ſanari, iuxta doctrinam Bal. *in ca. 1. in prin. in tit. qui. mod. feu. amit.* Et iſte ſecundum eos non eſt caſus noſter. Aliquãdo vulnus eſt omnino oon mortale, puta quaodo ſecundum regulas medicinæ omnino vulneratua deberet euadere & non mori etiam non factis magnis prouiſionibus & de iſto mediti nihil dicunt, nec eſt caſus noſter. Aliquando & tertio vulnus eſt aliqualiter mortale ſeu aliqualiter periculoſum, ſed non omnino mortale, nec omnino ſanabile, ſeu curabile puta quando factis omoibus prouiſionibus ſecundum regulas medicinæ vel ſeruato debito regimine vulneratus non eſſet moriturus, ſed ſi non fuiſſent factæ communes & debitæ prouiſiones potuiſſet mori. Et hoc modo intelligo aliqualiter vulnus fuiſſe mortale & non omnino mortale. Et ſi ita non intelligeremus verba ſua implicarent contradictionem *contra l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.* Et ideo in dubio intelligi debent vt dixi vt eorum dictum potius valeat & non pereat. *leg. quotiens. ff. de reb. dub. l. quotiẽs. ff. de reg. iu.* Et quod iſta fuerit eorum iotentio apparet ex ſequentibus eo-
20 rum verbis, † per quæ declarantur præcedentia. *l. ſeruus plurium. in fi. ff. de le. 1.* Et ex rationibus eorum. quia ratio dicti declarat ampliat & reſtringit *dict. l. quod dictum ff. de pac. & l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. 2.* Dicit enim magiſter Morandinus quod verum eſt quod ex dicto vulnere non potuiſſet cauſari febris acuta, nec aliquid aliud propter qnod ſeruato debito regimine ſeu ordine ipſe Petr. mortuus fuiſſet propter dictũ vulnus quæ verba manifeſte declarant eius intentionem quod intellexit non eſſe mortale ſeruato debito ordine, & propter hoc dicitur non omnino mortale, quia poteſt ſanari ſeruato ordine debito & aliqualiter mortale, vel aliqualiter periculoſum, ſi nõ eſſet ſeruatus debitus ordo ſeu debita prouiſio. Item etiam dicit quod dictum vulnus erat bene diſpoſitum cum labiis rubeis, & emittebat bonam ſaniem, & perſeuerauit vſque in diem mortis vt ipſe teſtis vidit, quæ verba ſignificant vulnus non fuiſſe vere mortale. Itẽ magiſter Nicolaus de Coradinis dicit quod vulnus non erat mortale, & licet eſſet aliqualiter periculoſum, tamen non erat inductiuũ mortis, quod tamen periculum dicit non fuiſſe ſi debitus ordo per infirmum ſeruaretur. Item magiſter Petr. tertius teſtis dicit qnod vulnus erat aliqualiter mortale, ſed non omnino mortale immo potuiſſet faciliter curari. Cum enim dicit quod faciliter potuiſſet curari, ſequitur quod noo erat mortale, ita qnod vulnerans de occiſo teneatur per ea quæ dicta ſunt ſupra maxime ſecundum Bald. *in ca. 1. in prin. in ti. quib. mod. feud. ami.* Et ſic ſi bene conſiderentur atteſtationes dictorum trium medicorum concludunt aperte in fauorem dicti Hiero. Graſſeti, & concordant cum aliis medicis clarius & apertius depooentibus. Vnde licet eis tribus ſtãdum eſſet Hiero. deberet tamen de vulnere & non
21 de occiſo condemnari. † Et inquantum diſcordarent in aliquo, quod tamen non eſt verum, licet aliqui clarius loquantur tamen dico quod aliis medicis ſtandum eſſet, quia ſuot plures, *vt l. 3. §. 1. in verbo numerus. ff. de te.* & ibi eſt etiam gl. no. quod etiam ſi plures non eſſent ita optimi pręferentur quia gl. no. dicit quod deficit in fide ſupplet numerum. Item quia ſunt digniores. *vt l. 2. & 3. in prin. ff. de teſt. & habetur de vtroque in c. in noſtra. extra de teſtib.* Item quia ſunt peritiores in arte medicinæ ergo in caſu diſcordiæ eis eſt magis credendum, *vt in d. ca. in noſtra. & probatur in c. fin. ibi, ac expertus in opere. extra de fri. & maleſi. & in l. 1. in princ. ibi probate etiam artis & fidei. ff. de ven. inſpi. & hoc no. Ant. de Bu. & Abb. Secu. in ca. propoſuiſti. extra de prob.* non enim dubium eſt quod magiſter Ioa. Michael de Bertapalea eſt antiquus medicus, & in arte cirogiæ expertus pluſquam alii tres primi teſtes medici magiſter etiam Matiolus eſt famoſiſſimus artium & medicinæ doct. cui regulæ medicinæ ſunt notæ tanquam medicorum principi. Et magiſter etiam Fran. de Ianua, in arte cirogiæ omnium medicorum etiam excellentiſſimorum princeps & monarcha hęc nouiſſima ſunt. Ideo eis eſſet magis credendum. Item alia ratione
22 eis eſt magis credẽdum, † quia dicunt veriſimiliora *per l. hoc carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſt.* nam eſt magis veriſimile quod non fuerit vulnus mortale ex quo febr. quę tertia die vulneris ſuperuenit propter generationem ſanici vulneris. 4. die receſſit, ſeu anichilata eſt. Nam ſi fuiſſet mortale potius illa febris creuiſſet. *ar. l. damni. §. ſabino. cum ibi no. ff. de dam. infe. & l. 1. §. idem vinianus. ff. de adil. edi. & l. qui tertiana. eod. titu.* quia vnum ſignum vulneris non mortalis eſt receſſio accedentium malorum ſicut eſt feb. facit etiam ad hoc *l. martium. cum ibi no. ff. loca.* Nec obſtat dum dicit quod immo eſſet magis credẽdum duobus primis qui viderunt dictum vulneratũ viuum quam aliis qui eum non videruot, vel viderunt eum mortuum per quæ dicta ſunt ſupra. Quia reſpondet qnod immo propter hoc non eſt magis credendum illis duobus quam aliis pluribus quia ſatis eſt quod ipſi viderunt eum mortuum, quia etiam corpus mortuũ poteſt ad hoc videri, *vt not. Spe. in ti. de prob. §. videndũ reſtat ver.* hoc quoq; notãdũ eſt vbi dicit quod alias fecit corpus mortuũ exhumari. *& ita ẽt no. Ba. in ad. Spe. in ti. de ho. & in l. ſi quis te-*
23 *ſtib. in fi. C. de teſtib. & no. do. in l. 2. in fi. ff. de ſer.* † Immo plus ſi eſſet iudicatũ ex dictis aliquorũ medicorũ quod vulnus fuiſſet mortale põt illa ſententia retractari ſuper alios med. peritiores cõtrariũ deponeretur, *vt n. Ba. in l. ab haſt. §. fi. ff. ſa. ma. & Io. An. in ad. Spe. in ti. de ho. in ver. ſed pone. & Flo. in l. aut lex. ff. ad l. Aq. & all. Gãd.*

Nec

Nec obſt. dum dicitur quod illi doct. loquuntur
quando dubitatur an vulnus ſit illatum vel non,
vt dicit Bal. in l. ſiquis teſtibus. vel ſi eſt percuſſus cum
falcaſtro vel cum pede, & ſic cum quo genere in-
ſtrumenti quo caſu hoc bene poteſt perpendi ex
viſione corporis etiam mortui, ſed iudicare an vul-
nus fuerit mortale vel non quod corpus debuit hoc
caſu exhumari & credi teſtibus ſeu medicis mor-
tuum videntibus hoc non dicunt illi doct. nec vi-
detur etiam eſſe rationabile quod magis credatur
videntibus corpus mortuum quam viuum, vt patet
24 ad ſenſum. Quia reſpondetur, † quod etiam quan
do dubitatur an vulnus ſit mortale vel non vt dicit
Ioan. And. in addit. Spe. *in ti. de homi. in ver. pono ſecun-
dum Gui. de Suza in proba. ſforum. §. 1.* qui dicunt quod ſi
iudex ad dictum medici dicentis vulnus Titii quem
plures vulnerarunt fuiſſe mortale condemnauit
Titium de occiſo, qui Titius dicens medicum fal-
ſum dixiſſe petiit ante ſepulturam peritiores medi-
cos adhiberi, quod factum eſt, & illi referunt illius
vulnus non fuiſſe mortale retrahitur ſententia, ſi-
cut dicitur delata per falſos teſtes vel inſtrumenta.
*C. ſi ex fal. inſtru. l. falſum. & l. fin. & ff. de re iud. l. diuus. &
c. cum venerabil. de exce.* iſta ſunt verba Ioann. And. in
ti. de homi. ad literam, ex quibus apparet deciſio
huius quæſt. & eo maxime, quia etiam magiſter Io.
Michael de Bertapalea qui aperte deponit vulnus
nō fuiſſe mortale vidit ipſum Petrum vulneratum
dum viueret ac etiam quia in facto non eſt aliqua
dubitatio, & ideo ita poſſunt deponere illi qui vide
runt mortuum ſicut illi qui viderunt viuum, & et-
iam illi qui non viderunt, quia ſola difficultas ſtat
25 in regulis medicinæ † quæ ſunt magis notæ illis me-
dicis pluribus quam aliis tribus, vt de ſe patet ergo.
Ex iſtis itaque concluditur circa tertium dubium
quod dictum vulnus non fuit mortale de ſe. Circa
quartum dubium poſitum quod dictū vulnus ſolū
de ſe non fuiſſet mortale an coniunctum cum con-
tuſione tempore illati vulneris fuerit mortale, & ex
prædictis in præcedenti dubio apparet manifeſte
quod non & maxime quia febris quę tertia die vul-
neris ſuperuenit propter generationem saniei ſicut
communiter fit poſt a quarta die ceſſauit quod eſt
euidens ſignum quod vulnus non erat mortale et-
iam coniunctum cum contuſione quæ iam præceſ-
ſerat. Præterea medici omnes vt dixi qui de hoc de-
ponunt ſcientes contuſionem factam & vulnus ſe-
cutum dum teſtificantur & iudicant quod vulnus
non fuit mortale, ſequitur quod intelligunt etiam
coniunctum cum cōtuſione. Sed dubium facit quia
magiſter Morandinus dicit quod dicta contuſio
& dictum vulnus fuerunt cauſa mortis, ſed dicta
contuſio fuit multo potentior cauſa quam dictum
vulnus, & idem videtur dicere magiſter Petrus de
monte Silice qui dicit quod febris quæ ſuperuenit
potius à principalib. ſuperuenit ratione contuſio-
nis quam ratione vulneris, ſed bene credit quod et-
iam dictum vulnus coniunctum cum contuſione
fuerit mortale ex quo etiam morti cauſam vel iu-
namen præſtitit *arg. l. qui occidit. §. pen. ff. ad l. Aqui. & c.
de cætero. extra de homi. cum ſi.* Sed huic dubio reſpon-
detur duobus modis. Primo quia ex quo dicti teſtes
dicunt quod dictum vulnus nō erat omnino mor-
tale & quod dicta contuſio fuit cauſa principalis vel
potentior quod vulnus ad ipſam mortem ſequitur
quod dictum vulnus non poteſt iudicari mortale,
26 nec ex dicto vulnere mors ſecuta, † quia non dici-
tur ex ſimplicibus id prouenire quod cum alio per-
miſcetur, *vt l. 1. §. Trebatius ff. de aqua quot. & æſti.* &
ideo quando vulnus coniungitur vel cum culpa in-
firmi vel cum alio vulnere debemus inſpicere quod
prædominatur quia ſi vulnus vnum fuit prædomi-
natum culpa vel alio vulnere mors dicitur ſecuta ex
vulnere prædominante, ſed ſi maior ſit culpa vel a-
liud vulnus tūc mors dicitur ſecuta eſt ex culpa vel
alio prædominante. *arg. l. quæritur. ff. de ſta. ho. vt ſing.
no. Bal. in c. 1. in 3. col. verſic. 6. quæritur in ti. quib. mo. feud.
amit. quod eſt bene no.* Nec ob. ſi dicatur hoc eſt contra
27 te *in l. ita vulneratus §. 1. ff. ad l. Aqui.* vbi dicitur, † quod
ſi duo vulnerant vnum, licet vnum vulnus ſit ma-
gis lætale & mortem accelerans quam aliud tamen
b vterque de occiſo tenetur *b* quia reſpondetur quod
illud procedit quando conſtabat quod quodlibet
de per ſe mori potuiſſet, *vt probatur in l. huic ſcriptura.
§. 1. vbi hoc not. glo. ff. ad l. Aq. & not. in l. ita vulneratus. §. 1.*
28 † Sed quando conſtat quod vnum vulnus de ſe non
eſt mortale debemus reſpicere quod eſt magis cau-
ſa mortis & ita loquitur & intelligitur doc. Bal. ſu-
pra alleg. quæ eſt ſing. ad hoc. Immo plus quando
conſtat quod ſecundum vulnus fuit mortale, & de
primo dubitatur in dubio non præſumitur morta-
le, *vt eſt caſus no. cum gl. in d. l. huic ſcripturæ. ff. ad l. Aqui.*
Et ita fuit in caſu noſtro, quia febris cauſata propter
contuſionem ex apoſtemate fuit ſecundum omnes
mortalis, & præſtitit cauſam morti, & dubitatur an
vulnus quod præceſſit fuerit mortale, & ideo dicē-
dum eſt quod nō fuit mortale, & hoc etiam eſt bene
notandum. Aliomodo poteſt reſponderi quod tūc
vterque tenetur de occiſo quando tempore vtriuſ-
que vulneris illati de per ſe vtrunque eſſet mortale,
ſed ſi primum eſt à principio non mortale licet ex
cauſa ſuperueniente cauſata ab alio quam ex vulne-
re efficitur mortale propter hoc de occiſo vulnerās
non tenetur. *l. qui occidit. §. ſi. ff. ad l. Aqui. & no. per Ant.
de Bu. in c. ad audientiam. extra de homic & dixi in alio con.
meo.* Sed ita fuit in caſu noſtro quia vulnus non fuit
à principio mortale, vt dixi in præcedenti dubio &
febris quæ fuit cauſa mortis proceſſit propter con-
tuſionem & poſt vulnus ergo vulnerans de occiſo
29 non tenetur. † Circa quintum an febris quæ tertia
die vulneris ſuperuenerit Petro fuerit mortalis &
breuiter dicendum eſt ſine dubio quod non ex quo
die ſequenti receſſit, quia ſi fuiſſet mortalis non re-
ceſſiſſet vel diminuta fuiſſet incontinenti *per l. dam-
num. §. fabini cum ibi not. ff. de dam. infec. & per notat. in l.
maritus. ff. loca. & per l. diuortium. ff. de diuor. & per l. quic-
quid calore iracundiæ. in ſi. ff. de reg. iur. & 33. q. 2. diuort.
cum ſi.* & iſtud non habet dubitationem. Circa ſex-
tum vnde proceſſit febris quæ Petro ſuperuenit de-
cima die vulneris. An ex vulnere tātum an ex con-
tuſione tātum vel ex vtroque ſimul. Et breuiter vi-
detur quod proceſſerit propter contuſionem tan-
tum, quoniam ex ea contuſione cauſatum eſt apo-
ſtema ex quo apoſtemate eſt cauſata febris, vt dice-
re vi-

eere videntur quaſi omnes teſtes. In contrarium
videtur quod immo vtrumque ſimul cauſauit di-
ctā febrem, vt dicit magiſter Petrus de mōte Silice,
q̃ dicit ꝙ febris ſuperuenit potius & principalius
ratione cōtuſionis quam ratione vulneris ſed bene
credit quod dictum vulnus fuerit cauſa coadiu-
uans & accelerans ipſam febrem, & idem videtur
ſentire magiſter Morandinus in fin dicti ſui. Sed
quodcūque iſtorum dictorum ſit verius non curo
quia nihil nocet ad rem noſtram & ſtatim oſten-
dam. Circa ſeptimum & vltimum dubium an illa
febris quæ decima die vulneris ſuperuenit fuerit
mortalis vel nō & de hoc non eſt dubita dū quod
fuerit mortalis, quia omnes teſtes hoc deponunt.
His itaq; ſeptem dubiis ſic vt ſupra declaratis con-
cludo circa q. princ. videlicet quod dictus Hiron.
Graſſetus propter dictum vulnus illatum d. Petro
non tenetur de occiſo, ſed tantū de vulnerato quia
ſi contuſio non fuit mortalis à princip. nec vulnus
coiunctum cum contuſione fuit mortale. licet fe-
bris poſtea ſuperuenerit cauſata ex apoſtemate,
30 quod proceſſit ex contuſione, † & ſic ex alia cau-
ſa quam ex vulnere, dico quod ipſe non tenetur de
vulnerato *per l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquil. cum fi.* Im-
mo plus etiam ſi d. contuſio fuiſſet facta ab aliquo
ipſe nō teneretur ex quo nō fuit mortalis à prin. vt
dixi, & febris quæ proceſſit propter d. contuſio-
nē fuit cauſata ex apoſtemate quod apoſtema fuit
cauſatum propter malum regimen, quia noluit d.
Petrus obedire medico in faciendo ſe flobotho-
mari, & propterea dicitur mortuus ex negligentia
vel culpa ſua, *vt vult Bal. in l. qui occidit* in apoſtillis
31 qui dicit, † quod æger vel infirmus dicitur tunc eſ-
ſe in negligentia & in culpa, & ſic ſua morte mor-
tuus quādo medici ei dixerunt ſi tu vis pati te ſcin-
di euademus te & ipſe noluit, quia debuit medi-
cis credere, vt dicit quod ita vidit determinare per
illam l. ſi ſit in caſu occiſionis, multo magis eſt idem
in caſu flobothomationis in qua non eſt dolor &
minus periculum, & ideo ſi inferens contuſionem
propter quam febris eſt cauſata non ſeruato debi-
to regimine ex qua mortuus eſt nō teneretur mul-
tominus teneri debet vulnerās tantū, ea quo pro-
pter vulnus non eſt cauſata mors principaliter.
Nec ob. quod etiam dictum vulnus fuit cauſa fe-
bris & ſic mortis quia reſpondetur duobus mo-
dis vno quod hoc non eſt verum, vt dicunt quaſi
omnes medici. Alio modo poſito quod fuiſſet et-
iam cauſa febris & ſic mortis tamen quia contuſio
non curata debitis regiminibus fuit principalis
cauſa mortis, ſequitur quod illa debet attendi
quantum ad mortem, vt dixi ſupra ſecundum Bal.
ſing. *in c. 1. in prin. in 3. col. in ti. quib. mod. feud. amit.* Et
ideo non eſt curandum an illud vulnus dederit et-
iam cauſam febris, & mortis ex quo non fuit prin-
cipalis & potentior cauſa, ſed ipſa contuſio. quod
bene eſt nota. Et maxime ea quo teſtes dicūt quod
etiam ſi vulnus non ſuperueniſſet mortuus fuiſſet
& febris ſuperueniſſet propter d. contuſionem &
non debito ordine ſeu modo curatam. Nec ob. ſi
dicatur iſtud non eſt probatum de iſta negligentia
& non ſlobothomatione, niſi per vnum medicum
videlicet magiſtrū Morandinū qui curauit d. Pe. de
cōtuſione q̃ nō ſufficit ex quo ſumus in ciuitate in
qua plures haberi poterāt vt ſupra dixi in 3. dubio.
Quia reſpōdetur ꝙ immo tres medici eum viderūt
ſ. prædictus magiſter Morādinus, & magiſter Petr.
de mōte Silice, & magiſter Io. Michael Bertapalea,
32 & ēt ſi alij non vidiſſent non eſt curandum, † quia
iſta negatiua quód non ſit flobothomatus nō bene
poteſt videri & poſito quod videri poſſet cognitio
an cōtuſio fuerit mortalis nō pōt bene videri ocu-
lis q̃a erat latēs ſed iudicio inſpecta cōtuſione loco
& genere inſtrumēti, & qūo paſſus eſt contuſionē
quæ omnia oēs medici cognouerūt. Et ideo teſtifi-
cari & iudicare potuerunt. Immo dico plus ꝙ ēt ſi
ex ſola cōtuſione nō curata debito ordine ſicut nō
fuit non fuiſſet mortuus ſed coniuncto cū vulnere
ſic ex quo prædominatur contuſio non curata nō
tenetur vulnerās de occiſo, ſed de alia pœna minno-
ri, vt ſingulariter dicit Bal. *in c. 1. in prin. in 3. col. in tit.
quib. mod. feu. amit.* ꝙ eſt menti tenendū licet in caſu
noſtro nō ſit neceſſariū ex quo vt dixi fuiſſet omni
no mortuus ſiue vulnere ꝓpter d. cōtuſionē nō cu
33 ratā ordine debito, vt ſæpe dictū eſt. † Præterea ꝙ
de occiſo nō teneatur patet diſtinguēdo tres caſus,
aut cōſtat ꝙ vulnus de ſe eſt mortale & ſine dubio
tenetur de occiſo, *vt l. ita vulneratus. §. 1. ff. ad l. Aq.* Aut
cōſtat ꝙ nō erat de ſe mortale q̃a ex cauſa de nouo
ſupueniente, puta febre mortuus eſt vulneratus,
ſicut fuit in caſu noſtro non tenetur, *vt l. qui occidit.
§. fi. ff. ad l. Aqu.* Aut ſumus in dubio & dico quod in
dubio debemus dicere quod non teneatur de oc-
ciſo, ſed tantum de vulnerato quia in dubio non
ꝓſumitur ex alia cauſa ſuperueniēte puta febre. *ar.
l. fauorabiliores. ff. de re. iur. & in c. obſcurū. eo. ti. in 6. & l. ſi
de interpretatione. ff. de pœ. cum ſi.* Et ita reperio Bar. in
hoc cōſuluiſſe in conſ. incip. qō talis eſt Titius eſt à
Sēpronio percuſſus, & per d. Signor. de Homod. in
conſ. incip. factū ſic ſe habet quidā Simonellus. Et
maxime hoc eſt verū qñ vt dixi alia cauſa ſuperue-
nerit q̃ confundit d. vulnus nec permitiit apparere
an fuerit mortale vel nō *vt eſt caſus in l. huic ſcripturæ.
§. 1. ff. ad l. Aq.* Aut conſtat ꝙ de ſe nō eſt mortale, ſed
cū alio coniunctū efficitur mortale, quia vtrunq;
ſimul præbet cauſam mortis & tunc debemus in-
ſpicere quod prędominatur, vt dixi ſecundum Bal.
Et ideo cum in caſu ſit certum vulnus non fuiſſe
mortale de ſe non tenetur de homicidio & ſi fuit
mortale coniunctū cū cōtuſione, ſi dubitatur idē.
Et ſi eſſet ēt certū quod ſimul eſſet tñ quia mortale
contuſio nō curata ꝓdominatur concludendū eſt
in omni caſu d. Hiero. vulnerantem de occiſō non
teneri, ſed tantum de vulnerato. Nec ob. ſi dicatur
immo in caſu dubio debet iudicari contrā percuſ-
ſorem, *vt no. Bal. in c. 1. in prin. in 4. col. quib. mo. feu. am.*
34 qui dicit ſingul. † quando medici volunt probare
hanc negatiuam videlicet quod ex vulnere ma-
gno vi periculoſo non ſit mortuus & medici ſunt
diſcordes debet iudicari contra percuſſorem, quia
Bald. loquitur quando erat tale vulnus ex quo
mors ſolet euenire, ſed medicos omnes eſt proba-
tum contrarium, quod ex dicto vulnere non ſol t
mors deuenire factis debitis regiminibus, ergo

contra

contra percuſſorem non eſt in dubio iudicãdum, ſed pro ipſo, vt ſupra dixi. Ex iſtis apparet clara reſpõſio ad illa duo dubia quæ ſupra in princi. huius conſilii formata ſunt. Et primo non ob. dum dixi,
35 † quod vulnerans ægrotum etiam leuiter tenetur de occiſo. *vt. l. qua actione. §. ſed ſi quis ægrotum. ff. ad l. Aqu.* quia reſpondetur quod ibi loquitur quando illa leuis percuſſio vel vulneratio tempore quo ſit in corpore ęgro eſt mortalis, vt patet ibi, quia aliud alii mortiferum eſſe ſolet. Secus ſi tempore vulneris non eſſet mortalis etiam coniuncta cum alio vulnere vel quando aliud vulnus eſſet potentius & prædominaretur ad mortem, vt patet ex prędictis, & dixi plene in alio conſilio. Secundo reſpon-
36 detur dum dixi, † quod quando quis vulnerando accelerat mortem tenetur de occiſo, *vt l. ita vulnerat. §. fi. ff. ad l. Aqu.* intelligitur quando conſtabat quod vtrunque vulnus erat mortale tempore vulnerum *vt dicit ibi gl. in l. hanc ſcripturam. §. 1. eod. titu.* Sed in caſu noſtro illud vulnus tempore quo fuit illatum non erat mortale de ſe, nec coniunctum cum cõtuſione, & caſu etiam dubitaretur ſi eſſet mortale, licet ex cauſa ſuperueniente coniunctum cum contuſione mors ſit celerius cauſata; tamen hoc non nocet, *per l. qui occidit. §. fin. ad l. Aqui. & per not. in cap. ad audientiam. extra de homic. vt plenius dixi in alio meo conſi.* Ex his omnibus concludo quod officium veſtrum eſt magnifici prætor voſque domini iudices excellentiſſimi & ſecundum iuris rigorem, & ſecundum æquitatem debere d. Hiero. Graſſetum condemnare tantum de vulnerato, & non de occiſo. Submittendo tamen ea quæ in hoc conſilio & alio meo primo dicta ſunt correctioni emendationi & ſuppellectioni veſtræ Laus Deo.

Bartholomæus Cæpol. vtriuſque iuris doctor excellentiſſimus. Et adde quod ita fuit iudicatum paduæ per curiam.

ADDITIONES.

a De credulitate] *Adde ad totius conſilii reſolutionem. Pe. de Anch. in conſi. 285. Bart. in l. 1. in pr. ff. de ven. inſpicien. Bal. in l. nemini. C. de adu. diuer. iudicum. Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. li. 10 d. Ale. de imo. in 1. conſi. ff. §. omnem. & in l ſemel C. de re milit.*

b Tenetur] *vide ad hoc do. Alex. in conſi. 15. in 1. vol. Specu. in tit. de homi. verſi. pone. 4. doc. in l. item mella. § ſi plures. ff. de ſica.*

CONSIL. LXII.

SVMMARIA.

1 *Inquiſitio ſi loquatur de inſultu in perſonam facto, & probetur inſultus ad domum perſona non exiſtente, condemnatio ſequi debeat, & an & quando inſultus in rem vel in perſonam eſſe dicatur, numeris omnibus ſeq. per totum conſilium.*

2 *Statuti verbis recedendum non eſt.*

3 *Iudex cui nihil conſtat, nihil mandare poteſt.*

4 *Verba quando ſunt clara, & præciſæ ſignificationis, omnis interpretatio in eis ceſſare habet.*

5 *Inquiſitio vel accuſatio ſi formetur de inſultu cum armis facta vel de percuſſione cum ſanguinis effuſione & poſtea non probetur niſi de ſimplici inſultu, vel de ſimplici percuſſione an condemnatio ſequi poſſit.*

6 *Qualitate delicti mutata, ipſum delictum & eius ſpecies mutatur.*

1 IN Chriſti nomine † ac innocata ſpiritus ſancti gratia. Eſto ꝙ in actis trãſmiſſis in cauſa inquiſitionis formate contra Sanctum vangnoli de aſſiſio qui cõdemnatus apparet pro contenta dicta inquiſitione in li. l. dena. qui à tali ſententia appellauit, quæ appellatio pendet coram nobili viro Conte Riciardo gubernatore ciui. Aſſiſii &c. Multa ſint & appareant hinc inde deducta & allegata & maxime in ſubtiliſſimis allegationibus tranſmiſſis concludendum ad validitatem d. ſententiæ, & quod partes ſuperioris & cognoſcẽtis de appellatione debent eſſe in pronunciando male appellatum & bene iudicatum de vno quæſito inueſtigandum eſt qualem videlicet ſententiam idem ſuperior cognoſcẽs de cauſa appellationis debeat ferre viſis actis & actitatis in cauſa. Ad quod quæſitum declarando reperi concluſiue allegatum quod debeat pronunciari male appellatum, & bene iudicatum. Et primo aptitudo ipſius denunciationis & inquiſitionis quæ habet omnia ſubſtantia. Itẽ de qualitate noctis in d. inquiſitione expreſſa quæ conſiderando noctem naturalem non allegat diſtincta per ſtatuta legitime probata apparet ponderata maxime qualititatis teſtium qui omnes erant cuſtodes nocturni pro quo facit determinatio Bar. *in l. 1. §. hoc autem ſenatus* &c. Allegatur tertio probatio legitime facta de inſultu facto ad domum cum armis & ſine armis quæ verba põderata pure & ſimpliciter prout à ſtatuto exprimũtur verificata intelligũtur hoc ipſo quod inſultus factus eſt ad domũ vel poſſeſſionẽ ſi domum vel poſſeſſionẽ intrauerit vel domũ vel poſſeſſionẽ tetigerit vnde eſto ꝙ aliter non appareat ꝓbatũ de pręſentia dominę Florucię in domo tẽpore videlicet contento in d. inquiſitione nihilominus cũ verũ ſit & legitime probetur ipſum ingreſſum fuiſſe tempore inquiſitionis contento domum habitationis ipſius d. Florucię conſtet neceſſario quod etiam abſque eo quod præſentia perſonæ in domo nihilominus eſt locus diſpoſitioni ſtatuti & eius pœnæ cum ſtatutum non requirat exiſtẽtiam per-
2 ſonæ factam ad domum, † & à verbis ſtatuti non eſt recedẽdum & maxime quia terminus inſultus verificatur etiam ſine præſentia perſonæ alle. *l. fina. C. de iude. in auc. de trien. & ſem. in §. hoc nobis in gloſſ. in fidiante.* & etiam allegatur deriuatio & abuſio vocabuli nec nocet diuerſitas quæ allegatur in teſtibus quibus per multa media apparet reſponſum in d. allegatio. Item quia apparet probatum de publica voce & fama quæ multum operatur maxime in criminalibus. Allegatur etiam quoddam ſtatutum in quo prouidetur quod in cõdemnationibus maleficiorum non obſit iuris ſolemnitas vel ordo iuris. Itẽ allegatur qualitas perſonæ ipſius ſancti qui ſolitus fuerat cognoſcere d. dominam. Et hoc pręſupponitur eſſe notorium de quo tamen notorio nihil reperio in actis probatum. Quę omnia ſubtiliſſime allegata concludere videntur iuſtitiam ſententiæ

tentiæ condemnatoriæ & iniuſtitiã ipſiua appellationis. Pro alia autem parte multa alia in exceptionibus allegantur quæ breuitatis cauſa repetere nõ intendo & etiam dubia quædam tacta in ipſis allegationibus in exceptionibus obmittere intendo tam videlicet de nocte naturali quã etiã de varietate teſtium aſſumendo ſolum duntaxat vnum articulum præmiſſorum qui videre meo huius quæſtionis apparet, & etiam dubitationis totaliter deciſiuns. Et præmitto duo in facto cõſiſtentia vnum quod nullus teſtis examinatus ad probationem dictæ inquiſitionis deponit vel probat aliquid de præſentia Florutiæ in domo tẽpore in inquiſitione contẽto quod dicitur dictum ſanctum ingreſſum fuiſſe domum habitationis ipſius. Secundo præmitto quod iuſtitia d. condemnatoriæ ſolum fundatur & ſubſiſtit in probatione teſtium cũ apparet in actia ipſum Sanctum omnia contenta in d. inquiſitione negaſſe & per conſequens ſi deficit probatio delicti in inquiſitione intentati ſequi nõ
3 poteſt condẽnatio, † quia iudex cui nihil conſtat nihil mandare poteſt *vt no. Inno in c. ſolet. de ſen. exco. facit tex. in l. hoc autem. ff. qui ex cau. in poſ.* ea ibi conſtare liquereque debet iudici, & ideo cõſiderando & ponderando verba d. inquiſitionis cõſtat quod tota ſubſtantia ipſius inquiſitionis vt verba ſonant dicunt quod d. Sanctus irato animo & malo modo fecit inſultum impetum & aggreſſuram contra & aduerſus Florutiam vxorem Thomæ Ioannis de aſſiſio exiſtẽtem in domo habitationis ipſius Florutiæ videlicet intrando domum prædictam contra voluntatem ipſius dominę Florutiæ & contra formam iuris & ſtatutorum quæ verba inquiſitionis vt clariſſima ſignificant & includũt vnum delictum ſpecificum inſultum videlicet factũ in perſonam d. Florutiæ & ſubdunt modum inſultus videlicet intrando domum habitationis d. Florutiæ qui inſultus & principalis & in perſonam cõmiſſus debet probari aliter non poteſt dici probatus inſultus in inquiſitione cõtentus cum talis inſultus perſonalis ſine præſentia perſonæ nõ poſſit fie-
4 ri, † verba enim ſunt clara & præciſæ ſignificationis ideo in eis ceſſat omnis interpretatio *de leg. 3. ille aut ille. §.* cum in verbis præſentia enim perſonæ ad perficiendum hoc delictum inſultus neceſſaria eſt. Et quando quid ſubſtantiæ ipſius delicti probari debet ſi non probatur vt non probato delicto in inquiſitione detentato non debet ſequi condemnatio. Cum aliter delictum intentatum non ſit probatum quod veriſſimum eſt. nedũ in eo quod denominat delictum ſed etiam verum eſt quando aliqua qualitas in inquiſitione intentata non probetur nam condemnatio ſequi non debet nam ſi intento. *l. iul. de vi public. & probo in l. iul. de vi pri.* quia non probo quod intendo reus abſoluitur *ff. de adul. l. nunciaſſe. §. quid tamen cum ſimi.* Ad hoc idem facit quod no. Cy. *C. de prob. l. 2.* & quod poſt eum ibi pleniſſime poſuit Bal. quæ diſputatio procedit in qua-
5 litate contenta in inquiſitione non probata, † vt quando inquiſitio vel accuſatio formatur de inſultu facto cũ armis vel de percuſſione cũ ſanguinis effuſione & poſtea non probatur niſi de ſimplici inſultu vel de ſimplici percuſſione quo caſu an poſſit ſequi condẽnatio vel non procedere poſſunt opi. & recitata per Bal. *in d. l. 2.* Sed quando agimus de probando inſultum perſonale cum perſona deueniet & ſit de ſubſtantia talis inſultus neceſſario probari debet præſentia perſonę. Aliter non poteſt ſequi cõdemnatio cum delictum in inquiſitione cõtentum non ſit probatum facit quod no. *in l. prætor. §. docere. ff. vi bon. rap. & quod no. in l. delictũ. §. ſi detract. de noxa.* Et dato & conceſſo ſine præiudicio veritatis quod inſultus dicatur proprie & vere committi ad domum intrãdo. ſcilicet domum abſque eo quod ſibi ſit præſentia perſonæ & talis inſultus puniatur per ſtatutum ſecundum allegationes factas prout verba dicunt à quibus verbis non eſt recedendum tamen talis inſultus eſt alius & diuerſus ab inſultu facto in perſona. & per ingreſſum domus, & vt quid diuerſum denominat diuerſum delictum & ideo etiam ſi hoc tale delictum probatum eſſet cum ſit probatum aliud delictum quam contentum in inquiſitione non poteſt nec debet ſequi condemnatio cum talis probatio ſit impertinens & ſit nulla. *ff. de petit. her. l. ſi quis libertatem.*
6 *in fi.* † Nam qualitate delicti muta mutatur ipſum delictum & eius ſpecies. *ff. de pœn. l. aut facta. §. qualitas. facit quod no. Cy. de tranſact. l. tranſigere. ad fi.* vbi dicit quod ſanguinolentę cauſæ differunt à non ſanguinolentis etiam hoc idem ſimile dicimus in ciuili nam ſi vna actio intentatur & in alia fiat probatio non poteſt fieri condemnatio quia probatio facta ſuper non intentato non iuuat probantem *facit. ff. de pac. dota. l. beblius. in fin.* Et ex hoc concluditur neceſſario quod cũ in forma inquiſitionis dicatur de inſultu facto cõtra & aduerſus d. Florutiã & ſic de inſultu facto in perſonam ꝙ etiam ſi inſultus committeretur ad domum & eſſet delictum punibile per formam ſtatuti & talis inſultus ad domum probaretur cum tale delictum nõ fuerit nec ſit in inquiſitione contentum ſequi debebat abſolutio. Et puto quod ponderando verba ſtatuti poſiti ſub rub. de pœna inſultantis aliquem cum armis quod dictum ſtatutum puniat delictum inſultus prout committitur erga perſonam præſentem non autem puniat inſultum ad domum vbi nulla eſſet perſona vt patet in capitulis pręcedentibus & ſequentibus vbi aggrauat percuſſionem illatam in perſona cum ferro & ſine ferro & vnum capitulum declaratur per reliquum *vt inſti. ad l. Aquil. l. hoc tamen capiti. Et no. Bar. in l. 3. ff. de vi bonor. rap.*

Et verba dicti ſtatuti dum dicit ſi domum intrauerit vel domum vel hoſtium tetigerit poſita & expreſſe fuerunt ad declarat. eius quod not. Bar. *de cloacis l. 1. §. 1.*

Nec ob. quod inſultus verificatur etiã ſine pręſentia perſonæ quia illud verum eſt de larga ſignificatione huius termini inſultus qui fieri poteſt in rem & in perſonam & contra legem & fidem, *vt dicit tex. in d. l. fin. C. de iude* ſed ſtricto modo in ſtricta ſignificatione prout exprimitur in dicto ſtatuto, & in d. inquiſitione aſſumi debet in inſultu perſonali facto in perſonam vt verba inquiſitionis expreſſe dicunt quibus verbis inhærendum eſt.

Et ex his omoibus omiſſis aliis rationibus & allegatis hincinde factis quamuis multæ rationes ſint aſſignatæ pro alia parte quibus & iuſtis rationabilib. motus fuit inhęrendo iſte primus iudex condemnans ſeconpum ſuam opin. Concludendum dico quod partis ſuperioris cognoſcentis de dicta cauſa appellationis deberet eſſe in pronunciando bene appellatum & male iudicatũ. Laus Deo. Bart. Cæpol.

CONSIL. LXIII.

SVMMARIA.

1 *Mulier in cauſa criminali ad allegandum innocentiæ cauſas an admittatur, & an vbi iudex ſupplere de facto poſſit, ibi quilibet admittatur, & an confeſſus appellet, & an poteſt appellari pro damnato vltimo ſupplicio, qui in actuali executione non eſt, & an ſtatutum quod tollit audientiam etiam appellationem tollere habeat, & an appellans nomine illius qui non debet audiri niſi certo ſoluto, ipſis etiam non ſolutis audiatur, & an ſi ſtatutum audientiam deneget, proceſſus valeat, ipſo admiſſo de facto, & cui in cauſa appellationis onus probandi incumbat, & an per appellationem præcedens confeſſio facta tollatur, & an tertius appellans pro ſuo intereſſe teneatur ſoluere quinque, ſicut ex ſtatuto ſoluere tenetur etiam principalis appellans, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Innocentiæ cauſas ad allegandum quilibet admittitur, ſiue maſculus, ſeu fœmina fuerit.*

3 *Fœmina alienam defenſionem ſuſcipere non poteſt.*

4 *Lex vbi ipſo iure contra aliquos ſententiam profert, probatio in contrarium non admittitur, nec forte appellatio.*

5 *Cauſa in omni caſu capitali, quæ vltimi ſupplicij effectum ſortiri poteſt, an appellare liceat.*

6 *Statutum abſolute defenſionem tollere non poteſt.*

7 *Appellare poſſunt illi quibus à iure communi audientia negatur.*

8 *Contumacia à iure audientia denegatur.*

9 *Propoſitio omnis aduerbium, vel coniunctio ſuſpendens diſpoſitionem in aliquem futurum euentum conditionem inducit.*

10 *Bannitum & excommunicatum excipientis nomine iudex repellere debet.*

11 *Proceſſus valet ſi accuſatio poſt certum tempus audiri non debuit.*

12 *Contumax poſt bannum an pro confeſſo habeatur.*

13 *Confeſſio ſi quiſpiam habetur abſque aliis probationib. poteſt condemnari pro rei tamen qualitate.*

14 *Appellatio non tollit grauamen, quod pars ſibi ſua negligentia vel facto infert.*

15 *Fiſco ius priuatum acquiritur.*

16 *Actum ex aliquo per iudicem facto, quandocunque aliqua pœna fiſco acquiſita eſt, talis actus in fiſci præiudicium decerni non poteſt.*

17 *Banni ſententia quo caſu licet ſit interlocutoria, reuocari non poſſit.*

18 *Statutum ſi dixerit, quod contumax ponatur in bãno, & detur terminus trium dierum infra quem ſi non compareat pro confeſſo habeatur iudex tunc ipſum terminum augere vel minuere non poteſt.*

19 *Confeſſionem contra fictam ad probandũ oportet, quod legitimis, ꝓbationibus probetur, vt illa ficta confeſſio probatio eneruetur.*

21 *Verbum cõſilium alium actum quo caſu præſupponat.*

21 *Cõfeſſio extra formã iudicij à iudiciali cõfeſſione quid differat.*

22 *Appellandi tempora primo victo ſi elapſa fuerint, ſi ſecundus, cuius intereſt, qui forte ignorauit ſententiam latam, poſtea appellat, ſententia ſecunda illi victo non prodeſt.*

23 *Libellandi forma, & pronunciandi etiam ſententiam quando appellanti non obſtet.*

1 IN Chriſti nomine † ac inuocata ſpi-
ritus ſancti gratia. Primum dubium
non reuoco quod dicta mulier non
potuerit admitti quia mulier in cau
ſa principali q̃ a vt pleniſſime tactũ
2 eſt per aliquos hæc mulier potuit admitti. † q̃a ad
allegãdas cauſas innocẽtiæ admittitur q̃libet ſiue
maſculus ſiue fœmina. *vt l. ſeruũ quoq; §. publice. ff. de*
ꝑen. & ibi Bar. in l. 1. § ad crim. de pub. iu. & ſi dicatur ꝙ
3 fallit hoc regula in fœmina. † quia fœmina nõ põt
alienã ſuſcipere defenſionẽ *vt l. alienã. C. de ꝑen.* quia
reſpõdetur ſicut n. iudex debet ſupplere defectũ ad
inquirendũ innocẽtiã abſentis q̃ debet condẽnari
vt l. 1. in fi. de q̃õ. coniuncta l. ſi non defendatur. ff. de pe. Ita
& q̃libet alius. & iõ. no. dixit An. de Bu. de appel. ca.
cũ paratus in omnib. vbi iudex põt ſupplere de facto
ibi quilibet ad excipiendũ admittitur ꝙ ꝓbato
præfato modo. & vnde nõ dubito ꝙ in cauſa principali
potuit admitti ad allegandũ cauſas innocentiæ
vt quilibet. Secundo nõ dubito quod & dictus
Fran. fuiſſet habitus pro vere cõfeſſo. nedum pro
ficto hæc cõfeſſio reſultãs ex ſtatuto eſt ficta. vt eſt
in caſu noſtro. *vt no. in l. eius qui dilatorem. ff. de iure fiſci.*
& hoc no. per glo. & do. Ant. de But. in c. at ſi clerici de iud.
certe potuiſſet appellare ar. l. fi. de errore aduoca. & hoc ex-
preſſe tenet Bar. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de ap. & quod dicitur
quod confeſſus non appellatur intelligitur
de confeſſo & conuicto *l. 2. C. quorũ ap. non reci.* quia
imo ſecundum Bal. eſt idem neceſſe in cauſa etiam
pecuniaria vbi eſt maior dubitatio. Nam Ia. Bu. reprehendit
glo. quæ dicit idem in cauſa pecuniaria
quia requiritur quod ſit probationes luce meridiana
clariores vna cum confeſſione vt non poſſit
appellari alias appellatur vt ibi ſed hic eſt tantum
ficta confeſſio emanans à ſtatuto vigore cõtumaciæ
ſine aliarum probationum igitur potuit appellare
& hic eſt indubitatũ. Nec ob. *in auc. de exhib. re.*
4 *§. ſi vero. & in au. Gazaros.* † quia ibi lex ipſo iure profert
ſententiam contra tales merito non admittitur
probatio in contrariũ nec forte per conſequẽs appellatio
& ita intelligit ſingulariter Bald. illos tex.
in l. error. Co. de iur. & fac. ignor. in penult. q. Item non
dubito quod hæc mulier potuit appellare. vel tanquam
quilibet de populo allegando cauſas innocentiæ
per dict. §. publico. vel ratione proprii intereſſe.
leg. tertia ff. de loga. cauſa. vel ratione carnalitatis
naturalis *per legem non tantum. ff. de appellationibus.*
quo lex licet videatur loqui in his qui actualiter
5 ad iudicem ducuntur. † tamen idem credo in omni
cauſa capitali quæ poteſt aliquãdo ſortiri effectũ vltimi
ſupplicii & hoc vult gl. *in l. addictos. C. de ap. in gl. 1.*
dum

dum dicit in iudicati vt dentur non ſolum habent
locum in d. iura vt appellet quilibet cum datur exe
cutio ſed cum ſunt damnati in futurum. Item non
dubito nec in dubium reuoco qood nedum d. mu-
lier potuit appellare a. d. ſententia ſed ipſe Frā. po-
tuiſſet quia ſtatutum quod denegat audientiam
vel defenſionem non tollit nec poteſt tollere be-
6 neficiū appellandi ab actu iudiciario & ratio † quia
ſtatutum abſolute non poteſt tollere defenſio-
nem. quæ eſt de iure naturali *l. facultas. C. de iure fiſ.*
li. 10. & ibi Bar facit de re iudi. cle. paſto. & appellatio eſt
7 quædam defenſio † & quod illi quibus à iure com-
muni vel municipali audientia denegatur poſſint
appellare. *no. Inno. extra de exce. c. cum inter & de maio.*
& obe. c. dilectis. reſtāt ergo ſolum iſta dubia quę hāc
quæſtionem faciunt dubitabilē. primum ſi nomi-
ne dicti Fran. potuit dicta mulier vel alius appella-
re nou ſeruato ſtatuto in ſoluendo quinque. Secū-
do vtrum ſi potuit eius nomine appellari an ſit
fundata intentio curiæ ex eius cōtumacia ita quod
ipſis appellātibus incumbat onus probandi de ſua
innocentia. & ſi eis incumbit onus an ſit ſufficien-
ter probatum de ipſius innocentia. Tertio ſi mu-
lier quæ appellauit ſit ſubiecta tali ſtatuto. vt & i-
pſa teneatur etiam appellans pro ſuo intereſſe ſer-
uare ſtatutum in ſol. quinque ſoli. & aliter non au-
diatur & an ipſi obſit contumacia d. Fran.

Quarto poſito quod dicta mulier pro intereſſe
ſuo veniens non ſit aſtricta diſpoſitionibus ſtatuti
an ſententia forte pro ea ferenda debet prodeſſe
dicto Fran. Redeo ad primum & dico quod dictus
Fran. vel alius veniens eius nomine nō eſt andien-
dus non ſolutis quinque. Nam dictum ſtatutum
abſol. non poteſt tollere defectum. & per conſe-
quens appellationem *vt dixi per no. in d. ca. cum inter.*
8 ſed conditionaliter bene poteſt † ſicut videmus à
iure denegari audientia contumaci. niſi reficiat ex-
penſas *vt C. de iud. l. ſancimus.* & cum verba ſtatuti
noſtri dicant quod ita demum audiatur veniens &
non aliter niſi ſolutis quinque ratione contuma-
ciæ certe faciunt tum dictis & diſpoſitis cui hæc
verba apponuntur conditionaliter. *vt no. Bar. in l. 1.*
ff. de condi. & demon. Primo debet conditio impleri
quæ poſſit vel debeat audiri. *l. 1. & l. qui heredi. & l.*
9 *qui à teſtatore. de condi. & demon.* & maxime. † quia o-
mnis præpoſitio aduerbium vel coniūctio ſuſpen-
dens diſpoſitionē in aliquem futurū euentum in-
ducit conditionem. Et idem quādo actus coi adii-
citur venit explicandus ante diſpoſitionem illam
cui apponitur facit conditionem *vt not. Barto. in d. l.*
1. & l. quibus diebus. §. Termilius eodem tit. ſed illa verba
niſi prius &c. ſuſpendunt diſpoſitionē illam quod
non audiatur niſi primo mutat ergo prius debuit
mittere quam debuit audiri & ſi de facto fuit au-
ditus hac ſolēnitate non ſeruata proceſſus reſpectu
d. Frā. eſt nullus *iuxta no. per Bar. in l. cū lex in fi. de fide-*
iuſſo. & quod no. Bal. in l. non dubium in fi. q. C. de leg. licet
his dictis oppugnent no. per Io. An. *in addit. ſpe. in*
titu. de ſen. prola. §. iuſta ver. non eſt nulla ratione liti-
gatoris. Et quod no. Ant. de Bu. *in ca. ſuper literis de*
reſcript. vbi dicunt quod licet ſtatutum audientiam
deneget vel iuriſdictionem tamen non funditus
tollitur ſed ita demum ſopponitur ſecūndo. Pro
quo facit quod no. Ia. de Are. *C. vt quæ de aduoca. per l.*
10 *1. ver. dicit.* † quod bannitum & excommunicatum
iudex debet repellere nomine eacipientis. *& hoc no.*
Bal. 10. colla. in ca. hic fundatur lex coradi & incipiunt
conſuetudines regni *c. 1. ad prim.* Pro quo bene facit
11 quod no. Bar. *in l. abſente de pen. ver. dicit* † quod vide-
licet proceſſus ſi accuſatio non debuit audiri poſt
certum tempus & eſt auditus nullo oppoſito *ar. no.*
in l. 2. & in l. cum putarem. ff. ſa. here. ita in propoſito
videtur dicendum qood ſi non debuit audiri Fran.
vel alius eius nomine tamen ſi nou fuit oppoſitum
tenet. Sed ipſis reſpondetur quod ipſa ſunt vera oī
ſi quod aliquis nō deberet audiri non eſſet notum
iudici. vel etiam dubium an eſſet notum, ſed hic ta-
men conſtaret iudici per acta cauſæ ſi fuit proceſ-
ſum proceſſus debet dici nullus reſpectu Fra. tan-
quam factus contra ius conſtitutum & partem. &
hoc eſt quod vult *Bald. in dict. l. non dubium* & hic eſt
caſus noſter ex quibus concludo primum quod
non ſolutis quinque dictus Fran. vel alius eius no-
mine nō debuit in dicta appellatione admitti. & ſi
fuit de facto admiſſus proceſſus eſt nullus ipſo iure
12 per pdicta. † Venio ad ſecundū dubiō & ſuppoſito
q̄ teneat proceſſus appellationis q̄ incumbit onus
probandi & dico quod curia habet ſuam intentio-
nem fundatam ex ſtatuto dicente, quod contu-
max poſt bannum habeatur pro cōfeſſo. vnde huic
legi quantumcunque dure ſtandum eſt *l. proſpexit*
qui & a qui. Et hoc tenet Bart. de pœnis in l. abſentem in 3.
q. Pro quo facit. C. de iur. cal. l. 2. §. quod ſi actor. & §. ſi au-
13 *tem reus.* † vbi ſi aliquis haberetur pro cōfeſſo abſ-
que aliis probationibus poteſt cōdemnari pro rei
tamen qualitate. i. quia ſi iudici conſtaret de inno-
centia per legitimas probationes vel ex ipſo pro-
ceſſu non obſtante tali ficta cōfeſſione debet eum
abſoluere quis ſi eſſet vera confeſſio hic fieri debe-
ret. & hoc ſingulariter no. Bar. *ff. de pe. l. abſentium. &*
eſt tex. & ibi Bal. in l. 2. §. fin autē reus. de iur. cal. ibi pro
rei qualitate & ibi etiam gl. Nec ob. ſi dicitur quod
hic antequam haberetur pro confeſſo. quod eſt et-
iam poſt lapſum termini aſſignati in banno ante
ſecutam ſententiam declaratoriam quod habeatur
pro confeſſo vel per ſententiam diffinitiuam *vt l.*
eius qui delatorem. & ibi Bar. ff. de iure fi. & per no. in d. §.
ſin autem quod venit mulier ad allegandum cauſas
innocentiæ. & ſic purgare moram & nō haberi pro
confeſſo. & quod poſſit mora purgari poſt lapſum
terminum ante ſententiam. *no. Bald. in d. §. quod ſi act.*
Quia reſpondeo quod hoc habet locum principa-
li comparate vel legitimo procur. vbi procurator
admittitur non in eo caſu quo quilibet admittitur
ad allegandum cauſas innocentiæ vt hæc mulier.
nam hic non purgat contumaciam ipſius abſentis.
quia nō poteſt talis ſic veniens ſine mādato aliquid
facere q̄ noceat vel proſit tali abſenti. *vt no. Inno. de*
accu. veniens & per Bar. in d. §. ad cri. & perinde eſt ac ſi
nullus veniſſet vel ſequeretur q̄ iudex debet has
cauſas allegare & in iudiciū deducere *vt l. ſi nō defen-*
datur de pe. hoc faciēdo purgaret moram abſentis &
nunq̄ haberetur pro cōfeſſo q̄ eſt falſum *vt in d. §.*
quod ſi actor. Vnde concluditur quod cū Fran. fuerit

contumax & ſecuta ſit ſententia diffinitiua, quod
habeatur pro confeſſo & ſtetur tali fictę confeſſio-
ni abſque alia probatione ad eius condemnatio-
nem per iura prædicta. Nec ob. quod ſit appellatũ
14 † quia appellatio non tollit grauamen quod pars
ſibi infert ſua negligentia vel facto *vt no. C. de procu.*
l. ita demum. vnde cum dicta ficta confeſſio à ſtatu-
to procedat mediante facto & contumacia dicti
Fran. non tollitur grauamen per appel. immo ſibi
imputet pars *argu. l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudi. & ff.*
de edendo. l. argentarius. §. cum autem. & quod per ap-
pellationem non tollatur talis ficta confeſſio. ſed
incumbit onus probãdi ipſi appellanti. no. expreſ-
ſe dominus *Bal. in d. l. ita demũ in fi.* Quinimo ſi iudex
hodie vellet talem .i. Franciſcum admittere in cau-
ſam appellationis & ad excuſationem vt tolleretur
illa ficta confeſſio & aſſumere in ſe onus probandi
elapſo termino contumaciæ & pronunciationis di
eo quod non poſſet quia conquerens per elapſum
termini ſtatuti à iudice vel arbi. ad aliquid facien-
dum. quis incurrit pœnam ſtatuti vel legis pœnam
& ſi eſt commiſſa iudex non poteſt ad euitandum
talem pœnæ terminum prorogare. Ita eſt in caſu
noſtro quia aſſignato tempore banni. & ſequuta
condemnatione Franciſcus incidit in pœnã fictæ
confeſſionis ergo iſtam pœnam non poteſt iudex
tollere. Iſtud vero expreſſe dicit Bar. *in l. cum ſtipu-*
latus ſim mihi à proculo de verbo. obli. Item quia ex for-
ma Franciſc. cum pronunciatione ſecuta fuit quę-
ſitum ius communi piſauri quia fuit Frãciſcus ha-
15 bitus pro confeſſo † acquiritur enim ius per priua-
tum fiſco. *vt no. Bar. in l. 1. ff. de iure fiſ. & per gloſ. in l. ar-*
biter intra certum. ff. de arbi. modo. ſuccedit. & Bar. l. ſi
inſulam in 8. q. de ver. obli. vbi dicit quod ſi omnia ſint
acta ad morę purgationem. tamen ſi ex mora eſt
quæſitũ ius alteri mora non poteſt purgari in præ-
iudiciũ illius cui ius eſt quæſitum & ponit directe
exemplum in pœna debenda fiſco propter moram
alicuius conuenientiam. Et ita in proposito non
poteſt iudex facere quod Franciſcus purget mo-
ram in præiudicium communis piſauri cui eſt iam
ius quæſitum. Et hoc idem tenet Bal. *in l. omnes po-*
puli de iuſt. & iu. ſa. quod no. Bart. in l. qui Romæ. §. flauius
de ver. ob. in dubio illo an iure quæſito per me alteri
ex facto meo poſſit eidem auferri de quo eſt text.
in l. quotiens de dona. quæ ſimili modo hoc etiam vi-
detur decidere dominus Angel. *in l. acta. ff. de re iud.*
16 vbi dicit † quod quandocunque ex aliquo actu fa-
cto per iudicem aliqua pœna eſt acquiſita fiſco tũc
talis actus non poteſt decerni in pręiudicium fiſci.
Præterea eſſet abſurdum quod eſſent ſemper in
poteſtate iudicis tollere virtutem dicti ſtatuti per
nouam receptionem. *contra no. in l. ſerui veſtri de no-*
xali.

17 † Præterea licet ſententia banni ſit interlocu-
toria *vt not. Bal. in l. 1. C. de her. inſti. & in c. domino guer-*
ram in ti. hic finitur lex incipiunt conſuetu. reg. &
poſſit reuocari *vt not. per eum in auct. Item quacunque*
C. de epi. & cler. tamen hoc caſu non eſt per iudicem
reuocabilis, quia ipſius execution eſt facta per ſta-
tutum quod habeatur pro confeſſo ſecuta ſentẽtia
vt notat expreſſe Bar. de re iudica. l. quod iuſſit pro hoc be-
ne facit quod not. Bal. Cod. de iudi. l. iubemus. vbi dicit
18 † quod ſi ſtatutum dicit quod contumax ponatur
in banno & detur terminus trium dierum infra
quem ſi non compareret habeatur pro confeſſo
quod iudex hunc terminum nõ poteſt augere vel
minuere. Item probatur quod ſi iſte Franciſ. com-
paruiſſet in primo termino fuiſſet confeſſus, licet
poſtea appellaret & in appellatione compareret &
negaret non tolleretur prima confeſſio *iuxta nota.*
in l. non fatetur. ff. de confeſ. ita nec hęc ficta debet poſ-
ſe taliter tolli. ſed per cõtrariam probationem for-
te ſic poteſt appellationem interpoſitam etiam ſe-
cuta ſententia & hoc no. *Ioan. an. in c. 2. de confeſſ. lib.*
6. & Inn. de accu. cum dilecti ex quibus omnibus vi-
detur concludi dictum Franc. fuiſſe habitum pro
confeſſo. & quamquam appellauerit quod ipſi in-
cumbat onus probandi etiam ſi iudex vellet talem
contumaciam remittere per prædicta. Videamus
modo ſi eſt ſufficiẽter probatũ de innocẽtia Frãci-
ſci. & dico quod quantum ad ipſum Franciſcum
19 innocentia non eſt probata. † quia ad probandum
a contra confeſſio fictam *a* oportet quod legitimis
probationibus probetur vt eneruetur illa proba-
tio ficta confeſſionis. *vt nota. in l. 2. §. quod ſi actor. C. de*
iur. calumn. & Bald. in l. error in pe. q. C. de iu. & fac. igno.
& illa ficta confeſſio vt operetur aliquid ſaltem de-
bet transferre onus probandi in aduerſarium ſicut
faceret vera confeſſio vbi poſtea quis de errore di-
cere vellet *l. non fatetur. ff. de confeſſio.* & quod ſit opus
& probet liquide ſuam innocentiam tenet Bal *in d.*
l. ita demum de procura. & probatur ſupra in proximo
dubio per ibi deducta. ſed hic ſua innocentia non
eſt probata & quod non ſit probata oſtenditur. &
eſt aduertendum quod ſi hoc ſimpliciter inquire-
retur de auxilio & fauore ad ſubueniendum non
poſſet ex hoc ſequi condemnatio Franciſci. nam
cum hic in inquiſitione dicatur quod Franciſcus
fecit maximam reſiſtentiam. dum eſſet captus à di-
cto Antonio ſperans cum enſe ea vadere tirando
& admenando certe cum non declaratur. in quo
dedit auxilium & fauorem homicidio intelligetur
interpretando in benigniorem partem quod de-
dit auxilium & fauorem eo modo quo deducitur
principaliter contra eum ſcilicet cũ enſe admenã-
do & ſe ducere nõ permittendo. & ſic de auxilio &
fauore non deberet puniri. cum non fuerit aliud
quã illud de quo principaliter punitur. & hoc te-
net expreſſe Bar. *in l. qui ſeruo. §. fi. ff. de furt.* ſed hic in
inquiſitione plus additur quia dicit conſ. auxilium
20 & fauorem. † quia verbũ conſiliũ pręſupponit aliũ
actũ q̃ illud quod fecit admenãdo cũ enſe igitur &c. H
cet teſtes videãtur probare quod tẽpore delicti cõmiſſi
cõſiliũ auxiliũ vel fauorẽ non pręſtitit maleficio q̃
negatiuã poſſunt probare q a coartat. loco & tẽpore.
vt in c. bone memoriæ de elec. & in l. actor de proba. tñ non
probatur concludẽter auxilium non fuiſſe præſti-
tum. nã tripliciter quis auxiliũ præbet delicto ante
delictum forte conſulendo mandando in delicto
aſſiſtendo & auxiliando poſt delictum præbendo
opem fugę. *vt no. per Bar. in l. furti. §. opem. ff. de fur. not.*
in clem. 1. de pe. modo cum ſit intentio curiæ funda-
ta vt dixi & probationes innocentię non cõcludãt
in o-

in omnem caſum auxilii. ſcilicet quod potnit interuenire continue ante & poſt delictum non eſt eius innocentia rite probata & probationes interpretantur contra proferentem de proba. *in praſentia & hac de iſto dubio.* Circa alia an ſit defectus 2. aliarum probationum tangunt hic alii plene. ſed hæc ſufficiant. Reſtat videre tertium ſi pro ſuo intereſſe mulier appellauit ſit ſubiecta ſtatu. vt teneatur ipſum ſaluare ſoluendo quinque ſolidos & aliter non audiatur. & an cõtumacia Fran. ſibi noceat & non inſiſtendo in verbis dico quod non. Si talis vult tantum pro ſuo intereſſe venire. Nam ficta contumacia Franciſci non extenditur ad hanc mulierem pro ſuo intereſſe appellantem. *iuxta no. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci.* Item quod ſtatutũ quod loquitur de quinq; ſolidis, & aliter quod audiatur nõ habeat locum in hac muliere poſſent allegari multa iura, quia ſtatutum eſt exorbitans & non debet trahi vltra perſonam de qua mentionẽ facit ficta & contumacia nõ nocet ei qui læditur ex ſententia lata contra aliquem *l. cum filius de verbor. oblig.* vnde concludo non inſiſtendo in verbis. quia hoc plene proſecutus eſt quidam allegans quod hoc ſtatutum non habet locum in muliere quatenus venit pro ſuo intereſſe & non pro intereſſe Franciſci tam ſecundæ appellationis etiam nõ ſoluendo quinque ſolidos quam ſecundæ contumaciæ Franciſci vt nõ obſit dictę mulieri & in hoc ſibi aſſentio. ſed ſtat dubium vtrum ſi ferretur pro dicta muliere ſententia proſit ipſi Franciſ. & vt dixi ſupra pro Franciſc. tanquam procuratrix & nomine pacti non potuit appellare. & ſi appellauit eius nomine tamen debuit contrarium probare id quod ficte per contumaciam fuit confeſſus. & ad hoc accedat quod habemus *in l. 1. §. 1. ſi ex nox. cauſa agatur.* Si no. appellauit tanquam quilibet *per leg. non tantum.* tunc non potuit proſequi appellationem. quia non potuit facere actum Franciſco præiudicantem. *vt no. Ba. in l. addictos. de epi. audi. in fi.* quicquid ſentiat ibi Bart. & etiamſi appellatio fuiſſet proſecuta debet docere de innocentia per probationes
21 contrarias. quia quod dicit l. non tantum. † quod etiamſi confiteretur volens per me admittatur appellatio loquitur de confeſſione facta extra formam iudicii. & non eius figura nam non inducit quicquã ſecus ſi in forma iudicii. *vt in caſu noſtro & ita no. Bal. in d. l. addictos.* ſed ſi appellauit ꝓ ſuo intereſſe. an ſit ſententia ferenda pro eo quod videtur. quia cum talis ficta confeſſio non operetur quo ad eum. vt iam dixi & eius appellatio reſoluat proceſſum ad ſimplicem citationem factam de Frãciſ. ita quod non habetur quoad ea pro confeſſo. vt dixi & ſic curiæ intentio non ſit fundata proſit ipſa ſententia Franciſco & ſic ſit pronunciandum Frãciſcum abſoluendum vel debet pronunciari ſententiam quoad mulierem non obſtare nec dicta pronuncia debere Franciſcum abſoluere quia vt dixi non ſit reſpectu mulieris cui non obeſt Franciſci ficta confeſſio *iuxta no. per Bar. in l. cum filius de ver. ob.* intentio curiæ fundata nec probatũ delictũ debet abſolui. *ar. l. qui accu. de eden.* & ſic per vxorem conſequetur quod per ſe cõſequi non poterat per hoc benefacit quod no. *in l. à ſententia. ff. de appel.* vbi hoc expreſſe videtur decidere Barto. & Inno. *in ca. cum ſuper de re iud. in glo. conſtiterit* ibi vbi ponit formam talis libelli appellatorii. & circa fi. illius glo. quod videtur etiam procedere ſi Franci. acquieuiſſet ſententiæ tacite vel expreſſe. ſcilicet cõprobando tacite ſi ignorat tertium appellaſſe & ipſe non appellat. ſi. 10. dies labuntur. Iuxta no. per Bar. *in l. ſi quis ſeparatim de appel.* Nam cum iſta ſit cauſa capitalis certe eius expreſſa comprobatio vel tacita nõ tollat beneficium appellandi tertio. *d. l. non tantum.* Ex quibus videtur concludi quod reſpectu mulieris dictus Franciſcus conſequatur abſolutionem quam pro ſe non fuiſſet conſecutus pro hoc quia ſententia eſt indiuidua. *vt l. hoc iudicio fami. her.* vnde nõ videtur poſſe pro parte dominæ reſcindi & pro parte non. ſed in hac quæſtione oppoſitum eſt verum quia tunc ſententia lata pro vno in cauſa appellationis prodeſt alteri quando eſt eadem cauſa defenſionis in vtroque *vt d. l. à ſententia l. ſi qui ſeparatim. §. fi. de appell.* ſed quando cauſæ defenſionum ſunt diuerſæ. tunc ſententia lata pro vno qui habet diuerſam cauſam defenſionis non prodeſt alteri. iſte eſt tex. *in d. l. ſi qui ſeparatim. §. fi.* ſed cũ in caſu noſtro non ſit eadem cauſa defenſionis Franciſci & dictæ mulieris quoad ius ſuum ergo non prodeſt ei ſententia. Quod diuerſa cauſa defenſionis oſtenditur quia ad oſtendendum innocentiã Frãciſci alia dicitur eius defenſio & diuerſa ab ea quæ ſit in perſona vxor. quia vt dixi oportet quod ipſe probet per expreſſas probationes contrarias contra ſuam fictam confeſſionem *argu. l. 1. §. 1. ſi ex noxa. cau. aga.* & eorum quæ ſupra dixi. in muliere vero ad quam non trahitur dicta confeſſio non habet curia fundatam intentionem igitur alia eſt eius defenſio hoc enim probatur ex dictis Innocentii *in d. c. cum ſuper poſt medium primæ glo.* vbi expreſſe de-
22 cidit. † quod ſi tempora ad appellandum ſunt elapſa primo victo quod etiam ſit ſecundus cuius intereſt qui forte ignorauit ſententiam latam poſtea appellat quod ſententia ſecunda non prodeſt illi victo & hoc tenet Bart. *in d. l. à* ſententia nec eſt alia ratio niſi quod ius defenſionis non eſt vniformæ primo victo qui non appellauit infra tempora ſicut ſecundo. Et in propoſito non eſt in perſona Fran. ſimile ius defenſionis quia habitus pro confeſſo nõ habet à iudice niſi damnari. nõ ſic in muliere cui non obeſt dicta ficta confeſſio vt pluries eſt dictum. Ex quib. concluditur quod forma pronunciationis ſit dictam ſententiam latam contra Franc. non obſtare ipſi mulieri non tamen opitulari debet talis victoria Franc. quia ſententia talis non fertur. quia ſit probatum de innocentia quod fieri debuit quantum ad ipſum. Sed quia quantum ad mulierem intentio curiæ non ſit fundata. & iſto modo poteſt intelligi opi. illorũ *in d. c. cum ſuper de*
23 *re iud.* qui dicunt. † quod forma libellandi & pronunciandi etiam ſententiam quantum ad ipſum appellantem non obſtare ſed non prodeſſe primo victo. Et ita credo ſalua meliori ſententia. *leg. Claudius felix. ff. qui po. in pigno. habe.*

Nec obſt. vnum ꝙ tangit hic vnus allegãs quod

forte ſindicus communis non potuit appellare à ſententia domini Paſqualini. quia ſicut nõ debuit talis ſindicus citari. Ita nec debuit appellare argu. no. per Bar. *in l.2. in fin. ff. ad Turpi.* hoc licet ſit verum quod non ſit citandus quia ſua principaliter non intereſt tamen poteſt appellare. quia quotiẽs mea intereſt ratione qualis præiudicii & ſi non totalis poſſum appellare. *d. l. Aſinam. de appellatio.* & tamen tertius cuius poteſt intereſſe ratione alicuius præiudicii non eſt opus quod citetur cum agitur cauſa cum illo cuius principaliter intereſt. Ita in propoſito intereſt in aliquo communis piſauri quod potius fuiſſet condemnatoria quam abſolutoria ratione pœnæ ergo potuit appellare.

ADDITIO.

a Fictam] *Ad hoc vide Bal. in conſi. incip. d. Cy. de Bon. Pau. de Ca. in conſi. 141. & in l. 2. C. qui teſt. ſa. poſ. & in l. 2. §. quod ſi actor. C. de iura. cal. Bart. in l. abſentem in vlt. colum. ff. de pœ. Bal. & doc. in l. errore. verſ. item verum conſt. C. de iur. & fac. igno.*

CONSIL. LXIIII

SVMMARIA.

1 *Accuſato vel inquiſito an iudiciorum copia dari debeat & etiam audiri, antequam ad torturam ponatur.* *numeru omnibus ſeq. per totum conſilium*

2 *Accuſatio de crimine dicitur.*

3 *Accuſatio eſt remedium ordinarium: inquiſitio autem extraordinarium.*

4 *Audientia accuſato vel inquiſito denegari non poteſt.*

5 *Iudex maleficiorum debet facere tradi inquiſito vel accuſato copiam inquiſitionis vel accuſationis & omnium actorum contra eum. & etiam iudiciorum copiam, antequam ad torturam ponatur.*

1 IN Chriſti nomine. † Ac inuocata ſpiritus ſancti gratia. Sup r aticulo mihi ad conſulẽdum commiſſo per magnificum ac generoſum virũ do. Ioannem Barbum digniſſimum poteſtatem aſilli. videlicet an porrecta quærela coram ſua magnificentia per Ant. dictum fero. Et And. de Valecornuta tanquam maſſarios eccle ſancti Martini. de cornuta contra Iac. d. Ceſena no. de falſitate vnius teſtamenti per eum vt dicitur commiſſa. & examiuatis pluribus teſtibus per dict. domi. poteſtatem ſuper dicta quærela & ad inſtantiam quærelatorum teneatur & debeat præfatus dominus poteſtas admittere defenſionem & dicti Iacobi in ſcriptis & iura & atteſtationes quas produxit & producere intendit in eius fauorem. an vero debeat purgare indicia contra eum exiſtẽtia per viam torturę. Viſis prius omnibus ſcripturis ad me ſub ſigillo tranſmiſſis. & eis diligenter conſideratis. pro declaratione veritatis prius eſt videndum qua forma iudicii procedatur. aut procedere intẽdat dominus poteſtas quoniam ſecundum illam formam iudicandum eſt, *vt in c. qualiter & quando 2. al. ſi. extra de accuſ. & in c. licet heli. de ſimonia cum ſimi.* & videtur quod velit procedere per viam inquiſitionis quia teſtes examinauit ſuper indiciis fama antea quam reus interrogetur. quod fieri non cõſueuit. niſi quando proceditur per inquiſitionem vel per denũciationẽ officialis. *vt habetur in d. c. qualiter & quando. & in l. ea quidem C. de accu.* Item quia præceſſit quærela quæ videtur eſſe quædam inſtigatio ad inquiſitionem faciendam *vt no. Ang. de are. in ſuo tra. maleſi. in glo. in ver. nec non ad querelã in prin. per not. per Barto. in l. in ſenatus. §. ad reos. ff. ad Turpi. facit quod idem no. in l. 1. §. incidit eo. ti. & in d. l. ſenatus in prin.* In cõtrarium videtur quod immo procedatur per viam accuſationis. quia in dicta quærela petitur quod per præfatum dominum poteſtatem intromittatur, & incidatur dictum teſtamẽtum. & quod dictus Iacob. tanquam fabricator dicti teſtamenti falſi puniatur & condemnetur ſecundum formam iuris & hæc petunt dicti quærelantes omni meliori modo. &c. Per quæ verba apparet quod licet dicti quærelantes dicunt quod comparent cum graui quærela. & admoniti ſint per dominum poteſtatẽ vt producãt quęrelam ſuam in ſcriptis. tamen vere illa q̃rela eſt quædã accuſatio, ex quo per eã cõcluditur iudicium contra partem & per eam fit peti- 2 tio cõdemnationis † accuſatio enim dicitur de crimi. ac declarat. vt no. Gofredus in ſumma de accuſ. in princ. Et quod hoc ſit verum ꝙ dominus poteſtas intelligat dictam quærelam eſſe accuſationem patet ex ſcriptura examinationis facta de domino presbytero donato in qua dicitur, in princ. ſuper quærela & actus vltra ſcripta &c. Nec eſt mirandum de hoc. quia ad cognoſcendum formam libelli ſeu ſcripturæ debemus principaliter inſpicere concluſionem. quia ſecundum illã iudicandum eſt. *vt not. Inn. in c. ſuper literas extra de reſcr. & per Bal. & doc. in l. & ita C. de eden.* ſed ex cõcluſione vt dixi apparet quod eſt accuſatio. Ergo accuſatio dicenda eſt licet in narratione fiat mentio de quęrela. Et licet dominus poteſtas mandauit eis quęrelam ſuam producere. Tamẽ intelligit quęrelam in accuſationem, & de hoc eſt caſus in terminis *cum gl. in l. quærela. C. de falſis.* Vbi in quæſtione falſi quęrela ponitur pro accuſatione, & pro hoc eſt etiam glo. *in l. ſi. in ver. iudi. dum dicit in libello vel querela. C. de accuſ.* Sic & aliquando capitur accuſatio pro denũciatione *vt eſt tex. cum glo. in c. 2. extra de accu.* Et ideo cum producta fuerit accuſatio per partem non poteſt per 3 inquiſitionem procedi. † quia accuſatio eſt remedium ordinarium. inquiſitio, extraordinarium. *vt no. per Cyn. & do. in l. ea quidem. C. de ac. & per Bar. in l. 3. 8. & 7. ff. de adul.* & remedium ordinariũ facit ceſſare extraordinarium ſecundum omnes quando ordinariũ fuit primo intẽtatũ. *vt habetur in l. in prouinciali ff. de no. ope. nunci.* Cum itaque contra dictum Iaco. de Ceſena procedatur per viam accuſationis non eſt dubium quod eius defenſio debet audiri quando accuſatus eſt pręſens & in carceribus ſicut eſt in caſu noſtro immo etiam debet dari ſibi copia quęrelæ ſiue accuſationis contra eũ productæ. *vt habetur in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procu. & in l. 1. C. de accuſ. ibi reſ. & l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. & in l. pe. & ſi Cod. de accuſa. & not. in dict. cap. qualiter & quando extra de accu. cum ſim.* Sed plus dico quod etiam ſi per inquiſitionẽ vellet & poſſet d. poteſtas procedere

tamen

tamē nou deberet denegari ſibi copia defenſionis.
vt eſt caſus in d.c.qualiter & quādo.& in §.debet ibi vt fa-
4 cultatem habeat defendendi ſeipſum. † & non ſo-
lum non debet denegari ſibi andientia & defenſio.
Immu antequam ponatur ad torturam.& antequā
formetur inquiſirio debet ſibi dari copia indicio-
rum & inqniſitionis ſi conſtet ſacta ad hoc vt poſ-
ſit ſe deſendere *per text. in d.§.debet vbi eſt caſus. & eſt
tex.in l.2.C.de eden. & probatur etiam in c.1.in tit. de ac-
cu. lib.6.Bar.in l.qui ſine in pe.quaſtion.ff.de quaſtio.& ita
tenet Ang.de peru. in l.ſi vacan. in 3. col. C. de bon.vacan.
lib.10.& Ange. de Aret. in ſuo tract.maleſi.in gloſ. in verbo
quod fama publica pracedente.Et ita tenet etiam Bal. in d.
l. 2.circa princ.Cod. de eden. Et idem tenet d.Pau.de Caſt.*
5 † qui dicit quod iudex maleficiorum debet ſaecre
tradi inquiſito vel accuſato inquiſitionia vel ac-
cuſationis & omnium actorum contra eum. & et-
iam copiam iudiciorū. per qnæ vult iudea ad tor-
turam deuenire vt poſſit illa purgare. Et ita etiam
tenet d. Iua. Petrua de Papia io ſua practica ſolem-
ni in ſua inquiſitione in gl. 1. in verſi. ſed nunquid
de iſtis quę dicit quod eſt danda copia de prędicta
reo ante torturam. Et eſt aſſiguandus ſibi termi-
nus ad faciendam eius defenſionem ne tormentis
ſubiiciatur. Dicit licet hoc male ſeruēt iſti moder-
ni latrunculatores. Et idem tenet in glo. in verbo
fama publica præcedente circa princi. qui ſimiliter
dicit quod latrunculatores, id eſt iudices male fi-
ciorū male hoc ſeruant in practica in animarū ſua-
rum maximum detrimentum. Et idem tenet Gā-
dinūa ſummus practicus iu ſuo tract. maleſi. in ti.
vtrum. torquendo ſit danda deſcoſio. & ita com-
perio communiter doc. teoere. Et maxime qnan-
do inquiſitio formaretur ad inſtantiam partis &
non ea officio mero iudicis. ſicut eſſet in caſu no-
ſtro, quia pars proposuit, dictam quærelam. & a-
ctus ſact. ſunt ad inſtantiam quærelantium. Vnde
ex prædictis concludo quod partes maguifici do-
mini poteſtatis aſilij ſunt in admittēdo & quod te-
neatur & debeat de iure admittere prius defenſio-
nem dicti Iacobi in ſcriptis & iura ac atteſtationes
quas producere inteudit in fauorem ſuum. antea-
quam ponatur ad torturam ad hoc vt indicia quæ
ſunt contra eum purgare poſſit. ſi ſufficienter pro-
babit Barthol. Cæpol.

CONSIL. LXV.

SVMMARIA.

*Inquiſito ſeu accuſato incarcerato an debeat dari co-
pia indiciorum diffamationis & teſtiū nomina, nu-
meris omnibus ſequentibus per totum conſi.*

2 *Iudex debet audire aduocatos inculpate.vt ſe defendē-
di facultatem habeant.*

3 *Defenſio eſt de iure naturali.*

4 *Iudex pro verita e inueniendo laborare debet.*

5 *Iudex ſi inquiſito articulorum copiam denegauerit, ab
iſta denegatione appellari poterit.*

6 *Iudex quando ex mero officio procedit in caſibus, in qui-
bus poteſt inquiri ex forma iuris, vel ſtatutorū, non
eſt opus vt diffamatio præcedat.*

7 *Iudex quando aliquo inueſtigante procedit, ex mero of-
ficio procedere non dicitur.*

9 *Inſtigatores, ſi non probauerint Turpiliani à pæna te-
nentur.*

IN Chriſti numine. Decreuit magni-
1 ficentia † veſtra prætor illuſtris au-
dire aduocatos d. Catharinæ à ſole
Veronenſis incarceratæ an danda ſi-
ei copia indiciorum. & diffamationis
& nomina teſtium quæ dicuntur eſſe contra eam
& recte quidem pro ſua ſapientia & iuſticia. quia i-
ta iura diſponit *vt l.vni.§.cognitorum.ff.de quaſt.vbi Bar*
2 *in l.cuſtodias ff.de cu.reo.& ibi etiam Bar.* qui dicit † q
iudex debet audire aduocatos inculpate vt facul-
tatem habeat ſe defendendi. *vt dicit tex.in c. qualiter
& quādo.2.extra de acc.in.§.debet.* Nos vero videlicet
clariſſimus Iuris vtriuſque doct. dominus Petrus
de ſoncino & ego Intelligentes dominam Catha-
rinam innocentiſſimam eſſe venimus ad declaran-
dum magn. v. quod ius & ratio & æquitas dictat vt
copia diffamationis & indiciorum & nomina te-
ſtiū nobis ſeu procuratori d. Catharinæ exhibea-
tur. Et præſertim quia non dubitamus omnia indi-
cia ſi quæ ſunt poſſe iuridice purgari. ſi modo eo-
rum copia exhibeatur. Et quod hoc ſit verum pro-
batur primo per tex. *in d.c.qualiter & quando in §.de-*
3 *bet extra de accu.* vbi de hoc eſt caſus ad literam. † Se-
cūdo hoc probatur per rationem naturalem nam
deſenſio eſt de iure naturali. *vt in clem.paſto. de re iu-
di.* quæ non eſt denegāda etiam diabolo. *vt ibi no. &
no. canoniſta in c. quam eccleſiarū extra de conſti.* & præ-
ſertim in cauſa criminali. *vt eſt text. & ibi Bar. in l. v-
nius in §. cognitorum. ff. de quaſtion. & in l. cuſtodias & i-
bi etiam Bart. ff. de cuſt. reo.* Sed ille contra quem pro-
ceditur in cauſa maleficij. & per inquiſitionem nō
poteſt ſe defendere commode niſi habeat copiam
prædictorum. ſ. diffamationis & indiciorum. & et-
iam nomina teſtium. *vt dicit tex. in d. §. debet* quod pa-
tet quia ſi poneretur ad torturam anteaquam da-
retur ſibi copia indiciorum nō prodeſſet ſibi am-
plius deſenſio quia à tortura ſicut à max illata non
poſſit appellari. *vt l. ſi quā prouocationem. & ibi per gle.
& doct. C. de appella.* Tertio probatur per rationem
4 ciuilem. † Nam iudex debet laborare pro veritate
Inuenienda. *vt l. 2. Cod. de eden.* Sed pro illo contra
quem proceditur pro maleficio non poſſet haberi
veritas niſi haberet copiam prædictorum. *vt dicit
Bal. & Pau. de Caſt. in. d. l. 2. C. de eden.* ergo.

Quarto probatur per rationem a ſimili arguen-
do de cauſa ciuili ad cauſam criminalē ſic vbi ma-
ius eſt periculum ibi cautius eſt agendum *c. vbi pe-
riculum de elec. lib. 6. & in l. e. in. fi ff de carbo.* Sed maius
periculum eſt in cauſa criminali quam in cauſa ci-
li. quia quo ad illum contra quem proceditur tra-
ctatur de maiori præiudicio reſpectu condemna-
tionis. Sed in cauſa ciuili debet dari copia libelli &
capitulorū & nomina teſtium vt poſſit ſe deſende-
re, *vt l. 1. § edenda ſunt omnia. ff. de eden. & l. 2. C. eo &
l. 1. & aut. offerant. C. de lit. conteſtat. cum ſimil.* Ergo
ſimiliter & multo magis eſt dāda famæ & indicio-
rum. quia illa ſunt loco accuſationis. *vt d. c. qualiter
& quādo. 2. ad fi. prin.* Quinto probatur auctoritate:
nam Bar. hoc tenet & eſt dāda copia prædic. indicara
& in l. ſi. qui ſine in pe. q. ff. de quaſtion. Et ideo tenet Gand:

*magnus practicus in ti. vtrum reo ſit danda defenſio. Et ſpe.
in tit. de inquiſitione. §. nunc credamus. verſic. ſi inquira-
tur. & verſic. hic. in glo. & in tit. de appella. §. reſtat vide-
re. ver.* cæterũ ſi inquiſito nolit ſacere copia articu-
5 lorum ibi dicit † quod ſi denegatur huiuſmodi co-
pia poterit ab iſta denegatione appellari. *Et idem te-
net Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. in 31. col.
& idem tenet Bal. in l. 2. in princip. C. de eden. & ibi etiam
Pau. de Caſt.* Idem tenet Io. Petrus de Papia magnus
practicus in ſua practica in materia maleficiorũ
in gl. prima & in gl. ſuper fama publica pręcedēte
qui dicit quod aliqui iudices hoc non ſeruant in
a animarum ſuarum a maximum detrimentum. *&
Ang. de Aret. in ſuo tract. maleſi. in gl. in verbo quod fama
publica præcedente in princ. Et ita tenent doctores commu-
niter in d. §. debet.* Sed vnum eſt quod poteſt facere
dubium quia Ang. de Are. in d. ſuo tract. in glo. in
verbo ex mero officio. & in gloſ. in verbo quod fa-
ma publica præcedente dicit quod quãdo iudex
procedit ex mero officio nõ tenetur dare copiam
prædictorum. *allegat Ang. in d. l. nemo carcerem in 31.
col. & in eo ſe fundat.* Et ſi ideo in caſu noſtro proce-
ditur ex mero officio non videtur quod ſit danda
copia prædictorum. Sed certe iſtud dictum non eſt
verum cum reuerentia tanti doctoris qui non re-
cte conſiderauit deciſionem *Ang. in d. l. ſi vacantia.*
Nam Angelus ibi ſolum dicit quod copia diffama-
tionis non eſt danda non autem dicit de copia in-
diciorum nec inquiſitionis nec de nominiuuste-
ſtium. Et ideo cum ſe fundet in eo qui hoc non di-
cit ſequitur quod eius auctoritas non conclodit.
Et poſtea ſe correxit. Nam Ang. de Aret. in d. glo.
ſuper verbo quod fama publica præcedente in 6.
col. in verſic. ſed an ſaltem aliorum iudiciorum v-
bi dixit quod licet hoc caſu non ſit dãda copia dif-
ſamationis tamen copia indiciorum & inquiſi-
tionis eſt danda per not. per Bart. *in l. cuſtodias. ff. de
6 cuſto. reo. & in l. 2. §. ſi publice. ff. de adulteriis.* † Et ratio
differentiæ eſt licet ipſe non dicat quia quando iu-
dex procedit ex mero officio in caſibus in quibus
poteſt inquiri vel ex forma iuris vel ſtatutorum
non eſt opus vt præcedat diffamatio quia diffama-
tio eſt loco accuſationis ſed illa non eſt neceſſaria
quando datur poteſtas iudici procedendi per in-
quiſitionem *vt no. Ioan. Andre. & doc. in d. c. qualiter &
quando.* Ergo non eſt neceſſaria diffamatio ad pro-
cedendum per inquiſitionē & ſic in ea non eſt fun-
damentum ſequitur quod de ea non eſt facienda
vel danda copia quia ſi deberet dari copia eſſet ne-
ceſſe quod iſta præcederet *l. traditio. ff. de acqui. rerũ
do.* Cum ergo non ſit neceſſaria non eſt danda co-
pia *facit gl. in l. vnum in glo. magna in fi. ff. ſi cer. pe.*

Sed iſta ratio ceſſat in iudiciis cum inquiſitio-
ne quia in iſtis verſatur veritas rei & defenſio & ſi-
ne iſtis non poſſet procedi. *vt d. §. debet.* Ergo de-
bet dari copia indiciorum inqſitionis. Abſurdum
enim eſſet dicere quod eſſet in poteſtate iudicis in
quocunq; caſu dicere quod procedit ex mero of-
ficio. & ita ſemper tolleret facultatē reo ſe defen-
dendi q non eſt dicendum *per c. cum vna via de reg. iu.
in 6.* & quia lex quæ mandat dari copiã indiciorũ &
inquiſitionis eſſet impoſita verbis & non rebus *cõ-
tra l. 2. in fi. Cod. eo. de leg. & c. commiſ. §. porro de elec.
lib. 6.* & ſic lex eſſet fruſtratoria. & deluſoria quod
non eſt dicendum. Præterea poteſt & aliter reſpõ-
7 deri. † quia quando iudex procedit aliquo inſtigã-
te non dicitur procedere ex mero officio. *vt no. Ioa.
An. & Anton. de But. in d. cap. qualiter & quando. 2. de
appella.* ſed in caſu noſtro & extant inſtigatores. vi-
delicet dominicus ſpazarious domin. Michael. de
campeſiis do. Benedictus ciuerano conſangui. de-
functi qui portauerunt probationes in ciuitate
Verone videlicet qui parant probationes per quas
delictum poteſt probari. *vt l. 1. §. incipit ad Turpil. &
not. Bart. in leg. ſena. in princip. eod. tit.* Ergo ſequitur
quod perinde eſt ac ſi proceditur per accuſationē
8 † qui inſtigatores & tenentur ſi non probans pœ-
na Turpilia. & in expen. *vt not. Bart. in l. 1. §. incipit.
& in l. in ſenatus. §. an ad eos. ff. ad Turpilia.* Vltimo pro
hoc etiam adduco quia ita ſeruatur in practica & de
ſtilo pallatij communiter in ciui. Paduæ à quo ſti-
lo non eſt recedendum *iuxta l. tertia. §. fi. ff. de teſt. &
in l. ſecunda. C. quemadmo. teſtamen. aperiantur. per Bar.
& docto. in l. de quibus cum ſimilibus.*

ADDITIO.

a Animæ ſuæ.] *Ad iſtam materiam. quæ pulcra & quoti-
diana eſt adde optimum practicum Gandy. in tract. ſuo
maleficio. in rubri. quomodo cognoſcatur de maleficiis.
do. Alex. de Imo. in conſil. 41. in 2. vol. & in l. fin. ff. de
queſtio. docto. in l. cuſtodias. ff. de pub. iud.*

CONSIL. LXVI.

SVMMARIA.

1 *Inquiſitio an valeat non præcedentibus indiciis, vel nõ
data copia indiciorum, ſi reus delictum cõfeſſus fue-
rit, numeris omnibus ſequentibus per totũ cõſilium.*
2 *Inquiſitio licet ſubſtantialibus careat, nihilominus cõ-
demnatio contra confeſſum ſequi poteſt, & contra
defenſionem ſubſtantialium non opponentem.*
3 *Inquiratur licet contra vnum generaliter, vel de ali-
quo crimine, tamen ſi etiam aliud crimen confitea-
tur de illo etiam condemnari poterit, licet nulla in-
dicia vel fama contra ipſum proceſſerint, vel contra
ipſum aliquis proceſſus formatus non ſit.*
4 *Delegatus apoſtolicus quo caſu licet non totam cauſam,
vnum tamen articulum committere poteſt.*
5 *Verba ſententia in dubio intelligi debent, vt potius va-
leat quam pereat, etiam verba impropriando.*

1 IN Chriſti nomine amen. † Teneo i-
dem q ſupra per famoſiſ. do. d. Ang.
de Ca. conſultum eſt, & eius dicta cõ-
firmo. Et primo dum dicit quod nõ
poteſt opponi de nullitate proceſſus
inquiſitionis & ſententiæ ex eo quod non dicun-
tur indicia ſufficientia præceſſiſſe. nec copia indi-
ciorum quærelato tradita quoniam ipſe frater Io.
condemnatus confeſſus eſt delictum, *per tex. in ca.
1. de accuſ. lib. 6. Et pro hoc allego Ang. in l. ſi vacan. in 13. co.
2 in princi. C. de bon. vacan. lib. 10.* † vbi dicit ſingulari-
ter quod licet inquiſitio careat ſubſtantialibus ta-
men poteſt ſequi cõdemnatio contra confeſſum,
& contra non opponentem defenſionem ſubſtan-
tialium *per d. cap. 1.* Et adduco etiam quod idem no.
in ea.

3 in ea. leg. ſi vacan. in 34. colu. in fin. † vbi dicit elegan-
ter quod licet inquiratur contra vnum generali-
ter vel de aliquo crimine, tamen ſi cõfitetur etiam
aliud crimen de illo etiam potuit condemnari li-
cet nulla indicia vel fama contra ipſum præceſſe-
rint, vel contra ipſum non ſit formatus aliquis
proceſſus per cap. 2. de confeſſis in 6. & pro hoc optime
facit quod not. Inn. in cap. cum ſuper extra de confeſ. &
Bald. in l. & ſi ſeuerior. in vlti. colum. in princip. C. de his
qui not. infa. & Flo. in l. proinde. §. nondum. ff. ad leg. A-
qui. cum ſimil. Nec poteſt opponi quod indicia non
proceſſerunt, vel eorum copia data non fuerit.
tum quia vere præceſſerunt, tum etiam quia non
fuit oppoſita nec copia petita, vt eſt text. cum gloſ.
& ibi doctor. in c. 2. de acc. li. 6. & hoc tenet Ang. in d. l. ſi va-
can. in 14. col. in prin verſ. etiam fallit vbi inquiſit. & not.
hoc in. c. qualiter & quando. 2. §. debet. de accu. Et quod de
conſuetudine hoc non ſeruatur tenet Ang. in d. l. ſi vacan. in
35. col. verſi. proceditur autem in cauſa inquiſitionis. Nec
poteſt dici nulla dicta ſententia cõdemnatoria, ex
4 eo † quod delegatus apoſtolicus commiſerit tor-
turam extra dioceſim in qua deputatus eſt quia li-
cet totam cauſam committere non potuiſſet, vt in
c. ſtatu. §. nullius. de reſcrip. lib. 6. Tamen vnum tantũ
articulum bene potuit committere, vt dicit ibi gl. in
verbo vires ſuas, & ita tenet Archi. & Dominicus ibi in fi-
ne. & in d. cap. ſtatu. §. 1. & ſequuntur alij doct. & not. in
c. cum Bertoldus. extra de re iudi. Præterea cum in dio-
ceſi non eſſet locus torturæ fuit iuſta cauſa cõmit-
tendi in alia dioceſi propinqua propter neceſſita-
tem, pro hoc allego quod no. idem Ang. in l. ſi va-
cantia. in 9. colum. C. de bon. vacan lib. 10. vbi dicit quod
propter neceſſitatem poteſt vnus qui non eſſet iu-
dex in cauſa ſupplere & officium exercere. Et licet
ſentẽtia faciat mentionem falſi, tamen debet intel
ligi de falſitate cõmittenda, ſicut in vltimo breui
apoſtolico fit mentio ibi de huiuſmodi falſo teſti-
monio nec prohibendo. Sententia ergo in dubio
debet referri ad ſupplicationem, & cõmiſſionem &
ad acta vt no. in l. 2. C. de ſent. quæ ſine certa quantita-
5 te. † Et maxime quia verba ſentẽtiæ debeant in du-
bio intelligi, vt potius valeat q̃ pereat etiam verba
impropriãdo, vt eſt gl. not. in l. & puto. §. 1. ff. famil. her-
ciſ. facit l. quotiens. ff. de verb. obl. & de reg. iur. cum ſimi.

CONSIL. LXVII.

SVMMARIA.

1 Inquiſitio noua an poſſit fieri per iudicem delegatum ſuper nouis indiciis lata ſententia abſolutoria, nume ris omnibus ſequentibus per totum conſil.

2 Atteſtationes ſuper indiciis ſi reiecta fuerint, vt non probantes ſuper nouis indiciis iudex teſtes examinare poterit.

3 Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum.

4 Verba, fiat iuſticia, idem ſignificant ac ſi diceretur, fiat quod de iure eſt.

5 Iudex delegatus, lata ſententia, officio ſuo functus eſſe dicitur.

6 Verba ab homine prolata in dubio de primo actu intelliguntur.

7 Statuto ſi caueatur, quod omnes cauſa compromittãtur, ſi ſuper vna tantum compromiſſum factum fuerit, & expirauerit, vtrum iterato compromiſſum fieri debeat.

8 Crimine expilatæ hæreditatis an per inquiſitionẽ procedi poſſit.

9 Furtum largo modo ſumptum etiam crimen expilatæ hæreditatis comprehendere habet.

10 Teſti cui poteſt opponi attentata ſubornatio, omni exceptione maior non eſt.

11 Præſumptio vna tollit aliam.

1 IN Chriſti nomine amen. † Circa
primum dubium an ſtante ſenten-
tia abſolutoria prædicta poſſit de
nouo per poteſtatem nouum inqui
ri & procedi criminaliter actione
furti ſeu crimine expilatæ hæreditatis. contra ma-
giſtrum Franciſcum & nouæ probationes & indi-
cia criminali iudicio contra eum recipi poſſint, an
vero obſtat exceptio rei iudicatæ. Si poteſtas qui
primo proceſſit per inquiſitionem & nunc vult in
quirere eſſet iudex ordinarius partium, & eſſet
cauſa de qua poſſet de iure, vel ex forma ſtatuti
procedere criminaliter à principio per inquiſitio-
nem dicendum eſſet quod poſſet inquirere, vt in
terminis nota. Salyc. in leg. de torment. in penultima quæ-
2 ſtio. Codic. de quæſtionibus. vbi dicit † quod ſi atteſta-
tiones ſuper indiciis fuerunt reiectæ vt non pro-
bantes ſuper nouis indiciis poterit iudex teſtes ex-
aminare per ea quæ notat Odofred. & Iacobus de
Areti. & ibi Cyn. in fine vbi dicunt quod tormen-
ta repeti poſſunt propter noua indicia emergen-
tia, vt leg. vni. §. de quæſtionibus. & ibi plene per Bar-
tol. & per Salyce. in leg. ſi quis. Codic. de cuſtod. reo. &
Bald. in l. obſeruatio. circa princip. Cod. quorum appella.
non recipi. Et licet dicatur in dicta ſententia abſolu-
toria ſimpliciter non eſſe procedendum vel inqui
rẽdum occaſione prædictorum quæ obiecta ſunt,
tamen credo quod debeat intelligi vigore indicio
rum, quæ non ſunt probata vt ſupra in ca. ſenten-
3 tia dicitur, † quia limitata diſpoſitio limitatũ pro-
ducit effectum. leg. in agris. ff. de acqui. rer. domin. nec
reſeruatio iuris agendi ciuiliter facta in dicta ſen-
tentia iuxta leg. Beblius Marcellus in fin. ff. de pact. do. &
Bald. in l. 1. in antepenult. col. in qui accuſa. non poſ. tollit
quin intelligatur etiam reſeruatum ius iterum in-
quirendi propter noua indicia ſuperuenientia,
quia caſus omiſſus habetur pro omiſſo & remanet
in diſpoſitione iuris communis. l. ſi cum dotem in fin.
ff. ſolut. matri. cum ibi not & in le. commodu ff. de libe. &
poſthu. & in l. ſi ext. aucto. ff. de condit. ob. cauſ. Sed iſte
non eſt caſus noſter quia poteſtas Ferrariæ non eſt
iudex ordinarius contra mag. Franciſ. qui eſt de
Argenta ſed poteſtas Argentinus. Sed poteſtas
Ferrari. fuit iudex delegatus in hac cauſa per Illu-
ſtriſ. du. Mutinæ & Marchionẽ Ferrariæ, cui com-
miſſa fuit cauſa in hæc verba. Illuſtriſ. dominus no
ſter Dux &c. cõmiſit poteſtati Ferrariæ quod au-
diat & iuſticiam faciat. per quæ verba princeps vi-
detur mandare duo. Vnum vt ſeruet iuris ordinem
aliud vt iudicet, quod eſt de iure, vt dicit Ang. in auth.
de hered. & fal. § exhered. & quod hoc vltimum in-
telligatur vult Baldus in capit. cum veniſſent. de teſtib.
vbi

vbi dicit † quod iſta verba fiat iuſticia ſignificant i-
4 dem ac ſi diceretur fiat quod de iure eſt allega. *l. bo-
na fidei. ff. depoſi. & idem vult Bal. in l. iuſti. ff. de iuſt. &
iur.* In tantum quod licet habeat poteſtatem deci-
dendi, *vt not. Domi. in c. quoniam per illum tex de immu.
eccle. in 6.* Tamen non poterit cōdemnare extando
Paduæ, quia iſtud nō eſt de iure *vt no. Bal. in l. nemo.
C. de ſenten. & interlo. om. iud.* Videndum eſt ergo an
prætor Ferrariæ delegatus cum ſemel pronunciaue-
rit probationes & iura producta non eſſe ſuffi-
ciētia ad inquirendum contra mag. Franc. ei con-
ſequenter non eſſe procedendū nec inquirendum
criminaliter contra ipſum occatione prædictorū
quę obiecta ſūnt dicatur eſſe fūctus officio ſuo, ita
ꝙ nō poſſit amplius audire & iuſticiā facere, & ego
teneo quod ſic *per c. in literis & c. venerabili. & c. ſigni-
fi. extra de offi. delegat. & l. iudex poſtquam. ff. de re iudi.*
5 in quibus dicitur † quod iudex delegatus lata ſen-
tentia dicitur eſſe functus officio ſuo quod intelli-
gitur quando ſententia eſt lata ſuper principali,
ſecus ſi ſuper inſtantia, *vt not. Spe. in tit. de iuraſ. om.
iud. §. ſerui. verſ. quod ſi propō & Ang. in d. l. iudex poſtquā*
& probatur ratione, quia verba ab homine prola-
6 ta † intelliguntur in dubio de primo actu. *l. boues. §.
hoc ſermone ff. de verb. ſignifi. & l. ſtipu. ff. de iur. dot.* ſe-
cus ſi ſint prolata à lege. *l. veluti. § hac vox ff. de eden.
& auct. ſed quamuis C. de rei vxo. acti. & hoc vult Cyn. in
d. §. hac vox. quem refert & ſequitur Bal. in l ſi vt proponi-
in vlt col C. quomodo & quādo iudex & in d. §. hac vox. ibi*
7 *Bald. infert ad quæſtio. ſi ſtatu.* caueret † quod omnes
cauſæ compromittantur, & ſuper vna tamen factū
eſt compromiſſum & expirauit, vtrū iterato debeat
fieri compromi. & tenet quod non, quia iſta ver-
ba proferuntur à lege. de cuius materia eſt diſpo-
nere, non ſolum ſuper vno caſu, ſed etiam quotiēs
opus eſt *d. l. veluti. § hac vox ff. de eden.* Sed in caſu no-
ſtro verba commiſſionis fuerunt prolata ab homi-
ne & non lege. ergo de primo tantum actu intelli-
gēda ſunt per prædicta & præſertim cū huiuſmodi
reſcriptum ſit ſtricti iur. quia eſt in derogationem
iuriſdictionis ordinariæ vt prætoris Argentini, er-
go ſtricte debet intelligi de primo tantum actu ad
hoc vt minus lædat iuriſdictionem ordinariam, *vt
habetur in ca. cum dilect. vt c. ſignifi. & c. rodul. extra de
reſcrip.* Et prædicta ſunt vera ſine dubio ſi peteret
inquiri de furto per prætorem Ferrarien. delega-
tum quia ſententia abſolutoria loquitur de furto
8 ſimpliciter. † Sed dubium poſſet eſſe nunquid ſal-
tem poſſit procedere per inquiſitionem ſuper cri-
mine expilatæ hæredi. & videtur quod ſic quia ſu-
per illo non videtur eſſe aliquo modo iudicatum
cum aliud ſit furtum aliud ſit crimen expilatæ hæ-
redi. vt patet ex diuerſitate tit. *qui habentur. ff. & C.
& præſertim cum ſententia ſit ſtricti iur. l. quicquid aſtrin-
genda. ff. de verb obl. cū ibi not.* Tamen ego credo ꝙ idē
ſit in crimine expilatæ hæredi. quod in furto di-
ctum eſt, quia quærela facta eſt de furto commiſ-
ſo tempore quo infirmus erat Lodouicus & poſt
eius mortem. Nam ſi illa quærela quæ loquitur
de furto facto poſt mortem Ludouic. intelligitur
de hæreditate quæ vt dicitur circa vnum menſem
verba ſententiæ quæ loquuntur de furto debēt in-
telligi etiam de crimine expilatæ hæreditatis cum
ſententia intelligi debeat ſecundum petitionem *l.
vt fundus ff. communi diui. & ff. de fideic. liber. & c. licet. de*
9 *ſimonia.* † Et præſertim cum furtum largo modo
ſumptum comprehendat etiam crimen expilatæ
hæreditatis, *vt no. per gl. & Bal. in l. de his. C. de fur. &
in leg. ſi te. Cod. de his qui notan. infa.* Et ita etiam in-
telligi debet ſupplicatio quæ loquitur de furto fa-
cto vt dicitur in vita & in morte. Circa ſecundum
dubium an ſtantibus probationibus partis & iuſti
ficationibus factis pro parte magiſtri Franc. con-
tra indicia abducta contra eum tollantur proba-
tiones & indicia prædicta, ita vt dici poſſit quod
ſententia abſolutoria lata in fauorem ſui fuerit &
ſit iuſta & æqua & recte & bene lata. Et pro decla-
ratione huius aduertendum eſt quod in ſupplica-
tione quam fecerunt hæredes Ludo. contra Fran.
tria principaliter opponuntur. Primū quod Fran-
ciſcus fregit ſeraturam hoſtij domus in quo erāt
libri rationem ſalis, & fregit murum à parte po-
ſteriori dictæ domus de nocte. Secundum quod i-
pſe abſtulit furto libros rationis ſalis de dicta do-
mo & eos combuſſit. Tertium quod furto ſubtra-
xit magnam quantitatem ſalis de dicta domo de
nocte tam tempore infirmitatis Ludouici quam
poſt eius mortem. De primo nihil penitus eſt pro
batum, vnde ſuper eo non eſt inſiſtendum. De
ſecundo loquitur Lapus de Imola qui dicit quod
cum interrogaret mag. Franc. quomodo faceret ſi
quærerent libros hæredes Ludouici, ipſe Franci.
reſpondit, laſſa pur cercare, io non ho paura che
ſe trooi, perche li ho bruſati in modo che non ſe
trouarā. Et idem ipſe dicit in alia ſua depoſitione,
& dicit audiuiſſe nemine præſente in apotheca
ipſius magiſtri Franciſci. Sed dictum huius La-
pi de Imola reprobatur per atteſtationem Dome-
nexelli qui deponit quod Lapus voluit ſuborna-
re ipſum Domenexellum promittendo nomi-
ne hæredum Ludouic. ſi volebat teſtificari quod
dictus magiſter Franciſcus ſubtraxiſſet dictos li-
bros qui hoc facere recuſauit, quia nihil ſciebat *ar-
gumen l. ob carmen. § final cum ibi nota. ff. de teſtibus.
& per nota. in capit. noſtrā. extra de teſtibus coniuncta l.
falſam cum ibi nota. in c. ſi ex falſis inſtrumentis, & per
nota. in l. ſcrip. C. de fide inſtrument. facit l. prima. § pen.
ibi niſi ſubornatus accu. ff. ad Turpil. & l. alij propter ff. de
accuſat. & l. 1. in fin. ibi delatorem ſubornauit. ff. de iu-
re patronat.* Vnde propter iſtam ſubornationem
quam facere voluit dictus Lapus de Imola ſibi nō
10 eſt credendum, † quia cum ſit vnicus teſtis, & nō
omni exceptione maior ex quo poteſt ſibi opponi
a de illa attentata ſubornatione. *a vt nota. gl. in c. 1. ex-
tra de conſanguinitate & affinitate. & inſtitut. de inutili.
ſtipu. §. item verborum,* ... *itur quod non facit etiam in-
dicium, vt not. Bart. in l. maritus. ff. de quæſtionibus.* De
tertio vero. ſ. de ſubtractione ſalis fuerunt exami-
nati primo ſeptem teſtes, quorum ſex dicunt ali-
quid audiuiſſe quod dictus magiſter Franciſcus
accepit de ſale exiſtente in diuerſis locis & ad do-
mum ſuam exportari fecit, ſeptimus quæ eſt do-
mina Barthol. nominata la paſqua, dicit quod in-
tellexit quod magiſter Franciſcus celauit in quo-
dam

dam tinacio ſal. & ſub certis faſſinis &c. Sed primus teſtis eſt Lapus de Imola, cui non eſt fides adhibenda, quia voluit etiã ſubornare Domenexellum vt deponeret quod magiſter Franciſcus habuiſſet dictum ſal, & quod hæredes Ludouici pollicebantur ſibi quinquaginta libras tancum, & ſic voluit eum ſubornare de hoc & de combuſtione librorum, vt ſupra dixi, ergo fides non eſt adhibẽda per ea quæ dicta ſunt. Secũdus eſt Zilibertus qui dicit quod vidit dictum magiſtrum Franciſcum qui faciebat onerari vnam nanim ſalis de caſono foſſati Zaneli ante mortem Ludouici, & dum ei dixiſſet quid faciet Ludouicus qui non videbit rationem ſuam & ipſe reſpondit. Io tenero melior conto che ſel gie fuſſe Ludouico. Et dixit etiam quod poſt morrem Ludouici vidi magiſtrum Franciſcũ vendere ſal multis terrigenis & forenſibus. Et idẽ vidẽtur diccre alij teſtes examinati contra dictum Ludouic. Item ſunt aliqui teſtes qui dicunt quod mag. Franciſc. erat pauper. poſt mortem vero Ludouici eſt effectus dines, & qnod de hoc eſt publica vox & fama. Sed certæ iſtæ probationes ſeu præſumptiones eliduntur per probationes & præ-
t1 ſumptiones contrarias & vrgentiores. † Quia vna præſumptio tollit aliam. *l. non ſolum. §. de viro. ff. de ri. nup. & l. diuus. ff. de in integrum reſt & cap. literas de præſump.* Quod autem ſint aliæ plures præſumptiones & meliores probatnr. Nam primo probatum eſt quod ipſe mag. Franciſc. fuit & eſt bonus & legalis mercator, vt dicunt plures teſtes, ergo in dubio pro eo præſumitnr. *l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. & not. plene per Gandin. in ſuo tract. maleſit. in tit. de præſumptionibus & indicijs dubitatis quibus proceditur ad torturam.* Item qnia probatum eſt quod habuit ſal ipſius Ludouici ad vendendum, vnde non præſumitur furto ſubtraxiſſe *l. merito. ff. pro ſoc.* Item quia palã accepit dictũ ſal, & palam vendidit. Vnde nõ præſumitur in dolo fuiſſe. *l. ſi. ff. de ri. nup. & l. pupillus. §. pen. ff. de auct. tut & l. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iur. fi. cum ſimilibus.* Item quia illud ſal in parte erat domini Malateſte domini Coſmæ, vnde quantum ad Ludouicum nihil ſpectat, quia poteſt ei dici quantum ad te pertinet liberas ędas habere. *l. loci corpus. §. & petit. ff. ſi ſer. vend.* Item quia in dicto ſale magiſter Ambroſ. de Mariſcalchis habitator Mirandulæ haberet ſocietatem in dicto ſale pro duabus partibus de tribus cum dicto Ludouico. Vnde non competit filiis dicti Ludouici ius agendi vel quęrelandi contra dictum magiſtrũ Franciſcum per no. *in l. ille. & §. ſi de teſtam ff. ad Tre.* Item quia dictus magiſter Franciſcus habet cirographa de denariis ſolutis per magiſtrum Franciſcum & de hoc extant ſcripta manu ꝓpria ſcripta. Item quia dictus magiſter Franciſcus erat diligens & induſtrioſus in arte ſpeciariæ & lucratus eſt ex apotheca an. MCCCXL. circa, vt dicunt teſtes, & ſic nõ eſt verum qnod ſit lucratus à morte Ludoui. quæ fuit de MCCCCL. facit qnod not. *in leg. cum oportet. in prin. ff. de bonis que lib.* Item quia probatum eſt quod mercatoris ſalis perdiderunt communiter de ſua mercantia, & ideo nimirum ſi dict. Ludouicus potuit etiam perdere. à ſolitis. *l. 1. cum glo. C. de arbit. & per ar. à communiter accidentibus l. certa conditio. §. ſi nũmos. ff ſi cer. pe.* Item quia eſt præſumptio contra filios dicti Ludouici qui voluerunt ſubornare Domenexellum mediante Lapo de Imola, *vt dictum eſt ſupra l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. l. qui ſemiſſes ff. de vſu. & l. vel vniuerſorum. ff. de pig. actio.* Vnde cum iſtę præſumptiones quæ faciunt pro magiſtro Franciſco ſint plures & meliores & vrgentiores, ſequitur quod faciunt ceſſare alias præſumptiones ſi quæ ſunt contra ipſum *per d. l. non ſolum. §. de viro. ff. de ritu nup. & c. literas. de præſum. cũ ſimi.* Et ideo teneo quod fuerit bene iudicatum pro dicto mag. Fran. videlicet ꝙ nõ fuerint indicia ſufficientia contra ipſum.

Annitio.

a Subornatione.] *Vide ad hoc do. Alexan de Imo in conſ. 5. & in conſi. 93. in 4. volum. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de fal & in l. diuus de re iudic. & doct. poſt gloſ. in l. ob carmen. §. ſi. C. de teſtibus.*

CONSIL. LXVIII.

SVMMARIA.

1 *Inceſtum committens cum matertera ex alicuius ſtatuti forma, qua pœna puniri debeat, & de talis ſtatuti intellectu, quando pœnam imponit, an de mortis pœna intelligatur, numeris omnibus ſequentibus per totum conſi.*

2 *Linea in collaterali linea aſcendens & deſcendens reperitur.*

3 *Aſcendentes & deſcendentes proprie ſunt illi, qui per lineam directam ab eodem ſtipite deſcendunt, ſicut eſt pater, vel mater, auus vel auia, proauus vel proauia, alij autem ex tranſuerſo dicuntur.*

4 *Aſcendentium & deſcendentium appellatione in materia ſtatutorum maxime pœnalium non veniunt niſi illi qui ſunt ex linea directa, non autem ex linea tranſuerſali.*

5 *Dictio vero eſt de ſui natura aduerſatiua præcedentib. & in facto & in iure.*

6 *Verba, quæ in ſtatutis continentur, cum ſint pluralis numeri, in vno tantum ſtatuto verificari nõ poſſunt.*

7 *Mandat aliquãdo quis fieri aliquid ſecundum aliquam conditionem vel modum, & poſtea conditionem, vel formam, vel modum non exprimit.*

t IN Chriſti † nomine ac inuocata Spiritus ſancti gratia. Contra Bart. de Gobis & Mariam eius materteram ex parte patris tãtum proceſſum eſt ſuper crimine inceſtus, quia dicitur confeſſi ſunt inuicem carnaliter cognouiſſe. Dubium nunc oritur qua pœna debeãt puniri an pœna mortis vel alia mitiori pœna. Et iſtud dubium principaliter oritur vigore ſtatuti Brixiæ ſub rubrica de pœna capiẽtis mulierẽ honeſtam ꝙ incipit pro inceſtu vero, vbi dicitur quod pro inceſtu cum aliqua muliere cõmiſſo cum aſcendentib. vel deſcendentib. ſorore vel nouerca quæ eſt vel fuit vel vxore fratris mare vel fœmina vltimo ſupplicio puniantur. In aliis vero inceſti puniantur pœna adulterij quę in ſtatutis Brixiæ cõtinetur, ſiue maritum habnerit mulierem ſiue nõ. Nam vigore dicti ſtatuti ex duplici capite videtur ꝙ debeãt puniri vltimo ſupplicio. Primo ex prima parte in qua loqui-

loquitur de inceſtu commiſſo cum aſcendentibus
nam Bar. videtur commiſiſſe inceſtum cum aſcen-
dente, videlicet cum ſua matertera, id eſt, ſoro-
re matris quæ dicitur etiam eſſe de linea aſcenden-
2 ti mediante perſona matris ſuæ, † quia etiam in li-
nea collate ali reperitur linea aſcendentes & de-
ſcendentes, *vt eſt gl. no. in §. duorum. quæ incipit eſt ma-
gna matertera. inſtitu. de nup. & inſti. de gradi. in §. 3. gra-
du. in verbo ex tranſuerſo.* Ergo videtur quod vltimo
ſupplicio ſint puniendi quod vltimum ſuppliciũ
interpretatur mors *l. qui vlti. ff. de pœnis. & not. glo. in
l. pe. in verbo ſupplicio. in prin. ff. de. condi. ob cau.* Ex ſe-
cundo etiam capite eiuſdem ſtatu. in ver. in aliis
vero inceſtib. videtur idẽ ꝓbari etiam ſi dictus in-
ceſtus non fuiſſet cum aſcendende vel deſcẽdente,
quia debet puniri de pœna adulterij quæ in ſtatu-
tutis Brixiæ continetur, ſed ſecundum ſtatutum
Brixiæ ſub rub. de pœna mulieris habentis mari-
tum committẽtis ſtuprum ſiue adulterium quod
incipit. Ad hoc vt honeſtas amplietur &c. mulier
committens adulterium capite punitur ita quod
moriatur. Ergo eadem pœna videtur impoſita cõ-
mittenti inceſtũ inter collaterales, & ſic in omni
caſu videtur quod ſint ambo puniẽdi pœna mor-
tis. Sed in contrarium videtur poſſe dici ꝙ immo
nõ debebãt puniri corporaliter, ſed alias pecũiari
ter, & hoc vigore ſtatuti Brixię ſub rub. nullus cor
poraliter niſi l. municip. caueatur, vt dicitur et in
nigro ſtatuti vbi dicitur nullus corporaliter punia
tur niſi l. municipali caueatur, ſed alias pecunia pu
niatur arbitrio dñi poteſtatis & eius curiæ in ꝓ ſpecta
conditione pſonæ & qualitate delicti. Sed in caſu
noſtro non reperitur l. municipali Brixiæ cantum
quod in caſu noſtro quis puniatur pœna corpora-
li vt oſtendã, ergo non corporaliter ſed pecũniari-
ter tantum debet puniri. Et quod ſtatuto ciuitatis
Brixiæ non bene caueatur, vt in caſu noſtro quis
condemnetur ad mortem probatur. Nam de ma-
teria inceſtus non fit mẽtio niſi in d. ſtatuto quod
incipit pro inceſtu vero, quod ſtatutum nec in pri-
ma ſui parte nec in ſecunda loquitur in caſu no-
ſtro. Nam in prima non eſt dubium quia loquitur
de inceſtu commiſſo cum aſcendẽtibus & deſcen-
dentib qui inceſtus per gl. in auct. de inceſ. in prin.
ſeu §. 1. in verbo illicitas appellatur coitus nefarius
tamen inceſtus eſt. *vt probatur in l. fi. in prin. ff. de ritu
nup.* Sed hic non fuit commiſſus cum aſcendentib.
3 & deſcendentibus. † quia proprie aſcendentes &
deſcendentes ſunt illi qui deſcendunt ab eodem
ſtipite per lineam directam ſicut eſt pater vel ma-
ter auus vel auia proauus vel proauia, alij dicun-
tur ex tranſuerſo, *vt inſtitut. de grad. in princip. cum
ſequen. §. vſque ad §. hactenus. & in l. 1. in princip. de gra-
dibus.* † Et appellatione aſcendentium & deſcendẽ-
4 tium in materia ſtatu. maxime pœnalium non ve-
niunt niſi illi qui ſunt ex linea directa non autem
ex linea tranſuerſali vt patet ex prædictis, *contra-
cta l. 3. §. hæc verba. cum ibi nota. ff. de neg. geſt. & l. 1. §.
in quo autem. ff. de exercit. & leg. conſtitut. ff. ad munici.
cum ſimilib.* Et iſtud non habet apud me dubium
aliquod, ideo in hoc vlterius me non extendo.
In ſecunda vero parte eſt maius dubium, quia cum
ſe referat ad pœnam adulterij quæ ſtatutis Brixiæ
continetur videtur eſſe certa & determinata per
ſtatu. ſ. pœna mortis, vt ſupra in princ. dixi, quia
potuit ad aliquid eſſe certum per ſe vel per relatio-
nem ad aliud, *vt leg. certum cum ibi not. ff. ſi certum pe.
cum ſimili.* Sed tamen ſi recte conſiderentur verba
dicti ſtatuti loquentis de inceſtibus non videntur
poſſe commode referri ad illud ſtatutum Brixiæ.
quod loquitur de pœna mulieris committentis a-
dulterium quod probari poſſe videtur, quia ſta-
tutum ꝙ loquitur de inceſtu voluit facere diffe-
rentiam inter inceſtũ cũ aſcendentib. & deſcendẽ
tib. & cũ ſorore & nouerca & vxore fratris. Et ince
ſtũ cõmiſſum cum aliis pſonis, ꝙ patet in verb. ibi
5 in aliis vero inceſtib. † quia illa dictio vero eſt de
ſui natura aduerſatiua præcedẽtib. & in facto & in
iure, *vt l. ſed ſi lege. in princip. & ibi not. ff. de petitio.
hæredita. & in l. qui vſumfructum. ff. eodem. & in l. hoc
amplius. in §. & his. ff. de damno infec. & ibi hoc not. Bar-
tol. & not. gloſſ. & doctor. in l. 2. in ver. ſed fortius. ff. ne
quis eum qui in ius eſt vi exi. & gloſſ. & Barto & alij, in l.
quaſi. in princip. ff. de legatis primo. & gloſſ. in l. actio. in
§. plane. ff. de in lit. iuran. idem nota. in cap. ſecundo. de
rebus eccleſi. non alienan. in ſexto. & Ioann. Andr. Archi-
dia. & Dominicus in cap. concerta. de appellatio. in 6. cum
ſimilib.* Sed ſi referretur ad illud ſtatutum Brixiæ
ad me delatum quod loquitur de pœna imponen-
da mulieri quæ commiſit adulterium non diuerſi-
ficaret in iure à præcedenti caſu, ſed etiam eſſet idẽ
caſus cum præcedenti, quia in vtroque caſu impo-
neretur pœna mortis, quod non eſt dicendum nec
videtur eſſe de mente ſtatuentium, ſi enim ſtatuẽ-
tes voluiſſent, vt imponeretur eadem pœna mor-
tis ꝓ quolibet inceſtu non feciſſent differentiã in-
ter inceſtum commiſſum cum aſcendentibus & a-
liis contentis in prima parte & aliis inceſtibus, ſi-
cut feciſſe videntur per illa verba, in aliis vero in-
ceſtibus, & ſic illa differentia non debet eſſe ap-
poſita fruſtra *per leg. tertia. §. & lege in verbo fruſtra. ff.
de iureiuran. & leg. ſi quando. ff. de legatis primo. & cap.
ſi Papa. de priuileg. libro ſexto.* nec debent accipi con-
tra ſuum proprium ſignificatum. *leg. non aliter. de
legatis tertio.* maxime cum ſint verba ſtatuti pœna-
lis *per l. cum quidam. in. fi. ff. de lib. & poſthũ. & c. odia. ff.
de regulis iuris libro ſexto, & per leg. interpretatione &
leg. ſi præſes. in fine. ff. de pœnis. cum ſimilibus.* Præterea
quod illa verba non referantur ad ſtatutum prędi-
ctum Brixiæ de adulteriis probatur alia ratione,
quia in fine illius ſtatuti de inceſtibus dicitur quæ
pœna in ſtatutum Brixiæ continentur, & ſic lo-
quitur de ſtatu Brixiæ loquẽtis de adulteriis in plu
rali numero, ſed non reperitur niſi vnum tantum
6 ſtatutum prædictum. † Ergo illa verba quæ in ſta-
tutis continentur cũ ſint pluralis numeri nõ poſ-
ſint in vno tantum ſtatuto verificari. *l. fin. ff. ad Tre-
bell. & leg. vbi numerus. ff. de teſtibus cum ſimilibus.* His
itaque duabus rationibus videtur concludendum
quod ſtatutum de inceſtu nõ poſſit referri ad præ-
dictum ſtatutum Brixiæ loquẽs de adulterio quia
verba ſtatuti referentis non conueniunt ad prædi-
ctum ſtatutum de adulterio ad quod dicitur face-
re relationem, nec etiam mens videtur conuenire,

ergo

ergo non debet conuenire legis diſpoſitio. *l. hos accuſ. §. omnibus. ff. de accu. & l. 4. §. totiens. cum ibi not. per Bart. & alios. ff. de damno infecto.* Sed ſi dicitur ad quæ ſtatu. videtur ſe referre dictum ſtatutum loquens de inceſtu poteſt dici quod ad nullum ſtatutũ Brixiæ poteſt referri per prædicta, & ſi dicitur quare refert ſe ad illa ſtatuta quæ non reperiũtur, maxime imponentia diuerſam pœnam inter primum caſum & ſecundũ ſtatuti loquentis de inceſtu poteſt dici quod illud potuiſſet vt arbitror per errorem ſtatuentiũ, quia in iſta materia de committentibus ſtuprum adulterium & inceſtum & raptum mulieris ſtatuẽtes Brixiæ voluerunt habere ſtatuta ciuitatis Paduæ pro ſua meliori declaratione ſicut etiam Romani miſerunt nuncios in Græciam ad accipiendum leges ciuitatis Athenarum & ciuitatis Lacedæmoniorum & addiderunt & mutauerunt, prout eis viſum fuit, & ſic origo iuris ciuilis ab inſtitutis duarum ciuitatum. ſ. Athenarum & Lacedæmoniorum fluxiſſe videntur, *vt dicit Imperator, inſti. de iur. nat. gen. & ciui. §. & non intelligãtur.* Nec ſtatuentes illa ſtatuta Brixiæ acceperunt illud ſtatutum quod loquitur de inceſtu de verbo ad verbũ, & illud bene & congruenter referebatur in 2. parte ad ſtatuta Paduæ loquentia de pœna adulterij, quia plura erant & ſunt ſtatuta ciuitatis Paduæ loquẽtia de pœna adulterij quæ eſt pœna pecuniaria, vt patet in ſtatu. quod incipit ſtatutum conditum. MCCCCXCVJ. Si mulier aliqua & in alio ſtatu. ſeq. Incipiente poteſtati domini Iacobi de Facigenib. de Mutina & in alio ſtatu. quod incipit per aliquã mulierem vxoratam in verſi. ſi vero prædicti, vel aliquod prædictorum &c. Sed poſtq̃ venerũt ad ſtatuta loquẽtia de pœna adulterij, fecerunt niſi vnũ imponens pœnam capitis mulieri committenti adulteriũ & non aduerterunt. quod ſtante iſto vno ſtatu. de pœna adulterij illa vltima pars ſtatuti de inceſtu non poterat referri ad illud ſtatutum ſolũ, ſicut poterat ſtatutum Paduæ. Et ideo exiſtimandum eſt propter prædicta quod error fuerit in illa parte vltima ſtatuti ſe referre ad ſtatuta loquentia de pœna adulterij, vt ſupra declaraui. Cũ ergo illa ratio non poſſit referri ad ſtatuta Paduæ, quia noluerunt ſicut conueniens erat ex quo non fuerunt incorporata in volumine ſtatutorum Brixiæ. Nec ad prædictum ſtatutum Brixiæ loquens de pœna adulterij, quia non potuerunt ſtantibus verbis illius ſtatuti loquentis de inceſtu, quæ illi nihil tantum conueniunt, nec etiam voluiſſe præſumitur per ea que dixi ſupra ſequitur quod poteſt cõcludi illud quod ſolet dici quod potui nolui quod volui adimplere nequiui. *l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. & c. cum ſuper ab. extra de offi. delegat.* Et ſic quod illa relatio non poteſt ſortiri effectum aliquẽ propter illum errorem quem præſumunt interueniſſe probandi rem aliter non poſſe procedere, maxima ſalua ratione recte ſermonis. *l. plautius. ff. de auro & argen. legat. & c. ad audientiam, 1. cum ibi not. extra de reſcri.* Nec eſt mirandum ſi potuit ille error interue-
7 nire, † quia aliquando quis mãdat aliquid fieri ſecũdum aliquã conditionem vel modum & poſtea non exprimit conditionem vel modum vel formã *vt eſt tex. in l. penult. qua incipit ſi teſtament. C. de inſtitutione & ſubſtitutione ſub conditio. fact.* Et quando fit relatio ad aliud & illud ad quod fit relatio non apparet nec relatio ſit certa, tunc niſi probetur quod cõtinebat illud ad quod fit relatio, illa relatio etiam diſpoſitiua nihil operatur, *vt eſt tex. in l. ſi uõ denegata. C. de falſa cauſa inſerta l. & inſti. de legatis in §. ſed ſi vxori. verſi. ſed ſi quam non acceperit, & proc. l. ſi ſic legatũ §. 1. ff. de lega. 1. cum ſimi.* Vnde ex his cõcluditur quod illa vltima pars ſtatuti loquentis de pœna inceſtus quæ ſe refert ad ſtatutum Brixiæ loquẽtis de pœna adulterij, non poteſt nec debet ad illud ſtatutum ad me tranſmiſſum referri nec ad aliud. Et ſic eſt perinde ac ſi non fuiſſet appoſita. Et ſic caſus inceſtus inter collaterales, excepta ſorore & vxore fratris, de quibus fit mentio in prima parte ſtatuti loquentis de inceſt. cẽſetur eſſe miſſus reſpectu pœnæ, & per conſequens remanemus alio ſtatuto diſponente quod nullus corporaliter puniatur niſi lege municipali ſit cautum ſed pecuniariter tantũ arbitrio domini poteſtatis & eius curiæ, vt ſupra dixi. Quapropter concludo quod dictus Bartholomæus & Maria propter d. aſſertũ inceſtum non debent puniri pœna mortis vel corporali, ſed pecuniaria arbitrio dñi poteſtatis Brixię & eius curiæ. Barthol. Cæpol. vero. iuris vtriuſque do. & miles.

CONSIL. LXIX.

SVMMARIA.

1 *Domus domino an quiſpiam iudeus inhabitans pro ipſa domo combuſta ex incendio in ipſa orto teneatur, ſi neſcitur vnde ortum habuerit, numero omnibus ſequentibus per totum conſi.*

2 *Incendium ſine culpa oriri non ſolet.*

3 *Incendium & furtum inhabitantium culpa factum præſumitur, niſi caſus fortuitus probatus fuerit.*

4 *Furtũ & incẽdiũ & leuiſſima culpa facta præſumũtur.*

5 *Furtum plerunque quod inhabitantium culpa fiat, iuris præſumptione procedit.*

6 *Iudeus domus conductor an pro pignoribus combuſtis & furto ſubtractis dominis ipſorum pignorum teneatur.*

7 *Prouiſione hominis quãdo à legali prouiſione receſſum videtur.*

8 *Priuilegium facilius quam ius commune tollitur.*

9 *Iudeo an competat aliqua actio, ſiue ius ad recuperandum pignora, quæ in rerum natura reperiuntur.*

10 *Silua ſi obligetur, & ex ea nauis efficiatur, illa obligata non erit.*

11 *Proprietas nuda ſi pignori data fuerit. & vſusfructus poſtea ei accreuerit, erit idem ſi alluuione creuerit.*

12 *Domus ſi pignorata fuerit, quæ poſtea combuſta ſit, & ſolum area remanſerit, vel econtra. ſi pignorata ſit area, & ſuperædificatum fuerit tam in area quam in ædificio obligatio remanet.*

13 *Res ſi hypotheca data fuerit, & poſtea fuerit mutata, atque hypothecaria actio competit, veluti de domo data hypotheca orto facto.*

14 *Maſſa argenti in domo combuſta reperta an ſolius iudæi eſſe præſumantur, vel habẽtium argentum in pignoribus in dicta domo.*

15 *Argumentum à communiter accidentibus bonum eſt.*

1 IN Chriſti nomine amē.† Circa pri-
mum dubium an iudæus teneatur
domino domus pro ipſa domo cō-
buſta ex incēdio orto ex ipſa domo,
ſed neſcitur quomodo euenerit &
2 prima facie videtur dicendū quod ſic,†quia incen
dium nō ſolet oriri ſine culpa inhabitantiū. *l.3.§.1.*
ff.de offi.præfe.vigi.& l.ſine multia.ff.de pericul.& comm.
rei ven. Et ſic in dubio præſumitur culpa inhabi-
tantium ſecundū Bal. *in d.§.1.& Bar.in l.ſi quis ex ar-*
3 *gentariis.§.prætor ait.ff.de eden.* vbi dicit † quod incē-
dium & furtum præſumitur factum culpa inhabi-
a tātium *a* qui debebant cuſtodire niſi probetur ca-
ſus fortuitus per dicta iura,ſed caſus fortuitus non
probatur in quæſtione noſtra ergo. Et ſic videtur
eſſe fundata intētio domini locatoris niſi hebræus
conductor probet caſum fortuitum. Et videtur
hoc procedere non ſolum quando præſumitur ex
culpa domini conductoris inhabitans,ſed etiam ſi
ex culpa familiæ ſuæ, puta famulorum vel pediſſe
quarum, *vt eſt gloſ. in l. nunquid.in princip.ff.de incen.*
ruin. naufra. Sed tamen his non obſtantibus teneo
contrariū eſſe de iure verius,pro cuius declaratio-
ne oportet prius animaduertere qua actione velit
agere do .domus contra hebræum conductorem.
Nam aut intētabit actionem ex locato, aut actio-
nē l. Aquil. Si intentabit actionem ex locato, dico
hebræum conductorem in dubio non teneri,quia
ex contractu locationis & conductionis qui cele-
bratur gratia vtriuſq; quis non tenetur niſi de do-
lo & lata culpa & levi, *vt inſti.quib.mod.re contrahi.ob-*
li.§.fi. & l.ſi vt certo.§.nunc videndum. & ibi not.ff.com-
mo. Sed quando ortum eſt incendium licet in du-
bio præſumatur culpa inhabitantium, vt dixi, ta-
4 men iſta culpa iudicatur leuiſſima, † quia furtum
& incendium præſumitur oriri ex leuiſſima culpa,
vt eſt gl. mult. um not. inſti.quibus mod.re contrahi. obli. §.
præterea. in fi. quam ſequitur Saly.in l. quæ fortuitis.C.de
pigno.actio. Et ideo ad hoc vt conductor non tenea-
tur ſufficit probare ſe fuiſſe diligentem, *vt dicit tex.*
in l.ſi vendita. ff.de peri.& commo.rei vendit. Nec obſt.
quod dixi incendium plerunque fieri ex culpa in-
habitantium, quia illud eſt verum de culpa leuiſ-
ſima de qua non tenetur cōductor vt dixi. Nec ob.
quod not. Bart. *in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor.ff.*
de eden. dum vult quod culpa inhabitantium præ-
ſumitur niſi caſus fortuitus probetur, & ſic vide-
tur loqui de culpa punibili, quia ſi non eſſet puni-
bilis fruſtra diceretur conductorem debere caſum
fortuitum probare, quia dictum Bar. ſaluari debet
in contractu in quo quis tenetur leuiſſima culpa,
& ſic cum illa in dubio interueniſſe præſumatur,
tenetur niſi probet ſe diligentiſſimum vel caſum
fortuitū, *vt l.in reb.in pr.ff.commo.* Sed in caſu noſtro
teneatur conductor tantū de leui & non de leuiſſi-
ma ſufficit probare ſe fuiſſe diligentē,& ita nō fuiſ
ſe in leui culpa *per d.l.ſi vendita.in fi.* Immo plus dico
etiā ſi præſumeretur fuiſſe in culpa leui. Ex qua te-
neretur *per d.l.3.§.1. ff. de offi.præf.vigi.* tamē poſſet ſe
excuſare dictus cōductor,ſi probaret ſe fuiſſe dili-
gentem, vel ſi teneretur etiam de leuiſſima excu-
5 ſaretur ſe probando diligentiſſimum. † Et eſt ra-
tio quia quod furtum plerunq; fiat ex culpa inha-
bitantium procedit ex præſumptione iuris, quod
hoc præſumitur *vt d.l.3.§.1.ff.de offi. præfect. vigi.& d.*
l.ſi vendita.ff.de peri.& commo.rei vend. quæ præſum-
ptio poteſt tolli per alias præſumptiones contra-
rias, quia vna præſumptio tollit aliam. *l.non ſolum.*
§.de viro.ff.de ritu nup.& l.diuus.ff.in integ.reſti.& c.li-
teras.extra de præſum.cum ſimi. & poteſt tolli etiam v-
na præſumptio per alias coniecturas. *l.non omnes.§.*
à barbaris.ff. de re mil. quæ coniecturæ habentur pro
probatione ſufficient. *l.licet imperator.ff.de leg.1.& l.*
ſi tutor.cum ibi no.per glo.& doct.C.de peri.tuto. Et id-
eo ſi conductor probaret ſe diligentem & diligen-
tiſſimum fuiſſe in rebus ſuis & alienis, & maxime
in his quæ ſpectant ad vſum domus tolleretur illa
præſumptio culpæ leuis & leuiſſimæ & ita diſputā-
do terminauit ſolemnis doc.do.Pe.de Alua.de Pa-
dua in diſputa.ſua quæ incipit exorto incendio Pa-
duæ. Et ex prędictis etiam concluditur non ſolum
quando ipſe ſolus conductor inhabitaſſet tempo-
re orti incendij, ſed etiam ſi habitaſſent in ea,tunc
ſolū eius familia, ſicut dicitur fuiſſe in caſu noſtro
quia dominus conductor non tenetur de facto &
culpa familiæ ſeu famulorum niſi eſſent famuli ad
ignem,puta ad coquinam deputati, quia tūc tenē-
tur ſi eſſet vſus opera malorum virorum,puta quia
ſolerent ſe inebriare vel erant parum diligentes &
ſic deliquiſſent in opere ad quod fuiſſent deputa-
ti. *argum.l.1.§.familiæ.ff.de publi.& l.fi.§.ſerui vero.ff.nau.*
cau.ſtabu. Et ita debet intelligi in l.nunquid in prin. ff. de
incen.ruin.nau. ſecūdum Bart. ibi. & idem tenet præfatus
dom.Pe.in dict.ſua diſputatio.& Angel.de Aret.in ſuo tra-
ctat. maleſic. in gl.in verbo incendiario in 4. col. in fine. &
maxime ſi illi de familia erant tales de quibus ve-
riſimiliter confidere potuit dominus, quia erant
homines diligentes, quia tunc dominus familiæ
nullo modo tenetur etiam ſi tempore incēdij fuiſ-
ſent in negligentia vel culpa. *argu.l.argētum.ff.com-*
mod. quia tunc dicitur eſſe caſus inſolitus qui non
aſcribitur culpæ ipſius domi. *l.cum duobus.§.damna.*
ff.pro ſocio & l.fiſtulas.§.fi.ff.de contrahen.emptione.& i-
ta tenet Bald. in l.1.in fi.C.pro ſocio. Et prædicta intel-
ligo quando ille qui eſt de familia contra quem eſt
præſumptio vt fuerit cauſa ignis eſſet liber homo
quia ille non poſſet dari pro noxa. *vt inſtit.de noxa.*
§.fi. Secus ſi eſſet ſeruus conductoris qui fuiſſet in
culpa, quia tunc dominus teneretur, aut reſtaura-
re damnum aut dare ipſum pro noxa. *vt inſtit.de no-*
xa. in princip.& totum ti.ff.C.de noxali. Si vero loca-
tor domus intentaret actionem. *§.fi.leg. Aquiliæ pro*
damno dato. tunc videretur eſſe maius dubium,quia
in l.aquilia venit etiam leuiſſima culpa *vt l.in l.Aqu.*
& leuiſſima in pr.ff.ad l.Aquil.& ibi hoc not.doc.& maxi-
me Flo.& in l.ſi cui.§.de præteritis ver.denique.ff. de vſufru.
Et ideo cum in caſu noſtro non conſtet vnde ha-
buit originem incendium & in dubio præſuma-
tur ex culpa ſaltem leuiſſima inhabitantium, vt
ſupra dixi videtur dicendum quod conductor te-
neatur ex culpa familiæ etiam leuiſſima commiſ-
ſa in damno dato ex incendio. Tamen ego teneo
quod immo non tenentur quia in dubio prædicta
leuiſſima conſtet in non faciendo,vz in deſidia vel
negli-

negligentia, *vt dicit gloſ. not. in §. præterea. in. ſin. in-
ſti. quibus mod. re contrahitur obliga.* Sed in actione le-
gis Aquiliç nnn venit leuiſſima culpa commiſſa in
non faciendo. ſed tantum in faciendn, *vt eſt tex. e-
legans in d. l. ſi cui. ſ. de præteritis in verſic. denique. ff. de
vſufru. qui gloſſat totum titulum. ff. ad l. Aquil ſecundum
Bart. ibi & idem tenet ibi Florian. & in d. l. lege Aquilia
in princip. & communiter doct.* Ergn cum prædicta le-
uiſſima præſumatur interueniſſe in caſu nnſtrn in
committendn nnn tenetur dominus cnnductnr l.
Aquilia. Immo plus dicn quod etiã in caſu quo de
iure ciuili teneretur de culpa leuiſſima, tamẽ in ſo
ro conſcientiæ non teneretur ad emendationem
damni, ſed pœnitẽtia eſſet ei ininngenda nnn pœ-
na de damno. *arg. 15. q. 1. inebriauerũt vt ſing. dicit Inno.
in c. ſicut dignum de homicid. quem ſequitur Florian. in l. ſi
ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius in princip. ff. ad l. Aqui.* Præ-
terea dicn quod etiam ſi culpa leuiſſima in facien-
do interueniſſet ex parte familiæ liberæ tamen i-
pſe conductor caput familiæ qui in dnmn nnn ad-
erat tempnre orti incendij non tenetur ex factn
familiæ, quando nnn proceſſiſſet ab aliqun in nffi-
cin ſun depuratn, puta à cncn & familia erat talis
de qun veriſimiliter dnminus debebat cõfidere qa
non erant ſnliti ſimilia facere vel eſſe negligentes
6 per ea quæ ſupra dixi. † Circa ſecundum an tenea-
tur heb: ęus conductnr prn pignoribua cnmbuſtis
& furio ſubtractis dnminis ipſorum pignorum
poteſt fieri in eadem deciſinne quæ ſtatim in præ-
cedenti dubin facta eſt. Nam cum iſte contractua
pignoris celebratus fuerit gratia vtriuſque. & ſic
nnn teneatur hebræus creditnr prn pignnribus,
niſi de dolo & lata culpa & leui & non de leuiſſima,
*vt eſt text. inſtitu. quibus mo. re contrahitur obl. §. ſi. &
in l. ſi cum vend. §. ſi. cũ l. ſequen. ff. de pig. act. & probatur
in l. ſi vt certo. §. nunc videndum, id eſt. ff. commo.* Sequi-
tur quod de pignnribus incendin combuſtis non
tenetur per ea quæ dixi in præcedenti dubio, eſt et
iam ratio qnare non tenetur de pignn. combuſtia
quia eam diligentiam adhibuit in dictis pignori-
bus qnam adhibuit in rebus ſuis quæ cnmbuſtæ ſi-
militer ſunt, *vt probatur per tex. in leg. ea igitur quæ ſe-
quitur l. ſi ven. ff. de pig. act.* Sed vnum facere poſſet dn
bium circa pignnra incendin cnmbuſta, quia di-
ctus iudæus habet capitulum cum cnmmuniíate
qnod ſi aliquod pignus propter caſum domus cõ-
bureretur non tenetur, & ſic per dictam prnuiſio-
nem ſpiritualem in vno tantum caſu à cnntrarin
ſenſu videtur quod in aliia caſibus voluerit ſe ob-
ligare, videlicet ſi pignnra comburerentur niſi
per caſum, ſed ex culpa etiam leuiſſima, quia qui
vnnm dicit aliud excludere videtur *le. cum prætor in
princip. ff. de iud. & l. maritus. C. de procurat. & c. nonne
7 extra de præſumptio. cum ſimi.* † Item quia per proui-
ſinnem hnminis videtur eſſe receſſum à prnuiſin-
ne legali *l. ſi. C. de pact. conuen.* Sed ad iſtud facilis eſt
reſponſin. Nam quando pronïſin hominis eſt de
iure communi nnn tullit prouiſinnem legalem in
aliis quæ ſit de iure communi *l. 3. ſ. ſi ex conuentione.
ff. de re iudica.* Secus ſi prnuiſin hnminis, qnia tunc
bene tollit prnuiſionem legalem quæ ſit de iure
ſpeciali vel extranrdinarij, *vt dict. leg. ſi. Co. de pact.*
8 *conuen.* & eſt ratin. † qnia facilius tullitur priuile-
gium quam ius commune. *l. eius militis. §. militia miſ-
ſus. ff. de teſtam. mil. vt not. Cy. in l. 2. in 6. quæſtio. C. de iu-
re emphyt. & Bartol. & doc. in l. ſi cum dotem in princip.
ff. ſolut. matrimon. & Bald. & doct. in l. ſi. C. de pact. con-
uen. & in l. maritus. C. de procurato.* Et ideo cum dicta
prouiſio facta per hebræum vt nnnte neatur ſi pi-
gnus prnpter caſum domus cnmbureretur ſit de
iure cnmmuni. & ſimiliter prouiſin alia quod nnn
teneatur ſi interuenerit lcuiſſima culpa inhabitan
tium, vel ſine aliqua culpa ſua ſequitur quod per
illam prouiſionem non videtur ab ab alia prouiſin
ne legali & ordinaria receſſiſſe. & per ea quæ dixi
9 protiſto dubio. † Circa tertium dubium an dicto
iudæo cnmpetit aliqua actio ſiue iua ad recuperã-
dum pignnra quæ reperiuntur in rerum natura, vt
ſupra in caſu dicitur. Et videtur prima facie dicen-
dum quod nnn ex qun dicta pignnra erant in cin-
gulis & nrnamentis & argenteis & aureis & nunc
ſint deducta nmnia ad maſſam & ſic ad priorẽ ma-
teriam videtur quod ſit extinctũ ius pignoris. *arg.
10 l. ſi conuenerit. §. ſi quis cau. ff. de pign. act.* † vbi dicitur
qund ſi obligatur ſilua & efficitur ex ea nauis illa
nauis nõ erit obligata, quia illud eſt ſilua & ſic ma-
teria. & aliud eſt nauis & ſic materiatũ. Ita videtur
in caſu noſtro econtra aliud eſſe in materiato dato
pignori & in ipſa materia ad quam reducta eſt per
incendium quando maſſa nnn videtur fuiſſe nbli-
gata. In cnntrarium videtnr probari *in d. l. ſi conue-
11 nium. §. ſi nuda.* † vbi dicitur quia ſi nuda proprie-
tas pignori data ſit & vſus fructua poſtea ei accre-
nerit pignnri, erit idem ſi alluuione creuit, quia il-
lud incrementum cedit pignnri. Et ad idem eſt *tex.
in l. ſi fundus in principio. ff. de pig.* Item probatur *in l.
12 domo. ff. de pig. actio. & in l. paul. §. domus ff. de pigno.* † vbi
dicitur qund ſi pignnrata eſt domus quæ poſtea cõ
buſta eſt, & ſnlum area remanſit vel ecnntra ſi eſt
pignorata area. & ſuperædificatum eſt remanet
nbligatin tam in area quam in ædificio. Item prn-
13 batur *in l. ſi fundus. §. ſi res. ff. de pigno.* † vbi dicitur ſi
res hypnthecæ data eſt, poſtea mutata fuerit æqne
hypothecaria actio competit veluti de dnmn da-
ta hypothecæ nrto facto. Itẽ ſi de loco connenit &
domus facta eſt vel vineæ impoſitæ ſunt. *Itẽ pro hoc
l. quæſitũ. §. illud fortaſſe. ff. de lega. 3.* Et iſta pars eſt ve-
rinr in caſu noſtrn ex qun materiatum fuit redu-
ctum ad ſuam materiam, quæ materia iterum po-
teſt reduci ad ſuum materiatum, qnia de illa maſſa
poſſunt fieri nrnamenta cingulnrum & veſtium
ſicuti prius erat. ergo. ſicut materiatum erat pigno
ri obligatum ita cum ſit reductum ad ſuam mate-
riam quæ eſt reducibilis ad ſuam formã & ſic ma-
teriatum in eadem materia id eſt maſſa durat nb-
ligatio pignnris *per d. l. quæſitum §. illud fortaſſe. cum i-
bi not. per glo. Barto. & docto. Et ita etiam volunt Bartol.
Pau. de Caſt. & doct. in d. l. ſi conuenerit. §. ſi qui ita. ff. de
pig. actio.* Et iden dictæ maſſæ argenti poſſunt ven-
dicari per hebræum actione hypnthecaria à pnſſeſ
ſore per quam debet cnnſeqni poſſeſſionem ipſiua
maſſæ *l. ſi cum venditor in princip. ff. de euic.* & pro ſor-
te ſua habet meliora & potiora iura in dictis maſ-
ſis ipſe hebræus qnam debitorea qui pignora de-

derunt. A ſorte vero ſupra ſi maſſę plures valerent te neretur iudæus omnibus debitoribus, quorum fuerunt pignora, illud plus vltra ſortem ſibi debitam inter eos ſecundum formam iuris diuidendū reſtituere actione pignoraticia. *l. ſi rem. §. omnes. ff. de pig. actio. & l. qua fundum. ff. de iure do. & inſtitut. quibus*
14 *mod. re contrahitur obligat. §. finali. cum ſimilib.* † Circa quartum & vltimum dubium an illæ maſſæ argenti præſumantur eſſe ſolius iudæi, an habentiū argentum in pignoribus in dicta domo, breniter ego puto eſſe conſiderandum locum in quo illæ maſſæ argenti repertæ ſunt, quia ſi ſunt repertæ in loco in quo iudæus retinebat pignora præſumantur eſſe de pignoribus. Si vero repertæ ſunt in aliis locis, & maxime vbi ſolebat hebræus tenere bona ſua. & tunc in dubio præſumantur ipſius hebræi ex vſu enim hebræi & eius conſuetudine retinendi bona iudicare debemus, *vt l. vel vniuerſorum. ff. de pignor. actio. & leg. qui ſemiſſu in fin. ff. de vſuris. & l. ſi ſeruus plurium. §. finali. ff. de leg. primo. & argumen. eorum quæ no Bar. in l. ſi vacantia. Cod. de bonis vacan.* v-
15 bi ponit an & quando res dicatur diuerſa. † Item pro hoc quia eſt bonum *argumen. à communiter accidentibus. vt eſt text. cum gloſ. in l. 1. C. de arbit. & in l. cum dote C. de iure do. & probatur in l. cum in te. & ibi hoc not. Bald. Cod. de dona. ante nup.* Sed communiter bona argent. & alia bona tenebantur in vna camera in qua reperta eſt vna maſſa argenti. & in alio loco tenebat pignora in quo repertæ ſunt aliæ maſſæ argenti. & ideo in dubio debemus iudicare illas maſſas eſſe prout ex loci diuerſitate diſtinguebantur. & ideo dicitur quod diuerſitas loci inducit diuerſitatem iuris. *vt uota. per gloſ. in l. fin. in 1. oppoſitione. C. de tempo. in integ. reſti. pe.*

ADDITIO.

a Inhabitantium.] *Vide ad hoc Bal. in conſi. incip. quidam de controuerſia. Alexand. in conſi. 116. in 2. volu. Bar. in l. ſi quis ex argentariis. ff. de ed. n. Bald. in l. ſi creditor. C. de pigno. act. d. Alexan. in d. leg. ſi quis. §. fin. ff. de eden. d. Bartholom. Sati. in reg. 346. char. 47. qui ponit regulam cum quibuſcunque fallentiis quæ declarāt iſtam materiam.*

CONSIL. LXX.

SVMMARIA.

1 *Actio iniuriarum quanto tempore duret, & an exceptio præſcriptionis actionis iniuriarum dilatoria, vel peremptoria ſit, numeris omnibus ſequentibus per totum conſil.*
2 *Actio iniuriarum duplex, vna ciuilis, alia prætoria.*
3 *Actio omnis ciuilis durat 30. annis.*
4 *Actio iniuriarum tribus caſibus exceptis prætoria eſt, & anno durat.*
5 *Præſcriptio omnis regulariter tempora continua habet niſi ſpecialiter lege cautum contrarium inueniatur, videlicet. quod vtilia tempora habeat.*
6 *Exceptio præſcriptionis actionis iniuriarum an ſit dilatoria, vel peremptoria, ita quod poſt litem conteſtatam opponi poßit, & ſuper ea in fine litis in eodem iudicio diffinitiue pronunciari poßit.*
7 *Exceptio præſcriptionis ſi in vim dilatoria opponatur litis ingreſſum impedit.*
8 *Exceptiones duæ ſcilicet dilatoria & peremptoria in præſcriptione oriuntur.*
9 *Exceptio annalis iniuriarum eſt mixta, & in vim dilatoria ad proceſſum opponi poteſt.*
10 *Libelli concluſio conſideranda eſt.*
11 *Actio iniuriarum ad hoc vt competat requiritur, quod ex facientis affectu iniuria fiat.*
12 *Magiſtratus in dubio actum iuriſdictionalem exercens non præſumitur eum iniuriandi animo facere, vel feciſſe.*
13 *Statutū ſi dixerit, quod ſi aliquis accuſet aliquē de falſo, vel falſam accuſationem proponat, ſi non probet, puniatur, & aliquis accuſet de falſo, non tamē probet nunquid ſit remedium quod de falſo non puniatur.*
14 *Fama publica eſt iuſta cauſa credendi.*
15 *Excuſatio quæcunq; vel ratio etiam iniuſta quem à dolo excuſat.*
16 *Iniuria pluribus modis capitur.*

1 IN Christi † nomine ac inuocata ſpiritus ſancti gratia. Viſa prius petitione domini Paſqualis ſiue eius procuratoris in actione iniuriarum & reſponſione ſiue defenſione domini Bononini. Et viſis conſiliis ſupra ſcriptis famoſiſſimorum dominorum domini Angeli de Caſtro & domin. Anton. de Roſellis. licet ſolum requiſitus eſſem de ſupraſcriptione & plene ac ſufficientiſſime conſultum ſit per præfatos excellētiſſimos docto. Tamen vt veritas magis eluceſcat decreui etiam ſummatim nōnulla pro iuſticia cauſæ ipſius domini Bononini in medium deducere. Et in primis conſidero petitionem dicti domini Paſqualis in qua primo deducit quod ipſe dominus Bononinus vicarius archiepiſcopi Raguſini diuulgauit & publice & alta voce in præſentia multorum dixit quod ipſe dñs Paſqualis erat excommunicatus & quod habebat eum pro excommunicato, quia fuerat ad comitem Stephanum. Item quod dum certa die celebrarentur miſſæ in eccleſia præſente ipſo domino Paſquali. fecit ipſe dominus Bononinus fieri præceptū presbyteris celebrantibus quod deſiſterent à diuinis propter præſentiam dicti Paſqualis excommunicati. & ita ceſſauerunt. Item quod vltra quidam ſacerdos acceſſit tunc ad ipſum dominum Paſqualem & ſibi mandauit ex parte ipſius domini vicarij Bononini quod deberet de eccleſia recedere quia habebāt ipſum omnes pro excommunicato.

Item dicit quod prædicta omnia fuerunt facta dolo culpa & defectu prædicti domini Bononini vicarij. Quare petit &c. Et quia per reſponſionem & defenſionem dicti dñi Bononini omnia in effectu negantur non faciā fundamentum in eius defenſione, quia ſi vera eſſet nullā haberet hæc quæſtio dubitationem. Et veniret abſoluendus ſine dubio quia agens non probaret ea quæ ipſe deducit & quæ requiruntur in actione iniuriarum etiam ſi dñs Bonon. reus nihil probaret *per lo. qui accuſare. C. de eden. & cap. cum eccleſia ſutrina ad fi. extra de cauſ. poſ. & proprie. & cap. primo. circa principiū. cum gloſ. extra vt eccleſia. benefic. cum ſimilibus.* Solum er-

go eſt inſiſtendum. eſto quod dominux Paſqualis
probaret ea quæ deducta ſunt. an dictus dominus
Bononinus deberet condemnari iuxta petita. Et
pro huius declaratione plura ſunt examinãda. Pri-
mũ an prædicta actio iniuriarum duret tantũ an-
no ita quod poſt annum intentare non poſſ. 1. Se-
cundo an exceptio præſcriptionis annalis ſit dila-
toria vel peremptoria, & ſic an poſſit opponi poſt
litem conteſta. ita quod ſuper ea poſſit diffinitiue
pronunciare litem conteſta. Tertio eſto quod eſ-
ſemus infra annum à die illatæ vt aſſeritur iniuriæ
an per ea quæ deducta ſunt in petitione dictus do
minus Bononinus debeat cõdemnari vel abſolui.
Circa primum non multum inſiſto quia in iure eſt
clariſſimũ videlicet quod dicta actio iniuriarum
2 durat tantum anno. † nam duplex eſt actio iniu-
riarum vna ciuilis alia prætoria. *vt l. iniuriarum actio
in princip. ff. de iniur. & inſtitu. de iniur. §. ſed & lex Cor-
3 nelia.* ciuilis durat perpetuo. † quia regulariter o-
mnis ciuilis durat perpetuo, id eſt, 30. annis. *vt inſt.
de perpet. & tempo. actio. in prin.* Prætoria quæ non cõ-
tinet rei perſecutionem, ſed pœnam vel damnum
vel intereſſe eſt regulariter annalis. *vt l. in honora-
riis. §. 1. ff. de actio. & oblig. & inſtit. de perpet. & tempo. a-
ctio. in prin. cum ſimilibus.* Et imo cum omnis actio in
iuriarum ſit prætoria exceptis tribus caſibus, vi-
delicet quando quis dicit ſe pulſatum vel verbera-
tum vel in domum ſuam introitum eſſe, *vt eſt caſus
in l. lex Cornelia in princ. ff. de iniur. & inſt. de iniur. §. ſed
& lex Cornelia.* Tamen in omnibus aliis caſibus eſt
prætoria, vt not. in dictis iuribus, ſed caſus noſter
non eſt aliquis de tribus prædictis, vt patet ex ante
dicta petitione, ergo prædicta actio iniuriarum
eſt prætoria non ciuilis. & ſic tantum anno durat
4 per prædicta. † Et quod actio iniuriarum exceptis
a dictis trib. caſib. ſit pretoria & duret anno a tãtum
eſt tex. *in l. ſi non conuicij. C. de iniuriis. vbi hoc tenet gl.
Cy. Ang. & Sal. & doct. & eſt tex. cum glo. & ibi per doc.
in l. ſi cum exceptione. §. 2. ff. quod metus cau. & glo. &
doct. in dicta l. lex Cornelia in princ. ff. de iniur. & gl. inſt.
de iniu. in §. ſed & lex Cornelia.* & iſtud eſt veriſſimum
ſicut Deus eſt Deus. Et iſte annus eſt continuus in
omnibus caſibus præterquam quando ſit vni in-
iuria per metũ, *vt eſt tex. cum gl. in d. l. ſi cum exceptio-
ne. §. 2. ſatis. & ibi per doct. ff. quod metus cauſ. & per tex.
gl. & doc. in l. ſi non conuicij. C. de iniu.* & iſtud etiã ego
5 probo rõe. † nam omnis preſcriptio regulariter ha
bet tẽpora continua. niſi ſpecialiter inueniatur le-
ge cautum in contrarium, videlicet quod habeat
tempora vtilia. *vt eſt gl. ordinaria in rubric. ff. de diuerſis
& tempo. præſcrip.* ſed in iſta præſcriptione annali a-
ctionne iniuriarum non reperitur expreſſe lege can
tum quod habeat tempora vtilia, ergo eſt dicen-
dum quod habeat continua & ſic annus ſit conti-
nuus & non vtilis. Et intelligo continuum videli-
cet quod incipiat à die latæ iniuriæ *vt not. tenet Ang.
in d. l. ſi non conuicij.* & quod duret anno tantũ con-
tinuo nullum diem excipiendo *iuxta not. glo. Rubr.
ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip.* Ex quibus omnibus
concluditur quod in cauſis præſentis conſultatio-
nis dicta actio iniuriarum ſi competiiſſet pſi dño
Paſquali contra dominum Bononinum, quod ta-
men non conceditur, nec verum eſt vt patebit ex
his quæ dicentur infra in tertio dubio principali
durare debuit ſolũmodo anno continuo incipien
do à die latæ iniuriæ ſi iniuria lata fuiſſet & poſt an
num non competit. & in hoc in primis bene con-
ſideret excellentia d. iudicis, quia fruſtra quærен-
dum eſſet ſi iniuria commiſſa eſſet, quia etiam ſi eſ-
ſet commiſſa veniret dominus Boninus abſoluen-
dus ex quo ſunt elapſi à die illatæ vt dicitur iniuriæ
non modo annus, ſed etiam ſeptem anni & vltra
per prædicta. Ex his etiam ſequitur quod cum di-
ctus annus ſit continuus nulla excuſatio nullum
impedimentum iuuare poteſt ipſum dominũ Pa-
ſqualem. ſi non egit infra annum, quia cum ſit an-
nus continuus nullum tempus de medio deduci-
tur, *vt habetur in d. rub. ff. de diuerſ. & temp. præſcriptio.*
6 †Circa ſecundum dubium an dicta exceptio præ-
ſcriptionis actionis iniuriarum ſit dilatoria an per
emptoria. ita quod poſt litem conteſts. poſſit op-
poni. & ſuper ea diffinitiue pronunciari in eodem
iudicio in fine litis. & quod ſit peremptoria vide-
tur eſſe *tex. in l. empto. C. de præſcriptio. longi temporis,
& ibi eſt gloſ.* quæ hoc decidit & tenet manifeſte in
contrarium videtur quod ſit dilatoria & debeat
opponi ante litem conteſta. & quod habeat impe-
dire litis ingreſſum. vt videtur probari in capitulo
ad aures in fine ibi omnem prorſus actionem ex-
cludit extra de præſcriptio. *& in l. ſicut. & in l. omnes.
C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum & l. fin ff. pro ſuo. & l. fi.
ad fi. C. de edic. d. Adriã. tollen. & in l. ſi nulla. C. de acqui.
poſſeſſio. & l. tranſacta cum l. ſequen. ff. de verborum ſigni-
ficatione.* Sed veritas eſt quod iſta exceptio præſcri-
ptionis eſt exceptio mixta & poteſt opponi ad pro
ceſſum ſi excipiens hoc alleget & ſit in vim dilato-
riæ ad impediendum litis ingreſſum *per text. in di.
cap. ad aures in fine per dict. l. ſicut ibi nolli monenda. C.
de præſcrip. 30. annorum* vbi hoc nota. Angelus de pe-
7 ruſio qui dicit quod ibi eſt caſus rotundus. † quod
exceptio præſcriptionis impedit litis ingreſſum ſi
opponatur in vim dilatoriæ. & idem probatur *per
text in d. l. omnes ibi mouetur eodem titu.* & etiam An-
gelus hoc firmat qui dicit quod ibi hoc aperte pro
batur. Et hoc etiam probatur *in l. fin. ff. pro ſuo.* quia
per præſcriptionem ſit finis liti vt ibi. & ideo dici-
tur etiam per exceptionem præſcriptionis eſſe litis
finitæ, *vt ibi nota. per Bar. & not. Angelus in l. emptor. C.
de præſcriptio longi tempo. & pro hoc allego optimum tex.
in l. iam pridem. C. commonia de vſocapio* Item dicta ex-
ceptio præſcriptionis habet etiam vim peremp-
toriæ. & poteſt opponi ad merita cauſæ ſi hoc vult
eam opponens. & tunc non impedit litis cõteſta-
tio. *& ita intelligitur d. l. emptor. cum glo. C. de præſcrip.
long. tempor.* Et quod iſta exceptio poſſit opponi in
vim peremptoriæ ad merita cauſæ tenet Bart. *in l.
fina. ff. pro ſuo. & Bald ſic in auctẽn. niſi tricennale in fine.
C. de bonis maternis. & idem Bal. hoc expreſſe determinat
8 in l. fin. in 13 oppoſitio. C. de edict. diui Adrian. tollen.* † v-
bi dicit quod ex præſcriptione oriuntur duæ exce
ptiones ſcilicet dilatoria & peremptoria, ſicut di-
cit in iuramento *in capitulo cum veniſſent. extra de in-
ſtitut.* & quia ad lites abbreuiandas ſunt inductæ.
& idem nota. Bald. in l. poſtquam liti in tertia colum. C. de

paƈt̃n ſic etiam dicimus de exceptio. rei iudica. vt
poſſit opponi in vim dilatoriæ & peremptoriæ, *vt
probatur in c. primo de lit. conteſtat. in ſexto coniun. cap.
Romana. §. ſi vero de appellation. in ſexto. & nota Fede-
ric. de Senis conſilio ſuo. 128.* Et idem dicemus de ex-
ceptio. iuſiurandi & ſimilium, *vt nota Bartol. in d. l.
fin. ff. pro ſuo. & in l. cum quærebatur. in princip. ff. iudica.
ſolui. & in l. nam & poſtea. in princip. & ibi per docto. ff.
de iureiur. & leg. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de conditio-
ne indebi. & in leg. ſenatus in 2. colum. ff. de accuſat. & in
9 leg. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confu.* † Concludo igi-
tur ex prædictis quod dicta exceptio præſcriptio-
nis annalis iniuriarum eſt mixta & poteſt in vim
dilatoriæ opponi ad proceſſum & ſic ad impedien-
dum litis ingreſſum & litis conteſtatio. & poteſt
opponi in vim peremptoriæ ad merita cauſæ &
quando opponitur in vim peremptoriæ poteſt op
poni non ſolum ante litem conteſtatam ſed etiam
poſt quādocunq;, *vt eſt caſus in l. peremptorias. C. ſen-
ten. reſcind. non poſ. & not. gloſ. ord. in cap. exceptionem
extra de exceptio. & in l. exceptionem. C. de probat. cum
ſimilibus.* Et ideo cum dicta exceptio præſcriptio-
nis annalis actionis iniuriarū poſſit opponi in vim
dilatoriæ & peremptoriæ vt ſupradictum eſt, ſe-
quitur concluſio ad ſecundum dubium videlicet
quod etiā poſſit dicta exceptio opponi in vim per
emptoriæ etiam poſt litem conteſtatam & quan-
docunque ante concluſionem in cauſa & ſuper ea
diffinitiue pronunciari etiam ſi eſſet tantummo-
do oppoſita poſt litem conteſtatam. Et ſic ex præ-
dictis omnibus concludo, quod cum dicta exce-
ptio præſcriptionis actionis iniuriarum ſit anna-
lis. & ſic duret tantum anno continuo & iniuria,
dicatur fuiſſe illata iam eſt non modo annus, ſed
etiam ſunt ſex vel ſeptem anni & vltra, & oppo-
ſita ſit dicta exceptio per ipſum dominum Bono-
ninum, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue etiam
poſt tantummodo quod officium d. iudicis eſt in
pronunciando ipſum dominum Bononinum ab-
ſoluendum eſſe & abſolui debere & ſic ipſum ab-
ſoluat ab omni petitione facta in actione iniuriarū
per ipſum dominum Paſqualem. Circa tertium e-
ſto quod eſſemus infra annū à die illatæ vt dicitur
iniuriæ an per ea quæ deducta ſunt in petitione d.
do. Paſqualis ipſe dom. Bononinus debeat de iure
10 condemnari. † Et circa iſtud eſt conſideranda pe-
titio & libelli concluſio *iuxta not. per Innoc. & doct. in
c. ſuper literis extra de reſcriptis. & per Bal. & doc. in l. edi-
ta. C. de eden.* & etiam in principio medio concludē-
di *iuxta nota. per Bartolum in l. ſi prius. ff. de no. ope. nun-
cia.* nā dicitur in petitione & in eius medio conclu-
dendi dicti dom. Paſqualis quod ipſe dominus Bo-
noninus fecit & commiſit ea de quib. in petitione
contra ipſum dominum Paſqualem dolo & culpa
& defectu ipſius domini Bononini, vnde eſt vidē-
dum ſi ipſe dom. Bononinus fecit prædicta & pro-
baretur feciſſe an dicatur ipſe do. Bononi. dolo &
culpa & defectu ſuo feciſſe, ita quod condemnari
poſſit & debeat. Et certe per ea, quæ ſunt mihi in
facto deducta clariſſime eſt concludendum quod
ipſe dominus Bononinus non fuit in aliquo dolo
vel culpa aut defectu propter quod poſſit contra

11 eum agi actione iniuriarum. † Nam ad hoc vt cō-
petat actio iniuriarum requiritur quod iniuria fi-
at ex affectu facien. *vt eſt tex. in l. illud ff. de iniur. & l.
qui in iure in princip. & l. verum ff. de fur. & eſt text. in l.
ſed etſi quacunq; §. iniuriarū. & §. ſi magiſter. ff. ad l. Aqu.*
ſed non conſtat quod ipſe dominus Bononinus a-
nimo iniuriandi hoc fecerit. ergo nō tenetur actio
ne iniuriarum, vt in dictis iuribus. Nec in dubio
eſt præſumendum quod ipſe fecerit animo iniu-
riandi quia iſtud in dubio non præſumitur præſer
tim cum fecerit tanquā officialis, *vt eſt text. cum gl.
not. in l. iniuriarum actio. §. ſi qui iure publi. ff. de iniuriis.
& ibi gls. 1. dicit not.* quod iudex in dubio præſumi-
tur iuſte facere non animo iniuriandi *& idem no. An
12 gelus in d. l. iniuriarum actio. §. ſi quis de honoribus* † vbi
dicit quod in dubio magiſtratus actū iuriſdictiona
lem exercens non præſumitur eum iniuriandi ani-
mo facere vel feciſſe quia non eſt credendum eum
fuiſſe immemorem ſalutis æternæ cum iurauerit
iuſticiam cunctis miniſtrare, *vt in auct. iuſiurandum
quod præſtatur ab his.* Immo dico fortius quod licet
in dubio præſumendum etiam ipſo do. Bononino
nihil probante quod non fecerit animo iniuriādi.
& ſic ipſe actione iniuriarū non teneretur. Tamen
etiam apparet ex coniecturis aliis vltra præſump-
tionem iuris quod ipſe non facit animo iniurian-
di. Nam vt mihi aſſeritur in facto erat publica vox
& fama in ciuitate Raguſina quod ipſe do. Paſqua-
lis erat excommunicatus, quia fuerat cum comi-
te Stephano contra literas apoſtolicas. ergo ſi ipſe
dominus Bononin. vicarius in ſpiritualibus in ci-
uitate & dioceſi Raguſina habuit ipſum pro excō-
municato & tractauit ipſum pro excommunica-
to in faciendo ipſum expelli de eccleſia dum cele-
brarentur diuina. *iuxta capitu. duo ſunt quippe. 96. di-
ſtin. & c. veniens extra de ſentent. excommunicatio. cum
ſimil.* ipſe dominus Bononinus eſt excuſatus, nec
tenetur actione iniuriarū pro hoc *c. cum deſideras.
§. 2. q. ibi publica fama eſt. extra de ſentent. excommuni-
catio. & in c. cum voluntate eodem tit. Item pro hoc alle-
go text. & quod ibi not. Bar. in l. fi. ff. de heredi. inſtituen.*
vbi dicit not. iſtam l. quæ facit ad q. per quam po-
13 tes multos liberare. † Pone enim quod ſtatutum
dicat quod ſi aliquis accuſat aliquē de falſo vel fal-
ſam accuſationem proponit, ſi non probat punia-
tur &c. Modo aliquis accuſat de falſo non tamen
probat, quæritur nunquid ſit remedium quod de
falſo nō puniatur. & hic videtur ꝙ ſic. debet enim
articulare quod de hoc erat rumor & fama in lo-
co. ideo hoc fecit & excuſabitur. excuſat enim à
ꝑſumptione doli. *vt l. miles §. mulier. ff. de adul.* habet
etiam excuſare à pœna, *vt ibi. & l. 2. ff. quis ordo in bo.
poſ. ſeruetur. item ſubdit Bart. in d. l. fin.* quod eſt alius
modus quod articuletur quod hoc ideo fecit quia
audiuit a perſonis fide dignis, *vt l. qui cum mater. § ſi
pater. ff. de bonis lib. facit ad hoc gl. ns in l. Titio fundus. ff.
de conditione & demonſtrat.* quæ dicit ꝙ excuſetur il-
le qui credidit fidedigno. Item dicit, ſi audiuit ab a-
micis & conſanguineis. *vt l. tutor. ff. de his quib. vt indig.*
Idem etiā ſi probetur, quod erat publica vox & fa-
ma, *vt d. l. miles.* Facit etiam ad prædicta quod no-
tat Bar. *in l. 2. §. ſi pub. in tertia col in fin. verſ. 3. reg. eſt. ff.
de adul-*

de adulteriis. Item ad prædicta adduco doctri. Bar. ſimilem *in l. 2. §. præſes. C. ſi ſeruus vel liber ad decurionatum aſpirauerit lib. 10.* vbi dicit per illam legem no-
14 tabiliter. † quia iuſta cauſa credendi eſt publica fama. quod dicit facere ad multa ſpecialiter ſi accuſator non probat maleficium. ſed reus manifeſte probat ſe non fuiſſe. ſi tamen per accuſatorem probaretur publica vox & fama excuſaretur à calũnia & falſitate. *vt ibi*. Ita etiam eſt dicendum in caſu noſtro. licet enim ſit d. Paſqualis denũciatus & nominatus publice excommunicatus & habitus pro excommunicato per ipſum do. Bononinũ vicarium in ſpiritualibus in loco & nunc appareat quod in veritate nec fuerit tunc nec etiam nunc ſit excommunicatus quod nihilominus ſi tunc erat publica vox & fama in loco ſcilicet in ciuitate Raguſina quod eſſet excõmunicatus ipſe d. vicarius excuſetur à dolo calumnię & ab actione iniuriarum etiam ſi ipſum expelli feciſſet ab eccleſia. quia habuiſſet iuſtã cauſam hoc faciẽdi per prædicta. Nec poteſt dici quod ipſe d. Bononinus fuerit in dolo. vt deductum eſt in petitione d. d. Paſqualis quia hoc nõ eſt probatum vt mihi aſſeritur in facto. & ille qui dolum dicit ꝓbare debet *l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probationib.* Immo etiã ſi deduceretur aliqua præſumptio pro parte ipſius do. Paſqualis illa ceſſare deberet. quia vna præſumptio tollit aliam *cap. literas. extra de præſumptionibus & l. diuus. ff. de in integrum reſtitutione & l.*
15 *non ſolum. §. de ritu. ff. de ritu nup.* † Nam quæcunque excuſatio vel ratio etiam iniuſta excuſat quem à dolo *l. igitur. §. & generaliter. ff. de liber. cauſa. & eſt tex. cum gloſſ. not. in l. prima. in fi. ff. de abige. & glo. in l. plagij. la ſeconda C. ad l. flauiam de plagi. & pro hoc facit etiam gloſſ. fina. in cap. 1. §. fina. in tit. de lege coradi in vſib. feud.* & ideo cum d. domi. Bononinus vicarius ſi feciſſet ea quæ in petitione domini Paſqualis continentur ductus fuiſſet non modo iniuſtis rationibus ſed etiã iuſtis tum & propter literas apoſtolicas tũ propter publicam vocem & famam ſequitur quod excuſaretur & pro excuſato haberi deberet ab omni dolo & vero vel præſumpto. Et per conſequẽs ab omni actione iniuriarum. Et licet in eadem petitione opponatur de culpa ipſius d. Bononini. quę intelligitur de leui poſtquam eſt facta mẽtio prius de dolo. *vt l. ſi vt certo. §. nunc videndum. in ff. commo. & not. in l. quod nerua per Bart. ff. depoſit.* & opponitur etiam de defectu eiuſdem d. Bono. Dico quod quantum ad hoc vt ipſe teneatur actione iniuriarum etiam ſi probaretur culpa leuis vel leuiſſima in ipſo d. Bononino nõ ꝓpterea teneretur actione iniuriarũ. ex quo non ex affectu & animo iniuriandi fuiſſe & præſertim cũ iuuetur publica voce & fama cõtra ipſum Paſqualem & literis apoſtolicis vt ſupra di-
16 ctum eſt. † nam iniuria licet capiatur pluribus modis *vt l. 1. ff. de iniur. & l. ſed ſi quæcunque. §. 1. iniuriam. ff. ad l. Aquil.* tamen quantum ad actionem iniuriarum capitur iniuria pro contumelia *vt eſt caſus in dicto §. iniuriam quæ fit ex affectu iniuriandi. vt dicta l. illud ff. de iniu.* Et ideo licet in actione legis Aquil. veniat non tantum dolus ſed etiam culpa. tamẽ in actione iniuriarum venit ſolummodo dolus. *& ita notabiliter tenet do. Florianus de Bononia in dicto §. iniuriam circa princip. & bene.* Et propterea concludo quod officium reueren. d. archiepiſcopi Iaderenſis delegati in hac cauſa apoſtolici digniſſimi & domini mei colẽdiſſimi eſt in abſoluẽdo diffinitiue in fine litis ipſum d. Bononinũ à petitis p ipſum d. Paſqualẽ obſtante præſcriptione maxime annali. & dico diffinitiue in fine litis & maxime q̃a ipſa exceptio fuit oppoſita ad merita cauſæ & non ad proceſſum *iuxta no. per Barto. in l. fina. ff. pro ſuo.* ac etiam ſi aliquid eſſet probatum deductis pro parte domi. Paſqualis quia ipſe dom. Bononinus non habuerit animum ſeu effectum iniuriandi vel iniuriam inferent. ipſi dom. Paſqualis. nec fuit in aliquo dolo, & quia excuſatus fuit & eſt propter publicã vocem & famam & literas apoſtolicas & ſic propter errorem etiam iniuſtum ſi quis error interueniſſe diceretur. Et ideo concludo: effectu idem quod concluſum eſt per ſupra ſcriptos famoſiſſimos doc. d. Ang. de caſtro & do. Anton. de Roſal. ad laudem omnipotentis Dei Amen.

A D D I T I O.

a Duret anno.] *Ad huius cõcluſionis materiam vide d. Ale. in conſi. 111. in 2. vol. 10. deciſi. 244. pro iniuriis in no. do. Ꝺo in l. diuus ff. de iniu. & in l. 1. §. vſque adeo. eo titu.*

C O N S I L. L X X I.

S V M M A R I A.

1 *Accuſatus de crimine expilatæ hæreditatis an ſe per procuratorem defendere poſſit, & opponere exceptiones concernẽtes ineptitudinem accuſationis, & cauſæ merita, numeris omnibus ſeq. per totum conſil.*
2 *Legis caſus vbi eſt, ibi nulla dubitatio eſſe debet.*
3 *Inquiſitus an de iure communi vel municipali poſſit per procuratorem comparere ſuper exceptionibus & defenſionibus cauſæ merita concernentibus.*
4 *Mutanda minime ſunt quæ longam interpretationem habuerunt.*
5 *Iudices qui iudicare habent, vel conſulere, à gloſſæ opinione diſcedere non debent.*
6 *Pœna maior quam relegationis pro crimine expilatæ hæreditatis de iure communi non imponitur.*
7 *Dictio vel inter diuerſe poni ſolet.*
8 *Infamia quo caſu procuratorem accuſati repellere non habeat, ſed criminis qualitas.*
9 *Fur impropriè dicitur crimen expilatæ hæreditatis committens.*
10 *Furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino.*
11 *Furtum quod aliquid ſit, quid requiratur.*
12 *Separatorum ſeparati effectus eſſe debent, nec ex ſeparatis ſit bona illatio.*
13 *Furti pœna eſt furca de iure communi.*
14 *Furtum eſt nomen generis, & comprehendit latronem rapinam expilationem hæreditatis & furtum in ſpecie.*
15 *Latrocinium eſt cum armis & violentum raptus eſt furtum violentum, expilatio eſt rei hæreditatis non poſſeſſæ furtum rei poſſeſſæ ſine violentia.*
16 *Statuta recipiunt interpretationem declaratiuam & reſtrictiuam ſecundum ius commune.*
17 *Pœnalibus ex rationis identitate extenſio non fit.*
18 *Correctoriis & pœnalibus ex maioritate rationis extenſio fieri non poteſt*

1 IN Chriſti † nomine amen. Circa
accuſationem ſuper crimine aſſerto
expilatæ hæreditatis inſtitutam per
dominum Vincentium de Thienis
contra nobilem virũ dominũ. Bar.
dethienis oritur dubitatio ſi ipſed. Barth. poteſt ſe
defendere à dicta accuſatione per procuratorem
an vero teneatur comparere perſonaliter. & quia
in exceptionib. ſeu defenſione. d. d. Barth. ſunt duo
fundamẽta principalia. Vnum eſt de ineptitudine
accuſationis. Aliud eſt circa merita ipſius defen-
ſionis. duo ſunt in primis examinanda. Primum
eſt an. d. d. Barth. potuerit & poſſit per procurato-
rem ſuum proponere defenſionem ſeu exceptio-
nes concernentes ineptitudinem d. accuſationis.
Secundum eſt an etiam ſuper exceptionibus & de-
fenſionibus concernentibus merita cauſæ poſſit
2 per procuratorem comparere. † Super primo du-
bio nulla videtur eſſe dubitatio. q a vbi eſt caſus le-
gis ibi nulla dubitatio *l. ancille. C. de fur. l. illam. C. de
colla.* Sed de iſta quæſtione cum caſus clarus in ſta-
tuto communis Paduæ ſub Rub. de accu. & ordine
procedendi in maleficiis verſi. ſaluo quod etiam
ante excuſationem. vbi dicitur quod accuſatus an-
te excuſationem per ſe vel per legitimum procu-
ratorem proponere poſſit exceptionem fideiuſſio-
nis & ſatiſdationis non præſtitæ rei iud. inquiſitio-
nis denunciationis vel accuſationis ineptæ conce-
ptæ quæ ineptitudo ex ſerie ipſius denunciationis
vel inquiſitionis ſeu accuſationis apparere poſſit.
Et ideo cum in caſu noſtro dicatur & ſi accu-
ſatio inepta & inepte concepta quę ineptitudo ap-
paret ex ſerie ipſius accuſatio. vt apparet per exce-
ptiones productas ex parte do. Bartholo. & maxi-
me quia ipſe dictus vicarius aſſertus procurator ac-
cuſantium. & ipſi accuſantes ſint forenſes & non
poſſidentes immobilia in ciuitate vel diſtrictu Pa-
duæ non poteſt eſſe procurator. vt dicitur in ſtatu-
tis Paduæ. Item quia ipſi non præſtiterunt fideiuſ-
ſionem ſicuti præſtare tenentur ſecundum formã
ſtatuti Paduæ. & etiam aliis de cauſis cõtentis in di
ctis exceptionibus ergo poteſt illas exceptiones.
d. do. Bartho. proponere per procuratorem vigore
di. ſtatuti. Et ita etiam alias fuit admiſſus per pro-
curatorem in cauſa inquiſitionis contra eum alias
formata & iſta profecto non habent dubium. ex
3 quo habemus de hoc ſtatutum expreſſum. † Super
ſecundo an d. do. Barth. poſſit comparere per pro-
curatorem ſuper aliis exceptionib. & defenſionib.
concernentib. merita cauſæ & innocentiam ſuam.
Et in hoc duo caſus ſunt conſiderandi. Primus ſi
eſt de iure communi. ſecundus de iure municipali.
De primo non videtur ſimiliter eſſe magna dubit.
quia communis ſententia eſt quod in cauſis crimi-
nalibus in quib. imponitur à iure communi pœna
à relegatione infra incluſiue pōt quis accuſatus ſe
per procuratorem defendere etiam vbi pœna rele-
gationis veniret imponenda. *vt eſt caſus in l. 1. in verſi.
ſed ſi ea cauſa ſit. ff. an per alium cauſa appellationu. & ibi
eſt gl. ordi. in verbo vſque ad relegationem. & idem no. gl. in
l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & in l. ſeruum quoque. §.
publice. ff. de procura. & hanc opi. tenet Iac. de Are. Odoſ.
Iac. Butri. & Guliel. de Cu. & Ray. & quaſi omnes. vt dicit
Bart. in d. §. ad crimen. in 2. col. in fi. & ſubdit in tertia col.
in fi. quod communiter tenent do. dictam opi. gl. noſtrarum*
4 † & minime mutãda ſunt. quæ longam interpreta-
tionem habuerunt *l. minime. ff. de legib. & dicit Bart.*
ibi quod ita iudicaret. licet Iacob. de Rauen. & Pe-
trus & Mar. ſil. dixerunt contrarium. Et quia vt di-
xi iſta eſt communis ſententia à qua non eſt rece-
dendum in iudicando. *vt no. Bart. in l. fi. C. de pœna iu-
dicis qui male iudicauit. & habetur per doct. in c. 1. & in c.
ut inſtarũ. extra de conſti. & in c. capellanus. extra de fe.
& per Bal in c. 1. §. iudices in fi. 2. col. in ti. de pace iur. fir. &
per Angelum in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui-
rend. hæreditate.* & maxime cum iſta ſit opi. commu-
nis nedum doctorum ſed etiam gloſſatorũ à quo-
rum opi. non eſt recedendum in iudicando *vt vult
Bal in c. 1. in fi. in tit. de natura ſucceſſionu feudi qui dicit.
& ego in dubiis in conſulendo opi. gl. multum ſequor.* quia
non poſſum adhibere meliori, *& idem vult Bal. in c.
1. circa medium 2. co. in ti. de gradi. ſucceden. in feud. vbi di-
cit quod in conſulendo. non receditur ab opi. gl. & ſimiliter
dicit in l. ſi procuratorem. in fi. ff. de procura. quod non eſt
tutum in conſiliis recedere ab opi. gl. & idem volunt Ia. Bu.
Ric. de Saly. & Bal. & Bart. de Saly. in l. 2. C. de ſentent. quæ
5 ſine certa quan. profe.* qui dicunt † quod in dubiis &
arduis qui habent iudicare vel conſulere ab opin.
gl. diſcedere non debet, & dicit ibi Saly. in fi. ſicuti
prouerbialiter vulgo dicitur qui neſcit qui equita-
re teneat ſe ad lignum ſelle ſeu arzonum & ideo di-
xit Bal. *in l. hæreditas. C. depoſiti* quod auctoritas gl.
cæteras auctoritates antecellit, & idem vult Ia. Bu.
*in l. 1. qui pro ſua iuriſd. & Cy. in l. 1. C. de act. & obliga. &
in l. non moriturum. poſt medium. C. de contrahen. & com-
mit. ſtip.* Et propterea ſtante iſta communi opi. glo-
ſato. & doctorum omiſſis diſputationibus quæ
hincinde fieri poſſint, ſequor ipſam, & concludam
quod ſi non imponeretur maior pœna relegatio-
6 nis in hac cauſa pōt interuenire procurator. † Sed
certum eſt quod de iure cõmuni pro crimine expi
latæ hæreditatis nõ imponitur maior pœna quam
relegationis, *vt probatur in l. 1. §. expilatores ff. de effra-
ctoribus & expilat. coniuncto §. fi. in fi. in ea. l.* Nec obſt. ſi
dicatur. *in §. ſi expilatores.* dicitur quod eſt pœna arbi-
traria pro tali crimine, ergo poteſt imponi pœna
etiam vſque ad mortem *vt eſt gl. notab. inſt. de inu. §.
in ſumma in verbo ordinaria.* Quia licet de illa gl. dubi-
tent doct. & videtur glo. contraria *in l. ſacrilegij ca-
pite in verbo conſiderandum dum dicit vt ſic capitis, vel ex-
7 traordinaria pœna. ff. ad l. Iul. peculatus* † & ſic ibi dictio
vel denotat quod alia ſit pœna extraordinaria, id-
eſt arbitraria alia pœna capitis, quia dictio vel ſo-
let poni inter diuerſa *l. hæc verba ille aut ille. ff. de verb.
ſig.* Tamen reſponderi poteſt clare & aperte etiam
ſi illa gl. in §. in ſumma eſſet vera quia tunc illa pro-
cederet quando ſimpliciter eſſet arbitraria pœna.
Secus quando eſt arbitraria de iure communi, &
ius commune determinat quod iſtud arbitriũm
non excedat vſque ad mortem, quia tunc illud ar-
bitrium eſſet limitatum, & limitata diſpoſitio li-
mitatum producit effectum. *l. in agris ff. de acqui. rer.
dom.* Sed in caſu noſtro licet in crimine expilatę hę-
reditatis ſit pœna arbitraria, *vt l. 1. §. expilatores. ff. de
effracto*

effracto. & expilator. tamen illud arbitrium eſt per
tandem l.fin.limitatum, vt oon excedat pœnam rele-
gationis vt patet ibi dum dicit dummodo ne quis
in plebeio operis publici pœnam inhoneſti rele-
gationis excedat. Et ita tenet In terminis Ioan.de
Imol. in l. 2. in verſi. quid autem ſi aliqua pœna.ff.de
publ.iudi.dum alleg.dictam l.1.§. expilatores. & §.fina.&
Ang. de Are.in ſuo tract. maleſi.in gl. in verbo & ſibi caput
à ſpatulis amputetur in vltim.colum.Sed d.d.Bartol.de
Thieois accuſatus non eſt plebeius ſed nobilis de
Thienis de Vincentia, ergo pœoa criminis expi-
latæ hæreditatis oon poſſit in eo excedere pœoam
relegationis, ergo per procuratorem poteſt ſe de-
fendere. Nec ob. vnum quod ei obiicitur, videli-
cet qood pœna quæ imponitur pro crimioe expi-
latæ hæreditatis infamat vt l.ſi te expilaſſe.C.de his qui
notan. infa. quia non ſequitur tale crimen eſt infa-
mia ergo accuſatus noo poteſt ſe per procuratorē
defendere, quia immo eſt diſtinguendum aut im-
ponitur pœna relegationis & ſupra oon poteſt.
Aut imponitur pœna relegationis & infra,& tunc
poteſt, vt l.prima ff an per alium cauſa app.& ſupra di-
xi, & eſt caſus in terminis de hoc in d. l.1.verſ.plane
ſi pecuniaria cauſa conuenta gl. in verbo ignomi-
nia.verſi. ſi io criminibus vero publicis vel priua.
8 † Et ſic infamia non eſt illa quæ habeat repellere
procuratorem accuſati, ſed qualitas criminis vt
patet ex prædictis. De ſecundo dubio, an de iure
municipali ſit prohibitus dictus dominus Bart. ſe
defendere per procuratorem. Et dubium facere
poteſt quia ſi eſſet accuſatus de furto magno eſſet
pœna mortis vigore ſtatuti, nec poteſt tunc ſe de-
ſendere per procuratorem per ea quæ dicta ſunt in
præcedeotibus. Ergo idem videtur dicendum in
9 crimine expilatę hęreditatis,† ex quo committens
a tale crimen dicitur fur improprie, a vt l.ſi te. C. de
his qui no.infami. & ibi no.per glo.& doc. & in l.de his.C.
de fur.Et ibi Bal.videtur in haoc partem tenere,dū
dicit quod in ſtatutis loquētib. de furtis vt fur poſ
ſit furcha ſuſpendi comprehenditur publicus &
famoſus expilator hæreditatis, procedeodo de ſi-
milibus ad ſimilia, immo de minoribus ad maiora
ſeo de poſitiuo ad comparatiuum per locum à ma-
iori. Sed certe iſta ſententia & opioio Bal. non eſt
vera quia ſtatutum loquens de furto maxime quo-
ad pœnam non debet extendi ad expilatorem hæ-
reditatis, quia vbi non conuenit diffinitio ibi nec
connenit diffinitū in l.1.§.1.ff.de dolo. Et no gl.in rubri-
10 ca extra de ſumma trini. & fide cathol. † Sed diffinitio
furti eſt vt ſit contrectatio rei alienæ inuito domi-
no, vt l.1.ff.de furtis & inſtitu. de obligatio. quæ ex ma-
leſi.naſ.in princip. ſed hæreditate iaceote quando ex-
pilatur non eſt domious. l.1. §.ſceuola. ff.ſi quis teſta-
11 men lib.eſſe iuſſus fuerit.ergo.† Item quia ad hoc vt ſit
furtum requiritur quod res ſubrepta ſit per aliquē
poſſeſſori, ſed iacente hæreditate non dicitur per
hæreditatem poſſideri ergo furtum oō dicitur fie-
ri, vt eſt caſus ad literam in d. §.ſceuola. S ergo non
eſt furtum ſequitur quod ſtatutum loquēs de fur-
to in eo non verificatur. l.ſi vero. §.de viro.cum ibi no.
ff.ſoluto.matrimo.Et ita nota. Salyce in l.de his. C. de fur.
Item probatur ad idem quia ſi expilatur hęreditas
res non efficitur furtiua alia ratione, quia vſucapi
poteſt l. ſi homo ff.de vſucapio. & no.Salyc.in l.ſi adducita
12 in fi. C. de furtis. & in l. de his eod. titu. † Item pro hoc
probatur, quia tituli criminis ſunt diuerſi & di-
uerſa nomina habēt in C.& ff. Nam titulus de fur-
tis eſt diuerſus à titul. de crimine expilatæ hæredi-
tatis, ergo diuerſus debet eſſe effectus. l.ſi idem.C.de
codicil. & quia ſeparatorum ſeparati debent eſſe ef-
fectus nec ex ſeparatis ſit bona illatio. l. papinianus
exuls.ff.de minoribus.& l.1.in fi.ff.de calumnis. cum ſimili-
13 bus. Item quia pœna eſt diuerſa. † Nam de iure cō-
muni pœna furti quandoque eſt furca, vt habetur in
auctenti.ſed nouo iur.C. de ſeruis fugit.ſed expilans hę-
reditatem nollo modo debet furca ſuſpendi nec
mori.vt in d.l.1.ff.de effrac.& expila. cum ſimi. vt ſupra
14 dixi ergo.† Itē quia furtum eſt nomē generis & cō-
prehēdit latrooem rapioam & expilatiooem hæ-
reditatis & furtum in ſpecie ſumptum. Ergo ſtatu-
tum loquens de furto debet iotelligi in ſua ſpecie
& non in ſuo genere, quia genus de ſe nō eſt pu-
nibile. Et debent iotelligi de illa ſpecie qua ſpe-
cialiter hoc oomine nuncupatur, & quæ nuda ab
15 alio ad vniuerſa profertur. † Nam latrocinium eſt
cum armis & violentum. raptus eſt furtum violē-
tum. expilatio eſt rei hære. non poſſeſſæ furtum
rei poſſeſſæ ſine violentia. Ad inſtar eius qood de
cautiooe dicitur in l.1. C.de procur. & in l.ſancimus. C.
de verbo.ſigni. & ad inſtar eius quod dicit de re pub.
ſine adiuo. prolata quæ intelligitur hodie fiſcali o-
lim Romanorum. vt no.Saly. in l.fin. C.de ſac.ſan.eccl.
16 † Et pro hoc etiam facit quia ſtatuta recipiunt in-
terpretationē declaratiuam & reſtrictiuā ſecundū
ius commune. vt l.2. C.de noxal.& habetur.in l.fin.§. in
computatione. C. de iure deliberandi. & l. vt gradatim.§.
ſed ſi l. ff.de muneribus & honoribus. & in c. cum dilectus
extra de conſuetud.&c. Et quia pœnalia ſuot reſtrin-
genda. l.ſi de interpretatione. l.ſi præſes. ff. de pœnis. Et
hanc partem contra Bald tenet Salyc.in d. l. de his.in
fi.C.de furtis.& in d l.ſi te.C.de his qui notantur infamiā.
Et non obſ. ratio Baldi dum dicit procedendo de
ſimilibus ad ſimilia ſtatuta de pœna furti quod ha-
17 beot locum in expilatore† quia in pœnalibus non
fit extenſio ex identitate ratioois. arg.l. cum gl.C.
de patribus qui filios diſtraxerunt. & ita no.doct.in l.ſi ve-
ro.§.de viro.ff.ſol.ma. Nec obſtat alia ratio Baldi dum
18 arguit a maiori de poſitiuo ad comparatiuum † qa
in correctoriis & pœnalibus non poteſt fieri extē-
ſio etiam ex maioritate rationis, vt habetur per glo.&
doc.in auctten.quas actiones.C.de ſa.ſan. eccl. & in l. Papi.
C.de appel. per Io. de Imo. in d.l.ſi vero.§.de viro. in 10.col.
verſi.2. caſu quando agitur de extenſione fienda in
exorbitantibus.ff.ſol. matri. & maxime quando cō-
currunt iſta duo quod ſiāt materia pœnalis & cor-
rectoria, quia tunc oullatenus pōt fieri extenſio.&
ſtrictam & non largam interpretationē recipit vt
eſt gl.valde notabil.in cle.vt hi qui in verbo in eiuſdem qua
incipit cathedralibus in fi. de ætate & qualit. Et ita etiam
tenet do.Domi.de S.Geminiano.ſequēdo illā gl. in c.1.in 4.
co.in fi.de tempori. ordin.in 6.Sed in caſu noſtro ſtatu-
tum imponens pœnam mortis pro furto eſt pœ-
nale correctiuum iuris cōis, vt patet ex no.in l.ſi fugi-
tiui.& in auctentic.ſed nouo iure.Cod. de ſeruis fugitiuis.
Ergo

Ergo non debet extendi etiam ex maioritate ratio-
nis ad crimen expilatæ hæreditatis, & iſta pars eſt
verior & tutior. Et ideo ex prædictis concludo
quod dictus do. Bartholo. poteſt ſe defendere per
procuratorem tam circa exceptiones dilatorias
quam peremptorias & ex caſu inoocentiæ ſuæ.

CONSILIVM LXXII.

SVMMARIA.

1 *Vicarius epiſcopi ſi velit procedere cõtra clericum primæ tonſuræ pro homicidio an per procuratores ſe defendere poſſit, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Procurator in cauſa capitali regulariter non admittitur.*

3 *Pœnarum genera de iure ciuili ſunt ſeptem. tria capitalia, & alia quatuor non capitalia.*

4 *Pœnarum genera de iure canonico ſunt ſuſpenſio, excommunicatio, depoſitio, intruſio, incarceratio & verberatio.*

5 *Homicidio, nec ad aliquam pœnam ſanguinis de iure canonico condemnari quis poteſt.*

6 *Pœnæ capitales & non capitales, vt eſt degradatio nũquam imponuntur, niſi quis directe accuſatus & cõuictus fuerit.*

7 *Pœnæ ad quas contra abſentes & non abſentes de iure canonico proceditur, quænam ſint.*

8 *Contumax de iure canonico qua pœna à relegatione infra condemnari poſſit.*

9 *Procurator in quibus criminibus non admittatur.*

10 *Argumentum à contrario ſenſu ſumi non debet, vbi abſonus intellectus, & iuri contrarius reſultaret.*

11 *Procurator in criminibus ad totam cauſam nõ admittitur, ſed ad innocentiæ cauſas allegandum.*

12 *Procurator in criminibus tribus modis interuenire poteſt.*

1 IN Chriſti † nomine ac inuocata Spi-
ritus ſancti gratia. Vicarius reuerendiſſimi domini epiſcopi Paduani vult
procedere per inquiſitionem contra
duos clericos primæ tonſuræ ſuſpe-
ctos, vt dicitur de homicidio, & fecit eos citari
procurator comparet cauſa defendendi eos, quæ-
ritur an poſſit. Et prima facie videtur dicendum quod
2 non, † quia in cauſa capitali regulariter nõ admitti
tur procur. *vt l. 1. ver. ſin autẽ. ff. an per aliũ cau. app.* Imo
etiã in cauſa in qua imponitur pœna à relegatione
ſupra non admittitur procurator *vt ibi no. per gl. per
illũ tex. & no. gl. in l. ſeruũ quoq. §. publice. ff. de proc. & in
l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. & no. doct. in dictis iurib.
& in l. reos. C. de accuſ.* Sed pro homicidio imponitur
pœna capitalis. *l. is qui cum telo. C. ad l. Cor. de ſica. & in
toto illo titu. & probatur in l. 3. C. de epi. audi.* vbi dicitur
homicida quod fecit ſemper expectet. Ergo nõ vi-
detur procuratorẽ admitti debere. ſed his non ob.
contrarium teneo eſſe de iure verius. Et pro clario
3 ri intelligentia. † Præmitto quod de iure ciuili ſe-
ptem ſunt genera pœnarum, tria ſunt capitalia &
alia quatuor non capitalia. Et ideo triplex eſt pœ-
na capitalis. Prima mortis. Secunda proxima mor-
ti. ſ. pœna metalli. Tertia pœna deportationis & in
opus publicum *l. ſi quis forte. §. ſi. cum duabus legib. ſeq.
ff. de pœn.* pœnæ vero non capitales ſunt quatuor.
Prima eſt relegatio ad tempus. Secũda eſt infamia.
Tertia dignitatis amiſſio. Quarta verbum experi-
mentum *d. l. ſi quis forte. §. ſi. & hoc no. etiã Inn. & Cano.
4 in c. qualiter & quando. 2. extra de accu.* † Secundo præ-
mitto quod alia ſunt genera pœnarum de iure ca-
nonico. ſ. ſuſpẽſio, excommunicatio, depoſitio, in
truſio, incarceratio, & verberatio ſecundum Ar-
5 chidia. *23. quæſt. 5. circumcelliones.* † Tertio præmitto
quod de iure cano. non poteſt quis condemna-
ri ad mortem etiam pro homicidio nec ad aliquã
pœnam ſanguinis, *c. ſentẽtiam ſanguinis. extra ne cleri.
vel mona. & 51. diſt. c. 1. & 2. & no. Inno. & doct. in ca. qua-
liter & quando. 2. extra de accuſat.* Sed eſt vna ſimilis,
quia relinquitur iudici ſeculari puniendus *c. ad fal-
ſariorum de crimine falſi. & de iudiciis. c. cum non ab ho-
mine. & 11. quæſtione prima illum.* Sed ſecunda pœna
capitalis ſcilicet damnationis in metallum non in-
uenitur ſæpe in carceribus impoſitis. ſed etiam po-
teſt æquiparari pœna carceris, quam pro grauiſſi-
mis criminibus eccleſia inflig. *de hæreticis. c. pen.* Et
idem dicendum eſt de 3. pœna capitali ſecundũ *In-
6 no. in d. c. qualiter & quando. 2.* † Quarto præmitto, &
iſtud bene notandum quod dictæ tres pœnæ capi-
tales & non capitales, vt eſt degradatio nunquam
imponuntur niſi quis directe accuſatus & conui-
ctus fuerit, *vt in c. dilectus 2. extra. de ſimonia.* Aliæ au-
tem pœnæ imponitur etiam ſi in modum inqui-
ſitionis procedatur, *vt d. c. dilectus. & in auct. vt nulli
iudi. §. ſuper hoc. Et ita eleganter no. Inno. in d. c. qualiter
& quando ſecundo quem ſequitur ibi Ant. de Butr. & alij
7 doct.* † Quinto & vltimo præmitto quod ad prædi-
ctas pœnas canonicas præterquam ad depoſitio-
nem proceditur abſente reo etiam contumace ſed
ad depoſitionem & ad alias pœnas vſque ad rele-
gationem non proceditur contra abſentem. *ff. de
pæ. l. abſentem. & 3. q. 9. decernimus, & ita no. Inno. in d. c.
qualiter quem Anto. de But. & docto. alij communiter ibi
ſentiunt.* His præmiſſis dico procuratorem poſſe in
teruenire pro dictis clericis ſuſpectis de homicidio
vt dicitur cõtra quos Vicarius vult procedere per
inquiſitionem quod ſic probatur, quando ſumus
in cauſa in qua non poteſt imponi pœna à relega-
tione ſupra. Sed ſolum à relegatione infra inclu-
dendo etiam relegationem poteſt procurator in-
teruenire ad omnem defenſionem, *vt eſt text. cum
gloſſ. in l. 1. ff. an per alium cau. appel. & dixi ſupra in prin.
pro alia parte negatiua.* Sed in caſu noſtro ex quo pro
ceditur ſecundum canones in foro eccleſiaſtico
per inquiſitionem non poteſt imponi pœna capi-
talis nec à relegatione ſupra. ſed ſolum à relegatio-
ne infra vt dixi ſupra in quarto euidentiali. Ergo
procurator pro eis poteſt interuenire. Secundo
hoc etiam probatur alia ratione quando quis ab-
ſens damnari poteſt ibi procurator poteſt interue-
nire vt eſt caſus in terminis *in l. ſeruum quoque. §. pu-
8 blice. ff. de procu. facit l. reos. C. de accuſ.* † Sed in iſta ma-
teria in qua vt dixi non imponitur pœna capitalis,
ſed à relegatione infra poteſt abſens condemnari
etiam contumax ſecundum Inn. & Do. *in c. qualiter
& quando ſecundo extra de accuſ.* & dixi ſupra in quar-
to euidentiali. Ergo procurator pro eis poteſt in-
terue-

teruenire. Nec ob prædictis *capi. veniens extra de ac-*
9 *cuſ.* † vbi eſt tex. quod in criminibus non admitti-
tur procurator qui loquitur in criminibus in qui-
bus abſens damnari poterat. Quia reſpondetur
quod in cauſa criminali vbi abſens damnari po-
teſt ibi procurator admittitur ad allegandum
cauſas innocentiæ ſed non admittitur generaliter
ad totam cauſam in qua poſſit prodeſſe & obeſſe
domino. Et ita loquitur *dictum c. veniens.* ſed in ſola
extenuatione innocentię criminis vel extenuatio-
nis abſentiæ non poteſt abeſſe domino, ſed ſolum
prodeſſe, & generaliter procurator in cauſa crimi-
nali non admittitur etiam pro abſente ſuſcipien-
do in ſe totam cauſam iudicii & iſto modo poteſt
intelligi *l. 1. ff. an per alium cau. app. Et ita poteſt etiam re-*
ſpondere ad l. 2. C. de proc. & poteſt illi l. ſecunda etiam re-
10 *ſpondere.* † quod ibi non debet ſumi argumentum
à contrario ſenſu quia reſultaret abſonus intelle-
ctus & iuri contrarius *contra l. ſecundam. C. de condi.*
inſer. & l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cle. cum ſi.
Et ex hoc ſequitur quod ſi ex forma ſtatuti abſens
poteſt capitaliter condemnari quod ibi ad defen-
ſam & ad allegandas cauſas innocentiæ admittitur
procurator & ita conſuluit Dyn. quem ſequitur d.
meus do. Ant. de Roſell. *2. q. 6. ſi quando. §. rum autem*
in 9. col. & in 8. colu. in prin. ibi concordando opinio-
11 nes ita dicit † quod abſolute ad totam cauſam pro-
curator nõ admittatur vbi abſens damnari poteſt
& priuari ſed ad allegandum cauſas innocentię ad-
mittatur etiam procurator & ita intelligatur. *l. ſer-*
uum quoque. §. publice. ff. de proc. coniuncta l. reos. C. de ac-
cuſ. vnde ex hoc ſecundo fundamento quod dicti
clerici citati non comparentes potuerunt procu-
ratorem mittere qui veniat ad allegandum cauſas
neđũ abſentiæ ſed etiã innocẽtię non tamen pote-
rũt domino nocere puta cõfitendo vel aliter quod
eſt notandum & eſt verum. Tertio principaliter
poſſet procurator in dicta cauſa comparere, & li-
cet non admitteretur ad plene defendendum in
cauſa capitali, & onus iudicii in ſe ſuſcipere ta-
men admitteretur ad inſtruendum & informan-
dum iudicem de innocentia, & iudex debet eum
audire & pro veritate inquirere, & ita ſingulari-
ter dicit do. Benedict. de Plumbi. *in l. amplius. in fin.*
per illum tex. ff. de liber. cau. allegat etiam l. fi. ff. ad l. Iuliam
de annona. & quod not. in l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iudi.
12 *facit l. & ſi non defendantur. ff. de pœ.* † Cõcludo itaque
ex prędictis omnibus quod proc. tribus modis po-
teſt interuenire. Primo ad informandum iudicem
de innnocentia inquiſitorum indiſtincte ſecun-
dum d. Bened. prout vltimo loco proximo dictum
eſt. Secundo ad allegandum cauſas innocentiæ tã-
quam procu. *in l. abſens quos damnari poteſt.* Sicut eſt
in caſu noſtro vt dixi ſupra ſecundum Ant. Roſel.
vt in ſecundo arg. principali pro inquiſitis dictum
eſt. Tertio poteſt proc. interuenire etiam ad omnẽ
defenſionẽ in caſu noſtro, ex quo proceditur per
viã tantũ inquiſitionis, & non poteſt condemna-
ri quis capitaliter ſed ſolum à religione infra vt ſu-
pra dixi in primo vel pro parte inquiſiti. addu. Et
ita omnem effectum poteſt & debet in dicta cau-
ſa proc. admitti.

CONSILIVM LXXIII.

SVMMARIA.

1 *Procurator in cauſa capitali an admitti debeat, ſuper hoc ſaltem quando dubitatur, an admitti debeat, ſtante forma ſtatuti alicuius loci, & an poſſit admitti poſt ſententiam latam ad inquirendum, numeris omnibus ſequentibus per totum conſilium.*

2 *Atteſtationibus publicatis poterit poſt deducta teſtificata inculpatus ipſos iterũ facere examinare, quando modus agendi variatur.*

3 *Procurator quo caſu ad faciendam aliquam ſummariam portionem admitti debeat.*

4 *Statuti forma quando in cauſa principali cõpromiſſum fieri debet ſi dubitetur, an etiam in aliquo debeat fieri compromiſſum, ſuper hoc dubio compromiſſum fieri debebit.*

5 *Cauſa principalis ſi ſummaria fuerit, omnes eius articuli ſummarij eſſe debent.*

6 *Iudici quando liquet non eſſe delictum, contra reum procedere non poteſt.*

7 *Exceptio procuratoria debet proponi in principio iudicij ante litem conteſtatam.*

8 *Exceptio vel defenſio, quæ poſt ſententiam opponitur, quando ipſam ſententiam non infringit, tunc opponi & deduci poteſt.*

9 *Statutum contra ius commune an & quomodo extendi debeat.*

10 *Statutorum extenſio in his quæ publicam vtilitatem vel fauorem publicum concernunt extendi poſſunt.*

11 *Facere illud quod poſſim per me, poſſum & per miniſtros meos ad hoc neceſſarios facere.*

1 IN Chriſti † nomine ac inuocata ſpi-
ritus ſancti gratia. Viſo ſtatuto Tar-
uiſii lib. 3. tractatu 9. cap. 13. ſub rubr.
quod maleficia & damna data & fa-
cta contra forenſes &c. Et viſa nar-
ratione facti ſupraſcripta. Dubitatur an dicti qui
ſunt condemnati ad inquirendum per magnifi. d.
poteſtatem Taruiſii cum ſua terra propter homi-
cidium cum ipſum in perſonam Scalabrini Vin-
centini poſſunt nunc ſe defendere per procurato-
2 rem *a* vigore ante dicti ſtatuti, etiam non compa-
rendo perſonaliter, quia ſi eſſemus in diſpoſitione
tãtum iuris communis nõ haberet dubium quod
non poſſent *per l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de proc. &*
in l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. cum not. in dictis iuri-
bus & per l. reos. cum ibi no. per Cy. Saly. & alios. C. de accu.
Sed ſtante dicto ſtatuto ſi eſſemus in principio iu-
dicii, quando procedebatur contra eos occaſione
dicti homicidii non videretur quodammodo ha-
bere dubium aliquod, quia ſi ipſi allegant ſe dictũ
homicidium commiſiſſe in perſonam dicti Scala-
brini forenſis cauſa ſe defendendi vel prohibendi à
violentia quã volebat d. Scalabrinus cõmittere cõ-
tra dictum Andreã bonum, vt in facti narratione
dicitur deberent audiri per procuratorẽ, ſicut ſta-
tutum permittit fieri ſummariæ aliquã fidẽ de prę-
dictis ad hoc vt intelligi poſſit, an debeant admitti
ad defenſionem per procuratorẽ nõ eſt plena pro-
batio quia iſtud nõ tangit merita cauſæ, ſed prępa-
ratoria & antecedẽtia *ar. l. 3. §. cauſa. cũ ibi no. per Bart.*
ff. de carbo. edicto. & per ea quæ not. Bart. in extrauagan.
ad re-

ad reprimendum in verbo ſummaria, & in l. a diuo pio. in §. in vēditione. ff. de re iudi. & no. per Pau. de Ca. in materia c. in 21. conſ. & per no. per Bar. in l. nam & poſtea. in §. ſi minor. ante ſi. ff. de iureiu. ibi etiam per Pau. de Ca. & per Cy. l. quod tempore. in 3. & 4. q. C. de tempo. in integ. reſti. pe-
2 *tend.* † Et publicatis etiam iſtis atteſtationib. poterit & poſt didicita teſtificata inculpatus ipſos iterum facere examinare, quia variatur modus agendi, *vt in c. veniens. extra de teſti. vt dicit nota. Paul. de Ca.*
3 *in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ſuper gl. 2. ff. de iureiu.* † Et ad faciēdum iſtam ſummariā probationem debet admitti procurator, quia ſicut appareret omnia interueniſſe quæ in dicto ſtatuto continētur poſſet procurator interuenire ad allegandum & probandum prædicta, iuxta formam dicti ſtatuti ita debet procurator admitti ſuper iſto articulo quādo dubitaretur ſi procurator deberet admitti per ea quæ no. Bar. *in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. in vlt. col.* quæ dicit per glo. ibi idem iudicandum eſt de incidē. i & præparatorio, quod eſt de ipſo prin-
4 cipali, vnde dicit † quod quandu ex forma ſtatuti debet in cauſa principali fieri compromiſſum. Si dubitatur an in aliquo debeat fieri compromiſſum ſuper hoc etiam dubio debebit fieri compromiſſum. Item pro hoc quod no. Bar. *in l. 3. in vl. col. ff. de alimen. & ciba. lega.* qui dixit notabiliter quod ſi ſtatutum dicit quod in cauſis damnorum datorum ſufficiat probatio per iuramentum quicquid illam cauſam quoquo caſu incidenter tangit poteſt per iuramentum probari *l. cum hi. in princi. ff. de tranſa. & idem tenet ipſe Pau. de Ca. & idem tenet Bal. in l. 1. in 1. col. ver. ſed pone ſtatutum dicit. C. de rebus cre. & iureiu.* Item pro hoc facit quod not. Bar. *in extrauag. ad reprimendum in gl. in verbo ſummarie in 5. col. in fi. ver. de ſecundo.* l.
5 quoniam cognoſcitur quando dicetur, † vbi dicit quod ſi cauſa principalis eſt ſummaria omnes eius articuli ſunt ſummarii. Item hoc probatur alia ratione inconuincibili. Nam ſi procurator non poſſet nec deberet admitti ad probandum & allegandum ſaltem ſuper hoc an debeat admitti tanquam procurator. Iſtud ſtatutum eſſet fruſtratorium inquantum loquitur de procuratore admittendo, quia ſemper poſſet iudex vel præ or dicere, nos nō ſumus in caſu ſtatuti nec volo admittere procuratorem ad dicendum ſi ſumus in caſu ſtatuti prædicti loquentis de procuratore admittendo, & ſic ſtatutum nihil operaretur, quia cogeretur ſemper principalis comparere quod eſt contra mētem dicti ſtatuti, *vt l. ſi quando. ff. de lega. 1. & c. ſi papa. de priui. li. 6. & probatur optime in l. fin. in prin.* ibi alioquin nec quicquam mihi caueretur, prout ibi Bar. declarat illum tex. Præterea dico quod ex quo forenſis volens violentiam inferre ciui Taruiſino vel inferēs poteſt impune occidi, vt dicitur in rubr. & nigro dicti ſtatuti, & quod contra occidentes non poſſet procedi per accuſationem vel inquiſitionem vel denunciationem quod etiam ſi ſtatutum mihi diceret de procuratore occiden. admittendo tamē ſi reus non audet comparere quilibet etiam tertius volens comparere dicendo ille qui fuit offenſus per talem poterat impune offendi vel occidi vigore dicti ſtatuti & producit ſtatutum, & de eo liquidat iudex debet illum reum abſoluere &
6 non poteſt vlterius procedere. † Et eſt ratio, q ali- quet iudici non eſſe delictum & iudiciū ſine actione procedere non poteſt, & eſt caſus ſecundum vnam lecturam gl. *in l. vbi pactum. C. de tranſa. & ibi hoc notat eleganter Bar. de bannito in pen. co. & ibi do. & idem no. Bar. in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procura. & ibi etiam dicit. Et idem notat Bar. in l. pen. §. ad crimen. in 7. col. in princi. ff. de publi. iudi. & ibi Moderni cum multis ſi.* Et prædicta procederent ſine dubio ſi eſſemus in principio iudicii, vt dixi. Sed dubium poteſt eſſe, quia nō ſumus in principio iudicii, ſed in fine, quia iam formato proceſſu proceſſum eſt ad ſentētiam
7 non diffinitiuam ſed ad inquirendum, † quia exceptio procuratoria debebat proponi in prin. iud. ante litem conteſt. *l. ita demum. cum ibi no. C. de procurat. cum ſi.* & non poſt latam ſententiam, & hoc videtur de mente dicti ſtatuti. ver. & quod licitum ſit ibi illi vel illis contra quos procederetur & ſic videtur loqui tantum ante proceſſum completum. Sed ad hoc poteſt reſponderi quod prædicta procederent quando condemnatus vel eorum procurator vellet venire contra ſententiam dicendo eam nullam & peteret procurator ſe admitti ad infringēdū vel dicendum nullum proceſſum vel ſententiam ad eā reuocandam quia tunc non poſſet nec etiam tanquam procurator nec tanquam principalis admitti. Sed ſi procurator vel alius vult allegare & probare d. Scalabrinum vigore ſtatuti potuiſſe occidi & procuratorē vel aliū poſſe interuenire non contrauenien do dictæ ſentētię poteſt, ſicut vult in caſu noſtro, quia ſententia fuit lata ad inquirendum & ad intelligendum veritatē & iuſtitiam condemnatorum quæ veritas, & iuſtitia eſt quod Scalabrinus fuit occiſus, & quia erat forenſis & fecit ea de quib. in caſu ſupraſcripto narratur, potuit impune occidi ſecundū formam antedicti ſtatuti. Et iſta exceptio & defenſio. Ita poteſt fieri & opponi poſt ſentētiam prædictam ſicut ante in principio iudi-
8 cii, † quia quando exceptio vel defenſio quæ opponitur poſt ſententiam non infringit ipſam ſententiam tunc poteſt opponi & deduci *vt probatur in l. Neuſcennius. in §. fin. & ibi Bart. & communiter doct. ff. de re iudic. & no. Bart. & doct. in l. ex diuerſo. §. 1 ff. ſolut. matri. & doc. in l. fi. C. de iure delib. cum ſim.* Nam procuratores dictorum qui ſunt condemnati nolunt impugnare ſententiam, nec ei contrauenire ſed declarare quod non ſunt inculpabiles maxime ſtante forma dicti ſtatuti vnde ſicut principales condemnati poſſunt comparere ad allegandum & probandum innocentiam ſuam, ita poteſt eorum procurator quia iſta proceduut à pari. quia dictum ſtatutum in caſu ſuo de quo loquimur vult quod tantum poſſit procurator in defendendo inculpatos abſentes quantum poſſent inculpati præſentes & ſic à pari iudicantur ergo quod eſſet in vno eorum poſt ſententiam prædictam puta in inculpatis vt poſſint perſonaliter comparere & ſe defendere maxime vigore dicti ſtatuti. Ita poterit ſimiliter eorum procurator ex quo procedunt à pari vt dixi & probatur *per textum cum gloſſa in verbo dicemus qua incipit locus à pari. in leg. ſi ſocer. in prin. ff.*

princip. ff ſol. mat. & per glo. in l. ſi de eo. in §. fin. in verbo teneri in prin. ff. de acqui. poſſ. & per gloſ. in l. nam & poſtea. in §. u. in verbo poſt litem. ff. de iureiur. quæ glo. volunt quod eſt bonum argumeoium à pari. Et inde licet ſtatutum loquatur de procuratore vt poſſit interueoire in cauſa capitali quando eſt occiſus fortaſſis in caſu in qno loquitur quando proceditur contra inculpatos tamen debet habere locum etiam poſt proceſſum inqoiſitioois factũ & latam ſeotentiam ad inquirendum per ea quæ dicta ſunt.

9 †Nec obſtat ſi dicatur ſtatutum eſt cootra ius commune ergo non debet extendi vltra caſum de qno loquitor *per gloſ. & doc. in autlen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. ſi vero. §. de viro ff. ſol. matr. & in cap. ſi. extra de conſuetu. & in c. 1. de tempor. ord. lib. 6. cum ſimilibus.* Quia reſpondetur quod illud ſtatutũ eſt propter publicam vtilitatem vt deterreãtur ſorenſes & remaneantur ne offendant ciues Taruiſinos & propter hoc voluit ſtatutum vt homicidium eſſet impunitum & cum nulla alia ratio poſſit aſſignari quam prædicta illa ratio habetur pro expreſſa *vt eſt glo. nota. in l. quamuis. C. de fideicommiſ. & ibi hoc not. Bald. & Pau. de Caſt. & Bald. in l. maximũ vitium. Cod. de lib. præte.* Si illa ratio habetur pro expreſſa ſequitur quod per illam rationẽ tacitam vel præſumptam quæ habetur pro expreſſa poteſt fieri extenſio etiam in correctoriis ſecundum Bald. ſiogulariter *in d. l. maximum vitium. C. de liber. præte. quem ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. ſi vero. §. de viro.* Sicut ſi ratio legis vel ſtatuti vera eſſet expreſſa *vt habetur per glo. & doct. in clemen. 1. in verbo eleganter de electione & per docto. & maxime in dicto. §. de viro. Flo. ponit in l. penulti. ff ſi quadrup. pau. fec. dic. & per Pau. de Ca.*

10 *in conſilio 333. cum ſimilib.* †Præterea dico quod in his quæ concernunt fauorem publicum vel publicam vtilitatẽ põt fieri exten ſio *vt no. eleganter Bal. in l. hoc modo per illum tex. ff. de condit. & demonſtra. Et idẽ vult Pau. de Caſtr. in co filio ſuo 23. in 2. colum. & Aug. in l. 3. §. vtrum. ff. ad Sillan. & idem vult Anton. de But. in c. fin. §. 4. reſtat extra de conſuetu. & ita tenent communiter doct.* Et propterea cõcludo quod dictum ſtatutum volẽs quod admittatur procurator debet habere locum non ſolum à principio quando procederetur cootra ioculpat m, ſed etiam poſt ſeotentiam latam ad inquireodum. Et magnificus dominus poteſtas cum ſua curia elegaoti poteſt & debet procuratorem admittere circa prædictos oon obſtante ſententia lata per ſuum prædeceſſorem quia per hoc non dicitur & io aliquo contrauenire. Poſſet forte vlterius dici quod prædicta ſint vera quantũ ad Andream bonum qui ſtabat io periculo mortis propter ea quæ ſupra in narratione caſus dicuntur, ſed non quantum ad ſocios puta Petrum Gatellum & famulum ipſius Andreæ boni, puta quia fecit ad ſui defeoſionem loquitur ſolum de illis qui faciunt cauſa ſe defendendi vel prohibendi ne offendatur non antem loquitur de aliis vt patet in ſtatuto ibi dum dicit, ille ſeu illi contra quos prædicta vel aliquod prædictorum committerent. Sed ad hoc reſpondeo quod dictum ſtatutum locum habet etiam in ſociis quia dictus Andreas bonus non potuiſſet ſe defendere vel prohibere ne offenderetur ab illo Scalabrino niſi habuiſſet ſocios adiuuaotes ergo, quod eſt permiſſum ſibi cẽſetur eſſe permiſſum ſociis ſine quibus hoc facere oon potuiſſet, quia quando conceditur voum omnia videntur eſſe conceſſa ſine quibus illud conceſſum ſtare vel operari non poſſet. *l. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. & hoc probatur in l. refectionis. ff. commun. prædi.* qui tex. ibi in verbo fallere allega-

11 tur, † quod poſſum facere per me poſſum & per miniſtros meos ad hoc neceſſarius facere, *& per hoc alleg. deciſ. Iacob. Butr. quam ſequitur Pau. de Caſtr. in d. l. refectionis* qui dicuut per illum text. quod ſi ex forma ſtatuti licitum eſt alicui vindictam ſumere dico quod ipſum offeodit quod ſtatu. videlicet ad reſreoandum maleficium, quia facit priuatum miniſtrum reipublicæ. *C. quando liceat ſine iud. vindi. l. 1.* quod ibi ſit licitum congregare amicos qui ipſum adiuuent ad hoc. Et quod illi non puniantur, ſicut oec principalis *& de hoc videtur eſſe gloſ. ſing in l. cum fundus. ff. de vi & vi arma. Sed glo. in l. Gracchus. C. de adul.* videtur requirere quod tales cõgregati debeant eſſe tales, quibus ille congregans poſſit præcipere vt ſunt filij. Sed in contrarium facit *text. in d. l. refectionis. & ea quæ ſupra dixi.* Et iſtam partem tenet Iac. But. & Pau. *in d. l. refectionis.* Et ita aliaa allegaui coram curia magn. domini poteſtatis Veronæ, & fuit in ſimili tunc per totam curiam iudicatum, videlicet quod ſicuti homicidium eſſet impuoitum quo ad offen. ita etiã quo ad eius ſocios, qui eum audiuuerũt. Et ita teneo eſſe iudicandum etiam in caſu iſto de ſociis Aodreæ boni, ſicuti de ipſo Andrea bono.

ADDITIO.

a Per pcocuratorem.] *Ad huius conſilij reſolutionem, vide d. Alex. in conſi. 116. in. 2. volum. Spe. in tit. de accuſ. §. 1. verſic. quid ſi accuſatus. in tit. de procur. §. ratione igitur. Ang. d. Alex. & doc. in l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & in l. reos. C. de accuſa. & multa quæ ſupra addidimus in pluribus præcedentibus con.*

CONSIL. LXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Pater hebræus an pro filio iudeo in cauſa capitali admitti poſſit, numero omnibus ſeq. per totum conſil.*

2 *Beneficium omne quod datur patri Chriſtiano pro filio ſuo Chriſtiano, an competat etiam patri iudæo pro filio ſuo Iudæo contra Chriſtianum.*

3 *Lex ciuilis in quibus legi moſaicæ non derogat, tunc ſi inter iudæum & Chriſtianum quæſtio fuerit, communis lex ſeruatur.*

4 *Iudæus rem Chriſtiani præſcribere poteſt, quoniam viuit more Romano & legibus Romanis.*

5 *Immunitas conceſſa incolis certi loci etiam ad iudæos extenditur.*

6 *Iudæi hodie non viuunt conſtitutionibus ſcribarum & phariſæorum.*

7 *Iudæi per aduentum Chriſti quæ priuilegia amiſerint.*

1 IN Christi nomine amẽ. † Pater poteſt admitti in cauſa capitali filij ad defendendum eum, *vt habetur per doct. in l ſeruum quoque. §. pub. ff. de procur. & in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud.*

& eſt communis doc. ſeotentia & ita communiter
2 obſeruatur & practicatur in iudicio.† Sed dubium
ſit nunquid iſtud beneficium quod datur patri
chriſtiaoo pro filio ſuo chriſtiano competat etiam
patri iudęo pro filio ſuo iudęo cõtra chriſtianum.
Et prima facie videtur diceodum quod non, quia
ſolet dici quod de his quæ foris ſunt nihil ad nos
ſecundum apoſtolum, *vt dicit tex. in cap. gaudemus in
prin. de diuortiis.* Item quia licet olim iudæi regeren-
tur conſtitutionib. humanis. ſ. ſcribarum & phari-
ſęorum, *vt 12. diſt. omnia tamen hodie non, vt ibi no. glo.
ſecundum Io. 8 diſt. ſi ſolum.* Item quia iudęi non debent
gaudere priuilegio cõtra xp̃ianos, *vt in c. Iudæi extra
de iudæis.* Itẽ quia priuilegio cõceſſa, iudęis perdide-
runt per aduentum Chriſti *vt l. iuſſio. C. de iudæis* Sed
veritas eſt in contrariũ quia Iudęi volunt iure cõ-
muni Romano quantũ ad iudicia *vt l. iudæus Romano
comm. C. de iuda.* Sed tractatur de modo iudiciali nũ-
quid pater poſſit pro filio comparere &c. Item
quia rationes quæ allegaotur pro patre chriſtia-
ni vt poſſit pro filio ſuo comparere in cauſa
capitali locum habent etiam io patre iudæo. Vnde
cum ſit eadem ratio in patre iudęo quæ eſt in patre
chriſtiaoo, ſequitur quod debet eſſe idẽ ius *l. illud.
3 ff. ad l. Aqui. & l. a Titia. ff. de ver. obl.* † Item quia in his
in quib. lex ciuilis non derogat legi Moſaicæ, tunc
ſi eſt quæſtio ioter iudæum & chriſtianum ſerua-
tur lex cõmunis & ſic chriſtiani. Secus ſi eſt quęſtio
inter iudæos tantum *vt tenet Io. Cald. in tit. de teſt. in 3.
con. Et refert etiam hoc Io. de An. in c. iudei. in pe. col. circa
fin. de iudæis.* Sed iſtud ꝙ pater admittatur pro filio
nõ derogat legi Moſaicæ qa ſaltem eſt præter illam,
& ſic non è contra, ergo habet locum illa lex ciui-
lis etiam in patre iudęo cootra cbriſtianum. Item
hoc probãtur alia ratione, quia ſi eſſet hoc verũ ꝙ
iudęi nõ poſſeot vti iure cõmuni ſequeretur quod
in foro ciuili litigantes chriſtiani vterentur iure
cõmuni Romaoo contra iudæos & iudæi nõ poſ-
ſent vti contra chriſtianos, quod non eſt dicendũ
& eſſet *cõtra dictam l. iudæus Romano. C. de iudeis,* quę lo-
quitur iod. ſtincte quod iudæi in iudiciis vtuntur
iure Romano communi. Itẽ quia non ſeruaretur
æqualitas in iudicio *contra l. fi. C. de fructib. & litis ex-
penſis.* Item quia claudicarẽt iudicia ꝙ eſſet *contra. l.
ſi de meis in prin. ff. de arb. & ibi gl.* quæ dicit qood non
debet claudicare iudicium. Item hoc etiam proba-
4 tur alia ratione; † nam iudæus põt præſcribere rem
chriſtiani, quia viuit more Romano & legib. Ro-
manis, *vt d. l. iudæus Romano.* licet non poſſit pręſcribe-
re rem eccleſiæ quia lege eccleſiaſtica non regun-
tur, *vt eſt gl. fin. 16. q. 3. porro.* quam ſequitur Ludoui-
cus pontanus de Roma in quodam ſuo ſingulari ꝙ
incipit. An iudæus poſſit præſcribere rẽ cbriſtiani.
5 *alle. etiam in ar. ad hoc 23. q. vlt. in c. diſpar.* † Itẽ pro hoc
quia immunitas conceſſa iocolis certi loci extẽdi-
tur ad iudæos ſicut grauamen, *vt dicit eleganter Bal.
in l. ſpadonem in §. iam autem. ff. de excuſ. tut.* Si ergo cõ-
ceditur iudæis in dubio fauor & priuilegiũ à iure
municipali etiam ſi de iudæis non fiat mentio,
multo magis debet concedi ſibi ius cõmune quod
facilius conceditur quam priuilegia *leg. eius militis.
§. militia miſſus. ff. de teſtamento milit.* Nec obſtant
rationes ſupra io contrarium deductæ. Et primo
dum dixi quod de his quæ foris ſunt nihil ad nos.
quia intelligitur quantum ad matrimonia, quia
ſtatuta in eis non ligant iudæos *vt not. in dicto capite
gaudemus. in prin. de diuor.* Noo obſtat ſecundo quod
6 dixi † quod iudæi hodie non viuunt conſtitutioni-
bus humanis, quia illud eſt verum de conſtitutio-
nibus ſcribarum & phariſæorum. *vt dicit gl. 8. diſtin.
ſi ſolus.* Sed conſtitutionib. humanis. i. iure commu-
ni Romano beoe viuunt *vt d. l. iudæus Romano. & ſupra
probaui per multa iura & rationes.* Nec ob. tertio dum
dixi qood iudæi noo debent gaudere priuilegio
cõtra chriſtianos io teſtificando cõtra chriſtiaoos
quia ibi eſt ſpeciale in teſtificatione, qa lex de ipſis
nõ confiditio hoc quia non põt erga homines eſſe
fidelis qui Deo extitit infidus, qa ſicut in fide chri-
ſtiani ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio humano du-
bii habẽtur. *vt dicit te. no. 2. q. 7. non põt.* Sed ꝙ ipſi iu-
dæi noo poſſunt vti iure cõmuni in defendẽdo fi-
lios ſuos etiam contra chriſtianos hoc non dicunt
7 iura, immo dicũt contrariũ, *vt ſupra declaraui.* † Nec
ob. quod dixi vltimo iudæos per aduentũ Chriſti
perdidiſſe omnia priuilegia ſibi cõceſſa. *per l. iuſſio.
C. de iudæis.* quia illa loquitur in priuilegiis quæ fa-
cilius amittũtur quam ius cõmune *d. l. eius militis. §.
militia miſſus. ff. de teſt. mili.* Sed quæſtio noſtra loqui-
tur non de priuilegio, ſed de iure communi taotũ.
Pręterea *d. l. iuſſio* ſeruatur tantũ in terris eccleſię in
quib. iudęi ſoluunt magnã collectã, *vt dicit Ang. in
d. l. iuſſio. & Io. de Ana. in d. c. iudæi in vlt. col. de iudæis.*

Vnde ex prędictis cõcluditur ꝙ in illis caſib. in
quib. poteſt chriſtianus pater pro filio ſuo chriſtia
no cõparere ad defendendum in cauſa capitali. In
illis caſibus poterit iudæus pro filio ſuo iudæo cõ-
tra chriſtianum compatere ad deſeodendũ filium
ſuum iudæum etiam in cauſa capitali.

CONSIL. LXXV.

SVMMARIA.

1 *Pœna legis corneliæ de ſicarijs an puniri debeat ille qui interficit aliquẽ turbantẽ in ſua licita vindicta, numeris omnib. ſeq. per totum conſilium.*
2 *Actore non probante reus abſoluitur.*
3 *Legis ſtatutariæ duorum capitum cõiunctione bona eſt argumentatio & firma ſumitur deciſio.*
4 *Statu permittẽs offẽſo facere vindictã quõ intelligatur.*
5 *Hoſtis publicus dicitur ille qui à ſtatuto offendi permittitur.*
6 *Hoſtis publicus qui efficitur, beneficia, & iura ſua ciuitatis amittit.*
7 *Defenſione ad ſuam præſumitur, quod quis fecerit ille qui poſt offenſam immediate percuſſit.*
8 *Incontinenti illud quod fit licite & illicite fieri poteſt, & quid ſuper hoc præſumatur.*
9 *Repercuſſio ad defenſionem facta dicitur, ſi ante conſumatam primam offenſam facta fuerit.*
10 *Percutiens cum lapide, ſi mors ex percuſſione ſequatur punitur licet non ad mortem puniatur.*

1 IN Chriſti † nomine ac inuocata ſpi-
ritus ſancti gratia. Viſis ſtatutis de
quibus in puncto fit mentio, & viſa
inquiſitione formata cõtra Mechum
puto

putoMechum ab inquiſitione abſoluendum fore,
quia contenta in inquiſitione non ſunt probata.
Et hoc primo. Item puto Mechum nullatenus te-
neri de morte Nicolai. Et hoc ſecundo. Redeo ad
primum & dico quod ſecundum ea quæ propo-
nuntur oon liquet Mechum aliquid feciſſe quod
dolum arguat, vt infra patebit. & contra eum in-
quiritur quod doloſe homicidium commiſit, ergo
ab inquiſitione & contẽtis in ea debet abſolui per
2 regulam vulgarem, † actore oon probante reus
abſoluitur. Secundo dico quod per narrata in pũ-
cto liquet Mechũ nil aliquatenus punibile com-
3 miſiſſe in perſonam Nicolai. quod ſic oſtendo † ex
coniunctione duorum capitum legis ſtatutariç bo
na eſt argumentatio & firma ſumitur deciſio, *vt l. gallus. §. ille caſus. de liberis & poſthumis. & ibi no.* Sed ex
coniunctione duorum capitum ſtatutorum. i. iun-
cto capite ſtatuti poſiti ſub rubrica de vindicta in
quibus caſibus ſit permiſſa inf. & nullus in quo ca-
pite vult ſtatutum quod nullus de coniunctis vel
conſortibus primi offendentis poſſit auxilium vel
fauorem præſtare quominus poſſit fieri vindicta
in perſonam primi offcodentis, & ſi contrafieret
dictus talis prçſtans auxilium vel fauorẽ poſſit vna
cum primo offendente in actu dictæ vindictæ im-
pune offendi ſicut poterat ille in quem vindicta
poterat fieri. Et iuncto capite ſtatuti poſiti ſub ru-
brica de pœna receptantis ex bannitos & daniis eis
&c. Licitum erat Mecbo vindictam facere in per-
ſonam Nicolai etiã occidendo eum. Nam per ſta-
tuta de pœna receptantis ex bannitos licitum erat
Mecho & cuilibet alteri ipſum Nicolaum vt in pũ-
cto præſumitur bannitum offendere. Si licitum eſt
offendere. ergo licitum eſt ipſum occidere, *vt nota- uit Bar. in lectura in l. miſſione. §. qui deficiunt. de capi. di- min. Ad quod c. ſi de hom. 6.* Nec ob. illud quod dicitur
in dicto ſtatuto de vindicta licita &c. ibi faciendo
tamen vindictam competẽtem, quia loquitur de
eo qui de banno vel condemnatione exemptus e-
rat, patet ſupra in eodem ſtatuto abſurdus enim ſo
4 re intellectus dicere, † quod ſtatutum permittat
offenſo facere vindictam in perſonam offenden-
tis, dum tamen faciat ipſam competentem, & ſi is
qui offenderat eſſe bannitus minus ipſum offen-
dere poſſit is qui ab eo iniuriam paſſus fuit quam
cæteri aliiqui ab eo nullam paſſi fuerunt ioiuriam
ideo noluerunt ſtatuẽtes prouidere tam abſurdæ
ſcilicet quod minus liceret contra bannitum inin-
riam paſſo quam liceret cuilibet oullam iniuriam
paſſo, ſtatutum ergo limitans licentiam vindictæ
loquitur de eo qui non eſt publicus hoſtis ſit vindi
cta præmiſſa fieri ab offenſo contra ipſum limite-
tur iuſto arbitrio. Non autẽ loquitur de eo qui nõ
eſt publicus hoſtis, vt vindicta permiſſa fieri ab of-
fenſo contra ipſum limitetur iuſto arbitrio, nõ aũt
5 loquitur de eo q. eſt publicus hoſtis. † Cũ enim per
ſtatutũ permittitur quẽ impune offendi. ille dici-
a tur effectus publicus hoſtis *a l. 2. in fi. ff. ad leg. Cor. de ſic. & d. §. qui deficiũt.* Et etiã effectus eſt publicus ho-
ſtis per ſtatutũ prohibẽs ipſum receptari per nota.
in l. fin. ff. de legat. licuit ergo Mecho vindictam face-
re in perſonam Nicolai abſque moderamine in-
culpatæ vindictæ quia qualitas perſonæ ipſius Ni-
colai abſque moderamioe inculpatç vindictç quiã
qualitas perſonæ ipſius Nicolai in quem poſſet fie-
ri competens vindicta etiam ſi oon eſſet publicus
hoſtis non meretur addici permiſſioni inculpatæ
vindictæ. iſtud moderamen ſiue temperamentum
ſcilicet quod ſit competens. nullis enim habenis
coercetur offenſio in perſonam publici hoſtis et-
iam à quocunque, immo cuilibet, licet vſque ad
mortem incluſiue ſæuire in eum. beneficium enim
modificationis vindictæ fiendæ per Mechum qui
offenſam paſſus fuerat, non prodeſt ei, qui poſt-
6 ea efficitur publicus hoſtis † quia qui efficitur ho-
ſtis publicus, perdit beneficia & iura ſuæ ciuitatis,
cui effectus eſt hoſtis, *vt dict. §. qui deficiunt.* & ibi ex-
preſſe ootat, licet quod ad eius incommodum non
deſinat eſſe ciuis eiuſdem ciuitatis. *ff. ad municipa. l. eius in fine & quod ibi notat. Et quod no. Dynus & Bar. in l. inter quos. §. damni. de damno infec. & facit text. in l. re- legatorum. §. interdicere. ff. de interdi. & relega.* Ex his
ſic breuiter introductis concludo quod Mecho li-
cebat facere perſonam Nicolai omnem vindictam
etiam eum occidendo, & ſic Mecho licuit ſic vin-
dicare vt etiam liceret ei Nicolaum occidere, ergo
licuit ei occidere Bologninum præſtantem opem
& auxilium Nicolao fratri ſuo ne poſſet fieri vin-
dicta in perſoõam ipſius Nicolai, vt in dicto ſtatu-
to de vindicta, *& in d. §. & nullus.* ibi & ſi contradi-
ceret dictus talis præſtans opem conſilium vel fa-
uorem poſſet vna cum primo offendente in actu
dictæ vindictæ impune offeodi ſicut poterat ille in
quem vel cuius perſonam vindicta poterat fieri. Et
ſic Mechus qui occidit Bologninum opem præ-
ſtantem Nicolao ne in Nicolaum fieret vindicta
nullam pœnam meretur cum fecerit ſtatuto per-
mittente. *l. gracchus. de adulteriis.* Vlterius quod Me-
chus non mereatur pœnam probatur ſic. In pun-
cto præſupponitur quod Mechus armatus cũ ſpa-
ta & cultello vna cum fratre & ſociis fecit inſultum
contra Nicolaum bannitum vt vindictam faceret
quam facere licebat ſtatuto permittente, & ipſo ac
Ludouico eius fratre & ſociis contra bannitum &
Iacobum eius fratrem rixantibus occurrerit Bolo-
gninus frater Nicolai cum baſtono percuſſit Lu-
douicum cum baſtono & eum proiecit in terram.
Et ſtatim dictus Mechus cum eſſet armatus cũ ſpa-
ta & cultello, vt in inquiſitione dicitur quç ſunt in-
ſtrumenta fabricata ad occidendum, non percuſ-
ſit cum aliquo ipſorum, ſed collegit lapidem &
proiecit contra Bologninum. Et conſtat lapidem
non eſſe inſtrumentum directe aptum ad occidẽ-
dum *l. omne delictum. §. ſi quis commilitonem. ff. de re mi- li. & l. 2. C. de emenda. ſeruorum.* vnde conſtat eum di-
ligentem fuiſſe & non culpoſum in percutiendo.
non enim cum enſe quem ſecum habebat qui eſt
inſtrumentum aptum ad occidendum. Sed cum
lapide qui eſt inſtrumentum non aptum. Et aduer
tendum puto quod rixç inter Bologninum & Me-
chum principiũ dedit Bologninus qui cũ baſtono
venit ad auxilium prçſtandũ Nicolao, quod facere
non licebat prohibẽte ſtatuto. Sic enim quem dare
principium rixæ cõſiderauit, *gl. in l. ſi ex plagis. §. ta-*

bernarius in prin. l. cũ pars cepit facere offenſam illicitam.
Ergo licuit Mecho ipſum percutere nec eum im-
pediret. Vnde iure ſuo ſcilicet ne impediret eum
vindictam facere contra Nicolaum bannitũ, ma-
xime quia Bologninus tunc ſuperueniens percuſ-
ſerat, & in terram proiecerat Ludouicum auxiliã-
tem Mecho. & poſt incontinenti Mechus percuſ-
ſit Bologninum ad defenſionem, ergo iuris ſui ſ.
iuris vindicandi percuſſit, & cum moderamine in-
culpatæ defenſionis dicti iuris ſui vindicãdi, quod
patet. ſ. quod cum moderamine inculpatæ defen-
ſionis ex qualitate inſtrumentorum de directo fa-
bricatorum ad occidendũ vt ſpata & cultellus, quę
quidem inſtrumẽta ſecũ habebat, vt ſupra. & cum
eis non percuſſit, ſed cum lapide. Item ꝙ ad defen-
ſam percuſſerit, patet ex ordine actuũ, quia pręceſ-
ſit offenſa & probabilis terror vlterioris offenſę, *vt
d. §. tabernarius. & C. vnde vi. l. 1.* Et ẽt tẽpore permiſſo,
7 quia incontinenti poſt offenſam. † Ex hoc. n. quod
poſt offenſam & incontinenti fecit, præſumitur ꝙ
ad defenſionem fecerit & inſtante percuſſore, *vt d.
§. tabernarius. & l. 3. §. cum igitur. de vi & vi arma. & l. 2.
& 3. C. de ficar.* niſi contrarium probetur, *vt dicit glo.*
8 *ſuper ver. niſi in d. §. tabernarius, & eſt tẽ. dicit Ia. Bu.* † q a
cum illud quod incontinenti fit fieri poſſit licite &
illicite. Licite videlicet ſi ad repellendũ offenden-
tẽ, & illicite ſi ad vindictam in dubio pręſumitur ꝙ
licite, quia cum actus poſſit ſe habere ad licitũ & il-
licitum præſumitur quod factum ſit licite, & plus
9 dicõ in propoſito noſtro. † Repercuſſio dicitur fa-
cta ad defenſionem ſi fuerit facta ante conſumma-
tam primam offenſam, *vt l. 2. 3. & 4. C. de fic.* & ita fuit
in caſu noſtro. ante enim quam Bologninus cõſu-
maſſet impedire & prohibere Mechum facere vin-
dictam ſuã Mechus ipſum percuſſit. Itẽ dicitur fa-
cta ad defenſionem ſi eſt facta durante eadem rixa
vt in d. §. tabernarius. & plus aduertẽdum arbitror in
caſu noſtro. quia percuſſio facta per Mechũ in per
ſonam Bologinini in omnẽ caſum fuit licita, quia
ſiue dicam quod Mechus percuſſit ad defenſionẽ
vt dixi, ſiue ad vindictam, q a ille Bologninus per-
cuſſerat Ludouicum fratrẽ ſuum licite fecit. Nam
ſtatim percuſſit Bologninum cum lapide, qui Lu-
douicum fratrem ipſius Mechi, tunc percuſſerat
cũ baſtono, vt in d. ſtatuto de vindicta ibi & ab eius
coniunctis & de eadem domo & progenie &c. Et ſi
dicas & Mechus in vindicando exceſſit modum, &
ſic ſi nõ tenetur. *l. Corn. de fic.* ſaltẽ tenetur quia plus
fecit *l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. de adul.* Reſpõdeo
immo non exceſſit. nam in perſonam Nicolai ban-
niti vindicta non recipit metam, ergo nec recipit
metam in perſonam Bologini reſiſtẽtis ne in Ni-
colaũ Mechus vindictã faceret vt modo dixi. per-
cuſſit enim Bologninus Ludouicum ne ipſe Ludo-
uicus & Mechus vindictam facerent cõtra Nico-
laum, & ſi metam reciperet, vt q a nõ fuiſſet ban-
nitus ille Nicolaus, adhuc dico quod Mechus in
nullo tenetur, quod patet. Nã ex qualitate inſtru-
menti cum quo percuſſit conſtat quod non fuit in
culpa, quia cum lapide percuſſit ex quo enim lice-
bat ſibi percutere ad vindictã illũ qui fratrẽ ſuum
percuſſerat cum baculum & cum in terram proie-
cerat: non eſt in culpa. Nõ enim percuſſit cum enſe
quem ſecum habebat ſed proiecit lapidem, vt ſu-
pra dixi. Et ſic dictis ex percuſſione illa mortuus
eſt Bologninus, ergo qui percuſſit doloſe egit. Re-
ſpondeo quod conſequentia non eſt vera, quia nõ
conſideratur effectus qui ſequitur ex percuſſione,
ſed qualitas inſtrumenti cum quo facta eſt per-
cuſſio. *vt l. 1. §. diuus. & §. ſed ſi claua. ff. de ſicar.* Nec ob-
10 ſtat ſi dicatur † percutiens cum lapide ſi ex percuſ-
ſione mors ſequatur punitur, licet nõ puniatur ad
mortem, *vt l. omne delictum. §. ſi quis commilitonem. ff.
de re mili. & l. 1. C. de emen ſer.* Vbi prima facie videtur
caſus quod Mechus teneatur de culpa. Nã reſpon-
deo per id quod dixi quod vindicta in Nicolaum
bannitum non reſtringitur ad certos limites & per
conſequens nec reſtringitur ad certos limites. vin-
dicta in perſonam Bolgnini opem & fauorem prę-
ſtantis ipſi Nicolao ne cõtra ipſum Nicolaum fie-
ret vindicta. Item reſpondeo aliter. ſcilicet quod
leges illæ loquuntur in eo cui non licuit percutere
cum lapide, ideo punitur de percuſſione illa, ſed
nos ſumus in caſu in quo licuit percutere cum ali-
quo inſtrumento non apto ad occidendum, licet
ad nocendum ſic, vt puta cum lapide percutiendo
licuit Mecho vindicare percuſſionem, tunc cum
baculo factam in Ludouicum fratrem ipſius Me-
chi. ſiue ergo dicamus. vt ſupra eſt oſtenſum quod
Mecho licebat occidere Bologninum etiam cum
gladio conſtat Mechum nullatenus teneri de mor
te Bolognini, ſiue dicamus quod licebat Mecho
percutere, ſed non occidere. dicam quod cum non
percuſſerit Bologninum cum inſtrumento apto
ad occidendum. vt eſt lapis *per d. §. ſi quis commilito-
nem. & d. l. 1. de emendatione ſeruorum.* Concludo quod
Mechus illam culpam commiſit percutiẽdo Bolo-
gninum. percuſſit enim cum inſtrumẽto ſibi per-
miſſo. vnde dicta iura quę loquuntur de occidente
cum ſaxo in ratione ipſarum faciunt pro Mecho &
non contra ipſum, quia probant quod ſaxum ſiue
lapis non eſt inſtrumentum aptum ad occiden-
dum. percuſſit ergo cum inſtrumento cũ quo per-
cutere licebat, & ſic Mechus nullatenus teneretur
ad aliquam pœnam. & hæc ſcripſi gratia alicuius
collationis habendę ſuper quæ dicuntur pro parte
Nicolai ex vna parte, & ſuper his quæ dicuntur
pro parte Mechi & ſociorum ex altera. Alias enim
vt puta ſi quæſitum fuiſſet quæ eſſent partes iudi-
cis ſuper dicta inquiſitione quæ nullatenus vt dixi
eſt probata reſpõdiſſem partem iudicis eſſe in ab-
ſoluendo Mechum ab omnib. in inquiſitione cõ-
tentis. Inquiſitus eſt n. Mechus de dolo. ſ. ꝙ doloſe
& appenſate animo & intẽtione &c. Fecit inſultũ
cõtra Bologninũ, vt ſupra patet in inquiſitione. &
non eſt ꝓbatum ꝙ fecerit inſultũ immo cõtrariũ.
nec eſt probatũ aliquid ꝙ arguat Mechũ dolum a-
liquẽ cõmiſiſſe in percutiẽdo Bologninũ. Ideo di-
co ꝙ Mech. debet abſolui à contẽtis in inquiſitio-
ne, q a nõ cõſtat curię cõtenta in inquiſitione vera
eſſe. De culpa vero nemo eũ accuſat nullus ingrie
gs ergo eũ cõdẽnabit certe nullꝰ. Pręterea & ſi accu
ſaretur de culpa nullo alio ꝓbato q̃ narretur in pũ
cto dicerẽ eũ abſoluẽdũ fore q a nil pręſupponitur
in pun-

in puncto propter quod poſſit condemnari in ali-
quo, vt ſupra liquide conſtat.

ADDITIO.

a Publicus hoſtis.] *ad hoc vide Pau. de Ca. in conſi. 30. & in*
conſi. 33. d. Ale. in conſi. 73. in 1. volu. & in conſil. 106
in 2. volu. Bar. in l. amiſſione. in verſic. aduertendum
eſt ff. de capi. diminu. Bal. in l. 1. in verſic. & propterea
talis bannitus. C. de hered. inſti. & in l. 2. verſic. ex his
C. de ſum. trini. & fide catholica.

CONSILIVM LXXI.

SVMMARIA.

1 *Delicta plura an dici debeāt, ex eo quod eadē blaſphe-*
mia verba per tēporis interuallū diuerſis vicib. dicta
fuerint, & hoc etiam inquiſitus confeſſus ſit, vel v-
num tantum maleficium dicatur, ita quod pro v-
no tantum puniri debeat, & quando dicatur vnum
delictum vel plura, numeris omnibus ſequentibus per
totum conſilium.
2 *Maleficia diuerſa an dicantur etiamſi eiuſdem ſpeciei*
fuerint.
3 *Delicta plura ad hoc vt appareant, cauti aſſeſſores fa-*
ciunt apponi quod quis pluries furatus ſit, & diuer-
ſis temporibus.
4 *Delicti diuerſitatem vel pluralitatem ſolius temporis*
interuallum non inducit, ſed diuerſi impetus.
5 *Verborum plurium interpoſitio, quæ de duob. intelligi*
poteſt, non facit actum incontinenti non eſſe factum.

1 IN Chriſti † nomine amen. Viſa in-
quiſitione formata p poteſtatē mō
tis ſcilicis, videlicet quod Mathcus
duabus interpellatus vicibus dixit
hæc verba. Se Dio il dieeſſe io diria
chel menteſſe per la gola. Et prædicta verba fue-
runt prolata per d. Matthꝫum ſeparatis vicib. per
interuallum temporis reſpondendo ad diuerſa d.
Stephani ſabaini interuenientib. inter dicta duo
verba blaſphemoſa pluribus & variis locutioni-
bus inter dictas partes. Modo quæritur pro quot
blaſphemiis dictus Mattheus debet condemnari
attento ſtatuto dicēte quod pro qualibet vice ſol-
uat blaſphemans pœnam certā preſuppoſito quod
prædicta confeſſus eſt.

In Chriſti nomine ac innocata ſpiritus ſancti
gratia. In præſenti puncto videtur dicendum quod
pro duabus blaſphemiis iſte Mathcus ſit conde-
2 mnandus. Primo ratione interualli temporis. † vn-
de videtur quod diuerſa dicantur maleficia etiam
ſi eiuſdem ſint ſpeciei pro hoc quod no gloſſ. *in l.*
nunquam plura. ff. de priua. delic. in gl. quæ incipit ex in-
teruallo. curſus nim plurium blaſphemiarum nō
dat illarum impunitatem *d. l. nunquam plura pro quo*
facit quod not. Iac. Butr. & refert Bal. C. de ſeruis fugitiuis.
authen. ſed nouo iure in quaſt. Item quid ſi coofitetur.
3 † vbi dicit quod cauti aſſeſſores vt videtur fuiſſe
dominus poteſtas faciūt apponi, quod quis fura-
tus eſt pluries diuerſis temporibus cum temporis
interuallo vnde datur intelligi quod delicta ſint
plura, poſtquam interuallum temporis interue-
nit etiam ſi eiuſdem formæ ſpeciei, vt dixi hoc vi-
detur etiam confirmari per verba inquiſitionis di-
centia pluribus & variis locutionibus hincinde fa-
ctis inter dicta verba blaſphemātes. vnde colligi vi
detur quod nō vnus fuerit animus cōtinuatus. vn-
de vnicum dici debeat maleficium, ſed plura quia
diuertit ad varia verba, *vt l. cum antiquitas. C. de te-*
ſtamentis cum ſim. His tamen non obſtantibus in ca-
ſu noſtro credo dictum Mattheum inquiſitum nō
poſſe niſi pro vna blaſphemia cōdemnari pro quo
liquidando præmitto quod cū eſt facta inquiſitio
& cōfeſſata eſt, habet tamen dubiū aliquod quod
poteſt interpretari in diuerſos ſenſus ſumitur in
partem benigniorem pro confitente, *vt ff. de iudic. in*
l. ſi quis intentione ambigua. & quod no. extra de accuſat.
c. cum dilecti. extra de ſponſalib. ex litteris. & no. Bal. in di-
cta auth. ſed nouo iure ibi. Item quid ſi confitetur.
Modo ad propoſitum cum hic ſint duo verba idē
importantia. Vna eſt blaſphemia eodem impetu
prolata. *argumen. l. vnum ff. de teſtament. & l. cum fi-*
lium. §. cum. ff. de legat. 2. Et hoc eſt de mente Bar. in l. item
apud labeo. §. ſed quod adducitur. ff. de iniuriis. vnus enim
eſt effectus criminis ex dictis verbis ſcilicet conui-
tiandi Deo vel ipſum blaſphemandi. vnde vnum
debet dici delictum. & ſi pluries repetitum pro
hoc *l. illud in fine. ff. ad legem aquil. & facit. ff. de verbo-*
rum obligatio. l. quis is idem. & hoc indubitanter eſt ve-
rum ſi eodem contextu fuiſſent prolata. Sed quia
dicitur ex interuallo, & interpellatis diuerſis ver-
bis per quod videtur quod diuerſę ſint blaſphemię
vt dixi, eſt aduertendū, quod adhuc oppoſitū cre-
4 do. † Nam ſolius temporis interuallum non indu-
cit diuerſitatem vel pluralitatem delicti ſed diuerſi
impetus, *vt ff. de adulteriis l. quod ait lex.* cum ergo in-
quiſitio dicat quod per interuallum temporis &
diuerſis tēporibus d. Mathęus dixit d. verba, & hoc
poſſit intelligi diuerſis temporibus, tamen conti-
nuatis cum temporis interuallo vno tamen impe-
tu cōtinuato vnum dicetur maleficium & vna bla-
ſphemia & non plures, quia vt dixi interpretatio
mitior eſt fienda pro confitente in caſu dubii. &
hoc decidit Bart. *ff. de priuatis delict. l. nunquam plura.*
vbi expreſſe decidit quod non ſufficit dicere per
interuallum temporis. Sed debet videri an eſt di-
ctum quod impetus ſint diuerſi. Et idem dico de
interpoſitione plurium & diuerſorum verborum
interpoſitorū inter dicta verba blaſphemantia vt
non inducant pluralitatem delicti; tanquam ſint
diuerſis temporibus prolata. Hoc probatur. *ff. de*
5 *verb. obli. l. quæ extrinſecus.* † Nam interpoſitio verbo-
rum plurium quæ poteſt intelligi de duobus. *vt l.*
vbi numerus. ff. de teſtib. non facit actum incontinen-
ti non eſſe factum. pro hoc bene facit quod notat
Bal. *in l. cum antiquitas. C. de teſtam. referens no. per Gl. &*
6 *Dy. ff. de teſtam. l. hæredes palam §. fi.* † videlicet quod a-
ctus extraneus momentaneus ſicut eſſe actus do-
nationis non facit teſtamentum non dici confe-
ctum eodem cōtextu. ita interpoſitio plurium ver-
borum non facit propterea quod dicta verba bla-
ſphemantia non ſint prolata eodem impetu. vnde
vna debet dici blaſphemia & non plures & vnum
maleficium & non plura. & hoc bene probat *d. l.*
quæ extrinſecus. de verbor. obligatio. Ex quib. concludo
quod ſtante confeſſione Matthei dubia prout eſt
inquiſitio quod dict. Mattheus debet condem-

nari pro vna blaſphemia non pro plurib. Pro hoc
bene facit *c. odia. de regulu iur. & eo. ti. in pann.* Et hoc
iudicio ſaniori ſemper ſaluo.

CONSIL. LXXVII.

SVMMARIA.

1 *Inquiſitus ſi quiſpiam fuerit quod falſos bagatinos expendiderit, qua pœna puniri debeat, numero omnib. ſeq. per totum conſilium.*

2 *Commiſſis in ſimpliciter iudicis arbitrio, quomodo mortis pœnam iudex eligere poſſet.*

3 *Delicta etiam de quibus cognoſci non poteſt, delicti pœnam aggrauant de quo cognoſci poteſt.*

4 *Falſa moneta illa dicitur, quæ ab eo cuditur qui illam conficiendi auctoritatem non habet.*

5 *Falſam monetam expendens qua pœna puniatur.*

6 *Pœnam legis Corneliæ quomodo falſam monetam expendens euadere poſſit.*

7 *Falſam monetam, puta ab alio diminutam expendens minor deceptio eſt.*

8 *Falſitatum pluribus ſpeciebus quando quis vtitur quomodo puniatur.*

9 *Delictis pluribus ad vnum finem tendentibus quomodo quiſpiam multetur.*

1 IN Chriſti † nomine ac Inuocata ſpiritus ſancti gratia. Viſa inquiſitione formata contra Paulum bello nauere de Venetiis. Eſt videndũ quę ſint partes domini iudicis in condẽnando ipſum Paulum & videtur dicendum quod do. poteſtas & eius curia poſſit contra ipſum animaduertere vſque ad impoſitionem mortis incluſiua, quia ſtatutũ imponit hoc in arbitrio iudicis vt eũ flãmis vrat vel pœna pecuniaria affligat pro qualitate criminis & perſonæ. & ꝙ hoc caſu poſſit arbitrari ad mortem ſecundum quod vult gl. *inſti. de iniur.*
2 *in §. in ſumma.* quæ vult † quod in commiſſis ſimpliciter iudicis arbitrio iudex poſſit eligere pœnam mortis abſq; eo quod ſtatutũ in hoc caſu expreſſe diſponat quod poſſit eũ damnare flãmis vrendũ ꝙ aũt poſſit arbitrari mortẽ in hoc caſu probatur, q̃a inquiſitio dicit quod de paruulis pecuniis pluries & pluries ipſe Paulus expẽdi fecit, & licet mitius puniendus ſit vtẽs falſis pecuniis, vel re illa quam ille qui fabricat. *vt l. ſi falſos. C. de falſis.* & quod ibi no. tamen ex reiteratione expendẽdi videtur aggrauari pœna per *l. 3. C. de epiſco. audi. in fi.* Nã ex reiteratione dicitur inducta cõſuetudo. *facit l. quicunque. ff. de ſer. fugi. & quod ibi no. concordat 25. q. vlt. §. ita nos in princ. ver. quapropter. & ff. de re milit. l. 3. §. ſi plures.* quia tales reiterationes videntur inducere perſeuerantiã delicti. *vt l. 1. C. de ſuper ex action. li. 10. & l. omnes. C. de delato*
3 *eod. lib.* † Delicta enim etiam de quib. cognoſci non poſſet aggrauant pœnam delicti de quo cognoſci poteſt. *vt not. Bart. in leg. ſi cui §. cui ſacrilegium. ff. de accuſ. Bal. in auct. ſed nouo iure. C. de ſer. fu.* in quæſtione quæ incipit. ſed dubitatur nunquid furta. Rurſus ego pondero quod ille Paulus cum ſtampis conatus fuit cudere ſiue percutere groſſonos argẽteos. non tamen perfecit quia non potuit & hoc tamen non minus puniendus eſt quod falſam monetam
4 groſſorum non cuderit ſiue formauit. † Nam illa dicitur falſa moneta quæ cuditur ab eo qui illam conficiendi auctoritatem non habet. i. * no. Inno. *in c. quanto. de iureiur. & Bar. refert in l. qui fal. aut mone tam. ff. de falſis. & eſt pœna. l. Cor.* deportatio & omnium bonorũ publicatio. *vt l. 1. in fi. ff. de falſis.* Et licet abſoluatur à pœna ille quem pænitum *vt d. l. qui falſam.* non tamen abſoluetur ille per quem non ſtetit quin conſumaretur delictum. iuxta ea quæ notantur *in l. qui ea mente ff. de fur.* ita conſidero quod iſte etiam fabricauit falſos paruulos, licet ei. vius non fuerit, quia rectam ſtampam imprimere non potuit, & ſic videtur puniri dicta pœna falſi & reiteraſſe delictum cum primo conatus fuerit cudere groſſonos, & poſtea conatus eſt formare bagatinos. Ex quib. videtur quod aggregatis iſtis delictis pœna poſſit arbitrari ad mortẽ *per gl. in d. §. in ſumma inſtituta de iniuriis.* quæ ſic debet intelligi. Sed mentem ſtatuentium intuendo quæ ſatis eſt iuri communi conform. s. Ego credo contrariam ſententiã veram fore, vnde pondero iſtorum delictorum
5 qualitatem. † Et prima circa modum expendendi
a nam hic non expendit falſam monetam auream vel argenteam vt daret plumbum, vel ſtagnum argenti loco quo caſu eſſet pœna *l. Corneliæ de falſis,* quæ eſt vt dixi deportationis & publicationis bonorum. *d. l. lex Cornelia. & l. 1. ff. de falſis in fi.* ſed expendit es in paruulis ereis, quo caſu pœna non eſt legis Corneliæ, ſed eſt extraordinaria pecuniaria pœna, *vt l. ſacculary. ff. de extraordina. crimi. & ita pulchre*
6 *notauit Bar. in d. l. lege cornel. ff. de falſis in princip.* † vbi dicit multos à pœna legis Corneliæ cauiſſe. & licet quidam Moderni velint iſtud dictum reprehẽdere dicentes quod eſt eadem ratio in expendente aliam falſam monetam quam plumbeam vel ſtagneam, vt ſi expenderet pecuniam æream pro aurea. Iuxta notata *in l. 1. ff. de pig. actio. & l. ſi cum aurũ ff. de ſolu.* tamẽ credo quod Bar. in caſu ſuo bene dicat,
7 † vt ſi aliquis pecuniã argenteam forte ab alio diminutã expẽdiderit, vel pecuniam ęreã pro alia pecunia ærea expẽdiderit ab alio fabricata, vt in caſu noſtro, tunc cũ non ſit tanta deceptio quanta eſt cum datur plũbea vel ſtagnea non debet eſſe tanta pœna ſecundum ſententiã Bar. licet eadem eſſet pœna ſi voluiſſet dare es pro auro, quia grauior pœna imponitur falſanti aurum quam falſanti alia metalla, *vt l. quicunque nummos. ff. de falſis.* Eſt enim pœna tunc vt liberi beſtiis dentur, ſerui vero ſupremo ſupplicio afficiantur. Ex iſtis ergo patet quod quamuis Paulus expendi fecerit tales nummos nõ inciderit in l. Cornelia de falſis. Item ex eo quod reiterauerit actum expendendi pluries tales paruulos
8 non credo quod augmentari debeat pœna, † quia quando quis vtitur pluribus ſpeciebus falſitatum vt puta ad probandum in vna cauſa induxit plures falſos teſtes & plura inſtrumenta, a ſe tamen non confecta, tunc nõ punitur niſi vna pœna & dicitur eſſe vnum falſum. *ar. l. ſi falſos. C. de falſis. & hoc videtur dicere Bal. in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis in quæſt. quæ incipit.* Item facit ad quæſtionem. & eſt de mẽte Bar.
9 *in leg. inficiando §. ſuſans. ff. de furtu.* † vbi punit occidentem plures falſos teſte ad vnũ finẽ, vel de teſte deponentes falſum ſuper diuerſis ad vnum finẽ, vt dicatur

dicatur vnum delictum, & in eollente plores ter-
minos vel plures lapides, quia tunc pro vno tantũ
punitur. & idem ſi ſtatutum punit ducentem vltra
tres famulos. ſi aliquis ducit vigioti non punitur
niſi pro vno delicto, quia res publica eſt quæ vna
offeoditur. ita in propoſito pluries expendendo
vnam rem publicam offendit & vnum delictum
committit, & maxime quia inquiſitio non dicit,
quod fuerunt diuerſi impetus, vel fuit idem impe-
tus expendendi, quia quando fuiſſet idem impe-
tus & animus expendendi, tunc delicta non ſunt
dinerſa etiam plories expendendo, *vt hæc notantur
in leg. nunquam plura. ff. de priua. delic.* & verba iſta ſunt
interpretanda pro confitente tantum ſimul deli-
quiſſe. *argumento notatorum in l. inter ſtipulantem. §.
primo. ff. de verborum obligat. & de proba. & c. in præſen-
tia.* Et contraria quæ ſupra inducta ſunt de reitera-
tione delictorum loquuntur quando delicta ſunt
pœnitus diuerſa, & ad diuerſos fines tendentia. Et
ea quibus diuerſimode res publica offenditur.

ADDITIO.

a Expendendi.] *Ad totius conſilij reſolutionem vide in ter-
minis d. Alex. de Imo. in conſi. 104. in 4. volum. & in l.
eleganter. §. qui reprobos. de pig. act. Bart. in le. qui fal-
ſam. ff. de fal. Bald. in l. 3. C. de nau fœno. doct. in l ſac-
cularq; ff. de extraord. cri.*

CONSIL. LXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Homicidio vel membri mutilationem, an & quomodo
aliquis regularitatem incurrat, & an vicarius epi-
ſcopi aßiſtendo cum iudice ſeculari, faciens vnũ tor-
queri propter crimina, qui poſtea ad mortem con-
demnatus fuit, propter hoc talis vicarius irregularis
exiſtat, numeris omnibus ſequen. per totum conſi.*

2 *Morti cauſam præbens ſiue proximam ſiue remotam,
an irregularis dicatur.*

3 *Homicidium caſuale irregularitatem inducit, quando
qui cauſam dedit, non adhibuit eã diligentiam quam
debuit.*

4 *Clericus ſi rixam fecerit, & ex hoc poſtea per temporis
interuallum clerici cõſanguinei interfecerunt eum,
qui cum eo rixatus fuerat, & clericus irregularis ef-
ficitur.*

5 *Clericus ſi ſcriberet vt aliquis caperetur, & ille captus
ex captura ſuſpenderetur, irregularis efficitur.*

6 *Clericus ſi teſtes receperit, vel auctẽtica in cauſa ſan-
guinis ſcripſerit, ſi ex talibus teſtibus mors ſecuta
fuerit, vel membri truncatio, talis clericus irregu-
laris erit.*

7 *Homicidio quæ conſiderentur ad hoc vt aliquis irregu-
laris non ſit.*

8 *Homicidium committens immediate, vel membri trũ-
cationem, ſi ex alia cauſa fecerit, etiam quantũcun-
que legitima, præterquam pro propriæ perſonæ de-
fenſione irregularis eſt.*

9 *Homicidium caſuale quomodo ipſi clerico imputandũ
ſit ad hoc vt irregularis dicatur.*

10 *Homicidio ſi clericus cauſam dederit, an & quomodo
ſibi imputetur, vt irregularis efficiatur.*

11 *Clericus teſtificans in cauſa ſanguinis, vel auctoriza-
liter præſens executioni ſententiæ, ſemper irregula-
ris exiſtit.*

12 *Clericus ſi clamet, quod fur, vel latro capiatur, vel pro
rerum tuitione iactum machinæ vel baliſtæ ſuadeat
ſemper irregularis exiſtit.*

1 IN Chriſti † nomine ac inuocata ſpi-
ritus ſancti gratia. Proponitur mihi
in facto quod quidam clericus cu-
riæ epiſcopalis iuit vt iudex ad forũ
ſeculare, & ibi vt iudex torqueri fe-
cit quendam clericum de variis criminibus diffa-
matum, qui in præſentia ipſius & etiam iudicis ſe-
cularis nonnulla crimina confeſſus eſt, & ſcriptu-
ra de dicta confeſſione confecta remanſit apud iu-
dicem ſecularem qui poſtea procedens inuenit i-
ſtum clericum in tali confeſſione ſponte perſiſtẽ-
tem. vnde ipſum vltimo ſupplicio damnauit, quæ-
ritur modo vtrum ille clericus qui curiæ ſeculari
ſcripturam demiſit ſit irregularis videtur dicendũ
2 quod ſic, † quia præbens cauſam morti ſiue cau-
ſam proximam ſiue remotam irregularis videtur,
vt probat tex. in c. presbyterum. extra de homi. & loquia-
mur ibi quando dabant cauſam rei licitæ qui per-
cuſſit ibi puerum cauſa diſciplinæ, probat melius
tex. *in c. ſuſcepimus. de homi.* vbi etiam dedit op[e]ram
rei licitæ, & tamen eſt irregularis propter homici-
dium ex cauſa remota commiſſum ad idem quod
no. *in c. de cætero. de homicid. & c. ad audientiam. vbi doct.*
volunt quod ſuadens iactum machinæ vel baliſtæ
efficiatur irregularis. ad idem tex. *in c. continebatur.*
3 *§. 1. vbi eſt tex.* † quod homicidium cauſale inducit
irregularitatẽ quando qui dedit cauſam non adhi-
buit diligẽtiam quam debuit, & ibi eſt caſus quod
etiam quaodo culpa oon eſt ordinata ad caſum, il-
lam tamen irregularitatem inducit homicidio ſub
ſecuto, & quod ſit iſto caſu irregularis probãt no.
per doc. in c. ſignificaſti. de homi. vbi ille qui clama[u]it vt
latro caperetur eſt irregularis ſi ſecuta fuit ex hoc
latronis mors etiam ſi acclamauit ſolum vt cape-
retur & non vt occideretur, quia quantũ ad legem
promotionis conſideratur euentus non animus,
videtur procedere etiã quando fuiſſet p[r]o[te]ſtatus
quod non vellet quod ſequatur mors *per text. in c. fi.
de homic. li. 6. & not. doc. in c. Petrus extra de homi.* vbi
doc. per illum tex. à ſenſu contrario dicun[t] hoc
4 ibi volunt doct. † quod ſi clericus fecit ri[x]am & e[x]
hoc poſtea ex ioteruallo conſanguinei cleri[ci] in-
terfecerunt eum qui cum eo rixatus fuerat quod
ex hoc efficiatur irregularis clericus quamuis illa
fuerit cauſa valde remota & quod ſit irregularis
probat *tex. 2. in quæſt. 5. c. vnum & in c. ex literis. extra
de exceſſione prælatorum.* Nam clericus quando timet
vel timere debet quod ex aliquo actu proximo,
vel remoto ſeqnatur mors debet potius tacere, vel
ſubſiſtere. *22. quæſt. 2.* ne quis quia promouendus
debet abſtinere ab omni eo. Vnde poſſet mors vel
membri truncatio præuenire. *leg. diſtin. clericum.*
Item quia iſte clericus dimittendo confeſſionem
io ſcriptis videtur quodãmodo fuiſſe teſtis quod
non poteſt fieri ſine periculo irregularitatis. *11. q.
1. cap. teſtis*, & quia quando crimen eſſet de proxi-
mo puniendum clericus nõ debet ẽt in genere te-

ſpondere quin regularitatem incurrat. *23. quæſt. 5. d.*
2.5. q. 6. c. de lictore. & ita intelligunt aliqui notata *in*
cap. ex literis. in 1. gl. de exceſ. prælat. Et ideo licet cle-
ricus poſſit dicere quod fiet iuſtitia, nec ex hoc eſt
irregularis. *23. quæſt. 5.* peſſimam tamen hoc non de-
bet facere quando ſtatim de proximo pœna ſan-
guinis ſequutura eſt, *ita not. aliqui in cap. clericus. ex-*
tra ne cler. vel mona. & ideo dicunt doct. quod cle-
ricus non poteſt iudicare nec ſententiam proferre
aut dictare vel dare conſilium vel intereſſe execu-
tioni vt iudex quia eſſet irregularis, *vt not. in d. c. ex*
5 *literis.* † Et ideo ſi clericus ſcriberet quod aliquis
caperetur & ille ex tali captura ſuſpenditur ipſe eſ-
ſet irregularis, quia vt dicit lex promotionis non
conſiderat animum & voluntatem tantum ſed fa-
ctū *15. q. 1. c. fi.* & ideo quia potuit credere poſſe ſequi
homicidium *vt in c. his quibus de homicid. lib. 6.* debuit
à tali actu ſe ſubtrahere *de cleric. non ord. c. 1.* talis ſcri-
6 bens merito eſt irregularis, & ideo dicit Inno. † quod
ſi clericus recipiat teſtes ſcribas auctenticæ in cau-
ſa ſanguinis, ſi ex talibus teſtibus ſequatur mors,
vel truncatio membri talis erit irregularis *per text.*
in c. clericus. ne cleric. vel mona. 32. quæſt. fin. c. is à quibus.
Sed his non obſtantib. ego in iſto caſu credo quod
iſte clericus non incurrat irregularitatem, vnde e-
go præmitto quod homicidium non imputatur
ei qui dabat operam rei licitæ quando homicidiū
committitur ex poſt facto non incontinēti. Nam
iſto caſu conſideratur vtrum cauſa homicidij ſit
proxima aut remota. nam ex cauſa proxima indu-
ceretur irregularitas non ex remota. *ita no. in c. i. ca-*
tero. & c. fi. ut dignum de homi.
7 † Item in homicidio conſideratur ſi ille qui cō-
miſit adhibuit omnem diligentiam vt homicidiū
non ſequeretur, quia ſi adhibuit hanc diligentiam
non efficitur irregularis, *vt eſt text. in ca. ex literis.* in
primo & ſecundo de homicidio niſi quādo ſeque-
retur ex tali homicidio ſcandalum vel infamia, vt
nota. in dictis iuribus vnde pro concordia omniū
iurium & doct. in hac materia loquentium ego ita
concluderem quod interdum quis committit per
ſe immediata homicidium vel truncationē mem-
bri, interdum quia non committit per ſe imme-
diate ſed prædictis cauſam præſtat. Primo caſu aut
interficit vel truncat membrum ex propoſito aut
caſualiter, primo caſu quando facit ex propoſito,
tunc ſi faciat ad euaſionem perſonæ propriæ non
valens aliter euadere, & facit hoc cum moderami
ne inculpatæ tutelæ, tunc talis nullam irregulari-
tem incurrit *per tex. in c. 2. de homici.* & iſta eſt cōmu-
nis doctrina doct. aliter quam ſenſerit Inno. vt re-
fecunt doct. *in c. ſignifi. de homicid.* Sed ſi feciſſet ſine
moderamine inculpatæ tutelæ, vel ex alia cauſa le-
gitima alia quam euaſionis propriæ perſonæ, vt ſi
feciſſet pro defenſione patriæ, vel proximi, vel pro
tutela rerum ſuarum, tunc talis eſſet irregularis, q
a licet pro defenſione patriæ, vel proximi liceat in-
iuſtum inuaſorem occidere, *vt l. minime ff. de reli. &*
ſump. fune. & no. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. & 24. q. 8. c.
igitur. & c. omni timore. & c. hortatus. nō tamē poſſunt
perſonaliter bellum ſuſcipere quin efficiātur irre-
gulares ſi homicidiū ſequatur poſſent tamen hor-
tari milites ad bellum & non eſſent irregulares. *23.*
8 *q. 5. de occidendis.* † Ex quib. infertur & committens
homicidium immediate vel truncationem mem-
bri ſi fecit ex alia cauſa etiam quantumcunq; legi-
tima præterquam pro defenſione propriæ perſo-
næ quod talis irregularis eſt etiam quanquā feciſ-
ſet alias dando operam rei licitæ per iura prædicta,
& per tex. *in d. c. presbyterorum. d. homic.* vbi percuſſit
ex cauſa legitima, v3 diſciplinæ & iſtis caſib. eſt ir-
regularis etiam ſi percuſſio fuit cauſa mortis remo
ta, *vt d. c. presbyterorū, & in c. ſuſcepimus. & 24. q. 8. c. 1. &*
c. conuenior. & de voto c. ex multa. fallit in caſib. not. in cle.
9 *ſi furioſus. de homi.* † Secundo caſu quando homici-
diū fuit caſuale non ex propoſito tunc ſi dabat qui
interficit operam rei licitæ ſi ipſe adhibuit omnē
diligentiam ne mors aut truncatio membri alicu-
ius ſequeretur, tunc talis non eſt irregularis. Etiā
ſi commiſit homicidiū caſu, *vt eſt tex. in d. c. ex literis.*
el 1. & 2. c. ex literis. de homi. Et ideo ſi aliquis caſu in-
terficeret aliquem cum ipſe ap. abat domum pro-
priam, vel putabat arborem ſi adhibuit bonam di-
ligentiam talis irregularis non eſt, & hoc niſi ex ta-
li caſu ſcandalū vel infamia orta eſſet, vt dictis iu-
10 ribus. † Secundo caſu principali quando quis non
fecit homicidium immediate per ſe ſed dedit cau-
ſam homicidio, tunc ſi fecit dando operā rei illici-
tæ tunc ſemper eſt irregularis etiam ſi adhibuit o-
mnem diligentiam vt mors vel truncatio membri
non ſequeretur *vt in c. fi. de homicid. li. 6.* & hoc etiam
ſi cauſa fuit proxima vel remota, *vt probatur in c. ſu-*
ſcepimus & c. continebatur. & in c. Petrus. & in c. de cate-
ro. & ibi per glo & doc. de hom. Et ideo volunt doc. quod
ſi clericus fecit rixam & poſtea eius conſanguinei
interfecerunt illum qui ſecum rixatus fuerat etiā
ignorante clerico, & ex interuallo quod ego intel-
ligo quando clericus fuit in culpa dādo cauſam ri-
xæ ſecus ſi prouocatus veniſſet ad rixam, ita intel-
ligo nota. *per doc. in c. Petrus de homici.* Ratio quia de-
fendendo ſe in rixa dediſſet operam rei licitæ vnde
cauſa remota homicidij non conſideraretur, & idē
ſi ad rixam traxiſſet inimicus rixās cum clerico &
illum interfeciſſet non eſſet clericus irregularis,
quia factum clerici proximū vel remotū non de-
dit cauſam homicidio, *ita no. doc. in c. ſignific. de homi.*
11 † Si vero ille qui dedit cauſam homicid. in illa cau-
ſa dabat operam rei licitæ, tunc ſi fecit voluntarie
nulla neceſſitate ſaltē cauſatiua impellente, vt quia
ſcripſit ſententiam ſanguinis vel ipſam recitauit
vel teſtificatus eſt in cauſa ſanguinis vel auctoriza-
biliter præſens fuit executioni talis ſententiæ, tūc
ſemp eſt irregularis, *vt eſt tex in ca. ex literis de exceſ.*
prel. & in c. cler. & c. ſententiā ne cler. vel mona. nec po-
teſt dici quod ſaltem ſubeſt cauſa vel neceſſitas vt
iuſtitiæ locus ſit, quia talis iuſtitia non pertinet ad
clericos, vel volentes clericari facere, vt dictis iuri-
bus, ſi autem dedit cauſam homicidio ex aliqua ne
12 ceſſitate ſaltem cauſatiua, † vt quia clamat quod
fur capiatur vel latro. vel ſuadet iactum machinæ
vel baliſtæ pro tuitione rerum, tūc ſi veriſimiliter
de proximo mors ſequuta eſt, vel contingat, tūc eſ-
ſet irregularis, *vt no. doc. in c. ſignific. de homi.* dum di-
cunt de eo qui detinuit latro. vel acclamauit vt ca-
pere-

peretur & ex hoc latro interfectus eſt, nam dicunt doc. quod ſit irregularis ſic acclamãs vel detinens, quod ego intelligo verũ niſi iſte potuiſſet omne ſtudium & omnem diligentiam quod non interficeretur. Nam tunc ſequuta morte non eſſet irregularis *per tex. in c. pen. de hom iuncto tex. c. 2. quod in c. p: alatu de homi. lib. 6.* Si vero vt dixi dabat operam rei licitæ ſi poterat ſibi aſcribi aliqua culpa eſſet irregularis, ſiue cauſa dans occaſionem morti ſuit proxima ſiue remota, *vt eſt tex. in c. ſuſcepimus. de homi.* Nam ibi dabat operam rei licitæ capiendo fures & detinendo vt duceret ad iudicẽ, quia tamen fuit in culpa male ligando eos vel dimittendo ad cuſtodiam vnius, ideo ibi etiam qui ligauit fuit irregularis morte ſequuta. Sed ſi nulla culpa poteſt aſcribi dãti operam rei licitæ tunc ſi cauſa eſt proxima mortis incurrit vel dixi irregularitatem niſi poſuiſſet omnem dilgentiam quod mors non ſequatur per ea quæ ſupra dixi, ſed ſi cauſa eſſet remota dãtis operam rei licitæ tunc non eſſet irregularis *ita not. doc. in c. de ca ero. d. homi. & in d. c. quod in d. bus de pœnit.* Ad propoſitum iſte clericus non fuit in aliqua culpa. Nam licitum erat ſibi facere torqueri clericum maleficum præcedentibus indiciis, & ex iſta confeſſione extorta in tormentis non poterat damnari malefactor, *vt not. doc. in l. 1 §. diuus el primo. ff. de qu. probatur ead. in l. §. ſi & in l. 2. C. de cuſt. reo.* & ſi aliqua poſſet dici cauſa illa eſt cauſa remota cauſata ex illo qui dabat operam rei licitæ, vnde ex iſtis dico quod nullatenus eſt irregularis indicandus.

CONSIL. LXXIX.

SVMMARIA.

1 *Crimine leſæ maieſt. contra patriam verum filij cadant in pœnam. l. quiſquis C. ad l. Iuliam maieſtatis, numeris omnibuſq; per totum conſilium.*

2 *Intellectus verus l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſtatis qualis eſſe dicatur.*

3 *Hæredem in extraneum quæ non tranſeunt etiam non tranſeunt in fiſcum.*

4 *Crimine leſæ maieſtatis ex conſpiratione contra patriam facta filij in pœnam dictæ legis quiſquis incidere non habent.*

1 IN Chriſti † nomine ac inuocata ſpiritus ſancti gratia. Ego conſulta per ſpectabilem militem & eximium iuris vtriuſq; doc. d. Franc. de Porcellinis approbo aliis etiam rationibus quoniam ſcripta per eum nõ ſunt ſine magna dubitatione quoniam multi reprobãt illa in opinionem quæ fuit originaliter Petri de Bellapertica quod *l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt.* habet locum ſolum in filiis poſtea cõceptis non filiis ante natis, & iura quæ allegat Petrus videlicet *l. emancip. C. de ſena. & l. diuo Marco. de quæſt.* loquũtur de trãſlatione priuilegiorum, & faciunt potius in contrarium quam pro quia priuilegia circa pœnas habent locum in filiis ante concept s ſicut in conceptis poſt, *vt ff. de pœnis. l. mortu. § liberis & de decu l. 2. §. in fi.* & iura quæ allegat Petrus loquuntur de cõceptis poſt dignitatẽ diu poſitam. Præterea reſtringere illam l. quiſquis ad cõceptus poſt, exinanire effectũ illius legis qui eſt illorum delinquentium pœna mortis naturali. Quo modo poſtea ſpectatur conceptio liberorum. Præterea ratio illius legis, videlicet metus audacia & quod conſimiles non ſint Petri militat ita in conceptis ante ſicut poſt. Item cum loquatur de filiis damnati debet intelligi de filiis ſecundum illud tẽpus, *vt l. liberorũ. §. notantur alias. §. Pomponius. ff. de his qui notantur inf. a. pro hoc et ã videtur tex. in l. 2. §. in filiis etiam C. de liber. & eorum liber.* vnde quæſtio non eſt ſine magno dubio. Item non mouetur quod iſta bona quæ auferuntur à filio non applicentur fiſco ex quo auferuntur propter delictum alienum & non auferuntur ab eis vt ab indignis, quia ſi. licem iſte exclnſus non videtur dictorum bonorum capax, *vt eſt tex. in d. l. quiſquis. qua l. eos priuat omni ſuc-* 542
2 *ceſſione.* Ratio tamẽ quæ me mouet eſt iſta, † quoniã d. l. quiſquis. quæ imponit pœnã filiis loquitur in crimine læſæ maieſtatis commiſſo contra principem, ſed quando eſt commiſſum crimen læſæ maieſtatis in alio *c. d. l. Iulia maieſtat.* quæ ſunt multa capitula quæ numerantur *in l. 1. 2. 3. & 4. ff ad l. Iuliam maieſtatis & præſertim in caſu noſtro de quo eſt text. in leg. maieſtatis crimen. ff. ad l. Iul. maieſt.* & in iſtis aliis capitulis non habet locum *l. quiſquis.* vt filij priuentur alienis hæreditatib. *vt eſt tex in l. 2 de interdi. & releg.* ſolum. n. priuantur hæreditate patris. Item nec iura ſepulchrorum retinentur. *l. 1. §. interd. in al 1. ff. de ſuis & legitimis* priuantur hæreditate liberorũ ſcilicet dicti patris mortui. ſerus intelligit gl. de libertis prouenientibus à genere vt ab auo vel proauo
3 *ita dicit gl. in d. l. 2.* ſed verior eſt doctrina, † quod ea quæ non tranſeunt in hæredem extraneum nõ trãſeunt in fiſcum, & hoc eſt ius patronatus, vnde apud filios remanet, hæc tranſeant in fiſcum vnde concludendum eſt quod l. quiſquis habet locum in crimine læſæ maieſtatis commiſſo principaliter in principem vel in illis qui ſunt pars corporis principis. Sed ſi crimen maieſtatis cõmittitur contra propriam ciuitatem vel prouinciam forte non publicentur bona vel ſi publicantur ſucceſſiones libertorum quæ non tranſeunt ad hæredes extraneos *l. 2. ff. de iure patronat.* Sed alia iura libertorum quam ſucceſſionis quæ tranſirent ad extraneos hæredes bene tranſeunt in fiſcum. *l. 2. ff. de interdic. & rele.* In caſu ergo noſtro ſi publicantur bona Franciſci tranſeunt in fiſcum cum onere fideicommiſſi, *vt l. ex facto. in §. ex facto. ff. ad Treb.* quia per fideicommiſſum non ſucceditur Franciſco qui deliquit ſed ſuccedıtur proauo qui illud dedit. *l. coheredi. §. cum filia. ff de vulga & pupilla.* Ex quibus ego concludo quod fiſcus tenetur reſtituere per fideicommiſſum hæreditatem d. proaui ipſi Chriſto-
4 phoro filij Franciſci nunc inuenti, † quoniam propter commiſſum crimen læſæ maieſtatis ex cõſpiratione facta contra patriam filij non incidunt in pœnam. *l. quiſquis.* ſed retinent iura ſucceſſionum aliorum quã proprij patris, *vt l. ſecund. §. ff. de interdic. & releg.* & ſic Chriſtophoro modernus poteſt petere fideicommiſſum fiſco, quia bona tranſeunt in fiſco cũ onere ſuo dicta l. ex facto. *in §. ex facto ff. ad Treb.*

ne corrigeretur tunc oon debet intelligi vt corri-
gat ius commune, ſed patitur tunc ſtatutum ioter-
pretationem paſſiuam à iure communi *l.2.C.de no-*
ua. & l.fi.§.in computatione. C.de iure d.lib.& hoc nota-
uit do. Anton. de But.in c.1.de reſcrip. vnde iſtud ſtatu-
tum debet intelligi quando ex veoeficio eſt ſecuta
8 mors & non aliter. † Videmus modo ſi pro adul-
terio debent mori, & quidem de iure communi
maſculus deberet decapitari, mulier vero deberet
poni in monaſterio. *vt in auc. ſed hodie. §. quamuis. C.*
de adult. io hoc tamen debent atteodi ſtatuta Ber-
gomenſia, quia ſi imponũt aliam pœnam illi ſtan-
9 dum eſt. † Nunc reſtat videre ſi pro furto debet
mori, a & quidem pro primo furto non debet fur
mori de iure commuoi, oec memb. adebilitari, *vt*
eſt tex. in au. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. & maxime in
iſto furto, quia eſt domeſticum & mitius punitur
l. reſpiciendum. §. furta domeſtica. ff. de pœ. oec teoetur
de furto ſed actione rerũ amotarum. Et ſi dicere-
tur quod criminaliter iudex poſſet eã punire quã-
do eſſet graue furtum, *vt not. Bar. in l.1.ff. rer. amot.*
& in d. l. furta domeſtica. tamen non deberet puniri
10 ad mortem ſecũdum ſtatutum, † quia ſtatutũ quod
exorbitat à iure communi debet ſtricte intelligi vt
quantum eſt poſſibile ſaluum remaneat ius com-
muoe *vt eſt gl. not. in c. cum dilectus. de conſue.* vnde ta-
le ſtatutum debet intelligi de aliis furtis quam do-
meſticis. Iſtud tamẽ eſt indubitatum quod pro iſto
furto Io. Iacob. nõ deberet mori, quia dat qui coo-
ſilium vel opem non committit furtũ licet tenea-
tur furti, *vt vult gl. in d. l. ſi quis vxori, in verb. tenebitur. ff*
11 *de furt.* † Et ſtatutum quod puoit ſociaotem furem,
vel auxilium vel fauorem præbentem non habet
locom in præſtante ſolum coọſiliũ, qoia licet præ-
ſtans conſilium largo modo dicatur præſtare opẽ.
l. qui ſeruo. verſ. idem Pomponius. ff. de furt. tameo ſtricto
modo loquendo conſilium differt ab ope & adiu-
torio *vt eſt tex. in l. in furti. §. ope & conſilio. ff. de furt.*
quia ibi dictio & debet copulare, diuerſa, *vt not. in*
rub. ff. de iur. & fac. ign. & ita tenet Bar. in d. §. ope. &
verba iſtius ſtatuti cum exorbitent à iure commu-
ni debent intelligi ſtricte, vt dixi, quia opem præ-
ſtans deberet puniri media pœna, *vt not. in l. is qui o-*
pem. ff. de furt. Ex quibus ego concludo quod vigo-
re iſtius inquiſitionis iſti oon ſunt ad mortem pu-
niendi vel corporaliter.

Additio.

a Debet mori.] *Ad huius conſilij reſolutionem, vide Ludo-*
uic. Rom. in conſi. 469. d. Alexan in conſ. 41. in 3. vol Gan.
in tract. malefic. titu. de furib. Bald. in l. nemo de epiſco.
audien. d. Alex. in l. ſi cui. §. ſi ff. de accuſ. doct. in l. capi-
talium. §. famoſos ff. de pœnis.

Expliciunt conſilia criminalia excellentiſſi-
mi domini Bartholomæi Cæ-
pol. Veronenſis.

FRANCOFORTI,
Apud Nicolaum Baſſæum, Bibliopolam.
M. D. XCIX.